TRENT UNIVERSITY

LIBRARY
OF RELIGION

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS

SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT

GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMI BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

SCRIPTORVM

TOMVS VI.

HANNOVERAE MDCCCXLIV
Unveränderter Nachdruck 1963
ANTON HIERSEMANN · KRAUS REPRINT CORPORATION
STUTTGART NEW YORK

Diese Ausgabe darf nicht ohne vorherige Genehmigung des Anton Hiersemann Verlags, Stuttgart-N., Ossietzkystraße 8, in die diesem Verlag vorbehaltenen Gebiete, Deutsche Bundesrepublik, Österreich, Schweiz, Luxemburg, Holland, Frankreich, Belgien und Italien ausgeführt werden.

This edition may not be exported to Austria, Belgium, France, the German Federal Republic, Italy, Luxembourg, the Netherlands and Switzerland without previous consent by the Anton Hiersemann Verlag, Stuttgart, Ossietzkystraße 8, Stuttgart-N., Germany.

Cette édition ne doit pas être exportée en France, Belgique, Suisse, Luxembourg, Italie, République fédérale allemande, Autriche et Pays Bas sans autorisation préalable de l'Anton Hiersemann Verlag, Stuttgart, Ossietzkystraße 8, Stuttgart-N.

Alle Rechte einschließlich Fotokopie, Mikroverfilmung und Übersetzung vorbehalten.

Printed in Germany.

Herstellung: Anton Hain KG., Meisenheim am Glan

f
LR
DD3 .M6S4 v6 1844

TOMO SCRIPTORUM SEXTO CONTINENTUR

	Pagg.
Praefatio	VII. VIII.
I. Ekkehardi Uraugiensis chronica edente D. G. Waitz Prof. P. Kilon.	1—267
Chronicon Wirziburgense ad a. 1057.	17—32
Stemmata Karolorum et Ottonum	32
Ekkehardi chronicon universale ad a. 1106. (Tab. I. II.)	33—231
Chronicon imperatorum ab origine Francorum ad a. 1114. (cod. C.) (Tab. II.)	8. 115—248
Chronici universalis pars altera a. 1106—1125.	231—265
Hierosolimita	265—267
II. Sigeberti Gemblacensis chronica cum continuationibus ed. D. L. C. Bethmann Ph. D. .	268—474
Chronica Sigeberti Gemblacensis a. 381—1111. (Tab. III. IV.)	300—374
Anselmi Gemblacensis continuatio a. 1112—1135.	375—385
Continuatio Gemblacensis a. 1136—1148.	385—390
Auctarium Gemblacense a. 465—1148.	390—392
Auctarium Aquicinense a. 651—1167.	392—398
Auctarium Affligemense a. 597. 1005—1163.	398—405
Continuatio Aquicinctina a. 1149—1237.	405—438
Continuatio Bergensis a. 1201—1237.	438—441
Auctarium Hasnoniense a. 610. 1069—1149.	441. 442
Auctarium Sithiense a. 640—820.	442
Auctarium Sancti Iudoci a. 795. 840.	443
Continuatio Atrebatensis a. 1114—1127.	443
Continuatio Tornacensis a. 1114—1127. 1132—1172. 1332—1334.	443. 444
Auctarium Laudunense a. 928. 1052—1145.	445—447
Auctarium Corbeiense a. 479—885.	447
Continuatio Praemonstratensis a. 1113—1155.	447—456
Continuatio Burburgensis a. 1114—1164.	456—458

Pagg.

Continuatio Valcellensis a. 1114—1163. . . . . 458—460

Auctarium Bellovacense a. 649—1163. . . . . 461—463

Auctarium Mortui Maris a. 1054—1234. . . . . 463—469

Auctarium Ursicampinum a. 382—1154. . . . . 469—473

Auctarium Nicolai Ambianensis a. 424—1203. . . . . 473. 474

Roberti de Monte auctarium a. 385—1100. cronica a. 1100—1186. ed. D. L. C. Bethmann Ph. D. . . . . 475—535

III. Annales Erphesfurdenses a. 1125—1137 . . . . . 536—541

IV. Annalista Saxo a. 741—1139. edente D. G. Waitz Prof. P. Kilon. (Tab. IV.) . . 542—777

Index auctore D. Wilhelmo Wattenbach Ph. D. . . . . 778—838

Glossarium auctore D. Wilhelmo Wattenbach Ph. D. . . . . 838—840

Addenda et corrigenda . . . . . 840—842

Tabulae: I. ad pag. 8. II. ad pag. 10. III. ad pag. 284. IV. ad pag. 548.

Scriptores tomo superiori editos, quos saeculo undecimo historiam universalem tradidisse vidimus, iam qui eandem usque ad Conradi III. regnum produxerunt Ekkehardus, Sigebertus, Annalistae Erphesfurtensis et Saxo excipiunt. Quorum primo loco primaque vice tenebris ereptus Ekkehardus Uraugiensis prodit. Cuius edendi quum iam ante viginti annos viam quaererem, felici ave contigit, ut codices praestantissimos, quorum ope annales Heinrici IV et V. imperatorum integritati restituerentur, tum vero et codicem autographum priori chronici parti restituendae necessarium, et alterum autographum, quo chronicon ante aeque ignotum imperatorum habebatur, editioni nostrae vindicarem, et ita subsidiis ditissimis collectis, fontibus quoque unde Ekkehardus hauserat passim indicatis, codices in classes suas secernere, novaeque editionis consilium et rationem in Annalibus nostris T. VII. pagg. 469—509. proponere possem. Via igitur patefacta, editionem inceptam Waitzio nostro, quem post sexennium Monumentis Germaniae summo cum fructu dicatum iam professoris historiarum publici munus

in universitate Kiloniensi ornare gaudemus, absolvendam commisi, et indefessa eius opera absolutam lectoribus nostris hodie propono. Opere typis expresso quum mense Septembri anni superioris Pragam adirem, in Museo Bohemico primus codicis cuiusdam incogniti et saeculo XII. scripti quaternio in manus venit, quo principium chronici Ekkehardiani usque ad Phoronei circiter tempora legi; quem igitur codicibus infra pagg. 14. 15. recensitis addas velim. Sigebertus Gemblacensis, paratis editioni novae subsidiis multis at haud sufficientibus, Bethmannum nostrum restauratorem nactus est. Qui dum Bruxellis in codicem olim Gemblacensem incidit, ipsum Sigeberti et Anselmi autographum esse agnovit, nec solum editionis vere novae fundamentum posuit, sed supplementa, auctaria, continuationes una cum Roberti de Monte chronico aeque ex autographo descripto adiecit, ex quibus nostrates exterosque historiae studiosos plurimum emolumenti capturos confidimus. Annales Erphesfurtenses paucis tantum paginis comprehensos ex codice autographo luci dedi. Annalista Saxo, cui aeque codex autographus, Parisiis anno 1827 a me primo evolutus, fundamento datus est, Waitzii opera textu restituto, fontibus historiae in margine indicatis, maiore quam hucusque fieri solebat fructu historiae undecimi et duodecimi saeculi investigandae adhibebitur.

Dabam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 4. Kal. Iulias a. 1844.

EKKE-

EKKEHARDI URAUGIENSIS CHRONICA

EDENTE V. CL. G. WAITZ PROF. PUBL. KILON.

Ekkehardi historiographi, saeculo XI. exeunte, XII. ineunte celeberrimi, memoriam nostra aetate oblivione fere obrutam vidimus, ita ut, quum Herimannus, Lambertus, Marianus, Bernoldus, Sigebertus omnium ore volverentur, illius pauci mentionem fecerint et ne hi quidem quis fuerit quaeve scripserit satis edocti: id quod, libris eius historicis editis, deinceps fieri non posse confidimus. Nam quis non primo voluminis huius aspectu auctorem agnoscet gravissimum, qui paucis annis plura conscripserit opera iisque tam antiquam quam sui temporis historiam amplis illustraverit commentariis? Tunc fortasse in memoriam revocet, iam in libro illo de scriptoribus ecclesiasticis, quem anonymi Mellicensis nomine afferunt, Ekkehardum laudari[1] *virum admodum doctum et religiosum, „qui et suam nihilominus chronicam scribit“, et Helmoldum ad ipsum revocare*[2] *tanquam auctorem qui Heinrici IV. et V. historiam enarraverit*[3]. *Quod Eccardo ansam praebuisse, ut Ekkehardo opus illud tribueret annalistae Saxonis nomine inscriptum, monuisse sufficiat. Nam et hunc et alios errores*[4] *iam Martenius refutavit*[5]. *Post quem etiam Pezius accuratiorem huius auctoris notitiam nactus*[6], *neque tamen chronici edendi consilium exsecutus est, ita ut nostra demum aetate, codicibus undique collatis, quam Ekkehardus in historia conscribenda collocaverit diligentiam quidque libris suis praestiterit, intelligi potuerit*[7].

Ekkehardi vitam vero ne sic quidem satis perspectam habemus. Ubi, a quibus sit parentibus natus, nemo tradit. Trithemius solus, qui pluribus locis ipsius mentionem facit[8], *canonicum eum fuisse Wormatiensem dicit*[9]; *sed in*

1) c. 104. 2) l. c. 40. ap. Leibn. II. p. 574. 3) Ex his locis et Trithemii testimonio iam Bosius (v. Struvium obss. select. ad universam rem litter. spect. I. p. 318.) et Baluzius (epist. ad Schilterum, Archiv I. p. 344.) ipsius notitiam habuerunt. 4) Nam Browerus catalogum episcoporum Hildesheimensium (vita Godehardi ep. Hild. Mog. 1616. 4. p. 97—101.), Leibnitz (SS. R. Br. I. praef. n. 46—52.) chronicon epp. Hildesh. Ekkehardo tribuunt, quem tamen ab alio quem Helmoldus laudat diversum esse hic putat (ib. II. p. 514. n. Praef. p. 52.) 5) Collect. ampl. T. IV. p. 2. 3. cf. Scheidt Orr. Guelf. III. p. 153. n. 30. 6) Ex Pezii collectaneis Mayer hausit quae de Ekkehardo eiusque chronico scripsit (ap. Hormayr Archiv 1828. p. 806.); quae recentiores tantum non omnes fugisse videntur. 7) cf. praesertim quae Archiv Vol. VII. p. 469—509. dicta sunt. 8) Chron. Hirsaug. (a. 1559.) p. 129. Ann. Hirsang. I. p. 278. 344. 367. 390. de SS. eccl. c. 378. 9) p. 340: *Anno praenotato magister Eckardus Wormatiensis ecclesiae canonicus et scholasticus divino spiritu compunctus, mundum cum suis pompis et vanitatibus pro Christi amore deseruit, reniensque ad Hirsaugiam, sanctae conversationis habitum suscepit. Erat autem vir in omni genere scientiarum eruditissimus; sub cuius magisterio multi nobiles et ignobiles in omni litteratura magnifice profecerunt. Qui monachus factus, in omni puritate vitam suam instituit, et crescentibus meritis, tandem post annos undecim abbas in Urangia primus ordinatus fuit.* — et p. 367: *Anno etiam praescripto sanctus*

hoc falsus esse videtur. Pergit enim, Ekkehardum iam tunc coenobium Hirsaugiense intrare voluisse, sed voto peregrinationis ad Terram Sanctam suscipiendae adstrictum id perficere nequivisse, ideoque mox itineri se commisisse. Quod anno **1101.** *factum esse, ipse chronico suo narrat. Per Bulgariam cum magno Germanorum exercitu Constantinopolim perrexit, inde Ioppen navigavit, ibique mortalitatem magnam vix evasit, postea obsidionem urbis tulit, etiam Hierosolymam visitavit, a. vero* **1102.** *mari in Italiam et postea in Germaniam reversus est. Sed iam antea, a.* **1099.**, *in chronico scribendo occupatus fuit*[10], *et, nisi valde fallor, Bambergae tunc temporis vixit. Nam libros quos adhibuit, eosque maximam partem rarissimos, bibliothecae Bambergenses ipsi suppeditarunt*[11], *ibique codices Ekkehardi antiquissimi sunt reperti*[12]; *illius fundationem resque ibi gestas ea narrat diligentia quae auctorem in ipsa civitate vel dioecesi degentem arguit; monasterii denique S. Michaelis necrologium diem mortis annotavit. Wormatiae vero ipse nullibi mentionem fecit, ne Hisaugiam quidem verbo attigit, quamvis, si Trithemio fidem praeberemus, ibi ex itinere redux per plures annos vixisse et litteris incubuisse, quin scholae praefuisse putandus esset. Econtra ipse Ekkehardus se aliquando Corbeiae vixisse profitetur*[13]; *id quod inter a.* **1091** *et a.* **1107.** *factum sit oportet*[14].

Quae quum ita sint, Trithemium, cuius fidem saepissime vacillare omnes consentiunt, haec sine causa sibi persuasisse, ne dicam ex ingenio finxisse, fortasse quae ad alterum nescio quem Ekkehardum monachum Hirsaugiensem spectent, ad Bambergensem, postea Uraugiensem, retulisse putarim, praesertim quum in aliis libris nihil hac de re dicat, immo nobiscum facere videatur[15], *et quomodo in illum perductus sit errorem, non difficile sit intellectu. Nam in hoc ad rectum redit tramitem, quod Ekkehardum postea abbatem fuisse ordinatum Uraugiensem dicit. Otto enim episcopus Bambergensis in praedio suo Urangia, in dioecesi Wirzburgensi ad Salam fluvium sito, quod nunc Amrach dicitur, S. Laurentii monasterium fundavit, ordinis Benedictini, quod regulae subiecit Hirsaugiensi monachisque ex Hirsaugia assumptis tradidit*[16]; *id quod Trithemio*

Otto episcopus Babenbergensis, Christi servus per omnia fidelissimus, inter multa pietatis suae studia monasterium ordinis nostri suis impensis de novo fundavit Herbipolensis dioecesis, iuxta Salum fluviolum, sub honore sancti martyris Laurentii, quod Urangia nuncupatur et distat a Wirzburg versus aquilonem sex ferme milliaribus; quod tandem perficiens, ut potuit, pro sustentatione servorum Dei dotavit, et abbatem cum monachis de Hirsaugia impetravit. Eckhardus itaque, monachus huius coenobii Hirsaugiensis, primus abbas in Urangium fuit missus a reverendissimo patre Brunone, vir in omni varietate scripturarum doctissimus, qui, sicut anno Brunonis abbatis secundo supra diximus, primum fuit canonicus et scholasticus ecclesiae Wormatiensis, deinde monachus sub abbate Gebhardo fieri voluit, sed voto peregrinationis ad Terram Sanctam adstrictus, satisfacere illa vice desiderio suo non potuit. Reversus tandem de partibus transmarinis, ad Hirsaugiam rediit, et habitum monachi sub venerabili abbate Brunone suscepit. Postremo factus abbas in memorato coenobio Urangiensi, regularis disciplinae observantiam, quam in Hirsaugia didicit, in omni vita sua tam in se quam in commissis sibi subditis diligentissime custodivit. Erat enim fundatus in timore Domini, et in eius mandatis singulari devotione studiosus, quippe cui nihil dulcius fuit unquam in omni vita sua, quam divinis horis simul ac die vacare obsequiis. Qui cum esset in omni varietate scripturarum eruditus, nequaquam inerti vacabat otio, sed quoties sibi licebat a curis respirare temporalibus, aut legit aliquid boni et sancti, in quo ipse proficeret, aut scripsit quidpiam utiliter, quod legentes aedificaret. Rerum quippe temporalium inopiam magnum sustinuit, sed humilitate, patientia caeterarumque virtutum plenitudine dives fuit. 10) v. infra p. 4. n. 27. 11) v. infra p. 5. 6. 12) v. infra p. 4. 7. 13) v. praefationem ad Erkembertum p. 11. 14) Nam his annis Marquardus abbas fuit; v. Ann. S. h. a. 15) Nam in priore chron. Hirsaug. (Bas. 1559.) p. 129: *Eckhartus,* inquit, *venerabilis monachus supradicti monasterii Montis monachorum, vir* etc., ubi Bambergense monasterium S. Michaelis in Monte intelligendum est. 16) Hoc epistola docet ab Ekkehardo caeterisque monachis Uraugiensibus ad Volmarum abbatem Hirsaugiensem scripta, quam Trithemius l. l. p. 390. exhibet: *Dignissimae reverentiae reverendissimaeque dignitatis viro, domino Volmaro Hirsaugiensium abbati, eisdemque praecipuis nimirum membris capitis summi, frater Eckar-*

ansam praebuisse videtur, ut etiam abbatem Ekkehardum inde petitum esse statuat; etiam in hoc falsus, quod fundationem a. tribuat 1118, *quum litterae*[17] *monasterium a.* 1108. *inceptum, post quinque annos esse dedicatum doceant, et ipsum Ekkehardum iam a.* 1117. *ex S. Laurentii monasterio epistolam scripsisse videamus*[18]. *Ab Ottone episcopo, quem summis laudibus effert et colit quasi patronum*[19], *quem iam antea in itineribus comitatus esse videtur*[20], *electus hoc munus suscepit, monachus tunc, nisi valde fallor, monasterii S. Michaelis Bambergensis. Quot annis postea vixerit, non satis constat*[21]; *chronicon usque ad a.* 1125. *continuavit, epistolam Volmaro Hirsaugiensi, si Trithemio fides, a.* 1129. *scripsit*[22]; *tunc iam per triginta annos litteris operam navaverat, ideoque aetatem fere senilem attigisse videtur. D.* 23. *Ianuarii*[23] *mortuus est*[24].

Ekkehardum litterarum studio excelluisse et non in uno libro operam suam collocasse, Trithemio libenter credamus. „Eckardus, *inquit*[25], primus abbas monasterii sancti Laurentii quod Uraugia dicitur in dioecesi Herbipolensi in Hircinia sylva ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis scripturis eruditissimus et in secularibus literis nulli inter Germanos suo tempore doctorum inferior, metro excellens et prosa. Scripsit non spernendae lectionis opuscula, quibus ingenii sui vivacitatem declaravit. De quibus ego tantum vidi opus insigne ad imitationem Boetii gemino stylo compactum, ad instructionem et consolationem monachorum et omnium fidelium Deum timentium valde utile et necessarium, quod praenotavit Laternam monachorum lib. 5. Sermones quosdam elegantes variasque epistolas ad diversos composuit. Claruit sub Conrado tertio imperatore. Anno Domini 1130. In medio ecclesiae praefati monasterii sepultus.“ *De operibus vero ab Ekkehardo scriptis alio loco accuratius prosecutus est:* „Scripsit autem non contemnendae auctoritatis opuscula, quibus et tunc praesentibus se utilem reddidit et memorabilem posteris commendavit; e quibus feruntur subiecta. Chronicon ab origine mundi usque ad annum dominicae incarnationis 1124. inclusive volumen insigne composuit, in quo gesta regum et imperatorum in Germania et extra ordine satis congruo digessit. Ad imitationem quoque Marciani Capellae ac Boetii Severini scripsit gemino stilo, hoc est carmine et soluta oratione, satis instructum opus, quod in

dus caeteraque sancti Laurentii perexigua familia, si quid valent orationum vel servitutis pauperum xenia. Spirituali plurimarum filiarum matri Hirsaugiae, nondum ad incrementum perducta gratias agit ingentes filia caeteris iure despectior Uraugia; arbitris etiam internis semper iaplorat praemia pro beneficiis scilicet nobis a vestra clementia gratis impensis, per quae tam erga nos quam super cunctos necessitatem patientes materna viscera recludere soletis. Ad haec iterum iterumque pedibus vestris advoluti mente et spiritu petitionem nostram continuam auribus clementiae vestrae suggerere non cessamus, quatenus novellam plantationem vineae Domini Sabaoth, quam apud nos initiastis, neglectui non tradatis, sed servo Domini Ottoni episcopo, cuius legatione fungimur, hanc suae charitatis vicissitudinem rependentes, aliquem nobis ad praesens seniorem destinetis, quem vos seniorem noveritis; cuius apud nos irrigetur solertia quod benigne plantastis. Remisimus etiam fratrem praesentem Concadum, paupertatem nostram taedio habentem vestrasque spirituales divitias spiritu ferreate sitientem, testimonium illi perhibentes, quod fideliter nobiscum conversatus tam honori vestro quam utilitatibus nostris non segniter hactenus per omnia insudaverit. Nunc autem, ut omnimodis affirmat, obitus sui vicinitatem pertimescens, in vestro sanctissimo collegio potissime ac norissime inveniri desiderat. Valeat, vigeat et in aeternum coram Christo virat sanctitas vestra, invenial etiam nunc et semper in conspectu vestro gratiam humilitas nostra. Nota, quod Ekkehardus nentiquam se ipsum Hirsaugiae degnisse indeque Uraugiam missum esse, dicit. 17) ap. Ussermann episc. Wirceb. cod. probb. p. 29. Versio est Germanica sed antiqua diplomatis a. 1122. dati. 18) v. infra p. 10. 19) a. 1124. 1125. 20) v. infra p. 8. 21) In diplomate n. 17. allato ipse non nominatur; occurrit vero in altero sine anno ap. Ludewig. SS. R. Bamb. I. p. 1124. 22) Ann. Hirs. l. l. p. 390. 23) Necrolog. S. Michaelis Bamberg. ap. Schannat Vind. litt. II. p. 29: 10. *Kal. Febr. Eggehardus abbas S. Laurae* (lege: *Laurentii*) *Uraugiae.* Minus recte Ussermann (episc. Wirzb. p. 418.) d. 20. Febr. i. e. 10. Kal. Mart. indicare videtur. 24) De anno non constat. A. 1130. numerus ap. Trithemium de SS. eccl. c. 378. potius ad antecedentem quam ad sequentem referendus est sententiam; cf. c. 377. 381. 383 etc. Ita quidem a vero longe recedit. Sed etiamsi aliter statueremus, tali testimonio inniti vix possemus. 25) de SS. eccl. l. l.

tres libros divisum Laternam sive Mathiam praenotavit, in quo cuiusdam Mathiae aegroti planctum Paulus, eius in Domino adoptivus filius, artificiali quadam consolatione delinivit. Scripsit etiam ad sanctam Hildegardem abbatissam apud Bingios epistolam unam, ad sanctum Ottonem episcopum Bambergensem epistolas plures, ad Volmarum abbatem huius monasterii Hirsaugiensis epistolas plures, ad alios quoque diversos epistolas similiter plures. Sermones etiam ad monachos suos et homilias non spernendas edidit. Caetera quae composuit ad nostrae lectionis notitiam minime venerunt.“

Epistola una tantum exstat, sermonum et homiliarum nullum vestigium; ne opus quidem a Trithemio visum et accuratius descriptum, quod Laterna sive Mathias inscriptum fuit, hucusque innotuit, ita ut nonnisi libri historici temporum iniuriam fugisse videantur. Praeter chronicon vero usque ad a. 1124. *deductum Trithemius etiam brevem affert*[26] *historiam, qua Ekkehardus res suo tempore gestas descripserit. Accuratius vero, codicibus quotquot reperiri poterant evolutis, singula quaeque ipsius opera recensere eorumque tempus definire licet.*

Ultimis saeculi XI. annis Ekkehardus, monachus tunc Bambergensis, chronicon aggressus est scribendum, quod inde ab orbe condito usque ad ipsius tempora quam amplissimam rerum gestarum notitiam exhiberet, in quo colligeret quaecumque ex libris tam historicis quam biblicis theologicisque vel aliorum scriptis comportare posset; cui inter varias saeculi XI. et XII. historias universales primum locum summo iure tribuere mihi videor. In hoc occupatus fuit opere, [27] *ut ipse profitetur*[27], *a.* 1099; *neque tamen tam brevi tempore id absolvisse putandus est. Nam textus hac editione quamvis minutissimis plerumque typis expressus* 180 *explet paginas; Ekkehardi vero codex autographus*[23] *folia plus quam ducenta continuit. Hic, quem numero* 1. *indicavi, nunc in bibliotheca universitatis Ienensis exstat, olim vero fuit „monasterii sancti Michaelis in monte prope Babenberg.“ Folia quaedam excisa esse, dolemus; ceterum genuinum et nonnisi paucis mendis aspersum praebet textum, qualem Ekkehardus propria manu exaravit, hinc inde leviter correxit nonnullisque additamentis auxit. Librum integrum quum infra edamus, materiarum dispositionem, annorum computandorum rationem aliaque, quibus auctor diligentiam sollertiamque probavit, lectores ipsi iudicent. Subsidiorum et numero et gravitate tantum non omnes sui temporis, immo plerosque medii aevi scriptores, si Sigebertum illum* [29] *eruditissimum excipias, antecellit. Nam*[29] *ut antiquitatis historiam illustraret, praeter chronica Hieronymi*[30]*, Prosperi*[31]*, Iordanis, Isidori et Bedae, etiam scripturam sacram*[32]*, Iosephum de antiquitatibus Iudaicis et de bello Iudaico, Eusebii historiam ecclesiasticam ex translatione et cum continuatione Rufini, Tertul-* [37] *liani*[33]*, Hieronymi*[34]*, Augustini*[35]*, Gregorii Magni*[36] *opera, librosque passionum*[37]

26) Chron. Hirsaug. (a. 1559.) p. 129. 27) p. 100: *temporaque pontificum Romanorum — ab hoc anno d. i.* 46° *— usque in millesimum nonagesimum nonum eiusdem incarnationis annum seriatim perduxi; A. d. i.* 1057. *— Heinricus — regnare coepit, et quando haec conscriptio facta est, anno* 42° *regnavit.* 28) Quod iam Pertz Archiv VII. p. 472. probavit. 29) Quae de fontibus chronici Urspergensis disputarunt Gretser (Op. XVII. p. 75.), Semler (Versuch p. 129.) et Schumacher (Beitraege p. 43. 44.) huc pertinent; sed rem magis perturbarunt quam explicarunt. 30) Integram fere praefationem ex hoc descripsit. 31) Chronicon adhibuit tam quod dicunt consulare quam imperiale. 32) Cui adde librum apocryphum. Indae apostoli epistolam (p. 35.) 33) p. 90. 34) Praesertim commentarium in Danielem diligenter evolvit (cf. p. 53 sqq); bis etiam comm. in Esaiam respexit (p. 37. 51.), postea affert comm. in Marcum, ubi fortasse Matthaeum intelligendum esse dixi (p. 97.). 35) Praeter opus de civitate Dei, cuius praesertim libros 15—18. exscripsit (p. 36 sqq.), etiam commentarium de Genesi adhibuit (p. 120.). 36) Eius dialogum ipse affert p. 138. 144. 37) Passionum libri (p. 100. 108. 109.) et vita patrum (p. 132.) nescio quae affernuntur; cf. p. 99: *ut non solum in martyrologiis attitudetur rerum etiam in canone missarum et in supplicationibus letaniarum publicitus — recitetur.* Libros passionis Dionysii Areopagitae et Alexandri papae v. p. 99.

adhibuit; Romanae antiquitatis novit auctores Sallustium[38], *Plinium*[39], *fortasse Livium*[40] *et Virgilium*[41]; *multa ex Orosio sumpsit; in codice quodam Bambergensi hodieque superstite*[42] *historiam et epistolas Alexandri fabulosas legit, necnon Aurelium Victorem, Iordanis historiam Gothorum*[43], *Gesta regum Francorum, abbreviationem chronicorum, Pauli Diaconi librum de rebus Langobardorum aliaque, quemadmodum ab Italo quodam, sermone mutato, descripta sunt et interpolata. Ut Francorum historiam concinnaret, etiam Fredegarii librum secundum consuluisse videtur*[45], *pluraque ex vitis S. Columbani*[46] *et S. Galli*[47] *hausit. Praeterea hac libri parte etiam vita S. Gregorii Magni*[48], *Bedae operibus*[49], *Dicuili libro de mensura terrae*[50], *praesertim vero Historia usus est Romana quam Paulus Diaconus composuit*[51], *necnon Historia miscella, quae saeculo post ex illius opere aliisque fontibus confecta est*[52]. *Cum ex his, praesertim ex Bedae martyrologio*[53], *multa de pontificibus Romanis repeteret, saepe tamen ab his aliisque auctoribus in illorum ordine temporeque definiendis recessit; id quod catalogo quodam*[54] *duce fecisse videtur. Ubi ad saeculi noni historiam venit, fontes adiit graviores, Einhardi dico libros, tam vitam Karoli*[55] *quam annales, quibus Annales Laurissenses*[56], *vitam Burchardi Wirzburgensis*[57], *monachum Sangallensem*[58] *aliaque*[59] *adiecit, postea etiam Annales Lobienses*[60] *adiit. Ex Rudolfi libro de translatione S. Alexandri Saxonum origines illustravit*[61],

(cf. p. 103.). S. Basilii vitam adhibuit Ekkehardus p. 114. 38) p. 50. 87. 89. 39) p. 36. 120. cf. p. 37. 39. 40) p. 50. 41) p. 94. Nescio an versus p. 77. ex Cicerone desumtus sit. 42) De quo in annalibus nostris (Archiv. Vol. IX.) accuratius disputabo. Notandum est, plurimas interpolatoris illius glossas ab Ekkehardo esse exscriptas (c. gr. p. 101. verba: *quod tunc erat signum liberationis*). Praeterea errores quos iam ille commisit ne Ekkehardo tribuas cave, e. c. p. 118: *Dagobertum episcopatui preposuit* (cod. Bamb.: *Dagoberhtum episcopatu preponit*), p. 144. de pugna inter Saxones et Suevos commissa. Unum afferam exemplum, quomodo codex ille a genuino textu recedat:

Paulus Diac. VI, 20.	cod. Bamb. f. 183.	Ekkehardus p. 149.
Liuthertum vero quem ceperat pari modo in balneo vita privavit.	Liopertum vero quem vivum in pugna apprehenderat, misit eum in balneum et clausit regiam super ipsum, qui et pro nimio calore mortuus est.	Liopertum in pugna vivum apprehendit — misit in balneum et clausit ianuam super ipsum, sicque nimio calore mortuus est.

43) Plures Ekkehardi lectiones nonnisi ex hoc codice explicandae sunt. Ut unum afferam: pro *familiae balthorum* codex legit: *familia . eralthorum;* unde Ekk. (p. 122.): *familiae — Ewoldorum.* Fortasse tamen et alterum possedit codicem, ex quo nomina quaedam correxit. Certe Iordanis chronicon non integrum ibi invenit. 44) cf. n. 49. 51. 45) p. 44. 46) p. 117. 47) p. 118. 48) p. 145. 151 sqq. 49) Praeter chronicon de sex aetatibus mundi etiam librum adhibuit, cuius illud pars est, de temporum ratione (p. 58.), praeterea commentarios in Marcum et in Acta apostolorum (p. 96. 98.), martyrologium (cf. n. 53.), necnon historiam ecclesiasticam Anglorum (p. 89. cf. p. 98.), quam codex ille Bambergensis continet. 50) Quae ex hoc exscripsit, Bedae nomine affert, apud quem haec non inveniri, iam Lappenberg (Arch. VI. p. 890.) monuit. Equidem quin Ekkehardo Dicuili liber ad manus fuerit, non dubito, quum plures huius codices etiamnum in Germania reperiantur, c. gr. Dresdae (Ebert Gesch. d. Dresd. Bibl. p. 283.), Vindobonae (Endlicher cod. phil. Lat. p. 231. 232.). Facile vero ut alia plura etiam hoc opus celeberrimo Bedae tribui poterat. 51) Interdum eum adhibuit textum quem codex ille Bambergensis praebet, plerumque tamen genuinum, qualem in altero cod. Bambergensi hodieque legimus. 52) Etiam huius collectionis codex integer (26 librorum) Bambergae asservatur (Arch. VI, 42.), quem quamvis nondum viderim, Ekkehardo ad manus fuisse puto. Certe genuinum et amplum possedit librum, ex quo multa descripsit, quae in editione vulgari omissa sunt et nonnisi ex codicibus vel Hersfeldensi vel Palatino ab editoribus afferuntur. 53) Quod ipse affert p. 99. eoque p. 101 sqq. saepe usus est. 54) cf. p. 100. Maxime in annis definiendis a ceteris fontibus recedit. 55) cf. p. 161. 56) Praeter annales Einhardi etiam hos exscriptos esse, anni ostendunt 768. (verba: 7. *Idus Octobris*), 773. 783. (*in quibus tunc erant rigiliae ascensionis*), a. 797. initium etc. A. 823. et 828. quaedam habet quae nonnisi in Ann. Bertinianis leguntur, sed non ex his sed ex communi fonte, ampliori Einhardi codice, descripta. 57) p. 159. 160. 58) p. 162. 164. 168. 169. 170. 59) Locum a. 753. de coronatione Pippini non ex Reginone, quem in margine allatum vides (p. 159.), sed vel ex clausula coronationis (ap. Bouquet V.) descripsit, vel ex fonte quodam deperdito, qui etiam a. 799. quaedam ipsi suppeditasse videri potest. Quae ex Genealogia regum Francorum p. 171. 173. 176. repetuntur, ad eam referenda sunt quae in chronico legitur Wirziburgensi p. 32. 60) p. 171 sqq. Nota quod etiam horum codex Bambergae exstat. 61) cf. Mon. SS. II. p. 673.

62 *quorum historiographum Widukindum*[62] *postea ducem habuit praestantissimum, eiusque narrationem ex libris non vulgaribus, Liudprandi*[63] *Richerique*[64] *historiis atque Vita S. Udalrici*[65]*, et auxit et emendavit. Inde a saeculi XI. fine uberiore fonte destitutus, ea plerumque repetivit quae in chronico quod nominari Wirziburgense, ex Herimanno Augiensi derivata leguntur. Ex eodem iam antea*
66 *quam plurima mutuatus est*[66]*. — Horum auctorum narrationes more medii aevi scriptoribus consueto descripsit quidem tam fideliter, ut verba eorum interdum etiam tunc retineret, si a se ipsis visa narrarent vel quidquam ad sua tempora referrent*[67]*; nihilominus vero neutiquam ea scripsit levitate et inconsiderantia, quam in aliis huius aetatis operibus non raro deprehendimus. Econtra rerum materia quamvis amplissima numquam se obrui passus est, sed singula quaeque apte disposuit, quaecumque de eadem re apud diversos auctores legeban-*
69 *tur diligenter collegit*[68]*, aliam narrationem ex alia emendavit*[69]*, auxit, supplevit, interdum etiam accuratius in unam aliamve rem investigavit*[70]*. Quo ipsum veritatem assecutum esse, non contendo, sed certe pro viribus fecit, et quod minus perspexit candide professus est*[71]*. Prima saltem criticae artis rudimenta eo posuit, quod non solum varia scriptorum testimonia perpendit, sed nonnum-*
72 *quam dissonantiam vitiis librorum adscribi posse putavit*[72]*. — Praeter scriptos*

62) cf. ibid. III. p. 415. 63) cf. ibid. p. 272. 64) cf. ibid. p. 566. Richeri unicum quod exstat exemplar Bambergae inventum esse, nemo nescit. Nihilominus non hunc sed alterum libri codicem Ekkehardo ad manus fuisse, non possum quin statuam. Nam certe ab illo saepe ita recedit, ut narrationem potius e memoria retulisse quam descripsisse dicendus esset; quod alibi nusquam factum est. Praeterea unum habet locum, quem Richerianum redolere ingenium omnes concedent, quem et ipse Richero tribuit (p. 181; cf. Jahrbücher I, 1. p. 198.), quamvis in codice illo Bambergensi non legatur; quem ab Ekkehardo conflctum esse nullo modo persuaderi possum. 65) p. 180. Secundam illam habuit quam Gebehardo episcopo debemus; cf. Mon. SS. IV. p. 389. n. 14. Ruotgeri vitam Brunonis ipsi ad manus fuisse (p. 183.) non putarim. 66) v. infra p. 7. 67) e. gr. p. 103: *Huius memoriae tantum delatum est, ut usque ad nostram aetatem non aliter in senatu* etc., ex Historia miscella; p. 122: *Daciam autem dico antiquam, quam nunc Gepidae possidere noscuntur,* ex Iordane; p. 183: *Brunonem quem pontificis summi ac ducis magni officium vidimus gerentem,* ex Widukindo. Sed quod apud alios sexcenties notandum, apud Ekkehardum ter quaterve occurrit. 68) Luculentum eius rei exemplum vide p. 151, ubi narrationem ex Historia miscella et vita Gregorii diligentissime composuit. Alibi non raro singula verba ex altero fonte desumsit. 69) c. c. p. 188, ubi Hugonis filium recte Lotharium (ex Liudprando) neque cum auctore suo Widukindo Ludovicum dicit. — Nonnumquam vero et ipse Ekkehardus, libris male intellectis, errores commisit; e. gr p. 85: *fertur ex hac pecunia instituisse xenodochia, quibus susciperet pauperes et peregrinos,* ubi de peregrinis auxiliis, militibus auxiliariis, apud Iosephum sermo est; p. 101: *Hiadem tragediam canebat,* quia additum legebat: *tragico indutus habitu;* p. 167. a. 786, p. 175, ubi vide notas. 70) Praesertim ordinem regum Iudaeorum et pontificum Romanorum definire conatus est, p. 48. 53 sqq. 99. 71) p. 35, 49 (*Has igitur diversitates in hystoriis inveniens, sed neutram partem reluti nullius auctoritatis homuncio reprehendere presumens, utriusque notari opinionem, ut studiosiorem lectorem reddam cautiorem*), 53, 54, 55 (*Harum omnium convenientia qualiter se habeat, studiosioribus propositam relinquamus*), 56, 57 (*Sed nos forsan stulte proponentes, nichil autem temere definire presumentes, hystoriarum scriptoribus, ut par est, cedamus, haecque studiosioribus investiganda relinquamus*), 58, 59 (*Has diversas expositorum sententias — ideo posui, ut sapiens attendat et quid eligat videat*), 69 (*ceterum prudens lector eligat, quid sibi de hiis maxime placeat*), 96, 97 (*Ex his prudens lector eligat quid magis sit tenendum*), 99, 100 (*Haec autem omnia non dico, quasi pro mea garrulitate preiudicium cupiens inferre aliorum me satis satisque precellentium sententiae, sed quasi pro indagandae veritatis cupiditate, stulticiae notandus elogio, sensum meae denudans imprudentiae. Ceterum sapiens quisque pro captu suo deliberet, quid pro vero tenendum diiudicet* etc. — *melius ostendenti veluti certi et veri cupidus desiderantissime cedo*), 108 (*Qualiter autem super his veritas se habeat, in scriptorum ratione consistat*), 130, 180, 181, 187 (*penes lectorem vero erit, cui magis credatur*). 72) p. 49 (*Quod utrum vitio scriptorum pro varietate numeri errantium sit depravatum vel qua ratione sic variatum, necdum invenimus certum; — liber Regum apud nos nescio an riciatus an purus —*), p. 100 (*— inolevisse creditur ob incuriam et vitium scriptorum. — Unde satis intellegi potest, vitio scriptorum pro similitudine nominum ordinem esse confusum; — multaque inveniens scriptorum neglegentia vel imperitia deprarata, propter numerorum varietates litteris designatarum, in quibus facile a diligentibus delinquitur, quantum magis a non adtendentibus, dum aut*

fontes semel vel bis etiam ad ea provocavit quae populi voce ferebantur carminibusque canebantur[73], *et ubi ad tempora devenit suis propiora, plura adiecit* 73
quae a coaevis accepisse credendus est, ea potissimum quae res spectant Bambergenses[74]. *Saeculi XI. exeuntis historiam ipse composuit, breviter quidem et simpliciter, sed satis accurate, litteris aliisque documentis usus*[75]; *atque hac parte mentem nulli parti obnoxiam, sensum iustum rectumque, patriae amorem et eandem erga imperatorem quam erga summum pontificem reverentiam ostendit. Historiam, ut supra iam dixi, a.* 1099. *vel sequenti composuit brevique itineris sacri his annis suscepti narratione finivit, quam ex epistola quadam hausit cruciferorum*[76]. 76

Ita vero in codice supradicto, olim Bambergensi, nunc Ienensi, non amplius exstat, sed postea ab ipso auctore mutata atque continuata. Altero vero codice, et ipso olim monasterii S. Michaelis Bambergensis, qui nunc vero bibliothecae Carlsruhanae illatus est[77], *ultima huius chronici pars, ab a. inde* 1057, *continetur, eaque forma, quam omnium esse antiquissimam facile est intellectu. Nam hic textus, quem* A. *nominavi, iis caret mutationibus additionibusque quas Ekkehardus in codice autographo* (1.) *postea faciendas iudicavit*[78]. *Post a.* 1099. 78
brevis adiecta est a. 1100. *et* 1101. *notitia, sive ab Ekkehardo, sive a codicis scriptore sit confecta. — In eodem vero volumine huic fragmento praemittitur, alia sed coaeva manu nitide scriptum, breve rerum inde ab orbe condito gestarum chronicon, ad annum usque* 1057. *deductum, ita ut illa Ekkehardiani libri particula hoc quodammodo excipere videatur. Certe non fortuito utrumque coniunctum esse, putarim, quamvis non unius esse operis partes inde pateat, quod, quum illud iam Heinrici IV. initia referat, hoc ab iisdem incipiat, sicque idem bis similibus verbis legatur. Chronicon illud dixi Wirziburgense, eo quod episcoporum Wirziburgensium ordinem ubique accurate diligenterque indicatum reperi. Praeterea tantum non omnia ex fontibus hausta sunt notissimis, Iosepho, Orosio, Isidoro, Beda, Pauli Diaconi historia Romana et Langobardorum, Fredegario, Einhardi Annalibus, quibus fortasse addi possunt Rufini historia ecclesiastica*[79] *et Gesta Romanorum pontificum*[80]; *prae ceteris* 80
vero epitome, qualem ex Herimanni Augiensis chronico factam novimus[81], *ab initio usque ad finem descripta est. Ex hoc opere in Ekkehardi chronicon universale quam plurima transiisse, primo patet aspectu. Quum vero eosdem plerumque fontes in utroque opere adhibitos viderem, eandem fere rerum disponendarum rationem deprehenderem, denique utrumque uno volumine coniunctum invenirem, parum aberat, quin etiam hanc breviorem historiam Ekkehardo tribuendam esse mihi persuaderem. Obstat tamen quod neque Fredegarii continuationem neque Gesta pontificum Romanorum in magno chronico adornando Ekkehardus adhibet; quae vix neglexisset, si ad manus habuisset; quod non semper idem ordo idemque sermo occurrit, denique quod Ekkehardus semel ad ea quae in chronico Wirziburgensi leguntur ita provocat*[82], *ut alienum opus satis aperte indicare videatur. Quare chronicon Wirziburgense, quod etiam longius perductum fuisse alibi suspicatus sum*[83] *quodque a pluribus medii aevi* 83

littera pro littera ponitur vel aliqua forte subducitur), 108 (*Qua de re conici potest, successionum vices vitio scriptorum pro similitudine nominum mutatas fuisse; — si tamen vitio scriptorum liber depravatus non est*). 73) p. 130. cf. p. 185. et p. 225. 74) p. 192 sqq. 75) a. 1076. 1080. 76) v. p. 209. n. 90. 77) v. infra p. 11. 78) v. a. 1072. 1085. 1096. 1097. 1098. 1099. 79) p. 22. 80) p. 26. 81) v. Mon. SS. V. p. 73. 82) p. 130: *quod — in quibusdam chronicis annotatur.* Sequitur quod ibi p. 23. narratur, hic vero tam cum vulgaribus cantilenis quam cum Iordanis relatione comparatur. 83) v. quae in praefatione ad Annalistam Saxonem dixi.

scriptoribus[84] *lectum est atque exscriptum, non inter opera sed inter praecipuos Ekkehardi fontes referendum puto*[85]. *Quare nomen ipsius p.* 17—32. *editionis nostrae lectores deleant velim.*

Iam vero ad Ekkehardum revertamur. Non diu enim in opere illo acquievit; sed mox id retractandum et continuandum suscepit. Anno 1101. *iter in Terram Sanctam suscepit, sequenti reversus Romam adiit, ibi Paschalem bannum erga Heinricum imperatorem promulgantem audivit, indeque in patriam regressus est. Tunc multa viderat ipse vel ab aliis acceperat relatu digna, tunc praesertim de expeditione prima cruciferorum multa antea ipsi ignota collegerat. Haec procul dubio fuit causa, quod in codice quem habemus autographo a.* 1098. *et* 1099. *historiam delevit novamque eamque fusiorem rerum tunc gestarum narrationem exorsus est*[86], *quam sive calamo continuo sive temporis decursu ad a. usque* 1106. *continuavit. Hac libri parte magis ecclesiae favet, non Heinrici imperatoris, sed filiorum rebellium partes agit*[87], *praesertim quintum Heinricum, cuius primae curiae a.* 1105 *Northusae aderat*[88], *laudibus effert. Eodem sensu tunc etiam in prima libri parte quaedam vel delevit vel mutavit*[89], *hinc inde etiam errorem correxit*[90].

Neque tamen in his substitit auctor. Heinrico quarto seni et exoso successerat iuvenis Heinricus V, qui, patre mortuo, ecclesiae et imperii unitatem restituere videbatur ideoque summo plausu ab omnibus est exceptus. Hoc etiam Ekkehardum movit, ut stilo quietem denegaret eumque Heinrici laudibus describendis libentissime voveret. Hoc ipse praefatione profitetur, quam Heinrico nondum imperatore, immo rege vix constituto, id est a. 1106. *vel* 1107, *scriptam esse patet*[91]. *Hanc sequitur anni* 1106. *historia ampla et, nisi valde fallor, in mediis motibus scripta. Nam Heinricum IV. verbis acerbissimis insectatur, ipsum tanquam heresiarcham, apostatam, animarum persecutorem omnibus contumeliis dignum habet, eiusque fautores ardenti sermone perstringit. Ekkehardus tunc Ottoni Bambergensi, qui regi iuniori se addixerat, adhaesit. Quem anno* 1106. *cum aliis regis legatis Romam missum*[92] *comitatus esse videtur; certe anni fine concilio Guastallis habito affuit*[93]. *His temporibus, ut supra vidimus, abbas constitutus est Uraugiensis, et deinceps non solum episcopo sed etiam regi Heinrico V. familiaritate coniunctus fuisse videtur.*

Etenim rex eo tempore quo nuptias cum filia regis Anglici celebraturus erat Ekkehardo praecepit, ut imperatorum historiam sive chronicon inde a Karoli Magni temporibus usque ad suam aetatem componeret. De quo ipsum audiamus auctorem, qui libro hanc praemisit praefationem:

a chon. *cod.*

INCIPIT PROLOGUS SEQUENTIS CHRONICI[a] OPERIS.

„Quamlibet rem publicam testatur Tullius felicem fore, si vel a sapientibus regatur,

84) ab Annalista Saxone et in Annalibus quos dicunt Wirziburgenses (Mon. SS. II. p. 239.), quos rectius vocaveris S. Albani Moguntinos. Hos in Annalibus Hildesheimensibus, Erfortensibus et S. Dysibodi descriptos esse, alibi ostendam. 85) Herimanni vero Augiensis chronicon iam inter Ekkehardi fontes referri nequit (cf. Mon. SS. II. p. 238. III. p. 20. V. p. 73.). — Ex chronico Wirziburg. etiam regum et imperatorum tam Karolingorum quam Saxonum genealogias sumtas esse, iam supra n. 59. dixi. 86) v. p. 210. et Archiv VII. p. 472. Longiorem belli sacri historiam fortasse dedisset, nisi Hierosolymis librum eius argumenti invenisset, quem exscribere nolebat (p. 216.). 87) Conradus, de quo a. 1093. scripserat: *Chuouradus filius impecatoris — patri rebellasse infamatur,* a. 1099. laudatur „vir per omnia catholicus et apostolicae sedi subiectissimus etc. 88) v. p. 227. 89) v. supra n. 83. 90) a. 1085; cf. a. 1072. 91) p. 231. Tota praefatio id ostendit. Nota praesertim verba: *Te — tandem et vix impetratum caput — Romanus a pulvere iam expergiscens orbis — tempus iam venisse misereudi sui testantur, de tua indole* etc. *Beata erit et — gloriosior producetur aetas tua, si* etc. 92) p. 233. 93) p. 241.

Ekkehardi Uraugiensis chronicon Tab. I.

1. Cod. Carlsruh. fol. 185. Luitpaldus marchio adelberti filius maximus ungariorum clades inmature ob.
Pestis pecudum maxima. H tempus dura & annosa. vi. vi. kl. iun. Brun. wir
ciburc epc ob. Anno dni. m. xl v. sed. iii. xi. m. i. d. xiii. Henric rex reso
pannonias iter ingrediens. di fauente clementia et beato Udalrico epo impe
rante uictor facti. obone cu uxore et filius cognatisq; qb; lou audendi

fol. 197. nni abiut
xl v. lxi
[xviii] Anno d. m. c. l. heinricus impr natale dni mogontie
plurimis conuenientib; celebrauit. Egilbertus treuirorum
archiepis. & Liemarus bremensis archieps obiert.
Heinricus comes de limpurg rebellauit. sed obsessis &
destructis castellis suis in deditionem uenit.

2. Cod. Jenensis fol. 152.



Cod. Jenensis fol. 171.

3. Cod. Cantabrig. Colleg. Corporis Christi. N. 373.

inuestiture ecclesiastice iuxta qd utriq;
pdecessorib placuerat & pmanere sfue-
uerat. cui hn conuulsibite stabilitate dom
papa mox sub anathemate confirmabat.
Sic deniq; ea die gla in excelsis do & uitra
pax hominib bone uoluntatis ut ita dica
e recuparata. dum ta inueterata & catenus
incorrigibilia de regno xpi scismatum

Cod. Jenensis.

xxxvi Annodni. M. xc ii. Pestilentia magna facta est homi
viiii num atq; pecudum.

xxxvii Annodni. M. xciii. Fraslaus dux boemie inuentus
reperitur cadens de equo. subitanea morte obiit.
[X] Chuonradus impris filius & Berhte imperatricis. patri
rebellasse infamatur. ... oriente in occidentem.
Uisus est splendor quida quasi facula uolans p ... ab



Cod. Cantabrig.

Anno Dni. m. c. iiii. Henric imperator natale dni ratispone
celebrauit. Cumq; ibidem aliquandiu moraret, orta q.l.i pri murmure
inter baioarie principes eo qd saxones uel franci familiari illic j bono

Mon. Germ. SS. T. VI tab. I. ad pag. 2.

aut eos qui eam rexerint studere contingat sapientiae, sine qua ipsam fortitudinem constat usque ad nomen temeritatis degenerare. Nos igitur impensius caeteris gentibus debemus gratias Deo referre, quoniam, sedatis procellis quibus hactenus quatiebamur, princeps magnae sapientiae magnaque pollens strennuitate ad gubernandum Romanum imperium emicuit, cui Dei dispositione universus orbis tam Romanus quam Teutonicus gaudet omni nisu applaudere, videlicet Henricus quintus rex et quartus imperator, vir compositus multiplici virtute, ferox in bello, pius et mansuetus in pace. Cum igitur ipse resplendeat velut coruscans lucifer splendore sapientie et redoleat omni boni odoris suavitate, dignatus est nostrae parvitati precipere, ut colligat sibi chronicum opus a temporibus Karoli Magni usque ad sua tempora, servando ubique veritatem istoriae. Quod opus recipere cum nostra recusaret imperitia, nos tamen compulit deducere ad aliquem effectum sua auctoritas et benivolentia. Habes igitur, serenissime imperator, amministrante caritate chronicum opus, excerptum non nostra set veterum chronographorum[a] auctoritate, utinam non indignum, ne dicam oculis imperatoriis, set saltim minimis lectoribus tuae curiae. Cum igitur tota intentio huius libri tam Romani imperii quam Teutonici regni deserviat honori, quorum regnorum coniunctio cepit a Karolo Francigena, necessarium duximus, tam nobilissimae gentis, que habilis inventa est ad procreandos dominos Romanae potentiae, altius originem repetere, et sic per antiquissimae nobilitatis generationes usque ad eundem Karolum narratione deducta, qualiter ipse capesseret rem publicam labefactam, et qualiter deinde Romanum imperium per successiones regum istius gentis excellentissime gubernaretur, ceteris chronicis relationibus exclusis, competenti brevitate usque ad haec tempora digerere. Primus igitur liber ab origine Francorum per regnum eiusdem gentis tempora discurrit. Secundus liber ab imperio Karoli Magni cunctorum successorum eius regimina actusque breviter atque annos includit. Tercius autem liber orditur acta atque agenda huius quinti Henrici; que utinam non possent terminari aliquo fine, aut saltem terminentur post multa curricula annorum, in bona et Deo bene complacita senectute!“

a) chon. C.

Incipit primus liber, ut supra indicatur, capitulo de origine Francorum, *verbis:* Francorum gentis exordia de antiqua Troianorum prodiere prosapia. Nam *etc.*[91] 91

Tam haec quam sequentia plerumque cum Ekkehardi chronico ita conveniunt, ut eundem auctorem, licet more suo nomen tacuerit, statim agnoscas. Accedit quod codex unicus chartam quoque continet ad monasterium Uraugiense spectantem, quod denique auctor ad chronicon ante scriptum diserte provocat[95]. — 95

Huius libri textus, quem C. *nominavi, quamvis ex priori chronico desumtus, ex singulis eius capitibus consarcinatus, interdum tamen ab illo recedit. Primum enim ex Sigeberti Gemblacensis chronica quam plura recepit, quibus suam ampliavit narrationem, tunc inde a medio saeculo XI, mutato rerum statu, historiam etiam mutandam duxit. Heinricus quintus patris manes placaverat pacemque inter ecclesiam et imperium, expeditione Romana finita, felicissime stabilisse sibi visus est. Ideo etiam Ekkehardus nunc omnia vitavit, quae antiquae discordiae renovare poterant memoriam, eaque mitigavit, quae primo libro contra ecclesiam, postea mutata sententia contra Heinricum IV. imperatorem eiusque asseclas nimis acerbe scripserat*[96]. *Id enim studuit, ut* 96 *rerum gestarum imaginem talem Heinrico iuniori porrigeret, quae nulli parti faveret neque cuiusquam animum offendere posset. Quo adductus est, ut annorum* 1105. *et* 1106. *historiam novam scriberet, continuationemque adderet eodem animo aequo et moderato confectam.*

Exstant vero praeterea duae chronici Ekkehardiani recensiones, quae cum C. *in multis conveniunt, quamvis in aliis tam ab hoc quam a priori textu recedant. Utraque praefationem, anno* 1106. *praemissam, Heinrico iuniori directam, exhibet,*

94) cf. p. 115. 95) a. 1096. n. ****, a. 1101. p. 220. n. ****. 96) cf. a. 1072. n. *, a. 1080. n. * (p. 204). n. ** a. 1083. n*, a. 1084, a. 1085. n. ** et ****, a. 1086. n. *, a. 1093. n. *, a. 1102. n. *, praesertim vero a. 1105. et 1106. — Hinc inde etiam leviores errores sustulit (a. 1076. 1089).

utraque textum sine annorum tabulis scriptum sed multis additionibus ex Sigeberto desumtis auctum, denique narrationem annorum 1070 *sqq praebet interdum eodem modo mutatam quo* C. *Quum hoc vero iis potissimum locis animadvertatur, quibus verba acerbiora erga ecclesiam papasque mitigata sunt, nec pariter ubi in Heinricum IV. auctor invectus erat, quum econtra a.* 1106. *historia animo hostilissimo scripta hic retineatur: fortasse has recensiones historia* C. *antiquiores, immo iam a.* 1106. *vel* 1107. *una cum praefatione illa eiusque anni narratione confectas putaris. Cui nec ipse refragarer sententiae, nisi Sigeberti chronicon a. demum* 1112. *finitum esset et nisi utramque recensionem in codicibus usque ad a.* 1125. *continuatam reperirem. Sigebertus quidem iam antea opus edidisse putatur*[97], *codices autem etiam in aliis a primaeva forma recedere atque chronicon postea ab auctore ita compositum continere videntur. — Sed recensiones hae quamvis inter se in plerisque conveniant, sunt tamen in quibus differant. Prior, quam* D. *dixi, chronicon a.* 1099. *susceptum, a.* 1106. *finitum fundamento ponit, sed locis Sigebertianis quam plurimis ampliat, historiam belli Hierosolymitani a.* 1099 *sqq. omittit et in finem voluminis reiicit, a.* 1106. *modo pergit supra dicto, narrationem vero usque ad a.* 1125. *continuat. Altera,* E. *dicta, et ipsa primaevi textus vestigia premit, Sigebertiana eadem fere quae* D. *habet fragmenta, maiores tamen illas narrationes de historia Alexandri*[98], *Francorum*[99], *Gothorum, Langobardorum, Karoli Magni Saxonumque omittit*[1], *necnon expeditionis cruciferorum historiam a chronico secernit et in singularis libri formam redigit, qui Hierosolymita (ideo* H. *indicatus) inscriptus et Erkemberto abbati Corbeiensi dedicatus est*[2]. *Eidem chronicon quoque transmisit, hac epistola libro praemissa*[3]*:*

INCIPIT PROLOGUS.

„Christi familiae fideli prudentique dispensatori Erkemberto necnon eidem formoso gregi, sub tam elegante pastore Christi martirum Stephani atque Viti excubias celebranti, frater Ekkehardus cum ceteris sancti Laurentii pauperibus, si quid valet caritas non ficta tantis pressa ponderibus. En, sarcinis propriis media interim via relictis, impositum nobis ab auctoritate vestra grande videlicet onus, Deo gratias, Christo laudes! ad metam usque detulimus, soli tantum caritati — quae cum Deus sit, nichil nimirum nequit utrimque — digne asscribentes, quod, ipsa manum semper porrigente, tanta tantilli potuimus. Ecce enim diversorum chronographorum series ab exordio mundi breviando decursas, nostrorum temporum fecibus eciam per nostri stili supplevimus officium, per hoc ipsum precepti vestri voto, quamvis non absque famae nostrae periculo, volentes iam esse satisfactum. Igitur ob fastidii remedium[a] 5 libellis opus ipsum distinguitur. Primus[a] conditione urbis Romae, secundus Christi nativitate, tercius imperio Karoli, quartus illius qui adhuc superest et quintus Heinricus imperator appellatus est, terminatur. Cuius enim nomini quintum non incongrue librum videbatur inscribi, quem ad arbitrium uniuscuiusque scriptoris constituimus finiri. Addidimus quoque in fine scedulae libellum quem Iherosolimitam dicimus, et perigrinationis tibimet, o pater venerande, iam divinitus inspiratae levamen speciale futurum non ambigimus. Unum est ergo quod votis omnibus exoptamus, quod eciam nostri laboris recompensationem summopere postulamus, quatinus volumen presens nostrae servitutis debitum in cenobio Corbeiensi perpetualiter persolvat, ac renovatae per se pristinae societatis, quam sub sanctae memo-

a) reme *et* rimus *in codice deleta.*

97) cf. quae Bethmannus noster infra p. 273. dixit. At certe non a. 1105. Ekkehardus Sigeberti chronico usus est, sed a. 1106. vel sequenti; quod cum iis quae n. 47*. notavit optime convenit. 98) Omnia inde a verbis (p. 62. l. 9.) *Sed quia idem Alexander — quinque postea regnavit* (p. 75. l. 55.) desunt. 99) v. p. 115. n. h., p. 119. n. k., p. 141. n. d., p. 161. n. *, 175. n. *. — Historiae Alexandri Gothorum Saxonumque etiam in praecipuo recensionis D. codice omissae sunt sed post eadem manu suppletae; v. infra p. 15. n. 68. 1) praeterea locum (p. 99.) de successione pontificum. 2) Huius rei mentionem faciunt Annales illi Corbeienses dubiae fidei apud Leibnitz II. p. 306. 3) Edita est ex codice Parisiensi (E2.) a Martenio Coll. V. p. 511. et Oesterreich. Archiv 1831. Urkundenblatt V. p. 17.

3. Cod. Cantabrigiensis contin.

Henric' quartus.

HENRICUS QUINT'

4. Cod. Par. 4889. fol. 99.

atq; confirmauerunt. De monasterio ful
densi turris australis corruit ac securarum
orientale regnum quę subtus illud erat cripta
altariaq; .vii. circumcirca compressit.

Cod. Par. 4889. fol. 187.

aliiq; ad .xii. per saxoniam atq; boemiam a quodam presbitero folcmaro. nonnulli a gothescalco presbitero per orientalem franciam ducti sunt.
Hic de ordine uel expeditionis eiusdem causa. non tam humanitus quam diuinitus ordinata ferramus estimans aliqua prescriptis adicere. maxime ob

5. Cod. Erlangensis.

ANNO D. M. C. XVIIII. Dominus apostolicus Gelasius. II. apud uiennam sinodum egregauit. eaq; uix sacta per paucos dies in monasterio cluniacensi uitam presentem in domino finiuit. Quo ut decuit honorifica ibi de

6. Cod. Gothanus.

serui ut etiam parcendum fore mors minitaret pallida. uixq; uiui sufficeret ad curanda defungentium cadauera. Apud mogontiam principum conuentu habito. saxonum dux lotharius in regem electus. Lxxxviii. loco ab augusto. anno urbis conditę. dccc.lxxvi. suscepit imperium. et aquisgrani benedictione regali sublimatur. regni. anni. xii.

Anni lotharii. I.

7. Cod. Lipsiensis.

papa. Otto dux sueuorum obiit. post eum otto comes de suuinfurte successit. .x.
Anno d. m. xlviii. Heinricus imperator anno imperii sui quarto quadam gallię partes inuasit. et gotfridum et baldewinum duces. quos ad deditionem coactis. et regno bis imparatos pacificato. uictor cum honore reuertitur. Synodus mogontię habetur cui interfuerunt brun apostolicus et heinricus imperator. xi Anno d. m. L. Vngarii rebellant. Qui Gebe-

Qui brun sub beato. Albewino. scolarum in herfelt magister. postea in menburgh suę in saxonia ab bene disciplinis liberalibus instruebat.

8. Cod. Cotoniensis fol. 220.

sufficerent ad curanda defungentium cadauera. Explicit liber cronicarum.
Anno d. m. cxxv. Richwinus cicensis episcopus obiit. Post quem Vdo constituitur. cui sacerdotii optima fuerunt initia. Kalixtus papa secundus obiit. post quem honorius constituitur. Heinricus quartus imperator nostri huius quintus. x. kl. Junii obiit. quo tempore per tres fere continuas noctes ante mortem eius tanta frigoris inmanitas fuit. ut impletis regni

ut oportuit ab apostolico insequenti die Luitpoldum mogontinę sedis archiepiscopum

9. Cod. Stutgard. fol. 201.

dis ex communicatione, pro palatio consilio qq; synodum insinuans ut eadem, pro causa in dixit quod habita eadem quod prius excommunicationem confirmauit. Imperator his auditis in superiora quod principum consensus generale ut curiale colloquium non multo post apud wir

Huic ecclesię institutus Norbertus. postea premonstratensis ordinis institutor. uir admodum nouis gestis in regno habitu. ubiq; ab omnibus in multis accusabatur. de quibus

10. Cod. regius Berolinensis.

uastauit. frequentia ex locis plurimis ultra solitum erumpentes segetes contiguas et maxime tritiseas auruginę et rubedine depastauit.
Apud eum fere nescio quod auspicante incommodo ex toto pene depiit. Nonnulli insuper in sole et luna et stellis diuisi diuiso in se uidisse

Rokerus . xviii. archiepiscopus magadaburgensis obiit.

riae patreque dilectissimo Marcwardo consecuti sumus, monimentum in armario sancti Viti pro pauperibus sancti Laurentii posteris pretendat. Ad haec, nimio nec immerito erga reverentiam vestram[a] ferventes affectu caritatis, direximus unanimem nostrum vobisque per omnia nichilominus devotum Amel, priorem nostrae congregationis, qui et tibi, pater, ad vestigia Salvatoris tendenti, presentialiter nostra vice intimum vale faciat, ac inter utramque congregationem mediator notissimus ac testis ydoneus optatae fraternitatis nostrae ore ad os confirmare sufficiat, et si qua sunt literis neglecta, hinc inde responsa subinferat. Valere vos hic semper et in aeternum vivere, nos oramus unanimes et sine intermissione.“

a) nostram *c.*

Quam patet epistolam Heinrico V. imperante scriptam esse, antequam Erkembertus abbas in Terram Sanctam profectus sit[4], *inter annum igitur* **1112**, *quo ille imperii coronam suscepit, et* **1117**, *quo hic iter exsecutus est*[5]. *Nihilominus codices, quibus chronicon cum hac epistola et Hierosolymita continetur, id praebent usque ad a.* **1125**. *deductum, neque quinque libros in praefatione indicatos et ab Helmoldo in suo exemplari lectos*[6] *accurate discernunt*[7], *ita ut opus quale Erkemberto transmissum sit genuinum nondum possideamus. Proxime tamen* E. *ad hoc accedere videtur. Continet enim praeter epistolam etiam brevem Corbeiae fundatae notitiam*[8], *quam alii codices* (*excepto* D.) *praetermittunt, et textum praebet ex* D. *confectum*[9], *sed novissimis curis ab Ekkehardo castigatum*[10]. *Cum nonnullis continuationis locis* E. *propius ad* C. *quam ad* D. *accedat*[11], *huius quidem partem priorem antiquiorem quam* C. *habeo, sive a.* **1106**. *ita sit confecta sive aliquot annis post, chronicon vero Erkemberto directum* (E.) *circa a.* **1117**, *ergo post* C, *quod a.* **1114**. *finitum scimus, confectum, denique primum* D, *postea etiam* E. *continuatione usque ad a.* **1125**. *auctum esse, statuo.*

Praeterea ipsi Ekkehardo, quem indefessa cura diligentiaque opus iterum iterumque pertractasse et modo hac modo illa forma edidisse videmus, non possum quin et eam tribuam recensionem, qua chronicon a. **1106**., *immutatum fere et nonnisi paucis Sigeberti fragmentis auctum, cum continuatione usque ad a.* **1125**. *(eadem fere qua* D.*) coniunctum habemus (quam* B*. dixi), praesertim quum etiam hanc iam in saeculi XII. codicibus reperiri constet.*

Continuationes hae maximae sunt auctoritatis atque reliquo operi longe praestant. Nam quae auctor ipse viderat[13] *vel ab aequalibus audierat*[14], *accurata et satis ampla narratione exposuit, etiam aliorum scriptorum opera non neglexit, sed tam Davidis Scotti historiam expeditionis Romanae ab Heinrico V. a.* **1111**. *et* **1112**. *susceptae deperditam*[15], *quam librum Hessonis de pace inter papam et imperatorem componenda*[16] *adhibuit, epistolas vero aliaque documenta, quorum compos factus est, narrationi inseruit vel breviter attulit*[17]. *Non uno tempore*

4) cf. Hierosolym. p. 265. 5) Ann. Hildesh. h. a. 6) v. locum supra allatum II, 40: *Qui actus eorum* (Heinrici patris et filii) *et terminum schismatis huius plenius nosse desiderat, legat historiarum magistri Eggihardi librum quintum, quem ad Henricum iuniorem describens, bona eius amplissima laude extollit, ad malefacta aut omnino tacuit aut in melius interpretatus est.* 7) liber quartus a. 801. (p. 169. n. a.), quintus a. 1105. (p. 232.) notantur, reliqui nonnisi maioribus litteris initialibus indicantur: *Numitor a nepotibus* etc. (p. 50. l. 26.) liber 2. *Eo igitur tempore* etc. (p. 95. l. 7.) liber 3. Notandum vero, priorem partem in antiquissimo recensionis E. codice deperditam esse. 8) a. 822. 9) cf. a. 936. 972. 1024. 10) cf. a. 1110. 1114 (p. 215. l. 10.), a. 1115. 1119. 1121 (u. t.), praesertim vero a. 1123 (p. 261. n. 12). 11) p. 241. n. v., 242. n. d., 243, 244. n. *. b. 13) v. a. 1099. 1101. 1102. 1105. 1106. Nuptiis regalibus a. 1114. interfuisse videtur. 14) a. 1099, 1100 (*ut ab ipsius* [Wigberti] *ore didicimus*), 1101 (*Testari solent qui aderant*), 1106 (*Referunt enim qui aderant*), 1118 (*quod multis testibus comprobamus*), 1121 (*Auditur interea necnon et nunciis a Roma venientibus approbatur*). Cf. a. 1111. ex E: *sicuti nobis tunc inibi presentes affirmant; quamvis nonnulli longe aliter inde sentiant.* 15) p. 243, ubi etiam Willelmum Malmesburiensem hoc libro usum esse dixi. Trithemius Ekkehardi verbis exscriptis addit (Ann. Hirsang. I. p. 349.): *Iste David postea monachus factus est sub sancto Machario, primo abbate cenobii sancti Iacobi apostoli maioris, in suburbano Herbipolensis urbis.* 16) a. 1119. p. 255. 17) a. 1106. 1118. 1119. 1122. 1125.

horum annorum compositam esse historiam satis patet; a. **1106**, *a.* **1114**, *denique circa a.* **1117**. *in ea conficienda et mutanda ipsum occupatum vidimus; etiam reliquas partes, quamvis non singulis annis, temporis decursu scripsisse putandus est, easque postea saepius retractavit. — Ex his omnibus Ekkehardum non leviter rerum scriptoris munus suscepisse apparet; quem ubique non minus veritati studuisse non est quod dubitemus. Id unum ei obiiciendum esse videtur, quod non firmo et constanti animo res hominesque iudicavit, sed vel partium studio vel regis papaeve favore se ita abripi passus est, ut quae antea scripserat postea supprimenda duceret et eandem rem modo sic modo aliter narraret. Quod quamvis non prorsus negem, id tamen lectores meminerint velim, res eo tempore mire fuisse turbatas et saepissime mutatas, inter reges et pontifices Romanos paucis annis modo pacem modo acerbissimas fuisse inimicitias. Ekkehardus ecclesiam eiusque caput pontificem Romanum reverenter semper coluit, initio tamen etiam imperatorem iura imperii defendentem excusandum, fortasse laudandum duxit, atque in eam inclinavit sententiam quam tunc apud plures patriae amatores viguisse constat, et papae et imperatori, quamvis neutri in omnibus assentirent, esse obediendum. Paucis annis post, itinere sacro perfecto Romaque visitata, totus in ecclesiae partes abiit*[18], *Heinricum iuniorem illius ope adiutum regem gaudet constitutum, postea vero et ipsum novum schisma exordientem acerbe vituperat*[19], *summa iterum repletur laetitia, ubi firmam pacem, novis turbinibus sedatis, videt stabilitam*[20], *Heinricum tamen vota non exsolventem, spem de ipso conceptam frustrantem dolet, ideoque non potest, quin regem, quem laetissimis verbis salutaverat, vix mediocri laudatione mortuum dignum iudicet*[21] *Itaque de hominibus singulisque rebus mutavit quidem sententiam, neque tamen leviter fluctuasse, neque aequum et iustum iudicium, si a.* **1106**. *historiam in mediis turbinibus scriptam excipias, deposuisse mihi videtur.*

Alexandri Magni, Gothorum, Langobardorum et Saxonum historias, quas Ekkehardus ultima chronici recensione (E.) *secluserat, separatim quoque edidit, iisque vitam reginae Mahthildis addidit, ex antiquiore illa excerptam*[22], *quam quum in chronico nondum adhibuerit, fortasse postea demum est assecutus. Certe non est cur hanc collectionem in pluribus codicibus inventam alii cuidam adscribamus, praesertim quum verba*[23], *quibus Saxonum historiae*[24] *vita coniuncta est Mahthildis, Ekkehardianum sermonem redolere videantur.*

Quamvis nullum fere medii aevi scriptorem operum tam numero quam gravitate Ekkehardo aequiparari posse, nunc constet, diu tamen eius nomen tenebris obrutum et oblivioni traditum fuit, quippe qui nonnisi praefatione ad Heinricum V. et epistola ad Erkenbertum scriptis id prodiderit, caeteraque opera nulla inscriptione, nulla auctoris indicatione ornaverit. Iam vero eius narrationem etiam ab aliis rerum Germanicarum scriptoribus exscriptam deprehendere licet. Hi enim sunt, quos ex illius libris hausisse compertum habeo: Annalista Saxo (ex E. *et* B*.)[25], *Otto Frisingensis (ex* B.)[26], *Monachus Opatowicensis*[27], *Hel-*

18) Id iam Gretser sensit (Rerum variarum II, 10. Op. XVII. p. 73.). 19) a. 1118. 20) a. 1122. 21) a. 1125. 22) Archiv VII. p. 486. Mon. SS. IV. p. 283. 23) Leibnitz SS. III. p. 655. Archiv VII. p. 488. 489: *Hoc ordine Heinricus rex factus, quantam et qualem rem publicam ex attenuata et dilaceratu effecerit, alias, id est in serie regum, qui querit eloceri poterit. Iam de vita et conversatione coniugis suae Deo dilectae feminae aliqua pro ingenioli nostri tenuitate dicenda sunt. Si enim omnes virtutes eius vellemus enarrare, hora deficeret, facundia Homeri vel Maronis si adesset deficeret.* 24) Duobus locis etiam in hanc pauca verba ex vita Mahthildis transierunt (Leibn. p. 654: *ex uxore Hudewic dicta,* et: *Henricus ergo contra — de qua paullo post latius disseremus*). 25) cf. Martene Coll. IV. p. 2. Schumacher Beitraege p. 57—59, Stenzel Fr. K. II. p. 110. 111. et quae infra dicturus sum (praef. in Ann. S.). 26) Ipse ad huius provocat testimonium VII, 7. 11. Ex Ottone Godefridus Viterb. et Albericus etiam haec sumserunt (cf. Stenzel II. p. 10). 27) cf. Meinert Wie-

moldus (ex E.)[28], *Chronographus Saxo (ex* A. *et* E.)[29], *Adelbertus in vita Heinrici II.* 23
imperatoris[30], *Annales Vetero-Cellenses breves (ex* B*.)[31], *Auctor chronici Halberstadensis (ex* B*.)[32], *Pegaviensis monachus (ex* B*.)[33], *quisquis fuerit auctor, sive Godefridus sive Otto, chronici S. Pantaleonis Coloniensis (ex* B.)[34], *Burchardus Urspergensis*[35], *qui chronicon* (B*.) *integrum fere descripsit atque Ekkehardo* 35
per plura saecula palmam ita praeripuit, ut a recentioribus saepissime Chronicon laudetur Urspergense[36], *ubi Ekkehardi liber ab illo exscriptus afferendus erat; praeterea Albertus Stadensis (ex* B.)[37], *Hermannus Altahensis (ex* B.)[38], *chronica — 1310.*[39], *Henricus ab Hervordia*[40], *Andreas Ratisbonensis (ex* B.)[41], *chronicon Bambergense „de Henrico II. et fundato ab ipso episcopatu Bambergensi“*[42], *Trithemius, Staindelius. — Monachus Hamerslebensis totum Ekkehardi chronicon* (B*?) *in epitomen redegit*[43]*; fragmenta excerpta in codice quo-* 43
dam Hannoverano[44] *aliisque leguntur. Populorum historias etiam alibi adhibitas videmus, Saxonicam potissimum, in libello „quomodo Saxones primo venerunt ad terram Saxoniae“*[45], *in opusculo „de origine Suevorum“*[46], *in historia „Annales Vetero-Cellenses“ inscripta*[47]*; alii historiam Alexandri sibi vindi-* 47
carunt, ita ut Ekkehardus in Germania praesertim septentrionali eandem fere habuisse videatur auctoritatem quam Herimannus in Alemannia, Baioaria et Austria, Sigebertus in Belgia et Gallia adepti erant.

Quum tantopere vulgata essent Ekkehardi opera, non mirum codices etiamnum inveniri quam plurimos. Quos tantum non omnes ad hanc editionem adornandam adhiberi potuisse, lectores mecum gavisuros esse, confido. Sunt vero hi:

A.) *Codex bibliothecae Carlsruhanae N.* 36. *mbr. in* 4to *plura continet opera s. XI. et XII. a diversis scripta*[48], *nunc uno volumine coniuncta, in fine* 48
f. 171—186. *chronicon Wirziburgense, f.* 187—197. *Ekkehardi chronicon a.*

ner Jahrb. XLVIII. p. 36. Palacky Würdigung d. Böhm. Geschichtschr. p. 65. 28) V. supra p. 11. n. 6.; cf. Lappenberg Arch. VI. p. 559. 29) cf. Schumacher p. 65. Archiv VII. p. 474. 30) Mon. SS. IV. p. 788. 31) ap. Mencken II. p. 435. Quos circa a. 1200. scriptos esse, codex ostendit autographus Lipsiensis. 32) Additamentum recepit in codice Lipsiensi (6.) exstans (p. 196. n. *2). — Cf. iam Leibnitz II. p. 110. et Schatz in praefatione editionis suae. 33) ap. Hoffmann SS. Lus. I, 1. Cuius epitome, s. XVI. a monacho Hamerslebensi facta, est libellus de coenobii Bigaug. fundatione (ib. IV.). 34) cf. Semler Versuch p. 108. Schumacher p. 57. 59. Stenzel II. p. 109. 35) Priores Conradum a Lichtenau chronici Urspergensis dixerunt auctorem (primus Brnschius Monast. Germ. centuria prima 1551. fol. p. 168^{a}.); iam vero constat, Burchardum praepositum (inde ab a. 1215.) integrum vel saltem maximam eius scripsisse partem; v. Christmann (Hist. Friderici imp. magni. Ulmae 1790. 4. p. XII sqq. XXXIII.) et Braun (Not. hist. litt. de codd. mss. in bibl. monast. ad S. Udalricum et Afram. Aug. Vind. 1792. 4. II. p. 92 sqq.), qui dissertatione Kühnii inedita usus est. 36) Plures tamen antiquius chronicon in Urspergensi esse descriptum viderunt, Bellarminus (de SS. eccl. ed. ultima, Lutetiae 1631. 8. p. 335.), Freherus, Goldastus (v. infra n. 54.), Gretserus (Rer. var. II, 10. Op. T. XVII.), Vossius (de H. L. II, 57.), Thomasius (de plagio litter. Lipsiae 1673. 4. §. 585—591.), Martenius (v. supra p. 1.), Struvius (Obss. selectae I, 20.), Schumacher (Beitraege zur Deutschen Reichsgesch. 1770. 4.), Adelung (Directorium p. 79.), ut recentiores omittam. Molleri dissertationem Altorfi 1694. non vidi. 37) cf. Lappenberg Archiv VI. p. 331. 38) cf. Archiv VII. p. 475. Potius Hermanni quam Ekkehardi codex dicendus est, quippe qui huius textui multa inserat ad Altahense monasterium pertinentia, nisi fallor ab Hermanno, quum hanc partem suo libro praemitteret, adiecta, et cum ipso edenda. 39) inéditum Guelferbytanum; cf. Ebert Archiv VI. p. 13. 40) cf. Bruns Beitraege p. 15. Codicem habuisse videtur E. similem sed auctum et continuatum. Nam plura ex Ekkehardo affert Henricus (cuius codice usus sum Berolinensi Mss. Lat. fol. N. 224.) quae illic frustra quaeras, etiam usque ad Friderici II. tempora (a. 32). Ex Henrico Kornerus hausit; v. Arch. VI. p. 763. 592. 41) Codicem in monasterio Pruefingen invenit; chron. gen. ap. Eccardum I. p. 1933; cf. p. 2071. Etiam in chron. Bavar. hoc fonte usus est (SS. Kulpis. ed. Schilter p. 8. 16. 17). 42) v. cod. Hamburgensem (Arch. VI. p. 242.) p. 156. 157. 185. 43) Edidit Mader Ant. Brunsw. p. 136. Leibnitz I. p. 707; cf. de eius codice quae Archiv IX. dicturus sum. 44) Archiv VIII. p. 641. ex codice quodam S. Michaelis Hildesheimensi. 45) ap. Ludewig Rel. mss. VIII. p. 154. 46) ap. Goldast SS. rerum Suevicarum. 47) ap. Mencken II. p. 379: *Gesta itaque Witikindi magni ducis gloriosi reperies in historiis Caroli Magni et in chronica de origine Saxonum.* Quae sequuntur maximam partem cum Ekkehardo conveniunt. 48) Quae accuratius Archiv Vol. IX. indicabo.

19 1057—1099. (1101.)[19]. *Utrumque a V. Cl. Molter diligentissime exscriptum. postea, codice benevole nobis transmisso, ei ipse contuli.*

(B.) *Inter huius textus codices omnium est praestantissimus*

1.) *Ienensis, mbr. in* 4to, *ex bibliotheca Bosii acceptus, ibique numero* 19. 50 *notatus. Continet iam* 199. *folia. De quo Ekkehardi autographo*[50] *v. Archiv VII. p.* 472 *sqq. et supra p.* 4.

1b.) *Ita codicem Guelferbytanum chronicae regiae S. Pantaleonis dixi, Archiv VII. p.* 643 *sqq. descriptum. — Ad eandem recensionem referendus est:*

2.) *Brugensis, olim „beate Marie de Dunis", chart. s. XV, a Pertzio primum inventus, a Bethmanno nostro a.* 1842. *accuratius perlustratus; qui inde*[50*] *a Karoli Magni temporibus Ekkehardi chronicon ea forma repetit qua a.* 1106. *absolutum est, ita ut folia in codice* 1. *excisa ex hoc suppleri possint.*

51 3.) *Vindobonensis potius Hermanni Altah. quam Ekkeh. nomine inscribendus*[51]. *His vero apte illi addi possunt codices, in quibus huic textui continuatio a.* 1125. *adiecta est* (B*.). *Omnes vel pluribus vel singulis locis monasterii Swarzahensis mentionem faciunt; quae si ab Ekkehardo addita neges*[51*], *illos ex huius monasterii exemplari, quale olim exstitisse scimus*[52], *derivatas esse, statui debet*[53]. *Huc vero, praeter codicem Freheri, postea Heidelbergen-*
51 *sem, cuius fata ignorantur*[54], *hi pertinent:*

4.) *Erlangensis*[55], *olim Heilsbronnensis, mbr. s. XII. fol., qui id habet singulare, quod breviora illa additamenta ex Sigeberto huic recensioni addita non omnia habet atque aliis quoque locis propius ad* 1. *accedit. Ceterum satis negligenter exaratus est, ita ut scriptor etiam a verbis mutandis aliterque disponendis non satis parceret. A.* 815. 1074. 1121 *Swarzahensia recepit.*

56 5.) *Gothanus*[56], *olim S. Petri Erfurtanus, mbr. s. XII. fol., optime scriptus, qui quamvis integrum Ekkehardi contineat textum, vix tamen ipsius codicibus adscribi potest, quippe qui illum fragmentis ex Lamberto sumtis aliisque additionibus nonnullis ita ampliaverit, praeterea continuatione usque ad a.* 1137. *auxerit, ut potius novum chronicon scriptor condidisse quam Ekkehardiani exemplar fecisse videatur. Swarzahensis monasterii fundationem refert a.* 815.

57 *Plures sunt codices, qui prope ad* 5. *accedunt*[57], *inter se vero ita conveniunt, ut alterum ex altero vel plures ex eodem descriptos esse exemplari dubitari nequeat*[58]. *Hi non solum a.* 815. 1074. *et* 1121 *Swarzahensia recipiunt, sed etiam a.* 1095. 1112. *eiusdem abbates memorant. Sunt vero hi:*

6.) *Lipsiensis mbr. s. XII. fol., de quo cf. Archiv VII. p.* 497.

7.) *Zizensis, olim „Liber sancte Marie in Posavia", mbr. s. XIII. fol.,*
59 *non una manu diligenter satis scriptus*[59], *eaque continuatione insignis, quam Eccardus Annalium Bosaviensium nomine edidit. Quae quamvis usque ad a.* 1137. *cum Erfurtensi (in* 5.*) conveniat, Ekkehardi tamen textus ab hoc recedit.*

49) v. supra. p. 7. 50) Antea descriptus est a Struvio Obss. selectae I. p. 316. et Archiv III. p. 277 sqq. 50*) Initio nonnisi excerptum ex Ekkehardo aliisque fontibus praebet, postea saltem historias Francorum, Gothorum et Langobardorum omittit. 51) v. supra p. 13. n. 38. 51*) Nego vero, quia pleraque cum chron. Swarzah. conveniant, quod ad aliud revocat antiquius (Ludewig SS. R. Bamb. II. p. 9. 12 sqq.). 52) In codice Parisiensi, qui Annalistae Saxonis compilationem continet, f. 219. (a. 1116.) haec leguntur verba manu s. XV. scripta: *Item in chronicis Eusebii que in cenobio Swartzuch continentur inrenies clarius de altercatione episcopatus Wirtzpurgensis;* quibus aperte Ekkehardi historia indicatur. 53) Communem omnium originem etiam singulae probant lectiones, e. gr. p. 195. n. c, 256. n. n. aliaeque. 54) Frecherus hunc in directorio, SS. R. Germ. Vol. I. praemisso, chronici Swarzahensis nomine affert (cf. Goldast SS. R. Alam. I. p. 207, Apolog. pro Heinrico IV. p. 13.); quem Heidelbergensi bibliothecae illatum esse, testatur Thomasius de plagio litterario. §. 591. Nunc vero neque ibi est, neque Romae hucusque repertus. 55) De quo cf. Hocker bibl. Heilbronn. p. 83—88. Archiv VII. p. 111. 496. 497. 56) De quo cf. Iacobs Beitraege II. 386. Archiv VII. p. 505. 57) cf. p. 130. n. d, p. 191. n. *3. 58) cf. p. 176. n. *1. et alia plura. 59) Omittit tamen quaedam a. 949. 1033. 1092. 1115.

8.) *Dresdensis* (I. 49.) *chart. s. XV. XVI. fol. (Archiv VI. p.* 223. *VII. p.* 499).

9.) *Tres codices, brevi continuatione* — 1169.[60] *aucti:* 9a.) *Dresdensis* (I. 48.), *olim „celle S. Marie“, mbr. s. XII. fol. (Archiv VI. p.* 223, *VII. p.* 498); 9b.) *Dresdensis* (F. 60.) *mbr. s. XIV. fol. (Arch. VII. p.* 499)[61]; 9c.) *Ienensis N.* 65. *mbr. s. XIV. fol. (Arch. VII. p.* 498)[62].

10.) *Stutgartensis, hist. N.* 411. *fol., olim Zwifaltensis*[63]. *mbr. s. XII, initio mancus, postea hinc inde corruptus additionibusque auctus, quae tantum non omnes ex Bernoldo haustae sunt*[64]. *Praeterea Swarzahensia habet omnia quae reliqui additque unum locum qui fortasse ad idem pertinet monasterium*[65]. *Hunc codicem, quem accuratius descripsi Archiv VII. p.* 500 *sqq., nactus erat*

11.) *Urspergensis praepositus Burchardus, quum, hoc codice descripto, chronicon conderet usque ad a.* 1229, *quod in omnium manibus versatur. Usus sum editione principe, quam Ioannes Miller impressor Augustanus a.* 1515. *ex exemplari Conradi Peutingeri in monasterio Urspergensi reperto*[66] *curavit*[67].

Chronici a. 1114. *Heinrico V. directi unicus, quod sciam, codex est*

C.) *Cantabrigensis collegii Christi N.* 373. *mbr. s. XII. Ekkehardi autographus, diligenter scriptus et eleganter exornatus, quem Pertzius a.* 1827. *detexit accurateque (Archiv VII. p.* 493.) *descripsit. Fortasse a Mahthilde, Heinrici V. uxore, in Angliam portatus ideoque in Germania numquam est descriptus.*

D.) *Huius recensionis praecipuus est regius Parisiensis N.* 4889. *mbr. s. XII. fol. Historiae Alexandri, Gothorum atque Saxonum praetermissae erant, sed pluribus foliis insertis, postea eadem manu supplentur; quo facto, quaterniones novo ordine numerantur*[68]. *Quod quamvis auctoris manum indicare videatur, ipsi tamen hic codex negligentius scriptus vix tribui potest. Historiam Hierosolymitanam in calce positam excipit catalogus episcoporum Hierosolymitanorum. Ex hoc descriptus esse videtur:*

D2.) *codex Parisiensis, Arsenal N.* 6, *olim „liber Viridis vallis prope Bruxellam*[69]*, chart. s. XIV. fol. Incipit ab a.* 576. *titulo praemisso:* Secunda pars cronice Eusebii. *In fine leviora quaedam addit*[71].

E.) *Ultimam libri formam exhibent duo codices:*

E1.) *Berolinensis Lat. N.* 295. *mbr. s. XII. ex. fol. min., olim Havelbergensis*[72] *(ultima pagina legitur:* Iste liber est sancte Marie virginis sanctique Laurentii martiris in Havelberch. Quem contulit dominus Sichebodo episco-

60) Sequuntur numeri — 1184. Sine causa hoc chronicon Guidoni Calixto tributum est (cf. Archiv I. p. 111. V. p. 687. VII. p. 499). In codice enim 9[b]. manu s. XVI. haec verba scripta sunt: *Calixtus papa II. ante Guido dictus, ex Burgundia comitum genere natus, hanc historiam composuit, prout in eadem historia invenies praecipue in vita Heinrici IV. et V. Qui autem illius historiae scriptor usque ad a.* 1099. *fuerit nescitur* (Götze Merkwürdigkeiten der Königl. Bibl. zu Dresden I. n. 62. p. 483). 61) cf. Götze l. l. Ebert Archiv V. p. 687. 62) cf. Struve Obss. sel. I. p. 315. Archiv III. p. 272. 63) De quo v. Hess. Mon. Guelf. p. 166. Archiv I. p. 397. II. p. 310. III. p. 589. Codex Weingartensis, de quo cogitavit Dümge ibid. I. p. 43. et (Mone?) 402. nullus fuit. 64) V. a. 694. 720. 734. 744. 926. 982. 997. 1015. 1048. 1052. 1055. 1066. 1070. 1074. 1076. 1077. 1087. 1088. Alia a. 431. 470 et 479. ex Fredegario, ut videtur, sumta sunt, alia pauca ex aliis fontibus. 65) a. 1076. 66) Hoc testatur Weissung canonicus Urspergensis a. 1521; cf. Christmann l. l. p. XV. n. Itaque Braun erravit (l. l. p. 92.), qui Peutingerum codice Augustano s. XV. usum esse dicit. 67) Postea prodiit Argentorati 1537. 1540. Basileae 1569. Argentorati 1609. fol. 68) Inserti sunt fasciculi V. XII. XIII. XX. Pro XXV. XXVI. et XXVII. scripti sunt XX. XXI. XXII, qui priscum ordinem exprimere videntur. 70) cf. Sander bibl. Belg. p. 139. et Hormayr Archiv 1828. p. 807. 71) Praeter breves a. 1095. et 1100. notitias etiam hos versus:

Iulius . . . . . ter quina luce calebat,
Urbem cum Franci capiunt virtute potenti.
Anno milleno centesimo necnon quaterno
Urbs Achon vi capitur Tholomaida que vocitatur.
Non est urbs Accaron quam quilibet estimat Achon,
Illa Philistea, Ptolomaida dicitur ista.

Cf. de hoc codice Archiv VIII. p. 356.

72) Ibi d. 20. Iul. 1821. a nescio quo notatus, iterumque a V. Cl Riedel repertus est (V. Serapeum

pus; *qui sedit a.* 1206—1220). *Codex initio septem quaternionibus (olim* 24 *fuerunt, nunc sunt* 17) *duobusque foliis destitutus est, tamque foede habitus, ut saepe singulae lineae putredine sint deletae; alioquin bene scriptus, coaeva manu hinc inde correctus atque notis quibusdam de archiepiscopis et abbatibus*
73 *Magdeburgensibus in margine adscriptis auctus*[73]. *Quas in textum recepit*

E2.) *C. regius Parisiensis N.* 4889 A., *olim „liber sancte Marie in Rastede“*[74] *Bremensis dioeceseos, mbr. s. XIII. fol. Constat* 14 *quaternionibus, foliis* 111, *ultimo exciso. Qui quum ex* E1. *descriptus sit, partem illius deperditam supplet eiusque loco hinc inde afferendus est.*

Classi D. *aut* E. *ascribendi sunt codex cuius fragmentum Cramerus inve-*
75 *nit ediditque*[75], *alius quem in S. Michaelis monasterio Hildesheimensi fuisse supra monui*[76], *pluresque a medii aevi scriptoribus lecti. Nihil certi comperi de codice in quadam Bohemiae bibliotheca a V. Cl. Haupt viso; neque fragmentum codicis Vindobonensis (hist. prof. N.* 645.)[77] *ad quam recensionem referendum sit scio. Etiam codices a chronici Urspergensis editoribus adhibiti Ekkehardia-*
78 *num chronicon continuisse videntur: c. bibl. Dalburgii episcopi Wormatiensis*[78] *et c. bibl. monast. Augustinorum Argentinensium a Cratone Mylio a.* 1537. *collati, alius in editione a.* 1569. *adornanda adhibitus.*

Ultimo loco codices nominandi sunt, quibus historiae illae Alexandri, Gothorum, Langobardorum, Saxonum iisque coniuncta Vita Mahthildis reginae leguntur: Vaticanus-Guelferbytanus, Monacenses duo, Wirzburgensis[79]. *Quibus accedit regius Parisiensis N.* 6181. *(Colb.* 3999.) *chart. s. XV, quo historiae Francorum, Gothorum, Langobardorum continentur. In aliis denique libris mss. sola Alexandri Magni historia invenitur: c. gr. Monacensi, Hannoverano*[81],
83 *Weimariensi*[82], *Ienensi*[83].

His subsidiis uberrimis usus id egi, ut primo loco chronicon a. 1106. *absolutum ex codice autographo quam fidelissime ederem, omnes vero correctiones, mutationes et additiones, quas Ekkehardus postea fecisse dinoscitur, accurate indicarem. Tunc continuationes subieci, quales in codicibus* C. D. E. *(et* B*.) exstant, diversosque textus, ubi potui, integros retinui, leviora quibus inter se differunt aut in margine aut in notis attuli. Ultimo loco Hierosolymitam, iam a Martenio editum, recudere quidem nolui, quippe qui cum chronico plerumque ad verbum conveniat, praefationem vero finemque cum lectoribus communicanda curavi librique formam ordinemque accurate indicavi. — Hanc vero Ekkehardi editionem, ad quam iam ante novem annos Havniae, postea Berolini*
81 *me accinxi*[84], *Hannoverae per plures annos continuatam, praecipuis codicibus partim eo transmissis partim in itineribus exscriptis, nunc in patria feliciter me absolvisse, non possum quin valde gaudeam.*

Dabam Kiliae die paschatis a. 1843.

G. WAITZ.

I. p. 185). 73) a. 937. 968. 981. 1004. 1013. 1023. 1051. 1063. 1076. 1099. 1107. 1113. 1119. 74) Initio et fine quaedam de libri fatis scripta sunt, iam pene deleta: *Hunc librum frater Conradus prior ricce(n)sis redemit in Brema pro* 5 *fertonibus,* et alio loco: *Iste liber cronicorum a Herm . . . . . Delmenhorst prope . . . . . filio pro tribus solidis et dimidio.* 75) De fragmentis nonnullis vetustarum membranarum. Kiliae 1826. 4. p. 20 sqq. 76) v. p. 13. n. 44. 77) cf. Archiv III. p. 189. 78) quae Ladenburgi asservabatur (v. Ullmann memoria I. Dalburgii 1840. 4. p. 7.) et fortasse postea in Heidelbergensem devenit. 79) De quibus cf. Archiv VII. p. 486—489. 81) Archiv VII. p. 490. 491. 82) ib. VIII. p. 692. 83) ib. p. 698. 84) Scripsi a. 1836. dissertationem inauguralem „de chronici Urspergensis prima parte, eius auctore, fontibus et apud posteros auctoritate“, cuius specimen ibi impressum est. Ex qua nonnulla etiam in hanc praefationem transtuli.

CHRONICON WIRZIBURGENSE
AUCTORE, UT VIDETUR, EKKEHARDO.

Sex diebus rerum creaturam Deus formavit. Primo . . . . . .

Anno 42. Octaviani Augusti Caesaris, ex quo autem Aegyptus in provinciam redacta est et Cleopatra cum Antonio victa 29. anno, ab Urbe vero condita 752. olimpiadis 190. 3. anno dominus noster Ihesus Christus in Betheleem Iudae nascitur, transactis ab initio mundi secunduin Hebraicam veritatem annis 3542, secundum 70 interpretes 5199. H. S. [1]

Anno eiusdem 43 *.

Anno 44. Augustus Tyberium et Agrippam in filios adoptavit. Herodes infantes occidit.

45. Iudas Galileus ad rebellandum Iudeos cohortatur.

46. Asinius Pollio orator moritur.

47. Herodes rex Iudeae magno cruciatu moritur; pro quo Archelaus regnavit ann. 9.

48. Fames magna Romae facta est.

50. Tyberius caesar Dalmatas Sarmatasque subegit.

53. Iani portae 12 annos iam ab Augusto clausae aperiuntur.

55. Eclipsis solis facta est.

56. Archelaus in Vienuam Gallie urbem ab Augusto relegatur, et Iudea tetrarchis committitur.

Postquam Octavianus victor ab oriente Romam rediit, tunc primum Augustus consalutatur, eo quod publicam rem auxerit; quam ex eo 44 annos solus obtinuit; antea enim 12 annos cum Antonio et Lepido regnavit. Huius temporibus die natali Domini trans Tyberim de taberna meritoria fons olei per totum diem e terra fluxit. Hic erga cives clementissimus, in amicos fidus extitit; quorum praecipui erant Mecenas ob taciturnitatem, Agrippa ob modestiam laborisque pacientiam. Diligebat praeterea Virgilium Flaccumque poetas, liberalibus studiis tantum incumbens, ut nullus dies labcretur, quin legeret, scriberet, declamaret; isto glorians dicto: *Urbem latericiam repperi, relinquo marmoream;* toto corpore pulcher, sed oculi eius ut clarissimorum syderum acies. A cuius facie dum quidam miles averteret oculos, interrogatus cur hoc faceret, respondit: *Quia lumen oculorum tuorum ferre non possum.* Obiit anno aetatis suae 75. regni vero 56. in oppido Athellae. Quem mortuum senatus multis modis censuit decorandum, dicens: *Utinam aut non nasceretur aut non moreretur!* H. R. [2]

Tiberius, privignus Augusti, regnavit ann. 23.

Anno eiusdem primo Herodes tetrarcha, magni Herodis filius, regnum Iudeorum tenuit ann. 24. H. S.

2. Mathematici Urbe pelluntur.

3. Livius a hystoriographus moritur. Ovidius poeta in exilio moritur.

4. Germanicus a Tyberio missus Germanos vicit. Tredecim urbes terraemotu corruerunt.

5. Germanicus caesar moritur.

6. Fenestella poeta moritur.

7. Tyberius multos reges ad se vocatos nunquam remisit.

8. Theatrum Pompei incensum est.

9. Thyberius Drusum consortem regni fecit; qui eodem anno veneno periit.

12. Pilatus praeses Indeae a Tyberio mittitur.

15. Dominus noster Ihesus Christus baptizatur, 30. anno secundum carnem incipiens.

16. Iohannes baptista decollatur ab Herode tetrarcha.

18. Dominus passus est et resurrexit. Eclypsis solis et terremotus factus est.

19. Iacobus, frater Domini, Iherusalimorum episcopus ab apostolis ordinatus, sedit ann. 30.

20. Pilatus imaginem caesaris in templo statuens, seditiones Iudeis excitavit.

21. Seianus praefectus Tyberium, ut Iudeos deleat, cohortatur.

22. Agrippa, filius Aristoboli, cognomento Herodes, Herodem tetrarcham patruum suum Romae accusans, a Tyberio in vincula mittitur.

23. Tyberius populum Romanum graviter afflixit, et ipse veneno periit. Iste quia Claudius Tyberius Nero dicebatur, a iocularibus Biberius Mero ob vinolentiam nominatur; satis prudens in armis satisque fortunatus ante sumptum imperium, habens scientiam literarum, multo eloquio clarus; sed ingenio pessimo, simulans se ea velle quae nollet; per se ipsum nulla bella gessit; publice rei cum modestia praefuit, adeo ut quibusdam praesidibus provinciarum tributa augere volentibus scriberet, boni pastoris esse tondere pecus non deglobere; sed paulatim mutatur in peius; nam et filios suos pluresque patricios et consulares interfecit; resolutisque miliciae artibus, Armenia a Parthis, Mesia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus direptae sunt. Hic 23. imperii anno, aetatis 78. ingenti omnium gaudio mortuus est in Campania. H. R.

Gaius Caligula regnavit ann. 3, menses 6, dies 8. Vir scelestissimus [b]. Hic exclamasse fertur: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet!* H. S. Oros.

Anno 1. Herodes Agrippa rex Iudeae constitutus a Gaio, regnavit ann. 7. H. S.

2. Iudei apud Alexandriam profliguntur; pro quibus Phylo clarissimus [c] scriptor apud Gaium interpellans, nihil profuit.

*) *Annos vacuos in sequentibus omisi.* a) Luuius c. b) caelestissimus *c.* c) carissimus *c.*

1) ita epitomen ex Herimanni chronico factam et supra in edendo Herimanno 4 b signatam, qualem ex cod. Sangallensi Sichardus edidit, indico. 2) id est Pauli Diaconi historia Romana.

3. Pilatus se ipsum interfecit, multis a Gaio calamitatibus obpressus.

4. Matheus euangelium scripsit Hebraice. Gaius a protectoribus suis occiditur in palatio anno aetatis 29. regni

H. R. vero 4. Hic, Drusi et Tyberii privignorum Augusti nepos, sceleratissimus erat, sororibus suis stuprum intulerat. Herodes

cf. Ios. tetrarcha, qui in Iohannis baptistae nece auctor extitit et passioni Domini interfuit, et ipse Gai amicitiam petens, cogente

de b. I. II, 8. Herodiade Romam venit, sed accusatus ab Herode Agrippa, Aristoboli fratris sui filio, tetrarchiam perdidit, et in Hispaniam fugiens, merore periit.

H. S. Claudius ann. 13, menses 8, dies 18.

Anno huius 1.

2. Petrus Romam veniens per 25 annos episcopatum ibidem tenuit.

3. Primus episcopus Anthiochiae Evodius ordinatur. Herodes Agrippa ab angelo percutitur; pro quo filius eius Agrippa regnavit ann. 26.

4. Fames magna facta est. Claudius Brittanniam subegit.

5. Nova insula 30 stadiorum in mari apparuit.

6. Cives Romani a Claudio numerati, inventi sunt 69,144,000[a].

7. Iudeorum in sedicione 30,000 necantur diebus azimorum.

9. Claudius[b] Iudeos Urbe expulit.

10. Magna fames facta est.

11. Claudius Felicem Iudeae procuratorem fecit.

12. Simon magus simoniacae hereseos auctor extitit.

13. Aegyptius quidam pseudopropheta Iudeos complures seducens, a Felice opprimitur.

14. Claudius moritur anno aetatis suae 64. imperii 14. Hic fuit patruus Caligulae, filius Drusi, qui apud Ma-

H. R. gontiam monumentum habet; cuius Caligula nepos erat. Huius tempore fames maxima Romam corripuit; imperator

Oros. conviciis correptus, a populo fracminibus panis turpiter in foro infestatus, aufugit; et veneno periit.

H. S. Nero ann. 13, menses 7, dies 28. Iste flagitiosissimus fuit in cunctis. Primam in christianos persecutionem fecit.

1. huius anno seditio in Cesarea orta est, plures Iudeorum perdidit. Festus Felici successit.

2. Paulus apostolus Romam a Festo praeside mittitur.

3. Hucusque librum actuum apostolorum Lucas euangelista perduxit, continentem annos a passione Domini 26.

4. Statius poeta clarus habetur.

5. Nero Agrippinam matrem suam et sororem matris suae interfecit et Octaviam uxorem suam.

6. Nero infinita luxuria et lasciuia ignauiaque bachatur.

7. Iacobus, frater Domini, a Iudeis lapidatur. Festo Albinus successit; huic Florus.

8. Marcus euangelista apud Alexandriam passus est.

9. Neroniane thermae a Nerone edificantur.

10. Nero ut similitudinem Troiae ardentis videret, magnam partem Romae incendit.

11. Nero Senecam magistrum suum interfecit.

12. Vespasianus dux exercitus adversus Iudeos a Nerone mittitur.

13. Petrus et Paulus a Nerone interfecti sunt. Pestilentia facta est.

14. Nero se ipsum interfecit. Linus primus a beato Petro papa sedit annos 12. Antiochiae secundus episcopus Ignatius ordinatur.

H. R. Nero Romanum imperium deformavit inusitate luxurie sumptuumque, utens frigidis et calidis ungentis et aureis in piscando retibus; saltavit etiam et cantavit in scena; nihil in bello ausus, Britthaniam pene amisit. Hostis tandem a senatu pronuntiatus, cum ad penam quereretur, captus et publice virgis cesus, e saxo praecipitatus[c] est; et fugiens quarto ab Urbe miliario in suburbano liberti sui se interfecit anno aetatis 31. imperii 14; atque in eo omnis Augusti familia consumpta est.

Galba regnavit menses 7. Hic ab Ottone iugulatus in foro Romae, sepultus est in hortis suis anno aetatis 73. via Aurelia non longe ab Urbe.

Otto menses 3. Qui cum se a Vitellio vinci videret, semet interfecit apud Betriacum Italiae anno aetatis 38. 95. imperii die. Hi tres simul post Neronem imperium rapuerunt, Galba in Hispania, Vitellius in Germania, Otto Romae.

H. S. Vitellius menses 8. Vespasianus in Iudea pugnans, imperator ab exercitu constitutus. Vitellius captus a Vespasiani

H. R. ducibus, cuius fratrem Sabinum in Capitolio incendit, nudus per Urbem publice trahitur, fimum in os eius passim iactan-

Oros. tibus, tandemque iugulatus in Tyberim proicitur, anno aetatis 57. mense imperii 8. die primo.

H. R. Vespasianus annos 9, menses 10, dies 12, vir militari virtute praecipuus, obscure tamen natus.

H. S. Anno regni huius 1. Titus Iudeos inenarrabili fame cruciatos obsedit.

2. Hierusalem a Tito destruitur anno a passione Domini 40. a prima conditione templi sub Salemone 1089.

5. Iosephus hystoriographus clarus habetur.

7. Colossus erectus est, habens altitudinem pedes 107.

9. Pestilentia Romae facta est, et terrae motus tres civitates Cipri subvertit.

10. Vespasianus prolluvio ventris in villa circa Sabinos obiit anno aetatis 69. imperii 9. die 8. Hic a Claudio

H. R. in Germaniam, dein in Brittanniam missus, tricies et bis cum hoste conflixit, duas validissimas gentes, 20 oppida, insulam Vectam Romano imperio adiecit. Moderatissime rexit imperium, avidus tamen pecuniae, nonnullis[d] eam iniuste abstulit et praecipue indigentibus dedit.

H. S. Titus, Vespasiani filius, annos 2, menses 2, vir omnium genere virtutum mirabilis, ita ut divitiae et amor generis humani diceretur.

Anno regni sui 1. Tytus amphyteatrum Romae construxit, in cuius dedicatione 5000 ferarum occidit.

H. R. 2. Cletus papa secundus sedit annos 12. Tytus in eadem villa qua et pater obiit anno aetatis 42. imperii mense 8. die 20. Hic tante bonitatis erat, ut cum[e] quodam die recordatus esset in cena nulli se illo[f] die quicquam praestitisse, diceret: *Amici, hodie diem perdidi.* Hierosolimis 12 propugnatores 12 sagittis conflixit.

H. S. Domitianus, frater Tyti, regnavit ann. 15, menses 5. Hic infectus omnibus sceleribus, secundo prosequitur christianos.

1. Domitianus eunuchos prohibuit fieri.

2. Tytus inter deos decreto senatus refertur.

a) LX. VIIII. C. XL. milia IIII. *c.* b) cladius *c.* c) praecipitus *c.* d) nulli' *c.* e) *deest c.* f) illa *corr* illo *c.*

3. Tres virgines Vestae ob stuprum damnantur.
4. Anianus primus Alexandriae post Marcum euangelistam episcopus post ann. 22 obiit. Pro quo Abilius sedit ann. 13.
6. Domitianus se deum et dominum appellari iussit.
9. Heresis Manandri magi et aliorum multorum exoritur.
10. Romani multa mala a caesare et ab hostibus pertulerunt.
11. Domitianus de Dacis et Germanis triumphat.
12. Clemens papa tercius sedit ann. 9. Cornelia virgo Vestalis ob stuprum viva defossa est.
13. Domitianus multos nobilium occidit.
14. Iohannes apostolus in Pathmos insulam a Domitiano exilio missus, apocalypsin scripsit.
15. Domitianus Flaviam Domitillam cum multis aliis in exilium pro fide Christi relegavit.
16. Domitianus cum multa mala fecisset, crudeliter a suis interficitur anno aetatis 35. imperii 15. Hic nullam sibi nisi auream aut argenteam statuam in Capitolio passus est poni; consobrinos suos interfecit. H. R.

Nerva senex ann. 1, menses 4, dies 8. Hic primum edicto suo omnes exules revocavit. Sanctus[a] Iohannes ab exilio rediens, euangelium scripsit. Nerva morbo confectus obiit anno aetatis 71; regnavit ann. 1, mensibus 4, diebus 8. Hic in privata vita moderatus ac strennuus, nobilitatis mediae, operam dante Petronio praefecto praetorii, item Paternio, interfectore Domitiani, imperator factus, acquissimum se ac civilissimum praebuit. Traianum in regnum adoptavit. H. S. H. R.

Traianus genere Hispanus ann. 19, menses 6, dies 15. H. S.

1. anno regni eiusdem Alexandriae Cerdo tercius episcopus sedit ann. 12.
2. Iohannes apostolus apud Ephesum obdormivit, anno a passione Domini 68.
4. Euarestus papa quartus sedit ann. 8.
5. Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.
6. Symeon, Cleopae filius, Ierusalem episcopus crucifigitur anno aetatis 120. Pro quo Iustus ordinatur. Ignatius Antiochiae episcopus Romae bestiis traditur. Pro quo Orion constituitur.
8. Terraemotus multas urbes subruit, et aurea domus incendio periit. Et pantheum fulmine crematum est.
9. Plinius Secundus phylosophus clarus pro christianis Traianum mitigat.
12. Alexander papa quintus sedit ann. 10.
13. Primus quartus Alexandriae episcopus sedit ann. 12.
14. Post Iustum Ierusalemae episcopum Zacheus sedit. Post quem Tobias. Post hunc Beniamin. Deinde Iohannes. Post quem Mathathias. Cui succedit Philippus.
16. Traianus Armeniam, Assyriam[b], Mesopotamiam provincias fecit.
18. Iudei commoti magnas cedes hominum faciunt; sed in Alexandria victi, ab omnibus ubique trucidantur. Terraemotus totam pene Antiochiam subruit.
19. Traianus profluvio ventris moritur anno aetatis 64. mense 9. die 4. imperii 19. mense 6. die 15. Solus omnium infra Urbem sepultus est. Ossa eius collata in urnam auream, in foro quod aedificavit sub columna posita sunt; cuius altitudo 140 pedes habet. Huius tantum memoriae delatum est, ut usque ad nostram aetatem non aliter in senatu principibus acclametur[c] nisi: *Felicior Augusto, melior Traiano.* Rome se omnibus equalem praebuit, nullum senatorum laedens, ita ut omni eius aetate unus senator sit damnatus, et hoc per senatum. H. R.

Helius Adrianus ann. 21. Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidem virum sapientem libris apollogeticis edoctus, mitis efficitur christianis. H. S.

Anno 1. regni sui Alexandriam Adrianus publicis restauravit expensis.
2. Adrianus Iudeos iterum prolligat.
3. Sixtus papa sextus sedit ann. 10.
4. Terraemotus factus est.
5. Adrianus Atheniensibus legem dedit.
6. Alexandriae Iustinus episcopus sedit ann. 11.
7. Hierosolimae episcopus Seneca decimus. Post hunc Iustus undecimus. Deinde Levi. Post quem Effres. Postea Iesses. Post hunc Iudas episcopi fuerunt.
11. Saturnides et alii duo heresim condiderunt.
12. Thelesphorus papa sedit ann. 11.
13. Antiochiae constituitur Cornelius episcopus.
14. Nicopolis et Cesarea terraemotu corruerunt.
15. Templum Veneris Romae factum est.
17. Iudei Palestinam depopulantur. Alexandriae Eumenes episcopus sedit ann. 13.
18. Iudei magnis ubique cedibus enecantur.
19. Hierusalem ab Helio Adriano reparata est et ex eius nomine Helia nuncupata.
20. Primus ex gentibus Hierosolimae episcopus Marcus ordinatur, cum iam quindecim ex Iudaica gente obissent.
21. Adrianus morbo intercutis aquae moritur maior sexagenario.

Antoninus cognomento Pius ann. 22, menses 3. Iste clemens efficitur christianis.

Anno regni huius 1. Yginus papa septimus sedit ann. 4. Valentinus et Cerdo ecclesiam heresi impugnant.
6. Pius papa sedit ann. 15. Antiochiae episcopus Heros constituitur.
8. Alexandriae Marcus episcopus sedit ann. 10.
19. Alexandriae Caeladion episcopus sedit ann. 14.
21. Aniectus papa decimus sedit ann. 11. Hierosolimae Cassianus episcopus ordinatur, Publius, Maximus, Iulianus, Gainus, Symachus, Gaius, Iulianus, Capito.
23. Antoninus Pius apud Lorium obiit 77. aetatis anno.

Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Commodo Aurelio ann. 19. mense 1. Hi aequo iure administraverunt imperium.

Regni sui anno 1. 2. 3. 4.
5. Seleucia capta est a Romanis. Caesares de Parthis triumphant.

a Sancte 1. b assyria c. c acclemetur c.

H. S. 6. Multi sanctorum sub his principibus coronantur. Hoc tempore lues maxima Romanum exercitum aliasque multas provincias pene delevit.
7. Sother papa undecimus sedit ann. 8. Antiochiae Theophilus vir sapiens ordinatur episcopus.
8. Alexandriae Agrippinus sedit ann. 11.
14. Antoninus imperator multa praelia per se et per duces suos contra Romanorum inimicos exegit.
16. Eleutherus papa duodecimus sedit ann. 13.
17. Antoninus Commodum filium consortem regni facit.
18. Lutius Brittanniae rex ab Eleuthero papa ut christianus efficiatur impetrat.
19. Antoninus in Pannonia moritur.
Lutius Antoninus Commodus post mortem patris annos 13 regnat.
Anno regni huius 1.
2. Iulianus episcopus Alexandriae sedit ann. 10.
3. Panthenus et Clemens Alexandriae clari habebantur.
4. Hierosolymae Maximus episcopus ordinatur. Post quem Antonius, Valens, Dulcianus, Narcissus, Dius, Germanio, Gordius, Narcissus.
5. Commodianae thermae Romae factae sunt.
7. Origenis Alexandriae nascitur.
8. Hirenеus Lugdunensis episcopus clarus habetur.
9. Capitolium Romae et bibliotheca fulmine cremantur.
10. Colossi capite sublato, Commodus suae imaginis caput imposuit. Victor papa 13. sedit ann. 13.
11. Alexandriae Demetrius undecimus.
12. Serapion Antiochiae episcopus ordinatur.
13. Commodus cunctis incommodus in domo Vestali strangulatur.
Helius Pertinax menses 6. Hunc Iulianus occidens, regnavit menses 7.
Severus genere Afer ann. 17. Hic Iulianum civili praelio vicit et se Pertinacem appellavit.
4. regni eius anno Narcissus Hierosolimitanus episcopus et alii multi episcopi insignes habentur.
6. Severus Parthos et Arabas superavit.
8. Severianae thermae Antiochiae factae sunt.
9. Zepherinus papa quartus decimus sedit ann. 18.
10. Severus quintus persecutor plurimos sanctorum coronavit. Inter quos pater Origenis Leonides martyrizatur.
13. Perpetua et Felicitas apud Carthaginem bestiis deputantur.
15. Severus vallum apud Brittannos 132,000 passuum a mari usque ad mare fecit.
16. Tertullianus Afer clarus habetur.
17. Severus in Brittannia moritur.
Antoninus Caracalla ann. 7.
1. Antiochiae Asclepiades episcopus constituitur.
2. Alexander episcopus Capadociae a Narcisso Hierosolimitano episcopo constituitur.
4. Antoninus Caracalla propter genus vestis, quam Romae erogaverat, cognominatur.
5. Antoninus Romae thermas sui nominis aedificavit.
6. Antoninus in libidine destitutus, novercam suam Iuliam duxit uxorem.
7. Antoninus interficitur anno vitae suae 42.
Ophilius Macrinus ann. 1. Macrinus cum filio Diadumeno occiditur. Antiochiae Philetus episcopus ordinatur.
Marcus Aurelius Antoninus ann. 4.
1. Calistus papa quintus decimus sedit ann. 5.
2. Hypolitus episcopus clarus habetur.
3. In Palestina Nicopolis, quae prius Emaus vocabatur, condita est.
4. Aurelius militari tumultu Romae occiditur.
Aurelius Alexander ann. 13. Hic in matrem suam unice pius fuit.
1. Alexander Xerxen regem Persarum vicit.
3. Urbanus papa 16. sedit ann. 8. Hic multos nobilium ad fidem convertit.
4. Ulpianus iurisconsultus insignis habetur.
5. Neronianae thermae Alexandrinae vocantur.
6. Geminus presbyter, Hypolitus et Herillus clari habentur.
7. Antiochiae episcopus Zebennus undecimus.
8. Mammea, mater Alexandri, Origenem celeberrimum[a] doctorem ad se vocatum curavit audire.
10. Pontianus papa 17. sedit ann. 6.
11. Alexandriae Heraclas, vir sapiens, sedit ann. 14.
13. Alexander tumultu militari occiditur.
Maximinus ann. 3.
1. Iste christianos et maxime rectores aecclesiae sextus post Neronem persequitur.
2. Pontianus papa et successor eius Antherus post 1. mensem pontificatus martyrio coronantur.
3. Fabianus papa sedit ann. 14. Maximinus Aquileie occiditur.
Gordianus ann. 6.
1. Iulius Africanus cronographus clarus habetur.
2. Origenes Theodorum et Athenodorum fratres, postea episcopos nobiles, divina imbuit phylosophia.
6. Gordianus cum victor a Parthis reverteretur, haut longe a Romano solo interficitur.
Phylippus cum filio Phylippo ann. 7.
1. Phylippus Phylippum filium suum regni consortem fecit.
2. Alexandriae Dionisius episcopus clarus habetur, sedit ann. 21.
4. Millesimus annus ab Urbe condita festus celebratur.
6. Origenis presbyter his temporibus tanta scripsit, ut Hieronimus quodam loco 5000 librorum eius se legisse dicat.

a) celebrat rimum *c*.

7. Phylippus senior Verone, iunior occiditur Romae. H. S.

Decius an. 1, menses 3. Iste christianos persequitur. Fabianus papa martyrizatur. Pro quo Cornelius sedit ann. 1. Decius cum filio suo in Tracia a Gothis occiditur. Antonius monachus in Aegypto nascitur.

Gallus Hostilius cum Volusiano filio ann. 2, menses 4.

1. Origenes anno etatis 70. moritur.

2. Gallus et Volusianus Teramine interfecti sunt.

Valerianus cum filio Gallieno ann. 15. Iste octavus christianos persequitur.

1. Cornelius papa martyr efficitur. Lucius papa 21. sedit ann. 3 et martyr efficitur. Stephanus papa 22. sedit ann. 1.

4. Cyprianus doctor praecipuus Carthaginensis episcopus martyrizatur. Syxtus papa sedit ann. 3.

7. Valerianus, commota persecutione, a Sapore rege Persarum captus et oculis privatus, acclinis humi regem semper Oros.
ascensurum in equum dorso attollebat. Sicque servitute miserabili consenescit. Gallienus territus pacem christicolis reddidit. H. S.

8. Germani Italiam, Alamanni Gallias et Italiam depopulantur.

9. (10.) Gretia, Macedonia, Pontus et Asia depopulantur per Gothos, et alias perplures civitates quassavit irruptio.

12. Maximus Alexandriae episcopus sedit ann. 18.

13. Hierosolymae episcopus Hyrmenes constituitur.

14. Dionisius papa sedit ann. 9. Gallienus Mediolanio occiditur.

Claudius ann. 1, menses 9.

1. Iste Gothos iam per annos 15 Illiricum Macedoniamque[a] devastantes superat; ob quod in curia clyppeus aureus H. R.
et in capitolio statua aurea a senatu ei decreta est.

2. Paulus de Samosathe[b] Antiochiae episcopus hereticus esse convincitur. Claudius Firmio moritur. Pro quo frater H. S.
Quintilius 17 dies, interfectus est.

Aurelianus ann. 5, menses 6. Ann. ab Urbe condita 1027.

1. Hic rei publice utilis; primo clemens christianis, postea persecutor fuit.

2. Antiochiae Thimotis episcopus ordinatur. Zenobia regina orientis vincitur.

3. Aurelianum Romae triumphantem Thetricus et Zenobia captivi praecesserunt.

4. Aurelius templum soli aedificat, et nonam persecutionem in christianos excitat.

5. Aurelius divino fulmine territus, intra Bizantium et Heracliam a militibus occiditur.

Tatius menses 6, alibi annu. 1 *). Quo apud Pontum occiso, Florianus regnavit dies 88, et apud Tharsum *) ita Isidor.
occiditur. Felix papa 25. sedit ann. 5.

Probus ann. 6, menses 4.

1. Galliae a barbaris vastatae, a Probo Romano imperio restituuntur.

3. Antiochiae episcopus 18. Quirillus constituitur.

5. Euthicianus papa sedit menses 10. Gaius papa sedit ann. 15.

6. Alexandriae Theonas episcopus sedit ann. 18. Probus apud Firmium tumultu militum occiditur.

Carus cum filiis Carino et Numeriano ann. 2.

1. Carus victor de Parthis, super Tygridem fulmine ictus interiit. Numerianus occiditur.

2. Carinus apud Margum a Diocletiano interficitur. Huc usque ab incarnatione Domini subputantur secundum Dionisium anni 284.

Diocletianus anno ab Urbe condita 1040. regnavit ann. 20.

1. Ab hoc anno Graeci pascales circulos[c] inchoabant.

3. Diocletianus Herculium Maximianum in consortium regni assumit.

4. Diocletianus Constantium, Constantini patrem, cesarem facit; qui regnavit ann. 16.

7. Diocletianus Galerium Maximianum facit cesarem.

11. Diocletianus se ut deum adorari iussit.

13. Gaio papa martirizato, Marcellinus successit.

15. Constantius 60,000 Alamannorum occidit.

17. Alexandrie Petrus episcopus sedit ann. 12.

18. Antiochiae Tyrannus episcopus constituitur.

19. Diocletianus in oriente et Herculius Maximianus in occidente aecclesias subvertunt, libros divinos incendunt, et
christianos decima persecutione post Neronem cruciarunt.

20. Diocletianus Nicomedie et Maximianus Mediolanio purpuras et regnum ob senectutis defectum sponte deponunt. Marcello papa martyrizato, Eusebius successit menses 8. Quo item passo, Meltiades sedit ann. 4. Galerius et Constantius augusti, Maximianus, persecutor christianorum, et Severus caesares eliguntur. Constantius augustus, vir mansuetus, in Brittannia obiit. Constantinus, Constantii filius ex Helena concubina, regnavit ann. 30, menses 10. Hic primus imperator
excepto Philippo christianus efficitur, et ab hoc imperatore christiani coeperunt.

1. Maxentius, Maximiani Herculii filius, augustus appellatur.

2. Maximianus Herculius apud Massiliam turpiter interficitur. Occiso Severo, Lucius caesar efficitur.

3. Quirinus episcopus passus est. Galerius Maximianus, christianorum persecutor, divina ultione tactus, parcere christianis iussit.

4. Maximinus caesar persecutionem restaurat et ipse moritur. Meltiade papa passo, Silvester papa sedit ann. 21.

5. Petrus Alexandriae episcopus martyrizatur. Pro quo Achyllas.

6. Constantinus Maxentium civili praelio apud pontem Mulvium vicit.

9. Magna fames in persecutores facta est et lues. Diocletianus moritur et inter deos refertur.

15. Hierusalem episcopus Macharius constituitur. Alexandriae Alexander episcopus ordinatur; a quo Arrius presbyter
de aecclesia eiectus, multos errori suo sociat, et ecclesiam heresi inpugnat.

17. Concilium in Nicea congregatur 318 episcoporum sub Silvestro papa, in quo Arrius damnatur.

19. Crux Domini in Hierusalem[)] repperitur ab Helena sub Machario eiusdem urbis episcopo.

21. Constantinus uxorem suam Bausiam interfecit.

22. Antiochiae post Tyrannum Vitalis episcopus ordinatur. Pro quo Phylogimius. Post hunc Paulinus. Cui successit
Eustatius. Quo ob fidem catholicam in exilium misso, Arriani episcopi 11 numero aecclesiam illam unus post alium occupaverunt.[)]

a) macedianque *c*. b) samothe *c*. c) circulo *c*.

H. S. 24. Constantinus Bizantium urbem reparavit et ex suo nomine Constantinopolim appellavit, et sedem regni Romani eam esse voluit.

25. Alexandriae Athanasius episcopus ordinatur.

26. Rome Marcus papa sedit menses 8. Pro quo Iulius ann. 16.

30. Constantia, Constantini soror, uxor Licinii[a], moriens, Arrianum quendam presbyterum fratri commendat.

31. Constantinus dum bellum in Persas pararet, apud Nicomediam obiit, anno vitae 66.

Constantius, Constantini filius, cum Constantino et Constante fratribus ann. 24, menses 5, dies 13.

2. Constantinus bellum fratri suo inferens, iuxta Aquileiam occiditur.

3. Terraemotus multas urbes obruit.

5. Franci a Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.

7. Maximinus Trevererum episcopus clarus habetur. A quo Athanasius Alexandriae episcopus, a Constante profugus, honorifice est susceptus.

9. Athanasius episcopus ad Constantis literas Alexandriam regreditur.

10. Eclypsis solis facta est et terraemotus.

11 Bellum contra Persas gravi Romanorum damno geritur.

12. Maximus post Macharium Hierosolymitanus episcopus moritur. Post quem Cyrillus, expulso Heraclio, et ceteri Arriani episcopi ecclesiam illam occupant.

13. Constans haut longe ab Hispania interficitur, anno etatis 30.

17. Virtorinus rethor et Donatus grammaticus[b] insignes Romae habentur.

18. Iulianus[c] cesar a Constantino efficitur. Antonius monachus obiit 105. aetatis anno.

19. Magnae Alamannorum copiae apud Argentarium deletae sunt. Romae Liberius papa ordinatur. Quo ab Arrianis eiecto, Felix locum eius occupat annum 1. Sed Liberius heresi subscribens, rediit, et Felix eicitur. Item Liberius papa et multi catholicorum episcopi ab Arrianis expulsi sunt.

20. Ossa Andreae apostoli et Lucae euangelistae et Thimothei Constantinopolim allata sunt.

21. Paulinus Trevererum episcopus in exilio obiit. Hylarius Pictaviensis episcopus et Athanasius Alexandrinus multa ab Arrianis mala passi sunt.

23. Constantinus contra Iulianum arma sumens, Parthico bello dimisso, moritur, anno aetatis 46.

Iulianus apostata ann. 1, menses 8. Hic ex christiano lectore paganus factus, christianos persequitur.

1. Alexandriae Georio Arriano episcopo a populo incenso, Athanasius ad sedem suam revertitur. Parte catholicorum Paulinus Antiochiae episcopus. Pagani apud Sebasten Palestinae urbem sepulchrum Iohannis baptistae invadunt, ossa spargunt,
cf. Rufini h. e. XI., 28. eadem rursus collecta et cremata latius dispergunt. Sed quidam ex Hierusalem monachi intermixti colligentibus, quae potuerant ad patrem suum Philippum pertulere. Ille supra se haec ducens, ad Athanasium Alexandrinum per Iulianum diaconum misit. Quae ille paucis arbitris subcavato sacrarii pariete interclusa, prophetico spiritu posterae generationi conservavit profutura. Cuius praesagium sub Theodosio per Theophylum episcopum completur; qui, destructo Serapis
H. S. sepulchro, sancti Iohannis ibidem consecravit aecclesiam. Iulianus ad bellum Parthicum profectus, et christianorum sanguinem diis suis vovens, Dei iudicio occiditur, 30. aetatis anno.

Iovianus menses 8, alibi ann. 1. Iste cum omni exercitu ad christianitatem rediit. Synodus heresiaca An-
Oros. tiochiae facta est. Iovianus novo cubiculo recubans, calore prunarum et nitore parietum nuper calce illitorum suffocatus, obiit.

Valentinianus ann. 11. Hic ob fidem Christi tribunatu militum a Iuliano privatus fuit.

1. Valentinianus Valenti fratri suo occidentis imperium dedit.

2. Valens ab Eudoxio Arrianorum episcopo seductus et baptizatus, post mortem fratris orthodoxos persequitur. Terraemotus per totum orbem factus est. Romae Damasus papa ordinatur.

3. Vera[d] lana pluviae mixta de nubibus fluxit.

4. Hylarius Pictaviensis episcopus obiit.

5. Athanaricus rex Gothorum in sua gente persequitur.

7. Valentinianus Saxones in regione Francorum cede perdomuit.

8. Eusebius Vercellensis episcopus obiit.

9. Alexandriae Petrus episcopus post Athanasium ordinatur.

10. Magnentia, quae et Tecla, Romanorum nobilissima Hierusalem veniens, magnis virtutibus et humilitate clarnit.

11. Valentinianus apoplexi moritur, bellum in Sarmatas parans.

Valens post mortem fratris cum Gratiano et Valentiniano ann. 4.

cf. Hier. H. S. 1. Basilius Caesareae Capadociae episcopus, vir sapientissimus et continentissimus, sed ut aiunt superbus, clarus habetur. Theodosius, Theodosii postea imperatoris pater, et multi nobiles a Valente occisi sunt.

2. Gratianus 30 milia Alamannorum delevit. Valens legem dedit, ut monachi militarent; nolentes fustibus interficiri iussit.

3. Gothi expulsi ab Unis diffunduntur in Thracia; Gothi fame compulsi rebellant.

4. Valens, a Gothis occiso exercitu, fugiens, in domo quadam vivus crematur.

Huc usque chronica Eusebii Ieronimus perduxit.

Gratianus cum Valentiniano fratre post mortem patrui ann. 6.

1. Romae post Damasum Ursinus papa sedit ann. 14.

2. Ab hoc anno Theophylus paschales circulos inchoat.

3. Sinodus 150 episcoporum Constantinopolim adversus Macedonium congregatur sub Damaso papa.

5. Archadius imperator efficitur, Theodosii filius.

6. Maximus regnum sibi usurpans, Gratianum Lugduno[e] occidit, Valentinianum Italia depulit.

Theodosius, qui Gratiano vivente 6 ann. regebat orientem, post mortem eius regnavit ann. 11, primo cum Valentiniano, quem ipse Theodosius, vir omnibus virtutibus plenus, Italia expulsum benigne susceperat.

3. Ambrosius Mediolanensis episcopus, Martinus Turonensis et Hieronimus presbyter Bethlehemites clari habebantur.

7. Valentinianus dolo Arbogastis suspendio periit.

10. Hieronimus librum quem de illustribus viris aecclesiae scripsit hucusque perduxit.

a) lucinii *c.* b) d. et gr. *c.* c) iulius *c.* d) Cara *c.* e) lugdudo *c*

11. Theodosius Eugenium tyrannum superavit, et ipse Mediolani in pace obiit. Augustinus, doctor facundissimus, H. S.
Hyppone regio a Affricae episcopus ordinatur. Hucusque aecclesiasticam hystoriam Eusebius Rufinus perduxit.

Archadius, Theodosii filius, cum fratre Honorio ann. 13.

1. Iohannes heremita obiit.
2. Sanctus Martinus obiit.
3. Ambrosius episcopus migravit ad Dominum.
4. Rome Anastasius papa 37. ordinatur.
5. Gothi Alarico et Radagaiso regibus Italiam ingrediuntur.
7. Corpora prophetarum Abbacuc et Micheae a Domino revelantur.
8. Romae Innocentius papa sedit ann. 13.
13. Archadius orientis imperator Constantinopoli moritur.

Honorius cum Theodosio, fratris sui filio, ann. 15.

1. Wandali Hispanias occupant.
3. Attalus Romae imperator factus, mox regno privatus, Gothis cohesit.
4. Roma irrupta est a Gothis Alarico rege anno conditionis eius 1164; sed quia christianus rex erat, clementer victoria usus est.
7. Corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis, Abibon, Nichodemi Luciano presbytero revelantur.
8. Zosimus papa sedit ann. 3.
10. Eclypsis solis facta est. Hieronimus presbyter Behtlehem obiit anno vitae 91.
12. Romae Bonifacius 60. papa ordinatur.
13. Honorius apud Ravennam Constantium consortem regni fecit decimo imperii sui anno. Constantius imperator Ravenne moritur tercio imperii sui anno. Honorius moritur, frater Placidiae.

Theodosius minor, Archadii filius, ann. 26.

1. Theodosius Valentinianum, Placidie filium, consobrinum suum caesarem fecit et cum matre ad occidentis imperium misit.
6. Aetius, multis Francis occisis, partem Galliae quam possederant recepit.
8. Augustinus Hypponensis episcopus et omnium doctor eximius aecclesiarum, ne civitatis suae ruinam videret, Beda.
tercio obsidionis eius mense migravit ad Dominum anno etatis 76. episcopatus vero sui 40.
9. Romae Sixtus papa ordinatur. H. S
11. Synodus tercia universalis in Epheso congregatur 200 episcoporum contra Nestorium.
13. Aetius Gundicharium Burgundionum regem vicit; quem Huni postea perimerunt.
14. Valentinianus filiam Theodosii in matrimonium accepit.
15. Iulianus pelagianista hereticus a Sixto papa damnatur.
16. Bellum adversus Gothos Hunis auxiliatoribus geritur.
17. Romae Leo papa constituitur.
18. Theodosius bellum contra Gothos inefficaciter movit.
20. Briccius Turonensis episcopus obiit.
21. Eustochius successit.
26. Theodosius imperator orientis obiit.

Martianus cum Valentiniano ann. 7.

1. Aetius cum Romanis auxiliatoribus Attilam superavit.
2. Attila Aquileiam vi magna cepit.

Eo tempore Ermenricus super omnes Gothos regnavit, astutior omnibus in dolo, largior in dono; qui post mortem Friderici filii sui unici, sua perpetratam voluntate, patrueles suos Embricam et Frithlam patibulo suspendit, Theodericum similiter patruelem suum, instimulante Odoacro patruele suo de Verona pulsum, apud Attilam exulare coegit.

Attila Hunorum rex moritur. H. S.
3. Synodus quarta 630 episcoporum in Calcedone congregatur sub Leone papa contra Euthicen.
5. Valentinianus Aetium patricium rei publicae utilem sua manu occidit. Valentinianus ab amicis Actii in campo Marcio occiditur. Eodem anno Geisericus cunctis opibus Romam exspoliat. Huc usque chronicam suam Prosper perduxit.
7. Martianus orientis imperator moritur.

Leo ann. 17. orienti imperat.

2. Mauronianus imperator occidentis in Affricam procinctum movit.
11. Anthemius imperator occidentis a Leone mittitur.
16. Olibrius imperator 7. mense moritur.
17. Leo senior obiit. Pro quo iunior paucis mensibus regnavit.

Zenon ann. 17. orientem rexit.

3. Orestes Nepotem Romanum principem fugavit et filio suo Augustulo imperium dedit. Odoacer rex Torcilingorum et Rugorum cum multis barbarorum auxiliis Italiam veniens, Orestem et Paulum fratres occidit, Augustulum exilio damnavit et Romam obtinuit, anno conditionis eius 1229.

Ermenricus rex Gothorum a fratribus Hamido et Sarilo et Odoacro, quorum patrem interfecerat, amputatis manibus et pedibus, turpiter, uti dignus erat, occisus est.

Odoacer Romae invito Zenone regnat. H. S.
4. Corpus Barnabe apostoli et euangelium Mathei stilo eius scriptum Domino repperitur revelante.
9. Theodericus Theotmari filius, rex Ostrogothorum Zenoni augusto familiaris efficitur.
10. Zenon Theodericum consulem et magistrum militum fecit.
11. Honoricus rex Wandalorum, plus quam 334 episcopis exulatis, catholicos Arriana impietate persequitur.

a) hypponerio c.

H. S. 17. Odoacer nocte egressus, quarto praelio vincitur a Theoderico. Vandali pacem fecerunt; et Zenon obiit. Anastasius 27. ann. alibi 28.

4. Theodericus Odoacrum sibi insidias molientem interemit, et ipse occidentis regnum 20 ann. tenuit.

7. Trasemundus rex Vandalorum catholicas aecclesias clausit, et 220 episcopos exilio Sardiniam misit; quos Symmachus papa sanctissimus ibi aluit.

12. Boetius consul Romae plurima ingenii sui monimenta praeclara scripsit.

14. Theodericus Romam venit, et multa in ea miranda edificia construxit.

15. Theodericus aquam Ravennam perduxit.

17. Theodericus, victis Francis, Gallias acquisivit.

20. Fulgentius clarus habetur. Sub hoc Anastasio diversis ubique bellis res publica fatigatur.

23. Vitalianus adversus Anastasium cum Scythis servus rebellat.

25. Theodericus filiam suam Amalsuindam Eutharico dedit.

28. Vitalianus sepe milites Anastasii vincens, ipsum irridens sprevit. Anastasius heresi favens Euticetis et catholicos persequens, divino fulmine periit, maior octogenario.

Iustinus maior ann. 8. Acephalorum heresis abdicatur.

H. S. 1. Iustinus plurimos regno suo inhiantes occidit, et cum Vitaliano fedus percussit; quem tamen postea occidit.

2. Iohannes papa Constantinopolim veniens, ad portam quae dicitur aurea ceco lumen reddidit.

3. Theodericus Iohannem papam Ravenne reversum carceris afflictione peremit, et Symmachum patricium occidit.

5. Theodericus subitanea morte Ravenne periit. Pro quo Athalricus, nepos eius, regnavit ann. 8.

6. Heldericus rex Vandalorum episcopos ab exilio reverti iubet.

7. Sanctus Benedictus abbas virtutum gloria claruit.

8. Iustinus Iustinianum regni consortem et successorem faciens, obiit.

Iustinianus, Iustini ex sorore nepos, ann. 38.

Beda. 2. Iustinianus Parthos bella moventes[a] misso exercitu superat. Carthago anno excessionis suae 960. recipitur, victis pulsisque Vandalis, et rege eorum Gelismiro capto Constantinopolim misso.

H. S. 4. Parthi Romanum exercitum sabbato vincunt paschae.

5. Amalsuilda iubente Theodohaldo occisa est, quem consortem regni fecit.

8. Dionisius abbas Romanus ab hoc anno paschalem magnum circulum inchoat, incipiens ab anno incarnationis Domini 532., qui est annus Dioeletiani 249.

18. Corpus Antonii monachi repertum Alexandriae sepelitur.

Paul. D. I, 25. 20. Arator subdiaconus librum suum publice coram Vigilio papa legit. His temporibus Cassiodorus apud urbem Romam claruit; hic primitus consul, deinde senator, ad postremum vero monachus extitit. Tunc quoque apud Constantinopolim Priscianus Cesariensis Iuliano consuli librum suum de gramatica arte obtulit.

H. S. 21. Quinta synodus universalis in Constantinopoli congregatur[b] contra Theodorum et omnes heretheicos sub Vigilio papa.

23. Totila Gothorum rex in Italia tirannidem exercet.

25. Victor Capuanus de huius anni pascha scribens, Victorii arguit errores.

28. Hucusque Iordanis episcopus chronicam suam de gestis Romanorum perduxit.

38. Iustinianus imperator obiit.

Beda de temp. Iustinus minor ann. 11. Armeni fidem suscipiunt.

H. S. Beda. 3. Narses patricius Totilam regem Gothorum occidit Gothosque Italia expulit. Narses idem per invidiam Romanorum accusatus apud Iustinum et coniugem eius Sophyam, quod servitio Italiam premeret, secessit Neapolim Campaniae et Longobardos in Italiam venire fecit.

H. S. 7. Sanctus Vedastus obiit.

10. Iohannes papa aecclesiam Phylippi et Iacobi cepit, quam praedecessor eius Pelagius perfecit et dedicavit.

11. Iustinus imperator moritur.

Tyberius Constantinus ann. 7.

Beda. H. S. 7. Gregorius tunc apocrisiarius in Constantinopoli moralia Iob scripsit et Euthicium eiusdem urbis episcopum, praesente Tyberio, in fide resurrectionis errasse devicit. Docebat enim Euthicius, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria inpalpabile ventis aerique subtilius esse futurum, contra quod Dominus dicit: *Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet* et cet. Tyberius imperator obiit.

Mauricius ann. 21.

Beda. 4. Levigildus rex Gothorum Arrianus Hirminigaldum filium ob fidem catolicam, quam a Leandro Hyspolitano episcopo percepit, securi occidi iussit.

H. S. 9. Richardus rex, Hirminigaldi frater, per eundem episcopum cum tota gente Gothorum ad fidem Christi convertitur.

12. Sanctus Gregorius ad pontificatum Romanae aecclesiae eligitur.

16. Gregorius papa synodum 24 episcoporum ad corpus beati Petri congregat indictione 13.

21. Gregorius, missis doctoribus Augustino, Mellito, Iohanne aliisque pluribus, Anglos ad Christum convertit. Tunica Domini, super quam milites sortem miserunt, in Zaphat procul ab Hierusalem in arca marmorea reperitur; quam Gregorius Antiochenus, Thomas Hierosolimitanus, Iohannes Constantinopolitanus cum aliis multis episcopis triduano ieiunio ordine pedestri in ipsa arca Hierosolymam perducentes, in aecclesia, ubi crux Domini adoratur, posuerunt. Mauricius penas scelerum suorum, ut ipse oravit, exsolvens, a Foca turpiter occiditur.

H. S.

Focas ann. 7.

3. Gregorius papa migravit ad Dominum indict. 8.

6. Romanam aecclesiam omnium aecclesiarum caput esse Focas constituit; nam et Constantinopolitana primam se scripsit. Focas pantheon, id est domum omnium idolorum, aecclesiae dedit, rogante Bonifacio.

7. Focas moritur. His temporibus Perse multas provincias Romanis auferunt, Hierosolimis quoque crucem Domini abstulerunt.

Heraclius ann.[c] 26. alibi 27.

Beda. 4. Anastasius Persa monachus magicas artes puer a patre didicit. Post a captivis christianis fidem[d] accipiens, relicta Perside, Hierosolimis in monasterio abbatis Anastasii 7 ann. vixit. Sed cum Caesaream gratia orationis venisset,

a) movens *c*. b) constantinoli congregatus *c* c) *deest c* d) fidens *c*

captus et verberatus a Persis, remittitur ad regem eorum Cosdroe; a quo tertio verberatus, manu tandem una per tres H. S.
horas suspensus, sicque decollatus, nobile martyrium cum aliis 70 peregit.

6. Edŭinus rex Anglorum efficitur.

16. Heraclius Cosdroe (regem Persarum), qui se ut deum coli iussit, superavit, et lignum dominicae crucis Hierosolimam reduxit.

19. Edŭinus rex Anglorum in Brittannia a Paulino episcopo ad fidem convertitur, 15. indit.

26. Heraclius, astrologus effectus, vidit imperium suum a circumcisis gentibus esse cf. Fred. c. 65.
vastandum, mittensque ad Dagobertum regem Francorum, omnes regni eius Iudeos baptizari petiit et impetravit; ipseque per omnes sui imperii provincias idem fieri decrevit. Agareni, qui et Sarraceni, gens circumcisa, provincias Heraclii vastant. Contra quos dum Heraclius dimicat, 150 milia militum eius Sarraceni interficiunt, et spolia eorum Heraclio remittunt. Quae ille recipere nolens, dum vindictam ab eis maluit[a], portas Caspias, quas Alexander Magnus Macedo super mare Caspium fecit et propter inundationem sevissimarum gentium servari iussit, aperuit, indeque 150 milia auro armata cum universis universarum provinciarum eius militibus contra Sarracenos praeliandum misit. Cumque in crastinum essent praeliaturi, ipsa nocte 52 milia de exercitu Heraclii in castris percutit angelus Dei. Regredientes reliqui cum iam Hierosolimam propinquassent, videns Heraclius inimicorum violentiae se nequaquam resistere posse, merore arreptus, Euthiciana heresi[b] cultum Dei maculavit; habensque uxorem sororis suae filiam, vexatus febribus, vitam crudeliter finivit.

Annus Domini 639. Heraclonas cum matre Martina ann. 2. H. S.

2. Cyrus Alexandrinus et alii multi heresim instaurant. Heraclonas occiditur. Anni ab initio mundi 4600.

Constantinus, Heraclii filius, menses 4.[c]

Constans[d], Constantini filius, ann. 28.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Hic deceptus a Paulo heretico persequitur christianos.

12. Martinus papa synodum 105 episcoporum congregans, Cyrum, Sergium, Pyrrum et Paulum condemnat, indict. 11.

16. Martinus papa a Constantino Cersonam exilio missus, migravit ad Dominum.

24. Constans[d] Romam venit, et beato Petro pallium auro textile obtulit, toto exercitu cum cereis intrante.

27. Eclypsis solis facta est hora 10. 5. Non. Mai, indict. 11.[c]

28. Constans[d] post multas depraedationes provinciarum occisus in balneo periit, indict. 12.

Constantinus, filius Constantis[e], ann. 17.

2. Vitaliano papa Adeodatus 78.[f] successit. Cui Domnus 79.[f] papa.

5. Sarraceni Siciliam depraedantes, cum magna praeda Alexandriam redeunt.

16. Sexta synodus universalis Constantinopoli congregatur sub Agathone 80.[f] papa, qui Dono successit, coram piissimo Beda.
principe Constantino et legatis apostolicae sedis et episcopis 150 residentibus. Ea vero hora tante aranearum telae in P. D. VI, 1.
medio populi ceciderunt, quot sordes heresium expulsas omnes mirarentur.

17. Constantinus imperator obiit. Agathoni papa successit Leo iunior 81.[f] Apud Gallias in Francorum regnum H. S.
Ansgisus,[g] filius Arnolfi, qui de nomine Anchysae Troiani creditur appellatus, sub nomine maioris domus gerebat princi- P. D. VI, 23.
patum. Leoni papa successit Benedictus 82[f]; cui Iohannes 83[f]; cui Conon 84.[f] menses 11; a quo sanctus Kylianus cf. H. S.
pontificalem potestatem accepit; cui Sergius papa successit.

Annus Domini 686. Iustinianus minor, filius Constantini, ann. 10.

2. Sanctus Kylianus cum sociis suis passus est anno videlicet Domini 688.

4. Hic heresi pollutus catholicos persequitur, et cum Sarracenis pacem fecit. H. S.

9. Willibrordus, qui et Clemens, a Sergio papa episcopus ordinatus, Fresonum gentem ad Christum convertit.

10. Iustinianus ob culpam perfidie regno privatus, exul in Pontum secessit.

Annus Domini 696. Leo ann. 3.

1. Sergius papa capsam cum portione dominicae crucis invenit; quae omnibus annis in basilica Salvatoris quae Beda.
dicitur Constantiniana die exaltationis eius ab omni populo osculatur atque adoratur Sanctus Gudpertus obiit, episcopus ex anachorita.

3. Leo regnum dimisit. H. S.

Annus Domini 699. Tyberius ann. 7.

4. Synodus Aquileie[i] congregatur sub Sergio papa. Ind. 1. ol. 370.

6. Beda venerabilis presbyter Anglorum chronicam minoris libri usque huc perduxit.

7. Iohannes papa Sergio successit. Cui item alius Iohannes successit. Iustinianus Leonem et Tyberium cum aliis qui eum expulerant occidit; quem videlicet Iustinianum Leo in expulsionem illius naribus detruncarat. Qui post iterum P. D. VI, 32.
assumpto imperio, quotiens defluentem guttam reumatis manu detersit, totiens pene aliquem de suis contrariis iugulare praecepit.

Annus Domini 706. Iustinianus secundo cum filio Tyberio ann. 6. H. S.

5. Iustinianus de peccatis suis penitentiam agens, Constantinum papam summo honore habuit, ita ut die dominica missas eius audiens communionem de manu sua acciperet.

6. Iustinianus prohibente papa cum mitteret in pontem Mulvium[k], comprehendere Phylippicum[l], quem ibi relega- Beda.
verat, conversus exercitus ad Philippicum[m], fecit eum ibidem imperatorem; veniensque cum eo Constantinopolim, victo

a) malens *corr.* maluit *c.* b) heracli *c.* c) *e corr. c.* d) constantinus *corr.* constans *c.* e) constantini *corr.* constantis *c.* f) *hos numeros manus correctoris superscripsit.* g) ansgis *corr.* ansgisus *c.* h) DCLXXXVII. *corr.* DClXXXVIII. *c.* i) aquilegie *corr.* aquileie *c.* k) *valde hic locus turbatus est. Herim : cum m. in Pontum, multum proh. papa c.* l) phylippum *corr.* phylippi *c.* m) philippum *corr* philippi *c.*

H. S. atque occiso Iustiniano, regnum suscepit Philippicus[a]. Hildibertus rex iustus obiit; regnavitque Dagobertus, filius eius, pro eo. Iohanni papa Sisinnius successit. Cui Constantinus.

Annus Domini 712. Phylippicus ann. 1 menses 6. Phylippicus catholicis infestus fuit. Anastasius Phylippicum oculis privavit regnoque expulit. Heribertus rex Langobardorum obiit.

Annus Domini 713. Anastasius ann. 3.

2. Pippinus senior maior domus obiit. Pro quo Karolus ann. 26. Dagobertus rex obiit.

3. Ecpertus vir sanctus de gente Anglorum Schottos legitime pascha celebrare docuit. Constantino papae successit Gregorius secundus.

Beda. Annus Domini 716. Theodosius ann. 1. Hic Anastasium praelio vicit, datoque sibi sacramento, clericum fieri ac pres-
H. S. et Beda. byterum fecit ordinari. Tyberis fluvius alveum suum egressus multa Romae subvertit aedificia, ita ut in Via Lata ad unam et semis staturam excresceret.

Annus Domini 717. Leo ann. 8.

1. Karolus Saxoniam magna plaga vastavit .

H. S. 4. Sarraceni triennio Constantinopolim obsidentes et multas provincias devastantes, fame, peste, ferro naufragioque pelluntur.

Beda. 6. Luidbrandus[b] rex Langobardorum, Sarracenis depopulata Sardinia etiam illa loca fedantibus, ubi ossa sancti Augustini episcopi propter devastationem barbarorum olim translata et condita fuerant, misit et dato precio accepit et transtulit ea in Ticinum[1].

H. S. 8. Sanctus Pirminius in Auguiam insulam, eamque a serpentibus liberavit. Huc usque Beda venerabilis presbyter chronicam suam in maiori de temporibus libro perduxit continentem ab initio mundi secundum Hebraicam veritatem ann. 4680.

Annus Domini 725. Constantinus.

Huc usque regnum Romanorum. Exhinc Francorum.

Annus Domini 726. Karolus, Pippini filius, cum iam principatum maiorum domus 12 ann. teneret[c], post haec eundem principatum tenet 15 annis, regibus tamen in Francia, sed parva dignitate, regnantibus.

15. Pirminius ex Augia pulsus, in Alsatiam venit.

16. Beda venerabilis Anglorum presbyter obiit, indict. 14.

17. Karolus contra Sarracenos pugnat die sabbati.

18. Karolus maior domus Fresiam vastat.

19. Wasconiam invasit.

Fred. cont. 22. Gregorius III. papa claves sepulchri sancti Petri et vincula eiusdem cum magnis muneribus ad Karolum misit, eo pacto ut a partibus imperatoris Constantini, qui Leoni successit, recederet. Karolus legatos et legationem cum honore recepit, munera contulit, atque cum suis nuntiis Romam remisit.

H. S. 23. Karolus contra Sarracenos in Gothia pugnat. Karolus Saxoniam intrat.

27. Karolus maior domus moritur, indict. 8. Gregorio tercio successit Zacharias papa.

Fred. cont. Annus Domini 741. Pippinus, filius Karoli, cum fratre Karlomanno maior domus ann. 11. Karlomannus Austriam, Alamanniam atque Thoringiam sortitur; Pippinus Burgundiam, Neaustriam atque Provinciam.

H. S. 1. Karlomannus Wasconiam et Alamanniam petit.

3. Initium Fuldensis monasterii.

5. Karlomannus Alamanniam vastat. Karlomannus pacem cum Saxonibus facit, Alamanniam ingreditur.

Einh. Ann. 9. Karlomannus divino amore suscensus, Romam pergens, sese Zachariae papae obtulit, et ab eo clericus factus, monasterium sancti Silvestri in monte Soracte construens, se monachum fecit; et post aliquantum temporis ad monasterium sancti Benedicti profectus est.

10. Sanctus Burchardus accepit pontificatum anno Domini 751; sedit 40 ann.

cf. G. pontt. Isdem temporibus Radgisus Langobardorum rex similiter fecit.

11. Translatio sancti Kyliani. Beatissimus papa Zacharias in venerabili patriarchio beati Georgii martyris

G. pontt. caput in capsa reconditum repperit in pethacio literis Grecis exarato, et in Romanam urbem transtulit. Hic libros dialogorum quatuor, quos beatus Gregorius fecit, de Latino in Grecum transtulit eloquium. Ad quem Burchardus Wirciburgensis episcopus et Folradus abbas missi sunt Romam, ut consulerent Romanum pontificem de causa regum, qui illo

Einh. Ann. tempore fuerunt in Francia, nomen tantum regis, sed nullam regiam potestatem habentes. Per quos praedictus pontifex Zacharias mandavit, melius esse illum vocari regem apud quem summa potestatis consisteret; dataque auctoritate sua, Pippinum regem constitui iussit.

H. S. Annus Domini 753. Pippinus per auctoritatem Stephani papae, qui Zachariae successit, rex Francorum est appellatus, et unctus manu Bonifacii archiepiscopi Magontiocensis, moreque Francorum in solium elevatus regni in

Einh. Ann. civitate Suessona, regnavit ann. 15.[d]

1. Hildericus vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite in monasterium missus est.

H. S. 2. Sanctus Bonifacius archyepiscopus martyrizatur.

3. Pyppinus Langobardiam hostiliter petit.

4. Haistulfus rex Langobardorum moritur.

6. Pyppinus Saxoniam bello petit, Wasconiam invadit.

10. Sanctus Othmarus in insulam Reni Stein relegatus obiit. Eclypsis solis facta est 18. Kalend. Septembris hora quasi 6.

11. Inventio capitis Iohannis baptistae. Pyppinus aliquot comitatus filiis dedit.

12. Hiemps valida facta est hoc anno.

13. Eclypsis solis 2. Non. Iun. hora quasi 6.

15. Corpus sancti Nazarii ad Laurissam allatum est[e]. Pyppinus rex moritur, indict. 6.

Annus Domini 769[f]. Karolus Magnus, Pyppini filius, cum fratre Karlomanno ann. 3, postea solus 42.

a) philippicus *corr.* philippi *c.* b) *ita c.* c) XIIo *in marg. add. c.* d) XVI. *corr.* XV. *c.* e) XVI. *erasum c.* f) DCCLXXVIIII. *corr.* DCCLXVIIII. *e.*

1) Cf. Ann. Laureshi. Alamann. etc. 2) *eamque — liberavit* in Herimanno Sangall. non leguntur.

4. Corpus sancti Othmari 10 ann. in insula, quo mortuus est, incorruptum reperitur et in basilica sancti Galli H. S. sepelitur. Karlomannus rex moritur, frater Karoli.

5. Karlus Saxoniam petiit.

6. Italiam.

7. Corpora sanctorum Gordiani et Epimachi de Roma in Alamanniam translata sunt. Karolus Longobardos cum Italia subiecit, et cum triumpho Romam venit.

8. Karolus Saxoniam petiit.

9. In Italia Routgisum occidit.

10. Iterum[a] in Saxoniam pergit.

11. Hispaniam cępit.

12. Iterum Saxoniam sepius rebellantem invadit. Fames et mortalitas Franciam vastat.

13. Karolus tandem Saxonicum bellum, ut[b] putabatur, subiectis Saxonibus, consummat.

14. Karolus iterum Romam venit, et filius eius Pyppinus baptizatur ab Adriano papa.

15. In Saxonia conventum habuit.

17. Hiltigart regina, uxor Karoli, obiit 2 Kal. Mai, et Berhta obiit.

18. Karolus Saxones rebelles plaga magna occidit et christianos fecit.

19. Eclypsis solis facta est 15. Kal. Oct. hora quasi 2. Karolus iterum Romam pergit, et cruces in vestibus apparuerunt.

20. Karlus per Alamanniam ad fines Baioariae rebellantis cum exercitu venit.

21. Tassilo dux Baioariae, iubente Karolo, in Franciam venit, et Baioaria Karolo subicitur.

22. Karolus Sclavos qui Wilci dicuntur bello petit.

23. 4. Non. Febr. sanctus Burchardus obiit anno Domini 791. Hunc annum sine bello Karolus Wormacie sedit;

24. Karlus Pannoniam, regnum Hunorum, vastat.

25. 6. Kal. Octob. Megingaudus episcopus obiit anno Domini 794; sedit ann. 3, menses 10, dies 25.

26. Saxones fidem Christi relinquentes, iterum rebellant.

27. Fastrada regina obiit. Karolus synodum magnam congregat.

28. Karolus Saxones petit, et terciam partem virorum obsides accepit.

30. Huni munera offerentes, Karlo subiciuntur.

31. Geroldus, piissimus signifer Karoli, in pugna occiditur.

32. 6. Kal. Oct. Bernwelfus episcopus obiit; sedit ann. 6. Romani papam in letania maiore excecant, et linguam eius amputant.

33. Luitgarda regina obiit 2 Non. Iun.

34. Karolus imperiali benedictione sublimatus, augustus et caesar Romano more appellatur.

35. 3. Kal. Mar. Ludericus episcopus obiit; sedit ann. 3, menses 5. Greci pacem cum Karlo firmant.

36. Terremotus est et mortalitas subsecuta.

39. Karolus Saxonum rebellantium multitudinem in Franciam transfert.

40. Eclypsis solis facta est 3. Idus Feb. hora quasi 6.

41. Gotefridus Nordmannorum rex superbe Karlo minatur.

42. Karlus synodum magnam[c] congregat.

43. Eclypsis solis facta est 7. Idus Iun. hora quasi secunda. Item eodem anno eclipsis 2. Kal. Dec. hora quasi 3. Pippinus rex, filius Karli, obiit.

44. Karolus thesauros in episcopia et aecclesias dividit. Karolus, filius Karoli, obiit.

45. Bernhardus rex a Karolo efficitur.[d] Karolus febre et pleuresi pulsatus obiit, indict. 7. 5. Kal. Feb. anno aetatis 71.

Annus Domini 815. Ludewicus, Karoli Magni filius, ann. 26.[e]

3. Leo papa obiit. Ludewicus a Stephano papa imperator factus est.

4. Pascualis papa efficitur.

5. Bernhardus rex Ludewico rebellat.

6. Bernhardus rex interiit. Luitwidus rebellat.

7. Exercitus contra Luitwidum congregatur.

8. Iterum exercitus contra eundem congregatur.

10. Nix magna a Kal. Oct. usque 2. Idus Apr. permansit.

14. Wetthi Augiensis monachus in spiritu raptus admirabilem vidit visionem.

16. Pascualis papa obiit.

17. Corpora sanctorum Valentis et Senesii in Augiam insulam deferuntur.

18. 2. Idus Nov. Wolfgerus episcopus obiit; sedit ann. 22, menses 6, dies 11.

19. Ludewicus magnum conventum in Noviomago[f] habuit.

24. Hatto Basiliensis episcopus obiit.

26. Poutho diaconus palatii in iudaismum lapsus est.[g] Eclypsis solis facta est 3. Non. Mai hora ante nonam. Et Ludewicus imperator obiit 12. Kal. Iul.

Annus Domini 841. Ludewicus, Ludewici filius, cum fratribus Lothario, Karolo et Pippino ann. 36.

1. 7. Id. Mar. Humbertus episcopus obiit; sedit ann. 10, menses 3, dies 8. Bellum inter fratres de partitione regni excanduit.

8. Ludewicus Germaniam, Lotharius cum imperatoris nomine Italiam, Karolus Gallias, regnum dividentes, accipiunt. Iudith imperatrix, uxor Ludewici prioris, obiit.

a) itē *c. et sequentibus annis, quod certe a.* 26. item *legi nequit.* b) in *c.* c) magna *c.* d) XLVI. *erasum c.* e) XXVII. *corr.* XXVI. *c.* f) nonio magno *c.* g) XXVII. *erasum c.*

14. 12. Kal. Oct. Gozbaldus episcopus obiit; sedit ann. 13, m. 10, d. 8.

15. Aecclesia sancti Kyliani in Wirciburg fulminibus exusta est; et Lotharius rex tonsuram et
H. S. monachicum habitum suscepit moriturus. Corpus sancti Martini de tumulo levatur.

17. Leo papa, Trougo, Rabanus, Benedictus papa et Hiltegart regina obierunt.

20. Lotharius imperator obiit. Pro quo Ludewicus, filius eius, imperavit cum fratre Lothario rege.

22. Meginradus heremita martirizatur.

24. Huni christianitatis nomen aggressi sunt.

27. Nycolao pape Adrianus successit.

28. Terremotus facta est, et cometa visa est.

29. Lotharius rex, frater Ludewici imperatoris obiit, et Karolus Galliarum rex regnum invasit.

30. Ludewicus imperator de solario cecidit.

31. Ludewicus et Karolus cum patre pacificantur.

32. Adrianus papa obiit. Wormatium fulminis ictu crematur.

35. Ludewicus imperator obiit, et Karolus rex Galliarum Romam pervenit.

36. Ludewicus rex Germaniae obiit 5. Kal. Sept. Bellum in Ribuaria inter Ludewicum et Karolum committitur.

Annus Domini 877. Karolus, iunior filius Ludewici, cum fratribus Karlmanno et Ludewico ann. 11.

2. Karolus rex Galliarum obiit.

3. Ludewicus Balbus, filius Karoli, obiit.

4. Ludewicus vivente fratre suo Karlmanno Baioariam ingreditur. Karlmannus obiit.

5. Karolus iunior cum uxore sua Rihcgartha imperiali benedictione sublimatur.

6. Ludewicus rex Francorum, frater Karoli imperatoris, obiit.

11. Karolus imperator vivus dimisit regnum.

Annus Domini 888. Arnolfus, filius Karlmanni, ann. 12.

1. Karolus iunior imperator obiit. Luitperto archiepiscopo Sunderolt successit. 3. Idus Iul. Arn Wirciburgensis episcopus in Saxonia occisus est inter missarum sollemnia; sedit ann. 36, m. 7, d. 12.

3. Arnolfus rex exercitum Nordmannorum prorsus delevit.

4. Ratispona incendio flagrat.

6. Sunderolf a Nordmannis occiditur. Pro quo Hatto.

8. Arnolfus Italiam Burgundiamque suo regno subiecit.

9. Arnolfus rex Romam veniens, imperator efficitur.

11. Magna fames homines se invicem comedere persuasit.

12. Arnolfus imperator obiit. Gentes Pannonicae, quas Ungarios dicimus, Italiam depopulantur.

Annus Domini 900. Ludewicus, Arnolfi filius, admodum puer ann. 12.

1. Ungarii Baioariam ingrediuntur, et plus mille ex eis occiduntur.

2. Ungarii Carenthaniam invadunt, et in sabbato commissa pugna, occiduntur.

6. Ungarii amarius occiduntur. Berenger, Reginolt et Gerhart germani fratres occiduntur.

7. Pugna inter Adalbertum, fratrem eorum, et Cuonradum, fratrem Ludewici imperatoris, committitur; in qua Counradus occiditur.

8. 3. Non. Aug. Ruodolfus episcopus Wirciburgensis obiit; sedit ann. 17, m. 12, d. 2. Adalbertus perfidia Hattonis archiepiscopi et cuiusdam Luitpaldi deceptus, Ludewico iubente decollatur. Baioarii ab Ungariis interficiuntur.

9. Ungarii Saxoniam et Turingiam vastant. Luitpaldus occiditur.

10. Ungarii Alamanniam petunt.

11. Bellum Francorum cum Ungariis.

12. Ludewicus rex moritur. Burchardus dux occiditur.

Annus Domini 912. Counradus, filius Counradi illius quem Adalbertus Babenbergensis interfecit, in regnum elevatus regnavit ann. 7.

1. Ungarii ab Alamannis et Baioariis iuxta fluvium Ine occiduntur.

2. Cometae videntur. Roudolfus rex obiit. Ungarii Alamanniam depopulantur. Hatto archiepiscopus moritur. Cui Heriger successit.

5. Salomon episcopus captus est. Ungarii totam Alamanniam igne et gladio vastant.

6. Erchenger dux et Berhtolfus germani fratres decollantur 12. Kal. Febr. Basilea ab Ungariis destruitur.

7. Ungarii per Alamanniam, Alsatiam regnum Lotharii invadunt. Burchardus dux constituitur. Counradus rex obiit.

Liutolfus dux Saxoniae.

Brun dux a Danis occisus.	Ottho dux.	
	Heinricus rex.	Baba.
Heinricus dux Baioariae.	Ottho imperator.	Adalbertus quem Ludewicus decollavit.
Heinricus dux Baioariae.	Ottho imperator.	
Heinricus Babenbergensis dux Baioariae postea imperator. Cuius uxor Cunigunt absque filiis obiit.	Ottho imperator absque filiis.	

H. S. Annus Domini 919. Heinricus comes rex effectus regnavit ann. 17.

1. Salomon episcopus obiit.

4. Karolus rex Galliae in Franciam venit.

7. Sanguis Domini in Augiam insulam venit. H. S.
8. Ungarii totam Franciam, Galliam, Alsatiam atque Alamanniam gladio et igne devastant. Burchardus dux occiditur. Herimanno Alamannia committitur.
11. Heriger archiepiscopus obiit. Pro quo Hiltibertus.
12. Heinricus rex Poemiam petit.
13. 17. Kal. Dec. Thieto Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 24, m. 2, d. 14. Heinricus regem Abodritarum et Nordmannorum christianum fecit.
15. Heinricus Ungarios in Suirbia interfecit.
16. Notingus Constantiensis episcopus obiit. Pro quo Counradus.
17.[a] Heinricus rex obiit.

Annus Domini 937. Otto Magnus, Heinrici filius, ann. 38.

1. Ungarii Franciam, Alamanniam, Galliam usque Oceanum et Burgundiam devastantes, per Italiam redierunt. Monasteria sancti Galli et sancti Bonifacii cremantur. Arnolfus Noricorum dux et Roudolfus rex obierunt.
2. Heinricus, frater Ottonis, ab Eberhardo comprehensus est.
3. Gisilbertus et Adalbertus occisi sunt, et episcopi in fugam sunt lapsi.
4. 8. Kal. Apr. iunior Burchardus Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 9, m. 3. d, 23. Hiemps valida et mortalitas animalium facta.
5. Ottho Gallias petit.
6. Ottho rex et Ludewicus pacificantur.
8. Ungarii cum Baioariis pugnant et vincuntur.[b]
10. Ottho rex Galliam ingreditur.
11. Berhtolfus Baioariorum dux moritur. Cui Heinricus, frater Otthonis, successit.
13. Herimannus dux Alamannorum obiit. Pro quo Luidolfus, filius Ottbonis regis.
14. Ottho rex Italiam petit eamque sibi subiecit; Berengerum regem expulit.
15. Beringer apud Augustam in conventu Otthoni ad deditionem[c] venit. Inde cum regina coniuge eius Willa nomine ad castellum Babenberch deductus, praesentem vitam clausit. Ignitus lapis quasi H. S. massa candentis ferri ab occidente volitans venit; et draco visus est.
16. Ottho rex una cum filio Italiam intrat, ac nuptiae regales Papiae factae sunt.
17. Luitolfus dux Otthoni regi patri suo rebellat. Adalbertus comes occiditur.
18. Ungarii Noricam, Franciam Italiamque petunt.
19. Ungarii totam Boioariam depopulantes, iuxta Augustam Alamanniae urbem ab Otthone rege pugna victi, inmensa caede necantur.
20. Luitolfus dux hostiliter Italiam invasit.
21. Luitolfus Adalbertum bello vicit, et ipse eodem anno moritur.
23. Cruces in vestibus apparuerunt.
24. 15. Kal. Mar. Pobbo Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 20, m. 10, d. 14.
26. Ottho rex Romam veniens, imperator efficitur. Signum in sole.
27. Ottho imperator natale Domini Papiae moratur.
28. Item Ottho natale Domini Romae moratur.
31. Ottho imperator de Italia redit.
32. et Burchardus dux in Italia rebelles caesari vicit. Eclypsis solis facta est 11. Kal. Dec.
35. Signum quoddam ignei coloris in caelo apparuit.
38. Ottho imperator Non. Mai obiit. Sanctus Oudalricus obiit anno episcopatus sui 50.

Annus Domini 975. Ottbo secundus, Otthonis Magni filius, ann. 9.

8. Otto imperator, apud Galabriam occiso a Grecis exercitu, de navi exiliens, aufugit. Ottho dux obiit.
9. 11. Kal. Aug. iunior Pobbo Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 23, m. 4, d. 21. Otto imperator Romae 6. Idus Dec. moritur et sepelitur.

Annus Domini 984. Otto tercius, Ottbonis secundi filius, admodum puer, ann. 18.

5. Fames magna.
6. 4. Kal. Sept. Huc Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 6, m. 7, d. 28.
11. Sanctus Adalbertus episcopus de Praga civitate a Prucis martyrio coronatur.
12. Kal. Oct. Berenwardus Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 5, m. 8, d. 19.
14. Counradus dux obiit. H. S.
18. Ottho imperator in Italia obiit 5. Kal. Febr.; cuius intestina Augustae, reliquum corpus Aquisgrani sepelitur.

Heinricus dux Baioariae rex effectus ann. 23, m. 2.[d]

2. Heinricus rex Heinricum marchionem et alios sibi resistentes cum exercitu petit.
3. Heinricus rex Italiam, Boemiam et Bolizaum ducem cum omni gente Sclavorum subiugavit.
4. Magna fames facta est.
6. Episcopium Babenberg a rege Heinrico constituitur, et Eberhardus ibi episcopus ordinatur.
8. Brun episcopus et monachus a Prucis multis suppliciis afflictus, et manibus pedibusque abscisis, postremo capite plexus, caelos petiit.
13. Heinricus Romae imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa. H. S.
14. Ernest dux in venatu occiditur.
16. 18. Kal. Dec. Heinricus Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 23, m. 5, d. 22. Megingaudus Trevcrorum episcopus obiit. Pro quo Poppo.
17. Lantpertus episcopus obiit.
19. Benedictus papa Babenberg veniens, aecclesiam sancti Stephani dedicavit. Eodem anno Werenharius Argentine episcopus cum Alamannis contra Burgundiones pugnavit et vicit.

a) XVIII. *erasum* c. b) uicuntur c. c) deditio c. d) *in loco raso* c.

H. S. 20. Terraemotus magnus factus est 4. Idus Mai feria 6. Heribertus Coloniensis archyepiscopus obiit. Pro quo Piligrimus.

21. Heinricus imperator Novam Troiam deditione eepit, et mortalitas[a] magna in exercitu facta est.

22. Gebehardus Radisponensis episcopus obiit. Pro quo iterum[b] Gebehardus.

23. Heinricus imperator 3. Idus Iul. obiit et in Babenberg episcopio a se facto in monasterio sancti Petri apostoli sepelitur.

Counradus ann. fere 15 regnavit.

1. Magna dissensio in regno contra Counradum regem efficitur.

2. Counradus rex filium suum Heinricum regem fecit, et ipse Romam pergens imperator efficitur.

3. Brun Augustensis episcopus et Welf comes praedas et incendia inter se faciunt.

4. Ernost dux et Welf comes Counrado imperatori ad deditionem veniunt.

5. Bruno Augustensis episcopus obiit. Pro quo Heberhardus.

6. Counradus imperator Stephanum Pannoniae regem cum exercitu petit. Interea in Alamannia Ernost dux et Werinharius comes cum aliis multis occiduntur[c] 16. Kal. Sept.

7. Stephanus rex missis legatis cum imperatore Counrado pacificatur.

8. Roudolfus rex Burgundiae moriens diadema suum Counrado imperatori misit.

9. 11. Kal. Apr. Meginhardus Wirciburgensis episcopus obiit; sedit ann. 15, m. 2, d. 21. Counradus hieme Burgundiam petit. Eclypsis solis facta est 3. Kal. Iul. hora 6.

10. Counradus orientalem Franciam contra Outhonem petit. Counradus iterum[d] Burgundiam vastat.

11. Wirbinam castellum in confinio Saxoniae pagani qui Luittici dicuntur, multis christianis occisis et captis, obtinent; quos Counradus cum exercitu petit.

12. Italia civili discordia laborat. Gebehardus Radispona episcopus obiit. Pro quo iterum[d] Gebehardus. Nuptiae Heinrici regis. Pagani supradicti Counrado imperatori tributarii[e] facti sunt. Piligrimus Coloniensis episcopus obiit. Pro quo Herimannus.

13. Counradus imperator Italiam cum exercitu petit, et Mediolanensem episcopum in custodiam mittit; qui fuga lapsus imperatori rebellat. Outho princeps Karlingorum[f] a Gozzelone duce pugna victus fugiensque, a quodam milite occiditur.

14. Cunigunt regina obiit. Herimannus dux obiit. Stephanus christianus Ungariorum rex obiit, qui cum omni gente sua ad fidem Christi convertitur.

15. Counradus imperator 2. Non. Iun. obiit et Spirc sepelitur. Eclypsis solis 11. Kal. Sept. Reginbaldus Spirensis episcopus obiit 3. Idus Octob.

Heinricus rex pius, filius Counradi, incipit regnare.

2. Heinricus rex ducem Boemiae Fratislaum bello petit; sed multis proceribus et militibus in praestructione silvae citra et ultra occisis vel captis, nil dignum effiecre potuit. Petrus quoque Ungariorum rex eidem duci[g] contra Heinricum regem auxilia misit.

3. Ungarii quendam Ovonem regem sibi eligentes, Petrum regem suum expellentes. Qui profugus et exul Heinrici regis, cui priori anno rebellaverat, gratiam querit et invenit. Heinricus rex Boemiam ingressus, igne praedaque cuncta devastat, et rebellem ducem obsides dare et ipsum post se Radisponam ad deditionem humiliter venire sibique iureiurando fidelitatem servitiumque confirmare coartat. Ovo rex Ungariorum, ob susceptum a Heinrico rege Petrum a se expulsum, fines Baioariae praedis et incendiis depopulatur; sed magna pars exercitus eius ab Adelberone marchione deleta est.

4. Heinricus rex Pannoniam ingressus, duas populosissimas civitates evertit, plures deditione subiecit. Sed cum Petrum regem, quem secum ducebat, provinciales recipere nollent, alium quem petebant ducem eis constituit; quem Obo post discessum eius in Boemiam repulit. Gisela imperatrix, mater Heinrici regis, 16. Kal. Mar. obiit et apud Spiram sepelitur.

5. Heinricus rex iterum Pannonias invadens, satisfactionem, obsides, munera, pacis per iusiurandum confirmationem accipiens, discessit. Inde reversus, Constantiensi synodo affuit; ubi cunctis debita dimisit; destructisque omnibus inimiciciis, pacem hactenus inauditam tam[h] in tota Suevia quam in aliis sui regni provinciis regia censura per edictum confirmavit. Dein Agneten[i], Willehalmi Pictaviensis principis filiam, reginam apud Magontiam ungni faciens, regalibus sibi nuptiis Ingelenheim copulavit; unde infinitam histrionum et ioculatorum multitudinem sine cibo et muneribus vacuam et merentem abire permisit. Luitpaldus marchio, Adelberti filius, maxima Ungariorum clades, inmature obiit. Pestis pecudum maxima. Hiemps dura et nivosa.

6. 6. Kal. Iun. Brun Wirciburc episcopus obiit anno Domini 1045; sedit ann. 11, m. 1, d. 14. Heinricus[l] rex tercio Pannonias iratus ingrediens, Dei favente clementia et beato Oudalrico episcopo imperante[k], victor factus, Obonem eum uxore et filiis cognatisque, quibus locus evadendi erat, effugabat. Petrum in regnum restituit; subditoque sibi Ungariorum regno, summo cum honore revertitur. Gothefridus dux Lotariorum Heinrico regi rebellans, ad deditionem coactus, in castello Gibichenstein[5] usque ad dignam satisfactionem sub custodia mancipatur.

cf. Herm. a. 1044.

a. 1045.

cf. Herm. a. 1046.

7. Heinricus rex Italiam ingressus, pacifice a Romanis suscipitur, papas tres non digne constitutos synodaliter deposuit, et Suidegerum Babenbergensem episcopum papam constituit; ipseque et coniunx eius Agnes regina eadem die imperiali benedictione sublimantur. Imperatrix vero Agnes filiam apud Ravennam gennit. Ipse autem imperator per Apuliam multasque provincias felici victoria exercitum ducens, honore magno revertitur.

cf. Herm. a. 1046. a. 1047.

8. Interea Petrus Ungariorum rex a quodam tyranno Pannonico captus et cecatus, ille qui eum expulerat regnare coepit. Corpus sancti Widonis de Italia allatum est Spiram ab imperatore Heinrico 8. anno regni eius, imperii eius anno 1. ab incarnatione Domini anno 1047. indictione 15. Suidegerus papa obiit eodem quo constituitur anno[m]. Pro quo Boppo ordinatur.

a) mortalita *c.* b) itē *c. quod hic etiam* item *legi potest.* c) occidunt *c.* d) itē *c.* e) tributari *c.* f) kalinlorum *corr.* karlinlorum *c.* g) duce *c.* h) *deest c.* i) agnetæn *c.* k) *lege:* impetrante. l) rege *c.* m) *deest c.*

4) In sequentibus raro verba Herimanni retinuit, res vero tantum non omnes ab ipso mutuatus est.
5) ita cod. Murensis Herimanni.

9. Otto dux Suevorum obiit. Pro quo Otto de Suifvurti surrexit. Boppo papa obiit anno quo constituitur. Bruno, qui et Leo, Tolanensium antistes, papa ordinatur. Herm. a. 1047. 1048.

10. Heinricus imperator anno imperii sui tertio quasdam partes Galliae invasit contra Gotefridum et Baldewinum; quibus ad deditionem coactis, et regno his partibus pacificato, victor cum honore revertitur. Synodus Magontiae habetur. Cui affuit Bruno apostolicus et Heinricus imperator. cf. ib. a. 1049.

11. Ungarii iterum[a] rebellant. Quos Gebehardus episcopus Radisponensis, vice Heinrici imperatoris obviam factus, in fugam conversos non minima cede afflixit; insuper urbem marchiae[b] Heimenburc aedificiis restauratam militari obsidione muniri fecit; ipse summa cum pace regreditur. ib. a. 1050.

12. Bartho archiepiscopus obiit. Pro quo Luitpoldus. Heinricus imperator iterum Pannoniam ingressus, divisa in duas partes multitudine militum, utrimque regionem ipsam silvis et maxime aquarum collectionibus circumseptam occupans, intravit; sed illa gens durior ceteris cum rege suo dolose et ignaviter agens, sua pariter cum aliis diripiens, fame et siti multisque cladibus lassatum nostrum fugiens[c] evasit. Milites autem imperatoris, vastata magna parte provinciae, multis insuper inibi occisis, pacifice, quamvis inacte, ad propria cum imperatore redierunt. ib. a. 1051.

13. Heinricus imperator iterum Pannoniam petit, et inacte redit, habens secum in comitatu Brunonem apostolicae sedis praesulem; et proximum natale Domini pariter ducentes Wormatiae, apostolicus Romam redit 1053. anno, multis cum diversarum provinciarum militibus imperiali praeceptione et amicorum subventione comitantibus; et post pascha exercitum ducens per Apuliam contra Nordmannos, illius terrae quondam advenas sed tunc Romani imperii inimicos, infinitaque utrobique cede peracta, papa cum paucis fugiens absque victoria regreditur, relictis illic Suevorum ac Noricorum militibus obtimis; et in urbe Beneventana consedit. ib. a. 1052. 1053.

15. Dein religiosus papa Bruno, qui et Leo, anno incarnationis Domini 1054. regni vero Heinrici imperatoris 15. glorioşe vitam finivit, sepultus Romae in aecclesia beati Petri. Counradus dux Noricorum, federatis sibi Ungariis, graviter rebellat. Item Baldwinus et Gotefridus. ib. a. 1051.

16. Leoni papae Gebehardus, qui et Victor, successit. Adalbertus marchio obiit. Fames magna fuit. Heinricus imperator Italiam cum exercitu petens, omnia cum pace disposuit; revertensque neptam suam Beatricem secum duxit, indigne eam tractans propter quandam eius insolentiam, qua vivere consueverat mortuo viro eius Bonifacio duce. Welf dux Carinthiorum obiit. Counradus dux antea Noricus ab imperatore expulsus, in Pannonia exul male moritur. Arnolfo Spirensi episcopo Counradus successit. 1055.

17. Herimannus comes orientalium Francorum obiit 6. Kal. Febr. Gebehardus Radisponensis episcopus, magni imperatoris Heinrici patruus, hostis occulte pessimus deprehensus, victus atque custodiae mancipatus, sed misericorditer tractatus, exilio remittitur et sedi pristinae restituitur. Gotefridus dux ad deditionem venit. Magna cedes a barbaris qui Liutici dicuntur in christianos facta est; quorum quidam gladio, quidam fugientes[d] in aqua perierunt; inter quos Willehalm marchio occiditur. Hisdem temporibus multi diversarum provinciarum principes perierunt. Fames multas provincias afflixit. Egestas et penuria undique praevaluit. Multa mala tunc temporis facta sunt. Heinricus imperator his doloribus cordetenus conpunctus, infirmari coepit, et perductus usque ad mortem; sapienti tamen usus consilio, ab omnibus quibus potuit veniam petens, quibusdam praedia quae abstulit restituens, cunctis qui contra eum culpas damnabiles fecerunt relaxans, filium suum Heinricum Romani pontificis ceterorumque pontificum et principum electione regem constituit. His et aliis, prout vitae possibilitas admisit, bene dispositis, 3. Non. Octob. hanc vitam praesentem in Deo finivit. 1056. cf. Berth.

Heinricus, filius Heinrici imperatoris, admodum puer, coepit regnare, anno ab incarnatione Domini 1057. Agnes imperatrix, mater ipsius Heinrici, ducatum suscepit Baioariae. Pontifex Romanus Gebehardus, qui et Victor, multis bene in Germaniae aliisque Romani regni partibus pontificum vel principum secularium consilio dispositis, Romam cum pace rediit, incipiente illius anni quadragesima. Hic etiam eodem anno finivit vitam. Pro quo Fridericus, qui et Stephanus, iam monachus factus, a Romanis pontifex constituitur. Saxones iterum congregato exercitu gentem efferam Luiticiorum[e] hostiliter invaserunt, diversisque malis eam affligentes, Romanae ditioni subdiderunt, acceptis obsidibus et tributis, atque ad propria cum pace redierunt. Eodem tempore quidam Fridericus et fratres eius Germaniae partibus tyrannidem exercentes contra imperium Romanum, ab Agnete imperatrice et principibus regni victi ad deditionem venerunt. Fridericus, qui et Stephanus, pontifex Romanus vitam finivit. Otthio dux Suevorum obiit 4. Kal. Octob.[f] 1057.

a) itē *c.* b) marchioncm *c.* c) fuigiens *c.* d) figientes *c.* e) *ita c.* f) *In codice eodem fere modo quo hic pagina non expleta textus desinit. In sequenti pagina, quaternionis ultima, stemma legitur genealogicum quod addimus.*

Boutgisus[1] illustris vir genuit sanctum Arnolfum Metensium episcopum.

Sanctus Arnolfus episcopus.

Ansigisus filius eius.

Pippinus princeps et maior domus, pater sancte Gerdrudis virginis.

Karolus dux cognomento fortissimus.

Pyppinus maior domus idemque rex Francorum.

Karolus rex Francorum et patricius Romanorum, primus imperator in Francia.

Ludewicus rex cognomento Pius.

- Lotharius rex Franciae Italiae et Burgundiae.
  - Hugo filius regis in monasterium trusus.
  - Ludewicus rex Italiae et Germaniae.
    - Bertha.
      - Humbertus.
        - Hermangisus.
      - Hugo rex Italiae.
  - Lotarius rex Lotariensium.
    - Hugo Lotharius.
- Karolus rex Franciae et Hyspaniae.
  - Karlmannus excecatus.
    - Hirmindrud.
      - Cunigunt.
        - Sigefridus comes.
          - Cunigunt imperatrix.
        - Lotharius rex Franciae.
          - Hermangisus.
      - Karolus.
        - Karolus.
  - Ludewicus rex Franciae.
    - Ludewicus rex Franciae.
  - Karolus in venatione occisus.
- Ludewicus rex Germaniae.
  - Ludewicus rex Ostrofranciae.
    - Zoundibaldus rex Lotariensium.
  - Karlmannus rex Baioarie invictissimus.
    - Arnolfus rex Baioariae et Franciae.
      - Ludewicus rex Ostrofrantiae.
  - Karolus rex Alamanniae.
    - Counradus quem Adelbertus interfecit.
      - Counradus rex ultimus Karolorum.

1) *Hic duo subiicienda duxi stemmata, e cod. Trevirensi N.* 1709. *(LXXXVI.) olim Prumiensi s. XI. f.* 73'. *descriptu, quae tum cum iis, quae Ekkehardus recepit, quam cum aliis ex cod. Steinveld. supra SS. III. p.* 215. *editis quam maxime conveniunt.*

1.

Domnus Arnolfus Metensium episcopus. Cuius pater Botgisus fuit vir illustris.

Ansgisus filius eius.

Pippinus princeps et maior regiae domus.

Karolus cognomento fortissimus.

Pippinus rex Francorum.

Domnus Karolus rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum.

Hludowicus rex cognomento Pius.

- Hlutharius rex Franciae et Italiae et Burgundiae.
  - Hugo filius eius in monasterium trusus.
  - Hludowicus rex Italiae et Romaniae.
    - Bertha.
      - Hugo rex Italiae.
        - Hubertus.
          - Hugo marchisus.
        - Hlotharius.
  - Hlotharius rex Hlothariensium.
- Karolus rex Francie et Hispaniae.
  - Karlomannus excecatus.
    - Irmindrut.
      - Cunigunt.
        - Sigefridus[a] comes.
          - Cunegunt imperatrix.
        - Hlotharius rex Francie.
          - Karolus.
            - Karolus.
  - Hludowicus rex Francie.
    - Karolus rex Franciae.
      - Hludowicus rex Franciae.
  - Karolus in venatione occisus.
- Hludowicus rex Germaniae.
  - Hlodowicus rex Ostrofranciae.
    - Zvendiboldus rex Hlothariensium.
  - Karlomannus rex Baioariae.
    - Arnolfus rex Baioariae et Franciae.
      - Hludowicus rex Ostrofrantiae.
  - Karolus rex Alamanniae.

2.

Liudolfus dux Saxoniae.

- Bruno dux.
- Otto dux.
- Liutgarda regina.

Heinricum respice de cuius | fluxit semine[b].

Heinricus rex primus. ═══ Mathildis regina. Theodericus pater Mathildis reginae ex stirpe Widikindi magni ducis Saxoniae. Cuius fratres fuerunt Widikint, Immit, Reginbern.

- Hadewieg.
  - Hugo rex Francorum.
    - Ruotpertus rex.
      - Heinricus rex.
        - Philippus rex.
    - Beatrix.
      - Theodericus dux.
        - Fridericus dux.
- Gerbirg.
  - Hlutharius rex Francie.
  - Karolus dux.
  - Mathildis.
    - Ruodolfus rex.
    - Bertha.
    - Gepa.
      - Mathildis.
        - Heinricus rex.
      - Gisla.
        - Agnes.
  - Alfratha.
    - Ermindrudis.
      - Agnes.
- Otto imperator primus.
  - Dudicha.
    - Otto dux.
      - Heinricus.
        - Cuonradus imperator.
          - Heinricus imperator.
      - Cuono.
  - Otto secundus imperator.
    - Otto imperator tercius.
      - Mathildis.
        - Luodolfus.
        - Herimannus archiepiscopus.
        - Otto dux.
- Heinricus dux.
  - Item Heinricus dux.
    - Heinricus imperator.
- Bruno archiepiscopus Coloniae.

a) *linea qua Hludowici filius indicatur erasa est.* b) *ita cod., ex quo Steinveld. Mon. SS. III. p.* 215. *emendandus est.*

EKKEHARDI CHRONICON UNIVERSALE.

id est adbreviatio
EPYTHOME EUSEBII DE SEQUENTI OPERE.

Moysen [6], gentis Hebraicae ductorem, qui primus omnium prophetarum ante adventum domini Salvatoris divinas leges Hier.
sacris litteris explicavit, Inachi fuisse temporibus, eruditissimi viri tradiderunt, ex nostris Clemens et Africanus, ex Iudeis Iosephus et Iustus, veteris hystoriae monumenta replicantes. Porro Inachus quingentis annis Troianum bellum antecedit. Ex ethnicis vero impius ille Porphirius in quarto sui operis libro, quod adversum nos casso labore contexuit, post Moysen Semiramidem fuisse, affirmat, quae apud Assyrios ante Inachum regnavit annos 150. Itaque iuxta eum 800 pene et 50 annis Troiano bello Moyses senior invenitur. Cum haec ita se habeant, necessarium duxi, veritatem diligentius persequi, et tempora regnorum contra se invicem ponere, ac singularum gentium annos dinumerare, ut quid cuique coaetaneum fuerit curioso possimus ordine notare. Neque me fugit, in Hebreis codicibus dissonos aetatum annos inveniri, plusque vel minus, prout interpretibus visum est, lectitari, sequendumque illud potius quod exemplariorum multitudo in fidem traxit.

Verum utcumque quis volet computet, reperiet, Inachi temporibus, quem primum Argis regnasse aiunt, patriarcham Hebreorum fuisse Israhelem, a quo 12 tribus Israhelis vocabulum sortitae sunt. Semiramidem autem et Abraham contemporales fuisse, manifestum est. Nam Moyses licet iunior supradictis sit, omnibus tamen quos Greci antiquissimos putant senior deprehenditur, Homero scilicet et Hesiodo Troianoque bello, ac multo superius Hercule, Museo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore ac Pollnce, Apolline, Esculapio, Libero, Mercurio et ceteris diis gentium sacrisque vel vatibus, ipsius quoque Iovis gestis, quem Grecia in arce divinitatis collocavit. Hos inquam omnes quos enumeravimus etiam post Cecropem Difien [a], primum Atticae regem, fuisse, convincimus, Cecropem autem Moysi coaetaneum hystoriae ostendunt et ante Troianum bellum fuisse annis 350. Quod ne cui dubium videatur, sequens ratio sic probabit. Quadragesimo secundo anno imperii Augusti Christus natus est, 15. Tyberii anno predicare orsus est. Si quis igitur retrorsum computans annorum numerum, alterum Darii regis Persarum querat annum, sub quo templum Hierosolimorum, quod a Babyloniis destructum fuerat, instauratum est: reperiet a Tyberii 15. usque ad Darium annos 546 [7]. Darii quippe secundus 7
annus sexagesimae quintae olimpiadis anno primo fuit, et Tyberii 15mus in 201. olimpiadis annum quartum incurrit. Fiunt ergo inter Darium et Tyberii 15mum annum olimpiades 136, anni 546, quadriennio in una olimpiade subputato. Deinde secundo Darii anno septuagesimus desolationis templi annus expletur, a quo usque ad primam olimpiadem retrorsum numerantur olimpiades 64, anni 256, qui similiter subputantur a supra dicto desolationis templi anno usque ad 49. annum Oziae regis Iudaeorum, sub quo Ysaias et Osee fuerunt. Itaque prima olimpias in Ysaiae et reliquorum qui cum eo prophetaverunt incurrit aetatem. Rursum si a prima olimpiade ad superiora tempora et usque ad captivitatem Troiae proveharis, invenies annos 405 [b], quos curiosissima Grecorum hystoria conscribit. Item apud Hebreos a supra dicto Oziae anno et temporibus Ysaiae prophetae usque ad Samson et tercium annum Lapdon iudicis subputabis annos 405 [b]. Samson autem est quem in corporis robore Hercules similem ferunt posteri Iudaeorum. Et michi videntur non multum distare tempore, siquidem ambo circa Troiae captivitatem fuerunt. Post haec iterum ad priora convertere, et cum 329 annos numerus retro actus tibi expleverit, Cecropem Defien [c] Grecorum et Moysen invenies Hebreorum. Nam a 45. Cecropis anno usque ad captivitatem Troiae et ab 80mo aetatis Moysi, in quo populum Israheliticum de Aegypto eduxit, usque ad tercium annum Lapdon iudicis computantur anni 329. Itaque sine ulla ambiguitate Moyses et Cecrops, qui primus Atheniensium rex fuit, hisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Difies [d] indigena, sub quo primum in arce oliva orta est, et urbs Athenieusium ex Minervae appellatione nomen sortita est. Hic primus omnium Iovem appellavit, aram ei statuit bovemque immolavit, simulachra reperit, et victimas obtulit, nequaquam istius modi rebus in Grecia unquam visis; cetera quoque quae apud Grecos mira iactantur, posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Sit ergo Cecropis consequentia et Moysi. Post hunc describitur diluvium sub Deucalione, incendium sub Phetonte, Ericthonius Vulcani et Terrae filius, Dardanusque, qui Dardaniam condidit, Libiae quoque raptus et Europae, sacra Cereris atque delubrum Ysidis, in Eleusina frumenta Triptolemi, regnum Trois,

Cuius dii natum Ganimedem ad sidera raptum
Vina Iovi magnis voluerunt fundere mensis.

Quo tempore Tantalus et Tycius fuerunt et Apollo natus est; nam Latona, Iovis coniunx, per Tycia fugit regna; Latonae autem et Iovis filius Apollo. Post quos Cathmus Thebas venit,

Qui Semelen genuit, de qua pulcherrima proles
Liber condignam partu tulit edita frugem.

Porro Liber et quos mox inferimus post ducentesimum annum Cecropis fuerunt, Linus scilicet et Zetus et Amphyon,

a) *in loco raso* 1. b) V *e corr.* 1. VI *Hier.* c) *ita e corr.* 1. d) *e corr.* 1.

6) Tota praefatio paucis mutatis ex Eusebio ab Hieronymo translato descripta est. 7) Numeros et totam annorum supputationem Ekkehardus in sequentibus paulo mutavit, verbis tamen Hieronymi servatis.

Hier. Museus, Orpheus, Minos, Perseus, Esculapius, Castor et Pollux gemini, Hercules, cum quo Apollo servivit Admeto. Post quos facta est Troiae subversio, quam Homerus longo sequitur intervallo; Homerus autem Solone et Talete Milesio ceterisque qui cum his septem sapientes appellati sunt multo prior reperitur; deinde Phytagoras extitit, qui se non sapientem ut priores, sed phylosophum, id est amatorem sapientiae, dici voluit; quem secutus Socrates, Platonem erudivit, a quo famosas in partes phylosophia divisa est. Horum singulos iuxta ordinem historiae suis locis inseremus. Igitur Moyses cunctos quos supra memoravimus antecedit, quia aetate Cecropis fuisse monstratus est. Ab octogesimo autem anno Moysi et egressione Israel ex Egypto rursum ad superiora conversus usque ad primum annum Abrahae reperies annos 505 [a], quos similiter a 45. anno Cecropis usque ad Ninum et Semiramidem Assyriorum principes 505 [b] subputabis. Primus quippe omni Asiae, exceptis Indis, Ninus, Beli filius, imperavit. Itaque manifestum est, Abraham Nini aetate generatum, iuxta eum tamen numerum quem contractiorem editione vulgata sermo prebet Hebreus. Verum in curiositate ne cesses, et cum divinam scripturam diligenter evolveris, a nativitate Abraham usque ad totius orbis diluvium invenies 8 retrorsum annos 292 [8], item a diluvio ad Adam annos 1656, in quibus nulla penitus nec Greca nec barbara, et ut in 9 commune loquar, nulla gentilis invenitur hystoria. Quam [9] ob rem omnes hystoriarum scriptores a Nino, qui suo regno non contentus aliena invasit et ideo primus regnasse dicitur, temporum incipiunt digestiones. Nos ab ipso mundanae creationis primordio incipientes, generationes patrum ab Adam usque ad Noe, et a Noe post diluvium usque ad Abraham describamus, deinde cum ceteris scriptoribus ab Abraham et a Nino usque ad nostram aetatem inferiora tempora prosequamur, et statim in principio sui, commemorato Belo, Nini patre, et Egialo Sicioniorum rege, Hebreorum Abraham et Assyriorum Ninum et Semiramidem preponamus, quia neque Athenarum adhuc urbs neque Argivorum regnum nomen acceperat, solis Sicioniis in Grecia florentibus, apud quos temporibus Abrahae et Nini Europem secundum regnasse ferunt. Quod cur etiam et nos putemus, demonstrabitur in sequentibus. [c]

Si enim diligenter enumeres a quadragesimo tercio anno Nini usque ad [d] Troiae captivitatem, invenies annos 834, item in Sicione a 22. anno regis Europis usque ad supradictum tempus eosdem annos invenies 834, apud Hebreos quoque a nativitate Abraham usque ad tercium annum Lapdon [e] iudicis Hebreorum, qui Troianis temporibus populo prefuit, aeque [f] supputabis annos 834, item apud Aegyptios ab aetate Nini et Semiramidis, quo tempore 16. iam dinastia Thebei Aegyptiis imperabant, usque ad vicesimam dinastiam, id est potestatem, et regem Aegypti Theoren, qui ab Homero Polipus vocatur, sub quo etiam Troia capta est, colliguntur supra dicti anni 834.

Igitur consequenter uno eodemque tempore in ordine descriptionis ponemus Abraham, Ninum vel Semiramidem, Europem, Aegyptiorum Thebeos. Nunc etiam illud in cura est, ut Hebreorum quoque annos in quatuor tempora dividamus, ab Abraham usque ad Moysen, a Moyse usque ad primam aedificationem templi, ab aedificatione templi usque ad secundam qua instauratum est [g], ab instauratione eius usque ad adventum Christi domini. A nativitate quippe Abraham usque ad Moysen et egressum Israel ex Aegypto computantur anni 505, exinde usque ad Salomonem et primam aedificationem templi anni 478 [h], secundum minorem tamen numerum, quem tercius Regnorum liber continet; nam iuxta volumen Iudicum supputantur anni 600; a Salomone vero usque ad instaurationem templi, quae sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni 512, porro a Dario usque ad predicationem domini Ihesu Christi et usque ad 15mum annum Tyberii principis Romanorum explentur anni 547 [i]. Itaque simul fiunt ab Abraham usque ad 15mum Tyberii annum anni 2042 [k]. Similiter a 43. anno Nini [l] usque ad 46tum Cecropis sunt anni 505, exinde usque ad captivitatem Troiae anni 329, a captivitate Troiae usque ad primam olimpiadem anni 405 [m], a prima olimpiade usque ad secundam Darii annum et instaurationem templi anni 256, ab instauratione templi usque ad 15mum Tyberii annum et predicationem Christi anni 547 [n]. Sunt ergo a Nino et Semiramide [o] usque ad 15mum Tyberii caesaris annum 2042 anni [p], quos et ab Abraham usque ad Tyherium supputatos ostendimus.

Sed ne longus forte numerorum ordo aliquid turbationis afferat, a conditione primi hominis Adae, qui sexto mundanae creationis die formatus est, genealogias antiquorum patrum usque ad Abraham breviter ponamus, deinde ab ipso et a Nino ex singularum gentium hystoriis tempora congregantes, sibi invicem conferamus, ut facilis praebeatur inventio, cuius Greci vel barbari aetate prophetae et reges et sacerdotes Hebreorum fuerint, itemque diversarum gentium falso crediti dii, qui heroes, quae urbs quando condita, qui de illustribus viris phylosophi, poetae, principes, qui scriptores [q] variorum operum extiterint, et si qua alia digna memoria putavit antiquitas, quae universa in suis locis cum summa brevitate ponemus.

Isid. [10] Sex [r] diebus rerum creaturam Deus formavit, primo die condidit lucem, secundo die firmamentum, tercio speciem maris et terrae, quarto sidera, quinto pisces et volucres, sexto bestias et iumenta, et novissime ad similitudinem suam fecit primum hominem Adam. A cuius conditione et mundi creatione usque ad diluvium secundum quosdam* computantur anni 2242, secundum Hebraicam vero veritatem mille sexcenti quinquaginta sex; in quibus annis adhuc rudi et simplici hominum natura non reges sed familiarum capita suo in genere erant, quorum ordo huiusmodi fuit.

* Iord. de R. S. Beda de VI. aet. Iord.

Isid. Adam anno vitae suae 130. genuit Seth, qui pro Abel natus est, interpretaturque resurrectio, quia in eo s resuscitatum est semen iustum, quod est stirpis filiorum Dei, quoniam, cum esset vir egregius, imitatores sui filios reliquit, qui disciplinam rerum coelestium et ornatum earum primitus invenerunt. Adam vero cum esset annorum 930, mortuus est et rerum summam filio suo Seth reliquit.

Isid. Seth anno vitae suae 105. genuit Euos, vivente Adam et habente annos 235. Hic Enos coepit, sive ut sanctus Augustinus iuxta translationem aliam dicit* speravit, invocare nomen Domini. Cumque vixisset Seth annos 912, mortuus est.

* de civ. Dei XV. c. 18.

Isid. Enos anno vitae suae nonagesimo genuit Cainan, qui interpretatur natura Dei, vivente Adam et habente annos 325. Cumque esset Enos annorum 905, mortuus est.

Cainan anno vitae suae septuagesimo genuit Malaleel, cuius nomen interpretatur plantatio Dei, vivente adhuc Adam et habente annos 395. Cainan autem postquam vixit annos 910, mortuus est.

a) V *e corr.* 1. b) *e corr.* 1. c) in s. *e corr.* 1. d) a quadr. — ad *e corr.* 1.; *et ubique Hieronymi numeros mutavit.* e) t. a. l. *in loco raso* 1. f) it. aeque *e corr.* 1. g) tum est *e corr.* 1. h) IX *Hier.* i) VIII *Hier.* k) duo *e corr.* 1. IV *Hier.* l) nini — DV *e corr., ut videtur,* 1. m) *e corr.* 1. VI *Hier.* n) VII *e corr.* 1. VIII *Hier.* o) semirade 1. p) duo anni *e corr.* 1. IV *Hier.* q) q. s. *e corr.* 1. r) *Addit* 5. *rubram:* Incipit liber qui dicitur cronicorum sive annalis. s) quia in eo *e corr.* 1.

8) Numeros Hieronymi Ekkehardus mutavit. 9) Haec Ekk. adiecit. 10) Cuius chronicam in chron. Wirzburgensi ad verbum exscriptam dixi. Ekk. vero hic eius narrationem ex aliis fontibus valde ampliavit.

Malaleel anno vitae suae 65. genuit Iareth, qui interpretatur descendens sive superans, Adam adhuc vivente et habente annos 460. Ipse autem Malalehel cum vixisset annos 895, mortuus est. Isid.

Iareth anno vitae suae 162. genuit Enoch, Adam adhuc vivente et 622 annos habente. Iareth autem cum esset annorum 942, mortuus est.

Enoch anno vitae suae 65. genuit Mathusalam, vivente adhuc Adam et habente annos 687. Enoch autem postquam vixit annos 365, raptus est a Deo, ideoque finis eius non invenitur conscriptus. Dicitur autem multa scripsisse, sed ab antiquitate suspectae [a] fidei repudiata sunt. Iudas tamen apostolus in epistola sua exemplum de illius dictis ponit. Hac generatione concupierunt filii Dei filias hominum, hoc est filii Seth filias Cain.

Mathusalam anno vitae suae 187. genuit Lamech, adhuc Adam vivente et annos 874 habente. Anno autem Mathusalae 243, cum filius eius Lamech esset annorum 56, mortuus est Adam anno vitae suae 930. Hac generatione nati sunt gygantes. Hac quoque aetate Iubal, qui erat de genere Cain, artem musicam reperit, cuius etiam frater Tubalcain aeris ferrique inventor fuit. Mathusalam igitur iuxta septuaginta interpretum computationem reperitur vixisse post diluvium annos 14, propter quod nonnulli eum cum patre suo Enoch, qui translatus est, aliquantulum fuisse, donec diluvium preteriret, falsa opinione existimant. Certum tamen est, ut sanctus Augustinus in libro de civitate Domini* dicit, eum post diluvium non vixisse, sed in ipso anno quo diluvium factum est mortuum esse, habentem annos nongentos sexaginta novem. XV, 11.

Lamech anno vitae suae 182. genuit Noe, cui divino iubetur oraculo aedificare arcam anno aetatis suae quingentesimo, cum Deus delere disponeret homines propter maliciam eorum. Homines autem illius temporis, qui per ingenium divinitus traditum per tot annorum vitae spacia diversarum artium et disciplinarum repertores erant, cum predixisset eis Adam spiritu Dei plenus, exterminationem omnium rerum, unam ignis virtute, alteram aquarum vi ac multitudine fore venturam, facientes duas columnas, unam quidem ex lateribus, alteram ex lapidibus, studiis suis inventa in his conscripserunt, ne delerentur memoria quae sapienter invenerunt. Quarum lapidea fertur diluvium evasisse et hactenus in Syria permanere. Isid. Ios. I, 4. Isid.
Lamech vero cum esset annorum 777, quinque annis ante diluvium mortuus est. Ex supra dictis autem liquido claret, exordium litterarum ab ipso primo homine coepisse, qui adhuc supererat, quando filii eius in sapientiae studio fervebant.

Noe cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Iafeph*, centum annis ante diluvium, in quibus etiam annis arcam fabricavit; sexcentesimo autem eius anno diluvium inundavit. In his ergo generationibus decem ab inicio mundi usque ad diluvium iuxta septuaginta interpretes computantur anni 2262, iuxta Hebraicam vero veritatem 1656, ut sanctus Augustinus testatur. Iosephus autem dicit duo milia 656. Qui etiam dicit: *Nullus itaque perscrutetur priscorum fines, quantum cum suis filiis eorumque avis aut atavis suam quis extenderet aetatem, sed tantum ortum eorum et generationes attendat.* de ant. I. c. 5.

Sed nec hos solos, qui in hoc ordine scribuntur, genuerunt, cum scriptum sit de singulis: *Genuit filios et filias,* verum hi tantum assumuntur a veridico hystoriographo Moyse, ex quibus Noe cum filiis suis ducebat originem, per quos et mundus post ceterorum hominum perditionem in diluvio erat restaurandus. cf. Aug. XV, 15.

Transacto autem diluvio, arca Noe sedisse refertur in montibus Armeniae qui dicuntur Ararath. Fuerunt autem filii Noe tres, ex quibus 72 gentes ortae sunt, id est de Iaphet 15, de Cham 30, de Sem 27. Vixit autem Noe post diluvium 350 annis, et mortuus est annorum 950. Isid.

A cuius regimine vel ab ipso diluvio usque ad divisionem linguarum, quae item ob delicta aedificantium turrim in campo Sennaar facta est, et usque Heber, in quo Hebreorum et lingua prisca remansit, quia nec in illa conspiratione aedificandi interfuit, sunt anni secundum Hebreos centum et unus, iuxta alios vero 531, qui plures annos cuique generationi attribuentes, etiam Cainan quendam inter Arphaxat et Sale ponunt, cui 125 annos tribuunt, dicentes, Arphaxat genuisse Cainan, Cainan vero Sale. In hac opinione Lucas quoque euangelista secutus septuaginta interpretes, eundem Cainan in ordine genealogiae patrum in euangelio suo ponit dicens: *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem;* sanctus Augustinus* etiam et Iordanis** episcopus eundem simili modo ponunt, cum in bibliotheca [11] sancti Hieronimi secundum Hebraicam veritatem non habeatur, sed Arphaxat Sale genuisse dicatur, aut ipso Hieronimo nescio qua ratione Cainan pretereunte, aut scriptorum vitio nimium permanente. Ratio vero annorum satis in hoc conturbatur. Lord. cf. Beda. *XVI, 10. **Mur. I. p. 222.

Prima autem mundi aetas numeratur ab Adam usque ad Noe et diluvium, continens annos 1656 secundum Hebreos, iuxta septuaginta interpretes 2262. Dein secunda aetas incipit. cf. Abb. chron. cf. Isid.

Sem cum esset annorum centum, genuit Arphaxat biennio post diluvium. Isid.

Arphaxat anno 35. [alias [2] 135. [b]] genuit Sale, a quo antiqui Samaritae.

Sale anno 30. genuit Heber, a quo Hebrei dicti sunt.

Heber anno 34. [alias 134. [b]] genuit Falech. Cuius temporibus aedificata est turris, incitante homines ad iniuriam et contemptum Dei Nembroth gygante, nepote Noe, filio scilicet Chus, filii Cham, filii Noe. Huius autem altitudo turris dicitur tenuisse numerum quinque milium passuum et 174, paulatim in altioribus coartata, ut pondus imminens facilius sustineret. Divisiones autem linguarum 72 fuisse, hystoriae declarant, non quod solummodo tot homines tunc fuissent et non plures; sed tot iam principes familiarum ex filiis Noe procreatos ostendit, qui populos et gentes condiderunt. cf Gen. 10. Isid. cf. Beda.

A confusione vero linguarum et primatu Heber usque ad nativitatem Abrahae, qui natus est anno 43° Nini regis Assyriorum, computantur anni 191 secundum Hebraicam veritatem, secundum alios* vero 541. *Iord.

Falech anno vitae suae 30. [alias 130. b] genuit Reu. His temporibus primum templa constructa sunt, ut quidam dicunt, et quidam principes gentium tanquam dii adorari coeperunt. Isid.

Riu anno aetatis suae 32. [alias 130. b] genuit Saruch, sub quo Scytharum regnum exortum est, ubi primus regnavit Thanus.

Saruch anno vitae suae 30. [alias 130. b] genuit Nachor.

Nachor anno aetatis suae 29, sive ut alii [12] volunt 79, genuit Thare, sub quo regnum Assyriorum et Sicioniorum exoritur.

Thare anno vitae suae septuagesimo genuit Abraham, anno Nini regis Assyriorum 43°, quae est annus circiter millesimus 238us ante conditam Romam, velut alteram in occidente Babyloniam. Aug. XVI. c. 17.

a) susceptae 1. *etc.* *) *ita* 1. b) *ita in margine* 1. c) qui — CCXXXVIIIus *e corr.* 1.

11) id est biblia. 12) ita semper Isidorus.

cf. Hier. Eo autem tempore quo natus est Abraham eminentia gentium regna erant tria, Sicioniorum, Aegyptiorum, Assyriorum:
cf. Oros. 1, 4. Aug. l. l. cf. Or. l. l. Aug. l. l. cf. c. 1. Aug. l. l. c. 17 sed Assyriorum multo erat potentius atque sublimius, quia rex ille Ninus, Beli filius, universae Asiae populos excepta India huic regno subiugaverat. Unde et primus in mundo regnasse dicitur, non quod ille primus rex esset, cum pater illius Belus ante illum 65 regnasset, sed quia regnandi cupiditate regna externa invasisset. In Assyria igitur prevaluerat dominatus impiae civitatis; huius caput erat illa Babylon, quam aedificavit Nembrot gygas, contemptor Dei, in principium regni sui, cuius terrigenae civitatis nomen aptissimum est, id est confusio. In qua civitate rex primus appellatus est Belus, pater Nini, regnavitque apud Assyrios annos 75 usque ad 27mum annum Tharae, patris Abrahae.

Hier. Quadragesimo quinto autem anno Beli regis Assyriorum coepit regnum Sycioniorum, in quo regnavit primus Egialeus ann. 52 usque ad 49. annum Tharae, patris Abrahae; et ab eius nomine dicta est terra illa, in qua regnavit, Egialia, quae deinde[a] Peloponensis nuncupatur. Mortuo autem Egialeo, secundus regnavit Europs ann. 45, cuius 22. anno, qui erat Nini 43us et Tharae 70us, natus est Abraham.

In regno autem Aegyptiorum sexta decima tunc erat potestas, quam illi vocant dinastiam, ab hoc vero tempore imperabant eis Thebei centum nonaginta annis.

In Assyriorum vero regno mortuo Belo rege anno regni sui 75o, qui erat 27mus Tharae patris Abrahae, successit ei filius suus Ninus, qui in serie regni Assyriorum primus ponitur, quia, ut dictum est,
Oros. I, 1. ceteris regibus fraudis ignaris et regnorum suorum finibus contentis, ipse propagandae dominationis libidine arma foras extulit, cruentam vitam annis quinquaginta bellis egit, donec omnem Asiam excepta India sibi subiecit. Novissime Zoroastrem, Bactrianorum regem eun-
cf. Plin. XXX, 1. demque magicae artis, ut ferunt, repertorem, pugna obpressum, interfecit, de quo Aristotiles scribit, quod vicies centum milia versuum ab ipso condita indiciis voluminum illius declarentur. Eius vero artem multa post secula Democritus ampliavit. Ninus autem post expugnatum a se orbem ictu sagittae interiit. Qui cum regnum Assyriorum ceteris potentius
Hier. fecisset, anno regni sui 45. condidit civitatem nominis sui Ninum, quam Hebrei dicunt Niniven, regnavitque annis 52, decem postquam natus est Abraham.

Anni Nini regis Assyriorum.		Anni Europis regis Sicinorum secundi
1	22	1
2	23	2
3	24	3
4	25	4
5	26	5
6	27	6
7	28	7
8	29	8
9	30	9
10	31	10
11	32	11
12	33	12
13	34	13
14	35	14
15	36	15
16	37	16
17	38	17
18	39	18
19	40	19
20	41	20
21	42	21

Hier. Anno igitur Nini regis Assyriorum 43. et Europis regis secundi Syciniorum[b] 22. natus est Abraham de Thare septuagenario, eodemque anno coeperunt Thebei Aegyptiis imperare, et hoc per annos 190. Ab hoc itaque loco omnes hystoriarum scriptores incipiunt annales.

cf. Abbr. chron. Hic etiam finitur numerus aetatis secundae, habens annos 292, et fiunt simul anni duarum aetatum, hoc est ab Adam usque ad Noe et diluvium et a diluvio usque ad Abraham 1948[c] secundum Hebraicam veritatem. Orosius
l. c. 1. autem secutus septuaginta interpretes dicit, ab Adam usque ad Abraham esse annos 3184, et ab Abraham usque ad Christum 2015.

Tercia vero aetas incipit ab Abraham usque ad David.

Hebr. Abrah.	Assyr. Ninus.	Sycion. 22	Aegypt. Thebei.
1	43	22	1
2	44	23	2
3	45	24	3
4	46	25	4
5	47	26	5
6	48	27	6
7	49	28	7
8	50	29	8
9	51	30	9
10	52	31	10

Hinc usque ad egressum Israel de Aegypto anni 505.

Hier. Ninus condidit civitatem Ninum in regione Assyriorum, quam Hebrei dicunt Niniven. Quadragesimus iubelens incipit a tercio anno Abrahae. Unus autem iubeleus quinquaginta sunt anni.

Zoroastres rex Bactrianorum magicae artis inventor claruit.

Hier Oros Hier. Isid. Semiramis, uxor Nini, regnavit post eum in Assyriis ann. 42, de qua innumerabilia narrantur. Nam non contenta terminis quos a viro suo, hunc solo bellatore, acceperat, Ethyopiam bello pressam suo imperio adiecit, Indis bellum intulit, quo preter illam et Alexandrum nullus intravit. Haec[12] Babyloniam muris coctilibus instauravit, et aggeres propter inundationes aquarum construxit* Sub qua et Abraham adolescit in Chaldea, qui et ipse natione Chaldeus fuit.

*) 11. *addit:* Haec[13] privignum suum Trebetam regno expulit, qui per mare et Rhenum et Mosellam classe vectus, Treverim primus construxit et eam ex nomine suo, ut aiunt Treverenses, appellavit. Unde etiam ad haec tempora parvum repertum fuit ibi in lapide sculptum hoc epitaphium:

Ninі Semiramis, quae tanto coniuge felix
Plurima possedit sed plura prioribus addit,
Non contenta suis, nec totis finibus orbis;
Expulit a patrio privignum Trebeta regno,
Insignem profugus qui nostrum condidit urbem
Trereris etc.

a hactenus G. b *ita* 1. *saepius.* c, c *corr., ut videtur* 1.

12) cf. Ovid. Met. IV. 58, et ex ipso Hier. ad Osee c. 2. 13) cf. Gesta Trevir.

Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	
11	1	32	11	
12	2	33	12	
13	3	34	13	
14	4	35	14	
15	5	36	15	
16	6	37	16	
17	7	38	17	
18	8	39	18	
19	9	40	19	
20	10	41	20	
21	11	42	21	
22	12	43	22	
23	13	44	23	
24	14	45	24	
25	15	1	25	Telchin tercius rex Sycioniorum regnavit annis 20. Quo regnante usque adeo cum illis mitia et laeta tempora fuerunt, ut eum defunctum velut deum colerent, sacrificando et ludos celebrando, quos ei primitus institutos ferunt. Hier. Aug. XVIII, 2.
26	16	2	26 [11]	
45	35	1	45	Apis quartus Sicioniorum rex regnavit annis 25, a quo terra illa Apia dicta est, quae prius Egialia nuncupata est, nunc vero Peloponensis appellatur. Hier.
				2000. annorum ab origine.
53	1	9	53	Zameis, qui et Ninias, filius Nini et Semiramidis, rex Assyriorum quartus regnavit annis 38. Cuius 23. anno Abraham cum esset septuaginta quinque annorum, Domino iubente de Aran egressus, ivit in terram Chanaan, factaque est ad eum repromissio Dei; et hic est annus primus repromissionis, ex quo ad egressum Israel de Aegypto computantur anni 430, quorum meminit Paulus apostolus dicens: *Hoc autem dico testamentum* et cet. Hier. Iord. Hier.
54	2	10	54	
55	3	11	55	
56	4	12	56	Cres primus regnavit in ea insula, quae ab eo Creta dicta est. Hier.
70	18	1	70	Telexion rex Sycioniorum quintus regnavit ann. 52.
75	23	6	75	Abraham cum septuaginta quinque annorum esset, divino dignus alloquio repromissionem accepit.
				Primus annus repromissionis.
89	37	20	89	Abraham ex ancilla Agar genuit Ismahelem, a quo Ismahelitarum gens, qui postea Agareni, deinde Sarraceni dicti sunt.
90	38	21	90	
91	1	22	91	Arius rex Assyriorum quintus regnavit ann. 30.

Hebreorum Abrah.	Ysaac.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	
100		10	31	100	Abraham cum centenarius esset, genuit Isaac ex Sara libera nonagenaria, et vixit postea ann. 75. — Primo omnium prophetarum Abrahae verbum Dei cum in figura apparuisset humana, vocationem gentium pollicebatur, quam in nostro tempore sermo Christi perduxit ad finem per euangelium in omnes gentes predicationem.
101	1	11	32	101	
121	21	1	52	121	Aralius rex Assyriorum sextus regnavit annos 40.
122	22	2	1	122	Egidrus Sicioniorum rex sextus regnavit annos 34.
153	53	33	32	153	2100.
156	56	36	1	156	Thurimachus rex Sycioniorum septimus regnavit annis 45.
157	57	37	2	157	
158	58	38	3	158	
159	59	39	4	159	
160	60	40	5	160	Isaac anno vitae suae 60. genuit de Rebecca geminos, quorum prior Esau, qui et Edom, a quo Idumei, alter Iacob, qui cognominatus est Israel, a quo Israhelitae.

Hebreorum Abrah.	Ysaac.	Iacob.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argivor.	
161	61	1	1	6	161	1	Xerses, qui et Baleus, rex Assyriorum 7us regnavit annis 30. — Ab hoc loco incipit regnum Argivorum, ubi primum regnavit Argis Inachus annis 50. Quod a regnum fuit ab Inacho usque ad Euristeum primum Mycenarum regem per annos 552.
174	74	14	14	19	174	14	100. annus repromissionis b.
175	75	15	15	20	175	15	Abrahamm mortuus est.
	76	16	16	21	176	16	
	90	30	30	35	190	30	Hucusque Thebei imperabant Aegyptiis, ex hinc Pharaones per annos centum et tres, qui et pastores dicti sunt, ob hoc, ut conicimus, quia Iacob et filii eius ut pastores ingressi sunt in Aegyptum temporibus eorum.
	91	31	1	36	1	31	Armamitres rex Assyriorum octavus regnavit annos 38.
	101	41	11	1	11	41	Leucippus rex Sycioniorum 8. regnavit ann. 53.
	109	49	19	9	19	49	Sem mortuus est post annos quingentos a diluvio, et hunc quidam putant esse Melchisedech, traduntque Hebrei, ab hoc usque ad sacerdotium Aaron omnes primogenitos fuisse sacerdotes et Deo victimas immolasse, et haec esse primogenita quae vendiderit fratri suo Iacob. cf. Isid. Hier. ad Esaiam c. 41.
	110	50	20	10	20	50	
	111	51	21	11	21	1	

Phoroneus, Inachi et Niobae filius, secundus regnavit Argis ann. 60. Hic primus leges et iudicia Grecis conscripsit. Hier. Cuius soror Io Aegytum regina est facta et Isis dicta, et quia late iusteque imperaverat multaque commoda Aegyptiis fecerat et litteras eis iustituerat, divinum post mortem meruit honorem, in tantum ut, si quis diceret eam hominem fuisse, plecteretur capite. Haec Osyridis regis Aegypt. cum esset uxor, et parentibus regis, qui omnes reges fuisse dicebantur, sacrificasset, hordei segetem invenit, atque inde spicas marito regi et eius consiliario Mercurio demonstravit; unde et eandem Cererem esse quidam volunt. Io vero postea nupta Telegoni genuit Epaphum. Aug. XVIII, 3. ib. VIII. c. 27. Hier.

126	66	36	26	36	16	Thessalus, filius Greci, regnavit in Thessalia; sed a Greco Grecia, a Thessalo Thessalia dicta est. cf. Plin.
127	67	37	27	37	17	
128	68	38	28	38	18	I, 7. Hier.
129	69	1	29	39	19	Belochus rex Assyriorum regnavit ann. 35.
130	70	2	30	40	20	
136	76	8	36	46	26	Ogyges condidit Eleusinam in Attica provincia, quae antiquitus

a) Quod — DLII *e corr.* 1. b) *hos annos in sequentibus omisi.* 13) In sequentibus annos plures qui vacui exstant omisi.

Hier. vocabatur Acta, et alias civitates plurimas. Cuius temporibus apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Greci Minervam vocaverunt.

	Hebreorum Ysaac	Hebreorum Iacob	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argiv.
	137	77	9	37	47	27
Iacob Liam duxit et Rachel in Mesopotamia.	138	78	10	38	48	28
Iacob genuit Ioseph, decem filiis antea natis.	150	90	22	50	60	40
	151	91	23	51	61	41
	152	92	24	52	62	42
2200.	153	93	25	53	63	43
Messapus rex Sycioniorum 9. regnavit ann. 47.	154	94	26	1	64	44
Diluvium in Achaia factum est sub Ogyge. In Aegypto quoque diluvium fuit.	160	100	32	7	70	50
	161	101	33	8	71	51
	162	102	34	9	72	52
	163	103	35	10	73	53
Baleus rex Assyriorum decimus regnavit annis 52.	164	104	1	11	74	54
	165	105	2	12	75	55
	166	106	3	13	76	56

Hier. Ioseph cum sedecim esset annorum, a fratribus in Aegyptum venditur, sed dominus terrae a Pharaone constituitur, ad
Gen. quem pater fame cogente cum omni domo sua descendit, ibique habitavit.

170	110	7	17	80	60

Hier. Apis tercius regnavit Argis annis 35, quem dicunt esse Serapim. Hic fratrem suum Egialeum proficiens regem
Aug. Achaiae, ipse cum populo ad Aegyptum navigavit. Ubi cum mortuus esset, factus est Serapis, maximus omnium Aegypti-
XVIII, 5. orum deus. Quem cum sepultum venerarentur in sarcophago priusquam templum ei construeretur, ab eo quod sarcophagum dicunt sorór, primum dictus est Sorapis quasi sorórapis, postea mutato o in e* dictus est Serapis. Constitutum est etiam de illo, ut quisquis eum hominem fuisse dixisset, capitalem penderet sententiam. Et quoniam fere in omnibus templis, ubi colebatur Isis, colebatur et Serapis, erat ibi simulacrum, quod digito labiis impresso ammonere videretur, ut
c. 6. silentium fieret, scilicet ne quis eos homines fuisse diceret. Apis ergo non Aegyptiorum sed Argivorum rex fuit, cui apud Aegyptum haec instituta sunt.

Hier. Apis regnavit ann. 35.	171	111	8	18	81	1
200. annus repromissionis.	174	114	11	21	84	4
Memphis in Aegypto ab Ape condita est.	179	119	16	26	89	9
Ioseph cum esset annorum 30, dux Aegypti constitutus est a Pharaone.	180	120	17	27	90	10
	Ysaac	121	18	28	91	11
Iacob descendit in Aegyptum cum familia sua.	annorum	131	28	38	101	21
	180. mortuus est.	132	29	39	102	22
		133	30	40	103	23
Post 18. dinastiam apud Aegyptios primus Diopolitanorum Amoses regn. ann. 25.		134	31	41	1	24
Sparta condita a Sparto, filio Foronei.		140	37	47	7	30
Arathus rex Sycioniorum decimus regnavit ann. 46.		141	38	1	8	31
		142	39	2	9	32
		143	49	3	10	33
		144	41	4	11	34
		145	42	5	12	35
Hier. Argus, filius Apis, succedens patri, regnavit annis 70, a quo Argi dehinc Argivi		146	43	6	13	1
Aug. l. t. dicti sunt. Quo regnante cepit Grecia uti frugibus et habere segetes, delatis		147	44	7	14	2
c. 6. aliunde seminibus. Hic etiam post mortem divinos meruit honores.						

Iacob cum esset annorum 147, mortuus est in Aegypto, relinquens filium suum Ioseph ducem Aegypti, annorum 57,
Iord. agentem in principatu annum 27. Ioseph autem corpus patris sui cum magno honore revocavit in terram Chanaan.

	An. Ioseph post mortem Iacob.				
	57	45	8	15	3b
Hier. Altadas rex Assyriorum 11ns regnavit annis 32.	65	1	16	23	11
	66	2	17	24	12
	67	3	18	25	13
Chebron rex Aegyptiorum regnavit ann. 13.	68	4	19	1	14
His temporibus dicitur Prometheus fuisse, a quo homines factos esse de luto	80	16	31	13	26

fingunt poetae, quia, cum esset sapiens, feritatem et imperitiam hominum ad humanitatem et scientiam transformahat.
Aug. l. l. Cuius frater Athlas magnus fuit astrologus. Qui quoniam cursus siderum in Athlante monte deprehendit, nacta occasione
c. 8. fabula hunc coelum portare confinxit. Mercurius etiam, nepos Athlantis ex filia Maia, multarum artium peritus claruit, et ab hoc post mortem in numerum deorum cessit. Multa quoque in Grecia his temporibus confinguntur.

Hier. Ammenofis c rex Aegyptiorum 3. regnavit ann. 21.	81	17	32	1	27
Pleinneus rex Syciniorum 11. regnavit ann. 48.	96	32	1	16	42
Mamintbus rex Assyriorum 12. regnavit annos 30.	97	1	2	17	43
	98	2	3	18	44
	99	3	4	19	45
	100	4	5	20	46
	101	5	6	21	47
2300. Mefres rex Aegyptiorum 4. regnavit ann. 12.	102	6	7	1	48
	103	7	8	2	49
Ioseph anno vitae suae 110. principatus vero 80. defunctus est; ex hinc Hebre-	110	14	15	9	56

orum servitus dura in Aegypto annis 144. Fiunt autem omnes anni quos Hebrei exegerunt in Aegypto 215, qui computantur ab eo tempore quo Iacob in Aegyptum descendit cum filiis suis.

Anni Hebreorum in Aegypto post Ioseph				
1	15	16	10	57
2	16	17	11	58

a) e in o 1. b) *in* 1. *anni* 3 — 17, *uno numero priores scripti sunt*, 17 *vero bis*. c) amenosis *corr.* amenofis 1.

Hebreor.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argiv.		
3	17	18	12	59		
4	18	19	1	60	Mispharmutos rex Aegyptiorum 5. regnavit ann. 26.	Hier.
15	29	30	12	1	Creausus rex Argivorum quintus regnavit ann. 54.	
16	30	31	13	2		
17	1	32	14	3	Machaleus rex Assyriorum 13us regnavit ann. 30.	
30	14	45	1	16	Theomesis rex Aegyptiorum 6us regnavit ann. 9.	
31	15	46	2	17		
32	16	47	3	18		
33	17	48	4	19		
34	18	1	5	20	Ortopolis Syciniorum 12us regnavit ann. 63.	
35	19	2	6	21		
36	20	3	7	22		
37	21	4	8	23		
38	22	5	9	24		
39	23	6	1	25	Amuenopes rex Aegyptiorum 7us regnavit ann. 31. — His temporibus fuisse putatur Syrus indigena, a quo Syria dicta est.	
47	1	14	9	33	Sperus rex Assyriorum 14. regnavit ann. 20.	
65	19	32	27	51	Moyses in Aegypto nascitur.	
66	20	33	28	52		
67	1	34	29	53	Mamilus rex Assyriorum 15mus regnavit annis 30.	
68	2	35	30	54	Epidaurus condita est.	
69	3	36	31	1	Phorbas rex Argivorum sextus regnavit ann. 35.	
70	4	37	1	2	Horus rex Aegyptiorum octavus regnavit ann. 38.	
77	11	44	8	9	Hemon regnavit in Thessalia, a quo dicta est Hemonia.	cf. Plin. l. 7.
78	12	45	9	10		
79	13	46	10	11		
80	14	47	11	12		
81	15	48	12	13	Hercules fertur primus Antheum superasse luctae certamine.	Hier.
88	22	55	19	20	Xanthus triopa Lesbum condidit.	
89	23	56	20	21		
90	24	57	21	22		
91	25	58	22	23		
92	26	59	23	24		2400.
93	27	60	24	25		
94	28	61	25	26	30. annus Moysi.	
95	29	62	26	27		
96	30	63	27	28		
97	1	1	28	29	Sparatus rex Assyriorum 16us regnavit annis 40. — Marathius rex Sycioniorum	
98	2	2	29	30	13us regnavit annis 30.	

A tricesimo quinto anno Moysi regnum coepit Atheniensium, ubi primum regnavit Cecrops, qui et Difies, ann. 50. Difies autem dictus est sive ob longitudinem corporis, sive quia, cum esset Aegyptius, utramque linguam sciebat, Aegyptiacam et Grecam. Hic in Acta, quae nunc Attica dicitur, Athenas, quam et Diadas vocant, condidit, quam urbem Euboici Corcomenon appellaverunt. Quae civitas ut vocaretur Athenae, quod certe nomen a Minerva est, quae Grece Athena dicitur, hanc causam Varro narrat. Cum apparuisset illic repente olivae arbor, et alio loco erupissent aquae, regem prodigia ista moverunt. Unde misit ad Apollinem Delphicum super hac re sciscitandum. Qui respondit, quod Neptunum et Minervam significaret, et quod in civium esset potestate, ex cuius duorum numinum nomine potius civitas vocaretur. Hoc oraculo Cecrops accepto, cives omnes utriusque sexus consulendos convocavit. Mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiam feminae publicis consultationibus interessent. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, feminae pro Minerva tulere sententias. Sed quia una plus inventa est feminarum [a], Minerva vicit. Tunc Neptunus iratus, marinis fluctibus exestuantibus terras Atheniensium populatus est, quoniam spargere latius quaslibet aquas daemonibus difficile non est. Cuius ut iracundia placaretur, triplici supplicio ab Atheniensibus affectae sunt mulieres, ut nulla ulterius ferrent suffragia, ut nullus nascentum acciperet nomen maternum, ut ne quis eas Athenas vocaret. Ita illa civitas, mater et nutrix liberalium doctrinarum et tot tantorumque phylosopborum, qua nichil habuit Grecia clarius atque nobilius, ludificantibus daemonibus de lite deorum suorum, maris et feminae, et de victoria per feminas, feminae, id est Minervae, nomen Athenas accepit. Unde et Cecrops Atticos Atbenienses appellavit, et ab eo regio Crecopia [b] vocata est. Iste bovem immolans, primus Iovem invocavit, eumque in sacrificio adorari precepit. A quo usque ad primam olimpiadem numerantur reges 17, principes vero quos mors tantum finiebat 12, sub quibus apud Grecos multa miranda narrantur. Tunc enim primum Curetes et Coribantes, qui Gnosum condiderunt, modulatam et consonam in armis saltationem invenerunt. Tune etiam fuisse in Tbessalia diluvium sub Deucalione describitur. Tunc etiam Pbetontis fabulosum incendium, tunc templum Apollini Delphis construitur, et multa huiusmodi. A Crecope [c] vero usque ad Troiae captivitatem computantur anni 329.

August. l. l. 9. Isid. Hier.

Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argiv.	Athen.		
99	3	3	30	31			
100	4	4	31	32	1	Cecrops rex primus Atheniensium regnavit annis 50.	
101	5	5	32	33	2		
102	6	6	33	34	3		
103	7	7	34	35	4		
104	8	8	35	1	5	40. annus Moysi. Qui occiso Aegyptio fugit in terram Madian. —	Iord.
105	9	9	36	2	6	Triopas rex Argivorum septimus regnavit ann. quadraginta sex.	Hier.
106	10	10	37	3	7		
107	11	11	38	4	8		
108	12	12	1	5	9	Acencores rex Aegyptiorum nonus regnavit ann. duodecim.	
109	13	13	2	6	10		
115	19	19	8	12	16	Deucalion regnare coepit apud eos qui circa Parnasum morabantur.	
116	20	20	9	13	17		
117	21	21	10	14	18		
118	22	22	11	15	19		
119	23	23	12	16	20		
120	24	24	1	17	21	Achoris rex Aegyptiorum decimus regnavit ann. septem.	

a) fe||narum 1. b) *ita* 1. *alii* cecropia. c) *ita* 1. *alii* cecrope.

	Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argiv.	Athen.
Hier. Marathus rex Syeion. 14us regnavit ann. 20. — Cenchris Aegypt. rex	127	31	1	1	24	28
11mus regnavit annis 18.	128	32	2	2	25	29
Diluvium sub Deucalione in Thessalia.	129	33	3	3	26	30
Aschatades rex Assyriorum 17us regnavit ann. 40.	137	1	11	11	34	38
Iord. Moyses anno repromissionis 430. populum Israhel, iubente Deo, in	144	8	18	18	41	45

Hier. signis et virtutibus eduxit de Aegypto, cum esset annorum 80, eisque in heremo per annos 40 legem exponit.

Ab hoc loco usque ad Salomonem et aedificationem templi numerantur anni 478, ad captivitatem vero Troiae 329.

	Anni ducat. Moysi.					
Acherres Aegyptiorum 12us rex regnavit ann. 8.	1	9	19	1	42	46
	2	10	20	2	43	47
Echireus rex Syciniorum quintus decimus regnavit ann. 55.	3	11	1	3	44	48
	4	12	2	4	45	49
Primus pontifex Hebreorum Aaron constituitur.	5	13	3	5	46	50
Crotopus rex Argivorum octavus regnavit annis viginti et uno. — Gra-	6	14	4	6	1	1
navus rex Atheniensium secundus regnavit ann. 9.	7	15	5	7	2	2
	8	16	6	8	3	3
Cherres Aegypt. rex 13us regnavit ann. 15.	9	17	7	1	4	4
Amphicteon rex Atheniensium tercius regnavit ann. decem.	15	23	13	7	10	1
Armagis Aegypt. rex 14us regnavit annis 5. Hic etiam Danaus dictus est.	24	32	22	1	19	10
Erycthonius Atheniensium rex quartus regnavit ann. quinquaginta. Hic	25	33	23	2	20	1
Aug. l. l. c. 12. in Grecia primum iunxit currum. Ipse quippe in templo Vulcani et	26	34	24	3	21	2

Minervae, quod ambo unum habebant, inventus est puer a draeone involutus; quod significavit eum magnum futurum. Et cum parentes eius essent ignoti, propter commune templum dictus est Vulcani et Minervae filius. Et quia a draeone involutus erat, draconteis pedibus fingitur natus, et ob hoc iunxisse currum.

Hier. Stenelus rex Argivorum nonus regnavit ann. 11.	27	35	25	4	1	3
	28	36	26	5	2	4

Remeses, qui et Aegyptus, a quo Aegyptus, quae prius Acria dicebatur, nomen aeceepit, regnavit ann. 68. Huic erat frater Danaus, qui habuit quinquaginta filias; Aegyptus vero habuit totidem filios, quos Danaus simulatis nuptiis per filias suas una nocte omnes occidit, exeepto Linceo, qui post eundem Danaum Argis regnavit, qui miseratione suae sponsae
Or. I, 11. effugit. Ipse vero Danaus, pulso fratre, Aegypto regnavit, sed pulsus et ipse postea, Argos se contulit, ubi a Stenelo benigne susceptus, et ipsum postea expulit, et in loco eius regnavit.

	29	37	27	1	3	5
	30	38	28	2	4	6
	31	39	29	3	5	7
	32	40	30	4	6	8
Hier. Amintes rex Assyriorum 18us regnavit ann. 40.	33	1	31	5	7	9
	34	2	32	6	8	10
	35	3	33	7	9	11
	36	4	34	8	10	12
	37	5	35	9	11	13

Danaus, a quo et Danai, rex Argivorum decimus, expulso Stenelo, regnavit ann. 50, minoresque eius perseveraverunt usque ad Euristeum, filium Stenoli, nepotem Persei, post quem Pelopides imperium susceperunt, primo ex ipsis regnante Atreo.

Eodem tempore Dardanus Dardaniam condidit; templum Delphis a Flegeo incensum est.

Hoc etiam tempore Busyrides in Aegypto fuit, filius Neptuni et Lybiae, filiae Epaphi. Qui dum apud loca Nilo vicina tyrannidem exerceret, transeuntes hospites crudeli scelere posita ara interfecit.

Aug. l. l. c. 12. Per haec tempora, id est ab egressu filiorum Israel ab Aegypto usque ad mortem Iosuae, sacra sunt instituta falsis diis a regibus, quae memoriam diluvii, quod fuerat sub Deucalione, vitaeque erumnosae modo ad alta modo ad plana migrantium revocarunt.

	38	6	36	10	1	14
	39	7	37	11	2	15
	40	8	38	12	3	16

Moyses cum esset annorum 120, anno principatus sui quadragesimo defunctus est, ad cuius obitum a fabrica mundi
Hier. * ita Aug. et Iord. computantur anni 3730 secundum septuaginta interpretationem, iuxta Hebraicam vero veritatem duo milia 493 a.

Iosue, qui et Iesunave *, minister et successor Moysi, introduxit populum in terram promissionis et divisit eis terram,
Hier. et rexit populum annis 27.

	1	9	39	12	4	17
	8	16	46	20	11	24
2500. Corax Scyciniorum rex 16us regnavit ann. 30.	18	26	1	30	21	34
	27	35	10	39	30	43

Mortuus est Iosue, cum esset annorum 110; post cuius mortem eum peccassent filii Israel coram Domino, tradidit eos
cf. Hier. Dominus in manus alienigenarum annis 8, dein clamantibus ad Dominum dedit ducem Gothoniel, qui primus iudex rexit annis 40, quibus annumerantur illi octo afflictionis Hebreorum b.

Hier. Eo tempore Finees suscepit sacerdotium Gotoniel.	1	36	11	40	31	44
Pandion rex Athen. quintus regnavit ann. 40. Huius filiae fuerunt	8	43	18	47	38	1
Progne et Phylomela.	9	44	19	48	39	2
	10	45	20	49	40	3
Belochus rex Assyriorum nonus decimus regnavit annis 25. Huius	11	1	21	50	41	4

filia Tosa, quae et Semiramis, regnavit cum patre ann. 8.

*Aug. l. l. c. 12. Hoc tempore Iuppiter mixtus est Europae, filiae Phenicis, quam rapuerunt Cretenses navi, cui fuit insigne taurus, quam postea Asterius, quem alii * Xantum dicunt, rex Cretensium accipiens uxorem, procreavit ex ea Radamantum et
Aug. l. l. Sarpedonem et Minoem, quos magis ex eadem femina filios Iovis fuisse vulgatum est.

Hier. Tunc etiam Cathmus regnavit Thebis, ex cuius filia Semele natus est Dionisius, qui et Liber pater et Bachus dictus est. Postea Cathmus et Phenix profecti de Thebis in Syriam, apud Tyrum et Sydonem regnaverunt. Linus et Zetus et

a) *e corr.* 1. b) iudeorum 5.

Amphion hoc tempore in musica arte claruerunt. Ea quoque quae de Dana[a], ex qua Perseus natus est, dicta sunt, hoc tempore gesta sunt. Hier.

Ephyra, quae nunc Chorintus dicitur, a Sysipho condita est, et Bythinia a Phenice. Tharsus quoque et Paphus conditae sunt.

Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argiv.	Athen.	
21	11	1	60	1	14	Epopeus Sycion. rex 17[us] regn. ann. 35. — Linceus, Argivorum rex 11[us],. regn. ann. 41.
30	20	10	1	10	23	Menopes, rex Aeg. 17[us], regn. ann. 40.

Bellespares, rex Assyriorum vicesimus, regnavit annis 30.

Hoc tempore Dionisius, qui et Liber pater, vitem dicitur ostendisse hospiti suo in Attica terra. Hic etiam subactam Indiam sanguine madefecit, cedibus obplevit, libidinibus polluit, gentem utique nulli unquam hominum obnoxiam vernacula tantum quiete contentam. Habebat autem multas in exercitu suo feminas, quae Bache appellatae sunt, non tam virtute fortes aut nobiles quam furore. cf. infra. Aug. l. l. Oros. c. 9. Hier.

His etiam temporibus Hercules cognomento Desanaus in Phenice clarus habetur, sed non ille cuius ingentia et innumerabilia narrantur facta, et quem Greci suis litteris produnt se ipsum incendisse. Secretiori quippe hystoria, ut sanctus Augustinus ait, plures fuisse Hercules et Liberi patres et Apollines dicti sunt. Aug. l. l.

Eo quoque tempore Minos regnavit in Creta, et Celeus in Eleusina. Archas etiam, Iovis et Calistonis filius, Pelasgis in deditionem receptis, regionem eorum Archadiam nuncupavit. Hier.

31	21	11	2	11	24	
32	22	12	3	12	25	
33	23	13	4	13	26	
34	24	14	5	14	27	
35	25	15	6	15	28	
36	1	16	7	16	29	Bellespares rex Assyriorum ann. 30.
37	2	17	8	17	30	
38	3	18	9	18	31	
39	4	19	10	19	32	
40	5	20	11	20	33	

Post mortem Gothoniel iterum peccaverunt Hebrei Domino, ipsoque dimittente afflixerunt eos allophili ann. 18, qui tamen annumerantur annis Aoth. cf. Hier.

Aoth ex tribu Effraim, secundus iudex Hebreorum, iudicavit eos ann. 80. Hic utraque manu pro dextera utebatur. Beda.

1	6	21	12	21	34	
7	12	27	18	27	40[b]	
8	13	28	19	28	1	Erictheus, rex Athen. 6[us], regnavit annis 50. Huius filiam Orithiam rapuit Boreas, filius Astrei, rex Tracum, quem fabula ventum fuisse confingit. Hier.
16	21	1	27	36	9	Laomedon, rex Scycioniorum 18[us], regnavit annis 40.
22	27	7	33	1	15	Arbas, rex Argivorum 12[us], regnavit ann. 23.
23	28	8	34	2	16	

Lamprides, Assyriorum rex vicesimus primus, regnavit ann. 32. Aug. l. l. c. 13.

His temporibus fabula conficta est de Triptolemo, Celei filio, quod iubente Cerere serpentium pennis gestatus indigentibus frumenta contulerit. Revera autem, ut Philocorus ait, longa navi ad urbes diversas accedens frumenta distribuit, cuius navis insigne serpens pennatus fuit. Hier.

Fabula quoque Proserpinae, quam rapuit Aidoneus, id est Orcus, rex Molossorum. Cuius canis mirae magnitudinis Cerberus nomine Pirithoum devoravit, qui ad raptum uxoris eius cum Theseo venit, quem et ipsum Theseum iam in mortis periculo constitutum adveniens Hercules liberavit, et ob id quasi ab inferis ereptus dicitur.

Hac aetate Frixus dicitur fuisse secundum opinionem quorundam, qui cum Elle sorore sua fugiens insidias novercales, visus est per aerem vehi ab ariete velleris aurei. Fuit autem ei navis parata fugienti, cuius insigne aries erat. Porro Palefatus[b] affirmat, illius nutritorem Taurum vocatum, per quem liberatus sit. His temporibus Latona peperit Apollinem, non illum cuius oracula solebant consuli Delphis, sed illum qui cum Hercule servivit Admeto, qui tamen sic est deus creditus, ut pene omnes unum eundemque Apollinem fuisse opinentur. Aug. l. l.

24	29	9	35	3	17	
25	30	10	36	4	18	
26	1	11	37	5	19	Lamprides.
27	2	12	38	6	20	
28	3	13	39	7	21	
29	4	14	40	8	22	Hier.
30	5	15	1	9	23	Setus, rex Aeg. 18[us], regn. ann. 55, qui primus fuit post 18.[d] dinastiam.
45	20	30	16	1	38	Proetus, rex Argivorum 13[us], regn. annis 17.
56	31	1	27	12	49	Sycion, rex Scycioniorum 19[us], regn. ann. 45, a quo Scycionii dicti sunt,
57	32	2	28	13	50	qui prius Aegialei dicebantur.

Sosares, rex Assyriorum 22[us], regnavit ann. viginti.

His temporibus Pelops regnavit in Grecia, a quo Peloponensis est vocata. Hic [14] fuit Pandionis filius, sub quo mysteria Grecorum esse cepere. Oros. I, 12.

In Dardania vero regnavit Tros, a quo Troiani nuncupati sunt. Horum temporibus Melampus divinus agnoscitur.

Tunc Tantalus Frigas regebat, qui prius Meones vocabantur. Hic Ganimedem, Trois Dardaniorum regis filium, cum in venatu flagiciosissime rapuisset, maiore conserti certaminis feditate detinuit, sicut Fanocles poeta confirmat, qui maximum bellum ob hoc excitatum fuisse commemorat. Quidam autem dicunt, ipsum Tantalum, utpote asseclam deorum, raptum pueruum ad libidinem Iovis familiari lenocinio preparasse, qui filium quoque suum Pelopem epulis eius non dubitasset impendere. Ipse etiam Pelops, quia Hyppotamiam duxit uxorem, contra Dardanios Troianosque magna pertulit certamina. Hier. Oros. l. l.

a) *ita* 1. *pro* Danae. b) *Hic deficit cod.* 10.; *unde* 11. *iam ad historiam transit Romanam ita pergens:* His temporibus coepit regnum esse in Italia. Quod translatum Romam, per diversas potestates exercvit in monarchiam Romanorum, quae hactenus durat, sicut sequens ratio declarabit. c) *e corr., duobus vocabulis, quorum alterum erat* philocorus, *erasis* 1. d) VIII. 1.

14) Dicit Hieronimus de Erechtheo.

Eo etiam tempore Atrei et Thiestis stupra et parricidia coelo quoque invisa contingerunt; Medea quoque sevo amore sauciata, cede pignorum parvulorum grassatur; Etheocles eciam et Polinices mutuis concursibus perierunt.

Hier. Perseus, interfecto non sponte Acrisio, a Grecia in Asiam transiit, ibi barbaras gentes gravi diuturnoque bello domuit,
Oros. I, 11. Aug. c 13. et novissime victor nomen subiectae dedit. A Perseo namque Persae sunt vocitati. Perseus vero et uxor eius Andromeda post mortem sic in coelum rapti crediti sunt, ut imagines eorum stellis designarentur et eorum nominibus appellarentur.

c. 14. Ino, uxor Radamanti, et filius eius Melicertes precipicio spontaneo in mari perierunt, et Ino a Grecis Leucothea dicta est, a Latinis mater Matuta, Melicertes deus Portunus.

Oros. I, 12. Tunc et Oedippus fuit, patris interfector, matris maritus, filiorum frater, suusque vitricus, de quo fabula refert, quod
Aug. c. 13. monstrum quoddam quadrupes humana facie, quod sphingam dicunt, suo precipitio perire compulerit, eo quod questionem, quam velut insolubilem solebat proponere, solverit.

Aliae quoque fabulae his temporibus fictae sunt. De Gorgone scilicet, quod serpentibus crinita fuerit et pulchritudine sui asspectus homines in lapides converterit, de Pegaso equo ex eius sanguine nato, de Yppocentauris, quod equorum hominumque natura permixti sint, et aliae multae.

Hier. Ion, quidam vir fortissimus, Athenienses ex suo vocabulo Ones vocavit.

	Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argiv.	Athen.
Cecrops, iunior Ericthei frater, rex Athen. 7us regnavit ann. 40.	58	1	3	29	14	1
	59	2	4	30	15	2
	60	3	5	31	16	3
	61	4	6	32	17	4
Acrisius, Argivorum rex 14us, regn. ann. 39.	62	5	7	33	1	5
Lamperes, rex Assyriorum 23us, regnavit ann. triginta.	78	1	23	49	17	21

Huius temporibus, mortuo Acrisio, defecit regnum Argivorum, quod stetit per annos 452; exin translato in Micenas imperio, regnavit post Acrisium Euristeus, Stenelı filius, deinde Atreus, Thyestes, Agamemnon, Egystus, Orestes, Thysamnus, Pentilus, Cometus usque ad Heraclydarum descensum in Peloponensem.

79	2	24	50	18	22
80	3	25	51	19	23

Post mortem Aoth Hebreos in ditionem sibi redigunt alienigenae annis 20, qui coniunguntur temporibus Debborae et Barach.

cf. Beda. Debbora phrophetissa iudicavit populum annis 40, debellans hostes per Barach, qui fuit ex tribu Neptalim. Debbora
Aug. c. 15. vero fuit ex tribu Effraim, cuius prophetia de Christo minus est aperta et diuturna indiget expositione.

1	4	26	52	20	24
2	5	27	53	21	25
3	6	28	54	22	26
4	7	29	55	23	27
Hier. Ramses, rex Aegypt. 19us, regnavit ann. 66. 5	8	30	1	24	28
Pandion, rex Atheniensium 8us, regnavit ann. 25. 18	21	43	14	37	1
19	22	44	15	38	2
20	23	45	16	39	3
				Micenarum regnum incipit.	
Polibus, Sycion. rex 20us, regn. ann. 40. — Euristheus, rex Micenarum primus, regnavit ann. 43. 21	24	1	17	1	4
Pannias, rex Assyriorum 24us, regnavit annis 45. 28	1	8	24	8	11

Hoc tempore Amphion regnabat Thebis, quem ferunt cantu cytharae saxa movisse, quia duro corde et, ut ita dixerim, saxei quidem erant auditores.

Ea etiam quae de Spartis memorantur hoc tempore contigisse dicuntur, quod Palefatus scribit, eos, cum proximarum essent regionum, adversus Cathmum constitisse, et propter repentinos quasi de terra contractus et ex omni parte confluentiam Spartos esse vocatos.

Ilium conditum est ab Ilo.

Aug. c. 15. His temporibus Laurentes ubique in Italia regnabant; quorum rex primus, ut quidam dicunt, Picus fuit, filius Saturni.
II. R. Qui Saturnus Iovem filium de Grecia fugiens, in civitate quae ex eius nomine Saturnia dicta est latuit, cuius ruinae hactenus cernuntur in finibus Tusciae non longe ab Urbe. Et quia in Italia latuit, ab eius latebra Latium appellata est. Hic rudes adhuc populos et in montibus aut silvis latitantes ad plana deduxit, domos aedificare, terras colere, vineas plantare docuit, atque humanis moribus vivere instituit, cum antea semiferi glandium alimentis tantummodo vitam sustentarent, et aut in speluncis aut frondibus virgultisque contextis casulis habitarent. Et quia docuit eos terram stercore
Aug. l. I. II. R. conficere, ut uberiores funderet fruges, Stercutius sive Sterticen vocatus est. Ipse etiam et nummos aereos primus instituit. Pro quibus meritis indocilis et rustica multitudo deum illum appellavit. Sed ut quibusdam placet, primus in Italia regnavit Ianus, deinde Saturnus, quem ipse [15] Ianus fugientem de Grecia suscepit et propter ingenium eius in regni
II. R. consortium assumpsit, deinde Picus, filius eius, de quo fabulose dicitur, quod a quadam maga famosissima Circe nomine
cf. Aug. l. I. II. R. ob contemptum eius amorem in avem nominis sui mutatus sit, eo quod augur preclarus avem picum in augurio secum habuerit. Post hunc filius eius Faunus, qui fuit pater Latini, cuius mater Carmentis Nicostrata Latinas litteras creditur repperisse. Quibus regnantibus 150 anni referuntur evoluti. Regnante tamen Latino, qui Latinam linguam correxit Latinosque de nomine suo vocavit, Troia capta est, cum apud Hebreos Lapdon tercium sui principatus ageret annum.

40	13	20	36	20	23

Hier. Post mortem Debborae Hebreos in ditionem redegerunt alienigenae annis 7, qui coniuncti sunt annis Gedeon secun-
cf. Beda. dum traditiones Iudeorum [a]. Gedeon, qui et Hierobaal, ex tribu Manasse iudicavit populum Hebreorum annis quadraginta.

1	14	21	37	21	24
2	15	22	38	22	25
Hier. Egeus, filius Pandionis, rex Athen. 9us, regn. annis 48. 3	16	23	39	23	1

a) hebreorum 5.

15) *quem — assumpsit*, unde hausta sint nescio.

Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Argiv.	Athen.		
21	34	1	57	41	19	Inachus, rex Sycion. 21[us], regnavit ann. 42.	Hier.
22	35	2	58	42	20		
23	36	3	59	43	21		
24	37	4	60	1	22	Atreus et Thiestes fratres regnaverunt Mycenis annis 65.	
31	44	11	1	8	29	Menoses, rex Aegypt. 20[us], regn. ann. 40. Hic a quibusdam[a] dicitur Vesocesa.	[a] Orosio.
32	45	12	2	9	30		
33	1	13	3	10	31	Sosarmus, rex Assyriorum vicesimus quintus, regnavit annis decem et novem.	Hier.
His temporibus quidam asscribunt gesta Liberi patris et ea quae de Ligurgo et Acteone et Pentheo dicuntur.							
40	8	20	10	17	38		
Abimelech, filius Gedeon ex concubina, occisis fratribus suis septuaginta, iudicavit populum Hebreorum annis tribus.							cf. Hier.
1	9	21	11	18	39		
2	10	22	12	19	40		
3	11	23	13	20	41		
1	12	24	14	21	42	Tbola, filius Foa patrui Abimelech, iudicavit Hebreos annis 22.	cf. Hier. et Beda.
8	19	31	21	28	1	Theseus, filius Aegei, rex Athen. 10[us], regnavit ann. 30.	Hier.

Mitreus, rex Assyriorum vicesimus sextus, regnavit annis 27.

Hoc tempore Orpheus Trax clarus habebatur, cuius discipulus fuit Museus, Emolpi filius.

Linus etiam, magister Herculis, famosus fuit; ipse etiam Hercules certamina multa egit, Antheum interfecit, qui idcirco filius Terrae dicitur fuisse cadensque vires ex ea sumpsisse, quia palestricae artis, quae in terra exercetur, scientissimus erat. Ydram autem quam Hercules occidit, licet alii dicant[b] paludem fontibus redundantem, Plato asserit mulierem fuisse callidissimam sophystam. Aug. c. 13. Hier.

Bellum Laphytarum et Centaurorum hoc fuit in tempore, quos scribit Palefatus nobilissimos equites fuisse Thessalorum, ipsosque a Laphitis creditos et dictos esse Centauros, quia discurrentes in bello equites velut unum corpus equorum et hominum sua velocitate viderentur conficere. Oros. I, 13.

Ea etiam quae de Dedalo referuntur hoc tempore fuisse dicuntur, qui visus est fecisse simulacra se moventia, qui etiam primus omnium pedes statuarum a se invicem separavit, aliis coniunctim eas facientibus, necnon quomodo cum filio Icharo Minoem navi fugerit, et propter nimiam velocitatem et investigabilem fugam avolasse pennis estimatus sit. Hier.

Minos[c] Cretensibus leges dedit, cuius filius Androgeus ab Atheniensibus dolo interfectus est, cum ludos agentes superaret. Unde atrocissimum inter Cretenses et Athenienses certamen fuit, ubi populis utrisque profligatis, cruentiorem victoriam infeliciter exercuerunt Cretenses. Qui nobilium Atheniensium[d] filios Miuotauro devoraudos crudeliter addicebant. Utrum vero hic Minotaurus ferus ac inhumanissimus crudelisque fuerit homo, an informe prodigium, dubitatur. Scribit enim Philocorus in secundo Attidis libro, magistrum Minois fuisse Taurum nomine inhumanum atque crudelem, et quia Minos super mortem Androgei agonem statuerat, premii nomine pueros Atticos largiens, ille fortissimus omnes in contentione superabat; sed tandem factum est, ut a Theseo in palestria vinceretur, ob quod Athenienses pueri a tributaria poena liberati sunt. Theseus autem Athenienses, qui prius per regionem dispersi erant, in unam congregavit civitatem. Qui etiam Helenam rapuit, quam rursus fratres illius receperunt, capta matre Thesei. Tandem Theseus Athenas profugus dereliquit, ignominiose eiectus. Oros. Hier. [c] ita Oros.

Hoc etiam tempore Argonautae fuerunt, qui cum Iasone pro rapiendo vellere aureo Colchos petierunt. Quo tempore Laomedon regnavit apud Troiam, post quem filius eius Prianus, sub quo Troia capta est. cf. Hier.

Eodem quoque tempore Vesoces rex Aegypti meridiem et septentrionem, divisas pene toto coelo ac pelago plagas, aut miscere bello aut regno iungere studens, Scythis primus bellum indixit, missis prius legatis, qui hostibus parendi leges dicerent. Scythae autem legatis responderunt, stolide opulentissimum regem adversus inopes sumpsisse bellum, quod timendum sibi magis versa vice fuerit; propter incertos belli eventus nulla ibi premia, et dampna manifesta; porro sibi non exspectandum dum ad se veniatur, sed causa predae ultro se obviam ituros. Nec mora; nam dicta factis insecuntur, primumque ipsum Vesoeen territum refugere in regnum cogunt, destitutum vero exercitum invadunt, omnemque belli apparatum capessunt, universam quoque Aegyptum depopularentur, nisi paludibus Nili impedirentur. Inde continuo reversi, totam Asiam infinitis cedibus perdomuerunt. Hi autem fuerunt, qui Getae vel Gothi dicti sunt, et hoc modo hocque tempore primum de Scythia exierunt. Oros. I, 14. cf. Iord. de r. G. c. 6.

9	1	32	22	29	2	Mitreus.
20	12	1	33	40	13	Festus, Sycion. rex 22[us], regn. ann. 8. Hier.
21	13	2	34	41	14	
22	14	3	35	42	15	

Iair ex tribu Manasse iudicavit populum Dei annis viginti duobus, habens filios bellatores 30, totidem civitatum principes.

1	15	4	36	43	16	
2	16	5	37	44	17	
3	17	6	38	45	18	
4	18	7	39	46	19	
5	19	8	40	47	20	
6	20	1	1	48	21	Adrastus, Sycion. rex 23[us], regn. ann. 4. — Agamenes, rex Aegypt. 21[us], regnavit annis 26.
7	21	2	2	49	22	
8	22	3	3	50	23	
9	23	4	4	51	24	
10	24	1	5	52	25	Phylopides, Sycion. rex 24[us], regnavit annis 31.
11	25	2	6	53	26	
12	26	3	7	54	27	
13	27	4	8	55	28	

Thautanes, rex Assyriorum vicesimus septimus, regnavit annis 32.

His temporibus Minos adhuc leges et iura constituit, qui tandem in Sicilia adversus Dedalum arma capiens, a filiabus Cocali occiditur.

a) Hic — Vesoces *post addita esse videntur* 1. b) dicunt *corr. ut videtur* dicant 1. c) inos *littera* M *rubra omissa* 1. *ideoque* Inos 5. d) athenensium 1.

Hier. Tunc etiam Hercules agonem Olympiacum constituit, a quo usque ad primam olimpiadem subputantur anni 430.
cf. Aug. c. 12. Cui inter eius ingentia duodecim annumerantur insignia. Qui dum plura fortiter fecisset, incidit in morbum pestilentem,
Hier. et ob remedium doloris iniecit se in flammas in monte Oeta, sicque morte finitus est anno aetatis suae 52.

Per hoc tempus Alexander Paris Helenam rapuit, propter quam decennale Troianum bellum ortum et Troia capta est. Rapuit autem eam anno 15. Thautanis, et 25. anno eius Troia capta est.

	Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Mycen.	Athen.
Thautaues.	14	1	5	9	56	29
	15	2	6	10	57	30
Meuestheus, rex Athen. 11us, regn. ann. 23.	16	3	7	11	58	1
	22	9	13	17	64	7

Post mortem Iair Hebreos in suam ditionem redigunt Ammonitae annis 19, qui cum temporibus posteriorum iudicum computantur iuxta traditionem Iudaeorum.

Iepthe iudicavit populum Hebreorum annis 6.	1	10	14	18	65	8
Agamemnon Micenis imperat ann. 15, cuius anno 15° Troia capitur.	2	11	15	19	1	9
	1	16	20	24	6	14

Iud. 12. Abessan sive Esebon iudicavit populum Dei annis septem, habens triginta filios totidemque filias, deditque filias viris et filiis duxit uxores dum adhuc viveret.

	2	17	21	25	7	15
	3	18	22	26	8	16
Hier. Theores, Aegypt. rex 22us, regn. ann. 7.	4	19	23	1	9	17
	5	20	24	2	10	18
	6	21	25	3	11	19
	7	22	26	4	12	20

Iud. 12. Labdon iudicavit populum Dei annis octo, habens filios 40. In libro autem Iudicum fertur post Esebon rexisse populum ann. 10 iudex Aglaon, qui apud 70 interpretes non habetur. Tercio autem anno
Isid. Labdon, qui est 25us Thautanis, capta est Troia.

	1	23	27	5	13	21
	2	24	28	6	14	22
Hier. Excidium Troiae, ex quo usque ad primam olimpiadem computantur	3	25	29	7	15	23

anni 405.

Aegyptiorum dinastia vicesima mox post excidium Troiae incipit, tendens per annos centum septuaginta septem, cuius temporis reges apud nos non habentur. — Micenarum vero reges post haec non scribuntur in ordine; regnavit tamen post Agamennonem Egistus, post quem Orestes, dein Thysamenus, Pentilus, Cometus;
cf. Hier. sicque post annos octoginta ab excidio Troiae ad Lacedemones translatum est regnum.

Demophoon, filius Thesei, rex Athen. 12us regnavit ann. 33.	4	26	30	1		1
	5	27	31	2		2

Iord. Aeneas fugiens de Troia venit ad Italiam cum viginti navibus, ut dicunt*, anno tercio post excidium Troiae,
Aug. c. 19. licet quidam dicant**, cum venisse anno septimo, sequc coniunxit affinitatis gratia cum Latino, filio Fauni,
* H. R. Iord. ** cf. Hier rege Latinorum, accepta filia eius Lavinia in uxorem, interfecto Turno, Dauni Tuscorum regis filio, qui eam despon-
Iord. H. R. Iord. saverat; sicque Frigas Italosque populos unitos nominavere Latinos, et iam ex tunc et deinceps quamvis in pauperrimo
Aug. regno locoque angusto qui dicebatur Agro Laurentum regnaverunt. Mortuo autem Latino, regnavit Aeneas annis tribus,
H. R. fecitque castellum quod ex nomine uxoris suae Lavinium appellavit. Qui [16] dum sevissimus esset ac crudelissimus helli-
* cf. Fred. II, 8. Fred. II, 3. gerator et nulli parceret, ob tantam impietatem a Deo ictu fulminis percussus interiit. Quidam dicunt*, quod Aeneas et Frigas duo fratres fuerint germani, e quibus Aeneas in Latio, Frigas regnaverit in Frigia, de quo progressa progenies cum per multas regiones vagando cum uxoribus et liberis oberraret, elegit sibi regem ex se Francionem nomine, ex quo Franci putantur vocari, eo quod ipse fortissimus esset, et dum cum plurimis gentibus pugnasset, dirigens iter suum in Europam, inter Rhenum et Danubium consedit, ibique mortuo Francione, plurima prelia gesserunt quos reliquit, quibus attriti, ad parvam manum deducti sunt. Hinc duces ex se constituerunt, attamen iugum alterius ferre semper recusaverunt. Ex quibus progressi estimantur qui adhuc Franci vocantur.

H. R. Mortuo autem Aenea, Ascanius, filius eius, quem ei Creusa apud Troiam peperit, quemque secum adduxit, regnum susceptit, annisque 38 regnavit. Genuit autem Lavinia filium post mortem Aeneae, quem Postumum Aeneam vocavit, qui
* Iord. etiam Silvius dictus est, ut quidam dicunt* quia Lavinia, metuens invidiam Ascanii, clam eum in silva genuit et
H. R. nutrivit. Quem tamen Ascanius summa pietate educavit, et derelinquens Lavinium novercae suae Laviniae, Albam condidit civitatem, ibique regnavit, filiumque generans Iulium vocavit, unde familia Iuliorum orta est. Cumque regnasset Ascanius annis 38, et filius eius adhuc esset parvulus nec regendis civibus idoneus, fratrem suum Postumum Aeneam
cf. Iord. Silvium regni reliquit heredem, a quo reges postmodum dicti sunt Silvii, et ab Alba Albani.

Hier. His temporibus facta dicuntur ea quae de Ulixe referuntur, quomodo trieri fugerit Scyllam, hospites spoliare solitam. Scribit quoque Palefatus in primo libro incredibilium, Syrenas tunc fuisse meretrices, quae decipiebant navigantes.

Tunc etiam Pyrrus in templo Delphici ab Oreste occiditur, proditione sacerdotis Macharei.

Homerum quoque tunc fuisse quidam dicunt, de cuius tempore varia opinio est, aliis dicentibus eum fuisse post annos centum Troianae eversionis, aliis post 200, aliis post 180, aliis diverso modo.

					Latin.	
Pelasgus, Sycion. rex 25us, regn. ann. 20.	6	28	1	3	Aeneas.	3
	7	29	2	4	1	4
	8	30	3	5	2	5

Post Lapdon Hebreos in ditionem suam redigunt alienigenae annis 40, qui annumerantur temporibus iudicum posteriorum secundum traditionem Hebreorum.

Samson iudicavit populum Hebreorum annis viginti. Qui cum mirabiliter fortis esset, a gentibus putatus est Hercules.

	1	31	4	6	3	6
Ascanius, Albanorum rex primus, regn. ann. 38.	2	32	5	7	1	7

16) *Qui — interiit,* ex quo auctore desumta sint nescio. In Urspergensi (11.) de ipso haec narrantur: *Hinc Romanorum gens duxit originem ab Aenea profugo et, ut ipse Virgilius adulatur, viro forti, ab aliis vero traditur, patriae proditore ac necromantico, utpote qui etiam uxorem suam diis suis immolaverit.*

Hebr.	Assyr.	Sycion.	Aegypt.	Alban.	Athen.	
3	1	6	8	2	8	Teuteus, Assyriorum rex vicesimus octavus, regnavit ann. quadraginta. Hier.

Cuius anno primo Ascanius civitatem condidit, quam Albam longam vocavit.

18	16	1	23	17	23	Zeuxippus, rex Sycioniorum 26us et ultimus, regnavit ann. 32.
19	17	2	24	18	24	
20	18	3	25	19	25	

Heli sacerdos pariter et iudex erat annis quadraginta, sub quo arca capta est, quod ille audiens cecidit de sella sua et mortuus est.

1	19	4	26	20	26	
9	27	12	34	28	1	Onixistes, Athen. rex 13us, regnavit ann. 12.
20	38	23	45	1	12	Silvius Postumus, filius Aeneae, Albanorum rex secundus, regnavit annis 29.
21	39	24	46	2	1	Aphidas, Athen. rex 14us, regnavit annum unum.
22	40	25	47	3	1	Thymoetes, Athen. rex 15us, regnavit ann. 8.
23	1	26	48	4	2	Tineus, rex Assyriorum 29us, regnavit annis 30. Quo regnante filii

Hectoris, expulsis Antenoris posteris, receperunt Ilium, Heleno subsidium sibi ferente.

30	8		55	11	1	Melanthus Athen. 16us regnavit ann. 37.

Defecit regnum Sycioniorum, quod per annos 962 a traditur porrectum.

31	9		56	12	2	
40	18		65	21	11	

Samuel propheta et iudex et Saul rex populum Hebreorum regebant annis quadraginta. Ex hoc coeperunt reges esse cf. Hier.
in populo Hebreorum; Saul quippe primus erat.

1	19		66	22	12	
9	27		74	1	20	Aeneas Silvius, Albanorum rex tercius, regnavit ann. 31. In alia vero Hier.

reperitur hystoria, Latinum Silvium quarto regnasse loco, Silviae et Melampodis filium, fratrem Postumi Silvii, et quinto, qui nunc hic quartus ponitur, Silvium Aeneam, Silvii Postumi filium.

10	28		75	2	21
11	29		76	3	22
12	30		77	4	23

Dercilus, rex Assyriorum tricesimus, regnavit annis 40. Quidam dicunt, hoc tempore Homerum fuisse.

Hoc tempore Peloponenses contra Athenienses dimicant. Codrus autem rex Atheniensium b Peloponensibus, suae Aug. c. 19.
civitatis hostibus, se interficiendum ignotus obtulit, sicque patriam liberavit. Responsum enim acceperant Peloponenses, tum demum se superaturos esse Athenienses, si regem illorum non occidissent; Codrus autem habitum pauperis induens, accessit ad castra colligens ligna, eosque iurgiis provocavit, donec eum quidam interfecerunt. Unde ait Virgilius: *Et* Aug. l. l.
iurgia Codri. Quem Athenienses tanquam deum honore sacrificiorum coluerunt.

Hebr.	Assyr.	Aegypt.	Alban.	Athen.	Laced.	Chorinth.	
13	1	78	5	24			
14	2	79	6	25			Lacedemoniorum et Chorinthiorum regna exoriuntur; sed Lace- Hier.
15	3	80	7	26			demoniorum rex primus Euristheus regnavit annis 42. Corin-
16	4	81	8	27	1	1	thiorum vero primus Alethes regnavit annis 35.
27	15	92	19	1	12	12	Codrus, filius Melanthi, rex Atheniensium 17us, regnavit annis 21.
40	28	105	1	14	25	25	Latinus Silvius, rex Albanorum quartus, regnavit ann. 50

Hic finitur aetas tercia, habens annos nongentos quadraginta, et fiunt simul anni trium aetatum 2888. Quarta aetas cf. Isid. abb. chron.
dehinc incipit a David.

1	29	106	2	15	26	26	David ex tribu Iuda rex Israel regnavit annis 40, prophetantibus Hier.

in Iudaea Samuele, Gath, Nathan, Asaph; sub quo Abiathar pontifex.

8	36	113	9	1	33	33	Medon, rex Athen. 18us, regnavit ann. 20.
9	37	114	10	2	34	34	
10	38	115	11	3	35	35	
11	39	116	12	4	36	1	Yxyon, rex Chorinthiorum secundus, regnavit annis 37.
12	40	117	13	5	37	2	
13	1	118	14	6	38	3	Eupales, Assyriorum rex tricesimus primus, regnavit annis tri-

ginta octo. Cuius anno 30., ut quidam dicunt, Kartago condita est a Carcedone Tyrio, sive ut alii volunt a filia eius Didone, anno centesimo tricesimo quinto post eversionem Troiae.

14	2	119	15	7	39	4	
15	3	120	16	8	40	5	
16	4	121	17	9	41	6	
17	5	122	18	10	42	7	
18	6	123	19	11	1	8	Aegis, Lacedemonum rex secundus, regnavit annum unum, post
19	7	124	20	12	1	9	quem tercius Echestratus regnavit ann. 35.
28	16	133	29	1	10	18	Acastus, Athen. rex 19us, regnavit ann. 36.
1	29	146	42	14	23	31	Salomon, filius David, omnium Hebreorum regum sapientissimus

ac ditissimus, potitur regno Israhelitico, a patre David nobiliter dilatato, qui Domino monente templum Hierosolimis mirabiliter, patris suffragantibus impensis, quarto regni sui anno aedificare coepit, annoque regni 11° omne opus templi consummavit. Regnavit autem annis 40. Sadoch et Ahias Sylonites prophetabant.

2	30	147	43	15	24	32
3	31	148	44	16	25	33
4	32	149	45	17	26	34

Prima templi aedificatio, ex qua usque ad c desolationem eius anni 442, menses 4, dies 10, usque ad restaurationem vero eius, id est ad secundum annum Darii, anni 512, menses 7, dies 20.

5	33	150	46	18	27	35
6	34	151	47	19	28	36
7	35	152	48	20	29	37
8	36	153	49	21	30	1

Egelaus, rex Chorint. 3us, regnavit ann. 37.

a) mille LXIII. 5. 9c. b) athenensium 1. c) ad — XX. *partim c corr., partim post add.* 1.

	Hebreor.	Assyr.	Aegypt.	Alban.	Athen.	Laced.	Chor.
	9	37	154	50	22	31	2
Hier. Alba Silvius, Albanorum quintus, regnavit ann. 39.	10	38	155	1	23	32	3
Laosthenes, rex Assyriorum tricesimus secundus, regnavit annis quadraginta quinque.	11	1	156	2	24	33	4
	12	2	157	3	25	34	5
	13	3	158	4	26	35	6
Labotes, rex Lacedem. quartus, regnavit ann. 37.	14	4	159	5	27	1	7
Archippus, rex Athen. 20us, regnavit ann. 19.	24	14	169	15	1	11	17
Aegyptiorum dinastia 21a, in qua primus regnavit Semendis ann. 26.	33	23	1	24	10	20	26
	40	30	8	31	17	27	33

Hic oritur dissonantia hystoriarum in annis videlicet Salomonis, qui in libro Regum dicitur
* III. 11. annis quadraginta regnasse. Iosephus vero dicit*, eum annis octoginta regnum tenuisse, et omne vitae illius spacium annorum 94 fuisse. Mortuo autem Salomone, regnum Hebreorum divisum est, et
cf. Hier. et Aug. XVII, 21. duae tantum tribus remanserunt cum Roboam, filio Salomonis, qui regnavit in Hierusalem; quae duae tribus ex eo quod David ex tribu Iuda ortus est, dictae sunt Iuda, unde et universa gens Iudaeorum sortita est nomen; decem vero tribus retinentes antiquum nomen, Israel dictae sunt, regemque sibi elegerunt Hieroboam, qui regnavit in Samaria.

Hier. Roboam itaque, filius Salomonis, regnavit super Iudam in Hierusalem ann. 17, licet alii dicant 22. Cuius anno
* ita Beda. quinto Sesahc * sive a Susachim rex Aegypti pugnans contra Hierusalem, cepit eam, et spoliavit templum. Prophetabant autem in Iudaea Achias, Amos, Iohel et Azarias.

3. Reg. 12. Hieroboam autem regnavit super Israel in Samaria ann. 22, et peccare fecit Israel in vitulis aureis, quod malum per annos multo prevaluit.

	Iuda.	Israel.						
	1	1	31	9	32	18	28	34
	2	2	32	10	33	19	29	35
Hier. Thersippus, Atheniensium rex vicesimus primus, regnavit ann. 41.	3	3	33	11	34	1	30	36
	4	4	34	12	35	2	31	37
Primnis, rex Chorinthiorum quartus, regnavit annis triginta quinque.	5	5	35	13	36	3	32	1
	6	6	36	14	37	4	33	2
	7	7	37	15	38	5	34	3
	8	8	38	16	39	6	35	4
Egyppus Silvius sive Atis, rex Albanorum sextus, regnavit annis viginti quatuor.	9	9	39	17	1	7	36	5
	10	10	40	18	2	8	37	6
Doristus, Lacedemoniorum rex quintus, regnavit annis viginti novem.	11	11	41	19	3	9	1	7
	12	12	42	20	4	10	2	8
	13	13	43	21	5	11	3	9
	14	14	44	22	6	12	4	10
	15	15	45	23	7	13	5	11

Pyriciades, rex Assyriorum tricesimus tercius, regnavit annis triginta.

His temporibus Ephesus condita est ab Andronico. Samus quoque conditur et Smirna in modum urbis ampliatur. Una etiam ex Sybillis claruit, quia plures legimus.

	16	16	1	24	8	14	6	12
	17	17	2	25	9	15	7	13
cf. Hier. Beda. Abia, filius Roboam, regnavit super Iudam in Hierusalem annis tribus.	1	18	3	26	10	16	8	14
Hier. Pseusennes, rex secundus vicesimae primae dinastiae Aegyptiorum, regnavit annis quadraginta et uno.	2	19	4	1	11	17	9	15
	3	20	5	2	12	18	10	16
cf. Hier. Beda. Asa, filius Abiae, regnavit in Hierusalem super Iudam annis quadraginta et uno, prophetantibus in Iudaea Aggeo, Hieu, Amos, Iohel, Azaria, qui et Abdo b, Abdia, Michea.	1	21	6	3	13	19	11	17
	2	22	7	4	14	20	12	18
cf. Hier. Nabath, filius Hieroboam, regnavit in Samaria annis duobus, quem interfecit Baasa et regnavit pro eo.	3	1	8	5	15	21	13	19
	4	2	9	6	16	22	14	20
Baasa regnavit super Israel in Samaria c annis viginti quatuor.	5	1	10	7	17	23	15	21
Tria milia annorum ab origine mundi.	12	8	17	14	24	30	22	28
Hier. et II. m. Capis Silvius, qui Capuam condidit, filius regis superioris, rex Albanorum septimus, regnavit ann. viginti et octo.	13	9	18	15	1	31	23	29
Hier. Agesilaus, Lacedem. rex 6us, regnavit ann. 44. — Bachis, Chor. rex 5us, regnavit ann. 35.	20	16	25	22	8	38	1	1
	21	17	26	23	9	39	2	2
	22	18	27	24	10	40	3	3
	23	19	28	25	11	41	4	4
Phorbas, rex Atheniensium vicesimus secundus, regnavit ann. triginta et uno.	24	20	29	26	12	1	5	5
	25	21	30	27	13	2	6	6
Offractheus, rex Assyriorum tricesimus quartus, regnavit annis viginti.	26	22	1	28	14	3	7	7
	27	23	2	29	15	4	8	8
	28	24	3	30	16	5	9	9
cf. Hier. Hela, filius Baasa, regnavit super Israel annis duobus, quem occidit Zambri et regnavit in loco eius d septem diebus e.	29	1	4	31	17	6	10	10
	30	2	5	32	18	7	11	11
Amri, occiso Zambri f, regnavit super Israel annis duodecim.	31	1	6	33	19	8	12	12
Nefercheres rex Aegypt. regnavit ann. quatuor.	40	10	15	1	28	17	21	21
Carpentius Silvius, rex Albanorum octavus, regnavit annis tredecim.	41	11	16	2	1	18	22	22
Iosaphat, filius Asae, regnavit super Iudam in Hierusalem ann. viginti quinque. Cuius temporibus prophetaverunt Helias, Heliseus, Abdias, Zacharias, Micheas.	1	12	17	3	2	19	23	23
Ahab, filius Amri g, regnavit super Israel ann. viginti duobus.	2	1	18	4	3	20	24	24
Ammenopthis rex Aegypt. regnavit ann. novem.	3	2	19	1	4	21	25	25
	4	3	20	2	5	22	26	26
Offratanes, rex Assyriorum tricesimus quintus, regnavit annis quinquaginta.	5	4	1	3	6	23	27	27

a) q. s. sive *e corr.* 1. b) qui et Abdo *in margine* 1. c) samaria *superscr.* tersa *alia fortasse manu* 1. d) r. pro eo 5. e) s. d. *e corr.* 1. f) o. z. *e corr.* 1. g) *e corr.* 1.

Iuda.	Israel.	Assyr.	Aegypt.	Alban.	Athen.	Laced.	Chor.	
12	11	8	1	13	30	34	34	Osochor rex Aegypt. regnavit annis sex. Hier.
13	12	9	2	1	31	35	35	Tiberinus Silvius, Carpentii filius, rex Albanorum nonus, regnavit annı. octo. Hic cadens in fluvium Albulam extinctus est, unde postea Tiberis appellatus est. H. m.
14	13	10	3	2	1	36	1	Megiales vel Migades[a], rex Atheniensium vicesimus, Hier. tercius regnavit annis triginta. — Agelas rex Chorinthiorum 6us regnavit ann. 30.
15	14	11	4	3	2	37	2	
16	15	12	5	4	3	38	3	
17	16	13	6	5	4	39	4	
18	17	14	1	6	5	40	5	Spinnacheus rex Aegyptiorum regnavit annis 9.
19	18	15	2	7	6	41	6	
20	19	16	3	8	7	42	7	
21	20	17	4	1	8	43	8	Agrippa Silvius, filius Tyberini, rex Albanorum decimus, regnavit annis 40.

His temporibus quidam dicunt Homerum fuisse. In Latina quippe hystoria haec ad verbum scripta reperimus*: Agrippa apud Latinos regnavit. Homerus in Grecia claruit, ut testantur Apollodorus grammaticus et Euphorbus historicus ante Urbem conditam anno 143. et ut ait Cornelius Nepos ante olimpiadem primam anno 138. * ita Hier.

22	21	18	5	2	9	44	9	
23	22	19	6	3	10	1	10	Archelaus, rex Lacedemoniorum 7us, regnavit annis 60.
24	1	20	7	4	11	2	11	Ochozias, filius Ahab, rex Israel regnavit in Samaria
25	2	21	8	5	12	3	12	annis 2.
1	1	22	9	6	13	4	13	Ioram, filius Ahab, frater Ochoziae, regnavit super Israel annis 12. — Ioram, filius Iosaphat, regnavit super Iudam in Hierusalem annis 8. Quo tempore prophetabant in Iudea Helias et Heliseus et Micheas. Septimo autem regni eius anno Helias raptus est.
2	2	23	1	7	14	5	14	Spusennes rex Aegyptiorum regnavit annis 35.
3	3	24	2	8	15	6	15	
4	4	25	3	9	16	7	16	
5	5	26	4	10	17	8	17	
6	6	27	5	11	18	9	18	
7	7	28	6	12	19	10	19	Helias rapitur.
8	8	29	7	13	20	11	20	
1	9	30	8	14	21	12	21	Aazias sive* Ochozias, filius Ioram regis Iuda, regnavit * ita Hier. anno uno.
1	10	31	9	15	22	13	22	Athalia, mater Aaziae, regnavit in Hierusalem annis septem.

Quae cum occidisset omne semen regis filii sui, Iosabeth, filia Ioram, soror Aaziae, furata est Ioas, filium regis Aaziae, et abscondit eum, qui postea regnavit. Haec Iosabeth uxor fuit pontificis Ioiadae, quem Dominus in euangelio Barachiam vocat, qui clarus eo tempore habebatur, solusque post Moysen centum triginta annos vixisse perhibetur. 4. Reg. 11. Hier.

2	11	32	10	16	23	14	23	
3	12	33	11	17	24	15	24	
4	1	34	12	18	25	16	25	Hieu interfecit Ioram, filium Ahab, regem Israel anno cf. Hier. duodecimo regni sui, et regnavit ipse super Israel ann. viginti octo.
5	2	35	13	19	26	17	26	
6	3	36	14	20	27	18	27	
7	4	37	15	21	28	19	28	
1	5	38	16	22	29	20	29	Ioas, filius Aaziae sive Ochoziae, patrocinante Ioiada pontifice regnavit super Iudam in Hierusalem annis quadraginta. Hic anno sexto sive ut quidam scribunt* tricesimo sexto regni sui Zachariam, filium Ioiadae, occidit, oblitus bonorum quae fecit sibi Ioiada. * Hier. cf. 2. Par. 24. Ios. IX, 10.

Heliseus moritur. Hier.

2	6	39	17	23	30	21	30	
3	7	40	18	24	1	22	1	Diognitus, rex Athenarum vicesimus quartus, regnavit ann. viginti octo. — Eudemus, rex Chorinthiorum septimus, regnavit annis viginti quinque.
14	18	1	29	35	12	33	12	Acrazapes, rex Assyriorum tricesimus sextus, regnavit
15	19	2	30	36	13	34	13	annis quadraginta duobus.
16	20	3	31	37	14	35	14	
17	21	4	32	38	15	36	15	
18	22	5	33	39	16	37	16	
19	23	6	34	40	17	38	17	
20	24	7	35	1	18	39	18	Aremius Silvius, Agrippae filius, Albanorum rex undecimus, regnavit annis decem et novem. Hic inter montes ubi nunc Roma est presidium Albanorum ponens, ob impietatem fulminatus est. Huius filius Iulius Proculus proavus fuit Iulii Proculi illius, qui cum Romulo Romam commigrans fundavit Iuliam gentem.
21	25	8	1	2	19	40	19	Sisonchus rex Aegypt. regnavit ann. viginti et uno.
22	26	9	2	3	20	41	20	
23	27	10	3	4	21	42	21	
24	28	11	4	5	22	43	22	
25	1	12	5	6	23	44	23	Ioazhaz, filius Hieu, regnavit super Israhel annis decem
26	2	13	6	7	24	45	24	et septem.
27	3	14	7	8	25	46	25	
28	4	15	8	9	26	47	1	Aristedemes, rex Chorinthiorum octavus, regnavit annis
29	5	16	9	10	27	48	2	triginta quinque.
30	6	17	10	11	28	49	3	
31	7	18	11	12	1	50	4	Fereclus, rex Athenarum vicesimus quintus, regnavit annis decem et novem.
39	15	26	19	1	9	58	12	Aventinus Silvius, Aremii filius, Albanorum rex duodecimus, regnavit ann. triginta sex. De cuius nomine mons Aventinus dictus est, quia ille ibi sepultus est.
40	16	27	20	2	10	59	13	
1	17	28	21	3	11	60	14	Amasias, filius Ioas, regnavit in Hierusalem annis viginti et novem.

a) vel m. *post add.* 1.

	Iuda.	Israel.	Assyr.	Aegypt.	Alban.	Athen.	Laced.	Chor.
Hier. Ioas, filius Ioachaz, regnavit super Israel annis sedecim. —	2	1	29	1	4	12	1	15

Osorthon rex Aegypt. regnavit ann. quindecim. — Theleclus[a], rex Lacedemoniorum octavus, regnavit annis quadraginta.

Arifron, rex Atheniensium vicesimus sextus, regnavit annis viginti.	10	9	37	9	12	1	9	23
	11	10	38	10	13	2	10	24
	12	11	39	11	14	3	11	25
	13	12	40	12	15	4	12	26
	14	13	41	13	16	5	13	27
	15	14	42	14	17	6	14	28
Tonos Concoloros, quem Greci Sardanapallum nominant,	16	15	1	15	18	7	15	29

Oros. I, 19. rex Assyriorum tricesimus septimus regnavit annis viginti. Hic muliere corruptior inter scortorum greges femineo habitu purpuram colo tractans, a nullo suorum pene videbatur, a prefecto autem suo Arbace, qui tunc Medis prefuit, visus atque exsecrationi habitus, mox etiam, excitis Medorum populis, provocatus ad bellum, vincitur, seque ardenti pyrae pre dolore
cf. Hier. Beda. iniciens concrematur; sicque Arbaces regnum capiens ad Medos transtulit; regnum vero Assyriorum post annos mille ducentos 19 a primordio regni Nini, ex quo vero pater eius Belus regnare coepit post annos mille 294 finem tantae
Hier. diuturnitatis accepit. Ferunt[a] autem, interim usque ad Deiochum regem sine principibus res agi, et in medio hoc tempore Chaldeos proprie prevaluisse, quorum separatim quaedam regum successiones feruntur. Reliquae quoque gentes propriis regibus utebantur. Idem Sardanapalla Tharsum atque Anchiliadem condidit.

Per idem tempus Esiodus poeta claruit, atque Fidon Argivus mensurarum pondera reperit. Lygurgus Lacedemoniis iura componit.

Thelegotes rex Aegypt. regnavit ann. tredecim.	17	16	2	1	19	8	16	30
Hieroboam, filius Ioas, regnavit super Israel ann. quadraginta et uno.	18	1	3	2	20	9	17	31
	19	2	4	3	21	10	18	32
	20	3	5	4	22	11	19	33
	21	4	6	5	23	12	20	34
	22	5	7	6	24	13	21	35
Agemon, nonus rex Chorinthiorum, regnavit annis sedecim.	23	6	8	7	25	14	22	1
Ozias, qui et Azarias, filius Amasiae, regnavit super	1	13	15	1	32	1	29	8

Iudam annis quinquaginta duobus. Prophetabant hoc tempore Osee, Amos, Ionas, Ysaias, Micheas. — Ponibastes rex Aegypt. regnavit ann. viginti quinque. — Thespieus, Atheniensium rex vicesimus septimus, filius Arifronis, regnavit ann. viginti septem.

	2	14	16	2	33	2	30	9
	3	15	17	3	34	3	31	10
	4	16	18	4	35	4	32	11
	5	17	19	5	36	5	33	12
	6	18	20	6	37	6	34	13

cf. Hier. Hucusque ferunt hystoriae regnum Assyriorum stetisse a primo anno Nini per annos mille ducentos triginta[b] et novem; ex hinc Medorum incipit regnum.

Arbaces Medus interfecto Sardanapalla rege Assyrionum, regnum eorum ad Medos transtulit, ipseque primus ibi regnavit viginti octo.

	Iuda.	Israel.	Medeor.	Aegypt.	Alban.	Athen.	Laced.	Chor.	Maced.
Hier. Procas Silvius, filius Aventini, rex Albanorum duodecimus, regnavit annis viginti tribus.	7	19	1	7	1	7	35	14	
	8	20	2	8	2	8	36	15	
	9	21	3	9	3	9	37	16	
Alexander[c], rex Chorinthiorum decimus, regnavit annis viginti quinque.	10	22	4	10	4	10	38	1	
	11	23	5	11	5	11	39	2	
	12	24	6	12	6	12	40	3	
Hoc in tempore regnum Macedonum sumpsit	13	25	7	13	7	13	1	4	1

exordium, quorum rex primus Caranus fuit, qui annis viginti octo regnavit. — Thalcamenes, rex Lacedemoniorum nonus et ultimus, regnavit annis triginta.

Osorthon rex Aegyptiorum, quem ipsi Herculem cognominaverunt, regnavit annis novem.	26	38	20	1	20	26	14	17	14
	27	39	21	2	21	27	15	18	15
Agamestor, rex Atheniensium vicesimus octavus, regnavit annis viginti.	28	40	22	3	22	1	16	19	16
	29	41	23	4	23	2	17	20	17

Zacharias, filius Hieroboam, regnavit super Israel mensibus sex, quem interficiens Sellum regnavit pro eo mense uno; hunc quoque interfecit Manaem et regnavit pro eo, sicque annus ille consumitur per diversos.

II m. Amulius Silvius, Procae filius, rex Albanorum quartus decimus, regnavit annis quadraginta tribus. Hic habuit fratrem Numitorem, quem ipse regno privavit. Procas quippe, pater eorum, cum obisset, testamentum hereditatis duobus filiis suis Numitori et Amulio reliquit, ut unus pecuniam suam, alter regnum acciperet. Amulius[d] vero fratri suo Numitori electionem dedit, ut quod desideraret acciperet. Qui pecuniam tulit, regnum Amulius obtinuit. Qui cum consuleret oraculum, responsum est ei, quod a stirpe fratris occidendus foret; statimque fratrem de regno expulit. Qui abiens, vixit in agro suo. Erant autem ei duo filii, Sergestus et Rhea, quae et Ilia est dicta. Metuens ergo Amulius responsum, Sergestum ad venationem secum duxit, eumque in venatione occidit, sororem vero eius Rheam adimendi partus gratia Vestalem virI. ed. ginem fecit. Quae stupro subdita et gravida inventa, dum scelus suum excusare nititur, a Marte se compressam mentitur.
II m. Quae cum duos geminos peperisset, septimo anno regni patrui, iuxta legem viva defossa est in terra, pueros vero rex iussit exponi. Quos iuxta ripam Tyberis vagantes Faustulus, regii pastor armenti, inveniens, ad uxorem suam Accam Laurentiam detulit, quae ob rapacitatem corporis questuosi propter pulchritudinem a vicinis appellabatur Lupa. Unde et Iord. adhuc meretricum cellae lupanaria dicuntur. Acca vero pueros nutriens, inter alios pastores conversari docuit. Unde et a poetis finguntur a lupa in silva lactati et nutriti. Pueri vero Remus et Romulus cum adolevissent, collecta pastorum et latronum manu, Amulium apud Albam in ultionem matris interficiunt, et avum suum Numitorem in regnum constituunt.

	30	1	24	5	1	3	18	21	18

Multa[17] dissonantia est hystoriarum in dispositione regnorum Iuda et Hierusalem[e], dicentibus aliis sic, aliis vero

a) *dee* 5. 9. *in margine* Nota *scripto*. b) XXX. *e corr.* 1. decem 5. 9 c. c) *Haec desunt* 5. 9 c. d) Aumlius — acciperet *des.* 5. 9 c. e) Israel 5.

17) Ekkehardus hoc loco in Iudaeorum regum temporibus disponendis longius immoratus est; quae tamen aliis typis indicare noluimus, ne nimium spatium his rebus a nostro proposito alienis indulsisse videremur

sic. In ipsis quoque Hebreorum libris, quorum auctoritate utimur, scilicet Iosepho et Regum volumine ac Paralyppomenon, quaedam in huiusmodi serie inveniuntur, quae sibi convenire non posse probantur, dum quidam regum tot et tot annis regnasse legantur, et tamen aliqui eorum necdum finitis precedentium annis alteri cum alteris maturius incepisse regnare scribantur. Quod utrum vitio scriptorum pro varietate numeri errantium sit depravatum, vel qua ratione sic variatum, necdum invenimus certum. Quae dissonantia hoc in loco et in serie sequentium quatuor regum Israel usque in eiusdem regni destructionem reperitur, ubi liber Regum et ceteri Hebreorum cronicorum scriptoribus multum discordare videntur. Nam ut multis hystoriographis consentientibus habetur in cronicis *, Hierohoam, filius Ioas, regnavit in Israel ab 18° anno Hier.
Amasiae per 40 annos et unum usque in vicesimum nonum Oziae sive Azariae, filii Amasiae, cuius tricesimo Zachariam, filium Hieroboam, cum sex menses regnaret, occidit Sellum, et regnavit pro eo mense uno; nam hunc occidens Manaem, regnavit pro eo annis decem usque in quadragesimum Azariae; a cuius 41° Phacee, filius Manaem, regnavit annis decem usque in quinquagesimum Azariae; a cuius quinquagesimo primo Phacee, filius Romeliae, annis viginti usque in secundum Achaz regis Iuda; a cuius tercio Osee annis novem usque in undecimum Achaz, qui est quintus decimus Madidi regis Medorum, quo anno multi scribunt captas esse decem tribus Israhel.

Haec cum iuxta multorum opinionem sic teneantur, et in cronicis eodem modo scribantur, Hebreorum volumina, in quibus et liber Regum apud nos nescio an viciatus an purus, multum ab his discordare videntur; ubi scribitur *, quod II, c. 14. sq.
supradictus Hieroboam, filius Ioas, regnaverit in Israel a quinto decimo anno Amasiae regis Iuda, Zacharias vero, filius Hieroboam, a tricesimo octavo Azariae, filii Amasiae, novem annis in medio transilitis. Quod qua ratione positum sit nescio. Cum enim Azarias rex Iuda septimo decimo Hieroboam regis Israel quinquaginta duobus annis regnasse dicatur, Hieroboam vero quadraginta et uno regnum tenuisse dicatur, patet quod istius anni finiantur vicesimo octavo illius anno, qui regnare coepit suo septimo decimo. Et cum Zacharias, filius Hieroboam, tricesimo octavo Azariae regis Iuda per sex tantum menses regnasse dicatur, invenire non valeo, qua ratione a regno paterno, nemine interim regnante, tam diu suspenderetur, ut decimo a patris morte anno vix hereditate paterna potiretur, moxque post menses sex interficeretur. Nam Sellum quidam hunc occidit, ipseque secundum hanc computationem 39° Azariae anno mense uno regnavit; sed Manaen hunc interficiens, eodem anno regnare coepit, et usque ad quinquagesimum Azariae annum per decem annos regnavit. Cuius filius Phacee quinquagesimo et quinquagesimo primo Azariae anno regnavit per biennium, cum iuxta superiorem supputationem in cronicis scribatur regnasse per decennium. Quem interficiens Phacee, filius Romeliae, regnavit in loco eius annis 20, a quinquagesimo secundo Azariae anno usque in tercium Achaz, filii Ionatham, regis Iuda, qui 18° anno eiusdem Phacee regnare coepit et sedecim annis regnavit. Osee vero, filius Hela, ultimus regnavit in Samaria super Israel annis novem, iuxta quosdam cronicorum scriptores a tercio anno Achaz regis Iuda, qui est septimus Madidi regis Medorum, ut captivitas decem tribuum, quae nono Osee anno facta est, in quintum decimum Madidi regis occurrat. At secundum Hebreorum libros quarto decimo Achaz regnare coepit Osee in Israel, decem annis item a morte Phacee nescio qua ratione intermissis, cum idem tamen Osee legatur Phacee propter regnum interfecisse. Hoc igitur ordine sexto anno Ezechiae regis Iuda, qui est 26us Madidi, nonus Osee annus occurrit, in quo ipse cum toto Israel captivatus est. Haec secundum Hebreos.

Has igitur diversitates in hystoriis inveniens, sed neutram partem veluti nullius auctoritatis homuncio reprehendere presumens, utriusque notavi opinionem, ut studiosiorem a lectorem reddam cautiorem.

Nunc regum tempora, ut in cronicis inveni, sicut et hucusque perducta sunt, transcurram, in ultimo tantum Israheliticorum, hoc est in Osee, Hebreorum voluminum sequar auctoritatem.

Iuda.	Israel.	Medor.	Aegypt.	Alban.	Athen.	Laced.	Chor.	Maced.	
31	1	25	6	2	4	19	22	19	Manaem, filius Gaddi, regnavit in Samaria super Hier.
32	2	26	7	3	5	20	23	20	Israel annis decem.
33	3	27	8	4	6	21	24	21	
34	4	28	9	5	7	22	25	22	
35	5	1	1	6	8	23	1	23	Sosarmus, rex Medorum secundus, regnavit annis

triginta. Cuius anno secundo Remus et Romulus nati sunt. Tunc etenim post innumerabiles, ut ita dicam, Laurenti loci Iord.
et Latii reges Silvios Albanosque, qui per anuos trecentos in Italia regnaverunt quamvis pauperrime, Amulius regnavit, cuius anno septimo de fratris sui Numitoris filia hi duo fratres nati sunt, qui postea Romam condiderunt. — Spamus rex Hier.
Aegypti regnavit annis decem. — Thelestes, rex Chorinthiorum undecimus et ultimus, regnavit annis duodecim.

41	1	7	7	12	14	29	7	1	Phacee, filius Manaen, regnavit in Israel annis

decem secundum quosdam *, iuxta Hebreos vero annis duobus. — Chinus, rex Macedonum secundus, regnavit * Hier.
annis duodecim.

42	2	8	8	13	15	30	8	2	
43	3	9	9	14	16	Finis	9	3	
44	4	10	10	15	17	regni Lacedem.	10	4	
45	5	11	1	16	18		11	5	Bocchoris rex Aegypti regnavit annis quadra-

ginta sex. Hic Aegyptiis iura constituit, sub quo et agnus locutus est.

46	6	12	2	17	19		12	6	
47	7	13	3	18	20		*	7	* Ex hoc in Chorintho annui principes consti-

tuti sunt.

Aeschilus, Agamestoris filius, rex Atheniensium vicesimus nonus, regnavit annis viginti tribus. Huius anno secundo, qui ab excidio Troiae quadringentesimus quintus computatur, olympias prima coepit, quem Yphitus, filius Fraxonidis filii Hemonis, primus instituit, in qua Chorebus Eliensis victor extitit. Antea siquidem Elii quinquennale certamen agebant, quatuor annis in medio completis, in quibus annuos principes constituebant.

Ab hoc tempore hystoria Grecorum vera esse creditur; nam antea ut cuique visum fuit diversas protulerunt sententias.

Ea tempestate Phalaris Siculus arrepta tyrannide Agrigentinos populabatur. Qui crudelis mente, commentis crudelior, Oros t, 20.
omnia nefaria in innocentes agens, invenit aliquando quem iuste puniret iniustus. Nam Perillus quidam aeris opifex, tyranni affectans amiciciam, aptum munus crudelitati illius ratus, taurum aeneum fecit, cui ianuam e latere apposuit, ut cum aliquis inclusus ibidem subiectis ignibus torreretur, sonum vocis pre dolore clamantis cavitas aeris augeret, nefarioque spectaculo mugitus pecoris, non hominis gemitus videretur. Sed Phalaris factum amplexus, factorem vero execratus, et crudelitati materiam prebuit et ultioni. Nacta quippe occasione, ipsum opificem sua punivit inventione.

Tunc etiam Peloponensium Atheniensiumque maximum bellum totis viribus animisque commissum est, in quo mutuis c. 20.
caedibus ad hoc coacti sunt, ut velut victi se ab alterutro subtraherent bellumque desererent.

a) studiorem 1.

Oros. I, 20. Quibus etiam temporibus Lacedemonii contra Messenios per annos viginti indefesso furore bellantes, quamvis sepius ancipiti victoria, demum superabant. Sciendum est autem, ipsam esse Spartam quam et Lacedomoniam civitatem, atque inde Lacedemonios Spartanos dictos.

	Iuda.	Israel.	Medor.	Aegypt.	Alban.	Athen.	Maced.	Lydor.
Hier. Regnum Lydorum incipit, quorum rex primus Ardysus	48	8	14	4	19	1	8	1

regnavit annis triginta sex.

Olympias prima incipit.

	49	9	15	5	20	2	9	2
	50	10	16	6	21	3	10	3
Phacee, filius Romeliae, interfecit Phacee, filium Manaen,	51	1	17	7	22	4	11	4

* Hier. regem Israel, et regnavit in loco eius annis viginti, secundum quosdam* a quinquagesimo primo Azariae regis Iuda, iuxta Hebreos vero ab anno sequenti.

	52	2	18	8	23	5	12	5
Ioatham, filius Oziae sive Azariae, regnavit super Iudam	1	3	19	9	24	6	1	6

in Hierusalem annis sedecim, prophetantibus in Iudaea Osee, Ysaia, Michea, Amos, Iohel, Iona. — Tyrimmas, rex Macedonum tercius, regnavit annis triginta octo.

Madidus, rex Medorum tercius, regnavit annis quadraginta.	13	15	1	21	36	18	13	18

Cuius tempore in Sicilia Siracusa et Cathina conditae sunt. Roma quoque eius tempore condita est.

Achaz, filius Ioatham, regnavit super Iudam annis sedecim. Sub quo prophetabant idem qui et supra.	1	19	5	25	40	22	17	22
	2	20	6	26	41	23	18	23
Alcmeon, rex Atheniensium tricesimus, regnavit annis	3		7	27	42	1	19	24

duobus. Dehinc principes qui usque ad mortem suam rei publicae preerant desierant, et in decem annos magistratuum consuetudo versus est, ubi primus erat Carobs, filius Eschili.

* Hier. Ab hoc etiam tempore secundum quosdam* regnare coepit Osee super Israel interfecto Phacee, sed iuxta Hebreorum volumina post undecim annos, scilicet a quarto decimo Achaz.

4		8	28	43	2	20	25

cf. II. m. Iord. Numitor a nepotibus suis Remo et Romulo restitutus in regnum, occiso ab eis Amulio fratre suo, regnavit apud
II. m. Albam anno uno, qui est annus nonus Madidi regis Medorum. Quo anno idem fratres urbem exiguam in Palatino monte
constituunt, 10 Kal. Mai anno 429. post excidium Troiae, exactis ab origine mundi annis 3,211. Cumque eam vallo
circumdarent, sed Remus vallum non posse sufficere ad tutelam novae urbis increparet, eiusque angustias transsiliret, a
* cf. Liv. II, 6. 7. Fabio Romuli duce aratro pastorali occisus est. Quidam vero dicunt*, hanc fuisse causam interfectionis eius, quod
condita civitate contenderint, ex cuius nomine vocaretur. Cumque statuissent illud augurio perquirere, Romulus ascendens
montem Palatinum vidit vultures septem advolare, Remus vero in Aventino monte vidit duodecim, et ob hoc a militibus
Romuli occisus esse refertur. Tunc Romulus solus regno potitus, urbem ex suo nomine Romam vocavit, templumque in
II. m. ea faciens, asylum, id est domum refugii, appellavit, pollicitus cunctis illuc confugientibus impunitatem. Quam ob causam
magna multitudo ad eum confluxerat. Latini denique Tuscique pastores, transmarini quoque Friges, qui sub Aenea,
* Cat. c. 6. Archades etiam, qui sub Evandro convenerant, et cum his, ut Salustius ait*, Aborigenes, quasi in unum corpus conve-
nientes, Romanum populum confecerunt. Tunc centum ex senioribus elegit, quorum consilio ageret omnia, quos senatores
ob senectutem, et patres ob similitudinem curae nominavit. Mille etiam pugnatores elegit, quos a numero milites appel-
Iord. II. m. lavit. Cumque non habèrent uxores, simulatis ludis equestribus vicinarum urbium populos ad spectaculum invitant ex
Sabinia, eorumque virgines rapiunt anno ab Urbe condita quarto. Qui commotis bellis propter iniuriam raptarum virginum
Iord. urbem cingunt. Tunc per Tarpeiam virginem proditis portis intromissi Sabini, pugnam movent; sed quaedam ex his, quae
cf. Liv. I, 13. iam enixae fuerant, procedentes cum filiis, patres et cognatos flexerunt, sicque pacem inter eos et maritos fecerunt.
II. m. Tarpeia vero clypeis obruta est in monte, qui ab eius nomine Tarpeius appellatus est, in quo postea Capitolium construc-
tum est. Pepigere autem Romani cum Sabinis amicicias, in tantum ut Titus Tatius rex Sabinorum iam senex pariter
* Or. II. m. cum Romulo regnaret. Qui cum post non multum tempus vita excederet, sive ut quidam* ferunt, ab ipso Romulo
H. m. extingueretur, Romani et Sabini unus efficiuntur populus. Ad quam coniunctionem confirmandam Romani nomina Sabi-
norum suis preponebant nominibus, et Sabini Romanorum invicem suis, et ex illo consuetudo tenuit, ut nemo Romanus
sit absque prenomine. Propter hanc etiam societatem cum Sabinorum more Romulus hastam longam ferret, quae illorum
lingua cyris dicebatur, Quirinus dictus est, et Romani Quirites exinde appellati sunt. Sic igitur Romanum imperium, quo
neque ab exordio ullum fere minus, neque incrementis ullum aliud orbe toto amplius, a Romulo sumpsit exordium. Eo
Aug. XVIII, 22. autem tempore quo Roma condita est, populus Israel habitabat in terra promissionis annos sexingentos octoginta quinque,
quorum viginti septem pertinent ad Iosue, deinde ad tempus iudicum trecenti octo, ex quo autem reges ibi esse coepe-
runt erant anni trecenti quinquaginta; et rex tunc erat in Iudea Achaz.

Aug. l. l, c. 23. Hoc tempore Sybilla Erithrea, sive ut quidam volunt Cumana, fuisse traditur, quae nonnulla de Christo manifeste scribit.

Hier. Numitor itaque regnavit Albanis anno uno. — Charobs	5		9	29	1	1	21	26

principabatur Atheniensibus annis decem. — Romae coepit aedificari.

Romulus, a quo Romanum coepit imperium, regnavit	6		10	30	1	2	22	27

Iord. annis triginta octo, et apud paludem Capreae fulmine ictus 7. Kal. Aug. nusquam comparuit, et suadente Iulio Proculo, qui illum in augustiore forma sibi apparuisse et pro numine se adorari precepisse dicebat, ad deos transisse creditus est, et Quirinus consecratur. Quidam tamen dicunt, ob asperius ingenium a senatu eum fuisse discerptum.

13		17	37	8	9	29	34

Osee, filius Hela, interfecit Phacee, filium Romeliae, regem Israhel, et regnavit ipse in Samaria super Israel novem annis, iuxta Hebreos a quarto decimo Achaz regis Iuda, undecim interiectis ab interfectione Phacee, secundum
* Hier. Ios. IX, 20. alios* vero a tercio anno Achaz. Nono autem regni Osee ascendit Salmanasar, qui et Teglatphalassar, rex Chaldeorum, et cepit Samariam, et captivavit Israhel, id est decem tribus, et transtulit eas in montem Medorum, cessavitque regnum Israel in Samaria, ubi regnatum est per annos 260[a] et menses septem ac dies septem, ex quo a domo David et tribu Iuda seperaverunt se ceterae tribus, a tempore vero quo sub principe Ihesu provinciam obtinnerunt eandem erant anni

a) 261 *corr.* 260 1. 261 5. 9[c].

nongenti quadraginta septem. Misit autem Salmanasar ad custodiendam regionem Israhelitarum accolas Assyrios, qui proprie vocati sunt Cuthei, quia* a quodam flumine Cutha migraverunt. Hi emulatores Iudaicae legis facti, Samaritae sunt appellati. Hier. cf Ios. Hier.

Iuda.	Israel.	Medor.	Aegypt.	Rom.	Athen.	Maced.	Lydor.	
14	1	18	38	9	10	30	35	
15	2	19	39	10	1	31	36	Aesimeles prefuit Athen. ann. 10.
16	3	20	40	11	2	32	1	Aliattes, rex Lydorum secundus, regnavit ann. 14.

Ezechias, filius Achaz, regnavit in Iudaea annis viginti novem, prophetantibus Ysaia et Osee. Cuius anno sexto captivatae sunt decem tribus iuxta Hebreos, et defecit regnum Israhel.

Anno vero 14. Ezechiae ascendit Sennacerib, filius Salmanasar, in Iudaeam, et cepit civitates eius, et obsedit Lachis, et misit servos suos in Hierusalem ad blasphemandum nomen Domini. Angelus autem Domini noctu venit in castra regis et percussit de exercitu eius octoginta quinque milia, et reversus est rex cum ignominia in terram suam, ibique a propriis filiis interfectus est. Quo in tempore Tobias fuit in captivitate, captus a Salmanasar. 2. Regum c. 18. 19.

Eo tempore Thales Milesius ex septem sapientibus unus claruit. Sunt autem haec nomina septem illorum qui dicebantur sapientes: Thales Milesius, Pithacus Mitilineus, Solon Atheniensis, Chilon Lacedemonius, Pariandrus Chorinthius, Cleobolus Lydius, Bias Prieneus. Aug. l. l. c. 24. c. 25.

Olympias decima.

1	4	21	41	12	3	33	2	
6	9*	26	46	17	8	38	7	* Defecit regnum Israel, captivatis decem tribubus.
7		27	1	18	9	1	8	Perdiccas, rex Macedonum quartus, regnavit annis 51. Hier.
8		28	2	19	10	2	9	
9		29	3	20	1	3	10	Elidicus Atheniensibus annis decem prefuit.
14		34	8	25	6	8	1	Meles tercius Lydorum regnavit annis 12.
19		39	1	30	1	13	6	Sebichus regnavit Aegypt. ann. 12. — Yppomenes Athe-
20		40	2	31	2	14	7	niensibus prefuit annis decem.
21		1	3	32	3	15	8	Cardiaces, rex Medorum quartus, regnavit annis tredecim.

Eo tempore Sybilla Samia, quae et Erofila dicta est, in Samo habebatur insignis. — Nicomedia est condita, quae prius Astacus dicebatur.

26		6	8	37	8	20	1	Candales, rex Lydorum quartus, regnavit ann. 17.
27		7	9	38	9	21	2	

Post mortem Romuli senatores rem publicam rexerunt, singuli quinis diebus, et ita unus annus expletus est.

28		8	10	1	10	22	3	

Numa Pompilius, rex Romanorum secundus, regnavit annis quadraginta. Hic bellum quidem nullum gessit, sed non minus quam Romulus Urbi profuit. Nam leges Romanis moresque constituit, qui usu praeliorum quasi latrones et semibarbari videbantur. Annum quoque in decem menses divisit secundum quosdam*, qui prius sine aliqua subputatione confusus erat. Quidam vero dicunt**, quod prius sub Romulo decem menses habuerit annus, et iste duos, id est Ianuarium et Februarium, adiecerit. Hic capitolium a fundamentis aedificavit. H. m. * H. m. ** Hier., Isid.

Huius tempore Glaucus primus ferramenti glutinum excogitavit. H. m.

29		9	11	1	1	23	4	Leucrates prefuit Athen. annis 10. Hier.
1		10	12	2	2	24	5	Manases, filius Ezechiae, regnavit super Iudam annis

quinquaginta quinque. Hic inter multa mala, quibus Dominum irritavit, precipisse fertur Ysaiam prophetam serra lignea secare. Unde divina permissione captivatus a rege Babyloniae et ferreis vinculis alligatus, poenitentiam egisse fertur, cuius poenitentiae canticum etiam legitur. Postea vero in regnum reversus et bene conversatus, successorem regni reliquit Ammon filium suum. cf. Hier. ad Esai. fin. Iord.

2		11	1	3	3	25	6	Tracus Aethyops rex Aegypt. ann. 20. Hier.
3		12	2	4	4	26	7	
4		13	3	5	5	27	8	
5		1	4	6	6	28	9	Deioces, rex Medorum quintus, regnavit annis quinqua-

ginta quatuor. Cuius tempore Archilocus et Symonides et Aristoxenus musici habentur illustres.

10		6	9	11	1	33	14	Absander prefuit Athen. ann. 10.
14		10	13	15	5	37	1	Gyges, rex Lydorum quartus, regnavit annis 36.
20		16	19	21	1	43	7	Erixias prefuit Athen. annis decem.
21		17	20	22	2	44	8	
22		18	1	23	3	45	9	Aethyops, qui et Mermes, rex Aegypt. regnavit annis 12.
29		25	8	30	10	1	16	Argeus, rex Macedonum quintus, regnavit ann. 38.
30		26	9	31		2	17	Post haec novem ex nobilibus urbis a electi sunt, qui

annuatim regerent rem publicam Atheniensium.

34		30	1	35		6	21	Stephinatis rex Aegyt. regnavit ann. septem.
39		35	6	40		11	26	

Tullius Hostilius, Romanorum rex tercius, regnavit annis triginta duobus. Hic primus Romanorum purpura et fascibus usus est, et in re publica prior censum exegit. Hic omnem militarem disciplinam et usum belli instituit, et exercitata iuventute bellum Albanis intulit, ab urbe Roma distantibus duodecim miliariis, illisque sexta congressione devictis, Albam destruxit. Hic etiam Vegientes et Fidenates devicit, quorum alii sex miliariis, alii decem et octo ab urbe distabant. Hic, adiecto Celio monte, urbem valli ambitu ampliavit. Tricesimo autem et secundo anno regni sui cum omni domo sua fulmine arsit. Isid. Iord. H. m.

40		36	7	1		12	27	
41		37	1	2		13	28	Necepsos rex Aegyptiorum regnavit annis sex. Hier.
47		43	1	8		19	34	Nechao regnavit Aegypt. ann. octo.
48		44	2	9		20	35	
49		45	3	10		21	36	ab inicio 3300.
50		46	4	11		22	1	Ardisus, rex Lydorum 6us, regnavit ann. 37.
55		51	1	16		27	6	Spammetius rex Aegypt. regnavit annis 44. — Pausanius

rex Spartanorum condidit Bizantium, quae postea Constantinopolis dicta est.

1		52	2	17		28	7	Ammon, filius Manase, regnavit in Hierusalem super Iudam

annis duobus secundum Hebreos, inxta septuaginta vero annis duodecim, qui et in cronicis ponuntur*. cf. Hier.

*) *deest* 1. a) urbibus 1. 5.

	Iuda.	Medor.	Aegypt.	Rom.	Maced.	Lydor.
Hier. Fraortes, rex Medorum sextus, regnavit annis viginti quatuor. Huius	4	1	5	20	31	10

tempore Thales Milesius et Terpander musici clarucrunt.

Annus centesimus ab exordio Romae.	5	2	6	21	32	11
Philippus, rex Macedonum sextus, regnavit ann. 38.	12	9	13	28	1	18
Iosias, filius Ammon, regnavit super Iudam annis triginta duo[a]. Cuius	1	10	14	29	2	19

anno tercio decimo Hieremias prophetare coepit. Prophetabant etiam temporibus eius Soffonias et Olda mulier. —

Iord. Hic ergo lucos succidit, et idola gentium de regno suo abiecit, et integre Deum coluit.

2	11	15	30	3	20
3	12	16	31	4	21
4	13	17	32	5	22

Hier. Iord. Ancus Marcus, Romanorum rex quartus, nepos Numae ex filia, regnavit annis viginti tribus. Hic moenia muro amplexus est, et influentem urbi Tyberim ponte commisit, Ostiamque civitatem coloniam in ipso maris fluminisque confinio sexto decimo miliario ab urbe Roma constituit, iam tunc videlicet presagiens animo, futurum, ut totius mundi opes

H. m. et commeatus illo velut maritimo urbis hospitio reciperentur. Hic finitimos Tusciae populos duodecim potentes innumeris conflictibus concidit, et Aventinum montem et Ianiculum adiciens, urbem ampliavit.

5	14	18	1	6	23
16	1	29[b]	12	17	34

Hier. Cyaxares, rex Medorum septimus, regnavit annis triginta duobus. Huius anno quarto Epydaunus[a'] condita est, quae postea Dyrachium vocata est. Eius etiam temporo Arion Methymneus clarus habebatur, qui a delphine vectus dicitur.

Sadiattes, rex Lydorum 7us, regnavit ann. 15.	20	5	33	16	21	1
	27	12	40	23	28	8

Iord. Tarquinius Priscus, Romanorum rex quintus, regnavit annis triginta septem. Hic quamvis transmarinae originis regnum ultro peteret, ob industriam suam et elegantiam a Romanis regnum accepit, quippe qui Chorintho oriundus Grecam clo-

H. m. quentiam Italicis artibus miscuisset. Hic numerum senatorum duplicavit, circum Romae aedificavit, ludos instituit, Sabinos

Iord. vicit, primusque Romam triumphans intravit, muros et cloacas fecit, capitolium inchoavit. Fasces, trabeae, curules, anuli, phalera, paludamenta, pretextae, togae pictae, omnia denique ornamenta et insignia sub hoc sumpta sunt a diversis populis

H. m. subactis. Tricesimo igitur et septimo imperii sui anno per filios Anci, cui successerat, ipse occisus est. Cuius anno duo-

Hier. decimo Pitacus Mitileneus, ex septem sapientibus unus, cum Frenone Atheniensi Olimpico ludo congressus, vicit eum.

His temporibus Stesicorus poeta et Alceus et Sapho, quae Saphicum metrum invenit, clarucrunt.

	28	13	41	1	29	9
Nechao[c] secundus, qui et Necepsus, rex Aegypt. regnavit annis 6.	32	17	1	5	33	13

Ioachim, qui et Eliachim sive Iechonias, filius Iosiae, regnavit in Hierusalem annis undecim. Cuius pater Iosias tricesimo secundo regni sui anno cum Nechaone rege Aegypti ipso invito congressus, occiditur. Pro quo filius eius

2 Regum 23. Ioachaz regnavit mensibus tribus; sed veniens pharao Nechao rex Aegypti in Hierusalem, amovit eum, ne esset rex, et abduxit eum secum in Aegyptum, constituitque pro eo regem Eliachim, fratrem eius, et vertit nomen eius Ioachim.

Math c.1. Hic fuisse creditur, de quo per Matheum dicitur: *Iosias genuit Iechoniam et fratres eius intrans migrationem Babylonis.* Tres quippe filios genuit Iosias, Ioachaz, Eliachim, Mathaniam, qui postea dictus est Sedechias, sicut

2.Regum 24. Eliachim vocatus est Ioachim et Iechonias. Anno igitur tercio Ioachim ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis et cepit

Paral. 2, 36. Iudaeam anno primo regni sui, et factus est ei tributarius Ioachim annis tribus. Transtulit autem Nabuchodonosor in

Hier. Babylonem partem vasorum domus Dei et multos ex Iudeis, inter quos et Ezechielem et Danielem, Ananiam, Azariam, Misahelem adhuc pueros. Postea vero cum rebellaret Ioachim, venit contra eum Nabuchodonosor, captumque et catenis

* l. l. ** l. l. vinctum duxit in Babylonem, sicut in Paralyppomenon* legitur, secundum Regum vero librum** dormisse cum patribus suis et extra muros Hierusalem occisus dicitur. Quae diversitas sic solvitur. Vinxit eum quidem et duxit de Hierusalem, sed occidit eum in itinere iuxta Hierusalem, ideoque secundum hoc quod ibi occisus est dicitur dormisse cum patribus suis, utpote in patria sua occisus, iuxta illorum vero opinionem, qui viderunt eum ex urbe abduci, dicitur in Babyloniam ductus. Mos quidem est scripturarum, secundum vulgi opinionem aliquando texere orationis seriem.

	1	18	2	6	34	14
	2	19	3	7	35	15
Hier. Aliattes[d], rex Lydorum 8us, regnavit annis 49.	3	20	4	8	36	1
	4	21	5	9	37	2
	5	22	6	10	38	3
Psammutes, qui Spammeticus, rex Aegypti, regnavit annis duodecim. —	6	23	1	11	1	4
Eropus, rex Macedonum septimus, regnavit annis viginti sex.						
	11	28	6	16	6	9

Ioachin, qui et ipse Iechonias dictus est, filius Ioachim, qui et Eliachim et Iechonias, regnavit in Hierusalem tribus

Ios. X, 6. mensibus et decem diebus, sicut et Ioachaz, patruus eius. Hunc constituit Nabuchodonosor pro patre suo, quem occidit, regem universae provinciae, quam sibi subiecerat victo Nechao rege Aegypti et omni Syria de potestate eius ablata. Postea poenituit Nabuchodonosor, quod constituisset Ioachin pro patre suo; formidavit enim, ne habens mali memoriam pro nece paterna provinciam suam invaderet; misit qui obsiderent eum Hierosolimis, et venit ad civitatem, ut expugnaret eam. Ioachin vero accipiens iusiurandum, quod sibi nichil mali fieret nec civitati, egressus est ad regem cum matre et omnibus suis, et suscepit eum rex Babylonis octavo sive nono anno regni sui, sed non servavit fidem; precepit enim ipsum et matrem eius et amicos et omnes fortes Israel ad se ligatos adduci, et ducens eos in Babylonem, habuit in custodia, patruum vero Ioachin regis Mathaniam regem constituens, imposuit ei nomen Sedechiam, sicque annus iste finitur.

Iste Ioachin non Ioachim nomen habebat, mutata littera ultima de nomine patris sui, fuitque binomius; vocabatur enim Iechonias sicut et pater eius; et hic est Iechonias, qui post

* c. 52 ad fin. transmigrationem genuit Salathiel. Mortuo enim Nabuchodonosor, ut Hieremias testatur*: *in 37° anno transmigrationis, Ioachin regis Iudae 12° mense, 25 die mensis Evilmerodach, rex Babylonis ipso anno regni sui elevavit caput Ioachin regis Iudae, et eduxit eum de domo carceris, et locutus est cum eo bona, et posuit thronum eius*

a) *e corr.* 1. a') *ita* 1. b XXVIII. 1. c) *Haec in* 1. *abrupta sunt.* d) *Haec partim abrupta sunt* 1.

super thronos regum, qui erant post se in Babylone, et mutavit vestimenta carceris eius, et comedebat panem coram eo cunctis diebus vitae suae.

Iuda.	Medor.	Aegypt.	Rom.	Maced.	Lydor.	
1	29	7	17	7	10	Prophetabant his temporibus Hieremias, Baruch, Sophonias. Hier.

Sedechias, qui et Mathanias, filius Iosiae, frater Eliachim, qui et Ioachim, regnavit in Hierusalem annis undecim. 2. Regum 25.
Cuius anno nono venit Nabuchodonosor in Iudeam, et obsessa est Hierusalem usque in annum undecimum Sedechiae. Cumque videret Sedechias urbem capiendam esse, fuga elapsus est. Quem persequentes Babylonii comprehenderunt cum uxore ac filiis, et adduxerunt eum ad regem in Reblata, sive ut alii dicunt in Arabatha, ubi ipso Sedechia inspiciente filios eius et amicos iussit interfici, oculos vero eius erui, ipsumque vinctum in Babylonem duci, et usque ad finem cf. Ios. X, 8.
vitae Nabuchodonosor in custodia carceris includi. In hoc autem loco quibusdam videntur discordare Hieremias et Ezechiel, quia Hieremias* predixit Sedechiam ducendum esse in Babylonem, Eze- * c. 38.
chiel** vero dixit illum non visurum esse Babylonem; sed vera concordia utriusque prophetia ** c. 12.
completa est. Ductus est enim vinctus in Babylonem secundum Hieremiam, sed quia coecus ductus est, non vidit eam cf. Ios. l. l.
iuxta Ezechielis prophetiam.

1	30	8	18	8	11	
2	31	9	19	9	12	
3	32	10	20	10	13	
4	1	11	21	11	14	Astiages, rex Medorum octavus, regnavit annis triginta octo. — Solon Hier.
5	2	12	22	12	15	leges dedit Atheniensibus.
6	3	1	23	13	16	Vafres rex Aegyptiorum regnavit annis triginta.

Anno undecimo Sedechiae capta est Hierusalem ab exercitu Nabuchodonosor, mense quarto, nona die mensis, anno Ier. c. 39.
tercio postquam obsessa est, regni vero Nabuchodonosor anno 19, sicut Hieremias testatur, qui dicit*, quartum * c. 21.
annum Ioachim, filii Iosiae, primum fuisse Nabuchodonosor, cum in libro Danielis legatur** idem rex Babylonis ** c. 1.
anno tercio Ioachim Hierusalem cepisse et spoliasse. Quae sibi quomodo conveniant, in questione est, nisi forte uterque illius huius primus esset, scilicet finis tercii et principium quarti. Misit
autem Nabuchodonosor principem militiae suae Nabuzardan in Hierusalem, qui veniens spoliavit templum, et succendit illud mense quinto, decima die mensis, anno Sedechiae regis undecimo, a prima aedificatione templi anno 443°; ab Ios. X, 8.
egressu autem filiorum Israel de Aegypto tunc erant anni 920[a], menses 4, dies 10, a diluvio vero anni 1717, menses cf. Ios.
4, dies 10, ex quo vero factus est Adam 3373, menses 4, dies 10. Mansit autem hic populus sub regibus a Saul et David per quingentos quinque annos, menses 4, dies 10, sub ducibus vero ann. 348 post mortem Moysi et ducis Ihesu.
Haec ita se habent iuxta Hebraicam veritatem; Iosephus autem et alii quidam aliter sentiunt.

Rex autem Ioachim[b] coecatus est, et cum pontifice Iosedech omnique populo captivus ductus est in Babylonem, permansitque captivitas haec per annos septuaginta usque in secundum annum Darii, licet Cyrus rex multos eorum absolverit. Numerantur autem hi anni secundum quosdam a tercio anno Ioachim, qui et Eliachim, usque ad vicesimum annum Cyri regis Persarum, porro secundum alios a 13° Iosiae, patris Ioachim, anno, quo Hieremias prophetare coepit, Hier.
usque ad primum Cyri annum, secundum alios vero ab undecimo Sedechiae anno usque ad secundum annum Darii, tercii regis Persarum. Desolationis vero templi sub Dario completi sunt anni septuaginta. Huius rei testis est Zacharias propheta, secundo anno Darii dicens: *Domine omnipotens, quousque non miserebaris Hierusalem, et civitatibus Iuda quas despexisti?* Hic septuagesimus annus est.

Nabuzardan igitur princeps militiae regis, succenso templo et transmigrato populo, quasdam reliquias ex pauperioribus populi reliquit in Iudea ad excolendam terram et persolvenda tributa, proficiens eis Godoliam. Quem cum Ismahel de Ios. X, 9.
regio semine occidisset, timentes ceteri Babylonios propter necem eius, ad Vafrem regem Aegyptiorum fugientes, Hieremiam prophetam invitum et contradicentem cum discipulo suo Baruch secum pertrahunt. Quinto autem anno captivitatis Hebraicae, cum subdidisset sibi Nabuchodonosor Ammonitas et Moabitas, perrexit in Aegyptum et subvertit eam, et reversus denuo Iudaeos duxit captivos in Babyloniam anno regni sui 24°, nullum iam ex eis in provincia relinquens, per quos excoleretur, nec aliam gentem imponens, sicut apud Samariam factum est in captivitate decem tribuum; ideo desolata est omnis Iudaea, et templum per annos septuaginta desolatum permansit. Omne autem tempus a captivitate Israel, id est decem tribuum, usque ad duarum tribuum transmigrationem fuit annorum 145, mensium 6, dierum 10.

Nabuchodonosor autem post secundum annum vastationis Aegyptiacae, qui est annus regni sui 27, vidit somnium de statua, quod interpretatus est Daniel; postea facta sunt illa omnia quae leguntur de erectione statuae et trium puerorum cf. Ios. X, 11.
in ignem immissione, et de secunda eius visione, quae significabat eius abiectionem de hominibus per septem annos, et de reversione eius denuo in regnum, quae omnia certis annorum spaciis non suut distincta in libro Danielis; regnasse tantum illum annis 43 in commentario super Danielem dicit sanctus Hieronimus. Neminem vero moveat, quod nos dicimus eum visionem vidisse anno regni sui 27, cum Daniel dicat, in anno secundo regni sui eam sibi ostensam fuisse; sed sciat, iuxta sanctum Hie-
ronimum* ex traditione Hebreorum secundum annum regni eius Danielem hic dicere non Chaldeorum et Iudeae, quod diu * ad c. 2.
iam tenuit, sed quod multis barbaris nationibus devictis postea acquisivit, et hunc esse apud Danielem eundem secundum annum regni, quem Iosephus dicit secundum vastationis Aegypti. Alioquin non stabit quod idem Daniel dicit, quod anno tercio Ioachim, quem primum annum Nabuchodonosor dicunt, idem rex in Iudaeam venerit, translatisque multis in Babylonem, eundem Danielem et socios eius adhuc pueros nutriendos erudiendosque tradiderit, ut enutriti tribus annis postea
starent in conspectu eius. Tradit autem Iosephus*, quod huius quoque pater Nabuchodonosor dictus sit, et 21 * X, 12.
annis in Babylone regnaverit. Quo defuncto, iste Nabuchodonosor regnavit annis 43 aut plus. Hic tantae fuit fortitudinis, ut etiam Maiestenes in quarto Indicorum libro nitatur approbare, hunc regem fortitudine et actuum magnitudine Herculem transcendisse. Post cuius mortem suscepit regnum eius Evilmerodac, filius eius, quem Iosephus Almilmadapachum vocat*, qui Ioachin de carcere sublevavit. Cui successit Baldasar, frater eius, iuxta Orosium[18] et alios * l. l.
quosdam, sed Berosus, gentilis hystoriae scriptor, et Iosephus aliter de successoribus eius scribunt, quibus et beatus Hieronimus** non dissentit, qui Baldasar filium Nabuchodonosor ** ad Dan. c. 5.
non fuisse dicit. Sic enim Iosephus scribit*: *Post mortem Nabuchodonosor Almilmadapachus successit in* * l. l.
regnum, qui regem Ioachin, qui et Iechonias, solvit a vinculis. Quo mortuo, Egesarius, qui et Neglisar, filius eius, tenuit principatum. Eo mortuo, ad eius filium Nabosardachum, qui et Laborsedech a quibusdam dicitur, pervenit imperium. Quod dum

a) *hi et qui sequuntur numeri tantum non omnes e corr. l.; Iosephi enim numeros Ekk. mutavit.* b) ioachim *corr.* sedechyas 5.

18) Apud Orosium de his regibus nihil legitur.

Ios. X, 13. *novem mensibus habuisset eo defuncto transiit ad Baldasar, qui et Naboar nuncupabatur.* Contra hunc regem castra metati sunt Cyrus rex Persarum et Darius rex Medorum. Qui cum obsiderent eum, quadam nocte inter epularum convivia vidit manum scribentem in pariete, ut legitur in Daniele[*], et ipsa nocte capta est civitas, et ipse Baldasar occisus est. Darius itaque, filius Astiagis, quem Daniel filium Asweri nuncupat[**], qui et ipse alio nomine vocabatur a Grecis, cum esset maior natu quam Cyrus — erat enim annorum sexaginta duorum — cedente sibi Cyro iure propinquitatis, Chaldeorum regnum obtinuit, unde Danielem secum abduxit in Mediam, eumque omni honore coluit. Erat enim unus inter tres satrapas, quos Darius super trecentos sexaginta constituerat satrapas. Hunc ergo finem regni Babylonici, quem diximus, fuisse cognovimus. Sed eum tam potentes atque famosi Babyloniorum existerent reges, queritur, quaenam causa sit, cur non in numero et ordine illustrium habeantur regum. Scimus enim, quoniam regnum Assyriorum, quod a Semiramide, Nini uxore, in Babylonia est fundatum, diuturno tempore in ea et usque ad Sardanapallum permansit. Quo interfecto, a Medorum prefecto Arbace regnum Assyriorum in Medos est translatum, Medorumque reges exinde in ordine et numero ab hystoriographis traduntur, donec ad Persas translatum est regnum. Ergo si regnum Assyriorum translatum est ad Medos, nunc regnum Babyloniorum quod sit si quis scire voluerit, recolat Asiam a Nino occupatam totumque orientem usque ad Indos, ab uxore vero eius insuper Aethyopas aliasque nationes regno Assyriorum esse subiectas. Ex quo apparet, discedentem ad Medos Arbacem maximam regni partem dignitatemque invasisse ac penes se in Media retinuisse. Chaldei vero Babyloniam sibi adversus Medos vendicaverunt, et ita potestas Babyloniae apud Medos, proprietas vero regni apud Chaldeos fuit. Chaldei autem propter antiquam regiae urbis dignitatem, non suam dignitatem, sed illius vocare maluerunt. Unde factum est, ut Nabuchodonosor ceteriique post eum reges usque ad Darium et Cyrum, qui Chaldeorum regnum civitatemque Babyloniam destruxerunt, quamvis Chaldeorum viribus potentes, nomine tamen Babyloniae clari legantur.

* c. 5. ad fin.
Ios. c. 14.
** c. 9.
cf. Hier. ad Dan. c. 5.

Aug. XVIII. c. 25. His adhuc temporibus illi septem, quos antiquitas sapientes iactabat, fuerunt, qui nonnulla quidem honestiora morum precepta brevitate sententiarum complexi sunt, nichil autem monimentorum quod ad litteras attinet posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dedit, Thales vero physicus fuit et suorum dogmatum libros reliquit.

Aug. VIII, 2. Aug. l.l. Phytagoras Samius, a quo ferunt phylosophiae nomen exortum, qui [19] et arithmeticae artis et musicarum consonantiarum repertor fuisse dicitur, eisdem temporibus fuisse fertur. Nam cum antea sapientes dicerentur, qui aliis prestare videbantur, iste interrogatus quid profiteretur, phylosophum se esse respondit, id est studiosum vel amatorem sapientiae, quoniam sapientem profiteri se arrogantissimum sibi videbatur.

Hier. cf. Aug. l.l. Per idem tempus etiam alii plures claruerunt: Alcmannius et Stersicorus poetae, Pherecides hystoriarum scriptor, Xenophanes physicus et tragedus, Sapho mulier in multis poematibus clara, Anaximander physicus, cuius magister erat Thales Milesius.

	anni captivitat.*	Medor.	Aegypt.	Rom.	Maced.	Lyd.
	1	9	7	29	19	22
Hier. Alcetas, rex Macedonum octavus, regn. ann. 29.	9	17	15	37	1	30

cf. Isid. Beda. Finitur aetas sacculi quarta in captivitate Hebreorum, continens annos 486, et fiunt simul anni quatuor aetatum ab inicio mundi usque ad captivitatem 3374. Quinta aetas incipit a captivitate usque ad Christum.

H. m. Servius Tullus, Romanorum rex sextus, regnavit annis triginta quatuor. Hic genitus ex nobili femina, captiva tamen et ideo ancilla, cum dormiret adhue puer in regia Tarquinii Prisci, uxor eiusdem regis Tanaquil vidit quasi ardere caput eius, et propter hoc prodigium liberaliter eum inter suos pueros educavit, pro qua re ad regnum pervenit. Iord. Nam post mortem Tarquinii, annitente regina, subrogatus in locum regis quasi ad tempus, regnum dolo partum sic Hier. amministravit industrie, ut iure adeptus videretur. Hic tres montes urbi adiunxit, Quirinalem, Viminalem, Esquilinum, H. m. fossas circa murum duxit, primus omnium censum ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitum[a], omnibusque sub eo Romae in censum delatis, inventa sunt capita civium Romanorum cum his qui in agris erant 84000. Ad ultimum occisus est scelere generi sui Tarquinii Superbi, qui fuit filius superioris regis cui ipse successerat, consentiente in necem eius filia sua, quam Tarquinius uxorem habebat. Quo adhuc regnante, Baldasar imperavit Chaldeis, sub quo Daniel mysticam scripturam in pariete legit et interpretatus est.

Eodem tempore Claudia, quinta vestalis virgo, pro stupri crimine accusata est. At illa purgare se dedignata humaniter, in vadum Tyberis ivit, navim ascendit, proram zonula sua ligavit et ait: *Si virgo sum, sequere me.* Mox navis mota Romam ingressa est.

	10	18	16	1 2	2 3	31 b 32
Hier. Amasis rex Aegypt. regnavit ann. 42.	25	33	1	17	18	46
Croesus, rex Lydorum ultimus, regn. ann. 25.	29 30	37 38	5 6	21 22	22 23	1 2

Iord. Hier. Cyrus Persa Medorum destruxit imperium, quod steterat per annos 259 sub regibus octo, transferensque illud ad Persas, regnavit ipse ibi primus annis triginta, a tricesimo primo anno desolationis templi usque ad sexagesimum eiusdem desolationis. Qualiter autem ad Persas venerit regnum Medorum, dissonantia quaedam est hystoriarum. Quidam enim sic scribunt.* Astiages, rex Medorum ultimus, virili prole vacuus, Cyrum nepotem apud Persas genitum habuit. Sed Cyrus mox ut adolevit, congregata Persarum manu, avunculo certamen indixit. Porro Astiages oblitus sceleris sui, quod in Arpalum dudum admiserat, cum filium eius unicum et parvulum interfecit epulandumque patri apposuit, ac ne quid infelicissimae orbitati felix ignorantia subtraheret, infames epulas ostensis patri cum capite manibus improperavit, huius inquam facti immemor, ipsi Arpalo summam belli commisit. Qui acceptum exercitum statim Cyro per proditionem tradidit. Quo comperto Astiages, raptis secum copiis, in Persas ipse proficiscitur, certamenque acrius instaurat, proposito suis metu, si quis e praelio cedere moliretur, ferro exciperetur. Qua necessitate acriter pugnantibus Medis, cum Persae paulatim cederent, matres et uxores eorum eis obviam currunt, orantes, ut in praelium reverterentur, cunctantibusque sublata veste obscena corporum ostendunt, quaerentes num in uteros matrum vel uxorum refugere vellent. Quo facto erubescentes Persae, in praelium redeunt, et impressione facta, quos fugiebant fugere compellunt. Ibi tunc Astiages capitur, cui Cyrus nichil aliud quam regnum abstulit, eumque maximae Hyrca-

* Oros. I, 19.

*) Anni captivitatis Iudaicae *codd.* a) *ita* 1. b) *ita* 1., *ubi annorum ordo turbatus est et in* 3 *ultimis columnis numerus uno minor legi debebat, quod cum animadverteret a.* 36. *bis scripsit.*

19) *Qui — fertur* ex fonte mihi incognito.

norum genti preposuit, in Medos vero ipse rediro noluit. Is finis imperii Medorum fuit. Sed civitates, quae tributariae Medorum fuerunt, a Cyro defecerunt; quae res Cyro multorum bellorum causa fuit et origo. Sic Pompeius Trogus et alii quidam testantur. Ast alii, quibus etiam beatus Hieronimus consentiro videtur, dicunt, Astiagem maternum avum Cyri fuisse, et Darium Astiagis filium extitisse et avunculum Cyri, qui cum eo Babylonem et regnum Chaldeorum destruxit, ac per illum Medorum regnum estimant ad Cyrum velut hereditario iure pervenisse. Unde Iordanis episcopus sic scribit*: Post captam Hierosolimam a Nabuchodonosor rege Babyloniorum et post desolationem templi regnum Medorum, quod steterat per annos 259, destructum est et in Persas translatum, quia Cyrus rex Persarum et Darius rex Medorum, filius Astiagis, parentela coniuncti nepos et avunculus fuerunt, irruentesque super Baldasar, abnepotem Nabuchodonosor, regem Babyloniae, regnum eius pervadunt, mortuoque Dario Cyrus et suum, id est Persarum regnum, et affinis sui Darii, hoc est Medorum regnum, cum tercio illo regno quod captivaverant obtinuit. Post is ammodum Persarum regnum et gentem elevavit. Quae gens a predicto Cyro usque ad Darium, Arsami filium, regnavit per annos plus minus 230; sicque in Alexandriam regnum devenit. Hunc Darium dicit Daniel filium Asueri fuisse, nescio qua ratione, nisi forte Astiages, qui pater eius ab aliis dicitur, binomius fuerit, ut et Asuerus dictus sit. Dicit enim sic Daniel*: *In anno primo Darii, filii Asueri, de semine Medorum, qui regnabat super regnum Chaldeorum, vidi visionem.* Dicit et de Astiage*: *Rex Astiages appositus est ad patres suos, et suscepit Cyrus Perses regnum eius, et erat Daniel conviva regis,* et reliqua.

Hier. ad Dan. c. 5.

* ap. Mur. p. 221.

* c. 9.

* c. 13. 11.

Horum omnium convenientia qualiter se habeat, studiosioribus propositam relinquamus; hoc tantum in hystoriis notum habemus, quod Cyrus Persis primus regnavit, et in cronicis annotatum invenimus, quod tricesimo primo anno desolationis templi regnare coepit, et vicesimo regni sui anno Babylonem cępit, interfecto Baldasar rege Chaldeorum, vixitque postea decem annos, et Medorum Chaldeorumque regna suo, id est Persarum regno, subiugavit. Huius igitur anno primo concurrebat septuagesimus captivitatis Iudaicae annus, ut Iosephus refert*; sed de illa captivitate, quando templum incensum est, hoc stare non potest, cum hic annus esset 31us, nec de illa qua Ioachin, filius Ioachim, abductus est, cuius 43us hic erat annus, nec de illa quoque quae sub patre eius Ioachim, qui et Eliachim, facta est, quando Daniel et socii eius inter ceteros translati sunt, cuius hic annus est quinquagesimus primus, nisi forte pro captivitate deputentur omnes anni a tercio decimo anno Iosiae, quo Hieremias primum coepit de captivitate predicare.

cf. Hier.

* Ios. XI, 1.

Cyrus itaque dum legeret prophetias Ysaiae, et scriptum reperisset dixisse dominum quoniam: *Volo, Cyrum, quem muttarum et magnarum gentium regem constitui, mittere populum meum ad propriam terram, et templum michi reconstruere,* miratus est nomen Domini, et impetus quidam accepit eum, ut munificam illam scripturam impleret, quam ante 160 annos destructionis templi Ysaias predixit. Hic namque fere quinquaginta milia Iudaeorum regredi fecit in Iudaeam, qui constructo altari fundamenta templi iecerunt. Cumque a vicinis gentibus impediretur opus, usque ad Darium, filium Hydaspis, remansit imperfectum, solo tantum altario consistente. Apud Hebreos autem, qui tunc ascenderant ad Iudaeam ex captivitate, pontifex maximus Ihesus, filius Iosedech, et princeps Zorobabel clari habebantur. Quinto autem anno Cyri, qui est desolationis templi 35us, prophetabant Aggeus et Zacharias.

Ios. XI, 1.

Hier.

Ea quae de Croeso memorantur, quomodo temptaverit oracula, his fuere temporibus. Hic decimo anno Cyri adversus eum iniit bellum. Vicesimo autem regni sui anno Cyrus cępit Babylonem cum avunculo suo Dario, Astiagis filio. Ibi tunc Croesus Lydorum rex, famosus opibus, cum ad auxiliandum Babyloniis venisset, victus in regnum suum refugit. Capta vero Babylonia, Cyrus bellum transtulit in Lydiam, captumque Croesum et vita et patrimonio donavit, regnum vero Lydorum destruxit, quod stetit per annos 230.

cf. Iord. Oros. II, 6.

Hier.

Igitur Cyrus cum plurimas gentes suo subdidisset imperio, Scythis bellum intulit. Ubi cum filium Thamaris reginae, quae tunc genti preerat, cum tercia parte copiarum suarum astu occidisset, illa econtra diffidentiam simulans desperatione cladis illatae, paulatim decedendo superbum hostem in insidias vocat, ibique compositis inter montes insidiis, ducenta milia Persarum cum ipso rege delevit, adiecta super omnia ammiratione, quod ne nuncius quidem tantae cladis superfuit. Regina vero caput Cyri amputans, atque in utrem humano sanguine obpletum conici iubens, non muliebriter increpitavit: *Sacia te,* inquiens, *sanguine quem sitisti, cuius per annos* 30 *insaciabilis perseverasti.*

Oros. II, 7.

Anaximenes physicus his temporibus agnoscitur; Symonides clarus habetur; Stersicorus poeta et Thales Milesius moriuntur.

Hier.

Iuda.	Persar.	Aegypt.	Rom.	Maced.	Lydor.	
31	1	7	22	23	3	Regnum Persarum cępit exordium.
38	8	14	29	1	10	Amintas, rex Macedonum nonus, regn. annis 50. Annus ducentesimus a conditione urbis Romanae.
43	13	19	34	6	15	

Lucius Tarquinius Superbus, quod cognomen ei ex moribus datum est, Romanorum rex septimus et ultimus, regnum avitum, quod a socero suo Servio tenebatur, rapere maluit quam exspectare, missisque in eum percussoribus, scelere partam potestatem non melius egit quam acquisivit. Nec abhorrebat moribus eius uxor Tullia, quae ut virum regem salutaret, supra cruentum patrem vecta carpento consternatos equos egit. Iste primus excogitavit vincula, taureas, fustes, lautomas, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla. Ipse in senatum cedibus, in plebem verberibus, in omnes bonos superbia, quae crudelitate gravior est, grassatus est. Tam diu superbiam regis populus Romanus pertulit, donec libido affuit; hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit. Nam cum Ardeam obpugnaret octavo decimo miliario ab urbe Romana positam, filius eius Sextus Tarquinius nocte armatus do castris Romam venit, et nobilissimam Lucretiam, Lucretii Tricipini filiam, Tarquinii Collatini uxorem, per vim stupravit. Quae mox maritum et patrem cum aliis amicis e castris asciscens, vim quam perpessa est pudibunda et flens conquesta est. Quibus eam consolantibus, nec hoc quod per vim passa est pro crimine ducentibus, ait: *Nulla impudica exin Lucretiae defendet se exempto.* Tum ferrum, quod sub veste celabat, subito visceribus immersit. Pro qua re commotus populus Romanus a Bruto eius patre et viro Collatino, imperium Tarquinio adimendum decrevit. Mox quoque exercitus Ardeam, quam obpugnabat, cum ipso rege relinquens, Romam rediit, ipsumque Tarquinium venientem portis obseratis exclusit. Cumque imperasset annis 35, cum uxore et liberis fugit; sicque dominatus regii finis factus est.

Iord. II. m. Iord. II. m. II. m.

Haec est prima aetas et quasi infantia Romani populi, quam habuit sub regibus septem per annos 243, cum adhuc Roma ubi plurimum vix usque ad quintum decimum miliarium possideret.

Iord. II. m.

Post exactos reges per annum unum singuli senatores quinis diebus rem publicam obtinuerunt, dehinc pro uno rege creati sunt duo consules per annos singulos hac de causa, ut, si unus malus esse vellet, alter similem habens

Iord. II. m.

Iord. potestatem eum coerceret, et ut scientes se annis tantum singulis populo preesse non insolescerent, magisque consulere
H m. civibus quam imperare discerent, et ita illo anno erga alios agerent, qualiter eos erga se acturos postea vellent.

Hier. Igitur primum erant consules, deinde dictatores, exin tribuni plebis, et rursum consules; qui ordo permansit per
Iord. nongentos sedecimque viros annis 408 usque ad Iulium Caesarem, qui primus monarchiam arripuit. Primi autem con-
Hier. H m. sules, expulso Tarquinio, fuerunt Lucius Iunius Brutus, avunculus Lucretiae, qui maxime egerat ut Tarquinius pelle- 5
retur, et Tarquinius Collatinus, eiusdem Lucretiae maritus; sed Collatino statim sublata est dignitas; placuit enim Romanis, ne quisquam in urbe remaneret, qui Tarquinius vocaretur. Qui eum omni patrimonio suo ex urbe migravit, et in loco eius consul factus est Lucius Valerius Publicola.

Tarquinius vero pulsus de regno ad Porsennam regem Etruriae ceterosque finitimos populos se contulit, et per
H m. trienniun multa mala Romanis ingessit. Collectis enim multis gentibus, in eodem expulsionis suae anno bellum com- 10
movit, et ut in regnum restitui posset dimicavit; ubi in prima pugna Brutus consul et Arruns, Tarquinii filius, invicem se occiderunt, Romani tamen vicerunt. Valerius Publicola Lucretium Tricipitinum, patrem Lucretiae, collegam sibi fecit; quo non multo post mortuo, iterum Horatium Pulvillum sibi collegam sumpsit; sicque primus annus quinque consules habuit.

Secundo anno iterum Tarquinius, auxiliante Porsenna Etruscorum rege, bellum Romanis intulit, continuisque 15
cf. Oros. II,5. impugnationibus trepidam urbem terruit, clausit, obsedit, et nisi Mutius constanti patientia urbe submovisset hostem,
H. m. aut urbem caperet, aut recepto rege iugi servicio populus subiaceret. Is enim Mutius ad feriendum Porsennam in castra eius descenderat; sed videns subregulum eius purpurato habitu stipendia dividentem, arbitratus regem esse,
Iord. occidit eum. Videns autem se frustatum esse, ardentibus in ara focis manum mox intulit, terroremque dolo ingeminans ait: *O manus, ut scias quem effugeris virum; idem enim trecenti iuravimus.* Hoc namque facto hic interritus perseverat, 20
rex vero trepidabat, quasi eius manus arderet. Siquidem una virginum Cloelia nomine ex obsidibus regi datis elapsa
H. m. e custodia equum conscendit, et audacter Tyberi transmeato Romam rediit. Quadam etiam die cum Etrusci per pontem Tyberis irruerent in urbem, quidam Horatius Cocles in fronte pontis solus eis obstitit, donec dissolutus pons per cives dirueretur, et statim cum armis in Tyberim se dedit, ac pariter et hostium victor et fluminis, superiecta Etruscorum
Iord. tela vitavit. Ergo tot tantisque virtutum monstris rex territus, abscessit pacemque cum Romanis fecit. 25

H m. Tercio anno Tarquinius cum se in regnum reverti non posse videret, nec ei Porsenna auxilium preberet, non longe ab urbe civitatem Tusculum condidit [a], atque ibi per 14 annos privatus consenuit.

H. m. Quarto anno Sabini bellum Romanis intulerunt, et victi sunt.

Hier. Quinto anno Lucius Valerius, ille Bruti collega, iam quater consul, mortuus est, adeo pauper, ut sumptu publico,
H. m. collectis nummis a civibus, sepeliretur. 30

Nono anno post exactos reges cum gener Tarquinii ad iniuriam soceri vindicandam ingentem collegisset exercitum, nova Romae dignitas est creata, quae appellabatur dictatura, maior consolatu, similis imperiali potestati quam postea tranquillitas regni habebat, maxime cum Augustus quoque Octavianus et ante eum Iulius Caesar sub dictaturae nomine
Hier. atque honore regnaverint. Eodem etiam anno et magister equitum factus est, qui dictatori obsequeretur. Dictator autem
H. m. primus fuit Marcus Valerius, magister vero equitum primus Spurius Cassius. 35

Sexto decimo anno Marco Valerio dictatore delectum militum faciente, seditionem populus Romae fecit, tanquam a senatu premeretur, discessionemque a patribus faciens, sacrum montem insedit armatus, sibique tribunos plebis quasi proprios iudices et defensores creavit.

Septimo decimo anno Volsci contra Romanos bellum preparaverunt, sed victi per Marcum Valerium, Coriolos civitatem optimam perdiderunt. Idem vero Marcus anno sequenti expulsus ab urbe, ad Volscos contendit iratus, ipsorumque 40
auxilio Romanis bella inferens, sepe illos vicit, et usque ad quintum miliarium urbis accessit, obpugnaturus eam, nisi mater eius Veturia et uxor Volumnia venissent ad eum ex urbe, quarum precibus superatus, remisit exercitum. Et hic secundus erat a Tarquinio, qui dux contra patriam suam esset.

anni captivitatis.	Persar.	Aegypt.	Rom.	Maced.	Lydor.	45
44	14	20	1	7	16	
53	23	29	10	16	25	
54	24	30	11	17	Croe-	

Hier. sus rex Lydorum a Cyro captus est, et regnum Lydorum, quod per annos 241 steterat, destructum est.
Thamaris regina Massagetarum interfecit Cyrum.

60	30	36	17	23[b]	50

cf. Ios. XI, c. 2. Cambises, filius Cyri, rex Persarum secundus, regnavit annis octo. Hic in libro Ezrae Assuerus et Artarxersis nuncupari creditur, ubi quosdam pro impeditione restaurationis Hierusalem ad eum scripsisse, ipsumque suggestioni eorum consensisse narratur. Idem[20] eum magos odio haberet, aures eorum iussit abscidi; sed post mortem eius septem magi filium eius clam occiderunt, ex quibus duo fratres magi, cum
* Hier. ei simillimi viderentur, regnaverunt secundum quosdam * septem mensibus, iuxta Iosephum ** vero anno uno; 55
** XI, 3. quorum temeritas per hoc, quod auribus detruncatis inventi sunt magi, cito deprehensa ferroque repressa est. Quidam
* Hier. ad Dan. c. 11. autem scribunt *, eum qui a magis occisus est Smerdem dictum fuisse et Pantapten, Cambisis filiam, uxorem duxisse,
** Hier. quam illo interfecto Darius cum regno acceperit et ex ea Xersen genuerit. Cambisen vero quidam aiunt ** etiam secundum Nabuchodonosor vocatum, sub quo hystoria Iudith et acta sit et conscripta, quia et in Romana dicitur
* ap. Mur. p. 4. hystoria *: *Tarquinii sane Superbi temporibus Iudith castissima Holofernem interfecit.* Et revera Tarquinius 60
Cambisis fuit contemporaneus; nam primus Cambisis annus illius fuit 18us. Et Cambisen quidem Nabuchodonosor vocatum fuisse, Iudithque hystoriam sub eo conscribi posse, non nego; quomodo autem sub eo acta sit, non video. Nam cum idem in hystoriis non ultra octo annos regnasse legatur, regnique illius tempus in cronicis sic annotatum inveniatur, quomodo ipse anno 12° regni sui Arfaxat regem Medorum potentissimum, qui apud nos nusquam in ordine regum qui 65
Medis imperabant ex quo Assyriorum regnum ad Medos translatum est, vicerit, aut quomodo 13. anno pro iniuriae suae vindicta Holofernem miserit, scientiae meae necdum occurrit, maxime cum regnum Medorum nuper a patre suo Cyro ad Persas translatum sit, sive subverso Astiage, ut quidam volunt, illud invaserit, sive, ut alii dicunt, defuncto Dario, eiusdem Astiagis filio, qui tamen in cronicis non ponitur in catalogo regum, hereditario iure velut avunculi sui regnum 70

a) *H. m.:* se contulit. b) XXXIII. 1. *qui etiam* XXX — XXXII. *pro* XX — XXII. *habet.*

20) Horum verborum fontem nescio.

ad eum pervenerit. Eliachim quoque, qui sacerdos magnus in libro Iudith legitur Iudaeos ammonuisse de confidendo in Domino, non hoc tempore fuisse legitur, nisi forte idem sit qui et Ioachim, quem post Holofernis occisionem ab Hierosolimis Bethuliam pro videnda Iudith venisse liber idem testatur, ut filius Hiesu, qui et Iosue, credatur. Sed hic Ioachim Iosedech est cognominatus, et Hiesus pater eius etiam sub Dario tenuit honorem pontificatus. Sed nos forsan stulte proponentes, nichil autem temere definire presumentes, hystoriarum scriptoribus, ut par est, cedamus, haecque studiosioribus investiganda relinquamus.

His diebus Hyppicus carminum scriptor et Xenophanes physicus ac tragoediarum scriptor agnoscuntur. Symonides et Sophocles, Anacreon et Phociles, lyrici poetae, clari habentur. Phytagoras quoque physicus et phylosophus celebratur, qui de Samo oriundus Crotone deguit, novissime Metapontum adiit, ibique sepultus est. Hier. H. m.

anni captiv.	Persar.	Aegypt.	Rom.	Maced.
61	1	37	18	24[a]
66	6	42	23	29
67	7	Defecit	24	30
68	8	hoc regnum.	25	31[a]

Darius, filius Hydaspis, rex Persarum tercius, regnavit annis 36, ab anno 69. desolationis templi. Hic unus ex his qui magos regnare volentes ferro coercuerunt, cum esset privatus, oravit Dominum pro accipiendo regno, promittens ut si fieret rex omnia vasa Dei, quae Babyloniae reperirentur, in Hierusalem remitteret, et templum reaedificaret. Cum autem consensu omnium factus esset rex, Neemias, unus ex Hebreis, invenit gratiam coram eo. Qui cum ammoneret eum, ut votum quod voverat Deo adimpleret, secundo anno regni sui, qui erat septuagesimus destructionis Hierusalem et templi, omnem relaxavit captivitatem, sicut per prophetas predictum fuerat. Ergo venia reaedificandi templi sub Cyro exordium habuit, sed impedientibus inimicis mansit imperfectum usque ad Darium, cuius regni anno secundo a Zorobabel et Hiesu construitur, et quarto aedificationis anno, qui est Darii sextus, perficitur opus, iuxta Iosephum* vero anno septimo, qui est Darii nonus, consummatur, prophetantibus ultimis Aggeo et Zacharo et Malachia, qui Angelus dicitur apud Iudaeos. A prima autem aedificatione templi sub Salamone usque ad reaedificationem sub Dario secundum quosdam* sunt anni quingenti duodecim, iuxta Iosephi vero assertionem** 450. Hier. Oros. II, 8. Ios. XI, 3. cf. 1. Esd. 6. 2. Esd. 1. Hier. * XI, 6. * Iord. ** l. l.

Darius Antyro regi Gothorum Scythiae degentium bellum cum septingentis milibus intulit, eo quia sibi filiam suam in coniugium negavit, ubi ipse 80000 amisit. Post haec Asiam Macedoniamque perdomuit, et in campis Marathoniis cum Atheniensibus conflixit, ubi ducenta milia sui exercitus amittens, victus in Persas refugit. Cum autem instaurare bellum et ulcisci in victores moliretur, in ipso apparatu concidit. Oros. II, 8.

His diebus claruerunt Ellanicus hystoriographus, Democritus phylosophus, Eraclius cognomento tenebrosus, Anaxarus et Diogenes et Xenophanes physici, Eschylus tragedus, Hyppicus carminum scriptor, Symonides et Anacreon et Pyndarus lyrici. Phytagoras vero his diebus moritur. Hier.

anni captiv.	Persar.	Rom.	Maced.	
69	1	26	32	
70	2	27	33	Hoc[b] anno reaedificari coepit templum, ex qua reaedificatione usque ad 42. annum
	3	28	34	Augusti, quo natus est Christus, computantur anni 519, ad 15[mum] vero Tyherii et predicationem Christi anni 547.
	10	35	41	
	11		42	Apud Romanos dominatus regii finis est factus, quibus a Romulo usque ad Tarquinium Superbum septem reges dominabantur per annos 243.

Persar.	Maced.	
16	47	Phythagoras moritur.
17	48	
18	49	
19	50	Nova dignitas Romae creata est, scilicet dictatura et magistratus equitum.
20	1	Alexander, rex Macedonum decimus, regn. ann. 43.
26	7	Discessio plebis a patribus, et tunc tribuni constituti sunt.
31	12	His temporibus gloriosissima numero et viribus familia Fabiorum, cum esseut 306, speciale sibi adversus Vegentanos certamen expetiverunt in decennium, promittentes per se omne certamen impleri. Itaque profecti, omnes nobiles, et qui deberent singuli magnorum exercituum duces esse, insidiis circumventi, omnes trucidati sunt, uno tantum residuo, qui propter aetatem pucrilem duci non potuit ad praelium. H. m.
1	18	Xerses, filius Darii, rex Persarum quartus, regnavit annis viginti. Hunc, dicit Iosephus*, voluntatis paternae erga Iudaeos et templum Dei heredem extitisse, unde et Ezram eius gratiam adeptum cum multis aliis Hierosolimam directum fuisse, Neemiam quoque pincernam eius extitisse, cum Ezras scribat, se permissione Artarxersis regis a Babylone descendisse, ipseque Neemias testetur, se pincernam Artarxersis regis extitisse. Per illud tempus princeps sacerdotum fuit Ioachim, cognomento Iosedech, filius Hiesu. Quo mortuo, successit ei filius eius Eliasib. Iosephus vero Ioachim vocat Iudam. Defuncto autem Eliasib, Ioiada, filius eius, sacerdotium suscepit, cui Iohannes, filius eius, successit. Igitur Xerses septingenta milia armatorum de regno et trecenta de auxiliis, rostratas etiam naves mille ducentas, onerarias autem 3000 habuisse describitur, cum Greciam vastare disponeret, ut merito inopinato exercitui immensaeque classi vix ad potum flumina, vix ad ingressum terras, vix ad cursum maria suffecisse, memoratum sit. Hinc est quod mari pontem navibus imposuisse legitur. Huic tam incredibili nostris temporibus agmini, cuius numerum nunc difficilius est astrui, quam tunc fuit vinci, Leonida rex Spartarum cum quatuor milibus hominum in angustiis Termipolarum obstitit, et pene eum vicit. Deinde Themistocles, Atheniensium dux, navali praelio exercitum eius superavit. Ad ultimum Xerses, bello in Grecia infeliciter acto, contemptibilis factus est suis, domumque reversus, per Artabanum prefectum suum in regia circumventus occiditur. Qui regnavit pro eo mensibus septem, dein Artarxersis. Hier. * XI, 7. Ios. XI, 7. ib. 8. cf. Hier. Oros II, 9 Oros. l. l. c. 11. Hier.
1	38	Artarxersis, qui Macrochir, id est longimanus, dicebatur, regnavit apud Persas annis 40, a restauratione templi anno 56[o]. Quo regnante Ezras sacerdos clarus habebatur apud Hebreos, utpote magister omnium in legibus Iord. Hier.

a) XXV—XXXII. 1. b) *Haec partim e corr.* 1.

2. Esd. sacris; ipse quippe legem renovavit, Neemias vero muros civitatis perfecit, pontifex vero templi maximus fuit Ioiada, filius Eliasib, quem Iosephus Iudam dicit.

	Maced.	Persar.
Hier. Socrates nascitur.	2	39
Perdicca, rex Macedonum 11us, regn. ann. 28.	7	1
	8	2
Annus tricentesimus a conditione urbis Romanae.	14	8
	26	20

His igitur in locis de regum temporumque serie scriptores hystoriarum videntur dissentire. *XI, 8. Ea quippe quae de Ezra et Neemia scribuntur, Iosephus* sub rege Xerse, filio Darii, refert facta fuisse, si tamen codex in quo sic habetur mendosus non est, ut magis ex scriptorum neglegentia, quam ex hystoriographi hoc evenerit sententia. Scriptum quippe ibi reperitur, Neemiam regis Xersis pincernam fuisse, illumque anno eiusdem regis 25° ad reaedificandam Hierusalem eius permissione venisse, et 38° eius anno mense nono muros eius perfecisse, cum nec ulla alia hystoria apud nos nec in *ib. c. 9. cronicis inveniatur ultra 20 annos regnasse. Idem quoque dicit*, Artarxersena, quem ipse Cyrum nominat, sub quo hystoria Hester acta est, huius Xersis filium fuisse sibique in regnum successisse, cum in regni Persarum successione inter illos ponantur quinque, scilicet Artabanus, qui occiso eodem Xerse regnavit mensibus septem, Artarxersis iste, de quo nunc agitur, qui Macrochir dicebatur, quique regnavit annis 40, Xerses alius mensibus duobus, Sogodianus mensibus 7, Darius Nothus annis 19, qui simul computantur anni 60 menses quatuor. Ipse etiam Neemias, ut in libro Ezrae legitur*, Artarxersis pincernam se 2. Esd. c. 2. fuisse fatetur, et vicesimo regni eius anno accepta licentia ab eo ad reaedificandam Hierusalem descendisse, ac per *ib. c. 13. annos 12, hoc est 32° eiusdem regis anno, opus suum perfecisse*. Primum enim, ut sepe dictum est, ad imperium cf. Hier. ad Dan. c. 9. Cyri Zorobabel princeps Hebreorum et Iliesus pontifex summus et qui cum eis ire volebant, postea Ezras et cum eo multi de Babylone ad exstruendum templum et Hierusalem descenderant; sed contradicentibus in circuitu nationibus, constructo altari templum mansit imperfectum usque ad secundum Darii annum, qui est annus quadragesimus a primo Cyri anno; sed ipso Cyro permittente, templum cum peribolo suo perfectum est anno eius sexto, muri vero Hierusalem remanserunt imperfecti usque ad Neemiam per annos 64 a perfectione templi, sicque 20° anno Artarxersis huius Neemias eos aedificare coepit et 30° anno regis eiusdem perfecit. A quo tempore, scilicet a vicesimo Artarcf. ibid. xersis anno, si quis numeraverit septuaginta ebdomadas a Daniele scriptas, quae faciunt annos 490, reperiet eas in regno Neronis expletas, sub quo Hierusalem obsideri cepta, secundo Vespasiani anno capitur. De quarum ebdomadarum subputatione multa inter doctores diversitas est. Quidam enim computant eas a 20° anno Artarxersis usque ad obsidionem Hierusalem sub Nerone, ut dictum est, alii vero a perfectione templi sub Dario usque ad Hyrcanum, in Hier. quo defecit sacerdotium, quorum sententia huiusmodi est. Igitur septem et 62 ebdomadae, quae simul fiunt 69, faciunt annos 483, in quibus christi, id est sacerdotes, per unctionem consecrati regnaverunt, ab instauratione Hier. ad Dan. templi sub Dario usque ad Hyrcanum, in quo novissimo crisma et sacerdotium defecit Iudaeorum. Quod autem a c. 9. perfectione templi, hoc est a sexto Darii anno, usque ad decimum Augusti annum septem et 62 ebdomadae, id est anni 483, computentur, sic possumus approbare. Sexagesimae sextae olympiadis anno primo, hoc est anno Darii sexto, completa est templi aedificatio, et centesimae octogesimae sextae olympiadis anno secundo, id est Augusti decimo, Herodes suscepit regnum Iudaeorum, in quibus fiunt anni 483, per singulas olympiades quadriennio subputato. Alii vero easdem ebdomadas a vicesimo Artarxersis anno computantes, in octavo decimo * Beda de Tyberii anno, quo Christus passus est, eas finiri volunt, sic scribentes*: „Septuaginta, temp. rat. c. 7. inquit, ebdomadae abbreviatae sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prevaricatio, et finem[b] accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iusticia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum.“ Nulli dubium, quin haec verba Christi incarnationem designent, qui tulit peccata mundi, legem et prophetas implevit, et unctus est oleo leticiae pre participibus suis, notumque est, quod ebdomades 70 per septenos annos distinctae quadringentos et 90 annos insinuent. Sed notandum, quod easdem ebdomadas non simpliciter annotatas sive computatas, sed abbreviatas asserit, occulte videlicet lectorem commonens, ut breviores solito annos noverit indicatos. „Scito, inquit angelus, ab exitu sermonis,“ id est licentiae ut iterum aedificetur Hierusalem, „usque ad Christum ducem ebdomades septem et ebdomades 62 erunt, et rursus aedificabitur platea et muri in angustia temporum.“ Ezra narrante didicimus, quod Neemias cum esset pincerna regis Artarxersis, vicesimo anno regni eius mense Nisan impetraverit ab eo instaurari muros Hierusalem, templo multo ante permittendo Cyro constructo, ipsumque opus, ut dictum est, in angustia temporis perfecerit, adeo scilicet a[c] finitimis gentibus impugnatus, ut structores singuli gladio renes acciucti, una manu pugnasse, altera murum recuperasse narrentur. Ab hoc ergo tempore, id est ex quo ei haec licentia data est a rege, usque ad Christum ducem ebdomadas 70 computa, et invenies annos duodenorum mensium lunarium 490, qui sunt anni solares 475. Siquidem Persae a prefato vicesimo anno Artarxersis usque ad mortem Darii regnaverunt annis 116, ex hinc Macedones usque ad interitum Cleopatrae annis trecentis, inde Romani usque ad 17mum Tyberii annum monarchiam tenuerunt annis 59; qui sunt simul, ut diximus, anni solares 475, et continentur circulis decennovenalibus 25. Decies novies enim viceni et quini fiunt 475. Et quia singulis circulis embolismi septem accrescunt, multiplica 25 per septem, et fiunt 175, qui sunt menses embolismales 475 annorum. Si ergo vis scire quot annos lunares facere possint hi menses, partire 175 per duodecim. Duodecies quaterdeni sunt 168. Quatuordecim ergo annos faciunt, et remanent menses septem. Hos igitur quatuordecim annos iunge ad superiores 475, et fiunt simul 489. His adde et menses superfluos septem et partem octavi decimi anni Tyberii, quo Dominus passus est, et invenies a tempore prefinito, id est a vicesimo Artarxersis anno, usque ad passionem Domini ebdomadas[d] 70 abbreviatas, hoc est lunares annos 490, solares vero 475, ad eius vero baptismum, quando unctus est Sanctus sanctorum, descendente super eum Spiritu sancto in specie columbae, non solum ebdomadas septem et sexaginta duas fuisse completas, sed et partem iam septuagesimae ebdomadis videbis inchoatam. „Et post ebdomadas 62, inquit, occidetur Christus, et non erit eius populus, qui eum negaturus est.“ Non ergo statim post 62 ebdomadas, sed in fine septuagesimae ebdomadis occisus est Christus, quam ideo, quantum conicere possumus, segregavit a ceteris, quia de hac erat plura locuturus; nam et Christus in illa crucifixus est, et a populo perfido non modo in passione verum continuo ex quo a Iohanne baptizatus predicare coepit negatus est. Quod autem sequitur: „Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis eius vastitas, et post finem belli statuta desolatio,“ non ad 70 ebdomadas pertinet; predictum

a) artaxensen 1. b) fiat 1. c) a 1. d) ebdomades 1.

enim fuerat, quod ipsae ebdomades usque ad Christi ducatum pertingerent, sed scriptura, predicto adventu et passione Beda l. l.
ipsius, quid etiam post hanc populo qui eum recipere nollet eventurum esset, ostendit. Ducem enim venturum dicit Titum, qui quadragesimo anno dominicae passionis ita cum populo Romano civitatem et sanctuarium dissipavit, ut non remaneret lapis super lapidem. Verum his per anticipationem prelibatis, mox ad exponendum ebdomadae, quam omiserat, redit eventum. „Confirmabit autem pactum multis ebdomada una," hoc est ipsa novissima, in qua vel Iohannes baptista vel Dominus et apostoli predicando ad fidem multos converterunt. „Et in dimidio ebdomadis deficiet hostia et sacrificium." Dimidium ebdomadis huius quintus decimus annus Tyberii caesaris erat, quando inchoato Christi baptismate hostiarum purificatio fidelibus paulatim vilescere coepit. Item quod sequitur: „et in templo erit abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio," ad sequentia tempora respicit. Cuius prophetiae veritatem et hystoria veterum et nostrorum hodieque temporum testatur eventus.

Has diversas expositorum sententias de ebdomadibus in Daniele scriptis ideo posui, ut sapiens attendat et quid eligat videat.

Hucusque divina scriptura temporum seriem continet; quae vero post haec apud Iudaeos sunt gesta, de libris Hier.
Machabeorum et Iosephi atque Africani scriptis exhibentur, qui deinceps universam hystoriam usque ad Romana tempora prosecuti sunt. Equidem Africanus in quinto temporum volumine huius temporis ita meminit scribens: Mansit Hier. ad Dan. c. 9.
itaque imperfectum opus usque ad Neemiam et vicesimum annum regis Artarxersis, quo tempore regni Persarum centum et tredecim anni sunt evoluti, captivitatis autem Hierusalem 173us annus erat, et ex illo tempore si numerare velis 70 annorum ebdomadas, usque ad Christum poteris pervenire.

Anno ab Urbe condita 290o, qui est tercius regis Artarxersis, suspenso ad modicum bello quo Romani diu labo- Oros. II, 12.
raverunt, gravis pestilentia per universam urbem violenter incanduit, quae cum magna multitudine ambos consules Ebutium et Servilium extinxit.

Proximo dehinc anno cives exules servique fugitivi, duce Herbonio quodam Sabino, invaserunt et incenderunt Capitolium; quibus cum Valerius consul et dictator fortiter resisteret, occisus est.

Sequenti anno Aequi Vulscique Minucium consulem in praelio superarunt, fugientemque in Algido monte, qui 12
ferme miliario abest ab urbe, ferro fameque cinxerunt, actumque esset infeliciter, ni Lucius Quintius Cincinnatus, ille II. m.
precipuus dictator, obsidionem solvisset. Hic in rure quatuor iugera possidens, manibus suis excolebat, inventusque in ipso opere arans, ab aratro accersitus, togam pretextatam accepit; mox sumpto honore instructoque exercitu, caesis hostibus, victor rediit, iugumque boum equis imposuit, et victoriam quasi stiram tenens, subiugatos hostes pre se primus egit.

Nono dehinc anno, qui est ab Urbe condita 301us, imperium consulare cessavit, et pro duobus decem facti sunt
rerum potentes, qui a numero decemviri nominati sunt, quae res magnam perniciem rei publicae dedit. Nam cum II. R.
primo anno bene egissent, anno secundo unus ex his Appius Claudius, cedentibus sibi ceteris, solus sibi continuavit H. m.
imperium; deinde statim aliorum coniuratio subsecuta est, ut repente singuli regalibus cum fascibus procederent, omniaque superbo fastu secundum libitum facerent. Unde et Appius predictus Virginii cuiusdam honesti hominis filiam stupravit,
pro qua re pater adactus dolore libertatis et pudore dedecoris, protractam ad servitutem filiam in conspectu populi trucidavit. Qua rei atrocitate populus permotus, et periculo libertatis ammonitus, montem Aventinum occupavit armatus, nec tueri libertatem prius destitit, quam a decemviris potestas ablata est, ipsique dampnati sunt.

Post viginti deinde annos, id est 35o Artarxersis anno, Vegentani rebellaverunt Romanis, contra quos missus Furius
Camillus dictator devicit eos, inventaque in civitate statua Iunonis Monetae, iussit eam transferri Romam. Tunc unus
ex militibus per iocum interrogavit simulachrum, an vellet ire Romam, statimque respondit: *Volo*. Postea idem Manlius cepit et Faliscos, non minus nobilem civitatem; sed commota est ei invidia, quasi predam male divisisset, dampnatusque ob eam causam expulsus est a civitate.

Igitur Galli Senones, duce Brenno, Italiam intrantes, omnia vastaverunt. Quos cum Fabius consul obvius exciperet, ab eis occisus est. Qui cum Romam ingressi fuissent, cede et incendio urbem repleverunt, occisisque senatoribus,
reliquam multitudinem iuvenum, quam constat vix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis latentem obsidione concluserunt. Qua necessitate revocatus Manlius [19] supervenit, occisisque ex hostibus multis, Capitolium ascendit. Galli vero per noctem ascendentes Capitolium pene ceperunt, nisi quod Manlius voce anseris excitatus eis obstiterat. Sed cum eos diu obsiderent, acceptis mille libris auri pro discessu, abierunt. Manlius vero insecutus eos, ita cedebat, ut aurum totum reciperet, et omnia militaria signa, quae ceperant, reduceret. Ita tercio triumphans urbem ingressus,
appellatus est secundus Romulus, quasi et ipse urbis conditor.

Persar.	Maced.	
27	21	His temporibus agnoscuntur Aristarchus tragediagraphus a, Cratinus et Plato comediarum scriptores, Hier. Zenon et Heraclytus, Ferecides secundus hystoriarum scriptor, Sophocles et Aristophanes tragedi, Empedocles atque Parmenides phylosophi clari habentur.
35	1	Archelaus, rex Macedonum 12us, regn. ann. 25.
1	7	Xerses rex Persarum regnavit mensibus duobus. Post quem Sogodianus mensibus 7; sicque annus ille transigitur.
1	8	Darius, cognomento Nothus, regnavit Persis annis 19, a reaedificatione templi anno 97.
2	9	Herodotus cum libros suos Athenis in concilio legisset, honoratus est.
3	10	Plato nascitur.
4	11	Hypocrates quoque medicus et Socrates phylosophus et Zeuxis pictor insignes habentur.
14	21	1	Rursum Aegyptiorum renascitur dinastia, in qua primus regnavit Amarithaeus Saites annis sex.
19	1	6	
1	2	1	Secundus Neferites rex Aegyptiorum regn. ann. sex. — Artarxersis, qui et Memnon cognominatus est, Darii et Persatidis filius, regnavit Persis annis quadraginta, a restauratione templi anno a 116. Hic est, quem Iosephi liber dicit* filium Xersis, quinque regibus transilitis, et iste est, quem Hebrei dicunt Asuerum, sub quo hystoria Hester acta est. * XI, 9 Hier.

His diebus bellum civile vix parricidio terminatum est apud Persas. Mortuo enim Dario rege, cum Artarxersis et Oros. II, 18.
Cyrus, filii eius, de regno certarent, tandem magnis provinciarum ac populorum ruinis utrimque conflictum est. In quo

a) *ita* 1. anno — est *e corr.* l.

19) Ekkehardus Manlium et Furium Camillum inter se confudit et quaedam Hist. misc. adiecit.

conflictu cum e diverso concurrentes sibi ambo fratres mutuo casus obiectassent, prior Artarxerses vulneratus a fratre Cyro, equi velocitate morti exemptus evasit, Cyrus autem mox a cohorte regia obpressus finem certamini dedit. Ita ergo Artarxerses preda fraternae expeditionis et exercitu potitus, potestatem regni parricidio firmavit. Unde *l. l. Iosephus* et alii quidam Cyrum eum nominant.

	Persar.	Maced.	Aegypt.
Hier. Archelaus, rex Macedonum 14us, regnavit ann. quatuor.	2	1	2
Amintas 15us regnavit anno uno.	6	1	6
Pausanitas 16us regn. anno uno. — Tercius Achoris rex Aegyptiorum regn. ann. 12.	7	1	1
Amintas, rex Macedonum 17us, regnavit annis sex.	8	1	2
Socrates, venenum bibens, moritur.	12	5	6
Argeus 18us regnavit annis duobus.	14	1	8
Amintas 19us regnavit ann. 18.	16	1	10
Quartus Spammutes anno uno.	19	4	1
Nectanibus, quintus rex Aegyptiorum, regnavit annis decem et octo.	20	5	1
His temporibus Demostenes orator et Eudoxas astrologus ac Diogenes Cynicus agnoscuntur.	26	11	7
Aristotiles quoque 18mum agens annum, auditor erat Platonis, qui et Xenophon cum aliis Socraticis tunc clarebant.			
Alexander, rex Macedonum 20us, regnavit anno uno.	34	1	15
Ptolomeus, qui et Alorites, rex Macedonum 21us, regnavit ann. 4.	35	1	16
Sextus Theo rex Aegyptiorum regnavit annis 19; sicque regnum defecit.	38	4	1
Perdicca, rex Macedonum 22us, regnavit ann. 6.	39	1	2
	40	2	3

II. m. Anno ab Urbe condita 365, qui est Artarxersis Memnonis[a] 18us, dignitates in urbe mutatae sunt, et pro consulibus
lib. II. vel dictatoribus tribuni militares esse coeperunt, et hinc iam Romana res crescere coepit. Nam Camillus eo anno Volscorum civitatem, quae per annos 70 bellum contra eos gessit, devicit, et Aequorum urbem et Sutrinorum, Titus etiam Quintius Cincinnatus Prenestinos, qui usque ad urbis portas eum bello venerunt, persecutus usque ad flumen Alliam, vicit, et octo urbes, quae sub ipsis erant, Romanis adiunxit. Verum dignitas tribunorum militarium non diu perseveravit; nam post aliquantum tempus nullos fieri placuit, et quadriennium ita in urbe fluxit, ut potestates ibi maiores non essent. Rursus consulibus factis Lucio Lenutio et Quinto Servilio, mortuus est Camillus, honorque ei secundus post Romulum delatus est anno ab Urbe condita 384o, qui est Artarxersis 37mus.

(II. R.) His temporibus ingens universam Romam pestilentia per continuum biennium corripuit. Sequenti dehinc anno
II. m. secutum est satis triste prodigium. Siquidem in medio urbis foro terra dissiluit, vastoque prerupto hiantia inferna patuerunt. Quod cum diu manens terrorem cunctis inferret, tandem aruspices dixerunt, elaudi posse illud baratrum, si iuvenis, qui Romae preciosissimus esset, sponte illuc mitteretur. Tunc Marcus Curtius eques Romanus, domo clarus, insignibus sumptis, cum equo se in illud baratrum precipitavit, sicque conclusum est. Post quem sacrificantes in eundem locum iecere fruges, moxque terra in naturam suam rediit.

Iterum terribilis Gallorum inundatio iuxta Anienem[b] fluvium ad quartum lapidem ab urbe consedit. Ubi Lucius Manlius, iuvenis nobilissimus ex senatoribus, provocantem ad singulare certamen Gallum progressus occidit, et sublata torque aurea colloque suo imposita, in perpetuum sibi et posteris suis Torquati cognomen accepit.

Alio quoque tempore sub hisdem diebus quidam ex Gallis, Furio nomine[20], aliquem ex Romanis, qui optimus esset, ad singulare certamen provocabat. Tunc Marcus Valerius tribunus militum se obtulit. Et cum processisset armatus, corvus ei super dextrum brachium sedit, moxque commissa adversus Gallum pugna, idem corvus alis et unguibus oculos Galli verberavit, ut in directum prospicere non valeret. Ita Valerius Gallum occidens, victoriam et nomen ut Corvinus diceretur obtinuit, ac propter hoc meritum 23 annis consul factus est. Occiso enim Gallo, ceteri fugientes trucidati sunt.

Oros. III, 7. Eo etiam tempore nox usque ad plurimam diei partem tendi visa est, et saxea de nubibus grando descendens, veris terram lapidibus verberavit. Quibus etiam diebus Alexander Magnus, vere gurges miseriarum ac atrocissimus turbo
Hier. totius orientis, natus est. In Sicilia vero Dionisius tyrannidem exercuit, et 19o anno moritur, filiusque suus Dionisius iunior regnum invasit.

Aug. VIII, 3. Socrates, magister Platonis, Athenis tunc claruit, qui primus universam phylosophiam ad corrigendos mores flexisse memoratur, eum ante illum omnes magis physicis, id est naturalibus, rebus perscrutandis operam darent, finemque bonum non posse fieri nisi bene vivendo docuit. Qui cum plurima virtutum documenta dedisset, imperitorum invidia
Hier excitatis Atheniensibus adversus eum in calumniosam criminationem, sumpto veneno moritur, quem tamen postea omnis
Aug. l. I civitas publice luxit. Cumque plurimos ille suae phylosophiae sectatores relinqueret, quorum studium certatim fuit
c. 4. in questionum moralium disceptatione versari, ubi agitur de summo bono sine quo beatus fieri homo non potest, inter
c. 9. omnes discipulos eius Plato gloria et fama eminentior fuit, nec immerito, cum determinasset, finem boni esse secundum virtutem vivere, et hoc ei soli evenire posse, qui noticiam unius Dei habeat et imitationem, nec aliam ob causam esse
c. 4. beatum. Hic itaque Plato cum apud suos honesto natus esset loco, et Athenis ingenio mirabili omnes suos condiscipulos anteiret, non contentus Socratica disciplina, longe lateque peregrinatus est, quaquaversum alicuius nobilis scientiae percipiendae fama illum rapiebat. Itaque et in Aegypto didicit quaecumque magna illic habebantur atque docebantur, et inde veniens in eas partes Italiae, ubi Phytagorea fama celebrabatur, quicquid Italicae fuit phylosophiae facillime comprehendit. Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat, eum loquentem facit fere in omnibus sermonibus suis. Itaque cum studium sapientiae in actione et contemplatione versetur, unde et una eius pars activa, altera contemplativa dicitur, quarum activa ad agendam vitam, id est ad mores instruendos, pertinet, contemplativa vero ad conspiciendas naturae causas sincerissimamque veritatem, Socrates in activa eminuisse memoratur, Phytagoras vero magis contemplativae quibus potuit intelligentiae viribus institisse predicatur. Proinde Plato utrumque iungendo phylosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit, unam moralem, quae maxime in actione versatur, alteram naturalem, quae contemplationi dedita est, terciam rationalem, qua verum disterminatur a falso.

Hier. Artarxerses, qui et Ochus, regnavit apud Persas annis 26, a restauratione templi anno 153o.	1	3	4
Iord. Hier. Hic Sydonem subvertit, Aegyptum suo subegit imperio, Nectanebo rege in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorum			
Iord. regnum destructum est, Syriamque cunctam devastavit.			

a) m. XVIIIus *e corr.* l. b) anionem l?

20) Haec nimio errore Ekkehardus ex verbis Historiae miscellae: *duce Lucio Furio, quidam ex Gallis* etc. sumsit.

Iudaeorum sacerdos his diebus fuit Iohannes, filius Iudae qui et Ioiada. Huius Iohannis frater erat Ihesus, cui Vagosus, dux regis Artarxersis, promisit principatum sacerdotii. Qua confidentia altercatus in templo adversus fratrem, interfectus est ab eo. Propter quod dux ingressus templum violavit illud, et multa mala Iudeis intulit. Ios. XI, 11.

Persar.	Maced.	Aegypt.
5	1	8

Philippus, filius Amintae, pater Alexandri Magni, rex Macedonum 23us, regnavit annis 26, Hier.
in quibus omnes acerbitatum acervos cunctasque malorum moles struxit. Hic primum ab Alexandro fratre suo Thebanis Oros. III, 12
obses datus, per triennium apud Epaminondam, preceptorem strenuissimum et summum phylosophum, eruditus est. Ipso autem Alexandro scelere matris Euridicis interfecto, compulsus a populo, regnum parvo fratris occisi filio tuendum suscepit. Mox finitimis populis inferens bellum, victis Atheniensibus subiectisque Thessalis, Olimpiadem, Auruchae regis Molossorum filiam, Alexandri Epyrotarum [a] regis sororem, duxit uxorem, de qua suscepit filium Alexandrum, qui appellatus est Magnus. Cumque per 26 annos incendia civitatum, excidia bellorum, subiectiones provinciarum, cedes hominum, ib. 11.
rapinas opum, predas pecorum, venditiones mortuorum, captivitates vivorum per totam Greciam, Scythiam quoque et Traciam unius regis fraus et ferocia ac dominatus agitaret, tercio Arsis filii Ochi anno a [21] Pausania, filio Cerastae, genus ab Oreste trahente, per insidias interimitur. Sufficerent ad exemplum miseriarum insinuata memoriae gesta per Phi- ib. 15.
lippum, etiam si Alexander ei non successisset in regnum.

14	10	17
15	11	18
16	12	19
17	13	

Annus 400. ab Urbe condita.

1	23	Arses [b], filius Ochi, regnavit Persis annis 4, a reaedificatione templi anno 182o — Defuncto Iohanne pontifice Iudeorum, Iaddus, filius eius, suscepit principatum, cuius frater Manasses templum in monte Garizim construxit. Hier. Ios. XI, 11. Hier.

Plato moritur his temporibus, post quem Speusippus achademiam tenuit, cui mortuo Xenocrates [c] successit. — Aristotiles omnium ore celebratur.

1	1	Darius, Arsami filius [d], rex Persarum ultimus, regnavit annis 6, a restauratione templi anno [e] centesimo
2	2	octogesimo sexto. Sexto quippe eius anno Alexander, rex Macedonum, pugnavit cum eo, victoque,
3	3	regnum Persarum destruxit, quod stetit per annos 240.
4	4	
5	5	Alexander Magnus, Phylippi [f], ut putabatur, et Olimpiadis filius, rex Macedonum vicesimus quartus, Hier.
6	6	regnavit annis duodecim, sex adhuc stante regno Persarum, postea item sex, qui et in ordine tem- cf. Iord.
	7	porum numerantur. Hic [21] parvus statura, ferox natura, vir magni fuit animi, quietis impatiens,
	8	semper ad altiora contendens, crudelis et sanguinem siciens. Unde non solum de extraneis, sed de
	9	suis quoque multos occidit, inter quos Amintam consobrinum [g], Clytum quoque annis gravem et ami- Oros. III, 18.
	10	cicia sibi coniunctum, Callistenen [h] etiam phylosophum sibique apud Aristotilem condiscipulum, cum plu-
	11	rimis regni principibus. Hic regnum adeptus, primam experientiam animi et virtutis suae compressis ib. c. 16.
	12	celeriter Grecorum motibus dedit, quibus ut ab imperio Macedonum deficerent Demostenes orator extitit auctor. Subditis igitur Atheniensibus, deletis Thebanis, ceteris urbibus Greciae et Thessaliae vectigalibus factis, Ylliricis et Tracis domitis, profectus est ad Persicum bellum contra Darium regem, quem potentissimum et ditissimum fuisse, tam Greeae cf. Hier. ad
		quam Latinae et barharae narrant hystoriae. Habuit autem Alexander in exercitu suo viginti duo milia Dan. c. 9.
		peditum, quatuor milia equitum et quingentos [i], naves centum octoginta, et cum tam parva manu universum orbem, utrum Oros. l. l.
		mirabilius quia vicerat, an quia aggredi ausus fuerit [k], incertum est. In primo eius congressu cum Dario sexcenta milia
		Persarum in acie fuerunt, quae non minus arte Alexandri superata, quam virtute Macedonum terga verterunt. Magna
		igitur cedes Persarum fuit, in exercitu vero Alexandri centum viginti equites et novem tantum pedites defuerunt. Deinde
		Gordien, civitatem Frigiae, quae nunc Sardis [l] vocatur, obsedit et expugnavit. Interea Darius cum trecentis milibus peditum
		et centum milibus equitum advenit. Cumque congressi essent, ingentibus utrimque animis pugnatum est, in qua pugna
		ambo reges vulnerati sunt, ac tamdiu anceps certamen fuit, quoadusque fugeret Darius. Ibi tunc ex Persis 80 milia
		peditum et decem milia equitum cesa sunt, 40 milia capiuntur; ex Macedonibus vero cecidere pedites 130, equites 150.
		Post haec Alexander ad Iudeam tendens, Hierosolimam adiit; cui Iaddus sacerdos cum iachinctina et aurea stola, habens Ios. XI, 10.
		super caput cydarim et laminam auream, occurrit, ceteri vero sacerdotes eum bissinis stolis, omnisque multitudo cum
		vestibus albis processit. Alexander autem solus accessit, et nomen Dei, quod in aurea lamina scriptum erat, adoravit,
		principemque sacerdotum primum veneratus est, deinde [m] ascendens ad [n] templum, sacrificavit Deo iuxta sacerdotis osten-
		sionem, ipsi vero pontifici [o] ceterisque sacerdotibus multa donavit. De qua re suis omnibus stupentibus, Parmenius prin-
		ceps exercitus interrogavit eum, cur adorasset sacerdotem gentis Iudeae. *Non hunc*, inquit, *adoravi, sed Deum, cuius*
		*sacerdotii principatu functus est. Nam cum adhuc essem in Macedonia et cogitarem, me non posse Asiam vincere, in huius-
		modi habitu eum conspexi, incitantem me confidenter transire, seque ducturum dixit exercitum meum et Persarum potentiam
		michi traditurum.* Interea Darius tercio, cunctis Persarum viribus sociorumque auxiliis contractis, bellum instaurat. Ale- Oros. l. l.
		xander vero revertens a Iudea, Tyrum urbem cepit, Syriam et Aegyptum invadit, Alexandriamque in Aegypto condidit.
		Inde revertenti Darius apud Tharsum 404 [p] milia peditum et 100 milia equitum obponit. Nec pugnae mora, omnes c. 17.
		coeca rabie in ferrum ruunt, Macedones tociens a se victis hostibus animosi, Persae nisi vincant preoptantes mori.
		Raro in ullo bello tantum sanguinis fusum est. Sed Darius cum vinci suos videret, mori in bello paratos, persuasu
		suorum [q] fugere compulsus est. Alexander 24 diebus continuis castrorum predam percensuit. Cum vero [r] audisset,
		Darium a propinquis suis vinctum aureis compedibus teneri, statuit eum persequi; sed inveniens eum in itinere solum
		relictum, multis [s] vulneribus perfossum mortuum, hunc [t] inani misericordia in sepulchris maiorum sepeliri fecit. Occiso cf. Hier.
		itaque Dario regni sui anno sexto, Alexandri quoque itidem sexto, Asiae vires [u] conciderunt, et totus oriens in potestatem Oros. l. l.
		Macedonici cessit imperii, Persarumque regnum Alexandriam translatum est, ubi regnatum est per annos ducentos nona- cf. Hier.
		ginta sex. Quod regnum alii* Grecorum, alii** Aegyptiorum nominant regnum. * Iord. ** cf. Ios. XII, 1. Beda.

a) *desunt duo folia in* 1. b) erses *omissa littera initiali* 4. arxes 9c. c) zenocrates 9c. d) f. a. 4. e) *deest* 9c. f) ut p. phylippi 4. g) consobri 4. 5. h) callastenen 4. i) quingentas u. 4. k) fuerat 4. l) sardus 4. m) dein 4. n) in 4. o) sacerdoti 4. p) quadringenta 4. q) persuasorum 4. r) autem 5. s) *deest* 9c. t) *deest* 9c. u) *deest* 4.

21) Haec verba nescio ubi Ekkehardus invenerit.

cf. Hier. Oros. c. 23. cf. Iord. cf. Oros. c. 19. c. 20. c. 23.

Alexander Macedo post mortem Darii regnavit annis sex, a reaedificatione templi anno 186° Duodecim quippe annis trementem sub se orbem ferro pressit, sed sex postremi eius anni, quibus destructo Persarum imperio monarchiam tenuit orbis, in ordine temporum numerantur, priores vero septem sub regno Persarum computantur. Omnibus itaque circumpositarum gentium regnis sibi subiectis, in Indiam tetendit, eamque cum omnibus orientalibus regnis sibi subiecit. Postquam vero multa miranda peragens dominus gentium diversarum nuncupatus est, anno aetatis suae 32° apud Babyloniam, cum adhuc sanguinem sitiret, ministri sui insidiis venenum bibit et interiit. Quo mortuo, Macedonum duces diversas sortiti provincias, ipso tamen adhuc vivo disponente, mutuis se bellis consumpserunt, orbemque ab Alexandro a celeriter et fortiter acquisitum quatuordecim annis dilaniaverunt, et veluti optimam predam a magno leone prostratam avidi catuli discerpserunt. Sed quia idem Alexander multa mire peregisse legitur, quae scire multi delectantur, libet de vita eius aliqua summatim decerpere, quibus delectationi querentium utcumque valeam satisfacere.

Excerptum de vita Alexandri Magni[b].

Hist. Alex. cod. Bamb. f. 193′.

Aegyptiorum gentem in mathematica magicaque arte fuisse valentem, litterae tradunt. Quorum rex Nectanebus, qui regis Persarum Artaxersis, qui et Memnone dictus est, fuit[d] contemporaneus, magicae artis erat peritus, ita ut, cum super eum hostes venirent, non militiam nec arma moveret, sed palatium intrans apprehendit conchaṁ aeream, implevitque eam aqua pluviali, tenensque in manu virgam aeneam, per magicas artes demones vocavit, eventumque rerum investigavit. Cumque regnaret annis decem et octo, nunciatum est sibi, multas gentes adversus eum convenisse[e]. Qui, remotis a se omnibus, palatium intrans, et solito more consultationi magicae instans, vidit in concha sua, quia dii Aegyptiorum gubernabant naves barbarorum, statimque rasit sibi caput et barbam, ut transfiguraret se, tollensque aurum quantum potuit[f], induit se lineis vestibus, quasi propheta Aegyptius et astrologus, fugiensque de Aegypto venit in Macedoniam, sedensque f. 194. palam divinabatur omnibus qui pergebant ad eum. Cumque ibi moraretur usque ad tempora regis Philippi, quodam tempore illo exeunte ad praelium, Nectanebus venit ad palatium, salutansque reginam Olimpiadem, ab ea resalutatus est, iussitque[g] eum regina sedere secum, querens an vere Aegyptius esset. Qui cum se Aegyptium diceret, et Aegyptiorum sapientiam per multa laudaret, seque divinandi peritissimum commendaret, inter verba confabulationis exarsit in eius amorem, sensuque concupiscibili respexit in eam. Dixitque ad eum regina: *O prophela, quid cogitasti sic respiciendo me?* Qui ait: *Recordatus sum pulcherrimam divinationem, quum ego diis proximus ab eis percepi. Unus ex potentissimis diis concumbet tecum, et ex ipso concipies.* At illa dixit: *Et quis est deus ille?* Nectanebus inquit: *Ille est Hammon, qui largitur divitias omnibus.* Dixitque illa: *Et quam formam habet?* Cui ille: *Neque iuvenis est neque vetulus, sed in media aetate consistit, habens canos barbamque ornatam et in fronte cornua. Unde si tibi placet, esto preparata illi, quia in somnis videbis illum, et in ipso somno concumbet tecum.* Dixit illa: *Et si hoc videro, non sicut prophetam aut divinum, sed sicut deum te adorabo.* His dictis, Nectanebus exiit continuo in desertum, evellensque herbas et exprimens sucum, fecit incantationem Olimpiadi, ut videretur illi quasi per somnium veraciter Hammonem deum concumbere secum. Nectanebus vero concubuit cum ea. Qui cum surrexisset ab ea, dixit illi: *Mulier, concepisti defensorem tuum.* Mane autem facto, cum illa surrexisset a lecto, fecit venire ad se Nectanebum, recitans illi somnium quod viderat. At ille dixit: *Omnia scio. Faciamus aliquod arbitrium, quia aliud est veritas, aliud somnium. Iste deus quando veniet ad te, figuram habebit draconis,* f. 195. *postea humanam formam in mei similitudine.* At illa ait: *Bene dixisti, propheta, recipe cubiculum, et ego si videro hoc, habebo te quasi patrem pueri.* Quod cum factum esset, cum surrexisset ab ea, percussit manu illius uterum, dixitque illi: *Haec conceptio sit victorialis, et nullo modo subiugabitur.* Cum autem coepisset intumescere uterus eius, vocato Nectanebo dixit: *Propheta, quid facturus erit Phylippus si redierit?* Cui ille: *Noli expavescere, ego tibi ero in adiutorium.* Taliter persuasa Olimpiades, adulterata est ab homine quasi a deo. Inter haec fecit Nectanebus[h] incantationes, et apparuit Phylippo, quasi videret Hammonem deum concumbere cum Olimpiade et dicere ei: *Mulier, concepisti in utero defensorem tuum a patre suo Phylippo,* et quasi videret celata pueri membra consuere atque signare anulo aureo, cui inerat lapis habens insculptum sibi caput leonis et claritatem solis et gladium. Hec videns Phylippus surrexit, et convocavit ad se ariolum, qui interpretaretur somnium. Cui ariolus: *Scias, Phylippe, pro certo, quia concepit Olimpiades non ab homine sed a deo, et ille qui nascetur pertinget usque ad orientem pugnando atque civitates per gladium capiendo.* Post haec Phylippus, accepta victoria[i], rediit Macedoniam, cui Olympiades processit obviam. Quam cum oscularetur, intuitus eam dixit: *Cui te tradidisti, Olympiades? Peccasti; in quem? sed non peccasti, quia vim a deo sustinuisti. Ego itaque totum hoc per somnium vidi, proinde inreprehensibilis esse videris.* Quadam vero die cum epularetur rex et valde lactus esset, Nectanebus per artem magicam transfiguravit se in formam draconis, et per medium triclinium transiit, ac terribiliter sibilavit, unde convivis omnibus pavorem incussit, et appropinquans ad Olimpiadem, posuit caput in gremium eius. Quem videns Phylippus, dixit omnibus: *Vere hunc draconem vidi, quando contra inimicos meos in praelio fui..* Post paucos vero dies cum Phylippus sederet solus, parva quaedam avis ascendit in eius gremium, peperitque ovum. Quod cadens de sinu eius in terram, divisum est, et exiit inde parvissimus serpens, qui gyrans ovum voluit intrare in illud, sed antequam intromisisset caput, defunctus est. Turbatus autem rex vocavit ariolum, et recitavit ei factum. Qui ait: *Rex Phylippe, nascetur tibi filius, qui debet regnare et circuire totum mundum subiugando omnes, et antequam revertatur in terram suam, morietur.* Appropinquavit autem Olimpiadi tempus pariendi, et cum doleret uterus eius, fecit venire ad se Nectanebum. Qui cum inciperet computare, dixit: *Paululum te subleva, Olimpiades, de sede tua, quia hac hora conturbat sol omnia elementa.* Et post paululum peperit Olimpiades, et ubi puer cecidit in terram, statim facta sunt fulgura atque tonitrua et terremotus. Quod cum vidisset Phylippus dixit: *O mulier, cogitavi in corde meo, ut nullo modo enutriretur iste infantulus, quia non est ex me conceptus; sed quia intellego quod est conceptus a deo, et in partu eius elementa mutari video, nutrialur in memoriam mei, quasi proprius sit filius meus, imponuturque ei nomen Alexander.* Haec dicente Phylippo, coeperunt nutrire sub omni diligentia puerum. Cuius figura neque patri neque matri assimilabatur, coma capitis eius quasi leonis, oculi eius non similabantur ad invicem, sed unus erat niger, albus alter, dentes eius erant acuti, impetus vero illius quasi leonis erat fervidus. Datus vero ad studium phylosophiae, cum sedebat in scolis cum condiscipulis suis, sepe pugnavit cum eis, eosque devicit. Ubi autem factus est annorum duodecim, instruebatur cum aliis militibus quasi ad pugnam. Videns autem rex velocitatem eius, dixit ad eum: *Fili, diligo velocitatem tuam atque ingenium, sed tristis existo, quia figura tua non assimilatur michi.* Quem videns Olimpiades tristem, vocavit Nectanebum et dixit ei: *Perscrutare et intellege, quid cogitet Phylippus facere de me.*

a) ab a. *des.* 9c. b) *deest* 9c. c) menon 4. d) fuit temporibus et cont. 5. e) advenisse 9c. f) voluit 4. g) *pergit* 1. *fol.* 60. h) nectabus 1. i) *deest* 1.

Qui computans dixit: *Cogitatio illius munda est erga te; sol enim respicit in quandam stellam, separantem desiderium suum.* Hist. Alex.
Alexander vero tunc ibi erat. Qui ubi hoc audivit, dixit: *Pater, hae stellae, quas tu computas, apparent in coelo?* Cui Nectanebus[a] ait: *Etiam, fili.* Alexander dixit: *Et possum eas videre hora serotina?* Nectanebus ait: *Sequere me nocturna hora in campum, et ostendam tibi.* Alexander dixit: *Et fatum tuum agnoscis?* Cui Nectanebus: *Etiam fortiter.* Alexander dixit: *Ars bona est, et opto eam scire; et qua morte debes mori?* Qui dixit: *A filio meo moriar.* Haec omnia loquendo, secutus est eum Alexander per noctem extra civitatem. Cui dixit Nectanebus: *Fili, respice stellas, et vide stellam Herculis* f. 196. *quomodo tristis est; stella vero Hermi laeta est, et stella Iovis clara.* Sic sursum respiciente Nectanebo, accessit ei propius Alexander, et impetum faciens in eum precipitavit in foveam, dicens: *Cum nescias terrenas causas, quare voluisti te intromittere de coelestibus elementis?* Cui Nectanebus ait: *Cognitum michi fuit hoc, quia sic debuit michi evenire; non potui tamen evadere, nisi michi hoc contingeret.* Alexander dixit: *Quia ego sum filius tuus.* Cui Nectanebus ait: *Tu es utique filius meus.* Ille autem ubi cognovit quia pater eius esset, dubitavit eum dimittere in fovea, sed elevavit eum in humeros suos, et portavit in palatium. Quod ubi vidit, mater eius dixit: *Fili Alexander, quid est hoc?* Cui ille: *Corpus Nectanebi est.* Et illa: *Nectanebus pater tuus fuit.* Ille autem dixit: *Quomodo stulticia tua fecit.*

Quidam autem ex Capadocia adduxerunt Phylippo poledrum, id est pullum equinum magnum, ligatum ex omni parte f. 195'. diversis ligaturis; comedebat enim homines. Quem iussit rex includi cancellis ferreis, ut raptores et latrones aliique malefactores, qui feris deputarentur, ab hoc comederentur. Alexander autem audax factus et fortis, transiit quadam die f. 196. per eum locum ubi caballus ille inclusus erat, vidensque iacere ante eum summitates manuum et pedum humanorum, quae sibi superfuerant, miratus est, misitque manum suam per cancellos ad eum. Ille statim extendit collum suum, et coepit lambere manum illius, complicatisque pedibus proiecit se in terram, tornansque caput respexit Alexandrum quasi blandiendo. Qui intellegens voluntatem caballi, aperuit cancellum et coepit mansuete tangere dorsum eius manu dextera, statimque caballus coepit mansuescere amplius, et sicut canis blandiri solet domino suo, sic ille blandiebatur Alexandro. Ille autem ascendens super eum, equitavit foras, vocavitque[22] eundem caballum bucefalum. Quod cum vidisset Phylippus, dixit: *Fili Alexander, omnem divinationem modo cognovi in te, et scio quia tu debes regnare post me.*

Inter hec factus Alexander annorum quindecim, dixit ad Phylippum: *Pater, si potest fieri, dirige me sedentem in curru.* Dixitque rex: *Gratum accipio, fili, daboque tibi caballos centum et 40 milia aureorum solidorum, et vade cum bono auxilio.* Exiens itaque Alexander venit in Peloponensem, ut faceret pugnam cum Nicolao, rege ipsius provinciae. Quem videns Nicolaus, dixit: *Dic michi, quis es tu?* Cui ille: *Ego sum Alexander, filius Phylippi.* Cui Nicolaus: *Quem me speras?* Dixit Alexander: *Tu es Nicolaus, rex Arideorum; sed non elevetur cor tuum in superbiam, quia habes honorem regalem, solet enim inveniri in fato humano, quod maior perveniat ad parvitatem et parvus ad magnitudinem.* Cui Nicolaus: *Bene diristi. Tu nescis te ipsum, mea autem natura inreprehensibilis est. Dic tamen michi veritatem, quare in has partes venisti?* Cui Alexander ait: *Recede a me homo, quia neque tu habes aliquid adversum me, nec ego adversum te.* In hoc Nicolaus valde iratus dixit: *Ecce quali homini loquor. Per salvationem patris mei, si impetum spumae in faciem eius eicio, morietur.* Et exspuit ad eum et dixit: *Tolle hoc quod te decet accipere, calule, quia non erubescis.* Ille autem continens se secundum doctrinam phylosophiae, dixit: *Nicolae, per nativitatem meam paternam et per uterum matris meae a deo inpregnatum, et te per arma devincam, et patriam tuam michi subiugabo.* Et recessit ab eo. Post paucum tempus venit dies constitutus, in quo iuncti sunt ambo ad pugnam. Sonantibus ergo tubis, omnes Nicolai milites moti sunt unanimiter ad pugnam, quos omnes Alexander propria manu occidit.

Reversus autem cum victoria, invenit Phylippum sociasse sibi quandam nomine Cleopatram, matre sua cieeta; sicque illo sedente in nuptiali convivio, ingressus Alexander dixit: *Pater, accipe a me de prima mea pugna victorialem coronam; tamen quando celebraturus sum nuptias matris meae, iungendo illi maritum, ad ipsas nuptias tu non invitaberis.* Unus autem ex discumbentibus Lysias dixit: *Phylippe, ex Cleopatra nascetur tibi filius similis tui.* Hoc audiens Alexander, percussit eum cum baculo quem tenebat in manu, et mortuus est. Videns hoc Phylippus iratus est, et erigens se impetum fecit in eum, sed in ipso impetu cecidit. Cui dixit Alexander: *Qui subiugasti Asiam et Europam, quare super pedes tuos non* f. 197. *stas?* Sic ergo exturbatae sunt ipsae nuptiae, et Phylippus egrotabat. Post paucos dies introivit Alexander visitare illum, et dixit: *Phylippe, quamvis non sit lex, ut te vocem ex nomine, non tibi loquor ut filius sed ut amicus; fac bene mulieri illi cui male fecisti, et non sit tibi curae quia Lysiam occidi. Bene feci, tu autem male fecisti, volens me percutere gladio.* Et flevit Phylippus. Alexander autem ubi vidit patrem plorantem, dimisit eum, et abiens ad matrem, dixit ei: *Mater, noli tenere malam voluntatem patris, quia quamvis absconditum sit peccatum tuum, reprehensio tamen tua stabit. Bonum est, ut uxor semper subiecta sit marito.* Haec dicens, adduxit eam Phylippo.

Post paucos dies venerunt legati Darii regis ad Phylippum, exigentes ab eo tributum. Quibus Alexander ait: *Ite et dicite Dario: Quando Phylippus non habebat filium, gallina generabat ei aureum ovum, nunc autem Phylippo natus est filius, et gallina facta est sterilis.* Hec dicens, dedit eis absolutionem, et remisit eos vacuos ad Darium regem.

Post hec rebellavit Phylippo Armenia, et direxit illuc Alexandrum cum exercitu, ut expugnaret eam. In Macedonia vero erat quidam homo nomine Pausania subiectus Phylippo, qui concupiscens Olimpiadem, fecit contra regem consilium, et adunavit sibi populum, armataque manu venit super Phylippum. Qui cum ei terga verteret, vibrata hasta Pausania percussit Phylippum in dorso, qui tamen non statim mortuus est, sed iacuit semivivus in campo. Pausania vero putans eum mortuum, elevatus est, intransque palatium cum audacia, abstraxit inde Olimpiadem. Inter haec reversus Alexander de Armenia, invenit maximam perturbationem in Macedonia. Exiens autem Olimpiades, coepit vociferare ad Alexandrum, dicens: *Ubi est, Alexander, victoria tua, ubi fatum quod a diis accepisti, ut esses victorialis et vindicares me patremque tuum?* Quo audito Pausania, exiit ut videret Alexandrum. Ille autem vibrato gladio percussit Pausaniam, et statim mortuus est. Venitque illi nuncius, quod et pater eius iam moreretur, et abiit ad eum. Ut autem vidit eum Phylippus, dixit illi: *Fili Alexander, iam laetus moriar, quia fecisti vindictam, occidendo inimicum meum.* Haec dicens mortuus est. Alexander vero plorans mortem patris, abiit et sepelivit eum. Altero die sedens in throno patris sui, convocatis omnibus dixit: *O iuvenes Macedones, Tracienses, Thesalonicenses, Lacedemones, et alii, intuemini et videte Alexandrum, et procul sit a vobis timor barbarorum! In me sit hoc, quia et illos subiugabo et in servitium vobis dabo. Quisquis ex vobis voluerit, tollat arma ex palatio meo et preparet se ad praelium, et qui noluerit, armet se armis suis.* Dixerunt ei seniores: *Rex Alexander, multis annis militavimus patri tuo, et virtus non est nobis, ut angustias ferre valeamus; unde, si tibi placet, recusetur a nobis militia quam hactenus egimus*[b]. Respondit Alexander: *Mayis volumus vos habere in militia nostra quam iuvenes, quia iuvenis confidens in iuventute sua acquirit mortem, senior autem agit omnia cum consilio.* Hoc dicens, fecit eos acquiescere, ut essent in militia sua.

a nectabus 1. b habuimus et egimus 3.

22) *vocavitque e. c. b.* ex alio quodam libro sumsit.

Hist. Alex. Post hec congregata multitudine, coepit ire Romam, deinde perrexit in Africam [23], sicque contendit in Aegyptum.
f. 198. Audientes Aegyptii adventum eius, exierunt obviam ei, et honorabiliter susceperunt eum. Invenit autem ibi regalem statuam ex marmore nigro, interrogantique cuius esset dictum est, quod Nectanebi regis esset. Qui ait: *Nectanebus pater meus est.* Et amplexatus statuam, osculabatur eam. Inde perrexit in Syriam; sed Syrii viriliter restiterunt ei, pugnantesque cum eo, occiderunt aliquos ex militia eius. Quidam autem ex eis abeuntes Persidam, nunciaverunt Dario regi presumptionem Alexandri. Qui cum sciscitaretur de statura eius, ostenderunt ei depictam imaginem Alexandri. Quem ille despiciens pro parvitate formae illius, statim direxit ei speram et virgam curvatam et cantharam auream cum epistola tali:

Rex regum terrenorum, parens solis, qui lucet una cum Persidis diis, famulo meo dirigo gaudium. Audivi denique de te, quod pro mea venias inimicicia per vanam gloriam; quapropter precipio tibi turnare gressum. Redi ergo ad matrem tuam, et quiesce in sinu illius. Direxi autem tibi speram et curvam virgam cantharamque auream, ut exerceas et cogites iocandi causam. Cognosco itaque, quia pauper es et miserrime indiges; sed cito resipisce a stulticia tua et daemoniaca [a] *quam agis gloria. Tu enim coadunasti quosdam latrunculos, et vis confligere cum multitudine Persarum. Quin immo cogita, si poteris numerare stellas coeli, et si potueris coadunare homines totius mundi, nec sic prevalebis resistere multitudini Persarum, quae coaequatur arenae maris. Tantum aurum est in Persida, ut vincat claritatem solis. Unde oportet te poenitere in hoc quod operatus es, quia, si in ipsa stulticia perseverare volueris, dirigam ad te vindicatores qui te apprehendant, et non quomodo filium Phylippi, sed quomodo principem latronum cruci te affigi precipiam.*

Hanc epistolam cum precepisset Alexander legi coram militibus suis, audientes contristati sunt. Quibus ille ait: *Nolite contristari in verbis epistolae huius. An nescitis, quia canes multum latrantes nullum effectum faciunt? Credamus itaque, quod veritatem dicat haec epistola; sed opus est nobis strenue et fortiter pugnare cum illis, et non in vacuum, quia illorum divitiae compellunt nos pugnare.* Hoc ubi dixit, precepit suis hominibus comprehendere portitores epistolae et crucifigere. At illi dixerunt: *Male facis; quam enim culpam nos habemus?* Quibus ait: *Si ego malefacio, senioris vestri*
f. 199. *dicta me hoc agere compellunt, qui direxit vos quasi ad latronem.* At illi dixerunt: *Proinde scripsit haec Darius, quia nescit magnitudinem tuam; sed quia nos vidimus intelligibilem imperatorem, si redierimus, diffamabitur per nos nomen tuum.* Tunc precepit illos dimitti et ad convivium suum vocari. Sedentes itaque cum eo et convivantes, dixerunt ei: *Dominator, si placet potestati tuae, precipe mille milites* [b] *nobiscum venire, et trademus tibi Darium.* At ille ait: *Laetetur animus vester in his in quibus sedetis, pro traditione autem vestri senioris non dabuntur vobis mille milites* [b].

Alio itaque die sedit Alexander, et iussit scribi epistolam Dario continentem ita:

Rex Alexander, Phylippi filius et Olimpiadis, terrenorum regi Dario, proximo solis, lucenti una cum Persidis diis. Dedecus est tam lucidissimo atque magnificentissimo imperatori talia verba dirigere parvo homini, et cottidie suspectum manere ledi posse a me te, qui es parens solis et resides in throno velut in aethere et fulges cum diis Persidis. Dii namque immortales irascuntur, si mortales homines eorum socii effici conantur. Mortalis ego sum, et sic venio ad te quasi cum mortali homine pugnaturus. Quia vero laudando te dixisti, te habere plurimas divitias, acuisti mentes nostras et fecisti nos fortiores in virtute, ut acquiramus divitias vestras. Si autem tu, qui magnus es, pugnaturus mecum veneris, si viceris me, non habebis laudem, quia latrunculum vicisti, si autem ego te vicero, magnam habebo laudem, quia magnificentissimum vici imperatorem. Quia vero michi direxisti virgam curvam et speram et cantaram auream, per virgam curvam intellego, quia curvantur ante me reges potentissimi, per speram rotundam, quia tenebo rotunditatem totius mundi, per cantaram auream me intellego victoriosum esse et censum ab omnibus recipere, sicut a te, qui magnus es, ego, qui parvus sum, cantaram auream accepi.

Haec scribens Alexander, vocavit apocrisiarios, et donavit illis cantaram auream et epistolam. Quibus abeuntibus, preparavit se ipse, ut iter faceret.

Recepta itaque Darius epistola et relecta, iratus est, scripsitque satrapis suis epistolam talem:

Rex Persarum Darius satrapis suis. Audivimus itaque, quod filius Phylippi Alexander Macedo elevatus est in stulticia, et intravit in terram Asiae, quae mea est, et depredatus est eam. Quapropter precipio vobis, ut apprehendatis eum et ducatis ad me, sicut tam magnos et fortes et adiutores imperii mei decet; ut pueriliter flagellem illum, et indutum purpura dirigam illum Olimpiadi matri suae in Macedoniam, quia non decet eum pugnare, sed in provincia sua stare et pueri more ludere.

Relegentes itaque satrapae epistolam, rescripserunt ei sic:

Regi Persarum Dario ego Primus et Antilochus satrapes gaudium. Sciat magnitudo vestra, quia cum ipso Alexandro, quem puerum dicitis, congregata multitudine pugnavimus, et terga vertimus ei, et vix de manu illius evasimus. Quia vero nos dicitis imperii adiutores, necesse est ut vestram quęramus salutem, ideoque volumus vobis notum esse, quia hic funditus dissipabit Syriam.

Cum autem legisset Darius hanc epistolam, venit et alter nuncius, quod Alexander applicasset super fluvium, qui dicitur Straga. Iterum scripsit ei epistolam:

Darius rex Persarum dirigo hoc Alexandro. In universo mundo laudatum est nomen Darii, quin immo etiam dii laudant nomen eius; et quomodo tu ausus es transire flumina et mare ac montes et venire contra me? Hoc fuerat tibi magnum nomen, ut sine me tenuisses imperium Macedoniae, sed confortatus es et congregasti socios tuos, et vadis pugnando et dissipando civitates meas. Melius tibi fuerit poenitere de malis tuis, antequam acciperes a me iniuriam, et absconse faceres refugium ad me, qui sum dominus, ut non congregares multa mala super te. Deberes enim pro hoc gloriari, quia epistolam de me recipere dignus fuisti. Ut autem cognoscas qualis et quanta est militia mea, significo tibi per hanc sementem papaveris
f. 200. *quam direxi tibi. Si ergo hanc numerare potueris, pro certo numerabitur populus meus. Quod si facere non poteris, revertere ad terram tuam, et amplius non ascendat in cor tuum talia facere.*

Cum autem venissent apocrisiarii ad Alexandrum portantes epistolam et sementem papaveris, legit epistolam, tendensque manum tulit de semente papaveris et misit in os suum, mandensque dixit: *Video, quia populi illius multi sunt, sed sicut hoc semen papaveris molles sunt.* Supervenerunt autem ei nuncii, significantes ei infirmitatem matris suae. Quam cum audisset, scripsit Dario sic:

Rex Alexander Dario regi Persarum. Plurimae epistolae, quae michi adveniunt, impellunt me volentem nolentem ad haec quae facio et quae dico. Noli cogitare, quod pre pavore vanae tuae gloriae recedam de loco isto; pro certo scias, quia rado videre matrem meam, quae obpressa est validа infirmitate; sed tamen non post multum tempus revocando me redeam. Ad vicem vero sementis papaveris, quod michi misisti pro immensurabili numero militiae tuae, dirigo tibi hoc piper, ut agnoscas, quia multitudinem sementis papaveris vincit fortitudo huius parvissimi piperis.

Hanc epistolam dedit Alexander apocrisiariis Darii cum parvo pipere, illisque abeuntibus, coepit ipse redire ad matrem suam.

a daemoni ca 1. b equites 4.

23) Hic plura omissa sunt ab Ekkehardo.

Potentissimus autem vir quidam princeps militiae Darii regis sedebat illo tempore cum valida manu super Arahiam, Hist. Alex.
qui movens se cum omni exercitu inde, stetit contra Alexandrum, et coepit acriter pugnare cum eo. Valde mane inchoatum est praelium, et pugnatum est usque ad solis occasum, et neque hi neque illi molles inventi sunt, cum tamen utrimque multi cecidissent; sed fortiter pugnatum est per tres continuos dies. Post haec defecit princeps militiae Darii, et cum his qui superfuerant tanta velocitate fugit in Persidam, quod ante Darium invenit apocrisiarios, qui epystolam Alexandri et piper portaverunt, tenente Dario epistolam. Scrutabatur autem Darius a legatis, quid faceret Alexander de semente papaveris. At illi dixerunt: *Apprehendit et momordit, et despiciendo dixit: „Multi sunt sed molles."* Accepto itaque Darius pipere, misit in os suum, mandensque dixit cum lacrimis: *Pauci sunt sed duriores.* Videns hoc princeps ille qui de praelio venit, dixit: *Etiam, dominator, paucos pugnatores habet Alexander, sed fortes sunt, multosque milites meos occiderunt.* Alexander autem, non elatus pro victoria, iussit sepeliri qui de suis ceciderant.

Post haec applicuit in Achaiam, ubi subiugatae sunt ei civitates multae, iunxitque militiae suae decem et septena milia. Inde ascendit in montem Taurum, et venit in civitatem Persepolim, in qua sunt novem musae, deinde venit in Frigiam, in templum quod dicitur Solis, in quo a et oblationem fecit. Inde venit ad fluvium Scamandrum, qui est in latitudine cubitorum quinque. Dixit autem his qui erant ibi: *Beati estis qui habetis laudes doctoris Homeri.* Et stetit ante eum homo cui nomen Clytomidis, et dixit: *Alexander rex, maiores laudes possum facere tibi de tuis actionibus quam fecisset Homerus, quia plus miras virtutes fecisti quam hi qui fuerunt Troiae.* Alexander dixit: *Magis vellem esse discipulus Homeri quam habere laudem Achillis.* Post haec veniens in Macedoniam, invenit matrem suam levatam de infirmitate sua, et laetatus est cum ea.

Post haec exiens de Macedonia, venit in locum qui dicitur Abdira; homines autem ipsius civitatis clauserunt portas, ut non ingrederetur ibi. Iratus Alexander iussit ut incenderetur civitas. Videntes autem ignem qui erant in civitate, dixerunt: *Alexander, non rebellando tibi clausimus portas, sed timendo Darium, ne audiret nos tecum fecisse pactum, et* f. 201.
dissiparet nos. Apertis ergo portis, transiit, et venit in Olintum, inde Chaldeopolim, venitque ad fluvium qui dicitur Xenis, et oppressit eos fames valida, et murmuraverunt inter se milites, dicentes: *Defecerunt caballi nostri.* Quibus Alexander dixit: *Viri commilitones mei, et si defecerunt caballi vestri, desperastis vos de salute? Quod si nos vixerimus, caballos festinanter inveniemus; si vero nos morimur, caballi non sunt nobis necessarii. Festinemus tamen ire in locum talem, ubi cibaria nobis sint et caballis nostris.* Et coeperunt ire ad locum qui dictus est Locrus, ubi invenerunt cybaria multa et animalibus pascua. Inde venientes in locum qui dictus est Tragachantes, invenerunt ibi templum Apollinis, ubi voluit Alexander invenire divinationem a virgine Zachora sacerdote. Cui illa dixit: *Non est hora divinationis.* Secunda vero vice dixit Apollo: *Heracli.* Alexander dixit: *O propheta, michi nomen est Heraclius? Ergo periit divinatio tua.* Inde movit exercitum, et veniens Thebaidam, dixit Thebeis: *Date michi* 400 *viros armatos, qui veniant in adiutorium michi.* Illi autem clauserunt portas, armatique ascendentes murum ad quatuor milia, dixerunt ei: *Alexander, si non recesseris, pugnabimus tecum.* Alexander subridens dixit: *Fortissimi milites sunt Thebei, clauserunt intra portas, et sic dicunt se pugnare mecum. Omnis homo fortis volens pugnare in campum exit, non clauditur intra urbem sicut virgo.* Et precepit militibus suis urbem obpugnare, captamque incendit, murumque a fundamentis evelli precipiens abiit. Thebei vero qui remanserant abierunt Delphum ad Apollinem, responsa querentes, si deberet civitas eorum reaedificari. Quibus dictum est: *Ille qui hanc civitatem aedificaturus est, tres victorias habebit, post quas eam reaedificabit.*

Alexander autem profectus est Chorintum, rogaveruntque eum Chorinthii, ut luderet cum eis in curribus, et ad hoc spectaculum convenerunt multi. Secutus est autem Alexandrum vir Theheus magnus et gloriosus, cui nomen Clytomagus. Astantibus vero ad hoc spectaculum dixit Alexander: *Quis ex vobis exiet luctans in ludo isto?* Cui Clytomachus dixit:
Si placet potestati vestrae, ego pugnabo et vincam. Alexander dixit: *Si tres viceris, coronaberis.* Pugnavit ergo, vicitque f. 202.
et alios duos; et dixit illi preconator: *Dic nobis nomen tuum.* Qui ait: *Sine civitate.* Audiens hoc Alexander, dixit: *O beatissime et pulcherrime certator, ut quid sine civitate?* Clytomachus dixit: *Magne imperator, antequam tu esses, habui civitatem, nunc autem per te civitatem non habeo.* Intellexit hoc responsum Alexander, et dixit preconatori: *Vociferare, ut sit Thebeus, et potestatem habeat reaedificandi civitatem.*

Exiens inde Alexander venit Athenas, misitque ad Athenienses in hec verba: *Nichil a vobis opto, nisi ut militetis sub imperio meo et me habeatis seniorem. Quod si non vultis, estote fortiores meis, sin autem, subiugamini michi fortiori vobis.* Athenienses vero rogaverunt Demostenen phylosophum, ut daret eis consilium. Qui annuens manu imperavit silentium, et dixit: *Viri cives mei, commune consilium dabo vobis. Si scitis vos tales esse ut vincere possitis Alexandrum, pugnate cum eo, sin autem, flectamus nos sub potestate manuum eius, quia de coelo datur ei adiutorium.* Et cum multa huiusmodi perorasset, acquievit ei populus omnis, et statuerunt dirigere illi victorialem coronam, pensantem libras quinquaginta. Quibus ille ait: *Quia dedit vobis Demostenes consilium de salvatione vestra et fecistis illud, amodo confortamini et estote* f. 203.
salvi, nullam contrarietatem sustinentes a me.

Inde accepta militia, perrexit Lacedemoniam. Lacedemonii vero clauserunt portas, et ascendentes naves exierunt ei obviam praelio navali. Alexander vero irruens super eos, qui in muris erant vulnerabat, qui in navibus, igni desuper misso, incendebat. Multis igitur pereuntibus, qui superfuerunt venerunt ad pedes Alexandri, misericordiam postulantes. Quibus statim concessit libertatem. Deinde per Ciliciam ingressus est terram Persarum. Darius itaque congregans principes et sapientes suos, consilium habuit cum eis quid agere debuisset, et ait: *Ut video, iste qui sic pugnando vadit, adiungitur in virtute et victoria. Ego reputabam illum sicut latronem ire predando, ille autem sicut rex pugnat et humiliat, et quantum nos volumus exaltari super illum, tanto amplius exaltatur nomen eius. Dubito, ne adiuvet illum divina providentia, volens illi concedere regni dyadema, ut sicut nos optavimus eicere illum de Ellada, ita nos eiciat ille de Persida. Unde si placet, cogitemus de salute nostra, nec despiciamus illum superbiendo pro hoc quia tenemus regnum Persarum, ne forte parvitas illius crescat et magnitudo nostra deficiat.* Haec dicente Dario, Ocsiather, frater regis Darii, dixit: *Magnificasti Alexandrum dimittendo illi Elladam, et in hoc fiduciam ei concessisti, ut plus exardescat ingredi Persidam. Unde, si tibi placet, fac* f. 201.
sicut ille facit; ille quippe, quando vult pugnare cum aliquo, non mittit principes, sed per semet ipsum vadit, et antecedens omnes satrapas, pugnat viriliter, et acquirit sibi nomen et victoriam. Alius satrapa dixit: *Alexander in omnibus peritissimus est, et in nullo offendit, omniaque viriliter agens, formam et virtutem habet leonis. Quod si tibi placet, mitte in omnes fines tuos, et congrega satrapas omnium gentium; sunt enim nobis gentes plurimae plus quam centum quinquaginta, et queramus auxilium a diis.* Dum ergo Darius congregata multitudine consiliaretur, Alexander moram faciens in Cilicia, venit ad quandam aquam pulcherrimam, et accidit ei delectatio ut lavaretur in eo, sed per frigiditatem apprehendit eum dolor capitis, et egrotavit fortiter. Quod videntes Macedones, valde tristes effecti sunt, metuentes, ne audiret Darius et faceret super eos impetum atque deleret illos. Quidam vero iuvenis nomine Phylippus, quem diligebat Alexander quia medicus erat,

a) et sacrificavit et 5.

Hist. Alex. promisit ei se daturum potionem unde sanus fieret. Princeps autem militiae quidam, qui tenebat Armeniam, odio habuit hunc medicum, quia diligebatur a rege, scribensque epistolam direxit Alexandro dicens: *Caveas te a medico Phylippo*[a], *et ne bibas potionem eius, quia promisit ei Darius rex sororem suam in coniugium dare et consortem regni facere, si interficiat te.* Cum autem preparasset Phylippus potionem, portavit ante regem; sed antequam biberet, supervenit epistola illa. Qui accipiens et legens antequam biberet, non est turbatus, quia de fide Phylippi erat securus. Tenens itaque una manu epistolam, altera accipiens potionem, respiciebat in faciem Phylippi. Cui dixit Phylippus: *Noli expavescere potionem, magne imperator, sed bibe illam.* Statim ebibit eam. Et postquam bibit, porrexit epistolam Phylippo. Relecta Phylippus epistola dixit: *Non sum culpabilis, Alexander, sicut haec epistola dicit.* Rex autem sanus effectus, vocavit Phylippum, amplexansque collum eius, dixit: *Cognovisti, Phylippe, quantum te diligam, et quam fiduciam in te habeam, qui prius potionem bibi, et sic epistolam tibi porrexi?* Cui Phylippus dixit: *Fac venire ipsum hominem, qui hanc epistolam tibi direxit, quia me tibi talia pro salute tua facere ipse noluit.* Iubens ergo illum venire, inquisivit eum, inveniensque culpabilem, iussit decollari.

Dehinc movens exercitum, venit in Mediam et Armeniam magnam, et subiugavit eas, deinde ambulavit dies multos, et ingressus est locum aridum et cavernosum, in quo non inveniebatur aqua, et transiens per locum qui dictus est Andriacus, venit ad fluvium Eufraten. Ponens ergo castra, iussit afferri ligna, et preparavit pontem super ipsum fluvium cum tabulis et catenis ferreis, iussitque militibus suis ut transirent. Qui cum dubitarent, precepit custodibus animalium, ut transirent cum omni apparatu et cibariis, et post haec iussit milites transire. Quibus adhuc dubitantibus et validum fluvii[b]
f. 205. cursum metuentibus, ipse primus transivit, sicque omnes secuti sunt. Fluvius autem Tygris et Eufrates vadunt per mediam Mesopotamiam et Babyloniam, et intrant Nilum. Ferunt autem quidam, quod ista flumina evacuentur, quando Nilus inundat Aegyptum, et quando subtraxerit se, ista superabundent. Cum autem transisset omnis exercitus, rediit retro Alexander, et fecit incidi pontem. Videntes hoc milites, coeperunt murmurare et dicere: *Si acciderit nobis ut fugiamus de praelio, non erit transitus nobis.* Quibus dixit Alexander: *Bene me confortastis, quando talia cogitastis, et ego proinde feci dissolvi pontem istum, ut aut pugnetis viriliter et vincatis, aut si vultis fugere pereatis, quia victoria non erit his qui fugiunt, sed illis qui insecuntur. Unde quia nullo modo iam videbitis Macedoniam, nisi prius vicero cunctos barbaros, confortetur meus vestra, et fortitudo pugnae estimetur vobis iocus.* Quibus ita confortatis, ecce multitudo militum Darii applicuisse nunciatur super fluvium Tigrin. Principes autem militiae super eos erant quinque. Convenerunt igitur in campo Alexander cum suis et principes militiae Darii, et acriter pugnaverunt. Vir autem quidam de Persis animo acer, induens se vestem et arma Macedonica, abiit occidere Alexandrum, mixtusque militibus eius post terguin illius, evaginatoque gladio tam fortiter percussit caput eius, ut et galeam transforaret et caput vulneraret. Statimque apprehenderunt eum milites Alexandri, et duxerunt ante eum. Cui dixit Alexander: *O strenue vir, quid est hoc?* Cui barbarus ait: *Ne estimes me, dominator, Macedonem esse, Persa sum*[c]. *Promisi Dario auferre caput tuum, et ille spopondit michi filiam suam in coniugium et regales provincias.* Tunc Alexander ostendit eum omnibus militibus suis, et dixit: *Viri Macedones, convenit omnibus militibus talem habere fortitudinem,* et continuo dimisit illum abire, coepitque pugnare fortiter, et ceciderunt ex barbaris multi. Qui videntes se multum minui, fugerunt, et persecutus est usque Bactram et applicuit. Alia die apprehendit civitatem, invenitque ibi matrem Darii et uxorem eandemque sororem et duas filias eius, posuitque in ea civitate solium suum, et subiugavit sibi omnes circumpositas civitates. Post haec unus ex principibus militiae Darii presumpsit venire ad Alexandrum, et dixit ei: *Dominator Alexander, princeps militiae Darii sum, et plurimum illi servivi, et nichil dignum ab eo recepi; si tibi placet, da nobis decem milia armatorum, et ego dabo principes nostros et ipsum Darium.* Alexander dixit: *Perge auxiliaturus regem tuum, quia non credunt extranei, postquam tuos vis expugnare.* Principes autem Darii Fictir et Stapsi et Nostadi scripserunt Dario de factis Alexandri, quod et terram dissiparet et multos occideret, et multi ex suis potentissimis iunxissent se Alexandro et regales provincias multosque honores acciperent ab eo, ideoque prospiciat sibi et illis, antequam ingrediatur ad eum.

Darius haec audiens, scripsit ad Alexandrum sic: *Pervenit in manus nostras epistola de tua superbia, quod cogites venire prope nos, ut loquaris nobiscum. Quod si potuerit fieri, omnes orientales dii pergant habitare in occidente. Non elevetur mens tua in hoc quod fecisti; sic preparavi me, quasi mater mea mortua sit, et quasi uxorem unquam habuerim. Unde scias, quia non quiescam inquirendo iniuriam meam. Scriptum quidem michi est, quia benignitatem erga meos ostenderis, tamen hoc scias, quia, quantumcumque illis benefeceris, me non habebis amicum, et econtra, si male illis feceris, non amplius me habebis inimicum. Hanc ultimam sententiam mandavi tibi.*

Alexander accipiens epistolam, legit ac risit, rescripsitque illi epistolam talem: *Rex Alexander Dario regi. Superbiam et elationem supervacuae gloriae tuae odio habent dii, prout video, quia non cessas blasphemare usque in finem. Quod*
f. 206. *benefeci tuis, non pro tuo timore feci, sed habens spem intrandi ad te, ostendi eis benignitatem meam, ut et tu grato illud animo acciperes; sed ut sentio, tu non es animi humani. Haec epistola mea ultima sit tibi. Cave itaque te, et mentem habe in te.* Ubi ergo direxit epistolam, preparavit se, et scripsit satrapis suis, qui erant in Syria et Cappadocia, Cilicia et Pamphilia et Arabia ceterisque provinciis, ut prepararet unusquisque mille vestimenta et pelles animalium, quotquot invenirent, et Antiochiam mitterent, ibique ordinarentur cameli, qui portarent ea usque Eufraten, quatinus milites sui haberent vestimenta et calciamenta.

Darius vero scripsit satrapis suis, ut essent parati cum omnibus suis ad resistendum gentibus Macedoniae, misitque ad Porum regem Indiae, ut preberet ei adiutorium. Qui rescripsit ei, se de iniuria eius valde[d] dolere, et se quidem promptum esse venire, sed infirmitate prepediente non posse, milites tamen suos cum aliis gentibus venturos esse.

Mater autem Darii cum audisset, quod ille se iterum prepararet ad praeliandum cum Alexandro, direxit illi epistolam hanc: *Dario regi mater sua gaudium. Audivimus, quia congregas alias gentes et pugnare vis cum Alexandro. Quod si totum mundum adunare potueris, quid exinde eveniat nescis, quia victoriae illi concessae sunt. Dimitte sensum altitudinis tuae, et reclina paululum, et ne presumas multum, quia perdes vitam. De nobis autem scias, quia in maximo honore sumus apud eum, sed inducis malum super nos, et facis nos amittere gratiam quam habemus. Fili mi, noli preparare matri tuae angustiam, quia fiducia michi est, si volueris, te in bono ordine futurum cum Alexandro.* Perlecta Darius hac epistola, turbatus est valde, et flevit.

Inter haec Alexander movit exercitum suum, et coepit ingredi terram Darii, et appropinquans ei, ita ut Macedones viderent sublimissimum locum ex civitate Darii, iussit milites suos evellere herbas et ramos arborum et ligare in pedibus equorum ad excitandum pulverem, ita ut viderent Persae et mirarentur. Distabant enim a civitate itinere dierum quinque. Cum autem venissent propius, dixit Alexander suis sapientibus: *Inveniamus hominem, quem dirigamus Dario, ut preparet se et exeat ad nos in pugnam.* Dormiens autem ibi, vidit in somno Hammonem deum in forma

[a] m. P. medico l. [b] fluvium l. [c] *fortasse* persarum, *ut in cod. Bamb. hist. Alexandri, legi debet in cod.* l. [d] se v. l.

Hermi, portantem dominicalem clamidem et Macedonicam vestem, sibique dicentem: *Fili Alexander, quando necesse* Hist. Alex.
est adiutorium, paratus sum nunciare tibi. Vide, quem missum dirigere volueris. Sed dico tibi, ut induas formam meam, et tu vadas illuc. Periculosa quidem res est, ire regem per missaticum, sed quia deus est in adiutorium tibi, nullam sustinebis angustiam. Evigilans autem, repletus est gaudio, recitavitque somnium amicis suis, qui dederunt ei consilium, ut ita faceret. Vocans autem fidelissimum suum satrapam, cui nomen Eumilo, tulit secum tres velocissimos equos, unum insidebat ipse, alium princeps ille, tercius pergebat vacuus. Pergentes igitur ambo, venerunt ad fluvium qui dicitur Stragan. Hic fluvius pre nimio frigore congelatur noctu, prebetque iter tota nocte transeuntibus, mane, cum incaluerit sol, dissolvitur et perfundissimus efficitur et ingredientes absorbet. Veniens itaque Alexander, invenit eum congelatum, induensque se figuram quam viderat in somno, dimisit ibi principem illum cum duobus caballis, et ipse cum suo transivit. Erat autem fluvius in latitudine stadii unius a. Abiens itaque Alexander cum venisset ad portam f. 207.
civitatis Darii, videntes eum Persae, mirati sunt in figura vultus eius, estimantes illum esse deum. Interrogatus autem ab eis quis esset, respondit, se apocrisiarium esse regis Alexandri. Et duxerunt eum ad Darium. Qui videns eum adoravit ut deum, cogitans illum esse Mithram deum, descendentem de coelis. Interrogavit ergo eum: *Quis es tu?* Cui ille: *Apocrisiarius sum regis Alexandri, missus nunciare tibi, quia moram facit in campo exspectans te. Unde si tibi placet, constitue diem praeliandi.* Cui Darius: *Forsitan tu es Alexander, qui cum tanta loqueris audacia; non enim loqueris sicut nuncius, sed sicut ipse Alexander. Scias tamen pro certo, quia audacia tua nullo modo conturbat me. Sed manduca hodie mecum, quia et Alexander sedit ad coenam cum missis meis.* Et extendens manum, apprehendit eum per dexteram, introduxitque in palatium suum. Alexander vero pro signo tenuit in corde suo hoc quod induxit eum per dexteram, quasi iam teneret palatium inimici sui, ingressusque triclinium, in quo erat convivium praeparatum, sedit cum rege; sederunt et principes Darii facie ad faciem. Persae itaque sedentes in convivio despexerunt vultum Alexandri, eo quod esset parvus, nescientes, qualis virtus et qualis audacia erat in vasculo tali. Pincernae vero ferebant sepius pocula. Mediante vero convivio cum allatum fuisset Alexandro poculum aureo b et bibisset, misit illud in sinum suum, fecitque hoc secundo et tercio. Quod cum vidissent pincernae, nunciaverunt Dario. Erexit se Darius, et dixit: *O vir fortissime, quid est hoc quod agis?* Cui Alexander: *Dominus meus sedens in convivio donat militibus suis vascula illa in quibus bibunt. Quod si talis consuetudo non est inter vos, reddo vobis omnia.* In hoc omnes tacuerunt, cogitantes, quod talis consuetudo esset apud illos c. Unus autem ex principibus militiae, cui nomen Anepolis, quondam missus ad Phylippum exigere ab eo censum, vidit tunc Alexandrum, sedensque nunc in convivio cum eo facie ad faciem, intuitus est faciem eius, coepit cogitare in corde suo: *Nonne iste est Alexander?* Intellegens enim vocem et signa illius, accessit ad Darium, et dixit: *Domine, iste missus quem vides ipse est Alexander.* Cognoscens autem Alexander, quia loquebantur de illo et de cognitione eius, exiliit de sede sua, tollensque faculam de manu cuiusdam Persae tenentis eam, ante mensam regis percussit eum, et ascendens equum abiit. Persae vero insequebantur eum armati cum omni velocitate, sed ipse ferens in manu faculam ardentem, tenuit iter rectum, insequentes autem cadebant in foveas; erat enim obscura nox. Darius autem sedens in solio suo, vidit signum infaustum, quia cecidit domus Xersis regis et statua eius, et doluit. Alexander itaque veniens ad fluvium Stragan transiit, statimque dissolutus est fluvius, mortuusque est caballus eius antequam exiret, et tulit eum fluvius; Alexander vero exiliit in ripam, iunctusque principi, quem reliquerat, reversus est ad suos; congregataque omni militia sua, ascendit in locum eminentiorem, et confortavit milites suos, dicens: *Multitudo nostra non aequatur multitudini Persarum, sed non conturbet vos multitudo illorum, etiam si centupliciter augerentur, quia non prevalet multitudo muscarum parvitati vesparum.* Qui audientes haec, laudaverunt eum.

Darius itaque movit exercitum suum valde magnum, transiitque fluvium Stragan, ut pugnaret cum exercitu Alexandri. Habebat autem currus falcatos. Cum autem venisset uterque exercitus in campum, ascendit Alexander equum cui nomen Bucefalus, et stetit in medio ante omnes Persas. Videntes autem eum Persae, timuerunt ire super eum, quia divinitas quaedam cooperiebat eum. Mixtis autem utrisque partibus, pugnabant acriter, multique cadebant, sed ex f. 208.
parte Darii plurimi. Videns itaque Darius, quia multi cecidere de suis, fugam iniit; fugerunt et Persae, multitudo vero curruum falcatorum fugientes occidebant suos, iacebantque sicut messis in campo. Veniens autem Darius ad fluvium, et inveniens eum adhuc congelatum, transiit; sed sequenti multitudine ingrediente, dissoluta est glacies, et plurimi mortui sunt; qui vero ingredi non poterant, eos insequentes Macedones occidebant. Fugit autem Darius, et ingressus palatium suum, prostravit se super faciem suam in terram, ex altoque pectore dura trahens susspiria, dixit: *Heu me, quanta tribulatio apprehendit Persidam, quia humiliatus est Darius, qui subiugavit atque in potentiam suam redegit multas gentes! In puncto articuli unius diei evenit, quod humiles exaltentur super nubes, et sublimes humilientur usque deorsum.* Deinde erigens se et in sensum suum rediens, scripsit ad Alexandrum epistolam huiusmodi:

Darius rex dominatori meo Alexandro gaudium. Recordetur tua clementia, quia et tu homo es; sufficit autem homini in quo sapientia est, cum habuerit victoriam, ut non elevetur amplius mens eius. Recordare igitur, quia superna divinitas concessit tibi hanc victoriam, et quia refugium facio ad te; impende michi misericordiam; scis enim nos nostramque nativitatem atque magnitudinem; concede nobis matrem et uxorem ac filias, et dabo tibi thesauros, quos habeo in terra Miniada et Susis et Mactra, quos thesaurizaverunt ibi patres nostri subtus terra, et constituam te dominum Persarum et Medorum. Cunctis diebus vitae tuae esto salvus, et concedatur tibi victoria a Iove.

Relecta hac epistola ab Alexandro, unus ex principibus militiae Parmenius dixit: *Alexander, tolle tibi cunctas has divitias, et redde sibi pro quibus rogat.* Cui Alexander: *Miror, si per datum vult Darius recipere matrem et uxorem ac filias. Si victus est Darius, michi datum non promittat, si iterum pugnare voluerit et nos vicerit, utinam salvare valeamus nosmet ipsos, quanto magis ut teneamus matrem eius et uxorem ac filias.*

Dimisit autem legatos, precipiens eis, ut talia dicerent Dario. Precipiens itaque militibus suis, ut mortuos sepelirent et vulneratis medicinam impenderent, aliquantos dies hiemavit ibi, faciens oblationem diis suis; precepitque militibus suis, ut pulcherrima palatia Xersis regis comburerent; sed paululum poenitentia ductus iussit, ut hoc non facerent. Erant autem in hisdem locis sepulchra mortuorum, quae fodientes, invenerunt vasa aurea et argentea, invenerunt etiam sepulchrum olovitreum, de quo a foris apparebat corpus hominis et capilli eius. Invenerunt quoque ibi turrim, in qua multi truncati homines, alii vero erant ibi in custodia, qui clamaverunt ad Alexandrum, misericordiam postulantes, ut liberaret eos. Ipsa vero custodia erat pessima. Qui iussit eos abstrahi de ipsa custodia, et videns eos, doluit et ploravit, precepitque singulis dare dragmas mille, restituens illis proprietates suas.

Inter haec preparavit se Darius denuo ad pugnam, scripsitque epistolam ad Porum regem Indorum in haec verba: *Darius rex regum regi Poro gaudium. Nuper scripsi ad te deprecando, ut faceres nobis adiutorium contra illos, qui conati sunt dissipare palatium nostrum, quia haec bestia, quae venit super nos, ferocem habet mentem, et aestuat animus*

a) stadii u *e corr.* 1. b) *ita* 1. c) *deest* 1. eos 9c.

Hist. Alex. f. 209. *eius sicut tempestas maris. Volui recolligere ab illo matrem et uxorem et filias et offerre illi munera, et noluit acquiescere. Nunc vero quamvis sine voluntate mea pugnabo iterum cum eo, congregatisque gentibus multis certabo usque ad mortem, quia melius est michi mori in bello, quam videre desolationem regni et gentis meae. Congregamini ergo et parate vos ad portas Caspias. Omnibus qui vobiscum venerint datum dabo, unicuique pediti per singulos menses solidos tres, equiti vero quinque, et cibaria illorum et quaecumque necessaria tribuam illis, de spoliis vero captivorum medietatem dabimus tibi, caballus quoque Bucefalus et imperiale paramentum Alexandri tuum sit, et ubicumque applicueris, dabo tibi centum et octoginta iuvenculas cum ornamentis earum. Cum acceperis epistolam hanc, festina venire.*

Homines vero Darii fugientes ad Alexandrum, nunciaverunt ei omnia haec. Qui audiens haec preparavit se, et dixit omnibus, ut nullo modo vocaretur imperator, si regnum Darii non optinuisset. Cumque audisset Darius adventum Alexandri, timuit valde. Duo autem ex Persis cum audissent eum appropinquare, statuerunt Darium occidere, estimantes, se recepturos ab Alexandro magnam remunerationem, si eius inimicum occiderent. Cumque invenissent Darium in palatio solum, evaginatis gladiis accesserunt ad eum. Quibus ait Darius: *O karissimi mei, quondam servi, nunc autem domini, quare me vultis occidere? Plus honorati sunt Macedones quam vos; recedite a me; sufficit michi tribulatio mea; nolite michi hoc malum facere. Si occideritis me, et veniens Alexander invenerit me occisum quasi a latronibus, faciet vindictam in vos; non enim est gaudium imperatori, invenire alium imperatorem mortuum fraude.* Illi autem ferientes eum gladiis, dimiserunt semivivum, et abeuntes absconderunt se, donec audirent sententiam Alexandri. Transeuntibus autem Macedonibus Stragan fluvium, abiit Alexander et intravit Darii palatium. Inveniens autem eum iacentem in terra semivivum, flevit, et exuens se clamidem imperialem cooperuit eum, et amplexatus vulnera eius, flevit, et dixit: *Surge, domine Dari, surge, et sicut aliquando fuisti dominus totius imperii Persarum, recipe diadema tuum. Iuro tibi per potentissimos deos, quia veraciter abrenuncio imperio tuo.* Tunc Darius blanditer extendens manum suam, amplexatus est eum, et osculans manus eius et pectus, dixit: *Fili Alexander, non elevetur mens tua in victoriali gloria quam habes; etiam si opera feceris deorum, et manum tuam extenderis usque ad coelum, semper recordare novissimorum. Intuere me, qualis fui hesterna die et qualis sum hodie, quia dominator fui terrarum multarum, nunc vero in memet ipso non habeo potestatem, sed humiliatus sum miser usque ad pulverem. Sepeliant me manus tuae, et veniant in exsequias meas Macedones et Persae, et amodo gens Persarum et Macedonum efficiatur unum regnum. Commendo tibi Rodogoni matrem meam, ut sit tibi in memoriam matris; vigeat benignitas tua in uxore mea, Roxani filiam meam accipe tibi in coniugium; ex bonis parentibus filii iungantur in unum, tu de Philippo, illa de Dario.* Haec dicens Darius, in manibus Alexandri emisit spiritum. Alexander vero more regio composuit corpus eius, subponensque collum suum, portavit lectum illius una cum Persis; Macedones vero et Persae armati antecedebant cum magno obsequio. Flebant autem Persae non tam pro morte Darii
f. 210. quam pro pietate Alexandri. Post sepulturam Darii tale proposuit Alexander edictum: *Gauderem quidem, si non defecisset hic populus, sed quia voluit deus Hammon me fieri victorem Persidae, oportet me diis gratias referre. Volo autem, ut per unamquamque civitatem sint principes et rectores sicut temporibus Darii regis, et obediatur eis, omnia vero arma recondantur in domibus regalibus; volo enim, ut pacifica et omni bono plena sit haec terra, et hinc usque Elladam sit iter apertum, ut euntes et redeuntes cum negotiis nichil patiantur mali. Qui vero vindictam fecerunt de inimico meo Dario, accedant, ut videam illos et dignum honorem exhibeam eis, quia bonum servitium fecerunt michi.* Tunc interfectores Darii venerunt ante eum, magnum sperantes premium; ille autem iussit cos decollari, dicens: *Qui proprium dominum occidunt, extraneo quid faciunt?* In hoc vociferatio magna Persarum facta est, laudantium eum quasi deum 1*. Erat autem ibi avunculus Darii, nomine Duriti, quem per totius populi petitionem ordinavit Persidae ducem. Secundum preceptum vero Darii regis fecit venire Roxani, filiam eius, accipiensque eam in uxorem, fecit eam sedere secum in throno regali, ut adoraretur ab omnibus sicut regina. Tunc omnes Persae levaverunt deos suos et duxerunt ante Alexandrum, laudando et celebrando nomen eius, dicentes: *Quia nunc fecisti, quod diis placet.* Quibus ait Alexander: *Nolo, ut michi exhibeatis honorem sicut diis, quia corruptibilis ego sum et mortalis; ideoque dubito me sociare illis.* Scripsit autem matri suae epistolam, ut et ipsa celebraret has nuptias in Macedonia.

Completis itaque diebus nuptiarum, congregavit iterum milites suos, et cum audisset, quod Porus rex Indorum venisset contra eum in adiutorium Darii regis, coepit ire obviam ei in Indiam, ambulans per spaciosam terram et desertam, et transiens flumina invadosa, et per colles cavernosos, fatigatusque est una cum militibus suis. Qui etiam omnes dicebant: *Sufficit nobis, quia venimus pugnando usque Persidam Dariumque subiugavimus, qui tollebat antea censum a Macedonibus; quid deficiemus querendo Indiam in locis, in quibus bestiae habitant, et obliviscimur terram nostram? Hic Alexander nichil aliud optat facere, nisi ire praeliando et subiugando sibi gentes. Dimittamus eum nos; eat ille quo vult.* Audiens haec Alexander, stetit, dixitque omnibus: *Separamini ab invicem, Persae sint in una parte* a, *Macedones et Greci in alia.* Intuens autem Macedones et Grecos, dixit: *O commilitones mei Macedones et Greci, Persides isti contrarii sunt michi et vobis; si autem et vos posuistis in cordibus vestris, ut contraeatis michi, redite post tergum, et ite in patriam vestram; recordamini tamen, quia et istos solus vici, et quocumque iero pugnare cum barbaris, superabo illos. Scitis, quia quando consiliatus sum vobis, confortati sunt animi vestri; quando venimus pugnaturi in campo, nunquid non ego steti solus ante omnes et pro omnibus solus pugnavi? Nunquid non ego solus pro salvatione vestra et totius patriae abii quasi missus ad Darium regem, et tradidi me multis periculis? Quid ergo? Si vultis pergere soli Macedoniam, pergite, quia ego vobiscum non venio; cognoscetis autem, quia nichil facere valet militia sine consilio regis.* Haec eo dicente, erubescentes milites poscebant veniam, dicentes: *Amodo vita nostra in manibus tuis sit posita, quodcumque vis facere, fac.* Multa vero pericula in ipso itinere passi sunt, multaque miranda viderunt, quae iuxta ipsius Alexandri descriptionem, ut aiunt litterae, post referemus.

1*) *Add.* 5.: De hac vero vindicta alii sic scribunt. Post haec rebus ordinatis, cum ipsos scire Alexander cupivisset, qui Dario necem intulerant, ait: *Gaudeo, me hostem maximum Darium servitio subiugasse, licet ego ipse id executus non sim, habeo tamen graliam condignam rependere his, qui benivolentiam suam erga me protestati sunt; quique hi sunt, hortor atque moneo, uti se prodant. Namque per patris matrisque* b *meae maiestatem iuro, sublimes illos me facturum ac notissimos, quia maximo premio digni sunt.* Mox quoque hoc audito, Besas et Ariobarzanes obvias se Alexandro ferunt, et professi facinus, sponsionem premii petunt. Tunc protinus viros comprehendi iubet atque altissimo in loco crucifigi; idque preter spem omnibus fuit. Nec tamen se reum de periurio dicebat, quia sublimes eos ac notissimos omnibus fecerat.

a) 5. *add.:* Macedones et Persae. b) matrique *cod.*

Post aliquantos dies in finibus Indiae obviaverunt Alexandro legati Pori regis, deferentes ei epistolam, continentem hunc modum: *Indorum rex Porus latroni Alexandro, qui civitates obtinet latrocinando. Cum sis mortalis homo, quid prevales facere deo? Quod anxiasti homines persequendo, qui digni fuerunt sustinere angustiam, cum hominibus mollibus et qui nullam habuerunt virtutem pugnasti, et quia vicisti eos, speras te victorem esse in omnibus hominibus. Victorialis et ego sum, et non solum homines oboediunt michi, sed etiam dii. Venit aliquando Dionisius famosus pugnaturus in India, sed terga vertit ante Indos et fugit, quia Indorum virtutem sustinere non potuit. Quapropter antequam turpitudo tibi eveniat, do consilium tibi et precipio, ut festinanter revertaris in terram tuam. Antequam Xerses esset, dabant nobis Macedones censum, sed quia non invenimus in illa terra quae placeant regi, velut in terra inutili, dedignati sumus illam, quia omnis homo plus desiderat amplam causam quam parvam. Ecce contestor te, ut revertaris, et ubi dominationem habere non poteris, ibi desiderium non habeas.* Hist. Alex. f. 211.

Ut autem pervenit haec epistola ad Alexandrum, legit eam coram omnibus, et dixit: *Viri commilitones, fortem animum vestrum non conturbent Pori regis epistolae; recordamini verba epistolarum Darii regis, quam superbe et cum quanta locutus est audacia. Veritatem dico vobis, quia omnes barbari communem habent sensum et parum distant a bestiis.* Haec dicens Alexander, scripsit epistolam regi Poro tali modo:

Rex Alexander regi Poro gaudium. Acuisti sensum nostrum, et prebuisti nobis audaciam, ut pugnemus contra te. Dixisti enim, in Macedonia nichil boni esse, Indiam vero omni dulcedine efflucre; proinde toto conamine pugnabimus, ut acquiramus eam. Et quia dixisti, omnem hominem plus diligere amplam causam quam parvam, ideo nos, qui parvi sumus, ad amplitudinem vestri culminis venire optamus. Quia vero dicebat epistola tua, quod non solum hominibus, verum etiam diis exstas imperator, ego ita pugnaturus venio, quasi cum homine barbaro et qui se multum extollit, non quasi cum deo, quia unius dei arma totus mundus sufferre non poterit. Quin immo scias, quia stulta elatio tua me non conturbat.

Hac epistola lecta, Porus rex iratus est, congregataque multitudine suorum atque multis elephantis, cum quibus Indi pugnare solent, exiit obviam Macedonibus. Fuerunt autem in exercitu eius sine peditibus, quorum non erat numerus, 4000 octingentae quadrigae falcatae, quadringenti elephanti portantes turres, in quibus stabant homines armati ad pugnam. Macedones vero atque Persae videntes preparationem atque multitudinem Indorum, turbati sunt, expavescentes non tantum multitudinem hominum quantum ferarum. Ferebat autem secum Alexander statuas hominum aereas, et sapienter cogitans, misit eas in ignem, ut calefierent, faciensque recepta ferrea quibus sustinerentur, iussit eas portari ante exercitum contra elephantos. Videntes itaque statuas elephanti, putaverunt, quod homines essent, et extendentes promoscidas suas, id est rostra sua, secundum consuetudinem ut caperent homines, pre nimio calore statuarum incensi sunt, redeuntesque retro moriebantur, reliqui vero exturbati nullo modo pergebant pugnaturi super homines. Videns autem[a] quod de feris factum est, turbatus est valde. Persae vero impetum facientes super Indos cum sagittis et lanceis, fugaverunt eos, cum tamen ex his et illis maxima strages hominum facta fuisset. Alexander autem sedens super equum suum Bucefalum, ingressus est pugnam, et praeliatus est fortiter, quin etiam ipse caballus adiuvabat eum non modice, et per continuos viginti dies pugnabant inter se. Videns itaque Alexander, quia defecerat populus, stetit solus ante hostem, et locutus est Poro regi: *Non decet imperatorem, sic in vanum perdere populum suum, sed per semet ipsum ostendere virtutem suam. Stet ergo populus tuus in parte una, et meus in altera, ego vero et tu soli pugnemus manu ad manum, et qui vicerit, illius computetur populus uterque.* Audiens hoc Porus, gavisus est, confidens in altitudine f. 212. sua, quae erat cubitorum quinque, cum Alexander esset tantum cubitorum trium. Recedente itaque utroque exercitu et stante in suo ordine, pugnatum est ab illis duobus. Vociferantibus autem militibus Pori, tornavit ille caput ad illos; Alexander vero impetum faciens in eum, complicatis pedibus exilivit super eum, percutiensque illum gladio, prostravit in mortem. Tunc acriter pugnatum est ab utroque exercitu. Stans autem Alexander dixit ad milites Pori: *Miseri, post mortem regis vestri ut quid pugnatis?* Qui dixerunt: *Quia nolumus subdi vobis terram nostram, ne devastetur.* At ille ait: *Cesset pugnatio vestra, et ite liberi ac securi in domos vestras, quia vos non presumpsistis impugnare nos, sed rex vester.* Haec dicens, castra metatus est et fecit sepeliri Porum.

De hac pugna alii aliter sentiunt, sic scribentes: Cum Poro, fortissimo Indorum rege, cruentissimum bellum gessit, in quo Alexander cum ipso Poro singulariter congressus, occisoque deiectus equo, concursu satellitum presentiam mortis evasit; Porus vero multis confossus vulneribus, captus est, sed ob testimonium virtutis Alexander ei regnum restituit. Haec autem diversitas etiam in epistolis quae ipsius Alexandri dicuntur ad magistrum suum Aristotilem reperitur, quae si ipsius sunt, diversa sibi sentiunt. Ibi enim quodam loco scriptum est, quod ad Candacem reginam cum veniret Alexander, Carator, filius eiusdem reginae, c. B. f. 215. suadente uxore sua, quae filia fuit Pori, eum occidere voluerit, eo quod ipse Porum occiderit; in alio autem loco sic scriptum invenitur, ut eadem verba ponantur quae ipsius esse dicuntur: *Venimus*, inquit, *in illum locum, ubi Porus prius cum exercitu consederat quam pugnaremus cum eo; habebat autem desiderium videndi me, et interrogavit aliquos de militibus meis, ubi essem vel quid facerem. Qui cum se nescire haec dicerent, venerunt et nunciaverunt michi haec omnia. Ego autem exuens vestimenta regalia, indui militis unius indumenta, abiensque ad castellum, finxi me comparare velle carnes et vinum. Cumque me vidisset Porus, vocavit ad se et interrogavit, quid Alexander faceret et cuius aetatis esset. Cui inquam: „Quid faciat nescio, quia pastor sum animalium cuiusdam militis Macedoni, de annis vero eius sapio quia senex est, et forsan nunc sedet ad focum, sicut est consuetudo senum.“ Tunc ille repletus est gaudio, quod cum homine sene pugnare deberet, cum ipse iuvenis esset, et elatus in gloriam dixit: „Quare non intendit senectutem suam, quia vult pugnare cum iuvene?“ Statim dedit michi epistolam minis plenam, rogans et premium pollicens, ut eam Alexandro darem. Cui cum iurarem, quod certissime ipsae litterae in manus Alexandri venirent, abii, legensque epistolam, multum risum habui pro superbia et presumptione barbari. Post haec pugnavi cum Indis, et vici eos sicut volebam, et tuli regna quae habuit Porus, sed postea reddidi ea illi. Pro qua re factus est ille Macedonibus summus amicus, et manifestavit michi thesauros suos occultos; unde et ego et omnes comites mei divites facti sumus; deinde duxit me ubi erant statuae aureae, quas ibi posuerant Liber pater et Hercules, et fuit diu socius itineris nostri.* Oros. III, 19. ep. ad Arist. c. B. f. 231.

Haec de dissonantia non solum hystoriographorum, sed ipsius quoque Alexandri, ut dicunt, litterarum idcirco posui, ne quis me de prima huius pugnae descriptione arguat mendacii; ceterum prudens lector eligat, quid sibi de hiis maxime placeat.

Igitur post pugnam cum Poro peractam, congregato magno apparatu, Alexander abiit ad Oxidraces. Oxidraces autem non sunt superbi homines, neque pugnant cum aliquo; nudi enim ambulant, et dicuntur gymnosophystae, in tuguriis habitant, non habentes civitatem, neque habitationes alias. Rex autem huius gentis cum audisset adventum Alexandri, misit ad eum honoratos suos cum epistola tali: *Corruptibiles gymnosophystae Alexandro homini scribimus. Audivimus,* Hist. Alex. cod. Bamb. fol. 212.

a) a. Porus 5.

Hist. Alex. *quod venias super nos. Si pugnaturus veneris, nichil lucri acquires, quia, quod tollas aut auferas a nobis, non invenies, sed et ipsum quod habemus nullo modo audet quis tollere, nisi quantum divina providentia concesserit. Quod si pugnare vis pugna, nos simplicitatem nostram non dimittemus.* Relegens hoc Alexander, remandavit eis dicens: *Et nos pacifice veniemus ad vos.* Statimque ingressus est ad illos. Intuens autem illos omnes nudos ambulare et in abditis tuguriis et speluncis habitare — filii vero et uxores eorum separatae erant ab illis cum animalibus —, interrogavit unum ex illis: *Non sunt sepulchra vobis?* Qui ostendens ei habitationem suam, dixit: *Ubi habito, sufficit michi.* Convocatis autem omnibus, Alexander dixit: *Querite quod vultis, et dabitur vobis.* Qui dixerunt: *Da nobis immortalitatem.* Quibus ille ait: *Mortalis ipse cum sim, immortalitatem vobis dare non possum.* At illi dixerunt: *Et si mortalis es, quare vadis discurrendo huc et illuc et faciendo tanta et talia?* Quibus ille ait: *Istae causae non gubernantur nisi de superna providentia, cuius ministri sumus, facientes iussionem illius. Mare nullo modo turbatur, nisi cum ventus fiunt ingressus. Volo quiescere et a pugnis recedere; sed dominus sensus mei non dimittit me hoc facere. Si omnes unius intellegentie fuissemus, totus mundus sicut ager unus esset.* Haec dicens, coepit ire, et fatigatus est multum in ipso itinere, quia erant ibi loca inambulatoria. Deinde Adrestas, Catthenos, Gangaridas, cesis eorum exercitibus, Macedones expugnavere. Cumque ad Cophides ventum esset, ibi contra ducenta milia equitum pugnam commiserunt, et cum iam fessi, aetate detriti, animo egri, viribus lassi, difficile vicissent, castra ob memoriam plus solito magnifica condiderunt.

Oros. III, 19. Exin Alexander ad amnem Agesinem pergit, per hunc in oceanum devehitur, ubi Gessonas Sybosque, quos Hercules condidit, obpressit. Hinc in Audros[a] et Subagras navigat. Quae gentes cum cum armatis 80000 peditum et 60000 equitum excipiunt, commissoque praelio, diu anceps et cruenta pugna tandem tristem pene victoriam Macedonibus dedit. Nam fusis hostium copiis, Alexander exercitum ad urbem eorum duxit. Et cum murum primus ascendisset, vacuam ratus civitatem, solus introrsum desilivit. Quem cum undique infesti hostes circumdedissent, incredibile dictum est, ut eum non multitudo hostium, non vis magna telorum, non tantus lacessentium clamor terruerit, solus tot milia ceciderit ac fugaverit. At ubi se obrui a circumfusa multitudine persensit, muri obice posteriora tutatus, contrarios facilius eo usque sustinuit, donec perfossis muris omnis exercitus ingreditur. In eo praelio sagitta sub mamma traiectus, fixo genu eatenus pugnavit, donec eum, a quo vulneratus est, occideret. Inde conscensis navibus cum oceani litora peragraret, ad urbem quandam, cui Ambira rex praerat, pervenit, sed in expugnatione civitatis magnam partem exercitus sagittis hostium veneno illitis amisit; at post herba per somnium sibi ostensa et in potum sauciis data, cum reliquis subveniretur, urbem expugnavit.

De mirabilibus rebus, quas Alexander vidisse dicitur.

In his ergo itineribus quae et quanta pertulerit et quam miranda conspexerit, ipse, ut fertur, ad matrem suam Olympiadem et magistrum suum Aristotilem scribit, de quibus aliqua ob delectationem noticiae rerum mirabilium breviando perstringimus, ceterum veritatem ipsarum rerum iudicio legentium relinquimus. Scribit itaque ad matrem suam, quia cum adhuc in Babylonia priusquam egrederetur de terra illa, erat ibi mulier quaedam, quae peperit filium, qui ab umbilico et sursum erat ut homo, deorsum autem erat ut bestia, similitudinem habens canis. Quem cum peperisset, cooperuit eum, adduxitque Alexandro regi, mandans ei, ut liceret sibi cum eo secrete loqui. Quae cum vocata veniret, ait: *Iube omnes exire, secretum habeo indicare tibi.* Omnibus ergo recedentibus, discooperiens infantulum monstravit ei. Quem videns rex, miratus est, vocatoque ariolo, interrogavit eum, quid hoc portenderet. Qui susspirans dixit: *O rex, appropinquabit tempus tuum, ut exeas de hoc seculo. Medietas corporis, quae habet asspectum hominis, tu es, pars autem versa in bestiam homines sunt qui post te venient.* Audiens haec Alexander, tristis effectus est, et dixit: *O Iuppiter, oportuit quidem ut dies obitus mei in pace finiretur, ut hoc quod proposui perficeretur, sed quia tibi sic placet, suscipe me tecum immortalem.*

Hist. Alex. c. Bamb. f. 216.

f. 217. Coadunato autem populo suo, exiit, et venit ad columnas Heraclii, unam auream, alteram argenteam, habentes in longitudine cubitos duodecim, in latitudine duos.

Inde moventes, ingressi sunt desertum, inveneruntque loca frigida atque sic obscura, ut pene se mutuo non agnoscerent.

Inde ambulantes per septem dies, venerunt ad fluvium calidum, videruntque ibi mulieres Amazonas speciosas nimis, equitantes in horridis vestimentis, argentea arma in manibus tenentes; aes autem et ferrum ibi non invenitur. Iungens autem se exercitus ad ipsum fluvium, transire non potuit, quia latitudo et altitudo illius magna erat nimis, plenusque erat reptilibus et bestiis.

Abinde venientes ad mare Rubrum, invenerunt montem nimis altum, in quem ascendentes, visi sunt sibi, quasi essent in coelo. Cogitavit autem Alexander cum amicis suis, ut instrueret aliquid tale, quo posset ascendere coelum, ut probaret, si esset hoc coelum quod videmus. Fecit ergo sibi sedem excogitatam, et apprehendens griphes duos, colligavit eos catenis, et posuit vectes ante eos, et in summitate eorum cibaria illorum. Coeperunt igitur sursum ascendere, donec terra tota sibi videbatur sub se quasi area et mare sicut draco gyrans eam. Divina vero virtus obumbrans griphes, deiecit eos in terram in loco campestri longe ab exercitu itinere dierum decem; nullam tamen lesionem sustinuit Alexander in cancellis illis, cum forti vero angustia iunctus est militibus suis. Quem videntes laetati sunt, collaudantes eum. Iterum venit in cor eius, ut mensuraret profundum maris, vocavitque astrologos et geometricos, precipiens eis ut facerent sibi vasculum tale, in quo posset in profundum maris descendere et mirabilia quae ibi sunt perspicere. Qui dixerunt: *Fiat dolius olovitreus et ligetur catenis, et regant eum milites fortissimi in submittendo et reducendo.* Hoc audito Alexander, precepit talia fieri, et tali modo perquirens profundum maris, vidit diversas figuras diversicolorum piscium et quasi terrestrium animalium profundum maris ambulantium, multaque quae dici non possunt.

Ep. ad Arist. cod. Bamb. f. 228′. Postquam autem venit in Persidam et interfecit Darium regem mense Maio, ut ipse magistro suo Aristoteli scribit, subiugavit sibi omnem terram illius, et posuit in provinciis orientis suos honoratos, et divites facti sunt omnes. Mense autem Iulio deficiente, venit in Indiam Fasiacen, ubi cum magna celeritate vicit Porum regem multasque divitias invenit. Apprehendit enim civitatem ipsius Pori et domum eius magnificam, in qua fuerunt quadringentae columnae aureae cum capitellis aureis, et parietes domus erant vestiti laminis aureis, quae erant grossae in spissitudine sicut est digitus hominis, vinea quoque aurea et racemi cristallini, quibus interpositae erant gemmae ignitae et smaragdineae. Omnes etiam mansiones, quae inerant ei, ornatae erant de margaritis et unionibus et carbunculis, et ianuas habebant de ebore albo, et laquearia subfixa de ligno quod dicitur ebenum et est nigrum nasciturque in India et Ethyopia, et camerae erant factae de cypressis. Foris autem extra domum erant statuae de auro positae et platani

a) *ita aut* mandros 1.

aureae, et inter illas erant multa genera aucellarum varii coloris, et habebant ungulas et rostra inaurata, et in auriculis pendebant margaritae et uniones. Multa quoque vasa gemmea et cristallina et aurea invenit ibi, argentea vero pauca.

Cumque omnia in suâ potestate haberet, desideravit interiorem Indiam videre et ad portas Caspias pervenire. Quo cum tenderet cum omni suo exercitu, pervenerunt ad quendam fluvium, in cuius medio erat civitas cooperta, et in circuitu civitatis erat aqua quasi stadiis quatuor; ipsa vero aqua erat amara nimis velut elleborum. Ubi cum applicuissent hora diei tercia, quidam ex iuvenibus audacioribus numero 37 evaginatis gladiis nudi ingressi sunt fluvium, sed surgentes ex eo bestiae quae dicuntur yppotami devoraverunt eos. Gyrantes autem ceteri milites fluvium ex alia parte, perrexerunt superius, et invenerunt stagnum dulce, ibique applicantes, accenderunt focos. Hora vero noctis tercia exeuntes subito ex ipsius stagni arundineto ferae silvestres, venerunt ad ipsum stagnum bibere, leones mirae magnitudinis, pardi, tigrides, porci silvatici habentes dentes in longitudine cubiti unius, elephanti quoque et scorpiones habentes longitudinem unius cubiti. Venerunt et homines silvatici, habentes sex digitos in manibus et pedibus, qui incursum magnum fecerunt super milites, sed cum lanceis et sagittis eiecerunt eos a se. Posuerunt autem focum in ipsa silva arundinum, ut fugerent ipsae ferae, et ecce, venit super eos bestia mirae fortitudinis, fortior elephante, quae irruens occidit ex eis viginti sex, quidam autem armati occiderunt eam. Sequenti vero nocte exierunt ex arena vulpes et cocodrilli, et comedebant corpora mortuorum. Volabant ibi et vespertiliones tam magni sicut columbae, quorum dentes ut hominis, qui mordebant homines, auferentes eis nares et aures et digitos. Hist. Al. f. 212. f. 213.

Moventes inde, venerunt in campum qui dicitur Actia, in cuius circuitu erat silva condensa; et erant ibi arbores fructiferae, ex quibus nutriebantur homines agrestes, habentes formam gygantum, induti vestimento pellicio, qui exeuntes cum longis contis occiderunt quosdam de exercitu. Quod videns Alexander, precepit suos vociferare. Qui eum clamarent magnis vocibus, timuerunt illi et fugerunt, quia non erant illis cognitae voces humanae. Insequentes autem eos milites, occiderunt ex eis sexcentos et triginta quatuor; ex ipsis vero eeciderunt centum viginti septem. Manserunt autem per tres dies, comedentes poma arborum ipsarum.

Deinde venerunt ad fluvium quendam, in quo erat civitas locuples valde. Hora vero nona incumbente, venit super eos quidam magnus homo agrestis, pilosus ut porcus. Alexander itaque precepit militibus suis, ut apprehenderent eum. Qui cum fecissent impetum in eum, ille neque timuit neque fugit, sed stetit immotus. Precepit autem Alexander adduci puellam et mitti ante illum nudam. Ille autem impetum faciens apprehendit eam, et stetit in parte. Concurrentibus vero militibus, ut raperent eam, ille ruguit sicut fera. Cum maxima igitur angustia apprehenderunt eum, et iussit eum Alexander ligari et in ignem precipitari.

Inde moventes, venerunt in alium campum, ubi ab hora diei prima exiebant arbores de terra et crescebant usque in horam sextam, ab hora sexta usque ad occasum solis deseendebant in terram; ferebant autem fructus valde odoriferos. Precepit autem Alexander militibus quibusdam, ut tollerent de fructibus ipsis; sed mox ut accedebant propius, exiebant daemones et flagellabant eos; audierunt quoque omnes vocem quasi de coelo sibi precipientem, ut nullus aliquid incideret ex ipsis arboribus, quia qui faceret moriretur. Erant ibi et volatilia mitissima, sed quicumque volebant ea tangere, exiebat ignis et incendebat eos. Moventes etiam inde, venerunt in fines oceani maris, et audierunt in insula quadam homines loquentes Grecam linguam. Quidam vero ex militibus exuentes se, voluerunt ingredi ad ipsam insulam, sed surgentes bestiae quaedam de mari, apprehenderunt ex eis viginti et submerserunt in profundum.

Exinde venerunt in locum quendam, in quo erat arbor neque fructum habens neque folia, et sedebat super eam avis, habens super caput suum radios lucentes sicut sol.

Deinde venerunt ad montem quendam, sub quo erat ripa, in qua pendebat catena aurea, et ipse mons habebat gradus bis mille et quingentos ex saphiro. Ascendit autem Alexander montem ipsum cum aliquantis militibus, et invenit ibi palatium, in quo erat templum totum aureum, et in eo tympana et cimbala ex auro, et lectus cum preciosissimis lectisterniis, in quo iacebat homo magnificentissimus et clarissimus, indutus alba veste bombicea, ornata ex auro et lapidibus preciosis, et circa eum vinea aurea, ferens botros ex lapidibus preciosis. Adoravit itaque Alexander hominem ipsum, et descendit.

Ab hoc loco perrexit per continuos quindecim dies, et venit in terram quae dicitur Prasiaca. Cognoscentes autem adventum eius homines terrae illius, adduxerunt ei xenia, pelles ex piscibus similes pellibus leopardorum et pelles murenarum longitudine cubitorum sex. Erat ibi civitas murata sine calce, precisis ex monte lapidibus. Primatum ipsius regni tenebat quaedam femina vidua, nomine Candacis, habens tres filios. Cui direxit Alexander epistolam talem: *Rex Alexander reginae Candaci gaudium. Dirigo tibi templum et statuam Hammonis, ut venias et eamus simul ad montes et offeramus ei.* Illa vero rescripsit ei: *Candacis regina Merois Alexandro regi gaudium. Revelatum tibi fuit ab Hammone deo tuo, ut ires et expugnares Aegyptum, quod tibi concessum ab ipsis diis. Nos itaque claras ac lucidas habemus animas, magis quam hi qui apud te sunt. Dirigo autem deo tuo Hammoni coronam ex lapidibus preciosis, videlicet ex smaragdo et margaritis, et insertas catenas decem ex preciosis lapidibus. Tibi etiam dirigo infantulos Aethyopes centum, et intelligibiles aves psythacos ducentos, spingas ducentas, rinocerotes octoginta, pantheras tria milia, pelles pardoleonum quadringentas, cantharas aureas triginta, vectes ex ebeno mille quingentos, elephantos quadringentos quinquaginta. Tu vero remanda nobis, si totum mundum subiugasti.* Inter legatos autem suos misit pictorem peritissimum, qui diligenter consideraret et depingeret figuram et formam Alexandri et afferret eam sibi. Quod et factum est. Unus autem ex filiis Candacis reginae, cui nomen Candaulis, cum paucis equitibus abiit ad tabernaculum Alexandri; custodes vero, qui vigilabant super exercitum, apprehenderunt eum, et duxerunt ad Ptolomeum, qui secundus erat ab Alexandro. Cui Ptholomeus ait: *Quis es tu?* Et ille: *Filius*, inquit, *sum Candacis reginae.* At ille ait: *Quare huc venisti?* Qui dixit: *Exivi cum uxore mea exercere me cum paucis equitibus, et rex Bebrixorum, sciens pulchritudinem uxoris meae, venit super me cum valida manu et abstulit eam michi, et quia volui me defendere, occidit etiam milites meos.* Cui Ptholomeus: *Expecta*, inquit, *interim.* Et exiliens de tabernaculo suo, abiit ad tabernaculum regis, et excitans eum, narravit ei omnia quae audivit a iuvene. Quo audito, surrexit Alexander, tollensque diadema capitis sui, coronavit Ptholomeum, et dixit ei: *Revertere in tabernaculum tuum, et sede in solio regali, et dic, quia tu sis Alexander, et precipe alicui homini tuo, ut faciat venire ad te quasi Antigonum hominem tuum veniatque ad me et adducat me quasi Antigonum, et dum venero recita michi coram ipso iuvene quaecumque tibi dixit, et interroga me sub persona Antigoni, ut dem tibi consilium de hac re.* Et ita factum est. Dixit autem Alexander sub persona Antigoni: *Domine, si precipis, ego pergam nocte super ipsam civitatem et succendam eam igni, fuciamque per vim reddi uxorem eius.* Statim adoravit eum Candaulis, et dixit: *O sapientissime Antigone, optimum fuisset, ut tu rex Alexander esses.* Abiit autem Alexander hora noctis in silentio, et succendit civitatem illam. Evigilantes autem homines ipsius civitatis, clamaverunt dicentes: *Quid est hoc?* Alexander dixit: *Candaulis est cum plurimo exercitu, volens ut sibi redditur uxor eius; alioquin moriemini omnes per ignem.* Irruentes f. 214.

Hist Alex. autem homines illi fregerunt portas palatii, et abstrahentes inde uxorem Candaulis, reddiderunt eam illi. Qui volvens se Alexandro dixit: *Mi karissime Antigone, rogo te, veni mecum ad matrem meam, quatinus tibi reddat digna meritis tuis.* Gaudens Alexander dixit: *Eamus ad Alexandrum, et postula me ab eo, et veniam tecum.* Significavit autem hoc antea Ptholomeo. Abiit ergo Candaulis et petiit eum ab eo; acceptaque licentia, abiit cum eo. Cum autem issent per viam, videns Alexander altos montes pertingentes usque ad nubes, miratus est, viditque excelsas arbores poma grandia portantes, et vites magnos botros habentes, in tantum ut homo unus non posset portare unum ex illis; vidit et nuces quae erant sicut pepones, et dracones erant in ipsis arboribus et simiae multae. Post paucos dies cum venissent in civitatem Candacis reginae, exiit ipsa foras obviam illis, longa et pulchra nimis, portans coronam auream, et excipiens eos benigne duxit in palatium suum, quod erat optimum, et fulgebat tectum eius quasi esset aureum, lectisternia eius ornata ex auro purissimo, triclinia eius constructa ex lapide onichino, columnae vero ipsius palatii erant ex ebeno; mensae erant elephantinae, fialae ceteraque vasa ex lapidibus preciosis. Subtus ipsum palatium currebat fluvius, habens claritatem aquae quasi ex auro. Illo itaque die comedebat Alexander cum filiis reginae, altera vero die apprehendens eum Candacis per manum, introduxit eum in cubiculum, quod erat constructum ex lapidibus aureum colorem habentibus, lucebatque intus
f. 215. quasi sol ibi refulsisset, eratque ibi triclinium ex lignis asiptis, quae non incenduntur ab igne, aliud quoque cubiculum super ligna maxima cum rotis, quod trahebatur a viginti elephantis. Haec videns Alexander, miratus est, et dixit reginae: *Istae causae ammiratione dignae essent, si apud Grecos fuissent.* Irata regina dixit: *Veritatem dicis, Alexander.* Qui ubi nomen suum audivit, vehementer expavit. Cui illa ait: *Quare mutata est facies tua, quia vocavi te Alexandrum?* At ille ait: *Domina, Antigonus dicor, non Alexander.* At illa dixit: *Ostendam tibi, quia Alexander es.* Introduxitque eum in cubiculum suum, et monstrans ei imaginem suam, dixit: *Agnoscis hanc imaginem?* Ille autem coepit tremere et pallescere. Et illa: *Quare mutatus est color tuus et expavescis, destructor totius Persidae, destructor et Indiae? Superasti Indos atque Parthos, modo sine militibus et sine aliquo conflictu cecidisti in manus reginae Candacis. Unde scias, Alexander, quia nullo modo debet elevari cor hominis in elationem, qualiacumque sequantur eum prospera, et ne cogitet in corde suo, quod non inveniat hominem fortiorem se, qui eum superabundet.* Ille autem coepit stridere dentibus et tornare se in aliam partem. At illa ait: *Cur irasceris, et quare turbatus es? Quid nunc facere potest imperialis gloria tua.* Et ille inquit: *Irascor, quia non habeo gladium.* Illa dixit: *Et si haberes, quid faceres?* Ait: *Quia traditus sum tibi per meum voluntatem, primam occiderem te, postea memet ipsum.* Cui illa: *Et hoc sicut sapiens imperator dixisti. Veruntamen ne contristeris, quia sicut tu liberasti uxorem filii mei de manibus inimicorum suorum, sic ego liberabo te de manibus barbarorum, quibus si notum fuerit de adventu tuo, occident te, quomodo tu occidisti Porum regem Indorum, quia et uxor iunioris filii mei filia est Pori regis.* Haec dicens, exiit tenens Alexandrum per manum, et dixit filiis suis: *O fili Candaulis et tu o filia Marpissa, demus aliquod bonum huic misso Alexandri.* Respondens alius filius eius Carator dixit: *O mater, verum est quidem, quia direxit istum Alexander et liberavit uxorem fratris mei de manibus inimicorum suorum reddiditque sibi eam, sed uxor mea compellit me occidere hunc Antigonum pro Alexandro, quia ipse occidit Porum patrem eius, ut recipiat dolorem pro eo Alexander.* Candacis dixit: *Quod nomen acquirimus, si hunc occiderimus?* Ad haec respondit Candaulis: *Me iste salvavit, et uxorem meam michi reddidit; in fide adduxi eum huc salvumque restituam in locum suum.* Carator ait: *Quid est hoc quod dicis? Modo in isto loco moriemur ambo.* Candaulis dixit: *Ego nolo hoc; quod si tu vis, paratus sum.* Videns itaque Candacis, quia filii sui volebant se invicem occidere, angustiata est, tollensque Alexandrum, secreto dixit: *Alexander, non ostendis in hoc aliquam sapientiam, ut non occidantur pro te filii mei?* Cui Alexander ait: *Dimitte me ire et loqui cum eis.* Qua permittente, abiit ad eos, et dixit: *Carator, si occideris me, habet Alexander rex multos milites meliores me, sed si vultis ut tradam vobis ipsum inimicum vestrum, date michi quod postulo: tantum ut pacifici sitis inter vos, et iuro vobis, quia huc in palatium vestrum adducam Alexandrum.* Crediderunt ei fratres, et pacificati sunt, et dona multa ei promiserunt. Vocavit autem eum iterum regina Candacis occulte, et dixit ei: *Beata essem, si te cottidie prae oculis habere possem; per te quippe vicissem omnes inimicos meos.* Dedit ergo ei dona regalia, inter quae coronam ex lapide adamantinam et bruniam et clamidem stellatam. Indes abiens,. ivit in criptam quam monstravit ei Candaulis, dicens quod ibi comedissent dii. Igitur antequam ingrederetur fecit oblationem, et sic ingressus est, et vidit ibi caliginem magnam, et inter ipsam caliginem vidit lucentem stellam et apparitiones ydolorum, vidit et quosdam recumbentes, lucidos oculos sicut lucernas habentes, quorum unus dixit ei: *Ave Alexander.* Cui ait: *Quis es tu, domine?* Et ille: *Ego sum Sesonchosis, regnum mundi tenens, et mundum subiugans, et faciens omnes subiectos; sed tamen michi non est nomen tale quale tu habebis in tua quam fabricaberis Alexandria. Ingredere tamen amplius, et videbis.* Et vidit iterum aliam caliginem, et quendam sedentem quasi in sede regali, cui dixit: *Quis es, domine?* Qui ait: *Nativitas deorum ego sum. Vidi te in terra Lybiae et modo hic esse videris.* Cui Alexander ait: *Dic michi, quot annos victurus sum.* Ille respondit: *Hanc causam quam interrogas oportet ut nemo mortalium sciat, quia si cognitus fuisset homini dies mortis suae, tanta tribulatio ei accideret, quasi cottidie mori debe-*
f. 216. *ret. Facturus es civitatem, quae gloriosa exstabit in toto mundo; ibi fabricabitur sepulchrum tuum, ibique requiescet corpus tuum.*

Exiens inde, venit ad milites suos, movensque exercitum, applicuit a) ad Amazones, dirigens eis epistolam talem: *Rex Alexander Amazonibus gaudium. Pugnam quam cum Dario fecimus vobis non incognitam credimus, et quomodo expugnavimus Indiam aliasque gentes, quae resistere nobis nullo modo potuerunt. Quapropter scribimus vobis, ut persolvatis nobis datum, quia non veniemus super vos aliquod malum vobis inferre.* Ad haec rescripta sunt ista: *Amazones potentissimae atque fortiores omnibus militiis Alexandro gaudium. Scripsimus et significavimus tibi, antequam venias in fines nostros, ut scias quomodo venias, ne forte patiaris turpitudinem. Scias, quoniam habitatio nostra est ultra fluvium in quadam insula, quam cingit ipse flavius in gyrum non habens inicium neque finem, et ex una parte habemus angustum introitum. Sunt inter nos quae a viris sunt intactae* 214000*; viri enim nullo modo habitant inter nos; sed ultra flurium in alia parte. Per unumquemque annum celebramus festivitatem Iovis per triginta dies, et sic transimus videre viros nostros, et gaudent nobiscum triginta diebus. Si quis vult in laeticia manere cum uxore sua, tenet eam per unum annum. Quod si mulier impreguata peperit masculum, tenet eum pater secum, et si feminam peperit, nutrit eam pater per annos septem, postea reddet eam matri suae. Cum autem pugnaturae venerimus cum aliqua, sumus numero decies dena milia equitantes, aliae autem custodiunt insulam nostram, et obviamus inimicis uostris usque ad ipsos montes; viri autem nostri insecuntur post nos, et cum reversae fuerimus cum victoria, adorant nos viri nostri. Si qua ex uobis ceciderit, hereditabunt eam quae supervixerint. Ecce significavimus tibi consuetudinem uostram quam facimus omni anno: tu autem considera et fac quod oportet, et scribe illud nobis. Quod si pugnare volueris, ad ipsos exiemus obviam tibi: oportet enim ut stemus et pugnemus adversum vos. Si autem viceriis nos, nullam habebitis laudem, quia feminas vicistis, sed et quod tollatis a nobis non invenietis. Unde care imperator, ne quid tibi adversi contingat.*

a) venit et a. 5.

Legens Alexander epistolam hanc, risit, et ita rescripsit: *Tres partes mundi apprehendimus, et victoriam fecimus; unde si vobis resistentibus non pugnaverimus vobiscum, turpe erit nobis. Attamen do vobis consilium. Si vultis perire et dimittere terram vestram ut non habitetur amplius, venite sicut dixistis obviam nobis ad montes. Si autem non vultis perire, ingredimini fluvium, et sic loquamur in unum. Iuro autem vobis per deos, quia nullum malum patiemini a nobis. Equites autem feminas quantas vultis dirigite nobis, et donabimus singulas, et post tempus dimittemus eas redire in terram suam. Datum autem quod vultis date nobis. Considerate ergo et scribite nobis.* Illae autem considerantes, direxerunt ei poledros decem et caballos blancos, et inde profectus est. Legitur tamen*, quod Halestris sive Minothea procax Amazon cum 300 feminis ad eum venerit, gratia suscipiendae ab eo sobolis excitata. Hist. Alex. * Oros III, 13.

Cum autem perveniret Alexander ad portas Caspias, et miraretur terram illam quia erat bona, cognovit ibi aliqua quae sibi videbantur odiosa. Erant enim in ipsis locis diversi serpentes et bestiae, de quibus dixerunt homines loci illius ut caverent se. Tulit autem centum quinquaginta peritos locorum qui sibi ducatum preberent, et perrexit cum omni exercitu mense Augusto per ardentissimum solem et per arenosa loca, promittens premia ductoribus, si illum salvum ducerent. Pervenerunt autem in Bactriacen, ubi sunt gentes quae dicuntur Seres, et sunt ibi arbores habentes folia velut lanam, unde homines illius terrae faciunt sibi vestes. Sed et duces itineris collegerunt ex ea. Quadam vero die dum iter agerent, coeperunt sitim habere maiorem. Quam cum Alexander sufferre non posset, quidam miles Zephilus nomine invenit aquam in petra cavata, de qua implevit cassidem suum et attulit regi, plus diligens eius vitam quam suam. Ille autem convocans exercitum, coram omnibus fudit ipsam aquam in terram, ne, dum videret exercitus quod ille solus biberet, plus sitire inciperet. Laudavit autem bonitatem Zephili quam habuit in eum, et optima dona dedit ei. Confortatus vero de hoc exercitus coepit ire. Apparuit autem non longe flumen in deserto, in cuius ripa erant cannae altae sexaginta pedibus et grossae sicut pinus, ex quibus fiebant tabulae ad faciendas casas. Ibi ergo posuerunt castra. Cumque ex eadem aqua bibere vellent, erat amara sicut fel. Angustiabatur itaque rex plus de animalibus quam de hominibus, quia illa sitim temperare minus noverant, milites autem alii lingebant ferrum, alii bibebant oleum, alii vero ad tantam pervenerant necessitatem, ut urinam suam biberent. Pergentes igitur iuxta ripam eiusdem amari fluminis, circa octavam diei horam venerunt ad castellum unum, in insula eiusdem fluminis positum, quod ex predictis cannis erat aedificatum. Ibi viderunt paucos homines nudos, qui statim ut exercitum viderunt, absconderunt se. Alexander autem volens loqui cum eis ut aquam sibi ostenderent, cum nullus eorum appareret, iussit paucas iactari sagittas, ut vel propter timorem sagittarum exirent; sed illi plus se absconderunt. Tunc misit in ipsum flumen ducentos ex Macedonibus cum levibus armis. Qui cum iam quartam partem fluminis pernatassent, ecce de profundo emerserunt yppotami[a] fortiores quam elephanti, et videntibus ceteris et plangentibus, devoraverunt eos. Yppotami autem medii sunt homines et medii caballi. Iratus autem Alexander in eos qui exercitum per talia loca[b] ducebant, iussit centum ex eis mitti in flumen, et coeperunt yppotami ebullire sicut formicae, et devoraverunt eos. Inde moti, ad undecimam diei horam viderunt in ipso flumine homines in naviculis rotundis de canna factis, et interrogaverunt eos, ubi aquam dulcem invenirent. Qui indicaverunt eis lacum dulcis aquae in ante reperiendum. Ibant ergo tota nocte fatigati de siti, et erat eis angustia, quia omnes ibant armati. Occurrebant autem eis leones, ursi, tygrides, et per totam noctem pugnabant cum eis. Alia vero die, cum iam lassi essent, hora quasi octava pervenerunt ad ipsum lacum. Posuerunt itaque ibi castra in longitudine et latitudine ad tria miliaria; lacus vero erat spaciosus ad miliarium unum. Tunc locaverunt elephantos in media parte castrorum, ut continere se posset exercitus, si quid eis nocte superveniret, et incidentes silvam quae erat circa lacum, faciebant focos mille quingentos, horaque undecima coenaverunt. Cumque luna lucere inciperet, subito venerunt scorpiones et serpentes aliaequeferae bibere de ipso lacu, et tota terra illa resonabat de sibilis serpentium. Ponebant ergo milites scuta in fronte castrorum per ordinem, et tenebant lanceas in manibus, et sic recipiebant serpentes contra se venientes, et aliquantos occiderunt ex eis. Recedentibus autem serpentibus circa terciam noctis horam, cum iam sperarent se requiem habituros, ecce de montibus veniebant alii serpentes columnis grossiores, erectis pectoribus, apertis buccis, de quorum [oculis c] scintillabat venenum, alitusque eorum erat mortifer; cum quibus pugnabant plus quam unam horam noctis, et occisi sunt ab eis triginta servi et viginti milites. At postquam recesserunt serpentes, venerunt cancri, habentes dorsa dura sicut cocodrilli, quae iactis lanceis perforata non sunt; multos tamen ex illis occiderunt in igne, reliqui intraverunt lacum ipsum.

Epist. ad Aristot. cod. Bamb. f. 229.

Iam venerat quinta vigilia noctis, et requiescere volebat exercitus, et ecce venerunt leones albi maiores tauris, et concutientes cervices suas, cum murmuratione magna fecerunt impetum in eos; ipsi autem exceperunt eos venabulis suis, et mortui sunt. Post haec venerunt porci mirae magnitudinis, habentes diversos colores, et cum illis similiter pugnaverunt. Interea apparuit bestia una similis caballo, maior elephanto, tria habens cornua armata, vidensque castra, antequam biberet de lacu, dedit impetum in castra, resistentibusque militibus, occidit ex ipsis viginti quatuor, quinquaginta conculcavit; tamen occiderunt eam. Deinde venerunt et vespertiliones, sicut et supra scriptum est, quasi columbae, habentes dentes sicut homines, et feriebant milites in facies suas, et plagas eis inferebant. Venerunt et suriees sicut vulpes, et quaecumque animalia mordebant, statim moriebantur, homines autem ex morsibus eorum non mortui sunt. Appropinquante autem luce venerunt aves similes vulturibus, habentes colorem rubicundum, pedes vero et rostra nigra, et impleverunt totam ripam laci, et extrahentes pisces de lacu comederunt, homines vero non nocuerunt. Iratus autem Alexander contra duces viae, fecit eis abscidi manus et pedes, ut vivi a serpentibus comederentur, hortatusque est milites, ut fortes essent nec in adversis sicut feminae deficerent. f. 231.

Motis inde castris, Alexander tetendit usque ad mare, probare volens, si posset orbem circuire per oceanum, et quoniam homines loci illius dicebant tenebrosa ibi loca, et quod Hercules et Liber non ausi essent ad illas partes accedere, ordinavit sinistram partem Indiae circuire, ut non esset locus sibi incognitus. Invenerunt autem paludem siccam, quae habebat cannas multas, per quam eum voluissent transire, exivit inde bestia similis yppotamo, habens pectus sicut cocodrillus, et in dorso gestabat quasi serram, dentes habens fortissimos, subitoque occidit de militibus duos, nec potuit transforari lanceis; cum malleis tamen ferreis occiderunt eam. f. 232.

Deinde venientes ad ultimas Indiae silvas, posuerunt castra in longitudine miliariorum sex, in latitudine vero duorum et dimidii, prope fluvium qui dicitur Buemar. Erat autem hora diei undecima. Et cum iam coenare vellent, ecce subito veniebant pastores et qui ligna trahebant, nunciantes quod multitudo elephantorum de silva venirent super eos. Alexander vero precepit equitibus de Thessalia, ut tollerent secum porcos et occurrerent eis in equis, sciens quod grunnitum porcorum timerent elephanti; sicque fugati sunt. Milites autem sonantibus bucinis persecuti sunt eos, et subnervantes eos, occiderunt ex eis nongentos octoginta, et tulerunt ex eis dentes et cornua, et redierunt in castra, illamque noctem habentes quietam, alia die coeperunt ire in alias partes Indiae. Invenientes autem campos patentes, viderunt ibi homines masculos

a) yppotami 1. *saepius, quod an* yperpotami *legendum sit dubito.* b) loco 1. c) *ita cod. Bamb. Hist. Alex.; deest* 1. *rell.*

Hist. Alex. et feminas nudos, quorum longitudo erat novem pedum, et habebant consuetudinem et in terra et in fluminibus morari. Nam dum quidam de exercitu vellent ire ad eos, subito immerserunt se in flumine.

Deinde venerunt in silvam de cinocephalis plenam, hoc est hominibus canina capita habentibus. Qui cum eos percutere vellent, cum sagittis eos fugaverunt. Post haec dicentibus illis qui cum eis erant de terra illa, quod nichil iam novi reperturi essent, ceperunt redire in Fasiacen, unde venerunt, precepitque Alexander, ut tenderentur castra per 12 miliaria. Cumque omnia tentoria iam erecta essent et multi foci accensi, subito tanta vis euri flare coepit, ut omnia tentoria deiceret, animalia quoque multum vexarentur, quia scintillae de focis dorsa eorum feriebant eisque valde nocebant. Colligentes ergo tentoria, invenerunt vallem quandam, ibique castra locabant; sed ceciderant nives magnae sicut lana. Alexander vero timens ne multum crescerent nives in castris, precepit militibus ut conculcarent eas, et tamen multi ex
f. 233. nivibus extincti sunt, quingenti scilicet milites, qui et ibi sepulti sunt.

Venerunt post haec ad speluncam ubi Liber pater iacebat, dictumque est, si aliquis in eandem speluncam intraret, quod tercia die febre periret. Tunc quosdam diiudicatos ibi miserunt, et ut dictum est esse invenerunt.

Cumque iam apprehenderent viam eundi in Fasiacen, occurrerunt eis duo senes, quos interrogavit Alexander, si quid novi scirent sibi demonstrare. Qui dixerunt, mirabilem causam se scire, sed viam longam esse, scilicet decem dierum, iter quoque angustum et aquas multas et loca serpentibus plena. Cumque blando sermone sciscitaretur quid esset illud tam magnum, unus ex eis cum gaudio dixit: *Videbis, rex, duas arbores, unam solis, alteram lunae, et arbor solis loquitur Indica lingua, arbor vero lunae loquitur Greco sermone, et ab ipsis poteris scire quae tibi debeant evenire.* Cumque rem tam incredibilem audiret, cogitans quod per iocum talia dicerent, fecit eos male tractari, dicens: *Sic pervenit gloria mea ab occidente in orientem, ut isti senes de me risum faciant?* Illi autem affirmabant iurando, quod nullam fallaciam dicerent, sed verum esse quod dicebant ostenderent. Rogabant igitur eum amici eius et comites, ut nullo modo pretermitteret videre talem causam. Tulit ergo 30000 equitum secum, mittensque ceterum exercitum in Fasiacen cum omnibus divitiis quas collegerat, ipse cum delecta iuventute secutus est senes illos per loca dura et districta. Venientes autem ubi arbores erant, viderunt locum largum et thure et opobalsamo plenum; est enim ibi silva ubi haec nascuntur, et homines loci illius his nutriuntur. Intrantes itaque locum sacratum, invenerunt sacerdotem loci ipsius, cuius statura erat plus decem pedibus, et habebat corpus nigrum, dentes caninos, et ex auribus eius perforatis pendebant gemmae. Quem cum salutasset Alexander, interrogavit eum, pro qua causa veniret. Ille vero ait: *Veni, ut videam sacras arbores solis et lunae.* Barbarus respondit: *Si mundus es a fornicatione, licet ut intres divinum locum.* Secuti sunt autem regem ex amicis suis trecenti, quibus precepit sacerdos, ut deponerent anulos et calciamenta. Erat autem hora diei undecima, et exspectabat sacerdos donec occideret sol; nam dicebat, eum tunc solere loqui et responsum dare, itemque de arbore lunae dicebat, quod oriente et irradiante luna ipsa daret responsum. Igitur coeperunt deambulare per ipsam silvam, quae erat muro inclusa, et viderunt opobalsamum largissime currere de ramusculis arborum. In media vero silva erant arbores similes cypressis, altae pedibus centum. Cumque miraretur Alexander de illarum altitudine[a], et diceret quod de nimia pluvia tantum crescerent,
f. 234. dicebat sacerdos, nunquam in illum locum pluere, neque avem neque feram neque serpentem in ipsos terminos intrare, quia antiquitus a maioribus Indorum locus ille consecratus esset soli et lunae. Voluit autem Alexander immolare victimas; sed prohibuit eum sacerdos, dicens, non licere in ipso loco quodcumque animal occidere aut incensum de thure facere; tantum osculerentur ipsas arbores, et rogarent solem et lunam, ut vera sibi responsa darent. Post haec viderunt radios solis resplendere sursum in cacuminibus arborum, et sacerdos ait: *Sursum respicite, et de qualicumque causa interrogare quis voluerit, cogitet in corde suo, palam non dicat.* Tunc cum magna cura coeperunt respicere, ne forte inter ramos arborum pica aut psithacus esset, quia solent humanam exprimere vocem. Cumque nil fraudis viderent, coepit Alexander cogitare in animo suo, si triumphans reverti posset in patriam suam ad matrem et sorores karissimas. Cum subito arbor Indico sermone respondit: *Sicut interrogasti nomen meum, Alexander, eris dominus orbis terrarum, sed vivus in patriam non reverteris, quoniam fata sic diffinierunt de te.* Cumque ille interrogaret Indos quos secum adduxit, interpretati sunt ei sermonem. Tunc tres fidelissimi eius amici Perdicca et Clyton et Phylotas ceperunt plangere super hac responsione. Vespere autem veniens rex ad interrogandum arborem lunae, cum stetisset iuxta arborem, interrogavit, ubi mori deberet. Et ubi splendor lunae tetigit arborem, respondit arbor et dixit Greco sermone: *Plenum iam finem aetatis habes, Alexander, sed isto anno adveniente Maio in Babylone morieris, deceptus a quo minime speras.* Tunc plangere coepit, similiter et amici eius, et exiens inde tristi animo comedere noluit. Rogatus autem ab amicis ut non affligeret corpus ieiunio, contra voluntatem suam manducavit modicum, et collocavit se in ipso sacro loco, ut paratus esset quando primum sol exiret. Alia die valde diluculo surrexit, et amicos suos excitavit; sacerdos autem involutus pellibus iacebat, et ante illum posita erat in tabula de ebeno magna gleba de libano, quae illi de coena remanserat. Excitato itaque sacerdote, tercia vice intravit ad interrogandum, et dixit: *Dic michi, sacratissima arbor, cuius manus me occidere debeant, et quali morte mater mea et sorores meae morituraе sint.* Arbor Grece dixit: *Si dixero tibi quis te occisurus sit, occides eum, et ita mutabitur quod de te fata ordinaverunt, et irascentur michi tres sorores Cloto, Lachesis, Atropos, eo quod impedimentum ei fecerim*[b] *quod illi statuerunt. Igitur post annum unum et octo menses Babylonie morieris, non per ferrum sicut putas, sed per venenum; mater tua turpissima morte morietur, et non sepelietur, sed aves et ferae comedent illam, sorores tuae bene sese habebunt, tu autem in parvo tempore dominus eris terrarum. Nunc vero noli plus interrogare nos, sed exi de loco isto, et revertere in Fasiacen.* Sed et sacerdos monuit eum ut abiret, dicens, quod de planctu et ululatu amicorum eius irascerentur. Alexander itaque rediens dixit militibus suis, ut nulli dicerent quod audierunt, sed in fide sua conservarent illud.

Deinde venerunt ad vallem quandam, in qua erant serpentes habentes in collo lapides qui smaragdi dicuntur, sed
f. 235. non permittunt aliquos transire vallem ipsam. Vivunt autem ipsi de lascre et pipere albo, et singulis annis pugnant inter se, et multis morientibus solvuntur smaragdi, sicque colliguntur; unde et milites Alexandri aliquos tulerunt, qui magnam formam habuerunt. Inde per magna pericula venerunt in locum, ubi erant bestiae habentes capita sicut porci, caudas sicut leones, ungulas duas in latitudine sex pedum, cum quibus milites feriebant multum. Mixti eis erant et griphes, qui fortiter feriebant rostris suis militum facies; sed cum sagittis et contis defendebant se. Perierunt tamen in eo certamine milites ducenti et octo.

Inde venerunt ad flumen quoddam influens oceano, latum miliariis duobus et dimidio, in cuius ripa erant cannae tam altae et grossae, ut vix triginta homines possent unam portare, ex quibus facientes naves, transierunt flumen, et invenerunt ibi homines vestitos pellibus ballenarum, qui dederunt eis spongias albas et purpureas et conchas marinas capientes duos aut tres congios, dederunt et tunicas ex vitulis marinis factas, et cocleas quae capiebant sextarium; posuerunt quoque ante eos vermes, quos traxerunt de ipso flumine grossos sicut coxa hominis, quorum sapor erat melior omni pisce; dede-

a) altitudinem 1. b) *deest* 1.

runt et fungos rubicundos et murenas pensantes ducentas quinquaginta libras, dicentes, quod adhuc fortiores essent in oceano. Erant autem in eodem flumine feminae capillatae, quae cum viderint extraneos homines in ipso flumine natantes, apprehendunt illos, et aut suffocant illos in eodem flumine, aut trahunt eos inter cannas riparum, et quia ipsae sunt nimium formosae, faciunt illos secum tam diu concumbere, quousque sine anima remaneant, aut nolentes pre nimia ira occidunt. Milites vero Alexandri apprehenderunt ex eis duas, quae erant albae sicut nix, habentes capillos longos per dorsa sparsos. Hist. Alex.

Abeuntes inde, venerunt in locum, ubi erant ferae, de quarum capitibus exstabant ossa serrata, sicut gladius acuta, cum quibus feriebant milites fortiter, et multos clypeos perforabant, et occiderunt ex eis usque ad octo milia quadringentos quinquaginta, sicque cum multo labore magnoque periculo pervenerunt in Fasiacen. Ibi precepit Alexander militi suo Aleoni, quem preposuerat in Perside, ut in Babylonia et in Perside statueret duas statuas de auro fusiles, altitudine viginti quinque pedum, et in ipsis scriberet omnia facta sua, et in ultima India, ubi erant centum statuae in honore Liberi et Herculis positae, erigeret idem Aleon statuas aureas quinque altitudine pedum decem in honore suo. Post peragratam itaque Indiam et perdomitam Alexander cum ad saxum mirae asperitatis et altitudinis, in quod multi populi confugerunt, pervenisset, et cognovisset Herculem ab expugnatione saxi eiusdem terrae motu prohibitum, aemulatione permotus ut Herculis facta superaret, cum summo labore ac periculo potitus saxo, omnes illius loci gentes in deditionem accepit, Nisam urbem adiit, Dedalios montes regnumque Cleophilis reginae expugnavit; quae cum se dedisset, concubitu regnum redemit. Oros. III,19.

Subacto igitur omni oriente, Babyloniam celeriter rediit, ubi eum exterritarum totius orbis provinciarum legati opperiebantur, scilicet Kartaginensium totiusque Africae civitatum, Ilyspanorum et Gallorum, Siciliae Sardiniaeque, plurimae quoque partis Italiae. Tantus enim timor constituti in summo oriente ducis populos ultimi occidentis invaserat, ut inde peregrinam cerneres toto mundo legationem, quo vix credores pervenisse rumorem. Erat autem ex principibus eius quidam Antipater, habens duos filios Cassandrum et Yolum, quorum Yolus pincerna erat regis. Hic ergo Antipater absente Alexandro multa contra eum clam moliebatur, de quibus mater eius Olympias multis vicibus scripserat ei et angustiabatur. Cum autem moraretur Alexander Babyloniae, misit Antipater ad malefieum quendam, egitque cum eo, ut daret sibi venenosam potionem. Qui fecit ei talem potionem, ut non esset vas quod sustineret illam. Fecit ergo cantharellam ferream et misit potionem in eam, dansque filio suo Cassandro, direxit eum in servicium Alexandri, precipiens ut loqueretur fratri suo Yolo, quatinus potionem illam daret Alexandro. Accidit autem illo in tempore, ut pereuteret Alexander Yolum in caput, non habentem culpam. Unde iuvenis dolore commotus, accepit potionem animo grato. Cum autem sedisset Alexander in convivio cum principibus ac militibus suis, coepit laetari et iocundus esse ultra modum. In medio autem convivio cum amplius ampliusque laetaretur multaque ad convivas loqueretur, subito petiit sibi dari potum. Yolus infector tanti mali porrexit ei venenum. Quod cum bibisset, subito exclamavit voce magna, quasi aliquis misisset lanceam in iecur eius. Paululum autem continens se et sufferens dolorem, surrexit a convivio, rogans principes ac milites sedere et comedendo ac bibendo laetari. Illi vero turbati, surrexerunt a mensa, steteruntque forinsecus, ut viderent eventum rei. Alexander autem volens vomere, quesivit pennam, ut mitteret in guttur suum ad provocandum vomitum; Yolus vero inveniens pennam, linivit eam veneno, et porrexit illi. Quam cum ille in guttur mitteret, magis ac magis urgebat eum venenum, totamque noctem illam duxit insomnem. Altera vero die cum sensisset se positum in malo, convocavit omnes milites suos, et ammonuit eos, ut bene et pacifice inter se viverent. Facta vero nocte, precepit omnes exire de cubiculo, simul et Roxani uxorem suam. Cumque omnes exissent, precepit cuidam familiari suo ut aperiret regiam[24] quae erat super descensum fluvii Eufratis, et cum nemo ibi esset, erexit se de stratu suo media nocte, et exstinxit lucernam, et quia non valebat erectus ire, manibus pedibusque reptavit per terram ad flumen, ut mergeretur in eo. Roxani autem uxor eius vigilans, et videns eum tendentem ad flumen, secuta est eum cursu velocissimo, et cum iam prope flumen se advolveret, amplexata est eum, dicens: *Heu me miseram, ut quid vadis temet ipsum occidere?* Cui ille: *Oro te, Roxani, nemo sciat finem meum, cum tu non fueris digna gaudere mecum.* Quae quamvis invitum reduxit eum ad lectum suum, dicens: *Si venit finis tuus, ordina primum de nobis.* Statim fecit venire notarium, et ordinavit testamentum: *Si Roxani uxor mea genuerit ex me filium, ipse teneat regnum, et imponatur ei nomen quod principibus placuerit. Si autem filiam genuerit, eligant sibi Macedones regem quem voluerint. Custos corporis mei et gubernator Aegypti Ptholomeus erit.* Aliarum quoque provinciarum dispositionem fecit, easque pueris suis, prout voluerit dum adhuc viveret, divisit, quas divisiones quia diverse scriptas reperi, velut incertas pretermisi. Diffamatum est autem per cunctum populum, mortuum esse Alexandrum. Mox cuncti Macedones vociferati sunt, dicentes cubiculariis: *Scitote, quia omnes vos occidemus, nisi demonstraveritis nobis dominum nostrum.* Ille autem audiens et cognoscens eorum perturbationem, precepit, ut tollerent eum cum ipso lecto in quo iacebat, et ponerent eum in eminentiori et spacioso loco, ut posset videri ab omnibus; et sedens in lecto, percussit pectus suum, flens amariter, et voce magna clamavit: *Heu me, Alexander moritur, et Macedonia minuetur! O Macedones, nomen vestrum amodo super barbaros non dominabitur.* Tunc dixerunt Macedones omnes qui asstabant: *Melius fuerit nobis omnibus mori tecum, quia post mortem tuam non stabit Macedoniae regnum.* Post haec mortuus est. Alexander, et posuerunt eum in currum suum, duxeruntque a Babylonia in Alexandriam. Ptholomeus autem, filius Lagi, pergebat ante currum eius, plorans et dicens: *O fortissime Alexander, non occidisti tantos in vita tua, quantos in morte tua.* Fuerunt autem dies vitae eius 33, regni vero 12, sex ante destructionem regni Persarum, in septimo interfecto Dario illud destruxit, quinque postea regnavit *. c. 20. Hist. Alex. f. 217. f. 218. f. 217. f. 218′. f. 219.

Igitur[a] post mortem Alexandri cum multi sibi succederent, obtinuit Ptholomeus Egyptum, Philippus, qui et Arideus, frater Alexandri, Macedoniam[b], Seleucus, qui et Nicanor, Syriam et Babyloniam et regna orientis, Antigonus Asiam, ceteri quique loca sibi distributa. Sed diversas sortiti provincias, mutuis se bellis consumpserunt, et per totum Macedoniae regnum, hoc est per universam Asiam et plurimam Europae partem vel maximam Lybiae, horrendi subito bellorum globi Beda. Oros. III,23.

*) *Add.* 5.: Condidit autem urbes 12, quas omnes suo de nomine Alexandrias nuncupavit, Alexandria quae condita est sub nomine Bucefali equi, Alexandria montuosa, Alexandria apud Porum, Alexandria in Scithia, Alexandria Babylonis, Alexandria apud Massagetas, Alexandria apud Aegyptum, Alexandria apud Origala, Alexandria apud Granicum, Alexandria apud Troadem, Alexandria apud Tigridem fluvium, Alexandria apud Xantum. Insignivit ergo earum muros primorum quinque elementorum uti legeretur in eis: *Alexander rex, genus Iovis, fecit, A. B. I. Δ. H.*, vel aliis litteris α. P. C. H. Ω. Et quem orbis universus ferro superare non potuit, vino et veneno superatus atque extinctus occubuit. «

a) *Hic pergit* 10. b) macedoniam — orientis *e corr.* 1.

24) i. e. ianuam.

Oros III, 23. confluxerunt. Causa vero et origo bellorum epistola fuit Alexandri regis, qua precepit omnes exules patriae libertatique restitui. Potentes autem civitatum Greciae timentes, ne exules recepta libertate ultionem meditarentur, a regno Macedonum defecerunt, primumque Athenienses, contracto triginta milium exercitu et ducentis navibus, bellum cum Antipatro, cui Grecia obvenerat sorte, gesserunt. Post haec bellum inter Antigonum et Perdiccam oritur gravissimum, multisque provinciis et insulis ob auxilia vel negata vel prestita dilaceratis, diu deliberatum est, utrum in Macedoniam bellum transferretur an in Asia gereretur, novissime Perdicca Aegyptum cum exercitu ingenti petiit. Sic Macedonia, in duas partes discurrentibus ducibus, in sua viscera armatur. Ptholomeus Aegypti viribus et Cyrenensibus copiis instructus, occurrere Perdiccae bello parat, Perdicca vero cum Ptholomeo acerbissime congressus, amissis copiis, ipse quoque interfectus est. Olimpias vero, Alexandri mater, post plurimas principum caedes per Cassandrum interfecta est, Hercules, Alexandri filius, cum matre Roxani in custodia positus, cum iam quatuordecim esset annorum, ab eodem Cassandro interfectus est. Antigonus autem cum filio Demetrio congressus contra Ptholomeum et Cassandrum atque Lysimachum, qui Seleuci societate fulti erant, praelio victus est. Ptholomeus iterum cum Demetrio navali praelio conflixit, et cum omnem pene classem atque exercitum perdidisset, victus in Aegyptum refugit. Hac victoria elatus Antigonus, regem se una cum Demetrio filio suo appellari iussit. Quod exemplum omnes secuti, regium sibi nomen dignitatemque sumpserunt. Igitur Ptholomeus et Cassander ceterique alterius factionis duces, cum decipi se ab Antigono singillatim viderent, per epistolas se invicem confirmantes, coeundi in unum tempus locumque condicunt, et bellum adversus Antigonum communibus viribus instruunt. Cassander finitimorum bellis implicitus, Lysimachum clarissimum inter omnes ducem cum ingenti manu pro se sociis in auxilium misit, Seleucus quoque ex Asia maiore discedens, novus Antigono hostis[a] accessit. Hic itaque Seleucus plurima per orientem inter socios regni Macedonici[b] bella gessit, principio Babyloniam expugnavit, Bactrianos novis motibus assurgentes perdomuit, transitum deinde in Indiam fecit, quae post mortem Alexandri, velut detracto excussoque cervicibus iugo, prefectos eius occiderat. Adunatis itaque Ptholomei sociorumque illius copiis, pugna committitur, cuius quanto potentior apparatus, tanto ruina gravior fuit. Nam in ea tunc totius pene Macedonici regni vires conciderunt. In ipso bello Antigonus occisus est. Sed finis belli huius inicium fuit alterius. Nam cum victoribus de preda non conveniret, iterum in duas factiones deducuntur, Seleucus Demetrio, Ptholomeus Lysimacho iungitur. Cassandro defuncto, filius eius Philippus succedit, sicque quasi ex integro nova Macedoniae bella nascuntur. Antigoni filius Demetrius, augmento Greciae et totius Macedoniae elatus, in Asiam transire disponit. Ptholomeus autem et Seleucus et Lysimachus experti priori certamine, quantae vires essent concordiae, iterum societate pacta adunatisque exercitibus, bellum in Europam transferunt adversus Demetrium. His se comitem et belli socium Pyrrhus rex Epyri iungit, sperans Demetrium Macedonia posse depelli. Nec spes frustra fuit; quippe corrupto eius exercitu ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniae Pyrrhus invasit. Lysimachus autem, qui Ellespontum regebat, post interfectionem generi sui et necem filii assiduis parricidiis cruentatus, a militibus propriis deseritur, qui ad Seleuchum transeuntes hortati sunt eum, ut Lysimacho bellum inferret. Res namque fedissimi spectaculi erat. Duos quippe reges, quorum Lysimachus annorum erat 74, Seleucus autem 77, de eripiendis alterutrum regnis concurrere, in acie stare, arma gerere. Ultimum hoc quidem bellum Alexandri commilitonum fuit, quod ad exemplum humanae miseriae fuerat reservatum, quippe cum orbem terrarum, exstinctis iam 34 Alexandri ducibus, soli possiderent, et angustissimos senectutis ac vitae suae terminos non asspicientes, angustos esse imperio suo totius
Hier. mundi terminos arbitrarentur. Seleucus quippe, capto iam antea Demetrio in Sicilia, regnum Asiae destruxit, et ex
Oros l. l. duobus unum fecit. In hoc autem bello Lysimachus, amissis vel interfectis prius quindecim liberis ante hanc pugnam, postremus occisus est, sicque Lysimachus solutio pugnae Macedonicae fuit. Sed nec Seleucus quidem de tanta victoria impune laetatus est; nam neque ipse post septuaginta septem annos quietem naturalis mortis invenit, sed extortam sibi infeliciter vitam velut immatura morte finivit. Insistente quippe Ptholomeo, cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, insidiis circumventus occisus est. Haec sunt inter parentes, filios, fratres ac socios consanguinitatis societatisque commercia, quibus orbem Alexandro celeriter ac fortiter acquisitum annis quatuordecim dilaniaverunt, et veluti opimam predam a magno leone prostratam avidi catuli discerpserunt, seque ipsos invicem irritantes, in rixam praedae emulatione consumpserunt.

H. m. Anno ab urbe Roma condita 422[c], qui est Alexandri Magni quintus[c], Alexander rex Epyrotarum, huius Magni Alexandri avunculus, traiectis in Italiam copiis, cum bellum Romanis inferre pararet, a Samnitibus, qui Lucanis suffragabantur, maximo bello in Lucania victus et occisus est. Post haec Romani iam potentes esse coeperunt, bellumque in centesimo et octogesimo fere miliario ab urbe cum Samnitibus Papirio dictatore gesserunt, ubi Fabius Maximus magister equitum absente Papirio felicissime dimicavit et 20000 Samnitum delevit. Postea Samnites circumspectiori cura instructo exercitu, apud Caudinas Furculas angustiis locorum armisque conclusos Romanos, Tito Biturio et Spurio Postumio consulibus, ingenti dedecore vicerunt, quorum dux Pontius pro magna securitate victoriae Herennium patrem suum consuluit, utrum clausos occideret an parceret victis. Ut vivos tamen dedecori servaret, elegit. Universum quippe Romanum exercitum turpiter captum, armis vestimentisque nudatum, vilioribus vestimentis tantum ob verecundiam corporum tegendam concessis, longum ordinem victoriae agere precepit, sexcentisque Romanis equitibus in obsidatum acceptis, consules ignominia oneratos remisit, sub tali conditione pacis, qualis Samnitibus placuit. Sed si fidem foederis Romani servassent, aut hodie non essent, aut Samnitibus subiacuissent. Posteriori siquidem anno iubente senatu fidem solvunt, eosque Papirio consule in bellum cogunt, nec ante cedi vel cedere desierunt, quam victis Samnitibus captoque duce eorum cum septem milibus, iugum eis reposuerunt. Eo tempore Appius Claudius censor aquam Claudiam urbi induxit et viam Appiam stravit. Post haec Samnites reparato bello Quintum Fabium Maximum vicerunt, tribus milibus hominum occisis. Postea cum pater eius Fabius Maximus legatus datus fuisset, et Samnites vicit, et plurima ipsorum oppida cepit. Deinde Publius Cornelius Rufinus et Marcus Curius Dentatus, ambo consules, contra Ramentas[d] missi, ingentibus pracliis eos confecere, ita ruinas ipsas urbium diruentes, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur nec facile inveniatur. Tune bellum cum Samnitibus per 49 annos actum sublatum est, neque ullus hostis fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem magis fatigaverit.

Hier. Post Alexandrum Ptholomeus, Lagi filius, regnavit Alexandriae primus annis 40, a restauratione templi anno 198.
Hier. ad Dan c.10. Iste fuit vir prudentissimus, ditissimus quoque ac fortissimus, tantaeque potentiae, ut Pyrrhum regem Epyrotarum regno depulsum restitueret, Cyprumque ac Phenicem multasque urbes et insulas ac regiones obtineret, et victo Demetrio, filio
Hier. Antigoni, Seleuco partem regni sui, quae ab Antigono fuerat ablata, restitueret. Hic, Hierosolima et Iudaeis dolo subactis, multos ex eis iterum in Aegyptum transtulit, quos tamen postea benigne tractavit. Huius tempore princeps sacerdotum Hierosolimis Onias, Iaddi filius, fuit; quo mortuo, filius eius Symeon cognomento Iustus principatum obtinuit[e].

a) hosti 1. b) r. m. *e corr.* 1 c) *e corr.* 1. d) *lege*. Samnitas *ex H. m.* e) *Hic iam* 12 (*vel* 13?) *quaterniones in* 1. *desunt.*

Alexand.	Maced.	Asiae.	
1	1		Philippus, qui et Arideus, frater Alexandri, regnavit Macedoniae annis 7, a restauratione templi anno centesimo nonagesimo octavo. Hier.
7	7	1	Hinc Asiae regnum incipit, in quo primus post Alexandrum regnavit Antigonus annis 18.
8	1	2	Cassander regnavit Macedoniae annis 19.

			Syriae regnum incipit.	
13	6	7	1	Regnum Syriae et Babyloniae[a] et superiorum locorum nascitur, ubi primus post Alexandrum regnavit Seleucus Nicanor annis triginta duobus. Hic, capto Demetrio, Antigoni filio, regnum Asiae destruxit, et ex duobus, id est Asiae et Syriae, unum fecit imperium. Unde et filius eius Antiochus, qui et Sother, post eum regnavit in Syria et Asia, post quem regnavit item Antiochus, qui dicebatur Theos. Has autem urbes condidit Seleucus: Antiochiam, Laodiciam, Seleuciam, Apamiam, Edissam, Beroeam, Pellam. Quarum Antiochiam 12° anno regni sui condidit et metropolim publicae rei suae constituit. — Ex hoc tempore, id est ab inicio regni Seleuci, subputatur[b] Grecorum regnum, iuxta Hebream[c] historiam Machabeorum.
25	18	1	13	Demetrius, filius Antigoni, regnavit in Asia 17 annis.
27	1	3	15	Antigonus et Alexander, filii Cassandri[d], regnaverunt in Macedonia annis 4.
31	1	7	19	Demetrius regnavit in Macedonia annis sex[e].
37	1	13	25	Pyrrus rex Epyri, corrupto exercitu Demetrii ipsoque fugato, regnavit Macedonibus menses 7, post quem Lysimachus annis[f] sex.
40	4	16	28	

Anno ab Urbe condita 464°, qui est Ptholomei 35us, Tarentini, qui in ultima Italia sunt, Romanam classem forte pretereuntem hostiliter invaserunt, prefectoa navium occiderunt omnesque utiles bello reliquos vendiderunt precio; unde grande bellum inter eos ortum est. Tarentum vero a Lacedemoniis conditum, Calabriae quondam et Apuliae totiusque Lucaniae caput erat, divitiis, magnitudine, muris, portu ipsoque situ mirabile. Romanus itaque exercitus cum Aemilio consule irruens in universos Tarentinorum fines, igne ferroque vastat[g] omnia, plurima expugnat[h] oppida, iniuriam insolenter acceptam crudeliter vindicat[h]. Tarentini vero cum plurimis finitimorum presidiis fulcirentur, etiam Pyrrus rex Epyrotarum, qui ex genere Achillis origiuem duxit, quasi cognatam Greciae civitatem vindicaturus, totas vires Epyri, Thessaliae ac Macedoniae, elephantos etiam, usque ad id tempus Romanis invisos, numero 20 in Italiam advexit. Qui dum Delphici Apollinis consuluisset oraculum, ambiguum dedit responsum: H. m. Iord. H. m. cf. Cic. de divin. II, 56.

Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

Tunc primum Romani cum transmarino boste dimicaverunt. Missus est contra eum consul Publius Valerius Levinus. Qui cum exploratores Pyrri cepisset, eos iussit per castra duci omnemque exercitum ostendi sicque dimitti, ut renunciarent Pyrro quae viderint. Commissa itaque pugna, consumpta est diea gravissimo certamine, omnibus utrimque mori paratis, fugere nesciis. Introductos autem inter currentia agmina elephantos, forma truces, odore graves, mole terribiles, ut viderunt Romani, novo pugnandi genere circumventi et territi, maximeque pavitantibus equis, diffugerunt. Minutiua vero, centurio quartae legionis, protentam in se beluae unius promoscidam gladio desecuit. Qua vulneris dolore turbata et averti compulsa, eius immoderato discursu permisceri coeperunt. Finis pugnae etiam de noctis beneficio impositus est; Levinus tamen per noctem fugit; Romanos victos fuisse, turpis fuga prodidit, ex quibus tunc cecidisse referuntur H. m.

14 milia peditum et octingenti octoginta, capti octingenti 20, equites autem cesi ducenti 46, capti septingenti[i] 12, signa 22 amissa. Pyrrus autem Romanos quoa cepit summo honore tractavit, occisos sepelivit. Quos cum[k] adverso vulnere et truci vultu etiam mortuos iacere vidisset, tulit manus ad caelum, dicens, se totius orbis dominum esse potuisse, si tales milites sibi contigisset habere. Cuius victoriae titulum Pyrrus affigens templo Tarentini Iovis, ita scripsit in eo:

Qui invicti ante fuere viri[l], *pater optime Olympi,*
Hos egomet pugna vici, sum victus ab hisdem.

Quem cum sui increparent, cur se victum diceret qui vinceret, respondisse fertur: *Si iterum eodem*[m] *modo vicero, sine ullo milite revertar Epyrum.* Cumque legati mitterentur ad eum pro redimendis captivis, iussit Lyconum et Molossum eis obviam ire, ipse vero cum equitibus procedens ad portam civitatis, honorifice suscepit eos, captivos sine precio[n] remisit. Unum autem ex legatis Fabricium cum pauperem vidisset, promisit ei quartam partem regni sui, ut se transferret[o] ad eum; sed contemptus ab eo, ammiratus est illum. Pro hac ammiratione misit ad Romanos legatum, precipuum[p] virum Cineam nomine, qui pacem aequis conditionibus peteret, scilicet ut Pyrrus partem Italiae quam armis occupavit teneret. Sed pax quam offerebat eis displicuit; remandatumque est ei a senatu, illum cum Romanis pacem habere non posse, nisi ab Italia recessisset. Iusserant autem omnes captivos quos Pyrrus reddiderat infames barbari, eo quod capi potuissent armati, nec ante eos ad pristinum statum reverti, quam[q] sibi notorum hostium occisorum spolia retulissent. Ita legatus Pyrri reversus est. A quo cum quereret Pyrrus, qualem Romam comperisset, Cineas dixit, regum se patriam vidisse, scilicet tales illic fere omnes esse, qualis unus Pyrrus apud Epyrum et reliquam Greciam putaretur. Secunda pugna inter Romanos et Pyrrum facta est in Apuliae finibus, Publio Sulpicio et Decio consulibus, in qua pugna Pyrrus brachio transfixo saucius, prior e bello secessit; elephanti capti, 20 milia hostium caesa sunt, et ex Romanis quinque milia. Fabricius quoque legatus vulneratus est. Anno interiecto, idem Fabricius contra eum missus est. Cumque vicina haberent castra, medicus Pyrri nocte venit ad Fabricium, promittens, se veneno Pyrrum occisurum, si sibi aliquid polliceretur. Quem ille vinctum remittens ad Pyrrum, iussit ei dici quae ille spopondit. Tunc rex ammiratus eum, dixisse fertur: *Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a cursu suo averti potest.* Tunc rex ad Siciliam profectus est, Fabricius victis Lucanis et Samnitibus triumphavit. Deinde Curius Dentatus et Cornelius Lentulus contra eum missi consules, de exercitu eius viginti tria milia caedebant, 300 capiebant; ipse Tarentum fugatus est, castra eius capta sunt, Curius in consulatu triumphavit, primusque Romam quatuor elephantos duxit. Quinto demum anno postquam in Italiam venit, Pyrrus victus aufugit[r], et post multa bella, quae fecit in Grecia, apud Argos Achaiae urbem, Spartani regni aviditate seductus, ictu saxi occubuit. Cuius pollex e dextro pede, si credendum est, remedio fuisse dicitur, si cuius renes[t] tumentes eo tangerentur. Cumque ab Antigono victore idem Pyrrus iussus esset[s] exuri, sic arsit, ut idem pollex inveniretur intactus. Qui aureo loculo inclusus, in templo Iovis est conditus[u].

a) habylon 5. b) supputabatur 4. c) hebreorum 9c. d) f. c. *desunt* 9c. e) *Haec desunt* 9c. f) *deest* 9c. g) vastant *corr.* vastat 5. h) expugnant — vindicant 5. i) octingenti 4. 10. 11. k) *deest* 9c. Quos adverso v. e. t. v. c. m. cum iacere 5. l) viros 5. 9c. 10. 11. m) *deest* 9c. n) premio 9c. o) se transiret 5. p) principum 9c. q) quam — retulissent *des.* 9c. r) affugit 9c. *saepius.* s) *deest* 9c. t) est 9c. u) Qui digitus a. l. est inclusus et in antiquissimo templo Dodonei Iovis conditus 11.

cf. Hier. Ptholomeus Phyladelphus, filius Ptholomei superioris, regnavit Alexandriae annis 38, a restauratione templi anno ducentesimo 38°. Hnius tempore pontifex Iudaeorum Eleazarus fuit, frater Symonis cognomento Iusti, filius Oniae filii
Ios. XI, 2. Iaddi, qui sacerdotium pro tali suscepit causa. Defuncto principe sacerdotum Onia, filius eius Symon Instus successor exstitit. Quo moriente filiumque infantulum nomine Oniam relinquente, frater eius Eleazarus principatum sacerdotii
ib XII, 2. accepit, quem Ptholomeus liberaliter muneribus tali occasione honoravit. Demetrius Phalareus, apud Grecos orator et phylosophus, super bybliothecam regis, cuius magnum habuit studium, constitutus erat. Qui dum studeret omnia per universam terram inventa congregare volumina et acquirere si quid dignum audiret industria vel voluntate regis, interrogatus ab eo quot milia librorum haberet, respondit, 20 milia, sed cito ad quinquaginta milia posse venire, dicensque, nunciatum sibi esse, apud Iudaeos multa haberi bybliotheca regali digna, persuasit regi, annitente Aristeo, quodam regis amico necessario, ut ad Eleazarum pontificem Hierosolimam[a] mitteret, rogans ut sibi viros legem scientes destinaret, qui eam in Grecam linguam transferrent. Qui ex omnibus septuaginta viros in lege doctissimos elegit, eosque regi transmisit. Illi vero Alexandriam ducti et a rege benigne suscepti, Demetrio sunt commendati. Qui duxit eos in domum secretam et huic negotio aptam, secus litus maris positam, ubi per septuaginta duos dies omnem legem disertissime transtulerunt, cottidie huic negotio curam usque ad horam nonam impendentes. Quibus diebus transactis, congregavit omnes Iudaeos Demetrius ad locum in quo translatae fuerant leges, et presentibus interpretibus legit eas. Cumque multitudo complexa legem vel seniores eius interpretes Demetrium, eo quod magnarum rerum esset inventor, laudasset, rogavit ut etiam presidibus suis daretur legenda. Gavisus ergo rex, voluntatem suam esse perfectam, et relectis legibus, sensum et sapientiam earum obstupescens, dixit ad Demetrium, ammirari se, quod nemo hystoriographus nec poeta Grecus eiusdem legis meminisset, cum tam mira existeret. Cui Demetrius respondit, neminem ausum fuisse conscriptionem eius tangere, eo quod divina esset, addens quod Theopompus volens in hystoria aliquid de his conscribere, mente sit turbatus plus quam 30 diebus, donec inde sibi dementiam factam esse suspicatus, et in somnis quoque ammonitus, quod[b] hoc ei ideo accidisset, quia divinas leges scrutatus esset et ad impuros homines eas ferre voluisset, cum humilitate a Deo veniam supplicaret. Cumque scribere quievisset, recepit sensum. Referebat etiam de Theotecto[c] tragediarum poeta, quia cum nisus[d] fuisset in aliquo dramate eorum meminisse quae divino continentur volumine, obscuratis oculis, recognovit causam suae coecitatis, et ita liberatus est a passione, Deo[e] veniam largiente. Ptholomeus autem remisit eosdem seniores cum honore, donans uniIos. XII, 3. cuique stolas optimas et auri talenta duo et calicem unius talenti totumque convivii thorum. Principi autem sacerdotum Eleazaro destinavit per eos lectos decem cum argenteis pedibus et convenientem eis suppellectilem et calicem talentorum triginta et stolas decem et purpuram et coronam decoram et lineas de bisso centum, preterea et pateras et trullam[f] et Hier. libatoria et crateras aureas duas Deo vovendas, omnesque Iudaeos, quos in Aegypto captivos invenit, liberos esse permisit. Abeuntes autem interpretes, et a regibus Asiae honorati sunt. Nam Seleucus Nicanor in civitatibus, quas per Asiam aedilicaverat, et in inferiore Syria et in ipsa metropoli Antiochia re publica sua dignos eos fecit, et aequum eis honorem cum habitatoribus Macedonibus et Grecis deputavit.

II. m. Anno ab Urbe condita quadringentesimo 70°, qui est Phyladelphi primus[g], Tarentini morte Pyrri cognita, iterum nova adversus Romanos sollicitant arma, Kartaginensium auxilia per legatos poscunt et accipiunt; consertoque praelio, Romani vincunt[h]. Ibi iam tunc Kartaginenses, quamvis nondum hostes iudicati, vinci tamen a Romanis posse senserunt. Quae[25] res occasionem bellorum tribuit inter Romanos et Africanos. Quae bella diu protracta ac nimium sevissima utrique experti sunt populi, quamvis demum Romani cum nimio sudore victores existerent. Ariminus in Gallia et Beneventus in
II. m. Samnio hoc tempore a Romanis conditae sunt. Anno prescripto prodigia visa sunt, sanguis de terra in multis locis effossa prolluxit, lac de caelo in modum pluviae descendit.

Anno autem quadringentesimo octogesimo sexto, qui est Phyladelphi 17us, Romani Appium Claudium consulem Mamertinis auxilia deposcentibus contra Hieronem Syracusanorum regem et Poenorum copias, quas rex ipse conduxerat, in Siciliam miserunt. Qui tam celeriter eos vicit, ut ipse rex regum magnitudine perterritus ante se victum quam congressum fuisse prodiderit. Hannibal vero senior dux Poenorum in Agrigento civitate Siciliae obsidione cinctus a Romanis, ad summam egestatem perductus esset, nisi Hanno novus imperator Kartaginensium cum equitibus mille quingentis et triginta milibus peditum et triginta elephantis superveniens, expugnationem civitatis paulisper distulisset; sed continuo capta est, Poenique victi et fugati sunt, Hannibal cum paucis evasit, undecim elephanti capti, Agrigentini sub corona omnes sunt venditi. Post haec, Gaio Aquilio Floro et Lucio Cornelio Scipione consulibus, Kartaginenses Hannonem in locum Hannibalis suhrogaverunt, qui a Scipione consule victus, confertissimis hostibus se immiscuit, ibique interfectus est. Hannibal iterum classi prepositus, infeliciter cum Romanis navali praelio congressus et victus, ab exercitu suo seditione orta lapidibus coopertus interiit. Lucio Manlio Vulsone et Marco Atilio Regulo consulibus, bellum in Africam translatum est, quibus Hamilcar dux Poenorum et Hanno alter classi prefectus occurrerunt, consertoque navali praelio, Poeni in fugam versi sunt, 64 naves perdiderunt, consules victores in Africam transvecti sunt, Kartaginemque petentes, 300 aut eo amplius castella populati sunt. Manlius cum victrici classe Africa decedens, 27000 captivorum Romam evexit; Regulus in Africa remanens, contra tres duces dimicavit, Hastrubales et Hamilcarem ex Sicilia accitum. Cumque haut procul a flumine Bagrada castra posuisset, multos militum ad flumen descendentes serpens mirae magnitudinis devoravit. Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu descendens, squamis eius tela non recipientibus, iussit balistas, quibus muri confringuntur, afferri, hisque ossibus eius confractis, occisa est. Cuius corium Romam devectum 120 pedum spacio dicitur distentum. Kartaginenses itaque fracti bellis, inter multos quos precio conduxerunt in auxilium Xantippum regem Lacedemoniorum accitum bello prefecerunt. Qui cum Poenorum copiis instructis ad pugnam procederet, 30 milia Romanorum militum prostrata sunt, Regulus dux ille nobilis cum quingentis viris captus est, et in catenas coniectus, decimo tandem belli Punici anno nobilem triumphum Kartaginensibus dedit. Xantippus tam audacis facti conscius, rerum instabilium mutationem timens, ilico ex Africa migravit in Greciam. Post haec fessi tot malis Kartaginenses, petendam esse pacem a Romanis decreverunt, ad quam rem Atilium Regulum antea ducem Romanorum, quem iam per quinquennium tenebant captivum, inter ceteros legatos precipue putaverunt mittendum. Qui cum Romam veniret, ductus in senatum, nichil quasi Romanus egit, dixitque se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum esse[i] desisse. Itaque et uxorem a complexu removit, et senatui suasit, ne pax cum Afris fieret. Quod et obtinuit. Cumque vellent eum Romae tenere, negavit, se in ea urbe mansurum, in qua, postquam Afris servierit, dignitatem civis honesti habere non posset. Rediit ergo Kartaginem. Quem regressum machinae illigaverunt et ad radium solis semper stare fecerunt, resectisque palpebris, in somno[k] necaverunt. Alter deinde Atilius Regulus et Manlius Vulsco, ambo bis consules, cum classe ducentarum

a) iherosolimam 5. 9c. *semper, quod in* 1. *vix semel aut bis legitur.* b) eo quod 9c. c) theothecto 5. d) visus 9c. 11. e) deo a p. 5. f) trullas 9c. g) primus, ortum est punicum bellum primum. Nam T. 11. h) Carthaginenses victi sunt 11. *ubi quae sequuntur ex ipsa Historia miscella sumpta sunt.* i) se esse 5. k) somnio 4. 5.

25) *Quae — existerent* Ekkehardi verba sunt.

navium et quatuor legionibus Lylibeum profecti, superveniente Hannibale, Hamilcaris filio, victi sunt, maioreque exercitus parte perdita, ipsi vix evaserunt. Post hos Claudius consul cum classe ducentarum viginti navium ad Drepani portum contra hostem profectus est, ubi mox exceptus classe Poenorum, dum contra auspicia dimicasset, superatus est, et ipse quidem cum navibus 30 Lylibeum confugit, reliquae omnes aut captae aut submersae sunt, novem milia militum caesa sunt, 20 milia capta referuntur. Inter haec Lutacius consul cum classe trecentarum navium in Siciliam transvectus est, cui Poeni cum quadringentis navibus magnisque copiis Hannone duce occurrunt, factaque pugna, victus Hanno dux fugae primus fuit; 73 Punicae naves captae sunt, 120 submersae, 32 milia capta, 14 milia caesa sunt. Post haec ad Lutacium, deinde Romam mittentes, pacem sub hac conditione fecerunt, ut Sicilia Sardiniaque decederent et per 20 continuos annos tria milia talentorum puri auri Romanis persolverent; sicque finitum est hoc Punicum bellum per 23 annos protractum. H. m.

His temporibus argenteus nummus primum Romae figuratus est. Aratus astrologus claruit, et Quintus Ennius poeta Tarenti nascitur, qui post Romae deguit, contentus unius ancillae ministerio. Hier.

Quo etiam tempore defuncto Eleazaro, principatum sacerdotii suscepit patruus eius Manases, frater Iaddi. Quo mortuo, successit ei Onias, filius Symeonis Iusti, quem, ut supra diximus, parvulum reliquit. Ios. XII, 5.

Alexand.	Maced.	Asiae.	Syriae.	
1	5	17	29	Ptholomeus Phyladelphus regnavit Alexandriae annis triginta octo. Hier.
2	6		30	Demetrius semet ipsum Seleuco tradidit, qui destructo[a] regno Asiae ex utroque unum fecit imperium.
3	1		31	Ceraunus, qui et Ptholomeus, regnavit Macedoniae menses novem, Meleagrus menses duos, Antipater diebus 45.
4	1		32	Sostenes regnavit Macedoniae annis duobus.
5	2		1	Antiochus, qui et Sother, filius Seleuci, regnavit in Syria et Asia annis 19.
6	1		2	Antigonus regnavit Macedoniae annis triginta sex. Hic Lacedemoniam obtinuit Pyrrumque superavit.
11	6		7	Aratus agnoscitur.
12	7		8	Argenteus nummus Romae primum figuratur.
20	15		16	Iudeorum pontificatum post Eleazarum Manases, patruus eius, accepit.
21	16		17	Anni ab inicio 3700.
24	19		1	Antiochus, qui vocabatur Theos, id est Deus, filius Antiochi Sotheris, regnavit in Syria Hier.

et Asia annis 15. Iste adversus Ptholomeum Phyladelphum gessit bella quam plurima et totis Babylonis atque orientis viribus dimicavit. Volens autem Ptholomeus molestum finire certamen, cum ipse tamen magnas haberet copias, filiam suam Beronicen Antiocho dedit uxorem, qui de priore uxore Laodice duos habebat filios, Seleucum, qui cognominabatur Calinicus, et alterum Antiochum. Antiochus autem dicens, Beronicen se velle habere regni consortem et Laodicen in loco concubinae, post multum temporis superatus amore Laodicen cum liberis suis reduxit in regnum. Quae metuens ambiguum viri animum, ne Beronicen reduceret, virum per ministros veneno interfecit, Beronicen vero cum filio quem ex Antiocho genuit Icadioni et Genneo principibus regis occidendam tradidit, ipsaque cum maiore filio Seleuco Calinico regnavit. Hier. ad Dan. c. 11.

Partbis a Macedonum imperio recedentibus, primus regnavit Arsaces, unde et Arsacidae dicti sunt. Hier.

32	27		9	Annus quingentesimus ab Urbe condita.
38	33		15	

Ptholomeus Euergetes, filius Ptholomei Phyladelphi, regnavit Alexandriae annis 26, a restauratione templi anno 276. Sub hoc Ihesus, filius Sirach, librum suum conscripsit. Hic ergo Ptholomeus[b] post mortem patris sui Phyladelphi, pro ultione patris et occisae sororis, cum magno exercitu intravit provinciam regis aquilonis, id est Seleuci Calinici, qui cum matre Laodice regnavit in Syria, et cepit Syriam et Ciliciam et superiores partes trans Eufraten et omnem pene Asiam. Cumque audisset in Aegypto seditionem moveri, diripiens regnum Seleuci, 40 milia talentorum argenti tulit vasaque preciosa et simulachra deorum duo milia quingenta, in quibus erant et illa quae Cambises capta Aegypto in Persas portaverat. Gens vero Aegyptia idolatriae multum dedita erat. Et quia post multos annos deos eorum Ptholomeus retulerat, Euergetem eum appellabant. Et Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam vero amico suo Antiocho gubernandam tradidit, et Xantippo alteri duci provincias trans Eufraten. Hier. ad Dan. c. 11.

Anno ab Urbe condita quingentesimo octavo, qui est primus Euergetis, repentina subversio ipsius Romae prevenit triumphum Romanorum. Siquidem Quinto Lutacio Catulo et Aulo Manlio consulibus, diversae ignium aquarumque clades pene absumpsere urbem. Nam Tyberis insolitis auctus imbribus et ultra opinionem redundans, omnia Romae aedificia in plano constituta delevit; diversae qualitates locorum ad unam convenere perniciem, quoniam quae sevior inundatio tenuit, madefacta dissolvit, et quae cursus torrentis invenit, impulsa deiecit. Aquarum vero gravissimam cladem gravior ignis vastatio secuta est. Qui ignis, incertum unde surrexerit, plurimas civitatis partes pervagatus, hominum domorumque stragem miserabilem fecit. Debinc cum omnia in circuitu foris devastaret, aedem Vestae corripuit, unde Metellus cum arsuros Deos eripuit, brachio semiustulato, vix aufugit. Tito Simpronio Gracco et Gaio Valerio Falcone consulibus, bellum Romani Faliscis[c] intulerunt, quae civitas Italiae opulenta quondam fuit. Quod bellum ambo consules intra sex dies transegerunt, quindecim milibus hostium caesis. H. m.

Eodem anno etiam Galli Cisalpini novi extitere hostes, adversum quos varia sorte bellatum est. Nam in primo conflictu Valerio consule tria milia ex Romanis ceciderе, in secundo 14 milia Gallorum caesa sunt, duo milia capta. Sed ob priorem cladem triumphus consuli denegatus est. Anno ab Urbe condita quingentesimo 17°, qui est Euergetis decimus, dux Poenorum Hamilchar ab Hispanis in bello interfectus est, cum iam aliud bellum adversum Romanos clam pararet.

Ptholomeus Phylopator, filius Euergetis, regnavit Alexandriae annis 17, a restauratione templi anno 302°. Post fugam et mortem Seleuci Calinici filii Antiochi, quem interfecit Euergetes pater huius Phylopatoris, duo filii Seleuci eiusdem, videlicet Seleucus cognomento Ceraunus et Antiochus qui appellatus est Magnus, provocati spe victoriae, et in ultionem patris exercitu magno congregato, adversus Ptholomeum Phylopatorem arma corripiunt. Cumque Seleucus maior frater tercio imperii sui anno occisus esset in Frigia per dolum Nicanoris, exercitus qui erat in Syria fratrem eius Antiochum cognomento Magnum de Babylone vocavit ad regnum Syriae, quae eo tempore tenebatur a Ptholomeo Phylopatore. Cumque pugnasset adversus duces eius, immo proditione Theodoti cuiusdam obtinuisset Syriam, in tantam venit audaciam, ut ultro Aegyptiis bellum inferret. Phylopator autem, amissa Syria proditione Theodoti, congregavit multitudinem plurimam adversus Antiochum, initoque certamine iuxta opidum Raphiae, quod est in finibus Aegypti, Antiochus omnem Hier. Hier. ad Dan. l. l.

a) destruxit asiae regnum fecitque ex utroque unum imp. 5. b) *deest* 9c. c) falacis 4. 5. 10. faliscis 9c.

amisit exercitum, et per deserta fugiens, pene captus est. Cumque decessisset Syria, ad extremum foedere et pactionibus conditionis cuiusdam pugna finita est.

Ios. XII, 3. Sub hoc tempore Iudaei multa mala tolerabant, dum terra eorum diversis calamitatibus subiacebat. Nam cum Antiochus pugnasset contra Ptholomeum Phylopatorem et filium eius Epyphanem, Iudaei in medio positi utrisque vincentibus laborabant, ut pares existerent navi turbatae et tempestatibus fluctuanti.

	Alexand.	Maced.	Syriae.
Hier. Seleucus Calinicus, Antiochi maior filius, regnavit Syriae et Asiae cum matre Laodice annis 20.	1	34	1
	2	35	2
	3	36	3
Demetrius regnavit Macedoniae annis 10.	4	1	4
Antigonus regnavit Macedoniae annis 13.	14	1	14
Iudeorum pontifex Onias.	15	2	15
Seleucus Ceraunus, Seleuci Calinici filius, regnavit Syriae annos tres.	21	8	1
	22	9	2
	23	10	3
Antiochus, qui dictus est Magnus, frater Seleuci Cerauni, regnavit Syriae annis 36.	24	11	1
	25	12	2
	26	13	3

II. m. cf. H. R. Finito igitur primo Punico bello, quod per viginti tres annos tractum est, iam Romani clarissima gloria noti facti sunt, et per anni spacium sine bellicis conflictationibus quieverunt; eodemque anno Iani portae clausae sunt, quod ab Urbis conditione sub Numa Pompilio, Romuli successore, tantum contigit, postea vero per annos quadringentos quinquaginta non evenit. Eo tempore potentissimus Siciliae rex Hiero ad ludos Romam venit, et ducenta milia modiorum tritici populo dono dedit.

II. m. Anno ab Urbe condita 534°, qui est primus Ptholomei Phylopatoris, bellum Punicum secundum Romanis illatum est per Hannibalem ducem Poenorum, filium Hamilcaris, qui ab Hispanis occisus est. Hic itaque Hannibal, dum adhuc novem esset annorum, Hamilcari patri ad aras iuraverat, ut cum primum posset contra Romanos pugnaret. Cumque 20 esset annorum, Saguntum, florentissimam Hispaniae urbem, Romanis amicam, obpugnare aggressus est. Ad quem Romani legatos miserunt, ut a bello abstineret, quos ille a se iniuriose abiecit. Miserunt pro eadem re Fabium Kartaginem, sed ille etiam cum a ibi dura responsa percepisset: *Quae*, inquit, *mora est? In hoc ergo sinu pacem bellumque porto, utrum eligitis?* Illis subclamantibus: *Bellum: Igitur*, inquit, *accipite.* Et excusso in media curia togae sinu, quasi plane sinu bellum ferret b, effudit. Interea Saguntini fame victi sunt, et octavo demum mense capti, ultimis ab Hannibale poenis afficiuntur. Tum Publius Cornelius Scipio consul cum exercitu mittitur in Hispaniam, Tyberius Simpronius in Siciliam. Hannibal vero, relicto in Hispania fratre suo Hasdrubale, Pyrineos transivit montes, et inter ferocissimas Gallorum gentes ferro viam aperuit, et nono demum die a Pyrineo ad Alpes pervenit. Ubi dum montanos Gallos ab ascensu eum repellere obnitentes bello superat, atque invias rupes igni et aceto ferroque rescindit c, quatriduum commoratus, quinto die cum maximo labore ad plana pervenit. Traditur autem ad Italiam duxisse centum milia peditum, 20 d milia equitum, 37 elephantos. Interea multi Ligures et Galli iunxerunt se Hannibali. Simpronius Tyberius Graccus, cognito Hannibalis adventu, exercitum ex Sicilia traiecit Ariminum. Publius Cornelius Scipio Hannibali apud Ticinum primus occurrit, commissoque praelio, fugatis suis et pene omnibus victis, ipse a filio Scipione admodum pretextato et vix a pueritia egresso, qui postea dictus est Africanus, ab ipsa morte liberatus, saucius tamen in castra rediit. Pugnatum deinde est ab eodem consule apud Trevium e fluvium, iterumque Romani superati sunt. Simpronius consul et ipse conflixit cum Hannibale, et amisso exercitu, pene solus evasit. In eo tamen bello etiam Hannibal sauciatus est. Qui postea cum in Etruriam primo vere transiret, in summo Appennino tempestate correptus, bidno continuo immobiliter stetit, nivibus cum exercitu conclusus; ubi magnus hominum numerus, iumenta quam plurima, elephanti pene omnes frigore perierunt. Deinde in Tusciam veniens, iuxta Sarnum fluvium, nebulis prospectum impedientibus, magnam partem sociorum ac iumentorum perdidit, ipse autem uni elephanto, qui solus superfuerat, supersidens, vix difficultatem itineris evasit, sed oculum, quo iam dudum aeger erat, violentia frigoris et vigiliarum ac laboris amisit.

Anno ab Urbe condita quingentesimo 40°, qui est septimus Phylopatoris, Aemilius Paulus et Terrentius f Varro consules contra Hannibalem missi, per impatientiam Varronis, altero consule contradicente, apud Caudinas Apuliae vicum omnes pene Romanae spei vires perdiderunt. Nullo enim Punico bello gravius addicti sunt. Periit quippe in eo Aemilius Paulus consul, qui dum saucius in quodam saxo resedisset, Lentulo sibi equum offerente, quo fugiens cladi superesset, noluit, atque ibi persedit, donec ab hostibus interemptus est. Perierunt ibi consulares atque pretorii viri 20, senatores aut capti aut occisi 30, nobiliores viri 300, pedestrium militum 40 milia, equitum tria milia quingenti quinquaginta. Varro consul cum quinquaginta equitibus Venusium fugit. Nec dubium est, illum diem ultimum Romani status futurum fuisse, si Hannibal mox post victoriam ad Urbem contendisset. Hannibal in testimonium victoriae suae tres modios anulorum aureorum Kartaginem misit, quos ex manibus interfectorum Romanorum equitum senatorumque detraxit. De exercitu suo caesa sunt tria milia multique sauciati. Interea Varro Romam rediit, eique gratiae referuntur a senatu, quod publicam rem non desperasset. Ipse autem, non vitae cupiditate, sed amore publicae rei se superesse, reliquo aetatis suae tempore probavit. Nam barbam capillumque summisit, et postea numquam recubans cibum cepit. Honores quoque cum ei deferrentur a populo, recusavit, dicens, felicioribus magistratibus rei publicae opus esse. Usque adeo autem ultima desperatio rei publicae apud residuos Romanos fuit, ut de relinquenda Italia sedibusque querendis consilium ineundum putarent. Quod etiam auctore Cecilio Marcello confirmatum esset, nisi Cornelius Scipio, tunc tribunus militum, qui postea dictus est Africanus, eos districto gladio deterruisset singulis minitans, ac potius pro patriae defensione in sua verba iurare coegisset. Sub hoc tempore quatuor locis pugnabatur a Romanis, in Italia contra Hannibalem, in Hispania contra fratrem eius Hastrubalem, in Macedonia contra Philippum, in Sardinia contra Sardos et alterum Hastrubalem Kartaginensem, quem Titus Manlius, in Sardiniam missus, vivum cepit Romamque portavit. Philippus quoque in Macedonia a Levino vincitur, et in Hispania Hastrubal et Mago, tercius frater Hannibalis, a duobus fratribus Scipionibus superantur, qui tamen ambo Scipiones fratres in Hispania a fratre Hastrubalis postea occisi sunt. Unde omnibus pavore cunctantibus, Scipio, postea Africanus dictus, natus tunc annos 24, ultro se obtulit, et proconsulare imperium in Hispania sortitus, ultionem patris et patrui precipue intendens, Pyreneum transgressus, primo impetu Kartaginem novam Hispaniae cepit, ubi copiae auri argentique magnae g Poenorum et nobilissimi obsides, quos ab Hispanis

a) dum 9c. b) gestaret 4. 5. c) rescendit 5. d) CXX. 4. 5. 10. e) tercinum 9c. f) terentius 4. 9c. 10. g) copiae magnae a. a. 5.

acceperant cum magnis presidiis erant. Ibi etiam Magonem, fratrem Hannibalis, captum cum aliis Romam misit. II. m.
Romae ingens laeticia oritur. Cumque universam Hispaniam a Pyreneo usque ad oceanum Scipio subegisset, revocatus a Romanis, cum ingenti gloria Romam venit, et 14° anno postquam Hannibal in Italiam venerat, qui est 15us Phylopatoris, cum Licinio Crasso consul creatus et in Africam missus est. Scipio Africam aggressus, hiberna Poenorum et mapalia Numidarum, quae haut longe aberant ab Utica, nocte fecit incendi. Poeni trepidi, cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum cucurrerunt; qua de re facile ab armatis obpressi sunt. In utrisque castris 40 milia hominum igni ferroque consumpta sunt, quinque milia capta, duces ipsi miserabiliter ambusti aegre diffugerunt; Hastrubal dux Kartaginem profugus venit. Mox Syphax et Hastrubal plurimum reparantes exercitum, iterum cum Scipione congressi sunt, victique fugerunt. Syphacem fugientem Lelius et Masinissa ceperunt, cetera multitudo Cirtam confugit, quam Masinissa obpugnatam in deditionem accepit; Syphacem ad Scipionem catenis vinctum adduxit, quem Scipio cum ingentibus spoliis plurimisque captivis perducendum Romam Lelio tradidit. Qui cum in custodia Tyburti defecisset, sumptu publico iussit senatus eum honorifice sepeliri. Qua re audita, omnis fere Italia Hannibalem dereliquit. Ipse autem Hannibal a Kartaginensibus redire iussus, ut subveniret patriae, quam Scipio vastabat, flens dicitur Italiam reliquisse. Ita anno 17°, qui est primus Ptholomei Epyphanis, liberata est Italia ab Hannibale. Legati autem Kartaginensium pacem a Scipione petentes, ad senatum missi sunt, et ex arbitrio Scipionis pacem acceperunt; sed veniente Hannibale Kartaginem, pax turbata est, multaque hostilia ab Afris facta sunt. Post haec Hannibal frequentibus praeliis victus a Scipione, petiit et ipse pacem et colloquium Scipionis. Ubi cum se attoniti diu ammiratione mutua duo clarissimi duces conspexissent, infecto pacis negotio, discesserunt. Hannibal tres exploratores ad castra Scipionis misit, quos captos Scipio circumduci per castra iussit eisque ostendi totum exercitum, nichil de hostibus percunctatus, prandium quoque iussit eis dari, refectosque abire permisit. Deinde praelium ab utroque duce commissum est, quod diu magnis ducum artibus dispositum, magnis copiarum molibus gestum est, quale vix ulla memoria fuit, quippe cum peritissimi viri copias suas ad bellum educerent. Scipio tamen victor extitit, pene capto Hannibale. Octoginta elephanti ibi aut capti aut occisi sunt. Kartaginensium militum viginti milia quingenti interfecti sunt. Hannibal omnia et ante praelium et in praelio expertus, primum cum multis equitibus, deinde cum viginti, postremo vix cum quatuor inter tumultum elapsus, Adrumetum confugit, postea Kartaginem post 36 annos, ex quo inde parvus cum patre exierat, venit, consultantique senatui Poenorum, nullam spem esse nisi in petenda pace, persuasit[a]. Gaio Cornelio Lentulo, Publio[b] consulibus, pax per Scipionem voluntate senatus populique Kartaginensibus concessa est, naves tamen plus quam quingentae in altum productae, in conspectu civitatis submersae sunt. Scipio iam tunc cognomento Africanus, cum omni gloria triumphans, Urbem ingressus est. Quem Terrentius, qui postea erat comicus, ex nobilibus Kartaginensium captivus, triumphantem post currum secutus est pilleatus, quod indultae sibi libertatis fuit insigne.

Anno igitur ab Urbe condita quingentesimo quinquagesimo secundo, qui est secundus Ptholomei Epyphanis, bellum Punicum secundum finitum est, post annum 19. quam coepit. Iactet se licet Roma victoriis Hannibalem devicisse, tamen in Campaniae luxuriis commorantem provincia deliciosa superavit; dum aquis innatat, dum piscibus atque ostreis passim infercitur, dum olet, potat, dormit, aquarum resolutio mollivit Punicam feritatem, et quem alia duraverant, cum Seplasia opidum Campaniae ungentis odoratis labefactavit et vicit.

Alexand.	Maced.	Syriae	
1		4	Ptholomeus Phylopator regnavit Alexandriae annis[c] 17. Hier.
2		5	
3	1	6	Philippus regnavit Macedoniae annis 42. Hic cum rebellare pararet, primum per Levinum consulem, deinde per Titum Quintium superatus est.
17	15	20	

Ptholomeus Epyphanes, filius Ptholomei Phylopatoris, regnavit Alexandriae annis 24[d], a restauratione templi anno trecentesimo 19. Huius patre Phylopatore defuncto, Antiochus Magnus, rupto foedere et pacto quod cum patre fecerat, Hier. ad Dan. l. l.
exercitum de superioribus Babyloniae partibus congregavit, factaque pace cum Philippo Macedonum rege, contra hunc Epyphanen, qui tunc quatuor erat annorum, exercitum movit[e]. Pugnantibus autem inter se Antiocho et ducibus Ptholomei pueri, Iudaea in medio posita multaque mala perpessa, in contraria studia scindebatur, sicut et sub Ptholomeo Phylopatore, patre eius, aliis Antiocho, aliis Ptholomeo faventibus. Cumque Antiochus teneret Iudaeam, missus Scopas, dux partium Epyphanis Ptholomei, adversus Antiochum fortiter dimicavit, cepitque Iudaeam; sed post modicum tempus Ios. XII, 3.
Antiochus Scopam vicit, confligens cum eo iuxta fontem Iordanis, multosque de exercitu eius prosternens. Postea vero Antiocho capiente Samariam et civitates Syriae quas Scopas tenuerat, gens Iudaeorum sponte ad eum veniens, omnem eius exercitum in civitatem suscepit, et prono animo auxilium prebuit. Unde et ipse multa eis beneficia contulit, quae Iosephus describit.

Volens autem Antiochus non solum Syriam et Ciliciam et Liciam et alias provincias quae erant partium Ptholomei possidere, sed in Aegyptum quoque regnum suum extendere, facta pace cum Ptholomeo per Euolem Rhodium, Cleopatram filiam suam septimo anno adolescentis despondit ei, et 13° anno tradidit, data ei dotis nomine omni Celesyria et Iudaea. Nec tamen optinere potuit Aegyptum, quia Ptholomeus Epyphanes et duces eius sentientes dolum, cautius se egerunt, et Cleopatra magis viri quam parentis fovit partes. Hic Antiochus Magnus duos habuit filios, fratres Cleopatrae quam dedit Ptholomeo, Seleucum, qui cognominatus est Sother quique regnavit post eum, et Antiochum, qui dictus est[f] Epyphanes et a patre Romanis datus est obses mortuoque fratre regnavit in loco eius; et hic est Antiochus, cf. Macc. I, 1.
qui dicitur illustris et nobilis in libro Machabeorum, qui 137° regni Grecorum anno regnare coepit multaque mala Iudaeis intulit.

Eo tempore pontifex Iudaeorum fuit Onias, filius Symonis Iusti, fratris Eleazari. Is autem Onias parvulus mente Ios. l. l.
et avarus pecuniae, vectigal quod patres eius pro populo dabant, scilicet 20 talenta, non reddidit, unde regem Ptholomeum ad iram provocavit. Qui mittens legatum nomine Athenionem in Hierusalem, culpabat Oniam, et minatus est, quod terram metiretur ad iugera et mitteret qui habitarent in ea. Audientes Iudaei mandata regis, turbabantur, Oniam vero nichil horum flectebat propter avariciam suam. Quod audiens Iosephus adolescens, sororis eius filius de patre Tobia[g], vir sagacissimus et inter suos nobilis, increpavit avunculum Oniam. Quo non attendente nec ad regem ire volente, ultro se legatum ad regem obtulit pro necessitate populi, si per eum liceret sibi. Illo autem concedente et populo gratias agente, suscepit legatum regis in domum suam, et per multos dies magnifice tractans, muneribus honoratum remisit ad regem, dicens se continuo secuturum. Athenio autem rediens ad regem, cum ei omnia indicaret, advenientem postea Iosephum rex et regina Cleopatra benigne susceperunt, invenitque tantam gratiam coram rege, ut non

a) persuasit pace 5. b) P. Aelio Peto 11. c) *deest* 9c. d) XIIII 9c. e) misit 9c. f) *deest* 5. g) thobia 5.

Ios. l. l. solum populum liberaret, sed etiam dux Iudaeae atque humilis Syriae et finitimarum regionum ab eo constitueretur. Is igitur 22 annis tributa Syriae et Fenicis atque Samariae dispensavit, populumque Iudaeorum a paupertate et debilitate ad clarissimas rerum causas perduxit. Habuit autem septem filios de uxore sua, et de filia fratris sui Solini unum nomine Hyrcanum. Qui cum tredecim esset annorum, naturalem fortitudinem et prudentiam in se demonstravit, ut etiam acerbam aemulationem fratribus excitaret. Iosephus vero cupiens scire, quis de filiis suis virtute melior existeret, unumquemque ad doctorum studia destinavit, sed desidia disciplinarum indocti redierunt. Post illos autem adolescentulum Hyrcanum transmisit, viam duorum dierum ad solitudinem seminare, dans ei 300 iuga boum, sed abscondens lora quibus ligarentur. Cumque ad locum veniret et lora non haberet, snadentibus aratoribus, ut pro his afferendis domum transmitteret, ille nolens tempus deperdere, occidit decem iugorum boves, et carnes quidem operariis dedit, pelles vero incidens, retinacula fecit; sicque seminata terra, ad patrem rediit. Pro qua mentis argutia pater eum benigne suscipiens, nimium dilexit, quod ei apud fratres invidiam suscitavit.

Post haec nunciatum est Iosepho, filium Ptholomeo regi genitum esse, omnesquo principes provinciarum ad celebrandum natalem pueri diem cum apparatu maximo Alexandriam ire. Cumque ipse ire senio prohiberetur, interrogavit filios suos, quis eorum vellet ire ad regem. Maioribus recusantibus et Hyrcanum hoc facere posse dicentibus, consuluit ipsum. Qui cum se promisisset iturum, si tantum misisset epistolam Arioni dispensatori pecuniarum quas regi debebat, ut daret ei pecuniam necessariam, data epistola dimisit eum. Fratres autem eius scribebant omnibus amicis regis, ut eum interficerent. Qui cum venisset[a] Alexandriam, porrexit Arioni epistolam, acceptisquo ab eo mille talentis, latenter accessit ad negotiatores, et comparavit ab eis centum pueros scientes litteras, unumquemquo talento uno, et centum virgines, singulas eodem precio. Susceptus autem benigne a rege et ad convivium eius invitatus, discumbens cum prioribus provinciarum, ultimus omnium sedit, tamquam puer ab omnibus despectui habitus. Cumque omnes ossa ciborum ante illum in mensa proicerent, ipso tacente, Triphon quidam, qui ad convivarum risus aptus erat, rogantibus convivis, iuxta mensam regis assistens, ait regi: *Vides, domine, anteposita ossa Hyrcano? Ex hoc conice, quod et pater eius sic omnem Syriam denudavit, sicut haec ossa iste a carnibus exspoliavit.* Ridente autem rege ad verba Triphonis et interrogante Hyrcanum, cur tanta ossa ante eum iacerent: *Apte,* inquit, *domine, nam canes semper ossa cum carnibus devorant, sicut isti fecerunt, ante quos ossa minime iacent; homines vero comedunt carnes, ossa autem iactant, quod et ego tamquam homo nunc feci.* Rex autem miratus eius responsum tam sapienter dictum, iussit omnes plaudere, verbum eius laudantes. Postera vero die Hyrcanus ad unumquemque regis amicum pergens et ad potentes aulae, salutavit eos. Instante vero die natali filii regis, principes regi offerebant[b] munera, qui multum, non plus quam viginti talenta. Hyrcanus itaque assumens pueros et virgines quos comparaverat, dedit unicuique talentum portare, et pueros quidem optulit regi, puellas autem Cleopatrae reginae. Omnibus igitur munificentiam eius ammirantibus, rex honorans eum liberaliter et donationes copiosas prestans, patri et fratribus et omnibus magistratibus scripta pro eo transmisit. Audientes autem fratres eius, talia eum a rege meruisse et cum magno reverti honore[c], in occursum eius egredi se simulantes, interficere illum omnimodo decreverunt, etiam patre sciente, qui propter pecunias quas regi optulerat irascebatur, sed regem timens, iram celabat. Committentibus autem adversus eum fratribus pugnam, multos eorum qui sequebantur occidit cum duobus fratribus suis; ceteri autem ad patrem Hierosolimam confugerunt. Qui postquam ad civitatem venit, nullo se suscipiente, discessit trans Iordanem fluvium, ibique remoratus, vectigalia exigebat a barbaris. Per idem autem tempus regnabat in Asia Seleucus, qui dicebatur Sother, filius Antiochi Magni.

Defunctus est autem Onias pontifex, filius Symonis Iusti fratris Eleazari, avunculus Iosephi patris Hyrcani, principatum sacerdotii derelinquens filio suo Symoni. Mortuus est autem et Iosephus, eiusque morte contigit seditionem pati populum propter filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus contra Hyrcanum, dissensit ab invicem multitudo, et plures quidem maioribus fratribus auxilium ferebant cum principe sacerdotum Symone, qui cognatus eorum et affinis erat. Hyrcanus autem discedens ab Hierosolima trans Iordanem, turrim ibi aedificavit firmissimam ex lapide albo, et totam usque ad terram sculpens diversis animalibus, reliquis etiam aedificiis locum munivit, quem Tyrum nuncupavit. Prefuit autem illis partibus per annos 12, omni tempore, quo Seleucus, filius Antiochi Magni, Syriae regnavit. Quo mortuo, frater eius Antiochus Epyphânes regnum obtinuit. Quem metuens Hyrcanus, ne ab eo tormentis afficeretur pro his quae contra Arabas egerat, vitam propria manu finivit. Cuius substantiam Antiochus sibi applicuit. Mortuus est autem et Symon pontifex, filius Oniae, relinquens tres filios, Oniam, Ibesum, Oniam sive Anauiam; sed patri Onias in sacerdotii honore successit; et hic est, ad quem Arius rex Spartarum, id est Lacedemoniorum, epistolas misit, dicens, Iudaeos et Lacedemones ex uno genere Abrahae descendisse.

H. m. Anno ab Urbe condita quingentesimo quinquagesimo primo, qui Ptholomei Epyphanis computatur etiam primus, Titus Quintus Flaminius contra Philippum Macedoniae regem missus est, et post praelia multa, quibus Macedones vicit,
H. R. pacem Philippo dedit, sub conditione etiam Demetrium filium suum obsidem dedit. Lacedemoniis quoque bellum Titus idem intulit, ducemque illorum Navidem vicit et quibus voluit conditionibus in fidem accepit, ingenti gloria triumphavit, ducens ante currum suum nobilissimos obsides, Demetrium Philippi filium et Armenen Navidis. Transacto bello Mace-
Hier. ad Dan. donico, secutum est Syriacum. Antiochus itaque Magnus rex Syriae, cum regnum generi[d] sui Ptholomei Epyphanis
H. m. obtinere non posset, vertit se ad Asiam, et navali certamine obtinuit Rhodum et Samum et alias insulas multas, deinde contra Romanos struens bellum, ex Asia transit in Europam. Tunc etiam Hannibal exbiberi Romam iussus a senatu, clam ex Africa profectus, ne Romanis traderetur, ad Antiochum migravit eique se coniunxit. Quem cum apud
Hier. l. l. Ephesum invenisset cunctantem, mox ad bellum impulit. Sed occurrit eis Scipio Nasica cum fratre suo Scipiono
H. m. Africano, isdemque Africanus familiare colloquium cum Hannibale habuit, sed infecto negotio, ab Antiocho discessit. Sequenti anno idem Scipio Africanus Hannibalem, qui tunc Antiochi classi preerat, navali praelio vicit et fugavit; frater quoque eius Lucius[e] Cornelius Scipio Nasica consul, habens in auxilio Eumenen, Attali regis fratrem, ingenti
cf. Hier. praelio Antiochum vicit. Qui pacem rogans, eo iure obtinuit, ut annis singulis mille talenta persolveret, atque ex Asia
H. m. et Europa recedens, intra Taurum montem se contineret, et Hannibalem concitatorem belli dederet. Qui fugiens ad Prusiam regem Bythiniae, cum a Romanis reposceretur, iam tradendus venenum bibit. Antiochus vero filium Africani, quem utrum explorantem an bello[f] cepisset incertum est, ultro remisit, filium quoque suum Antiochum obsidem dedit. Scipio Nasica Romam rediens, ingenti gloria triumphavit, nomen et ipse ad imitationem fratris Asianus, quia Asiam vicit, accepit. Philippo autem Macedonum regi, quia contra Antiochum Romanis auxilio fuit, filius Demetrius[g] redditus
Hier. est. Plautus ex Umbria Arpinas Romae moritur hoc tempore, qui propter annonae difficultatem ad molas manuarias pistorem se locaverat, ubi quotiens ab opere vacasset, fabulas scribere ac vendere solitus erat. Titus Livius tragediarum

a) venissent 5. b) o. regi 4. 5. regis o. 10. 11. c) h. r. 5. d) generis 4. e) lucilius 5. 9c. 10. f) an in bello 9c. g) demetrii 5. 9c.

scriptor clarus habebatur eo tempore, qui ob ingenii meritum a Livio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertati donatus est.

Alex.	Maced.	Syr.	
1	16	21	Ptholomeus Epyphanes regnavit Alexandriae annis 24. Hier.

Hoc tempore Scipio Africanus ab ingrata sibi urbe Romana diu exulans, apud Amiternum opidum morbo periit, Il. m. et sepulchro suo inscribi iussit: *Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes.*

17	32	1	Seleucus, qui et Sother, filius Antiochi Magni, regnavit Alexandriae[a] annis undecim. Hic Macc. instinctu cuiusdam Symonis, qui erat prepositus templi Hierosolimitani, misit Heliodorum ad auferendas pecunias, qui correptus est a Deo, ut in Machabeorum legitur libro.
1[b]	40	9	Ptholomeus Phylometor, secundus filius Epyphanis, regnavit Alexandriae annis 35, a restaura- Hier.
2	41	10	tione templi anno trecentesimo 43°.
3	42	11	
4	1	1	Perseus, filius Philippi, regnavit Macedoniae annis 10. — Antiochus Epyphanes, id est Ios. XII, 5.
13	10	10	illustris, frater Seleuci, filius scilicet Antiochi Magni, post mortem fratris sui Seleuci regnavit in Syria sqq.

annis 12. Huius sororem Cleopatram habuit uxorem Ptholomeus, qui et ipse dicebatur Epyphanes, de qua duos filios accepit, quos moriens adhuc parvulos reliquit. Quorum maior, qui et pro eo regnavit, Phylometor, alter Physcon dicebatur. Antiochus autem suo regno non contentus, exercitum ducere deliberavit in Aegyptum, tractus desiderio eius, et contempnens filios sororis suae quasi debiles ac tanta negotia regere non prevalentes. Perveniens igitur ad Pelusium cum magna virtute, doloque circumveniens Phylometorem consanguineum suum, occupavit Aegyptum. Et cum adisset loca Memphiticae civitatis, cepit eam, dein[c] contra Alexandriam, ut obsideret Ptholomeum, cuius erat avunculus, tetendit, sed cf. Hier. ad D. per duces Ptholomei pulsus est non solum ab Alexandria, verum etiam tota Aegypto. Inde reversus, ad Hierosolimam Ios. l. l. civitatem duxit exercitum. Quo perveniens, cepit eam sine conflictione alicuius, aperientibus ei portas his qui voluntatis eius erant conscii, ingressusque civitatem, multos interfecit sibi contraria sentientes; sed et eos ipsos qui ei civitatem aperuerunt propter divitias templi occidit, faciensque omnia mala illa, quae in Machabeorum Hier. ad D. hystoria scripta sunt, multis de templo ablatis, reversus est Antiochiam. Post biennium vero rursus contra p. 714. Ptholomeum congregavit exercitum, et venit Alexandriam. Cumque duo fratres, Ptholomei et Cleopatrae filii, quorum avunculus erat Antiochus, obsiderentur Alexandriae, Romam miserunt legatos. Cum autem Romanorum legati venissent Alexandriam, quorum unus erat Marcus Pompilius Lenas, et invenissent eum stantem in litore, senatusconsultum dederunt ei, quo iubebatur ab amicis populi Romani discedere et suo imperio contentus esse. Qui cum responsionem ad amicorum consilium distulisset, orbem fecisse fertur in arena cum baculo quem tenebat manu et conscripsisse regem atque dixisse: *Senatus et populus Romanus precipiunt, ut in isto loco respondeas, quid consilii geras.* Quibus dictis ipse perterritus, ait: *Si hoc placet senatui et populo Romano, recedendum est.* Et statim recessit.

Per idem tempus, ut Iosephus scribit*, defunctus est Onias, filius Symonis, princeps sacerdotum, relinquens * Ios. XII, 6. filium parvulum Ouiam. Unde Antiochus fratri eius Ihesu principatum sacerdotii contulit, quem postea iratus abstulit et iuniori eorum fratri Oniae sive Ananiae dedit. Habuit enim Symon, ut prediximus, tres filios, ad quos sacerdotii principatus ordine dicto pervenit. Ihesus autem Iasonem se nominavit, Onias vero sive Ananias Menelaus est nuncupatus, ut Iosephus dicit. Deinde subiungit idem Iosephus, Ihesum, id est Iasonem, prius sacerdotem contra Menelaum seditionem concitasse, eundemque Menelaum cum suis fautoribus, relicta religione paterna, se ad Antiochum contulisse, illumque contra Iudaeos incitasse, et post ab Antiocho iuniore persuasu Lysiae occidisse[d]. In quibus verbis videtur Iosephus ab hystoria libri Machabeorum discrepare, in qua refertur*, * Macc. II, 3. quod Menelaus frater fuerit cuiusdam Symonis de tribu Beniamin, qui fuit prepositus templi, quique, adhuc vivente sqq. Seleuco, fratre Antiochi, propter odium Oniae sacerdotis sibi resistentis, ne aliquid mali machinaretur in civitate, effecit, ut Heliodorus a Scleuco mitteretur Hierosolimam ad auferendas pecunias de templo. Qui cum territus rediret, Symon non cessavit male loqui de Onia, et instigavit Apollonium ducem contra eum. Quibus ille cedens, contulit se ad regem, ut eius defensione tutus viveret. Post mortem vero Seleuci cum regnaret frater eius Antiochus, hoc quod de Onia Menelao Iosephus testatur, in hac hystoria* de Iasone, fratre Oniae, narratur. * c. 4. Hic enim Iason, qui et Ihesus, collectis impiis, Antiochum adiit, eiectoque per pecuniam fratre Onia, sacerdotium accepit, et accepta licentia ut gymnasium Hierosolimis aedificaret, ad ritus gentium relicta religione se transtulit. Post triennium misit Iason Menelaum, fratrem Symonis supradicti, portantem pecuniam regi[e] pro sacerdotio promissam, scilicet quingenta nonaginta talenta, sed ipse Menelaus, promittens adhuc trecentas libras regi, Iasonem subplantavit. Sic Iason, qui fratrem Oniam expulit, ipse post expulsus de patria, secundum quod dignus erat, exul periit. Menelaus autem cum non persolveret promissas pecunias, rex abstulit ei sacerdotium, et dedit illud fratri suo Lysimacho. Metuens vero Menelaus, ne Onias reciperet sacerdotium, egit cum Andronico regis amico, quem rex abiens prefecit negotiis, ut Oniam interficeret; quod et fecit. Lysimacho quoque a Iudaeis propter sacrilegia sua occiso, Menelaus sacerdotium recepit. Quo ab Antiocho Eupatore, filio Antiochi, suadente Lysia, occiso, Alchimus quidam alienigena impius successit Ios. XII, 14. sacerdotio. Et hoc divinitus percusso, deficientibus hereditariis successoribus, omnium voluntate Iudas Machabeus sqq. suscepit sacerdotium. Onias quippe, filius Oniae, quem moriente patre parvulum relictum supra diximus, videns mala quae fiebant, fugit ad Ptholomeum regem Aegypti, et benigne ab eo acceptus, impetravit ab eo regionem quae Helyopolcos vocatur, ubi concedente rege construxit templum ad formam templi Hierosolimitani, quod per annos permansit usque ad tempus Vespasiani. Ipsa autem urbs quae vocabatur Oniae, dimicantibus postea Iudaeis adversum Romanos, ad solum usque diruta[f] est, et neque urbis neque templi ullum restat vestigium. Sub occasione igitur Oniae infinita Iudaeorum examina Aegyptum confugerunt. Asserebat enim Onias, in se impletum esse vaticinium Ysaiae scribentis: *Erit altare Domini in Aegypto et titulus Domini in terminis eius*, et quod Ezras[g] ante sexcentos annos predixerat, quod oporteret in Aegypto templum aedificari Deo per virum Iudaeum. Antiocho autem Iudaeos affligente et ad gentilitatem per se ipsum et per missos suos cogente, Mathathias cum quinque filiis suis adversus eos arma corripuit, et patrias leges viriliter defendit. Quo post annum moriente, scilicet anno centesimo quadragesimo sexto regni Grecorum, qui est 13[us] Phylometoris, decimus vero Antiochi, filius eius Iudas Machabeus successit patri, et congregato exercitu, vindictam

a) *ita* 4. 5. 9[c]. 10. Syriae 11. b) *in* 5. *numeri* 1—11 *bis scripti sunt, in* 9[c]. *vero antea, columna quarta addita, legitur:* Alexander 1—11, *in* 4. *numeri* 2—13, 41—10, 10—10 *desunt; in* 10. *item* 1—13, 40—10, 10—10. c) deinde 9[c]. d) *ita quos vidi codices fere omnes;* occisum esse occidisse *altero vocabulo deleto* 10. occisum esse 11. e) r. p. 5. f) dirutum 5. 9[c]. g) ezdras 5.

Ios. l. l. in male agentes exercuit. Is templum ab Antiocho destructum nobiliter renovavit et a sordibus ydolorum, quibus per triennium pollutum fuerat, emundavit, anno centesimo quinquagesimo secundo. Audiens etiam Romanorum virtutem, amicicias foederavit cum eis et societatem. Post multa demum praelia feliciter gesta pugnans contra Bachidem, Demetrii principem, multos interfecit, et ipse occiditur anno quinquagesimo, cum regeret populum annos [a] quinque. Cui succedens frater eius Ionathas, regebat populum per annos 17. Quo a Triphone occiso, Symon, frater eorum, tenuit principatum annis octo, quem accepit anno septuagesimo [b] regni Grecorum.

II. m. et II. R. Philippo rege Macedonum mortuo, qui et adversus Romanos bellum [c] gesserat et postea Romanis contra Antiochum auxilium tulerat, filius eius Perseus regnum eius tenens, rebellavit, adiutores eius habens Cotim regem Traciae et regem [d] Illirici Gentium nomine. Romanis autem auxilio erant Eumenes rex Asiae, frater Attali, Ariaratus rex Capadociae, Antiochus Syriae, Ptholomeus Aegypti, Masinissa Numidiae. Brusias autem rex Bythiniae, licet Persei sororem [e] haberet, utrisque se aequum prebuit. Contra Perseum missus consul Publius Licinius, ab eo victus est, nec tamen Romani regi pacem petenti prestare voluerunt, nisi se et suos senatui subdidisset. Mox contra eum missus Lucius Aemilius Paulus consul, vicit eum, et cum ingenti pompa Romam rediit in navi eiusdem Persei, quae inusitatae magnitudinis ferebatur fuisse, adeo ut sedecim ordines remorum dicatur habuisse. Triumphavit autem Paulus in curru aureo, duobus filiis suis utroque latere astantibus. Ducti autem sunt ante currum eius duo filii regis et ipse Perseus annis quadraginta quinque natus, qui post apud Albam in custodia defecit; filius vero eius iunior fabricam aerariam ob tolerandam inopiam Romae didicit, ibique defunctus est.

Anno autem ab Urbe condita sexcentesimo, qui 26[us] Phylometoris inscribitur, cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus invasisset, nec esset ex omnibus, qui vel miles vel legatus ire in Hispaniam auderet, Publius Scipio, Africani nepos, qui et ipse post Africanus est dictus, ultro se militaturum in Hispania obtulit, cum tamen in Macedoniam contra Philippum deputatus esset. Profectus itaque in Hispaniam, stragem magnam dedit, sepius etiam militis quam ducis officio usus; nam et barbarum provocantem singulariter congressus occidit.

Eodem tempore Messala censor primus theatrum lapideum in Urbe construi iussit, quod ne tunc fieret, Scipio Nasica gravissima dehortatione obstitit, dicens, inimicissimum fore populo bellatori hoc ad nutriendam desidiam lasciviaeque commentum, adeoque movit senatum, ut non solum omnia theatro comparata [f] vendi iusserit, sed etiam subsellia in ludis poni prohibuerit [g], et ut neque urbani, neque qui a foris mille passibus adessent, sedentes ludos spectarent, ne fortitudo illorum mollesceret. Illo quoque tempore Tuccia virgo Vestalis arguebatur incesti. At illa purgare se argumentis dedignata mortalibus, ad [h] Tyberim detulit cribrum, idque submergens [i], prece addita, inquit: *O Vesta, si pia sum, si virgo sum, hanc e Tyberi aquam ad templum tuum deferam.* Et pertulit.

Anno sexingentesimo secundo tercium Punicum bellum exortum est. Igitur cum senatus abolendam Kartaginem decrevissent, profecti consules Lucius Manlius Censorinus et Marcus Manlius, et Scipio tunc tribunus militum, prope Uticam castra maioris Africani tenuerunt. Ibi Kartaginensibus evocatis iussisque ut arma et naves traderent nec moratis, tanta vis armorum repente tradita est, ut facile tota ex his Africa potuisset armari. Sed postquam arma tradiderunt et derelicta urbe recedere procul a mari decem milibus passuum iussi sunt, dolorem ad desperationem contulerunt, aut defensuri civitatem, aut cum ipsa per ipsam sepeliendi, moxque sibi [k] duos Hastrubales duces creant, armaque facere aggressi, postquam aes ferrumque defecit, aurea argenteaque fecerunt. Consules Romani urbem aggressi, cum aliquantam muri partem [l] machinis diruissent, a Kartaginensibus victi sunt atque repulsi. Quos fugientes Scipio defendit, hoste intra muros repulso. Is apud omnes ingenti metu et reverentia erat, nam et paratissimus ad dimicandum et promptissimus erat ad consulendum, nec quicquam magis duces Poenorum vitabant, quam contra eam partem Romanorum committere ubi Scipio dimicabat. Per idem tempus Masinissa rex Numidarum, per annos fere sexaginta amicus populi Romani, mortuus est anno vitae suae nonagesimo septimo, valentissimo semper corpore perseverans. Hic est vir, qui numquam in ymbre vel maximo caput suum texit aut frigore, et tam diu in uno stetit vestigio, ut prius iuvenes lassitudine cederent, quam ille de loco in quo steterat moveretur. Si stetisset, ne membrum quidem tota die movebat, si iter ingressus est eques, non descendebat, si pedes, non ascendebat, solebatque equitans in exercitu nocti diem sepissime coniungere, et sui custodiam tutelamque sevissimis canibus committebat. Post octogesimum sextum annum genuit filium, cui nomen fuit Methuma, nichilque quod iuvenis fecit aevo ultimo pretermisit. Moriens igitur, 44 filios reliquit, inter quos divisorem esse Scipionem iussit. Qui postquam inter eos Numidiae regnum divisit, Kartaginem reversus est.

Anno a Roma condita sexingentesimo sexto, qui est Phylometoris 32[us], cum clarum esset nomen Scipionis, iuvenis adhuc consul factus est, et delere Kartaginem suprema sorte molitus, Cothonem ingressus est. Ubi cum sex diebus continuis noctibusque pugnaretur, ultima desperatio Kartaginenses ad deditionem traxit, petentes, ut quos belli clades reliquos fecit, saltem servire liceret, ac primum agmen mulierum satis miserabile, post virorum magis deforme descendit. Nam fuisse mulierum 25 milia, virorum 30 milia, memoriae traditur. Rex Hastrubal se ultro dedit, suique tantum salutem obtinuit; transfugae voluntario precipicio dati, consumpti sunt igni, quosquos autem transfugas Romanos Scipio obtinere potuit, crucibus affixit, Latinos securi percussit. Uxor Hastrubalis ubi ardentem Kartaginem aspexit, viro suo cum duobus filiis suis occurrit, eique dixit: *Vive tu, qui superstes esse Kartagini potes, nam pro nobis frustra rogasses.* Et volentibus filiis, virili dolore, femineo furore, in medium se coniecit incendium, eodem modo exitum mortis faciens extrema regina, quem quondam fecerat prima. Ipsa vero civitas decem et septem diebus continuis arsit, miserumque spectaculum de varietate conditionis humanae victoribus suis prebuit, dirutaque est, omni murali lapide in pulverem converso. Cuius situs huiusmodi fuisse dicitur. Per viginti duo milia passuum muro amplexa, toto pene mari cingebatur, absque faucibus, quae tribus milibus passuum aperiebantur. Is locus murum triginta pedibus latum habuit saxo quadrato, in altitudine cubitorum 40. Arx, cui Birsae nomen fuit, paulo amplius quam duo milia passuum tenebat. Ex una parte murus communis urbi et Birsae erat, imminens mari, quod mare Stagnum dicitur. Igitur Kartago septingentesimo anno postquam condita est deleta est, multitudo omnis captivorum, exceptis paucis principibus, vendita est. Ita quarto postquam coeptum est anno tercium Punicum bellum est terminatum. Scipio nomen, quod avus eius acceperat, meruit, scilicet ut propter virtutem etiam ipse Africanus iunior vocaretur.

Eodem anno Chorinthus, nobilissima Greciae civitas, subversa est incendio a Mummio [m] consule. Ubi cum propter multitudinem et varietatem statuarum simulachrorumque in illo tantae civitatis incendio permixta in unum auri argenti

a) annos quinque — regebat *desunt* 4. b) centesimo sept. 11, *et ita deinceps* 100 *his numeris addit.* c) bella 5. d) et g. n. i. regem 5. e) h. s. 5. f) comparato 5. 9c. 10. g) prohibuerunt 5. h) *deest* 9c. i) *in* 10. *alia manu additur* in aqua; in aquam 11. k) m. d. II. sibi duces 5. l) p. m. 5. m) nummio 5. mumiuio 4.

atque acris metalla fluissent, novum genus metalli factum est. Unde usque hodie sive ex ipso sive ex imitatione eius aes Corinthium dicitur et vasa Corinthia. Hoc tempore tres celeberrimi triumphi simul Romae fuerunt, Africani ex Africa, ante cuius currum ductus est Hastrubal, Metelli ex Macedonia, cuius currum praecessit Andariscus, qui et Pseudophilippus, rex Macedonum, Mummii [a] ex Corintho, ante quem signa aenea et pictae tabulae et alia urbis clarissimae ornamenta prelata sunt. Interfecto autem Pseudophilippo, qui sibi Macedoniam usurpavit, itemque Pseudoperseo, qui so Persei filium iactavit, Macedones gentium dominos [b] Romani principes tributarios fecerunt, regnumque Macedonum defecit. Il. m. Hier.

Statius Cecilius comediarum scriptor clarus habetur his diebus, qui natione Gallus, sive ut alii dicunt Mediolanus, primum Ennii contubernalis, sequenti anno post mortem eius mortuus est. Ennius vero poeta 70° aetatis suae anno articulari morbo periit, sepultusque est in monumento Scipionis, via Appia, intra primum ab Urbe miliarium. Tunc etiam Lucius [c] poeta nascitur.

Alex.	Iud.	Syr.	
14	1	11	Deficiente regno Macedonum, coepit regnum Iudaeorum, ubi primus eo tempore principatum tenebat Iudas Machabeus annis 5, ab anno 47. regni Grecorum, qui est 14[us] Phylomitoris, cf. Hier.
15	2	12	
16	3	1	11[us] vero Antiochi illustris.
17	4	2	Antiochus Eupator, filius Antiochi Illustris, regnavit in Syria annis duobus. Anni ab initio 3800. Ios.
18	5	1	Demetrius, Seleuci filius fratris Antiochi Illustris, occiso Antiocho Eupatore, filio [d] patrui [e] sui, regnavit in Syria annis 11. Hic [f] habuit filios duos, Demetrium sibi aequivocum et Antiochum, qui dictus Scdites vel Sother.
19	1	2	Ionathas, frater Iudae Machabei, post mortem eius suscepit principatum, et per annos 18 strenue rexit populum. His temporibus Aristobolus equidem phylosophus commentarios scripsit in libros Moysi, et optulit Ptholomeo regi. Hier.
27	9	10	Annus sexcentesimus ab Urbe condita.
28	10	11	
29	11	1	Alexander, item filius Antiochi Illustris, frater Eupatoris, occiso Demetrio, patrui sui Seleuci
30	12	2	filio, regnavit annis 4. Hic ducens Cleopatram, Ptholomei regis filiam, genuit ex ea Antiochum.
31	13	3	
32	14	4	
33	15	1	Demetrius, filius Demetrii, quem Alexander occidit, regnum eo vivente invasit, cui Ptholo- Ios.
34	16	2	meus Phytometor Cleopatram filiam suam Alexandro ablatam coniunxit, occisoque Alexandro,
35	17	3	regnavit Demetrius annis quinque, sed quinto captus est ab Arsace Parthorum rege. Regnante autem adhuc Demetrio, Triphon quidam partium Alexandri tulit Antiochum, filium eiusdem Alexandri, et licet adhuc parvulo diadema imposuit ut regnaret, sed quarto imperii eius anno dolo occidit eum, ipseque regnavit. Sed et hoc tercio sui regni anno interfecto, Antiochus frater Demetrii regnavit, cui Cleopatra fratris uxor nupsit, de qua filium suscepit nomine Antiochum, qui dictus est Cizicenus a civitate Cizico, in qua nutritus est. Demetrius quoque, frater Antiochi, ex eadem Cleopatra filium habuit eiusdem nominis Antiochum, qui dictus est Griphus. Hi duo fratres Antiochi dicti postea de regno contenderunt. Antiochus, Alexandri filius, imposito sibi diademate a Triphone, regnavit contra Demetrium annis 4, sed quarto anno ab eodem Triphone per dolum occisus est.
1	18	4	Ptholomeus Euergetes secundus regnavit Alexandriae annis 29, a restauratione templi anno 388°. His temporibus Romae puer ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, naturam virilem duplicem habens. In Boniniensi [g] agro fruges in arboribus natae sunt. Hier. H. m.
2	1	5	Symon, frater Iudae et Ionathae, post mortem eorum rexit populum Iudaeorum annis octo. Ios.
3	2	1	Triphon, occiso Antiocho, regnavit annis tribus, sed anno tercio etiam ipse [h] occisus est.
4	3	2	
5	4	3	
6	5	1	Antiochus, qui et Sedites est appellatus, frater Demetrii, postquam captus est frater eius a rege Parthorum, ipse regnavit annis 15, fratrem a captivitate liberavit, qui post ipsum regnavit.
10	1	5	Iohannes, qui et Hyrcanus, filius Symonis, interfecto patre cum duobus filiis in convivio per insidias generi sui Ptholomei, qui erat dux circa Hiericho, tenuit principatum Iudaeorum annis triginta et uno. Hic contra Hircanos bellum gerens, Hircanus appellatus est. Hic vir plane beatissimus, tria maxime precipua solus habebat, quia dux et pontifex et propheta erat, cum quo Deus [i] ita colloquebatur, ut futurorum nichil penitus ignoraret. Hic praelia multa peregit, primum contra Ptholomeum, sororis suae virum, deinde Samariam obsidione captam solo coaequavit, quam postea Herodes instaurans, Sebasten in honorem Augusti appellavit. Antiochus quoque, quem quidam Seditem, quidam vero Spondium vocant, frater Demetrii, pridem Symoni infensus, secundo Hyrcani anno, addncto exercitu, Hierosolimis obsedit Hyrcanum. At ille patefacto sepulcro David, plus quam tria milia talentorum inde abstulit, datisque trecentis Antiocho, ut a civitate recederet, persuasit. Et ut facti leniret invidiam, fertur ex hac pecunia instituisse xenodochia, quibus susciperet pauperes et peregrinos. Cumque fortunatissime viveret per annos 30 et unum, optime rebus amministratis, moritur, quinque filiis relictis. Quorum maximus natu Aristobolus, translato in regnum principatu, primus apud Iudaeos diadema sibi imposuit, 398 annis ac tribus mensibus exactis, postquam populus de Babylonica rediit captivitate. Fratrem Antigonum a se secundum natu, quem diligere videbatur, in honore pari producebat, alios vero vinctos custodiae tradidit, matremque, ausam aliquid de potestate contendere [k], itidem colligavit famequo necavit, sed et Antigonum fratrem postea peremit. Post necem vero matris et Antigoni fratris ipse dignissimo atque crudelissimo viscerum dolore tortus detestabiliter moritur, cum non plus uno anno regnaret. Uxor autem eius [l], fratrum vinculis dissolutis, regem constituit Alexandrum, fratrem eius, qui aetate maior erat, et modestia praestare videbatur. Ios. XIII, 13. Hier. Ios. de b. I. I, 3. Hier. Ios. de b. I. I, 2.
21	12	1	Demetrius, frater Antiochi, per fratrem a captivitate liberatus, regnavit post mortem fratris annis 12.
29	20	9	

a) muninii 4. nummii 9c. b) domini R. tributarios se fecerunt 9c. c) lucilius 11. d) *deest* 4. 9c. e) patruo sno 4. f) Hic — Sother *desunt* 10. 11. g) boniensi 5. h) e. i. a. t. 5. anno tercio ipse eciam 9c. i) cum dco 9c. k) *deest* 9c. l) c. que ctate *caeteris omissis* 9c.

H m. Anno ab Urbe condita sexingentesimo vicesimo, qui est 11us Ptholomei Euergetis secundi, Scipio Africanus iunior consensu omnium secundo consul est creatus atque ad obpugnandam Numantiam Hispaniae civitatem cum exercitu missus. Haec per annos 14 cum solis 4 milibus suorum 40 milia Romanorum non solum sustinnit, sed etiam vicit pudendisque foederibus affecit. Scipio itaque ingressus Hispaniam, non statim aggressus est Numantinos quasi incautos, quos noverat semper esse paratos, sed aliquamdiu militem suum, viciosum et ignavum pro culpa ducum priorum, exercendo magis quam puniendo, sine aliqua acerbitate in castris velut in scolis exercuit, deinde omnia quae voluptatis causa haberentur in castris severo summoveri iussit edicto. Denique scortorum duo milia cum lixis e procinctus eius loco ciecta sunt, tantumque subito sub districto iudice profecit exercitus, ut Numantiam, diu perniciosissimam Romanis, brevi exaequaret solo. Igitur cum partem aestatis totamque hiemem, ne attemptata quidem pugna, transegisset, parum propemodum hac profecit industria. Nam ubi copia pugnandi facta est, exercitus Romanus impetu Numantinorum obpressus, sicut solebat, terga vertit, sed increpatione et minis obiectantis se consulis manuque retinentis a tandem indignatus, in hostem rediit, et quem fugiebat fugere compulit. Difficilis tunc in relatu fides; Numantinos effugavere et fugientes videre Romani. Unde quamvis Scipio, quia preter spem acciderat, laetus esset, tamen bello ultra adversum eos audendum non esse, professus est. Itaque urbem obsidione conclusit, fossa circumdedit, cuius latitudo pedibus decem, altitudo viginti fuit, ipsumque deinde aggerem sudibus prestructum crebris turribus communivit. Ad hoc bellum Micipsa rex Numidarum in auxilium Scipioni Iugurtam misit, qui fortiter agens, gloriam acquisivit et gratiam coram Scipione invenit. Igitur Numantini diu conclusi et fame truncidati, cum facultatem pugnae sepe deposcerent, ut eis b mori tamquam viris liceret, nec impetrassent, novissime duabus subito portis eruperunt, larga prius potione usi, non vini, cuius ferax is locus non est, sed suco tritici per artem confecto, quem sucum a calefaciendo celiam vocant. Hac igitur c potione post longam famem recalescentes, bello se obtulerunt, subitoque super Romanos irruerunt. Atrox diu certamen et usque ad periculum Romanorum fuit; iterumque se Romani adversum d Numantinos pugnare fugiendo probavissent, nisi suh Scipione pugnassent. Numantini, interfectis suorum fortissimis, bello cedunt, compositis tamen ordinibus nec sicut fugientes in urbem revertuntur; corpora interfectorum ad sepulturam oblata accipere noluerunt, novissima spe desperationis omnes in mortem destinati, clausam urbem ipsi introrsum succenderunt, cunctique pariter ferro, veneno atque igne consumpti sunt; Romani nichil ex his victis penitus habuere nisi securitatem suam; neque enim, eversa Numantia, vicisse se magis quam evasisse dixerunt. Unum Numantinum victoris catena non tetigit, unde triumphum dederit; quicquid supellectilis fuit, ignis absumpsit. Tunc Scipio Tyresium quendam Celticum principem interrogavit, qua de causa Numantia prius invicta durasset et post eversa fuisset. Respondit Tyresius: *Concordia victoriam, discordia excidium prebuit.* Quod Romani tamquam sibi ac de se dictum exempli loco acceperunt, quippe quibus iam de seditionibus discordantis totius Urbis nunciabatur.

Ea namque tempestate, qua haec gerebantur apud Numantiam, Gracchorum e seditiones agitabantur apud Romam. Kartagine quippe Numantiaque deletis, oritur apud Romanos utilis de provisione collatio, sed infamis de ambitione contentio. Gracchus e itaque tribunus plebis iratus nobilitati, cur eum inter auctores Numantini foederis, quod per Mancinum consulem turpiter factum est, notarent, agrum a se privatim catenus obsessum populo dividi statuit, Octaviano tribuno obsistenti ademit imperium, eique successorem dedit Minutium. His causis senatum ira, populum superbia invasit. Inter haec quoque Attalus rex Asiae, frater Eumenis, moritur, populum Romanum scripto heredem reliquit, et ita Romano imperio regnum Asiae per testamentum accessit. Gracchus e populi gratiam precio appetens, legem tulit, ut pecunia quae Attali fuisset populo distribueretur. Obsistente Scipione Nasica, etiam Pompeius spopondit, se Gracchum, cum primum magistratu abiret, accusaturum. Gracchus autem annitebatur, ut ipse tribunus plebis sequenti anno permaneret. Et cum comitiorum die seditiones populi accenderent, auctore Nasica nobilitas inflammata, fragmentis subselliorum plebem fugavit. Gracchus per gradus qui sunt super Calpurnii fornicem, detracto adminiculo, fugiens, ictus fragmento subsellii corruit, rursusque assurgens, alio ictu clavi cerebro impacto exanimatus est. Ducenti preterea in ea seditione interfecti, eorumque corpora in Tyberim proiecta sunt, ipsius quoque Gracchi cadaver inhumatum contabuit.

Anno dehinc secundo Publium Scipionem pridie in contione e' de periculo salutis suae contestatum, quod sibi pro patria laboranti ab improbis et ingratis denunciari cognovisset, alio mane exanimem repererunt, idque inter maxima Romanorum mala censuerunt f, presertim cum tantum in urbe illa Africani vigor et modestia valeret, ut facile illo vivo neque sociale neque civile bellum existere posse crederetur. Hunc quidem necatum ferunt dolo uxoris suae Simproniae, quae soror erat Gracchorum, ne scelerata, ut credo, familia ad perniciem patriae suae inter impias seditiones virorum non etiam sceleribus mulierum esset immanior. Causa vero interitus eius haec fuit. Gaius Carbo tribunus plebis cupiens necem vindicare Gracchianam et excitare seditionem sopitam, Publium Scipionem Africanum, eruta Numantia revertentem, interrogavit, quid de Gracchi morte sentiret. Cui Africanus ait, iure occisum sibi videri.

Post haec Gaius Gracchus, Gracchi illius qui iam in seditione occisus fuerat frater, tribunus plebis per tumultum creatus, magna rei publicae pernicies fuit. Nam cum sepe populum Romanum largitionibus promissisque ninnis in acerbissimas seditiones excitasset, tandem a tribunatu, Minutio successore, decessit. Qui Minutius cum decessoris sui Gracchi statuta convulsisset legesque abrogasset, Gaius Gracchus cum Fulvio Flacco, ingenti stipatus agmine, Capitolium, ubi contio agitabatur, ascendit, ibique cum eo duobusque filiis suis armatis maximum tumultum excitavit; sed econtra Decius Brutus vir consularis ac Lucius Publicius [26] cum ingenti certamine insistunt. Ibi Flaccus diutissime pugnavit, Gracchus vero in templum Minervae secedens, gladio incumbere voluit, sed interventu Letorii g retentus est. Cumque diu anceps bellum ageretur, tandem sagittarii ab Opimio missi, consertam multitudinem disturbaverant. Duo Flacci, pater et filius, cum per aedem Lunae in privatam domum desilnissent foresque obiecissent, areticio graticio h parieti i affixi sunt. Gracchus, diu pro se pugnantibus amicis ac pereuntibus, aegre ad pontem Subsilicium pervenit, ibique, ne vivus caperetur, cervicem servo suo prehuit. Cuius caput abscisum consuli allatum est, corpus ad Corneliam matrem Misenum opidum devectum est. Haec autem Cornelia maioris Africani filia fuit, quae post prioris filii Gracchi mortem Misenum secessit. Bona Gracchi publicata sunt; Flaccus adolescens in robore necatus est, ex factione Gracchi ducenti in Aventino monte caesi fuisse referuntur. Opimius autem consul, sicut in bello fortis, ita in questione fuit crudelis; nam amplius quam tria milia hominum suppliciis necati sunt, ex quibus plurimi, ne dicta quidem causa, innocentes occisi sunt. Haec Gracchorum seditio, hic finis fuit.

a) renitentis 5. b) eis ut 5. c) ergo 5. d) adversus 5. e) Graccorum, Graccus *codd. his locis.* e') contentione 4. 5. f) recensuerunt 9c. g) lictoris 11. h) *ita* (*i. e.* a Reticio Graticio?) *omnes quos vidi codices, quum in Hist. miscella et* 11. *legatur:* resciso craticio pariete confossi sunt. i) pariete 5.

26) Haec Ekkehardus ex verbis H. m.: *a cliro Publicio* deformavit.

Anno ab Urbe condita sexingentesimo 37, qui est 28us Ptholomei Euergetis secundi, Publio Scipione Nasica et Lucio Calpurnio Bestia consulibus, Iugurtae, Numidarum regnum invadenti[a], consensu Romani populi bellum senatus indixit, de quo Salustius Crispus plenissime scribit. II. m.

His temporibus Ptholomei Euergetis secundi misera vita miserabiliorem vitae exitum dedit. Is enim sororem suam, stupro cognitam ac deinde in matrimonio receptam, novissime turpius quam duxit abiecit; privignam suam, hoc est filiam sororis et coniugis, coniugem asscivit; filium quem ex sorore susceperat, necnon et filium fratris occidit. Quamobrem tantis incestis parricidiisque execrabilis, anno regni sui 29° ab Alexandrinis regno pulsus est.

His temporibus Cicero Arpini nascitur, matre Helwia nomine, ex regio Vulscorum genere, patre vero equestris ordinis. Marcus quoque Furius poeta, cognomento Bibaculus, Cremonae nascitur. Hier.

Alex.	Iud.	Syriae.	
1	21	10	Ptholomeus, qui et Phiscon vel Sother, regnavit Alexandriae annis 17, a restauratione templi anno 407°. Hic postea per matrem Cleopatram de regno pulsus, Cyprum secessit, iterumque post anuos aliquot in regnum rediit.
4	24	1	Antiochus, qui et Gryphus, filius Demetrii, regnavit Syriae; sed frater eius Antiochus Cizicenus, filius Antiochi, fratris Demetrii ex eadem muliere Cleopatra, electo fratre, regnavit ipse; rursusque frater, hoc depulso, regnum recepit; sicque contendebant inter se per annos 19, et ex hoc regnum illud per se non habuit, sed in Romanorum ditionem cessit.
12	1	9	Aristobolus, filius Iohannis Hyrcani, principatum Iudaeorum post patrem suscepit, primusque, imposita sibi corona, anno uno regnavit.
13	1	10	Alexander, qui et Ianneus, frater Aristoboli, post mortem fratris pontificatum Iudaeorum pariter cum regno suscepit, et per viginti septem annos[b] in cives suos crudelissime regnavit. Non enim minus [quam c] quinquaginta milia de propria gente debellando per sex annos interfecit, proprios quoque fratres[d] alterum occidit, alterum rebus omnibus nudatum contemptibili vita secum habuit. Qui 27° anno moriens, coniugi suae Alexandrae, quae et Salina vocabatur, regni gubernacula cum duobus filiis parvulis reliquit. Cuius actus qui latius scire voluerit, tercium decimum Iosephi librum antiquitatis hystoriae legere curet. Ios. de b. I. I, 3.
1	6	15	Ptholomeus, qui et Alexander, pulso de regno Ptholomeo Phiscone per matrem Cleopatram, regnavit Alexandriae annis novem, a restauratione templi anno 424°. Hier.
2	7	16	
3	8	17	
4	9	18	
5	10	19	
6	11		
7	12	Defecit regnum Syriae.	
8	13		
9	14		

Anno sexingentesimo quinquagesimo nono, qui est quartus Ptholomei Alexandri, cum prope omnia bella extranea cessassent, superato in Numidia per Metellum primum deinde per Marium et Syllam Iugurta, post haec Cimbris et Teutonibus per Marium et Quintum Catulum, gravissimum in Italia bellum Picenses[e] et Marsi Pelignique moverunt, qui annis numerosis iam Romanis subiacuerunt. Contra quos a Romanis bene pugnatum est a Gaio Mario, qui iam sexies consul fuerat, et a Gneo Pompeio, maxime tamen a Lucio Cornelio Sylla, qui inter alia egregia Cluentium ducem hostium ita cum magnis copiis fudit, ut ex suis unum[f] amitteret. Hoc bellum quadriennio cum gravi calamitate tractum, quinto demum anno finem accepit per Lucium Cornelium Syllam, tum consulem, cum antea in eodem bello multa strenue practor egisset. Ipso in tempore dira prodigia visa sunt. Nam sub ortu solis globus ignis a septentrione cum maximo caeli fragore micuit; apud Aretinos in convivio e panibus cruor quasi e vulneribus corporum fluxit; per septem continuos dies grando lapidum, immixtis etiam testarum fragmentis, terram latissime verberavit; in Samniae partibus e vastissimo terrae hiatu flamma prorupit et usque ad caelum extendi visa est. Tunc etiam omnium generum animalia, quae inter homines vivere solent, relictis stabulis pascuisque, cum balatu, hinnitu gemituque miserabili ad silvas montesque fugerunt; canes, quorum natura est extra homines esse non posse, lacrimosis ululatibus vagi luporum ritu oberraverunt. Nec mora, post haec tam gravia prodigia civilia bella secuta sunt. II. m. et II. R.

Anno quippe Urbis conditae sexcentesimo 62° sociali bello, multis repugnantibus per totam Italiam suscitato, intestinum bellum adiunctum est, multiplicesque calamitates perturbaverunt populum Romanum, quamvis iam Romani multarum domini vocarentur gentium. Causam vero civilis belli Marius, iam sexies consul, dedit. Nam cum Sylla consul, gesturus bellum contra Metridatem, qui Asiam et Achaiam invaserat, mitteretur, sed exercitum adhuc paulisper in Campania teneret, ut belli socialis, quod, ut supra diximus, in Italia gestum est, reliquiae tollerentur, Marius affectavit, ut, septimo consulatu sibi comnisso, ipse ad bellum Metridaticum mitteretur. Qua re Sylla commotus, cum exercitu ad Urbem venit, et ante Urbem legatum Marii quasi primam victimam belli civilis occidit, mox Urbem irrupit, et contra Marium ac Sulpicium dimicans, Sulpicium occidit, Marium fugavit, atque ita ordinatis in futurum annum consulibus Gneo Octavio et Cornelio Cinna, ad Asiam profectus est. Marius vero cum permovere nobilitatem, inflammare plebem, perarmare ordinem equestrem adversus Syllam frustra temptasset[g], tandem in Capitolium cessit; sed a partibus Syllanis graviter contritus, ab eo diffugit, et persequentium instantia circumseptus, in Minturnensium paludibus sese abdidit, e quibus infeliciter luto oblitus ignominioseque protractus, turpi quoque spectaculo Minturnas deductus, contrususque in carcerem, percussorem ad se missum[h] solo visu conterruit. Deinde lapsus e vinculis, in Africam transfugit, sollicitatoque ex Utica filio suo Mario, ubi is custodia observabatur, continuo Romam regressus est, Cinnaeque consuli societate scelerum coniunctus est; sicque collecto exercitu, Romam ingressi, nobilissimos e senatu et consulares viros interfecerunt, multos proscripserunt; ipsius Syllae domo eversa, uxorem eius et filios ad fugam compulerunt; universus reliquus senatus ex Urbe fugiens, ad Syllam in Greciam venit, orans ut patriae subveniret. Qui statim in Italiam traiecit. Marius autem cum septimum consulatum invasisset, Cinna iam tercio consule, in exordio consulatus septimi sera tandem morte prereptus est; Cinna vero ab exercitu suo interfectus est. Revertens autem Sylla, cum iam Romae consules mutati essent, et Marius, Marii filius, ac Papirius Carbo consulatum accepissent, contra Marium iuniorem dimicans, 15 milia occidit, de suis 400 amisit. Mox etiam Urbem ingressus, tria milia hominum contra datam fidem inermes peremit. Cumque magna crudelitate contra sontes insontesque seviret, Quintus Catulus palam Syllae dixit: *Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus?* Sylla itaque Marium, Marii filium, Praeneste persecutus, obsedit et ad mortem compulit, post haec

a) invadendi 4. 5. 9c. 10. b) et XXVII annis 9c. c) *ita* 9c. *deest* 4. 5. 10. 11. d) *deest* 5. e) picensis 5. f) unum non 4. non unum 11. g) *deest* 9c. h) misso 5.

H. m. de Metridate ingenti gloria triumphavit. Gneus autem Pompeius, quod nulli Romanorum tributum erat, vicesimum quartum annum aetatis agens, de Africa triumphavit. Sylla itaque post multa flagicia dictator creatus est, ut dominationis et crudelitatis libido honesti nominis reverentia velaretur. Novissime tamen potestate privatus moritur, tandemque conclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum et civile Syllanum, quae per annos decem protracta, plus quam centum quin-
Hier. quaginta milia Romanorum consumpserunt. His temporibus Terrentius Varro tricesimum quintum annum aetatis agens, litteras summo studio didicit. Cicero, defenso contra Chrisogonum Rustico [a], Athenas cedit, deinde post triennium Romam regressus, 26° aetatis suae anno etiam Quintium defendit. Quo in tempore Plotius Gallus Romae Latinam rethoricam primus docuit, cuius etiam Cicero meminit. Lucius Pomponius Bononiensis catillarum [b] scriptor tunc claruit. Lucretius etiam poeta nascitur, qui amatorio poculo hausto in amentiam versus, aliquos libros per intervalla vesaniae scripsit, quos Cicero postea emendavit. Crispus quoque Salustius hystoriographus nascitur. Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur haut procul a Mantua nascitur. Portius Cato Stoicus phylosophus cognoscitur. His temporibus Apollodorus Pergamenus Grecus orator, preceptor Callidii et Augusti, clarus habetur. Horatius Flaccus libertino patre Venusii nascitur, satyriens postea et lyricus poeta. Virgilius Cremonae studiis eruditur; dehinc sumpta toga, Mediolanum transgreditur, et post breve tempus Romam pergit.

| Alexand. | Ind. |

Hier. | 1 | 15 | Ptholomeus Pbiscon, qui eiectus fuerat a matre, regressus de fuga, regnum recepit, quoniam Alexandrum, qui eo pulso regnavit, ob interfectionem matris eius cives expulerunt. Regnavit autem hic postea annis 8, a restauratione templi anno quadringentesimo tricesimo tercio.

| 1 | 23 | Ptholomeus Dionisius, frater Cleopatrae, regnavit Alexandriae annis 30, a restauratione templi anno 441°.

| 6 | 1 | Mortuo Alexandro Iudaeorum principe, uxor eius Alexandra, quae et Salina dicta est, regnum Indae-
Ios. de b. I. I, 4. orum per annos novem obtinuit. Quae cum duos filios ab Alexandro generatos haberet, Hyrcanum natu maiorem propter aetatem declaravit pontificem et propter modestiam regem post se constituit, minorem autem Aristobolum privatum vivere voluit, quia ferventioris erat ingenii. Alexandra vero dum regnum novem annis administraret, morbo laboravit. Tunc minor filius eius Aristobolus cum servis suis, quos multos habebat omnesque pro aetatis fervore fidissimos, universa castella obtinuit, et conductis auxiliis pecunia quam ibi reperit, regem se declaravit. Ob haec miserata querelas Hyrcani mater, coniugem Aristoboli cum filiis includit in castello quodam; ante tamen moritur, quam ininrias Hyrcani ad plenum ulcisceretur.

| 15 | 1 | Hyrcanus, Alexandri Iannei et Alexandrae Salinae filius, post obitum matris snscepit regnum Iudaeorum, a matre sibi commissum; sed frater eius Aristobolus zelo ductus, impugnavit et expulit illum. Qua dissensione actum est, ut Romani ductores Indaeam intrarent; sicque annuente Pompeio Hyrcanus principatum recepit. Quem cum per 33 annos administraret, consilio Antigoni, filii fratris sui, a Parthis captus est, et ita regnum et sacerdotium Iudaeorum defecit. Nam idem Antigonus a Parthis principatum accipiens, a Romanis interfectus est, et principatus ad alienigenas translatus est [c].

| 18 | 4 | Anni ab inicio 3900.

| 30 | 16 |

H. m. et H. R. Anno ab Urbe condita sexingentesimo 81°, qui est nonus Ptholomei Dionisii, duo tantum gravia bella in imperio [d] erant Romano, Metridaticum et Macedonicum. Haec duo Luculli agebant, Lucius Lucullus Metridaticum, et consobrinus eius Marcus Lucullus Macedonicum. At Lucius Lucullus transgressus Eufraten et Tygrin, cum Metridate congressus est, et cum parva suorum manu 30000 hostium occidit; Metridates, vix centum quinquaginta comitantibus, aufugit, diademate et tbyara [e], ne agnosceretur, abiectis; castra eius direpta sunt; Armenia quoque minor, quam tenuit, ei ablata est. Qui fugiens, susceptus est a Tygrane rege Armeniae, qui tum cum ingenti gloria imperabat. Lucullus vero repetens bostem fugatum, etiam Tygranis ingressus est regnum, ipsumque rebellantem ita devicit, ut magnam partem Armeniae delevcrit. Alter autem Lucullus, qui Macedoniam administrabat, Bessis primus Romanorum intulit bellum, hisque cum pluribus aliis gentibus superatis, Macedoniam totam devicit, et victor rediit. Eodem tempore Cretam insulam Metellus per biennium debellans, in potestatem Romanorum redegit, legesque Minoas Romanis legibus permutavit; unde et Creticus dictus est a Creta.

Quo tempore Lybia quoque per testamentum Appionis, qui tunc rex eius erat, Romano imperio accedebat, in qua inclitae urbes erant Beronice, Ptbolomais, Cyrene. Dum haec aguntur, pyratae [f] per omnia sparsi maria, non solum navium commeatus intercipiebant, sed etiam insulas provinciasque vastabant. Quos Gneus Pompeius, commisso sibi bello, intra paucos menses ingenti felicitate miraque celeritate compressit. Postea successor Luculli factus, Metridatem impugnatione frequenti vebementer afflixit. Eo tempore Castor, Metridatis prefectus, qui Panagorio preerat, interfectis amicis regis, arcem cepit, et quatuor filios Metridatis ad presidia Romana transmisit. Metridates acceusns ira, exarsit in scelera; nam plures amicos suos interficiens, Exipodran filium suum interfecit, cum iam ante alium filium [g] Mocharen trucidasset. Pharnaces autem, filius eius, exemplo fratrum territus, exercitum ad se perseqnendum a patre missum sibi conciliavit, statimque adversus patrem duxit iusto iudicio, quia et ille adversus patrem suum de regno [h] concertavit. Interea Metridates diu ex altissimo muro filium frustra deprecatus, ubi eum inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur: *Quoniam Pharnaces,* inquit, *mori iubet, vos, si estis dii patrii, precor, ut quandocumque et ipse hanc vocem a liberis suis audiat.* Statimque descendens ad uxores et pelices ac filias suas, venenum omnibus dedit. Quod cum ipse novissimus omnium hausisset, nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua adversus noxios sucos sepe obstruxerat, veneno confici posset, frustraque spaciaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret, Gallum quendam militem, iam fracto muro discurrentem, invitavit [i], eique ingulum prebuit. Hunc exitum vitae Metridates babuit, homo, ut ferunt, omnium supersticiosissimus, qui viginti duarum gentium linguis, quas sub regno suo babuit, ita locutus est, ut numquam legationes sub interpretibus audiret. Periit autem apud Bospborum, vir ingentis consilii et industriae. Regnavit annis 40, vixit 72, semper babens secum phylosopbos omniumque artium peritissimos. Contra Romanos habuit bellum annis 40, sive, ut alii dicunt, 30.

Pompeius vero, Metridatis occisi nuncio accepto, Tygrani bellum intulit; sed ille ei se [k] dedidit, ac diadema suum, cum procubuisset ad genua Pompeii [l], in manu eius collocavit, quod ei Pompeius reposuit, honorificeque cum babuit, regni
Ios. de b. I. I, 5. tamen parte sublata, grandi eum pecunia multavit, quia bellum sine causa Romanis intulit. Inter haec autem Scaurum legatum in Syriam misit, cique omnia negotia ibi agenda commisit. Qui cum Damascum veniret, audiens quae in Iudaea inter Hyrcanum et Aristobolum fratres gerebantur [m], illuc tetendit. Ad quem cum utriusque fratris legati venirent, acceptisque

a) *ita pro* Roscio *codd.* b) *ita pro* attellanarum *codd.* c) transiit 5. d) erant in i. 5. e) cythara 9c. f) pyrati 5. g) *deest* 9c. suum 4. h) de r. *des.* 9c. i) invasit 9c. k) se ei 5. l) pompei 9c. m) agebantur 5.

ab Aristobolo trecentis talentis, parti eius favit, iusticia pecuniae posthabita[a]. Interea Pompeius, Armenia superata et omnibus partibus illis, cunctisque pro voto ordinatis, in Syriam divertit, deinde Damascum venit. Antipater autem quidam genere Idumeus, divitiis et aliarum rerum copia gentis suae princeps, iam dudum invisus Aristobolo, hortabatur Hyrcanum, ut se conferret ad Pompeium. Ad quem veniens, magnis ei datis muneribus, sibi eum conciliavit. Qui tendens Hierosolimam, cum sibi a partibus Aristoboli resisteretur, obpugnationem intendit, vixque tercio mense illam expugnans, 14000 Iudaeorum occidit, cetera multitudo in fidem venit, muros civitatis everti soloque aequari precepit; cuius circuitus 4 milia passuum fuisse dicitur. Pompeius cum suis comitibus templum ingressus — pro quo tamen Iudaei maxime dolucrunt —, omnia quae intrinsecus erant perspexit, vasa sacra et candelabra et congestam molem pigmentorum et pecuniae sacrae, prope ad duo milia talentorum; nec tamen vel haec vel aliud quicquam de sacris attigerat, sed postera die post excidium iussit aedituos templum curare, ne quid sordium haberet, et ut sollempnia sacra celebrarent. Ipse autem eos, qui maxime belli causa fuerant, securi percussit, eos vero, qui secum fortiter egerant, preclaris premiis donavit, et Hyrcanum pontificem declarans, ceteris Iudaeis tributum indixit. Post haec Scauro committens omnia negotia a flumine Eufrate usque ad fines Aegypti, Romam ipse contendit, ducens secum Aristobolum captivum cum duabus filiabus totidemque filiis, quorum unus Alexander ex itinere fugit, minor autem Antigonus cum sororibus et patre Romam perductus est. Alexander itaque, congregata manu ad decem milia peditum et mille quingentos equites, Hyrcano gravius imminebat, Iudaeamque populabatur. Interea Gabinius in Syriam missus successor Scauro, adversus Alexandrum cum valida manu dimicavit, quo praelio Alexander sex milibus amissis, in Alexandrium castellum confugit. Ubi obsidione cinctus, veniam rogare coactus est et castellum tradere. Gabinius vero, castellis omnibus dirutis, consilio matris Alexandri Hyrcanum Hierosolimam perducit, eique templi curam permisit, ceteris rei publicae partibus optimates prefecit, omnemque Iudaeorum gentem in quinque conventus divisit: unum Hierosolimis, alium Doris, tercium apud Amathunta, quartum Hierico, quintum Seffori Galileae civitate disposuit. Singulari autem unius dominatione Iudaei liberati, libenter ab optimatibus regebantur.

Ios. de b. I. I, 5.

Ios. de b. I. I. I.

ib. c. 6.

Anno ab Urbe condita sexingentesimo 89°, qui est Ptholomei Dionisii 17us, Marco Tullio Cicerone oratore et Gneo Antonio consulibus, ea quae de Catilina et sociis eius Salustius Crispus scribit acta sunt.

H. R.

Anno sequenti, qui est Urbis conditae 690us, Decimo[b] Iunio Syllano et Lucio Murena consulibus, Metellus triumphavit de Creta, Pompeius de bello pyratico et Metridatico. Nulla umquam pompa triumphi similis fuit. Ducti sunt ante currum Pompeii filii Metridatis et filius Tygranis et Aristoholus ex Iudaea, prelata est ingens pecunia auri atque argenti infinita. Hoc tempore nullum grave bellum erat.

H. m.

Anno ab Urbe condita 693° Gaius Iulius Caesar, qui postea imperavit, cum Lucio Bibulo consul factus est. Decreta est ei Gallia Transalpina et Cisalpina et Illiricum cum legionibus denis in quinquennium datis; Galliam comatam postea senatus adiecit. Caesar itaque in Galliam profectus, multa praelia cum Gallis Germanisque commisit, sepeque victus, sepiusque vincens, Galliam totam et Sucvos, gentem ferocissimam, quorum centum pagos esse multi prodiderunt, omnemque Germaniam Romano subdidit imperio. Domuit autem novem annis omnem fere Galliam, quae inter Alpes et flumen Rhodanum Rhenumque[c] et oceanum est et circuitu patet ab his tricies centena milia passuum. Inde ad Marinos[d] venit, unde in Britthaniam[d*] proximus et brevissimus transitus est, Britannisque bellum intulit, quibus ante ne nomen quidem Romanum cognitum fuit. Ibi acerba primum pugna fatigatus, non sine magno suorum discrimine tandem eos vicit, anno ante dominicam incarnationem, ut Beda scribit*, quinquagesimo. Hanc hystoriam Suetonius Tranquillus explicuit planissime.

*h. e. A. I. 2.

Anno ab Urbe condita 697, qui est Ptholomei Dionisii 25us, Marcus Licinius Crassus, collega Gnei Pompeii Magni in consulatu secundo, provinciam sortitus in Parthos, homo inexplebilis cupiditatis, audita templi[e] Hierosolimitani opulentia, quam Pompeius intactam reliquerat, in Palestinam divertit, Hierosolimam adit, templum pervadit, opes diripit. Inde per Mesopotamiam tendens in Parthiam, quacumque iter habuit, sociis civitatibus auxilia indixit, precia exegit; moxque ut Eufraten transiit, Baiasen legatum ab Horode[f] rege Parthorum ad se missum obviam habuit, a quo vehementer increpatus est, cur contra foedus Luculli et Pompeii, avaricia inductus, Eufraten transierit, quamobrem futurum sine mora, ut pro auro Parthico ferro oneraretur Serico[g]. Itaque cum prope Charras ventum esset, Parthi subito irrueutes cum Surena et Salacea prefectis, obpressere Romanos sagittis. Ceciderunt ibi plurimi senatores, aliquot etiam consulares et pretorii viri. Crassus quoque, filius Crassi, electissimus iuvenis, in acie occisus est; preterea quatnor cohortes cum Varguteio legato mediis deprehensae campis, interfectae sunt. Surenas, rapto equitatu, Crassum persequi intendit, eumque circumventum, ac frustra colloquium eius petentem, interfecit, quamvis vivum auferre maluisset; pauci beneficio noctis liberati, Charras confugerunt. Avaricia enim unius ad tantum nefas exolevit, ut 12 legiones Romanorum aut captae, pancis elapsis, aut caesae cum ducibus fuissent. Caput vero Crassi cum dextera ad regem delatum, spectantibus fuit ludibrium. Rex itaque aurum in oris eius rictum iussit infundere, dicens: *Urat te Parthicum, quod te vivum urebat, aurum.* Eo successu Parthi elatiores effecti, transsire in Syriam censuerunt. Quos strenue insidiis excepit Cassius et commissae sibi provinciae repulit finibus; deinde in Iudaeam irruit, et Tharicheis deletis, 30000 Iudaeorum in servitutem vendidit.

cf. Oros. VI, 13. (cf. Iord. der. s.)

Ios. de b. I. I, 6.

Antipater autem, de quo supra dixi quod Hyrcano faveret, accepit uxorem, cui nomen Cypris, splendidissimo inter Arabiae[h] feminas loco natam, ex qua suscepit filios quatuor, Faselum, Herodem, Iosephum, Feroram, et filiam nomine Salome. Qui cum Gabinii favorem muneribus atque obsequiis promeruisset, etiam Cassii familiaritatem adeptus est. Causa quippe tantorum filiorum vir egregius est factus ad promerendam muneribus societatem potentium. Sic Iosephus de eo testatur; Africanus vero hystoriographus precipuus: „Aiunt, inquit, qui de eo diligenter explorarunt, Antipatrum quendam patrem fuisse Herodis Ascalonitae, qui et ipse fuerit Herodis cuiusdam filius, templi Apollinis editui. Hic Antipater ab Idumeis latronibus captus admodum puer, permansit cum predonibus, pro eo quod pater eius rei familiaris inopia filium redimere non posset. Verum puer latronum vita et moribus institutus, Hyrcano cuidam Iudaeorum pontifici familiaris efficitur. Ex quo natus est Herodes, hic[i] qui Salvatoris temporibus fuit.“ Haec Africanus.

Eus. h. e. I, 1

Anno ab Urbe condita septingentesimo, qui est Ptholomei Dionisii 28us, incertum unde concretus plurimam Urbis partem ignis invasit, nec umquam antea tanto incendio correptam et vastatam civitatem ferunt. Nam quatuordecim vicos eius consumptos dicunt. Hinc iam bellum civile successit exsecrandum ac lamentabile, quod magis iam dudum dissensionibus ac molitionibus parahatur, quo preter calamitates, quae in bellis acciderunt, etiam fortuna populi Romani mutata est. Nam rediens Caesar victor ex Gallia, decerni sibi absenti iterum consulatum poposcit; sed contradictum est ei a Marcello consule, annitente Pompeio et Catone[k], iussusque est Caesar dimissis[l] exercitibus Romam venire; et ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones, quae apud Luccriam erant, Gneus Pompeius cum imperio missus est. Propter

H. m. et H. R.

a) postposita 5. b) decio 4. 10. 11. c) renumque 4. 9c. 10. *semper fere.* d) morinos 4. marinas 10. 11. d*) *ila codd.* e) *deest* 9c. f) herode 4. 9c. 10. g) syrico 9c. *corr.* sirico *vel* serico 5. h) arabias 9c. i) is 9c. k) cattone 5. l) nonnisi d. 9c.

II. m. et II. R. quam iniuriam Caesar se contulit Ravennam. Marcus Antonius et Publius Cassius, tribuni plebis, pro Caesare intercedentes, a Lentulo consule curia foroque prohibiti, ad Caesarem profecti sunt, Curione simul Caelioque comitantibus. Caesar cum militibus quos habebat contra patriam venit, et Rubiconc flumine transmeato, mox ut Ariminum[a] venit, quinque cohortes quas tunc solas habebat, cum quibus, ut Livius ait, orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit, deplorans iniurias suas, causam belli civilis pro restituendis in patriam tribunis esse, testatus est. Inde per Antonium septem cohortes, quae apud Sulmonem[b] morabantur, a Lucretio accepit, tres legiones, quae cum Domicio apud Cornificium morabantur, ad suas partes transmisit. Consules vero cum Gneo Pompeio, senatus omnis atque universa nobilitas ex Urbe fugiens et in Greciam transiens, apud Dyrrachium bellum contra Caesarem parabant, quo multi orientis reges[c] cum auxiliis conveniebant. Caesar vacuam Urbem ingressus, dictatorem se fecit, negatamque sibi ex aerario pecuniam fractis foribus invasit, protulit ex eo auri pondo 4135, argenti pondo prope nongenta milia. Inde venit Massiliam, ad quam obpugnandam Trebonium cum tribus legionibus relinquens, ad Hispanias contendit, quas Lucius Afranius et Marcus Petreius et Marcus Varro, Pompeiani duces, obtinebant, ibique multis praeliis Petreium et Afranium superatos, composita pactione, dimisit, in ulteriore vero Hispania duas legiones a Marco Varrone suscepit. Similiter et duces eius Curio Catonem Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Varrus Tuberonem Africa eiecit. Caesar, compositis rebus suis, Dyrrachium venit, et Pompeium frustra obsidione cinxit, cum illi maria patercut. Pompeius castellum quoddam mari propinquum, ubi presidia Caesaris erant, evertit, et milites occidit. Caesar autem, omissa obsidione, ad Pompeium convertit; Torquatus vero prorumpens aversum[d] e vestigio insecutus est. Ita Caesaris milites ancipiti periculo territi, ipso Caesare frustra obsistente, fugerunt; evasit tamen Caesar, quia nocte interveniente Pompeius sequi noluit. Dixit autem Caesar, nec Pompeium scire vincere, et illa tantum die se vinci potuisse. Caesa sunt in eo praelio 4000 militum Caesaris, centuriones 22, equites Romani complures; caesus est ibi Sceva, Caesaris miles fortissimus, cuius scutum centum viginti ictibus petitum fuisse dicitur. Inde citato agmine Caesar per Epyrum in Thessaliam perrexit, Pompeius vero cum maximis copiis secutus est, bellumque commissum est. Videre ibi et gemere erat, contractas Romanorum vires in campis Pharsalicis ad occisionem mutuam constitisse, quas si concordia rexisset, nulli populi, nulli reges ferre[e] potuissent. Fuerunt enim ex parte Pompeii octoginta octo cohortes, peditum plus quam 40000[f], equites in sinistro cornu 600, in dextro 500, reges et senatores et Romani equites plurimi, ex parte autem Caesaris minus quam 40 milia peditum, equites mille. Cumque diu utrimque sub dubia sorte caederentur, atque ex alia parte Pompeius diceret: *Parce civibus,* nec tamen faceret, ex alia vero Caesar hoc faceret quod urgeret, dicens: *Miles, faciem feri,* tandem universus Pompeii fugit exercitus, castraque direpta sunt. Caesa sunt in eo praelio Pompeianorum 15000, centuriones 33. Pompeius fugiens, in ostio Penei amnis onerariam navim nactus, in Asiam transiit, inde per Cyprum Alexandriam petiit, ut a rege Aegypti, cui tutor ipse a senatu datus fuerat propter iuvenilem eius aetatem, acciperet auxilia. Qui fortunam magis quam amicitiam secutus, occidit Pompeium, caputque eius et anulum Caesari misit. Quibus conspectis, Caesar etiam lacrimas fudisse dicitur, tanti viri intuens caput, generi quondam sui, et inundatum odoribus imperavit eremari. Pompeii uxor filiique fugerunt, cetera Pompeiana classis direpta est, omnibus qui in ea erant crudelissime trucidatis. Ibi et Pompeius Bythinius occisus est, Lentulus vero vir consularis apud Pelusium interfectus est. Caesar, compositis apud Thessaliam rebus, Alexandriam venit, ubi Achillas dux regius[g], semel imbutus Pompeii sanguine, Caesaris quoque necem meditabatur. Nam iussus exercitum cui preerat dimittere prope 20000 armatorum, non modo sprevit, verum etiam aciem direxit. In ipso praelio regia classis ad terram subducta iubetur incendi. Ea flamma cum partem quoque urbis invasisset, 400,000 librorum proximis forte aedibus condita exussit, singulare profecto monimentum studii curaeque maiorum, qui tot tantaque illustrium ingeniorum opera congesserant. Postea Caesar insulam ubi Pharus est cepit; eo Achillas cum Gabinianis militibus venit; ingens pugna commissa est, magna ibi Caesarianorum militum multitudo cecidit, omnes etiam interfectores Pompeii interfecti sunt. Caesar quoque vi insistentium hostium pressus, scapham ascendit. Qua mox pondere subsequentium gravata ac mersa, per ducentos passus ad navim, una manu elevata, qua cartas tenebat, natando pervenit. Mox navali certamine pulsatus, magna felicitate classem regiam aut depressit aut cepit. Alexandrinis petentibus regem reddidit, monitum, ut magis amiciciam Romanam quam arma experiri studeret[h]. Qui tamen ilico ut liber fuit, bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo et ipse deletus est. Nam et 20000 hominum in eo bello referuntur caesa, 12000 cum 70 longis navibus dedita. Quingenti ex victoribus cecidisse dicuntur. Rex ipse adolescens scapha exceptus, ut fugeret, multis insilientibus, mersus necatusque est; corpus eius ad litus devolutum, indicio loricae aureae cognitum fuit. Qua Caesar Alexandriam premissa, omnes Alexandrinos ad deditionem desperatione compulit, regnumque Aegypti Cleopatrae, Ptholomei sorori, dedit, cum qua stupri consuetudinem habuit; quae postea regio comitatu Urbem ingressa est.

* de r. s. p. 224. ** adv. Iudaeos ed. Semler II. p. 296. Iord. l. l.

Cleopatra itaque, soror Ptholomei, regnavit Alexandriae annis 22, ut Iordanis episcopus dicit*; sed Tertullianus scribit**, quod regnaret annis tantum 20, dicens, eam conregnasse Augusto annis 13, ipsumque postea regnasse aliis 43, qui sunt 56 Augusti[i]. Regni autem Cleopatrae licet tot anni fuisse dicantur, in ordine tamen regum non plus quam duo computantur, quia tercio eius anno Gaius Iulius Caesar Romanum arripuit imperium. Hanc siquidem Cleopatram postea Romanus ductor Antonius suscipiens suoque lateri, spreta sorore Octaviani, consocians, contra cives proprios dimicavit. Quem Octavianus Augustus certamine superans in Actiaco litore, utrosque iugales coegit ut se ipsos perimerent; sicque regnum eorum in Romanorum[k] imperium devenit, ubi et usque hactenus et usque in finem mundi secundum prophetiam Danielis regni debetur successio.

Alexandriae.	Romani.	
1		
2		
3	1	Romanum coepit imperium per Gaium Iulium Caesarem.
8	1	Octavianus[l], qui postea appellatus est Augustus, filius Actiae sororis Iulii Caesaris, regnavit post Iulium annis 56, a quo Romani principes appellati sunt augusti.
17	10	Ex[m] hoc tempore, videlicet ex decimo anno Augusti, regnum et sacerdotium Iudacorum et christus, id est unctus, usque in presens tempus defecit, Hyrcano pontifice consilio Antigoni fratris sui, Aristoboli filii, a Parthis capto, et eodem Antigono a Romanis occiso, et Herode alienigena rege constituto.
22	15	Antonius et Cleopatra semet ipsos interficiunt, et Aegyptus in provinciam redacta Cornelium Gallum primum habuit iudicem Romanum.
Defecit regnum Alexandrie.*	16	
	17	
	18	
	56	

Iiier.

a) arriminum 5. b) Salmonem 9c. c) r. o. 5. d) aversus 5. adversum 9c. e) *ita* 9c. finire 4. 5. 10. 11. f) XL 9c. g) regis 5. h) studerent 5. i) *deest* 5. anni augusti 4. 10. 11. k) romanum 5. l) m) *Haec desunt* 4. 11. *) D. r. a. *des.* 5.

Gaius Iulius Caesar, a quo Romani principes caesares appellantur, primus apud Romanos singulare arripuit imperium, regnavitque annis quinque, ab Urbe condita 705[a]. Hic itaque reversus ab Alexandria per Syriam, Pharnacem, Metridatis Magni filium, vicit, Romamque regressus, tercio se dictatorem et consulem fecit cum Marco Aemilio Lepido, qui magister militum ei causa dictaturae ante annum fuerat. Deinde in Africam profectus est, ubi infinita Romanorum nobilitas cum Iuba rege Mauritaniae apud Thapsum sibi bellum reparaverat. Duces autem Romani erant Publius Cornelius Scipio, ex antiquissimo genere Scipionis Africani, qui etiam socer Marci Pompeii fuerat, Marcus Petreius Varrus[b], Marcus Portius Cato, Lucius Cornelius Faustus, Syllae dictatoris filius. Contra hos commisso praelio, post multas hominum caedes victor exstitit Caesar; castra eorum direpta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato sese apud Uticam veneno occidit; Iuba percussori iugulum dato precio prebuit; Petreius gladio sec perfodit; Scipio in navi, qua ad Hispanias fugiens, vento coactus, in Africam rediit, semet ipsum iugulavit. In eadem navi etiam Torquatus occisus est. Caesar Pompeii Magni nepotes filiamque[d] Pompeiam, simulque cum his Faustum, Syllae filium, et Petreium ac Afranium iussit occidi. Post annum Romam cum quatuor triumphis ingressus, quarto dictator et consul creatus est, totiusque regni monarchiam solus assumpsit, ex quo continua Romanis nascuntur imperia. Disposito itaque ac recnperato rei publicae statu, continuo in Hispaniam contra Gnenm Pompeium et Sextum Pompeium, filios Pompeii Magni, profectus, multa bella sorte varia gessit. Ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est, ubi tantis viribus dimicatum est tantaque caedes acta, ut Caesar quoqne, veteranis etiam suis cedere non erubescentibus, se voluerit occidere, ne post tantam rei militaris gloriam in potestatem adolescentum natus annos 66 veniret. Denique reparatis suis, tum subito in fugam versus est exercitus Pompeiorum; Titus Labienus et Actius Varus in acie caesi sunt; Gneus Pompeius cum centum equitibus aufugit; Sextus Pompeius, frater eius, contracta celeriter non parva Lusitanorum mann, congressus cum Cesonio, victus fugiensque interfectus est. Hoc bellum eo die actum est, quo pater eorum Pompeius ab Urbe, bellum gesturus, antea aufugerat, quatuorque annis hoc bellum civile toto orbe intonuit. Caesar itaque, bellis civilibus toto orbe compositis, Romam rediens, agere insolentius[e] coepit contra consuetudinem Romanae libertatis. Cnm ergo honores ex sua volnntate prestaret, qui antea ferebantur a populo, nec senatui ad se venienti assurgeret, aliaque regia et pene tyrannica faceret, coniuratum est in eum a ducentis et 60 vel amplius senatoribus equitibusque Romanis. Precipui inter coniuratores fuerunt duo Bruti, ex genere illius Bruti qui primus consul fuerat Romae regesque expulerat, et Gneius Cassius et Servilius Casca. Quadam igitur die senatu in curia congregato, cum Caesar advenisset, viginti tribus cultris senatoriis confossus est, moxque auctores caedis strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. Turbato populo, diu deliberatum est, utrum Capitolium cum auctoribus caedis oporteret incendi. Corpus eius raptum populus, dolore stimulatus, in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremavit. Eadem vero nocte, quae caedem eius precessit, Calpurnia, uxor eius, vidit in somnis eum confossum vulneribus in sinu suo iacere; oravitque eum, ne mane abiret in senatum; sed ille auspiciorum verba sepe negligens, contempsit somnium, rei autem probavit eventus. Ante paucos quoque dies bove ex more mactata, cor in extis non est repertum. Quod cum Spurinna aruspex pronunciasset ei ad vitae periculum pertinere, Caesar memor constantiae ait: *Miraris, si bos cor non habet.* Sed mox vitae eius finis fuit. Idem Spurinna ante paucos fere annos eidem Caesari dixerat, cavendas ei esse Idus Martias. Qno die viso, ait Spurinnae Caesar: *Idus Martii venerunt.* Ille respondit: *Sed nondum transierunt.* Eodem die Caesar confossus est, vir quo nullus umquam magis bellis enituit. Eius siquidem ductu undecies centum nonaginta duo milia hominum caesa sunt. Nam quantum bellis civilibus fuderit, annotare noluit. Signis collatis quinquagies dimicavit, Marcum Marcellum solus supergressus, qui 39 vicibus fuerat pracliatus. Ad hoc nullus celerius scripsit, nemo velocius legit, quaternas etiam epistolas simul dictavit. Tantae fuit bonitatis, ut quos armis subegerat, clementia magis vicerit[f]. Eodem tempore Romae tres simul exorti soles paulatim in eundem orbem coierunt. Inter cetera quoque portenta, quae toto[g] orbe facta sunt, bos in suburbano Romae ad arantem locutus est, frustra se urgeri, non enim frumenta, sed homines brevi defuturos. Hier. H. m.

Octavianus Caesar, qui postea Augustus est appellatus, a quo et deinceps imperatores Romanorum[h] augusti dicti sunt, regnavit annis 56, 12 cum Antonio et Lepido, solus vero 44. Hic Octavio patre senatore genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliam familiam sortitus est, filius Actiae, sororis Iulii Caesaris, quem ille adoptavit in filium, cum non haberet proprium, et testamento heredem reliquit nomenque suum ferre iussit. Interfecto igitur Caesare[i] avunculo suo, cum primum rediens ab Apollonia Urbem ingrederetur, hora circiter tercia, repente liquido ac puro sereno ad speciem caelestis arcus orbem solis ambiit circulus, quasi cum potissimum in mundo solumque clarissimum in orbe monstraret, cuius tempore nasciturus esset, qui ipsum solem solus mundumque totum et fecisset et regeret. cf. Hier. II m.

Anno itaque ab Urbe condita 709. interfecto Iulio Caesare, bella civilia reparata sunt. Percussoribus enim Caesaris favebat senatus; Antonius autem consul, qui erat partium Caesaris, civilibus bellis eos obprimere conabatur. Ergo turbata re publica, inter multa scelera quae Antonius commisit Decium Brutum apud Mutinam obsidione conclusit. Pro qua re a senatu hostis iudicatus est, missique sunt ad expugnandum eum duo consules, Pansa et Hircius, et cum his Octavianus adolescens, natus annos[k] 17. Ex quibus Pansa primo veniens, pilo graviter vulneratur, et interpositis diebus moritur; Hircius vero collegae auxilium ferens, magnas Antonii copias vasta caede delevit; Octavianus Caesar eatenus castra custodivit. Secunda adversus Antonium pugna magnae utrimque strages factae sunt, Hircius consul occiditur, Caesar victoria potitur; consulum occisorum uterque exercitus Octaviano Caesari subditur. Antonius fugatus, amisso exercitu, confugit ad Lepidum, qui tunc magister equitum Caesaris fuerat, et tum militum copias grandes habebat. A quo susceptus est, ipsoque interveniente, Caesar recepit eum in gratiam, atque ob fidem reconciliatae gratiae filiam eius in matrimonium[l] sortitus est; et ut vindicaturus patrem Caesarem, a quo per testamentum heres adoptatus fuerat, Romam cum exercitu tendebat, et cum Antonio ac Lepido rem publicam armis tenebat et[m] senatum proscripserat. Cumque rumor de futura proscriptione in Urbe ortus esset, Gaius Toranus[n] vir pretorius nichil tale suspicans, incursantibus militibus, in domo sua interfectus est, aliique complures[o] nobiles trucidati sunt. Sed ne incircumscripta caedes effrenatius ageretur, 132 senatorum nomina in tabula proposita sunt, primum Lepidi precepto et nomine, deinde Antonii, tercio Caesaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum proscripserat, Lucium quoque Caesarem avunculum suum, et quod exaggerando sceleri accessit, viduam matrem proscripsit; ibi Lepidus Lucium Paulum fratrem in eundem proscriptorum gregem coniecit; adiectique sunt postea triginta equites Romani. Multae et variae clades diu actae sunt, domus proscriptorum, direptis omnibus, dirutae sunt. Interea Brutus et Cassius, interfectores Gaii cf. Oros. VI, 18. II. m.

a) *add.* anno 5. b) varus 4. c) se g. 5. d) M. filiam p. nepotesque 5. e) i. a. 5. f) vinceret vel vicerit 5. g) ex eo 9c. h) r. imp. 5. i) Iulio Caesare 5. k) annos n. 5. l) matrimonio 5. m) *deest* 4. 9c. n) Thorans 9c. o) quam plures 5.

H. R. et H. m. Caesaris, ingens bellum moverunt; erant enim per Macedoniam et orientem multi exercitus quos occupaverant. Profecti sunt igitur contra eos Octavianus Caesar et Marcus Antonius, Lepido ad defendendam Italiam remanente, et apud Philippos Macedoniae civitatem contra eos pugnantes, primo praelio victi sunt; periit tamen dux nobilitatis Cassius; secundo Brutum et infinitam nobilitatem victam interfecerunt; ac sic inter eos divisa est res publica, ut Caesar Hyspaniam et Gallias et Italiam teneret, Antonius Asiam, Pontum et orientem. Sed in Italia bellum civile moverat Lucius Antonius consul, frater eius qui cum Caesare contra Brutum et Cassium dimicavit. Is apud Perusium Tusciae civitatem victus et captus est, sed non occisus. At Romae Fulvia, uxor Antonii, socrus Caesaris, dominatum ut mulier exercebat, insolens etiam in eos per quos ut insolesceret agebatur; Caesarem quoque contumeliis et insidiis petiit; a quo propulsata, ad Antonium in Greciam concessit. Antonius vero etiam Octaviam, sororem Caesaris, duxit uxorem. Interim a Sexto Pompeio, Gnei Pompeii filio, ingens bellum in Sicilia commotum est, adversus quem Octavianus Caesar et Marcus Antonius pugnaverunt; sed pax [a] inter eos postremo convenit. Quam cum postea Pompeius rumperet, Agrippa iussu Caesaris cum eo conflixit, et vicit; centum sexaginta tres naves eius aut mersit aut cepit; Pompeius cum 17 vix lapsus evasit. Lepidus quoque magna viginti legionum insolentia tumens, cum Messanam militibus permissam [b] diripuisset, ipsum Caesarem ad se venientem semel atquo iterum sprevit, ac potius telis appeti iussit; quae ille collecta in laevum brachium lacerna repellendo vitavit. Mox immisso equo ad suos reversus, instructoque exercitu, adversus Lepidum veniens, plurimas legiones eius, paucis interfectis, in suam partem transire coegit. Lepidus tandem intelligens, quo sua vanitas tenderet, deposito paludamento, assumptaque veste pulla, supplex Caesari factus, vitam et bona impetravit,

cf. Oros. l. l. perpetuo quidem emendatus exilio. His temporibus Agrippa in Aquitania rem prospere egit, et Lucius Ventidius [c]

H. m. Bassus irrumpentes in Syriam Persas tribus praeliis vicit, Parthorum regis Orodis filium interfecit, eo ipso die quo olim Orodes per ducem Surenam Crassum occidit. Taurus quoque Caesaris prefectus totam pene Siciliam ferro pertemptatam in fidem recepit. Quadraginta quatuor legiones sub unius tunc [d] imperio Caesaris erant. Unde milites multitudine feroces quosdam pro accipiendis agris tumultus excitaverant. Sed Caesar animo ingens, 20 milia militum exauctoravit, 30 milia servorum dominis restituit, 6 milia, quorum domini non exstabant, in crucem egit, iam [26] tum [e] presignans, suo tempore nasciturum esse, per quem superbientes reprimendi et omnes servi suo vero [f] domino restituendi essent, qui tamen dominum suum recognoscerent; qui vero sine domino invenirentur, mortis supplicio punirentur.

H. m. Post haec Caesar ovans Urbem ingressus, ut in perpetuum tribunitiae potestatis esset, a senatus decreto accepit.

His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei de terra exundavit, ac per totum diem largissimo rivo

cf. Oros. VI, 20. fluxit, significans sub perpetuo principatu nasciturl eius tempore Christi, toto dio, id est omni temporo, Romani imperii de hospita largaque aecclesia oleo sacri crismatis unctos indesinenter processuros.

H. m. Antonius autem, qui Asiam et orientem tenebat, Artabanem Armeniae regem proditione et dolo cepit, vinctumque argentea catena ad confessionem thesaurorum regiorum coegit; expugnatoque opido, in quo erant thesauri, magnam abstulit copiam argenti et auri [g]. Qui elatus pecunia, bellum Caesari indixit, atque Octaviae, sorori Caesaris, repudium denunciavit, et Cleopatram ex Alexandria sibi occurrere imperans uxorem duxit. Mox ingens bellum civile commovit, cogente Cleopatra, dum cupiditate muliebri cupit etiam in Urbo regnare. Profectus est igitur Caesar a Brundusio Calabriae in Epyrum adversus Antonium, qui iam omne Actium litus classibus obsidebat. Naves Caesaris erant ducentae triginta rostratae et 30 sine rostris triremes, et octo legiones classi superpositae absque cohortibus pretoriis quinque. Classis autem Antonii 170 navium fuit, quantum numero cedens, tantum magnitudine precellens; nam decem pedum altitudine a mari excellebant. Famosum hoc bellum fuit, ab hora quinta usque septimam incerta vincendi spe, reliquum diei cum sequenti nocte in victoriam Caesaris declinavit. Prior Cleopatra regina cum 60 velocissimis navibus fugit; Antonius quoque, detracto insigni pretoriae navis, fugientem [h] secutus est uxorem. Illucescente iam die, victoriam Caesar consummavit. Antonius igitur gladio se transverberavit, ac semianimis ad Cleopatram in mausoleum regium, in quo se illa moritura coudiderat, perlatus est. Cleopatra vero exornata diversis ornamentis ad Caesarem venit, sperans eum ut ceteros sua specie ad libidinem illicere. Sed ille se intra pudiciciam coartans, eam sprevit et custodiri

Iord. de r. s. precepit. Quae ubi se ad triumphum servari intellexit, e custodia elapsa, in mausoleum suum se recepit, ibique maximos, ut solebat, induta cultus, in referto odoribus solio iuxta suum se collocavit Antonium; admotisque ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est, frustra Caesare etiam psillos admovente, qui venena serpentium e vulneribus hominum exsugere solent. Sic Caesar Octavianus Alexandria urbe opulentissima cum tota Aegypto potitus est;

Iher. preposuitque Aegypto Cornelium Gallum, de quo Virgilius scribit. Hunc primum iudicem Romanum Aegyptus habuit.

H. R. Anno ab Urbe condita 725. Caesar ab oriente victor rediens, 8. Idus Ianuarii Urbem triplici triumpho ingressus

H. R. et H. m. est, ductis ante currum eius Cleopatrae liberis, Sole et Luna, ac tum primum, sopitis omnibus civilibus bellis, Iani portas clausit. Hoc die Caesar consalutatus est Augustus primum, eo quod publicam rem auxerit, atque ex eadem die summa rerum ac potestatum penes unum esse coepit et mansit; quod Greci monarchiam dicunt.

Anno sequenti Caesar Augustus parum in Hyspania per ducentos annos actum intellegens, si Cantabros et Astures, duas ferocissimas gentes Hyspaniae, suis uti legibus permisisset, iterum Iani portas aperuit, atquo in Hyspanias ipse cum exercitu profectus est. Ibi eum apud Tarraconem [i], citerioris Hyspaniae urbem, legati Indorum et Scytarum [k], toto orbe transmisso, tandem invenerunt, refuderuntque in Caesarem Alexandri Magni gloriam; quoniam, sicut illum Hyspanorum Gallorumque legatio in medio oriente apud Babyloniam contemplatione pacis adiit, ita hunc apud Hyspaniam in occidentis ultimo supplex Indus et Scyta Boreus pro pace oravit. Cantabrico itaque bello per quinque annos confecto, totaque Hyspania in aeternam pacem composita, Caesar Romam rediit [l], et Cantabricae victoriae hunc honorem contulit, ut tunc quoque portas claustris cohiberet. Ita tunc secundo per Caesarem, quarto post Urbem conditam clausus est Ianus. Non nllo [m] autem tempore ante eum Romana res magis floruit, quippo cui ipse et per se et per duces ac legatos snos plurimum bellis addidit. Ipse namque per se Romano adiecit imperio Aegyptum, Cantabriam, Asturiam, Dalmatiam, Pannoniam, Aquitaniam, Drusus vero privignus eius Galliam Rhetiamque sortitus, maximas fortissimasque gentes armis subegit, Susipeces, Tbecteros et Chattos [n] perdomuit, et trans Albim fluvium, qui in barbarico longe ultra Rbenum est, submovit, Marcomannos pene ad interniciem delevit, postea fortissimas nationes, quibus et natura vires et consuetudo experientiam virium [dabat [o]], pariter uno bello, sed suis aspero, superavit, id est Cheruscos, Suevos et Sicambros, quorum virtus ac feritas ex eo considerari potest, quod mulieres quoquo eorum, si quando preventu Romanorum inter plaustra sua collidebantur, deficientibus telis vel qualibet re qua velut telo uti furor possit,

a) *deest* 5. 9c. 10. b) *deest* 5. c) vendilius 9c. d) *deest* 9c. i. t. 5. e) tunc 5. f) *deest* 5. g) auri et argenti 5. h) *deest* 9c. i) tarraconam 5. k) scitharum 5. l) adiit 9c. m) Nonnullo 5. 9c. *corr.* non ullo 10. n) chatos 9c. cattbos 5. cattos 10. 11. o) *deest in omnibus quos vidi codd.*

26) *iam — punirentur* Ekkehardi verba sunt.

parvulos filios, collisos humi, in hostium ora iaciebant. Tyberius autem, frater Drusi, Pannonios, novo motu intumescentes, cruentissima caede delevit, idemque continuo Germanos bello arripuit, e quibus 40 milia captivorum victor abduxit; quod revera bellum maximum et formidolosissimum quindecim legionibus per triennium gestum est, nec fere ullum maius bellum, sicut Suetonius testatur, post Punicum fuit. Sub eodem vero tempore Quintilianus Varus propretor cum tribus legionibus trans Rhenum fluvium mira superbia atque avaricia in subiectos agens, a Germanis rebellantibus cum tribunis et legionibus deletus est. Quam rei publicae cladem Caesar Augustus adeo graviter tulit, ut veste capilloque ac reliquis lugentium indiciis deformis, et sepe per vim doloris caput parieti collidens, clamaret: *Quintili*[a] *Vare, redde legiones.* In Africa quoque Cossus dux Caesaris Musolanos et Getulos latius vagantes artatis finibus coercuit, atque a Romanis militibus[a*] sustinere metu compulit. Piso etiam adversus Vindelicos missus est, quibus subactis, victor ad Caesarem Lugdunum venit. Bosphoranos vero Marcus Agrippa superavit, et signis Romanis, quae illi quondam suh Metridate sustulerant, bello reparatis, victos ad deditionem coegit, Armeniam a Parthis recepit. Parthi quasi, toto terrarum orbe vel domito vel pacato, omnium oculis notarentur, atque in se solos omnis vigor Romani imperii vertendus esset, quippe quos pristina ulciscendae Crassianae caedis conscientia mordebat, ultro signa, quae Crasso interfecto abstulerant, ad Caesarem remiserunt, eique obsidibus datis, firmum foedus fideli supplicatione meruerunt[b] Galatia quoque sub hoc provincia facta est, cum antea regnum fuisset, primusque eam Marcus Lollius pro pretore administravit. Tanto autem amore etiam apud barbaros Caesar Augustus habebatur, ut reges Romanorum amici in honorem eius civitates conderent et ex eius nomine Caesareas vocarent. Multi quoque reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur, et habitu Romano, scilicet togati, ad vehiculum[c] vel equum eius cucurrerunt. Ipse autem adeo exsecratus est turbas, bella, simultates, ut nisi iustis de causis numquam genti alicui bellum indixerit, iactantisque esse ingenii et levissimi dicebat, ardore triumphandi et ob lauream coronam, id est folia infructuosa, securitatem civium in discrimen per incertos eventus certaminum precipitare, neque imperatori bono quicquam minus quam temeritatem congruere, satis celeriter fieri quicquid commune[d] gereretur, armaque nisi maioris emolumenti spe nequaquam movenda esse, ne compendio tenui, iactura gravi petita victoria similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti amissique detrimentum nullo capturae lucro pensari potest. Hic itaque in imperio positus, tribuniciam per se potestatem exercuit. Denique erga cives clementissimus, in amicos extitit fidissimus, quorum precipui erant Mecenas ob taciturnitátem, Agrippa ob modestiam laborisque patientiam. Diligebat preterea Virgilium Flaccumque poetas, liberalibus studiis in tantum incumbens, ut nullus ne in procinctu quidem laberetur dies, quin legeret, scriberet, dictaret. Leges alias novas, alias protulit suo nomine correctas. Auxit ornavitque Romam multis aedificiis, isto glorians dicto: *Urbem latericiam reperi, marmoream relinquo.* Fuit mitis et gratus et civilis animi, toto corpore pulcher, sed maxime oculis, quorum acies clarissimorum syderum modo vibrabat. A cuius facie dum quidam miles oculos averteret, et interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: *Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum.* Nec tamen hic tantus vir vitiis caruit. Fuit enim paululum impatiens, leniter iracundus, occulte invidus, palam factiosus, dominandi vero supra quam estimari possit cupidus, aleae lusor studiosus. Cumque esset cibi ac vini multum abstinens, aliquatenus vero somni, usque ad vulgaris tamen famae probrum serviebat libidini; nam inter duodecim catamitos totidemque puellas accubare solitus erat; abiecta quoque uxore sua Scribonia, amore coniugis alienae possessus, Libiam, quasi marito concedente, sibi coniunxit; cuius Libiae iam erant filii Drusus et Tyberius. Cumque esset luxuriae serviens, erat tamen eiusdem vitii severissimus ultor, more hominum quorundam, qui in ulciscendis vitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. Nam poetam Ovidium, qui et Naso, pro eo quod tres libros artis amatoriae scripserat, irrevocabili damnavit exilio. Oblectabatur etiam omni genere spectaculorum, precipue ferarum incognita specie. II. R. et It.m.

Huius temporibus Romae sapientes insignes erant Virgilius, Horatius Flaccus, Livius, Salustius, Ovidius, Hortensius, Athenodorus Tharseus, Sitio Alexandrinus.

Anni Augusti.

1. Anno igitur septingentesimo decimo a conditione Urbis Octavianus Caesar regnare coepit, regnavitque cum Antonio et Lepido annis 12, postea solus 44, qui sunt quinquaginta sex. Primo autem anno iussu senatus bellum adversum Antonium movit, eumque devicit. Eodem anno cum multi in ultionem Caesaris occiderentur, Cicero in Phormiano suo ab Herennio et Publio occisus est, anno aetatis suae 64. Eodem quoque anno Ovidius Naso nascitur in Peligno. Hier.

2. Curtius Salassus in insula Aratho cum quatuor cohortibus exustus est vivus, eo quod tributa gravius exigeret.

3. Octavianus, interveniente senatu, in amiciciam regreditur cum Antonio.

4. Cornificius poeta desertus a militibus interiit, quos sepe fugientes galeatos lepores appellavit. Huius soror erat Cornificia, cuius insignia extant epigrammata.

5. Secunda secessio Caesaris et Antonii.

6. Cornelius Nepos scriptor hystoricus clarus habetur.

7. Formius cum filio Formio claruit, sed filius consularis ante patrem obiit[e].

8. Brutus et Cassius, magnis exercitibus comparatis, apud Athenas convenerunt, totamque Greciam depopulati sunt. Quos Caesar et Antonius, denuo reconciliati, in Macedoniam persecuti sunt et ad mortem compulerunt; nam in desperationem adacti, immaturam sibi mortem ante belli terminum intulerunt. Invitatis quippe[f] percussoribus Cassius caput, latus[g] Brutus prebuit.

9. Varus poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Capadocia moritur.

10. Herodes alienigena, filius Antipatri Ydumei et Cypridis Arabitae, suadente Antonio, a senatu Romano rex Iudaeorum constituitur, regnavitque annis 47[h]. Qui ut se Iudaeis[i] magis commendaret, uxorem suam, quae Dosis vocabatur, de qua filium nomine Antipatrum habuit, abiecit, et regio semini se coniunxit, accipiens Mariammem, filiam Alexandri, filii Aristoboli, fratris Hyrcani summi pontificis et regis, quam procreaverat idem Alexander ex filia Hyrcani patrui sui. cf. Hier. Ios. de b. I. I, 11.

Ab hoc igitur anno, qui est decimus Octaviani Caesaris et 718[us] a conditione Urbis, ab origine vero mundi ter millesimus nongentesimus 22[us], regnum et sacerdotium Iudaeorum usque in presens tempus defecit, et christus, id est unctus, quem scriptura Danielis significat, finem accepit. Nam usque ad Hyrcanum, Alexandri Iamnei filium, iudices, sacerdotes, reges per successiones populo Iudaeorum prefuerunt; sed[k] Hyrcanum frater suus[l] Aristobulus de regno expulit, quem Pompeius Romanorum princeps, favente Antipatro Herodis patre, restituit, Aristobulum vero Romam Hier. Eus. h.e. I, 5 Hier. ad Dan. c. 9.

a) quintiliane 9c. a*) *ita codd.* limitibus abstinere 11. b) inierunt 9c. c) vegiculum 5. d) *ita codd. pro* commode *quod legitur in Hist. misc.* e) *deest* 9c. f) *deest* 9c. g) *deest* 5. h) XXXVII. 5. XXXVIII. 1[b] i) i. se 5. k) *deest* 9c. l) eius 9c.

captivum duxit. Hyrcano autem per consilium Antigoni, filii fratris sui Aristoboli, a Parthis capto, eodemque [a] Antigono in loco patrui ab eisdem Parthis subrogato, sed mox eodem a Romanis seu ab Herode capto et interfecto, Hero-
Hier. des regnum accepit, et exinde nequaquam per successionem generis sacerdotalis pontifices constituti sunt, sed ignobiles quique, et alii alio tempore, nonnulli vero per unius anni spacium vel modicum amplius sacerdotium emeruerunt. Itaque Herodes Analeum quendam, de Babylone accitum, pontificem constituit; post exiguum vero temporis Aristobolum, fratrem uxoris suae Mariamnis, nepotem Hyrcani ex filia, successorem ei dedit. Quo post annum consilio ipsius Herodis in aqua suffocato, rursus sacerdotium reddidit Analeo; sicque per diversas successiones extrancorum in sacerdotalis successione generis sacerdotium defecit Iudaeorum. Quae omnia ita ventura angelus Danieli predixit in haec verba: „Et scies et intelleges ab inicio sermonis respondendi et aedificandi Hierusalem usque ad Christum ducem ebdomadae septem et 62, et post ebdomadas septem et 62 interibit crisma, et iudicium non erit, et templum et sanctum corrumpet populus, duce veniente.“ Et reliqua. Igitur septem et 62 ebdomadae, quae simul fiunt 69, faciunt annos 483, in quibus christi, id est sacerdotes per unctionem consecrati, regnaverunt ab instauratione templi sub Dario usque ad
Hier. ad Dan. c. 9. Hyrcanum, in quo novissimo crisma et sacerdotium defecit Iudaeorum. Quod [27] autem a perfectione templi, hoc est [b] a sexto Darii anno, usque ad [c] decimum Augusti annum septem et 62 ebdomadae, id est anni 483, computentur, sic possumus approbare. Sexagesimae sextae olympiadis anno primo, hoc est Darii sexto, completa est templi aedificatio, et 186. olympiadis anno secundo, id est Augusti decimo, Herodes regnum suscepit Iudaeorum, in quibus fiunt anni 483, per singulas olympiades quadriennio subputato.

Anni Herodis regis.

Hier. 11. 1. Salustius obiit quadriennio ante bellum Actiacum. Lunae cursus secundum Romanos hoc anno inventus est.

12. 2. Antonius Cleopatrae iunctus, illi Arabiam dedit.

13. 3. Octaviani et Antonii terciae dissensionis exordium, eo quod Antonius, repudiata sorore Caesaris, duxisset Cleopatram.

14. 4. Nicetes et Theodorus rethoricae artis preceptores habentur.

15. 5. Antonius et Cleopatra semet interficiunt, et Aegyptus fit Romana provincia, in qua usque ad [d] Cleopatram regnaverunt qui vocabantur Lagidae annis 273 [e], ipsa vero regnavit annis 22, qui fiunt anni ducenti nonagiuta quinque.

16. 6. Nicopolis iuxta Actium promunctorium condita est.

17. 7. [f] Octavianus Caesar cum ingenti triumpho Romam ingressus est, ductis ante currum eius filiis Cleopatrae, Sole et Luna, eodemque die sui triumphi nomen accepit Augusti. Eodem anuo Marcus Terrentius Varro phylosophus prope nonagenarius moritur.

18. 8. Cornelius Gallus Foroiuliensis poeta, cuius Virgilius meminit in egloga ultima, qui et Aegyptum in provinciam redactam primus rexit, 44[o] aetatis suae anno propria manu se interfecit.

19. 9. Augustus Calabriam et Gallos vectigales fecit.

20. 10. Marcus Gnatius Plaucius, Ciceronis discipulus, orator insignis habetur, qui cum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit.

21. 11. Quintilius Cremonensis, Virgilii et Horatii [g] amicus, moritur.

22. 12. Pylades Cilex pantomimus primus Romae chorum et fistulam sibi precinere fecit.

23. 13. Tyberius ab Augusto missus, occupavit Armeniam.

24. 14. Herodes apud Hierosolimam multas et magnas aedes construxit.

25. 15. Virgilius Brundusii moritur, et Neapolim transfertur, cuius tumulus [h] huiusmodi notatur, quem ipse, ut aiunt, moriens dictavit:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope; cecini pascua, rura, duces.

26. 16. Herodes in Paneade id quod Panum vocatur exstruxit.

27. 17. Augustus Samiis libertatem dedit.

28. 18. Herodes Samariam, olim iam in cineribus sedentem, a fundamentis suscitans, in honorem Augusti Sebastiam, id est Augustam, appellavit.

29. 19. In Cypro plurimarum civitatum partes terremotu ceciderunt.

30. 20. Varus et Tucca, Virgilii et Horatii contubernales, poetae habentur illustres, qui libros Aeneidon postea emendandos susceperunt ab Augusto, ea lege ut nichil de suo adderent.

31. 21. Agrippa Bosphorum cepit.

32. 22. Augustus a senatu maximus pontifex nominatur.

33. 23. Herodes Caesaream nomine Caesaris condidit, quae prius turris Stratonis vocabatur.

34. 24. Horatius 57[o] aetatis suae anno moritur Romae.

35. 25. Iulius Hyginus, cognomento polyhystor, grammaticus habetur illustris.

36. 26. Herodes Hyrcanum, qui olim sacerdos et rex Iudaeorum fuerat, causa illius amiciciae pristinae ipso rogante [i] de captivitate regressum Parthica, occidit, metuens ne reciperet regnum.

cf. Ios. XV, 3 37. 27. Herodes Aristobolum, fratrem uxoris suae Mariamnis, suffocari iussit.

Hier. 38. 28. Tyberius, Augusti privignus, sed iam in filium adoptatus, deletis Vindelicis, Armeniis et Pannoniis, triumphavit.

39. 29. Augustus Iuliam filiam suam in adulterio deprehensam damnavit exilio. Marcus Tullius Tyro, Ciceronis libertus, qui primus notas commentatus est, in Puteolano predio usque ad centum annos consenescens, moritur.

40. 30. Portius Latro Latinus declamator taedio duplicis quartanae se interfecit.

41. 31. Cyrinus ex consilio senatus ad Iudaeam missus, census hominum possessionumque descripsit. Augustus
H. m. vero, habitatoribus Romanae urbis per facies dinumeratis, invenit virorum 131,000 et triginta septem.

42. 32. Augustus Caesar 42[o] imperii sui anno, qui est ab Urbe condita 750[us], ab oriente in occidentem, a septentrione in meridiem, ac per totum oceani circulum, quo Romanum pervenit imperium, cunctis gentibus una pace compositis, Iani portas tercio ipse clausit, quas extunc per 12 fere annos quietissimo semper obseratas ocio ipsa etiam rubigo signavit; nec unquam postea, nisi sub extrema senectute Augusti, pulsante Atheniensium seditione et Dacorum

a) eodem 9c. 11. b) hoc est *des.* 9c. c) *deest* 5. d) ante 9c. e) CCLXXXIII 9c. f) VI. 4. *et ita deinceps annum minorem numerat.* g) oratii *codd.* h) cuius tytulus h. 9c. *vocabulum deesse videtur.* i) regnante 9c. regnante *corr.* rogante 1[b].

27) Cf. eadem verba supra p. 58.

commotione patuerunt. Clausis igitur Iani a portis, rem publicam, quam bello quesierat, pace nutrire atque amplificare studens, leges primus statuit, per quas genus humanum libera reverentia morem gereret; ipse vero domini appellationem ut homo declinavit. Nam eodem ludos spectante, cum quidam mimus pronunciaret: *O dominum aequum et bonum!* universique quasi de ipso dictum exsultanter approbavissent, ille statim quidem manu vultuque indecoras adulationes repressit, et insequenti die gravissimo edicto omnes corripuit, dominumque se post haec appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis serio vel ioco passus est. [b] H. m.

Eo igitur tempore, hoc est anno 42° Octaviani Caesaris Augusti, ex quo autem Aegyptus in provinciam redacta est et Cleopatra cum Antonio victa anno 28°, quando firmissimam pacem ordinatione Dei Caesar Augustus composuit, nascitur in Bethlehem Iuda dominus noster Ihesus Christus, verus Deus [c] et homo, cui pax ista famulabatur, anno ab inicio creationis mundanae secundum Hebraicam veritatem 3962°, secundum 72 interpretes eorumque sectatores 5201°, a diluvio 2306°, ab Abrahae nativitate 2014°, a Moyse et egressu filiorum Israel de Aegypto 1509°, a Salomone et prima templi aedificatione 1031°, a reaedificatione quae sub Dario facta est 519°, ab urbis Romanae [d] conditione 751°, olympiadis centesimae nonagesimae quartae anno [e] tercio. Chr. W [28]. H. m. cf. Beda.

Anni Herodis. Anni Augusti caesaris.

33. 43. Anno dominicae incarnationis secundo, qui est Augusti 43us, Augustus amiciciam facit cum Parthis. Hier.

34. 44. Anno Domini tercio Herodes occidit infantes.

35. 45. Anno Domini 4. Iudas Galileus ad rebellandum cohortatur Iudaeos. Chr. W.

36. 46. A. D. 5. Asinius Pollio orator et consularis, qui de Dalmatis triumphavit, in villa Tusculana moritur anno vitae octogesimo. Hier.

37. 47. A. D. 6. Herodes magno cruciatu moritur, pro quo filius eius Archelaus regnavit annis 9. Multos [29] autem filios habuit Herodes ex diversis uxoribus, quas plures duxerat, Antipatrum ex Dosidef, quam habuit antequam rex fieret, Aristobolum et Alexandrum filiasque duas ex Mariamne, Hyrcani nepte ex filia, quam sibi ex regio semine coniunxerat postquam ipso factus est rex, abiecta Doside cum filio Antipatro; sed postea, ipsis et aliis accusantibus, occidit Mariamnem, filios quoque ipsius Alexandrum et Aristobolum quasi de nece matris indignantes occidit. Alexandro autem fuerunt duo filii Tygranes et Alexander ex Glaphira, regis Capadociae Archelai filia; Aristoboli vero filii fuerunt Agrippa, qui sub Gaio rex factus est, et Herodes ac Aristobolus, filiaque Herodias ex Beronice consobrina sua, scilicet filia Salome, sororis Herodis patris sui. Habuit Herodes et alios filios, Antipam et Archelaum et filiam Olympiadem ex Martbace Samaritide, Herodem ex filia Symonis pontificis, item Herodem et Philippum ex Cleopatra Hierosolimitide, Phasabelum ex Pallade. Postquam autem Alexandrum et Aristobolum filios suos, qui de semine regio erant, occiderat, Antipatrum, pro [g] accusatione fratrum sibi placentem, proposuit heredem regni relinquere per testamentum; sed cum et [h] ipse de nece illius tractare diceretur, missum in carcerem [i] sub ipso fere mortis articulo interfici iussit et ipsum, mutatoque testamento, successorem regni [k] scripsit Archelaum. Regnavit autem Herodes postquam Antigonus interemptus est annis 34, ex quo autem regnum a Romanis acceperat annis 37; sicque post multa facinora male moritur. cf. Ios. de b. I. I, 18.

Anni Archelai [*].

1. 48. A. D. 7, qui est Augusti 48us, fames facta [l] est Romae adeo dira, ut omnes peregrinos et servorum maximas copias, exceptis medicis et preceptoribus, ex Urbe trudi preceperit [m] Augustus. Quae ideo creditur divinitus immissa, quia, cum Gaium nepotem suum mitteret Augustus ad ordinandas Aegypti Syriaeque provincias, ille preteriens ab Aegypto fines Palestinae, apud Hierosolimam in templo Dei tunc sancto et celebri adorare contempsit. Quod Augustus ubi per eum comperit, pravo usus iudicio, prudenter eum fecisse laudavit. Unde divina vindicta populum cum priucipe peccante corripuit, et quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. H. m.

2. 49. A. D. 8. Tyberius iam caesar factus, Dalmatas et Sarmatas in Romanam potestatem redegit. Hier.

3. 50. A. D. 9, qui est Augusti quinquagesimus, ab Urbe vero condita 758us, quatuordecim vicos Urbis, incertum unde consurgens, flamma consumpsit. H. m.

4. 51. A. D. 10. Athenienses moliuntur novas res contra Romanos. Hier.

5. 52. A. D. 11. Messala Corvinus orator biennio antequam moreretur ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba coniungeret.

6. 53. A. D. 12. Iani portae per 12 annos iam clausae, ab Augusto aperiuntur. Chr. W.

7. 54. A. D. 13. Satio [n] phylosophus Alexandrinus, preceptor Senecae, claruit. Hier.

8. 55. A. D. 14. Augustus cum Tyberio censum Romae agitans, invenit nonagies ter centena et 70 milia hominum.

9. 56. A. D. 15, qui est imperii Augusti 56us, Archelaus accusatus ob insolentiam, nono regni sui anno, in Viennam ab Augusto relegatus est [o], et Iudaea tetrarchis committitur, Herodi, Antipatro, Lysaniae, Philippo. Eodem anno Augustus Nolam ingressus, morbo capitur, et in Athellae opido Campaniae moritur, anno aetatis suae 75°. Quem mortuum senatus multis modis censuit honorandum, dicens: *Utinam aut non nasceretur, aut natus non moreretur* [*]. cf. Beda. Chr. W. Hier. H. m.

Anno [p] dominicae incarnationis 16, qui est a condita Urbe 766, Tyberius, Libiae filius, Augusti privignus, mox gener, postremo adoptione filius, imperium Romanum adeptus est, ab Augusto secundus, et regnavit annis 23. Iste quia Claudius Tyberius Nero dicebatur, eleganter a ioculatoribus Caldius [q] Biberius Mero ob vinolentiam nominabatur. Satis prudens in armis satisque fortunatus ante sumptum imperium sub [r] Augusto fuit, ut non immerito rei publicae dominatus ei committeretur, habens scientiam litterarum, multo preclarus eloquio, sed ingenio pessimo, truci, avaro, insidioso, simulans ea se velle quae nollet et ea nolle quae vellet, his quasi infensus quibus consultum cupiebat, his vero quos oderat quasi benivolus apparens, repentinis responsionibus melior quam premeditatis. Denique delatum a patribus principatum, quem quidem astu perceperat, finxit se abnuere, quid singuli dicerent [s] aut sentirent, atrociter explorans. Quae res bonos quosque pessumdedit. Estimantes [t] enim eum ex animo declinare magnitudinem imperialis molestiae, cum sententias suas ad eius voluntatem, ut sibi videbatur, promunt, postrema exitia inciderunt. Per se nulla bella gessit, sed ne per legatos quidem aliqua gravia, nisi quod tantum aliquantis in locis precogniti gentium tumores cf. Oros. VII, 4.

*) 10. 11. *add.:* Romae in campo Martio est sepultus.

a) iam 4. 9c. b) 5. *add. rubram:* Hic inchoantur anni dominicae incarnationis. c) *deest* 9c. d) romae 9c. e) *deest* 9c. f) dosia 9c. g) *Hic incipit codex Berol.* (E1.) h) *deest* 9c. i) carcere 5. 10. 11. k) *deest* E1. *) *regum anni semper desunt* D. E. l) r. f. est E1. m) preciperet 9c. n) sitio 9c. satio *corr.* sitio 4. o) *deest* 9c p) *In* 4. *hoc loco legitur rubra:* Anni Tyberii, Herodis tetrarche. q) claudius 1b. 10. *e corr.* 11. r) tantus sub 1b. s) *deest* E1. t) existimantes 9c.

28) i. e. Chronicon Wirziburgense supra editum. 29) Haec Ekkehardus non ita apud Iosephum invenit, sed ipse ex variis locis composuisse videtur. (cf. etiam p. 93. a. 10.)

Oros. l. l. cito comprimebantur. Getulorum latrocinia repressit, Marobodnum Suevorum regem callide circumvenit *. Cum magna et gravi modestia rei publicae prefuit plurimo imperii sui tempore, adeo ut quibusdam presidibus ad augenda provinciis tributa suadentibus scripserit, boni pastoris esse, tondere pecus, non deglobere; sed paulatim mutatur in peius.

H. m. Nam et filios suos adoptivos[a] Drusum et Germanicum, germani sui Drusi filios, veneno interfecit, prefectum suum Seianum nova molientem occidit, et ex viginti patriciis[b], quos sibi causa consilii elegit, vix duos incolomes reliquit,

cf. Ios. XVIII, 13. ceteros diversis causis necavit. Habuit ipse filium nomine Drusum, sed eo mortuo, filium eius Tyberium, cognomento Gemellum, et Gaium, filium Germanici, filii fratris[c] sui Drusi, adoptavit in filios, ex quibus Gaius sibi successit in regnum. Huius itaque Tyberii temporibus Agrippa, filius Aristoboli, qui filius fuit Herodis, quem ipse cum fratre suo

ib. c. 12. sqq. Alexandro interfecit, demorans Romae, Druso, Tyberii filio, familiaris fuit; sed mortuo eodem Druso, pater eius Tyberius pre impatientia doloris prohibuit omnes amicos filii[d] ante faciem suam accedere, ne illis visis dolor eius renovaretur. Unde Agrippa in Iudaeam descendens, et post aliquantum tempus Romam rediens, favente Antonia[e], uxore Drusi fratris Tyberii, quae Beronicem[f] Agrippae matrem admodum diligebat, in amiciciam receptus est a Tyberio, a quo iussus est nepoti suo Tyberio semper adherere illumque summa ope excolere; sed ille Gaium, Antoniae nepotem, magis dilexit, unde et offensam Tyberii incurrit. Nam cum quadam die Gaio optaret, ut illum[g], mortuo Tyberio[h], dominum cunctorum videre mereretur, nunciatum est hoc Tyberio, statimque coniecit eum in vincula, in quibus permansit usque ad Gaii tempora.

Anni Tyberii.

Hier. 2. Anno dominicae incarnationis 17, qui est Tyberii secundus, Asinii Pollionis filius Asinius Gallus diris a Tyberio suppliciis enecatur.

3. A. D. 18. Livius[i] hystoriographus Patavii[k] moritur. Ovidius quoque poeta in exilio moritur[l].

H. m. 4. A. D. 19. Germanicus, Drusi filius, Caligulae pater, de Germanis, ad quos ab Augusto iam sene missus fuerat, triumphat.

Hier. 5. A D. 20. Germanicus caesar a Tyberio patruo suo veneno interficitur.

6. A. D. 21. Fenestella hystoriographus et poeta 70° vitae suae anno moritur, et Cumis sepelitur.

7. A. D. 22. Tyberius multos reges per blandicias ad se vocavit numquamque remisit, inter quos et Archelaum Capadocem, cuius etiam regnum in provinciae formam redegit, et nobilissimam eius civitatem Mazacam ex suo nomine Caesaream appellavit.

8. A. D. 23. Pompeii theatrum incensum est. Olympias 200.

9. A. D. 24. Tyberius Drusum, fratris sui filium, regni consortem fecit, quem eodem anno veneno interemit.

10. A. D. 25. Servius Plautus, corrupti filii reus, semet in iudicio interemit.

11. A. D. 26. Philippus tetrarcha Paneadem, in qua plurimas aedes construxit, Caesaream Philippi vocavit.

Chr. W. 12. A. D. 27. Pylatus a Tyberio preses Iudaeae mittitur.

13. A. D. 28[m].

Ios. l. l. c. 4. 14. A. D. 29. Herodes tetrarcha, frater Philippi, ad magnam amiciciam Tyberii pervenit, aedificans civitatem, quam ex eius nomine Tyberiadem vocavit.

Euang. 15. A. D. 30. Iohannes baptizare coepit populum; cuius baptismate dominus noster Ihesus Christus in Iordane

cf. Chr. W. baptizatus, tricesimo aetatis suae secundum carnem anno[n] coepit signa facere et predicare, virtutibus vera comprobans esse quae diceret.

16. A. D. 31. Dominus noster Ihesus Christus discipulos eligens, euangelicis eos imbuit sacramentis. Iohannes

cf. Chr. W. baptista decollatur ab Herode tetrarcha, filio Herodis illius sub quo natus est Dominus, machinante Herodiade uxore

* comm. in Marcum Opp. 1688. V. p. 123. sua, quam abstulit fratri suo, ut Marcus dicit, Philippo, eandemque Herodiadem Beda* scribit filiam fuisse Arethae regis, quam idem Aretha primum Philippo coniunxerit, sed postea ablatam Herodi, fratri eius, dederit, eo quod ipse ditior et potentior fuerit. Iosephus vero scriptor

* c. 9. antiquitatum, neutri consentiens, in 18° libro* scribit in hunc modum: *Iis quoque temporibus[o] inter Aretham Petreum et Herodem regem simultatio magna contigit propter huiusmodi causam. Herodes tetrarches uxorem habuit Arethae filiam, cum qua non parvum tempus advixerat. Sed cum Romam evocaretur, transiens in domo Herodis exceptus est. Frater eius erat etiam[p] ipse, sed non ex una matre progenitus; Herodes enim ex filia Symonis sacerdotis fuerat procreatus. Cumque ibi esset, Herodiadis amore captus est, uxoris alterius Herodis; filia enim erat ista Aristoboli, soror Agrippae maioris. Audet igitur cum muliere de nuptiis inundis miscere sermonem. Illa vero suscipiente, pacta firmantur, ut, cum Roma reversus fuisset, illa conubii iura susciperet. Erat enim in pactis, ut filiam Arethae regis excluderet. Et Herodes quidem Romam, talibus pactis firmatis, advehitur; sed cum reversus fuisset, perugens Romae propter quae fuerat evocatus, uxor eius fideliter cuncta cognoscens quae inter eum fuerant Herodiademque[q] composita, antequam eam ille cuncta[r] cognovisse sentiret, rogat virum, ut in[r] Macherunta, ubi limes erat Arethae Herodisque regionis, ab eo mitteretur, nichil ei suae voluntatis aperiens. Hoc Herodes libenter accipiens, mittit uxorem, nichil eam sensisse penitus arbitratus. Illa vero — premiserat enim ante multum tempus ad patrem, ut ei apud Macherunta omnia[s] pararentur quae itineris usus exposceret — a ductoribus Arethae suscipitur, confestimque Arabiam intrat, atque ibi[r] ab illis ductoribus ad alios, ab illisque rursus ad alteros transmissa, cum summa celeritate patri perducitur, cui cunctam Herodis voluntatem aperit. Ille vero extinc inimiciciarum sumpsit inicium, atque ab utroque congregato exercitu, in regione Gamalica bello confligitur, non quidem ipsis[t] presentibus, sed ductoribus ab utraque parte transmissis. Pugna itaque facta, et exercitu Herodis afflicto proditione perfugarum, qui ex Philippi tetrarchia ad Herodem quasi auxiliandi causa convenerant, haec Herodes scribit ad Tyberium. Ille autem indignatus, quod Arethas[u] talia perpetraverit, scribit Vitellio, Syriae tunc rectori, ut ei bellum incunctanter inferret et aut virum eum vinctum adduceret aut certe mortui caput auferret. Tyberius quidem, ut haec ageret, rectori Syriae demandabat. A quibusdam autem Iudaeorum videbatur[v] ideo perisse Herodis exercitum, quod in eum satis iuste indignatio divina commota sit pro vindicta Iohannis, qui vocabatur[v] baptista. Hunc enim Herodes occidit, virum valde bonum, qui precipiebat Iudaeis virtuti operam dare, insticiam colere, pietatem in Deum servare, et per*

*) 10. *add. in margine, quae* 11. *recepit:* Quendam fabrum fertur iugulasse, qui adinvenit vitrum fabricare, et secundum libitum suum inflectere, dicens ei: „Si vixeris et hoc alios docueris, aurum et argentum annullabitur."

a) adoptivum 9c. b) patribus E1. c) fr. s. d. filii 5. d) f. sui 5. e) antonio 4. antonii 5. f) beronicen E1. 11. g) illo 9c. h) *deest* 9c. i) Lucius E1. *qui haec post* Ovidius — moritur *habet.* k) patavi 5. l) *deest* 9c. m) *annos vacuos postea omisi.* n) a. s. c. 5. o) t. q. 5. p) et 9c. q) et h. 9c. r) *deest* 9c. s) cuncta 5. t) ab ipsis 9c. u) aretha E1. v) appellabatur 5.

baptismum in unum coire. Huncusque verba Iosephi, quae docent, Herodiadem nec filiam Arethae fuisse nec uxorem Philippi, cum et superius in libro 17.[a] antiquitatum idem scribat, Herodem maiorem poenitudine ductum super interfectione[b] filiorum suorum Alexandri et Aristoboli, erga filios eorum clementem extitisse, et Alexandri filio maiori filiam Ferorae fratris sui iunxisse, filio vero Aristoboli filiam Antipatri, filio autem Antipatri filiam Aristoboli Mariamnem, alteram vero, id est Herodiadem, filio suo Herodi; *et is*, inquit, *natus est ei ex filia pontificis;* cum post subinferat, Herodem et Philippum ex Cleopatra Hierosolimite natos, pontificis vero filiam Mariamnem dictam fuisse. Ex his prudens lector eligat, quid[c] magis sit tenendum, cum et difficile sit euangelistae verbis non credere, et omnes astipulentur Iosephum veracem antiquitatum relatorem existere, nisi forte dicatur euangelista pro affinitate personarum mutationem fecisse nominum[d], nec multum curaverit inter[e] tot Herodis filios exquirere, quod duos filios sibi aequivocos scribatur habuisse. Bedae vero indulgendum putamus, quod Herodiadem Arethae filiam dixerit, quia multis scribendis intentus, multiplicitatem hystoriarum forte per omnia tenere non potuit, maxime cum et beatum Hieronimum in commentario Marci[29] eadem[f] sensisse forsitan legerit. v. c 2.

17. Anno dominicae incarnationis 32. Discipuli Christi euangelicis instructi documentis, verbum fidei per civitates Iudaeae, ipso mittente, predicaverunt.

18. Anno incarnationis suae 33. Dominus noster Ihesus Christus passus est in carne et resurrexit, in cuius passione multa contigisse miracula, etiam gentilium scriptores testantur. Iosephus quoque inter cetera quae tempore illo stupenda contigerunt scribit, sacerdotes templi primum commotiones locorum et sonitus quosdam audisse, dein ex adito templi vocem erupisse: *Transeamus ex sedibus his.* De ipso etiam Christo scribit ita*: *Fuit autem his temporibus Ihesus, sapiens vir, si*[g] *tamen virum eum nominare fas est; erat enim mirabilium operum effector et doctor hominum eorum qui libenter audiunt quae vera sunt, et multos quidem Iudaeorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit; Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostrae gentis virorum cum Pylatus in crucem*[h] *agendum decrevisset, non deseruerunt hi*[i] *qui ab inicio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tercio die iterum vivus, secundum quod divinitus inspirati prophetae vel haec vel alia de eo innumera miracula*[k] *futura esse predixerant. Sed et in hodiernum diem christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, et nomen perseverat et genus.* cf. Chr. W. Hier. * XVIII, 6.

19. A. D. 34. Iacobus, frater Domini, Hierosolimis episcopus ordinatur ab apostolis, seditque annos 30. Chr. W.

20. A. D. 35. Pylatus imaginem caesaris in templo statuere volens, seditiones in Iudaeis excitavit.

21. A. D. 36. Scianus prefectus cohortatur Tyberium, ut Iudaeos deleat. Persius Voliternis nascitur. Hier.

22. A. D. 37. Pylatus ad Tyberium scripsit de passione et resurrectione Domini et de virtutibus eius, per quas, crescente plurimorum fide, Deus crederetur. Tyberius autem cum magni favoris suffragio retulit ad senatum, ut Christus Deus haberetur. Senatus vero indignatione commotus, cur non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius[l] ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit edictoque constituit, exterminandos[m] esse Urbe christianos, precipue cum et[n] Scianus, prefectus Tyberii, suscipiendae religioni obstinatissime contradiceret. Tyberius tamen accusatoribus Christi edicto mortem comminatus est, plurimosque senatorum proscripsit et in mortem coegit. H. m.

Pylatus autem cum in Iudaea decimum compleret annum, accusatus a Iudaeis apud Vitellium, qui tunc Syriae principabatur, iussus est[o] ab eo Romam ire, ut in iudicio caesaris se ab obiectis purgaret; sed antequam Romam veniret, Tyberius rebus humanis excessit. — Eodem anno Aristoboli filius Agrippa, cognomento Herodes, Romam veniens, a Tyberio clementer tractatur, favente Antonia, matre Germanici et Claudii, quae fuit uxor Drusi fratris Tyberii; sed cum accusaretur, quod optaret Tyberium citius mori regnumque Gaio dari, in vincula ab eo conicitur, nec eo vivente solvitur. Ios. XVIII, 7. v. supra.

23. A. D. 38. Tyberius Romanos graviter affligens, ingenti omnium gaudio in Campania veneno periit insidiis Caligulae, anno imperii sui 23°, aetatis vero 78°. H. m.

Anni Gaii Caligulae.[p] Anni ab inicio mundi quatuor milia.

1. Anno dominicae incarnationis 39. ab Urbe vero condita 789. Gaius Caligula, tercius ab Augusto, suscepit imperium, et regnavit annos tres, menses 10, dies 8. Hic fuit filius Germanici, nepos Drusi, qui fuit privignus Augusti, frater vero Tyberii; hic quia in exercitu natus fuit, ex calciamento militari Caligula cognominatus est; magnoque favore aviae suae Antoniae nutritus, in magnis habebatur honoribus, adoptatusque a Tyberio in filium cum Tyberio, filii sui Drusi filio[q], in aula nutriebatur, liberalibusque disciplinis adprime eruditus, propter Germanici patris sui virtutem a populis amabatur. Tyberius igitur cum iam ad senectutem pervenisset, diis patriis supplicabat, ut ei signum manifestum ostenderent, quinam post eum in imperium successisset[r], festinans quidem ut nepoti suo principatum relinqueret. Cui cum dictum esset, illum regnaturum, qui sequenti die primus ex omnibus ad eum venisset, misit ad nepotis sui paedagogum, iubens ut primo mane puerum ad se perduceret, putans ulla re numinis superare sententiam. Cumque dies illuxisset, iussit Evodum, ut quisquis foris esset infantulorum, ad se primitus evocaret. Ille autem egressus, Gaium ante tabernaculum reperit; nam Tyberius necdum aderat, ciborum acceptione tardatus. Ille vero ignorans totum quod agebatur: *Veni,* inquit, *vocat te pater;* et introduxit eum. Videns autem Tyberius maiestatis supernae potentiam, semet ipsum culpabat, quod illud augurium postulasset, sed non valens divinae ordinationi resistere, Gaium benigne alloquens, commisit ei imperium, monens illum erga nepotem Tyberium existere benivolum. Accepto autem regno post Tyberium, omnium ante se sceleratissimus fuit, et qui Tyberii dedecora purgaverit. Ante principatum quippe omnibus acceptus fuit, in principatu vero talis extitit, ut merito vulgaretur, atrociorem illo dominum non fuisse. Nam ut breviter crudelitatem eius depromam, exclamasse fertur: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet.* Sepe etiam de conditionibus temporum suorum questus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. Plurima fecit, de quibus nescio an deceat memoriae tradi, nisi[s] forte quia iuvat de principibus nosse omnia, ut improbi saltem famae metu talia declinent. In palatio matronas nobiles publice libidini subiecit, tribus sororibus suis stupra intulit, ex una earum etiam natam filiam vitiavit, Mennium Regulum coegit, ut coniugem suam sibi uxorem in loco filiae daret seque patrem eius diceret et instrumenta matrimonii ut pater conscriberet; sorores suas, quas stupravit, insularum exilio damnavit. Hic primus, diademate imposito, dominum se appellari iussit, et in deorum numerum se referri precepit. Hic statim ut post mortem Tyberii regnum accepit, Agrippam cognomento Herodem a vinculis absolvit, in quae illum Tyberius coniecit, eique tetrarchiam Philippi patrui sui, qui iam decesserat, tradidit, regemque appellavit, H. m. Hier. H. m. Iord. de r. s. Hier. H. m. cf. Ios. l. l. Eus. h. e. II, 4. Ios. XVIII, 13.

a) XVIII. 9c. b) interfectionem E1. c) quod E1. d) n. f. 5. e) *deest* 9c. f) e. s. *desunt* E1. g) t. si E1. h) cruce 9c. i) eum 9c. k) mira 9c. l) i. p. E1. m) chr. u. esse ext. E1. n) *deest* E1. *In sequentibus huius et codicis* 9c. *nonnisi praecipuas lectiones afferam.* o) *deest* 9c. p) caliguli 5. q) *deest* 9c. r) succederet 4. 9c. s) *deest* 9c.

29) Eiusmodi liber iam non exstat; cf. comm. in Matthaeum Opp. ed. Vallars VII. p. 100.

Act. 13. cui et postea tetrarchiam Herodis patrui sui adiecit. Iste est qui in actibus apostolorum Herodes appellatur, qui et Iacobum occidit et Petrum in carcerem misit, et postea ab angelo percussus, vermibus scaturiens exspi-
cf. Eus. II, 10. ravit; cuius filii fuerunt Agrippa rex, aequivocus eius, et Beronice, soror eius. Regnavit autem annis 7, moriturque anno tercio Claudii. Philippus vero, patruus eius, mortuus est anno 22. Tyberii, regens Traconitidis et[a] Gaulanitidis regionem annis 32.

2. A. D. 40, qui est Gaii secundus, Iudaei, qui iam tunc ob passionem Christi meritis ubique cladibus exagita-
cf. Eus. II, 5. bantur, apud Alexandriam exorta seditione, profligati sunt caede, atque pulsi ex urbe; pro quibus Phylo, vir sane apprime eruditus, secunda vice Romam veniens; et apud Gaium interpellans, nichil profecit sed ibi commorans dicitur cum Petro apostolo locutus fuisse ciusque amiciciam habuisse.

Chr. W. 3. A. D. 41. Pylatus multis calamitatibus a Gaio obpressus, se ipsum interfecit.

4. A. D. 42. Matheus euangelium scripsit Hebraice. Herodes tetrarcha, qui in Iohannis baptistae nece auctor
v. supra. extitit et passioni Domini interfuit, filius Herodis Magni, sub quo natus est Christus, Romam venit, cogente Herodiade
Ios. de b. I. II, 8. uxore sua, quam abstulit fratri suo. Quae cum videret Agrippam fratrem suum a Gaio regem factum, exprobrare coepit Herodi socordiam, quia per id quod noluerit ad caesarem navigare careret maiori honore. Nam cum Agrippam ex privato regem fecisset, non esset dubium, quin eum ex tetrarcha pari honore provecheret. His adductus Herodes Romam venit, subsequente[b] eum et accusante Agrippa, filio fratris sui Aristoboli. Gaius cum de avaricia vehementer increpavit, eique tetrarchiam auferens, Agrippae commisit, ipsum vero perpetuo exilio Lugdunum relegavit. Cognoscens
cf. A. I. XVIII, 11. autem, quod Herodias soror esset Agrippae, voluit ei opes et quaeque propria concedere; sed illa mariti causa contempnens omnia, secuta est eum in exilium, ibique pariter perierunt.

H. m. Eodem anno Gaius cum adversus omnes ingenti crudelitate saeviret, a militibus in palatio occisus est, anno aetatis[c] 38. regni quarto. Qui postquam occisus est, duo libelli in secretis eius reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis asscriptum erat; ambo lectissimorum virorum utriusque ordinis, senatorii videlicet et equestris, nomina et notas continebant, qui morti destinati erant. Inventa est et arca ingens variorum venenorum, quibus mox Claudio caesare iubente dimersis, maria infecta traduntur, non sine magno piscium exicio, quos enecatos per proxima litora passim aestus eiecit.

Anni Claudii.

H. m. Hier. H. m. Anno dominicae incarnationis 43. ab Urbe autem condita 793. Claudius, ab Augusto quartus, imperium adeptus est, regnavitque ann. 13, menses 8, dies 28. Hic fuit patruus Gaii Caligulae, filius Drusi privigni Augusti, qui apud Mogontiam habet monumentum, cuius nepos erat Caligula. Iste, cum senatus censuisset genus Caesarum exterminari, deformi latebra latere repertus, quia vecors erat, mitissimus videbatur imprudentibus, sicque raptus a militibus, imperator effectus est, annitente[30] Agrippa, qui tunc forte Romam venerat et a senatu in consilium vocatus
H. m. fuerat, unde et filium eius Agrippam postea regem fecit. Hic ventri, vino, libidini foedae obediens, vecors et prope
Oros. VII, 6. s. Beda I, 3. hebes ac pavidus, libertorum et coniugis subiacebat imperiis; cupiens tamen utilem se publicae rei ostendere principem, exercitum movit in Britanniam, transvectusque in insulam, quam nemo ante Iulium Caesarem nec post eum ausus fuit adire, intra paucos dies sine praelio et sanguine plurimam eius partem in deditionem accepit; Orchadas etiam insu-
Hier. las ultra Britanniam Romano imperio adiecit, ac sexto mense ex quo profectus est Romam rediit. Sic ergo de Bri-
H. m. tannis triumphavit, filiumque suum Britannicum vocavit. Uxor vero Claudii Messalina[d] primo passim adulteris utebatur; ex quo facto plures metu abstinebant et extincti sunt; dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas et virgines scortorum modo secum proposuerat, coactique sunt mares ut adessent. Quod si quis talia horruerat, conficto crimine in eum[e] omnemque familiam[f] eius seviebatur. Ita[g] liberti eius potestatem summam adepti, stupris, exilio, caede, proscriptione omnia foedabant. Ex quibus Felicem legionibus Iudaeae prefecit, Possidonio eunucho post triumpbum Britannicum inter militarium fortissimos arma insignia tamquam participi victoriae dedit, Polibium inter consulares medium incedere fecit. Hos omnes anteibat Narcissus. Post haec Claudius Agrippinam, Germanici fratris sui filiam, sororem Caligulae, matrem vero Neronis, accepit uxorem, quae filio suo procurans imperium, privignum suum Britannicum primo in palatio multiformibus insidiis circumvenit, dehinc ipsum coniugem veneno interemit.

1. Primo igitur imperii sui anno, cum confirmaretur[30] in regno Agrippae consilio, dedit eidem Agrippae pro remuneratione omnia quae dedit Augustus Herodi[h], aliud quoque regnum, quod Lysaniae dicebatur fuisse.

2. A. D. 44. Duodecim apostoli, cum eatenus in Iudaea tantum predicarent, iuxta preceptum Domini, ut Beda scribit, anno a passione Domini 12. in totum orbem divisi sunt. Unde Petrus, fundata primum Antiochena ecclesia[i],
* Beda mart. ** Hier. Chr. W. Romam tetendit, ut quidam volunt* hoc anno, secundum alios** vero quarto Claudii anno.

3. A. D. 45. Primus episcopus Antiochiae ordinatur Evodius. Herodes Agrippa, filius Aristoboli, anno 7° regni sui percutitur ab angelo, relinquens filium nomine Agrippam et tres filias, Beronicem[k], Mariamnem atque Drusillam.
* A. I. XIX, 8. cf. de b. I. II, 10. Tunc Claudius, ut Iosephus testatur*, regnum eius in provinciam redegit, in cuius procurationem missus est Cuspius Fadus.

Hier. 4. A. D. 46. Claudius de Britanuis triumphavit. Eodem anno facta est fames gravissima per Syriam, quam
* Act. 12, 28. etiam Agabus propheta predixit, ut in apostolorum legitur actibus*; sed christianorum necessitatibus apud Hierosolimam, convecto ex Aegypto frumento, Helena Adiabenorum regina largissime ministravit.

* comm. in Acta. Opp. V. p. 652. Hoc etiam anno[l], scilicet Claudii quarto, illud factum esse Beda* opinatur, quod in actibus apostolorum legitur: *Statuerunt, ut ascenderent Paulus et Barnabas et quidam alii ex illis ad apostolos et presbiteros in Hierusalem*, et hanc ascensionem suam esse illam, de qua ipse Paulus ita scribit ad Galathas: *Deinde post annos 14 ascendi Hierosolimam cum Barnaba, assumpto et Tito.* De hac ascensione positis[m] quibusdam, Beda subinfert: *Sequitur ergo, beatum[n] Petrum eodem 14. post passionem Domini anno, quo eum Hierosolimis alloquitur Paulus, Romam venisse credamus, id est quarto Claudii caesaris anno; simulque, nisi fallor, hac expositione, Paulum apostolum eodem quo Dominus passus est et resurrexit anno ad fidem venisse, probamus.* Petrum vero quarto Claudii anno Romam venisse, fere omnes sanctorum temporum scriptores testantur; quidam autem pontificatum[o] in urbe Romana hoc anno illum suscepisse opinantur; et hoc exinde verum
* Hier. conicitur, quia Petrus sedem Romanam 25 annis tenuisse dicitur*, et ultimus Neronis annus,

a) *deest* 9c. b) sed s. — gaius E1. c) a. suae 9c. d) messalia 5. 9c. e) conf. in eum c. 5. f) in f. 9c. g) Itaque E1. h) pro remuneratione *add.* E1. i) c. anthiocena 5. k) beronicen E1. l) *deest* E1. m) interpositis E1. n) ut beatum 9c. o) pontificatus 5. 9c. 10.

30) Haec nescio unde hauserit Ekkehardus.

quo Petrus passus esse narratur, 25us* a quarto Claudii numeratur. Unde satis apparet, quod eodem anno quo Romam venit etiam sedem pontificatus accepit.

De[a] successione vero pontificum Romanorum et ordine atque temporibus eorum iam inde a principio et deinceps in plurimis diversa sentiuntur a diversis. Quorum opiniones hic summatim scribere idcirco arbitror non esse ab re, ut et segniores et neglegentiores mei similes ad veritatem rei adtendendam excitentur, et prudentiores ad hanc subtilius investigandam provocentur. Quidam scribunt, quibus et aecclesiastica consentire videtur hystoria*, Linum post passionem Petri apostoli, Romanae sedi 25 annis presidentis, hanc regendam suscepisse, et post duodecim sui regiminis annos, secundo Titi anno, pontificatum Anacleto reliquisse, et hunc item post 12 annos Clementi sedem tradidisse, quod videtur anno Domitiani 12^{0} contigisse, ipsumque Clementem post novem sui pontificatus annos sub Traiano passum; Euaristum quarto eiusdem Traiani anno successisse huic Alexandrum, illi vero Sixtum, et sic ceteros. Alii vero scribunt, Linum et Cletum sub Petro fuisse, ipsumque Petrum, mox ut pontificatum accepit, Linum pro se in agendis aecclesiasticis, quo ipse liberius predicationi vacaret, ordinasse, illoque post annos 12 decedente, Cletum huic subrogasse; quo etiam item post annos 12 defuncto, eo anno et tempore quo ipse Petrus passus est, scilicet 14^{0} Neronis anno, Clementi sedem commisisse, et ei suisque successoribus ligandi solvendique potestatem, sicut ipse a Christo suscepit, demum tradidisse; et huic passo[c] sub Domiciano Anacletum successisse, cui Euaristum, et huic Alexandrum, et sic[d] ceteros. Quae descriptiones cum sibi multum dissonae probentur, querendum, cui magis credi iudicetur. Consideremus ergo earum inaequalitates. Igitur si Linus Anacletum isque Clementem successorem reliquisse accipitur, ut prior descriptio testatur, Cletus omnino de pontificum catalogo excluditur, cuius veneratio per omnes aecclesias sic celebris est, ut non solum in martyrologiis attituletur, verum etiam in canone missarum et in supplicationibus letaniarum publicitus inter Linum et Clementem recitetur. Si vero post Linum Cletus, dein Clemens, et post hunc Euaristus et Alexander numerentur, locus non habetur ubi Anacletus recipiatur, cum Beda in martyrologio suo dicat*, hunc quartum post Petrum sedisse et sub Domiciano passum fuisse, ut primus sit Linus, secundus Cletus, tercius Clemens, quartus Anacletus. Sed si post Clementem Anacletus ponatur et secundum Bedam sub Domiciano passus recipiatur, necessario illud refellitur, quod antecessor eius Clemens sub Traiano passus dicitur, cum evidenter sub Domiciano passus esse probetur, si successor eius Anacletus ab eodem occisus non negetur. Adhuc autem argumentatur et illud: quia si Linus et Anacletus iuxta quosdam, sive Linus et Cletus secundum alios, uterque post passionem Petri, quae 14^{0} Neronis anno facta est, per annos 12 tenebat pontificatum, quod spacium per 24 annos in Domiciani duodecimum protenditur annum, Clemens ab apostolo Petro sedem et ligandi solvendique licentiam nullatenus accepisse probatur, quod a nonnullis affirmatur. Additur et hoc, quod sanctus Dionisius Ariopagita, beati Pauli apostoli discipulus et Athenarum episcopus, cum, sicut in libro passionis eius legitur*, beatos apostolos Petrum et Paulum audiret Romae teneri, subrogato Athenis episcopo, properavit Romam velocius attingere, summopere desiderans, si Deus ita vellet, cum eisdem sanctis apostolis occumbere; sed cum divina dispositio vota ipsius preveniret, sanctique apostoli prius passionis gloria coronarentur quam ille Romam adiret, tandem perveniens, Clementem, condiscipulum suum, Romanae sedi iam presidentem invenit, qui et illum in Gallias predicatorem direxit. Quae igitur fuit festinantia tanti desiderii, si per 24 annorum spacium vel amplius inter Athenas et Romam nullo potuit obsistente cohiberi? Nec enim illud refragatur, quod, ostio fidei sibi aperto, causa seminandi verbum Dei aliquamdiu retardatus fuisse narratur; quia, etsi per contiguas parrochias divina semina predicandi avidus disperserat, passionis tamen desiderio fervens, ab Athenis infra 24 annos maturius Romam contendere poterat. Adhuc vero cum idem Dionisius nonagesimo sexto dominicae incarnationis anno, qui est 14. Domiciani, passus describatur, Clemens vero, qui eum direxit in Gallias, 12^{0} eiusdem principis anno iuxta superioris opinionem descriptionis sedem accepisse dicatur, mirum potest videri, qualiter anno nondum aut vix expleto possent omnia haec expleri, scilicet ut Dionisius de Roma in Gallias veniret, et tam cervicosum populum ignotus adhuc et advena fidei iugo substerneret, basilicam construeret, aliaque plura quae de eo leguntur, sacerdotum super his commotorum relatio Romam recurreret, divulgataque persecutione, prefectus inde missus in Galliam, Dionisium diversis poenis occideret. Liber quoque passionis Alexandri papae testatur*, quod in ordine pontificum Romanorum Clemens post Petrum primus, hoc est secundus ab illo habeatur. Sic enim ibi scriptum est: *Quinto loco a beato Petro apostolo Romanae aecclesiae kathedram Alexander suscepit*, et reliqua. Quod si Linus a Petro secundus dicatur, necesse est ut et Cletus ante Clementem et Anacletus post eum a numero excludantur, quatinus Alexander quintus inveniatur, scilicet ut, Petro existente primo, Lino secundo, Clemente tercio, Euaristo quarto, Alexander quinto loco subsequatur. Aliter enim Alexander quintus a Petro non habetur, quia, si Linus a Petro secundus et Cletus sive Anacletus ante Clementem fuerit positus, Alexander erit sextus; si vero Cletus ante Clementem et Anacletus post illum ponatur, Alexander septimus habetur, nisi Clemens a Petro secundus numeretur. His et talibus allegatis pro imperitia mea propter rerum et temporum convenientiam, hos magis interim sequendos estimo, qui Linum et Cletum dicunt fuisse sub Petro[e], et illos quidem hoc officium, quod chor-

* Eus. h. e. III, 12. sqq

* Acta SS. Oct. IV. p. 792.

* Acta SS. Mai I, p. 371.

*) XXV. *in margine suppletur;* a — numeratur *des.* 9^{c}. a) *Haec de pontificum ordine desunt* (D?) E. c) *deest* 9^{c}. s. d. p. 5. d) sicque 9^{c}. 10. 11. e) s. p. fuisse 5.

episcopi[a] sub episcopo tenent, administrasse; Clementem vero, Petro ipso[b] tradente, legitimo iure successisse, et idcirco eum a quibusdam primum papam vocatum, quia velut hereditario iure ligandi solvendique a Petro accepisse dicitur pontificatum, pro[c] hoc vero ab aliis dictum tercium esse a Petro, quod sub ipso apostolo precesserint eum Linus et Cletus in sacerdotali officio. Hucusque de his; in sequentibus vero eadem causa pro successionis ordine et temporum serie generat erroris cumulum, qui pro similitudine nominum personis inditorum inolevisse creditur ob incuriam et vitium scriptorum. Fabianus quippe papa legitur[d] sub Decio passus, post quem Cornelius, itemque post eum in catalogo pontificum et in quibusdam etiam chronicis inveniuntur positi Lucius, Stephanus, Sixtus, Dionisius. Cum igitur Fabianus sub Decio passus legatur, Sixtus quoque, sub quo Laurentius archidiaconatum tenebat, per omnes aecclesias et legendo et cantando sub eodem passus predicetur, Decius vero non amplius quam 30 mensibus, hoc est annis duobus et dimidio, regnasse dicatur, a quibusdam etiam minus, id est anno uno et mensibus tribus, si inter Cornelium Fabiani successorem et hunc Sixtum Lucius et Stephanus ponantur, ut quibusdam[e] placet: consequentia rerum stare non potest, cum hic sub Decio, illi sub Valeriano et Galieno passi fuisse legantur, et Cornelius tribus annis, Lucius vero mensibus octo, Stephanus autem duobus annis[f] Romanae sedi prefuisse in aecclesiastica hystoria dicantur. Unde satis intellegi potest, vitio scriptorum pro similitudine nominum ordinem esse confusum, et Cornelio successisse Sixtum, et huic Dionisium, illi autem Lucium, huic vero Stephanum, cui item Sixtum, dein iterum Dionisium, sicque per ordinem reliquos. Haec autem omnia non dico, quasi pro mea garrulitate preiudicium cupiens inferre aliorum meę satis[h] satisque precellentium sententiae, sed quasi pro indagandae veritatis cupiditate, stulticiae notandus elogio, sensum meae denudans imprudentiae. Ceterum sapiens quisque pro captu suo deliberet, quid pro vero tenendum diiudicet, ego vero tot et tantas varietates in hystoriographis cernens et pro tenuitate ingenioli mei mecum ruminando et ammirando perpendens, hystorias, passionum libros, chronicorum exemplaria, quae habere potui, diligenter pro meo captu percurri, multaque inveniens scriptorum neglegentia vel imperitia depravata, propter numerorum varietates litteris designatorum, in quibus facile a diligentibus delinquitur, quanto magis a non adtendentibus, dum aut littera pro littera ponitur vel aliqua forte subducitur, in quantum meae licuit rusticitati nulliusque auctoritatis exilitati, quaedam correxi, temporaque pontificum Romanorum temporibus imperatorum, quam diligentius poteram, annexi, et ab hoc anno dominicae incarnationis 46°, qui est primus beati Petri apostoli in pontificatu Romano, etsi non annos presulum singulorum[i], quos reperire non potui, ordinem tamen cunctorum, sicut ad nos perlatus est, usque in millesimum nonagesimum nonum eiusdem incarnationis annum seriatim perduxi; ubi si sapientum iudicio mea simplex placuerit diligentia nullique veritatis invidentia, gratias Deo; sin autem, melius ostendenti veluti certi et veri cupidus desiderantissime cedo. — Fado successit Alexander.

cf. Ios. A. I. XX, 5.

Anni Alexandri.

Hier. 1. 5. A. D. 47. Domitius orator clarus habetur, qui postea sub Nerone ex cibi redundantia in coena moritur.

H. m. 2. 6. A. D. 48. Inter Therasiam et Theram in mari Aegeo nova insula emersit, 30 stadiorum spacio extenta.

cf. Ios. l. l. Cumanus quidam successit Tyberio Alexandro in procuratione Iudaeae.

H. m. 3. 7. A. D. 49. Sub procuratore Iudaeae Cumano tanta seditio Hierosolimis in diebus azimorum exorta est per culpam militis unius, ut, coartato in exitu portarum populo, 30 milia Iudaeorum caede prostrata et compressa dicantur.

Ios. l. l. 4. 8. A. D. 50. Herodes rex Calcidis, frater Agrippae maioris, moritur, tres filios relinquens, Aristobolum de priori natum uxore, Berenicianum et Hyrcanum ex Beronice, filia fratris sui Agrippae. Cuius regnum Claudius Agrippae inveni dedit, filio Agrippae, quia regnum patris eius iam in provinciam redegit, eo quod ipse tunc puer erat quando

H. m. pater obiit. — Hoc anno tanta fames Romae fuisse dicitur, ut imperator in medio foro correptus a populo convitiisque et fragminibus panum turpissime infestatus, vix furorem plebis evaserit. Eo tempore Paulus apud Athenas aram ignoto deo superscriptam reperit.

Chr. W. 5. 9. A. D. 51. Claudius Iudaeos expulit urbe Roma.

H. m. 6. 10. A. D. 52. Fenix apud Aegyptum visus est, quem volucrem ferunt anno 654° ex Arabia memorato loco advolare.

Chr. W. 7. 11. A. D. 53[k]. Claudius Felicem Iudaeae procuratorem fecit.

8. 12. A. D. 54. Symon magus auctor symoniacae heresis extitit. Apollonius ex Italia ortus, Phytagoricus

H. m. phylosophus, Romae pollebat, ita ut, ipsum quoque Phytagoram fuisse, Phylostratus et alii acrioris ingenii describant.

Chr. W. 9. 13. A. D. 55. Aegyptius quidam pseudopropheta Iudaeos complures seducens a Felice obprimitur.

H. m. 10. 14. A. D. 56. Claudius ab Agrippina uxore sua veneno, ut dicitur, interemptus est anno vitae suae 64°; cuius funus, ut quondam Tarquinii Prisci, diu occultatum est, et dum arte muliebri corrupti custodes aegrum simulant, privignus eius Nero, Agrippinae filius, imperii iura suscepit.[l]

Anni Domitii Neronis.

H. m. Anno dominicae incarnationis 57. ab Urbe vero condita 807.[m] Domitius Nero, filius Domitii Enobarbi et Agrippinae

Hier. sororis Caligulae, quintus ab Augusto, sumpsit imperium, et regnavit annis 14 non plenis, scilicet annis 13, mensibus 7,

Ios. XX, 10. diebus 28. Cuius mater Agrippina filia fuit Germanici fratris Claudii, vir autem Domitius Enobarbus ex nobilissimis Romanorum. Quo mortuo, Claudius amavit eam, et propter amorem eius interemit uxorem suam Messalinam, ex qua habuit filium Britannicum et filiam Octaviam. Habuit etiam ex prima uxore sua nomine Petina filiam Antoniam. Ducta

a) corepiscopi 5. *corr.* coepiscopi 10. *et ita* 11. b) i. t. petro 5. c) per 9c. d) sub d. legitur 5. e) quibusdam — illi *desunt* 10. 11. f) a. d. 5. g) meae 9c. h) *deest* 4. 10. 11. i) s. p. 5. k) LIII. *corr.* LIIII. *in margine vera suppl.:* Anno dni. LIII. Simon — extitit 10. *et ita haec* 11. *recepit.* l) 9c. *add.:* Iheronimi chronica aliter ordinant annos usque ad Constantinum magnum et Silvestrum. m) DCCCLXX° 9c.

vero Agrippina, filium eius Domitium in filium adoptavit eumque Neronem vocavit, et filiam suam Octaviam ei desponsavit. Agrippina vero metuens, ne Britannicus regnum a patre perciperet, de morte Claudii cogitavit. Quo mortuo, repente principem militiae Burrum cum tribunis prepotentibus misit, qui Neronem de castris adductum more principis adorarent. Qui, hoc modo accepto imperio, Britannicum quidem veneno latenter occidit, matrem vero propriam interfecit, hoc ei retributionis impendens. Per quinquennium autem primum bonus apparuit, in tantum ut quidam scripserint, Traianum solere de eo dicere, cunctos principes longe distare a Neronis quinquennio. Reliquum vero quod a quinque annis supervixit ita Caligulae avunculi sui vestigia secutus est, immo supergressus est, ut turpe sit dicere, ad quantam malignitatem pervenerit. Plurimam senatorum partem interfecit, equestrem ordinem pene destituit, bonis omnibus hostis fuit. Libidinibus porro tantis agitatus est, ut ne a matre quidem vel sorore ullave consanguinitatis reverentia referatur abstinuisse, virum in uxorem duxerit, ipse amictus nubentium virginum specie, convocato senatu ad placitandum de ratione dotis ipsisque nuptias celebrantibus, pelle coopertus, fere a viro ut uxor ductus sit. Parricidia multa commisit, matre, fratre, sorore, uxore ceterisque consanguineis interfectis. Urbem Romam per sex dies et noctes incendit, ut quale esset incendium Troiae videret; ipseque stans in altissima turri laetusque prospectans flammas, tragico indutus habitu, Illiadem tragediam canebat. In re militari nichil omnino ausus, Britanniam pene amisit. Auxit molem facinorum eius temeritas impietatis in Deum. Primus enim persecutionem in christianos movit per omne regnum suum, ipsumque nomen exstirpare cupiens, principes apostolorum Petrum et Paulum occidit. Ipse Vespasianum cum filio suo Tito ad destruendam Hierosolimam misit. Inter haec Galba Hyspaniae pretor et Gaius Iulius imperium corripuere. Nero autem, omnibus execrabilis, hostis a senatu iudicatus est; decretum[a] est, ut, furca collo eius inserta, nudus per publicum duceretur, et virgis usque ad mortem caesus, de saxo precipitaretur. Quod ille audiens simulque adventum Galbae comperiens, fugit e palatio, noctisque medio Urbe egressus est. Secuti sunt autem eum Phaon et Epafroditus et Nefitus et spado Nesporo, quem quondam exsectum in mulierem formare temptaverat. Cumque venisset in suburbanum liberti sui, quod est inter Salariam et Numentanam viam ad quartum Urbis miliarium, ictu gladii se percutere voluit, sed trepidante manu hoc perficere non potuit. Et cum nullum inveniret a quo feriretur, exclamavit dicens: *Itane nec amicum nec inimicum habere possum.* Videns hoc Nesporo, adiuvit manum trementem; et ita periit anno vitae suae 31°, imperii 14°, sicque omnis Augusti familia in eo consumpta est. Huius temporibus Romae pollebant Seneca tragicus et phylosophus, Musonius et Plutarchus phylosophi, Iuvenalis et Persius satyrici, Lucanus quoque, filius fratris Senecae, et Statius.

Ios. l. l.

Hier.

Oros. VII, 7.

Aur. Victor.

H.m. et H.R.

Aur. Victor.

H.m.

Anni Neronis.

1. 11. Primo autem Neronis anno Festus successit Felici presidi. Chr. W.

2. 12. A. D. 58. Paulus apostolus apud Festum, presente Agrippa rege, religionis suae rationem exponens, ab eodem Festo vinctus Romam mittitur, ubi et Petrus occurrens, Paulum convenit; et quia Linus iam excessit, Cletum in locum eius subrogavit, qui et ipse annis 12 aecclesiam rexit; Petrus[b] vero predicationi deservivit. Hucusque librum actuum apostolorum Lucas perduxit euangelista. Hier. v. supra. Chr. W.

3. 13. A. D. 59. Probus Beritius eruditissimus gramaticus claruit. Hier

4. 14. A. D. 60. Statius Sursulus poeta Colosensis celebris fuit.

5. 15. A. D. 61. Terremotus Romae et eclypsis solis facta est.

6. 16. A. D. 62. Festo succedit Albinus in presidatu Iudaeae. Chr. W.

7. 17. A. D. 63. Iacobus, frater Domini, lapidatur a Iudaeis, et Symeon[c], frater eius, in locum eius constituitur Hier.

8. 18. A. D. 64. Marcus euangelista passus est Alexandriae. Chr. W.

9. 19. A. D. 65. Persius moritur anno aetatis[d] 29°. Ante mensam Neronis fulmen cecidit. Hier.

10. 20. A. D. 66. Anneus Lucanus Cordubensis poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus, brachium ad secandas venas prebuit.

11. 21. A. D. 67. Nero incendit Romam ad similitudinem Troiae.

12. 22. A. D. 68. Anneus Seneca Cordubensis, preceptor Neronis et patruus Lucani, iussus a Nerone genus mortis eligere, incisione venarum et haustu veneni interiit. Cuius frater Iunius Gallio, egregius declamator, propria se manu[e] interfecit; frater vero illorum Lucius Anneus Melas bona filii sui Lucani a Nerone promeruit.

13. 23. A. D. 69. Vespasianus dux exercitus adversum Iudaeos, qui Gessii Flori, successoris Albini, avariciam non ferentes, rebellabant, a Nerone missus, inter ceteras urbes[f] Iotapatam munitam civitatem cepit, in qua et Iosippum, qui et Iosephus, ducem belli comprehendit. Qui cum interficiendus esset a Romanis, predixit Vespasiano, quod ipse imperator futurus esset, sicque vitam promeruit. Hic est scriptor antiquitatum. Chr. W. cf. Ios. de b. I. III.

14. 24. A. D. 70. Petrus apostolus, peracto predicationis suae tempore, iterum veniens Romam[g], defuncto Cleto discipulo suo, Clementi kathedram Romanam commisit, dans ei suisque successoribus potestatem ligandi et solvendi, sicut ipse accepit a Domino, eodemque[h] anno ipse Petrus iubente Nerone crucifixus est, Paulus vero decollatus. Sedit autem Clemens ann. 19, menses 5, passusque est sub Domiciano 9. Kal. Decembr., licet quidam* contendant, eum passum sub Traiano. Secundum aecclesiasticam hystoriam** primus post Petrum Linus hoc anno Romanam suscepit aecclesiam et per 12 rexerat annos. Nero autem post interfectionem apostolorum se ipsum interfecit ordine supra scripto[i], ut in Romana legitur hystoria, cum quidam scribant, illum in silva errantem a lupis esse devoratum. Hunc Persae in tantum dilexerunt, ut legatos mitterent Romam, multum rogantes, ut concederetur illis licentia fabricandi ei sepulchrum. Ceterum omnes aliae provinciae et tota Roma de interitu eius nimis exultaverunt, in tantum ut omnes vestiti pilleis manumissionum, quod tunc erat signum liberationis, quasi ab impio domino liberati, victoriam celebrarent. — Ignatius Antiochiae secundus ordinatur episcopus, cum eum precesserit Evodius. v. supra * Beda mart. p. 351. ** Eus. h. e. III, 12. Aur. Victor. Hier.

Galba.

25. Anno dominicae incarnationis 71. ab Urbe vero condita 821. Galba, antiquissimae nobilitatis senator, de Sulpiciorum genere progenitus, cum septuagesimum tercium gereret aetatis annum, ab Hyspanis et Gallis electus, mox ab universo exercitu libenter imperator acceptus, statim ut Neronis mortem audivit, Romam venit, sextusque ab Augusto mensibus 7 regnavit. Huius privata vita insignis fuit militaribus et civilibus rebus; sepe fuit consul, sepe procousul, sepe dux in gravissimis bellis, militem suum ita severissime tractans, ut, ingresso eo in castra, diceretur statim ab altero ad alterum: *Disce militare, Galba venit, non Getulicus.* Imperium vero adeptus, cum avariciae vitio segnitiaque omnes H.m.

a) decretumque E1. b) petrus — deservivit *in* 10. *deleta esse videntur, desunt* 11. c) symon 4. 9c. 10. 11. d) a. suae 9c. e) m. se 5. f) *deest folium* E1. g) romam v. 5. h) Eodem 9c. i) s. dicto 4. 9c.

cf. Oros. VII, 8. II. m. offenderet, Pisonem quendam nobilem adolescentem in filium regnumque adoptavit; ipse autem mense septimo in medio Romanae urbis foro decollatus est, insidiis cuiusdam Otthonis, qui post eum arripuit regnum.

Ottho.

Lucius Ottho, occisis Galba et Pisone, invasit imperium Romanorum, ortus ex opido Ferentino, materno genere nobilior quam paterno, neutro tamen obscuro; in privata vita mollis, maximeque in adolescentia turpis et Neronis[a] familiaris, in imperio vero documentum sui non potuit ostendere. Nam cum hisdem temporibus, quibus Ottho Galbam[b] occiderat, etiam Vitellius a Germanicis exercitibus imperator factus esset, bellum contra Vitellium suscepto, tribus levibus praeliis Ottho[c] victor extitit, uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tercio circa locum quem Castores vocant; quarto cum apud Betriacum in Italia victus esset levi praelio, ingentes tamen copias habens ad bellum, sponte semet occidit, 38° aetatis anno transacto, 95° imperii die, scilicet mense 4°. Hic propriis militibus tam amabilis fuit, ut plerique, viso eius corpore mortuo, suis manibus interirent.

Vitellius.

cf. Oros. l. l. II. R. et H. m. Vitellius Romam victor ingressus, vi Romano potitus est imperio, familia honorata magis quam nobili ortus. Nam pater eius Lucius Vitellius non admodum clare natus est, tres tamen ordinarios gesserat consulatus. Hic cum multo dedecore imperavit, multa sevitia ceterisque vitiis notabilis, maxime inglnvie et voracitate, quippe qui de die quarto vel quinto sepe[d] fertur epulatus. Notissima certe coena memoriae mandata est, quam ei Vitellius, frater eius, exhibuit, in qua super ceteros sumptus duo milia piscium et septem milia avicellorum[e] apposita sunt. Interim Vespasianus Hierosolimam obsidens, audita Neronis morte, a militibus imperator creatus est. Quod audiens Vitellius, Sabinum, fratrem Vespasiani, cum multis aliis in Capitolio incenso interfecit. Unde a militibus Vespasiani sub muris Urbis habito praelio superatus, cum in quandam cellulam palatio proximam se contrusisset, turpiter inde protractus, vinctis post tergum manibus, resupinato capite, gladio ad mentum subposito, per forum ad spectaculum vulgi ducitur, multisque fimum et coenum in faciem eius mittentibus, minutis ictibus excarnificatus, unco inde trahitur et in Tyberim proicitur,

Hier. anno aetatis 57°, imperii autem mense 8°. Hi tres post Neronem rapuerunt imperium, Galba in Hyspania, quo missus erat cum exercitu, Ottho Romae, Vitellius in Germania, regnaveruntque anno uno et mensibus sex. — Antiochiae secundus ordinatur episcopus Ignatius.

Anni Vespasiani.

Anno dominicae incarnationis 72. ab Urbe condita 822. Vespasianus in Iudaeam a Nerone cum exercitu missus, comperta morte Neronis, ab exercitu imperator efficitur; dimissoque Tito filio suo in Iudaea ad obsidendam Hierosolimam, ipse per Alexandriam profectus est Romam, ubi, accepto imperio, septimus[31] ab Augusto, regnavit annis 9; obscure

H. m. et H. R. quidem natus, sed vir militari virtute precipuus et optimis comparandus, utpote qui a Claudio missus in Germaniam, deinde in Britanniam[f], tricies et bis cum hoste conflixit multumque Romano imperio adiecit. Hic in imperio moderate se gessit. Inter cetera namque bona hanc gratiam habuit, ut inimicicias in corde non retineret, in tantum ut filiam predicti Vitellii inimici sui, multis dotatam divitiis, nobilissimo traderet marito. Hic cum ab amicis moneretur[f*], ut caveret se a Tametio Pomposiano, de quo sermo vulgabatur quod regnaturus esset, consulem illum fecit, alludens tali cavillo: *Quando regnum acceperit, talis beneficii memor erit.* Talibus sepe verbis iocularibus amicorum iras placavit. Cumque Romam incendiis ruinisque veteribus destitutam repararet, ac multa regno Romano adiciens, cum Tito filio de superatis Iudaeis triumpharet, cunctisque amabilis existeret: profluvio ventris fessus, in villa propria circa Sabinos interiit, anno aetatis[g] 79.

Chr. W. H. m. 26. 1. Cuius anno primo Titus, filius eius, Iudaeos inenarrabili fame cruciavit obsessos, premens eos diversis bellicis instrumentis.

2. Anno dominicae incarnationis 73. Hierusalem a Tito capitur, non sine multo suorum sanguine, subversaque civitate, 600 milia[h] Iudaeorum interfecit, ut Cornelius et Suetonius referunt. Iosephus vero, qui et Iosippus, unus ex Iudaeis, qui ei tunc hello prefuit, scribit, undecies centena milia fame perisse et gladio, et centum milia captivorum publice

Hier. venundata. Ut autem tanta multitudo Hierosolimis reperiretur, causam azimorum fuisse, refert, ob quae ex omni gente Iudaeorum ad templum confluentes, urbe quasi carcere sunt inclusi. Oportuit enim, ut hisdem diebus paschae interficerentur, in[i] quibus Salvatorem interfecerunt. Colligitur autem omne tempus in secundum annum Vespasiani et subversionem Hierosolimorum novissimam a 15. anno Tyberii caesaris et ab exordio euangelicae predicationis anni 42, a captivitate autem, quam ab Antiocho passi sunt Iudaei, anni ducenti, a secundo anno Darii, quo reaedificabatur templum, 590, a prima vero[k] aedificatione sub Salomone anni 1102.

3. A. D. 74. Vespasianus Capitolium coepit reaedificare.

4. A. D. 75. Seditio in Alexandria orta est.

5. A. D. 76. Colossus erectus est, habens altitudinem pedum centum et septem.

Chr. W. 6. A. D. 77. Iosephus hystoriographus claruit.

Hier. 7. A. D. 78. Tres civitates Cipri terremotu corruerunt.

8. A. D. 79. Pestilentia Romae tanta facta est, ut intra non multos dies decem ferme milia hominum morerentur.

9. A. D. 80. Vespasianus profluvio ventris mortuus est.

Anni Titi.

II. R. et H. m. Anno dominicae incarnationis 81. ab Urbe condita 831. Titus, Vespasiani et Domitillae filius, octavus ab Augusto, imperium suscepit, et duobus annis duobusque mensibus regnavit. Hic etiam Vespasianus ex nomine patris dictus est, vir in utraque lingua, scilicet Greca et Latina, disertissimus, bellicosissimus, moderatissimus, omniumque genere virtutum mirabilis, adeo ut amor et delitiae generis humani diceretur. Tantae vero[l] largitatis erat, ut nulli a se petenti negaret. Cumque reprehenderetur ab amicis cur hoc faceret, respondit, nullum debere ab imperatore tristem exire. Quadam itaque die dum[m] recordaretur in coena, quod ea die nulli quicquam prestitisset, dixit assidentibus: *Amici, hodie diem perdidi.* Anno autem aetatis suae 42° obiit in eadem villa qua et pater eius. Tantus vero planctus fuit in urbe Roma pro morte eius, quasi orphani relinquerentur a patre.

Hier. 1. Primo igitur imperii sui anno amphitheatrum Romae aedificavit, in cuius dedicatione 5 milia ferarum[n] occidit.

H. m. Eus. h. e. III, 12. 14. A. D. 82. Repentinum incendium Romae per triduum fuit. Secundum[o] aecclesiasticam hystoriam*, defuncto Lino, Anacletus ordinatur papa, seditque annos 12; sed alii hoc negant[p].

II. m. Anno dominicae incarnationis 83. ab Urbe condita 833. Domicianus, Vespasiani et Domitillae filius, frater Titi iunior, nonus ab Augusto, regnare coepit, et annis 15 ac mensibus sex regnavit. Iste primum finxit se misericordem

a) Neronis *corr.* neroni 9c. neroni 1b. b) galbam ottho 5. c) otho *codd. h. l.* d) *deest* 9c. e) avium 1b. 11. f) britthaniam 5. f*) *pergit* E1. g) a. suc 9c. LXVIIII. E1. h) *deest* 9c. i) *deest* 5. k) autem 5. l) *deest* 9c. m) dum — die *in margine* 9c. n) f. milia 5. o) Secundum — negant *desunt* E. p) 9c. *add.:* Cronica Iheronimi dicunt Cletus, qui et Anacletus.

31) In his numeris Ekkehardus deinceps Hieronimum sequitur, ex quo etiam regni annos et menses enotavit.

et modestum esse, mox Tyberio aut Caligulae vel Neroni similior quam patri aut fratri, ad omnia vitiorum genera progressus est, in tantum ut pro sceleribus omnibus secundo christianos persequeretur, primus post Neronem; in qua persecutione Iohannem apostolum et euangelistam ob predicationem verbi divini in Pathmos insulam relegavit, et Flaviam Domitillam, filiam sororis Flavii Clementis, in Pontianam[a] insulam cum multis aliis exiliavit, multosque nobiles ex Romanis necavit. Hic dominum ac deum se appellari scribique iussit, nullamque nisi auream vel argenteam statuam sibi in palatio statui permisit. In tantam vero mentis segnitiem devenit, ut, remotis omnibus, solus in palatio muscarum persequeretur agmina. Quem cum quidam percunctaretur, an aliquis esset in palatio, respondit: *Ne musca quidem.* Cumque odiosus esset omnibus, coniuratione suorum interfectus est in palatio, asscita in consilium uxore sua Domicia ob amorem Paridis hystrionis, anno vitae suae 35°. Funus eius per vispilliones cum ingenti dedecore exportatum et ignobiliter est sepultum, senatusque nomen eius abradendum[b] decrevit, ne quis eum imperatorem nominaret. Hic in arte sagittandi tam doctus fuit, ut inter expansos digitos hominis a longe stantis sagittam transmitteret. Aur. V. H. m.

1. Hic primo anno suo eunuchos fieri prohibuit. Hier.
2. A. D. 84. Titus decreto senatus inter deos reputatur. Chr. W.
3. A. D. 85. Domicianus plurimos senatorum in exilium mittit[c]. Hier.
4. A. D. 86. Anianus primus post Marcum Alexandriae episcopus obiit, post 22. episcopatus sui annum. Cui Abilius secundus successit. Chr. W.
5. A. D. 87. Quintianus[d] ex Hyspania Calagurritanus primus Romae publicam scolam[e] habuit et salarium e fisco accepit. Hier.
6. A. D. 88. Domicianus mathematicos et phylosophos Urbe pepulit.
7. A. D. 89. Anacletus, tercius a Petro, Clementi successit, sedensque ann. 12, menses 10, passus est sub Traiano, 6. Kal. Mai.
8. A. D. 90. Domicianus forum et multa aedificia fecit. Hier.
9. A. D. 91. Heresis Menandri et aliorum multorum exoritur. Chr. W.
10. A. D. 92. Domicianus de Dacis et Germanicis triumphavit.
11. A. D. 93. Domicianus prohibuit vites in urbibus seri[f].
12. A. D. 94. Domicianus persecutionem secundam in christianos, primus post Neronem, movit. Iuxta[g] aecclesiasticam hystoriam* in urbe Roma Anacletus, 12 annis in episcopatu exactis, sacerdotii sedem Clementi tradidit, quam ille 9 annis tenuit. Hier. * Eus. h. e. III, 14.31.
13. A. D. 95. Domicianus multos nobilium perdidit. Hier.
14. A. D. 96. Dionisius Ariopagita, primus Atheniensium episcopus a Paulo apostolo constitutus, sed postea in Gallias predicator directus, apud Parisium decollatus est cum Rustico et Eleutherio, sub Sisinnio prefecto, anno a passione Domini 64. Vita S. Dion.
15. A. D. 97. Flavia Domitilla in insulam Pontianam exiliata est. Hier.
16. A. D. 98. Domicianus a suis interfectus est. Chr. W.

Nerva.

1. Anno dominicae incarnationis 99. Urbis vero[h] conditae 849. Nerva Cocceius, opido Narniensi genitus, mediae nobilitatis, admodum senex, decimus ab Augusto, suscepit imperium, regnavitque anno uno, menses quatuor, dies octo. Hic in privata vita moderatus et strenuus, in imperio civilissimum se et aequissimum prebuit. Hic ex decreto senatus constituit irritum fieri, quicquid Domicianus fieri iussit, et edicto suo exules omnes revocavit. Unde et sanctus Iohannes apostolus ab exilio Ephesum rediens, et aecclesiam heresibus turbatam inveniens, hortatu fratrum euangelium scripsit, quo fidem rectam confirmavit. Nerva vero, adoptato in regnum Traiano, morbo confectus obiit, mense quinto anni secundi imperii sui, aetatis[i] anno 72. H. m. H. m. cf. Beda chr. cf. Hier.

Anni Traiani*

Anno dominicae incarnationis centesimo, Urbis vero[l] conditae 850. Ulpius Traianus Crinitus, ex urbe Tudertina genitus, genere Hyspanus, ex familia antiqua magis quam clara, cum tamen pater eius consul esset, apud Agrippinam, nobilem Galliae civitatem, imperator factus est, regnavitque, undecimus ab Augusto, annis 19, menses 6, dies 15. Hic rem publicam ita administravit, ut omnibus principibus merito preponeretur. Nam cum duo sint quae ab egregiis principibus expetantur[m], sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia, tantus in eo maximarum rerum fuerat modus, ut quasi temperamento quodam virtutes miscuisse videretur, nisi quod cibo vinoque paululum deditus erat. Laboris patiens fuit, iusticiae iurisque humani et divini tam repertor novi quam veterum custos. Multa Romano imperio adiciebat, multa beneficia per totum orbem quibusque prestabat; fuit enim bellicosus et in omnibus bonis studiosus. Hunc cum amici culparent, quod nimium communis esset erga omnes, respondit: *Imperator talis esse debet erga subiectos, quales erga se imperatores esse optaret ipse privatus.* Huius ergo imperium credebatur divinitus datum in remedium perditi et prostrati senatus Romani, pro eo quod pleraque magnifica illud denunciaverint[n]; in quibus illud precipuum, quod cornix e fastigio Capitolii Attico sermone clamavit: *kalos.* Hic postea deceptus errore, cum persecutionem terciam moveret in christianos, et Plinius Secundus, qui inter ceteros iudices, ut Tertullianus refert, persecutor datus erat, ei suggereret, eos homines nichil morte dignum gerere, nisi quod diis non immolarent, et Christum veluti Deum, ante lucem surgentes, laudareut, a malis vero omnibus abstinerent: rescripsit ei Traianus, christianos pro fide nullatenus inquirendos; sicque persecutio sedata est. Igitur Traianus post ingentem gloriam bello domique quesitam e Perside rediens, apud Seleuciam Ysauriae profluvio ventris exstinctus est, anno vitae suae 63°, mense primo, die 4°, mense[n*] vero 7° anni vicesimi regni sui. Cuius exusti corporis cineres in urna aurea relati Romam, humati sunt in foro Traiani sub eius columna, cuius altitudo 140 pedes habet, et imago subposita est, triumphantium more invecta, senatu et exercitu precunte, solusque omnium intra Urbem sepultus est. Huius memoriae tantum delatum est, ut usque ad nostram aetatem non aliter in senatu principibus acclamaretur nisi: *Felicior Augusto, melior Traiano.* H. m. Aur. V. H. m. cf. H. R.

1. Huius anno primo Iohannes apostolus et euangelista apud Ephesum obdormivit, anno a passione Domini 68°, vitae suae 99°. — Alexandriae tercius ordinatur episcopus Cerdo, qui sedit ibi annis 11. Chr. W. Hier.
2. A. D. 101. Nerva iussu senatus inter Deos refertur[o].
4. A. D. 103. Euaristus papa quartus ordinatur, sedensque annis 8, patitur sub Traiano, 6. Kal. Novembris. Chr. W.
5. A. D. 104. Traianus multos Romano subiecit imperio.
7. A. D. 106. Traianus de Dacis et Scytis triumphavit.

a) pontiam 5. b) adradendum 5. c) misit 5. d) *ita pro* quintilianus *codices.* e) *deest* 9c. f) fieri 9c. in u. v. s. 5. g) Iuxta — tenuit *desunt* E1. h) *deest* E1. i) a. sue 9c. *) *Haec des. codd.* l) *deest* 5. m) expectantur E1. n) pronunciaverunt 5. n*) mense — sui *desunt* 9c. o) 9c. *add.:* Passionales consentiunt Ieronimo, 3. anno Traiani Clementem passum.

Hier. 8. A. D. 107. Terremotu quatuor urbes Asiae subversae sunt.

10. A. D. 109. Traianus persecutionem quartam[a] movit in christianos, in qua Symeon, filius Cleophae, qui in
Chr. W. Hierosolimis episcopatum tenuit post Iacobum, crucifigitur, eum esset annorum 120; pro quo Iustus ordinatur. Ignatius
Hier. quoque secundus Antiochiae episcopus Romam adductus, bestiis traditur; pro quo tercius Heros constituitur.

11. A. D. 110. Plinius Secundus clarus habetur, et pro christianis agit.

cf. Chr. W. 12. A. D. 111. Alexander quintus Romanae aecclesiae papa ordinatur, sedensque annis 10, cum Eventio et Theodolo patitur 5. Nonas Mai sub Adriano, duce Aureliano. Quartus Alexandriae ordinatur epi-
Hier. scopus nomine Primus, seditque annis 12.

14. A. D. 113. Tres civitates Galatiae terremotu corruerunt.

15. A. D. 114. Hierosolimae quartus episcopus ordinatur Zacheus, post quem Tobias quintus, Beniamin sextus, Iohannes septimus, Mathias octavus, Philippus nonus, Seneca decimus, Iustus undecimus[b], Levi duodecimus, Effrem tredecimus, Ioses vel Iosepb decimus quartus, Iudas decimus quintus. Hi quindecim ab apostolis usque ad eversionem et restaurationem Hierusalem, quae sub Adriano facta est, ex circumcisione prefuerunt Hierosolimis a passione Domini per annos fere centum et sex.

16. A. D. 115. Traianus Armeniam et Syriam ac Mesopotamiam fecit provincias.

18. A. D. 117. Salaminam Cypri urbem subverterunt Iudaei.

19. A. D. 118. Traianus profluvio ventris moritur. His temporibus apud Asiam supererat adhuc et florebat ex apostolorum discipulis Policarpus Smirneorum aecclesiae episcopus, et Papias similiter apud Hierapolim sacerdotium gerens.

Anni Adriani.

H. m. Anno dominicae incarnationis 119. Urbis conditae 870. Helius Adrianus, genere Italicus, filius Adriani qui fuit consobrinus Traiani, de Adria civitate agri Piceni, unde et mare Adriaticum dicitur, duodecimus ab Augusto, imperator efficitur, regnavitque annis 21. Hic licet esset filius consobrini Traiani, noluit tamen eum[c] adoptare. Sed sine voluntate eius factus est imperator, operam tamen dante Plotina, uxore Traiani. Unde et gloriae Traiani invidens, tres provincias reliquit, quas Traianus adiecit, Armeniam, Assyriam et Mesopotamiam. Hic eruditissimus et facundissimus fuit Greco Latinoque sermone, acutus nimis ad interrogandum et respondendum, ordinata respondens ordinatis, iocosa iocosis, maledica maledicis, cantilenam cantilenis, ficta fictis, ita ut premeditatum crederes eum contra omnia. In
Aur. V. omnibus enim omnia studia Atheniensium secutus est, in loquendo, in canendo, in psallendo, in medicinae artem discendo, in musica, in geometria. Item pictorum et figulorum scientiam babuit, et omnia haec perfecte didicit aliaque multa, ita ut rara esset res illi non experta, et super quam credi possit[d] haec in memoria retinebat, loca, res, causas, milites, et eos quos numquam videbat propriis nominibus appellabat. Fuit homo varius et[e] multiplex ac multiformis,
H. m. dissimulator in bono et malo[e*]; et ut bonum se ostenderet, vitia quae habebat callide abscondebat. Hic per Quadratum, apostolorum discipulum, et per Aristidem Atheniensem, virum fide sapientiaque plenum, et per Serenum Granium legatum libris de christiana religione compositis instructus, mitior christianis efficitur. Multos labores sustinuit orbem
Iord. de r. s. circuiendo et multa reparando, Alexandriam et Hierosolimam dudum subversas restauravit, Iudaeos denuo rebelles
H. m. ultima caede perdomuit, ablata eis licentia Hierosolimam introeundi, quam ipse in meliorem statum in eo loco, ubi
Beda chr. Dominus[f] extra portam crucifixus est, restauravit et Heliam de suo nomine vocavit. Obiit[g] in Campania apud Baias morbo subcutaneo, anno aetatis suae 62°, imperii 21°, mense decimo.

Chr. W. 1. Primo anno suo Alexandriam publicis[h] restauravit impensis.

Hier. 2. A. D. 120. Senatus inter Deos refert Traianum.

Chr. W. 3. A. D. 121. Alexander papa passus est. Cui succedens Sixtus papa sextus, sedit annis 9, patiturque sub Adriano, 8. Idus Aprilis.

Hier. 4. A. D. 122. Iustus Alexandriae quintus ordinatur.

8. A. D. 126. Saturnides et alii duo hereses condiderunt.

Chr. W. 10. A. D. 128. Quadratus, apostolorum discipulus, et Aristides Atheniensis noster phylosophus libros de fide
Hier. composuerunt.

Chr. W. 12. A. D. 130. Thelesphorus papa 7[us] ordinatur, sedensque annis 10, patitur sub Adriano, Nonas Ianuar.
Bedae mart. Hic constituit, missas in sancta dominicae[i] nativitatis nocte celebrari, et tempore sacrificii gloria in excelsis cantari.
Hier. Antiochiae 4[us] episcopus Cornelius ordinatur.

Chr. W. 13. A. D. 131. Nicopolis et Caesarea terremotu corruerunt.

Hier. 14. A. D. 132. Eumenes Alexandriae sextus ordinatus[k], sedit annis 13.

Chr. W. 19. A. D. 137. Hierosolima ab Helio Adriano restaurata et ab eius nomine Helia vocata est.

Hier. 20. A. D. 138. Marcus Hierosolimae ordinatur episcopus primus ex gentibus, cum antea fuerint quindecim ex circumcisione.

Iord. 21. A. D. 139. Adrianus morbo subcutaneo moritur. Hoc regnante, Aquila Ponticus scripturas sacras de Hebreo
de r. s. transtulit in Grecum.

Anni Antonini. Anni ab initio 4100.

H. m. Anno dominicae incarnationis 140. Urbis conditae 891. Antoninus Fulvius Boionius, qui propter clementiam postea cognominatus est Pius, generel claro, sed non admodum vetere, tercius decimus ab Augusto, sortitus est imperium,
Aur. V. regnavitque annis 22, menses tres. Iste ab Adriano adoptatus est in filium, cuius et gener fuit, vir insignis, et qui
H. m. merito Numae Pompilio conferatur, sicut et Traianus Romulo acquatur. Vixit ingenti honestate privatus, maior in imperio, nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari gloriae moderator, defendere magis provincias quam ampliare studens, viros acquos ad[m] amministrandam rem publicam querens. Et cum orbem terrae nullo bello per annos 22 auctoritate sola rexerit, adeo tremebant eum et amabant cuncti reges et nationes ac populi, ut parentem sive patronum magis quam dominum vel imperatorem eum reputarent, omnesque in morem caelestium propicium optantes, de controversiis inter se iudicem poscerent. Obiit autem anno vitae suae 77.

Chr. W. 1. Primo huius anno Yginus papa octavus ordinatus, sedit annis 4, decessitque 4. Idus Ianuar. Hic clerum
Bedae mart. constituit et gradus distribuit.

Chr. W. 2. A. D. 141. Valentinus et Cerdo aecclesiam impugnant heresi.

a) terciam 9c. b) I. u. *desunt* 9c. c) *deest* 9c. d) posset 4. potest 5. e) ac 5. e*) in m. E1. f) ubi c. est d. e. p. 5. g) o. autem 9c. h) publice 9c. i) s. nocte d. n. 5. k) ordinatur sextus. sedit 5. sextus ordinatur seditque 10. ord. sed. E1. l) g. c. s. n. a. v. *desunt* E1. m) *ita* E1. *deest rell.*

3. A. D. 142. Idem heresiarchae Romam venerunt. Hier.

4. A. D. 143. Iustinus phylosophus librum pro christiana religione compositum Antonino obtulit eumque benivolum erga christianos fecit. Beda.

5. A. D. 144. Pius papa nonus sedit annis 15; migravit[a] 5. Idus Iulii. Chr. W.

6. A. D. 145. Antiochiae quintus constituitur episcopus Heros. Hier.

7. A. D. 146. Alexandriae septimus ordinatur Marcus per[a*] annos 10.

11. A. D. 150. Apollonius Stoicus Calcedonicus claruit.

14. A. D. 153. Crescens quidam Cynicus phylosophus in Iustinum, nostri dogmatis phylosophum, persecutionem movit, quia illum gulosum et phylosophiae prevaricatorem esse coarguit, in qua persecutione Iustinus gloriose pro Christo sanguinem fudit.

15. A. D. 154. Antoninus commotus heresi Crescentis, universis Asiae plebibus scripsit epistolam pro christianis. Eus. h. e. IV, 13.

16. A. D. 155. Alexandriae Celadion[b] ordinatur octavus, qui sedit annis 14. Hier.

20. A. D. 159. Anicetus papa decimus ordinatur, qui sedit annis 10. Sub quo Policarpus Romam veniens, multos correxit, quos Valentini et Cerdonis error subvertit. Hic ergo Anicetus constituit, ut clerus comam non nutriat, passusque est sub Marco et Severo 16. Kalend. Mai. Chr. W. Hier. Beda mart.

21. A. D. 160. Hierosolimae post Marcum ordinatur Cassianus 17us, deinde Publius 18us, Maximus 19us, Iulianus[b*] 20us, Gaianus 21us, Simmachus 22us, Gaius 23us, Iulianus 24us, Capito 25us. Hier.

22. A. D. 161. Antoninus obiit apud Dorium villam suam.

Anni Antonini Veri.

Anno dominicae incarnationis 162. ab Urbe condita 913. Marcus Aurelius Antoninus Verus, 14us ab Augusto[c], imperium adeptus est, in quo regnavit annis 19. Iste haut dubie nobilissimus fuit, quippe cuius origo paterna a Numa Pompilio, materna vero a Solentino rege pendebat. Hic omnes virtutes et caeleste habebat ingenium, et in calamitatibus publicis factus est quasi defensor, et si in illis temporibus ipse non fuisset, sine dubio gloria Romana perisset. Iste propinquum suum Lucium Annium Antoninum Severum, qui erat gener Antonini Pii, nova benivolentia consortem imperii fecit, tumque primum Romana res publica duobus aequo iure imperium amministrantibus paruit, cum usque ad illos semper singulos habuisset augustos. Hi bellum contra Parthos gesserunt, ad quod tamen Lucius Annius Severus perrexit, multaque et ingentia per se ducesque suos peregit, rediensque cum victoria, in Venetia obiit, anno imperii 11o, sicque Marcus Antoninus iterum solus imperium obtinuit. H. m. Aurel. Vict. H. m. et H. R.

1. Primo huius anno Vologesus rex Parthorum post victoriam Traiani tunc primum rebellans, vicinas sibi Romanas provincias depopulatus est, contra quem Lucius Annius profectus est. Hier. et H. m.

2. A. D. 163. Lucio caesari Athenis sacrificanti ignis in caelo ab occidente in orientem ferri visus est. Hier.

3. A. D. 164. Frouto orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum Latinis litteris erudivit.

4. A. D. 165. Seleucia urbs Assyriae cum trecentis milibus hominum a Romanis capta est.

6. A. D. 167. Orta persecutione quarta a Nerone, sub his regibus Policarpus et Penius et alii multi passi sunt.

8. A. D. 169[d]. Sother papa 11us ordinatur, sedensque annis 9, decessit 11. Kal. Mai. Agrippinus Alexandriae nonus ordinatur episcopus. Chr. W. Hier.

9. A. D. 170. Theophylus, vir sapiens, ordinatur Antiochiae 6us.

10. A. D. 171. Dionisius Chorinthiorum episcopus clarus habetur, sed et Pinitus Cretensis episcopus, Melito Sardensis, Philippus[e] et Apollinaris, Musanus et Modestus, et precipue Hyreneus Lugdunensis episcopus. Egesippus quoque his temporibus claruit, qui sub Aniceto papa Romam veniens, usque ad Eleutherium papam permansit, multaque ingenii sui monimenta reliquit. Eus. h. e. IV, 21. ib. 22.

11. A. D. 172. Lucius Annius Antoninus[f] Severus obiit, et Aurelius Marcus Antoninus Verus regnum solus obtinuit, sed Lucium Commodum filium suum regni consortem fecit. v. supra. Hier.

12. A. D. 173. Melito Sardensis episcopus apologeticum Antonino imperatori pro christianis dedit.

16. A. D. 177. Antiochiae 7us ordinatur Maximinus.

17. A. D. 178. Eleutherius papa 12us ordinatur, sedensque annis 13, decessit 8. Kal. Iunii. Ad hunc Lucius rex Britanniae litteras misit, rogans ut baptizaretur, quod et impetravit. cf. Chr. W. Beda.

19. A. D. 180. Antoninus in Pannonia moritur. Chr. W.

Anni Commodi.

Anno dominicae incarnationis 181. Urbis vero conditae 932. Lucius Aurelius Commodus Antoninus, filius Marci Antonini Veri, 15us ab Augusto imperium accepit, et annis 12 ac menses 8 regnavit, nichil paternum habens, nisi quod contra Germanos et ipse feliciter pugnavit. Hic Septembrem mensem ad nomen suum transferre conatus est, ut Commodus diceretur. In luxuriis et omni sorde vixit; senatores multos[g] interfecit, maxime quos vidit nobilitate et sapientia precellere, inter quos et Salvium Iulianum legislatorem occidit. Huic Martia libertini generis uxor fuit, forma et meretriciis artibus pollens. Quae cum animum eius penitus devinxisset, egresso e balneo veneni poculum obtulit, immissoque ei fortissimo palestrita, in domo Vestiliani eum strangulari fecit, anno aetatis suae 32. Qui in tanta execratione fuit omnibus, ut hostis humani generis etiam mortuus iudicaretur. H. m.

1. Hic primo imperii sui anno de Germanis feliciter triumphavit. Iulianus Alexandriae decimus ordinatus, sedit annis decem. Hier.

3. A. D. 183. Panthenus[h] et Clemens Alexandriae claruerunt. Chr. W.

4. A. D. 184. Hierosolimis ordinatur Maximus episcopus 26us, post quem Antonius 27us, Valens 28us, Dulichianus 29us, Narcissus 30us, Dius 31us, Germanio 32us, Gordius 33us, item Narcissus, qui supra. Horum episcopatus anni et tempora non sunt cognita[i]. Hier.

8. A. D. 188. Origines Alexandriae nascitur. Chr. W.

10. A. D. 190. Serapion[k] Antiochiae ordinatur episcopus 8us. Hier.

11. A. D. 191. Victor papa 13us ordinatur, sedensque annis 10, patitur suh Severo Septimo[l] 12. Kalend. Mai. Demetrius ordinatur Alexandriae 11us, seditque annis 43[m]. Chr. W. Hier.

12. A. D. 192. Serapion[n] Antiochiae ordinatur episcopus 8us.

13. A. D. 193. Aurelius Commodus, omnibus incommodus, strangulatur. Chr. W.

a) migravitque E1. a*) sedit per E1. b) peladion 1b. b*) julius 5. 9c. iulius XXIus. simmachus 10. c) ab a. *desunt* 9c. d) A. d. 169. *desunt* 9c. e) phylosophus 9c. f) *in marg. suppl.* 5. *deest* 9c. antonius 4. g) multosque 9c. h) pantherus 4. panthens 5. 9c. *omnia desunt* 10. 11. i) nota 5. k) serapion — VIIIus *desunt* 10. 11. l) septimio 5. m) XLII. 9c. n) *Haec des.* 1b. 4. *cf. a.* 190.

Helvius Pertinax.

Anno dominicae incarnationis 194. Urbis conditae 945. Helvius[a] Pertinax, 16[us] ab Augusto, suscepit imperium, regnavitque menses sex. Hic ex libertino patre in Liguria natus, cum prefecturam Urbis ageret, iam septuagenarius ex senatus consulto suscepit imperium coactus et repugnans; unde et Pertinax dictus est; per multos labores ad summos provectus honores; qui in tantum certavit, ut fortunae pila vocaretur. Hic, obsecrante senatu, ut uxorem suam vocaret augustam filiumque suum caesarem: *Sufficere*, inquit, *debet, quod ego ipse invitus regnavi, cum non mererer*. Hunc septimo mense sive, ut alii* volunt, octogesimo primo die occidit in palatio Didius Salvius Iulianus, iurisperitus Mediolanensis, vir nobilis, nepos Salvii Iuliani illius qui sub divo Adriano leges composuit, factiosus, preceps, regni avidus. Occiso autem Helvio Pertinace, idem Iulianus rem publicam invasit, sed non[b] ultra septem menses regnavit. Hoc enim tempore Niger Piscenius apud Antiochiam et Severus Septimus[c] in Sabaria Pannoniae elevantur imperatores. Ab hoc Severo Iulianus bello civili victus est apud pontem Molbium, et fugiens in palatium, captus est, et extenta cervice more damnatorum decollatus est.

H. m. — Iord. d. r. s. — *H. m. — H. m.

Anni Severi.

Anno dominicae incarnationis 195. ab Urbe condita 946. Severus Septimus[d] adeptus est imperium, 17[us] ab Augusto, regnavitque annis 17, menses 3. Iste oriundus ex Africa, solus memoria omnium ex Africa imperator fuit. Primum fisci advocatus fuit, mox militaris tribunus, per multa deinde et varia officia usque ad amministrationem totius publicae rei pervenit; et quia Helvium Pertinacem ultus est in Iuliano, Pertinacem se dici voluit. Bella multa feliciter egit, ex quibus maximum in Britannia, ubi, ut receptas provincias in securitate teneret[e], vallum firmissimum, crebris turribus superpositis, per 132 milia passuum a mari ad mare perduxit, ibique apud Eburacum moritur, anno vitae suae 65°, imperii 18°. Duos filios reliquit, Bassianum et Getam, sed Geta hostis publicus iudicatus est, Bassianum vero successorem reliquit, cui nomen Antonini imponi voluit. Huius tempore persecutione quinta in christianos facta, multi pro fide Christi coronati sunt, inter quos et Leonides, pater Origenis, martirizatus est. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Iudaeorum factus proselitus, item divinas scripturas ex Hebreo in Grecum transfudit, suamque editionem condidit. Sed hic, ut in aecclesiastica hystoria legitur*, Hebioneus fuit, quae est heresis, asserens Christum, de Ioseph et Maria natum, purum hominem fuisse, et legem ritu Iudaeorum servandam esse. Commentarios etiam quosdam idem conscripsit, in quibus conatur de euangelio secundum Matheum auctoritatem suae hereseos confirmare. Post hunc anno pene tercio Theodotio Ponticus item suam in eodem opere editionem[f] fecit.

H. m. et H. R. — Chr. W. — Iord. de r. s. — * VI. 14. — Iord. — Hier.

1. Primo anno suo Severus Iuliauum interfecit, seque Pertinacem appellari precepit.

2. A. D. 196. Clemens Alexandrinae aecclesiae presbiter et Panthenus Stoicus phylosophus, in disputatione dogmatis nostri disertissimi, adhuc floruerunt.

3. A. D. 197. Narcissus Hierosolimitanus episcopus et Theophylus Caesariensis, Policarpus quoque et Bachilus, Asianae provinciae episcopi, insignes habentur.

4. A. D. 198. Questione orta in Asia inter episcopos, an secundum legem Moysi 14. die mensis primi pascha celebrandum esset, Victor papa, datis late libellis, constituit, die dominica pascha celebrari, sicut et predecessor eius Eleutherius, a 14. luna primi mensis usque in vicesimam primam. Cuius decretis favens Theophylus, Caesariae Palestinae episcopus, cum ceteris episcopis, qui in eodem concilio erant, scripsit synodicam epistolam valde utilem adversus eos qui cum Iudaeis pascha celebrabant[h].

Beda chr. — Chr. W.

6. A. D. ducentesimo Severus Parthos et Arabas superat.

9. A. D. 203. Zepherinus[i] papa 14[us] ordinatur, sedensque annis 18, migravit 7. Kalend. Septembris.

10. A. D. 204. Persecutio quinta facta est in christianos, in qua[i*] inter multos alios Leonides, pater Origenis, passus est pro Christo; ipse vero Origenes octavum decimum agens aetatis annum, in multisque proficiens, grammaticam etiam gentiles docebat, multosque ad fidem convertebat, inter quos Plutarchum et fratrem eius Heraclam, quorum Plutarchus etiam martirii palmam consecutus est, Heraclas vero post Demetrium Alexandriae prelatus est.

Eus. h. e. VI, 3.

11. A. D. 205. Alexander ob confessionem Christi clarus habetur.

Hier. — Chr. W.

13. A. D. 207. Perpetua* et Felicitas bestiis deputantur Kartagini.

Hier.

15. A. D. 209. Severus bellum in Britannos[k] transfert.

16. A. D. 210. Tertullianus omnium ore celebratur.

17. A. D. 211. Origenes Alexandriae studet.

18. A. D. 212. Severus[l] Eburaci moritur in Britannia.

Anni Antonini Caracallae.

Anno dominicae incarnationis 213. ab Urbe condita 965. Marcus Antoninus Bassianus Caracalla, filius Severi, 18[us] ab Augusto, successit patri in imperium, regnavitque annis sex mensesque[m] duos. Hic Bassianus a nomine avi materni dictus, rogatu patris a senatu* appellatus est Antoninus. Et quia plurimas vestes e Gallia deferens, talares caracallas ex his[n] fecit, populumque his vestibus indutum ad salutandum se ingredi precepit, Caracalla nuncupatus est. Hic morum fere paternorum paulo fuit asperior et minax, impatiens fuit libidinis, in tantum ut novercam suam Iuliam duxisset uxorem. Hic, conspecto Magni Alexandri corpore, Magnum se atque Alexandrum iussit appellari, adulantium fallaciis eo perductus, ut truci fronte et ad laevum humerum conversa cervice, quod in ore Alexandri notaverat, incedens, fidem vultus simillimi persuaderet sibi. Is adversum Parthos moliens expeditionem, apud Edissam secedens ad officia naturalia, a milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est, anno aetatis suae[o] 44.

H. m. — Aur. V. — H. m.

1. Primo huius anno Asclepiades episcopus nonus Antiochiae ordinatur.

Hier.

2. A. D. 214. Alexander episcopus Capadociae cum locorum sanctorum desiderio Hierosolimam tenderet, vivente adhuc Narcisso episcopo eiusdem urbis 30[mo], persenilis aetatis viro, et ipse ibi ordinatus est episcopus, Domino ut id fieret per revelationem precipiente. Hic itaque Narcissus mirae sanctitatis vir fuit, qui inter plurima virtutum insignia in vigiliis paschae, cum oleum luminaribus deesset, aquam infundi iussit, quam benedicens oleum fecit. Postea a quibusdam male sibi consciis, cum iudicium eius formidassent, noxio quodam crimine infamatus est; quorum unus ita ut non igni consumeretur, vera se dicere testabatur, alius ne morbo regio corrumperetur, tercius ne luminibus privaretur. Et quamvis nullus, qui vitam eius noverat, illis licet iurantibus crederet, ille tamen molestias non ferens et[p] quietam vitam diligens, subterfugit, et in secretioribus locis per annos delituit. Primus autem ille testis, ex parva scintilla nocte domo sua succensa, cum omni familia* igni consumptus est, alius regio morbo a pede usque ad verticem corruptus est,

Eus. h. e. VI, 7.

a) helius 5. *et ita infra.* b) frustra 9c. c) VIIus 4. septimius 5. 9c. 10. septimus *corr.* septimius E1. d) septimius 4. 5. septimus *corr.* septimius E1. septimus *corr.* septunius 1[b]. e) possideret 5. f) in editionem 9c. g) ad 9c. h) celebrant *corr.* celebrabant 9c. celebrant 10. 11. i) zephyrinus 5. i*) qua Leonide patre or. ut dictum est passo p. chr. ipse orig. E1. k) brittannos 4. 5. britannios 9c. l) s. septimius 5. m) mensibusque duobus E1. n) ex h. *des.* 9c. o) *deest* E1. p) *deest* 9c.

tercius priorum cernens exitum, tandem confessus est reatum suum, et eo usque perstitit in fletibus [quousque[a] luminibus privaretur]. Narcissus vero cum non inveniretur, necessarium visum est episcopis, ut ordinarent pro eo alium, cui nomen Dius; cui post parvum tempus successit Germanio, et huic Gordius. Cum ecce subito quasi redivivus apparuit Narcissus, rursusque rogatu fratrum loco suo est restitutus; cui iam centum et sedecim annorum Alexander divino monitu vivo successit, et cum eo aecclesiam strenue rexit. Eus. h. e. VI, 8.

7. A. D. 219. Editio quam nominamus quintam Hierosolimis est inventa. Iord. de r. s.

Anno dominicae incarnationis 220. ab Urbe condita 971. Opilius Macrinus, qui prefectus erat pretorii, 19us ab Augusto, imperator efficitur ab exercitu cum Diadumeno filio suo, regnansque annum unum et menses duos, ab eodem exercitu apud Archelaidem tumultuante occiditur cum filio. Antiochiae ordinatur Philetus episcopus decimus. H. m. Hier.

Anni Aurelii.

Anno dominicae incarnationis 221. Urbis vero conditae 972. Marcus Aurelius Antoninus Varus, qui putabatur filius Antonini Caracallae ex consobrina sua occulte stuprata, vicesimus ab Augusto, imperator factus, regnavit annis quatuor. Huius matris avus Basianus sacerdos fuit solis, quem Phenices Heliogabalum[a*] nominant, unde et iste Heliogabalus dictus est, sacerdos et ipse in templo Heliogabali. Is cum Romam ingenti militum et[b] senatus expectatione venisset, probris omnibus se contaminavit, impudicissimeque vivens, nullum obscoenitatis genus omisit. Unde et cupiditatem stupri, quam naturae defectu assequi nondum poterat, in se transferens, muliebri nomine Basianam se pro Basiano[c] iussit appellari, Vestalem virginem quandam quasi in matrimonio iungens sibi, abscisisque genitalibus, Matri Magnae se consecravit. Hic Marcellum consobrinum suum, qui postea Alexander dictus est, caesarem fecit. Post triennium vero et menses 8 ex quo regnare coepit, Romae tumultu militari cum matre sua interfectus est, anno aetatis[d] 16, corpusque eius per Urbis vias more canini cadaveris tractum est a militibus, cavillo militari appellantibus eum indomitae rabidaeque libidinis catulam. Hyppolitus episcopus, multorum conditor opusculorum, canonem temporum quem scripsit hucusque perduxit, qui etiam sedecennalem paschae circulum reperiens, Eusebio, qui decennovennalem composuit, occasionem dedit. H. m. et H. R. Iord. de r. s. H. m. Beda.

1. Primo Aurelii anno Calistus papa 15us ordinatus, sedit annis quinque, passusque est sub Alexandro imperatore 2. Idus Octobris. cf. Chr. W.

3. A. D. 223. Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Africano temporum scriptore. Hier.

4. A. D. 224. Aurelius militari tumultu occiditur. Chr. W.

Anni Alexandri.

Anno dominicae incarnationis 225. a conditione Urbis 976. Aurelius Severus Alexander, ignobilis fortunae, 21us ab Augusto, imperator factus est, iuvenis admodum, ab exercitu caesar nominatus, a senatu augustus, regnavitque annis 13. Hic Mammeam matrem suam[e] pie et unice dilexit, pro quo omnibus placuit. Illa vero ei multum dominata, eo usque illum coegit, ut illa ipsa permodica, si qua mensae superessent, quamvis semesa, alteri convivio reservarentur. Quae tamen postea Origenem presbiterum audire curavit, eumque Antiochiam vocatum honorifice tractavit, et eo audito, christiana facta est. Alexander itaque, suscepto bello adversus[e*] Persas, Xersen regem eorum gloriosissime vicit, militarem disciplinam severissime rexit, Romae quoque favorabilis et amabilis fuit. Cuius tempore Taurinus in oriente sumpsit imperium, Iulianus Maximus in Gallia. Alexander vero apud Mogontiacum positus, cum videret se a militibus deseri, optavit ut aliquis eum occideret. Cumque ei unus cum gladio occurrisset, ille obvoluto capite cervicem prebuit, statimque periit, anno vitae[f] 26°, imperii 13°. Sub cuius item imperio in Nicopoli Actiaca, id est in Epyro, editio quam sextam dicimus inventa est. cf. Iord. de r. s. H. m. Beda. H. m. Iord. de r. s.

1. Hic primo regni sui anno Xersen regem Persarum vicit. Chr. W.

2. A. D. 226. Urbanus papa 16us efficitur, sedensque annis 8, multos convertit ad fidem et ad martyrium exhortatus[g] est, ipseque passus est sub Alexandro, 8. Kal. Iunii.

4. A. D. 228. Ulpianus iuris consultus, assessor Alexandri, claruit. Hier.

7. A. D. 231. Antiochiae constituitur Zebennus episcopus 11us.

10. A. D. 234. Pontianus papa 17us ordinatus, sedit annis sex, passusque est sub Maximino, 12. Kalend. Decembris. Heraclas Alexandriae ordinatur 12us. cf. Chr. W. Hier.

11. A. D. 235. Origenes de Alexandria in Palestinae Caesaream transit.

13. A. D. 237. Alexander Mogontiae occiditur.

Anni Maximini.

Anno dominicae incarnationis 238. Urbis conditae 989. Iulius Maximinus, genere Trax, ordine miles, 22us ab Augusto, imperator factus est, sola militum voluntate, sine senatus auctoritate, regnavitque annis tribus. Hic persecutionem sextam a Nerone in christianos exercuit. Huius tempore duo Gordiani, pater et filius, imperium[h] arripuerunt, sed unus post unum interierunt. Maximinus autem, bello adversus Germanos suscepto et feliciter acto, apud Aquileiam a Puppiano quodam interfectus est cum filio adhuc puerulo[i], cunctis militari ioco clamantibus, ex pessimo genere nec catulum habendum fore. H. m.

2. A. D. 239. Maximinus persecutionem sextam movit in christianos, in qua cum Pontianus papa occubuisset, Antheros ei successit 18us papa, sed post mensem unum diesque tredecim et ipse passus est, 3. Nonas Ianuarii. cf. Chr. W.

Anni ab inicio 4200.

3. A. D. 240. Fabianus papa 19us ordinatur, sedens[k] annis 13 et menses 11, passus est sub Decio, 13. Kalend. Febr. Maximinus imperator Aquileiae occiditur. Antiochiae Babillas ordinatur 12us. Hier.

Anni Gordiani.

Anno dominicae incarnationis 241. ab Urbe condita 992. Gordianus, nepos Gordiani ex filia, ortus Romae ex clarissimo patre, 23us ab Augusto, imperator creatus, regnavit annis 6. Hic cum Romam venisset, Puppianus et Balbinus fratres, qui occiso Maximino imperium invaserunt, de rustico genere, in palatio interfecti sunt. Gordianus autem admodum puer, cum Tranquillinam[l] duxisset uxorem Romae, ad orientem profectus, bellum Parthis intulit; quo feliciter gesto, Persas ingentibus praeliis afflixit, et cum rediret, a Philippo, qui post eum regnavit, occisus est, anno vitae[m] vicesimo. H. m. et H. R.

1. Huius anno primo Iulius Africanus cronographus inter aecclesiasticos scriptores nobilis habetur; qui in cronicis quae scripsit refert, se Alexandriam properasse, Aradae opinione celeberrima provocatum, quem et in divinis et in humanis et phylosophicis studiis atque in omni Greca doctrina instructissimum fama loquebatur. Beda.

2. A. D. 242. Origenes in Caesarea Palestinae Theodorum, cognomento Gregorium, et Anthenodorum, fratrem eius, postea Ponti episcopos insignes, divina imbuit sapientia. Eus. h. e. VI, 22.

3. A. D. 243. Porphirius, Plotini Platonici phylosophi auditor, Romae clarus habetur. H. m.

a) *haec solus* E1. a*) eliogaballum 5. eliogabalum 4. 9c. b) ac 5. c) bassiano 5. 9c. 10. d) a. suae 9c. e) *deest* E1. e*) adversum E1. f) v. suae 9c. g) coartatus 9c. h) regnum 5. i) paruulo E1. k) sedensque E1. l) tranquillam E1. m) v. suae 9c.

H. m. 4. A. D. 244. Theopompus Cheronice[a] et Nicanor sophista Athenis clarnerunt.
cf. Chr. W 5. A. D. 245. Gordianus bellum Parthis intulit.
6. A. D. 246. Gordianus a Philippo interficitur.

Anni Philippi.

H. m Anno dominicae incarnationis 247. Urbis conditae 998. Marcus Iulius Philippus, 24us ab Augusto, invasit imperium, occiso Gordiano, et una cum filio suo Gaio Iulio Saturnino Philippo regnavit annis 7. Isti omnium imperatorum primi Romae[b] christiani effecti sunt, et in ipsis paschae vigiliis cum iungi vellent sacrificiis et communicare, a Fabiano pontifice Romano non permissi sunt, nisi prius confiterentur peccata sua et inter poenitentes starent. Quod illi suscipientes libentissime, divinum sibi metum et plenissimam christianitatis fidem rebus et operibus comprobant[c] inesse. His anno iam[d] tercio imperantibus, millesimus annus conditae urbis Romae impletus est; quo sollempniter ab
Hier. omnibus celebrato, innumerabiles bestiae in circo magno interfectae sunt, ludique theatrales in campo Martio celebrati,
H. m. trihus diebus ac noctibus populo pervigilante. Ambo deinde, scilicet pater et filius, ab exercitu interfecti sunt, pater Veronae, medio capite supra ordines dentium preciso, filius vero Romae, cum esset annorum 12. Hic adeo severi fuit animi, ut iam a quinquennii aetate nullo cuiusquam commento ad ridendum solvi potuerit patremque ludis secularibus petulantius cachinnantem, licet adhuc puer, vultu aversato notaverit.

Chr. W. 1. Philippus primo regni sui anno Philippum filium suum[e] consortem regni fecit[f].
Hier. Chr. W. 3. A. D. 249. Alexandriae Dionisius ordinatur episcopus 13us. Annus ab Urbe condita millesimus festive celebratus est Romae.
Hier. 6. A. D. 252. Philippus urbem nominis sui construxit in Tracia.
Chr. W. 7. A. D. 253. Philippus senior Veronae, iunior occiditur Romae.

Anni Decii.

H. m. Anno dominicae incarnationis 254. ab Urbe condita millesimo quinto Decius in Pannonia inferiori Bubaliae natus, 25us ab Augusto, invasit imperium, interfectis eius fraude Philippis, hoc est patre et filio, et 30 mensibus regnavit[g], id
* Hier. est duobus annis et dimidio. Quidam autem scribunt*, eum uno tantum anno regnasse; sed hoc multum
lord. de r. s. discordat a[h] passionibus sanctorum qui leguntur sub eo passi fuisse. Nam cum legatur Fabianus papa 14to sui episcopatus anno martirium sub illo accepisse, et huic Cornelium triennio in sede successisse itemque sub eodem passum fuisse, Sixtum quoque et Laurentium et Ypolitum aliosque quam plures, stare non potest, ut tot sibi in Romana sede succedentes uno anno trucidaverit,
* Eus. h. e. VII, 3. maxime cum Cornelius, ut aecclesiastica docet hystoria*, triennio sedem tenuerit. Unde et de ipsorum quoque pontificum successione questio animum pulsat, quomodo, Decio regnum vel uno vel duobus et dimidio anno tenente, Cornelius episcopatum Romanum tribus iuxta aecclesiasticam hystoriam annis tenuerit, eique Lucius per octo menses, Stephanus vero per biennium, dehinc Sixtus per undecim annos, exin Dionisius per novem annos successerit, cum per omnem aecclesiam Cornelius et Sixtus, cuius diaconus erat Laurentius, sub Decio passi predicentur, Lucius vero et Stephanus sub Valeriano et Gallieno martirizati legantur. Qua de re conici potest, successionum vices vitio scriptorum pro similitudine nominum mutatas fuisse; auctoritatem vero catholicae aecclesiae ad nos usque perlatam, probabile est, sequendam esse. Sed ut ad superiora
H. m. redeamus, Decius filium suum Decium caesarem fecit, et persecutionem septimam post Neronem in christianos movit,
Hier. occasionem sumens odium Philipporum quos interfecit, in qua persecutione multi sanctorum passi sunt. Huius tempori-
H. m. bus cum plurimi Gothi Histrum fluvium transmeantes, Romanorum civitates devastarent, Decius cum filio suo illos bello aggressus, 30 milia ex eis occidit, de suis quoque multos amisit. Filius etiam eius interfectus est, ipseque in confusas turbas gurgiti cuiusdam paludis submersus est, ita ut nec cadaver eius inveniri potuerit, anno imperii sui tercio, vitae quinquagesimo. Haec iuxta hystoriam; in passionum vero libro scriptum reperitur, quod, interfecto Syxto papa et eius archiadiacono Laurentio aliisque, ac deinde Ypolito sociisque eius, 27. die post passionem sanctorum Decius et Valerianus prefectus sedentes in carruca, cum tractarent adhuc de nece sanctorum, demoniis arrepti sunt, et in presentia Decii Valerianus exspiraverit, Decius vero rediens in palatium, triduo vexatus sit, et in conspectu Triphoniae uxoris suae exalaverit. Qualiter autem super his veritas se habeat, in scriptorum ratione consistat.

Chr. W. 1. Primo Decii anno facta in christianos persecutione, Fabianus papa 19us passus est, 13. Kal. Febr. Cui Cornelius vicesimus succedens, sedit annum[i] et menses septem et dies aliquot, licet in aecclesiastica hy-
* VII, 3. cf. VI, 29. storia legatur — si tamen vitio scriptorum liber depravatus non est — tribus annis sedem tenu-
cf. Hier. isse, quod ratioui temporum Decii non videtur convenire. Alexander Hierosolimitanus episcopus, Narcissi
Eus. h. e. VI, 9. successor, cursum bonum consummavit, cui Azabbanes successit. Antiochenus quoque presul aequaliter Alexandro decertans, in vinculis moritur, post quem Fabianus 13us constituitur.

2. A. D. 255. Cornelius papa 20us passus est 18. Kal. Octobris; cui succedens Syxtus papa 21us, sedit menses 10.

3. A. D. 256. Syxtus papa passus est 8. Idus Aug. cum aliis. Passi sunt hoc anno Polochronius episcopus
cf. mart. cum multis, Abdok et Sennes, Olimpiades et Maximus, Laurentius post Syxtum, Ypolitus cum sociis suis, aliique quam plures. Dionisius papa 22us post Syxtum ordinatus, sedit annis[l] duobus, menses 5.

Anni Galli et Volusiani.

H. m. Anno dominicae incarnationis 257. ab Urbe condita millesimo 8. Virius Gallus Hostilius, 26us ab Augusto, impe-
Beda. rator ab exercitu creatur[m], et cum Volusiano filio suo regnavit annis duobus, menses 4. Huius imperii Dionisius Alexandrinus episcopus meminit ita: „At ne Gallus quidem malum Decii aut videre potuit aut cavere, sed in eundem lapidem
Aur. Vict. offensionis impingens, sanctos viros persecutus est“. His temporibus Acmilianus quidam in Moesia imperator elevatus est, contra quem ambo, pater scilicet[n] ac filius, pergentes, ab exercitu suo interfecti sunt, pater habens annos vitae 47. Acmilianus autem[o], Maurus genere, post menses quatuor occisus est.

Beda. 1. Primo[p] anno regni Galli et Volusiani Origenes presbiter, anno aetatis suae 70. nondum impleto, moritur et in Tyro sepelitur, qui in tantum sedulus fuit scribendi, ut Hieronimus quodam loco dicat, quinque milia librorum eius se
Hier. legisse. Antiochiae constituitur Demetrianus episcopus 14us.

2. A. D. 258. Gallus et Volusianus occiduntur. Dionisius papa 22us migravit[q] 6. Kal. Ian. Hic pres-
Bedae mart. biteris aecclesias distribuit et parrochias divisit.

a) cheronię E1. b) *deest* E1. c) comprobabant E1. d) *deest* 9c. e) s. f. 5. f) facit 5. 10. 11. g) *deest* 10. 11. h) *deest* E1. i) a. unum 5. k) abdon 9c. 11. l) annos IIos E1. *qui ita saepius a reliquis recedit.* m) creatus cum 5. n) s. p. 5. o) *deest* E1. p) P. autem a. E1. q) m. ad dominum 5.

Anni Valeriani et Gallieni.

Anno dominicae incarnationis 259. Urbis vero conditae millesimo 10. Licinius Valerianus, cognomento Colobius, in Retia et Norico agens, ab exercitu imperator creatus, mox augustus est appellatus, 27us ab Augusto; Romae vero Gallienus a*, filius eius a, a senatu caesar appellatus est, regnaveruntque simul annis sex, Gallienus vero solus postea b novem, qui faciunt annos 15. Valerianus itaque nobilis quidem erat genere c, stolidus tamen et a iners multum, nec ad aliquem usum publici officii consilio seu gestis accommodatus. Gallienus autem primum feliciter regnavit, postea vero a luxuriose vivens, imperium fere adnichilavit. Valerianus igitur filium suum Gallienum fecit augustum, et Cornelium Valerianum, Gallieni filium, caesarem constituit. Mox autem ut regnare coepit Licinius Valerianus, persecutionem a Nerone octavam in christianos exercuit; postea in Mesopotamia bellum gerens, a Sapore Persarum rege d captus luminibusque privatus, miserabili servitute ibi consenuit. Nam quamdiu vivebat, semper acclinis humi, regem in equum ascensurum dorso attollebat. Unde e Gallienus tam claro Dei iudicio territus, pacem nostris dedit; ob meritum tamen vel propriae libidinis vel paternae theomachiae innumera, barbaris assurgentibus, Romani regni detrimenta sustinuit. Ad ultimum profectus adversus Aureolum ducem suum, qui Mediolano regnare f temptavit, comprehendit illum apud pontem qui ex nomine eius Aureolus appellatur, et Mediolanum obsedit; sed cum ibi luxuriose viveret, artificio eiusdem Aureoli a suis interfectus est, anno aetatis g 50. Hac autem persecutione, quae sub patre suo facta est, aliqui* passos esse confirmant Cornelium, Lucium, Stephanum h et Sixtum Romanos pontifices, cum tamen Cornelius et Sixtus, ut supra dictum est, in passionum libris sub Decio passi legantur. H. m. Chr. W. Beda. H. m. cf. Oros. VII, 22. *Chr. W.

1. Primo regni sui anno Licinius Valerianus persecutionem in christianos movit. Lucius papa 23us ordinatur, sedensque menses octo, patitur 4. Non. Mart. Cui succedens Stephanus 24us, sedit annis duobus, patiturque 4. Nonas Augusti. Chr. W.

4. A. D. 262. Sixtus papa 25us ordinatus, sedit annis 11, patiturque 8. Idus Augusti h* Cyprianus Kartaginensis episcopus, doctor precipuus, cuius doctissima exstant opuscula, martirio coronatur, 18. Kalend. Octobris. Beda.

5. A. D. 263. Theodorus cognomento Gregorius, cuius supra* mentionem fecimus, Neocaesariae i Ponti episcopus, magna virtutum gloria claruit, qui et stagnum quoddam precibus exsiccavit, et montem, ut aecclesiae locus sufficeret, movit. *a. 242.

6. A. D. 264. Antiochiae ordinatur episcopus 15us Paulus Samosathenus. Hier.

7. A. D. 265. Valerianus a Sapore Persarum rege capitur. Chr. W.

8. A. D. 266. Gallienus casu patris perterritus, pacem christianis dat.

12. A. D. 270. Hierosolimorum episcopus Ysmenеus ordinatur. Alexandriae constituitur episcopus 14us Maximus. Hier.

13. A. D. 271. Antiochiae ordinatur Domnus episcopus k 16us.

15. A. D. 273. Dionisius papa 26us ordinatus, sedit annis 9. Gallienus Mediolani interficitur. Chr. W.

Anni Claudii.

Anno dominicae incarnationis 274. Urbis conditae millesimo 25. Claudius, quem multi dicunt a Gordiano creatum, 28us ab Augusto, a militibus electus, a senatu augustus appellatus, regnavit annum unum, menses 9, vir parcus et modestus et iusti tenax ac rei publicae idoneus. Hic Gallieni morientis sententia imperator designatus est, ad quem Ticini positum vestimenta regalia ille direxit. Hic, interfecto a suis Aureolo, recipiens legiones, Gothos iam per 15 annos Illiricum Macedoniamque vastantes ingenti praelio vicit, deinde adversus 30 milia Alemannorum haut procul a lacu Benaco dimicans, tantam eorum multitudinem fudit, ut vix dimidia pars remaneret. Qui cum intra biennium morbo interiret, tanto eum senatus decoravit honore, ut divus appellaretur, et in curia clipeus aureus, in Capitolio vero aurea statua ei ponerctur. Cuius frater Quintilianus, vir unicae moderationis et civilitatis solusque fratri preferendus, a militibus electus, et consensu senatus augustus appellatus l, 17. imperii die Aquileiae occisus est. H. m. Aur. Vict. H. m.

2. A. D. 275. Paulus Samosathenus Antiochiae episcopus a multis episcopis hereticus esse convincitur, dogmatizans, Christum communis naturae hominem tantum fuisse; adversus quem Malchion, disertissimus Antiochenae presbiter aecclesiae, utpote qui in eadem aecclesia rethoricam docuerat, accipientibus notariis disputabat, qui dialogus usque hodie exstat. Deiecto autem Paulo, 16us Antiochiae m subrogatur Domnus episcopus. Beda. Hier.

Anni Aureliani.

Anno dominicae incarnationis 276. a condita Urbe millesimo 27. Aurelianus, patre mediocri et, ut dicunt, Aurelii senatoris colono progenitus, 29us ab Augusto, imperator electus, regnavit annis 5, menses 6, vir in bello potens, sed animi immodici et ad crudelitatem propensioris, ita ut non solum nobiles plures damnaret, sed etiam sororis suae filium necaret. Disciplinae tamen militaris et morum dissolutorum magna erat ex n parte corrector, quique Gothos strenuissime vicit, haut dissimilis Magno Alexandro seu Caesari dictatori. Nam Romanum imperium triennio ab invasoribus receptavit, cum Alexander annis n* 12 per ingentes victorias ad Indiam pervenerit, et Gaius Caesar decennio Gallias superaverit, adversus cives quadriennio pugnaverit. Hic primus apud Romanos diadema capiti suo n imposuit et vestes auro gemmisque contextas in usu habuit, quod antea Romanis maioribus incognitum fuit, porcinae quoque carnis usum populo instituit. Hic cum persecutionem nonam post Neronem in christianos movisset o, fulmen ante illum magno circumstantium pavore ruit, ac non multo post inter Constantinopolim et Heracliam a militibus occisus est. H. m.

2. A. D. 277. Antiochiae Tymeus ordinatur episcopus 17us. Hier.

4. A. D. 279. Eusebius Laodicenus p episcopus insignis habetur.

5. A. D. 280. Aurelianus occiditur.

Annus Taciti.

Anno dominicae incarnationis 281. ab Urbe condita millesimo 32. Tacitus, ab Augusto 30us, suscepit imperium, vir egregie moratus q et ad regendam rem publicam idoneus; sed nichil potuit ostendere, quia post sex menses apud Pontum occisus est. Huic Florianus successit, sed nec hic aliquid dignum memoria egit, quia duobus tantum r mensibus et viginti diebus in imperio vixit. Nam dum magna pars exercitus eligeret Equitium Probum, militiae peritum, Florus s quasi per ludum tenuit imperium diebus 60 t, deinde sibimet venas incidens, sanguine interiit effuso. H. m. cf. Hier. Iord. de r. s. H. m. et H. R.

Anni Probi.

Anno dominicae incarnationis 282. Urbis conditae millesimo 33. Probus, ab Augusto 31us, imperium adeptus, regnavit annis 6, menses 4. Iste patre genitus rustico, hortorum cultore studiosissimo, nomine Dalmatio, gloria mili- H. m. Aur. Vict.

a*) galienus 5. *semper*. a) *deest* E1. b) p. solus 5. c) g. erat 5. d) *deest* 9c. e) u. et g. 5. f) *deest* 9c. g) a. suae 9c. h) l. et st. atque 5. h*) 8. id. a. *desunt* E1. *quod in marg. notatur*. i) gneocesariae 5. k) e. XVIus D. 5. l) a. est 9c. m) antiocene ecclesiae 5. n) *deest* E1. n*) per annos 5. 9c. o) moveret 5. p) laodicensis 5. q) morigeratus 1b. morigeratus vel moratus E1. r) m. t. 5. s) florianus 9c. t) quadraginta 4. 5.

H. m. tari ad amministrationem publicam accessit; Gallias a barbaris occupatas ingenti praeliorum felicitate restituit, vir acer, strenuus et iustus, multa gerens bella, et qui Aureliannm gloria militari coaequaret et morum civilitate superaret.
Hier. Interfectus est autem apud Sirmium militari tumultu. His temporibus Anatholius, natione Alexandrinus, Laodiciae Syriae
Beda. episcopus, phylosophorum disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur; cuius ingenii magnitudo de libro quem super pascha composuit et decem[a*] libris arithmeticae institutionis apertissime[a] potest cognosci.

cf. Chr. W. Beda mart. 1. Primo Probi[b] anno Felix papa 27[us] ordinatus, sedit annis 5, decessitque 3. Kalend. Iunii. Hic constituit missas celebrari super memorias martirum.

Eus. h. e. VII, 27. 2. A. D. 283. Manes quidam extitit genere[c] Perses, vita et moribus barbarus, tam acer ingenio, ut insanire vel demone videretur impleri, ex quo insana Manicheorum heresis orta est.

Hier. 4. A. D. 285. Cyrillus 18[us] Antiochiae ordinatur episcopus.

cf. Chr. W. 6. A. D. 287. Eutbicianus papa 28[us] ordinatur, sedensque menses decem, decessit 6. Idus Decembris. Cui succedens Gaius 29[us], sedit annis 15, patiturque sub Diocletiano 10. Kalend. Mai. Alexandriae ordinatur
Hier. Beda. Theonas episcopus 15[us]. Archelaus Mesopotamiae episcopus librum disputationis suae, quam habuit adversus Manen heresiarcham, Syro sermone composuit, qui translatus a Grecis habetur a multis.

Anni Cari.

H. m. 1. Anno dominicae incarnationis 288. Urbis conditae millesimo 39. Carus Narbone in Gallia natus, 32[us] ab Augusto[d], moxque filios suos Carinum et Numerianum caesares faciens, duos cum his annos regnavit. Is, nunciato sibi Persarum tumultu, profectus in orientem, cum apud Antiochiam maneret, Numerianus, filius eius, aecclesiam voluit intrare et christianorum misteria explorare. Quem cum sanctus Cyrillus episcopus prohiberet, dicens, illi non licere divina misteria videre, qui pollutus esset sacrificiis ydolorum, indignatus ille, occidit eum. Carus autem cum[e] Persas fortiter in bello sterneret et notissimas urbes eorum caperet, super Tygridem fluvium castra ponens, ictu fulminis interiit. Numerianus vero, filius eius, cum dolore oculorum captus in lectica veheretur, insidiis Apri soceri sui occisus est. Cumque mors eius occultaretur, donec Aper regnum posset invadere, foetore corporis scelus proditum est. Interea Carinus in Italia relictus, Sabinum Iulianum invadentem Italiam in campis Veronensibus occidit, se ipsum vero sceleribus inquinavit, multos falsis criminibus occidens, nobilium matronas vi corrumpens, omnibusque invisus, non multo post trucidatur cuiusdam tribuni manibus, cuius uxorem dicitur polluisse.

cf. Chr. W. 2. A. D. 289. Carus fulmine periit, filii eius occisi sunt.

Anni Diocletiani et Maximiani.

H. m. Anno dominicae incarnationis 290. ab Urbe condita millesimo 41. Diocletianus, 33[us] ab Augusto, imperator ab exercitu creatus est, regnavitque annis 20, vir obscurissime natus de Dalmatia. Quidam enim dicunt, eum fuisse filium
Aur. V. cuiusdam Dalmatae scribae, alii vero libertinum Anulii senatoris. Fuit autem natus de civitate et matre Dioclea, unde
H. m. et ipse, quousque imperium sumeret, Diocles appellatus est; at ubi sumpsit imperium, nomen Graium convertit in Latinum, ut a Dioclete diceretur Diocletianus. Erat autem callidus et sagax et admodum subtilis ingenii. Cuius tempore cum quidam rusticani, qui Bagaudae dicebantur, tumultum in Gallia facerent, ac Amandum et Aemilianum duces haberent, Diocletianus Maximianum[f], cognomento Herculium, caesarem fecit, eumque in Galliam contra tumultuantes misit, quos ille facile devicit. Erat autem idem Maximianus de Pannonia natus, genere rusticano, incivilis ingenii, ferus, crudelis, asperitatem suam vultus etiam horrore significans, luxuriosus, in consiliis stultus. Genuit vero de Eutropia, Syra muliere, Maxentium et Faustam, coniugem Constantini; cuius patri Constantio dedit privignam suam Theodoram,
Hier. ex qua ille accepit sex liberos, fratres Constantini, quem ex concubina Helena generavit in Gallia. Inter haec per
H. m. omnes Romanos terminos turbatio facta est: Carausius quidam, sumpta purpura, occupavit Britanniam, Iulianus Italiam, Achilleus Aegyptum, Quinquegentiani Africam, Narseus rex Persarum orientem. Ob haec Diocletianus Maximianum Herculium fecit imperatorem, Constantium vero et Galerium[g] Maximianum caesares constituit. Quorum Constantius Claudii nepos fuit ex filia; Galerius vero in Dacia Ripensi natus est ex parentibus agricultoribus[h], fuitque pastor armenti, unde et Armentarius appellatus est; sed satis laudabilis fuit, pulcher corpore, magnus et fortis bellator. Hic accepit filiam[i] Decii Valeriam uxorem. Carausius post septennium a socio suo Allecto fraude occisus est in Britannia; Maximianus Herculius Quinquegentianos vicit in Africa; Constantius in Gallia iuxta Lingonas una die et adversam et prosperam habuit fortunam. Nam cum, repente barbaris irruentibus, intra civitatem claudi cogeretur, vix quinque horis mediis, adventante exercitu, fere 60 milia Alamannorum[k] interfecit. Diocletianus autem obsessum Alexandriae Achilleum octavo fere mense superavit et occidit. Erat autem cum ipso et Constantinus, filius Constantii. Qui cum adhuc iuvenis esset, fortiter agebat in praeliis, et condescendebat semper christianis. Quem videns Diocletianus intellectu animi ac robore corporis proficere, et deprehendens hunc futurum tyrannidis suae destructorem, invidia motus, dolo eum perimere cogitavit. Deus autem hunc inopinate salvavit et patri restituit. Galerius autem Maximianus contra Narseum regem Persarum dimicans, primum victus est, fugiensque venit ad Diocletianum in Mesopotamiam; a quo male tractatus, ita ut faceret eum aliquamdiu ante currum suum currere, collectis iterum militibus rediit, magnamque victoriam acquisivit.

H. m. et Beda. Nonodecimo igitur regni sui anno Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente persecutionem decimam post Neronem exercuerunt in christianos, quae ceteris sevior per 10 annos aecclesiam afflixit incessanter, quamvis
Beda. et antea semper christianos persequerentur. Sed tunc tam crudelis et tam seva tamque crebra persecutio flagrabat, ut intra unum mensem 17 milia martirum pro Christo iuveniantur[l]. Nam et oceani limbum transgressa, Albinum et Aaron ac Iulium cum aliis pluribus viris ac feminis Britanniae felici cruore damnavit. Passus est et Pamphilus presbiter,
cf. Oros. VIII, 25. H. R. Eusebii Caesariensis episcopi necessarius, cuius ipse vitam tribus libris comprehendit. Secundo autem persecutionis anno Diocletianus videns, se propter senectutem minus idoneum ad regendum imperium, dixit ad Maximianum Herculium, videri sibi bonum, ut iunioribus et fortioribus publicam causam regendam committerent ipsique in ocio quiete viverent. Quod licet ille non ex tota voluntate faceret, tamen consensit, et in uno die purpuram regnique potentiam deposuerunt, Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus apud Mediolanum, et concessit Diocletianus Salonam, Maximianus in Lucaniam; persecutio tamen permansit usque in septimum annum Constantini, Helenae filii.

cf. supra. 1. Primo anno Diocletiani Bagaudae in Gallia tumultum fecerunt.
Hier. 2. A. D. 291. Diocletianus Herculium Maximianum caesarem fecit.
3. A. D. 292. Carausius, sumpta purpura, Britanniam occupat.
4. A. D. 293. Quinquegentiani Africam infestaverunt.

a*) et de d. E1. a) plenissime 5. b) *deest* 9c. c) gener 5. d) *add.* imperator factus 1[b]. *id quod deesse apparet.* e) p. cum 5. f) aurelium m. E1. g) gallerium 9c. h) *deest* 10. 11. i) a. uxorem d. f. v. 5. k) alemannorum 5. E1. l) passi i. 4. occisa i. 9c.

5. A. D. 294. Achilleus occupavit Aegyptum. Hier.

6. A. D. 295. Diocletianus Maximianum Herculium fecit augustum et consortem regni, Constantium vero, patrem Constantini, et Galerium Maximianum caesares constituit.

9. A. D. 298. Primus Diocletianus adorari se ut deum[a] iubet.

12. A. D. 301. Zabda Hierosolimis ordinatur episcopus.

13. A. D. 302. Victurius, magister militiae, christianos persequitur, paulatim ex illo tempore persecutione in nostros crescente.

14. A. D. 303. Marcellinus papa 30[us][b] ordinatus, sedit annis 4, patiturque 6. Kalend. Mai.

16. A. D. 305. Hierosolimis preficitur Thermon episcopus. Antiochiae Tyrannus ordinatur 19[us]. Hier.

17. A. D. 306. Petrus Alexandriae ordinatur episcopus 16[us].

18. A. D. 307. Marcellus papa 31[us] ordinatus, sedit annoc et menses 8, passusque est[d] 17. Kalend. Febr.

19. A. D. 308. Publicata undique persecutione, Diocletianus in Oriente, Maximianus in Occidente ecclesias subvertunt, libros divinos succendunt, et christianos decima post Neronem persecutione affligunt. Chr. W.

20. A. D. 309. Diocletianus et Maximianus purpuram deponunt. Marcello papa martirizato, successit Eusebius papa 32[us]; cui post menses 8 passo succedens Melciades 33[us], sedit annis 4, decessitque 4. Idus Decembris. Hier. cf Chr W.

Annus Constantii et Galerii.

Anno dominicae incarnationis 310. ab Urbe condita millesimo 61. Cum Diocletianus et Maximianus iam a regno decessissent, ad amministrationem rei publicae Constantius et Galerius augusti creati sunt, divisusque est inter eos ita Romanus orbis, ut Constantius Italiam, Galliam et Africam, Galerius Illiricum, Asiam et Orientem obtineret. Sed Constantius augusti dignitate contentus, amministrationem Italiae et Africae recusavit, Galliam tantum obtinuit, vir egregius et mansuetus et prestantissimae civilitatis, non modo amabilis sed et venerabilis Gallis, precipue quod Diocletiani suspectam prudentiam et Maximiani sanguinariam temeritatem imperio eius evaserunt. Galerius autem, vir probe moratus[e] et egregius in re militari, videns, Italiam quoque suae amministrationi accessisse, sinente socio suo Constantio, caesares duos creavit, Maximinum, quem Orienti prefecit, qui et ipse persecutor christianorum fuit, et Severum, cui Italiam dedit, ipse vero in Illirico moratus est. Constantius vero filium suum[f] Constantinum caesarem fecit, eique Galliam commisit; ipse autem tercio anno persecutionis, qui est imperii sui 16[us], Eburaci in Britannia obiit. Quo mortuo, Galerius Licinium caesarem fecit, natum de Datia, notum sibi antiqua consuetudine ex bello quod adversus Narseum regem gesserat. Erat enim strenuus laboribus et officiis acceptus. — Interea Romae pretoriani, excitato tumultu, Maxentium, Herculii Maximiani filium, nuncupaverunt augustum. Quo audito, pater eius Maximianus Herculius, arrectus in spem resumendi principatus, quem suasu Dioeletiani invitus amiserat, Romam advolavit e Lucania, Diocletianum quoque per litteras adhortatus est, ut depositam resumeret potestatem, quas ille irritas habuit et sprevit. Galerius autem Severum cum exercitu contra Maxentium misit; qui veniens Romam, obsedit eam; sed militum suorum scelere desertus, Ravennam fugit, et in itinere ab Herculio est occisus. Post haec Herculius Maximianus in contentione exercituum filium suum Maxentium imperio nudare conatus, sed a militibus conviciis iniuriatus, ad Gallias tetendit, dolo composito, quod a filio[g] expulsus esset, ut genero[h] Constantino iungeretur, moliens, et ipsum, si posset, reperta occasione interficere, regnumque eius invadere, qui in Galliis et militum et provincialium ingenti iam favore regnabat. Detectis autem insidiis eius per filiam Faustam, quae dolum eius viro nunciavit, inde profugit; sed a Constantino insequente Massiliae captus, fractis laqueo cervicibus, perfidiae suae poenas dedit, anno vitae suae sexagesimo. H. m. cf. Beda. H m. cf. H. R. H. m.

Anni Constantini[*].

Anno dominicae incarnationis 311. Urbis conditae millesimo 62. Constantinus, ex obscuriori matrimonio, scilicet ex Helena concubina, Constantii filius, mortuo patre, annitentibus cunctis qui aderant precipueque Croco[k] Alamannorum rege, auxilii gratia cum eo comitante, 34[us] ab Augusto, in Britannia creatus est imperator 6. Kal. Augusti, et in locum patris exoptatissimus moderator accessit, regnavitque annis 30, menses[l] 10. Hic sororem suam Constantiam Licinio Mediolanum accito coniunxit, filiumque suum, nomine Crispum, ex Minervia concubina eisdem diebus Arelatensi opido natum, et Licinianum, Licinii filium, mensium fere 20, caesares fecit. Interea Galerius Maximianus cum persecutionem a Diocletiano et Maximiano immissam ipse atrocioribus edictis cumularet, divina tactus vindicta, putrefacto intrinsecus pectore, et vitalibus dissolutis, cum ultra humanae horrorem miseriae vermes etiam eructaret, et medici iam foetorem non ferentes, crebro iussu eius occiderentur, a quodam medico, ex desperatione constantiam sumente, increpatus est, dicente, poenam eius a Deo esse et ideo sanari non posse; moxque late missis edictis, christianos de exilio revocavit, ipse tamen cruciatus non sustinens, vitae finem fecit.

Inter haec res publica a novis quatuor imperatoribus tenebatur, Constantino et Maxentio, filiis augustorum, Licinio et Maximino, hominibus novis. Quinto tamen imperii sui anno Constantinus bellum civile Maxentio intulit, eiusque copias multis praeliis fudit; propter magicas tamen[m] artes, quas ille multum dilexerat, metuebat eum. Cumque congredi cum eo multum hesitaret et de caelo, licet adhuc paganus auxilium quereret, vidit per soporem ad orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare et tanto visu exterrito sibi astare angelos dicentes: *Constantine, in hoc vinces.* Fertur autem et ipse Christus sibi apparuisse et signum crucis ei monstrasse et ut simile faceret precepisse. Quod et fecit, habens eam in vexillis depictam. Igitur Constantinus Romam veniens contra Maxentium, castra posuit iuxta pontem Molbium; et ecce Maxentius portis erumpens, sequentibus ceteris, precucurrit armatus; Constantinus vero crucem quam formaverat ante se iussit portari; factaque congressione, superati sunt qui circa Maxentium fuerunt; ipse autem fugiens, paulo superius a ponte Molbio, ubi prius ad decipulam fecit quasi pontem ex navigiis[n] fieri, tabulis desuper stratis, cum vellet eundem pontem ex latere intrare, lapsu equi in profundum demersus est, vixque corpus eius inventum est. Erat tunc annus Constantini septimus. Interea cives Romani civitatem coronant, et cum gaudio victorem Constantinum vivificamque crucem suscipiunt. — Inter haec Maximinus, christianorum et ipse persecutor sevissimus, in Oriente adversus Licinium res novas molitus, cum adversus eum duceret exercitum, repente divino iudicio doloribus viscerum internorum correptus, vehementer exagitari coepit; deinde homo antea vorax semperque vino repletus, nunc ne summis quidem labris cibum degustare aut vinum potuit odorari; sicque carnibus suis inedia et ariditate consumptis, ad hoc solum profecit infelix, ut iustam esse Dei vindictam in se profiteretur. Ad ultimum tamen, morbo prius amissis carnibus[o], vivendi finem accepit. Valens quoque in Oriente ab exercitu imperator appellatus, a Licinio occisus est. Alexander etiam quidam apud Kartaginem imperator effectus, ab exercitu Constantini Eus. h. e. IX. 10. H. m.

a) se iussit ut deum 5. b) *deest* 9c. c) a. uno 9c. 11. d) *deest* E1. est sub diocletiano 5. e) morigeratus 1b. f) c. f. s. Const. 5. g) f. suo E1. h) g. suo E1. *) *Haec desunt codd.* k) croco *corr.* erico 9c. l) et m. E1. m) *deest* 9c. n) uirgis E1. o) *ita* E1. luminibus 1b. *deest rell.*

Eus. h. e. l. l. iugulatur. Sic itaque omnis potestas imperii ad Constantinum et Licinium pervenit. Qui Licinius cum primo se probum et quasi erga christianos ostenderet devotum, postea videns profectum imperatoris Constantini, ductus invidia, occultis insidiis maxime per familiares ac ministros principem decipere molitus est; sed cum id parum procederet, apertum illi bellum indicit, christianos vero privato et speciali odio persequi parat, hoc in querelam devocans, quod non ita pro se sicut pro Constantino excubarent orationibus. Cuius flagitiis Constantinus obviam ire parat, devictoque
Ht. m. Licinio, solus cum filiis suis imperii monarchiam obtinuit, anno regni sui 14. Unde per insolentiam et ipse, ut aiunt, mutatus et crudelior effectus, primum sororis suae filium, egregiae indolis iuvenem, interfecit, mox Crispum, filium suum ex Minervia, suggerente, ut dicunt, Fausta coniuge sua, necari iussit; deinde ipsam Faustam[a] in balneas ardentes coniectam interemit, cum eum dolore nimio[b] mater Helena pro nece nepotis increpareret, postea innumeros interfecit amicos. Et[32] cum in multis flagitiis grassaretur, cum tamen in eo multae virtutes animi haberentur, divinitus lepra percussus, per sanctum Silvestrum papam, una cum matre aliisque multis ad fidem conversus est et baptizatus; moxque omne studium ad aecclesiae transtulit profectum, legesque[c] statuens christianas, fecit basilicas multas. Fecit et urbem nominis sui Constantinopolim, quae prius Bizantium dicebatur, quam sedem Romani imperii et caput totius Orientis esse voluit. Fecit et pontem in Danubio; omnesque honas artes suos discere faciebat, maxime studia litterarum; ipse
Eus. h. e. IX, 7. in legendo, scribendo, meditando multum se exercebat. Cuius mater Helena religiosa, divinis admonita visionibus, Hierosolimam petiit, et locum, ubi Christus crucifixus est[d], ab incolis requisivit, qui ideirco ad inveniendum difficilis erat, quia ab antiquis persecutoribus simulacrum Veneris in eo fuerat fixum, ut si quis Christum[e] adorare vellet, in loco illo Venerem videretur adorare[f]; et ob hoc locus non frequentabatur peneque in oblivione fuerat. Sed veniens Helena, caelitus sibi designatum invenit locum, purgatisque in altum ruderibus, crucem sanctam reperit, sub episcopo eiusdem urbis Macharío.

Oros. VII, 28. Eiusdem principis tempore Arrius, Alexandriae presbiter aecclesiae, a veritate fidei catholicae devians, exitiabile plurimis dogma constituit, sed mox ab Alexandro, eiusdem urbis episcopo, ex urbe pulsus est. Cumque homines, quos in errorem induxerat, etiam in seditionem excitaret, apud Niceam urbem Bithiniae conventus 318 episcoporum factus
Eus. h. e. IX, 11. est sub Silvestro papa, per quos Arrianum dogma exitiabile proditum palam est damnatum. Postquam vero mater imperatoris Helena ex hac luce discessit, Constantia, Licinii tunc derelicta, fratris augusti solatiis utebatur. Huic in noticiam venit presbiter quidam, latenter partibus Arrii favens; qui primo nichil horum apud eam egit, sed ubi multa familiaritas copiam dedit, paulatim coepit Arrium ei commendare, donec animum Constantiae suum fecit. Quae cum moritura visitaretur a fratre, extremam poposcit ab eo gratiam, ut eundem presbiterum in familiaritatem reciperet et quae sibi pro salute sua ab eo suggerentur[g] audiret; se enim dicebat pro salute illius esse sollicitam. Cuius verbis frater credulus, aurem presbitero accommodat, eiusque suasu Arrium de exilio iubet revocari, ut quid de fide sentiret exponeret. Qui cum de fide scriberet, miratus imperator, rursus eum ad concilii examen remisit, rogans, ut, si fides eius probaretur, clementi erga eum iudicio uterentur, si tamen episcopi eius Alexandri assensus accommodaretur. Cumque Alexandriam veniret, omne illius inceptum frustratum est.

cf. Ht. m. Interea dum haec Alexandriae agitarentur[h], Constantinus, re publica bene ordinata, cum tres filios suos, Constantinum et Constantem ac[i] Constantium, et filium fratris sui Dalmatium caesares fecisset, egritudine captus est; et cum
Eus. l. l. filius eius Constantius, cui Orientis regnum decreverat[k], abesset[l], fecit ei testamentum, quod vocato ad se clam presbitero a sorore commendato dedit, precipiens ei, ut nulli hoc nisi Constantio daret. Quod cum ille post mortem imperatoris faceret, etiam apud Constantium maximam familiaritatem obtinuit. Scribunt autem quidam, Constantinum imperatorem in Arrianam heresim incidisse et ab Eusebio Nicomediensi episcopo rebaptizatum fuisse, quod aecclesiastica historia non docet, quae sub magna religione illum decessisse
Eus. h. e. l. l. perhibet*. Obiit autem in suburbana villa Nicomediae, 11. Kal. Iunii, anno vitae 66°, imperii 31°, sepultusque est in Bizantio in basilica Apostolorum.

Chr. W. 1. Huius anno primo Maxentius, Herculii filius, augustus appellatur.

2. A. D. 312. Maximianus apud Massiliam turpiter occiditur.

Hier. 3. A. D. 313. Quirinus Suscianus episcopus gloriose passus est.

4. A. D. 314. Silvester papa 34[us] ordinatur, sedensque annis 22, menses 10, migravit 2. Kal. Ianuar.

Chr. W. 5. A. D. 315. Constantinus Maxentio bellum infert.

6. A. D. 316. Petrus Alexandrinus episcopus martirizatur.

Hier. 7. A. D. 317. Achillas Alexandriae ordinatur episcopus 17[us]. Hierosolimis ordinatur Macharius 39[us]. Maxentius interiit.

Chr. W. 9. A. D. 319. Diocletianus moritur.

Hier. 10. A. D. 320. Licinius persecutionem movet in christianos.

13. A. D. 323. Licinius occiditur. Alexander ordinatur Alexandriae episcopus 18[us].

cf Chr. W. 17. A. D. 327. Concilium 300 episcoporum in Nicea congregatur.

19. A. D. 329. Crux Domini ab Helena invenitur[m].

Hier. 20. A. D. 330. Hucusque hystorias scribit Eusebius, exin Hieronimus.

21. A. D. 331. Antiochiae ordinatur Vitalis episcopus[n] 20[us], post quem Phylogonus 21[us], dehinc Paulinus 22[us], post hunc Eustasius[o]; quo ob fidem exiliato, successerunt heretici episcopi numero 11.

23. A. D. 333. Iuvencus presbiter Hyspanus euangelia versibus composuit.

Chr. W. 24. A. D 334. Constantinus Bizantium urbem reparavit et ex nomine suo Constantinopolim vocavit. Athanasius Alexandriae ordinatur episcopus 19[us].

28. A. D. 338. Marcus papa 35[us] sedit menses 8, requievitque Nonas Octobr.

29. A. D. 339. Iulius papa 36[us] sedit annis 16; obiit 2. Idus April. Anni ab inicio 4300.

30. A. D. 340. Constantia, soror Constantini, uxor Licinii, moriens, Arrianum quendam presbiterum fratri com-
Hier. mendat. Constantinus imperator dum bellum molitur adversum Persas, qui Mesopotamiam infestabant, egrediens a Constantinopoli, iuxta Nicomediam moritur.

a) *deest* 9c. b) eum m. h. n. dolore 5. c) leges 9c. d) ch. passus est et crucifixus est 5. e) ch. si quis 5. f) *ita* E1. veneraretur 4. videret *rell.* g) suggerentur *corr* suggererentur E1. *Sed illud, quod reliqui codd. tuentur, Ekk. scripsisse videtur.* h) agerentur E1. i) *deest* E1. k) commiserat 5. l) *ita* E1. adesset 4. id optineret 10. 11. *deest rell.* m) iherosolimis inv. 5. n) *deest* 10. 11. o) c. XXIII[us]. Quo E1.

32) Nescio quis haec Ekkehardo praebuerit.

Anni Constantii.

Anno dominicae incarnationis 341. Urbis conditae millesimo 92. Constantius, filius Constantini, 35us ab Augusto, imperium adeptus, 23 annis cum fratribus suis Constantino et Constante regnavit. Fuit etiam inter successores Constantini Dalmatius, filius fratris sui Dalmatii, quem ipse Constantinus in consortium regni adoptavit. Hi singuli singulas partes[a] regendas ab ipso Constantino acceperunt, Constantinus cuncta trans Alpes, Constans Italiam et Ylliricum et Africam, Constantius Asiam et Orientem, Dalmatius Traciam, Macedoniam et Achaiam. Verum Dalmatius, prosperrima indole et patruo haut dissimilis, non multo post a militibus occisus est, Constantio patrueli suo sinente potius quam iubente. Post haec inter Constantinum et Constantem discordia exorta[b] est propter Italiam et Africam. Constantinus itaque dum nititur partes fratris iunioris invadere, bellum movit contra eum, sed dum inconsultius apud Aquileiam praelium aggressus est, a Constantis militibus interfectus est, et in fluvium cui nomen est Alsa non longe ab Aquileia est proiectus; sicque Romani imperii principatus, occidentalium quidem partium ad Constantem, orientalium vero pervenit ad Constantium. Igitur Constantis imperium aliquandiu strenuum fuit et iustum, deinde cum pravioribus uteretur amicis, intolerabilis provincialibus et militibus factus est iniocundus. Unde dum circa Gallias venandi cupiditate per silvas et saltus erraret, auctore Magnentio quodam regni avido, a militibus occisus est, anno aetatis[c] 30°, imperii 17°; tribus autem caesar fuit. Cuius regnum Magnentius invasit, et Decentium consanguineum suum, sive, ut quidam* volunt, fratrem suum, caesarem fecit. Constantius vero Gallum, patruelem suum, caesarem fecit, nomenque suum ei imponens, eum in Antiochiam Syriae misit, ut ibi habitans, partes illas custodiret. Quem tamen postea iussit occidi. Post haec Constantius Magnentio bellum intulit, factaque congressione, Magnentius solus fugit Lugdunum, ibique coartatus, gladium occulte a parte parietis accepit, sicque perfossus interiit, anno aetatis prope quinquagesimo, imperii quarto[d]. Cuius morte audita, Decentius laqueo fascia composito vitam finivit. Acta sunt haec anno imperii Constantii sexto. Eo tempore Romano imperio Constantius solus princeps et augustus prefuit, vir egregiae tranquillitatis, nimium familiaribus credens et amicis; uxorum amori deditus erat, quibus contentus, nulla transversa libidine aut iniusta se polluebat. Ex omnibus tamen uxoribus, quas plures habebat, Eusebiam precipue diligebat; cuius etiam suasu Iulianum, fratrem Galli, caesarem faciens, in consortium regni assumebat. Post haec, antiquo hoste paci aecclesiae semper invidente, Arrius suique sequaces familiaritatis locum apud Constantium acceperunt, qui eum in erroris sui consortium declinaverunt. Unde impietas Arriana, Constantii fulta presidio, exiliis, carceribus et variis afflictionum modis primo Athanasium, deinde omnes non suae partis episcopos persecuta est. Constantius vero inter haec bellum Parthis preparans, cum audisset Iulianum ad imperium inhiare, Parthica expeditione relicta, rediit, et inter Ciliciam et Capadociam febri acerrima, quam indignatio augebat, obiit, anno aetatis 45°, imperii 23°. Aur. Victor c. 12. • Hl. m. cf. Ruf. X, 15. Beda. Hl. m.

1. Primo Constantii anno Iacobus Nisibinus episcopus agnoscitur, cuius precibus sepe urbs discrimine liberata est. Hier.

3. A. D. 343. Constantinus fratri bellum inferens, occiditur iuxta Aquileiam. Chr. W.

5. A. D. 345. Maximinus Treverorum episcopus clarus habetur; a quo Athanasius Alexandriae episcopus, a Constante profugus, honorifice susceptus est.

9. A. D. 349. Athanasius episcopus ad Constantis litteras regressus est Alexandriam.

13. A. D. 353. Constans haut longe ab Hyspania interficitur, anno aetatis 30°.

14. A. D. 354. Gallus, Constantii patruelis, caesar factus est. Hier.

15. A. D. 355. Liberius papa 37us ordinatur. Quo ab hereticis ob fidem in exilium truso, diaconus eius Felix 38us in sacerdotium substituitur. Qui[33] cum Constantium devinceret esse hereticum, ab eo post annum deiectus est, et ut quidam* dicunt, capite truncatus est, 4. Kal. Aug. Liberius vero exilii tedio victus, heresi subscripsit, Romamque quasi victor intravit. cf. Chr. W. Ruf. X, 23. * Beda mart.

16. A. D. 356. Victorinus rethor et Donatus grammaticus Romae insignes habentur. Chr. W.

17. A. D. 357. Iulianus a Constantio caesar efficitur.

18. A. D. 358. Eusebius Vercellensis episcopus et Dionisius Mediolanensis et Lucifer Caralitanus exiliantur. Hier.

19. A. D. 359. Antonius abbas migravit auno aetatis 105°.

20. A. D. 360. Ossa Andreae apostoli et Lucae euangelistae et Thimothei Constantinopolim allata sunt. Chr. W.

21. A. D. 361. Paulinus Treverorum episcopus in exilio obiit. Hylarius Pictaviensis episcopus Arrianorum instinctu a Constantio in Frigiam exiliatus cum Dionisio Mediolanensi et Eusebio Vercellensi, quarto exilii anno, cum librum de fide Constantio porrexisset, redire permissus est. Hier.

23. A. D. 363. Constantius moritur, anno aetatis suae 45°.

Anni Iuliani apostatae.

Anno dominicae incarnationis 364. Urbis conditae millesimo 115. Claudius Iulianus iam caesar, 36us ab Augusto, imperium accepit, et annos duos et octo menses regnavit. De cuius genere ac disciplina et quomodo apostataverit vel qualiter ad regnum pervenerit, pauca dicenda sunt. Constantinus Magnus, qui Constantinopolim fecit, duos ex eodem patre sed non ex eadem matre habuit germanos, Constantium[e] et Dalmatium; quorum senior Constantius duos habuit natos, Gallum et Iulianum, Dalmatius vero Dalmatium, quem Constantinus, ut predictum est, heredem regni cum filiis suis reliquit. Quem cum post mortem Constantini milites peremissent, Gallus quoque et[f] Iulianus pene cum Dalmatio periculum mortis sustinuerant, nisi Gallum quidem aegritudo, quae inevitabilis putabatur, liberasset, Iulianum vero aetas infantilis; erat enim annorum octo. Cumque ab eis furor imperatorum quievisset, Gallus circa Ephesum apud doctores erat, ubi etiam a progenitoribus possessiones habebat. Porro Iulianus creseens in auditoriis Constantinopolitanae urbis, exercebatur in basilica, ubi doctores erant, habitu privato procedens, habebatque paedagogum eunuchum, nomine Mardonium, preceptorem grammaticum Nicomedem Laconensem, rethoricam vero legebat apud Eubolum sophistam, magistrum Basilii postea episcopi. Erat autem Iulianus ab inicio christianus. Cumque in lectione proficeret, et fama per populum volitaret, quod etiam publicam rem gubernare posset, aestuationes induxit imperatori Constantio. Quamobrem amovit eum urbe regia misitque Nicomediam, precipiens ei, ne conveniret Libanium sophistam Syrum, quasi pro eo quod paganus esset; ille tamen librorum eius lectionibus utebatur. Cumque proficeret in rethorica, supervenit Nicomediam Maximus phylosophus, non ille Bizantius, pater Euclidis, sed Ephesius, quem postea quasi artes magicas exercentem Valentinianus imperator iussit occidi. Non ob aliam vero causam venit Nicomediam nisi Iuliani fama protractus. Apud quem dum Iulianus verba phylosophica pregustasset, coepit etiam imperii cupidinem menti eius immittere. Cumque haec non laterent aures imperatoris, Iulianus inter spem metumque constitutus, suspicionem celare volens, tonsus monachicam simulabat vitam[g], et latenter quidem exercebatur in phylo- Hl. m.

a) p. regni r. 5. b) orta E1. c) a. sue 9c. d) IIIo. E1. e) Constantium — natos *desunt* E1. f) *deest* E1. g) *deest* 9c.

33) Haec nescio unde.

H. m. sophia, in manifesto autem sacros christianorum legebat libros. Denique in aecclesia Nicomediae lector est constitutus, et divinos codices, populo audiente, legebat, ut sub hoc habitu furorem declinaret imperatoris, nequaquam tamen a spe recedens quam mente conceperat, dicebatque[a] plurimis amicorum suorum, felicia fore tempora, quibus ipse rebus potiretur. Post paululum vero peremptо Gallo, repente Iulianus fit suspectus imperatori, qui etiam eum custodiri precepit. Et dum fuga lapsus fuisset, diversa loca circuiendo salvatus est, vixque sero uxor imperatoris Eusebia celatum inveniens, supplicavit imperatori, quatinus nil mali pateretur, sed potius phylosophandum ad[b] Athenas mitteretur. Ille autem desiderio regni discurrens universam Helladam, vates querebat responsa reddentes, consulens si ad suum desiderium perveniret, invenitque virum, qui ei desiderata se dicere fateretur. Is eum perducens ad quendam locum ydolorum et intromittens eum in aditum, seductores daemones evocavit; quibus apparentibus, terrore compulsus Iulianus, in fronte sua crucis formavit signaculum. Ad cuius aspectum daemones repente disparuerunt. Pro qua re magus coepit culpare Iulianum. At ille terrore se invasum significans, crucis se dixit obstupuisse virtutem, quia videntes eam daemones evanuerunt. Porro magus: *Non suspiceris,* inquit, *hoc, o bone vir, quod timuerint, sed abhominati potius hoc abscesserunt* c. Et ita capiens miserum, odio christiani signaculi replevit Iulianum. Post haec igitur evocavit Constantius Iulianum, et constituit eum caesarem, dans ei coniugem Helenam sororem suam, misitque eum contra barbaros ad Gallias. Ubi dum civitatem quandam fuisset ingressus, corona laurea, quibus solent civitates ornari, inter columnas[d] pendens, rupto fune, super caput eius decidit eumque aptissime coronavit. Quo viso, cuncti clamaverunt, hoc fore signum imperii. Ille autem viriliter contra barbaros agens, nobilem eorum regem Nodomarium cepit et Constantio misit; itemque cum Alamannis apud Rhenum fluvium residentibus dimicans, potentissimum regem eorum Badomarium cepit, claraque victoria decoratus, dum mediocritate vitae atque mansuetudine militibus gratus esset, ab eis appellatus est augustus. Cumque corona deesset imperialis, unus signa portantium torquem quam habebat[d*] in collo sumens, Iuliani capiti circumposuit. Hoc ergo modo Iulianus imperator est factus[e]. Quo facto, nil iam de Constantio cogitans, iudices ab illo factos honoribus mulcebat et illius nomini invidiam suscitabat. Igitur repente religione mutata, cum a suis christianus esse putaretur, semet ipsum pontificem nominavit, et veniens ad templa paganorum, sacrificabat, subiectisque talia colere suadebat, et christianum baptisma sacrificiis et invocationibus et sanguinis immolatione ablui studebat. Cumque Constantius propter bellum Persicum Antiochiae moraretur, sperans Iulianus, quod sine bello posset Illiricum detinere, venit illuc, dicens, se velle Constantio satisfacere, quasi non sponte sed coactus a militibus infulas imperii suscepisset. Cuius adventum audiens Constantius, relicto bello, Constantinopolim venit; sed in ipso itinere, ut predictum est, interiit. Quo defuncto, Iulianus iam Tracas habebat, et non multo post Constantinopolim veniens, appellatus est augustus. Mox coepit cogitare, qualiter sibi populum complacaret eiusque favorem acquireret; quod hac arte fecit. Bene sciebat, Constantium ab omnibus orthodoxis odio haberi, ob quam rem ab aecclesiis videbantur expulsi et episcopi confiscati exilioque directi; simul etiam noverat, paganos fuisse contristatos pro sacrificiorum prohibitione et desiderare tempus quo eorum aperirentur templa[f]. Artificioso itaque velamine apud utrosque se commendans, primum quidem crudelitati Constantii circa subiectos derogabat, eamque coram omni populo redarguens, iussit episcopos exilio deportatos revocari et confiscatas eorum substantias reddi; templa quoque paganorum, veluti sibi necessariorum, precepit aperiri; et multa talia agens, utrisque se conciliabat, precipue tamen paganis occulte favebat. Igitur dudum studens, paganitatem in omni ditione sua dilatari et christianitatem exterminari, primum quidem Galileorum filios — sic enim Salvatoris nostri cultores appellabat — precepit baut poetarum et rethorum atque phylosophorum legere disciplinas. *Propriis,* inquiens, *pennis secundum proverbium vulneramur; ex nostris enim armati conscriptionibus, contra nos bella suscipiunt.* Et templa quidem erant aperta, et sacrificia paganorum per civitates secundum voluntatem illius procedebant.

Inter haec igitur Persae audientes mortem Constantii, rebellare coeperunt et fines Romanorum invaserunt[g]. Contra quos Iulianus profectionem instituens, in ipso bello divinitus interemptus est. De cuius interfectione diversi diversa
H. m. sentiunt. Quidam namque[h] dicunt, eum a quodam transfuga per solitudinem tribus diebus ductum, insidias incidisse, et a Persis undique circumventum, a quodam ex his conto percussum esse, relatumque in tabernaculum, paulatim sanguine vacuatum defecisse. Quidam vero dicunt, iaculum repente delatum discurrens per brachium in latus eius demersum fuisse, alii, unum pastorem Ismahelitarum, alii, milites fame et itinere fatigatos eum interemisse, alii, quendam invisibilium hoc fecisse. Sed sive homo sive angelus fuerit, manifestum est, quia divinis iussionibus ministravit. Calistus[i] autem, qui inter familiares eius militabat et heroico versu eius conscripsit[k] hystoriam, ait, eum a daemone fuisse vulneratum. Lybanius vero, sophista Syrus, inter cetera quae de eius vita scribit in fine libri sic ait: „O daemonum alumne daemonumque discipule et daemonum observator, Iuliane.“ *Nos autem in libro vitae* sancti
Acta SS. Iun. II. p. 944. *Basilii Caesariensis episcopi certum legimus*, orante et ieiunante eodem Basilio cum populo suo, quibus ad Persicum bellum pergens mala minatus est, iussu sanctae Dei genitricis Mariae per Mercurium martirem, in eadem civitate quiescentem, ipsum esse peremptum. Fertur[l] autem manum suam sanguine implevisse et in aerem sparsisse
H. m. et ita dixisse: *Vicisti, Galilee, vicisti.* Interiit autem anno imperii sui tercio, septimo vero ex quo caesar a Constantio factus est, vitae autem 31°. Post cuius mortem eius magicae[m] Karris inventae sunt. Per hanc enim iter agens, in templum paganorum ingressus est, clausisque ianuis, sacrilegia quaedam celebravit. Quo defuncto, ingredientes in templum, invenerunt mulierem a capillis suspensam, extensas manus habentem, cuius uterum aperuerat, ut exitum belli in iecore eius inspiceret. In qua urbe dum eius nunciatus fuisset[n] interitus, publicam cuncti babuere festivitatem, communiter omnes clamantes: *Maxime fatue, ubi sunt vaticinia tua? Vicit te Deus et Christus eius.* Fuit autem hic liberalibus disciplinis apprime eruditus, facundia ingenti, memoria tenacissima atque amplissima, corpore validus sed brevis, barba prolixa, oculis discurrentibus et[o] huc illucque directis, audax plus quam imperatorem decet, cultor ydolorum superstitiosus, religionis christianae insectator studiosus.

cf. Hier. Iulianus itaque imperator factus, ad ydolorum culturam se transtulit, blandaque persecutione christianos primum seducere temptavit, illiciens potius quam impellens ad sacrificandum; unde multi decepti sunt.

Rufin. h. e. XI, 28. 2. A. D. 365. Pagani apud Sebastiam Palestinae urbem sepulchrum sancti Iobannis baptistae invadunt, ossa per agros spargunt, eademque rursus collecta et cremata latius dispergunt; sed quidam monachi ex Hierosolimis intermixti colligentibus, quae potuerunt colligere ad patrem suum Philippum pertulere. Ille supra se haec ducens, ad Athanasium per diaconum Iulianum misit Alexandriam. Quae ille paucis arbitris sub cavato sacrarii pariete inclusa, prophetico spiritu posterae generationi conservavit profutura. Cuius presagium sub Theodosio per Theophylum episcopum com-

a) dicebat quam E1. b) *deest* 9c. c) abcesserunt 5. d) colunnans 5. d*) *deest* E1. e) f. est 5. f) t. a. 5. g) vastaverunt 5. h) enim E1. i) callistus 5. k) scripsit 5. l) Ferunt E1. m) magie E1. n) esset E1. o) *deest* E1.

pletum est, qui, destructo Serapis sepulchro, sancti Iohannis ibidem consecravit aecclesiam. Athanasius Alexandriam rediit. Impius Iulianus ad bellum profectus Persicum, divino percutitur iudicio, mense octavo anni tercii imperii sui, sed mox altera die absque omni dilatione Iovianus[a] coronatur a militibus. Rufin. h. e X, 31. II.m.

Annus Ioviani.

Anno dominicae incarnationis 366. ab Urbe condita millesimo 117. Iovianus[b], ab Augusto 41[us b*. 31], imperium suscepit, et menses 8 regnavit, genitus patre Barroniano, incola provinciae Pannoniae. Cuius pater cum liberos crebro amitteret, per somnium ei dictum est, ut eum, qui instante partu edendus foret, Iovianum[c] diceret. Fuit autem insignis corpore, lactus ingenio, studiosus in litteris, fortis viribus, miles illo tempore quo Iulianus legem militibus proposuerat ut aut sacrificarent aut militia cederent. Qui cingulum magis elegit amittere quam imperatoris preceptis obedire; sed Iulianus tunc propter belli necessitatem inter milites cum habebat. Qui cum violenter a militibus ad imperium traheretur, clamabat, se nolle paganis hominibus imperare, cum ipse christianus esset. Cumque omnium vox communiter proclamaret, se quoque christianos esse, suscepit imperium. Dein cum Constantinopolim festinaret, venit ad predium Dadastam, ubi tempore hiemis languore constrictus, cum in novo cubiculo recubaret, calore prunarum et nitore parietum nuper calce illitorum suffocatus, obiit octavo mense imperii, anno vitae[d] 33°, 13. Kal. Septembris. Oros. VII, 1.

Anni Valentiniani.

Anno dominicae incarnationis 367. Urbis conditae millesimo 118. Valentinianus, 42[us e] ab Augusto, imperator appellatus est, vir optimus et apice principali dignissimus, et regnavit annis 11. Iste fuit Pannonius genere de Cybala civitate, cuius pater Gratianus, mediocri stirpe ortus, Funarius est appellatus, eo quod quadam die venalem funem portanti quinque milites nequiverint extorquere. Quo merito asscitus in militiam, usque ad prefectoriae pretorianae dignitatem ascendit. Ob cuius commendationem apud milites Valentiniano resistenti[f] oblatum est imperium. Qui cum sub Iuliano apostata scutariorum tribunus esset et integram fidem haberet, et Iulianus quadam die templum Fortunae ingrederetur, ministri templi ex utraque parte ianuarum stantes, aspersione aquae, sicut ipsi dicebant, ingredientes purgabant. Tunc Valentinianus precedens imperatorem, ut aspersionis guttam sua vidit in clamide, indignatus, pugno percussit templi ministrum, dicens, se maculari potius quam purgari. Quod respiciens imperator, iussit eum trudi in custodiam, dicens: *Aut sacrificet, aut militia excedat.* Qui mox sponte discessit. Nec mora, Iuliano interfecto, Iovianoque mortuo, in loco persecutoris sui suscepit imperium. Cumque Constantinopolim pervenisset, post 30 dies imperii sui fratrem Valentem in communionem regni assumpsit, largiens ei partes orientales, sibi retentans occidentales. Cumque iam annum tercium cum fratre ageret, Gratianum, filium suum necdum plene puberem, bortatu soerus et uxoris suae Serenae[g] augustum creavit. Habuit autem et alium filium parvulum Valentinianum de alia uxore Iustina, quam, vivente Severa[g] nec tamen abiecta, hoc modo duxisse probatur. Iustus, Iustinae pater, cum esset Piceni iudex temporibus Constantii, vidit in somnis, quod ex dextro femore imperialem purpuram genuisset. Quae visio eum ad Constantii aures pervenisset, metuens ne imperator ex eo nasceretur, mittens occidit Iustum. Cuius filia Iustina virgo permanens, cum perveniret ad Severae noticiam, amabatur ab ea, ita ut etiam balneis cum ea uteretur, eiusque pulchritudine obligata et amore capta, diceret imperatori, quod Iustina sic speciosa esset, ut etiam ipsam deceret uxorem imperatoris esse. Quo sermone concepto, Valentinianus Iustinam ducere tractans uxorem, non tamen Severa abiecta, legem proposuit publice per civitates, ut omnes qui voluissent impune bina matrimonia susciperent; nam ideo populosas fore gentes dicebat, quia hoc apud eas sollempne esset. Qua lege proposita, ipse Iustinam duxit; ex qua natus est ei Valentinianus et tres filiae, Iusta, Grata et Galla. Quarum duae in virginitate permanserunt, Gallam vero Theodosius maior duxit uxorem, ex qua Placidia, filia eius, noscitur esse progenita. Nam Arcbadium et Honorium ex Placilla priori coniuge habuit. Auxentio itaque Arriano Mediolanensi episcopo defuncto, Ambrosius presidatum urbis agens, necdum baptizatus, communi civium consensu episcopus eligitur, iubenteque Valentiniano baptizatur, et tanquam dignus in episcopatum ordinatur. Multa itaque praelia Valentinianus cum diversis gentibus commisit, inter quas et Alani rebellaverunt Romanis. Contra quos cum Valentinianus Romanum direxisset exercitum, plurimi ex eis occisi sunt, reliqui vero Meotidas paludes intraverunt. Tunc Valentinianus dixit exercitibus suis, quod, si qui ex eis Meotidas paludes intrarent et Alanos indo propulsarent, per decem annos absque tributo eos permitteret. Tunc quidam de Sicambria ingressi, pugnaverunt contra Alanos, factaque victoria, eiecerunt eos. Quo facto, Valentinianus appellavit eos Attica lingua Francos, hoc est feroces et duros ac fortes. Cuius[h] gentis quia se obtulit mentio regumque eius in libris sanctorum sepe fit commemoratio, licet facere videar digressionem, pro rerum tamen noticia, repetita eiusdem generis origine, quam brevius potero, regum eius describam successionem. Iord. de r. s. II. m. G. Franc. c. 2.

De origine Francorum.

Francorum gentis exordia de antiqua Troianorum prodiere prosapia. Nam eo tempore, quo post excidium Troiae Aeneas Italiam venit, quidam ex eisdem Troianis simili modo profugi circa Meotidas paludes applicuerunt, ibique considentes, terminos suos usque in Pannoniam dilataverunt. Construxerunt autem civitatem Sicambriam, ibique per multos habitantes annos, in populum multum creverunt, et Sicambri primum dicti sunt. Hi pro eo quod Alanos, ut dictum est, de Meotida palude expulerunt, Franci a Valentiniano vocati sunt, et pro hac victoria per decennium remissione tributorum donati sunt. Decennio vero peracto, misit Valentiniauus[i] ad eos quendam ducem pro exigendis tributis; sed illi, ut erant feroces, tributis ulterius subiacere dedignati sunt, missosque ad se interfecerunt. Fuerunt autem tunc principes inter eos antiquorum vocabulorum preferentes insignia, Priamus et Antenor. Audiens itaque imperator eorum factionem, nimis iratus, iussit omnem Romanum exercitum cum pluribus[k] exteris gentibus pugnare contra eos. Pugna commissa, cum ex utraque parte multi caderent, tandem Franci multitudinem tantam sustinere non valentes, fugierunt, ibique mortuus est Priamus rex eorum. Egressi autem de Sicambria, venerunt in terram Germaniae, ad gentem scilicet Romanis infestissimam, habitaveruntque aliquanto tempore in Thuringia cum Marcomede, filio Priami, et Sunnone, filio Antenoris. Omnes autem populi ex illa parte Rheni habitantes Germani dicti sunt, quia corpora magna habebant et fortissimi semper et indomiti erant. Inter haec defuncto Sunnone, Franci habuerunt consilium inter se, ut unum regem haberent, sicut et gentes ceterae, acceptoque consilio a Marcomede, Faramundum, G. Franc. cod. Bamb.

a) iovinianus 1[b]. 5. 9[c]. b) iovinianus 1[b]. 9[c]. b*) XXXVII[us]. E1. c) iovinianum 9[c]. *semper.* d) v. suae 9[c]. e) XXXVIII. E1. f) *deest* E1. g) *ita codd.* h) *Sequens historia Francorum deest* E., *et in* 2. *quoque omittitur.* i) valentianus 5. k) plurimis ceteris g. 5.

34) Imperatorum numeros Ekkehardus iam non ex Hieronimo sed ex Hist. misc. recipit.

G Fr. ipsius filium, regem constituere, et ex eo tempore leges habere coeperunt, quas gentiles eorum consiliarii Wisogastaldus et Salegast fecerunt, a quo Salegast etiam lex Salica inventa dicitur et nominata. Erant autem Franci pagani.

Denique mortuo Faramundo, Clodius, filius eius, Crinitus successit, a quo Francorum reges Criniti appellati sunt. Ultra Rhenum vero usque ad Ligerim fluvium habitabant Romani, ultra Ligerim autem dominabantur Gothi, Burgundiones vero habitabant iuxta Rhodanum, ubi postea facta est civitas Leudunum. Franci itaque de Thuringia Rhenum transgressi, Romanos, qui tunc temporis per suos magistratus Galliae imperabant, bello adorsi sunt, et usque in Carbonariam silvam fugant, fundunt, occidunt, sicque illatam sibi a Romanis iniuriam acriter vindicant. Ingressi autem Tornacum et Camaracum civitates Galliae, primo universa maritima, quae inter Scaldum et Sunnam fluvios iacent, violenter obtinent, sicque paulatim progredientes et regredientes, Remos, Suessonam, Aureliam et Agrippinam ac Treverim, postremo omnem Galliam sive Germaniàm ab Aquitania usque Bawariam sibi subiugant. Et hi quidem qui Teutonicis[a] commixti sunt, proprio vocabulo Franci, qui autem per conubia a Gallis sunt progeniti, Francigenae sunt appellati. Clodius itaque[b] cum regnaret annis 20, mortuus est; cui successit Meroveus, a quo reges Francorum Merovingi nominati[c] sunt. Quo mortuo, filius eius Hildericus suscepit regnum. Quem luxuriose viventem et cum filiabus populi fornicantem interficere nolentes, abiecerunt, et Aegidium quendam Romanum super se posuerunt; sed post annos octo poenitentes super hac re, Hildericum revocaverunt, factusque est rex virtute magnus super omnes priores Francorum reges. Agrippinam quippo civitatem temporibus eius, occisis a parte Aegidii multis Romanis, Franci ceperunt, eamque Coloniam appellaverunt, Treverim quoque apprehenderunt et incenderunt, totamque illam terram vastaverunt.

Mortuo autem Aegidio, Siagrius, filius eius, successit in locum eius, seditque in Suessonum civitate, ubi sedes regni erat; sed Hildericus cum exercitu superveniens, omnem terram illam predatus est, et Aurelianensem et Andegavensem civitatem regno suo adiecit. Qui cum regnaret annis 24, mortuus est, et Clodoveus, filius eius, regnum accepit. Hic cum Siagrio bellum commisit, fugientemque ad Alaricum regem Gothorum, missa legatione, reposcit[d], et redditum interfecit, totumque regnum eius sibi subiciens, Romanos in tantum delevit, ut nulla eorum vestigia hodie reperiantur in Gallia. Accepit autem uxorem, neptem Gundebaudi regis Burgundionum, nomine Gothehildam[e] vel Rothildam. Gundebaudus itaque rex Burgundionum quatuor filios habuit, Gundebaudum scilicet, patrem Sigismundi et Gothemari, Hilpericum, patrem Gothehildae, Gothegiselum et Gothemarum. Mortuo autem Gundebaudo seniore, Gundebaudus iunior occidit fratrem suum Hilpericum, et uxorem illius, ligato ad collum eius saxo, in aquam mergi praecepit, alios vero duos fratres in exilium misit. Gundebaudus autem, dum neptem suam Gothehildam, Hilperici[f] filiam, secum haberet, et legati Clodovei regis illuc forte directi eam videntes pulchritudinem eius apud dominum suum laudarent, misso Aureliano quodam honorato suo, accepit eam Clodoveus uxorem, puellam christianam. Quae cum ei Christum sepe predicaret illeque credere abnueret, 15° anno regni sui suscipiens bellum contra Alamannos, cum pene vinceretur, hortatu Aureliani se crediturum spopondit, si Dei adiutorio Alamannos vinceret; moxque et illos superavit et omnem terram eorum[g] sibi subiugavit, ac deinde per sanctum Remigium Remorum episcopum instructus, cum omni gente sua est baptizatus. Post haec abiit in Pictaviensem civitatem, ubi rex Alaricus habitabat, pugnansque cum eo, interfecit eum, 12° anno eiusdem Alarici. Amalaricus vero, filius Alarici, fugiens in Hyspaniam, regnum patris sui postea sagaciter recepit. Anno quinto post hanc victoriam mortuus est Clodoveus in pace, anno regni sui 30°, a transitu vero sancti Martini anno 112°. Habebat autem filios quatuor idem rex Clodoveus, Clodomirem, Theodericum, Hildibertum et Clotharium. Hi regnum eius inter se diviserunt aequaliter, et elevati sunt in magna potentia. Theodericus vero tunc habebat filium nomine Theodebertum, strenuum et utilem. Amalaricus quoque, filius Alarici regis Gothorum, sororem illorum nomine Ruothildam petiit in coniugium, quam illi non negantes cum magna gloria ei[h] dederunt. Sed cum ille velut Arrianus eam postea indigne tractaret, mittens illa nuncium de Hyspania ad fratrem suum Hildibertum in Arverna civitate sedentem, iniurias suas ei conquesta est. Unde ille iratus, cum magno exercitu Hyspaniam tetendit, occisoque Amalarico, sororem suam cum magnis thesauris abstulit; quae tamen languore prevenia, in ipso est itinere mortua. In illis diebus Gothehild regina veniens Parisium, dixit ad filios suos: *Non me poenitet, filii mei, vos dulciter enutrisse, tantum iniuriam meam indignamini, et mortem patris ac matris meae vindicate.* Qui mox ira commoti, cum exercitu magno Burgundiam pergunt contra Sigismundum et Gothemarum, filios Gundebaudi, qui patrem ac matrem Gothehildae interfecit. Sigismundus rex Burgundionum illo in tempore aedificavit monasterium sancti Mauricii sociorumque eius in loco Agauno, ubi et passi sunt. Collecto autem exercitu, Burgundiones exierunt obviam filiis Gothehildae et Clodovei; sed commissa pugna, caesi Burgundiones fugerunt. Sigismundus itaque dum fugeret ad sanctos Agaunenses, consecutus est cum Clodomir, captumque cum uxore et filiis, duxit in pagum Aurelianensem et in carcerem misit, et postea interfectos in puteum proiecit, in loco qui dicitur Columnabicus. Post haec iterum collecto exercitu, Clodomir in Burgundiam perrexit contra Gothemarum, iterumque repugnantem sed fugientem dum persequeretur et precurreret equo velocissimo, ex adversa parte percussus, corruit, et mortuus est. Quod audiens Clotharius, Gundeucam, uxorem fratris sui, accepit in coniugium.

Theodericus autem rex postquam regnavit annis 23, mortuus est, et Theodebertus, filius eius, ei successit. Qui cum annis 14 regnaret, obiit, et Theodebaldus, filius eius, illi successit. Quo post annos 7 defuncto, Clotharius, patruus eius, regnum ipsius cum thesauris multis accepit. Gothehildis autem regina in elemosinas profluens, in summa abstinentia et sobrietate vitam duxit, et apud Turonicam urbem plena dierum ad Dominum migravit, et in basilica sancti Petri apostoli ad latus viri sui Clodovei sepulta est a filiis suis Hildiberto[i] et Clothario, ubi et beatissima Genovefa quiescit.

Clotharius autem rex de diversis uxoribus septem habuit filios, de Ingunde regina Guntharium, Hildericum, Sigibertum[i], Guntramnum Heribertum, et filiam Glodesindam; de Regingunda vero, sorore Ingundis, habuit Hilpericum. Per amorem enim Ingundis, eo quod esset pulchra et decora et ipse nimium esset luxuriosus, sororem eius Regingundam accepit in coniugium. De Gusina quoque accepit Gratianum. Qui cum esset decorus nimis et acerbus ac callidus, patri rebellavit, sed captus et ad patrem adductus[k], in casa quadam incendi iussus est. Hildibertus vero, frater Clotharii, apud Parisium diu aegrotans, mortuus est; cuius regnum et thesauros Clotharius rex assecutus est. His etiam temporibus beatus Medardus episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum, quem rex Clotharius in Suessione civitate cum magna gloria sepeliri fecit.

a) theutonicis 5. theotonicis 9c. *semper.* b) *deest* 9c. c) vocati 5. d) repoposcit 9c. e) rothildam vel gothehildam 9c. v. r. *deest* 4. 10. 11. f) helperici 9c. *saepius.* g) *deest* 9c. h) *deest* 9c. i) *codd. modo* hildib. *modo* hildeb.; *modo* sigib. *modo* sigeb. *Priorem scripturam ex plurimis locis recepi.* k) ductus 5.

Post haec Clotharius rex febre correptus obiit, anno regni sui 51°, regnumque eius quatuor filii eius inter se divi- G. Fr.
serunt, scilicet Heribertus, Guntrammus, Hilpericus, Sigibertus, accepitque Heribertus regnum Hildiberti patrui sui, sedemque constituit Parisius; Guntrammus autem regnum Clodomiris accipiens, Aurelianis sedem constituit; Hilpericus vero regnum patris sui Clotharii possidens, Suessionis sedem posuit; Sigibertus autem regnum Theoderici, scilicet Austrasiam sortitus, apud Metensem civitatem regni sedem[a] locavit. Ex quibus Guntrammus rex pacificus et omni Paul. D. III, 33.
bonitate laudabilis erat, vitamque in conversatione sancta ducebat; cuius unum factum mirabile huic operi placet inserere. Quodam tempore dum venatum iret, omnes eius socii per silvam discurrentes, illum solum cum uno tantum sibi fidelissimo dimiserunt iuxta rivulum quendam. Quem cum gravis somnus urgeret, caput suum in illius fidelis sui sinum posuit et dormivit. Cum subito vidit ille in cuius sinu dormiebat, quasi parvum animal de ore regis exire et ad rivum tendere multoque nisu temptare, si quo modo posset transire. Cumque transitus copiam non inveniret, ille qui hoc vidit gladium suum de vagina eduxit, rivoque superponens, illud transire fecit. Transiens autem rivum, non longe inde in foramen unum montis iuxta positi intravit, reversumque per eandem viam, post horam unam in os regis rursus introivit. Qui mox evigilans, magnam visionem se vidisse narravit, dixitque sibi apparuisse in somnis, quod iter agens ad quendam fluvium magnum veniret, quem per ferreum pontem transiret, veniensque sub montem quendam, multum ibi aurum videret. Quod cum illi fideli suo narraret illeque vicissim sibi omnia quae gesta sunt intimaret, ad locum illum accesserunt, fodientesque multa pondera auri[b] antiquitus ibi reconditi invenerunt; de quo auro rex idem postea ciborium magnum fieri diversisque gemmis exornari precipiens, voluit illud[c] Hierosolimam ad sepulchrum Domini mittere, sed cum hoc perficere non potuisset, iussit illud poni supra corpus beati Marcelli martiris in Cabillona civitate sepulti, diciturque aliud huic simile non inveniri.

Hilpericus autem accepit uxorem Audevoram, quae peperit ei tres filios, Theodebertum, Meroveum et Clodoveum. G. Fr.
Heribertus vero duxit Ingobergam. Quae cum haberet duas puellas nimis pulchras, cuiusdam pauperis filias, rex in amorem earum vehementer exarsit. Quas cum regina odio haberet, rex iratus eam abiecit, et unam ex illis in coniugium sumpsit, deinde alteram quoque sibi copulavit. Pro qua re cum sanctus Germanus Parisiorum episcopus utrosque excommunicaret, et rex hoc parvipendens eam non dimitteret, percussa Dei iudicio, mortua est, nec multo post rex ipse defunctus est. Porro Sigibertus rex videns nequitiam fratris sui, dedignatus talia coniugia, legatiouem in Hyspaniam misit, regisque filiam Brunihildem petiit et accepit, puellam pulchram et ingeniosam; et quia Arrianae legi subiecta erat, in nomine sanctae Trinitatis eam baptizari iubebat; ex qua filium Hildibertum suscipiebat. His temporibus sanctus Columbanus de Hibernia in Galliam venit, quem Sigibertus rex benigne suscepit. Hilpericus autem, frater Sigiberti, videns eum regali coniugio sublimatum, cum iam plures uxores haberet, sororem Brunihildis natu maiorem, nomine Geltsuindam, in coniugium petiit, promittens per legatos, omnes alias uxores se dimissurum. Qua desponsata et cum multis thesauris accepta, Fridegundis, quaedam ex uxoribus eius plurimis, genere infima sed speciosa et callida, hanc in stratu suo per noctem strangulavit, et priorem Audevoram[d] consilio pessimo ab eo separavit, ipsaque in locum earum quasi legitima successit.

Eo tempore Iustinianus imperator apud Constantinopolim obiit, Iustinus vero imperium ambivit.

Post haec Hilpericus Theodebertum[e] filium suum ultra Ligerem in regnum fratris sui Sigiberti cum exercitu direxit; qui mox Turonum et Pictavim ceterasque urbes invasit, aecclesias incendit, monasteria destruxit, clericos interfecit. Contra quem Sigibertus movens exercitum, interfecit eum; Hilpericus vero cum uxore[f] Fridegunda fugit in Turnacum. Sigibertus autem civitates quae ultra Parisium sunt accipiens, cum Franci, qui[g] quondam Hildiberto seniori subditi erant, hunc vellent super se regem constituere et Hilpericum relinquere, fraudibus et consilio Fridegundis, quae nimium callida erat, interfectus est, anno regni sui 14°, aetatis autem[h] 40°. Tunc Brunihildis cum filiis suis apud Parisium sedebat; Gundoaldus autem dux, qui erat maior domus, filium Sigiberti parvulum Hildibertum furtim per noctem abstulit, et cum eo fugit, collectisque gentibus, super quas pater eius regnaverat, regem illum constituit. Tempore illo beatus Germanus Parisiorum episcopus, plenus virtutibus magnis[i], migravit ad Dominum. Mortui autem sunt[k] et filii Hilperici omnes quos habebat de Fridegunde; sed ad ultimum genuit Clotharium, qui postea factus est rex magnus, et hic genuit Dagobertum. Inter haec maximae discordiae ortae sunt inter Hilpericum et nepotem suum Hildibertum, filium Sigiberti, irritabantque eos ex utrisque partibus Fridegundis et Brunihildis. Eo quoque tempore mortuus est bonae memoriae Guntrammus rex inclitus, frater Hilperici, cum regnaret annis 31; cuius regnum, scilicet Burgundiam, Hildibertus, fratruelis eius, accepit. Post haec cum Fridegundis adulterium cum Landerico quodam committeret et hoc regi Hilperico innotesceret, illa eum metuens, egit consilium cum duobus iuvenibus, qui regem sero de venatione venientem, statim ut de equo descendit, interfecerunt, clamantes, ipsi insidias esse de parte Hildiberti; sicque ipsa cum filio suo parvulo Clothario regnum tenuit. Hildibertus igitur, filius Sigiberti, cum regnaret annis 20, mortuus est, habens duos filios, seniorem nomine Theodebertum ex concubina, iuniorem Theodericum ex regina; sed senior Theodebertus regnum accepit, scilicet Austrasiam; iuniorem vero Theodericum avia sua Brunihildis direxit in regnum Guntrammi regis, videlicet Burgundiam.

Eo tempore Fridegundis mortua est. Brunihildis autem pravum consilium subministravit nepoti suo Theoderico, dicens: *Cur non requiris thesaurum et regnum patris tui de manu Theodeberti, cum non sit frater tuus, sed de meretrice quadam, patris tui concubina, sit editus?* Ille vero haec audiens, ut erat acerbis moribus, exercitum plurimum contra fratrem direxit. Cumque convenirent in praelium, Theodebertus victus, fugit Coloniam. Theodericus autem illum persecutus, cum cuncta vastasset, et populus ut subiectis parceret ad eum clamasset, ait: *Si vultis ut parcam vobis, Theodebertum michi vivum adducite, aut caput eius afferte[l]!* Qui civitatem ingressi, cum suaderent Theodeberto, ut thesaurum redderet, quatinus frater eius recederet, ille verbis eorum credulus, ingreditur thesaurarium suum, et cum preciosissima quaeque requireret, unus ex eis retro cervicem eius gladio percussit et caput eius amputavit. Theodericus vero apprehendens ipsam civitatem, multos thesauros accepit, rediensque ad urbem Metensem, filiam Theodeberti pulchram nimis cum duobus filiis parvulis abduxit, filiosque occidens, filiam in coniugium accipere voluit. Cui cum diceret Brunihildis: *Non debes ducere filiam fratris tui,* ille iratus ait: *Nonne tu dixisti michi, quod non esset frater meus? Cur induxisti super me peccatum hoc, auctrix mortis?* Et evaginato cultro, voluit eam transfigere; sed illa a circumstantibus erepta est. Post haec odio nimio infecta, potionem venenatam per ministros suos ei direxit; quam ille bibens, mortuus est. Taliter refert hystoria Francorum. Sed in libro actuum sancti Columbani legitur*, * c. 57. sq.
quod apud Tulbiacum pugnaverint, victumque Theodebertum et fugientem Theodericus insecutus apprehenderit et ad

a) s. r. 5. b) *deest* 5. c) v. ad iher. illud ad 9c. d) andoveram 9c. e) theodericum 9c. f) u. sua 9c.
g) a. qui Franci quondam 9c. h) a. suc 9c. i) *deest* 9c. k) s. a. 5. l) auferte 5.

Vit. Col. aviam suam Brunihildem adduxerit, quem illa clericum fieri rogaverit, sed non post multos dies impie peremerit, Theodericus vero apud Metensem civitatem commorans, divino igni crematus sit. De hac controversia scriptores videant. Mortuo autem Theoderico, filius eius Sigibertus in regnum successit, ille scilicet de quo in libro
* cf. Mon. II. p. 10. Vit. Col. l. l. actuum sancti Galli legitur*, quod Gunzonis ducis filiam desponsaverit, quam idem beatus Galhis a daemonio liberavit. Clotharius itaque, filius Hilperici, collecto exercitu, fines regni, qui suae ditioni debebantur, cum conabatur recipere, Sigibertus ei cum exercitu occurrit; quem ille captum occidit, et quinque fratres eius, filios Theo-
G. Fr. l. l. derici, similiter interemit. Post haec Burgundiones et Austrasii, facta pace cum Francis, Clotharium in monarchia totius regni regem sublimaverunt. Tunc conclamantibus omnibus, Brunihildem morte turpissima esse condignam, primo camelo impositam totum exercitum gyrare fecit, deinde indomitorum pedibus equorum alligatam interimi precepit, sepulchrumque eius ignis fuit. Erat autem Clothario filius nomine Dagobertus, puer efficax et strennus et ad omnia sollertissimus, quem rex adultum cum Pippino duce in Austrasiam regnaturum direxit. Clotharius autem cum regnaret annis 44, plenus dierum mortuus est, et Dagobertus, filius eius, monarchiam in tribus regnis solus obtinuit, fuitque fortissimus et Francorum nutricius, in iudiciis aecclesiasticis severissimus, largitor elemosinarum precipuus, pacem in toto regno suo statuens, et timorem gentibus in circuitu incutiens, ipseque velut Salomon pacificus regnum obtinuit quietus.

Eo tempore defuncto Gundoaldo maiore domus, Erchinoaldum virum illustrem in locum eius statuit Dagobertus. Habebat autem idem rex ex regina Mahthilda [35] de genere Saxonum [a] filios duos, Sigibertum et Clodoveum, quorum maiorem Sigibertum duci Pippino et sancto Chuniberto Coloniensi episcopo in Austrasia regnaturum direxit, iuniorem
cf. Vit. S. Rem. S. Arnolf. S. Gertr. Clodoveum secum retinuit. Sigibertus hic sancto Romacho [b] episcopium Traiectense dedit. Pippinus autem dux pater erat sanctae Gerdrudis virginis et Beggae, quam duxit uxorem Ansgisus, filius sancti Arnolfi, viri magni Deoque dilecti, qui pro amore Dei renuncians seculo, divino se mancipavit servitio, factusque est postea episcopus Metensium; deinde heremiticam diligens vitam, plenus virtutibus migravit ad Dominum. Huius sancti Arnolfi pater fuit Arnolfus, vir illustris, filius Ansherti et Blithildae, Lotharii regis filiae.

G. Fr. Dagobertus autem rex cum regnaret annis 34, mortuus est, et Clodoveus, filius eius, regnavit pro eo super Francos, acceipitque uxorem de genere Saxonum [c], nomine Mahthildem [d], pulchram et ingeniosam, quae genuit ei [e] tres filios, Lotharium, Hildericum et Theodericum. Sigibertus vero, frater Clodovei, rex Austrasiorum, defuncto duce Pippino, filium eius Grimoaldum maiorem domus constituit. Habuit autem et ipse Sigibertus filium parvulum, nomine Dagobertum. Decedente igitur tempore, Sigibertus defunctus est, et Grimoaldus maior domus filium eius Dagobertum totondit, Didonemque, Pictaviensis urbis episcopum, in Scottiam exilians, Dagobertum episcopatui preposuit. Quod indignantes Franci, Grimoaldo insidias statuunt, captumque Clodoveo deferunt. Quem ille vinculatum carceri mancipavit, ubi, ut dignus erat, vitam finivit.

Eo tempore Clodoveus, instigante diabolo, brachium sancti Dionisii martiris abscidit, ex quo regnum Francorum casibus pestiferis concidit. Clodoveo itaque post 15 annos regni sui defuncto, Franci statuerunt Lotharium, fratrem eius, cum matre Mahthilda regnare pro eo. Hic sanctum Leodegarium Augustuduni fecit episcopum. Eo quoque tempore Erchinoaldo maiore domus defuncto, in locum eius successit Ebroinus. Post non multum vero tempus mortuo Lothario, Ebroinus maior domus Theodericum fratrem eius constituere voluit regem; sed quia idem Ebroinus iam odiosus fuit Francis, spreto eius consilio, alterum eius fratrem [f] Hildericum [g], qui Austrasiis iam imperabat, super se regem constituunt. Quod videns Ebroinus, in Luxoviense coenobium tonso capite, quasi perpetuo monachus, se contulit. Post aliquod tempus Hilderico, cum levis esset ac omnia inconsulte ageret, a quibusdam cum regina [h] pregnante interfecto, rursumque Theoderico in regnum revocato, Ebroinus de claustro prorumpens, ad regem pervenit. receptoque principatu suo, tyrannidem magnam in Francos, quibus odiosus erat, exercuit, inter quos et sanctum Leodegarium
cf. gen. Kar. occidit. Mortuo autem Theoderico, filii eius Clodoveus et Hildibertus regnaverunt; post quos Dagobertus iunior; cui Hilpericus cum Reginfrido succedentes, a Karolo, Pippini filio, deiecti sunt, et Lotharius substitutus; post quem iterum Hilpericus regnavit; post hunc Theodericus. Quo vicesimo Leonis imperatoris anno mortuo, et primo Constantini, eiusdem Leonis filii, anno Karolo defuncto, quinque annis post Theodericum sine rege interlapsis, sexto demum anno Pippinus et Karlomannus, filii Karoli, Hildericum statuunt regem, qui et ultimus erat de antiquo genere regum.

* cf P. D. VI, 23. Tempore autem regum precedentium, post mortem Ebroini Ansgisus [i], sancti Arnolfi filius, nomen, ut aiunt*, ducens ab illo Troiano Anchisa [k], patre Aeneae, maior domus effectus est in regno Francorum; post quem Pippinus,
ib. VI, 42. filius eius et Beggae sororis sanctae Gerdrudis; post hunc filius eius Karolus, cognomento Fortis, qui per multas pugnas
cf. Sigeb. vit. S. Lamb. principatum tulit de manu Reginfridi; quem Karolum genuit Pippino Alhhaidis, soror Diodonis domestici sui, quam ille superduxit legitimae uxori suae Plectrudi, de qua susceperat Druogonem et Grimoaldum. Quam rem dum detestaretur sanctus Lampertus [l] episcopus, ab eodem Diodone est interfectus, Pippino, ut aiunt [36], consentiente, Hildiberto, Theoderici filio, regnante*. Mortuo autem hoc Karolo, filii eius Pippinus et Karlomannus principatum tenuerunt simul
cf Einh. c. 1. annis 4, postea Pippinus solus annis 7, adhuc quidem regibus in Francia ex antiqua stirpe solo nomine regnantibus sed nil regiae dignitatis habentibus, donec per auctoritatem Zachariae papae, Hilderico, qui tunc falsum regis nomen habebat, detonso et in monasterium detruso, isdem Pippinus ex prefecto palatii in regnum est sublimatus, ac deinde per successorem eius Stephanum papam una cum uxore sua Bertherada filiisque Karolo et Karlomanno regali est unctione consecratus et in regno confirmatus, anno ab incarnatione Domini 754.

His de gente regibusque Francorum noticiae causa sive per repetitionem precedentium seu per anticipationem sequentium dictis quasi per quendam excessum, iam redeamus ad inceptum.

*) C. *add.*: Ipse autem Diodo paulo post pessimo languore cruciatus, a vermibus consumptus et ob intolerantiam foetoris [m] in Mosam fluvium demergitur, omnesque huius fugae complices infra annum divinitus puniuntur. *ex Sigeb. G. a.* 699.

a) sagonum 5. b) romocho 10. remaclo 9c. *et ita* 5. *recentiori manu.* c) sagonum 5. d) balthildem 4. *et ita infra.* e) *deest* 9c. f) fr. e. 5. g) *deest* 9c. h) *deest* 9c. i) ansgisus *corr.* angisus 10. *et ita* 11. k) anchiso 5. l) Lantpertus C. m) foctoris C.

35) Nacthilda. 36) Haec tamen in vita S. Lamberti haud leguntur neque alibi invenire potui; cf. quae hac de re docte disseruit Hirsch de vita Sigeberti p. 295 sqq.

Anni Valentiniani.

Valentinianus primo regni sui anno, qui est dominicae incarnationis 367, fratri suo Valenti regnum Orientis dedit, Chr. W.
ipse occidentale tenuit.

A. D. 368. Damasus papa 39us ordinatus, sedit annis 26[a], sub seditione tamen, quia Ursinus, quidam diaconus Romanae aecclesiae, sibi sacerdotium usurpavit. Damasus vero constituit, ut psalmi Beda mart
die noctuque canantur in aecclesia.

A. D. 369. Lana vera[b] pluviae permixta de nubibus fluxit. Chr. W

A. D. 370. Hylarius Pictaviensis episcopus obiit.

A. D. 371. Athalaricus rex Gothorum christianos in sua gente persequitur.

A. D. 372. Eusebius Vercellensis et Lucifer Caralitanus obierunt. Hier.

A. D. 373. Valentinianus Saxones caede perdomuit in Francia. Chr. W.

A. D. 374. Didimus Alexandrinus multa de nostro dogmate commentatur. Hier.

A. D. 375. Sanctus Martinus Turonis ordinatur episcopus.

A. D. 376. Magnentia, quae et Tecla, Romanorum nobilissima, Hierosolimam veniens, magnis virtutibus et humili- Chr. W
tate claruit.

A. D. 377. Valentinianus, rupta vena nuper incisa, moritur[c].

Valens[d] igitur, frater Valentiniani, dum per concessionem fratris regnaret cum eo in regno Orientis, id est in Con- It. m.
stantinopoli, annis 11, post mortem fratris regnavit ibi annis 4, Gratiano et Valentiniano, fratris sui filiis, regnum Occi-
dentis, id est Romanum tenentibus imperium. Hic itaque Valens, mox ut frater eius ab eo discessit, Dominica uxore cf. Oros.
sua, ut aiunt, suadente, ab Eudoxio Arriano episcopo rebaptizatus est, statimque in christianos persecutionem moveret, VII, 32.
si fratrem non timeret. In Antiochia tamen plurimo tempore commorans, omnibus licentiam dedit sua sacra celebrare,
gentilibus scilicet atque Iudaeis et omnibus hereticis; illis tantummodo inimicus erat, qui apostolicam doctrinam predi-
cabant. Post mortem vero fratris impietatem, quam mente conceperat, operibus explebat. Nam sacerdotes Domini exilia- Hier. Beda.
bat, monachos in militiam cogebat, nolentes militare interfici iubebat. Inter haec diabolico instinctu perserutari cupiens, Iord. de r. s.
quis post eum regnaturus esset, nicromantiam fecit; sed diabolus eius audacia et crudelitate abusus, non aperta sed obliqua It. m.
ei responsa dedit, per quae multos artificiose interemit. Demonstravit enim ei quatuor litteras, $\vartheta, \varepsilon, o, \delta$, dicens, hoc nomen
post Valentem imperii culmen accepturum. Unde ille zelo ductus, multos interemit, quos tyrannidem assumere estimavit.
Occidebantur itaque Theodati, Theodori, Theodoti, Theodunculi, et quicumque has litteras in capite sui nominis habebant.
Hoc ergo timore plurimi[e] sua nomina mutaverunt, negantes cum iuramento quae prius habuerunt, ut pericula effugerent.
Inter ceteros autem occisus est et Theodosius vir fortis, ex Hyspania genus ducens, pater Theodosii postea imperatoris.
Hic Theodosius a Valentiniano, fratre Valentis, in Africam missus, Firmium quendam sese in regnum extollentem ad
mortem coegit, totamque Africam et Mauritaniam Romano imperio subiecit. Sed cum a Valente per invidiam iuberetur
occidi, prius in remissionem peccatorum rogabat baptizari, sicque iugulum ultro prebuit percussori.

Ea tempestate Hunorum gens, diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos, eosque
conturbatos ab antiquis expulit sedibus. Qui transito Danubio ad Valentem venerunt, et sine omni pactione suscepti,
Tracias ad habitandum ab eo acceperunt. Deinde cum idem imperator non daret eis quod sufficeret, non sustinentes cf. Iord.
famem, apprehenderunt arma, cuntesque per Traciam, omnia licenter vastabant et incendebant. Hoc audiens Valens,
egressus ab Antiochia, congregavit exercitum, ut pugnaret cum Gothis; primumque moratus apud[f] Constantinopolim, It. m.
misit Traianum magistrum militiae contra eos; qui victus ignominiose reversus est. Cui cum Valens molliciem exprobra-
ret, ait: *Non ego victus sum, o imperator, sed tu, qui contra Deum pugnans, barbaris nutum eius concilias. An nescis,
quos ab aecclesiis expulisti et quibus eas tradidisti?* Ille sera poenitentia stimulatus, episcopos ceterosque sanctos revo-
cari de exiliis precepit. Inter haec barbari per Traciam[g] discurrebant, iamque suburbana Constantinopolitana, nullo pro-
hibente, incendebant. Egressus itaque de Constantinopoli, duxit exercitum ad urbem Adrianopolim; commissaque pugna
cum Gothis, primo impetu Gothorum Romani equites nudatos deseruere pedites, quos Gothi mox circumdederunt, ac
sagittarum nubibus huc et illuc fugientes obruerunt. Ipse quoque imperator Valens sagitta sauciatus et in fugam versus,
cum ob nimium dolorem de equo laberetur, in vilissimam casam deportatur, ubi, Gothis supervenientibus ipsumque[h]
ibi nescientibus, igne imposito concrematur, anno vitae[i] 50°, regni autem 15°, quorum 11 regnavit cum fratre, 4 post
illum. Iusto itaque Dei iudicio ab illis igni crematus est, quos ipse perfidiae succenderat igne. Antea quippe petenti-
bus Gothis, ut eis mitteret predicatores et doctores, qui eos catholicam fidem instruerent, misit Arrianos doctores, sicque
omnis illa gens Arriana facta est. Mortuo autem Valente, Gothi iam securi pergunt ad urbem Constantinopolim, ubi
tunc Dominica, uxor Valentis, sedebat; quae ex aerario publico premia bene certantibus prebens, urbem viriliter defende-
bat. Sub his temporibus Apollinaris Laodicenus episcopus multa nostrae religionis scripta composuit; qui postea devians Hier.
a fide, heresim sui nominis instituit. Quia[k] vero Gothorum mentio non solum in hoc loco sed et in
precedentibus sepe est habita et in sequentibus sepius habenda[l], non superfluum videtur, si
de origine eorum altius ab initio repetatur, et qui aut unde essent, quam brevissime veris-
simeque potest, hic aliquid inseratur, quia et Huni, qui eos de sedibus suis expulisse referun-
tur, originem ex his traxisse dicuntur, Gepidi quoque et Amazones ex eis processisse leguntur.

Hystoria Gothorum[m]

Claudius Ptholomeus, orbis terrae descriptor egregius, refert in secundo sui operis libro, esse in oceani arctoi salo Iord.
insulam quandam magnam, nomine Scanziam, in modum folii cetri lateribus pandis per longum ductam, quam et Pom-
ponius Mela in maris sinu Codano positam refert, cuius ripas influit oceanus. Haec a fronte posita est Vistulae flumi-
nis, qui Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scanziae septentrionali oceano trisulcus illabitur, Germaniam Scythiam-
que determinans. Ubi etiam aliae plures[n] insulae dicuntur esse dispositae; ad quas si congelato mari ob nimium frigus
lupi transierint, luminibus feruntur privari. Ita non solum hominibus inhospitales verum etiam bestiis terrae sunt

a) XVIII. 5. 10. 11. b) vero 5. 10. *deest* 9. 11. c) 9c. *add.:* Abhinc error annorum usque ad Karolum Magnum. d) 5. *add. rubram:* De Valente. e) multi E1. f) *deest* 5. g) trachiam 5. h) ipsum 9c. i) v. sue 5. 9c. k) *Historia Gothorum deest* E; *in* D1. *vero in quaternionibus XII. XIII. iam deficientibus separatim scripta erat. In* 2. *qui plurima omisit omnia iam inde a verbis:* Mortuo autem Valente *omissa sunt.* l) est h. 5. m) Gotthorum 5. n) quam plures 9c.

Iord. crudeles. In Scanzia vero insula multae et diversae manent nationes, quarum septem commemorat Ptholomeus; ex quibus una dicta Adogit in aretoa parte eiusdem insulae consistit, quae in media aestate 40 diebus et noctibus lucem continuam fertur habere itemque medio brumali tempore eodem dierum noctiumque numero, alternato moerore cum gaudio, claram lucem nescire. Et hoc inde venit, quia prolixioribus diebus per axis marginem solem vident redeuntem ad orientem, brevioribus vero non sic apud illos conspicitur, ut australes conspicere consuerunt. Nobis enim videtur sol
* II. c. 75. ab imo surgere, illis vero marginem circuire. Nec hoc alicui incredibile videatur, quia Plinius*, seculariorum eruditissimus litterarum, eodem fieri modo in insula Thile testatur circa solsticium aestivale et brumale aliquibus tantum diebus. Quod et venerabilis Beda comprobat, dicens[37], sibi dictum fuisse a quibusdam clericis, qui in eadem insula fuerunt a Kal. Febr. usque ad Kal. Augusti, quod in diebus circa aestivale solsticium in vespertina hora abscondat se sol, occidens quasi post parvulum tumulum, ita ut in minimo illo spatio nichil fiat tenebrarum, sed quicquid homo operari voluerit, tanquam in presentia solis possit; et si in altitudine montium eiusdem terrae fuissent, forsitan sol nunquam eis latuisset[a]. In medio autem spatio illius minimi temporis media nox fit in medio terrarum orbis. Sed et beatus Augustinus in seuten-
* de genesi lib. I. Opera ed. Froben. III. p. 506. tia, quae in aecclesiastice fit de sole, de ambitu solis dicit*: *Australis ergo pars cum habet solem, nobis dies est; cum autem ad partem aquilonis circuiens pervehitur, nobis nox est; non tamen in alia parte non est dies, ubi presentia solis est, nisi forte poeticis figmentis cor inclinandum est, ut credamus, solem mari se immergere atque inde lotum ex alia parte mane surgere; quamquam, si ita esset, abyssus ipsa solis presentia illustraretur atque ibi dies esset; posset enim et aquas illuminare, quando ab eis[b] non posset extingui; sed hoc monstruosum est suspicari.*

Iord. Alia quoque gens ibi est, quae Suehans dicitur, cuius gentis homines equis utuntur eximiis, et hi sunt, qui in usus Romanos Sapherinas pelles, commercio interveniente, per alias innumeras gentes transmittunt, famosi decora pellium nigredine. Hic cum inopes vivant, ditissime vestiuntur. Sunt ibi et Suetidi, cogniti in hac gente, reliquis corpore eminentiores, quamvis Dani, ex ipsorum stirpe progressi, Herulos propriis sedibus expulerint, qui inter omnes Scanziae nationes nomen sibi precipuum ob nimiam proceritatem affectant[d].

* P. D. I, 2. Ex hac igitur Scanzia insula, quam alii Scandanaviam dicunt*, quasi officina gentium, aut certe velut e vagina
cf. ibid c. 1. nationum, diversae nationes egressae sunt, Dani, Daci, Heruli, Rugi, Turcilingi, Wandali, Winili qui et Longobardi, et hi
Iord. qui postea Burgundiones dicti sunt, et aliae multae barbarae nationes. Ex eadem quoque cum rege suo nomine Berich Gothi, qui et Gethae, quondam memorantur egressi cum tribus tantum navibus. Sed qui in una erant navi, aliquantu-
c. 17. lum[e], ut fieri solet, tardiores, cum alios sequi non possent, in quandam Vistulae fluminis insulam venientes, quousque meliores invenirent sedes, ibi resederunt, nomenque genti ex tarditate sua dederunt. Nam lingua eorum pigritia Gepanta dicitur, ipsaque gens postea paulatim corrupto nomine ex vitio tarditatis Gepidorum vocabulum sortitur. Quod ipsum
c. 1. sqq. nec credo falsissimum; sunt enim ingenio tardiores et velocitate corporum graviores. Alii vero qui in duabus erant mox ut citeriorem oceani ripam attigerunt, nomen loco dederunt, qui hodieque, ut fertur, Gothiscanzia vocatur. Inde mox promoventes, ad Vlmerugorum sedes, qui tunc oceani ripas insederunt, castra metati sunt, eosque, commisso praelio, propriis sedibus expulerunt, vicinosque eorum Wandalos tunc subiugantes, suis victoriis applicaverunt. Ubi vero[f], magna populi numerositate crescente, quintus iam pene rex post Berich regnabat, Filimer, Gadarici Magni filius, consilium dedit, ut cum familiis suis Gothorum inde[g] promoveret exercitus. Qui aptissimas sedes locaque dum quereret congrua, pervenit ad Scythiae terras, quae lingua eorum Ovim[h] vocabantur. Ubi delectatus magna ubertate regionum, per pontem transposuit exercitum ultra quendam fluvium. Medietate autem exercitus transposita, pons, ubi amnem traiecerat, dicitur irreparabiliter corruisse, nec ulterius licuit iam alicui ire aut redire. Nam is locus, ut fertur, tremulis paludibus voragine circumiecta concluditur, quem utraque confusione natura reddit impervium. Verumtamen hodio illic et voces armentorum audiri et indicia hominum deprehendi, commeantium attestatio, quamvis longe audientium, solet perhibere. Ili ergo, qui apud Filimer dicuntur in terras Ovim emenso amne transpositi, optato potiti solo, ilico ad gentem Spalorum adveniunt, consertoque praelio, victoriam adipiscuntur. Exinde iam velut victores ad extremam Scythiae partem, quae Ponto mari vicina est, properant, quemadmodum et in priscis eorum carminibus pene hystorico ritu in commune celebratur, et Ablavius, descriptor Gothorum gentis egregius, verissima testatur hystoria; in quam sententiam nonnulli consensere maiorum, eosque Scythas appellare consuerunt. Scythia siquidem[i] Germaniae confinis est, cotenus ubi Ister[k] fluvius oritur vel stagnum Marsianum dilatatur, usque ad Danubium montemque Taurum, non illum Asiae sed proprium Scythiae, per omnem Meotidis ambitum, cuius paludis circuitus[l] est passuum mille centum 44, nusquam octo cubitis altius subsidentis. In qua Scythia prima ab occidente gens est Gepidorum, quae magnis opinatisque ambitur fluminibus, introrsus[m] Datia est, ad coronae speciem arduis Alpibus emunita; dein per immensa spatia Venetiarum natio populosa consident, quorum nomina licet nunc per varias familias et loca mutentur, principaliter tamen Sclaveni nominantur. Prima vero mansio Gothorum in Scythiae solo fuit iuxta paludem Meotidem, secunda in Misia Traciaque et Datia, tercia supra mare Ponticum. Et dum in prima sede iuxta Meotidem habitarent, Filimerem regem habuerunt, in secunda, id est in Misiae Traciaeque et Datiae solo, Zalmoxen, quem mirae phylosophiae et eruditionis fuisse testantur. Plerique autem scriptores annalium tradunt, eos prius habuisse eruditorem Zeutem, postea Dicineum, qui venit ad eos eo tempore quo Sylla Romano principatu potitus est, post Dicineum habuisse sapientem Comosicum, qui propter suam periciam et rex illis haberetur et pontifex, quartum vero habuisse Zalmoxen. Nec defuerunt qui eos sapientia erudirent; unde et penen omnibus barbaris Gothi sapientiores extiterunt Grecisque pene similes, ut refert Dio, qui hystorias annalesque eorum Greco stilo composuit; qui etiam dicit, eos primum Tarabosteos, deinde Pilleatos vocitasse hos qui inter eos generosi extabant[o], ex quibus reges et sacerdotes sibi ordinabant. Adeo ergo laudati fuere Gethae, ut Martem, quem poetarum fallacia deum belli pronunciat, apud se dicerent fuisse progenitum. Unde dicit Virgilius:

„Gradivumque patrem Geticis qui presidet arvis."

Quem Martem Gothi semper asperrima placavere cultura, scilicet morte captivorum, opinantes, bellorum presulem aptep
v. supra p. 43. humano sanguine placandum. Hac itaque sede morantibus Gothis, qui et Scythae dicti sunt, Vesoces rex Aegypti, qui regnavit eo tempore quo Sosarmus imperavit Assyriis et Inachus Sycioniis, bellum primus intulit Gothis, quibus tunc

a) l. eis 5. b) q. non p. ab eis 5. c) hii 5. *saepius.* d) affectent 4. 10. affectent 9c. e) aliquantum 5. f) ergo 9c. g) *deest* 5. h) oium 5. *et ita infra.* i) quidem 5. k) hister 5. hyster 4. l) exercitus 9c. m) introssus 5. n) *deest* 5. o) existebant 4. existabant 9c. p) apto 9c. *deest* 4.

37) Haec in Bedae operibus frustra quaeri, sed in Dicuili libro de mensura orbis VII, 2, 6. legi, iam Lappenberg Archiv VI. p. 890. annotavit.

erat rex Tanausis, qui eidem occurrens eumque graviter debellans, usque in Aegyptum fugavit, destitutum exercitum invadit[a], omneinque belli apparatum capessit, ac totam Aegyptum devastasset, si paludes Nili non obstitissent. Inde reversi Gothi, omnem pene Asiam, infinitis caedibus perdomitam, vectigalem fecerunt, ubi per 15 annos sine pactione immorati, tandem uxorum flagitatione revocantur, denunciantium, ni redeant, se a finitimis sobolem quesituras. Hoc autem spatio, quo viri commorati sunt in Asia, feminae illorum a vicina quadam gente temptantur in preda; sed illae a viris suis edoctae, sumptis armis, fortiter restiterunt hostesque supervenientes cum magna verecundia abegerunt. Unde quidam* opinantur, has fuisse quae Amazones dicuntur; sed hoc repugnare videtur, quod harum viri post 15 annos ab eisdem revocati leguntur, illarum vero mariti partim bello partim ab ipsis occisi scribuntur. Amazonum autem origo huiusmodi fuisse legitur. Oros. I, 11. Iord. c 7. * Iord.

De Amazonibus.

Medio tempore habitationis Gothorum in hac sede, duo regii iuvenes, Plinus et Scolopetius, apud eos per factionem optimatum domo pulsi, ingentem iuventutem secum traxere, et in Capadociae Ponticae ora iuxta fluvium Thermodoontem considentes, campos Themiscyrios sibi subiecere. Ubi proxima quaeque dum populantur, conspiratione finitimorum per insidias cum suis[b] comitibus pene omnibus trucidantur. Horum uxores exilio ac viduitate permotae, arma corripiunt, et ut omnibus par ex simili conditione animus fieret, viros qui superfuerant interficiunt, atque accensae in hostem, sanguine suo ultionem caesorum virorum excidio finitimorum exsecuntur. Tunc pace armis quesita, veritae, ne prole rarescente deficerent, externos concubitus vicinarum gentium ineunt, factis nundinis semel in anno, ita ut eadem die futuri temporis revertentes in id ipsum, quicquid masculini sexus edidissent, patribus redderent, quicquid feminei, matres ad arma bellica erudirent. Neque enim virgines earum fusum ad aliquid operandum tenebant, sed equis et armis et venationibus se exercebant. Quidam autem dicunt, quod, editis maribus, novercali odio infantis miserandi fata rumperent, et ita apud illas detestabile esset puerperium, quod ubique constat esse votivum. Quae crudelitas illarum maximum terrorem vicinis gentibus cumulabat vulgatae opinionis. Nam quae, rogo, spes esset capto, ubi nefas habebatur ignosci vel filio? Puellis autem dexteras inurebant mamillas, ne sagittarum vel iaculorum impedirentur iactus, unde et Amazones dicuntur, hoc est sine mamma. Harum duae reginae fuere Lampedo et Marpesia, quas audentiores ceteris eligentes, earum se principatui subdiderunt. Quae agmine diviso in duas partes, vicissim curam belli et domus custodiam sortiebantur. Sed dum Lampedo proprios fines domi tueretur, Marpesia, feminarum agmine sumpto, novum genus exercitus duxit in Asiam, diversasque gentes bello superans, alias pace concilians, ad Caucasum montem venit, ibique certum tempus demorans, loco nomen dedit saxum Marpesiae. Unde Virgilius ait: Oros. I, 15. Oros. I. I. Iord. c. 7.

„Ac si dura silex super est Marpesia cautes.“

Inde egressae, Etalem fluvium transierunt, et Armeniam et Syriam, Ciliciam, Galatiam, Pisidiam multaque Asiae loca obtinuerunt, ibique diutius dominantes, Ephesum et alias civitates castraque condiderunt suoque nomini dicaverunt; templum quoque Dianae ob sagittandi ac venandi studium, quibus artibus se tradiderant, mira pulchritudine apud Ephesum construxerunt. Tali ergo casu Scythiae gentis feminae Asiae regnum per centum annos tenuerunt; sicque magna pars exercitus opulentissima preda onusta in cautes Marpesias ad socias proprias repedavit, reliquae vero ad tuendum Asiae imperium relictae, incursu hostium cum Marpesia regina trucidatae sunt. Cuius locum filia eius Sinope capessit, quae singularem virtutis gloriam perpetua virginitate cumulavit. Hac fama gentes excitas tanta formido et ammiratio invasit, ut Hercules quoque, cum iussus fuisset a domino suo exhibere sibi arma reginae Amazonum, quasi ad inevitabile periculum destinaretur, ex universa Grecia lectam ac nobilem iuventutem contraxerit, novem longas naves preparaverit, nec tamen sic contentus examine virium, ex improviso eas aggredi et insperatas circumvenire maluerit. Duae sorores tunc regno preerant, Anthiope et Orithia. Hercules autem advectus, incautas inermesque et pacis incuria desides obpressit Amazones, et inter caesas et captas plurimas duae sorores Anthiopae retentae sunt, Melanippe ab Hercule, Yppolite a Theseo. Sed Theseus Yppoliten matrimonio asscivit, Hercules vero Melanippen sorori reddidit, et arma reginae in precium redemptionis accepit. Post Orithiam Pentiselea regno est potita, cuius clarissima virtutis documenta inter viros Troiano accepimus bello, in quo ipsa occisa dicitur ab Achille. Fuerunt autem cum ea 70 milia Amazonum, quarum paucae reversae sunt. Post Pentiseleam regnum tenuit Thalisaridis, quae habuit pacem cum Alexandro Magno. Dicuntur autem Amazones regnasse per annos multos usque ad Iulium Caesarem. Haec autem de Amazonibus huic hystoriae subintulimus, ut has quoque de stirpe Gothorum descendisse monstraremus, nunc vero ad coeptam eorundem hystoriam redeamus. Oros. I. I. Iord. c. 7.

Dio hystoricus et antiquitatum diligentissimus inquisitor, qui operi suo Geticum titulum dedit, regem illis post multa tempora fuisse commemorat nomine Thelephum, Herli[c] filium, procerum quidem corpore, sed plus vigore terribilem, qui paternam fortitudinem propriis virtutibus aequans, Herculeis genibus et formae similitudinem referebat. Huius regnum Moesiam appellavere maiores. Is coniugio sororis Priami copulatus, bellum habuit cum Danais, in qua pugna Tessandrum ducem Greciae peremit; et dum Aiacem infestus invadit Ulixemquè persequitur ictibus, equo cadente, ipse corruit, Achillisque iaculo femore saucio, diu mederi nequivit; Grecos tamen quamvis saucius a suis finibus propulsavit. Thelepho vero defuncto, Euriphilus, filius eius, successit in regnum, ex Priami regis sorore progenitus, qui cum ob Cassandrae amorem bello interesset Troiano, ut parentibus socerogue ferret auxilium, mox exstinctus est. Iord. c. 9 sqq.

Post longum intervallum Thameris regina cum filio suo Gothis presidebat, quae Cyrum regem Persarum, bellum Scythis inferentem, interficiebat. Post haec Antinus Gothis regnavit, cuius filiam Darius, Hydaspis filius, rex Persarum, postulans, sed repudiatus, cum septingentis milibus armatorum bellum Scythis intulit, sed octoginta milibus perditis, refugit. Post quem Xerses, filius eius, paternas iniurias ulturum se estimans, cum 700 milibus armatorum de regno et 300 milibus de auxiliis, mille quoque navibus rostratis et tribus milibus onerariis ad eos proficiscitur, sed nec temptare in conflictu animositatem eorum presumens, cum rubore revertitur. Philippus quoque, pater Alexandri Magni, cum ipso filio suo ad Scythiam predandi transiit intentione, commissoque praelio, cum Scythae et numero et virtute prestarent, fraude Philippi nimium callidi vincuntur. In qua pugna 20 miliad[d] puerorum et feminarum Scythicae gentis capta sunt, magna pecorum copia abducta, auri argentique nichil repertum. Postea cum eis amiciciam foederans, Medumpam, Gudilae regis Gothorum filiam, accepit uxorem, ut tali affinitate roboratus Macedonum regnum[e] firmaret.

Dehinc regnante in Gothis Borbista, Dicineus venit in Gothiam, eo tempore quo Sylla Romanum tenuit principatum; quem Dicineum suscipiens Borbista, dedit ei regiam potestatem, cuius consilio Gothi Germanorum[f] terras, quas nunc Franci tenent, populati sunt; quibus hoc erat salubre, hoc commodum, hoc votivum, ut quicquid Dicineus eorum

a) invasit 4. 9c. b) *deest* 9c. c) beli 4. herili 9c. herculis 11. d) XX 9c. e) r. mac. 5. f) t. romanorum 9c.

Iord. consiliarius precepisset, hoc modis omnibus expetissent. Qui cernens, eorum animos sibi in omnibus obedire et natu-
c. 11. sqq. rale ingenium eos habere, omni pene phylosophia eos instruxit, elegitque ex eis nobilissimos et prudentiores viros, quos theologiam docens, numina quaedam et sacella venerari suasit, eosque sacerdotes fecit, nomen illis pilleatorum tradens, quia opertis capitibus thyaris, hoc est pilleis, litabant, reliquam vero gentem capillatam dici iussit. Quod nomen Gothi pro magno suscipientes, adhuc in suis cantionibus reminiscuntur. Decedente[a] vero Dicineo, pari pene veneratione habuerunt Cumosicum, qui nec imparis erat sollertiae. Hic etenim rex illis et pontifex ob suam peritiam in summa iusticia populum regebat. Et hoc rebus humanis excedente, Zalmoxes rex Gothorum in regnum conscendit, et per 40 annos in Datia suis gentibus imperavit. Datiam autem[b] dico antiquam, quam nunc Gepidae possidere noscuntur. Quae patria in conspectu Moesiae sita trans Danubium, corona cingitur montium, duos tantum habens accessus, primum Datia, postea Gothia, nunc dicta Gepidia.

c. 5. Terciam sedem super mare Ponticum Gothi iam humaniores et prudentiores habebant, divisisque per familias[c] populis, Wisigothae, id est occidentales Gothi, familiae serviebant Ewaldorum, Ostrogothae vero, id est orientales Gothi, preclaris subiacebant Amalis. Quorum studium fuit primum inter vicinas gentes arcum intendere nervis, Lucano testante, qui ait:

„Armeniosque arcus Geticis intendite nervis.“

Antiquorum etiam facta maiorum cantuum modulationibus cytharisque canebant, Erpantalae[d], Hannalae, Fridigerni[e], Widigoiae et aliorum, quorum in hac gente magna opinio est, quales vix heroas fuisse miranda iactat antiquitas. Diu
c. 11. itaque Gothi regnaverunt, adeo ut Caesar, qui primus omnium Romanum sibi vendicavit imperium omnemque pene suae ditioni subegerat mundum, Gothos sepe pertemptans, subiecre non posset. Gaius Tyberius iam tercius Romanis regna-
c. 13. sqq. vit, Gothi tamen in suo regno incolomes perseverant. Domiciano vero undecimo iam ab Augusto regnante, ripam Danubii, iam diu a Romanis obsessam, Gothi, deletis militibus Romanis eorumque ducibus, vastaverunt. Cui provinciae tunc post Agrippam preerat Oppius Sabinus, Gothis autem principabatur Dorpaneus. Inter quos bello commisso, Gothi Romanos vicerunt, caput Oppii Sabini absciderunt, multas civitates et castella de parte imperatoris publice predati sunt. Qua necessitate compulsus, Domicianus cum omni virtute Yllyricum properavit, prelatoque militibus Fusco ductore, cum electissimis viris amnem Danubii, consertis navibus instar pontis, eum transmeare precepit super exercitum Dorpanei. Gothi iam segnes arma capessunt, primoque conflictu Romanos devincunt, et exstincto Fusco duce, militum castra predantur; magnaque potiti victoria, iam proceres suos, non quasi puros homines sed quasi semideos, Anses vocaverunt. Quorum genealogiam ut paucis percurram, primus horum heroum fuit Capul, qui genuit Ulmal, Ulmal vero genuit Anguisath, Anguisath[f] genuit eum qui dictus est Amala, a quo et genus Amalorum decurrit, Amala vero genuit Hisarnam, Hisarnis autem genuit Ostrogotham, Ostrogotha genuit Hunul, Hunul genuit Athal, Athal genuit Achinlf et Odiulf, Achiulf autem genuit Ansilam et Ediulf et Witulf[g] et Hermenricum, Witulf[g] vero genuit Walaradantem, Walaradans Hiarium[h] et Venetharium, Venetharius Wandalaricum, Wandalaricus gennit Dietmarum[i] et Walamirem et Witimarum[k], Dietmar genuit Theodericum, Theodericus genuit Amalasuindam, Amalasuinda genuit Athalaricum et Matesuindam de Eutharico[l] viro suo, qui affininate generis sic ad eam coniunctus est. Ermenricus[l] supradictus, filius Achinlf, genuit Hunimundum, Hunimundus Thurismundum, Thurismundus Herimundum, Herimundus autem genuit Betericum, Betericus Eutaricum, qui coniunctus[l'] Amalsuindae genuit Athalaricum et Mathesuindam. Mortuus est autem Athalaricus in annis puerilibus, et Mathesuindae Witigis est copulatus, de quo illa non suscepit filium. Cum autem Witigis rebus humanis excederet, Germanus patricius, fratruelis domni Iustini imperatoris, sumens eam in conubium, patriciam fecit ordinariam, genuitque filium ex ea nomine Germanum. Defuncto autem Germano viro suo, ipsa vidua perseverare disposuit. Coniunctio consanguinitatis Ermenrici et Theoderici talis fuit. Ermenricus et Witulfus filii fuerunt Achinlfi,

Hermenricus	Witulfus
Hunimundus	Walaradans[m]
Thurismundus	Winitharius
Herimundus[n]	Wandalaricus
Betericus	Dietmarus
Entharicus	Theodericus.

Cuius filiam Amalasuindam Eutharicus accipiens, genuit Athalaricum et Mathesuindam, stirpemque Amalorum iam pene divisam coniunxit. His ita insertis non ab re, ut credimus, ad ordinem hystoriae redeamus.

c. 11. sqq. Dorpaneo igitur rege Gothorum defuncto, successit Ostrogotha, et pars Gothorum, quae orientalem plagam tenebat, Ostrogotharum nomen accepit, sive a rege, sive a regione; reliqui vero, qui in occidua erant parte, Wisigothae dicti sunt, ambae tamen partes regi Ostrogothae subiacuerunt; mirumque in modum illis proficientibus, sub eorum dextera Wandalus iacuit, Marcomannus sub precio stetit, princeps Quadorum in servitutem redactus est. Philippo itaque Romanis imperante, qui solus ante Constantinum cum filio suo item Philippo christianus factus est, Ostrogotha cum suis transiens Danubium, provincias Romanorum vastavit; ad quem debellandum Decius senator a Philippo dirigitur. Qui veniens, Romanos milites quos invenit a militia deposuit et in privata vita degere fecit, quasi eorum neglectu Gothi Danubium transierint, factaque, ut putavit, in suos vindicta, revertitur ad Philippum. Milites autem videntes, se post tot labores a militia pulsos, ad Ostrogothae regis auxilia confugerunt. Qui excipiens eos, eorumque verbis accensus, mox trecenta milia suorum armata producit ad bellum, transitoque Danubio, Moesiam populati sunt, et Marcianopolim, eiusdem patriae urbem metropolim, quam Traianus olim ex nomine sororis suae Marciae condidit, obsederunt; acceptoque precio post longam obsidionem ditati, ad propria redierunt, suaque in patria feliciter versabantur, quousque princeps eorum exstitit Ostrogotha. Post cuius excessum Ouiba successit, qui ducto exercitu cum Romanorum partes devastaret, Decius iam imperator cum filio suo ei occurrit, consertoque praelio, Decii filius, et ipse dictus Decius, sagitta occiditur, pater quoque, cum filium ulcisci[o] moliretur, interimitur. Post Decium Gallus et Volusianus regno potiti, pacem cum Gothis pepigerunt, nec longo intervallo utrisque occumbentibus, Gallienus[p] arripuit principatum. Quo lascivia resoluto, Respa et Veducus Thurbarusque duces Gothorum fretum Ellespontienm transfretantes, multas Asiae urbes depredati sunt, illudque opinatissimum Dianae templum, ab Amazonibus Ephesi conditum, succenderunt, et cum multa preda regressi,

a) decidente 4. 5. 10. b) vero 5. c) familiam 5. d) arpantale 4. erpantanae 5. expantanae 10. herpantalae 9c. e) frigdigerni 9c. f) *deest* 9c. *in margine suppl.* 10. g) withulf 9c. h) hiarrum 9c. 10. i) diethmarum 4. 9c. k) withmarum 9c. l) *codicum fidem in his nominibus scribendis secutus sum.* l') e. est 9c. m) Vualaradus 9c. n) berismundus 5. o) u. f. 5. p) galienus 9c.

Troiam, quae vix ab illo Agamemnico bello quantulumcumque reparata erat, rursum deleverunt, sicque Asia vastata, Iord. c. 20. sqq. Traciam devenerunt, et iuxta radicem Hemi montis aquarum calidarum lavacro delectati, multis diebus commorantes, ad propria rediernnt. Post haec ab Herculio Maximiano in auxilium Romanorum contra Parthos rogati, fideliter decertaverunt, et Narseum regem Persarum, Saporis magni nepotem, fugaverunt. A Constantino quoque imperatore rogati, multo affuerunt auxilio, et ut famosissimam Romae aemulam in suo nomine conderet civitatem, Gothorum interfuit operatio. Qui foedere inito cum imperatore, 40 milia suorum illi in solatium contra varias gentes obtulere, quorum et numerus et militia usquo ad presens in re publica nominatur, id est foederati. Tunc etenim sub Ariarici et Ariorici regum suorum florebant imperio. Post quorum discessum successor regni extitit Geberich, virtute et nobilitate eximius. Nam patre Hilderico natus, avo Hovida, proavo Nida, gloriam generis sui factis exaequavit. In principio quippe regni sui mox Wandalorum genti, qui eo tempore manebant ubi postea Gepidi sedebant, bellum indixit, regemque eorum Wisamarum cum magna parte gentis suae prostravit, depredatisque Wandalis, victor remeavit. Perpauci vero Wandali qui remanseraut infortunatam sibi patriam relinquentes, Pannoniam, a Constantino imperatore sibi[a] concessam, petierunt, ilique locatis sedibus, per sexaginta annos imperatorum decretis velut incolae deservierunt. Inde iam post longum tempus a Stilicone, magistro militum et exconsule ac patricio, invitati, Gallias occupaverunt, ubi finitimos depredantes, non adeo fixas sedes habuerunt. Geberico namque rege Gothorum rebus humanis excedente, post aliquantum temporis Ermenricus, Amalorum nobilissimus, successit in regnum, qui multas arctoi gentes bellicosas perdomuit suisquo legibus parere fecit, quem merito nounulli maiores Alexandro Magno comparavere. Habebat quippe sub ditione sua Golthes[b], Citathiudos[c], Inanxos[d], Suasos, Narboncas[e], Merentes, Mordentes, Ymniscaros[f], Roscathaizantes[g], Athaalos, Mavegones, Rubegenas, Holdas Et cum tantorum servitio clarus haberetur, non quievit, nisi et Herulorum gentes, quibus preerat Alaricus, sibi subiceret. Quae gens iuxta Meotidem paludem habitans, ex locis stagnantibus, quas Greci helle vocant, Heruli quasi Helluli nominati sunt, gens quantum velox, tantum superba. Nulla siquidem gens tunc erat, quae non levem[h] armaturam in acie sua ex ipsis eligeret. Sed quamvis eorum velocitas ab aliis crebro bellantibus eos tutaretur, Gothorum tamen stabilitati et tarditati subiacuerunt, fecitque causa fortium, ut ipsi inter reliquas gentes Getharum regi Ermenrico servirent. Post Herulornm caedem item Ermenricus in Venethos arma commovit, qui numerositate pollentes, primo resistere conabantur; sed nichil valet multitudo in bello, ubi et Deus permittit et multitudo fortium armata advenerit. Venethorum vero natio, ut supra diximus, populosa est, qui ab una stirpe exorti, tria sibi nomina indiderunt, Venethi, Anthes, Sclaveni, quod nomen eis principale est. Qui quamvis postea, facientibus peccatis quorundam, ubique sevirent, tunc tamen omnes Ermenrico servierunt. Hestorum quoque nationem, qui longissimam oceani ripam Germanici insederant, idem prudentia et virtute subegit, omnibusque Scythiae et Germaniae nationibus acsi propriis laribus imperavit. Post haec vero Hunorum gens omni ferocitate atrocior exarsit in Gothos, eosque, qui prius timori erant ceteris gentibus, ab antiquis conterritos expulit sedibus. Hos, ut refert antiquitas, ita extitisse comperimus.

De origine Hunorum.

Filimer rex Gothorum, Gadarici Magni filius, qui post egressum eorum de Scanzia insula iam quinto loco tenuit regnum Getbarum, quique terras Scythicas, ut superius dictum est, cum gente sua intravit, quasdam mulieres magas, quas illi Gothico nomine alirunas vocant, in exercitu reperit, easque suspectas habens, de medio sui iam pregnantes, ut quidam* dicunt, proturbavit, longeque ab exercitu fugatas in solitudine manere coegit. Quidam** vero dicunt, quod silvestres homines, quos Faunos ficarios vocant, dum eas per desertum errare viderent, earumque complexibus se in coitu miscuerint, et genus hoc ferocissimum ediderint. Quod fuit primum inter paludes Meotidas minutum, tetrum atque exile, quasi hominum genus, nec alia voce notum, nisi quod humani sermonis imaginem assignabat. Tali igitur stirpe Huni creati, Gothorum finibus advenerunt. Natio autem illorum, ut dictum est, referente Prisco hystorico, Meotidem paludem in ulteriori ripa insidens, venationi tantum studuit, nullum alium experta laborem, nisi quod, postquam crevisset in populos, fraudibus et rapinis vicinarum gentium conturbavit quietem. Huius ergo gentis venatores, ut assolent, dum in ulteriori Meotidis ripa venationes inquirerent, animadvertunt, quomodo cerva ex improviso se illis obtulit, quae ingressa paludem, nuncque progrediens, nuncque subsistens, indicium viae tribuit. Quam secuti venatores, paludem Meotidem, quam imperviam putabant, pedibus transierunt, moxque Scythicam terram insciі intraverunt. Hi vero preter Meotidem alium mundum esse ignorabant, ammiratione terrae Scythicae ducti, ut erant sollertes, iter illud antea nulli aetati notum divinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei actum edocent, Scythiam laudant, omnes simul per viam, quam cerva docuit, ad Scythiam properant, et quantoscumque Scytharum obvios habuerunt, occiderunt, reliquos perditos subegerunt. Nam mox ut ingentem illam paludem transierunt, ilico Alpizuros et Alcizuros ac Itimaros, deinde Arsos et Boiscos, qui ripae Scythiae insidebant, quasi quidam turbo gentium rapiebant; Alanos quoque, pugna sibi pares sed humanitate victus formaque dissimiles, frequenti certamine fatigantes subiugabant. Nam et quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes, fugabant, eo quod erat eis species pavendae nigredinis, et si dici fas est, quaedam informis offa, non facies, habensque magis quasi quaedam puncta quam lumina, quorum animi fiduciam turbidus prodit aspectus. Qui etiam in filios suos primo die natos deseviunt. Nam ferro secant genas eorum, mox ut nati sunt, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt et sine venustate ephebi sunt, quia facies ferro sulcata tempestivam pilorum gratiam cicatrice absumit. Forma quidem exigui, sed argutis motibus sunt expediti et ad equitandum promptissimi, scapulis latis et ad arcus sagittasque paratis[i], firmis cervicibus et superbia semper erectis[k]. Hi vero sub figura hominum vivunt beluina sevicia. Quod genus expeditissimum multarum nationum Gothi ut viderunt, expavescunt, suoque cum rege deliberant, quid agant. Ermenricus vero rex Gothorum licet, ut superius retulimus, multarum gentium extitisset triumphator, de Hunorum tamen adventu sollicitus dum cogitaret, Rasomonorum gens infida, quae tunc inter alias illi famulatum exhibebat, tali eum occasione decipiebat. Quandam feminam ex memorata gente, Suanihildam nomine, pro mariti sui fraudulento discessu rex furore commotus, equis ferocibus[l] precepit alligari et incitatis cursibus per diversa divelli. Cuius fratres Sarus et Ammius germanae obitum vindicantes, Ermenrici latus ferro petierunt, quo vulnere sanguis, aegram vitam imbecillitate contraxit. Quam adversam eius valitudinem audiens Valamber rex Hunorum, in Ostrogothorum partem movit exercitum, a quorum societate iam Wisigothae quadam inter se contentione disiuncti erant. Inter haec Ermenricus tam vulneris dolorem quam Hunorum incursionem non ferens, iam grandevus et plenus dierum, centesimo decimo anno vitae suae defunctus est. Cuius mortis occasio dedit Hunis prevalere in Gothos illos quos dixeramus in orientali plaga sedere et Ostrogothas nuncupari. Qui Hunis resistere non valentes, cum regis sui Ermenrici morte

* Iord. c. 24. ** idem?

a) *deest* 9c. b) gothos 4. 9c. 11. golthos 10. c) citathiudos 9c. d) manxos 9c. e) narboneas 4. narbunxas 9c. f) inniscatos 4. g) roscathazantes 9c. ios. cathaizantes 4. h) legem 5. 9c. 10. i) parati 9c. k) erecti 9c. l) ferocioribus 5.

Iord. c. 48. Wisigothae ab eis essent divisi, in antiquam patriam Scythiae remeabant, Hunorum subiacentes ditioni, Winitharìo tamen Hamalo, Ermenrici fratruelis filio, principatus insignia retinente. Qui Witulfi, avi sui, qui erat frater Ermenrici, virtutem imitatus, quamvis Ermenrici felicitate inferior, aegre tamen ferens Hunorum subiacere imperio, paululum se subtrahit ab illis, suamque dum nititur ostendere virtutem, in Anctorum fines movit procinctum, eosque aggrediens[a], prima congressione vincitur, sed deinde fortiter agens, regem eorum Booz[b] nomine cum filiis suis et septingentis primatibus in exemplum terroris affixit, ut dediticiis metum cadavera pendentium geminarent. Sed dum tali libertate vix anni spatium imperasset, non passus est Valamber rex Hunorum, sed super Winitharium duxit exercitum; diuque cum certareut, primo et secundo certamine Winitharius vincit, nec valet aliquis commemorare, quantam stragem Hunorum fecerit. Tercio vero praelio Winitharius interemptus est, sicque rex Hunorum omnem populum Gothorum in pace subactum possedit, ita tamen, ut gens Gothorum semper proprios regulos, quamvis Hunorum consilio, haberet. Defuncto autem Winitharìo, Hunimundus, Ermenrici quondam potentissimi regis filius, successit in regnum, eoque defuncto, regnavit filius eius Thurismundus, flore iuventutis ornatus, qui secundo regni sui anno contra Gepidos exercitum movit, magnaque de illis potitus victoria, casu dicitur interemptus. Quem sic luxerunt Ostrogothae, ut per 40 annos in locum eius alius non succederet, quatinus illius memoria diu apud eos maneret. Cuius filius Herimundus spernens regnum Ostrogotharum propter Hunorum dominium, cum filio suo Beterico ad Hesperias gentes se contulit, et sub Theoderico Wisigotharum rege, de quibus mox dicetur, tacita generis sui propinquitate, cum magna gloria militavit. Unde post longum tempus Walamir[c], filius Wandalarici, qui erat filius Winitharii, regnum accepit cum fratre suo Dietmaro necnon et Witimaro, eratque in his tribus grata contemplatio, quando mirabilis Dietmar pro fratre[d] Walamiro militabat imperio, Walamir vero pro altero iubebat ornando, Witimar utrisque adherebat et quasi utrisque serviebat, sic illis mutua affectione se tuentibus, ut nulli regnum deesset, quod utrique in pace tenebant, ita tamen, ut Hunorum regis, qui iam erat Attila, deservi-

c. 35. rent imperio. Postquam enim[e] mortuus est Valamber[f] rex Hunorum, regnabat Mauzuchus, pater Attilae, post quem germani eius Hoctar et Roas, post quos[g] Attila cum Bleda germano suo, qui magnae parti Hunorum preerat; sed Attila, interfecto fratre Bleda, universum populum sibi subiugabat, vir in concussionem gentium et terrarum omnium metum natus in mundo, qui, nescio qua sorte, cuncta terrebat, formidabili de se opinione vulgata. Erat autem superbus incessu, huc et illuc circumferens oculos, ut elati potentia ipso quoque motu corporis appareret, bellorum quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, exorabilis supplicantibus, semel in fide receptis propicius, forma brevis, lato pectore, capite grandi, minutis oculis, barba raris canis aspersa, tetro colore originis suae referens signa. Qui quamvis huius esset naturae ut semper magna[h] confideret, addebat ei tamen confidentiam gladius Martis, apud Scytharum reges inventus et semper habitus, quem hystoricus Priscus tali refert occasione detectum. Cum pastor quidam gregis unam buculam claudicantem conspiceret, nec causam doloris inveniret, nisi quod eam vulneratam videret, sollicitus vestigia cruoris insequens, tandem ad gladium veniebat, quem latentem in herbis vacca depascens incauta calcaverat, effossumque protinus ad Attilam detulerat. Quo ille munere multum gratulatur, et ut magnanimus totius mundi principem se constitutum ac per Martis gladium potestatem bellorum sibi concessam fuisse arbitratur. Hinc multis

H. m. nationibus bella inferens, suae ditioni subiciebat; Gepidarum quoque regem famosissimum Hardericum sibi subdebat.

Iord. c. 48. Ostrogothas, ut dictum est, ab inicio Huni possidebant, nec contra consanguineos Wisigothas licuit recusare certamen, nec aliter ab Hunorum dominio divelli potuit gens illa Scythica, nisi mors Attilae proveniret, quae cunctis in commune nationibus et Romanis fuit optata. Quae qualiter provenerit, in sequentibus dicemus; nunc ad Wisigotharum hystoriam redeamus.

c. 25. Wisigothae[i] itaque cum per mortem Ermenrici ab Ostrogothis discederent et eosdem ab Hunis obprimi et expelli cernerent, nimium territi, quid de se propter gentem Hunorum[k] deliberarent, ambiebant; diuque cogitantes, tandem communi placito legatos ad Valentem, fratrem Valentiniani senioris, tunc Constantinopoli regnantem, ut superius scriptum[l] est, miserunt, ut partem Traciae sive Moesiae illis traderet ad colendum, eius se legibus eiusque imperiis se victuros promittentes. Et ut fides uberior illis haberetur, promittunt se christianos fieri, si linguae suae scios eis mitteret doctores fidei. Quo Valens comperto, mox gratulabundus annuit, quod ipse[m] ultro petere voluisset, susceptosque in partibus Moesiae Gethas quasi murum regni sui contra ceteras statuit gentes; et quia tunc Valens imperator Arriana perfidia saucius omnes nostrarum partium sacerdotes odio habebat, suae partis fautores illuc direxit predicatores. Qui venientes, rudibus et ignaris ilico perfidiae suae virus infundunt. Sic itaque Wisigothae per Valentem imperatorem Arriani potius quam christiani effecti, de cetero tam Ostrogothis quam Gepidis parentibus suis affectionis gratia euan-

H. m. gelizantes, per Ulphiam episcopum suum Arrianum, qui litteras Gothicas primus invenit et scripturas in eorum linguam

Iord. l. l. divinas convertit, omnem huius linguae nationem ubique ad culturam sectae huius invitabant. Ipsi autem, ut dictum est,

c. 26. Danubium transmeantes, Datiam et Ripensem, Moesiam-Traciamque permissu principis insederunt. Quibus evenit, ut assolet genti necdum bene loco fundatae, ut penuria famis stringerentur[n], coeperuntque duces eorum, qui regum vice illis preerant, Fridigernus et Alatheus et Saphrach, exercitus inopiae condolere negotiationemque a Lupicino[o] et Maximo Romanorum ducibus expetere. Qui, avaricia compellente, coeperunt non solum ovium boumque carnes, verum etiam canum et immundorum animalium morticina eis contradere, adeo ut quodlibet mancipium in uno pane aut decem librarum carne mercarentur. Mancipiis et omni subpellectile deficiente, filios eorum avarus mercator exposcit. Sed parentes salutem pignorum suorum providentes, deliberant, facilius ingenuitatem perire quam vitam, dum misericorditer alendus quis[p] venditus potius quam moriturus servatur, filios tradunt. Contigit autem illo tempore, ut Lupicinus ductor Romanorum Fridigernum Gothorum regulum ad convivium invitaret dolumque, ut post exitus docuit, moliretur. Sed Fridigernus dolum nesciens, cum paucis ad convivium venit; et dum in pretorio epulatur, clamorem miserorum morientium audivit. Nam in alia parte socios eius reclusos milites ducis Lupicini iussu eius trucidare conati sunt. Quod sentiens Fridigernus, evaginato gladio, non sine magna temeritate velociter ex convivio egreditur, sociosque a morte ereptos ad necem Romanorum instigat. Qui nacti occasionem votivam, elegerunt potius in bello mori quam fame deficere, et ilico in mortem ducum Lupicini et Maximi armantur. Illa dies Romanorum securitatem et Gothorum ademerat famem; coeperuntque Gothi iam non ut peregrini, sed ut cives et domini possessoribus imperare totasque partes septentrionales[q] usque ad Danubium sub suo iure tenere. Quod comperiens in Antiochia Valens, bellum adversus eos movit; in quo ipse vulneratus, in quandam casam confugit, ignorantibusque Gothis, quod imperator in tam vili casa lateret, apposito igni, crematus est, iusto scilicet iudicio Dei, ut ab ipsis igni combureretur, quos ipse veram fidem petentes in per-

a) pro agg. 9c. b) boz 9c. c) walmir 5. 9c. d) f. et w. 9c. e) *deest* 9c. f) valaber 5. g) *deest* 9c. h) m. s. 5. i) 5. *rubram add.* De Wisigothis. k) h. g. 5. l) dictum 9c. m) *deest* 9c. n) strigerentur 5. o) lupicinio 4. 5. p) qui 9c. q) septentrionalis 5.

fidiam declinavit, ignemque caritatis ad gehennae ignem detorsit. Post tanti gloriam trophei Wisigothae Traciam Datiamque Ripensem potiti, tamquam solum genitale coeperunt incolere, donec Theodosius, Hyspani Theodosii filius, a Gratiano imperatore electus et in orientali principatu loco Valentis patrui sui subrogatus est. Qui acer ingenio et virtute atque consilio clarus, dum disciplinam militarem exerceret, ignavia et desidia priorum principum exclusa: Gothus, ut sensit, pertimuit, militesque Romani sub meliori principe fiduciam accipientes, Gothos impetere temptant, eosque a finibus Traciae expellunt. Post haec Theodosio pene usque ad desperationem aegrotante, datur iterum Gothis audacia, divisoque exercitu, Fridigernus ad predandam Thessaliam et Achaiam digressus est, Alatheus vero et Saphrach Pannoniam petierunt. Quod cum Gratianus audisset, qui tunc a Roma in Gallias[a] secessit, mox collecto exercitu ad eos venit, nec tamen armis fretus, sed gratia et muneribus eos victurus; nam foedus cum eis iniit, et victualia illis concessit. Theodosius vero convalescens, cum reperisset, Romanos et Gothos foedus pepigisse, grato animo accepit, et ipse cum Athalarico, qui Fridigerno successit in regno, foedus percussit, eumque Constantinopolim invitavit. Qui omnino libenter acquiescens, dum regiam urbem ingrederetur et a Theodosio cum omni iocunditate et affectione susciperetur, videns aedificiorum magnificentiam et exornati quasi ad diem festum populi frequentiam, urbis situm naviumque commeatum, ac deinceps imperatoris regiam ingrediens, et obsequia diversaque officia conspiciens, valde ammiratus: *En*, inquit, *cerno, quod sepe incredulus audiebam; sine dubio deus terrenus est imperator, et si quis adversus eum manum moverit, ipse sanguinis sui reus erit.* In tali ergo ammiratione maiori honore a principe suffultus, paucis mensibus interiectis, rebus excessit humanis. Quem princeps affectionis gratia pene plus mortuum quam vivum honorans, ipse in exequiis feretrum eius precessit, dignaeque illum sepulturae tradidit. Quod videns cunctus eius exercitus, in servitio Theodosii pro tanta eius benignitate perduravit, Romanoque se subdens imperio, velut unum corpus cum militibus Romanis efficitur, militiaque illa dudum sub Constantino foederatorum revocata, et ipsi foederati dicti sunt. E quibus imperator contra Eugenium tyrannum, qui occiso Gratiano Gallias occupavit, plus quam 20 milia armatorum[b] fideles sibi et amicos intellegens adduxit, victoriamque potitus, ultionem exegit. Postquam vero Theodosius rebus excessit humanis, coeperunt filii eius utramque rem publicam luxuriose vivendo ad nichilum deducere auxiliariisque[c] suis Gothis consueta dona subtrahere; mox Gothis fastidium eorum crevit, verentesque ne longa pace eorum se solveret fortitudo, ordinaverunt super se regem Alaricum, cui erat post Amalos[d] secunda nobilitas Balthorumque ex genere origo mirifica, quorum primus dudum ab audacia virtutis Baltha, id est audax, inter suos nomen acceperat. Mox igitur Alaricus cum suis deliberans, suasit eis, suo potius[e] labore regnum querere quam alieno exercitui per odia subiacere; sicque per Pannoniam intravit Italiam, nulloque penitus obsistente, applicuit ad pontem Candidiani, qui tercio miliario erat ab urbe regia Ravenna, cuius dudum possessores, ut tradunt maiores, Enethi, id est laudabiles, dicebantur. In cuius vicinitatem cum Wisigotharum appli-
cuisset exercitus, Alaricus legationem misit ad Honorium, filium Theodosii, qui tunc ibi erat, ut daret ei locum[f], in quo cum exercitu suo habitare posset. Qui concessit ei Galliam et Hyspaniam, quas Geisericus rex Wandalorum iam pene vastavit. Quo cum tenderent Gothi, in quodam loco aliquandiu morati sunt. Tunc Stilicho comes et patricius, socer Honorii imperatoris, subito irruit super eos in ipsa sacratissima die paschae, nichil mali suspicantes, et multos ex illis occidit. Primum quippe perturbati sunt Gothi, sed mox recollectis viribus, arma corripiunt, multosque de exercitu Stiliconis occidentes, ceteros in fugam convertunt, et in magnam iram excitati, iam in Gallias pergere nolunt; sed furibundo animo coeptum iter deserentes, in Liguriam, quam iam transierant, revertuntur, eamque spoliantes, Aemiliam pariter et Flaminiam devastant, et per Tusciam usque ad Romam discurrentes, quicquid ex utroque latere fuit, in predam diripiunt, Romamque venientes, apprehenderunt eam et devastabant et incendebant. Iussit tamen Alaricus, ut si quis in loca sancta confugeret, nichil mali pateretur, et quamvis civitas predaretur, nemo tamen occideretur. Capta est autem Roma ab Alarico rege Gothorum post annos 1144 ex quo facta est. Exeuntes autem Gothi ab Urbe, per Campaniam et Lucaniam Brutiamque perrexerunt; et cum vellent transire in Siciliam, multi ex eis in mari perierunt. Alaricus vero dum deliberaret quid ageret, subitanea morte apud Consentiam defunctus est. Quem sui nimia dilectione lugentes, Vasentem fluvium de alveo suo derivaverunt, regemque suum Alaricum in medio fluminis cum divitiis multis sepelientes, ipsum flumen in alveum suum reduxerunt, et ne locum ipsum[g] aliquis postea sciret, captivos qui illum averterant omnes occiderunt; Athaulfum vero, Alarici consanguineum, super se regem constituerunt. Qui rediens Romam, quicquid remansit, more locustarum erasit, nulloque resistente, tulit sororem Honorii Placidiam, filiam Theodosii imperatoris, eamque sibi in coniugio copulavit. Quae cum blandimentis animum viri flecteret, ut pacem cum Romanis haberet, Gallias tetendit, vicinisque gentibus perterritis, et Wandalis inde in Hispaniam fugatis, tercio anno postquam Gallias et Hyspanias perdomuit, fraude suorum interfectus est. Post quem Segericus regnum accepit; sed et ipse a suis occisus[h], vitam cum regno reliquit. Dehinc iam quartus ab Alarico rex constitutus est Vallia, nimium prudens; contra quem Honorius imperator Constantium, virum industria militari pollentem, direxit, promittens ei, si sororem suam Placidiam sive pace sive quocumque modo reduceret quod eam sibi coniugem daret. Quo placito, Constantius ovans cum armatorum copia Hyspanias petiit, cui Vallia non minori procinctu occurrit; sed ab utraque parte legatione directa, ita convenit, ut sororem principi redderet suumque adiutorium Romanae rei publicae non denegaret. Duodecimo anno[i] regni Valliae, quando et Huni post quinquaginta annos a Romanis et Gothis ab invasa Pannonia expulsi sunt, videns idem Vallia, Wandalos in suis finibus esse cum temeritate, contra eos movit exercitum, expulsosque in Africam, vellet eos etiam ibi persequi, nisi casus, qui dudum Alarico illuc tendenti contigerat, eum revocasset. Defuncto Vallia, Theodericus regnum accepit, ad quem, ut supra dictum est, Herimundus, filius Thurismundi, nepotis Ermenrici, spreto regno Ostrogotharum propter Hunorum dominium, se contulit.

Iord. c. 27. sqq.

Inter haec regnantibus Marciano in Oriente et Valentiniano in Occidente, Attila, rex Hunorum omnium et solus regnator pene cunctarum Scythicarum gentium, confisus in multitudine fortissimarum gentium, quas sibi subiugaverat, Macedoniam et Moesiam, Achaiam et utramque Datiam, Traciam et omne pene Illiricum devastaverat, posuitque in animo suo, venire ad dissipandum occidentale imperium, hoc est Romanum. Erat namque sub eius potestate nominatissimus Gepidarum rex[k] Hardericus, eminentior ipso cui serviebat, et Ostrogotharum rex Walamir cum fratribus suis Dietmaro et Witimaro[l], necnon fortissimae gentes, Marcomanni, Suevi, Quadi, Heruli, Turcilingi, Rugi et aliae barbarae gentes, quae habitabant in partibus aquilonis. Hi omnes erant in adiutorio eius, eratque numerus exercitus eius milia quingenta. Horum omnium Attila superbus imperio, primas mundi gentes, Romanos scilicet et Wisigothas, subdere sibi preoptabat, et quamvis speraret, se facere posse quod vellet per virtutem tantarum gentium, tamen et per astutiam vincere querebat. Timens enim, ne Gothi, qui intra Gallias habitabant, iungerentur Romanis in adiutorium, cum esset nimis astutus et subtilis, misit nuncios ad Valentinianum, nullatenus se adversum[m] Romanos hostiliter venire nec

H. R. et H. m.

a) galliam 5. b) armatos s. f. 5. c) auxilariisque 5. d) Hamalos 9c. e) p. s. 5. f) *deest* 9c. g) i. l. 5. h) o. est 9c. i. *deest* 5. 9c. k) r. g. 5. l) withmaro 9c. m) adversus 5.

H. R. H. m. (cf. Iord.) publicae rei amicicias in aliquo se velle violare, sed contra Theodericum Wisigotharum regem sibi certaminis causas existere. Similiter misit et ad Theodericum, non sibi pugnam esse adversum Gothos, sed contra Romanos, seque satis studere pacem cum Gothis habere. Hoc autem per astutiam[a] fecit in dolo, ut, si Romanos Gothosque ab invicem divideret, hos et illos postea facile vinceret. Aecius autem patricius, qui tunc militiae praerat, intelligens astutiam et dolos Attilae, misit ex persona Valentiniani[b] imperatoris legatos ad Theodericum regem Gothorum, qui illo in[c] tempore apud Tolosam regnabat, ut pacem firmaret cum illo. Consensit in hoc Theodericus, pacemque cum Aecio firmavit, seque cum eo contra Attilam pugnare promisit. Fuerunt autem in auxilio Aecii patricii Burgundiones, Franci, Alani, Saxones, Riparioli, Briones, Sarmatae, Armoriciani, Luticiani[d]. Producitur quoque a rege Theoderico Wisigotharum multitudo innumerabilis. Quatuor namque filiis suis domi dimissis, Friderico scilicet, Eurico[e], Retemire et Imnerico, duos tantum maiores secum assumit, Thurismundum et Theodericum. Conveniunt itaque in campos Catalaunicos, qui et Mauriaci nominantur, centum leuvas[f], ut Galli mensurare solent, in longum tenentes et septuaginta in latum, quae fiunt in longitudine miliaria centum quinquaginta et in latitudine miliaria centum quinque. Una enim Iord. leuva[g] Gallica mille quingentorum passuum quantitate mensuratur. Cumque ad locum venissent, uhi iam pugnare debuerant, H. R. H. m. Iord. interrogavit Attila divinatores suos, quid sibi de ipsa pugna protenderent. Qui more solito nunc fibras pecorum, nunc quasdam venas in abrasis ossibus intueutes, Hunis infausta pronunciant, scilicet Attilam non habiturum victoriam. H. R. H. m. Hoc tamen quantulumcumque predixere solatii, quod summus de parte hostili ductor in certamine occumberet. Attila vero cum hoc de interitu Aecii, cuius mortem[h] sitiebat, denunciare putaret, non dubitavit, vel cum suorum perditione bellum committere, dummodo Aecium, suis motibus fortiter obsistentem, posset extinguere. Committit itaque pugnam circa horam diei nonam, iam in vesperum die vergente, ut, si superaretur, ab hostibus imminentis noctis se tenebris occuleret. Conveniunt itaque hinc et inde nationes fortissimae, conseruntur acies, fit bellum acre nimis et pertinax, quale vix ulla[i] narratur hystoria; nec ante praeliandi ardore quieverunt, quam nox superveniens pugnandi facultatem eis adimeret. Eo siquidem praelio 170 milia hominum caesa[k] referuntur, tantumque sanguinis effusum esse, ut parvulus rivulus, qui ibi labebatur, sanguine occisorum subito auctus, cadavera peremptorum secum traberet. Attilam sane de morte Aecii sua fefellit suspicio; nam Theodericus rex Wisigotharum occubuit, Aecius sanus evasit. In quo praelio Iord. quamvis neuter cessisset exercitus, constat tamen Attilam fuisse superatum. Tunc Wisigothae[l] dividentes se ab Alanis, c. 40. invadunt Hunorum catervam, et pene Attilam trucidarent, nisi providus ante fugisset et se suosque ilico intra septa castrorum, quae plaustris vallaverant, reclusisset. Sic ergo quamvis fragili munimine, eo tamen quesierunt[m] subsidium vitae, quibus paulo ante nullus poterat muralis agger obsistere. Altera vero die intra plaustrorum munimenta se continens, Attila cum egredi non auderet, nec tamen tubis et clamore perstrepere, quasi incursionem minitans, non cessaret, H. R. H. m. ut victores suos inclusus turbaret, Thurismundus, Theoderici regis filius, de paterna dolens[n] occisione, statuit, Attilam coartare obsidione eumque cum suis ad internicionem delere. Tunc Attila de vita desperans, ex equitatoriis sellis ingentem pyram exstruxit, ut, si forte Gothi imminerent, subposito igne, ipse ascenderet seseque cremaret, ne aut quisquam de eius vulnere gauderet, aut rex tantarum gentium in potestatem hostium deveniret. Aecius vero metuens, Attila perempto, Romanos postea impune a Gotbis deprimi, nec deinceps adversum Gothos, si necessitas incumberet, auxilium inveniri, Thurismundo, quasi rebus eius consulens[o], persuasit, ut domum quantocius reverteretur regnoque paterno potiretur, ne, si ab eius germanis invaderetur, ipse omnino privaretur, essetque sibi acerbius postea cum suis decertare quam cum alienis dimicare. Hoc ille consilium quasi pro sua salute prolatum libenter amplectens, domum rediit, regnumque paternum accepit. Ceterum Aecius talia machinatus est, ut Attilam ab eius impressione subduceret, ea intentione qua predictum est, heu nescius, quantum hac provisione detrimentum patriae, dum avertere cupit, ingessit. Nam Attila cernens, hostes, se relicto, ad propria remeasse, erectis animis, Pannoniam repedavit, multum potiorem coacervans exercitum, Italiam denuo furibundus intravit, ac primum Aquileiam, in ipso Italiae positam principio[p], expugnare aggressus est. Quam continuo triennio obsidens, cum adversus eam, civibus strenue repugnautibus, nil prevaleret, iamque murmur sui exercitus, penuriam famis tolerare non valentis et discedere cupientis, audiret, die quadam circuiens civitatem, ut ex qua parte posset eam facilius expugnare inquireret, cernit repente aves in aedificiorum fastigiis nidificare solentes, quae ciconiae vocantur, uno impetu ex urbe migrare fetusque suos sublatos rostris forinsecus deportare, et ut erat sagacissimus, ait ad suos: *Aspicite aves futurorum prescias perituram civitatem relinquere casurasque arces periculo imminente deserere.* Statimque adhibitis machinis, hortatur suos, acriter urbem impugnat ac sine mora capit; diripiuntur opes, captivantur vel trucidantur cives; residuum direptioni, subposito igne, flamma consumit. Plura dehinc eiusdem regionis castella immanis hostis, extinctis vel captivatis civibus, succendit ac diruit, Concordiam, Altinum sive Patavium, vicinas Aquileiae civitates; exinde per diversas Venetiarum urbes Huni bachantur, hoc est Veronam, Vincentiam, Brixiam, Pergamum seu reliquas, Mediolanum quoque Ticinumque pari sorte diripiunt, ab igne tamen abstinentes et ferro. Deinde Aemiliae civitatibus similiter exspoliatis, novissime eo loco quo Mincius fluvius Padum influit castra metati sunt. Ubi Attila consistens, dum animo fluctuaret, utrum Romam adiret, an desisteret, non Urbi, cui infensus erat, consulens, sed Alarici exemplum, qui captae Urbi non diu supervixit, pavens, repente sanctissimus vir Leo papa per se ad eum accessit. Qui cum ad regem barbarum introgressus esset, cuncta ut optaverat obtinens, non solum Romae, sed et totius Italiae salutem reportavit. Territus namque fuerat Attila nutu Dei, nec aliud Christi sacerdoti loqui valuit, nisi quod ipse preoptavit. Ferunt itaque, post discessum pontificis interrogatum fuisse Attilam a suis, cur ultra solitum morem tantam reverentiam Romano pontifici exhibuerit, illumque respondisse, non se illius personam qui advenerat reveritum fuisse, sed alium virum iuxta eum in sacerdotali habitu adstantem vidisse, qui forma augustior canicieque venerabilior, evaginato gladio mortem sibi minitaverit, si non omnia quae ille expetebat impleverit. Igitur Attila tali modo a sua sevicia repressus, relicta Italia, Pannonias repetivit. Ad quem Honoria, Valentiniani principis germana, dum a fratre ob decus pudicitiae districte servaretur, suum direxit eunuchum, quatinus eam sibi a fratre deposceret in matrimonium. Qui accepto nuncio, cum iam Italiae fines excessisset, nec statim fatigato exercitu regredi potuisset, mandat Valentiniano imperatori, peiora proxime se illaturum Italiae, si mox sibi germanam suam cum regalium opum portione non transmisisset. Reversus autem ad proprias sedes, super plures quas habebat uxores puellam quandam valde speciosam sibi coniunxit. Ob cuius nuptias profusa exercens convivia, dum tantum vini quantum antea nunquam[q] in semel bibisset, dormiensque supinus iaceret, nimia sanguinis eruptione, qui ei de naribus effluere solebat, suffocatus est. Eadem nocte apud Constantinopolim Marciano imperatori arcus Attilae fractus in somnis ostenditur, quo scilicet armorum genere gens illa maxime Iord. c. 49. utebatur. Sequenti vero luce, cum magna diei pars exacta fuisset, ministri regis post clamores maximos fores effrin-

a) p. a. *des.* 9c. b) Valentini 5. *corr.* Valentiniani 10. c) *deest* 9c. d) luciani 9c. e) et e. 9c. f) leugas 4. 9c. g) leuga 9c. h) *deest* 9c. i) in ulla 9c. k) *deest* 9c. l) et w. 9c. m) *deest* 9c. n) *deest* 9c. o) consulturus 5. p) a pr. 9c. q) n. a. 5.

gunt, inveniuntque Attilam sine ullo vulnere, sanguinis effusione mortuum, puellamque demisso vultu sub velamine lacri- Iord. c. 49. sqq.
mantem. Tunc, ut illi genti mos est, crinium parte truncata, informem faciem turpavere vulneribus, ut praeliator eximius non femineis lamentationibus sed agmine lugeretur virili. Cuius exequiae multis plausibus a sua gente honoratae sunt. In mediis siquidem campis intra tentorium sericum cadavere collocato, de tota gente Hunorum electi equites cursibus illud ambientes, cantum funereum celebrant, deinde strabam, quam sic vocant, super tumulum eius ingenti commessatione celebrantes, et contraria invicem sibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, nocteque secreta cadaver terrae commendabant. Cuius ferculam primum auro, secundo argento, tercio ferri rigore communiunt, tali argumento significantes, potentissimo regi omnia convenisse, ferrum, quia gentes edomuit, aurum et argentum, quod utriusque rei publicae ornamenta accepit. Addunt etiam arma hostium caedibus acquisita, faleramenta vario gemmarum fulgore preciosa diversique generis insignia, quibus colitur aulae decus. Et ut tantis divitiis humana curiositas arceretur, huic operi deputatos detestabili mercede trucidarunt.

Post haec inter successores Attilae de regno exorta est contentio, et dum inconsulte imperare cupiunt, omnes simul imperium perdiderunt. Nam filii eius, quorum per licentiam libidinis pene populus fuit, gentes sibi dividi sorte poscebant, ut instar familiae bellicosi reges cum populis mitterentur in sortem. Ut autem Gepidarum rex Hardericus hoc comperit, indignatus contra filios Attilae primus insurgit, illatumque serviendi pudorem secuta felicitate detersit, nec solum suam gentem sed et ceteras gentes, quae pariter premebantur, sua discessione absolvit, quia facile omnes appetunt, quod pro cunctorum utilitate temptatur immutatum. Igitur armantur, bellumque committunt in Pannonia iuxta flumen cui nomen est Neoda; illic[a] concursus factus est gentium variarum, quas Attila in sua tenebat ditione. Post multos ergo conflictus favit Gepidis[b] inopinata victoria; nam triginta fere milia tam Hunorum quam aliarum gentium, quae Hunis ferebant auxilium, Hardericus peremit, filiumque Attilae maiorem natu, nomine Hellam, occidit, quem pater super ceteros in tantum fertur amasse, ut eum cunctis aliis suis liberis in regno vellet preferre. Quo interempto, reliqui eius germani cum Hunis fugantur iuxta litus maris Pontici, ubi prius fuisse leguntur Gothi. Haec causa Harderici felix fuit in diversis nationibus, quae Hunorum regimini famulabantur invitae, earumque animos diu moestissimos ad hylaritatem libertatis votivae arrexit. Venientes ergo multi ex eis ad Marcianum principem, gratissime sunt ab eo susceptі, distributasque sedes, quas incolerent, acceperunt. Gepidi namque Hunorum sibi sedes viriliter vendicantes, totius Datiae finibus velut victores potiti sunt, nichil aliud a Romano imperio nisi pacem postulantes; Sarmatae vero et Cemandri et quidam ex Hunorum parte ad Maternam urbem Illirici sedes posuerunt, Scyri et Adagarii[c] Scythiam minorem et inferiorem Moesiam acceperunt, Rugi aliaeque[d] nationes nonnullae Bizim et Archadiopolim petiere; Hernach quoque, iunior Attilae filius, cum suis extremas minoris Scythiae sedem elegit; Hemmezur et Bulzindur[e] consanguinei in Datia Ripensi Hedisco Halmoque potiti sunt, diversique diversa petierunt. Gothi vero videntes, Gepidos Hunorum sedes sibi vendicare et Hunorum populum suas sedes antiquas occupare, maluerunt a Romano regno terras petere quam cum discrimine alienas invadere; Pannoniamque accepere, ibique sub rege Walamiro eiusque germano Dietmaro[f] morabantur, quamvis locis divisis, consilio tamen unitis. Nam Walamir inter Scarniungam[g] et Aquam Nigram, Dietmarus iuxta locum[f*] Pellois habitabat, Witimar cum utroque manebat. Contigit autem, ut Attilae filii contra Gothos, quasi desertores dominationis eorum, venirent, ignarisque aliis fratribus, super Walamirum solum irruerent. Quos tamen quamvis cum paucis ille excepit, diuque fatigatos ita prostravit, ut vix aliqua eorum pars remaneret. Eo tempore cum pro gesta re ad fratres suos Dietmarum et Witimarum direxisset nuncium, veniens nuncius in domo Dietmari, maius invenit gaudium; ipso siquidem die Theodericus, filius eius, quamvis de concubina, bonae tamen spei puerulus, natus erat. Post tempus ergo non multum[h] rex Walamirus et eius fratres Dietmarus et Witimarus dum consueta dona tardarent a principe Marciano accipere, et foedera tamen pacis custodirent, missi ab eis legati[i] ad imperatorem, videbant Theodericum, Triarii filium, genere quidem Gothico, sed de alia stirpe quam Amalorum procreatum, omnino cum suis florentem et Romanorum amicitiis utentem, se vero omnino despici; domi haec renunciant, moxque Gothi furore commoti, arma corripiunt, et Illiricum pene totum predando devastant. Sed Marciano imperatore defuncto, cum regnum acciperet Leo, mox[37] ad pristinam cum Gothis amiciciam recurrit, et tam preterita quam presentia munera tribuit, et pacis obsidem Theodericum infantulum, Dietmari filium, accepit, qui iam annum octavum intravit. Quem dum pater dare tardaret, patruus Walamir promittit, ut exinde pax stabilior inter Romanos et Gothos maneret. Igitur Theodericus obses ducitur ad urbem[k] Constantinopolitanam, et quia parvulus elegans fuit, imperialem gratiam promeruit. Postquam[l] ergo firma pax inter Romanos et Gothos facta est, videntes[m] Gothi, sibi non sufficere quae ab imperatore acceperant, simulque solitam cupientes ostentare virtutem, coeperunt vicinas depredari[n] gentes, primumque contra Satagos, qui interiorem Pannoniam possederant, arma moverunt. Quod ubi rex Hunorum Dinzich, filius Attilae[o], cognovit, collectis quos adhuc habebat, quamvis paucos, Pannoniam depredari coepit. Quo comperto, Gothi ubi erant expeditionem solventes, quam contra Satagos habebant, in Hunos convertunt, sicque eos a finibus suis inglorios expellebant, ut ex illo tempore qui remanserant Huni Gothorum arma pertimescant. Quiescente iam tandem Hunorum gente a Gothis, Chunimundus rex Suavorum[p] cum suis invadens fines Dietmari, fratris Walamiri, regis Gothorum, eos depredatur, omniaque abducens armenta, in terram suam revertitur. Dietmar vero non tantum iacturam armentorum dolens, quantum metuens, ne Suavi, si hoc impune lucrarentur, ad maiorem licentiam prosilirent, sic vigilavit in eorum transitu, ut intempestae noctis silentio dormientes invaderet ad lacum Pellois, consertoque inopinato praelio, ita eos obpressit, ut etiam ipsum regem Chunimundum captum cum superato exercitu Gothorum servituti subdiderit. Sed dum esset multum misericors, facta ultione, veniam eis condonavit, reconciliatusque cum Suavis, eundem quem ceperat adoptans sibi in filium, remisit in Suaviam cum suis. Ille autem paternae immemor gratiae[q], post aliquot tempus dolo concepto, Scyros, qui tunc super Danubium considebant, incitavit, ut in unum collecti gentem Gothorum invaderent. Tunc Gothis nichil mali suspicantibus ab amicis vicinis bellum insurgit, et improvisa coacti necessitate, ad arma confugiunt, arreptoque certamine, se suamque ulciscuntur iniuriam. In eo siquidem praelio rex Gothorum Walamir dum ad hortandos suos equum ascenderet et ante aciem procurreret, proturbatus equus corruit sessoremque suum deiecit. Qui mox inimicorum lanceis vulneratus, interemptus est. Gothi vero tam regis sui mortem quam suorum vindicantes iniuriam, sic omnes extinxerunt, ut pene de gente Scyrorum nullus remaneret, nisi qui istud nomen cum dedecore ferrent. Iterum Chunimundus cum Suavis, fretus auxilio Sarmatarum et reliquiis Scyrorum, simulque ex Gepidis Rugisque non parvis solatiis collectis, bellum intulit Gothis. Gothi vero, defuncto Walamiro, ad fratrem eius Dietmarum confugiunt, eumque regem consti-

a) illuc 9c. b) *deest* 9c. c) adagatarii 9c. d) atque aliae 5. e) birzindur 9c. f) c. diethmaro fratre m. 9c. f*) *ita codd. pro* lacum. g) scaniungam 9c. h) longum 9c. i) m. l. ab eis 5. k) ad u. *desunt* 9c. l) post 9c. m) v. autem 9c. n) depredare 9c. o) attalae 5. p) suevorum 4. 9c. 10. 11. *semper*. q) g. i. 5.

37) Ita Iord. de Marciano.

Iord. c. 54. sqq. tiunt. Qui quamvis dudum cum fratre regnasset, auctioris[a] tamen potestatis insignia sumit, bellique parte coactus, cum fratre Witimaro ad arma prosiliit, consertoque praelio, superior facta est pars Gothorum, adeo ut campus corruentium inimicorum cruore madefactus ut rubrum pelagus appareret, armaque et cadavera plus quam decem milium, in modum collium cumulata, campum replerent. Inde victor ad proprias sedes revertens Dietmarus cum Gothis, Theodericum filium suum, quem obsidem dederat, a Leone imperatore remissum cum magnis muneribus, gratanter suscepit. Qui cum iam decem et octo annorum esset, ex satellitibus et ex populo patris elegit sibi pene sex milia virorum, cum quibus patre inscio, permenso Danubio, Sarmatarum regem incurrit, eumque interemit, familiamque ac censum depredans, ad genitorem suum cum victoria rediit. Singidunum dehinc civitatem, quam idem Sarmatae possidebant, invadens, non Romanis sed suae subdidit ditioni.

Deficientibus dehinc vicinarum gentium spoliis, coepit et Gothis victus vestitusque deficere, et hominibus, qui dudum bello vivebant, pax coepit esse contraria, omnesque cum magno clamore ad Dietmarum accedentes, orant, ut in quamcumque partem[b] vellet exercitum duceret, quia diutius ibi manere non posset[c]. Qui accito germano sortem misit, et Witimaro Italia, Dietmaro Illiricum populandum obvenit. Relicta igitur Pannonia, alter Italiam, alter Illiricum suscepit; sed Witimar mox ut Italiam intravit, rebus humanis excessit, regnumque filio suo sibi aequivoco reliquit. Quem Licerius, qui tunc forte imperavit, muneribus datis ad Galliam transtulit, ut per Wisigothas, parentes suos, regnaret. Witimar, acceptis muneribus a Licerio, Galliam tendit, seseque parentibus Wisigothis iungens, unum corpus cum eis efficitur, et sic Galliam Hispaniamque tenens, suo iure defendit, ut nullus sibi alius prevaleret. Wisigothis
c. 43—47. vero post Theodericum, qui in bello, quod Romani et Wisigothae cum Attila Hunorum rege fecerunt, occubuit, filius eius Thurismundus prefuit. Quo defuncto, Theodericus, frater eius, in regnum successit, ipsoque 13° regni sui anno decedente, item frater eorum Euricus regnum assumens, 19° anno vita regnoque privatus est, relinquens filium regni successorem, nomine Alaricum, qui nonus ab illo magno Alarico regnum adeptus est Wisigotharum.

c. 58. Dietmar vero transiens Saum amnem, Sarmatis bellum intentavit, si quis sibi obstaret, illisque quiescentibus nec ad tantam multitudinem prevalentibus, transit in Illiricum, et ubique prospere agens multasque civitates sibi subiciens, Thesalonicam petiit, in qua Helarianus patricius a principe directus cum exercitu morabatur. Qui dum videret, Thesalonicam vallo muniri, nec se posse conatibus eorum resistere, missa legatione ad Dietmarum regem cum muneribus, rogavit, ut ab excidio urbis detorqueret, initoque foedere Romanus ductor cum Gothis, loca quae incoluerant iam sponte tradidit eis, ibique Gothi cum rege suo, depositis armis, in pace quieverunt. Nec diu postea rex Dietmarus aegritudine occupatus, vocatis ad se Gothis, Theodericum filium suum regni heredem fecit, et ipse mox[d] rebus humanis excessit.

H. R. et H.m. (cf. Iord.) Eo tempore regnum orientale Zeno imperator habebat. Qui audiens Theodericum gentis suae regem esse, grate[e] suscepit, eumque ad se Constantinopolim venire precepit, digneque susceptum inter proceres palatii collocavit, et post aliquod tempus in filium sibi adoptans, consularibus fascibus, quae dignitas post imperiale fastigium prima est, eum sublimavit, nec solum hoc, sed etiam equestrem statuam ad famam tanti viri ante palatium suum ei constituit. At vero, dum huiuscemodi delitiis Theodericus apud Constantinopolim fluitaret, gens illius, id est Ostrogothae, dum eis propter fidei sanctionem predas agere more solito non liceret, nec tamen ab imperatore oblata stipendia sibi sufficerent, non minima coacti penuria, compositum foedus execrantur, inutilem factionem vituperant, mittuntque continuo ad Theodericum, qui dicerent, quas inopiae miserias ipsi sustinerent, dum ille Grecorum epulis superflueret, hortanturque, ut, si suis sibique consulere velit, citius redeat, quatinus, ne[f] cuncta gens pereat et ubi novas ad habitandum terras exquirant, provideat. Ante non plures autem annos Odoacar[g] quidam exiens ab extremis finibus Pannoniae cum fortissima Herulorum multitudine, fretus insuper Turcilingorum sive Scyrorum auxiliis, Italiam venit, nulloque resistente, totam Italiam Romamque occupavit, et per 14 annos ibi regnavit. Theodericus vero, cognitis suorum querimoniis, ad augustum Zenonem accedit, penuriam questusque suorum exponit, absolutionem efflagitat, Italiam sibi dari expostulat, adiciens, quia si[g*] superare posset Odoacarem Italiamque obtinere, ad eius gloriam redundaret a quo directus fuisset, sin bello superatus foret, nichilominus lucris eius accresceret, quandoquidem cotidianorum stipendiorum exactoribus careret. Talia Zeno audiens, licet aegre ferret eius discessum, deliberato tamen consilio, rei publicae utilitati prospiciens, eius petitionibus annuit, Italiamque illi tribuens senatumque ac populum Romanum ei committens, magnis ditatum muneribus abire permisit. Egressus igitur a Constantinopoli Theodericus, ad Ostrogothas revertitur, hortaturque eos continuo, ut quam primum parati sint et quasi possessuri Italiam proficiscantur. Qui cum omnes laeti oboedirent, profectus cum omni multitudine Ostrogotharum et cum omni subpellectili, priusquam ad Italiam perveniret, Trapestilam Gepidarum regem, insidias sibi molientem, bello superans, extinxit, Busan quoque Bulgarorum regem cum suis agminibus prosternit. Deinde veniens Italiam, primumque iuxta Sonuum fluvium, qui non longe ab Aquileia labitur, castra componens, cum ad reficienda corpora hominum et iumentorum, pro longitudine itineris fessa, resideret, cum magno exercitu totisque Italiae viribus Odoacar ei occurrit. Quem Theodericus alacriter excipiens, magno superatum praelio in fugam convertit. Exinde movens exercitum, cum Veronam venisset, iterum adversus eum Odoacar non minori sesè belli apparatu obponit. Contra quem Theodericus haut procul a Verona confligens, summa eius exercitum clade contrivit. Qui dum fugae metu in Atesim fluvium se precipites mergunt, ex magna parte rapidissimis gurgitibus eius implicati suffocantur. Theodericus vero dum ipso impetu subsequitur fugientes, Veronam ilico, civibus pavore consternatis[h], invadit. Odoacar autem cum his qui evaserant fugiens, Romam contendit, sed obseratis continuo portis, exclusus est. Qui cernens, introitum sibi denegari, omnia quae attingere potuit gladio flammaque consumpsit, Ravennamque ingressus, munitionem sibi preparavit. Theodericus autem a Verona digrediens, Mediolanum pervenit, et dum ibi consisteret, magna ad eum multitudo militum pluresque Italiae populi convenerunt, sed paucis interiectis diebus rursus dediticius exercitus, Tusfra quodam nomine instigante, Odoacaris partibus se reddidit. Quae res Theodericum in tantum perterruit, ut se suumque exercitum apud Ticinensem urbem, quae nunc Papia dicitur, communiret. Talium rerum varietates Gundebaudus Burgundionum rex aspiciens, Liguriam cum ingenti exercitu intravit, cunctaque quae reperire poterat, pro diripientium voluntate depredans, infinitam captivorum multitudinem secum ad Gallias duxit. Theodericus itaque aliquandiu intra munitiones exercitum retinens[i], demum relictis ibi[k] sororibus et matre universaque vulgi multitudine, nichil plane dubius de fide Epyphanii viri sanctissimi, eiusdem civitatis episcopi, cum expeditis armatorum cuneis ad obsidendum Odoacarem Ravennam perrexit. Cumque in eo loco qui Pinetum dicitur non procul ab urbe castra posuisset, per continuum pene triennium Odoacarem obsedit. Qui cum frequenter nocturno tempore cum suis

a) amplioris 9c. b) quacumque parte 9c. c) possent 5. d) *deest* 9c. e) gratulans 9c. f) nec 9c.
g) odoaccar 4. 5. 9c. 10. *semper; sed* 1. *postea* odoacar *scribit.* g*) quasi *codd.?* h) c. p. 5. i) tenens 9c. k) ibi r. 5.

ex urbe egrediens, exercitum Theoderici inquietaret, novissime nocte irruens in castra, exercitum Theoderici magna strage prostravit, sed Gothis fortiter resistentibus, ad extremum victus, in urbem confugit; nec multo post missa legatione, veniam supplicans, a Theoderico quasi in fide susceptus est, sed post ab eo truculente peremptus est. Egressis deinde a Ticino post triennium Gothis, eandem mox urbem invasere Rugi, cuncta per circuitum loca simulque civitatem per continuum biennium devastantes, cum adhuc beatissimus Epyphanius superesset, cuius sanctitate in tantis periculis cives sustentabantur afflicti. Hic a Theoderico Gallias ad Gundebaudum pro captivis redimendis directus, excepta innumera multitudine illorum pro quibus precium dedit, sex milia captivorum, ob solam sanctitatis suae reverentiam sibi concessa, secum reduxit. H. R.

Igitur Theodericus, extincto apud Ravennam Odoacare, totius Italiae potitus est ditione, nec multo post Romam profectus, a Romanis cum gaudio magno est susceptus. Quibus ille singulis ad subsidium victus centum viginti sex milia modiorum tritici concessit. Post haec Theodericus ut sui regni vires constabiliret, missa legatione ad Clodoveum Francorum regem, filiam eius Audofledam in matrimonium petiit, quam ille libenter concessit. Amalfredam autem germanam suam Wandalorum regi Hunerico, Geiserici filio, coniunxit, eiusdemque Amalfredae filiam Amalbergam Thuringorum regi Ermenfrido tradidit, filias vero suas, quas in Moesia genuerat, Thiudegotam et Ostrogotham vicinis regibus copulavit, unam Sigismundo regi Burgundionum, alteram Alarico regi Wisigotharum. De quo Alarico natus est Amalricus. Quem avus suus Theodericus in annis puerilibus utroque parente orbatum dum nutriret, comperiens Beterici filium Euthericum, Herimundi nepotem et Thurismuudi abnepotem, de Amalorum stirpe descendentem, in iuvenili aetate prudentia et virtute corporisque integritate pollentem in Hyspania, ad se illum venire precepit, eique filiam suam Amalsuindam in matrimonium dedit, quae Athalaricum ex eo genuit. Nec fuit aliqua vicina [a] gens Italiae, quae Theoderico aut coniunctionis affinitate aut pactionis foedere non fuisset sociata. Zenone itaque augusto post decem et septem annos regni sui defuncto, Anastasius successit imperio, regnans per annos 27. Theodericus vero per idem tempus pacifice regnans in Italia, Romae miranda fecit aedificia, et per singula quaeque loca celebriora regia sibi construxit habitacula. Mortuo autem Anastasio et ipso heretico, Iustinus imperium adeptus est. Qui dum esset orthodoxus, cernens in partibus Orientis illo adhuc tempore Arrianam heresim per singula loca vigere, pro ardore catholicae fidei decertabat hereticos dissipare, sextoque imperii sui anno precepit, ut ubique hereticorum aecclesias catholici consecrarent episcopi. Hoc audiens Theodericus, Arriana lue pollutus, Iohannem papam simulque cum eo Theodorum atque Agapitum, consulares viros, aliumque Agapitum patricium Constantinopolim ad Iustinum imperatorem direxit, mandans illi minando, quia, nisi hereticis aecclesias suas quantocius redderet eosque in pace degere sineret, universos Italiae populos ipse gladio extingueret. Qui pervenientes ad augustum, cum ab eo digne, ut competebat, suscepti essent, magnis cum fletibus postulabant, ut suae legationis seriem, quamvis esset iniusta, libenter exciperet et Italiae periturae consuleret. Quorum fletibus Iustinus permotus, eis quod petebant concessit, Arrianosque suae potestati dimisit. Cumque hi in itinere demorarentur, Theodericus rabie iniquitatis suae stimulatus, Simmachum patricium et Boetium senatorem et exconsulem gladio trucidavit. Iord. H. R. et Iord. Iord. H. R. et Iord. Iord. H. R. Iord.

His quoque diebus extincto a Francis Alarico Wisigotharum rege, Theodericus per Hibbam comitem suum plus quam 30 milia Francorum caedens, post mortem Alarici generi [b] sui, Thiodem, armigerum eius, tutorem Amalrici nepotis sui constituit. Iohannes vero papa rediens a Constantinopoli, cum sociis itineris sui venit ad Theodericum Ravennam. Ille vero per maliciam impietatis et crudelitatis suae, pro eo quod a Iustino, catholicae fidei defensore, honorifice suscepti essent, carceri eos mancipavit et famis afflictione interfecit. Sed hanc immanissimam eius crudelitatem divina mox animadversio secuta est; nam nonagesimo nono post hoc facinus die subita morte defunctus est. Cuius animam, ut sanctus Gregorius in dialogo scribit, solitarius quidam vir magnae virtutis apud Lipparam insulam vidit inter Iohannem papam et Simmachum patricium discinctum et discalciatum deduci et in ollam Vulcani demergi. Ante tamen, cum adhuc valeret, sed iam senior, convocans Gothos et gentis suae primates, Athalaricum, Amalsuindae filium vix decem annorum, regem constituit, exhortans suos, ut regem colerent, senatum populumque Romanum amarent, principem Orientis placatum semper et propicium habere curarent. Quo defuncto, Gothi, ut precepit Theodericus, Athalaricum cum matre sua preficiunt regno, hoc quod preceptum erat custodientes, quam diu Athalaricus et mater eius vivebant, qui pene per octo annos regnabant. Iustino autem augusto post octo imperii sui annos defuncto, Iustinianus, sororis eius filius, successit imperio. Cui Athalaricus tam suam adolescentiam quam matris viduitatem commendavit, sed brevi post tempore humanis rebus excessit. Tum maternae sexus fragilitatem Gothi dum spernerent, secum deliberans, ipsa Theodatum consobrinum suum germanitatis gratia accersitum a Tuscia, ubi privatus in propriis laribus vivebat, in regno locavit. Qui post aliquantum tempus, immemor consanguinitatis et beneficii, a palatio eam abstractam in insulam laci Vulsini relegavit, ubi paucissimos dies in tristicia degens, ab eius satellitibus in balneo strangulata est. Quod audiens imperator, magna ira contra Theodatum accensus est. Sentiens autem hoc Theodatus, beatum Agapitum papam direxit ad Constantinopolim, ut per eum gratiam imperatoris acquireret. Veniens autem pontifex ad imperatorem, coepit habere colloquium [c] cum eo [d] de fide, et invenit eum doctrinam Euticetis habere. Quem cum pontifex pro errore increparet, ille minis eum aggressus est; sed in fide catholica papa immobilis stabat, et ad imperatorem dicebat: *Ego desiderari venire ad Iustinianum imperatorem christianissimum, sed ut video, inveni Diocletianum.* Videns autem imperator constantiam eius, ex voluntate Dei acquievit monitis illius; sed non multo post idem pontifex ibi defunctus est. Iustinianus vero Bilisarium patricium, iam de Wandalis in Africa triumphantem, contra Theodatum [e] misit, ut et Italiam a servitio Gothorum liberaret. Veniente autem Bilisario in Siciliam, omnes qui ibi erant Gothi cum duce suo Sinderith ultro se Bilisario tradiderunt. Theodatus vero generum suum Evermundum cum exercitu misit ad custodiendum fretum, ubi est exitus de Sicilia; sed ille audiens eventum rerum in Sicilia, ultro se ad pedes advenientis [f] Bilisarii misit, Romanis optans servire principibus. Quod Gothorum sentiens exercitus, susspectum Theodatum a regno pellendum clamitat, et Witigem, qui eius armiger erat, ad rebellandum in regnum elevat. Qui levatus in regnum, Romam ingreditur, premissisque Ravennam fidelissimis sibi viris, Theodatum occidi precepit, ipseque post paucos dies Ravennam veniens, Mathesuindam, Amalsuindae filiam, vi sibi in matrimonium copulavit. Iord. H. R.

Bilisarius vero conceptas contra Theodatum belli vires in Witigem convertit, egressusque de Sicilia, Romam venit. Gothi autem qui ibi habitahant nocte egredientes Romam, portasque relinquentes apertas, fugerunt Ravennam. Witigis autem ut talia cognovit, cum magno exercitu Romam venit; sed Bilisarius cernens non aptum sibi tempus ad pugnandum, quia fames magna eo anno obpresserat mundum, inclusit se infra Romam, positis custodibus, qui ex omni parte custodirent eam. Gothi vero omnia foris devastantes, cum per annum integrum obsiderent Romam, immisso super se H. R.

a) g. vicina 5. b) generis 5. c) c. h. 5. d) eis 9c. e) deodatum 5. f) venientis 9c.

H R. terrore, fugerunt Ravennam. Iterum Witigis collecto exercitu venit contra Bilisarium in pugnam, commissaque pugna, multi ex parte Witigis mortui sunt, ipsumque fugientem Iohannes militiae magister insecutus, vivum apprehendit Romamque ad Bilisarium duxit, quem ille secum Constantinopolim vexit. Quem videns Iustinianus, gavisus est, et non Iord. post multum tempus fecit eum patricium, illeque ibi plus quam biennium moratus, defunctus est. Cuius uxorem Mathesuindam imperator dedit fratri suo Germano patricio, de quibus natus est filius nomine Germanus, in quo, con- H. R. iuncta stirpe Anicciorum et Amalorum, spes utriusque generis et gentis posita est. Postquam autem Witigis captus est, Gothi Transpadani Heldebadum sibi regem constituunt, qui eodem anno interemptus est. Cui successit Erarius, et ipse necdum expleto anno iugulatur. Dehinc Baduillam, qui et[a] Totila dicebatur, sibi preficiunt, moxque collecto undique H. m. exercitu, totam Italiam invaserunt. Exinde cum percurrerent Campaniam, idem Totila veniens ad coenobium beati patris Benedicti, qui tunc in monte Cassino magnis virtutibus claruit, ab eo talia audivit: *Multa mala facis, multa fecisti, iam ab iniquitate compescere. Equidem mare es transiturus, Romam ingressurus, novem annis regnabis, decimo morieris.* Inde digrediens per Lucaniam, invadit Siciliam, indeque revertens, Romam petit, eamque obsidione concludit. Romanis itaque fame laborantibus nec moenia diutius tueri valentibus, a porta Ostiensi Totila ingressus est. Volens autem parcere Romanis, per totam noctem clangere buccina iussit, quo se a Gothorum gladiis aut in aecclesiis tuerentur aut quibuscumque modis occulerent. Habitavit vero cum Romanis aliquantum temporis quasi pater cum filiis, sed hanc animi benignitatem ei, qui antea nimiae crudelitatis erat, beati Benedicti ammonitio, ut conici datur, conferebat. Elapsi sane ex Urbe quidam e numero senatorum Constantinopolim afflicti properant, quibus calamitatibus Roma cf. P. D II,4. subiceretur, principi narrant. Qui statim Narsetem eunuchum, cubicularium suum, Italiae fecit exarchum, Romamque H. m. cum manu valida dirigit, ut afflictae Romae quantocius subveniret. Is ad Italiam veniens, legatos ad Alboin regem Longobardorum misit, qui tunc in Pannonia habitabant et Romanis amici erant, mandans ei, quatinus sibi pugnaturo cum Gothis auxilium ministraret. Tunc Alboin electam e suis magnam manum direxit. Qui per maris Adriatici sinum transvecti Romanisque sociati, magnum cum Gothis certamen inierunt. Quibus ad interitum pene consumptis, regem eorum Totilam, qui iam per[a] decem annos super eos regnaverat, Narses interfecit, et vestimenta eius cruentata[b] cum corona, lapidibus preciosis ornata, regiam urbem misit, quae iactata sunt ad pedes imperatoris coram senatu. Deinde urbes eorum duas munitas, id est Veronam et Brixiam, suscipiens, universam Italiam cum Romana civitate ad rei publicae iura reduxit, et Longobardos honoratos cum magnis muneribus ad propria remisit. Qui omni tempore quo Pannoniam possederunt Romanis adversus aemulos adiutores fuerunt. Sic igitur famosum regnum fortissimamque gentem Gothorum diu regnantem, tandem post mille 40[c] annos victor diversarum gentium Iustinianus imperator et prius per Bilisarium et post per[d] Narsetem vicit, omnemque Italiam ab eorum servitute liberatam, pristinae libertati restituit.

Haec Iordanis quidam grammaticus, ex eorumdem stirpe Gothorum progenitus, de Getarum origine et Amalorum[e] nobilitate, non omnia quae de eis scribuntur et referuntur, ut ipse dicit[f], complexus, exaravit, sed brevius pro rerum notitia huic opusculo inseruimus. His perlectis diligenterque perspectis, perpendat qui discernere noverit, quomodo illud ratum teneatur, quod non solum vulgari fabulatione et cantilenarum modulatione usitatur, verum * v. Chr. W. etiam in quibusdam cronicis annotatur*, scilicet quod Ermenricus tempore Marciani principis supra p. 23. super omnes Gothos regnaverit, et Theodericum, Dietmari[g] filium, patruelem suum, ut dicunt, instimulante Odoacare, item, ut aiunt, patruele suo, de Verona pulsum, apud Attilam Hunorum regem exulare coegerit, cum hystoriographus narret, Ermenricum regem Gothorum multis regibus dominantem tempore Valentiniani et Valentis fratrum regnasse, et a duobus fratribus Saro et Ammio, quos conicimus eos fuisse qui vulgariter Sarelo et Hamidiech[h] dicuntur, vulneratum, in primordio egressionis Hunorum per Meotidem paludem, quibus rex fuit Valamber, tam vulneris quam Hunorum irruptionis dolore defunctum fuisse, Attilam vero postea ultra 70 annos sub Marciano et Valentiniano cum Romanis et Wisigothis Aecioque duce Romanorum pugnasse et sub eisdem principibus regno vitaque decessisse; ac dehinc imperante Gothis Walamiro, Theodericum, fratris sui Dietmari filium, Leoni augusto iam septuagenarium a patruo fidei causa obsidem datum, et ab eodem Leone postea patri iam imperanti Gothis fuisse redditum, patrique defuncto in regnum successisse, sed mox a Zenone augusto Constantinopolim accitum familiariterque tractatum, Italiae regnum accepisse, quod tunc Odoacar cum Thurcilingis et Rugis aliisque nationibus, invito Zenone, possedit, quem Theodericus post multa certamina deditionem interemit. Hinc rerum diligens inspector perpendat, quomodo Ermenricus[i] Theodericum, Dietmari filium, apud Attilam exulare coegerit, cum iuxta hunc hystoriographum contemporalis eius non fuerit. Igitur aut hic falsa conscripsit, aut vulgaris opinio fallitur et fallit, aut alius Ermenricus et alius Theodericus dandi sunt Attilae contemporanei, in quibus huiusmodi rerum convenientia rata possit haberi. Hic enim Ermenricus longe ante Attilam legitur defunctus, Theodericus vero post mortem Attilae sive in ipso mortis eius confinio scribitur natus, quinta generatione posteritatis Witulfi, fratris Ermenrici, progenitus. Dietmarus autem, pater eius, alios fratres habuisse non legitur quam Walamirum et Witimarum, quorum prior sub Attila regnans, post mortem eius se Hunorum ditioni subduxit, et sine filiis mortuus Dietmaro fratri regnum reliquit, alter vero filium omonimum sibi Witimarum habuit, qui post obitum patris, relicta Italia, Gallias secessit.

1. A. D. 378. Regnante Valente post mortem fratris sui Valentiniani cum Gratiano et Valentiniano, filiis Chr. W. eiusdem fratris sui, Basilius Caesareae Capadociae, vir sapientissimus et continentissimus, claruit, sed[k] superbiae, ut aiunt, vitio laboravit.

cf. Rufin. 2. A. D. 379. Athanasius[l] Alexandrinus episcopus 66° sacerdotii sui anno migrans, Petrum successorem reliquit.

Chr W. 3. A. D. 380. Gothi ab Hunis expulsi, diffunduntur per Traciam.

a) *deest* 5. b) cruenta 9c. c) XL annos — et prius *bis scripsit* 4. d) per Narsetem *usque ad* Gallias secessit, *historiae Gothicae finem, in* 5. *desunt, pagina integra fere vacua relicta.* 6—9 *eadem fere omittunt his verbis finem dantes:* post per Narsetem vicit (N. suo subegit imperio. 6. — N. eunuchum cubicularium suum destruxit. 7.) e) annorum nobilitatem 4. 10. f) dixit 4. g) diethmari 4. *saepius.* h) hamidieed 4. 10. i) r. et alius t. 4 k) sed laboravit *desunt* 5. *erasa ut videtur.* l) *deest* 5. anastasius 1[b].

4. A. D. 381. Gothi fame compulsi, rebellant Valenti, quos ille bello petens, sed exercitu occiso, fugiens, in casa quadam vivus crematur, anno 15° regni sui, quorum 11 cum fratre, 4 post illum regnavit. cf. H. m.

Anni Gratiani.

Anno dominicae incarnationis 382. Urbis vero conditae millesimo 133. Gratianus, filius Valentiniani, 39us[a] ab Augusto, post mortem patrui sui Valentis electus est ad imperium, et regnavit cum fratre suo Valentiniano annos 6, cum prius regnaret annis 4 cum patruo. Eo tempore apud Mediolanum beatus Ambrosius[a] — hic[b] hymnos canendos in aecclesia primus composuit — apud Turonos beatus Martinus magnis lampabant[c] virtutibus, totoque orbe doctrinis et scientia clari [Gregorius[c*] Nisenus, Gregorius Nazanzenus et apud Bethleem Hieronimus radiabant. Theophylus Alexandrinus[d] episcopus cyclum de observatione paschae per centum annos digessit, quem laterculum vocavit, totoque orbe doctrinis et scientia clari] apud Bethlehem beatus Hieronimus presbiter, apud Ypponem Africae civitatem sanctus Augustinus episcopus radiabant. cf. Prosp. chr. imp. H. m. H. m.

Igitur Gratianus admodum iuvenis, cum inaestimabilem multitudinem hostium Romanis infusam finibus cerneret, fretus Christi potentia, longe impari militum numero sese in hostem dedit, et apud Argentariam Galliae opidum plus quam 30 milia Alamannorum interfecit. Deinde audiens Traciam Daciamque et Pannoniam tanquam genitales terras a Gothis atque omni pernicie atrocioribus Hunis et Alanis possideri, Pannoniam venit. Ea tempestate Theodosius, Theodosii filius, tam propter parentum nobilitatem, quam propriam fortitudinem habebatur nominatissimus, sed invidia dissimilium fatigatus, in Hyspania morabatur, ubi et ortus fuerat et nutritus. Cumque imperator fratrem suum adhuc puerum cerneret, et quid faceret hesitaret, quippe cum barbari, victoriis elati, inexpugnabiles viderentur, eadem provisione, qua Nerva quondam elegerat Hyspanum virum Traianum, per quem res publica reparata est, accitum et ipse nichilominus ab Hyspania Theodosium magistrum militiae fecit, eumque contra barbaros cum expeditione misit. Qui vadens, fortiter cum illis maximis Scythiae gentibus pugnavit, et feliciter triumphavit. Mox dux optimus, exercitu disperso per urbes, ipse velociter ad principem remeavit, ipseque triumphorum suorum nuncius extitit. Quod dum imperator pre admiratione non crederet, invidi dicebant, eum fugisse et exercitum perdidisse. At ille derogantes sibi rogat dirigi, qui viderent multitudinem peremptorum. His verbis imperator flexus, direxit qui res actas sibi nunciarent. Porro dux optimus inter haec vidit in visione, quod sanctus Miletius, Antiochenae civitatis episcopus, eum indueret imperiali clamide et corona caput eius ornaret. Haec cum ille retulerit[e] mane cuidam amicorum, ille clarum esse dixit somnium, et nichil aenigmaticum, nichil habere dubium. Post paucos autem dies qui missi fuerant redierunt, peremptaque multa hostium milia narraverunt. Quamobrem laetatus princeps Gratianus, faventibus cunctis, Theodosium, tricesimum tercium aetatis annum gerentem, apud Sirmium purpura induit, Orientisque et Traciae simul imperio prefecit[f]. Igitur Theodosius Constantinopolim triumphans intravit, et ne assidue pugnando Romanum populum fatigaret, cum Athalarico Wisigothorum rege pacem fecit, eundemque Constantinopolim[g] venientem benigne suscepit, ibique defunctum honorifice sepeliri fecit, et hac benignitate omnes Gothos[h] Romano imperio subiugavit. Veniens autem Thesalonicam, aegritudinem incurrit, cupiensque baptizari, Anatholium, eiusdem civitatis episcopum, requisivit, cuius esset fidei. Quo respondente, quod Arriana pestis in Yllirienm non valuisset accedere, sed fidem Niceni concilii inviolatam servarent, libenter eius verba suscipiens, baptizatus[i] atque ab aegritudine liberatus est[k]. Inter haec Archadium filium suum consortem sibi fecit in imperio, in Italia vero puero satis existente Valentiniano, rerum curam Probus exconsul et prefectus habebat. Iustina vero, mater Valentiniani, cum esset Arriana, vivente quidem viro, laedere christianos orthodoxos non prevalnit, sed eo mortuo, cum filius esset valde iuvenculus, Mediolanum veniens, Ambrosio episcopo erat infesta, ita ut iuberet eum exilio destinari. Cumque[l] iuberet eum exire de aecclesia, Ambrosius ait: *Ego sponte hoc non ago, ne lupis ovium septa aut blasphemantibus Deum videar contradere; hic, si placet, occide, hoc loco mortem prona suscipiam voluntate.* H. R. et H. m.

Ea tempestate Maximus, vir quidem strenuus atque imperio dignus, si contra sacramenti fidem per tyrannidem non emersisset, invitus ab exercitu in Britannia imperator factus, in Gallium transiit, exceptusque a legionibus Gratiano infensis, eundem, subita incursione perterritum atque in Italiam transire meditantem, dolo circumvenit et occidit Lugduno, fratremque eius Valentinianum cum matre Iustina expulit ab Italia. Qui tamen iustissimam cum matre sua fuit poenam, quae et ipsum Arriana heresi polluit et eminentissimum catholicae fidei doctorem Ambrosium episcopum perfida obsidione vexavit. Valentinianus autem Constantinopolim veniens, a Theodosio paterna pietate est susceptus, et imperio est restitutus; sed ab Eugenio quodam, prius grammatico, tunc autem militanti in palatio, et ab Arbogasto quodam facinoroso corruptis cubiculariis, ab eisdem dormiens strangulatus est, atque ut voluntariam sibi mortem conscivisse putaretur, laqueo suspensus est. Beda. H. m.

2. Anno dominicae incarnationis 383°, qui est Gratiani secundus, Theophilus* pascales circulos inchoavit. Chr. W.

* Sanctus Basilius Caesariensis episcopus obiit. D? E. 4 — 10. *ex Sigeb.*

3. A. D. 384. Synodus 150 episcoporum Constantinopoli adversus Macedonium congregatur sub Damaso papa,* qui 26[m] annis regebat aecclesiam.

* D? E., *qui haec a.* 386. *habent, pergunt:* Hic decretum est, ut Constantinopolitanus post R. p. h. p. In Gallia Priscillianus episcopus ex Manicheorum et Gnosticorum dogmate errorem sui nominis condens, conciliis episcoporum auditus — cum aliis sequacibus suis. Itachius — nolens Itachianis communicare. *ex Sigeb.*

4. A. D. 385.*

* 4. — 11. *addunt:* Priamus quidam et Antenor principabantur Francis hoc tempore. *ex Sigeb.*

5. A. D. 386. Archadium[m*] Theodosius pater consortem regni facit. Beda.

6. A. D. 387. Maximus ex Britannia in Gallias veniens regnumque sibi usurpans, Gratianum apud Lugdunum occidit, fratrem vero eius Valentinianum Italia expulit. Chr. W.

Anni Theodosii.

1. Anno dominicae incarnationis 388. Urbis vero conditae millesimo 139. Theodosius, genitus patre Theodosio, matre Thermantia[n], 45us[o] ab Augusto, interfecto per Maximum Gratiano, imperium Romanum solus[o*] obtinuit, mansitque[p] in eo annis 11[q], cum iam in Orientis partibus sex annis Gratiano vivente regnasset, Valentinianum tamen, fratrem Gratiani, quamdiu vixit, regnare permisit; ipse vero bellum adversus Maximum, qui tunc Aquileiae[r] insidebat, suscepit, illumque a militibus propriis, cum vim imperatoris sustinere non possent, captum ac traditum peremit; Victorem quoque[s], filium eius, quem pater Gallis adhuc in aetate infantili prefecerat, extinxit. Peracta victoria, Theodosius cum Valen- H. R. et H. m.

*) XLIIus 1b. a) a. claruit 5. b) *deest* 10. 11. qui E. c) *delevit* 10. *et ita deest* 11. c*) *quae uncis inclusi, ex Sigeberto ut videtur hausta, Ekk. post adiecisse videtur. In* D? E. *vero ultima verba* totoque — radiabant *omisit.* d) alexandrię E1. e) cum retulisset E1. f) fecit 9c. g) Constantinopolim — honorifice *desunt* 9c. h) *deest* 9c. i) b. est 9c. k) *deest* 9c. l) Cum 9c. m) XX tribus 1b. XVIII. 5. 10. 11. m*) *Haec a.* 385. D? E. n) theremantia 9c. terremantia 1b. o) XL. D? E. *et ita deinceps* o*) s. R. 5. p) vixitque 9c. q) XL. 9c. r) aquilegiae 5. s) victoremque 5.

B. et H. m. tiniano venit Romam, eratque cum eis pariter et Honorius valde puer, quem pater post actam victoriam a Constantinopoli evocaverat. Theodosius igitur Romae positus, multum profuit Urbi, alia prebendo, alia auferendo. Post haec relicto Valentiniano Romae, ipse cum Honorio Constantinopolim remeavit. Valentinianus vero cum transiret in Galliam causa ordinandae rei publicae, fraude Arbogasti comitis sui et Eugenii grammatici, dormiens ab eunuchis cubicularis pecunia corruptis suffocatus est, moxque Eugenio in principatum electo ab Arbogasto, collecta multitudine Francorum atque Gallorum, preparaverunt se in pugnam contra Theodosium. Quod ille audiens, congregavit multitudinem militarem, filiumque suum Honorium constituit imperatorem. Misit autem Eutropium eunuchum sibi fidelissimum[a] in Thebaidam ad Iohannem monachum prescientia clarum, de quo legitur in Vita patrum, ut aut eum venire volentem deduceret, aut nolentem de belli eventu requireret. Qui venire nolens, mandavit ei, quod, interfecto tyranno, victoria sit potiturus, sed ipse in Italia moriturus. Relictis igitur ambobus filiis in urbe Constantinopolitana, Theodosius contra Eugenium pergit, moxque illi[a*] exercitus Wisigotharum plus quam viginti milium occurrit; Eugenius itaque et Arbogastus cum transitus Alpium tenerent, Theodosius in summis Alpibus constitutus, ieiuniis et orationibus intentus erat. Circa gallorum vero[b] cantum sopore constrictus, vidit in somnis, quasi iaceret in campo et astarent ei duo quidam viri in vestibus albis, equis candidissimis residentes, iubentes eum habere fiduciam primoque diluculo preparare milites ad victoriam, seque dicebant ad solatium sibi destinatos. Quorum alter dicebat, se esse Iohannem euangelistam, alter Philippum apostolum. Quae visio etiam alicui militi[b*] revelata est. Qua visione comperta, uberiores in oratione lacrimas fudit, et in crastinum facta congressione, turbo ventorum maximus a parte Theodosii in ora hostium surrexit, qui tela, quae ipsi mittebant, in ipsos retorquebat, ea vero, quae ab eius parte missa sunt, ultra mensuram humani iactus per magnum inane portata valenter hostibus infigebat. Eugenius itaque corruens ad pedes imperatoris, veniam rogabat, sed a militibus circa pedes eius capite truncatus est; Arbogastus vero propria se[c] manu interfecit, consulatus Archadii anno tercio et Honorii secundo. Ad laudem vero Theodosii ob insignem victoriam poeta quidam nomine Claudianus, sed paganus, inter cetera huiusmodi versibus Deo et homini testimonium cecinit:

O nimium dilecte Deo, cui militat aether,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Igitur Theodosius Mediolanum veniens, post laborem publicum corpore fatigatus, aegritudinem incurrit, et sperans se moriturum, potius de re publica cogitavit, considerans quae solent hominibus evenire, imperatore moriente. Filium itaque Honorium de Constantinopoli velociter evocavit, et imperatorem Romae ordinavit. Cumque Honorius Mediolanum venisset, pater ex aegritudine relevatus, circum de victoria celebrabat, et ante prandium quidem spectaculum quasi sanus exhibuit, post prandium vero repente pregravatus, ad spectaculum venire non potuit, filium tamen ludis adesse precepit; superveniente vero nocte, defunctus est, 16. Kal. Febr. anno imperii 17°, vitae autem 40°. Fuit autem propagator rei publicae et defensor eximius, clemens et misericors, communis cunctis, solo habitu differens a ceteris, in omnes honorificus, in bonos vero[a*] profusius. Quantae autem mansuetudinis apud homines fuit, tantae humilitatis coram Domino extitit. Quod* in illo obedientiae exemplo satis probatur, quam sancto Ambrosio episcopo, immo per illum Deo exhibuisse narratur. Quod quia est relatu ac memoria
It. m. dignum, licet non suo loco, statui tamen memorandum, et pro utilitate legentium et pro opinione virtutum.

Thesalonica est civitas grandis et populosa, in qua dum esset Theodosius, ibi seditio est orta, et quidam ex iudi-
* Rufin. XI, 18. It. m. cibus tracti et lapidati sunt, unusque, ut aiunt*, ex militibus, quem ille diligebat, occisus est. Hinc indignatus Theodosius, sicut se habent humanae passiones, non refrenavit iracundiae infirmitatem, sed iusto furori immensam permiscuit crudelitatem. Ad ludos igitur circenses iussit invitari cives, et repente super omnes iniustos gladios precepit evaginari et una cum innocentibus nocentes perimi. Septem quippe milia hominum feruntur ibi occisa, non precedente iudicio, sed furibundo dictante animo. Huiusmodi cladem gemitibus plenam audiens Ambrosius, cum princeps Mediolanum venisset et aecclesiam sollemniter intrare voluisset, foris ad ianuas ei[d] occurrit, hisque illum sermonibus a sacri liminis ingressu prohibuit: *Nescis, imperator, perpetratae a te necis quanta sit magnitudo, neque post ausum tanti furoris mens tua molem tantae presumptionis agnoscit. Sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperii; decet tamen, ut ratio vincat potestatem. Scienda est quippe natura eiusque mortalitas atque resolutio et pulvis progenitorum, ex quo facti, ad quem redigendi sumus, et non flore purpureo fidentem, infirmitatem operti corporis ignorare. Coaequalium es imperator et conservorum; unus est enim Dominus omnium, rex et creator cunctorum. Quibus igitur oculis aspicies communis Domini templum? quibus calcabis pedibus[e] sanctum illius pavimentum? Quomodo extendes manus, de quibus adhuc stillat sanguis innoxius? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum Domini corpus? Qua presumptione poculum preciosi sanguinis percipies ore tuo, dum furore sermonum tuorum tantus iniuste sit sanguis effusus? Recede igitur, recede, nec secundo peccato priorem nequiciam contendas augere! Suscipe vinculum, quo te omnium Dominus nunc ligavit; est enim medicina maxima sanitatis.* His sermonibus imperator obediens — erat enim divinis eruditionibus nutritus, et aperte sciens quae essent propria sacerdotum, quae regum — gemens et deflens ad regalia remeavit. Cumque octo mensium continua transissent tempora, propinquavit nativitatis Salvatoris nostri festivitas. Imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residens, continuas lacrimas incessabiliter expendebat. Ingressus autem tunc magister militiae Rufinus, et singularem apud principem fiduciam habens, et videns eum in lamentatione prostratum, accessit et lacrimarum causas inquirit. At ille amarissime ingemiscens et vehementius lacrimas fundens: *Tu,* inquit, *Rufine, ludis, et mea mala non sentis; ego autem lamentor et gemo calamitatem meam, quia servis quidem et mendicantibus aperta sunt templa Dei, et proprium dominum ingredientes[f] licenter exorant; michi vero ingressus ad eum non est, insuper etiam caeli clausi sunt.* Haec dicens, verba singula singultibus irrumpebat. Rufinus[g]: *Curro,* inquit, *si tibi placet, pontificique precibus persuadeo, ut solvat vinculum quod ligavit.* Ait imperator: *Non suadebis Ambrosio; novi ego, decretum illius esse iustum; neque reverebitur imperialem potentiam, ut legem possit prevaricare divinam.* Cumque Rufinus verbis plurimis uteretur et promitteret Ambrosium esse flectendum, imperator eum pergere cum festinatione precepit; ipse vero spe data post paululum est secutus, credens Rufini promissionibus. Porro vir mirandus Ambrosius mox ut Rufinum vidit, ait: *Impudentiam canum imitatus es, o Rufine[h], tantae videlicet necis auctor existens, et pudorem ex fronte detergens, nec erubescis, nec metuis, contra imaginem latrare divinam.* Cumque Rufinus supplicaret et imperatorem venturum esse diceret, superno zelo accensus Ambrosius, ait: *Ego tibi, Rufine, predico, quoniam ingredi sacra limina eum prohibebo[i]; si vero imperium in tyrannidem mutaverit, necem libenter suscipio[k].* Haec et alia plurima Rufinus audiens, nunciavit

* Quod in illo comprobatur obedientiae exemplo, quod passim legitur et nos hic brevitatis causa subtrahimus, quo beato subiectus est Ambrosio, prohibenti scilicet illum aecclesiae ingredi limina propter inconsiderata quorundam innocentum homicidia. Habebat etiam imperator et aliam *etc.* D? E.

a) fidissimum E1. a') *deest* E1. b) cantum v. g. 5. b') *deest* 9c. c) se p. 5. d) f. ei ad i. 5. e) p. c. 5. f) ingress *litera erasa* 9c. g) r. vero 5. h) es ordine t. 9c. i) prohibeo 5. k) suscipiam 5.

imperatori, monens ne de palatio procederet. At imperator haec in media iam platea cognoscens: *Pergo*, inquit, *et* H. m.
iustas in facie suscipio contumelias. Cumque ad sacra limina pervenisset, in sanctam quidem basilicam non presumpsit intrare, sed inveniens antistitem in salutatorio residentem, supplicabat, ut eius vincula resolveret. At ille tyrannicam diecbat eius esse presentiam, eumque contra Deum vesanire et leges eius calcare. Verum imperator: *Non*, inquit, *insurgo adversus aecclesiasticas sanctiones, nec inique ingredi limina sacra contendo, sed te solvere vincula mea deposco et communis Domini pro me exorare clementiam, nec michi ianuam claudi, quam cunctis poenitentiam agentibus Dominus noster aperuit.* Tunc antistes: *Quam*, inquit, *poenitentiam ostendisti post tantas iniquitates, quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasque curasti? — Tuum est*, inquit imperator, *edocere et medicamenta temperare, meum vero oblata suscipere.* Tunc sanctus Ambrosius ait: *Quoniam furori iudicium tuum commisisti et non ratio protulit sententiam sed iracundia, scribe tegem, quae decreta furoris evacuet; et* 30 *diebus sententia necis atque proscriptionis tantummodo*[a] *maneat in litteris et iudicium expectet rationis, quibus diebus transactis, ira iam cessante, ratio causam iudicans apud semet ipsam, quae cognoverit sub veritate disponat. In his enim diebus cognosces, an iusta sit sententia quam protuleris, an iniusta; et si ratio probaverit iniusta quae sunt protata, disrumpet, si vero iusta, firmabit, dierum vero numerus ad haec examinanda sufficiet.* Hanc ammonitionem imperator animo libenti suscipiens et optimam esse confidens, legem conscribi repente precepit et propriae manus litteris confirmavit. Quo facto, vinculum eius Ambrosius absolvit. Quae lex hactenus observatur Constantinopoli. Est autem huiusmodi:

„Imperatores Gratianus, Valentinianus, Theodosius augusti Flaviano prefecto pretorii[b] Yllirici.

Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam aut excipere sententiam; sed per dies 30 super statuta eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiant vincula, atque custodia et exubiis sollertibus vigilanter observentur."

Sic igitur sacratissimus imperator ingredi limina sacra presumens, non stans Domino supplicavit, neque genua flexit, sed pronus in pavimento iacens, Daviticam proclamavit vocem: *Adhesit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum*, manibus barbam capillosque evellens frontemque percutiens et pavimentum lacrimarum guttis aspergens, veniam poscebat. Cumque tempus accederet, quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lacrimis, ingressus est. Cum vero obtulisset sicut solitus erat, intra cancellos stetit. Rursus autem Ambrosius non acquievit, sed differentiam locorum edocuit, et primo quidem requisivit quid ibi expectaret. Imperatore dicente, sustinere se sacrorum perceptionem mysteriorum, remandavit ei per suum archidiaconum: *O imperator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, quae ceteri nec ingredi nec contingere permittuntur. Egredere igitur, et hanc exspectationem cum ceteris habe communem. Purpura namque imperatores*[c]*, non sacerdotes facit.* Tunc fidelissimus imperator etiam hanc traditionem animo gratanti suscipiens, remandavit: *Non audaciae causa intra cancellos mansi, sed in Constantinopolitana urbe hanc consuetudinem esse cognovi; unde gratias ago pro huiusmodi medicina.* Tali ergo tantaque et presul et imperator virtute clarebant. Ego autem utriusque opus ammiror, illius fiduciam, huius obedientiam, illius zeli fervorem, huius fidei puritatem. Porro regulas pietatis, quas a magno sacerdote recepit, reversus etiam in Constantinopolitana urbe servavit. Nam dum festivitatis tempore ad aecclesiam processisset, oblatis in altari[d] muneribus, mox egressus est. Cumque Nectarius, tunc presul aecclesiae, illi mandasset, cur intus stare noluisset, remandavit ei princeps: *Vix potui discere, quae differentia sit imperatoris et sacerdotis; vix enim inveni veritatis magistrum*[e]*; Ambrosium namque solum novi digne vocari pontificem.*

Habebat igitur imperator et aliam utilitatis occasionem, per quam de bonis operibus triumpharet. Coniunx enim eius divinas leges cum saepius ammonebat, se ipsam tamen prius perfecte erudiens. Non enim regni fastigiis elevata est, sed potius amore divino succensa. Beneficii namque magnitudo maius ei desiderium benefactoris exhibebat. Repente namque ut venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habuit curam, non servis, non aliis ministris[f] utens; sed per semet ipsam agens, et ad eorum habitacula veniens, unicuique quod opus haberet prebebat. Sic etiam per aecclesiarum xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, coclearia offerens, panem frangens, cibosque ministrans, calices abluens, et alia cuncta faciens quae servis et ministris mos est celebrare. His autem, qui eam de rebus talibus nitebantur prohibere, diecbat: *Aurum distribuere opus imperii est; ego autem pro ipso imperio hoc opus offero bona michi omnia conferenti.* Viro autem suo sepe diecbat: *Oportet te, marite, semper cogitare, qui dudum fuisti, qui modo sis. Haec si semper cogitaveris, ingratus benefactori non eris, sed imperium, quod suscepisti, legaliter gubernabis, et harum rerum auctorem placabis.* His sermonibus velut optimam quandam utilitatem virtutisque abundantiam coniugi offerebat.

Defuncto autem Theodosio 16. Kal. Febr., corpus eius Constantinopolim delatum est 6. Idus Novemb. et ab Archadio filio suo[g] sepulturae traditum. Dimisit autem regnum duobus filiis suis, Archadio in Oriente, Honorio in Occidente, curam vero amministrationis viris potentissimis mandavit habere, Rufino aulae orientalis, Stilichoni occidentalis. Post paucos autem dies quando translatum est corpus Theodosii, id est 15. Kalend. Decemb., etiam exercitus, qui cum eo fuerat contra Eugenium, reversus est, et dum imperator Archadius ad portas occurrisset exercitui, milites Rufinum prefectum[h] peremerunt. Erat enim suspectus, quasi tyrannidem meditaretur assumere et Hunos vel Gothos in[i] Romanorum provincias contra imperatorem evocare.

Eiusdem vero Theodosii temporibus apud Palestinam provinciam in castello Emmaus natus est puer integer et perfectus, sed ab umbilico sursum divisus, ita ut haberet duo pectora et duo capita et quoscumque sensus; et cum unus edebat et bibebat, alter non edebat; unus[k] dormiebat, alter vigilabat; nonnunquam insimul dormiebant, insimul ludebant ad alterutrum et[l] flebant, et utrique percutiebant se invicem. Vixerunt autem annis ferme duohus, et unus quidem mortuus est, alter autem supervixit diebus 4.

2. Anno dominicae incarnationis 389°, qui est secundus Theodosii post mortem Gratiani, idem Theodosius, vir cf. Beda.
virtutibus plenus, Valentinianum, Italia expulsum a Maximo, in regnum restituit. Reliquiae sanctorum Gervasii et Chr. W.
Prothasii ab Ambrosio repertae sunt. Beda.

4. A. D. 391. Augustinus* ad fidem conversus, ab Ambrosio baptizatur. Prosp. chr. imp.

* Augustinus a Manicheorum heresi per Ambrosium ad catholicam fidem convertitur. D? E. *ex Sigeb.*

6. A. D. 393. Iohannes heremita claruit.

7. A. D. 394. Syricius papa 40[us] sedit annis 8, decessitque 6. Kalend. Decemb.*

* D? E. *add.:* Paula et Eustochia[m] filia eius Christo ancillantur Bethlehem.

8. A. D. 395. Hieronimus librum, quem de illustribus viris scripsit, hucusque perduxit. Chr. W.

a) in t. 9c. b) pretorio 9c. c) imperatorem non sacerdotem 5. d) altare 9c. ad altare 4. e) m. v. 5.
f) ancillis 9c. g) eius 9c. h) *deest* 9c. i) *deest* 9c. k) alter 5. l) *deest* 9c. m) eustochium E1.

Chr. W. 9. A. D. 396.*

* D? E. 4 — 11. *add.:* Didimus Alexandriae obiit[a]. Corpora Abacuc et Micheae prophetarum revelantur. *ex Sigeb.* D? E. *pergunt:* Constantinopolis — eversa. *ex eodem.*

10. A. D. 397. Valentinianus dolo Arbogasti[b] occiditur, eiusque locum Eugenius invadit.

11. A. D. 398. Theodosius Eugenium tyrannum superavit. Arbogastus[b*] sua manu se[c] interfecit, Theodosius vero Mediolano in pace quievit. Augustinus, doctor facundissimus, Hypponi ordinatur episcopus.

Hucusque aecclesiasticam hystoriam Eusebius[d] Rufinus perduxit.

Anni Archadii et Honorii.

Anno dominicae incarnationis 399. Urbis conditae millesimo 150. Archadius et Honorius, filii Theodosii, 46° loco ab Augusto
lord.de.r.s. commune imperium, divisis tantum[e] sedibus, tenuerunt, Archadius in Oriente, Honorius in Occidente.* Tunc Rufinus patricius Archadio principi tendens insidias, Alaricum regem Gothorum, ut Grecias vastaret, missis clam pecuniis, invitavit; sed detectus Rufinus ante portas urbis Constantinopolitanae, ut supra dictum est, a militibus decollatus est, caputque eius cum dextera manu ad ludibrium per urbem circumductum est; uxoreque[e*] exulata, opes eius cunctas
lt m. Eutropius spado promeruit.** Gildo autem Africae comes a Theodosio dudum ordinatus, cognita morte eius, arbitratus parum spei in pueris, coepit Africam sibi vendicare. Cuius frater Masecezel cum esset fidelis, germani perfidiam detexit; ille autem duos filios fratris, cum pater abiret, interfecit. Contra quem iam ut hostem idem Masecezel cum exercitu missus, cum eum valde coartaret, in fugam versus, post paucos dies strangulatus est.

* D? E. *add.:* Imperatores — destrui. *ex Sigeb.*

** D? E. *add.:* Romae — removit. *ex Sigeb.*

lord. Hesperiam vero plagam in regno Honorii imperatoris primum Radagaisus[f] Scytha crudelissimus cum ducentis
lt. m. milibus Gothorum inundavit, qui omnem Romani populi sanguinem propinare devovit. Contra quem duo pagani duces Hunorum Huldinus et Sarus a Romanis conducti sunt; sed nolente Deo causam potentiae suae per virtutem hominum superare, divinitus territus est Radagaisus, fugiensque in Peculanum montem, ingenti undique timore[g] concluditur; et dum fame sitique laborat, volens fugere, solus comprehenditur a Romanis[h], missusque in carcerem, ibi mortuus est. Tanta vero multitudo de Gothis comprehensa est, ut sicut vilia pecora venderentur; nam singuli Gothi singulis aureis
lord. vendebantur. Post Radagaisum Alaricus rex Gothorum Italiam intravit, et ut superius in gestis Gothorum[i]
lt. m. scriptum est, multa mala Romanis ceterisque inferens, apud Consentiam mortuus est. Cui succedens Athaulfus, consanguineus eius, quicquid ille reliquit, abrasit, et Placidiam, Honorii sororem, auferens, in matrimonium accepit.

lt. m. Stilicho quoque comes, qui erat de perfida et dolosa gente Wandalorum natus, et erat socer Honorii, cuius filiae
et lord. duae Maria et Hermantia altera post alteram principi Honorio desponsatae sunt, sed utraeque virgines defunctae sunt, oblitus beneficiorum, oblitus consanguinitatis, regno eius inhiavit, et Alamannorum Suevorumque gentes datis pecuniis super eum congregavit, quia Eucherium filium suum, christianis semper a puero insidias molientem, caesarem facere cogitavit; sed Honorius congregato exercitu cum eis pugnans, utrosque occidit. Quo anno et Archadius orientalis
cf. Prosp. imperator regnans post obitum patris annos 13, defunctus est anno aetatis 31°, relinquens filium nomine Theodosium
chron. imp. annorum 8, quem ante mortem suam appellavit imperatorem; qui succedens patri, regnavit annis 41, cum patruo Honorio 15, postea 26, qui fiunt 41. Huius tempore Claudianus et Prudentius poetae insignes habentur.

Anni Archadii.

Chr. W. 1. Primo autem anno Archadii et Honorii, qui est annus dominicae incarnationis 399, Iohannes heremita obiit.

2. A. D. 400. Sanctus Martinus ad superna migravit.

3. A. D. 401. Sanctus Ambrosius carne solutus est.

4. A. D. 402. Anastasius papa 41[us] ordinatus est, sedensque annis tribus, migravit[k] 5. Kalend. Mai.

5. A. D. 403.* Gothi Radagaiso et Alarico regibus Italiam predati sunt.

* D? E. *add.:* In Britannia P. d. e. c. m. n. docens inter cetera hominem s. g. d. p. s. s. m. et hominem sine p. o. nasci. *ex Sigeb.*

Prosp. 6. A. D. 404. Synodus Alexandriae fit propter doctrinam Origenis.

7. A. D. 405. Innocentius papa 42[us] ordinatus, sedit annis 15, decessitque 4. Idus Martii.*

* D? E. 4 — 11. *add :* Hic constituit ad missas pacis osculum dari. *ex Sigeb.*

Prosp. imp. 9. A. D. 407. Severus vitam sancti Martini describit.

10. A. D. 408.*

* D? E. *add.:* Iohannes Crisostomus, urgente Eudoxia augusta, episcopatu abdicatus, ab Archadio — intentat. *ex Sigeb.* 4 — 11. *add.:* Iohannes Crisostomus in exilio obiit. Et mors Eudoxiae augustae subsecuta est. *ex Sigeb.*

Chr. W. 13. A. D. 411. Archadius imperator Constantinopoli moritur.*

* D? E. *add.:* Nestorius Constantinopolites episcopus ad heresim quae in Christo Deum ab homine separat vertitur.

Anni Honorii.

lt. m. et lord. Anno dominicae incarnationis 412. Urbis conditae millesimo 163. Honorius post mortem fratris cum Theodosio, filio fratris, adhuc regnans annis 15, cum videret rem publicam cottidie decrescere, elegit virum fortem et pugnatorem Constantium comitem, et transmisit eum ad Gallias. Constantinus enim quidam, Galliis occupatis, invasit imperium; cuius hostes duo iuvenes locupletes, Didimus et Viridianus, assumptis propriis servis et vernaculis, sese patriamque defensare moliti sunt, capientesque filium eius Constantem, monachum fecerunt. Quem pater ex monacho caesarem fecit et contra illos misit. Sed Constantius ab Honorio missus, mox ut Galliam ingressus est, Constantinum apud Arelatem inclusit et occidit, filium vero eius Constantem in Vienna Gerontius, comes Constantii, peremit. Quorum exicii immemores, Iovianus et Sebastianus item in Galliis tyrannidem moliuntur, sed et ipsi mox interficiuntur. Heraclianus quoque comes Africae cum tribus milibus armatis et septingentis navibus ad depredandam Romam venit; contra quem Marinus comes egressus, sic eum perterruit, ut cum una tantum navi Kartaginem[l] fugeret, ubi et mox occisus est. In his ergo diebus, precipiente Honorio et adiuvante Constantio, firma pax omnibus catholicis aecclesiis per universam Africam reddita est, quamdiu preclarissimus magister aecclesiae apud Ypponem[m] Regium florebat Augustinus. Inter haec Vallia rex Gothorum pacem fecit[n] cum Honorio, et reddidit ei Placidiam sororem suam, quam ipse Constantio patricio, qui eam revocaverat, in matrimonium dedit. Honorius vero postquam cum Theodosio, fratris sui filio, regnavit annis 15, et rem publicam pacificatam dimisit, Romae mortuus est.

Chr. W. 4. A. D. 415. Alaricus, rex Gothorum, Romam invasit.

7. A. D. 418. Corpora sanctorum Stephani, Nichodemi et aliorum revelata sunt[o].

a) *deest* 9[c]. b) arbogastis 9[c]. 10. 11. b*) *ita* E1. arbogastes *rell.* c) *deest* 9[c]. sua se m. E1. d) eusebii 9[c]. Hucusque — perduxit *desunt* E1. e) tamen 1[b]. e*) uxorque eius E1. f) radagisus 4. 9[c]. *semper.* g) t. u. 5. h) a. r. c. 5. i) *deest* 9[c]. k) obiit E1. l) carthaginem 5. m) hypponem 5. E1. n) *deest* 9[c]. o) revelantur E1.

9. A. D. 420. Zosimus papa 43us [a] ordinatus, sedit annum unum, decessitque 7. Kal. Ianuar. Hic constituit, ut diaconus laevam tegat.

10. A. D. 421. Bonifacius papa 44us sedit annis tribus menses 8.

12. A. D. 423. Sanctus Hieronimus migravit anno vitae 91°. Chr. W.

13. A. D. 424. Honorius apud Ravennam Constantium consortem regni fecit.

14. A. D. 425. Celestinus papa 45us sedit annis fere [b] 9, decessitquo 8. Kalend. Aprilis. Hic [c] constituit Sanctus, Sanctus, Sanctus cantari.* cf. Bedae mart.

* D? E.: c. Sanctus cantari et ut psalmi — recitabatur. Hic quoque ad Scottos — ad Christum. *ex Sigeb.* 5 — 11. *add.*: constituit etiam ut psalmi David [d] cantentur; *cf. Sigeb.*

15. A. D. 426. Honorius Romae moritur, anno imperii sui 30.[e] quorum duos regnavit sub patre, 13 cum fratre, 15 cum filio fratris Theodosio. Faramundus, filius Marcomedis, regnavit in Francia. cf. Hm. cf. Prosp chr. imp.

Paulus [f] Orosius presbiter librum suum hystoricum a conditione mundi hucusque perduxit.

Anni Theodosii iunioris.

Anno dominicae incarnationis 427. Urbis conditae millesimo 178. Theodosius iunior, Archadii filius, nepos Theodosii magni, 47° loco ab Augusto, solus tenuit imperium, cum antea regnaret cum patruo Honorio annos 15; imperavit autem postea annis 26, qui sunt anni 41. Honorio autem defuncto, Iohannes quidam regnum occidentale invasit, misitque legationem ad Theodosium imperatorem, suscipi deprecans. Qui, legatis in carcerem trusis, Ardubarium pretorem contra eum misit, quem ille apud Ravennam aggressus, inclusit. Quo Theodosius agnito, Valentinianum, amitae suae Placidiae ex Constantio filium, caesarem fecit, et cum matre sua ad recipiendum occidentale regnum direxit, et Asparem, Ardubarii [g] filium, ante eum contra Iohannem misit. Angelus autem Domini iu habitu pastoris apparens, deduxit Asparem et qui eum eo erant per paludem, quae Ravennae adiacuit prius inviа [g*], quam tunc Deus fecit perviam, venientesque Ravennam, portas invenerunt apertas, et ingredientes, tyrannum Iohannem occiderunt, Ardubarium a vinculis absolverunt. Valentinianus igitur veniens Italiam, consensu omnium factus est imperator, ideoque ex decreto Theodosii augustus appellatur. II. m. Iord. H. m.

Eodem tempore erant Gothi et aliae gentes multae ac magnae trans Danubium, Hyperboreis locis inhabitantes, ex quibus rationabiliores erant quatuor, Gothi, Hypogothi, qui et Wisigothae, Gepidae et Wandali, nomen tantum et nichil aliud mutantes unaque lingua utentes; omnes autem erant fidei Arrianae. Isti sub Archadio et Honorio Danubium transeuntes, locati sunt in provinciis Romanorum, et Gepidae quidem, ex quibus postmodum divisi sunt Longobardi et Avares, villas quae sunt circa Sygedonem et Syrmium habitaverunt; Wisigothae vero post Alaricum depopulantes Romam, in Gallias abierunt et quae ibi sunt obtinuerunt, Gothi autem, qui et Ostrogothae, Panneniam primum habitaverunt, deinde nono decimo anno imperii Theodosii iunioris Traciae villas habitaverunt, ibique per quinquaginta et octo annos morantes, Occidentis quoque obtinuerunt imperium. Porro Wandali, sociatis sibi Alanis et Germanis, qui tunc Franci vocabantur, transeuntes Ninum fluvium Modigisclo duce, habitaverunt in Hyspania.

Eo tempore fuerunt duo pretores, Aecius et Bonifacius, quos Theodosius, postulante Valentiniano, Romam direxit. Cumque Bonifacius principatum Africae percepisset ibique gloriose ageret, invidia ductus Aecius accusavit eum apud Placidiam, matrem Valentiniani, quod rebellationem meditaretur, ceterum Bonifacio scripsit: *Si accersitus fueris, accedere noli; incusatus enim es, et dolose vocant te imperatores.* Cui credens Bonifacius, accedere distulit accersitus. Tunc imperatores Aecium quasi devotum acceperunt, et adversus Bonifacium duo duces, Mavortius et Galbio, missi sunt, sed ab eo interempti sunt. Rursus contra eum Sigiswaldus comes dirigitur. Bonifacius vero cernens, se Africam tenere non posse, transfretavit in Hyspaniam ad Wandalos et Alanos, et cum Modigisclus iam mortuus esset, filios eius Guntharium et Geisericum suasit in Africam venire eamque possidere. Qui venientes, totam pene [h] Africam ferro et flamma rapinisque dissipaverunt. Sub hoc turbine beatissimus Augustinus Hypponensis episcopus, ne civitatis suae ruinam cerneret, tercio mense obsidionis eius migravit ad Dominum, septuaginta et sex vitae annis expletis, ex quibus 40 in clericatu vel episcopatu transegerat. Interea quidam senatorum, amici Bonifacii, falsam accusationem Aecii intimaverunt Placidiae, ostendentes ei epistolam ab eodem ad Bonifacium scriptam. At illa stupefacta, Aecium quidem non laesit, Bonifacio vero verbum exhortatorium, ut securus veniret, cum iuramentis misit. Qui veniens, suspicionem dissolvit, et magister militum effectus, non multo post morbo extinctus est. Deinde Romani dederunt Wandalis partem Africae ad habitandum, facta pace cum eis. Mortuo autem [i] Gunthario, Geisericus Alanorum et Wandalorum [k] imperator factus est. Qui quoniam Arrianus erat, infra limites habitationis suae in Africa persecutionem contra christianos fecit, catholicam fidem cupiens subvertere, multosque episcopos catholicos in tantum persecutus est, ut privatos aecclesiarum suarum iure de civitatibus expelleret. Deinde Kartaginem simulata pace invadens, omnes divitias et ornamenta aecclesiastica abstulit.

Valentinianus autem augustus, Constantii et Gallae filius, ad Theodosium consobrinum suum Constantinopolim profectus, filiam eius Eudoxiam, quam sibi Eudoxia genuit, in matrimonium accepit, Romamque rediit.

Tricesimo autem anno imperii Theodosii terremotus magni facti sunt Constantinopoli per quatuor menses, ita ut timentes Bizantii, extra civitatem in loco qui dicitur Campus una cum episcopo Proculo perseverarent in lętaniis ad Deum vociferantes. Quadam ergo die terra fluctuante et omni populo attentius kyrie eleison clamante, circa horam terciam omnibus videntibus quidam adolescentulus in aerem sublevatur, audivitque vocem dicentem sibi, ut nunciaret episcopo ac populo lętanias facere et sic dicere: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis,* nichil aliud apponentes. Quod cum fieret, terremotus cessavit. Porro beata Pulcheria, soror Theodosii, una cum fratre super hoc miraculo valde mirata, sanxit per universum orbem hunc ymnum taliter decantari. Sub his fere diebus Roma tanto terremotu concussa est, ut plurima aedificia corruerent.

Per haec tempora rex Hunorum Attila dum Tracias et Ylliricum devastaret, coactus Theodosius, legatione ad eum missa, sex milia librarum ei pro recessu prebuit et mille librarum tributum annuum promisit.

Post haec Theodosius morbo consumptus, apud Constantinopolim obiit, anno imperii 41°. Fuit autem sapiens multum, patientia et clementia universos precellens. Sic enim fuit clemens, ut si quando aliquis dignum morte quippiam committeret, non usque ad portas civitatis moriturus perveniebat, sed eius clementia mox subsequens eum revocabat. Quem cum quidam familiarium interrogaret, cur nullum se laedentium morti subiugaret: *Utinam,* inquit, *michi esset possibile, etiam mortuos ad vitam revocare.* Nec tamen vir iste vitiis caruit; erat enim mobilis, omni vento circumdatus, unde et in cartis non perlectis se subscribebat. Hoc autem mortuo, beata Pulcheria, soror eius, nondum morte eius divulgata, Marcianum, in religione et pudicicia conversantem senem et idoneum virum, ad se accersivit, eique dixit:

a) XLII^{us} 5. XLIII. *corr.* XLII. 4. b) *deest* 1^{b}. 9^{c}. c) Hic — cantentur *des.* 4. d) *deest* 9^{c}. e) XXI° E1. 5. 9^{c}. XXXI. 4. 10. 11. f) *Haec desunt* E1. g) ardobarii 4. 5. g*) inviam E1. h) fere 9^{c}. i) *deest* 9^{c}. k) dalorum *ita pergit* 1. *fol.* 87.

H. m. *Quoniam imperator mortuus est et ego te elegi tanquam beneplacentem ex omni senatu, da michi verbum, quod virginitatem meam custodias, quam Deo devovi, et pronunciabo te imperatorem.* Quod illo cum sacramento pollicente, accersito patriarcha Anatholio cum omni senatu, pronunciavit eum Romanorum imperatorem. Huius tempore sanctus Servatius floruit.

Anni Theodosii.

2. A. D. 428.[a]

Chr. W. 5. A. D. 431. Aecius, multis Francis occisis, partem Galliae quam possederant recepit. Clodius, Faramundi filius,

Prosp. regnavit in Francia annis 20. *1

6. A. D. 432. Cassianus collationes patrum scribit.

8. A. D. 434. Syxtus papa 46us sedit annis 8, obiit 5. Kal. Aprilis.

10. A. D. 436. Sanctus Germanus Autisiodori episcopus claruit.

Chr. W. 11. A. D. 437.* Synodus tercia universalis 200 episcoporum sub Syxto papa congregatur in Epheso contra Nestorium.

* D? E. *add.:* Cyrillus — notavit. *ex Sigeb.*

12. A. D. 438.*

* D? E. *add.:* Eudoxia — in Kal. Augusti. *ex Sigeb.*

cf. Prosp. 13. A. D. 439. Aecius Gundicharium Burgundionum regem vicit, petentique gratiam tribuit, quem Hunni postea peremerunt.

Chr. W. 14. A. D. 440. Valentinianus filiam Theodosii accepit.

H. m. 15. A. D. 441. Iulianus Pelagianista hereticus a Syxto papa damnatur. Terremotus magni facti sunt Constantinopoli.

16. A. D. 442. Leo papa 47us ordinatur, sedensque annis 16, migravit 4. Kal. Iulii.

Chr. W. 18. A. D. 444. Theodosius bellum contra Waudalos[b] inutiliter movit.

Prosp. imp. 19. A. D. 445. Alani terram Galliae ulterioris vi possident.

Chr. W. 20. A. D. 446. Sanctus Brictius Turonorum[c] episcopus migravit.

21. A. D. 447.* Eustochius Brictio successit.

* D? E. *add.:* Ephesi 7 dormientes post annos dormitionis 192 a somno surgunt, et asserta fide resurrectionis, iterum in Christo dormiunt. *cf. Sigeb.*

Prosp. imp. 23. A. D. 449. Bleda Hunorum rex Attilae fratris fraude percutitur.

25. A. D. 451. Merovecus[d], Clodii filius, regnavit in Francia annis 10.

H. m. 26. A. D. 452. Theodosius iunior, Orientis imperator, obiit anno imperii sui 41°, quorum 15 regnavit cum patruo Honorio, 26 cum Valentiniano consobrino suo.

Anno dominicae incarnationis 453°. ab Urbe condita 1204°. Marcianus, 48° loco ab Augusto, orientali aulae praeficitur imperator, et regnavit cum Valentiniano annis 7. Ceterum Valentiniani tempora huius vel superioris imperatoris asscribentur curriculis. Igitur Valentinianus, occidentalis rector imperii[e], pacem firmavit cum Geisserico, divisa inter utrosque[f] Africa. Geisericus vero dum de rerum successu etiam apud suos superbiret, valida suorum conspiratio facta est adversus eum. Qua detecta, multos ex eis per diversa occidit supplicia. Marcianus autem admodum religiosus, et

Iord. de r. s. egentibus multa beneficia prestans, regnum, quod delicati decessores et predecessores eius, per annos fere 60 vicissim imperantes, minuerant, divina provisione sic reparavit, ut exultatio ingens cunctis accresceret[g]. Nam cum Parthis et Wandalis, omnino regnum infestantibus, pacem instituit, Attilae minas compescuit, Novades[h] Blemuesque, ex Aethiopia

H. m. prolapsos, per Florum, Alexandrinae urbis procuratorem, a finibus Romanorum expulit. Inter haec beata[i] Pulcheria dormivit in Christo, quae multa bona fecit et omnia sua pauperibus dereliquit; quae imperator Marcianus, cum multa essent, alacriter dispertivit. Per haec tempora Hunorum rex Attila Gallias devastans et Italiam irrumpere cogitans, ab Aecio et Gothorum rege Theoderico, ut in hystoria Gothorum scriptum est, devincitur. Sed quia semper virtus invidiam parit, Valentinianus imperator timens prosperos Aecii successus, occidit eum, simulque Boecium senatorem nobilissimum. Cum quibus pariter Occidentis imperium salusque rei publicae[i*] corruit, nec ultra relevari potuit. Sed Valentiniano mors Aecii non impune cessit; nam sequenti anno a Transtila[k], Aecii milite, per consilium Maximi patricii et ipse confossus interiit, anno imperii sui 30°, ex quibus cum Theodosio socero suo regnavit 25, cum Marciano 5. Quo mortuo, Maximus invasit imperium, et Eudoxiae, Valentiniani uxori, vi sociatur. Quae nullum fore auxilium a Constantinopoli existimans, Theodosio patre et Pulcheria amita defunctis, missa legatione Geisericum ex Africa invitavit, qui subito per mare cum magna multitudine Italiam intravit, cum adhuc beatus Leo Romanum regeret pontificatum. Perculsis[l] itaque Romanis pro adventu Geiserici, plurimi ex Urbe fugerunt, inter quos[m] et Maximus fugiens, membratim a Romanis discerptus est, mense tercio tyrannidis suae. Geisericus autem invenieus Urbem vacuam, invasit eam. Cui beatus Leo papa extra portam occurrit, et divino nutu precibus eum in tantum delinivit, ut cum omnia potestati eius essent tradita, ab incendio et occisione atque suppliciis abstineret. Per 14 vero dies Romam omnibus divitiis suis[n] evacuabant, multosque captivos exinde auferentes, Eudoxiam quoque, quae Geisericum ad hoc malum invitaverat, cum duabus filiabus[o] suis Africam deportabant[p]. Hoc modo capta est Roma secundo postquam eam Alaricus invasit, expletis ab eò tempore annis 43, a conditione sua[q] 1207. Relicta itaque Urbe, Wandali per Campaniam diffusi sunt, omniaque ferro et igne consumunt. Capuam civitatem nobilissimam destruxerunt, Nolam quoque urbem ditissimam et alias multas subverterunt, Neapolim vero, quia erat firmissima, capere non valebant, omnia tamen a foris dissipabant. Inter has angustias vir sanctissimus Paulinus, Nolanae urbis episcopus, expensis pro redemptione captivorum omnibus quae habuit,

Hit c. 1. se ipsum pro redimendo filio viduae tradidit, sicut beatus Gregorius in[r] libro dialogorum* plenius scribit. At Geisericus postquam ditatus Italiae opibus ad Africam rediit, filiam[s] Valentiniani principis Trasamundo filio suo uxorem dedit, ex qua Hildericus natus est, qui quartus post Geisericum super Wandalos regnavit. Tres quippe filios

cf. Iord. de r. G. c. 33. Geisericus habuit, quibus ante obitum suum ita regnum ordinavit, ut alius post alium iuxta aetatis ordinem regnaret. Regnavit igitur primus post eum Hunericus, secundus Gunthemandus, tercius Trasamundus, post quem filius eius Hildericus quartus regnavit, qui matris monita sequens, catholicus fuit.

H. m. Marcianus vero imperator, cum apud Constantinopolim septem annis regnaret, facta suorum conspiratione peremptus est.

*1) 10. 11. *add.:* Iste cum iuxta mare in aestu diei cum uxore sedisset, bestia marina, equitauro[t] similis, ut fertur, uxorem ad lavandum pergentem appetiit, statimque sive a bestia sive a viro concipiens, filium peperit, qui a mari et a maculosa facie Meroveus, id est Merefech, dictus est; a quo etiam postea reges Francorum Merolingi, id est Merevingilingi, sunt appellati[u]. Huius filius Hildericus genuit Ludewicum, qui etiam Clodoveus dictus est. *cf. Fredeg. hist. epit. c.* 9.

a) *annorum numeri in* 1. *omnes fere correcti leguntur.* b) *folium in* 1. *deest.* c) tunorum, *ut videtur, corr.* turonum 5. tunorum *corr.* turonorum 10. d) merovecus *corr.* meroveus 5. meraveus 4. e) i. r. 5. f) utros 9c. g) cresceret 9c. h) nomades 9c. i) *deest* 4. 5. i*) p. rei 9c. 10. 11. k) strantila 10. *r corr.* 11. l) perrussis 9c. m) quos et magni et nr. 10. 11. n) *deest* 5. o) filiis 5. p) deportaverunt 5. q) *deest* El. 5. r) *pergit* 1. s) Endoxiam, V. p. f., quam Urbe captivitatis sorte abduxerat. 1b. t) qui *in* 10. *deletum esse videri potest, unde* 11. et auri. u) s. a. sunt 10.

Huius tempore Iohannes baptista caput suum, iuxta Herodis quondam regis habitaculum reconditum, revelavit duobus monachis orientalibus, qui Hierosolimam causa orationis venerunt, quod deinceps Edissam Fenicis urbem perlatum, digno cultu est honoratum. H. m. Beda.

Anni Marciani.

1. Primo anno Marciani, qui est a dominica incarnatione 452us *, Aecius Attilam superavit. * Chr. W.

* D? E. *add.:* Terremotus — consequentia. *ex Sigeb.*

3. A. D. 455. Synodus quarta 630^{b} episcoporum in Calcedone congregata^{c} sub Leone papa contra Eutices. *

* D? Ψ. *add.:* Hic decretum est — gennisse. *ex Sigeb.*

4. A. D. 456. Valentinianus Aecium patricium occidit.

5. A. D. 457. Valentinianus ab amicis Aecii occiditur.

6. A. D. 458. Hylarius papa 48us ordinatur, sedit annis 7, decessitque 4. Idus Sept. Per hunc scripsit Victurius paschalem cyclum 532 annorum. Beda.

7. A. D. 459. Marcianus Orientis imperator occiditur. Chr. W.

Anno dominicae incarnationis 460°. Urbis conditae millesimo 211°. Leo, Bessica ortus progenie, ex tribuno militum imperator electus, et ab Anatholio patriarcha coronatus, 49° loco ab Augusto, regnum orientale accepit, et 16 annis tenuit. Qui deinde sequenti tempore filium suum Leonem socium sibi fecit in regno. Occidentale vero imperium Mauronianus (vel Maiorianus^{d}) quidam accepit apud Ravennam, sed quarto anno haut procul a Dertona civitate occisus est, statimque Severus sine iussu Leonis apud Ravennam imperator efficitur et augustus appellatur, sed et ipse post quatuor annos Romae defunctus est. Post cuius mortem consensu totius militiae Leo imperator Anthemium, divi Marciani genere, ex patricio caesarem faciens, Romam misit in imperium. Sequenti anno Servandus, qui prefectus erat in Gallia, volens invadere imperium, ab Anthemio in^{e} exilium missus est. Rursus post annum Romanus patricius temptans fraudulenter accipere imperium, iussu Anthemii^{f} occisus est. Iord. H. m. Iord. H. m.

His temporibus Leo imperator Zenonem, generum suum, totius Orientis magistrum fecit, et Basyliscum, fratrem Verenae uxoris suae, magistrum Africae constituit. Leo itaque imperator pacem faciens cum Ostrogothis, quibus tunc Walamir preerat, fratris eius Dietmari filium Theodericum, iam octavum aetatis annum gerentem, obsidem accepit, quem tamen postea patri cum honore remisit. cf. Iord. de r. G. c. 53.

Per haec tempora inter Anthemium principem eiusque generum Ricimerem patricium, qui tunc Mediolani positus preerat Liguriae, magnus discordiarum fomes exortus est, quibus se vir sanctitate conspicuus Epyphanius Ticinensis episcopus interponens, eos ad concordiam revocavit; sed quia Ricimer de perfida erat gente Gothorum, pacem disrupit, et cum manu valida ad Urbem tendens, Anthemium iam quarto anno regnantem occidit, sed non diu de perfidia sua laetatus est; nam post mensem tercium excruciatus, languore interiit. Inter haec Olibrius a Leone augusto missus ad Urbem venit, vivoque adhuc Anthemio, regiam adeptus dignitatem, Placidiam, Valentiniani principis natam, duxit uxorem. Qui cum septem menses imperium tenuisset, morte propria Romae defunctus est. Post cuius mortem Licerius apud Ravennam imperator factus est; sed anno sequenti veniens cum exercitu Nepos patricius, Nepotiani filius, Licerium expulit, ipseque sumens imperium, illum in Salona civitate Dalmaciae ordinavit episcopum. Eo tempore Euricus apud Tholosam super Wisigothas regnavit, filius Theoderici, qui cum Aecio contra Attilam pugnans occubuit. H. m. cf. Iord. H. m.

Leo igitur imperator, postquam orientale imperium sedecim rexerat annis, Leonem, nepotem suum ex Ariagne filia, Zenonis filium, ordinans imperatorem, diem clausit extremum. Leo itaque iunior cum paucis mensibus rexisset imperium, manu sua coronans genitorem suum Zenonem constituensque imperatorem, rebus excessit humanis. Mox Basyliscus magister Africae imperator acclamatus, Marcum filium suum caesarem fecit, et Zenobiam uxorem suam in augustam coronavit. Interea Zeno, totius Orientis magister, cum Ariagne uxore sua ad regiam perveniens urbem, susceptus est a populo et senatu; Basyliscus vero fugiens ad aecclesiam, imperiali dignitate, hoc est corona, in mensa divina posita, ipse cum uxore sua Zenobia fugit ad baptisterium. Zeno autem continuo imperialem nactus dignitatem, obtinuit imperium. Iord. H. m.

Anni Leonis.

1. Primo igitur anno Leonis, qui est dominicae incarnationis 459^{g}, corpus sanctae Anastasiae delatum est a Syrmio et repositum est in templo eius in porticibus Domnini.

2. A. D. 461. Hildericus[39], Meroveci filius, regnavit in Francia annis 24.* cf. G. Fr

* D? E. *add.:* Symeon in columna stans Antiochiae claret. *ex Sigeb. a.* 458.

3. A. D. 462.*

* D? E. 4—11. *add.:* Hildericum, insolenter et luxuriose se agentem, Franci regno deturbant. *ex Sigeb.*

6. A. D. 465. Simplicius papa 49us sedit annis 12, migravitque 6. Non. Mart.*

* D? E. *add.:* Hic dampnavit Petrum Alexandrinum episcopum, Euticianae heresis convictum. *ex Sigeb.*

8. A. D. 467. Pictor quidam cum Salvatorem pingere presumpsisset secundum similitudinem Iovis, arefacta est manus eius; quem peccatum suum confessum sanavit Gennadius episcopus Constantinopolitanus. H. m.

9. A. D. 468. Translatus est apud Alexandriam Heliseus propheta in monasterium Pauli leprosi, qui leprosum sanavit, et leprosum fecit, et in ea quae leprosi erant translatus est.

10. A. D. 469.*

* D? E. *add.:* Mamertus V. c. c. q. l. a. a. d. ob imminentem cladem instituit. *ex Sigeb.* 4—11. *add.:* Mamertus Viennensis^{h} claruit. *ex Sigeb.*

11. A. D. 470.*1

16. A. D. 475. Leo^{i} senior obiit; pro quo Leo iunior paucis mensibus regnavit. Chr. W.

Anni Zenonis.

1. Anno dominicae incarnationis 476°. ab Urbe vero condita millesimo 227°. Zeno, genere Isaurus, genet Leonis

*1) 10. 11. *add.:* Basina regina Turingorum repudiato, Hilderico, quia^{k} potentior et dicior fuit, in coniugio se iunxit. Verum in prima nocte dixit ei: *Mi domine, ne concumbas mecum, donec in somnis aliquid tibi videas profuturum.* Ille consentiens, videt in somnis leonem in palacio deambulare, quod interpretata est, fortem se filium generare. Quod et factum est. Nam Clodoveum virum potentissimum genuit. *cf. Fredeg. hist. epitomata c.* 12.

a) 451. 9^{c}. 452. *corr.* 453. 5. 453. 1^{b}. b) 530. 5. 9^{c}. 10. 11. c) congregato *legi videtur in* 1. *et ita* 5. *e corr.* congregata est 1^{b}. congregatur E1. 10. 11. *et Chr. W.* d) v. M. *in* 1. *et* E1. *eadem manu superscripta sunt;* M. v. *des.* 4. 5. 9^{c}. 10. 11. e) themio in e *corr.* 1. f) *e corr* 1. g) 460. 1^{b}. 5. E1. h) V. episcopus qui letanias ante ascensionem Domini instituit 10. 11. i) Leo — regnavit *in loco raso* 1. k) quae 10? 11.

39) In Francorum regum nominibus annotandis Ekk., qui haec secundis curis adiecit, non ubique cum Gestis Francorum convenit, sed alium quendam regum catalogum habuisse videtur

H m. imperatoris, quinquagesimo loco ab Augusto adeptus imperium orientale, regnavit annis 16. Occidentale vero imperium Romae tenuit Nepos. Quem Orestes patricius de regno proturbans, Augustulum filium suum imperatorem fecit, sequentique anno cum rege Wandalorum Geiserico foedus statuit.

Dum haec Romae geruntur, Odoacar, genere Rugus, Thurcilingorum et Scyrorum Herulorumque turbis fretus, ab extremis Pannoniae finibus Italiam contendit. Qui dum adhuc per Noricorum rura duceret exercitum, cognita fama servi Dei Severini, qui illis tunc degebat in locis, ad eum benedictionem petiturus accessit. Qui, benedictione percepta, egrediens a cellula, dum caput inclinaret, ne impingeret, eo quod procerae staturae esset, a Dei viro futurorum presecio audivit: *Vade nunc ad Italiam, Odoacar, vade vilissimis interim animantium pellibus indutus, multis cito plura largiturus.* Haec verba exitus vera probavit; nam postmodum per omnem Italiam regnavit. Ingresso igitur Italiam Odoacari statim apud Liguriae terminos Orestes patricius occurrit; sed videns multitudini tantae se non posse resistere, intra Ticinum, quae nunc Papia dicitur, se trepidus inclusit. Veniens autem Odoacar, expugnatam urbem intravit, omnia rapinis vastavit, comprehensumque Orestem gladio trucidavit; indeque dispersi barbari omnem Italiam sine tarditate suo subdiderant iuri. Odoacar itaque prosperos sibi cernens successus accrescere, statim regiam arripuit dignitatem; Augustulus vero cernens universam Italiam Odoacaris viribus subdi, inopinabili metu perterritus, cum vix undecim mensibus rem publicam obtinuisset, sponte purpuram miserabilis abiecit et imperialem maiestatem deposuit. Ita Romanum imperium toto orbe venerandum et augustalis illa sublimitas, quae ab Augusto quondam Octaviano 709° a condita Urbe anno coepit, in hoc Augustulo periit anno ab Urbe condita millesimo 227°, a Cesare vero, qui primus singularem in ea principatum arripuit, anno 524°, ab incarnatione Domini anno 477°.* Igitur deiecto Augustulo, Odoacar Urbem ingressus, totius Italiae regnum est adeptus, quod per 14 annos nullo inquietante obtinuit, donec Theodericus rex Ostrogotharum, permittente Zenone augusto, Italiam possessurus intravit. Quod qualiter sit actum, superius legi potest in hystoria Gothorum. Zeno itaque augustus dum praefuisset orientali regno annis 17, vitae terminum accepit. Cuius frater Longinus imperium temptans invadere, ab Ariagne repulsus est, et Anastasius silentiarius per eius suasum ab omni senatu et populo eligitur, indutusque purpura, eandem Ariagnem in coniugio sortitur.

* D? E. *add.:* Acephalorum heresis exorta est, inpugnantium tria capitula synodi Calcedonensis sine nomine auctoris; ob quod acephali, id est sine capite, sunt vocati.

2. Anno dominicae incarnationis 477. Felix papa quinquagesimus sedit annis 8.*

* D? E. *add.:* Hic Achatium — dampnato. *ex Sigeb.*

Chr. W 3. A. D. 478. Odoacar Italiam intravit.

4. A. D. 479. Corpus Barnabae apostoli et euangelium Mathei apostoli stilo ipsius scriptum inventum est.*1

8. A. D. 484. Clodoveus[a], Hilderici filius, regnavit in Francia annis 30. Hunc[b] baptizavit sanctus Remigius.

9. A. D. 485. Gelasius papa 51[us] sedens annis 4, mens. 8, decessit 13. Kal. Decembr.*

* D? E. *add.:* Hic Manicheos — fecit. *ex Sigeb.*

Beda. 10. A. D. 486. Hunericus rex Wandalorum, filius Geiserici, plus quam 334 episcopos catholicos exiliavit, quibus-
III, 32 dam linguas abscidit, qui tamen loquebantur, quorum beatus Gregorius in libro dialogorum[c] meminit.

14. A. D. 489.*

* 4—11. *add.:* Avitus[c] Viennensis episcopus Gallias convertit. *ex Sigeb.*

15. A. D. 490.* Anastasius papa 52[us] sedit annum unum, mens. decem.

* D? E. *add.:* Avitus V. c. Gallias ab a. h. d. et libros de c. m. metrice composuit. *ex Sigeb.*

17. [A. D. 492.[d]] Symmachus papa 53[us] sedit annis 14.

Anni Anastasii.

H. R. H. m. 1. Anno dominicae incarnationis 492[e]. Urbis autem conditae millesimo 243°. Anastasius imperium accepit, et 27 annis regnavit, quinquagesimo primo loco ab Augusto; Theodericus vero cum Gothis Romano presedit imperio; hic Arrianus, ille Euthicianus hereticus. His temporibus magna discordia facta est Romae propter Symmachum et Laurencium, quibusdam eligentibus Laurentium preter consuetudinem Romanorum, aliis vero sanioris consilii Symmachum diaconum. Pro qua causa facta sunt multa homicidia Romae civium Romanorum, clericorum etiam et sacerdotum per tres circiter annos, usque quo Theodericus princeps Romam venit; qui quamvis Arrianus esset, habito tamen synodo, Symmachum episcopum Romae firmavit, Laurentium vero in civitate Nucerina episcopum locari precepit. Qui tamen nullo pacto quiescens, sed seditiones commovens, a Symmacho deponitur et in exilium Dalmatiam mittitur.*

* D? E. *add.:* Pro cuius excelsis decantari. *ex Sigeb.*

Eodem tempore Trasamundus, Geiserici filius, qui iam super Wandalos regnavit, secutus patris et fratris perfidiam, ecclesias Dei clausit, et 220 episcopos in Sardiniam exiliavit, quibus beatus Symmachus papa cottidiana subsidia ministravit.

Inter has tempestates beatus Fulgentius episcopus in confessione fidei et scientia claruit.

His ipsis diebus apud Africam dum Arrianus quidam, Olimpius nomine, in balneo lavaretur et indigna quaedam et blasphema verba de sanctae Trinitatis fide loqueretur, subito igneus gladius de caelo venit eumque percussit. Deuterius autem episcopus Arrianorum baptizans quendam Bizantii nomine Barbam, dum contra regulam fidei minorem Patre Filium et Spiritum sanctum asserens, diceret: *Baptizo te, Barbas, in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto,* subito aqua, in qua baptizare debuit, nusquam comparuit. Quod videns qui baptizandus erat, confestim ad aecclesiam catholicam properavit, et iuxta morem rectae fidei baptismum accepit.

Hisdem temporibus Alamundaro principe Sarracenorum baptizato, venerunt ad eum duo episcopi Arriani, suadentes ei, ut suae sectae consentiret. Qui ab orthodoxis baptizatus et instructus, memorabiliter eos redarguit huiusce modi fabula. Ait enim: *Litteras accepi hodie, quia Michahel archangelus mortuus est.* Illis vero dicentibus, hoc impossibile fore, ait princeps: *Et quomodo Christus secundum vos vivus crucifixus est, nisi naturarum esset duarum, quando quidem*
cf G. Fr. *nec angelus mortuus est?* Et ita cum confusione recesserunt episcopi. Huius Anastasii temporibus Clodoveus in Francia

*1) 10. 11. *add.:* Clodoveus Rothildem, filiam regis Allobrogum, qui nunc Burgundi appellantur, amans, cum propter insidias inimicorum aperte non posset, occulte per Aurelianum fidelem suum sub habitu peregrini anulum mittens, eam desponsavit. Sed cum finibus Burgundiae appropinquaret, his qui eam ducebant persuasit, ut ex utraque parte 12 miliaria incenderent, depraedarent, quatinus vel unam vindictam conspiceret de his qui sibi patrem occiderant, matrem, saxo ad collum ligato, aqua submerserant, fratres exiliaverant, Sigismundum regem patruelem suum, cum uxore et filiis in puteum proiecerant. Quod factum est. Hunc sanctus Remigius baptizavit, 30 annis regnavit. *cf. Fredeg. hist. epitom.*

a) Clodoveus — Remigius *des.* 10. 11. b) Hunc — Remigius *des.* 4. c) *des.* 1. d) *Ekk. in cod.* 1., *ut semper fere, numeros correxit; ut edidimus, primo scripsit (et ita* 5. 9[e].*), postea annum, qui sequitur,* 493. *in* 492. *mutavit, ideoque hanc lineam erasit, verbaque* Symmachus — XIV *paulo inferius in margine scripsit.* — 491. 4. *In* E. *haec desunt.* e) 493. 5. 9[e]. 11. 492. *corr.* 493. 10.

regnavit, qui et Alaricum regem Gothorum interfecit, et ab eodem Anastasio epistolas pro consulatus dignitate accepit. G. Fr.
Anastasius itaque dum in heresi, qua dilapsus fuerat, perseveraret, Ormisda papa, Symmachi successor, misit ad eum H. m.
Ennodium Ticinensem episcopum cum aliis catholicis, ut eum reducerent ad regulam fidei catholicae; sed ille non solum
monita eorum salubria sprevit, verum etiam a conspectibus suis non sine iniuria expulit, navique veteri fragilique impo-
sitos, ne uspiam per totam Greciam civitatem ullam intrarent, precepit. Quam eius impiam temeritatem divina mox ultio
subsecuta est. Nam cum 27. imperii ageret annum, mortuus est. Quidam vero aiunt, quod fulmine percussus sit.

4. A. D. 495. Theodericus Odoacarem interemit, et ipse Occidentis regnum 31 annis tenuit. Chr. W.

7. A. D. 498. Trasemundus rex Wandalorum, filius Geiserici, catholicas aecclesias clausit, et 220 episcopos in exilium misit.

12. A. D. 503. Boecius consul Romae plurima ingenii sui monimenta scribendo reliquit.

14. A. D. 505. Theodericus Romam venit, et multa miranda aedificia in ea construxit.

15. A. D. 506. Hormisda papa 54us sedit annis 9, decessitque 8. Idus Augusti.

20. A. D. 511.*

*) 5 — 11. *add.:* Genovefa virgo Parisiensis octogenaria migravit ad Deum [a]. *ex Sigeb.*

21. A. D. 512.*

*) D? E. *add.:* Genovefa v. P. o. transit ad Dominum. *ex Sigeb.*

22. A. D. 513. Clodoveus rex obiit, relinquens quatuor filios heredes regni. cf. G. Fr.

23. A. D. 514. Lotharius, Clodovei filius, regnavit annis 51.

24. A. D. 515. Iohannes papa 55us sedit annis 2, mens. 9.*

*) D? E. *add.:* Rex Sigismundus — sanitatum gratia. *ex Sigeb.*

25. A. D. 516. Theodericus filiam suam Amalasuindam dedit Eutharico. Chr. W

27. A. D. 518. Felix papa 56us sedit annis 4, transiit 11. Kal. Ian.

Anno dominicae incarnationis 519°. Urbis conditae millesimo 270°. Iustinus, genere Illyricus, vir catholicus et senior H. m.
multumque peritus, comes excubitorum, a militibus proficiens ad senatum, 52° loco ab Augusto, senatus electione Iord
accepit imperium, regnavitque annis 8. Ad hunc ob causam redintegrandae fidei directus a Romano presule vir sancti- H. m.
tate precipuus Germanus, Capuanae urbis episcopus, digne ab eo est susceptus, multorumque corda dubia in fide solidavit.

Eo tempore mortuo apud Africam Trasemundo rege Wandalorum, Hildericus, filius eius ex Eudoxia captiva Valen-
tiniani filia, regnum suscepit; qui non patrem avumque Arrianos, sed matrem catholicam secutus, rectae fidei cultor
extitit. Hic universos episcopos qui in exilio erant regredi fecit, eisque aecclesias reformare precepit, quae a Geise-
rico usque ad Hildericum per 70 annos fuerant destructae.

Iustinus quoque augustus sexto imperii sui anno pro ardore catholicae fidei decertabat hereticos dissipare, precepit-
que, ut ubique illorum aecclesias catholici episcopi consecrarent. Quod audiens Theodericus, qui et ipse fuit Arrianus,
misit Iohannem tunc temporis papam ad Iustinum, ut aut hereticis aecclesias suas redderet [b], aut ipse totius Italiae
populum gladio feriret. Quo abeunte, ipse interim Symmachum patricium et Boetium senatorem gladio peremit, redeun-
temque papam fame iuterfecit. Unde divinae [c] iudicio vindictae 99° dehinc die subitanea morte interiit. Iustinus vero
augustus cum iam octavo anno augustalem dignitatem teneret, mense Aprili, indictione quarta, aegrotare incipiens,
provexit, dum adhuc viveret, in imperium Iustinianum, sororis suae filium, qui et coimperavit [d] ei mensibus quatuor;
mense vero Augusto ipse apud Constantinopolim rebus excessit humanis.

Anni Iustini.

1. Hic anno regni sui primo Amantium prepositum palatii et alios regno suo inhiantes interfecit. Iord.

4. A. D. 522.[e] Bonifacius papa 57us sedit annis 2.

6. A. D. 524. Iohannes, qui et Mercurius, papa[f] 58us sedit annis 2, decessitque 5. Kal. Iunii.
Hic missus Constantinopolim ad Iustinum a Theoderico, cum venisset ad portam auream, coecum illuminavit. cf. Beda.

7. A. D. 525. Theodericus rex[g] Boecium et Symmachum gladio trucidavit, Iohannem papam fame in carcere
necavit, ipseque 99° die interiit post haec.

8. A. D. 526. Iustinus Iustinianum regni consortem et successorem faciens, obiit. Agapitus[h] papa 59us sedit Chr. W.
annos decem, obiit 10. Kal. Mai.

Anno ab incarnatione Domini 527°. ab Urbe condita millesimo 278°. Iustinianus, filius sororis Iustini imperatoris, H. m.
53° loco ab Augusto, imperium solus obtinuit, et 28 annis regnavit. Hic mox ut imperialia iura suscepit, ad repa-
randum rei publicae statum animum intendit, ac primum Bilisarium patricium ingentem virum contra Persas, qui
Romanos fines invaserant, direxit, qui de illis viriliter triumphavit. Interea rex Herulorum, Gretes nomine, cum populo
suo Constantinopolim venit, petens ut baptizaretur. Quem in epyphania baptizatum imperator de fonte suscepit, pro-
mittentem ei se in omnibus auxiliari. Eodem anno adhesit Romanis mulier quaedam ex Hunis, vidua, habens secum
Hunorum centum milia. Tunc et rex Hunorum, qui sunt iuxta Bosphorum, nomine Gorda, accessit ad imperatorem,
et factus [i] christianus, susceptus est ab eo, multisque ei [k] prestitis donis, misit eum in regionem ipsius ad Romanas res
custodiendas et Bosphorum civitatem, quae pro eo Bosphorus est dicta, quod Romanis per singulos annos boves pro
pecuniis inferebat. Renovavit [l] imperator leges, faciens codicem singularem et vocans eum novellas constitutiones.
Eodem anno passa est Antiochia terremotus magnos et tempestates, et faciebant letanias omnes discalciati, clamantes
kyrie eleyson. Apparuit autem in visu cuidam Dei cultori, ut diceret omnibus, quod scriberent in superliminaribus
suis: *Christus nobiscum state.* Quo facto, stetit ira Dei.

Interea Athalaricus, nepos Theoderici, rex Gothorum, cum paucis annis regnaret, immatura morte preventus est.
Cuius mater Amalsuinda Theodatum consobrinum suum sibi asscivit in regnum. Sed post dies aliquot isdem, immemor
collati beneficii, eam in balneo strangulari [m] precepit. Quia vero ipsa dum viveret se suumque filium principi commen-
daverat, audita eius morte, imperator gravi exarsit iracundia in Theodatum. Quod ille sentiens, Agapitum papam inter-
cessorem misit Constantinopolim. Qui cum venisset et colloquium cum imperatore habere [n] coepisset, reperit eum in
Eutichetis dogma corruisse. Quo ad fidei regulam revocato, idem Agapitus papa Anthimum Constantinopolitanum epi-
scopum, qui eandem heresim defendebat, publice convicit, eumque communione privavit, et ut eundem in exilium mitte-
ret, imperatori persuasit. Hoc facto, non multo post idem pontifex Agapitus ibi [o] defunctus est.

a) dominum 9^{c}. b) *folium in cod.* 1. *excisum est.* c) divino vindicte 9^{c}. d) comparavit 4. 9^{c}. e) 523. 4. *qui inde ab a.* 520. — 527. *numerum maiorem exhibet.* f) I. papa qui et m. 5. g) *deest* E1. h) *Haec a.* 525. E. i) f. est 9^{c}. k) *deest* E1. l) R. igitur i. E1. m) transgulari 5. n) *deest* 9^{c}. o) ibidem 5.

H. m. Interea cum iam per multos annos Wandali Africam tenerent, misit imperator Bilisarium patricium cum exercitu contra eos. Qui veniens tribusque mensibus, id est a Kalendis Septembris usque ad Kalendas Decembris, eos impugnans, multis occisis, tandem eos vicit, Kartaginem intravit, regem Wandalorum Gelismerem vivum cepit, omnemque Africam, post nonaginta sex annos a Wandalico iure liberatam, Romano imperio subiecit. Deinde contra Theodatum missus, cum veniret Siciliam, Theodato interfecto, Witigis regnum eius invasit, sed eundem captum Bilisarius Constantinopolim
P. D. I, 25. perduxit. Alia quoque praelia multa idem Bilisarius[a] commisit, multasque gentes bellando devicit; unde et propter multas victorias diversa agnomina meruit, ita ut vocaretur Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Wandalicus, Africanus. Magnam quoque gloriam et honorem apud imperatorem et omnes optimates obtinuit. Qui cum
H. m. Romae moraretur, Theodora augusta ei demandavit, ut Silverium papam, falsorum testium accusatione convictum, truderet in exilium, eo quod Anthimum hereticum Constantinopolitanum episcopum, quem Agapitus papa excommunicavit, absolvere noluisset. Quod Bilisarius, licet nolens, effecit, eumque ad Pontianam insulam exiliavit, ubi et obiit. Similiter et Vigilius papa, successor eius, causa eiusdem indignationis per Anthimum scribonem Constantinopolim ductus,
P. D. I. I. inde in exilium est missus. Sub hoc papa Vigilio Arator subdiaconus Romae floruit, actusquo apostolorum versibus scripsit.

His quoque temporibus Cassiodorus Romae tam seculari quam divina scientia claruit, qui inter alia bona quae scripsit psalmorum secreta optime interpretatus est. Iste antea consul fuit, deinde senator, ad ultimum monachus.

Hoc etiam tempore Dionisius abbas in Romana urbe positus, cyclos paschales sapienter composuit; sed et Priscianus Caesariensis profundum gramaticae inquisivit.

ib II, 9. Felix quoque Tharvisianae aecclesiae presul et Fortunatus condiscipulus eius fuerunt. Hic Fortunatus fuit de loco qui dicitur Duplabilis, non longe a Tharvisio, gramaticam vero et rethoricam didicit apud Ravennam. Qui cum dolorem pateretur dentium, simulque socius eius Felix, abierunt ambo ad aecclesiam sanctorum Iohannis et Pauli, quae est in eadem civitate Ravenna, in qua est et altare sancti Martini, iuxta quod fenestra est, in qua lucerna poni solebat, de cuius oleo super oculos suos posuerunt, et sanitatem receperunt. Pro qua causa Fortunatus beatum Martinum in tantum dilexit, ut patriam dimittens, ad sepulchrum eius Turonum veniret, antequam Longobardi Italiam intrarent; indeque Pictavium tendens ibique manens, multas passiones sanctorum, alias per versus, alias per prosas composuit, ibique primum presbiter, postea episcopus factus est.

ib I, 26 Hisdem temporibus sanctus pater[b] Benedictus post heremiticam vitam, quam duxit in loco cui Sublacus vocabulum est, in monte Cassino doctrina et miraculis claruit. Quo cum primum tenderet, relicta priore habitatione ex divina iussione, tres corvi, quos cottidie nutriebat, prope ipsum semper volando secuti sunt eum, ut in Longobardorum hystoria scribitur. Cumque veniret ad quoddam bivium, duo angeli apparebant ei in specie duorum iuvenum, ostendentes ei, per quam viam ire deberet. In loco autem ipso quidam Dei servus habitabat, cui vox de caelo dicebat: *His tu parce locis, alter amicus adest.* Quod apertius dicitur: „Amice, exi de loco isto, quia alter amicus debet hic habitare.“ Veniens autem sanctus Benedictus in summitatem montis, in magna se constrinxit abstinentia;
v. II, 1. factoque monasterio, habitavit ibi, sicut in dialogo legitur.

H. m. Hoc eodem tempore gens Longobardorum, amica tunc Romano populo, in Pannonia habitabat, cui tunc in regni gubernaculo Audoin preerat, omnique tempore, quo Longobardi in Pannonia habitabant, Romanae rei publicae adversus emulos adiutores erant. Unde et Alboin, Audoini filius, rogatus a Narsete, quem Iustinianus exarchum Italiae fecit et in defensionem Romanorum contra Totilam Gothorum regem direxit, validam ei manum in auxilium misit, qua fretus Narses, Totilam vicit, omnemque Italiam a potestate Gothorum liberam deinceps fecit.

Bilisarius autem patricius accusatus apud imperatorem, quod adversus eum conspirasset, ablatis omnibus, missus est in custodiam; sed post non multum tempus dimissus, omnia recepit.

Iustinianus vero imperator postquam 38 annis[c] regnavit, rebus humanis excessit.

Anni Iustiniani.

H. m. Primo huius anno missus contra Persas Bilisarius patricius magnis eos praeliis fudit, et ex voluntate principis Constantinopolim triumphans intravit.

2. A. D. 528. Terremotus magnus Antiochiae factus est.

3. A. D. 529. Iustinianus sententiam promulgavit, ne militarent pagani vel heretici, dans illis tres menses ad inducias conversionis.

Chr. W. 6. A. D. 532. Dionisius abbas Romanus paschales cyclos ab hoc inchoavit anno.

H. m. 8. A. D. 534. In Pompeiopoli Misyae civitate scissa est terra a terremotu, et obrutum est medium civitatis cum habitatoribus, et voces eorum auditae sunt de subtus terra clamantium, ut sibi succurreretur; et imperator ad educendos eos multa donavit, viventesque liberaliter liberavit. — Eodem anno tradidit Iustinianus ad psallendum aecclesiae illud quod canitur: *Unigenitus filius et verbum Dei.*

10. A. D. 536. Silverius papa 60[us] sedit annos 2, obiit 12. Kal. Iulii.

cf. G. Fr. 11. A. D. 537. Theodericus, filius Clodovei, frater Lotharii, obiit anno regni sui 23°, relinquens filium Theodebertum.

12. A. D. 538. Vigilius papa 61[us] sedit annis 14.

H. m. 13. A. D. 539. Mundus quidam ex genere Gepidarum sociatus est Romanis. Anni ab inicio mundi 4500.

15. A. D. 541. Ypapanti Domini sumpsit inicium ut celebraretur apud Bizantium, cum esset eo anno ibi magna mortalitas.

17. A. D. 543. Factus est terremotus magnus in universo mundo; eodemque anno apparuit quidam ex regione Italorum, nomine Andreas, per villas discurrens, habens canem rufum et coecum, qui iussus ab eo fecit miranda. Cum enim staret in foro et turba in circuitu adesset, clam eodem cane deferebantur asstantium anuli aurei et argentei ac ferrei, et ponebantur in terra, quos ille cooperiebat; ipsoque precipiente, canis tollebat, et unicuique suum dabat. Similiter et diversorum imperatorum nomismata mixta porrigebat per nomina. Turba etiam asstante, interrogatus ostendebat in utero habentes, fornicarios et adulteros, avaros et magnanimos, et quicquid de singulis interrogabat, cum veritate demonstrabat. Unde dicebant quidam, quod spiritum Phythonis haberet.

Beda. Chr. W. 18. A. D. 544. Diffusum est mare per Tracen miliariis quatuor. Corpus sancti Antonii repertum, Alexandriae reconditur.

H. m. 20. A. D. 546. Theodora augusta defuncta est. — Arator subdiaconus librum suum publice coram Vigilio papa
Chr. W. legit. His temporibus Cassiodorus Romae floruit, et apud Constantinopolim Priscianus Cesariensis Iuliano consuli librum suum de arte grammatica obtulit.

a) *hic pergit* 1. b) p. noster 1[b]. c) *deest* 1.

21. A. D. 547. Quinta synodus universalis in Constantinopoli congregata est sub Vigilio papa contra Theodorum et omnes hereticos. Chr. W.

23. A. D. 549. Facta sunt encenia sanctorum apostolorum Constantinopoli mense Iunio, et recondita sunt lypsana Andreae et Lucae ac Timotbei apostolorum, et transiit Menas episcopus cum sanctis lypsanis, sedens in carruca imperatoris aurea et gemmata, tenens tres thecas sanctorum apostolorum in genibus suis, et ita celebravit encenia. H. m.

25. A. D. 551. Victor Capuanus episcopus librum de pascha scribens, Victorii redarguit errores. Tbeodebertus, filius Theoderici filii Clodovei, obiit anno regni sui 14°. Cuius filius Theodobaldus fuit. Chr. W. cf. G. Fr.

26. A. D. 552. Pelagius papa 62us sedit annis 12.

27. A. D. 553. Terremotus terribilis factus est Constantinopoli et in urbibus circumquaque positis per dies 40. H. m.

29. A. D. 555. Apparuit ignis in caelo quasi species lanceae.

30. A. D. 556.*

*) D? E. 5 — 11. *add.:* Sanctus Medardus obiit. *ex Sigeb.*

31. A. D. 557.*

*) D? E. *add.:* Radegundis regina, uxor quondam Lotharii regis, mutata veste clarebat sanctitatis nobilitate.
4 — 11. *add.:* R. r. u. q. L. r. sanctitate claruit[a]. *ex Sigeb.*

32. A. D. 558.*

*) D? E. 4 — 11. *add.:* Gregorius, ex pretore urbano monachus, Romae floruit. *ex Sigeb.*

33. A. D. 559. Theodobaldus, filius Tbeoderici, obiit anno regni 8°. cf. G. Fr.

37. A. D. 563. Hilpericus, Lotharii filius, regnare coepit.

38. A. D. 564. Iohannes[b] papa 63us annis 13. — Iustinianus imperator obiit. — Lotharius, filius Clodovei, rex Francorum, obiit anno regni sui 51°, relinquens quatuor filios. Chr. W. cf. G. Fr.

Hucusque[b] Iordanis episcopus cronicam suam perduxit ab Adam. cf. Chr. W

Anno dominicae incarnationis 565°. Urbis autem conditae millesimo 316°. Iustinus minor, Iustiniani nepos, genere Trax, 54° loco ab Augusto, monarchiam accepit, et 11 annis regnavit, habens uxorem nomine Sophyam, quam coronavit augustam, coronatus et ipse ab Eutbicio patriarcha. Hic cum esset pius et orthodoxus, adornavit aecclesias, quas Iustinianus aedificavit, dans eis tbesauros et omnem reditum, misitque Photinum monachum, privignum Bilisarii patricii, dans ei potestatem contra omnem personam et causam, ut pacificaret universas aecclesias Aegypti et Alexandriae. Fuit autem, ut dictum est, in inicio bonus, postea vero in omnem avariciam incidit, factus exemptor pauperum, spoliator senatorum, faciens arcas ferreas, in quibus quaecumque rapiebat auri talenta reconderet. Huius anno octavo rupta est pax inter Romanos et Persas, eo quod Homeritae Indi legationem miserint ad Romanos, et imperator miserit Iulianum magistrum cum epistola ad Aretham regem Indorum. Qui susceptus est cum gaudio multo ab Aretha rege, appetente nimirum amiciciam imperatoris Romanorum. Enarrabat autem idem Iulianus cum redisset, quod idem Aretha rex, quando eum suscepit, nudus esset, babens in lumbis cincturam et linea vestimenta auro contexta, circa ventrem vero portabat indumenta scissa, margaritis preciosis conserta, habens in brachiis quinos circulos et aureas armillas in manibus suis, in capite autem pannum gemmatum, habentem ex utroque ligamento plectas quatuor, et in collo torquem aureum; et stabat super quatuor elepbantes, stantes et babentes iugum et rotas quatuor et super se currum excelsum velatum petalis aureis, stansque ipse desuper, ferebat scutum parvissimum deauratum et duas lanceolas aureas; et senatus eius omnis erat cum armis, canentes modulationes musicas. Introductus ergo legatus Romanorum, cum adorasset, iussus est ab eo erigi et adduci ad se. Cum autem accepisset imperatoris sacram, osculatus est signaculum, quod habebat imperatoris pectusculum; susceptis autem et donis, gavisus est valde. Porro cum legisset epistolam, invenit, ut se armaret contra regem Persarum et eius regnum vastaret. Quod protinus fecit, tenensque caput Iuliani, dedit ei pacis osculum, dimisitque eum in magna benivolentia multisque muneribus. H. m.

His temporibus Narses, cartularius quondam imperatoris Iustiniani, sed pro bono servicio factus patricius, Totilam regem Gothorum, auxiliantibus Longobardis, Romanorum tunc amicis sed adbuc in Pannonia positis, occidit, gentemque Gothorum de Italia exterminavit. Idem etiam Narses Buccellinum ducem Francorum, a Theoderico rege missum ad devastandam Italiam, occidit, et Sindoaldum regem Brendorum, qui remanserat de generatione Herulorum, quos Odoaccar duxit in Italiam, apprehendit, et in alta trabe suspendit, totamque Italiam ab bostibus liberam reddidit. Erat enim vir sapientissimus, in fide Christi catholicus, in pauperes largus, recuperator aecclesiarum, in vigiliis et orationibus assiduus, in tantum ut victoriam magis obtineret oratione quam armis. Huius temporibus facta est magna mortalitas in Italia, incipiens a Liguria, ita ut pene destitueretur babitatoribus terra illa. Inter haec mortuus est Iustinianus, et successit Iustinus. Narses autem patricius cum, superata gente Gotborum, Italiam securus iam teneret, Romani per invidiam accusationem adversus eum direxerunt Iustino augusto et Sophiae, uxori eius, dicentes: *Melius esset nobis servire Gothis quam Grecis, ubi Narses castratus imperat et nos servicio premit, et noster sanctissimus princeps hoc nescit. Aut libera nos de manu eius, aut certe civitatem Romanam et nosmet ipsos gentibus trademus.* Audiens hoc Narses, scripsit ad augustum, dicens: *Si male feci cum Romanis, male inveniam.* Sed augustus ira motus adversus Narsetem, Longinum statim prefectum misit in Italiam, qui locum Narsetis teneret. Sophya quoque augusta inter alia verba Romanis sic scripsit de eo: *Ponam illum castratum in genicio*[c], *ut perpensam filet lanam cum puellis.* Ad haec Narses respondit: *Talem eidem ordiar telam, ut, quamdiu vixerit ipsa Sophya, non possit deponere eam.* Et quia timuit redire Constantinopolim, contulit se Neapolim, et presentaliter legatos suos ad Longobardos misit, eosque in Italiam introduxit. Cuius[d] gentis adventum in Italiam et habitationem eius in ea usque in presens ut apertius describamus, de origine eius regumque illius successione aliqua hic carptim inseramus. P. D. II, 1. sqq.

Hystoria Longobardorum.

Septentrionalis plaga, quanto longius est ab ardore solis et frigida de assiduis nivibus, tanto saniores homines semper habet et eo aptior est ad multiplicandas gentes. Unde fit, ut tanta multitudo populorum in ea parte nascatur, quae ibi vivere non possit, sed in partem meridianam alii precio vendantur, alii sponte egrediantur. Qua de re, ut in hystoria Gothorum dictum est, multae gentes ex eisdem partibus exierunt, Gothi, Gepidae, Rugi, Wandali, P. D. I, 1. sqq.

a) c. s. 5. b) Iohannes — 13. *et* Hucusque — Adam *desunt* E1. c) de genetio 1^{b}. d) *Sequens historia deest* E1. *omittitur etiam* 1.

P. II. Heruli, Turcilingi, Huni, qui et Avares, similiter et Winili, qui et Longobardi. Est itaque insula quaedam in partibus septentrionalis oceani, dicta Scandanavia vel Scanzia, quae, ut quidam dicunt, non est in oceano posita, sed propter planiciem eius undae maris exestuantes circumdant eam. In hac ergo dum multus populus excrevisset, ita ut in ea habitare non posset, consilio[a] inito, multitudo illa omnis in tres partes est divisa, quesitumque est per sortis divinationem, quae pars ex illis patriam relinquere novasque sedes deberet exquirere. Igitur illa pars, quam sors iubebat exire, ordinavit super se duces fratres duos, Ibor et Aionem, aetate iuvenes et corpore aliis maiores et valentiores, quorum mater Gambara erat sapientissima et consiliatrix optima, de cuius prudentia magnam confidentiam omnes habebant. Osculantes igitur parentes et amicos, ire coeperunt, venientesque in regionem Scoringam, aliquantos annos ibi sederunt. Illo itaque tempore Ambri et Assi, duces Wandalorum, fortiter premebant vicinas sibi regiones, et cum iam gloriarentur de multis victoriis, mandaverunt Winulis[b], qui et Longobardi, ut aut tributa illis darent, aut ad pugnam se prepararent. Tunc Ibor et Aio per consilium matris suae Gambarae definierunt, melius sibi esse, aut pugnando mori aut per arma defendi, quam tributis turpiter subdi, miseruntque legatos Wandalis, se paratos esse ad pugnandum magis quam ad serviendum. Commisso vero praelio, Winili[c] pro libertatis gloria fortiter pugnantes, victoriam habuerunt, sed postea famem magnam passi in eadem provincia Scoringa, valde bumiliati sunt. De qua exeuntes, venerunt in Mauringam, indeque item in Godolandam provinciam, et ibi aliquanto tempore steterunt. Mortuis interea Ibor et Aione ducibus, Longobardi iam nolentes habere duces super se, Agelmundum regem sibi primum constituerunt ad similitudinem aliarum gentium, qui regnavit super eos annis 33. Fuit autem Agelmundus filius Aionis, de gente Thuringorum, quae gens apud eos melior et fortior esse dicebatur. His temporibus quaedam meretrix in uno partu septem filios generavit, ultraque bestiam crudelis, in piscinam eos iactavit. Quam piscinam cum predictus Agelmundus forte preteriret, videns infantulos, doluit, hastamque mittens, eos huc illucque volvit. Quorum unus cum apprehendisset hastam regis, misericordia motus rex, levavit eum de aqua, dicens: *Quia iste magnus futurus est.* Et cum omni studio dedit eum ad nutriendum. Et quia eum de piscina levavit, eorumque lingua aqua lama dicitur, Lamisso ei nomen imposuit. Qui cum crevisset, factus est fortissimus pugnator et sapientissimus, et post Agelmundum ipse regnavit. Defuncto post haec Lamissone rege secundo, tercius regnavit Lethus. Qui cum regnaret annis 40, filium suum Childeoc quartum regem reliquit; et hoc defuncto, regnavit Godeoc. Quo mortuo, filius eius Calpho regnavit sextus. Et isto mortuo, regnavit septimus Tado. Post haec egressi Longobardi de Rugilant, quae Latino eloquio Rugorum patria dicitur, habitaverunt in apertis campis, qui sermone barbarico appellantur felt. In quo loco dum per tres annos habitassent, pugna surrexit inter Tadonem et Ruodolfum regem Herulorum, qui prius amici fuerunt; et hoc fuit malum, unde in eos discordia intravit: Frater Ruodolfi regis pro causa pacis ad Tadonem venerat, et cum ad suam patriam reverti vellet, ante domum Rumetrudae, filiae regis, transiit. Illa vero cum videret multos viros nobiles ire cum eo, interrogavit, quis esset, dictumque est illi, quod frater Ruodolfi regis fuisset. Tunc illa misit puellam, quae eum invitaret, ut dignaretur cum ea bibere. Qui ut hoc audivit, cum simplici corde venit. Sed quia modicam staturam habebat, puella superba et gloriosa despiciebat eum et deridebat. Ille autem talem verecundiam non sustinens, amplius eam iniuriavit. Illa vero accensa ira feminea, malum, quod in mente conceperat, complevit. Finxit enim se per patientiam lactam esse, et invitans eum ad sedendum, fecit eum in tali loco sedere, ubi fenestra erat post dorsum eius, et ne ille aliquam susspicionem mali posset habere, pannum preciosissimum ante fenestram iussit tendere, dixitque pueris suis, ut in qua hora diceret. *Misce,* illi eum a dorso lanceis transforarent. Sicque factum est. Quod cum Ruodolfo regi nunciatum esset, nimis iratus de tam funesta morte fratris sui, disrupit pacem, quam cum Tadone rege habuit, et ei pugnam indixit. Cumque venissent ambae partes in campum apertum, Ruodolf suos mandavit ad pugnam, ipse vero in tentorio sedens, iocabatur ad tabulam, non dubitans aliquid de sua victoria. Gens enim Herulorum multum docta erat pugnandi, et ut leves essent ad pugnandum, omnes nudi pugnabant, solummodo verenda corporis membra cooperientes. Rex vero indubitanter de virtutibus eorum confidens, securus, ut diximus, ad tabulam iocabatur, unum tamen de suis in arborem iussit ascendere, qui ei victoriam suorum nunciaret, promittens ei, se caput eius abscidere, si Hernlos suos nunciaret fugere. Sed ille cum videret eos fugere et Longobardos fortiter instare, interrogatus a rege, quid Hernli facerent, respondit: *Optime pugnant.* Nec ausus fuit antea dicere malum quod videbat, quam omnes Heruli terga vertebant. Tunc quamvis tarde vocem emisit, dicens: *Vae tibi, misera Herolia, Dei caelestis ira percussa.* Ruodolfus vero hoc audiens, commotus ait: *Forsitan Heruli mei fugiunt.* Ille dixit: *Hoc non ego, sed tu, rex, dixisti.* Tunc, ut in talibus fieri solet, rex ipse et omnes qui cum eo erant turbati, quid agerent nesciebant. Longobardi vero supervenientes, regem et omnes qui cum eo erant occiderunt. Herulorum vero exercitus dum huc et illuc fugeret, tanta ira de caelo super eos venit, ut frutices virides in campo videntes, aquas esse putarent, et dum quasi ad natandum brachia extenderent, crudeliter ab hostibus cedebantur. Longobardi itaque victores effecti, predam magnam inter se diviserunt; Tado vero vexillum et galeam Ruodolfi regis accepit, quam postea semper in bello portavit. Ex illo tempore Herulorum virtus sic humiliata est, ut super se regem amplius non haberent; Longobardi vero ex hoc divites facti, coeperunt de propria voluntate pugnas querere et gloriam virtutemque suam ubique extendere. Post haec Tado de sua victoria non multum laetatus est; nam irruit super eum Wacho, filius fratris sui Zuchilonis, et occidit eum. Tunc Hildegis, filius Tadonis, pugnavit adversus Wachonem, sed vicit eum Wacho. Qui fugit ad Gepidos, et ibi mortuus est. Pro qua causa Longobardi cum Gepidis ex eo tempore inimicicias habuerunt. Habuit autem Wacho uxores tres, primam Ranigundam, filiam regis Thuringorum, deinde tulit Austrigosam, filiam regis Gepidorum, de qua fecit duas filias; nomen uni Wiselgarda, quam Theodebertus rex Francorum tulit uxorem, altera dicta est Walterada, quam iterum tulit uxorem Chusahaldus rex Francorum, quam odio habens, dedit uni de suis, qui dicebatur Garibald, in coniugium. Terciam uxorem habuit Wacho Salingam, filiam regis Herulorum, de qua natus est Walthari, qui patre mortuo super Longobardos regnavit octavus. Isti omnes Litingi fuerunt, de quadam stirpe, quae nobilissima dicebatur apud eos. Walthari regnavit annis 7, et mortuus est. Post quem regnavit nonus Audoin, qui post non multum tempus Longobardos in Pannoniam introduxit. Hic habuit uxorem Rodelindam, quae peperit ei filium Alboin, qui fuit fortis et astutus in omnibus. Gepidis igitur cum Longobardis rixam facientibus, pugnam sibi ambae partes preparant. Commisso itaque prelio, dum ambae partes fortiter pugnarent et in nullam partem terga verterent, contigit, ut in ipsa pugna Alboin, filius Audoin, et Thurismodus, filius Thurisindi regis Gepidorum, sibi invicem obviarent; sed Alboin Thurismodum spata percutiens, de equo deiecit; et sic mortuus est. Gepidi vero videntes filium regis mortuum, in quo magnam habebant fiduciam, statim fugerunt; Longobardi autem sequentes illos fortiter sternunt, multisque ex eis nocisis, ad spolia recurrunt. Finita victoria, Longobardi ad sua loca cum redirent, rogaverunt regem Audoin, ut filium suum Alboin secum ad mensam permitteret sedere et prandere, eo quod per eum victoriam haberent, ut sient patri suo socius

a) *ante* c. *vocabulum erasum* 1. b *ita* 1. c ili *e corr.* 1.

fuit in periculo, ita esset et in convivio. Sed pater eius Audoin respondit eis: *Hoc facere non possum, ut rumpam* P. D. *constitutam legem gentis nostrae. Vos scitis, talem consuetudinem apud nos esse, ut filius regis cum patre suo ante non prandeat, quam ab extraneo rege arma recipiat.* Alboin ut hoc audivit a patre, tulit secum 40 iuvenes, et perrexit ad Thurisindum regem, cum quo antea pugnavit, et pro qua causa venisset, ei indicavit. Rex autem bene suscepit eum, et invitavit ad prandium, fecitque eum sedere ad dexteram suam, ubi filius eius Thurismodus sedere consuevit, quem Alboin interfecit. Postquam autem iam laeti facti sunt, Thurisindus rex videns, interfectorem filii sui sedere in loco eius, alta traxit suspiria, et dolorem quem habuit in corde aperuit, dicens: *Amabilis est michi locus iste, sed persona, quae ibi sedet, multum michi gravis est ad videndum.* Tunc alter filius regis audiens sermones patris, ira succensus est, et Longobardos nimis iniuriare coepit, et quia fasciolas albas habebant in cruribus, deridebat eos, dicens: *Tibias albas habetis usque ad pedes, et similes estis iumentis variis et foetus facientibus.* Tunc unus de Longobardis sic illi respondit: *Perge in campum qui vocatur Asfelt, et ibi sine dubio cognoscere poteris, quales sunt isti quos tu iumentis similes esse dixisti, quomodo possunt calcitrare; ibi enim invenies ossa fratris tui dispersa, quasi de vili iumento in mediis pratis.* Gepidi haec audientes, et turpitudinem tantam non sustinentes, nimis irati sunt, et de tam manifesta iniuria se vindicare voluerunt. Econtra Longobardi ad pugnam se preparantes, omnes apprehenderunt gladios. Rex vero surgens a mensa, in medium illorum se misit, et suos ab ira compescuit, iurans, se illum occidere, qui primus auderet pugnam committere. Dixit enim: *Non est illa victoria a Deo placita, cum quis in domo propria inimicum suum in pace susceptum occiderit.* Et sic pace inter eos facta, iterum leti convivium ineunt. Completo convivio, Thurisindus rex tollens arma filii sui Thurismodi, tradidit ea Alboin, et salvum illum in pace dimisit. Alboin vero reversus ad patrem suum, conviva eius factus est. Et dum ad mensam cum patre suo sederet, dixit illi omnia quae circa eum facta sunt, et omnes qui aderant ammirantes, laudabant Alboin pro audacia sua et Thurisindum pro tali fide maxima.

His temporibus Iustinianus imperator Romanum regebat imperium, qui per Bilisarium patricium multas victorias perfecit, leges renovavit, aecclesias reparavit, basylicam quoque, quam Ad Agyam Sophyam, id est sanctam sapientiam, nominant, fabricavit; cuius opus in tantum super omnia aedificia excellentius estimatur, ut in tantis terrarum spaciis ei simile non inveniatur. Tunc enim Cassiodorus, Dionisius, Arator Romae claruerunt, Priscianus Constantinopoli floruit, sanctus quoque Benedictus virtutibus effulsit.

Igitur Audoin mortuus est, et Alboin, filius eius, regnum accepit. Qui cum esset nominatissimus et fortis multum, Clotharius rex Francorum filiam suam nomine Glotsuindam dedit ei in coniugium, de qua fecit unam tantum filiam nomine Albsuindam. Interea mortuus est Thurisindus rex Gepidorum, et accepit regnum Chunimundus. Qui cum vellet vindicare iniurias Gepidorum, rupit pacem cum Longobardis, et plus amavit pugnam quam pacem. Alboin vero fecit pacem firmam cum Avaribus, qui primum Huni vocabantur, sed postea de nomine regis sui Avares sunt appellati; deinde ivit ad pugnandum cum Gepidis. Sed cum Gepidi contra Alboin pergerent, Avares statim in terram eorum intraverunt, sicut cum Alboin constituerunt. Hac de causa cum tristis nuncius veniret ad Chunimundum, ille nimis afflictus, coepit orare suos, ut primum cum Longobardis pugnarent et postea ad depellendos Avares repedarent. Inito autem praelio, Alboin occidit Chunimundum, et de capite eius postea fecit scyphum, qui dicitur apud eos scala, apud Latinos patera, et filiam eius Rosemundam cum magna multitudine virorum ac mulierum secum abduxit captivam. Gepidi enim sic sunt deleti, ut ab illo tempore iam de suis regem non haberent. Ut autem mortua est Glothsuinda regina, filia Clotharii, Alboin ad interitum suum, ut in sequentibus dicetur, duxit Rosemundam uxorem, filiam Chunimundi.

Inter haec Iustinianus princeps mortuus est, et Iustinus minor successit ei ad regendam Constantinopolim. Apud quem, ut supra scriptum est, accusatus Narses patricius, quem loco Bilisarii ad defensionem Italiae misit imperator Iustinianus, in vindictam iniuriae suae misit legatos ad Longobardos amicos suos, dicens: *Dimittite paupertatem Pannoniae, et venite ad fertilem Italiam, omnibus divitiis plenam.* Et ut animos eorum amplius incitaret ad veniendum, misit eis de omnibus generibus pomorum et quicquid delectabile poterat excogitare de divitiis terrae. Longobardi haec audientes, gratanter acceperunt et qualiter irent preparaverunt. Et continuo apud Italiam apparuerunt signa in caelo, scilicet igneae acies, sanguinem humanum, qui postea effusus est, significantes. Alboin igitur petiit auxilium ab antiquis Saxonibus amicis suis, ut spaciosam Italiam intraret cum multis. Cui Saxones plus quam cum 20000 iuncti sunt, et secundum eius voluntatem cum uxoribus et filiis Italiam cum eo intraverunt. In ipso tempore Alboin Pannoniam dimisit Hunis amicis suis, ea conditione, ut si aliquando Longobardis reverti necesse esset, unusquisque in sua rediret. Habitaverunt autem Longobardi in Pannonia per annos 42. Exierunt vero de Pannonia cum mulieribus et filiis et cum omnibus suis, anno dominicae incarnationis 568. indictione prima, secundo die post pascha, quod sanctum pascha tunc celebratum est in ipsis Kalendis Aprilis. His igitur diebus, quibus Longobardi invaserunt Italiam, Clotharius rex Francorum mortuus est, relictis quatuor filiis, Heriberto, Guntrammo, Helperico, Sigiberto. In hoc tempore Romanam regebat aecclesiam vir sanctus, papa Iohannes, post quem Benedictus. Civitatem autem Aquileiam et populum eius regebat beatus patriarcha Paulus. Qui timens crudelitatem Longobardorum, ex Aquileia ad insulam Gradus secessit, et omnem thesaurum aecclesiae suae portavit. Narses itaque de Campania Romam reversus, post non multum tempus mortuus est. Cuius corpus in cantra plumbea cum omnibus divitiis suis collocaverunt et Constantinopolim transmiserunt. Igitur Alboin intravit Liguriam indictione tercia 3. Non. Septemb., et sub tempore Honorati archiepiscopi Mediolanum intravit, deinde ceteras Liguriae civitates apprehendit. Obsedit autem Ticinensem civitatem, quae nunc Papia dicitur, per tres annos, quibus transactis, post aliquantos menses tradita est in manus eius. Qui cum introisset per portam quae dicitur sancti Iohannis, a parte orientis, equus, super quem sedebat, fixit se in medio portae. Quem cum ille tunderet cum calcaribus et omnes qui circumstabant cederent verberibus, omnino moveri non potuit equus. Tunc unus ex Longobardis sic ait ad regem: *Memento, domine rex, quid vovisti, et frange tam durum votum, et ingredieris civitatem; vere enim christianus populus est in civitate ista.* Voverat enim Alboin antea, quod universum populum occideret gladio, qui sibi se tradere nolebat. Quod votum ubi disrupit, equus se continuo movit, et sic civitatem intravit. Tunc data pace, omnis populus ad eum tandem cucurrit ad palatium, quod aliquando rex Theodericus fecit. Alboin igitur postquam regnavit in Italia annos tres et menses sex, interfectus est consilio coniugis suae pro hac causa. Cum sederet Alboin apud Ravennam in convivio et bibisset plus congruo, precepit afferri vinum reginae Rosemundae in vasculo, quod fecit de capite patris eius Chunimundi regis, dicens ei, ut laeta biberet cum patre suo. Pro qua re illa maximum concipiens in corde dolorem, cogitavit, qualiter maritum interficeret et patrem vindicaret, consiliumque habuit pro hac re cum Helmiche armigero regis, qui cum regina unius erat aetatis. Helmichis vero dedit ei consilium, ut ad hanc perficiendam assumeret Peredeum, quendam fortem virum, qui cum vestiaria eiusdem reginae solebat dormire. Cui cum illa suam voluntatem indicaret, et ipse in interfectionem regis sui consensum suum denegaret, regina in tempore noctis collocavit se in lecto vestiariae suae, quam ille amavit, veniensque Peredeus, reginam

P. D. adulteravit. Qua re perfecta, coepit illa dicere Peredeo: *Quam me consideras esse?* Cumque ille nominaret nomen amicae suae, illa respondit: *Non est, ut tu speras; ego sum Rosemunda. Certe talem causam modo fecisti, ut, si tu non interfeceris Alboin, ipse te interficiat.* Qui intelligens malum quod fecit, licet invitus, in mortem regis consensit. Tunc Rosemunda crudelior omni bestia, cum Alboin in meridie se somno dedisset, precepit magnum silentium in palatio fieri et omnia arma inde subtrahi, et gladium illius fortiter ligavit ad caput lectuli, ne posset evaginari aut tolli, sicque interfectores eius introduxit. Alboin vero excitatus a somno, et intelligens malum quod imminebat, concite manum ad gladium, qui alligatus erat, tendebat, sed non valens eum extrahere, scabellum apprehendebat, et aliquamdiu se defendebat; sed illi prevalentes eum occidebant. Helmichis autem accipiens Rosemundam in uxorem, decertavit, ut regnum Alboin apprehenderet, sed non potuit, quia Longobardi, multum dolentes de eius morte, quesierunt Helmichin interficere. Inter haec Rosemunda mandavit Longino prefecto Ravennae, ut concite navim mitteret, quae eos deportaret. Quam cum ille misisset, per silentium noctis Helmichis et Rosemunda navim intraverunt, et Albsuindam, filiam regis Alboin, et omnem thesaurum secum deportaverunt. Longinus autem prefectus suasit Rosemundam, ut Helmichin occideret et se maritum acciperet. Quae cum consensisset, quadam die dum Helmichis ad balneum iret, perrexit cum eo, ut ei deserviret, portans secum venenum, quo eum interficeret. Cumque ille de balneo exiret, porrexit ei venenum in poculo, dicens: *Si hoc biberis, magnam salutem inde habebis.* Qui cum biberet ac venenum esse sentiret, apprehenso gladio, Rosemundam per capillos tenuit, et venenum quod remanserat illam bibere coegit, sicque Dei iudicio ambo perierunt veneno. Longinus vero prefectus Albsuuindam cum omni thesauro misit Constantinopolim imperatori Iustino. Longobardi autem omnes, habito inter se consilio, fecerunt regem Cleph, virum nobilissimum gentis Longobardorum, in civitate Ticinensium. Hic multos potentes viros Romanorum alios occidit, alios de Italia eiecit; nec enim Romanis illo tempore virtus fuit, ut resistere possent Longobardis, quia et mortalitas, quae sub Narsete fuit, et fames, quae postea venit, omnem Italiam dissipavit. Cumque per unum annum et sex menses Cleph regnaret, a quodam puero, familiari suo, cum gladio, quod in mensa ad obsequium suum habebat, occisus est. Post cuius mortem Longobardi regem iam per annos decem non habuerunt, sed duces, unaquaeque civitas suum ducem. Ex quibus ducibus aliquanti cum multis pugnatoribus Gallias ingressi, predati sunt; contra quos Amatus patricius, qui erat ex parte Guntrammi regis, movens exercitum, ab eis occisus est, ipsique cum multa preda reversi sunt. Quibus discedentibus, rex Eunium, qui et Nummulus dictus est, ad se vocavit, eumque patricium fecit. Iterum Longobardi intraverunt Galliam; Nummulus autem iungens se Burgundionibus, ivit contra eos, et circumdans eos insidiis, multos ex eis occidit, ceteros redire vacuos coegit.

Post haec Saxones, qui cum Longobardis Italiam intraverunt, cum viderent Longobardos regnare nec ipsi vellent sub eis vivere, cum omnibus suis per Galliam redierunt, et per adiutorium Sigiberti regis in patriam suam retenderunt. Quo cum pervenissent, invenerunt eam tenere Suevos et alias gentes. Insurrexerunt ergo contra eos, et certabant inde expellere eos. At illi dederunt eis terciam partem regionis, dicentes: *Quia possumus communiter vivere.* Saxonibus non consentientibus, iterum dederunt eis aliam terciam, ut ipsi tenerent unam; sed Saxonibus nullo modo acquiescentibus, commiserunt pugnam, in qua de Saxonibus mille 20 mortui sunt, de illis vero 400 milia et 80, sicque Saxones terram suam obtinuerunt.

Hoc tempore Sigibertus rex Francorum occisus est fraude Helperici fratris sui, et regnum eius suscepit filius eius Hildibertus cum Brunihilde matre sua.

Iustinus quoque minor cum 11 annis regnasset, eisdem temporibus obiit, et Tyberium Constantinum successorem reliquit. Quo post annos septem defuncto, Mauricius ei successit in imperio.

Longobardi vero cum per decem annos essent sub ducibus, postea communi consilio constituerunt sibi regem Authari, filium Calphonis supradicti principis qui ante Tadonem regnavit, et pro magno honore vocaverunt eum Flavium, et istud prenomen postea in usu habuerunt reges Longobardorum. Duces vero qui tunc erant pro restauratione regni medietatem omnium suarum substantiarum in expendium rei publicae dederunt, ut esset, unde vivere potuisset ipse rex, vel qui in servicio eius erant, vel qui ad eum veniebant. Hoc autem erat mirabile in regno Longobardorum, quod nullus alicui faciebat violentiam, nulla fraus ibi erat, nemo aliquem iniuste angariabat, non ibi latrones erant, sed unusquisque ubi volebat securus pergebat. Hoc tempore Mauricius imperator quinquaginta milia solidorum misit Hildiberto regi Francorum, ut Longobardos de Italia expelleret. Quo veniente cum magno exercitu, Longobardi civitates suas intraverunt, et xenia Hildiberto regi miserunt, pacemque cum eo fecerunt. Qui reversus est in Galliam. Quod audiens Mauricius, solidos, quos ei pro dissipatione Longobardorum dedit, repetere coepit; sed ille in virtute sua confidens, nullum ei responsum dedit. Interea Hildibertus pugnavit cum Hyspanis, et vicit eos, et ista fuit causa, unde inter se pugnare coeperunt: Hildibertus rex sororem suam nomine Ingundem dederat uxorem Ermingildo, filio Leovigildi regis Hyspanorum. Qui Ermengildus per predicationem Leandri episcopi et per monita uxoris suae de Arriana heresi, quam pater suus colebat, ad fidem catholicam conversus fuerat; pro qua causa impius pater eius in ipsa festivitate paschae cum securi eum percuti iussit. Uxor vero illius fugiens de Hyspania, voluit reverti in patriam suam; sed milites Romani, qui in illis partibus erant, apprehenderunt illam cum filio suo parvulo, et adduxerunt illam in Siciliam, ibique mortua est, filium vero eius direxerunt in Constantinopolim Mauricio imperatori. Iterum Mauricius imperator misit ad Hildibertum, rogans illum, ut exercitum dirigeret in Italiam contra Longobardos. Qui sperans, quod soror sua adhuc viveret et in Constantinopoli esset, volens eam recolligere, complevit voluntatem imperatoris, et misit exercitum Francorum in Italiam; sed Longobardi frequenter pugnabant contra ipsos. Post haec Franci et Alamanni rixam inter se habentes, egressi de Italia, redierunt ad propria. Hoc tempore inundatio aquarum facta est in Italia, de qua beatus Gregorius scribit in dialogo*, et pestilentia illa, pro qua ipse iam archydiaconus septiformem letaniam constituit ipseque Romanum pontificatum invitus accepit. Post haec misit Authari legatos suos ad Garibaldum regem Bawariorum, petens filiam suam uxorem. Qui bene legatos suscepit, et filiam suam nomine Theodelindam ei promisit. Quod dum missi renunciarent Authari, ille cupiens videre sponsam suam, elegit secum paucos iuvenes fortissimos, et unum fidelissimum quasi pro domino, et cum summa festinatione perrexit in Bawariam. Cumque starent in conspectu Garibaldi regis, et ille qui quasi senior videbatur dicta sua complesset, dixit Authari ad regem: *Dominus meus Authari proprie pro ista causa me misit, ut videam filium vestrum, dominam nostram, ut, qualis sit forma eius, possim domino meo vere nunciare.* Qui statim fecit eam venire. Quae cum placuisset Authari, dixit ad regem: *Si placet vestrae potestati, de suo manu det nobis bibere, sicut et posthac debebit facere.* Quod cum rex fieri iussisset, illa tollens calicem plenum mero, dedit primum illi qui senior videbatur, deinde porrigebat Authari, nesciens quis esset. Ipse vero postquam bibit et calicem reddidit, nemine vidente, digito eam tetigit, et manum suam per faciem eius duxit. Quae verecundans cum hoc nutrici suae indicaret, nutrix respondit: *Si rex et sponsus tuus non esset, te nullo modo tangere presumpsisset. Sed taceamus, nec audiat hoc pater tuus. Iste*

* cf. III, 19.

qui talem habet personam, dignus est, et imperium habere et te uxorem ducere. Erat enim Authari iuvenis pulcherrimus P. D. et boni status. Post haec commeatum petentes a rege, perrexerunt ad patriam suam. Authari vero cum pervenisset prope fines Italiae, comitantibus aliquantis Bawariis, appropinquavit arbori, quae stabat iuxta viam, et erexit se super caballum quantum potuit, et securim quam portabat in manu in ipsam arborem impegit ibique dimisit, dicens: *Taliter ferire solet Authari.* Quo dicto intellexerunt Bawarii, quod ipse esset Authari. Post aliquantum tempus conturbatus est rex Garibaldus de adventu Francorum, et Theodelinda, filia eius, cum fratre suo, nomine Gundoaldo[a], fugit ad Italiam, et mandavit sponso suo Authari, ut veniret obviam eis. Qui gavisus est, et faciens magnam preparationem, perrexit in campum qui dicitur Sardis, super Veronam, et suscepit eam cum gaudio. Erat autem ibi tunc inter alios Longobardos Agilolfus dux de civitate Taurinensi. Tunc subito conturbatus est aer, et cepit tonare et coruscare fortiter, statimque fulmen percussit unum lignum, quod erat positum in clusura regis. Agilolfus autem habuit puerum quendam, qui, nescio per quam artem, intellegens quid hoc significaret, ait Agilolfo secrete: *Ista mulier, quam modo rex tulit uxorem, post non multum tua coniunx*[b] *erit.* Qui iratus ait: *Si alia vice hoc dixeris, caput tuum abscidam.* Cui ille respondit: *Verum est, quia caput meum abscidere poteris; sed et hoc verum est, quia ista femina ad hoc venit in istam patriam, ut uxor tua sit.* Quod et postea factum est. Interea mandavit Authari rex verba pacifica Guntrammo regi Francorum, patruo Hildiberti regis, ut faceret pacem cum eo. Ille vero cum gaudio suscepit missos Authari, et direxit eos ad Hildibertum nepotem suum, ut propter voluntatem suam et consilium faceret pacem cum Longobardis. Erat enim ipse Guntrammus rex pacificus et omni bonitate preditus. Cum autem legati tardarent in Francia, Authari apud Ticinum veneno, ut dicunt, mortuus est, postquam regnavit annis sex. Statimque Longobardi miserunt ad Hildibertum regem, qui ei mortem Authari nunciarent et pacem ab eo postularent. Quos ille benigne suscepit, pacemque petitam dedit. Regina vero Theodelinda quia placebat Longobardis, dimiserunt eam regnare, dicentes ei, ut quemcumque amaret virum, tolleret maritum, talem tamen qui dignus esset regere regnum. Quae, habito consilio cum sapientibus, elegit sibi maritum ducem Agilolfum, qui erat vir sapiens et bellator et per omnia aptus ad regnandum. Cui statim mandavit, ut veniret ad eam, ipsaque ad castellum quod Laomellum vocatur perrexit ei obviam. Qui cum inter se haberent colloquium, iussit regina afferri vinum, bibensque ipsa prior, dedit Agilolfo. Qui cum acciperet, honorabiliter manum eius osculatus est. Quae subridens ait: *Non debes manum meam osculari, quia rex et maritus meus eris.* Et sic eum amplexa est, et manifestavit ei omnia, quae per consilia sapientum de gubernatione regni et nuptiis suis ordinata essent. Inter haec fiunt nuptiae cum laeticia magna, et Agilolfus, qui erat cognatus regis Authari, coepit regnare intrante mense Novembre; postea tamen congregatis in unum Longobardis apud Mediolanum in mense Maio, confirmatus est in regno. Igitur Agilolfus, qui et Agio dictus est, confirmata sibi regia dignitate, mandavit Agnellum episcopum de Tridento in Franciam pro illis hominibus, qui captivati fuerant a Francis de castellis Tridentinis. Qui cum veniret, Brunihildis regina multos ex eis precio suo redemit eique reducendos dedit.

His diebus beatus Gregorius papa Romanus dialogum scripsit, eumque Theodelindae reginae pro munere misit, quia sciebat, eam esse christianissimam et timentem Deum. Per ipsam quippe multa bona in aecclesia Dei facta sunt. Nam Longobardi cum adhuc gentilitatis errore tenerentur, prope omnes substantias aecclesiarum abstulerunt; sed ista supplicando et ipsum regem ad catholicam fidem adduxit, et multas possessiones aecclesiis contulit, episcopos quoque, qui antea nullum honorem habebant, ad propriam dignitatem restituit.

Hoc tempore ordinatus est rex Tassilo in Bawaria ab Hildiberto rege Francorum, statimque ivit cum exercitu in provinciam Sclavorum, et victoriam habens, cum magna preda ad terram suam reversus est.

Igitur dominantibus per omnem Italiam Longobardis, dum veniret Agilolfus in partes Romanas, beatus Gregorius de adventu eius in tantum territus est, ut ab expositione Ezechielis, sicut ipse testatur, cessaret. Coepit autem frequenter per epistolas suas Theodelindam reginam movere, ut hortaretur Agilolfum maritum suum pacem cum Romanis habere. Quod et factum est. Unde idem venerabilis sacerdos gratias agendo, epistolas ad eandem reginam et ad ipsum Agilolfum regem transmisit, quae in libro vitae ipsius scriptae reperiuntur.

Hoc tempore Hildibertus rex per venenum, ut dicunt, occisus est cum uxore sua; mortuus est et Guntrammus rex.

Circa haec tempora destructum est a Longobardis monasterium sancti Benedicti in castro Cassino. Nocte quippe illuc intraverunt, et omnia inde abstulerunt, sed iuxta prophetiam viri Dei nullum ex monachis apprehendere potuerunt. Fugerunt namque et venerunt Romam, portantes secum codicem sanctae regulae, quam idem beatus pater composuit, et alias scripturas, necnon et pondus panis et mensuram vini et quicquid exinde tollere potuerunt. Post beatum namque Benedictum rexit ipsum monasterium Constantinus; post quem Simplicius; post ipsum Vitalis; post hunc Bonitus, sub quo ista destructio facta est.

His diebus fecit Theodelinda regina aecclesiam beati Iohannis baptistae in Modicia, qui locus 12° miliario est a Mediolano; et decoravit eandem aecclesiam multis ornatibus auri et argenti, et dedit ibi multas possessiones. In eodem loco fecit quondam palatium Theodericus rex Gothorum, eo quod aestatis tempore locus ipse temperatus est et bonus; est enim vicinus Alpibus.

Tunc quoque natus est Agilolfo filius de Theodelinda regina in palatio Modiciano, et baptizatus est ibi, vocatusque est Adolandus, et suscepit eum de sacro fonte Secundus, servus Dei de Tridento.

Usque ad haec tempora rebellis fuit Longobardis Patavium civitas, eo quod milites qui ibi erant fortissime resistebant; sed postea iactantes ibi ignem incendebant eam, et iussione regis Agilolfi eversa est usque ad terram; milites tamen qui in ea erant dimissi sunt redire Ravennam.

Huius Agilolfi temporibus beatus Columbanus venit in Italiam, et fecit monasterium quod vocatur Bobium in montibus Cottiis.

Igitur Agilolfus, qui et Agio dictus est, postquam regnavit annis 20, defunctus est, relinquens in regno filium suum Adolandum adhuc puerum cum matre sua Theodelinda. Qui cum regnaret decem annis, perdidit sensum, et ieecerunt eum de regno, et in locum eius constituerunt Arioaldum quendam, cuius generatio non est descripta. Qui postquam tenuit regnum per annos 12, mortuus est, et regnum suscepit Ruotheri, vir fortis et strenuus, sed Arriana perfidia maculatus. Huius temporibus pene per omnes civitates regni eius duo erant episcopi, unus catholicus, alter Arrianus. Hic Ruotheri rex leges Longobardorum composuit, et ipsum codicem edictum appellavit. Erat autem iam 77[us] annus ex quo Longobardi venerant in Italiam. Postquam vero sedecim annos regnavit et quatuor menses, mortuus est, regnumque filio suo Radoaldo dimisit, ipse autem sepultus est iuxta aecclesiam beati Iohannis baptistae. Post aliquod tempus quidam homo pro maligna cupiditate aperuit sepulchrum eius nocte, et tulit omnia ornamenta corporis illius. Apparuit autem ei per visionem beatus Iohannes, dicens: *Quare ausus es tangere corpus hominis istius? Quamvis non recte cre-*

a) *in loco raso* 1. b) coniux *corr.* coniunx 1.

P. D. *diderit, tamen se michi commendavit. Quia igitur hoc facere presumpsisti, nunquam amodo eam aecclesiam intrabis.* Quod et factum est. Nam quotiens eandem aecclesiam intrare voluit, subito, quasi aliquis cum magno cultello vellet eum in guttur ferire, retro cecidit. Radoaldus igitur post mortem patris accipiens regnum, tulit uxorem Guntbirgam, filiam Agilolfi et Theodelindae. Ista Guntbirg fecit aecclesiam sancti Iohannis baptistae in Ticinensi civitate, sicut mater eius fecit in Modicia, et decoravit eam ornatibus et ditavit opibus, in qua et ipsa sepulta est. Haec dum accusata esset apud maritum suum, quod commisisset adulterium, Carellus, servus eius, petivit a rege, ut ad singulare certamen pugnare sibi liceret cum illo qui dominam suam infamavit; pugnansque[a] cum eo coram omni populo, eum prostravit, sicque regina pristinum honorem recuperavit. Rex vero Radoaldus[b], ut dicunt, cum adulterasset uxorem cuiusdam Longobardi, ab eo occisus est, cum iam per quinque annos et septem dies regnasset. Cui successit Aripertus, filius Gundoaldi, qui fuit frater Theodelindae reginae. Hic fecit aecclesiam in honore domini Salvatoris in Ticino, et decoravit eam variis ornamentis ditavitque substantiis.

Igitur Mauricius imperator postquam regnavit annis 21 cum filiis suis Theodosio et Tyberio et Constantino, occidit illos Focas, qui fuit strator Prisci patricii, et ipse regnavit. Qui postquam regnavit annis 8, Heraclius, qui regebat Africam, rebellavit ei, et veniens cum exercitu, occidit eum, et suscepit imperium. Quo post 27 annos[c] defuncto, filius eius Constantinus suscepit imperium; sed hoc post quatuor menses per venenum exstincto, Heracleonas, frater eius, cum matre Martina regnum invaserunt. Quibus mox deiectis, Constans, filius Constantini, regnavit annis 28.

Aripertus rex postquam apud Ticinum Longobardos rexerat per annos 9, mortuus est, et reliquit regnum ipsum duobus filiis suis, Perhtari[d] et Goteperto; et Gotepertus[e] sedebat in Ticino, Perhtari in Mediolano. Denique facientibus malignis hominibus, surrexit odium et discordia inter ambos fratres, in tantum ut alter ab altero regnum tollere decertaret. Pro hac causa Gotepertus direxit Garibaldum ducem Taurinensem ad Grimoaldum ducem Beneventanum, ut veniret et adiuvaret eum contra fratrem suum, promittens ei dare sororem suam uxorem, si eum adiuvaret. Garibaldus vero fecit fraudem contra dominum suum, deditque Grimoaldo[f] consilium, ut veniret et regnum Longobardorum, quod ambo fratres, qui erant adolescentes, dissipabant, apprehenderet, utpote qui habebat iam maturam aetatem, et erat consilio bonus et fortis in virtute. Audiens haec Grimoaldus, statim elevavit animum suum ad accipiendum regnum Longobardorum, et ordinans filium suum Romoaldum ducem in Benevento, ipse cum electa multitudine virorum apprehendit viam contra Ticinum, et per omnes civitates misit, et faciebat sibi amicos, ut regnum accipere posset; Trasemundum vero Capuanum comitem misit per Polentiam et Tusciam, ut omnes Longobardos de partibus illis in eius adiutorium[g] invitaret. Quod et fecit, et cum magno adiutorio apud Aemiliam ei occurrit. Igitur Grimoaldus cum venisset Placentiam, misit Garibaldum ante se, ut Goteperto[g*] nunciaret de eius adventu. Audiens hoc Gotepertus, quesivit consilium ab eodem Garibaldo[h], in quo loco prepararet hospicium Grimoaldo. At ille respondit, dignum esse, ut Grimoaldus, qui causa illius venerat et sororem eius accipere debebat, hospicium haberet intra palatium. Quod ita factum est. Predictus ergo Garibaldus, seminator maliciae, dixit ad Gotepertum: *Quando veneris cum Grimoaldo ad colloquium, habeto loricam subtus vestimentum, quia ipse te occidere querit.* Deinde dixit eadem verba ad Grimoaldum. Cumque die altera venissent ad colloquendum, videns Grimoaldus, quod Gotepertus lorica esset indutus, evaginato gladio interfecit eum, et invasit regnum eius. Habebat autem Gotepertus filium parvulum nomine Reginpertum, quem rapientes fideles eius nutrierunt occulte. Sed nec curavit Grimoaldus eum persequi, quia puer adhuc erat. Audiens autem Perhtari, qui apud Mediolanum regnabat, quod frater eius mortuus fuisset, quanta velocitate potuit, fugit, et ad Cacanum regem Avarum abiit. Uxorem vero illius nomine Rodelindam et parvulum filium nomine Chunibertum[i] transmisit Grimoaldus in Beneventum. Post haec malignus homo Garibaldus, cuius consilio haec omnia facta sunt, non diu super his gaudebat. Erat enim in civitate Taurinense parvus quidam homunculus, natus de propria gente Goteperti. Iste cum sciret, quod Garibaldus ipso sacratissimo die paschali venturus esset ad orationem in aecclesia beati Iohannis baptistae, abiit, et ascendit super fontem sacrum baptisterii, et cum sinistra manu tenuit se ad unam columnellam, ubi Garibaldus transire debuerat, cum dextera vero evaginatum gladium sub vestimento tegebat. Cumque prope eum Garibaldus venisset, ille[k] homuncio evaginato gladio cum tota virtute qua potuit percussit eum in cervicem, et amputavit caput eius. Homines autem eiusdem Garibaldi multas illi plagas facientes, ad ultimum occiderunt eum. Qui quamvis sic punitus mortuus fuisset, tamen iniuriam et mortem domini sui vindicavit. Grimoaldus autem confirmatus in regno apud Ticinum, occidit Chunibertum, filium Goteperti[l], et sororem eiusdem Goteberti[m], filiam Ariperti, duxit uxorem. Beneventanum vero exercitum, cum quo regnum apprehendit, remisit ad propria, ditatum magnis muneribus, sed aliquantos secum retinuit, quibus largissimas possessiones concessit. Audiens autem, quod Perhtari in Scythiam fugisset et apud Cacanum regem Hunorum stetisset, mandavit eidem Cacano, quod si Perhtari in regno suo mansisset, pacem cum Longobardis sicut hactenus habere non posset. Quod Cacanus ut audivit, Perhtari dixit: *In qualemcumque partem volueris, vade, quia in meo regno non poteris stare, ne propter te inimiciciam Longobardorum incurram.* Perhtari haec audiens, delegit reverti ad Grimoaldum, quia audierat, eum esse misericordissimum. Cum vero venisset ad Laudensem civitatem, misit Unulfum fidelissimum sibi virum ad Grimoaldum, qui suum ei nunciaret adventum. Hoc audiens Grimoaldus, gavisus est nimium, et mandavit ei promittendo, quod nullum malum haberet, si ad eum veniret. Igitur Perhtari ad Grimoaldum ingressus, voluit se ad pedes eius iactare; sed Grimoaldus non permittens eum hoc facere, retinuit eum et osculatus est eum. Tunc dixit Perhtari ad Grimoaldum: *Servus tuus sum. Potui quidem vivere inter paganos, sed audiens te christianissimum et misericordissimum, pro tuo bono nomine veni ad te.* Tunc rex promisit ei iureiurando coram omnibus dicens: *Per eum qui me nasci fecit, quandoquidem ad meam fidem venisti, nullum malum erit tibi.* Et dedit ei optimam domum, precipiens suis ministris, ut omnia quae sibi essent necessaria ex publico abundantius haberet. Tunc Ticinenses omnes coeperunt ad eum concurrere et quasi notum salutare. Statim maliloqui accedentes ad Grimoaldum, dixerunt ad eum: *Nisi Perhtari citius occideris, regnum non habebis; omnes enim ad eum concurrunt, et propter eum te forte occidere habebunt.* His verbis Grimoaldus credulus, oblitus est quod illi iuravit, et qualiter illum occideret cum suis tractavit. Denique per consilium misit ei ad coenam diversos cibos et optimum merum ac diversas potiones, ut cum per noctem quasi mortuus iaceret, levius occidi posset. Sed cum ad coenam sedisset, venit ad eum suus quondam serviens, afferens ei cibum quem misit ei rex, et cum posuisset eum super mensam, finxit se salutare Perhtari, et mittens caput sub mensam, clam nunciavit ei consilium Grimoaldi. Qui statim vocavit ad se pincernam suum, precepitque ei, ut in fiala aurea sibi misceret, sed semper aquam solam in eam mitteret. Tunc missi regis rogabant eum ex mandato eius, ut lactus biberet et in honore Grimoaldi fialam totam consumeret. Ille autem dicebat, se

a) *folium deest in cod.* 1. b) rodoaldus 9c. c) annis 5. d) perthari 4. 5. 9c. 10. 11. *et ita deinceps.* e) gotebertus 9c. 10. godebertus 4. *et deinceps.* f) grimaldo 4. grimoldo 9c. *semper.* g) a. eius 5. g*) gotebert. *iam etiam* 5. h) geribaldo 9c. i) cunibertum 5. k) *pergit* 1. l) godeperti *corr.* goteperti 1. m) *ita* 1.

cum gaudio bibere totamque fialam in honore eius effundere. Nichil autem bibebat nisi aquam. Pergebant igitur P.D.
ministri regis, nunciantes ei, quod multum vinum biberet Perhtari et iam ebriosus esset. Ille vero cum gaudio dixit: *Bibat ille ebriosus hodie, cras enim evomet eadem viña cum sanguine.* Interea clamavit Perhtari ad se Unulfum fidelissimum suum, et indicavit ei regis voluntatem et consilium. Quod audiens Unulfus, vocavit puerum suum, et precepit ei, ut lectum sibi faceret iuxta Perhtari lectum. Coena vero peracta, cum misisset rex homines suos, qui Perhtari custodirent, ne fugere potuisset, intravit Perhtari in cubiculum, ubi dormire debuit cum Unulfo et vestrario suo fidelissimo, nunciavitque eidem vestrario, quod de morte sua rex cogitaret, et ait: *Si ego effugere potuero, tu finge loquendo ad homines regis, quod ego dormiam in isto cubiculo, et forsan effugiens de manibus eorum me liberabo.* Quod cum ille gratanter se facturum promitteret, tulit Unulfus culcitram et pellem ursinam, et posuit supra dorsum Perhtari, et coepit eum quasi servum rusticanum cum vecte cedere et cum pugno in collo pellendo extra regiam[10] iactare. Cumque milites regis interrogarent quid hoc esset, Unulfus dixit: *Servus iste rusticanus fecit michi lectum iuxta lectum Perhtari, qui sic ebrius est, ut dormiat quasi sit mortuus.* Hoc illi audientes et verum esse credentes, laeti facti sunt, et Perhtari quasi servum rusticanum exire dimiserunt. Vestrarius autem ille fidelissimus in cubiculo mansit, illudque claudens, firmiter obseravit. Quod videntes servi regis, reversi sunt ad dominum suum. Unulfus autem per funem deposuit aliquantos viros ad Perhtari dominum suum, qui cum illo irent. Pergentes igitur simul fugere coeperunt, et eum invenissent caballos in prato, apprehenderunt eos, et caballicaverunt, et in ea nocte pervenerunt ad civitatem Astensem, ubi erant verissimi amici[a] Perhtari, quia eadem civitas necdum subdita erat Grimoaldo; indeque fugiens in civitatem Tauriniensem, pervenit in Franciam; sicque Deus omnipotens Perhtari innocentem a morte liberavit, et Grimoaldum ne homicidium faceret custodivit. In crastinum vero Grimoaldus sperans, quod Perhtari dormiret in hospitio suo, misit ad eum homines qui eum adducerent; et ab eodem loco usque ad palatium fecit stare homines hinc et illinc, ne per qualecumque ingenium posset effugere. Cumque venissent missi a rege, coeperunt clamare ad regiam ubi vestrarius ille manebat, ut Perhtari a somno excitarent. Vestrarius autem ille dicebat: *Misericordiam cum eo facite et dormire illum permittite, quia de via lassus est et adhuc nimium dormit.* Qui cum hoc regi renunciarent, ait: *Sero sic ebrius fuit, ut adhuc evigilare non possit.* Iterum misit, ut festinantius adduceretur. Qui venientes ad ianuam ubi eum dormire sperabant, magnis vocibus ut eum excitarent clamabant. Vestrarius ille iterum eos rogabat, ut eum aliquantulum dormire permitterent. Qui irati dixerunt: *Satis iam dormivit ebriosus ille;* et calcibus rumpebant regias, et ingressi cubiculum, requirebant eum in lecto, et non invenientes, interrogabant vestrarium, quid factum sit de illo. Qui eum fugisse respondit. Quem illi apprehendentes per capillos, fustibus cedebant, eumque, ligatis post tergum manibus, ad regem ducebant, dicentes: *Iste sapit, quomodo Perhtari fugit, et ideo dignus est morte.* Rex autem solvi eum precepit, et per ordinem, qualiter Perhtari fugisset, edicere iussit. Qui omnia sicut facta fuerant enarravit. Tunc rex interrogavit circumstantes, dicens: *Quid homo iste promeruit, qui tale malum fecit?* Qui omnes responderunt, mala morte illum mori debere. Rex autem dixit: *Per illum qui me nasci fecit, bene debet homo iste habere, qui se pro domino suo morti voluit tradere.* Tunc precepit eum inter suos vestrarios esse, multa ei promittens, si sibi talem fidem servaret, qualem Perhtari servavit. Deinde requisivit rex, quid de Unulfo factum sit. Qui ait: *In aecclesiam sancti Michahelis archangeli fugit.* Statim rex misit ad eum, promittens nullum malum eum habiturum, tantum festinantius veniret ad eum. Unnulfus hoc audiens, festinanter ad palatium venit, et ad pedes regis se protinus misit. Quem cum rex interrogaret, qualiter Perhtari effugeret, ille omnem rei veritatem ei narravit. Tunc rex coram omnibus collaudans prudentiam eius et fidem, dedit omnes divitias suas in illius potestatem, ut esset honoratissimus in palatio suo. Post aliquantos dies interrogavit eum rex, utrum secum an cum Perhetari libentius esset. Ille autem coepit iurando dicere, quod magis optaret cum Perhetari mori, quam ubicumque in maximis deliciis vivere. Deinde vocavit vestrarium illum, et iussit eum, utrum melius sibi videretur in palatio esse an cum Perhetari in peregrinationem ire. Ille autem eadem verba dicebat, quae et Unnulfus antea dixerat. Rex autem cum audisset, gavisus est valde, et laudavit fidem illorum, dixitque ad Unnulfum: *Quodcumque volueris de domo mea tolle, homines vel caballos vel quaecumque alia, et vade ad dominum tuum sine aliqua lesione.* Similiter dixit ad vestrarium illum. Illi autem tulerunt omnia sibi necessaria, et cum licentia regis Grimoaldi perrexerunt ad dilectissimum dominum suum Perhtari in partes Francorum.

Hoc tempore Dagobertus reguum Francorum tenebat, cum quo Grimoaldus pacem firmam habebat. Romanum vero imperium Constantinus, Constantis filius, accepit, et per 17[b] annos tenuit. Post haec Grimoaldus flebotomavit se in palatio, et cum post novem dies vellet sagittare columbam unam, disrupta est vena de eius brachio, et mortuus est. Hic in edicto, quod rex Ruotheri fecit, aliquanta capitula annexuit. Fuit autem corpore maximus et audacissimus, capite calvo, barba longa, consilio et virtute primus. Sepultus est in aecclesia sancti Ambrosii, quam ipse fecit. Reliquit autem filium suum Garibaldum, quem de filia regis Ariperti habuit, successorem regni, adhuc puerum, Romoaldum vero filium suum iam in Benevento ducem constituit.

Igitur Perhtari cum esset in Francia, propter timorem Grimoaldi, quia foederatus erat cum rege Francorum, voluit fugere in Britanniam. Cumque navigasset per pelagus, subito audivit a litore dicentem: *Si Perhtari est in ista navi, dicite illi, ut revertatur in patriam suam, quia iam tres dies sunt, ex quo rex Grimoaldus mortuus est.* Quod cum audisset Perhtari, ibat prope litus, ut videret illum qui loquebatur. Sed cum neminem invenirct, consideravit quod angelus haec diceret; statimque reversus, venit Ticinum, et invenit ibi multitudinem Longobardorum, qui eum cum gaudio susceperunt. Expulit autem Garibaldum puerum, filium Grimoaldi, de regno, et post mensem tercium ordinaverunt eum Longobardi regem super se. Erat enim homo iustus et in Christi fide rectus et nutritor pauperum. Misit autem in Beneventum, et fecit exinde venire Rodelindam uxorem suam et Cunibertum filium suum, quos Grimoaldus illuc direxit in exilium. Post haec idem Perhtari fecit monasterium in eodem loco unde prius fugerat, et fecit illud dedicari in honorem Dei et sanctae virginis Agathae, in quo multas virgines congregavit, multaque ornamenta et substantias ibi dedit. Fecit autem et uxor eius Rodelinda aecclesiam in honorem sanctae Dei genitricis et virginis Mariae foris muros Ticini, in loco qui dicitur ad Perticas, decorans eam mirificis ornamentis.

Igitur Perhtari cum regnaret solus per annos 7, in octavo anuo ordinavit Cunibertum filium suum in regno, ut pariter regnarent, et regnaverunt pariter per decem annos. Cumque in omni tranquillitate regnarent, surrexit contra eos filius diaboli, Alachis[c] nomine, de Tridento; sed Chunibertus, filius regis, diligens Alachis[d], revocavit eum in gratiam patris sui. Sepe quippe voluit rex interficere Alachin[e]; sed Chunibertus semper rogavit pro eo, sperans quod aliquando ei fidelis esset; insuper non cessavit rogare patrem, ut daret ei ducatum Brixiae. Perhtari vero dixit: *Ad tuam perditionem hoc rogas, ut talis potentiae virtutem Alachi dem, ut possit regnare.* Civitas namque Brixiana semper habuit multi-

a) amic 1. b) XVIII. *corr.* XVII. 1. c) alahis *corr.* alachis 1. d) alahis 1. e) alahin *corr.* alachin 1. *et ita deinceps.*

10) i. e. ianuam, ut in codice Pauli Bambergensi, quo Ekk. usus est, saepius legitur.

P D. tudinem de nobilibus Longobardis; propter hoc timuit Perhtari, quod Alachis ibi dominaretur. Postquam autem idem Perhtari regnavit per annos 18, defunctus est, et iuxta aecclesiam, quam Aripertus pater eius fecerat, sepultus est. Post mortem vero eius Chunibertus, filius eius, tulit uxorem nomine Ermelindam, de genere Anglisaxonum. Alachis vero oblitus omnia bona, quae in eum fecit Chunibertus, iunxit se cum Aldone et Grausone de Brixia et cum multis Longobardis; et cum non esset Chunibertus in Papia, introivit ille in palatium eius, et rebellavit ei. Quod audiens Chunibertus, fugit intra lacum Larium iuxta Cumam. Facta est autem magna tribulatio omnibus qui eum amabant, maxime clericis et presbiteris, quos Alachis odio habebat. Erat autem illo tempore in Ticinensi aecclesia episcopus nomine Damianus, sanctissimus homo atque sapientissimus. Hic videns, quod Alachis haberet palatium, ne aecclesia sua vel ipse aliquod malum pateretur, misit ad eum cum benedictione aecclesiae suae diaconum suum nomine Thomam, sapientem hominem et religiosum. Cumque nunciatum esset ei, quod veniret ad eum Thomas diaconus cum benedictione episcopi sui, Alachis, pro eo quod omnes clericos odio habebat, mandavit ei, dicens: *Si femoralia, id est bracas mundas habet, intret ad me, sin autem, foris stet.* Thomas autem respondit: *Nunciate ei, quia munda femoralia habeo; nam hodie lotas indui vestes.* Ille autem remandavit ei: *Non dico de femoralibus, sed de eo quod intra femoralia habet.* Ad haec Thomas diaconus respondit: *Deus solus potest de his causis reprehensionem in me invenire, ille autem non potest.* Cumque illum intrare fecisset, cum magna ira locutus est ei. Quod audientes omnes clerici, timuerunt nimium, sperantes quod in illa civitate propter crudelitatem eius vivere non possent, coeperuntque tantum desiderare et amare Chunibertum regem suum, quantum audierunt Alachin crudelem et superbum. Unde crudelitas eius et superbia non duravit per tempora multa. Denique cum quadam die solidos super mensam suam numeraret, unus tremissis decidit, quem filius Aldonis adhuc puerulus de terra collegit eique reddidit. Qui sperans, quod ipse puer adhuc nichil intellegeret, dixit: *Pater tuus multos habet de istis; si Deus voluerit, in proximo tempore michi daturus est eos.* Cum autem puerulus ad vesperum rediret domum, interrogavit eum pater suus, si rex aliquid dixisset ad eum. Qui cum ei nunciasset omnia facta et dicta, timuit Aldo fortiter, et vadens ad fratrem suum Grausonem, nunciavit ei regis verba, statimque coeperunt ambo consiliari cum amicis suis de interitu regis. Mane autem perrexerunt ad palatium, et sic ad Alachin locuti sunt: *Quid dignaris semper stare in civitate? Ecce tota civitas et universus populus tibi fidelis est, et ebriosus ille Chunibertus in tantum humiliatus est, ut iam amplius virtutem aliquam contra te habere non possit. Exi ergo de civitate, et vade in venationem cum iuvenibus tuis, nos autem cum aliis fidelibus tuis defendimus tibi hanc civitatem; sed et hoc promittimus tibi, ut in proximo tempore caput inimici tui Chuniberti adducamus tibi.* Alachis autem iuxta suasionem eorum exivit de civitate in silvam ad venandum cum hominibus suis. Aldo vero et Grauso ierunt ad lacum Cumacinum, et ingressi navim, perrexerunt ad regem Chunibertum, et iactantes se ad pedes eius, veniam petebant de hoc quod contra eum fecerunt, et indicaverunt ei, quale malum eis facere voluerit Alachis et quale consilium dederint ei. Quod audiens rex Chunibertus, gavisus est valde, et sacramentum inter se dederunt, et statuerunt diem, quando Chunibertus Ticinum veniret ipsique eum in civitatem intromitterent. Constituto autem die venit Chunibertus, et illi, sicut promiserant, gratanter eum susceperunt. Tunc omnes simul, episcopus et presbiteri et clerici, iuvenes et senes, cum gaudio cucurrerunt ad eum, gratias agentes Deo pro reditu eius, et alii amplexabantur genua eius, et alii pedes; sed et ille quos potuit familiariter osculatus est. Subito autem nuncius exinde veniens ad Alachisum, dixit ei, quod Aldo et Grauso non tantum caput Chuniberti, sicut promiserant, sed et totum corpus eius adduxissent et in palatium misissent. Quod ille audiens, contristatus est valde, et cum magno furore discedens, ivit per Placentiam, et multas civitates, alias per blandicias, alias vi apprehendens, congregavit omnes quos potuit, ut cum Chuniberto pugnaret. Cumque Chunibertus econtra suos colligeret, convenerunt in campo qui Coronatus dicitur, ibique steterunt. Misit autem Chunibertus ad Alachisum dicens: *Ut quid perit tanta hominum multitudo? Pugnemus ego et tu, et qui vicerit, regnum teneat.* Alachis autem noluit. Cui dixit unus de populo suo, genere Tuscus: *Quare non pugnas cum eo? Tu es fortissimus et audacissimus, et cur non exis cum audacia, ut pugnes cum eo?* Alachis respondit: *Chunibertus quamvis ebriosus sit, tamen satis est fortis; nam tempore patris sui quando eramus pueri, erant in palatio verveces maiores, et Chunibertus apprehendit quemvis illorum per lanam de dorso, et portavit cum una manu, quod ego facere non poteram.* Quod audiens Tuscus ille, dixit: *Si tu cum illo pugnare non poteris, nec me amplius in adiutorium habebis;* et statim relicto eo, ivit ad Chunibertum, et indicavit ei omnia haec. Cum autem iam prope esset, ut iungere se deberent ad pugnam, diaconus quidam nomine Seno, multum amans Chunibertum et timens quod in eadem pugna morereretur, dixit ad eum: *Domine mi rex, omnis spes nostra in te est; si tu mortuus fueris in pugna, omnes nos ille crudelissimus Alachis per diversa occidet tormenta. Placeat itaque tibi consilium meum, et da michi omnia arma tua, et ego vadam et pugnabo cum isto adversario. Si ego mortuus fuero, tu recuperabis causam tuam; si vicero, maiorem inde habebis gloriam, quia per servum tuum habebis victoriam.* Cumque Chunibertus hoc omnino recusaret, rogaverunt eum fidelissimi sui qui aderant, ut ei consentiret. Tunc ille consensit, indutumque diaconem omnibus armis suis pro se ad pugnam misit. Cumque pugnarent ambae partes, Alachis semper intendebat, ubi Seno diaconus stabat, putansque quod Chunibertus esset, impugnavit eum et occidit, et cum gaudio caput eius abscidi praecepit, levansque illud in hasta, gratias egit Deo, quod Chunibertum occiderit. Sed cum cassidem de capite illius tulissent, apparuit quod clericus esset. Tunc Alachis cum ira magna exclamavit: *Heu me, nichil fecimus, quando hanc pugnam commisimus, in qua clericum occidimus;* et statim tale votum vovit, quod si victoriam de Chuniberto haberet, puteum unum de clericorum testiculis impleret. Igitur Chunibertus videns suos deficere, putantes ipsum mortuum esse, ostendit se eis, confortans eos et dicens: *Nolite timere, modo enim debemus inimicos nostros vincere.* Iterum preparaverunt se ambae partes ad pugnam, et cum[a] iam prope esset ut se coniungerent[b], rursum mandavit Chunibertus ad Alachisum, dicens: *Cur perit populus? Pugnemus nos duo, et qui vicerit, dominetur omni huic populo.* Cumque Alachiso sui homines dicerent: *Quare non pugnas cum eo?* ille respondit: *Non possum hoc facere, quia video imaginem sancti Michahelis archangeli inter hastas suas, ubi ei iuravi.* Tunc unus ex illis dixit ei: *Propter timorem videtur tibi quod non est, et iam tibi tardum est hoc dicere.* Congredientibus autem utrisque partibus, multi utrimque ceciderunt; Alachis quoque cecidit, et Chunibertus, adiuvante Domino, victoriam habuit. Caput autem Alachis et crura abscisa sunt, et solum corpus truncum remansit. Rex vero cum gaudio et victoria reversus est Ticinum.

Cum ista fierent apud Longobardos trans Padum, Romoaldus, filius Grimoaldi, dux Beneventanorum, congregato exercitu, coepit expugnare Tarentum et Brundisium, et totam illam regionem sibi subiugavit. Diederada vero, uxor eius, fecit monasterium in honore sancti Petri apostoli foris muros civitatis Beneventanae, in quo puellarum Christi fecit conventum. Postquam regnavit Romoaldus per annos 16, mortuus est, et filius eius Grimoaldus rexit Beneventum per triennium, duxitque uxorem Wigilindam, filiam regis Perhtari, sororem Chuniberti. Post mortem Grimoaldi Gisolfus, frater eius, dux factus est, et tenuit ducatum per annos 17. Hic uxorem habuit Winibirgam, filiam Radoaldi ducis.

a) *deest* 1. b) coniungeret 1.

Circa haec tempora, cum iam per multos annos monasterium sancti Benedicti in Casino monte esset derelictum, P. D.
venerunt Franci de Celmania et de Aurelia in eundem locum, et dum se fingerent iacere in eodem loco ubi iacebant corpora sancti Benedicti et sanctae Scolastieae, tulerunt ossa eorum et portaverunt in patriam suam, ubi facta sunt duo monasteria, unum in honore sancti Benedicti, aliud in honore sanctae Scolasticae. Sed nos certum credimus, illud venerabile os, divina semper ruminans verba, et oculos, semper caelestia videntes, et alia membra illius, quamvis dissoluta, in eodem loco remansisse. Solum enim corpus Domini non vidit corruptionem, aliorum vero corpora sanctorum, quamvis in aeterna gloria reparanda sint, tamen in hoc seculo dissoluta sunt.

Dum haec in Italia geruntur, orta est heresis apud Constantinopolim, quam excitaverunt Georgius patriarcha Constantinopolitanus et Macharius et Pyrrus et Petrus et Paulus, separantes in Christo deitatem et humanitatem. Propter quam causam Constantinus imperator fecit congregari centum quinquaginta episcopos, inter quos fuerunt duo legati sanctae Romanae aecclesiae missi a papa Agathone, Iohannes diaconus et Iohannes Portuensis epyscopus, factoque concilio dampnaverunt heresim predictam. Eadem vero hora tantae telae aranearum in medio populi ceciderunt, ut omnes exinde mirarentur. Hoc autem visae sunt significare, ut heresis illa esset exinanienda. Predictus autem Georgius patriarcha ab episcopis ammonitus et correctus est, alii vero in sua perfidia permanentes, ab omnibus episcopis anathematizati sunt. Haec est sexta synodus universalis, id est quam mundus universus tenet.

His quoque temporibus per octavam indictionem eclypsis lunae apparuit, et secundo die intrantis Mai eclypsis solis facta est hora diei decima, ac deinde mense Iulio, Augusto et Septembre mortalitas magna facta est. Tunc visibiliter multis hominibus apparuerunt duo angeli, unus bonus et alter malus, ambulantes per Urbem tempore nocturno, et ille malus angelus tenebat venabulum in manu, et per iussionem boni angeli de quacumque domo ianuam percutiebat, alia die omnes homines de eadem domo moriebantur. Post haec cuidam homini bono per visionem dictum est, quod ipsa mortalitas non cessaret, nisi in aecclesia sancti Petri quae dicitur Ad vincula dedicaretur altare in honore sancti Sebastiani martyris. Quo facto, mortalitas cessavit.

Interea rex Chunibertus cum quodam fidelissimo suo consiliatus est, quomodo Aldonem et Grausonem occideret. Cumque de hac re inter se loquerentur, stantes prope fenestram quandam, subito in fenestra illa musca consedit. Quam Chunibertus occidere volens, cum cultello, quod in manu tenebat, pedem illius tantum abscidebat. Cumque Aldo et Grauso ad palatium regis tenderent et iam appropinquarent, obviavit eis unus homo pede truncato, et dixit eis, quod Chunibertus rex vellet eos occidere. Hoc illi audientes, fugerunt in aecclesiam sancti Romani martyris, et absconderunt se post altare ipsius aecclesiae. Cumque hoc regi nunciatum fuisset, statim vocavit ad se illum fidelissimum suum, cui hoc soli crediderat, et dixit ei: *Quare consilium meum credidisti cuicumque homini?* Ille cum tremore respondit: *Domine mi rex, tu scis, quia, postquam michi locutus es, nunquam de tuo conspectu foras exivi, et quomodo hoc alicui homini dicere potui?* Tunc rex mandavit ad Aldonem et Grausonem, ut quid in aecclesiam fugissent. Qui responderunt: *Quia audivimus, quod rex nos occidere vellet.* Iterum mandavit ad eos rex, interrogans, quis eis hoc nunciaret, et dixit, quod gratiam suam non haberent, nisi hoc sibi manifestarent. Tunc illi omnia quae facta fuerant manifestaverunt, dicentes: *Quia obviavit nobis unus homo pede truncato usque ad geniculum, et ipse hoc nobis nunciavit.* Tunc rex Chunibertus intellexit, quod musca illa diabolus fuisset et ipse hoc eis nunciasset, statimque vocavit eos ad se, et reddidit eis gratiam suam, et usque ad mortem habuit eos honoratos.

Inter haec Constantinus imperator mortuus est, et Iustinianus, filius eius minor, tenuit regnum per annos decem. Contra hunc Leo quidam venit, apprehensumque naso detruncavit, eiciensque de regno, ipse per annos tres regnavit, et illum in insulam quandam exiliavit. Iterum Tyberius hunc Leonem de regno expulit, ipseque regnum tenuit, et illum in custodiam posuit. Post haec Iustinianus regnum suum per adiutorium Terebelli regis Bulgarum recepit, et Leonem atque Tyberium coram populo in medio circo decollari fecit.

His diebus rex Anglisaxonum nomine Cedoaldus, qui multas pugnas in sua patria commisit, ad Christum conversus est, et tendens Romam, venit ad Chunibertum regem, a quo cum magno honore susceptus, ivit Romam, et a beato Sergio papa baptizatus, Petrus nominatus est, et cum adhuc in albis esset, mortuus est, et in aecclesia sancti Petri sepultus.

Hoc etiam tempore fuit in regno Francorum vir nomine Arnulfus, Deo amabilis, qui relicto seculo postea episcopus factus est.

Cunibertus vero postquam regnavit annis 12 solus post mortem patris, mortuus est, regnumque filio suo Lioperto adhuc parvulo dimisit, cui Asprandum virum sapientem nutritorem constituit. Post octo menses Reginpertus dux Taurinensium venit cum exercitu adversus Asprandum et Ruotharium duces Pergamensium, et pugnans cum eis, vicit eos, et apprehendit regnum; sed eodem anno mortuus est. Cuius filius Aripertus iterum pugnavit adversus Liopertum regem apud Ticinum, et Liopertum in pugna vivum apprehendit, Asprandus vero nutritor eius in insulam Cumacinam fugit. Dux autem Ruotharius cum redisset Pergamum, Aripertus cum magno exercitu obsedit et expugnavit civitatem, apprehensoque Ruothario, fecit radi caput eius et barbam, et exiliavit eum, ubi post aliquantum tempus mortuus est. Liopertum vero puerum misit in balneum, et clausit ianuam super ipsum, sicque nimio calore mortuus est.

Aripertus autem cum securus iam regnaret, apprehendit Sigibrandum, filium Asprandi, et excoccavit eum, et omnes parentes eius per diversa tormenta afflixit, Liutprandum autem, filium eius minorem, tenuit in carcere; et quia adhuc erat puerulus, personam eius despexit, et noluit ei facere aliquod malum, insuper dimisit eum ire ad patrem suum. Igitur Liutprandus venit ad patrem suum in Bawariam, quo ipse iam dudum fugerat eundem Aripertum, ad ducem Theodebertum, stetitque cum eo per annos 9. Quo cum venisset Liutprandus, cum gaudio magno est susceptus.

Hoc tempore apud Gallias in regno Francorum sub nomine maioris domus principabatur Ansgis, filius Arnolfi supradicti, qui nomen trahere videtur ab Anchisa Troiano. Igitur postquam Asprandus per novem annos mansit in Bawaria, movit exinde Theodepertum Bawariorum ducem, et cum exercitu venit in Italiam, pugnavitque cum Ariperto, et mortui sunt multi de partibus utrisque. Sed quamvis in ipsa pugna nox finem fecisset, certum est tamen, quod Bawarii fugerunt, et Aripertus cum victoria rediit ad castra. Qui cum noluisset manere in castris sed iret in Ticinum, fecit desperationem populo suo, et adversariis dedit audaciam. Postquam vero civitatem intravit et sensit iratum sibi esse populum pro tali facto, habuit consilium, ut fugeret in Franciam, et tulit de palatio aurum quantum voluit, et exivit. Cumque Ticinum fluvium oneratus auro transnatare voluisset, suffocatus ab aqua, mortuus est. Alio die inventum est corpus illius, et sepultum est in aecclesia domini Salvatoris. Post cuius mortem Asprandus Longobardorum regnum tenuit, et solummodo tres menses regnavit, vir per omnia bonus et cuius sapientiae pauci homines assimilari possunt. Videntes autem Longobardi, quod Asprandus moreretur, fecerunt sibi regem filium eius Liutprandum, patre adhuc vivente.

Phylippicus autem Iustinianum imperatorem occidit, regnumque eius per annum et sex menses tenuit; surrexit enim contra eum Anastasius, qui et Artemius dictus est, et eiecit eum de regno oculosque eius erumpere fecit. Anastasius

P. D. autem eum mitteret naves in Alexandriam contra Sarracenos, divertentes milites Constantinopolim exquisierunt Theodosium, orthodoxum virum, et invitum per violentiam posuerunt in regnum. Exiens autem idem Theodosius de Constantinopoli in Niceam, pugnavit contra Anastasium, et vicit eum, tulitque ab eo sacramentum, et cum clericum fieri iussit, et postea presbiterum ordinari fecit. Mortuo autem Theodosio post annum unum, Leo factus est imperator.

Apud regnum Francorum illo in tempore Pippinus regnavit, qui fuit nimium audax semperque ab hostibus victoriam habuit. Hic habuit filios, sed ex eis Karolus optimus extitit, qui post eum regnum accepit.

Circa haec tempora compunctus divino amore Petronax de Brixia venit Romam, et per exhortationem[a] beati Gregorii, tunc temporis papae, venit in Cassinum castrum, coepitque ibi habitare cum simplicibus hominibus, qui tunc ibi residebant. Qui deinde eundem venerabilem virum Petronacem fecerunt sibi seniorem. Coeperunt autem statim ad eum concurrere multi viri nobiles, et adiuvante divina gratia, pro meritis beati patris Benedicti, reparavit priora habitacula, vivensque cum omnibus sub iugo sanctae regulae secundum ordinem beati Benedicti, sanctum illud monasterium ad bonum perduxerat statum. Huic venerabili viro multa fecit adiutoria dilectus Deo Zacharias papa, dans ei libros sanctae scripturae et alia quae ad utilitatem monasterii pertinent, insuper et regulam, quam beatus pater Benedictus manibus suis scripsit. Ab illo autem tempore, ex quo locus ille destructus est, usque ad iam dictum abbatem Petronacem, completi fuerunt centum et decem anni.

In Francia, mortuo Pippino, filius eius Karolus, quamvis per multas pugnas, tulit principatum de potestate Reginfridi. Inter haec Liutprandus rex audiens, quod Sarraceni depredarentur Sardiniam, dedit magnum precium, et misit in Sardiniam, fecitque inde adduci ossa sancti Augustini episcopi, et posuit illa honorifice in Ticino.

Post haec Karolus rex Francorum misit Pippinum filium suum ad Liutprandum regem, ut tonderet capillos eius et faceret eum sibi exinde compatrem; quod ille fecit, puerumque cum donis multis ad patrem remisit.

Igitur Liutprandus rex multas aecclesias per loca diversa construxit. Fecit enim monasterium beati Petri apostoli foris muros Ticinensis civitatis, quod dicitur ad Caelum aureum, et sursum in Alpibus in propria sua villa fecit monasterium, quod dicitur Barcetum; itemque in Alonna villa propria monasterium fecit in honore sancti Anastasii martyris. Similiter fecit aecclesiam domini Salvatoris in palatio suo, et ordinavit ibi sacerdotes et clericos, qui cottidie divina officia ibi celebrarent, quod nunquam alii reges ante ipsum habuerunt. Postquam vero regnavit per annos 31 et menses 7, mortuus est, sepultusque est in aecclesia sancti Adriani martyris, ubi et pater eius sepultus est. Fuit autem sapiens et fortis, amator pacis, culpantibus misericors, castus, orationibus et vigiliis deditus, in elemosinis largus; litteras non novit, sed tamen sic sapiens fuit, ut phylosophis assimulandus sit.

Hucusque de Longobardorum gentis origine eiusque in Italiam ingressione regumque eius successione strictim descripsisse, imperatorum quoque Romanorum interim regnantium nomina et tempora breviter tetigisse sufficiat, nunc ad ceptae seriei digestionem, unde paululum digressi sumus, descriptio redeat.

H. m. Iustinus imperator Tyberium comitem excubitorum sibi filium faciens, cesarem appellavit et consessorem suum constituit. Erat imperator pedibus eger, et per hoc magis in lectulo iacuit. Post haec infirmatus, sed post paululum a languore dimissus, convocavit tam Euticium pontificem et senatum, quam omnes sacerdotes et cives, et adducto caesare Tyberio, palam omnibus appellavit eum imperatorem, his sermonibus usus: *Ecce Deus benefecit tibi, hunc habitum Deus tibi dedit, non ego. Honora illum, ut tu quoque honoreris ab illo; honora matrem tuam, quae aliquando tibi domina fuit; nosti, quod primum fueris eius servus, nunc autem filius. Ne gratuleris in sanguinibus, nec communices homicidio, ne malum pro malo reddas, ne in malo inimiciciae michi similis efficiaris; non elevet te habitus hic quemadmodum me; sic attende omnibus sicut tibi; scito quis fueris, ne superbias, et non peccabis. Omnes isti filii tui sunt et servi, hos cum videas, omnes qui sunt rei publicae vides.* Haec cum dixisset, et facta oratione a patriarcha, cum dixissent omnes. *Amen*, cecidit caesar ad pedes imperatoris, et dixit ei: *Si vis, sum; si vis, non sum.* Et imperator ait: *Deus, qui fecit caelum et terrum, ipse omnia quae dicere oblitus sum in cor tuum mittat.* Haec cum loqueretur imperator, replebat lacrimis totum collegium. Post haec Iustinus anno 11. regni sui mortuus est, relicto Tyberio successore.

Anni[*] Iustini.

Chr. W. 1. Primo autem anno Iustini, qui est annus dominicae incarnationis 565us, Armenii suscipiunt fidem.

H. m. 3. A. D. 567. Sophia augusta, accersitis notariis, deferri[b] iussit cautiones debitorum et breves, et dimisit eis
Chr. W. omnia. Eodem anno Narses patricius Totilam regem occidit Gothosque dispersit.

cf P. D. 4. A. D. 568. Longobardi Italiam petentes, de Pannonia egressi sunt.

6. A. D. 570.* Longobardi Mediolanum intraverunt.

* D? E. *et in fine anni* 5—11.[c] *addunt:* Sanctus Vedastus obiit. *cf. Sigeb.*

7. A. D. 571*.

* D? E. 4—11. *addunt:* Gregorius Turonensis episcopus ind Gallia claret. *cf. Sigeb.*

Chr. W. 11. A. D. 575. Iustinus imperator obiit. Quidam scribunt*, quod in heresim Pelagianam inciderit, et ideo
* P. D. III, 11. iusto Dei iudicio sensu perdito, cum amentia vitam finiverit.

Anni Tyberii.

H. m. Anno dominicae incarnationis 576° Urbis vero conditae millesimo 327° Tyberius Constantinus, genere Thrax, 55° loco ab Augusto imperium accipiens, coronatus est ab Enticio patriarcha, regnavitque annis 7. Qui mittens adduxit uxorem suam Anastasiam, et coronavit eam. Quae cum coronaretur, clamabant partes: *Anastasia, tu vincas. Salva, Domine, quos iussisti imperare.* Hoc audiens Sophya, uxor Iustini, animo perculsa est; nesciebat enim, quod haberet uxorem, volebatque ipsa nubere Tyberio et permanere augusta. Quidam vero dicebant, quod vivente Iustino adamicata
cf P. D. III, 2. fuerit Tyberio, et ipsa persuaserit Iustino, ut eum caesarem faceret. Qui cum adhuc vivente Iustino praesset palatio, et ut vere christianus thesaurum multum, quem Iustinus male congregavit peiusque in ferreis archis reposuit, pauperibus distribueret, Sophya augusta frequentius eum increpavit, dicens: *Quod ego per multos annos congregavi, tu in modico tempore expendis.* Cui ille ait: *Confido in Domino, quia pecunia non deerit fisco regali, tantum pauperes elemosinas accipiant, et captivi redimantur.* Hic cum imperialem coronam accepturus esset, eumque iuxta consuetudinem in spectaculo circi, ubi reges coronari solebant, populus exspectaret, quidam adversarii insidias ei paraverunt, et Iustinianum, nepotem Iustini, in imperium sublimare voluerunt. Ille autem prius loca sancta perambulavit, postea vocans ad se pontificem urbis Enticium, cum consulibus et prefectis ceterisque honoratis palatium intravit, et induens se purpura coronamque sibi imponens, sedit super sedem imperialem, et cum magnis laudibus in gloria regni est confirmatus. Quod

a) et p. e. *in loco raso* 1. b) *deest* 1. 4. b) *post supplet* 1. c) *desunt tamen* 9c. d) in g. *desunt* 4—11.

videntes eius adversarii, magna confusione sunt cooperti. Iustinianus vero post paucos dies veniens, proiecit se ad pedes H. m.
eius, et ut gratiam eius haberet, quindecim centenaria auri dedit ei. Ille, ut semper fuit patiens, suscepit eum bene, iussitque eum in palatio semper manere. Sophya quoque, immemor promissionis quam aliquando fecerat Tyberio, temptavit ei fraudem ingerere. Exeunte enim illo ad villam, ut iuxta consuetudinem imperialem per 30 dies iocundaretur cum suis ad vindemiam, Sophya Iustinianum clam vocavit, eumque in regnum sublimare quesivit. Hoc audiens Tyberius, festinanter Constantinopolim rediit, apprehensamque Sophyam, omnibus suis rebus eam spoliavit, dimittens ei tantum unde viveret, et tollens omnes pueros eius, de suis fidelibus posuit qui ei servirent, precipiens, ut nullus ex his qui ei antea serviebant ad eam accederet. Iustinianum vero solis verbis corripiens, in tantum eum postea dilexit, ut filiam suam filio eius promitteret rursumque filio suo filiam eius expeteret; sed nescio qua de re hoc ad effectum non pervenit. Hic P. D. I. 1.
itaque quia multas elemosinas cottidie fecit, multum ei Deus aurum demonstravit. Quadam itaque die deambulans per H. m
palatium, vidit in pavimento petram, in qua sculptum erat sanctae crucis signum. Et ait: *Cruce Domini frontes et pectora nostra signare debemus, et ecce sub pedibus nostris eam calcamus,* et iussit eam auferri. Quae cum levaretur, invenerunt aliam simili modo signatam. Cumque et hanc sublevari iussisset, apparuit tercia. Hanc quoque cum levassent, invenerunt plus quam mille centenaria auri. Quo sublato, multum pauperibus largitus est ex eo.

Narses quoque patricius magnam domum habuit, in qua cisternam faciens, multum aurum et argentum in ea recondit, occidens omnes huius rei conscios preter senem unum, a quo iuramentum exigens, omnia ei commendavit. Mortuo autem Narsete, predictus senex ad Tyberium venit, et de eadem pecunia ei indicavit. Qui gavisus, misit pueros suos cum eo, qui aperientes cisternam, tantam pecuniam invenerunt, ut per multos dies vix potuisset deportari. Quam more suo pene omnem pauperibus erogavit. Hic, cum temporibus Benedicti papae, vastantibus omnia Longobardis, Roma fame laboraret, multa milia modiorum frumenti navibus ab Aegypto dirigens, eam misericordiae studio relevavit.

Tercio huius anno rex Persarum congregavit exercitum copiosum contra eum, sed missus ab eo exercitus duce Mauricio Persas vicit, reversusque Mauricius cum victoria, honorifice a Tyberio est susceptus, dataque sibi filia imperatoris Constantina, gener eius est effectus. Similiter et Germano pretori iunxit filiam suam Charito, utrumque caesarem creans.

Ad hunc Tyberium Helpericus rex Francorum missos suos direxit, et multa dona accepit, et aureos tales, quorum unus P. D. III, 13.
solidus libram pensavit, et habebant ex una parte figuram imperatoris et per gyrum scriptum: *Tyberii Constantini perpetui augusti,* ex altera parte currum, et hominem super eum qui minabat illum, et ibi erat circumscriptum: *Gloria Romanorum.*

His temporibus beatus Gregorius, tunc archidiaconus, cum fuisset a Pelagio papa Constantinopolim missus, roganti- cf. Vita Greg.
bus fratribus secum commorantibus, maximeque Leandro Hispaniensi episcopo, qui etiam tunc temporis illuc missus fuerat, moralia Iob scripsit, et Euthicium eiusdem urbis episcopum, presente Tyberio augusto, in fide resurrectionis Beda.
errasse convicit.

Tyberius autem cum regnaret annis 7, et infirmatus mortem sibi propinquam sentiret, cum consilio Sophyae augu- P. D. III, 15.
stae Mauricium generum suum, genere Capadocum, ad imperium elegit, eique principatum dedit, dicens: *In mente habe, ut rectitudinem et iusticiam semper ames.* Hoc postquam dixit, de hac luce migravit. Quem omnes populi multum planxerunt pro bonitate eius. Fuit enim summae bonitatis, ad elemosinas promptus, in iudiciis iustus, in discretione cautissimus, nullum despiciebat, sed omnes cum bona voluntate suscipiebat, et quia dilexerat omnes, ab omnibus dilectus est.

Anni * Tyberii.

Cuius anno primo thesaurus magnus sub pavimento palatii et in domo Narsetis patricii inventus est, ut supra dictum est.

2. A. D. 577. Benedictus papa 64us sedit annis 4.*

* D? E. *addunt:* Ab hoc Gregorius — ordinatus. 4—11. *addunt:* Ab hoc Gregorius ad predicandum Anglis missus est. *ex Sigeb. a.* 575.

3. A. D. 578. Sigibertus, filius Lotharii, interfectus est anno regni sui 14. cf. G. Fr.

6. A. D. 581. Pelagius papa 65us sedit annos 10, menses 2.

7. A. D. 582. Tyberius Constantinus obiit. Chr. W.

Anno dominicae incarnationis 583°. ab Urbe condita millesimo 334°. Mauricius, genere Capadocus, 56° loco ab Augu- H. m.
sto, primus ex genere Grecorum, adeptus est imperium, regnavitque annis 21. Hic secundo imperii sui anno consul appellatus est, et multos thesauros Urbi donavit. Provexit autem Phylippicum quendam pretorem Orientis, cui et filiam suam Gordiam uxorem dedit, quem tamen postea quasi regni usurpatorem susspiciosum habuit. Huius temporibus ipso anuitente, beatus Gregorius ad gradum Romani pontificatus provectus est, cuius filium idem Gregorius antea de baptismate Vita Greg.
suscepit; postea tamen idem Mauricius Gregorio papae infestissimus erat. Magnae quippe avariciae et rapacitati deditus erat, pro qua re Gregorius quantum potuit eum corripiebat. Et quia imperatorem non verebatur, ad exercendam in eum tyrannidem prodire nitebatur. Sed eodem anno, qui fuit imperii sui 19us, vir quidam monachico indutus habitu, spatam H. m.
dextera tenens, a foro usque ad aeneam gladiatoris statuam discurrit, et imperatorem gladio moriturum omnibus pronunciavit. Quod Mauricius ut audivit, a tyrannide Gregorio inferenda semet continuit, et reversus in se cogitavit, quod Iob. vita
Deum lateat nichil, sed reddat omnibus secundum opera eorum, recognoscens etiam excessum, quem in captivatione mul- Gr. IV, 3. et H. m.
torum fecerat — multa enim bella in diversis mundi partibus per diversos duces suos exercuerat —, expedire sibi iudicavit, in hac vita recipere pro peccato, et non in futura, compositasque scripto preces eidem Gregorio et ad omnes patriarchales sedes et ad omnes civitates et monasteria civitatum sive solitudinum cum cereis et thimiamatibus et pecuniis transmisit, et ut pro peccatis suis intercederent supplicavit, hoc potissimum deprecans, ut hic et non in futuro quae meruit reciperet. Cumque hoc et ipse vehementius per tempora multa lacrimis postularet, quadam nocte dormiens, vidit in visu apud aeneam palatii portam se coram populo multo imagini domini Salvatoris assistere, et vocem terribilem ex eadem imagine se audire, dicentem: *Date Mauricium.* Et tenentes eum iudiciorum ministri, posuerunt eum apud purpureum umbilicum qui illic erat. Cui eadem vox caracteris ait: *Ubi vis reddam tibi mala quae fecisti, hic an in futuro seculo?* At ille respondit: *Amator hominum, domine et iudex iuste, hic michi potius quam in futuro retribue;* et iussit divina vox tradi Mauricium et Constantinam uxorem eius et filios et omnem cognationem ipsius Focae militi. Evigilans ergo Mauricius vocavit eum qui ante se[b] dormiebat, misitque[c] et vocavit ad se Phylippicum generum suum, quem dudum susspicabatur velle sibi regnum subripere. At ille pro susspicione predicta se perdendum coniciens, advocatae ad se Gordiae uxori suae, tanquam ultra se non visurae, vale dixit, sacramentoque communionis accepto, ad palatium venit, et cubiculum imperatoris ingrediens, ad pedes eius procidit. Cui assurgens imperator, ad pedes eius nichilominus corruit, dicens: *Ignosce michi deprecor propter Deum, quia peccavi in te; nunc enim certissime novi, quod nichil peccaveris in me. Si quem vero scias in agminibus nostris, qui soleat Focas nominari, dicito michi.* Et Philippicus diu secum recogitans, dixit: *Unum sic vocatum scio, qui nuper ab exercitu procurator positus, tuo contradicebat imperio.* Cum autem imperator quereret de eius qualitate, Philippicus ait: *Est quidem iuvenis et temerarius, attamen timidus.* Tunc Mauricius

a) *deest* 1. b) *post addit* 1. c) misit *corr.* misitque 1.

Vit. Greg. et H. m. l. l. ait: *Si est timidus, profecto et homicida;* et narravit Philippico somnium quod vidit. Porro nocte illa visa est stella quae dicitur cometa. In crastinum vero venit Magistrianus, quem misit ad heremitas, ferens ab eis huiusmodi responsum: *Deus, recepta poenitentia tua, salvabit animam tuam, et cum tota domo tua in numero sanctorum te constituet; ab imperio vero cum ignominia et discrimine discedes.* His auditis, Mauricius glorificavit Deum magnifice, et poenitentiam quidem tenuit, sed avariciae malum adeo non reliquit, ut exercitum in periculosis locis hiemare et victum ab extraneis iuberet cum periculo querere, ne videlicet alimenta publica deberet eis ministrare. Quod audiens exercitus, in sedicionem convertitur, exaltatumque super clypeum Focam centurionem acclamavit exarchum. Commoto autem gravi tumultu Constantinopoli, Mauricius mutata veste cum uxore et filiis noctu dromonem conscendit, et fugiens apud Sanctum Autemon venit. At Focas cum exercitu in septimum veniens, imperator efficitur; a quo Mauricius cum uxore ac filiis penes Calcedonem missus decollatur. Verum Mauricius patienter infelicitatem sustinuit, Deum in omnibus invocans, et crebro pronuncians: *Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.* Aiunt autem quidam, quod eo occiso lac cum sanguine fluxerit, ita ut omnes inspicientes dire lamentarentur. Sic ergo imperator etiam naturae legibus celsior factus, vitam commutavit. Porro ex illo tempore non defuerunt Romano imperio variae ac ingentes erumnae.

Chr. W. 4. A. D. 586. Levigildus rex Wisigothorum Arrianus Herminigildum filium suum ob fidem catholicam, quam a Leandro episcopo percepit, in sancta dominica paschae securi fecit occidi. Hilpericus, filius Lotharii, unus ex quatuor, obiit, anno 24o regni sui.

Beda. cf. G. Fr.

6. A. D. 588. Lotharius, Hilperici filius, regnare coepit.

9. A. D. 591. Gregorius primus papa 66us ordinatur, sedensque annis 13, mens. 6, diebus 10, migravit 4. Idus Mart. anno secundo Focae imperatoris.

Chr. W. Beda. 13. A. D. 595. * Gregorius pontifex synodum episcoporum 24 congregans apud Sanctum Petrum, de necessariis ecclesiae decernit.

* D? E. *addunt:* In Italia — Pelagium. Gregorius levita septiformem ob hoc letaniam instituit, et paulo post papa efficitur. Hic inter — recitari. *ex Sigeb. a.* 591. 592. *et pergunt:* Hic etiam synodum *etc.*

14. A. D. 596. Gregorius misit Augustinum predicare[a] Anglis.

cf. G. Fr. 15. A. D. 597. Guntrammus rex, filius Lotharii, obiit, anno regni 33°, habens[b] filios duos Theodebertum et Theodericum.

17. A. D. 599, Hildibertus, filius Sigiberti, cum regnaret annis 20, obiit.

18. A. D. 600. *

* D? E. 5—11. *addunt:* Sanctus Goar veniens ex Aquitania, claret in Gallia. *ex Sigeb.*

19. A. D. 601.*

* D? E. *addunt:* Conteutio — morte obiit. *ex Sigeb.*

Chr. W. 21. A. D. 603. Gregorius, missis doctoribus Augustino, Mellito, Iohanne aliisque pluribus, Anglos ad Christum convertit. Tunica Domini, super quam milites sortem miserunt, in Zaphath procul ab Hierusalem in arca marmorea repcritur, quam Gregorius Anthiocenus episcopus et Thomas Hierosolimitanus et Iohannes Constantinopolitanus cum aliis multis episcopis, facto triduano ieiunio, ordine pedestri Hierosolimam in ipsa archa perducentes, in aecclesia, ubi crux Domini adoratur, posuerunt. Mauricius poenas scelerum suorum, ut ipse oravit, in hac vita persolvens, a Foca turpiter decollatur.

Anni Focae.

P. D. IV, 27. 1. Anno dominicae incarnationis 604°. Urbis autem conditae millesimo 355°. Focas quidam, Prisci, ut aiunt*, patricii quondam strator, post ad militiam provectus, deinde a populo procurator factus, ad ultimum vero, vivente adhuc Mauricio imperatore, ab exercitu ad imperium electus, 57° loco ab Augusto, imperium invasit, et octo[c] annis regnavit, habens

Beda. uxorem Leontiam uomine. Huius anno 2° beatus papa Gregorius migravit ad Dominum, et Sabinianus pro eo eligitur ad pontificatum; post quem Bonifacius; cuius rogatu Focas constituit sedem Romanae et apostolicae aecclesiae caput esse omnium aecclesiarum; nam, antea Constantinopolitana aecclesia se scribebat primam omnium. Post quem alius Bonifacius, qui fuit a beato Gregorio quartus; cuius item rogatu idem Focas iussit[d] in veteri fano, quod pantheon vocabatur, ablatis idolatriae sordibus, aecclesiam beatae semper virginis Mariae et omnium martyrum fieri, ut ubi quondam omnium non deorum sed daemonum cultus agebatur, ibi deinceps omnium sanctorum memoria coleretur. Huius tempore Cosdroe rex Persarum adversus publicam rem bella gravissima gerens, multas Romanorum provincias et ipsam Hierosolimam abstulit, et[e] destruens aecclesias ac sancta prophanans, inter ornamenta locorum vel sanctorum vel communium

H. m. quae abstulit etiam vexillum dominicae crucis abduxit. Focas autem cum homicidia ceteraque mala multa fecisset in populo, Priscus patricius, gener ipsius, dolens pro his, scripsit Heraclio patricio et pretori Africae, ut filium suum Heraclium mitteret, quatinus contra Focam tyrannum veniret. Qui venieus cum exercitu, pugnavit cum eo, et vicit eum; vulgus autem apprehensum interfecit et igne apud Taurum cremavit.

Chr. W. 2. A. D. 605. Sanctus Gregorius papa migravit ad Dominum.

3. A. D. 606. Sabiniauus papa 67us sedit annum unum, menses 5.*

* D? E. *addunt:* Libros Gregorii — testimouio. *ex Sigeb.*

4. A. D. 607. Bonifacius papa 68us sedit aunum unum, menses 8. Quo rogante, Focas fecit Romam

Chr. W. matrem aecclesiarum.

6. A. D. 609. Bonifacius papa 69us sedit annos 6, menses 8. Cuius rogatu Focas pantheon dedit aecclesiae.

7. A. D. 610.*

* D? E. *addunt:* Alexandriae — eleymonis, id est elemosinarii, meruit. *ex Sigeb.*

8. A. D. 611. Focas occiditur.

Anni Heraclii.

H. m. 1. Anno dominicae incarnationis 612°. Urbis autem conditae millesimo 363°. Heraclius, 58° loco ab Augusto, accepit imperium, occiso Foca, regnavitque annis 27. Hic coronatus est a Sergio patriarcha in oratorio sancti Stephani, quod est in palatio, cum desponsata sibi Eudoxia, simulque acceperunt nuptiarum coronas, et una cademque die Heraclius et imperator et sponsus ostenditur. Sequenti anno nascitur imperatori filius de Eudoxia, Heraclius minor, qui et Constantinus novus dictus est; et mortua est augusta eodem anno. Deinde anno sequenti duxit Heraclius incestc Martinam neptem suam, sororis suae filiam, quae coronata est in augustam a Sergio patriarcha heretico. De qua suscepit filium Heraclonam.

Auno imperii sui octavo Heraclius misit in Persidem legatos ad Cosdroen, postulans pacem. Qui sprevit eos, dicens: *Non parcam vobis, donec crucifixum, quem Deum esse fatemini, abnegetis, et solem adoretis.* Sequenti anno Chaianus rex Avarum direxit aciem contra Thracem; sed missis ab Heraclio legatis, fecit cum eo pacem.

Duodecimo autem imperii sui anno, contracta omni militia sua, movit exercitum in Persidem, multaque praelia cum

a) ad predicandum E1. b) habens — Theodericum *desunt* E1. c) *in loco raso* 1. d) *add. sed del.* ut 1. e) et — abstulit *desunt* 10. 11.

diversis ducibus committens, per sex annos Persidem devastavit et vicit, occisoque Chosdroe, septimo anno Constan- H. m.
tinopolim, ablato a Perside vivifico crucis ligno, rediit, moxque sequenti vernali tempore Hierosolimam tetendit, precio-
sum illuc lignum reportans, ad gratiarum Deo actiones referendas.*

* D? E. *addunt:* Desiderius — martyrizatur. *ex Sigeb. a.* 612.

Huius temporibus Anastasius Persa monachus nobilo pro Christo martyrium passus est. Hic natus in Perside, Beda.
magicas a patre puer didicit artes; sed ubi a captivis christianis Christi nomen acceperat, in eum mox animo toto
conversus, relicta Perside, Calcedoniam Hierapolimque Christum querens ac deinde Hierosolimam petiit. Ubi accepta
baptismatis gratia, quarto ab eadem urbe miliario monasterium abbatis Anastasii intravit. Ibi septem annis regulariter
vivens, dum Caesaream Palestinae orationis gratia venisset, captus a Persis et multa diu verbera passus inter carceres
et vincula iudice Marzobana, tandem mittitur ad regem Chosdroe, a quo tercio per intervalla temporis verberatus, ad
extremum una manu per tres horas suspensus, sicque decollatus, nobile martyrium cum aliis 70 peregit. Mox tunica
eius indutus quidam demoniacus, curatus est. Interea superveniens cum exercitu Heraclius princeps, auperatis Persis,
christianos qui erant captivati reduxit gaudentes. Reliquiae autem beati Anastasii martyris primum monasterio auo,
deinde Romam advectae, venerantur in monasterio beati Pauli apostoli, quod dicitur Ad Aquas Salvias.

Anno imperii Heraclii 15° Arabum, qui et Sarraceni dicuntur, Muhammad princeps habebatur. Hic erat pseudo- H. m.
propheta, sed apud illos magnus estimabatur, ita ut eciam in principio adventus eius estimarent, hunc esse illum qui
ab eis exspectatur Christus. Erat autem oriundus ex stirpe Ismahelis, filii Abrahae. Cum autem inops et orphanus
esset idem Muhammad, visum est sibi ad quandam mulierem locupletem et cognatam suam nomine Cadigam introiro
mercenarius, ad negociandum cum camelis eius apud Aegyptum et Palestinam, sicut in illis locis mos erat. Paulatim
autem fiducia penes ipsam mulierem percepta, quae vidua erat, accepit eam uxorem, et habuit camelos illius omnemque
substantiam. Cumque veniret in Palestinam, conversabatur cum Iudaeis et christianis, capiebatque quasdam scripturas
ab eis. Porro habebat passionem epylemsiae, id est morbum caducum[a]. Quo comperto, uxor eius valde contristabatur,
utpote nobilis, quod se huiusmodi viro copularet, egeno scilicet et epylemtico. Procurabat vero ille placare ipsam,
taliter dicens: *Visionem quandam angeli Gabrielis contemplor, et haut ferens huius asspectum, mente deficio et cado.*
Ipsa vero cum haberet alterum quendam talem amicum suum, propter infidelitatem suam ibi exulantem, indicavit ei
omnia verba viri sui et nomen angeli. At ille volens eam reddere certam, dixit ei: *Veritatem locutus est; iste etenim*
angelus mittitur ad omnes prophetas. Ipsa ergo prima susceptis verbis eius credidit ei, et predicavit aliis mulieribus
contribulibus suis, prophetam eum esse; et taliter ex feminis fama venit ad viros, primo ad Hebuber, quem et suc-
cessorem dimisit, et tenuit partem heresis eius et heredis. Docuit autem auditores suos, quod qui occidit inimicum,
vel occiditur ab inimico, paradysum ingreditur; paradysum vero carnalis cibi ac potus et commixtionis mulierum per-
hibebat capacem, fluvium quoque vini et mellis et lactis ibi esse et affluentem voluptatem multaque alia luxuria et
stulticia plena, quae stultis videbantur delectabilia ideoque credibilia. — Heraclius a Sergio patriarcha et ab Ana-
stasio quodam aliisque hereticis circumventus, in Euthicianam incidit beresim, et mathematicus factus et astrologus, Chr. W.
vidit imperium suum a circumcisis gentibus esse vastandum; mittensque ad Dagobertum regem Francorum, omnes regni
eius Iudeos baptizari petiit et impetravit, ipseque per omnes imperii sui fines et provincias idem fieri decrevit. Post
haec Agareni, qui et Sarraceni, gens circumcisa, provincias Heraclii vastant. Contra quos dum Heraclius dimicat,
150,000 militum eius Sarraceni interficiunt, et spolia eorum Heraclio remittunt. Quae ille percipere nolens, sed vin-
dictam ab eis querens, portas Caspias, quas Alexander Magnus Macedo super mare Caspium fecit et propter multitu-
dinem sevissimarum gentium serari iussit, aperuit, indeque 150,000 auro armata cum omnibus universarum provinciarum
militibus contra Sarracenos in praelium misit. Cumque in crastinum essent praeliaturi, ipsa nocte 52 milia de exercitu
Heraclii in castris percussit angelus Dei; reliqui cum regredientes appropinquassent Hierosolimam, videns Heraclius, se
nequaquam resistere posse, merore correptus est, factusque ydropicus, mortuus est. H. m.

2.[b] A. D. 613.

2.[b] A. D. 614.*

* 5 — 11. *addunt:* Sanctus Columbanus a Theoderico rege instinctu Brunihildis aviae expellitur. *ex Sigeb.*

3. A. D. 615. Anastasius Persa monachus factus est. Chr. W.

4. A. D. 616. Deusdedit papa 70[us] sedit annos septem.*

* D? E. *addunt:* Lupus — descendit. *ex Sigeb.*

6. A. D. 618. Eduinus rex efficitur Anglorum. Chr. W.

11. A. D. 622. Anastasius passus est.

12. A. D. 623. Bonifacius papa 71[us] sedit annos 5.

16. A. D. 627.*

* 4 — 11. *addunt:* Isydorus Hispalensis doctor[c] claret. D? E. *addunt a.* 628: I. H. doctrina claret. *ex Sigeb.*

17. A. D. 628. Honorius papa 72[us] sedit annos 10, menses undecim, dies 17. Eduinus rex Anglorum Beda.
baptizatur a Paulino episcopo anno regni sui 11, adventus autem Anglorum in Britanniam 180.

18. A. D. 629. Heraclius, interfecto Cosroe rege Persarum, crucem dominicam, quam ille abstulit, Constantinopolim Chr. W.
revexit, annoque sequenti Hierosolimam cum debita veneratione reduxit.*

* D? E. *addunt:* Celebritatem c. c. a. c. *ex Sigeb. a.* 631.

19. A. D. 630.*1

20. A. D. 631. Lotharius, Hilperici filius, anno regni sui 44. moritur, relinquens successorem filium suum Dagobertum. cf. G. Fr.

27. A. D. 638. Heraclius ydropicus factus moritur. — Severinus papa 73[us] sedit annum unum, H. m.
menses duos.

Anni Constantini.

1. Anno dominicae incarnationis sexcentesimo tricesimo nono, ab Urbe autem condita millesimo trecentesimo
nonagesimo Constantinus, filius Heraclii et Eudoxiae, quinquagesimo nono loco ab Augusto, suscepit imperium. Qui cum
regnaret mensibus quatuor, a noverca sua Martina et Pyrro patriarcha veneno potionatur; illoque extincto, ipsa cum
filio suo Heraclona dominatur. Unde omnis senatus Constantinopolitanus cum omni populo indignatione insta commotus,
Heraclonam repulit, linguaque Martinae et naso Heraclonae abscisо, eisque in exilium destinatis, Constantem, filium
Constantini, nepotem Heraclii, provehunt. Cyrus Alexandrinus episcopus et Pyrrus Constantinopolitanus et alii multi Beda.
heresim instaurant. Sed senatus et tota civitas Pyrrum ut impium cum Heraclona ac matre sua expulerunt; et regnante H. m.
Constante, Paulus consecratur episcopus, et ipse hereticus. Iohannes autem presul Romanus, collecto episcoporum con-

*1) 10. (*alio atramento*), 11. *addunt:* Sanctus Gallus cellam suam construxit.

a) cadicum *aut* cadimm 1? cadimm E1. b) *ita* 1. c) doctor yspan. 4.

H. m. cilio, omnes huius heresis fautores anathematizavit. Quo defuncto, Theodorus pro eo papa consecratur. Pyrrus vero tendens in Africam, Maximi religiosissimi illo tempore abbatis sanctorumque pontificum illic consistentium presentatur asspectibus. Qui hunc redargutum ac persuasum ad papam Theodorum Romam miserunt; sed ille ficta, ut post apparuit, poenitentia ortodoxiae libello papae tradito, ab[a] eo receptus est. Mox autem ut a Roma descendit Ravennamque pervenit, quasi canis ad vomitum suum rediit. Quo comperto papa, convocatis cunctis sacerdotibus et clero in aecclesia principis apostolorum, condempnavit eum sub vinculo anathematis.

Iohannes papa 74[us] sedit annos 2, menses 9, dies 18.

Anni Heraclonae.

cf. H. m. 1. A. D. 640.[b]* Heracleonas[c], filius Heraclii, occiso per venenum fratre suo Constantino, regnum invasit, et cum matre sua Martina regnavit annos 2. Ab inicio anni 4600.

* D? E. *addunt:* Sanctus Arnulfus — ancillatur. *ex Sigeb.*

2. A. D. 641.[d] Heraclonas turpiter deicitur cum matre.

Anni Constantis.

1. Anno dominicae incarnationis 642. ab Urbe condita millesimo 393. Constans, filius Constantini, nepos Heraclii, 60° loco ab Augusto, in regnum eligitur, deiecto Heraclona[e] cum matre sua, et regnavit annis 28. Hoc regnante, ut

Beda. supra dictum est, in locum Pyrri heretici consecratur Paulus episcopus, et ipse hereticus, qui non tantum doctrina vesana, sicut decessores sui, sed etiam aperta persecutione catholicos cruciat, apocrisiarios sanctae aecclesiae Romanae, qui ad eius correctionem missi fuerant, partim carceribus, partim exiliis, partim verberibus afficiens. Altare quoque eorum in domo Placidiae consecratum in venerabili oraculo destruxit, prohibens eos ibidem missas celebrare.* Unde

H. m. Martinus papa, qui Theodoro successit, incensus a Maximo abbate supradicto, ab Africa Romam veniente, collecta synodo centum et decem episcoporum, Sergium et Pyrrum ac Paulum et Cyrum anathemate dampnavit. Quibus agnitis,

Beda. Constans, qui seductus erat a Paulo, sicut et avus eius Heraclyus a Sergio, eiusdem regiae civitatis episcopo, misso Theodoro exarcho, Martinum papam et Maximum Constantinopolim fecit adduci, iniuriisque affectos Cersonam fecit exiliari; ubi beatus Martinus papa defunctus, multis virtutum signis refulget. Constans vero permotus zelo Dei, synodo sacra et ipse convocata sub Vitaliano papa nuper ordinato, heresim abdicavit; misitque beato Petro apostolo euangelia aurata, gemmis albis mirae magnitudinis in circuitu ornata. Ipse post aliquot annos Romam veniens, obtulit super altare

H. m. sancti Petri pallium auro textile, toto exercitu cum cereis aecclesiam intrante. Voluit autem et regnum transferre Romam, quia odiosus factus est Byzantiis, eo quod Martinum papam ignominiose tractans exiliavit, et Maximi sapientissimi viri linguam manumque truncavit, duosque Anastasios discipulos eius tormentis et exiliis tradidit, et multos orthodoxorum[f] verberibus et proscriptionibus et exiliis dampnavit. Propter talia cunctis odiosus effectus, sex annos fecit in Sicilia. Ibi cum quadam die balneum fuisset ingressus, introivit cum eo quidam Andreas obsecundans illi. Et cum coepisset sapone Gallico deliniri, sumens Andreas situlam, dedit eam in verticem imperatoris, et statim fugit. Imperator vero cum tardaret in balneo, insiliunt hi qui foris erant, et reperiunt eum occisum. Quo sepulto, Mitium quendam Armenium fecerunt imperatorem, vi cogentes eum. Erat autem valde decorus et speciosus. Filius autem eius Constantinus audiens de patris obitu, cum multo navigio Siciliam intravit, et aggressus Mitium, interfecit eum cum occisoribus patris sui, ordinatisque Hesperiis, Constantinopolim rediit, et Romanis cum Tyberio et Heraclyo fratribus imperavit. Huius[g] imperatoris tempore obiit sancta Gerdrudis, filia Pippini principis.

Theodorus papa 74[us] sedit annis septem.**

* D? E. *addunt:* Constans imp. ab ipso Paulo deceptus — sit Christus. *ex Sigeb. a.* 652.

** D? E. *addunt:* Dagobertus — indulget. *ex Sigeb.*

2. A. D. 643.*

* D? E. *addunt:* Oswaldus r. N., filius Edilfridi regis, a P. r. peremptus, rex et martyr migrat ad Dominum. 4 — 11. *addunt:* Oswaldus rex interficitur. *ex Sigeb.*

cf. G. Fr. 4. A. D. 645. Dagobertus rex filium suum Sigibertum regnaturum in Austrasia misit Pippino et sancto Chuniberto.

6. A. D. 647.*

* D. E. 5 — 11. *addunt:* Pippinus moritur. Grimoaldus, filius eius, pro eo maior domus efficitur. *ex Sigeb.*

7. A. D. 648.*

* D? E. *addunt:* Sanctus Furseus — aggressus, in Galliis post aliquot annos quievit. 5 — 11. *addunt:* Sanctus Furseus in Hibernia claruit. *ex Sigeb.*

Chr. W. 8. A. D. 649. Martinus papa 75[us] sedit annos 10. Hic, collectis 110 episcopis, condempnavit Cyrum, Ser-
H. m. gium, Pyrrum et Paulum. Pro qua re a Constante imperatore ab eis seducto exiliatus est in Cersonam.

9. A. D. 650.*

* D? E. *addunt:* Hitta — prefecit. 5 — 11. *addunt:* Hitta, Pippini relicta, instinctu sancti Amandi monasterium Nivalis fundavit. *ex Sigeb.*

11. A. D. 652. Cinis e celo descendit, et timor magnus factus est in populo.*

* D? E. *addunt:* Pestilentia — interibant. *ex Sigeb. a.* 654.

13. A. D. 654.*

* D? E. *addunt:* Sarraceni — onerati sunt. *ex Sigeb.*

17. A. D. 658. Martinus papa apud Cersonam migravit 4. Idus Nov.

18. A. D. 659. Eugenius papa 76[us] sedit annos 2, menses 9.

21. A. D. 662. Vitalianus papa 77us sedit annos 9, menses 6.

cf. G. Fr. 24. A. D. 665. Dagobertus, filius Lotharii, cum regnasset annis 34[i], obiit.*

* D? E. 4 — 11.[k] *addunt:* Sancta Gerdrudis obiit.

25. A. D. 666. Cui[l] successit Clodoveus, filius eius, cuius frater Sigibertus regnavit in Austrasia.

Chr. W. 28. A. D. 669. Constans in balneo occisus est.*

* D? E. *addunt:* Theodorus a. in A. a Vit. papa directus, synodo — utilia. Hic etiam scripsit — culparum. *ex Sigeb. a.* 668. 674.

Anni Constantini.

H. m. Anno dominicae incarnationis 670. Urbis conditae millesimo 421. Constantinus, filius Constantis, 61° loco ab Augusto, regnavit cum fratribus suis Heraclio et Tyberio; sed cum venirent aliqui orientalium partium et dicerent: *Si in Trini-*

a) *quae sequuntur — a.* 642. *aliis erasis in* 1. *scripta sunt.* b) XL. *omisso* DC. 1. c) Heraclonas *corr.* Heracleonas 1. d) XLI. 1. e) heracliona *corr. ut videtur* heraclona 1. f) orthodorum 1. g) Huius — principis *in margine eadem manu scripta* 1. 9c. *desunt* 10. 11. D. E. i) 34 successit ei Clodoveus — Austrasia 9c. k) *desunt tamen* 9c. l) Dagoberto 5. Cui — frater *a.* 665. *leguntur* 4. (*cf. n.* i.), *desunt* 11.

talem credimus, tres etiam coronemus, turbatus est Constantinus, qui solus erat coronatus, et per Theodorum patricium convocans maiores natu ex eis quasi in colloquium et consilium, ut fieret voluntas eorum, in patibulum eos suspendit; quod videntes ceteri fugerunt; ipse vero regnavit cum filio suo Tyberio annis 17. Huius temporibus Agatho pontifex Beda.
Romanae aecclesiae[a] legatos suos pro ammonitione sanctarum Dei aecclesiarum in urbem regiam misit, in quibus erat Iohannes. Romanae aecclesiae tunc archidiaconus[a'], sed non longe post episcopus. Qui benignissime suscepti a reverentissimo catholicae fidei defensore Constantino, iussi sunt, remissis disputationibus phylosophicis, pacifico colloquio do fide vera perquirere, datis eis de biblioteca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum libris quos petebant, collecta universali synodo 150 episcoporum, sive ut quidam libri* habent 289, presidente Georgio patriarcha *H. m.
Constantinopolitano et Machario Anthiocheno, qui renovabant heresim eorum qui unam voluntatem et unam operationem asstruebant in Christo; convictique sunt falsasse sanctorum patrum dicta per plurima. Finito autem conflictu, Beda.
Georgius patriarcha correctus est. Macharius vero cum suis sequacibus simul et precessoribus Sergio, Cyro, Honorio, Pyrro, Paulo, Petro, anathematizatus est, et in locum eius Theophanius abbas de Sicilia factus est episcopus Antiochiae, tantaque gratia legatos catholicae pacis comitata est, ut Iohannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, in dominica octavarum paschae missas publicas in aecclesia sanctae Sophyae coram principe ac patriarcha latine celebraret. Haec est sexta synodus universalis Constantinopoli celebrata et Greco sermone conscripta, temporibus Agathonis papae, exsequente ac presidente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis apostolicae sedis et episcopis 150 sive 289 residentibus.

Prima enim universalis synodus in Nicea congregata est contra Arrium 318 patrum sub Constantino principe, temporibus Silvestri papae; secunda in Constantinopoli 150 patrum contra Macedonium et Endoxium, temporibus Damasi papae et Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi ordinatus est episcopus; tercia in Epheso 200 patrum contra Nestorium Augustae urbis episcopum, sub Theodosio Magno principe et Syxto papa[b]; quarta in Calcedone patrum 630 sub Leone papa, temporibus Marciani principis, contra Euthicen, nefandissimum presulem Manicheorum[b*]; quinta item in Constantinopoli, temporibus Vigilii papae, sub Iustiniano principe, contra Theodorum et omnes hereticos; sexta haec de qua in presenti diximus.*

* D? E. *addunt:* Inter Sarracenos — equos nobiles 50. *ex Sigeb. a.* 679.

Hoc tempore regnum Longobardorum tenuit Chunibertus, Francorum vero Clodoveus[b]. cf. P. D. VI, 16. et 23.

His* eciam temporibus fuit in Gallia homo prepotens et Deo dilectus, nomine Arnulfus, qui renuncians seculo, postea factus est Metensium episcopus, cuius filius Ansgisus, qui de nomine Anchisae Troiani creditur appellatus, sub nomine maioris domus principatum in regno Francorum postea tenuit.

* *Horum loco* D? E. *habent:* H. e. t. apud Gallias in Francia filius sancti Arnulfi sub n. m. d. principabatur Ansgisus, qui — appellatus. Hunc postea Gundwinus peremit, quem — provexerat. Huius (vidua *superscr.* E1.) relicta Begga, filia scilicet Pippini principis olim Austrasiorum, soror Grimoaldi et sanctae Gerthrudis, se et sua — fundat. *ex Sigeb. a.* 685. 686.

His[c] temporibus sanctus Lantpertus in Treiectensi epyscopatu successit sancto Theodardo, sub Hilderico[d] rege Austrasiae. — Eisdem temporibus sancta et perpetua virgo Christi Edildrudis, filia Annae regis Anglorum, primum alteri viro Beda.
permagnifico, postea Ekfrido regi coniunx data, postquam 12 annis thorum virilem incorrupta servavit, sumpto velamine sacro, sanctimonialis ex regina efficitur; nec mora, etiam virginum mater et nutrix piarum existit. Cuius merita vivacia testatur etiam caro mortua, quae post 16 annos sepulturae cum veste, qua involuta est, incorrupta reperta est.

Anni Constantini.

3. A. D. 672. Adeodatus papa 78[us] sedit annos 4.

7. A. D. 676. Domnus papa 79[us] sedit annum unum, menses 5.

9. A. D. 678. Agatho papa 80[us] sedit annos 5, menses 6.

12. A. D. 681. Sexta synodus universalis Constantinopoli congregatur sub Agathone papa, qui Dono successit; in Chr. W. (cf. P. D. VI, 4.)
qua dampnatis hereticis, tantae aranearum telae in medio populi ceciderunt, ut sordes heresium expulsas omnes intellegerent et mirarentur. Clodoveus, filius Dagoberti, obiit. Cui Lotharius filius successit. cf. G. Fr.

14. A. D. 683. Leo papa 81[us] sedit annum unum, menses decem.

16. A. D. 685. Benedictus papa 82[us] sedit menses decem, decessitque Non. Mai.*

* D? E. *addunt:* Ravennas — ordinandus. *ex Sigeb.*

17. A. D. 686. Constantinus imperator obiit. — Iohannes papa 82[us] sedit annum unum. Cui successit Conon Chr. W.
papa 83[us], seditque annos 2, menses 11, a quo sanctus Kylianus pontificalem potestatem accepit. Cononi Sergius successit. — Apud* Gallias in Francia sub nomine maioris domus principatum gerebat Ansgisus.

* *Horum loco* D? E. *habent:* Sanctus Leodegarius episcopus d. ab E. t. tandem — abscisionem. *ex Sigeb.*

Anno dominicae incarnationis 687. Urbis conditae millesimo 438. Iustinianus, filius Constantini, 62° loco ab Augusto regnum accepit, et decem annis regnavit. Hic pacem firmam decennio fecit cum Sarracenis terra marique; sed et pro- Beda.
vincia Africa subiugata est Romano imperio, quae a Sarracenis fuerat tenta. Hic beatae memoriae pontificem Romanae aecclesiae Sergium, quia erraticae suae synodo, quam Constantinopoli fecerat, favere et subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo, iussit Constantinopolim deportari; sed militia Ravennatae urbis vicinarumque partium nefanda principis iussa prevenit, et eundem Zachariam[c] contumeliis et iniuriis ab urbe Roma pepulit. Idem Iustinianus a Callinico patri- H. m.
archa exegit, ut orationem faceret ad destruendam aecclesiam sanctae Dei genitricis iuxta palatium sitam, quae Metropolite dicebatur, volens ibi aedificia facere, ubi a populo susciperetur. Patriarcha vero dicebat: *Orationem quidem ad statuendam aecclesiam habemus, in destructionem vero aecclesiae orationem non suscepimus.* Cogente autem imperatore et omnimodis exigente, orationem dixit patriarcha: *Gloria Deo, qui iugiter sustinens patitur, nunc et semper et in omnia secula seculorum.* Quo audito, destruxerunt aecclesiam. Alia quoque multa improvide faciens, odium populi in se excitavit. Unde Leontius patricius, quem ipse quondam pretorem et magistrum militum orientalium fecerat sed iam per tres annos in custodia tenuerat, cum exinde protractus in exilium mitteretur, contra eum sensit, iunctisque sibi multis, Iustinianum comprehendit, nasoque preciso, in insulam quandam relegavit, ipseque regnavit.

Anni Pippini. Anni Iustiniani.

2. A. D. 688. Sanctus Kylianus cum sociis suis passus est. Chr. W.

1. 3. A. D. 689. Pippinus, filius Ansgisi, maior domus efficitur in Gallia, regnumque Francorum amministravit annis 27, cuius etiam anni suorumque successorum deinceps annotantur in catalogo regum.

a) p. R. acc. *in loco raso* 1. a') archidianus 1. b) et S. p. *in loco raso* 1. b') *in loco raso* 1. c) His — Austrasiae *in margine eadem manu scripta* 1. d) *e corr.* 1. e) *ita* 1. zachariam E1. *cet.*

2. 4. A. D. 690. Sergius papa 84us sedit annos 16, menses 8, decessitque 5. Idus Septemb. Hic constituit, ut Agnus Dei cantetur inter sacrificium. *1

cf. G. Fr. 4. 6. A. D. 692. Clodoveus, filius Theoderici fratris Dagoberti, cum fratre Hildiberto regnare coepit.

6. 8. A. D. 694. Sanctus Remaclus Treiectensis episcopus migravit. *2

Chr. W. 7. 9. A. D. 695. Willibrordus, qui et Clemens, a Sergio papa ordinatur episcopus[a] ad predicandum gentibus.

8. 10. A. D. 696. Iustinianus ob culpam perfidiae suae regno privatur et exiliatur.

Leonis.

9. 1. Anno dominicae incarnationis 697. Urbis vero conditae millesimo 448. Leo, qui et Leontius, 63o loco ab Beda. Augusto, depulso Iustiniano, regnum invasit, tribusque annis regnavit. Cuius anno primo Sergius papa in sacrario beati Petri apostoli capsam argenteam, quae in angulo obscuro diutissime iacuit, Domino revelante invenit, et in ea crucem diversis ac preciosis lapidibus adornatam reperit. De qua tractis quatuor petalis, quibus gemmae inclusae erant, mirae magnitudinis portionem dominicae crucis interius repositam conspexit, quae omnibus annis in basilyca Salvatoris, quae dicitur Constantiniana, die exaltationis eius ab omni populo salutatur.

11. 3. A. D. 699. Sanctus Chutpertus episcopus ex anachorita obiit. Cuius[b] corpus post 11 annos sepulturae eius integrum inventum est.

H. m. Leontio itaque apud Constantinopolim posito, venit Tyberius, qui et Absimarus, ex adverso civitatis cum multis, et prodita sibi civitate, Leontium cepit, precisoque naso eius, in monasterio Dalmati sub custodia constituit, ipseque regnavit.

Tyb.

12. 1. Anno dominicae incarnationis 700. Urbis autem conditae millesimo 451. Tyberius, qui et Absimarus Beda. dictus est, 64o loco ab Augusto imperium invasit, deiecto Leone, et regnavit annis 7. Cuius tempore synodus in Aquileia facta quintum universale concilium suscipere diffidit ob imperitiam fidei, donec salutaribus beati papae Sergii monitis cf. H. Fr. instructa, et ipsa cum ceteris Christi aecclesiis huic annuere consentit. Huius[c] tempore occisus est sanctus Lantpertus supra p. 118. episcopus, sub Hildiberto rege.

Chr. W. 15. 4. A. D. 703. Synodus Aquileiae congregatur sub Sergio papa.

18. 7. A. D. 706. Iohannes papa 85us sedit annos 3.

Beda[d] venerabilis presbyter Anglorum cronicam minoris libri sui hucusque perduxit.

Anni Iustiniani.

19. 1. Anno dominicae incarnationis 707. Urbis conditae millesimo 458. Iustinianus, filius Constantini, quem Beda. superius a Leone de regno expulsum diximus, per adiutorium Terbellis regis Bulgarum expugnata Constantino- H. m. poli, regnum recepit, et postea sex annis regnavit. Recepto autem regno, multa dona et regalia vasa Terbelli tribuit, cumque in pace dimisit. Absimarus autem, qui et Tyberius, ex urbe profugit, sed insecutione captus et ad Iustinianum est adductus. Adducto quoque Leontio, qui eum deiecit, fecit ambos catenis constrictos, dum ludi equestres agerentur, per plateas trahi, tractosque publice ante pedes suos, dum in solio resideret, proici, calcavitque colla eorum fortiter, universa plebe clamante: *Super aspidem et basyliscum ambulasti, et leonem draconemque conculcasti*, sicque eos precepit decollari, innumerabilem quoque multitudinem eorum qui contra eum consenserunt diversa morte fecit necari. Quia P. D. VI, 32. enim se naso detruncaverant, quotiens defluentem guttam reumatis manu detersit, totiens pene aliquem ex illis iugulare H. m. precepit. Kallinicum vero patriarcham, erutis oculis, Romam exiliavit, et pro eo Cyrum in episcopatum provexit, qui cf. Beda. fuit abbas in Ponto, quique illum exulem alebat et eum in imperium restituendum predicebat. Natus est autem ei filius eodem anno, quo recepit imperium, ex Theodora, filia Chaiani, quam accepit dum esset in exilio, quem vocavit Beda et Tyberium, coronavitque eum cum matre sua, et regnaverunt cum eo. Hic Constantinum papam accersiens, honorifice P. D. VI, 31. suscepit, prostratusque in terram, pro suis peccatis intercedere rogavit, cunctaque aecclesiae privilegia renovans, eum cum honore remisit. Qui cum mitteret exercitum in Pontum ad comprehendendum Phylippicum, quem illic relegaverat, multum Constantinus papa eum prohibuit, sed animum eius revocare non potuit. Exercitus autem quem miserat, conversus ad partem Philippici, fecit eum ibidem imperatorem, reversusque cum eo Constantinopolim, pugnavit contra Iusti- H. m. nianum miliario ab urbe 12o, victoque illo et occiso, accepit regnum Phylippicus. Filius quoque Iustiniani, adhuc puer, ab his qui a Phylippico premissi sunt occisus est.

21. 3. A. D. 709. Iohannes papa 86us sedit annos 2, menses 7.

cf. H. Fr. 22. 4. A. D. 710. Dagobertus iunior regnare coepit.

23. 5. A. D. 711. Sisinnius papa 87us sedit dies 20. Cui succedens Constantinus papa 88us sedit annos 6.

cf. H. m. 24. 6. A. D. 712. Iustinianus a Phylippico interficitur.

Phylippici.*

H. m. 25. 1. Anno dominicae incarnationis 713. ab Urbe vero condita millesimo 464. Phylippicus, 66o[e] loco ab Augusto, invasit imperium, occiso Iustiniano, regnavitque anno uno et mensibus 6. Hic priusquam imperaret[f], habuit quendam amicum monachum inclusum, qui erat hereticus et tamen previsor, qui dixit ei: *Imperium tuum est.* At ille turbatus est. Cui ait inclusus: *Si Deus iubet, tu quare contradicis? Hoc autem dico tibi, quia sexta synodus male acta est. Si ergo regnaveris, hanc abice, et efficietur imperium tuum forte atque longevum.* Qui cum iuramento spopondit, se hoc esse facturum. Cum vero regnaret, fecit synodum pseudoepiscoporum iuxta illius pseudomonachi et inclusi sermonem, et abiecit sanctam et universalem sextam synodum. Eodemque anno vanus ille inclusus oculorum coecitatem incurrit. Reperiens autem Phylippicus quendam sui consensus Iohannem, fecit eum Constantinopolitanum presulem, Cyrum vero P. D. VI, 34. deponens, ad monasterium suum redire precepit. Idem Phylippicus in disputationibus quidem suis rationabilis videbatur H. m. et prudens, in actibus autem inhoneste ac indigne vitam consummans, improbabilis ubique demonstrabatur. Erat enim Beda. hereticus et adulter. Hic Constantino papae misit litteras pravi dogmatis, quas ille cum apostolicae sedis concilio respuit. Hac de causa[g] fecit Constantinus picturas in portico sancti Petri, quae sex sanctarum synodorum acta continerent. Nam et huiusmodi picturae habebantur Constantinopoli, quas Phylippicus iussit auferri. Statuit autem populus Romanus, ne heretici imperatoris nomen aut cartas aut figuram solidi susciperent. Unde nec eius effigies in aecclesiam H. m. introducta est, nec nomen ad missarum sollemnia prolatum. Sabbato autem pentecostes, cum lavaret in balneo publico, ingressus cum equitatu et organis, habitoque prandio cum civibus antiquae prosapiae, requiesceret meridie, repente per auream portam introivit Rufinus primus stratorum cum Theodoro patricio, festinansque in palatium, et inveniens eum

*1) 10. 11. *addunt:* Hic magnam portionem sanctae in capsa[h] crucis invenit.

*2) 10. 11. *addunt:* Duo Ewaldi presbyteri Angli, niger et albus, sunt passi, et a Pippino Coloniae sepulti. *ex Bernoldo.*

a) e. ad p. g. *desunt* 4. b) Cuius — inventum est *desunt* 4. c) Huius — rege *in margine* 1. d) Beda — perduxit *desunt* D. E. 9c. e) *erasum* 1. e) LX. D. E. *ita ut deinceps sex annis a textu edito recedant.* f) factus esset imperator 5. g) h. d. c. *in loco raso* 1. h) in ipsa *corr.* in capsa 10. *desunt* 11.

quiescentem, apprehendit eum et eruit oculos eius, in crastinum vero, id est die pentecostes, congregato in magna aecclesia populo, coronatus est Artemisius, mutato nomine Anastasius.

Anni Anastasii.

26. 1. Anno dominicae incarnationis 714. ab Urbe condita millesimo 465. Anastasius 67° loco ab Augusto imperium adeptus est, regnavitque annis 3. Quidam vero libri* habent, quod Phylippicus regnaret annos 2 et menses 9, Anastasius autem annum unum et menses 3. Anastasius igitur ubi regnum accepit, Constantino papae per Scolasticum patricium litteras Romam misit, quibus se fautorem et defensorem catholicae fidei et sancti sexti concilii predicatorem esse docuit. Quo regnante, quidam adversus eum coniuraverunt, et contra regiam urbem eum exercitu ascenderunt. Cum autem Adramium adissent[a] et essent sine capite, invenerunt illic hominem indigenam, Theodosium nomine, inertem ac idiotam, qui publicorum tributorum erat exceptor, et hortati sunt eum imperare. At ille fugiens, latebat in monte. Quem inventum, ut imperatorem laudibus extulerunt, vi cogentes eum. Quibus Anastasius cognitis, Niceam abiit, ibidemque se munivit. Theodosius autem secutus, magno praelio vicit eum, datoque sibi sacramento, clericum eum fieri et postea presbiterum fecit ordinari. *H. m. P. D. I. t. H. m. P. D. VI, 36.

27. 2. A. D. 715.* Pippinus senior maior domus obiit; pro quo filius eius Karolus successit. — Dagobertus rex Francorum obiit. Chr. W.

* D. E. *addunt:* Sanctus Egidius — claret in Gallia. *ex Sigeb.* 5. (6 — 9?[b] — 10. 11. *infra post* patri successit) *addunt:* Sanctus Egidius claruit.

Karoli senioris.

1. 3. A. D. 716. Karolus, Pippini senioris filius, in amministratione regni patri successit, adhuc quidem regibus in Francia manentibus sed parva dignitate regnantibus. In Romano quoque imperio apud Constantinopolim adhuc imperatores erant, sed et ipsi intestinis pariter et extrinsecis bellis pene adnullati, parum valebant. Karolus vero regnum Francorum amministravit annis 27. Cui cum Reginfridus quidam adversaretur, regnumque tenere conaretur, quamvis per multas pugnas et certamina, tulit principatum de manu eius. Nam cum teneretur in custodia, divina misericordia protegente, fugit inde, et primum contra eundem Reginfridum per tres vices pugnavit, postea cum magno certamine illum vicit, Andegavensem tamen civitatem illi ad habitandum permisit, ipse vero super cunctam Francorum gentem principatum tenuit, multaque praelia contra Sarracenos et in Wasconia et in Saxonia et in Fresia fecit. — Ekbertus vir sanctus de gente Anglorum Scottos pascha legitime celebrare docuit. — Gregorius papa 89[us] sedit annis 10, migravitque Idus Febr. Hic sanctum Bonifacium ordinavit episcopum.* cf. H. Fr. supra p. 118. P. D. VI, 42. c. 46. Chr. W.

* D. E. *addunt:* Hic constituit — antea. *et* Petronax quoque civis — fuerat. *ex Sigeb. a.* 714.

Theodos.

2. 1. Anno dominicae incarnationis 717. Urbis vero conditae millesimo 468. Theodosius a militibus electus, 68° loco ab Augusto, imperium Romanum accepit, et anno uno regnavit. Leo quippe, qui erat pretor orientalium, quoniam auxiliabatur Anastasio, non est subiectus Theodosio. Unde veniens Nicomediam, apprehendit filium Theodosii cum omni apparatu regio et primis viris palatii, et venit Chrysopolim. Quod audiens Theodosius, consilio a Germano patriarcha et senatu percepto, per eundem patriarcham accepit a Leone indempnitatis verbum et aecclesiae sine perturbatione servandae, et sic ei committunt imperium, ipse vero Theodosius una cum filio suo clericus factus, residuum vitae suae tempus transegit in pace. — Hoc anno Tyberis alveum suum egressus, multa Romae subvertit aedificia, ita ut in Via Lata ad unam et semis staturam excresceret. Mansit autem diebus 7, donec, agentibus letanias crebras civibus, octavo demum die regreditur. H. m. Chr. W. Beda.

Leonis.

3. 1. Anno dominicae incarnationis 718. Urbis autem conditae millesimo 469. Leo, pretor orientalium, genere Syrus, 69° loco ab Augusto, Romanorum provehitur in imperium, regnavitque annis 24. Hic a Iustiniano, cum prius regnaret, exiliatus est in Mesembriam Thraciae regionis, posteriore vero tempore, cum secundo regnaret, veniens ei obviam una cum Bulgaribus, obtulit ei munera, oves scilicet quingentas, placatusque Iustinianus fecit illum spatarium, et habuit hunc sicut germanum amicum. Unde quidam invidia ducti detraxerunt ei tanquam imperium appetenti, sed habita questione, inventi sunt falsi. Iustinianus tamen postea illum susspectum habens, sed manifeste hunc ledere nolens, misit eum cum pecuniis in Alaniam, ad commovendos Alanos contra Abasgiam. Ubi cum multa ei feliciter provenirent, Iustiniano interempto, et Phylippico visu oculorum orbato, cum imperasset Anastasius, provexit eum in pretorem orientalium. Depulso autem Anastasio a Theodosio, ipsoque regnante, Leo et hunc expulit, ipseque regnavit, sed in christianos et aecclesias Dei ac religionem sanctam impius fuit. Primum quippe precepit* in Constantinopoli, ut quicumque haberent imagines domini Salvatoris seu sanctae genetricis eius vel aliorum sanctorum, sibi eas afferrent, quas ille in medio civitatis incendere fecit; et quia multi de populo huic impietati non consenserunt, decollati sunt; Germanus quoque patriarcha de sede sua est deiectus, et Anastasius presbiter in loco eius constitutus. Misit et ad papam Romanum Gregorium, ut similiter faceret; ille vero noluit, sed omnia tributa Romanae urbis et Italiae sibi dari prohibuit. Cui anno imperii sui tercio natus est filius de Maria uxore sua, quem Constantinum vocavit, qui magis illo impius et antichristi precursor extitit, cui postea filiam Chaiani, Scypbarum regis, sociavit, eamque christianam faciens, Hyrenen nominavit. Quae cum sacras litteras didicisset, pietati operam dedit, et hos sepe impietatis redarguit. H. m. P. D. VI, 49. H. m.

* A quodam quippe Beser refuga fidei seductus precepit. D. E. *cf. Sigeb. a.* 725.

5. 3. A. D. 720.*. *1

* D. E. *addunt:* Constantinus — scandalum. *ex Sigeb.*

6. 4. A. D. 721. Sarraceni Constantinopolim obsident, et per triennium ibi morantes, multasque provincias devastantes, tandem, populo ad Deum clamante, fame pesteque depulsi sunt, multique frigore et ferro naufragioque pericrunt. Theodericus regnavit in Francia annis 16. P. D. VI, 47. cf. G. Fr.

8. 6. A. D. 723. Luitprandus[c] rex Longobardorum audiens, quod Sarraceni, depopulata Sardinia, etiam illa loca fedassent, ubi aliquando propter devastationem barbarorum ossa beati Augustini translata fuerant, misit et per precium adduxit ea Ticinum, ibique, ut decuit, honorifice recondidit. — Leo imperator coegit Iudeos et Montanos baptizari; sed Iudei abluebant unctionem crismatis et post cibum participabant sacramentis et contaminabant fidem, Montani vero desicientes sibi diem, introierunt domos errori suo deputatas, et incenderunt semet ipsos. P. D. VI, 48. s. Beda H. m.

9. 7. A. D. 724.*

* D. E. *addunt:* Iudeus quidam — mox obiit. *ex Sigeb.*

10. 8. A. D. 725. Sanctus Pirminius episcopus Augiam intravit, eamque a serpentibus emundavit. Chr. W.

11. 9. A. D. 726. Hucusque[d] Beda cronicam suam in maiori libello perduxit.

*1) 10. 11. *addunt:* Sanctus Otmarus abbas efficitur. *ex Bernoldo.*

a) Ramium ascendissent 1[b]. b) *in* 9[c]. *haud leguntur.* c) *ita* 1. *neque* liutprandus. d) Hucusque — perduxit *desunt* D. E.

12. 10. A. D. 727. Gregorius papa 90us sedit annos 8, decessitque 4. Kal. Decembris. Hic augmentavit in canone: *Necnon illorum omnium sanctorum quorum solt.*[a]

Chr.W. 15. 13. A. D. 730. Pirminius ex Augia venit in Alsaciam.

H.m. 16. 14. A. D. 731. Germanus sanctissimus patriarcha videns impietatem Leonis, abrenunciavit summo sacerdotio, tradens pallium, et in domo sua quieti operam dedit, functus sacerdotio ann. 14, mens. 5. In cuius locum Anastasium, eius quondam discipulum, sed tunc impietati consentientem, Leo constituit. Sane Gregorius sanctus presul Romanus hunc anathematizavit, et Leonem tanquam impie agentem per epistolas redarguens, Romam cum tota Italia ab eius imperio recedere fecit. Beda venerabilis Anglorum presbiter obiit.

Chr.W. P.D.VI,53. 17. 15. A. D. 732. Karolus filium suum Pippinum ad Luitprandum regem Longobardorum pro tondenda cesarie misit; quod ille fecit, cum multisque muneribus[b] ad patrem remisit.

Chr.W. 18. 16. A. D. 733. Karolus maior domus Fresiam vastat.

19. 17. A. D. 734. Karolus Wasconiam invasit. *1

20. 18. A. D. 735. Zacharias papa 91us sedit annos 18. Hic quatuor libros dialogorum beati Gregorii

Chr.W. transtulit in Grecum.

cf. G. Fr. 22. 20. A. D. 737. Theodericus rex Francorum obiit.

P.D.VI,54. 24. 22. A. D. 739. Sarraceni Gallias iterum invadentes, ceperunt civitatem Arelatem. Tunc Karolus misit ad Luitprandum, qui venit ad eum cum omni exercitu Longobardorum. Quod audientes Sarraceni, fugerunt de terra illa. Anni ab inicio 4700.

Chr.W. 25. 23. A. D. 740. Karolus Saxoniam intrat.

H.m. 26. 24. A. D. 741. Leo imperator impius obiit.

Anni Constantini.

H.m. 27. 1. Anno dominicae incarnationis 742. Urbis conditae millesimo 493. Constantinus, filius Leonis, 70o loco ab Augusto, Romanum suscepit imperium, regnavitque annis 34, mensibus 2, diebus 26. Hic erat perniciosissimus, ferus et agrestis, persecutor legum a patribus traditarum, tyrannice non legitime usus imperio, primo quidem a Deo et inte- merata eius genitrice et omnibus sanctis abscedens, magicis, maleficiis et luxuriis ac cruentis sacrificiis et invocationibus daemonum delectatus, molliciebus quoque ac omnibus animas corrumpentibus a tenera aetate convivens, persecutionibus eciam sanctarum aecclesiarum ac peremptionibus monachorum ac violationibus monasteriorum malisque variis superere- scens, non minus quam Diocletianus ceterique antiqui tyranni.

Einh. Ann. Huius anno primo, qui est dominicae incarnationis 742, Karolus, Pippini filius, maior domus in regno Francorum, obiit, relinquens filios tres, Pippinum, Karlomannum et Griphonem. Quorum Gripho, qui ceteris minor natu erat, matrem nomine Suanahildem habebat, neptem Oudilonis Bawariorum ducis. Haec illum maligno consilio ad spem regni totius incitavit, in tantum ut sine dilatione Laudunum civitatem occuparet ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exer- citu collecto, Laudunum obsidentes, fratrem in deditionem accipiunt, atque inde ad ordinandum regnum ac provincias, quae post mortem patris a Francorum societate desciverant, recuperandas animos intendunt, et ut in externa profecti domi omnia tuta dimitterent, Karlomannus Griphonem in novo[d] castello, quod iuxta Arvernum situm est, custodiri fecit, in qua custodia usque ad id tempus, quo idem Karlomannus Romam profectus est, dicitur permansisse.

Pippini et Karlomanni.

1. 2. A. D. 743. Pippinus et Karlomannus principatu potiti, primo Aquitaniam recipere volentes, contra Hunol- dum illius provinciae ducem cum exercitu eandem Aquitaniam ingrediuntur, et capto quodam castello, quod dicitur Lucas, priusquam ex ea provincia secederent, regnum, quod communiter habuerunt, inter se divisernnt in loco qui voca-

Chr.W. tur Vetus Pictavis, et Karlomannus Austriam et Alamanniam atque Thuringiam sortitur, Pippinus vero Burgundiam, Neustriam atque Provinciam, sicque Karlomannus usque in annum sextum, Pippinus usque in undecimum principabantur. Neustria vero pars est Galliae Celticae[e], illa scilicet quae Sequanae Ligeriqne interiacet.

Richerus I,2. Belgica. Omnis namque Gallia in tres partes distincta est, in Belgicam, Celticam, Aquitanicam. Quarum Belgica a Rheno, qui Germaniam ab oceano determinat, quae multarum gentium ferax a germinando nomen accepit, exporrigitur usque in fluvium Matronam, ab utroque vero latere, hinc quidem Alpibus Appenninis, inde vero mari vallatur, cuius circumfu-

Celtica. sione insula Britannica[f] efficitur. Celtica autem a Matrona per longum in Garunnam distenditur, cuius latera oceani

Aquitanica. Britannici et insulae Britannicae limites efficiunt. Quicquid vero a Garunna protenditur in Pyreneum, Aquitanica appel- latur, hinc Rhodano et Arari atque inde mediterraneo mari collimitans. Constat itaque, totius Galliae spacium ab oriente quidem Rheno, ab occidente Pyreneo, a septentrione mari Britannico, ab austro vero mari mediterraneo cingi. Omnes

c. 3. ergo Galliarum populi innata audacia plurimum efferuntur, calumniarum impatientes. Si incitantur, cedibus exultant, efferatique inclementius adoriuntur, semel persuasum ac rationibus approbatum vix refellere consuerunt. Belgae rebus disponendis sunt insigniores, robore atque audacia non impares, maxima quaeque magis ingenio quam viribus appetunt; et si ingenio in appetendis cassantur, viribus audacter utuntur. Cibi etiam atque potus adeo sunt parci. Celtae vero atque Aquitani consilio simul et audacia plurimi, rebus sediciosis accommodi, Celtae tamen magis providi, Aquitani vero precipites aguntur, plurimumque in ciborum appetitum rapiuntur, quod sic eis est innatum, ut pre- ter naturam non appetant. Hinc Sulpicius Severus: „Edacitas, inquit, in Grecis est gula, in Gallis natura.“ Hos omnes Galliarum populos etiam in paganismo fere per omnia prospere egisse, tradunt hystoriae; post vero a sancto Remigio baptizati, contra omnes gentium exterarum impetus clara semper atque illustri victoria emicuisse referuntur. Quorum rex christianus primus fuisse traditur Clodoveus, vir audax et strenuus, et quo nullus post eum pietate bellisque

G.Fr. umquam magis enituit. Hic tempore quodam bellaturus contra Alaricum regem Gothorum cum venisset Turonum, multa munera obtulit aecclesiae sancti Martini cum equo suo velocissimo, quem multum amabat; et expetito auxilio eiusdem sancti contra gentem incredulam, promittebat adhuc plura, si per eius intercessionem victor rediret. Cumque interfecto Alarico reverteretur cum victoria, veniens ad eandem aecclesiam, pro solvendo voto dona obtulit plurima, pro equo vero, quem ibi dimiserat, dedit matriculariis aecclesiae centum solidos, ut eum reciperet. Quibus datis, equus ille se nullatenus movit. At ille ait: *Dentur alii centum.* Quibus itidem datis, statim equus solutus abiit. Tunc rex cum

Richer. laeticia ait: *Vere beatus Martinus bonus est in auxilio et carus in negotio.* Ab hoc ergo Clodoveo per succedentia tempora imperatoribus egregiis res publica Francorum gubernata fuisse dinoscitur, usque ad haec propinqua tempora Pip- pinorum et Karolorum, in quibus temporibus per levitatem regum aliquantum dilapsa, per hos egregios viros, de quibus nunc sermo est, ad pristinam dignitatem magnificentius est reducta.

*1) 10. 11. *addunt:* Eto Augensis abbas, Argentinae episcopus factus, cenobium nominis sui Etinheim construxit. *ex Bernoldo.*

a) quorum etc. D. sollempnitas hodie in conspectu tuae magestatis tuae cel. E. s. h. in c. t. m. Domine Deus noster toto orbe terrarum 5. b) donariis D. E. d) nullo 1b. e) cellicae 1. 5. 9c. D. celticę cellicę 10. cellicę *corr.* celticę E1. f) tannica 5.

Denique ut de Pippino et Karlomanno fratribus scribere coepimus, mox ut de Aquitania domum sunt regressi, Karlomannus Alamanniam, quae et ipsa a Francorum societate defecerat, cum exercitu ingressus, ferro devastavit et igni. Hildericus[a] rex Francorum regnare coepit. Einh. Ann. cf. H. Fr.

2. 3. A. D. 744. Karlomannus et Pippinus iunctis copiis contra Oudilonem ducem Bawariorum profecti sunt, praelioque commisso, exercitum eius fuderunt. Sed postquam a cede reversi sunt, Karlomannus cum suis in Saxoniam profectus est eodem anno, et cepit castrum quod dicitur Hochseoburg[b], et Theodericum Saxonem, illius loci primarium, in deditionem accepit. *1 Einh. A.

3. 4. A. D. 745. Iterum Karlomannus et Pippinus iuxta manu[c] Saxoniam ingressi sunt, predictumque Theodericum Saxonem ceperunt. Initium Fuldensis monasterii. Chr. W.

4. 5. A. D. 746. Karlomannus patefecit fratri suo, quod iam diu premeditatus est, se scilicet velle seculum dimittere[d] et in habitu monachico Deo servire. Propter hoc nullam expeditionem eo anno habuerunt, sed preparavit se uterque, Karlomannus ut iter et votum suum perficeret, Pippinus qualiter illum honorifice dimitteret. Einh. A.

5. 6. A. D. 747. * Karlomannus divino succensus amore Romam tendens, Zachariae papae se obtulit, et ab eo clericus factus, habituque mutato monachicum capiens indumentum, in monte Soracte sive Syrapti[e] constructo monasterio, apud aecclesiam beati Silvestri, cum fratribus secum ad hoc venientibus, per aliquot annos optata quiete fruebatur. Sed cum ex Francia multi nobilium ob vota solvenda Romam commearent et eum velut dominum quondam suum preterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra salutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam cum huiusmodi frequentiam proposito suo vidisset officere, relicto monte, in Samnium provinciam ad monasterium sancti Benedicti, situm in castro Cassino, se contulit, et ibi quod reliquum fuit vitae tempus complevit. Chr. W. Einh. vita K. c. 2.

* D. E. *addunt:* Rachis — frater eius substituitur. *ex Sigeb. a.* 749.

6. 7. A. D. 748. Gripho fratri suo Pippino subiectus esse nolens, quamvis sub eo honorifice viveret, in Saxoniam profugit; collectoque Saxonum exercitu, super fluvium Ovacra in loco qui dicitur Orheim consedit; Pippinus vero cum exercitu Francorum in Thuringiam profectus, contra dolos fratris Saxoniam ingressus est, conseditque super fluvium Missaha in loco qui dicitur Scahaningi; praelium tamen inter eos non est commissum, sed ex placito discesserunt. Einh. A.

7. 8. A. D. 749. Gripho Saxonum fidei diffidens, cum copiis quae ad eum de Francia confluxerant Bawariam petiit, ipsumque ducatum in suam potestatem redegit, Tassilonem cum Hiltrude in deditionem accepit, Suiggerum in auxilium sibi venientem suscepit. Haec audiens Pippinus, cum maximo exercitu venit in Bawariam, fratremque suum Griphonem cum omnibus suis cepit, Tassilonem in ducatum restituit, domumque reversus, Griphoni more ducum duodecim comitatus dedit; sed ille tali beneficio non contentus, eodem anno ad Waifarium Aquitaniae ducem profugit.

9. 10. A. D. 751. * Sanctus Burchardus accepit pontificatum Wirciburgensem, in quo sedit annos 40. Hic itaque sanctus Burchardus et Folradus archicapellanus, quem quidam* abbatem, quidam** presbiterum scribunt, ad Zachariam Romanum pontificem missi sunt, ut consulerent eum super regibus qui tempore illo fuerunt in Francia, nomen tantum regis sed nullam potestatem regiam habentes.** Solebant enim Franci ex antiqua regum stirpe reges habere, qui a Meroveo, Clodii secundi regis eorum filio, Merovingi dicebantur; quorum genealogia usque ad Hildericum tunc temporis regem permanebat, in quo etiam deficiebat; sed licet in illo finita posset videri, iam dudum tamen nullius vigoris erat, nec quicquam clarum in se preter inane regis vocabulum preferebat. Nam et opes et potentia regni penes palatii prefectos, qui maiores domus dicebantur et ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur; nec aliud quicquam regi permittebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba summissa, solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos undecumque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, quae doctus erat aut iussus, ex sua velut potestate redderet, cum preter inutile regis nomen et precarium vitae stipendium, quod ei prefectus aulae, prout videbatur, exhibebat, nichil aliud possideret; quanquam unam et eam perparvam reditus villam, in qua domum et ex qua famulos necessaria sibi ministrantes atque obsequium exhibentes paucae numerositatis haberet. Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod iunctis bubus et bubulco more rustico agente trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum conventum, qui Kalend. Maii ob regni utilitatem annuatim[f] celebrabatur, ire solebat, et coram tota gente presidens omnesque salutans, et ab eis salutatus debitisque obsequiis honoratus, sic domum rediebat, sicque secum usque ad alium Maium domi residebat. At regni ammiuistrationem et omnia, quae vel domi vel foris agenda erant ac disponenda, prefectus aulae procurabat. Quo officio tunc, cum predicti legati Romam mittebantur, Pippinus, Karoli filius itemque Karoli Magni pater, iam velut hereditario iure fungebatur. Zacharias vero papa super huiusmodi negotio consultus, remandavit, melius esse illum vocari regem, apud quem summa potestatis consisteret; dataque auctoritate sua, Pippinum regem constitui iussit. Chr. W. Einh. A. * Vita Burch. ** Einh. A. Vita Burchardi.

* D. E. *addunt:* In Mesopotamia dirupta est terra, et ascendit ex ea animal mulinum — Arabes. *ex Sigeb. a.* 753.

** E. *addit:* Hic est Folradus, qui corpus sancti Viti martiris de Roma in Gallias transtulisse legitur; *et pergit:* S. Fr.

10. 11. A. D. 752. Pippinus per auctoritatem Zachariae papae more Francorum electus ad regnum, per manus sancti Bonifacii archiepiscopi Mogonciacensis elevatus est in regni solium in Suessionum civitate. — Translatio sancti Kyliani facta est. — Beatus papa Zacharias in venerabili patriarchio reperit caput beati Georgii martyris in capsa reconditum, quod in Romanam urbem transtulit. Vit. Burch. Chr. W.

11. 12. A. D. 753. Stephanus papa 92us ordinatur, seditque annos 5, dies 28.

Anni regni Pippini.

1. 13. Anno dominicae incarnationis 754. Pippinus rex cum exercitu magno Saxoniam ingressus est, et quamvis Saxones ei obstinatissime resisterent, pulsi tamen cesserunt, et ipse usque ad locum qui dicitur Rimie iuxta fluvium Wisaram accessit. In qua expeditione Hiltigarius episcopus occisus est in monte qui dicitur Viburg[g]. Revertenti vero regi de Saxonia nuncius venit de morte fratris sui Griphonis, a quo vel qualiter interfectus esset. — Eodem anno Stephanus papa multa mala passus ab Haistulfo Longobardorum rege, venit ad Pippinum regem in villa quae dicitur Carisius[h], suggerens ei, ut se et Romanam aecclesiam ab infestatione Longobardorum defenderet. Venit et Karlomannus, frater regis, iam monachus factus, iussu abbatis sui, ut apud fratrem suum precibus Romani pontificis obsisteret. Invitus tamen hoc fecisse putatur, quia nec ille abbatis sui iussa contemnere, nec abbas ille preceptis regis Longobardorum, qui ei hoc imperavit, audebat resistere. Stephanus autem papa apud Parisium aliquamdiu infirmatus, rursumque per sanctum Einh. A. Regino.

*1) 10. 11. *addunt:* Sanctus Bonifacius ex sua parrochia Mogontiacensi duos episcopatus, Wirziburgensem et Eichstatensem, statuit. *ex Bernoldo.*

a) Hildericus — coepit *in* 1. *postea sed eadem manu addita sunt.* b) hochseoburg 1[b]. c) *ita* 1. *ubi in Ann. Einh. et* D? E. iuncta manu *legitur.* iuxta manum 4. 5. 6. 9[c]. 10., *id quod errore facili in* 1. *legi poterat.* d) relinquere 5. e) in Scrapte monte 1[b]. in m. syrapti 4. f) *in margine eadem manu suppl.* 1. g) Wiburg 1[b]. h) carisius *post corr.* parisius 1[b].

Regino. Dionisium convalescens, postquam a rege Pippino pro sanctae Romanae aecclesiae defensione firmitatem accepit, ipsum sacra unctione in regiae dignitatis honore confirmavit, et cum eo duos filios eius, Karolum et Karlomannum, cum matre eorum Berhtrada consecravit; Francorumque proceres una cum populo benedictione apostolica sanctificans, auctoritate beati Petri apostoli obligavit, et protestatus est eos, ut nunquam ipsi, vel quique ex eorum progenie, per succedentium curricula temporum progeniti, de alia stirpe regem sibi preponerent, nisi ex eorum propagine, quos divina providentia
Einh. vit. tunc in defensionem aecclesiae dignata est sublimare. Sic ergo Pippinus ex prefecto palatii auctoritate apostolica subli-
V. Burch. matus et unctus in sedem regni, postea regnavit annis 15, absolutus per eundem papam Stephanum a iuramento, quod
Chr.W. regi Hilderico cum ceteris regni primoribus fecerat. Hildericus vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite, in monasterium missus est[a].

Einh.A. 2. 14. A. D. 755.* Pippinus rex, invitante ac rogante predicto papa Stephano, propter insticiam beati Petri apostoli exigendam a rege Longobardorum Haistulfo, Italiam cum manu valida intravit, resistentibusque Longobardis et claustra Italiae tuentibus, ad ipsas montium clusas acerrime pugnatum est, cedentibusque Longobardis, omnes copiae Francorum intraverunt. Haistolfus vero rex in Papia civitate se inclusit, quem Pippinus rex tam diu obsedit, donec firmitatis causa pro facienda sanctae Romanae aecclesiae iusticia obsides 40 recepit. Quibus datis, promissisque iureiurando firmatis, Pippinus quidem domum rediit, Stephanum vero papam cum Folrado capellano et non minima Francorum manu Romam remisit. Karlomannus autem, frater regis, qui cum Berhtrada regina in Vienna civitate remansit, correptus febre, priusquam reverteretur obiit; cuius corpus iussu regis ad monasterium sancti Benedicti, ubi monachus erat, relatum est.
Chr.W. Sanctus[b] Bonifacius passus est.

* D. E. *addunt:* Constantinus — tyrannizat. *ex Sigeb.*

Einh.A. 3. 15. A. D. 756. Haistolfus rex Longobardorum cum nichil eorum quae datis obsidibus et facto iuramento promisit complesset, Pippinus rex iterum cum exercitu Italiam veniens, eum in Papia obsedit, et ad implenda quae promisit obsidione coegit; redditamque sibi Ravennam et Pentapolim omnemque exarchatum ad Ravennam pertinentem sancto Petro dedit, hisque peractis, in Galliam rediit. Post cuius abscessum Haistolfus cum ea quae promisit denuo commutare meditaretur, in venatione de equo suo prolapsus et ex hoc infirmatus, intra paucos dies vivendi finem fecit. Cui Desiderius successit.

4. 16. A. D. 757. Constantinus imperator misit Pippino regi munera, inter quae et organum; quae ad eum in Compendio villa pervenerunt, ubi tunc populi sui generalem conventum habuit. Illuc et Thassilo dux Bawariorum cum primoribus gentis suae venit, fidelitatemque tam ipsi regi Pippino quam filiis eius Karolo et Karlomanno iureiurando supra corpus sancti Dionisii promisit, nec solum ibi, sed etiam supra corpus sancti Martini itemque sancti Germani id ipsum sacramentum cum omnibus primatibus suis firmavit.

5. 17. A. D. 758. Pippinus rex cum exercitu Saxoniam aggressus est, et quamvis Saxonibus validissime resistentibus et se munitionibus tuentibus, pulsis propugnatoribus praelio, per ipsum, quo patriam defendere conabantur, vallum intravit; commissoque passim praelio, plurimam ex ipsis multitudinem occidit, et eos ad hoc coegit, ut promitterent, se omne quod iuberet facturos et annis singulis 300 equos causa honoris daturos. His ita compositis et more Saxonico ut rata essent confirmatis, in Galliam repedavit. — Paulus papa 93us sedit annos 10.

6. 18. A. D. 759.* Natus est Pippino regi filius, quem suo nomine Pippinum vocari voluit; sed puer immatura morte preventus, tercio post nativitatem suam anno decessit.

* D. E. *addunt:* Sanctus Gingulfus in Burgundia a quodam occisus est clerico pro uxoris suae sibi adamato adulterio.

7. 19. A. D. 760. Waifarius dux Aquitaniae cum res aecclesiarum, quae in sua potestate erant et ad aecclesias sub manu Pippini regis constitutas pertinebant, reddere noluisset, ipsumque regem pro his per legatos suos se commonentem audire contempsisset, contumacia sua eundem regem ad suscipiendum contra se bellum concitavit. Contractis ergo rex undique copiis, Aquitaniam intravit, seque res ac iusticias aecclesiarum exacturum pronunciavit. Cumque in loco qui dicitur Tedoad positis castris consedisset, Waifarius bello concertare non ausus, missa legatione ad regem, spopondit, se imperata facturum, aecclesiarum iusticias redditurum; dedit etiam obsides duos de primoribus gentis Adal-
Chr.W. garium et Itherium. Quibus acceptis, rex a bello abstinuit, domumque rediit. — Sanctus Othmarus in insulam quae dicitur Stein relegatus, migravit[c] ad Deum.

Einh.A. 8. 20. A. D. 761. Waifarius licet obsides dedisset et sacramenta iurasset, satius tamen ratus, si de illato sibi bello superiori anno ultionem exigeret, exercitum, qui Francorum possessiones popularetur, usque ad Cabillonem civitatem fecit accedere. Quod cum Pippino regi, generalem conventum agenti in villa Duria, nunciatum fuisset, coactis undique consiliis, cum magno belli apparatu in Aquitaniam ingressus, omnia ferro et igni vastavit, et quaedam oppida et castella manu cepit, quaedam victori se ultro dederunt. Cumque omnia vastando Lemovicas venisset, regressus est, iterumque in Carisiaco hibernis habitis, natale Domini et pascha ibi peregit. In hac expeditione fuit cum eo filius eius primogenitus Karolus, ad quem post patris obitum omnis imperii summa pervenit.

9. 21. A. D. 762. Pippinus rex suscepto a se bello finem imponere cupiens, tercio Aquitaniam iutravit, captisque Biturica civitate et castello Toarcis, revertitur, hiemavitque in villa Gentiliaco.

10. 22. A. D. 763. Pippinus, habito conventu in Nivernis, quarto Aquitaniam intravit, cunctisque extra munitiones vastatis usque ad oppidum Cadurciam[d], cum integro exercitu in Franciam se recepturus per Lemovicum regreditur.
Ann.Laur. Tassilo dux Bawariae postponens sacramenta quae iuraverat, et oblitus omnia bona quae sibi avunculus suus Pippinus
Einh.A. rex fecerat, simulata infirmitate, ab hac expeditione per dolum se subduxit, et in Bawariam rediit; firmatoque ad defectionem animo, ad conspectum regis se ulterius venturum abiuravit. Rex autem dimisso exercitu, in villa Longlare hiemavit.

11. 23. A. D. 764. Rex Pippinus, distracto in diversa animo propter duo bella, Aquitanicum scilicet iam olim susceptum et Bawaricum propter Tassilonis ducis defectionem suscipiendum, conventum populi sui habuit in Wormacia, dilataque in futurum expeditione, illo anno se domi continuit.

12. 24. A. D. 765. Pippinus generalem conventum in Atiniaco villa habuit, sed et hoc anno nusquam movens expeditionem, Aquis hiemavit. — Corpora[e] sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii de Roma translata sunt in Franciam.

13. 25. A. D. 766. Turci egressi a Caspiis portis, cum Avaribus bellum inierunt, multique ex utrisque perierunt. Pippinus propter conficiendum Aquitanicum bellum, conventu in Aurelianis habito, in Aquitaniam quinto profectus est, et destructum a Waifario Argentomagum castrum reaedificavit, dispositoque ibi et in Biturica civitate presidio, regreditur.

a) *in* 1. *una et dimidia linea erasae sunt.* b) Sanctus — est *postea addita sunt* 1. c) XVI. K. Decembris m. 5.
d) carduciam 1^{b}. e) Corpora — Franciam *postea addita* 1.

14. 26. A. D. 767.* Orta questione de sancta Trinitate et de sanctorum imaginibus inter orientalem et occidentalem aecclesiam, id est inter Grecos et Romanos, Pippinus rex in villa Gentiliaco [al. Salmonciaco[a]] synodum habuit, ventilataque questione, ad bellum predictum conficiendum post natale Domini septimo in Aquitaniam proficiscitur; multisque castellis et pagis captis, Viennam revertitur, ibique pascha celebrato et exercitu recreato, mense Augusto ad reliquias belli profectus est, et Bituricam veniens, conventum in campo habuit; indeque ad Garonnam fluvium accedens, multa castella et petras atque speluncas, in quibus se hostium multitudo plurima defendebat, cepit, reversusque Bituricam, exercitum in hiberna dimisit. Einh. A.

* D. E. *addunt*: Constantinus i. et II. a. rex Sarracenorum pari — profundum. *ex Sigeb. a.* 766.

15. 27. A. D. 768. Pippinus in Biturica natale Domini celebravit, et cum primum ad gerendum bellum tempus aptum videret, evocato undique exercitu, ad Santonicam civitatem contendit; captoque in itinere Rimisteino, cum ad urbem predictam venisset, mater et soror et neptes Waifarii ducis ad eum adductae sunt. Quas cum pie susceptas servari iussisset, ad Garonnam fluvium proficiscitur. Ubi ei Heriwigus[b] cum alia prefati ducis sorore occurrit, seque et illam regi tradidit. Rebus igitur aliquot prospere gestis, rex revertitur, et in castello quod dicitur Sels pascha celebravit; assumptaque secum uxore sua atque familia, iterum ad urbem Santonicam venit; dimissaque ibi uxore ac familia, cum omnibus copiis ad persequendum Waifarium ducem animum intendit, nec prius desistere instituit, quam aut vivum caperet aut rebellantem interficeret. Quo interfecto in territorio Petragorico, confectoque bello Aquitanico, Santonas reversus est, ibique demorans aliquamdiu, aegritudine decubuit, delatus tamen Turonos apud sancti Martini memoriam oravit, indeque Parisium veniens, 8. Kalend. Octobr. obiit, corpusque eius in basilica sancti Dionisii humatum est. — Filii vero eius Karolus et Karlomannus omnium Francorum consensu ambo reges creati sunt, ea conditione premissa, ut totum regni corpus ex aequo partirentur; et Karolus eam partem quam pater eius Pippinus tenuerat, Karlomannus vero eam quam patruus eorum Karlomannus possedit, susceperat; et Karolus 7. Idus Octobris in Noviomo civitate. Karlomannus vero in Suessiona, regni susceperunt insignia. Karolusque, qui maior erat natu, Aquasgrani profectus, natale Domini ibi celebravit, pascha vero in Rotomago civitate. Susceptae sunt itaque conditiones utrimque, et pars regni divisi iuxta modum sibi propositum ab utroque recepta est, mansitque ista quamvis cum magna difficultate concordia, multis ex parte Karlomanni societatem separare volentibus, adeo ut quidam eos etiam bello committere sint meditati. Sed in hoc plus suspecti quam periculi fuisse, ipse rerum exitus approbavit, cum defuncto Karlomanno uxor eius et filii cum quibusdam ex primoribus eius Italiam fuga petiit, et nullis existentibus causis spreto mariti fratre, sub Desiderii Longobardorum regis patrocinium cum liberis suis se contulit. Et Karlomannus quidem post amministratum communiter biennio regnum morbo decessit; Karolus autem, defuncto fratre, consensu omnium Francorum rex constituitur. De cuius nativitate atque infantia vel puericia, dicit actuum eius scriptor Eginhardus, ab eodem principe educatus, quod neque scriptis unquam aliquid declaratum sit, neque quisquam suo tempore inventus sit, qui horum noticiam se habere dixerit; de actibus vero et moribus ceterisque vitae illius partibus* ita explicuit. Einh. c. 3. Einh. Ann. et Laur. Einh. l. l. Einh. c. 4.

* partibus multa preclara multumque memoranda et omnium pene imperatorum gestis excellentiora facinora luculentissime digessit. E, *ubi sequentia omnia — ausus est intrare (p.* 164.*) desunt.*

Descriptio actuum Karoli Magni.

Omnium bellorum quae gessit primo Aquitanicum, a patre inchoatum, sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur, fratre adhuc vivo, etiam et auxilium ferre rogato, suscepit, et licet eum frater, malis quibusdam machinantibus, auxilio frustrasset promisso, susceptam expeditionem strenuissime exsecutus, non prius destitit, quam hoc quod efficere moliebatur perfecit. Nam et Hunoldum quendam, qui post mortem Waifarii Aquitaniam occupavit bellumque iam pene peractum reparare temptavit, Aquitaniam relinquere et in Wasconiam fugere coegit. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmisso amne Garunna, Lupo Wasconum duci mandat, ut perfugam reddat, quod ni festinato faciat, bello se illum expostulaturum. Sed Lupus saniori usus consilio, non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum cum provincia cui preerat eius potestati permisit. Quo bello finito, rogatu et precibus Adriani pontificis Romani, insolentiam Desiderii Longobardorum regis ferre non valentis, bellum contra Longobardos suscepit, copiasque quas adduxerat dividens, unam partem cum Bernhardo patruo suo per montem Iovis ire precepit, alteram ipse ducens per montem Cinisium, Italiam intravit, nec prius destitit, quam Desiderium regem, longa obsidione in Papia fatigatum, in deditionem susciperet et perpetuo exilio deportaret, filium vero eius Adalgisum, in quo omnium spes stare videbatur, non solum regno sed etiam Italia excedere compelleret, omnia Romanis ablata restitueret, Routhgisum, Foroiuliani ducatus prefectum, nova molientem obprimeret, totamque Italiam suae ditioni subiugaret, subactaeque filium suum Pippinum regem preponeret. Post cuius belli finem Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est, quo nullum neque prolixius neque atrocius Francorumque populo laboriosius susceptum est, quia Saxones, sicut omnes fere Germaniae nationes, et natura feroces et idolorum[c] cultui dediti, neque divina neque humana iura polluere vel transgredi arbitrabantur inhonestum haberi. Susceptum est igitur adversus eos bellum, quod magna utrimque animositate, maiore tamen Saxonum dampno per continuos 30 annos gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum perfidia hoc pateretur. Dictu difficile est, quotiens superati ac supplices regi se dediderunt, imperata facturos polliciti sunt, obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, legatos qui mittebantur susceperunt; aliquotiens ita edomiti et emoliti, ut etiam cultum daemonum dimittere et christianae religioni se subdere velle promitterent; sed sicut ad haec facienda aliquotiens proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere precipites. Regis vero magnanimitas aut per se aut per comites suos, misso exercitu, perfidiam illorum semper ulciscebatur, donec, omnibus qui resistere solebant profligatis, decem milia hominum ex his, qui utrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum uxoribus et parvulis sublatos transtulit et per Galliam et Germaniam multimoda divisione distribuit; eaque conditione bellum per tot annos tractum constat esse finitum, ut abiecto daemonum cultu, christianae religionis sacramenta susciperent. Hoc autem bellum licet tam diu pertraheretur, ipse tamen non amplius quam bis acie conflixit cum hoste, semel iuxta montem qui Osneggi dicitur in loco Theotmelli nominato, et iterum iuxta Hasa fluvium, et hoc uno mense, paucis diebus interpositis. Sed his duobus praeliis ita devicti sunt, ut ulterius regem neque provocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilibus Francorum quam Saxonum et functi summis honoribus viri consumpti sunt. Tandem anno tricesimo tercio finitum est. Nec minus interea Hispaniam quoque debellavit; nam Aquitaniam et Wasconiam primum subiecit. Britones quoque domuit missaque expeditione imperata facere coegit. — Ipse postea cum exercitu Italiam ingressus, Einh vita. Einh. A. a. 773. Vita. Ann. Vita.

a) *ita in margine* 1. *eadem ut videtur manu;* Gent. *superscripto* Sal. E1. salmonciaco vel gentiliaco D. *deest* 1[b]. 4. *ubi legitur:* aliam synodum. — Salmontiaco 5. 9[c]. 10. 11. b) herwicus 1[b]. c) *post suppl.* 1.

Einh. vita. ac per Romam iter agens, Capuam urbem Campaniae accessit, ibique positis castris, bellum Beneventanis, ni dederentur, comminatus est. Prevenit hoc dux gentis Aragisus[a], liliosque suos Rumoldum et Grimoldum cum magna pecunia regi obviam mittens, rogat, ut filios suos obsides suscipiat, seque cum gente imperata facturum, preter hoc solum si ipse ad conspectum venire cogeretur. Rex utilitate gentis magis quam eius obstinatione considerata, oblatos sibi obsides suscepit, eique, ut ad conspectum venire non cogeretur, pro magno munere concessit, et minore filio gratia obsidatus retento, maiorem patri remisit, legatisque ob sacramenta fidelitatis a Beneventanis exigenda cum Aragiso dimissis, Romam rediit, consumptisque ibi in sanctorum veneratione aliquot diebus, Galliam revertitur. — Baioaricum deinde bellum et repente ortum et celeri fine completum est, quod superbia simul et socordia Tassilonis ducis excitavit, qui hortatu uxoris, quae filia Desiderii regis erat ac patris exilium per maritum ulcisci posse putabat, iuncto foedere cum Hunis, qui Baioariis sunt ab oriente contermini, non solum imperata non facere sed regem bello provocare temptabat. Cuius contumaciam, quia nimia videbatur, animositas regis ferre nequiverat, ac proinde contractis undique copiis, Baioariam petiturus, ad Licum amnem venit, qui Baioarios ab Alemanniis dividit. Cuius in ripa castris collocatis, priusquam provinciam intraret, animum ducis per legatos statuit experiri. Sed ille pertinaciter agere nec sibi vel genti utile ratus, regi se supplex permisit, obsides qui imperabantur dedit, inter quos et filium suum Theodonem, data insuper fide cum iuramento, quod ab illius potestate ad defectionem nemini suadenti consentiret; sicque bello, quod quasi maximum videbatur futurum, celerrimus est finis impositus. Tassilo tamen postea evocatus ad regem, neque redire permissus est, neque
v Ann.a.788 provincia quam tenebat ulterius duci, sed comitibus est commissa. Nam cum Tassilo dux reus maiestatis iudicatus, capite dampnaretur, clementia regis vita sibi concessa, mutato habitu in monasterium missus est, filius quoque eius
Vita. Theodo detonsus monasticae conversationi deputatus est. — His motibus ita compositis, Sclavis, qui nostra consuetudine Wilci, propria vero lingua Weletabi dicuntur, bellum illatum est, in quo et Saxones, velut auxiliares inter ceteras nationes, quamquam ficta et minus devota obedientia, militabant, unaque hac expeditione idem Sclavi ita sunt domiti, ut ulterius iussis non contrairent. — Maximum omnium quae a Karolo gesta sunt bellorum preter Saxonicum huic bello successit, illud videlicet quod contra Avares sive Hunos susceptum est, quod ille et animosius quam cetera et longe maiori apparatu amministravit. Unam tamen per se in Pannoniam — nam hanc provinciam ea gens incolebat — expeditionem fecit, cetera filio suo Pippino ac prefectis provinciarum, comitibus etiam ac legatis perficienda commisit. Quae cum ab his strenuissime fuissent impleta, octavo tandem anno idem bellum consummatum est. Quot praelia in eo gesta sint, quantumque sanguinis effusum, testatur Pannonia omni pene habitatore vacua et locus, in quo regia Cagani erat, ita desertus, ut ne vestigium quidem humanae habitationis in eo appareat. Tota in hoc bello Hunorum nobilitas periit, tota gloria decidit, omnis pecunia et congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt, neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati et opibus aucti sint, quippe cum usque in id temporis pene pauperes viderentur. Tantum auri et argenti in regia repertum, tot spolia preciosa in praeliis sublata, ut merito credi possit, hoc Francos Hunis iure abstulisse, quod Huni prius aliis gentibus iniuste eripuerunt. — *Descriptio*[a'] *terrae Hunorum.*

Mon. Sang. II, 1. Terra quippe Hunorum, ut antiquorum temporum relatores testantur, novem circulis, quos Teutonici haga dicunt, cingebatur, quorum singuli ita stipitibus quernis sive faginis vel abiegnis erant exstructi, ut de margine ad marginem viginti pedum spacium tenderetur in latum et totidem subrigerentur in altum, cavitas[b] autem universa aut durissimis lapidibus aut creta tenacissima repleretur, porro superficies vallorum eorundem integerrimis cespitibus tegeretur. Inter quorum confinia plantabantur arbusculae, quae, ut cernere solemus, abscisae atque proiectae comas caudium foliorumque proferunt. De primo autem circulo usque ad secundum 20 miliaria Teutonica protendebantur, et inde similiter ad tercium, et ita usque ad nonum, quamvis ipsi circuli alius alio multo contractiores fuissent. Inter hos igitur aggeres ita vici villaeque erant locatae, ut de aliis ad alias vox humana posset audiri. Contra eadem vero aedificia inter inexpugnabiles muros portae non satis latae erant constitutae, per quas latrocinandi gratia non solum exteriores, sed etiam interiores solebant exire. De circulo quoque ad circulum sic erant possessiones[c] et habitacula undique versum ordinata, ut clangor turbarum inter singula cuiusque rei posset significativus[d] adverti. Ad has ergo munitiones per ducentos et eo amplius annos, qualescumque omnium occidentalium divitias congregantes, cum et Gothi et Wandali quietem hominum perturbarent, orbem occiduum pene vacuum dimiserunt. Quos tum invictissimus Karolus in annis octo ita perdomuit, ut de eis ne minimas quidem reliquias remanere permiserit. A Vulgaribus vero ideo manum retraxit, quia videlicet, Hunis extinctis, regno Francorum nichil nocituri viderentur. Porro predam in Pannonia

Einh. vita. repertam per episcopia vel monasteria liberalissima divisione distribuit. Duo tantum ex proceribus Francorum eo bello perierunt. Hericus dux Foroiulianus in Liburnia iuxta Tarsicam maritimam civitatem insidiis oppidanorum interceptus, et Geroldus Baioariae praefectus in Pannonia, cum contra Hunos praeliaturus aciem struxeret, incertum a quo, cum duobus tantum qui eum obequitantem ac singulos cohortantem comitabantur, interfectus est. Ceterum incruentum pene Francis bellum hoc fuit et prosperrimum exitum habuit, tametsi diutius sui magnitudine traheretur. Post quod et Saxonicum sua prolixitate congruentem finem accepit. — Boemicum quoque et Lilonicum, quae postea exorta sunt, durare non potuerunt, quorum utrumque ductu Karoli iunioris celeri fine completum est. — Ultimum contra Nortmannos qui Dani vocantur, primo pyraticam exercentes, deinde maiori classe litora Galliae atque Germaniae vastantes, bellum susceptum est, quorum rex Gotefridus adeo vana spe inflatus erat, ut sibi totius Germaniae promitteret potestatem; Fresiam quoque atque Saxoniam haut aliter atque suas provincias estimabat. Iam Abodritos vicinos suos in suam ditionem redegerat, iam eos sibi vectigales fecerat, iactabat etiam se brevi Aquisgrani, ubi regis comitatus erat, cum maximis copiis adventurum. Nec dictis eius quamvis vanissimis omnino fides abnegabatur, quin potius

Mon. Sang. II, 13. aliquid tale inchoaturus, nisi festinata fuisset morte preventus, putabatur. Nam a proprio satellite, sive ut quidam verius estimant, a proprio filio, cuius matrem abiecerat et aliam duxerat, interfectus, et suae vitae et belli a se inchoati finem fecit.

Einh. vita. Haec sunt bella, quae rex potentissimus per annos 46 — tot enim annis regnavit — in diversis terrarum partibus summa prudentia atque felicitate gessit, quibus Francorum regnum, quod post patrem Pippinum magnum quidem et forte susceperat, ita nobiliter ampliavit, ut pene duplum reddiderit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Galliae, quae inter Rhenum et Ligerem fluvium oceanumque ac mare Balearicum iacet, et pars Germaniae, quae inter Saxoniam et Danubium ac Salam fluvium, qui Thuringos et Sorabos dividit, postea incolitur a Francis qui orientales dicuntur, et preter haec Alemanni atque Baioarii, ad regni Francorum potestatem pertinerent: ipse per bella memorata primo Aquitaniam et Wasconiam totumque Pyrenei montis iugum et usque ad Hyberum amnem, qui apud Novarros[e] ortus et ferti-

a) arasgilfus 1[b]. a') *Haec in margine rubro colore scripta sunt.* 1. b) civitas 4. ci civitas 9[c]. c) possiones 1. d) significantius 4. 5. 9[c]. 10. 11. e) *ita codd.*

lissimos Hispaniae agros secans, sub Tertosae civitatis menia Balearico mari miscetur, deinde Italiam totam ab Augusta Einh vita
Praetoria usque in Calabriam minorem, in qua Grecorum ac Beneventorum constat esse confinia, tum Saxoniam, quae Germaniae quidem magna pars est, et eius, quae a Francis incolitur, duplum in lato habere putatur, cum ei longitudine possit esse consimilis, deinde utramque Pannoniam et appositam in altera Danubii ripa Daciam, Histriam quoque et Lyburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas ob amicitiam et iunctum cum eo foedus Constantinopolitanum imperatorem habere permisit, deinde omnes barbaras et feras nationes, quae inter Rhenum ac Visulam fluvios occanumque ac Danubium positae, lingua quidem pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret. Auxit etiam gloriam regni sui, quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi coniunctis. Adeo namque Adefonsum, Galiciae atque Asturicae[a] regem, sibi societate devinxit, ut is cum ad eum vel litteras vel legatos mitteret, non aliter se apud illum quam proprium suum appellari iuberet. Scottorum quoque reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, ut eum nunquam nisi dominum, seque subditos et servos eius pronunciarent. Cum Aaron rege Persarum, qui excepta India totum pene tenebat orientem, talem habebat in amicitia concordiam, ut is gratiam eius omnium qui in toto erant orbe regum ac principum amicitiae preponeret, solumque honore ac munificentia sibi colendum iudicaret. — Imperatores etiam Constantinopolitani, Nicephorus, Michahel et Leo, ultro amicitiam et societatem eius expetentes, complures ad eum misere legatos. Cum quibus tamen propter susceptum a se imperatoris nomen, et ob hoc, quasi qui imperium eis preripere vellet, valde susspectum, foedus firmissimum statuit, ut nulla inter partes cuiuslibet scandali remaneret occasio. Erat enim semper Romanis et Grecis Francorum susspecta potentia. Unde et illud Grecum exstat proverbium τον φραγκον φυλον κεχις, γυναι ου κεχις. — Qui cum tantus in ampliando regno et subigendis exteris nationibus existeret et in eiusmodi occupationibus assidue versaretur, opera tamen plurima ad regni decorem et commoditatem pertinentia diversis in locis inchoavit, quaedam etiam consummavit; inter quae precipua non immerito videri possunt basylica sanctae Dei genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa, et pons apud Mogontiam in Rheno quingentorum passuum longitudinis; nam tanta est ibi fluminis latitudo. Qui tamen uno anno antequam decederet incendio conflagravit, nec refici potuit propter festinatum illius decessum, quanquam in ea meditatione esset, ut pro ligneo lapideum restitueret. Inchoavit et palatia operis egregii, unum haud longe a Mogontiaca civitate iuxta villam cui vocabulum est Ingelenheim, alterum Noviomagi super Vahalem fluvium. Precipue tamen aedes sacras ubicumque in toto regno suo vetustate collapsas comperit, pontificibus et abbatibus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur, imperavit, adhibens curam per legatos, ut imperata perficerent. Talem enim in ampliando et tuendo simulque ordinando regno fuisse constat; ceterum, qualis in domestica cura fuisset, dicatur. — Post mortem patris cum fratre regnum partitus, tanta patientia simultates et invidiam eius tulit, ut omnibus mirum videretur, quod ne ad iracundiam quidem ab eo provocari potuisset. Deinde cum matris hortatu liliam Desiderii regis Longobardorum duxisset uxorem, post annum repudiavit eam, et Hildigardam de gente Suavorum, precipuae nobilitatis feminam, in matrimonium accepit, de qua filios tres, Karolum videlicet ac Pippinum et Ludowicum, totidemque filias, Ruothtrudem et Berhtam et Gislam, genuit. Habuit et alias tres filias, Theoderatam et Hiltrudam et Ruotheidem, duas de Fastrada uxore, quae de orientalium Francorum, scilicet Germanorum, gente erat, terciam de concubina quadam. Defuncta Fastrada, Luitgardam Alamannam duxit, de qua liberos non habuit. Post cuius mortem tres habuit concubinas, Gersuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adeltrud nata est, Regenam, quae ei Druogonem et Hugonem genuit, Adelindam quoque, quae Theodericum procreavit. — Mater quoque eius Berhtrada in magno apud eum honore consenuit; colebat enim eam cum magna reverentia, ita ut nulla unquam invicem sit exorta discordia, nisi in divortio filiae regis Desiderii, quam illa suadente acceperat. Decessit tandem post mortem Hiltigardae, cum iam tres nepotes suos totidemque neptes in filii domo vidisset. Quam ille in eadem basylica qua pater situs est, apud Sanctum Dionisium magno cum honore fecit humari[b] — Erat ei unica soror nomine Gisla, a puellaribus annis religiosae conversationi mancipata, quam similiter ut matrem magna coluit pietate, quae etiam paucis ante obitum illius annis, in eo quo conversata est monasterio, decessit. — Liberos suos ita censuit instituendos, ut tam filii quam filiae primo liberalibus studiis, quibus et ipse operam dabat, erudirentur, tum filios, cum primum aetas patiebatur, more Francorum equitare, armis ac venatibus exerceri fecit, filias vero lanelicio assuescere, coloque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honestatem erudiri iussit. Ex his omnibus duos tantum filios et unam filiam, priusquam moreretur, amisit, Karolum, qui maior natu erat, et Pippinum, quem regem Italiae prefecerat, et Ruothtrudem, quae filiarum eius primogenita et a Constantino Grecorum imperatore, filio Leonis et Hyrene, fuerat desponsata. Quorum Pippinus unum lilium Bernhardum, filias autem quinque superstites reliquit, in quibus rex pietatis suae precipuum documentum ostendit, cum nepotem patri succedere et neptes inter filias suas educari fecit. Filiorum ac filiarum tantam[c] in educando curam habuit, ut nunquam domi positus sine ipsis coenaret, nunquam iter sine illis faceret. Adequitabant ei filii, filiae vero pone sequebantur, quarum agmen extremum ex satellitum numero ad hoc ordinati tuebantur. Quae cum pulcherrimae essent et ab eo plurimum diligerentur, mirum dictu, quod nullam earum cuiquam aut suorum aut exterorum nuptum dare voluit, sed omnes secum usque ad obitum suum in domo sua retinuit, dicens, se earum contubernio carere non posse; ac propter hoc, licet aliâs felix, adversae fortunae indignitatem expertus est; quod tamen ita dissimulavit, acsi de eis nulla unquam alicuius probri susspicio exorta vel fama dispersa fuisset. — Erat ei filius nomine Pippinus ex concubina editus, cuius inter ceteros mentionem facere distuli, facie quidem pulcher, sed gibbo deformis. Is cum pater bello cum Hunis suscepto in Baioaria hiemaret, cum quibusdam e primoribus Francorum, qui eum vana regni promissione illexerant, adversus patrem coniuravit. Quem post fraudem detectam et coniuratorum dampnationem, detonsum, in coenobio Prumia religiosae vitae iam volentem vacare permisit. Facta est et alia prius contra eum in Germania valida coniuratio, cuius auctores partim luminibus orbati, partim incolomes, omnes tamen exilio deportati sunt, neque ullus ex eis interfectus est, nisi tres tantum, qui cum se, ne comprehenderentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Harum tamen coniurationum Fastradae reginae crudelitas causa et origo dicitur extitisse, et ideirco in ambabus contra regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens, a suae naturae benignitate ac mansuetudine videbatur exorbitasse. Ceterum per omne suae vitae tempus ita cum summo omnium amore atque favore domi et foris conversatus est, ut nunquam ei vel minima iniustae crudelitatis nota a quoquam fuisset obiecta. Amabat peregrinos et in eis suscipiendis magnam habebat curam, adeo ut eorum multitudo non solum palatio, verum etiam regno non immerito videretur onerosa. Ipse tamen prae magnitudine animi huiusceemodi pondere[d] minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonae famae mercede compensaret. — Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen non excederet — nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse

a) Adefonsum atque Astrucie 1[b]. b) humare *corr.* humari 1. c) tantum (*corr.* tantam?) 1. tantum 9[c]. 10. E1. d) onere 5.

Einh. vita. mensuram — apice capitis rotundo, oculis pregrandibus ac vegetis, naso paululum in mediocritatem excedenti, canicie pulchra, facie laeta et hylari, unde formae auctoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima acquirebatur. Quanquam enim cervix obesa et brevior venterque videretur proiectior, tamen haec ceterorum membrorum celabat aequalitas. Incessu erat firmo, totaque corporis habitudine virili, voce clara quidem, sed quae minus corporis formae conveniret, valitudine prospera, preter quod antequam decederet per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum etiam uno pede claudicabat. Erat eloquentia copiosus et exuberans, poteratque quicquid vellet apertissime exprimere; nec patrio sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam dabat, in quibus Latinam ita didicit, ut ea ac patria lingua orare sit solitus, Grecam vero melius intellegere quam pronunciare poterat. Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus, magnis extulit honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum cognomento Alcwinum, item diaconum de Brittania, virum undecumque doctissimum, preceptorem habuit, apud quem et rethoricae et dialecticae, precipue tamen astronomicae ediscendae plurimum et temporis et laboris impertivit. Discebat et artem computandi, et intentione sagaci siderum cursum curiosissime rimabatur. Temptabat et scribere, tabulas et codicellos ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiandis assuesceret; sed parum successit labor preposterus ac sero inchoatus. Assidue exercebatur equitando ac venando, quod illi gentilicium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, quae in hac arte Francis possit coaequari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens, cuius adeo peritus fuit, ut nullus ei iuste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam extruxit, ibique extremos vitae annos usque ad obitum perpetim duxit. — In cibo et potu erat temperans, sed in potu temperantior, ita ut super coenam raro plus quam ter biberet; cibo non adeo abstinere poterat, ut sepe quereretur, noxia suo corpori esse ieiunia. Convivabatur rarissime, et hoc precipuis tantum festivitatibus, tunc tamen cum magno hominum numero. Coena cottidiana quaternis tantum ferculis prebebatur, preter carnem assam, quam venatores veribus inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio cibo vescebatur. Inter coenandum aut aliquod acroma aut lectorem audiebat. Legebantur ei hystoriae et antiquorum res gestae, delectabatur etiam libris sancti Augustini, precipueque his qui de civitate Dei pretitulati sunt. — Circa pauperes sustentandos et gratuitam liberalitatem, quam Greci elemosinam vocant, devotissimus erat, ut qui non in patria solum et in suo regno id facere curaverit, verum trans maria in Syriam et Aegyptum atque Africam, Hierosolimis, Alexandriae, Kartagini, ubi christianos in paupertate vivere compererat, penuriae illorum compatiens, pecuniam mittere solebat, ob hoc maxime transmarinorum regum amicicias expetens, ut christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio proveniret. Colebat pre ceteris sacris locis apud Romam beati Petri apostoli aecclesiam, in cuius donaria magnam vim pecuniae congessit. Neque ille toto regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut urbs Roma sua opera suoque labore vetere polleret auctoritate, et aecclesia sancti Petri per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam suis operibus pre omnibus aecclesiis esset ornata atque ditata. Quam cum tanti penderet, tamen intra 46 annorum quibus regnaverat spacium quater tantum illo votorum solvendorum ac supplicandi causa profectus est. Ultimi adventus sui non solum hae fuerunt causae, verum etiam quod Romani Leonem pontificem multis affectum iniuriis, crutis scilicet, ut quidam dicunt, oculis, linguaque amputata, fidem regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, aecclesiae statum, ibi totum hiemis tempus extraxit. Quo tempore imperatoris et augusti nomen accepit, quod primo in tantum aversatus est, ut affirmaret, se eo die, quamvis precipua festivitas esset, aecclesiam non intraturum, si prescire potuisset pontificis consilium. Invidiam tamen suscepti nominis, Romanis imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe prestantior erat, mittendo ad eos crebras legationes et in epistolis fratres eos appellando. Post susceptum imperiale nomen cum adverteret multa legibus populi sui deesse — nam Franci duas habent leges, in plurimis locis valde diversas —, cogitavit, quae deerant addere, et discrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata corrigere; sed de his nichil aliud ab eo factum est, nisi quod pauca capitula et ea imperfecta legibus addidit. Omnium tamen nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, scribi ac litteris mandari fecit; item barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit et memoriae mandavit. Inchoavit et grammaticam patrii sermonis; mensibus etiam iuxta propriam linguam vocabula imposuit, qui ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronunciabantur, et Ianuarium appellavit wintermanoth, Februarium hornung, Martium lencinmanoth, Aprilem ostermanoth, Maium wunnemanoth, Iunium brahmanoth, Iulium howimanoth, Augustum arnmanoth, Septembrem witemanoth, Octobrem windemanoth, Novembrem herbistmanoth, Decembrem heilicmanoth. Item ventos 12 propriis appellationibus insignivit, cum prius non amplius quam vix quatuor ventorum vocabula possent inveniri. Et subsolanum vocavit osterwint, eurum ostsundroni, eurosaustrum sundostroni, austrum sundroni, austroafricum sundwestroni, africum westsundroni, zephirum westroni, chorum westnordroni, circium nordwestroni, septentrionem nordroni, aquilonem nordostroni, vulturnum ostnordroni. — Religionem christianam, qua ab infantia fuerat imbutus, sanctissime et cum summa pietate excoluit, ac propter hoc plurimae pulchritudinis basylicam Aquisgrani exstruxit auroque et argento et luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis adornavit. Ad cuius structuram cum columnas et marmora aliunde habere non posset, Roma atque Ravenna devehenda curavit. Aecclesiam mane et vespere, item nocturnis horis et sacrificii tempore, quoad valitudo eum permiserat, impigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quae in ea gerebantur cum maxima fierent honestate, edituos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum vel inferri vel in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex auro et argento vestimentorumque sacerdotalium tantam in ea copiam procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne ianitoribus quidem, qui ultimi ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. — Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit; erat enim utriusque admodum eruditus, quanquam ipse nec publice legeret, nec nisi summisse et in

Mon. Sang. I, 5. ibid. I, 7. commune cantaret. Fuit autem consuetudo, ut in basylica eius magister scolae designaret pridie singulis, quod responsorium quis cantare deberet in nocte; lectiones vero nullus cuiquam recitandas iniunxit, nullus ad terminum vel ceram imposuit, vel unguibus saltem quantulumcumque signum impressit; sed cuncti omnia quae legenda erant ita sibi nota facere curarunt, ut quando inopinate legere iuberentur, inreprehensibiles apud eum invenirentur. Digito autem vel baculo porrecto vel ex latere suo ad procul sedentes aliquo directo, demonstravit quem legere voluisset. Finem vero lectionis sono gutturis designavit; ad quem universi ita intente suspensi sunt ut sive finita sententia, sive in media distinctione, sive subdistinctione significaret, nullus sequens superius aut inferius incipere presumeret, quantumcumque incongrua finis aut inicium viderentur; et hoc modo factum est, ut etiam si non intellegerent, omnes in eius palatio lectores optimi fuissent. Nullus alienus, nullus etiam novus, nisi legere sciens et canere, chorum eius ausus est intrare.

Extremo * vero tempore cum iam et morbo et senectute premeretur, evocatum ad se Ludewicum filium suum Aqui-

* E. *pergit:* Idem vero imperator cum iam morbo *etc.*

taniae regem, qui solus filiorum Hildigardae reginae supererat, congregatis sollemniter de toto Francorum regno primo- Einh. vita.
ribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni et imperialis nominis heredem constituit; impositoque capiti eius diademate, imperatorem et augustum iussit appellari. Susceptum est hoc eius consilium ab omnibus qui aderant cum magno favore; nam divinitus ei propter regni utilitatem videbatur inspiratum; auxitque maiestatem eius hoc factum, et exteris nationibus non mininum terroris incussit. — Dimisso deinde in Aquitaniam filio, ipse more solito, quamvis senectute confectus, non longe a regia Aquae nisi venatum proficisciturr, exactoque in huiusce modi negotio quod reliquum erat autumni, circa Kalendas Novemb. Aquasgrani revertitur. Cumque ibi hiemaret, mense Ianuario febre valida correptus, decubuit, statimque, ut in febribus solebat, cibi abstinentiam sibi indixit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Greci pleurisin dicunt, illoque adhuc inediam retinente neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo postquam decubuit die, sacra communione percepta, decessit, anno aetatis suae 72° et ex quo regnare coeperat 46°, indict. 7 [a], 5. Kal. Febr., hora diei tercia. Cuius corpus more solemni lotum et curatum, maximo totius populi luctu aecclesiae illatum atque humatum est. Dubitatum est primo, ubi reponi deberet, eo quod ipse vivus de hoc nichil precepisset. Tandem omnium animis sedit, nusquam honestius cum tumulari posse, quam in ea basylica, quam ipse propter amorem Dei et domini nostri Ihesu Christi et ob amorem sanctae et aeternae virginis genitricis eius proprio sumptu in eodem vico construxit. In hac sepultus est eadem die qua defunctus est, arcusque supra tumulum deauratus cum imagine et titulo exstructus est. Qui titulus hoc modo descriptus est: *Sub hoc conditorio situm est corpus Karoli magni atque orthodoxi imperatoris, qui regnum Francorum nobiliter ampliavit et per annos* 46 *feliciter rexit.*

* Stephanus [b] papa 94[us] sedit annos 3, menses 5, dies 28.

* D. E. *addunt:* Rome Paulo — scandalo. Hoc per zelum — privato. *et post* 28*:* Hic tam — crisma, Venerationem s. i. c. e. p. a. *ex Sigeb. a.* 767. *et* 768.

Anni Constantini. Anni Karoli.

28. 1. Anno dominicae incarnationis 769. Karolus Magnus, Pippini filius, diviso post patrem regno, cum fratre cf. Chr. W.
Karlomanno regnare coepit, et 46 regnavit annis, tribus cum fratre, 43 solus postea. Cuius anno primo Hunoldus qui- Einh. A.
dam Aquitaniam, quae in sortem Karoli venerat, invasit, et provincialium animos ad concitanda nova excitans, bellum, quod pater eius Pippinus occiso Waifario consummasse visus est, renovavit. Contra quem Karolus profectus, fratris auxilium postulavit; sed impedientibus malis hominibus, habere non potuit; colloquio tamen cum eo habito, ad persequendum Hunoldum profectus est, eumque ad Lupum Wasconiae ducem fugitivum, missa legatione, recepit cum uxore sua, ipsoque Lupo cum tota Wasconia sibi obediente, regressus est.

29. 2. A. D. 770. Karolus rex habuit generalem conventum in Wormacia civitate. Berthrada vero, mater regum, cum Karlomanno [c] minore filio apud Salussam locata, pacis causa in Italiam proficiscitur, peractoque negotio pro quo ibat, adoratis etiam Romae sanctorum apostolorum liminibus, ad filios regreditur. — Corpus sancti Othmari in insula qua Chr. W.
defunctus est per decem annos incorruptum reperitur, ablatumque in basylica sancti Galli sepelitur.

30. 3. A. D. 771. Karlomannus in villa quae dicitur Salmonciacus defunctus est 2. Non. Decemb., et Karolus Einh. A.
rex ad capiendum ex integro regnum animum intendens, Carbonacum villam venit, ibique Williharius episcopus Sedunensis et Folradus presbiter aliique plures sacerdotes, comites etiam atque primates fratris sui ad eum venerunt, uxor vero Karlomanni cum filiis et parte optimatum ad Italiam profecta est.

31. 4. A. D. 772. Rex Karolus, congregato Wormaciae generali conventu, Saxoniam bello aggredi statuit, eamque sine mora ingressus, cunctaque ferro et igni depopulatus, Eresburg castrum cepit, idolum, quod a Saxonibus Irminsul vocabatur, evertit. In cuius destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit, ut propter continuam caeli serenitatem, exsiccatis omnibus illius loci rivis et fontibus, aqua ad bibendum inveniri non posset. Sed subito divinitus, ut creditur, in cuiusdam torrentis concavo tanta vis aquae eruperat, quiescentibus cunctis tempore meridiano, ut omni exercitui sufficeret. Tunc rex, idolo destructo, Wisaram fluvium accessit, ibique acceptis a Saxonibus duodecim obsidibus, recessit. Adrianus [d] papa 95[us] ordinatus sedit annos 24.

32. 5. A. D. 773.* Adrianus papa, cum insolentiam Desiderii regis et oppressionem Longobardorum ferre non posset, legationem ad Karolum mittens, opem eius imploravit. Qui collecto exercitu veniens, Desiderium intra Ticinum obsedit, totumque hibernum tempus multa moliendo in hac obsidione consumpsit. — Dum haec in Italia geruntur, Saxones, nacta occasione pro absentia regis, contiguos sibi Hassorum terminos populantur; venientesque in locum qui
Friteslar nominatur, aecclesiam a beato Bonifacio dedicatam incendere moliti sunt, quam ipse sanctus martyr per spi- A. Laur.
ritum prophetiae nunquam incendio violari predixit. Cumque multa vi eam incendere conarentur, apparuerunt quibusdam et e christianis atque paganis duo iuvenes in albis, qui eam protexerunt ab igne; nutuque divino immisso terrore, omnes in fugam conversi sunt, nemine extrinsecus persequente. Inventus est autem postea unus ex eisdem Saxonibus, mortuus iuxta aecclesiam ipsam genibus acclivis, ligna et ignem habens in manibus, et quasi ore flans ad incendendam eandem basylicam. At rex dimisso ad obsidionem et expugnationem Ticini exercitu, orandi gratia Romam proficiscitur, Einh. A.
perartisque votis, ad exercitum reversus, fatigatam longa obsidione civitatem ad deditionem compulit; quam ceterae civitates secutae, regis se potestati subdiderunt. Et rex, subacta ac pro tempore ordinata Italia, in Franciam revertitur, captivum ducens Desiderium regem. Adalgis vero, filius eius, in Greciam ad Constantinum imperatorem, diffidens rebus patriae, se contulit, ibique in patriciatus honore vitam finivit.*1

* D. E. *addunt:* Adrianus papa (Hic D.) ad — solidavit. *ex Sigeb. a.* 772. *et pergunt:* Idem papa *etc.*

33. 6. A. D. 774. Karolus domum regressus, priusquam Saxones eum venisse sentirent, tripertitum in eorum regiones misit exercitum, qui direptionibus et incendiis cuncta vastantes, compluribus qui resistere conati sunt interfectis, cum ingenti preda regressi sunt.

34. 7. A. D. 775. Karolus rex consilio habito decrevit Saxoniam ingredi et in ea tam diu perseverare, dum aut christianae religioni subderentur aut omnino tollerentur. Totis ergo regni viribus Saxoniam petens, primo impetu Sigi-

*1) 11. *addit:* Eo anno Hirene piissima una cum Constantino gloriose divinitus imperium accepit. Primo huius imperii anno cum Constantinus 10 esset annorum, homo quidam in longis Thrace muris fodiens, invenit arcam lapideam. Quam cum expurgasset et revelasset, repperit virum in ea iacentem, et literas arte conglutinatas, continentes haec: „Christus nascetur ex Maria virgine, et credo in eum. Sub Constantino vero et Hirene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.“ *cf. a.* 782. *n.*

a) Indict. 7. *eadem manu superscripta sunt* 1. b) Stephanus — 28. *post add.* 1. c) Kalrlomanno 1. d) Adrianus — 24. *in margine scripta exhibet* 1, *hoc loco* D. E., *ad finem a.* 771. 5. *desunt* 4. 9[c].

Einh. A. burgum castrum, in quo Saxonum presidium erat, cepit, Eresburgum castrum a Saxonibus destructum munivit, in eoque Francorum presidium posuit, multaque strage facta, obsides ab eis et Westfalais accipiens, regressus est. — Corpora
Chr W. H. m. sanctorum Gordiani et Epimachi de Roma in Alamanniam translata sunt. — Constantinus imperator, filius Leonis, persecutor christianorum et aecclesiarum legisque destructor,* obiit.

* destructor plaga pessimi — miserabiliter moritur. D. E. *ex Sigeb. a.* 776.

Anno dominicae incarnationis 776. ab Urbe autem condita millesimo 527. Leo, filius Constantini persecutoris, 71° loco ab Augusto, Romanum suscepit imperium, regnavitque annis 5. Hic ad breve tempus visus est pius esse sanctaeque Dei genitricis ac monachorum amicus; unde et metropolitanos ex monachis in primis sedibus collocavit, multosque ordines in urbe bene ampliavit. Quapropter principes omnes cum multitudine populi copiosa ingredientes, petierunt filium eius Constantinum imperatorem. Qui cum diceret, illum sibi unicum esse et parvulum, seque vereri pro hoc, si forte sibi contingeret quod humanum est, illum ab eis interfici et alium promoveri, iuraverunt ei omnes, se non admissuros alios imperatores preter Leonem et Constantinum et ex semine ipsorum, et hoc scripto confirmaverunt. Et sic in sancto die paschae coronatus est imperator. — Leo autem cum regnaret annos quinque, mortuus est, et regnavit filius eius Constantinus pro eo cum Hyrene matre sua.

Anni Leonis. Karoli.

Einh. A. 1. 8. Primo autem anno Leonis, qui est octavus Karoli, nunciatur eidem Karolo, Ruotgaudum[a] Longobardum, quem ipse Foroiuliensibus ducem dederat, novas res in Italia meditari, et complures civitates ad eum defecisse. Quo statim tendens, Ruotgaudum interfecit, civitates quae a se defecerant recepit, impositisque Francorum presidiis, rediit, et statim audiens Saxones rebellasse, illuc tetendit; sed inveniens eos denuo supplices, veniam dedit, baptizatisque qui volebant, et obsidibus acceptis, iterum in Franciam regressus est.

2. 9. A. D. 777. Karolus rex, habito concilio in loco qui Paderbrunno vocatur, iterum Saxoniam intravit, omnesque fallaciter devotos invenit. Cuncti quippe ad eum venerunt preter Witikindum, unum ex primoribus Westfalorum, qui multorum sibi conscius facinorum, regem timuit et ad Sigefridum Danorum regem cum paucis profugit. Ceteri qui venerant in tantum se regis potestati permiserant, ut ea conditione veniam tunc mererentur, quatinus, si ulterius sua statuta violarent, patria et libertate privarentur. Baptizata est autem et multitudo magna, quae se, licet falso, christianam fore promiserat.

3. 10. A. D. 778. Karolus rex partes Hispaniae petens, quasdam urbes subegit, obsides a Sarracenis accepit; sed in regressu fraude Wasconum plerique aulicorum per insidias interfecti sunt. Interea Saxones comperto quod tam longe recessisset, sumptis armis, Rhenum usque profecti sunt; sed cum amnem transire non possent, quicquid a Tuicio civitate usque ad fluvium Mosellam vicorum villarumque fuit, ferro et igni populati sunt; nullum discrimen sexus aut aetatis ira hostis fecerat, ut liquido appareret, eos non predandi, sed ulciscendi se gratia terminos Francorum introisse. Quod cum rex Autisiodoro positus audisset, orientales Francos et Alamannos ad propulsandos eos continuo misit. Quorum adventum Saxones audientes, recesserunt; sed illi eos e vestigio secuti, invenerunt eos in partibus Hassorum super fluvium Adernam; statimque in ipso fluminis vado illos adorti, tanta cede straverunt, ut ex ingenti multitudine vix pauci redierint.

4. 11. A. D. 779. Venit ad Karolum Hiltibrandus dux Spolitanus cum magnis muneribus in villa Wirciniaco; quem ille benigne suscepit, donatumque in suum ducatum remisit; ipse vero animo in Saxoniam tendens, Rhenum in eo loco qui Lippia vocatur cum exercitu traiecit. Cui cum Saxones in eo loco qui Buohcholz dicitur resistere temptarent, victi fugatique sunt; et rex Westfalorum regionem ingressus, eos omnes in deditionem accepit; indeque ad Wisaram veniens, castra posuit; ibi Angrarii et Ostfalai obsides dederunt et sacramenta iuraverunt. Quibus peractis, rex Wormaciam in hiberna se recepit.

5. 12. A. D. 780. Karolo Saxoniam venienti omnes orientalium partium Saxones occurrerunt, multique de populo baptizati sunt; veniensque in locum ubi Hora et Albia confluunt, ordinavit res tam Saxonum quam Sclavorum; reversusque in Franciam, habito consilio, Romam causa orationis cum uxore sua Hiltigarda et liberis perrexit, et natale domini Papiae celebravit. — Leo imperator obiit.

H. m. coll. Einh. vita c. 19. Anno dominicae incarnationis 781. Urbis autem conditae millesimo 532. Constantinus, filius Leonis, 72° loco ab Augusto, cum matre sua Hyrene regnum suscepit, et annos 17 regnavit. Huic filia Karoli et Hiltigardis reginae Ruothtrudis desponsata fuerat, sed mater eius aliam ei invito coniungebat.

Anni Constantini. Karoli.

Einh. A. 1. 13. Cuius anno primo Karolus Romam veniens, ab Adriano papa honorifice suscipitur; et cum ibi sanctum pascha celebraret, baptizavit idem pontifex filium eius Pippinum, eumque de sacro fonte suscepit, et ungens eum in regem Italiae, imposuit ei coronam, fratrem vero eius Ludewicum in regem Aquitaniae unxit, ipsique coronam imposuit. Rex vero Roma digrediens, Mediolanum venit, ibique baptizata est filia eius Gisela ab archiepiscopo Thoma, et ab eodem est de sacro fonte levata. Misit autem Adrianus papa Formosum et Damasum episcopos cum legatis regis, Richolfo diacono et Eberhardo pincernarum magistro, ad Tassilonem ducem, ut commonerent eum de iuramento, quod Pippino et filiis eius olim iuraverat. Qui venientes, cor eius emollierunt, ut cum eis Wormaciam ad regem veniret, datisque 12 obsidibus[b], regi fidelitatem iuraret; sed ubi domum rediit, non diu in fide permansit.

2. 14. A. D. 782. Karolus in Saxoniam eundum et ibi ut in Francia quotannis generalem conventum censuit habendum; traiectoque apud Coloniam Rheno, ad fontem Lippiae venit, ibique positis castris, inter cetera negotia legatos Sigifridi regis Danorum, et quos Caganus et Iugurrus principes Hunorum quasi pacis causa miserunt ad se, audivit et absolvit. Cumque soluto conventu in Franciam redisset, Witikindus in patriam reversus, Saxones rebellare persuasit. Nunciatum est autem regi, quod Sorabi Sclavi, qui campos inter Albiam et Salam iacentes incolunt, in fines Thuringorum ac Saxonum sibi confines depredandi causa[c] fuissent ingressi. Contra quos cum tres ministros suos cum orientalibus Francis direxisset, illi Saxonum audientes motum, ad illos diverterunt; sed incaute agentes, a Saxonibus circumventi et pene omnes occisi[d] sunt. Ad quam rem examinandam cum rex venisset, omnes Witikindum huius sceleris auctorem proclamaverunt; sed illum, quia aufugit, tradere non valentes, ex aliis qui ei consenserunt usque ad quatuor milia et quingentos tradiderunt, qui omnes una die iussu regis decollati sunt.*

* D. E. *addunt:* Constantinopolim quidam lapideam aream invenit et in ea virum iacentem cum hac scriptura: „Christus nascetur ex Maria virgine et credo in eum; sub Constantino et Hyrene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.“ *ex Sigeb.*

a) ruotgaudum *corr.* ruðtgaudum 1. b) obsidionibus 1. c) causi 1. d) interfecti D. E.

3. 15. A. D. 783. Cum ad expeditionem Saxonicam rex se preparasset, antequam moveret exercitum, Hiltigardis regina, uxor eius, obiit 2. Kalend. Mai, in quibus tunc erant vigiliae ascensionis. Cuius funeri cum solempni more iusta persolveret, Saxoniam tetendit, pugnansque cum eis in loco qui Theotmelli vocatur, vicit eos; indeque ad Paderbrunnen veniens, audivit eos in finibus Westfalorum iterum paratos ad pugnam; ad quos tendens, eadem qua prius felicitate cum eis dimicavit. Inde reversus in Franciam, duxit uxorem filiam Ratolfi comitis de orientali Francia nomine Fastradam, de qua habuit filias duas. — Eodem anno defuncta est bonae memoriae Berhtrada regina, mater regis, 4. Idus Iulii. Einh. A.

4. 16. A. D. 784. Karolus, transiecto Rheno in loco[a] qui Lippeheim vocatur, pagos Westfalorum vastavit; veniensque ad Wisaram, cum inundatio aquarum transitum negaret, dimisit filium suum Karolum in finibus Westfalaorum, ipseque per Thuringiam divertens, depopulatus est partes quae sunt circa Albiam, reversusque est in Franciam. Saxones vero congregati pugnabant cum filio eius Karolo; sed ille, magna cede facta, cum victoria rediit ad patrem Wormaciam.

5. 17. A. D. 785. Witikint et Abbio ex Transalbiana regione venerunt ad Karolum regem apud Attiniacum, adducente Amalwino[b] aulicorum uno, ibique in gratiam recepti, baptizati sunt; quievitque Saxonicae perfidiae pervicacitas per aliquot annos.

6. 18. A. D. 786. Audiens rex, Anglos et Saxones Britanniam invasisse[41], misit illuc cum exercitu Audolfum, prepositum mensae regiae. Qui veniens, perfidae gentis contumaciam cito repressit, acceptosque obsides cum plurimis populi primoribus Wormaciam ad regem adduxit. Rex autem, pace undique parta, statuit Romam ire, et partem Italiae, quae est circa Beneventum, suae potestati subicere, cuius maiorem partem, capto Desiderio, iam sibi subdiderat. Veniens igitur in Italiam, natale Domini celebravit apud Tusciae civitatem Florentiam.

7. 19. A. D. 787. Karolus rex Romam veniens, honorifice susceptus est ab apostolico Adriano; moratusque ibi per aliquot dies, cum eodem pontifice Beneventum contendit. Quod audiens Aragisus dux Beneventorum, misit ad regem filium suum Rumoldum cum magnis muneribus, rogans, ne terram illam intraret. Quod ille abnuens et Rumoldum secum detinens, Capuam venit; indeque bellum gesturus, castra ibi posuit. Aragisus vero, relicta Benevento, quae caput est illius terrae, Salernum se quasi munitiorem contulit; missaque legatione, utrosque filios suos regi obtulit, promittens se per omnia obediturum, tantum ne ad conspectum eius venire cogeretur. Cuius precibus rex annuens, minorem filium nomine Grimoldum secum retinuit, maiorem patri remisit. Accepit insuper a populo obsides 11, misitque legatos, qui et ipsum ducem et omnem populum Beneventanum sacramento confirmarent. Ipse post haec cum legatis Hyrenae et Constantini filii eius, qui propter petendam filiam suam missi fuerant, locutus est, illisque dimissis, Romam reversus, sanctum pascha ibi cum magna hylaritate celebravit. Tunc venerunt ad papam legati Tassilonis ducis, Arn episcopus et Hunricus abbas, rogantes, ut inter se et regem mediator pacis fieri dignaretur. Quod cum ille obnixe faceret et rex se id velle diceret, interrogati missi, quo pacto pacem firmare vellent, responderunt, sibi super hac re nichil imperatum fuisse. Unde papa commotus, quasi fallaces ac fraudulentos anathemate statuit feriendos, si a fide olim regi promissa discederent; hocque duci remandans, hos infecta pace remisit. Apostolicus autem et rex invicem sibi valedicentes discesserunt, acceptaque benedictione, rex in Franciam rediit, et filios ac filias cum uxore sua Fastrada Wormaciae invenit. Ibi ergo habito generali conventu, coram optimatibus suis omnia quae facta sunt in itinere suo narravit, eorumque consilio legatos misit ad Tassilonem, qui experirentur, si apostolici iussis oboedire sibique fidem servare disponeret. Quo iussa contempnente, statuit rex tripertito exercitu Baioariam petere, et filio suo Pippino cum Italicis copiis in Tridentinam vallem confluente, Saxonum vero atque orientalium Francorum exercitu super Danubium in loco qui Pheringa dicitur conveniente, ipse cum exercitu quem adduxerat super Licum fluvium in civitatis Augustae suburbio considebat. Videns autem Tassilo se undique circumfusum, ad regem supplex venit, veniamque de ante gestis sibi dari rogavit. Rex autem, ut semper erat mitis, deprecanti pepercit, acceptoque ab eo filio eius Theodone cum aliis 12 obsidibus, in Franciam rediit. vita c. 10. Einh. A. A. Laur. Einh. A.

8. 20. A. D. 788. Karolo apud Ingilinheim pascha celebrante et generale concilium habente, Tassilo dux, sicut et ceteri regni primates, advenit, sed a Bawariis accusatus, quod post datos proxime obsides fidem non servaverit, sed suadente uxore sua Liutburga, Desiderii Longobardorum regis filia, Avares in dissipationem regni vocaverit, multaque alia hostiliter et dixisse et fecisse, cum haec negare nequiret, maiestatis reus iudicatus est. Et dum omnium ore capitali damnaretur sententia, rex ob amorem Dei, et quia consanguineus eius erat, liberare eum cupiens, interrogavit, quid iam agere vellet. Ille autem rogans licentiam sibi dari pro peccatis poenitendi, tonsuratur, et in monasterium missus est. Similiter et filius eius Theodo; ceteri vero huius perfidiae consortes per diversa exilia dampnati sunt.* A. Laur. et Einh.

* D. E. *addunt:* Instantia Tharasii — abdicatur. *ex Sigeb.*

9. 21. A. D. 789. Karolus contra gentem Sclavenorum qui Wilzi dicuntur exercitum ducens, amnem Albiae duobus pontibus coniunxit, quorum unum ex utroque capite vallo munivit, imposita turri ex lignis et terra, ingressusque terram Wilzorum, ferro et igni cuncta vastavit, donec eos subiugavit. — Hoc anno Hyrene imperatrix soluta pace nuptialis foederis cum Francis, misit et adduxit puellam de Armeniacis nomine Mariam, et iunxit eam filio suo Constantino imperatori, multum contristato propter affectum, quo erga filiam Karoli flagrabat, quam antea desponsaverat. H. m.

10. 22. A. D. 790. Karolus nullam expeditionem fecerat, sed residens in Wormacia, legatos Hunorum audivit suosque ad eorum principes misit. Agebatur autem inter eos de confiniis regnorum suorum; quae res futuri belli fuit seminarium. Einh. A.

11. 23. A. D. 791. Sanctus Burchardus Wirciburgensis episcopus obiit 4. Nonas Febr. — Eodem anno dissensio facta est inter Constantinum et matrem eius Hyrenen malorum hominum instigatione, in tantum ut ipsa vellet eum regno privare. — Karolus autem de Wormacia movens, Baioariam tetendit, ea intentione ut Hunis bellum inferret, divisoque exercitu, Theodericum comitem et Meginfridum camerarium suum cum una parte per aquilonale Danubii latus ire iussit, ipse cum altera per australe descendit, venientesque ad Anesum fluvium, qui est limes Pannoniae atque Bawariae, castra posuerunt, et per triduum lętanias ibi fecerunt. Huni autem videntes exercitum[c], utrasque ripas tenentes, divinitus immisso terrore, munitiones suas dimittentes fugerunt, et uterque exercitus libere ingressus, magnam partem Pannoniae usque ad fluvium qui dicitur Raba devastavit; sicque rex per Sabariam reverti statuit; altera parte exercitus per viam qua venerat rediit. Chr. W. cf. H. m. Einh. A. A. Laur. Einh. A.

12. 24. A. D. 792. Karolo a natali Domini per aestatem Ratisponae[d] commorante, quibusdam Francis agentibus, conspiravit contra eum filius eius Pippinus ex concubina itemque alii, propter Fastradam regiuam, cuius crudelitatem se

a) in l. *superscripta sunt* 1. b) amalwico 1[b]. c) exercitus 1[b]. d) *in loco raso* 1.

41) Valde Ekkehardus hoc loco Einhardi narrationem turbavit.

Einh. A. ferre non posse Franci dicebant. Quae conspiratio cum per Fardulfum Longobardum detecta fuisset, ipse ob meritum fidei servatae monasterio sancti Dionisii donatus est, auctores vero coniurationis partim gladio cesi, partim patibulo suspensi sunt. Rex autem propter bellum cum Hunis susceptum Regenesburg sedente[a], persuasum est ei a quibusdam, posse percommode a Danubio in Rhenum navigari, si inter Radanciam et Altmonam fluvios eiusmodi fossa duceretur, quae esset navium capax, quia horum fluviorum alter Danubio alter Rheno misceretur. Confestim rex cum omni comitatu suo ad locum huic operi aptum venit, ac magna hominum multitudine congregata, totum autumni tempus in hoc consumpsit. Ducta est itaque fossa inter predictos fluvios duûm milium passuum longitudine, trecentorum pedum latitudine, sed frustra; nam propter iuges pluvias et terram, quae palustris est naturaliter, opus quod fiebat stare non potuit, sed quantum terrae a fossoribus interdiu egestum fuerat, tantum noctibus humo iterum relabente subsidebat. In hoc opere occupato nunciata est Saxonum omnimoda defectio et Francorum plurima a Sarracenis interfectio. Quibus rebus commotus, in Franciam revertens, natale Domini celebravit apud Sanctum Kylianum, Wirciburg scilicet, iuxta Moenum fluvium, pascha vero super eundem in villa Franconovurt, ubi et hiemaverat.

13. 25. A. D. 793. Karolo in Franconovurt pascha celebrante, synodus episcoporum magna collecta est ex omnibus regni provinciis, legati quoque Adriani papae in eius vice affuerunt. In hac synodo heresis cuiusdam episcopi Felicis nomine dampnata est, qui Christum secundum hoc quod homo est adoptivum Dei filium dicebat, et liber contra eam communi episcoporum auctoritate compositus est, in quo omnes subscripserunt. Synodus etiam, quae ante paucos annos in Constantinopoli congregata sub Hyrene et Constantino, filio eius, septima et universalis ab ipsis appellata est, ut nec septima nec aliquid diceretur, quasi supervacua, ab omnibus abdicata est. — Mortua est autem ibi et Fastrada regina, et Mogontiae apud Sanctum Albanum sepulta est.

14. 26. A. D. 794. Rex, diviso inter se et filium eius Karolum exercitu, Saxoniam cum magno intravit apparatu; sed ipsi faciem eius solito reveriti, datis obsidibus, se per omnia obsecuturos iuraverunt.

15. 27. A. D. 795. Rex perfidiae Saxonum non immemor, conventum generalem habuit in villa quae dicitur Cufesstein[b] ultra Rhenum contra Magontiam iuxta Moenum fluvium, atque inde cum exercitu Saxoniam ingressus, pene totam populando peragravit, itemque acceptis obsidibus, in Galliam remeavit.

* Einh. A. 16. 28. A. D. 796. Leo papa 96[us] ordinatus sedit annos 20; alii* dicunt 25. Hic Karolum fecit imperatorem[c]. Qui mox ut ordinatus est, claves confessionis sancti Petri et vexillum Romanae urbis ad regem Karolum cum aliis muneribus misit, et ut aliquem de optimatibus[d] suis ad confirmandum sibi per sacramentum populum Romanum mitteret, rogavit. Missus est ad hanc rem Angilbertus, abbas monasterii sancti Richarii, per quem etiam magnam partem thesauri, quem Hericus[e] dux Foroiuliensis, spoliata Hunorum regia quae ringus vocabatur, eodem anno regi de Pannonia detulerat, misit; reliqua inter optimates et aulicos et palatio deservientes liberaliter distribuit. Rex autem post haec Saxoniam petens, filium suum Pippinum Italiae regem in Pannoniam misit, ipseque, depopulata Saxonia, Aquasgrani

cf. A. Laur. revertitur, Pippinus vero, fugatis ultra fluvium Tizaha Hunis, cum residuo Hunorum thesauro ad patrem regreditur.

Einh. A. 17. 29. A. D. 797. Expeditio facta est in Saxoniam, et usque ad oceanum ultra omnes paludes et invia loca transitum est, et rex de Hadoloha regressus — nam id nomen est loco ubi oceanus Saxoniam alluit — totam Saxonum gentem in deditionem per obsides accepit, et ad palatium Aquisgrani regressus, Abdellam Sarracenum, filium Ibimaugae regis, a fratre depulsum sibique se commendantem suscepit. Illuc et legatus Nicetae, qui tunc Siciliam regebat, venit, portans epistolam imperatoris Constantini. Quem magnifice suscipiens, post paucos dies absolvit. Mediante autem mense Novembre, ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intravit, positisque castris apud Wisaram, locum castrorum Heristal vocari iussit. Illuc legati Hunorum cum magnis muneribus venerunt, indeque Abdellam Sarracenum cum filio suo Ludewico in Hispanias reverti fecit, Pippinum in Italiam remisit, ipse vero ad disponendam Saxoniam totum hiemis tempus impendens, natale Domini et pascha sequentis anni ibi celebravit.

A. Einh. et Laur. 30. A. D. 798. Saxones Transalbiani, seditione commota, legatos regis, qui tunc ad faciendas iusticias missi sunt, comprehendentes, alios trucidant, alios ad redimendum conservant. Unde rex, collecto exercitu[f], ad locum qui Minida dicitur perrexit, habitoque consilio, totam Saxoniam inter Albiam et Wisaram populando peragravit. Transalbiani[g] vero superbia elati, contra Abodritos regi semper fideles arma corripiunt; sed dux eorum Thrasico, commisso cum eis praelio, 4000 ex eis occidit[h], reliquos turpiter fugatos ut regi se dederent coegit. At rex in Franciam reversus, ubi ad Aquasgrani venit, missos Hyrenae imperatricis de pace agentes audivit; cuius filius Constantinus ob insolentiam morum a suis

* H. m. captus, excoecatus est, vel, ut quidam verius fatentur*, ipsius matris suae consilio hoc factum est, ipsaque regnum

A. Einh. et Laur. sola tenere contendit. Hos ergo legatos ubi rex absolvit, venerunt de Hispania legati Hadefonsi regis Galiciae et Asturiae, Basyliscus et Froia, deferentes munera, quae ille de manubiis, quas victor apud Olisiponiam, ultimam Hispaniae civitatem, a se expugnatam, ceperat, mittere regi curavit, Mauros videlicet septem cum totidem mulis atque loricis. Quos

H. m. et benigne suscepit, et honorifice remuneratos dimisit. — Constantinus[i] imperator, filius Leonis et Hyrene, postquam coecatus est consilio matris suae, post breve tempus obiit, sicque mater de cetero per quinque annos imperavit. Obscuratus est autem sol eo tempore per dies 17, ita ut oberrarent naves in mari, et omnes dicerent, quod propter imperatoris obcoecationem sol obscuratus sit.

Einh. A. 31. A. D. 799. Leo papa a Romanis excoecatus est. Romanis enim in sua securitate gloriantibus, levatum est cor eorum secundum consuetudinem illorum, volueruntque ea quae imperiis erant potestatis sibi vendicare. Resistente autem Leone papa, quidam ex cognatis beatae memoriae Adriani

H. m. A. Laur. et Einh. papae sedicionem moventes in populo, concitaverunt eum adversus papam. Unde factum est, ut in lętania maiore, cum processurus de Lateranis, ad aecclesiam sancti Laurentii quae ad Craticulam vocatur equo sedens pergeret, insidias a Romanis dispositas iuxta eandem aecclesiam incidit; deiectusque de equo, et erutis oculis eius, ut sibi visum est, linguaque amputata, nudus ac semivivus in media platea dimissus est. Quidam autem dicunt, quod unum

Mon. Sang. I, 26. tantum oculum sibi eruerent, alii vero neutrum, sed rasoriis per medios oculos inciderent, nec tamen

Einh. A. visum auferrent. Deinde iussu eorum, qui huius facinoris auctores erant, in monasterium sancti Herasmi martyris missus, Albini[k] cuiusdam cubicularii sui cura noctu per murum demissus, a Winigiso duce Spolitano, qui audito huiusmodi facinore Romam festinus advenerat, susceptus ac Spoletum deductus est. Cuius rei nuncium dum rex accepisset, ipsum quidem ut vicarium sancti Petri cum summo honore ad se precepit adduci, iter tamen suum, quod in Saxoniam disposuerat, non intermisit. Habito itaque conventu super Rhenum in loco qui dicitur Lippeheim, transfretavit, et ad Paderbrunnen[l] veniens, pontificis adventum ibi exspectavit. Misit autem interea Karolum filium suum ad Albim cum

a) *ita* 1. 4. 5. 9[c]. 10. sedens D. E. b) cusfestun 1[b]. c) Leo — imperatorem *in loco raso* 1. d) optimatibus 1. e) heinricus 1[b]. 4. 9[c]. 11. f) exercitum 1. *ut videtur*. g) transalbaniani 1. D1. h) occisit, *littera* s *adrasa* 1. i) C. i. f. *in loco raso* 1. k) Albini — demissus *desunt* D. E. l) *in loco raso* 1.

exercitu, propter quaedam negotia cum Wilzis et Abodritis disponenda, et cum eius reditum expectavit, pontifex venit, Einh. A.
susceptusque ab eo honorifice, mansit apud eum dies aliquot, intimatisque regi omnibus propter quae venerat, per lega-
tos regis cum honore reductus atque in locum suum est restitutus. — Eodem anno Avares, qui et Huni, a fide quam A. Laur.
promiserant defecerunt, et Geroldus Bawariorum prefectus pugnans contra eos, in praelio interfectus est.*

* D. E. *addunt:* de quo in visione — sit. *ex Sigeb. a.* 800.

32. A. D. 800. Karolus rex Turonum pergens causa orationis, moratus est ibi aliquot diebus propter adversam Einh. A.
valitudinem dominae Luitgardae coniugis suae, quae 2. Nonas Iunii ibidem defuncta et humata est. Mense autem
Augusto inchoante, Mogontiacum veniens, iter in Italiam condixit. Cui Romam tendenti, pridie quam Urbem intraret
occurrit ei Leo papa apud Nomentum 12° lapide ab Urbe, prandensque cum eo, dimisit eum ibi nocte illa, et precessit A. Laur.
eum ad Urbem. In crastinum vero ordinatis per loca congrua turbis, ipse stans in gradibus cum episcopis et clero, A. Einh. et Laur.
honorifice illum suscepit, cunctisque psallentibus, in basylicam sancti Petri eum introduxit. Facta sunt autem haec 8.
Kalend. Decemb. Post septem vero dies rex contione vocata, omnibus cur venisset patefecit, inter quae potissimum erat
de discutiendis quae obiecta sunt pontifici criminibus. Ut enim se quasi absolutiores redderent eius calumniatores, mor-
tiferum ei crimen imposuerunt. Rege autem de hoc inquirente, cum nullus esset criminis probator, pontifex, assumpto
euangelii textu, coram rege et omni populo ambonem conscendit, astantibusque incusatoribus, invocato sanctae Trinitatis
nomine, ab obiectis se expurgavit.

Hucusque Romanum imperium a temporibus Constantini Magni, Helenae filii, apud Constantinopolim in Grecorum imperatoribus mansit, ex hoc iam ad reges immo ad imperatores Francorum per Karolum transiit.[a]

Anni imperii Karoli. | Anni regni eius.

1. 33. Anno dominicae incarnationis 801. ab Urbe vero condita millesimo 552. Karolus Magnus rex Francorum,
Pippini regis filius, 73°[b] loco ab Augusto, Romanorum imperator consecratus est, anno regni sui 33°, sicque imperavit
annis 14. Cum enim pro calumnia Leoni papae ingesta Romam veniret et natale Domini ibi celebraret, in ipsa die Einh. A.
sacratissima ad missarum sollemnia veniens, dum ante confessionem beati Petri apostoli ab oratione surgeret, nichil A. Laur.
minus speranti Leo papa coronam imposuit, et imperatorem Romanum pronunciavit, et a cuncto Romano populo accla-
matum est: *Karolo augusto a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria.* Post quas laudes Einh. A.
unctus ab apostolico, et antiquorum more principum ab eo adoratus, ablato patricii nomine, imperator et augustus appel-
latus est. Post paucos dies habita questione de adversariis papae, secundum legem Romanam ut maiestatis rei decolla-
tioni adiudicati sunt. Pro quibus tamen papa pio affectu intercessit; nam et vita et membrorum integritas eis concessa
est, ceterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Quidam autem dicunt*, quod de maioribus eorum * Mon. Sang. I, 26.
uno die in Lateranensi[c] campo trecenti decollati sunt. Innocentiam vero beati Leonis papae ita Dominus approbavit,
ut clariores postea oculos ei donaverit; sed in signum virtutis illius pulcherrima cicatrix in modum tenuissimi fili tur-
turinas acies niveo candore decoravit. Ordinatis deinde Romanae urbis et apostolici totiusque Italiae non tantum publi- Einh. A.
cis, sed etiam aecclesiasticis et privatis rebus, imperator 8. Kalend. Mai Romam egressus est. Hic est annus regni
eius 33[us], imperii vero primus.

2. 34. A. D. 802. Hyrene imperatrix de Constantinopoli misit legatum suum nomine Leonem ad imperatorem A. Einh.
Karolum de pace firmanda inter Francos et Grecos, et imperator vicissim misit Iesse episcopum Ambianensem et et Laur.
Helmgaudum comitem Constantinopolim pro eadem causa, et ut postularent Hyrenen imperatricem, ut illi iungeretur in H. m.
coniugio. Quae in hoc consensisset, si non Aecius patricius inhibuisset, prevalens et imperium in fratrem suum Nice-
phorum transferre satagens. Nam cum adhuc in urbe essent legati Karoli, Nicephorus imperium invasit, et Hyrenen in
monasterium, quod ipsa construxit in insula quadam, relegavit.

3. 35. A. D. 803. Imperatoris Karoli legati de Constantinopoli reversi sunt, et venerunt cum eis apocrisiarii Nice- Einh. A.
phori, qui tunc rem publicam apud eos regebat, Michahel episcopus et Petrus abbas et Calistus candidatus, qui inve-
nerunt imperatorem in Germania super fluvium Sala in loco qui dicitur Salz, et pactum faciendae pacis in scripto
susceperunt, indeque cum epistola imperatoris Romam regressi, domum sunt reversi.

4. 36. A. D. 804.* Imperator Aquisgrani hiemavit, aestate autem ducto exercitu in Saxoniam, omnes qui trans
Albiam habitabant Saxones cum mulieribus et infantibus transtulit in Franciam, et pagos Transalbianos Abodritis dedit. —
Eodem tempore Gotefridus rex Danorum venit cum classe et omni equitatu suo ad locum qui dicitur Sclesdorph[d] in
confinio regni sui et Saxoniae; promisit enim se ad colloquium imperatoris venturum, sed consilio suorum territus, pro-
pius non accessit, sed quicquid voluit per legatos mandavit; nam imperator super Albim fluvium sedebat in loco Hol- cf. A. Laur.
dunstedi dicto. — Eadem quoque aestate perlatum est ad imperatorem, sanguinem Domini in Mantua civitate fuisse reper- Einh. A.
tum, misitque ad papam, ut huius famae veritatem perquireret. Qui nacta occasione exeundi, primo in Longobardiam,
quasi pro inquisitione predicta profectus est, indeque subito arrepto itinere ad imperatorem, mandavit ei medio Novem-
bre, se velle natale Domini cum eo celebrare. Qui statim misso filio suo Karolo ad Sanctum Mauricium, honorifice eum
suscipere iussit, ipseque obviam illi Remos pergens, apud Carisiacum villam natale Domini celebravit, deinde Aquasgrani
perduxit, donatumque magnis muneribus per Baioariam ire volentem, deduci fecit usque Ravennam.

* C. *addit:* Karolus per omne imperium iusticias facit et legis capitula 29 instituit. *ex Sigeb. a.* 802.

5. 37. A. D. 805. Imperator misit filium suum Karolum cum exercitu in Poemiam, qui, depopulatis omnibus, Einh. A.
ducem terrae illius nomine Lechonem occidit, indeque regressus ad patrem, in Vosego silva venatui studentem invenit. cf. A. Laur.

6. 38. A. D. 806. Imperator, habito conventu, iniit consilium cum primoribus Francorum de pace constituenda Einh. A.
et conservanda, et de divisione regni facienda inter filios suos in tres partes, ut sciret unusquisque illorum, quam par-
tem tueri et regere deberet, si sibi superstes deveniret. De hac partitione testamentum est factum et iureiurando ab
optimatibus confirmatum.

7. 39. A. D. 807. Legati regis Persarum venerunt ad imperatorem, deferentes ei munera, papilionem et tria
tentoria, vario colore facta, mirae magnitudinis et pulchritudinis, omnia bissina, tam tentoria quam funes eorum. Pre-
terea pallia serica multa et preciosa atque ungenta et balsamum, necnon et horologium ex auricalco arte mechanica
mirifice compositum, in quo 12 horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem aereis pillulis, quae ad comple-
tionem horarum decidebant et casu suo subiectum sibi cymbalum tinnire faciebant, additis in eodem eiusdem numeri

a) E1. *addit rubram:* Incipit liber quartus. b) LXVII. D. E. c) lateransi 1. d) vel Slieswich *in margine* E1. Selieswich *in textu* E2.

Einh. A. equitibus, qui per 12 fenestras completis horis exibant, et impulsu egressionis suae totidem fenestras, quae prius erant apertae, claudebant. Alia quoque multa erant in ipso horologio, quae enumerare longum est.

8. 40. A. D. 808. Imperator audiens Gotefridum regem Danorum in Abodritos cum exercitu traiecisse, Karolum filium suum cum valida Francorum et Saxonum manu misit contra eum, si forte Saxoniae terminos aggredi temptaret. Ille autem, expugnatis aliquot Sclavorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento reversus est. Nam manu promptissimos amisit, inter quos et filium fratris sui nomine Reginoldum.

9. 41. A. D. 809. Ludowicus rex, filius imperatoris, cum exercitu Hispaniam ingressus, Dertosam civitatem obsedit, sed non valens eam capere, dimissa obsidione, in Aquitaniam se recepit.

10. 42. A. D. 810. Pippinus rex Italiae, filius imperatoris, perfidia ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terra marique iussit appetere, subiectaque Venetia, duces eius in deditionem accepit. Imperator autem adhuc Aquisgrani agens et contra Gotefridum regem expeditionem meditans, nuncium accepit, classem ducentarum navium de Normannia Fresiam appulisse totasque Fresiaco litori adiacentes insulas vastasse, iamque exercitum illum in continenti terra esse. Qui congregatis quanta potuit celeritate copiis, e regione contendit, positisque iuxta Wisaram castris, minarum Gotefridi prestolatur eventum. Nam rex ille superbus vanissima spe victoriae inflatus, cum imperatore se congredi velle iactabat. Sed dum imperator stativa castra haberet, diversarum rerum nuncii ad eum venerunt, classem scilicet predictam fuisse regressam, Gotefridum regem a quodam satellite suo, sive, ut quidam dicunt*, a filio proprio, cuius matrem, nuper
Mon. Sang. II, 13. alia coniuge ducta, dimiserat, interfectum, castellum Hoheburi, Albiae flumini appositum, in quo Outo legatus imperatoris
Einh. A. et orientalium Saxonum erat presidiis, a Wilcis captum, et Pippinum filium eius regem Italiae 8. Idus Iulii defunctum. Quibus auditis, disposita pro temporis conditione Saxonia, domum revertitur. — Eo anno sol et luna his defecerunt, sol 7. Idus Iunii et 2. Kalend. Decemb., luna 11. Kalend. Iulii et 18. Kalend. Ianuarii. — Ruothdruth, filia imperatoris maior natu, 8. Idus Iunii obiit. — Gotefrido rege Danorum mortuo, Hemmingus[a], fratris sui filius, in regnum successit, ac pacem cum imperatore fecit.

11. 43. A. D. 811. Imperator[b], pace cum Hemmingo firmata, et placito generali Aquis habito, in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Limones, qui et ipsos vastavit et castellum Hoheburi superiori anno a Wilcis destructum restauravit, alterum in Pannonias ad controversias Hunorum et Sclavorum finiendas, tercium in Brittones ad eorum perfidiam puniendam. Qui omnes prospere egerunt. Karolus, filius imperatoris maior natu, 2. Non. Decemb. obiit.

12. 44. A. D. 812. Nicephorus imperator Constantinopolitanus pugnans contra Bulgares, occiditur, et Michahel, gener eius, imperio potitur. Qui legatos Karoli imperatoris ad Nicephorum missos suscepit et absolvit, cum quibus et legatos suos direxit, per quos pacem a Nicephoro ceptam firmavit.

13. 45. A. D. 813. Imperator, habito generali conventu Aquisgrani, filium suum Ludewicum regem Aquitaniae ad se vocavit, eique coronam imponens, imperialis nominis sibi consortem fecit. Bernhardum vero nepotem suum, filium Pippini filii sui, Italiae prefecit et regem appellari iussit. Concilia quoque iussu eius super statu aecclesiarum corrigendo per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogonciae, alterum Remis, tercium Remis[c], quartum Cabillone, quintum Arelato. — Michahel imperator Bulgares bello appetens, haut prosperis successibus utitur, ac proinde domum reversus, deposito diademate, monachus efficitur, in cuius locum Leo, filius Bardae patricii, constituitur. —
Einh. vita c. 32. Pons Rheni apud Mogontiacum, quem imperator per decem annos ingenti labore et opere mirabili de ligno ita construxit, ut perenniter durare posse videretur, in mense Maio ita tribus horis fortuito incendio conflagravit, ut preter hoc quod aqua tegebatur nec una quidem hastula ex eo remaneret.

Einh. A. 14. 46. A. D. 814. Karolus imperator dum Aquisgrani hiemaret, febre et pleurisi, id est lateris dolore, tactus,
cf. vita c. 31. 5. Kalend. Febr. rebus excessit humanis, anno aetatis circiter 71°, regni autem 46°, subactae vero Italiae 43°, ex quo
Einh. A. vero imperator et augustus appellatus est anno 14°. Cuius rei nuncium cum Ludewicus filius eius in Aquitania accepisset, tricesimo postquam id acciderat die Aquasgrani venit, summoque omnium Francorum consensu ac favore patri successit, et ad suscepti regni amministrationem cura conversa, primo legationes, quae ad patrem venerant, auditas absolvit, inter quas precipua fuit Leonis imperatoris, qui Michaheli successit. Habito autem Aquisgrani generali conventu, ad iusticias faciendas legatos in omnes regni partes misit, duos ex filiis suis Lotharium Baioariae, Pippinum prefecit Aquitaniae.

Anni regni Ludewici.

1. Anno dominicae incarnationis 815. ab Urbe autem condita millesimo 566. Ludewicus, Karoli Magni filius, 74°[d]
Einh. A. ab Augusto loco regnavit, regnumque annis 26 obtinuit. Huic anno primo regni sui allatum est, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem papam conspirasse, hocque indicio ad pontificem delato, omnes illius factionis auctores iussu illius trucidatos fuisse. Quod cum moleste ferret, Bernhardum nepotem suum, regem Italiae, ad se vocavit, eumque ad investigandum quod dictum est misit. Qui cum Romam venisset, egritudine decubuit. De rebus vero, propter quas venerat, per Heroldum comitem, qui ad hoc legatus ei fuerat datus, regi Ludewico remandavit quicquid compererat. Quem legati pontificis subsecuti, de his quae domino suo obiciebantur regi Ludewico per omnia satisfecerunt. *1

2. A. D. 816. Domnus Leo papa anno pontificatus sui 21° de corpore migravit 8. Kalend. Iunii, Stephanusque diaconus in[e] locum eius papa 97[us] ordinatus est, qui sedit menses 7. Hic ergo, post consecrationem suam nondum duobus mensibus exactis, quam maximis potuit itineribus, ad imperatorem venire contendit, missis interim duobus legatis, qui quasi pro sua consecratione imperatori suggererent. Quod ille audiens, Remis ei occurrit, missisque obviam his qui eum illo deducerent, honorifice illum ibi suscepit. Pontifex vero statim adventus sui causam ei insinuans, celebratis deinde ex more missarum sollemniis, cum diadematis impositione coronavit Romanorumque[f] imperatorem pronunciavit, anno regni sui secundo, secundum alios septimo.

*1) 4 — 10. *addunt:* Quo etiam anno coenobium Swarzahense a Megingaudo[g] comite et Ymma uxore eius in honorem domini nostri Salvatoris et sanctae Dei genitricis sanctique Sebastiani et sanctae Felicitatis martiris, sub primo eiusdem monasterii[h] abbate Benedicto nomine, libera totius servitutis et exactionis conditione, construitur, et postmodum primo monasterio collapso, in honorem sanctae Dei genitricis et sanctae Felicitatis ac 7 filiorum eius reparatur. *cf. chron. Swarzah. ap. Ludewig SS. Bamb. II. p.* 3.

a) hemmigis 1[b]. b) *Huius anni historia deest* E2. c) *ita* 1. 1[b]. 5. 9[c]. 10. t. R. *desunt* 4. Turonis *ut Einh.* D. E. d) LXVIII. D. E. e) in — XCVII. *in loco raso* 1. f) Romanorumque — septimo *in loco raso* 1. g) meginguado 10. 11. h) manasterii 10.

Anni imperii eius.

3. 2.* A. D. 817. Stephanus papa, tercio mense postquam Romam venerat nondum exacto, 8. Kalend. Febr. obiit; cui Paschalis successor electus, post completam sollemniter ordinationem suam munera et excusatoriam imperatori epistolam misit, sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum poenitenti pontificatus honorem[a] impactum asseverans. Paschalis[b] papa 98[us] sedit annos 7, iuxta alios 9. — Imperator vero generalem conventum Aquisgrani habens, filium suum primogenitum Lotharium nominis atque imperii sui socium sibi constituit, ceteros reges appellatos, unum Aquitaniae, alterum Baioariae prefecit. — Post haec nunciatum est ei, Bernhardum nepotem suum, Italiae regem, quorundam pravorum hominum consilio tyrannidem meditatum fuisse, iamque omnes introitus Italiae, quos clusas dicunt, impositis presidiis firmasse, atque omnes Italiae civitates in eius verba iurasse, quod ex parte verum, ex parte fuerat falsum. Ad quos motus comprimendos imperatore celeriter cum exercitu magno veniente, Bernhardus rebus suis diffidens, armis depositis, apud Cabillonem imperatori se tradidit. Einh. A.

4. 3. A. D. 818. Detecta fraude coniurationis, et sediciosis omnibus in suam potestatem redactis, imperator Aquisgrani revertitur, transactoque quadragesimali ieiunio, paucis post sanctum pascha diebus coniurationis auctores simul et regem iudicio Francorum capitali dampnatos sententia, luminibus tantum iussit orbari. — Irmingardis regina 5. Non. Octobr. obiit, quae[c] genuit imperatori Lotharium, Pippinum et Ludewicum. Geneal. SS. II. p. 314.

5. 4. A. D. 819. Conventus Aquisgrani post natale Domini habitus est; in quo multa de statu aecclesiarum tractata sunt, legibus etiam capitula quaedam pernecessaria, quae deerant, addita sunt. Quo peracto, imperator, inspectis plerisque nobilium filiabus, Welpi comitis filiam nomine Iudith duxit uxorem, quae[d] genuit ei Karolum Calvum. Geneal. II, 314.

6. 5. A. D. 820. Propter iuges pluvias et aerem nimio humore resolutum magna incommoda contigerunt. Nam et hominum et boum pestilentia grassata est; frumenta quoque et legumina corrupta sunt.

7. 6. A. D. 821. Allatum est imperatori Ludewico de morte Leonis imperatoris Constantinopolitani, quod anno preterito in basylica sanctae Dei genitricis intra palatium interemptus sit conspiratione quorundam optimatum suorum et precipue Michahelis comitis domesticorum, qui pretorianorum militum studio infulas imperii suscepit, et novem annis regnavit. — Secundum[e] quosdam Leo papa obiit, eique Stephanus successit.

8. 7. A. D. 822. In regione Tburingorum quodam in loco iuxta fluvium quendam cespes longitudine pedum quinquaginta, latitudine 14, altitudine sesquipedali, de terra sine manibus precisus et sublatus, ab eo loco in quo sumptus est 25 pedum spacio distans inventus est. Item in parte orientalis Saxoniae, quae Soraborum finibus contigua est, in quodam deserto loco, iuxta lacum qui dicitur Arnse, in modum aggeris terra intumuit, et limitem unius leugae longitudine porrectum sub unius noctis spacio absque humani operis molimine instar valli subrexit. — Stephanus papa[f] obiit; cui Paschalis successit. — Domnus imperator filium suum Lotharium pro disponendis regni negotiis in Italiam misit; cui[g] precedenti anno Irmingardam, Hugonis comitis filiam[h], de qua ille suscepit Lotharium postea excommunicatum, Ludewicum post se regnantem et Karolum. Pippinum vero filium suum imperator in Aquitaniam misit; cui filiam Theoderici comitis Matricensis iunxit.* A. Lob. Einh. A.

* D. E. *addunt:* Inchoatio monasterii nove Corbeie in Saxonia per sanctum Adelhardum, antiquae Corbeiae in Frantia abbatem.

9. 8. A. D. 823. Mense Maio conventu habito apud Franconofurt, inter ceteras barbarorum legationes venerunt ad imperatorem duo fratres de regno Wilzorum, controversiam habentes, Milegast et Celeadrogo, filii Liubit[i] regis Wilzorum. Qui cum orientalibus Abodritis pugnans cum interisset, populus Wilzorum filium eius Milegastum maiorem natu regem sibi constituit; sed cum is secundum ritum gentis non digne amministraret regnum, illo abiecto, iuniori regium honorem deferunt. Quamobrem ad presentiam imperatoris ambo venerunt. Qui cum vidisset gentis voluntatem proniorem ad iuniorem fratrem, statuit, ut is regnum teneret, ambos tamen muneribus donatos et sacramento confirmatos in patriam remisit.* — Lotharius, disposita Italia, cum iam redire statueret, rogante Paschali papa Romam venit, et honorifice ab eo susceptus, in sancto paschae die apud Sanctum Petrum et regni coronam et imperatoris et augusti nomen accepit, sicque mense Iunio ad patrem venit. — Imperator Druogonem fratrem suum, apud Mettensem aecclesiam sub canonica vita degentem, clero eiusdem urbis consentiente atque eligente, rectorem ibi constituit, eumque ad pontificatus gradum promoveri censuit. — Ceadrogo[k] Abodritorum princeps cum quibusdam populi sui primoribus ad imperatorem venit, dilatique per tot annos adventus sui rationem unde incusabatur non improbabiliter reddidit, et licet in quibusdam causis culpabilis esset, per merita parentum suorum tamen non solum impunitus, verum etiam muneribus donatus, ad regnum redire permissus est. — Hoc anno prodigia quaedam extitisse narrantur, in quibus precipua erant terremotus in Aquensi palatio, et in territorio Tullensi iuxta villam Commerciacum puella[l] quaedam annorum circiter 12 post sacram communionem, quam in pascha de manu sacerdotis accepit, sine omni victus desiderio plenum biennium usque in tercium annum dimidium complevit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Coepit autem ieiunare anno dominicae incarnationis 823. a pascha, et in 825. circa inicium Novembris, peracto ieiunio, cibum sumere ac ceterorum hominum more manducando vivere coepit. — In Saxonia quoque in pago Firihsaze 23 villae igne caelesti crematae sunt, et fulgura in sereno visa sunt atque interdiu de caelo ceciderunt. — In territorio Cumetensi Italicae civitatis in vico Grabadona in aecclesia sancti Iohannis baptistae imago sanctae Mariae puerum Ihesum gremio continens, in absida eiusdem aecclesiae depicta, et ob nimiam vetustatem obscurata peneque deleta, tanta claritate per duorum dierum spacia effulsit, ut omnem splendorem novae picturae suae venustatis pulchritudine penitus vincere videretur. Imagines etiam magorum munera offerentium iuxta eam erant depictae, quas preter munera quae offerebant claritas illa minime irradiabat. * cf. Mon. I, 211.

* D. E. *addunt:* Paschalis — transposuit. *ex Sigeb. a.* 821.

10. 9. A. D. 824. Paschalis papa vita decessit. In cuius locum cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius tamen, presbiter tituli sanctae Sabinae, vincente nobilium parte, papa 99[us] ordinatur, seditque annos 3. Legati Michahelis imperatoris Constantinopolitani ad imperatorem Ludewicum pro pace confirmanda cum muneribus et litteris venerunt, condignoque responso absoluti sunt.* — Hoc anno paucis post aestivale solsticium diebus in territorio Augustidunensi, aere in tempestatem subita mutatione converso, ingens fragmentum ex glacie simul cum grandine decidisse narratur, cuius longitudo pedes 15, latitudo 7, crassitudo duos habuisse dicitur. Einh. A.

* D. E. *addunt:* Inter cetera munera — ibi sanatis. *ex Sigeb.*

*) *Primus annus imperii in margine a.* 816. *legitur.* a) ordinem 5. b) Paschalis — VIIII. *postea addit* 1. c) quae — Ludewicum *in margine addit* 1. *desunt* 1b. d) quae — Calvum *in margine addit* 1. e) secundum — successit *in margine* 1. *desunt* 4. f) Stephanus — successit *in margine* 1. *desunt* 4. *supra post* inventus est *leguntur* 5. 9c. 10. 11. g) cui — iunxit *in loco raso* 1. h) coniunxit *vel aliud eiusmodi vocabulum deest.* i) liuthit 1b. k) *ita omnes quos vidi codd.* celeadrogo 11. l) puella — XII. *in loco raso* 1.

Einh. A. 11. 10. A. D. 825. Habito Aquisgrani conventu, legati Bulgarum pro constituendis terminis inter Francos et Bulgares ad imperatorem venerunt, responsoque accepto, redierunt.

12. 11. A. D. 826. Hilduinus, abbas monasterii sancti Dionisii apud Parisium sacrique palatii archicapellanus, Romam mittens, annuente precibus eius Eugenio, sanctae sedis apostolicae tunc praesule, corpus beatissimi martyris Christi Sebastiani accepit, et illud apud Suessonam civitatem in basylica sancti Medardi collocavit; ubi dum adhuc inhumatum in loculo, quo allatum fuerat, iuxta tumulum sancti Medardi iaceret, tanta signorum multitudo enituit, ut a nullo mortalium aut numero comprehendi aut verbis valeat enarrari; quorum quaedam tanti stuporis esse narrantur, ut humanae imbecillitatis fidem excederent, nisi certum esset, Dominum, pro quo ipse passus est, omnia posse.

13. 12. A. D. 827. Eugenius papa mense Augusto decessit; in cuius locum Valentinus diaconus a Romanis papa centesimus ordinatus, vix unum mensem in pontificatu complevit[a]. Quo defuncto, Gregorius, presbiter tituli sancti Marci, papa 101[us] electus est, sed ante non est ordinatus, quam imperatoris legatus Romam veniens, electionem populi qualis esset examinavit. Quo decedente, Sergius papa 102[us] successit; post quem Leo 103[us] extitit. * Corpora[b] sanctorum Marcellini et Petri de Roma in Germaniam translata mense Novembri, miraculis clarificata sunt.

* D. E. *addunt:* Hic constituit, ut octavae — fiebat. Decrevit etiam, ut dum — presumat nisi tantum ministri altaris. *ex Sigeb. a.* 847. *et* D: Rabanus monachus in scientia litterarum nulli secundus — misit. *ex eodem a.* 824. *et:* Tractatus etiam — edidit. *ex a.* 827.

cf. Mon. I, 213. 14. 13. A. D. 828. In[c] regione Wasconia trans Garonnam in pago Aginensi annonam de caelo quasi pluviam descendisse, ferunt, similem frumento, sed paululum breviora ac rotundiora grana habuisse, de qua domino imperatori

Chr. W. allatum est ad Aquisgrani palatium. — Wettinus Augiensis monachus in spiritu raptus, admirabilem vidit visionem.

Einh. A. 15. 14. A. D. 829. In ipso quadragesimali ieiunio paucis ante sanctum pascha diebus Aquisgrani terraemotus noctu factus est, ventusque tam vehemens exortus, ut non solum humiliores domos, verum etiam ipsam sanctae Dei genitricis basylicam, quam capellam vocant, tegulis plumbeis tectam, non modica denudaret ex parte.

16. 15. A. D. 830. Michahel imperator obiit.

Chr. W. 17. 16. A. D. 831. Secundum quosdam[c] Paschalis papa obiit, eique Eugenius successit.* Corpora sanctorum Valentis, Senesii et Theopontii in Angiam insulam deferuntur. Theophilus, filius Michahelis, regnavit annos 12.

* D. (*initio anni*) *et* E. *addunt:* Amularius — regum edit. *ex Sigeb. a.* 827.

A. Lob. 19. 18. A. D. 833. Imperator filio suo Karolo ex Iudith nato dedit Alamanniam, Rhetiam et partem Burgundiae, indignantibus ceteris filiis.

24. 23. A. D. 838. Pippinus, filius imperatoris, obiit.

25. 24. A. D. 839. Anni ab inicio 4800.

Chr. W. 26. 25. A. D. 840. Ludewicus imperator obiit 12. Kalend. Iul., sepultusque est in aecclesia Mettensi[c].

A. Loh. cf. Chr. W. 1. Anno dominicae incarnationis 841. ab Urbe vero condita millesimo 592. Ludewicus, superioris Ludewici

A. Lob. filius, 75[o d] loco ab Augusto, regnare coepit, et 36 annis regnavit. Post mortem vero patris sui Ludewici imperatoris, frater eius Lotharius reversus de Italia, et Pippinus, filius Pippini patrui sui, de Aquitania, voluerunt Karolum, filium Iudith, cognomine Calvum, ea parte quam sibi pater concesserat privare, et secundum id testamentum, quod avus eorum Karolus Magnus statuerat, in tres partes inter se regna dividere. Qua de re apud Antisiodorensem pagum in loco qui dicitur Fontaneth grave praelium inter eos commissum est, et magna strage pugnatum, a

Chr. W. neutra est parte triumphatum. Tandem vero pacificati, per quatuor tetrarchias regna dividunt. In[e] divisione regnorum Lotharius cum nomine imperatoris possedit Italiam, Ludewicus Germaniam, Pippinus Aquitaniam, Karolus Galliam.

Theophylus imperator Constantinopolitanus obiit, cuius filius Michahel regnavit annis 26.*

* D. E. *addunt:* Rex Bulgarum ad christianismum — perseveravit. *ex Sigeb. a.* 865.

4. A. D. 844. Bellum fuit inter Pippinum, filium Pippini, et Karolum.

Chr. W. 7. A. D. 847. Iudith[f] imperatrix, uxor Ludewici prioris, obiit.

10. A. D. 850.*

* D. E. *addunt:* Gotescalcus[g] quidam h. a Rabano iam archiep. Mogontiae ordinato r. c. sed — errore. *ex Sigeb. a.* 849.

Chr. W. 15. A. D. 855.* Aecclesia sancti Kyliani in Wirciburg fulminibus exusta est. — Lotharius[h] imperator, tonsura et

ex A. Lob. monachico habitu suscepto, Prumiae obiit; cui Lotharius filius successit cum fratre Ludewico. — Corpus sancti Martini levatur de tumulo.

* D. E. *addunt:* Terremotu, aeris insolita commotione, turbinibus et multis incommodis homines quassantur. Quidam quoque homo — manente. *ex Sigeb., et pergunt:* Aecclesia etiam *etc.*

Chr. W. 17. A. D. 857. Leo papa migravit; cui Benedictus papa 104[us] succedens, et ipse anno eodem decessit. Hiltigart regina obiit.

18. A. D. 858. Nicolaus papa 105[us] ordinatus, sedit annos 9.

Chr. W. 22. A. D. 862. * Sanctus Meginradus heremita occiditur.

* D. (*initio*) *et* E. (*fine anni*) *addunt:* Rabanus archiepiscopus obiit.

25. A. D. 865. Huni christianitatis nomen aggressi sunt.

27. A. D. 867. Basylius, occiso domino suo Michahele, regnavit annos 20.

28. A. D. 868. Adrianus papa 106[us] sedit annos 5.

A. Lob. 30. A. D. 870. Lotharius, filius Lotharii imperatoris, cum legitimae uxori superduxisset aliam, Romam vocatus est, nolensque papae consentire, excommunicatus est, sicque in redeundo Placentiae mortuus est.*

* D. E. *addunt:* Antea quippe Guntharius Coloniensis et Dietgaudus Treverensis archiepiscopi, eo quod sibi consensissent in commisso adulterio, Romae a papa Nicholao examinati et convicti, episcopatu — concessa est. *ex Sigeb. a.* 863.

a) qui etiam IIII[us] Leo dictus est. *superscr.* E1. *recepit* E2. b) Corpora — sunt *et antea plura huius anni verba in loco raso* 1. c) c. sancti Arnulphi Mettis 1[b]. d) LXVIIII. D. E. e) in — Galliam *in margine* 1. f) *Haec desunt* 5. g) Gothescalcus D1. h) Lothario Pruniae (*sic*) mortuo, Lotharius filius 5.

32. A. D. 872. Iohannes papa 107us ordinatur;*·*1 post quem Marinus 108us, Adrianus 109us, Agapitus 110us, Basylius 111us, Stephanus 112us.

* D. (*in margine*) *et* E. *addunt:* Ad quem Iohannes — libellis. *ex Sigeb.*

35. A. D. 875. Ludewicus, filius Lotharii imperatoris itemque Lotharii frater, obiit, et Karolus rex Romam tendens, a Iohanne papa imperator efficitur.* Chr.W.

* D. E. *addunt:* Ludewico regi — non studuit. In Italia — narratur. Plurimus exercitus locustarum senas alas sexque pedes et duos dentes lapide duriores habentium Galliam vastant, sequiturque fames tam valida, ut pene terciam partem hominum consumpserit[a]. *ex Sigeb.*

36. A. D. 876.* Ludewicus imperator** obiit. Chr.W.

* D. E. *addunt:* Cometes — vestigium. *ex Sigeb.* ** D. E. *addunt:* in Italia.

Anni Karoli iunioris.

1. Anno dominicae incarnatiouis 877. ab Urbe vero condita millesimo 628. Karolus, iunior filius Ludewici, qui fuit nepos Karoli, 76°[b] loco ab Augusto, regnare coepit, et cum fratribus suis Karlomanno et Ludewico annis 11 regnavit. Ludewicus quippe, ut aiunt, tenuit Ostrofranciam, Karolus Alamanniam, Karlomannus Baioariam; cuius filius Arnolfus postmodum obtinuit monarchiam. cf.Chr.W. Geneal. SS.II,314.

2. A. D. 878. Karolus rex Galliarum, cognomento Calvus, frater Ludewici secundi, obiit. Chr.W.

3. A. D. 879. Ludewicus Balbus, filius Karoli, obiit.

4. A. D. 880.* Ludewicus, frater Karoli, vivente fratre suo Karlmanno, Baioariam ingreditur. Karlmannus obiit.

* D. E. *addunt:* Sol — apparerent. *ex Sigeb.*

5. A. D. 881. Karolus iunior cum uxore sua Ribegarda imperiali benedictione sublimatur.

6. A. D. 882. Ludewicus rex Francorum, frater Karoli imperatoris, obiit.

10. A. D. 886. Outo, vir militaris et strenuus, a principibus Galliae rex creatur in palatio Compendii. Hic patrem habuit ex equestri ordine Ruotpertum, avum vero paternum Witichinum ex Germania profugum. Hunc autem ideirco in regnum promoverunt, quia Karolus, filius Karoli[c], nepotis Karoli Calvi Galliarum regis, cui regnum debebatur, vix adhuc triennis erat, patre defuncto, cum puer biennis fuit, matre vix per quadriennium superstite. Richer.I,5. I, 4.

11. A. D. 887. Karolus imperator vivus dimisit regnum. — Basylius imperator regno decessit. Chr.W.

Anni Arnolfi.

1. Anno dominicae incarnationis 888. Urbis conditae millesimo 639. Arnolfus, filius Karlomanni fratris Karoli iunioris, 77°[d] loco ab Augusto, regnum suscepit, annisque 12 regnavit, quinque vero imperavit. Cuius anno primo Karolus imperator iunior, dimisso prius imperio, obiit. Chr.W.

Leo et Alexander, filii Basylii, regnum Constantinopolitanum tenuerunt annis 22, postea Alexander anno uno, deinde Constantinus Porphyrogenitus, Leonis filius, annis 6 cum matre sua Zoe, postea Romanus Armeniacus cum eodem Constantino annis 26, post haec idem Constantinus cum filio suo Romano puero annis 15.

Arnolfus itaque rex potens principabatur Baioariis, Suevis, Francis orientalibus, et post mortem Karoli Calvi Lotharingis audacibusque Saxonibus. Cui Zuentebaldus Maravanorum dux viriliter repugnavit. Usque ad haec autem tempora Ungariorum gens, cuius omnes pene nationes expertae sunt seviciam, quibusdam difficillimis interpositionibus, quas clusuras nominat vulgus, separata erat a nobis, ut neque ad meridianam neque ad occidentalem plagam exeundi facultatem habuerit. Arnolfus igitur rex, cum Zuenteboldum supradictum superare nequiret, depulsis, prò dolor! his munitionibus, Ungariorum gentem, scelerum cupidam, in auxilium vocat, si tamen auxilium dici potest, quod paulo post, eo moriente, cum genti suae, tum ceteris in meridie occasuque degentibus grave periculum, immo exicium fuit. Devicto itaque Zuenteboldo, Arnolfus secure potitur regno; Ungarii vero interim, observato[e] exitu, contemplatique regionem, malum cordibus, quod post in propatulo apparuit, machinabantur. Liudpr. I, 5. I, 13.

2. A. D. 889. Liutperto archiepiscopo Sunderold successit. — Arn Wirciburgensis episcopus in Saxonia occisus est inter missarum sollemnia. Sedit autem annos 36, menses 7. Chr.W.

3. A. D. 890. Arnolfus rex exercitum Nortmannorum delevit.

4. A. D. 891. Radispona incendio flagrat.

6. A. D. 893. Sunderoldus archiepiscopus a Nortmannis occiditur; pro quo Hatto ordinatur, obscurus quidem genere, sed acutus ingenio, et qui difficile discerneretur, melior consilio foret an peior. Widuk.I,22.

7. A. D. 894.*

* D. E. *addunt:* Arnolfus[f] — Lothariensium. *ex Sigeb. a.* 896.

8. A. D. 895. Arnolfus Italiam Burgundiamque sibi subiecit. Chr.W.

Anni imperii Arnolfi.

9. 1. A. D. 896. Arnolfus rex Romam veniens, imperator efficitur.

Huius temporibus Formosus erat papa 113us.

10. 2. Anno dominicae incarnationis 897. Karolus iam quindennis creatur in regem Galliae, Outone adhuc vivente et iniuriam dissimulante; eodem tamen anno defunctus est. Cuius Outonis frater Ruotpertus a Karolo dux Celticae prelatus, cum postea regnum affectaret, a militibus Karoli interfectus est. Cuius filius Hugo ob necem patris regi semper infensus, consilio egit per quoscumque potuit, ut Ruodolfus, filius Richardi Burgundionis, eo multum reclamante, rex crearetur, et Karolus rex ab Heriperto, eiusdem Hugonis cognato, per insidias caperetur carcerique manciparetur; in quo post quinquennium defunctus est, anno regni sui 36°, vitae vero 54°[g]. Idem autem Karolus ex sorore Adelstani regis Anglorum filium procreavit nomine Ludewicum, qui inter perturbationes patris infantulus adhuc transmarinis partibus advectus ad avunculum Adelstanum, post patris necem et Ruodolfi mortem paternum et avitum rexit imperium. Hic etiam ex Gerbirga, Heinrici Saxonum ducis et postea regis filia, sorore Ottonis Magni, quam[h], extincto Gisilberto eius viro, coniugem duxit, Lotharium filium accepit, qui in eodem regno patri successit. Richer. I,12.sqq.

11. 3. A. D. 899. Magna fames homines se invicem comedere persuasit. Chr.W.

12. 4. A. D. 900. Arnolfus imperator* obiit, moxque eodem anno Ungarii, morte illius audita, collecto permagno Liudpr. II,1.

* Arnolfus imperator longa — moritur. D. E. *ex Sigeb. a.* 902.

*1) 10. 11. *addunt:* Qui a quodam toxicatus et ab alio malleo percussus, obiit, statimque[i] percussor eius a nullo lesus moritur.

a) consumpsissent D1. b) LXX. D. E. c) *in loco raso* 1. d) LXXI. D. E. e) servato *corr.* observato 1. f) Arnoldus D1. g) LIII. 1^{b}. h) quam — persuasit *in loco raso* 1. i) statimque — moritur *desunt* 11.

Liudpr. II,1.2. exercitu, Maravianorum gentem, quam illorum auxilio Arnolfus imperator sibi subdiderat, invadunt sibique vendicant, Baioariorum quoque fines occupant, castella diruunt, aecclesias igni consumunt, populos ingulant, et ut magis magisque timeantur, interfectorum sese sanguine potant.

I,29. Huius Arnolfi temporibus Formosus papa vehementer adflictabatur a Romanis, cuius et hortatu Arnolfus rex Romam advenerat. Qui ingressus urbem, multos Romanorum principes obviam sibi properantes, ulciscendo papae iniuriam, decol-
c.29. lari precepit. Causa autem simultatis inter Romanos et Formosum papam haec fuit: Formosi decessore defuncto, quaedam pars Romanorum Sergium, quendam Romanae diaconum aecclesiae, papam sibi elegerat, quaedam vero pars non infima natu Formosum, Portuensis civitatis episcopum, pro vera religione divinarumque scripturarum et doctrinarum scientia papam fieri anhelabat. Cum autem in eo esset, ut Sergius ordinari debuisset, pars quae Formoso favebat non sine
c.30. mediocri tumultu et iniuria Sergium ab altari expulit et Formosum papam constituit. Unde Sergius descendit in Tusciam, quatenus Adelberti marchionis potentissimi iuvaretur per potentiam. Quod et factum est. Nam Formoso defuncto,
c.36. et Arnolfo in patria miserabili morte, scilicet vermium quos peduculos dicunt tanta scaturicione, ut nullis medicorum
c.30. curis minui possent, extincto, is qui post necem Formosi constitutus est expellitur, Sergiusque per Adelbertum papa constituitur. Qui constitutus, ut impius, sanctarum doctrinarum inscius, Formosum e sepulchro extrahi atque in sede Romani pontificatus sacerdotalibus vestimentis indutum locari sicque decollari precepit. Cui et ait: *Cum Portuensis esses episcopus, cur ambitionis spiritu Romanam universalem sedem usurpasti?* Dein sacris exutum vestibus, abscisisque digitis tribus, in Tyberim iactari precepit, cunctosque quos ipse ordinaverat gradu proprio depositos iterum ordinavit. Quod quam male et iniuste egerit, in hoc animadverti poterit, quoniam et hi qui a Iuda proditori[a] ante proditionem salutem seu benedictionem apostolicam perceperunt, ea post proditionem propriique corporis suspensionem non sunt privati, nisi quos improba forte fedarunt flagicia. Benedictio siquidem, quae ministris Christi impenditur, non per eum qui videtur, sed qui non videtur sacerdotem infunditur. Neque qui rigat est aliquid, neque qui plantat, sed qui incrementum dat,
c.31. Deus. Quantae autem auctoritatis quantaeque religionis Formosus papa fuerit, hinc colligere possumus, quoniam, dum a piscatoribus postmodum esset inventus atque ad beati Petri principis apostolorum aecclesiam deportatus, sanctorum quaedam imagines sese inclinantes, hunc in loculo positum venerabiliter salutaverunt. Quod religiosissimi Romanae urbis testati sunt. — Post Formosum Iohannes papa 114[us] extitit; cui Stephanus 115[us] successit.

Anni Ludewici.

cf.Chr.W. 1. Anno dominicae incarnationis 901. ab Urbe vero condita millesimo 652. Ludewicus, Arnolfi imperatoris filius, 78[o]
Liudpr. II,2–5. loco ab Augusto, admodum puer, imperium suscepit, et 12 annis regnavit. Cuius anno primo Ungarii Baioariam vastaverunt; sed Ludewicus gentis suae depopulationem non ferens, magno exercitu coacto, iuxta Licum fluvium cum eis pugnavit, et plus quam mille ex eis interfecit. Cumque pugna usque ad horam septimam iam protraheretur et regis victoria estimaretur, Ungarii callidi, positis ex adverso insidiis, fugam simulant. Quos dum regis milites, doli ignari, impetu validissimo insequerentur, omni ex parte prodeunt insidiae, et quasi victi ipsi victores interimunt, rex ipse e victore se victum esse miratur, fitque illi non opinatus gravior casus; Ungarii vero ut rabiem perlidiae suae saciarent, Baioariorum, Suevorum, Francorum regna percurrunt, cunctaque vastando incendunt.

c. 6. Huius temporibus Adelbertus, non quilibet mediocris, sed ex primatibus magnus ille heros, filius sororis Heinrici ducis sed postea regis, nepos Ottonis ducis Saxoniae, simultatem non modicam in castello Babenberg contra
Wid.I,22. rem publicam exercebat. Nam cum inimiciciae essent inter Chuonradum, patrem Chuonradi postea regis, primum a Chuonrado interfectus est frater Adelberti, in cuius ultionem Chuonradus quoque postea occisus est ab Adelberto; nec ullus regum
Liudpr.I.l. potuit tam ingens bellum inter eminentes viros ortum sedare. Cumque ipsi etiam regi Ludewico rebellis existeret Adelbertus, sepe rex congregatis omnibus super castellum eius irruerat. Cui nominatus heros non iuxta castellum, ut plerique solent, sed procul a munitione preparat bellum. Regis itaque milites prinsquam huius virtutem[b] re ipsa experirentur, regem precuntes, pugnae preludio hunc extra castrum eljcere atque interficere cogitabant; sed ipse huiusmodi proludii[c] non solum non ignarus sed etiam debriatus, his obviam tam longe a castro processerat, ut hunc milites eousque ex adversariis esse non cognoscerent, quoad eorum cervices istius muero cedis impatiens deseviret. Igitur cum septennio ferme Adelbertus heros rebellionem huiusmodi exerceret, sciens Ludewicus fortitudinem illius audaciae hautquaquam se nisi[d] tergiversatione quadam posse devincere, Hattonem Mogontinae sedis archiepiscopum, quid super hac re faciendum esset, consuluit. Qui ut erat versutia plenus: *Desine,* ait, *ego te serurum meis sollicitudinibus reddam; ego, ut ad te ille adveniat, providebo; tu, ne redeat, curato.* Hatto itaque animi confidentia, qua nonnullas res ex infortunio secundas effecerat, animatus, Babenberg, quasi Adelberti rebus consulturus, adiit, multaque loentus, in dolo suasit ei ad regem venire,
Wid I,22. spondens ei iureiurando, aut ei pacem cum rege facturum, aut incolomem illum suo loco restituturum. His pactis con-
Liudpr. et Wid. sentiens Adelbertus, fidei et amiciciae gratia ut dignaretur prandere, rogavit episcopum. Quo calliditatis obtentu negante, ilico urbem egressi sunt, episcopo dexteram Adelberti tenente. Cumque pertransissent oppidum cum omni comitatu, fertur episcopus clamasse: *Proh,* inquiens, *quam sepe petit, qui oblata spernit; tedet me longioris viae et tardioris horae; nam[e] ieiuni tota die non possumus ambulare.* Haec audiens Adelbertus, nichilque mali susspicatus, ad genua pontificis se letus inclinavit, et ut in urbem gustandi gratia reverteretur, deposcit. Pontifex in urbem revertitur cum Adelberto, deputans se liberatum a vinculo iramenti, eo quod incolomem illum sic restituisset loco suo. Post haec cum pontifice exiens, regi Ludewico ab eo presentatur, moxque habita iudicio, principum qui affuere decreto capitalem subiit sententiam, et in proprio castello Tharissa accepit sepulturam.

Chr.W. 2. A. D. 902. Ungarii Charentauiam invadunt, et commissa in sabbato paschae pugna, occiduntur.*

* D. E. *addunt:* Sarraceni — debellaverunt. *ex Sigeb. a.* 910.

3. A. D. 903.*

* D. E. *addunt:* Ludewicum — veniret. *ex Sigeb. a.* 911. Zuendebaldus — composuit. *ex Sigeb. a.* 903.

Chr.W. 6. A. D. 906. Ungarii amarius occiduntur. Berenger[f], Reginolt et Gerhart germani fratres interficiuntur.

7. A. D. 907. Pugna[g] inter Adelbertum, fratrem eorum, et Chuonradum, fratrem Ludewici imperatoris[h]; in qua Chuonradus occiditur.

8. A. D. 908. Ruodolfus episcopus Wirciburgensis obiit. — Adelbertus perfidia Hattonis archiepiscopi et cuiusdam Luitpaldi deceptus, Ludewico rege iubente, decollatur. — Baioarii ab Ungariis interficiuntur.

9. A. D. 909. Ungarii Saxoniam et Thuringiam vastant.

10. A. D. 910. Ungarii Alemanniam petunt. — Leo imperator Constantinop. obiit.

11. A. D. 911. Franci pugnant cum Ungariis.

a) *ita* 1. *) LXXII. D. E. b) *superscr.* 1. c) preludii 1[b]. 4. 5. 10. 11. D. d) nisi se 1[b]. e) iam 1[b]. f) berengir. reinold et gerhard gemini fr. 1[b]. g) pugna committitur 5. h) i. erat 4. i. committitur 9[c]. 10. 11.

12. A. D. 912. Ludewicus rex moritur. Hic iuxta quosdam ultimus dicitur Karolorum apud orientales Francos imperantium, iuxta quosdam vero Chuonradus, qui post eum imperavit, ultimus computatur, a quibus pater illius Chuonradus, qui ab Adelberto interfectus est, frater Ludewici huius fuisse estimatur. Sed huius diversitatis error scriptoribus regnorum imputetur. Ludewicus igitur cum accepisset uxorem nomine Mahthildam, sororem Brunonis ac magni ducis Ottonis, non multis post haec vixerat annis. Horum pater erat Luitolfus, qui Romam profectus, transtulit inde reliquias Innocentii papae. Ex quibus Brun cum ducatum amministrasset totius Saxoniae, duxit exercitum contra Danos, et inundatione repentina circumfusus, non habens locum pugnandi, periit cum omni exercitu, fratri, natu quidem minori, sed omni virtute multo potiori, relinquens ducatum. Regi autem Ludewico cum non esset filius, post mortem eius omnis populus Francorum atque Saxonum quebat Ottoni diadema imponere regni, sed ipse quasi iam gravior recusabat onus imperii; eius tamen consultu Chuonradus, quondam dux Francorum, filius* illius Chuonradi quem Adelbertus occidit, ungitur in regnum, penes Ottonem tamen summum semper et ubique fiebat imperium. Natus est autem eidem Ottoni filius, mundo necessarius, optimus Heinricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia; cui pater moriens totius Saxoniae ducatum reliquit, Chuonrado iam in regnum sublimato. Wid.I,16. * ex Chr.W. Wid.I,17.

Anno dominicae incarnationis 913. Urbis autem conditae millesimo 664. Chuonradus, filius Chuonradi quem Adelbertus occidit, Francorum ex genere oriundus, vir strenuus bellorumque exercicio doctus, omnium electione, 79°* loco ab Augusto, regnum accepit, et 7 annis regnavit. Sub quo potentissimi principes erant Arnoldus in Baioaria, Burchardus in Suevia[b], Eberhardus[c] comes potentissimus in Francia, Gisilbertus dux in Lotharingia; inter quos Heinricus Saxonum et Thuringorum dux prepotens clarebat. Secundo autem regni eius anno memorati principes huic presertim rebeles extiterant, quos ille tam sapientiae vigore quam fortitudinis robore superavit suamque ad fidelitatem perduxit. Arnolfus autem nimio terrore coactus, cum uxore ac filiis ad Ungarios fugit, ibique usque ad obitum Chuonradi permansit. Chr.W. Liudpr.II,17. c.13 c.19.

Anni Chuonradi.

1. Primo anni Chuonradi regis Ungarii ab Alemannis[d] et Baioariis iuxta fluvium Enum[e], qui vulgariter Ine dicitur, occiduntur. Chr.W.

2. A. D. 914. Predicti principes regi rebellant. Rudolfus rex moritur; post quem[43] Ludewicus, Karoli filius, in regnum patris consilio Hugonis ducis, filii Ruotperti, ex transmarinis partibus ad Gallias reducitur; cui idem Hugo tamen postea adversatur. Hoc tempore Marinus papa 116us extitit. Liudpr. Chr.W. Richer. II, 1. sqq.

3. A. D. 915. Ungarii Alemanniam devastant. Hatto archiepiscopus[f] obiit; cui Heriger successit.[g] Chr W.

5. A. D. 917. Salomon episcopus captus est. Ungarii Alamanniam totam* igne et gladio vastant.

* totam devastantes usque ad Fuldam perveniunt. D. E. *ex Sigeb. a.* 917.

6. A. D. 918. Erkenger dux et Berhtolfus germani fratres decollantur. — Basilea ab Ungariis destruitur.

7. A. D. 919. Ungarii per Alemanniam et Alsaciam transeuntes, Lotharingiam invadunt. — Burchardus* dux constituitur. — Chuonradus rex moritur, cuius consilio et precepto Heinricus dux Saxoniae, filius Ottonis ducis, in regnum provehitur. Sed quia, Karolorum stirpe in regno Francorum deficiente, regnum iam ad Saxones per Heinricum transfertur, genealogiam Karolorum causa memoriae breviter depingamus, dehinc de origine gentis Saxonicae, cuius opinio varia est, aliqua describamus, sicque ad inicium regni pertendamus.*1 cf.Wid.

* B., d. c. *desunt* E., *ubi sequentia ita leguntur:* Cuonradus rex moriens coram principibus regni regem designat Heinricum, filium Ottonis Saxonum ducis ex Luitgarda filia Arnulfi imperatoris. *Tota vero Saxonum historia deest.*

*1) 5. *addit hos versus:*

Reges de styrpe Karoli.

Stirps Karoli Magni mundo, venerabilis omni,
Ante fuit clara, coepit demum fore rara.
Leto delente paulatim deficiente,
Successit primus Cuonradus nominis huius.

De styrpe Saxonum.

Saxonici reges tunc coeperunt dare leges,
Rex erat Heinricus inter quos nomine primus.
Quae stirps regnavit, ad finem dum propiavit.

Reges Salici.

Rex oritur Salicus, Cuonradus nomine dictus.
Si non in peius perdurat adhuc genus eius.

a) LXXIII. D. E. b) *ita litteris effugientibus recentiori manu* 1. *rell.* c) evrardus 1[b]. d) alamannis *corr.* alemannis 1. e) enim *corr.* eni 1[b]. f) a. Mogontinus 5. g) s. decimus archiepiscopus 5.

43) Ekkehardus hoc loco Rudolfum regem Burgundiae huius nominis primum et Galliae regem eundem habet.

cf. Geneal. SS. II. p. 311.

Sanctus[a] *1 Arnolfus primum comes, deinceps[b]
Ansgisus filius eius.
Pippinus princeps et[c] maior domus. Cuius[d] mater erat Begga, soror sanctae Gerdrudis virginis.
Karolus cognomento Fortis, maior domus.
Pippinus maior domus idemque rex Francorum.
Karolus[e] rex Francorum et[e] patricius Romanorum, primus imperator in[f] Francia.
Luodewicus[g] rex cognomento Pius.

Lotharius rex Italiae et Lotharingiae.			Karolus rex Galliae et Hispaniae.			Ludewicus[p] rex Germaniae.		
Hugo filius regis in[h] monasterium trusus.	Ludewicus[i] rex Italiae, exceca-tus a Berengario rege.	Lotharius rex Lotharingiorum.	Karlomannus excaecatus.	Ludewicus[l] rex Franciae.	Karolus in venatione occisus.	Ludewicus rex Ostrofranciae[q].	Karlomannus rex Baioariorum invictissimus.	Karolus rex Alamanniae.
	Berhta.		Irmendrud[m]. Cunigunt.	Ludewicus[l] rex Franciae.	Karolus[n]. Karolus.	Arnolfus[q*] rex Baioariae et Franciae.		
Wido et Lampertus et Adelbertus marchiones.	Hugo rex Italiae.	Buoso frater Hugonis ex eodem patre.	Sigefrid comes. Cunigunt imperatrix.	Lotharius. rex Franciae. Item[n] Lotharius rex Franciae.		Zuentebaldus[r] dux Lothariorum.	Ludewicus[s] rex Ostrofranciae.	Chuonradus[t] quem Adelbertus interfecit.
Humbertus ex Wendelmuota[k].	Lotharius ex Alda Teutonica[k].							Chuonradus[t]. rex ultimus Karolorum[u].

De origine Saxonum.

Widuk. I, 2. Super origine gentis Saxonum varia opinio est, aliis estimantibus, de Danis Nortmannisque eos originem duxisse, aliis vero, quibus et Greci consentire dicuntur, eos reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui secutus Magnum Alexandrum, immatura ipsius morte per totum orbem sit dispersus. Transl. S. Alex. Invenimus autem in scriptis cuiusdam, quod, antiquitate tradente, ab Anglis Britanniae incolis sint egressi, et per oceanum navigantes, Germaniae litoribus studio et necessitate querendarum sedium sint appulsi, in loco qui vocatur Hathuloga, eo tempore quo Theodericus rex Francorum contra Irminfridum ducem Thuringorum dimicans, terram eorum crudeliter ferro vastavit et igni. Cumque primum Wid. I, 3. sqq. terrae applicuissent, incolae ipsius terrae, qui Tburingi fuisse traduntur, adventum eorum graviter ferentes, arma contra eos moverunt, Saxones vero acriter resistentes, portum obtinuerunt. Diu deinde inter se dimicantibus, et multis hinc inde cadentibus, tandem utrisque placuit de pace tractare; initumque est foedus eo pacto, quo haberent Saxones vendendi emendique copiam, ceterum ab agris, a cede hominum atque rapinis abstinerent; stetitque illud foedus inviolabiliter multis diebus. Cumque Saxonibus iam defecisset pecunia, quid emerent aut venderent non habentes, inutilem sibi pacem esse arbitrati sunt. Ea igitur tempestate contigit adolescentem quendam egredi de navibus, oneratum multo auro, torque aurea, simulque armillis aureis. Cui obvius quidam Thuringorum: *Quid sibi vult,* inquit, *tam ingens aurum circa tuum famelicum collum? Emptorem,* inquit, *quero; ad nichil aliud istud aurum gero. Qui enim fame periclitor, quo auro delecter?* At illo qualitatem quantitatemque precii rogante: *Nullum,* inquit Saxo, *michi est discrimen in precio; quicquid dabis gratum habeo.* Ille vero subridens: *Quid si,* inquit, *de pulvere isto sinum tibi impleo?* Erat autem presenti loco egesta humus plurima. Saxo nichil cunctatus aperit sinum et accipit humum, ilico Thuringo tradens aurum; letusque ad suos uterque redit. Thuringi Tburingum laudibus ad caelum tollunt, qui nobili fraude Saxonem deceperit; fortunatumque eum inter omnes mortales fuisse, qui vili precio tam ingens aurum possederit. Ceterum certi de victoria, de Saxonibus iam quasi triumphabant. Interea Saxo privatus auro, oneratus vero multa humo, appropiat navibus. Sociis igitur ei occurrentibus et quid ageret ammirantibus alii amicorum eum irridere coeperunt, alii arguere, omnes pariter eum amentem crediderunt. At ille postulato silentio: *Sequimini me,* inquit, *optimi Saxones, et meam vobis amentiam probabilis utilem.* At illi, licet dubii, secuntur tamen. Ille autem, sumpta humo, per vicinos agros quam subtilius potuit eam dispersit, et castrorum loca occupavit. Ut autem viderunt Thuringi castra Saxonum, intollerabilis visa est eis res; et missis legatis, conquesti sunt de foedere rupto ac violato pacto ex parte Saxonum. Saxones responderunt, se hactenus foedus inviolabiliter servasse, terram vero proprio auro comparatam cum pace velle obtinere aut certe armis defendere. His auditis, incolae ceperunt aurum Saxonicum iam maledicere, et quem paulo ante felicem predicabant, auctorem perditionis suae atque regionis fatebantur. Ia deinde accensi, coeco marte sine ordine et sine consilio irruunt in castra. Saxones vero parati hostes excipiunt sternuntque, et rebus prospere gestis, proxima circumcirca loca iure belli obtinent. Diu itaque cum ab alterutris pugnatum foret, et Tburingi Saxones sibi superiores fore viderent, per internuncios pacificari cum eis querunt, eosque in terra quam acceperunt sedere concedunt.

cf. G. Franc. c. 19. Wid. I, 9 sqq. Eo tempore mortuo Clodoveo rege Francorum, quatuor filii eius regnum ipsius equaliter diviserunt. Ex quibus Theodericus cum Austrasiam accepisset, cuius regni sedes apud Mettensem fuit civitatem, mittere curavit legationem ad Irminfridum regem Thuringorum pro pace et concordia, mandans ei, non se cupere sibi esse dominum sed amicum, non imperatorem sed propinquum, propinquitatisque iura inviolabiliter se velle servare — sororem quippe Theoderici Irminfridus acceperat —; tantum ut a populi Francorum concordia, qui eum regem constituerant, non discordaret, rogabat. Ad haec Irminfridus cum benigne responderet, Francorum statuta sibi placere, pace omnimodis se indigere, super negotio regni responsionem suam in amicorum presentiam se velle differre, audiens regina, legatum fratris supervenisse et super negotio regni cum rege locutum fuisse, egit cum Iringo milite regis, qui erat vir audax, fortis manu, acer ingenio, acutus consilio, pertinax in rebus agendis, facilis ad suadenda quae vellet, unde et animum regis sibi conexerat, ut pariter

*1) *Tabula genealogica deest* D., *spacio vacuo reliclo. In* E1. *infra occurrit, ibique et in* 4. 5. 10. *in ipsa tabula leguntur versus:*

Hec stirps[v] Francigenam regni dum strinxit habenam,
Romae sceptrigenos Karolos dedit[w] ac Ludewicos.

6—9. *tabula omissa haec tantum verba praebent:* Hec stirps Francigenam regni.

a) E1. *praemittit:* Arnulfus vir illustris, pater sancti Arnulfi episcopi. b) *ita* 1. *supple* episcopus; — deinde episcopus, novissime solitarius E1. c) *deest* E1. d) Cuius — virginis *post addit* 1. *desunt* E1. e) K. magnus E1. f) imp. Francorum E1. g) Lothowicus imperator E1. h) intrusus monasterio E1. i) Lothewicus E1. k) Wendilmota, Theotonica E1. l) Lotewicus E1. m) Irmintrud E1. n) *deest* E1. o) *ita* 1. *ut etiam in stemmate supra p.* 32. *edito primum scriptum erat; quod tamen postea ita emendatum est, ut Karolus filius Ludewici indicetur.* p) Lothvwicus E1. q) osterfrancie E1. q*) Arnorfus 1. r) Zvendibalt E1. s) Lodvvicus E1. t) Cõnradus. E1. u) Karlo ::::::(mannorum?) E1. v) Stirps mea 4. w) creat ac Lothowicos E1.

regi suaderent, regnum sibi iure hereditario cessisse, utpote quae filia regis esset et reginae, Theodericum vero suum Widukindi.
servum esse, tanquam ex concubina natum, et ideo indecens fore, proprio servo manus unquam dare. Convocatis ergo principibus et necessariis amicis, Irminfridus verba legati in presentia eorum contulit. At illi unanimiter suadebant, quae pacis et concordiae sunt eum sentire, quia impetus Francorum ferre non posset, maxime qui acrioribus hostium armis ex alia parte premeretur. Iring vero lascivae mulieris satisfaciens votis, suasit Irminfrido, Francis cedere non debere, super negotio regni iustiorem se causam habere, latum preterea imperium, militum manus et arma ceterasque belli copias sibi ac Theoderico parum aeque procedere. His igitur Irminfridus persuasus, secundum haec verba legato respondit, amicitiam quidem sui et propinquitatem Theoderico non negare, mirari se tamen satis non posse, quomodo usurpare vellet prius imperium quam libertatem; servum illum natum, et quomodo sui quereret dominium; se non posse proprio servo manus dare. Legatus his satis commotus: *Mallem*, inquit, *hoc caput meum tibi tradere, quam huiusmodi verba a te audire, sciens ea multo sanguine Francorum atque Thuringorum dituenda.* Et haec dicens, reversus est ad Theodericum, et quae audivit non celat. Theodericus autem nimiam iram vultu celans sereno: *Oportet nos*, inquit, *ad servicium Irminfridi festinare, quatinus qui libertate privamur, inani saltem vita fruamur.* Et cum gravi exercitu appropians terminis Thuringorum, invenit eum valida quoque manu se exspectantem in loco qui dicitur Runiberg, et commisso certamine, pugnatum est ancipiti bello per biduum; tercia vero die victus Irminfridus cessit Theoderico, fugiensque tandem se recepit in urbem quae dicitur Schidinga, sita super fluvium Onestroda. Theodericus autem, congregatis principibus exercitus sui, rogat sententiam, utrumnam censerent, Irminfridum persequendum an patriam remeandum? Erat autem Theoderico servus ingeniosus satis, cuius consilium expertus est sepius probum, eique propterea quadam familiaritate fuit coniunctus. Cumque quidam censerent, mortuos sepeliendos, saucios curandos, et ad maiorem exercitum congregandum esse repatriandum, rogatus ille servus sententiam dixit: *In rebus honestis puteherrimam semper esse arbitror perseverantiam, quam ita coluerunt maiores nostri, ut a ceptis negotiis raro vel nunquam deficerent. Nec tamen labores nostros eorum aequandos putaverim, qui parvis copiis ingentes gentium copias superaverunt. Nunc terra in nostra est potestate; et discessione nostra vietis occasionem vincendi prestabimus? Amplecterer et ipse patriam redire, familiarem necessitudinem providere, si hostem nostrum eo spacio scirem vacare. Sed vulnerati nostri forsitan hac re indigent; castrorum ergo labor impigris animis reor pro maxima voluptate est. Cesa multitudine exercitus est vehementer attenuatus; hostesne omnes evaserunt? Certe rarissimi. Ipse namque dux ut quaedam bestiola suo munitur latibulo, urbis circumdatur claustro, nec ipsum caetum audet secure inspicere, nostro timore cogente. Sed non desunt ei pecuniae, quibus conducantur nationes barbarae, non deest militum manus, licet lassa; quae tamen omnia nostra redintegrantur absentia. Indecorum est victoribus, victis vincendi locum dare. Num singulis urbibus amministranda sufficimus presidia? Et eas omnes perdimus, dum imus et redimus.* Haec eo prosequente, placuit Theoderico omnibusque victoriae avidis, manere in castris, et mittere ad Saxones, Thuringis iam olim inimicos, ut ei essent auxilio, ea conditione, ut si vincerent Irminfridum urbemque caperent, terram eis in hereditatem perpetuam traderet. Saxones nichil cunctati, novem duces cum singulis milibus militum destinabant. Et ingressi duces in castra, singuli cum centenis militibus, reliqua multitudine extra castra relicta, Theodericum verbis pacificis salutabant, et ab eo hylariter suscepti, dextras dabant et accipiebant, seque illi devotos et ad omnia promptos a Saxonica gente missos dicebant, eisque cordi esse, aut vincere velle aut vivere nolle. Illis haec loquentibus, mirati sunt Franci prestantes corpore et animo viros, mirati sunt et habitum novum, arma quoque et diffusam scapulis cesariem, et super omnia ingentem animi constantiam. Vestiti autem erant sagis et armati longis lanceis, stabantque subnixi parvis scutis, habentes ad renes cultellos magnos. Quidam vero ex Francis dicebant, tantis ac talibus amicis Francos non indigere, genus indomitum fore, et si presentem terram inhabitarent, eos procul dubio esse, qui Francorum quandoque[b] destruerent. Theodericus vero propriis utilitatibus consulens, in fide suscepit viros, demandans, ut ad obpugnandam urbem prepararentur. At illi a rege regressi, castra metati sunt ad meridianam plagam urbis in pratis fluvio contignis, et postera die prima luce surgentes, sumptis armis oppidum obpugnant et incendunt, statimque aciem ordinant ex adverso portae orientalis. Ili vero qui intus erant, clausi muris, dum vident acies ordinatas ac se in ultimis constitutos, audacter portis erumpunt, coccoque marte in adversarios irruunt, et telis emissis, res perinde agitur gladiis. Cumque grave bellum oriretur, plures hinc inde sternuntur, istis pro patria, pro uxoribus ac natis, postremo pro vita pugnantibus, Saxonibus vero pro gloria et pro terra acquirenda certantibus. Cumque ubique fierent cedes et ululatus et neutrum agmen loco cederet, iam tardior hora prelium diremit. Eo die ex Thuringis multi interfecti, multi sauciati sunt, de Saxonibus vero numerata sunt sex milia cesa. Mittitur igitur Iring ab Irminfrido cum supplici legatione et omnibus thesauris suis ad Theodericum pro pace ac spontanea deditione. Et accedens Iring: *Haec*, ait, *tibi misit tuus quondam propinquus, modo servus, rogans, ut si non sui miserearis, miserae saltem sororis tuae miserearis nepotumque tuorum in ultima necessitate constitutorum.* Dum haec lacrimans dixisset, interpellatio principum auro corruptorum adiecit, decere clementiam regalem, non spernere legationem talem nec communem naturam oblivisci, meliusque esse, eum in fide suscipere, quem iam superatum ita contereret, ut nunquam se contra eum levare posset, quam illud genus hominum indomabile et ad omnem laborem perdurabile, a quo nichil aliud exspectaret Francorum imperium nisi solum periculum; ideoque melius esse, ut susceptis Thuringis, pariter eos eicerent de finibus suis. His dictis licet invitus flectitur Theodericus, promisitque, postera die Irminfridum se susceppturum Saxonesque abiecturum. Quibus Iring auditis, ad pedes prosternitur regis, laudansque sententiam regis, ipse nocte illa mansit in castris, et misso ad dominum optato nuncio, ipsum urbemque securitatis replevit gaudio. Interea urbe ex pace promissa securiore reddita, egressus est quidam cum accipitre, victum quaeritans supra litus fluvii supradicti; sed emissum volucrem quidam de Saxonibus in ripa suscepit ulteriori. Emissore vero rogante ut remitteretur, Saxo negavit. Ille autem ait: *Remitte, et prodam secretum tibi sociisque tuis utile.* Saxo econtra: *Dic*, inquit, *ut accipias quod queris. Reges*, inquit, *pace inter se facta, decreverunt, ut si cras in castris inveniamini, aut capiamini aut certe occidamini.* Ad haec ille: *Serio haec ais, an ludo? Secunda*, inquit, *hora futuri diei probabit, quod sine ludo vos agere oporteat. Quapropter vobis ipsis consulite et fuga salutem querite.* Saxo statim volucrem emisit, sociisque retulit quae audivit. Qui satis commoti, in promptu non inveniebant, quid super his agere debuissent. Erat autem tunc in castris quidam de veteranis militibus iam senior, sed viridi adhuc senectute vigens, qui merito bonarum virtutum pater patrum dicebatur, nomine Hatugato. Hic arripiens vexillum, quod apud eos habebatur sacrum, leonis atque draconis et desuper aquilae volantis insignitum effigie, quo ostentaret fortitudinis atque prudentiae et earum rerum efficaciam, et motu corporis animi constantiam declarans, ait: *Hucusque inter optimos Saxones vixi, et ad hanc fere ultimam senectutem aetas me perduxit, et nunquam Saxones meos fugere vidi, et quomodo nunc eogor agere quod nunquam didici? Certare didici, fugere ignoro nec valeo. Si fata non sinunt ultra vivere, liceat saltem, quod michi dulcissimum est, cum amicis occumbere. Exemplo michi sunt paternae virtutes, amicorum corpora circa nos prostrata, qui malue-*

a) unstrut 5. b) omnino 5.

Wid.l.l. *runt mori quam vinci, impigras animas amittere quam coram inimicis loco cedere. Sed quid necesse habeo exhortationem protrahere tantum de contemplu mortis? Ecce ad securos ibimus, ad cedem tantum, non ad pugnam. Nam de promissa pace ac nostro gravi vulnere securi, nichil susspicantur adversi; hodierno quoque praelio fatigati, quemadmodum sunt sine metu, ita sine vigiliis et solita custodia manent. Irruamus igitur super improvisos et somno sepultos; parum laboris est; sequimini me ducem, et hoc canum caput meum vobis trado, si non evenerit quod dico.* Illius igitur optimis verbis erecti, quod supererat dici in reficiendis corporibus suis expendebant, deinde prima vigilia noctis, qua solet sopor gravior occupare mortales, dato signo, sumunt arma, et precedente duce, irruunt super muros, invenientesque eos sine vigiliis ac custodibus, ingressi sunt urbem cum clamore magno. Quo excitati adversarii, alii fuga salutem quesierunt, alii per plateas et muros urbis ut ebrii erraverunt, alii in Saxones, cives suos putantes, inciderunt. Illi vero omnes perfectae aetatis morti tradiderunt, impuberes praedae servaverunt. Irminfridus autem requisitus, cum uxore ac filiis pancoque comitatu evasisse compertus est. Quod audiens Theodericus, egit, ut dolo revocaretur et Iring cum interficeret, quatinus Theodericus quasi alienus ab eius cede consisteret. Hoc cum Iring egre suscepisset, victus fallacibus promissis, quasi magnis muneribus foret donandus ac potestate magna in regno sublimandus, tandem consensit, seque voluntati eius parere promisit. Revocatus igitur Irminfridus, prosternitur vestigiis Theoderici, Iring vero stans iuxta quasi armiger regis, evaginato gladio prostratum dominum trucidavit. Statimque rex ait ad eum: *Quia dominum tuum interfecisti, pro tali facinore omnibus mortalibus merito odiosus, viam habelo apertam discedendi a nobis; sortem vel partem tuae nequitiae nolumus habere. Merito,* inquit Iring, *odiosus cunctis appareo, qui tuis parui dolis; antequam tamen exeam, purgabo hoc scelus meum, vindicando dominum meum;* et ut evaginato gladio stetit, ipsum quoque Theodericum obtruncavit, sumensque corpus domini, posuit super cadaver Theoderici, ut vinceret saltem mortuus, qui vincebatur vivus, viamque ferro faciens, discessit. Si qua fides his dictis adhibeatur, penes lectorem est, mirari tamen non possumus satis, famam in tantum prevaluisse, ut lacteus caeli circulus Iringis nomine Iringesstraza usque in presens sit notatus. In Francorum
* c. 22. vero gestis legitur*, quod Theodericus, data fide Irminfrido, ad Tulbiacam civitatem eum ad se venire fecerit, et cum supra muros civitatis colloquerentur, compulsus ille de muro in terram corruerit sicque mortuus sit, suosque filios
Wid.l.l. Theodericus interficere iusserit. Saxones autem bello peracto reversi ad Theodericum in castra, bene ab eo sunt susceptisque laudati et presenti terra in aeternam possessionem donati, socii quoque et amici Francorum appellati sunt,
Transl.S.Al. moxque urbem, cui ab igne, ut propriis moenibus, pepercerunt, primum incoluerunt. Terram vero acceptam sorte dividentes, cum multi ex eis in bello cecidissent et pro raritate sui totam occupare non possent, partem illius, et eam quam maxime quae respicit ad orientem, colonis tradebant sub tributo exercendam, cetera vero loca ipsi possederunt; a meridie quidem Francos habentes et partem Thuringorum, quos precedens hostilis turbo non tetigit, et alveo fluminis Unstrodae dirimuntur, a septentrione vero Nortmannos gentes ferocissimas, ab ortu autem solis Obodritos, et ab occasu Friesos, a quibus sine intermissione vel foedere vel concertatione finium suorum spacia necessario tuebantur. Erant enim inquieti nimis et finitimorum sedibus infesti, domi vero pacati et civium utilitatibus placida benignitate consulentes, generis quoque ac nobilitatis suae providissimam curam habentes, nec facile ullis aliarum gentium vel sibi inferiorum conubiis infecti, propriam et sinceram et tantum sui similem gentem facere conati sunt. Unde habitus quoque ac magnitudo corporum comarumque color, tanquam in tanto numero hominum, idem pene omnibus. Quatuor igitur differentias gens illa in genere habuit, nobilium scilicet ac liberorum, libertorum atque servorum, et id legibus firmatum est, ut nulla pars in copulandis coniugiis propriae sortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat uxorem et liber liberam, libertus coniungatur libertae et servus ancillae. Si vero quispiam horum sibi non congruentem et genere prestantiorem duxerit uxorem, cum vitae suae damno componat Legibus etiam ad vindictam malefactorum optimis utebantur, et multa utilia atque secundum legem naturae honesta in morum probitate studuerunt habere, quae eis ad veram beatitudinem promerendam proficere potuissent, si noticiam sui creatoris haberent. Coluerunt enim eos qui natura non erant dii, maximeque Mercurium, cui certis diebus humanis quoque hostiis litabant. Deos suos neque templis includere neque ulli humanae speciei assimilare pro magnitudine et dignitate divinitatis licitum arbitrati sunt, lucos ac nemora consecrantes deorumque nominibus appellantes, secretum illud sola reverentia contemplabantur. Auspicia et sortes quam maxime observabant, quarum sortium consuetudo simplex erat. Virgam frugiferae arbori decisam in surculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant. Mox si publica consultatio fuit, sacerdos populi, si privata, ipse paterfamilias, precatus Deos caelumque susspiciens, ter singulos tulit, sublatisque secundum impressam antea notam interpretatus est; et si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die consultatio erat; si permissum est, eventuum adhuc fides exigebatur. Avium voces volatusque interrogare, proprium gentis illius erat; equorum quoque presagia ac motus experiri hinnitusque ac fremitus observare, nec ulli auspicio maior fides adhibebatur, non solum apud plebem, sed etiam apud proceres. Erat et alia observatio auspiciorum, quo solebant eventus gravium explorare bellorum; eius scilicet gentis, cum qua bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum patriis quemque armis committere, et victoriam huius vel illius in previdentia habere. Quomodo autem certis diebus, cum aut luna inchoatur aut impletur, agendis rebus auspicatissimum inicium crediderint, et alia innumerabilia vanarum supersticionum genera, quibus impliciti tenebantur, observaverint, pretereo; haec vero ideo commemoravi, quo prudens lector agnoscat, a quantis errorum tenebris per Dei gratiam sint liberati; qui erant sicut omnes nationes Germaniam incolentes et natura feroces et cultui daemonum dediti veraeque religioni contrarii, neque divina neque humana iura transgredi illicitum vel inhonestum putantes. Unde factum est, quod cum finitimis suis, et maxime cum Francis, lites atque discordias habebant, quia suberant causae, quae cottidie pacem perturbare poterant, termini videlicet amborum pene ubique in planicie contigui, preter pauca loca, in quibus vel saltus magni vel montium iuga interposita utrorumque agros certo limite disterminant, in quibus cedes et rapinae atque incendia vicissim fieri non cessabant. Quibus adeo Franci sunt irritati, ut non iam vicissitudinem reddere, sed apertum contra eos deliberarent bellum suscipere. Susceptum est igitur contra eos bellum, quod magna utrorumque animositate, maiore tamen Saxonum damno per continuos 30 annos gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum perfidia hoc pateretur. Difficile quippe dictu est, quotiens superati ac supplices regi sese dederunt, imperata facturos polliciti sunt, obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, legatos qui mittebantur susceperunt, aliquotiens ita domiti et emolliti, ut etiam cultum daemonum dimittere et christianae religioni se subdere velle promitterent; sed sicut ad haec facienda aliquotiens proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere precipites; nec facile est estimare, ad utrum horum faciliores dici veriue possint. Frondosis arboribus fontibusque venerationem exhibebant, truncum quoque ligui non parvae magnitudinis in altum erectum sub divo colebant, patria eum lingua Irminsul appellantes, quod Latine dicitur universalis columna, quasi sustinens omnia.

Einh. Vita Kar. c. 1. Igitur defuncto Pippino, qui, Hilderico rege, in quo Merivingorum finitum est imperium, deposito et in monasterium misso, primus ex prefecto aulae per auctoritatem Zachariae Romani pontificis monarchiam regni Francorum solus obti-

nuit, Karolus filius eius successit, qui contra Saxones bellum, quod quasi intermissum patris eius morte videbatur, repetivit. Pater enim eius prius eos superatos trecentorum equorum per singulos annos tributo multavit. Post renovatum cum eis a Karolo bellum vix ullus exactus est annus, quo non ab eis facta sit pacti permutatio; sed magnanimitas regis ac perpetua tam in adversis quam in prosperis constantia mentis nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat vel ab his defatigari quae agere coeperat. Nam nunquam eos huiuscemodi aliquid perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se ducto aut per comites suos misso exercitu perfidiam eorum ulcisceretur et condignam ab eis poenam exigeret, usque dum, omnibus qui resistere solebant profligatis et in suam potestatem redactis, decem milia hominum ex his, qui utrasque ripas Albiae fluminis incolebant, cum uxoribus et parvulis transtulit et huc atque illuc per Galliam et Germaniam multimoda divisione distribuit; tractumque per tot annos bellum ea conditione constat esse finitum, ut abiecto daemonum cultu, christianae religionis sacramenta susciperent. Quod et factum est. Witikint quoque, qui inter eos et claritate generis et opum amplitudine eminebat, et qui perfidiae eorum auctor et incentor indefessus erat, ad fidem Karoli sponte veniens, apud Tiniacum baptizatus et a rege de fonte susceptus est; sicque Saxonia tota superata et subiecta est. | Huius Witikindi filius Wigbertus, christianae religionis cultor devotus, filium procreavit, quem Waltbertum vocavit; qui et ipse ab infantia religiosus, cum factus esset vir, Romam causa orationis et reliquiarum acquirendarum tetendit [a], corpusque sancti Alexandri, filii sanctae Felicitatis, integrum accipiens a papa tunc temporis Leone, in Saxoniam detulit et in loco qui dicitur Wigaltingohuson locavit.

cf. supr. a 758. ex Einh. A. Transl. S. Al.

Ex eiusdem Saxonicae gentis stirpe vir nobilis et permagnificus est egressus, nomine Luitolfus, qui et ipse religionis gratia Romam profectus, beati papae Innocentii reliquias inde adduxit. Hic habuit filios duos, Brunonem et Ottonem; quorum maior Brun, cum totius Saxoniae ducatum amministrasset, exercitum contra Danos duxit, ibique occisus, ducatum fratri Ottoni reliquit. His erat soror nomine Luitgart, quam Ludewicus rex, filius Arnolfi imperatoris, uxorem duxit, sed non diu postea vixit. Quo sine filiis mortuo, omnis Francorum Saxonumque populus voluit Ottoni duci diadema imponere regni. Quod cum ille quasi iam senio gravior recusaret, eius consultu Chuonradus Francorum dux ungitur in regem, summa tamen semper et ubique fuit penes Ottonem. Natus est autem eidem Ottoni filius nomine Heinricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia. Qui cum in primeva aetate omni virtutum genere vitam suam exornaret, pater eius videns prudentiam adolescentis, reliquit ei exercitum adversus Dalmantiam, contra quam ipse diu militavit. Dalmantii vero impetum illius ferre non valentes, conduxerunt adversus eum Avares, quos modo vocamus Ungarios, qui, ut quidam putant, reliquiae sunt Hunorum, qui, ut in Gothorum legitur hystoria, egressi a Gothis, multa mala inferebant gentibus finitimis, quos postremo Pannoniam inhabitantes Karolus Magnus devicit, et, ut dicitur, a consueta gentium depopulatione ingenti vallo circumclusos prohibuit; quod opus Arnolfus imperator destruxit, eosque contra Zuenteboldum Maravarorum regem in auxilium sibi eduxit. Qui deinde quantam stragem quantamque iniuriam Francorum regno fecerint, urbes ac regiones adhuc desolatae testantur. Hi etiam a Dalmantiis evocati, magnam cladem in Saxonia fecerunt, multamque predam abduxerunt.

Wid. I, 16 sq.

Igitur pater [b] patriae magnusque dux Otto defunctus, illustri et magnifico filio suo Heinrico totius Saxoniae ducatum reliquit. Rex autem Chuonradus, cum sepe expertus fuisset virtutem novi ducis, veritus est ei committere omnem potestatem patris. Quo factum est, ut offensionem incurreret totius exercitus Saxonici. Quorum vultum erga se austeriorem rex cernens, nec ducem eorum publico bello se posse conterere pre innumera exercitus multitudine perpendens, egit, ut quoquo modo interficeretur dolo; ad hoc habens, ut fertur, maxime idoneum Mogontinae sedis episcopum nomine Hattonem, cuius consilio et Adelbertus Babenbergensis deceptus est. Hic predictum ducem aggressus dolo, fecit ei fabricari torquem auream, et invitavit eum ad convivium, quo magnis ab eo muneribus honoraretur. Interea pontifex considerandi operis gratia ingressus ad aurificem, visaque torque, fertur ingemuisse. Gemitus causam cum aurifex requisisset, respondit, quia optimi sibique carissimi viri, scilicet Heinrici ducis, sanguine torques illa deberet intingui. Aurifex audita silentio texit, et opere perfecto ac reddito, missionem petiit et accepit; obviansque duci eunti ad ea negotia, indicavit ei quae audivit. Ipse autem vehementer iratus, vocat legatum pontificis, qui iam pridem aderat invitandi eum gratia, et ait: *Vade, die Hattoni, quia durius collum non gerit Heinricus quam Adelbertus, et quia melius rati sumus domi sedere et de eius servicio tractare, quam comitatus nostri multitudine eum gravare.* Et statim reversus, omnia quae iuris ipsius erant in omni Saxonia vel Thuringia occupavit; Burchardum quoque et Bardonem, quorum alter gener regis erat, in tantum afflixit, ut terra cederent eorumque possessiones ipse militibus suis totas divideret. Hatto autem episcopus videns suis calliditatibus finem impositum, nimia tristicia ac morbo pariter non post multos dies confectus, interiit. Fuerunt etiam qui dicerent, quia fulmine tactus eiusque ictu dissolutus, post tercium diem defecisset. Rex autem misit fratrem suum Eberhardum cum exercitu ad devastandam Saxoniam. Qui appropians urbi quae dicitur Heresburg, superbe, ut tradunt, locutus est, quod nulla sibi cura maior esset, quam quod Saxones pro muris se ostendere non auderent, quo cum eis dimicare potuisset. Adhuc sermo in ore illius erat, et ecce Saxones ei occurrerunt miliario uno ab urbe; initoque certamine, tanta cede Franci multati sunt, ut a mimis declamaretur, ubi tantus ille infernus esset, qui tantam caesorum multitudinem capere posset. Frater autem regis a timore absentiae Saxonum liberatus est, quia eos et presentes vidit et ab ipsis turpiter fugatus discessit. Audiens autem rex male pugnatum a fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit ad requirendum Heinricum. Quo comperto in presidio urbis quae dicitur Gruona, temptavit illud obpugnare presidium. Et missa prius legatione pro spontanea deditione, spondet, se per hoc sibi amicum affuturum, non hostem experturum. Huic legationi intervenit Dietmarus ob orientalium Saxonum parte, vir disciplinae militaris peritissimus, varius consilioque magnus, et qui calliditate ingenita multos mortales superaret. Hic superveniens legatis regis presentibus, interrogat ducem, ubi vellet exercitum metari. At ille iam persuasus cedere Francis, accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita esse; Dietmarus vero ficte loquebatur; cum quinque enim tantummodo viris venerat. De numero autem legionum sciscitante duce, ad 30 fere legiones se producere posse respondit. Ita delusi legati, regressi sunt ad regem. Vicit vero illos calliditate sua Dietmarus, quos ipse dux ferro vincere non potuit Heinricus. Nam antelucanum relictis castris Franci, unusquisque rediit in sua.

Septimo autem anno regni sui Chuonradus rex egrotare coepit, sentiensque vocationis suae tempus adesse, principes regni, excepto Heinrico, convocavit, et eos ita convenit: *Vocationis meae tempus agnosco, et ut cernitis, presto est; proinde pacem concordiamque vos sectari etiam etiamque rogo. Me hominem exeunte, nulla vos regnandi ambitio inflammet; Heinricum, Saxonum Thuringorumque ducem prudentissimum, regem eligite dominumque constituite; is enim est et sapientia pollens et iustae severitatis censura abundans.* Quibus in haec verba consentientibus, vocat fratrem suum

Liudpr. II, 20

Wid. I, 25.

a) rum tetendit *in loco raso* 1. b) patre — magnoque duce Ottone defuncto, illuster et magnificus filius suus Heinricus — ducatum (suscepit ?) *corr. ut editum est* 1.

Wid. I, 25. Eberhardum, sicque alloquitur illum: *Sentio, frater, me diutius istam vitam tenere non posse; idcirco considerationem tui habeto, et quod ad te maxime respicit, omni Francorum regno consulito, meo, fratris tui, intendendo consilio. Sunt nobis copiae exercitus congregandi atque ducendi, sunt urbes et arma cum regalibus insigniis et omne quod decus regium deposcit preter fortunam et mores. Fortuna, frater, cum nobilissimis moribus Heinrico cędit; rerum publicarum summa secus Saxones est. Sumptis igitur his insigniis, lancea scilicet et armillis aureis cum clamide et veterum gladio regum ac diademate, ito ad Heinricum, pacemque facito cum eo, ut eum foederatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, ut cadat populus Francorum tecum coram eo? Ipse enim vere rex erit et imperator populorum multorum.* His dictis, frater lacrimans se consentire respondit. Post haec rex moritur, vir fortis et potens, domi militiaque optimus, largitate serenus et omnium virtutum insigniis clarus; sepeliturque in civitate sua Wilinaburg, cum merore ac lacrimis omnium Francorum.

c. 26. Ut ergo rex imperavit, Eberhardus Heinricum adiit, seque cum omnibus thesauris illi tradens, pacem cum eo fecit, amiciciamque eius promeruit, quam fideliter familiariterque usque in finem obtinuit. Deinde congregatis principibus et natu maioribus exercitus Francorum in loco qui dicitur Friteslare, designavit eum regem coram omni populo Francorum atque Saxonum.

Anni Heinrici.

1. Anno[a] dominicae incarnationis 920. ab Urbe condita millesimo 671. Heinricus, genere Saxo, filius Ottonis ducis,

cf. Chr. W. 80o[b] loco ab Augusto, in regnum eligitur, regnavitque annis 17. Hic cum non haberet gratiam Chuonradi regis sui

Wid. I, 26. decessoris, propter morum probitatem animique virtutem idem rex in extremis suis, ut predictum est, pretermisso fratre proprio, hunc elegit, et ut ab omnibus id ageretur principibus, consilium dedit. Cui cum unctio et diadema offerretur a summo pontifice, qui eo tempore Herigerus erat, non sprevit, nec tamen suscepit: *Satis*, inquiens, *michi est, ut pre maioribus meis rex dicar et designer, divina annuente vestraque pietate; penes meliores vero nobis unctio ac diadema sit; tanto honore nos arbitramur indignos.* Placuit iste sermo coram universa multitudine, et dextris in caelum levatis,

c. 27. nomen novi regis clamore valido salutantes frequentabant. Hoc ordine rex factus Heinricus, perrexit cum omni comitatu

Liudpr. II, 50. Richer. I, 17. Wid. l. l. suo ad pugnandum contra Burchardum ducem Alamanniae, cuius filiam habuit uxorem Ruodolfus Burgundio, qui[44] post interfectionem Ruotperti[c] regis Galliarum, patris Hugonis ducis, fratris vero Ottonis[d] regis, ab inimicis Karoli regis rex elevatus est, sicut et Ruotpertus decessor eius. Burchardus vero dux, licet esset bellator intolerabilis, sentiens tamen, cum valde prudens esset, congressionem regis se sustinere non posse, tradidit ei semet ipsum cum universis urbibus et populo suo.

Liudpr. II, 21. Eodem tempore* Arnolfus dux cum uxore et filiis ab Ungaria rediens, honorifice a Baioariis suscipitur, nec solum suscipitur, sed etiam ut rex fiat vehementer ab eis exoratur. Rex autem Heinricus cum inter omnes regni principes sibi obtemperantes Arnolfum solum resistere cerneret, collecto exercitu prevalido, Baioariam tetendit, eumque iuxta quos-

* Wid. l. l. dam* in presidio urbis Ratisponae obsedit; quod ille videns, seque regi resistere non sufficere perpendens, portis apertis egressus est ad regem, tradens semet ipsum cum omni regno suo, et honorifice susceptus ab eo, amicus regis appellatus

* Liudpr. l. l. est. Quidam** vero scribunt*, quod non passus sit Arnolfus prestolari adventum regis in Baioaria, sed collectis quibus potuit copiis, obviam ei processerit ad pugnam. Cumque in eo esset, ut bellum inire deberent, rex Heinricus, ut vir sapiens et Deum timens, cogitans ex utraque parte damnum inreparabile posse accidere, Arnolfo, ut solus cum solo loquatur, denunciat. Qui putans se acciri ad singulare certamen, ad condictum solus pervenit. Quem Heinricus, ut erat prudens animo et potens eloquio, prudenti sermone alloquitur, increpans eum, cur Dei ordinationi resisteret, cum se ab omni populo[e] electum sciret, quod nisi Deo disponente non fieret; affirmans, quia si populus aeque illum communiter eligeret, se fore, qui primus in eius electione acclamaret; sicque copioso dicendi genere animum eius demulcens, ad suos rediit. Arnolfus quoque rediens ad suos, indicavit eis Heinrici sermones. Qui dixerunt, verum esse quod audirent sapientiam per Salomonem dixisse, per ipsam scilicet reges regnare et prudentes iusticiam discernere; neque enim in eius electione totius populi animum fieri unum, nisi hunc a Deo constaret electum; unde sibi aequum bonumque videri, ut a ceteris non dissentiens, hunc regem eligeret, ea tamen conditione, si sibi hoc quod decessores eius non habuere concederet, scilicet, ut totius Boioariae[f] pontifices suae potestati subiacerent, unoque defuncto, alterum ordinare sibi liceret. Conivens igitur huic suorum consilio, miles Heinrici efficitur, et ab eo, ut dictum est, concessis sibi totius Baioariae pontificibus, honoratur. Hic est Arnolfus ille, super cuius denotatione sancto Oudalrico episcopo,

* Mon. G. SS. IV, 389. Wid. I, 27. ut in libro gestorum eius* legitur, ostensus est gladius sine capulo, qui rex fieri frustra cupiens, invasor regni extitit, et pro hac ambitione destructis aecclesiis, earum reditus militibus suis in beneficium concessit. Rex autem Heinricus de die in diem proficiens et crescens, robustior et clarior habebatur. Cumque regnum ab antecessoribus suis ex omni parte confusum civilibus bellis et externis colligeret, pacificaret et adunaret, signa movit contra Gal-

c. 28. liam et Lotharii regnum. Lotharius autem erat filius primogenitus Ludewici imperatoris, a magno Karolo nati. Huic erant fratres Pippinus[45], Karolus et Ludewicus. Sub his fratribus bellum famosum factum est in Phontinich, antequam divisio regni fieret. Facta autem divisione, Pippino cessit Hispania, Karolo regnum Aquitaniae et Wasconiae; ab occidente habens terminum Barcelonam Hispaniae urbem, ab aquilone Britannicum mare, ad meridiem iuga Alpium, ad orientem Masam fluvium. Inter Masam vero fluvium et Rhenum Lothario regnum cessit cum Italia, quam vivente patre regendam accepit. A Rheno autem usque ad fines Yllirici et Pannoniae, Odoram quoque fluvium et terminos Danorum Germania tota Ludewici regnum erat. Haec divisio inter eos facta, inviolabiliter permansit, quousque iure hereditario haec regna omnia cederent Karolo, Ludewici filio, qui erat filius Karoli cogno-

c. 29. mento Calvi. Ad hunc itaque Karolum, cui diximus regna cessisse per hereditatem, quidam vir nomine Outo ex orientalibus Francis venit, et ab eo suseeptus, cum esset vir fortis et prudens, egit consilio suo, ut eum Danis pugnaretur, qui iam multis annis Lotharii regnum vexabant. Cumque pugnaretur cum eis, una die ex eis centum milia

* Wid. l. l. caesa referuntur*. Ex hoc ille Outo clarus et insignis habebatur et a rege secundus, cum ad eum veniret uno tantum servulo comite contentus. Moriens autem Karolus, rogavit Ottonem beneficii sui memorem fore, ut misericordiam sibi a se prestitam filio suo, si nasceretur, non negaret; nam filius ei nondum erat, sed regina pregnans adhuc fuit

* Wid. l. l. secundum quosdam*; alii** vero dicunt, quod iam fere biennis fuerit filius. Mortuo autem Karolo, Outo filium

** Richer. I, 4. Wid. l. l. eius et regno pariter et nomine paterno declaravit; sed Arnolfus imperator, qui Karolum seniorem de Germania expulit, post mortem eius omne regnum ipsius sibi vendicavit. Huic Outo et diadema et sceptrum et cetera regalia orna-

* Wid. l. l. menta obtulit, regnumque domini sui gratia imperatoris Arnolfi obtinuit. Et hoc iuxta quorundam relationem*;

* Richer. I, 4. alii* vero dicunt, cum propter infantiam pueri principes nimia rerum cupidine sese preire contenderint resque suas

*) Ann. D. 921. E. **) *Sequentia desunt* E.

a) *Pergit* E. b) *ita etiam* D. LXXII. E. LXXV. *A. S.* c) ruperti 1[b]. d) ottonis 1[b]. e) *superscr.* 1. f) *ita* l.

44) Ekkehardus errore singulari reges coaevos Rudolfos Burgundiae et Galliae inter se confundit.

45) Verba latina posita Ekkehardus Widukindi narrationi adiecit; cf. supra p. 172. 173.

prout quisque poterat dilataverint, nemo vero regis provectum, nemo regni tutelam quaesierit, hoeque cernentes hostes regnum undique incursaverint, principes tandem pro hoc doluisse, convenientesque in unum, quia puer adhuc vix triennis erat, Outonem propter sapientiam et fortitudinem suam ad tuendum regnum delegisse, non ut desertores, sed velut hostium incursus indignantes. Sed quia Outo dicitur regnum ipsum ab Arnolfo imperatore obtinuisse inde usque hodie certamen est de regno stirpi Karoli et posteris Outonis, concertatio quoque regibus Karolingorum et orientalium Francorum super regno Lotharii. Ob quod et Heinricus rex movit castra contra Karolum, cum iam quindennis sublimaretur in regnum, eiusque sepius fudit exercitum, iuvitque fortuna fortem virum. Outone autem decimo anno regni sui defuncto, Galliarum principes animo et sacramento annexi sunt Karolo, necnon et Ruotpertus, Outonis regis defuncti frater, vir industrius, sese illi subdidit, quem ille ducem Galliae Celticae prefecit. Cumque iam fere totum colligeret regnum, coepit quendam Haganonem ex mediocribus extollere et supra omnes principes diligere, adeo ut, magnatibus quibusque procul absistentibus, ipse regio lateri solus hereret multaque regii iuris ad suum ius retorqueret. Unde primates indignati, cum nullatenus possent eum ab illius dilectione avertere, querebant illum de regno abicere. Multa itaque adversus eum moliti, ad ultimum convenerunt, Ruotpertumque ducem, fratrem Outonis, regem constituerunt. Adversus quem dum Karolus bellum prepararet, et in pugnam convenirent, occisus est Ruotpertus, et ex parte eius 11349, ex parte vero Karoli 7118. Hugo vero, filius Ruotperti, adhuc adolescens, egit apud quoscumque potuit, maximeque apud Heribertum cognatum suum, qui erat unus ex magnatibus, ut in deiectionem Karoli loco patris sui alius rex crearetur, se ipsum vero promoveri nolebat, quia patria interfectio illud dissuadebat. Igitur convocatis principibus, Ruodolfum, Richardi Burgundionis filium, satis eo reclamante, regem constituunt, virum strenuum et liberalibus artibus eruditum, qui [46], ut supra dictum est [a], Burchardi ducis Alamanniae filiam, nomine Berhtam, sibi copulavit, quique post ab Italicis adversus Berengarium seniorem vocatus, illo interfecto, regnum Italiae aliquandiu [b] tenuit, donec, socero suo in auxilium contra eosdem sibi denuo resistentes vocato ibidemque ab eis interfecto, Italiam reliquit, et Burgundiam revisit. Hugo vero comes Arelatensium ab Italis vocatus, regnum accepit, in quo filium ex uxore sua nomine Alda, de Ostrofrancorum stirpe [c], procreavit, quem et Lotharium vocavit adultumque regem fecit; sed ambobus postea pulsis, Berengarius, qui postea Bahenberg deportatus ibi defunctus est, regnavit. Ruodolfo autem, ut dictum est, in regnum Karoli sublimato, Heribertus predictus consilio Hugonis cognati sui, filii Ruotperti, Karolum dolo cepit, eumque in custodiam posuit; in qua et vitam finivit. Habuit autem filium nomine Ludewicum ex sorore Adelstani regis Britanorum, quem in perturbationis suae procella transmisit ad eundem avunculum suum; unde post mortem Ruodolfi regis consilio Hugonis predicti reductus, regnum patris recepit; cui tamen idem Hugo dux postea rebellavit.

Heinricus autem rex audiens casum Karoli, dolebat, humanaeque mutabilitatis communem ammiratus est fortunam, iudicavitque abstinere quidem ab armis, verum potius arte superandos putavit Lotharingos, quia gens varia erat et artibus assueta, bellis prompta mobilisque ad rerum novitates. Erat eo tempore quidam de Lotharingis nomine Cristianus, qui videns regi Heinrico cuncta prospere cedere, quesivit, quomodo apud eum maiori honoraretur gratia; et simulata infirmitate, vocavit ad se Gisilbertum, cui principatus regionis paterna successione cessit, eumque venientem arte cepit et sub custodia regi Heinrico transmisit. Erat autem Gisilbertus nobili genere ac familia antiqua natus. Quem rex satis laetus suscepit, quia per ipsum solum totum Lotharii regnum se habiturum arbitratus est. Deinde videns adolescentem valde industrium, genere ac potestate divitiisque clarum, liberaliter eum coepit babere, ac postremo desponsata sibi filia sua nomine Gerbirga, affinitate pariter et amicicia iunxit eum sibi, sublegato ei omni Lotharii regno. Et hoc iuxta descriptionem cuiusdam monachi Corbeiensis [d], de origine Saxonum et regum horum gestis scribentis; est autem alius quidam hystoriographus*, tempora Karoli huius, cuius memoriam premanibus habemus, suorumque successorum digerens, qui scribit, eundem Giselbertum filiam Heinrici duxisse, priusquam rex fieret, dum adhuc ducatum amministrasset, ipsumque Heinricum a Karolo ducatum Saxonicum accepisse, et eum ac Ruotpertum, qui postea rex factus est, inter principes, qui a rege propter Haganonem, ut predictum est, defecerant, primos fuisse. Sic enim dicit*: „Gallia Celtica Ruotperto collata, Karolus Saxoniam secedit. Cuius urbes sedesque regias perlustrans, nullo resistente obtinuit, ibi quoque Heinricum, regio genere inclitum ac inde oriundum ducem, omnibus donat.“ Et post pauca [47]: „Interea Galliarum urbibus acoppidis firmiter obtentis, cum paschalis sollemnitas immineret, Aquisgrani palatio rex sese recepit. Huc ex omni Gallia principes confluunt; huc etiam mediocres multo favore conveniunt; assunt et duces, ex Saxonia quidem Heinricus, ex Gallia Ruotpertus. Cottidie secus fores regii cubiculi manent; cottidie egressum regis a penetralibus aulae prestolantur. Cum vero nullum eis ab rege responsum per dies quatuor daretur, Heinricus id molestissime ferens, dixisse fertur, aut Haganonem quandoque cum Karolo regnaturum, aut Karolum cum Haganone ad rerum mediocritatem deventurum; indignansque rege inconsulto discessit. Quod rex moleste ferens, eum revocare cupiebat, et pro hac re metropolitanum Remensium Heriveum dirigebat. Cuius luculenta et amica oratione persuasus dux Heinricus ad regem redit, multoque ambitionis honore ante eum admissus, in precipuo gratiae loco familiarissime recipitur. Hac tempestate Ragenerus vir nobilis, partium Karoli fidissimus tutor, finem vitae accepit, cuius exequiis Karolus interfuit; hisque peractis, Giselberto, eius filio iam adulto, paternum honorem coram principibus qui confluxerant liberalissime contulit. Hic cum esset opibus et genere inclitus et coniugio Gerbergae, Heinrici Transrhenensis filiae, satis beatus, in nimiam pre insolentia temeritatem preceps ferebatur, multaque pro abiectione regis moliebatur. Quo agnito, Karolus a Celtica cum exercitu rediens, cum bellum pararet inferre Belgis, quorum dux erat Giselbertus, Belgae mox non in aperto cum Giselberto nisi sunt resistere, sed oppidis ac municipiis sese recludunt propere. Ad quos rex legatos dirigens, promisit, eis se omnia donaturum, si ad se confluerent, quae a Giselberto prius in beneficio haberent. Quo capti, mox ad regem per sacramenta redeunt, et contra Giselbertum pariter surgunt. Ille vero in oppido Harburg, quod hinc Mosa et inde Gullo fluviis vallatur, aliàs autem immani hiatu multoque horrore vepriuin tutissimum videbatur, cum paucis tunc claudebatur. Huc rex cum copiis properat, obsidionem locat, hinc et inde navalem, aliàs vero equestrem. Et cum violentius instaret, Giselbertus clam per murum dilapsus, fluvium enatando transmeavit, et cum duobus clientibus Rhenum exulaturus pertransiens, annis aliquot apud socerum suum Heinricum, patrimonio privatus, exulavit. Oppidani autem absque duce relicti, se subdiderant regi. Evoluto vero tempore,

Wid.I,1. Richer. I, 1. Rich. I, 12. c.13,14. c.15.sqq. c.46. Rich. II, 1.2. cf.ib.I,17. cf.Liudpr. II,60.sqq. III,13.sqq. ib.16. ib.20. IV.2. V,27.sqq. Rich.I,17. 65. cf.Wid.I,30. Rich. II, 1. sqq. Wid.I,30. *Richer. I,14. cf.ib.I,16. Richer. I,22—24. I,34. I,35.sqq.

a) *superscr.* 1. b) aliquandiū 1. c) *superscr.* 1. d) Corb. Witikindi nomine D1.

46) Iterum Ekkehardus magno errore res a regibus Burgundiae et Galliae gestas uni tribuit. 47) Quae sequuntur, in Richeri textu desiderantur; cf. praefationem.

Richer. l. l. Heinricus egit apud regem, ut Giselbertus reciperetur in gratiam, ea tamen conditione, ut beneficiis, quae ipse insolenter diduxerat quaeque rex faventibus sibi postea contulerat, quamdiu possessores eorum viverent, careret, ea vero, quorum possessores per annos exilii sui excesserant, regis miseratione reciperet. Recepit itaque Treiectum, Inppilam, Harstalium, Marsnam, Littam, Capremontem, quae a defunctis derelicta vacabant, ceteros vero qui sua habebant ingenti cede vexabat, donec omnia sua recipiebat. Postea multa contra regem machinans, socerum adiit ac plurimum regi adhorere dissuasit, Celticam solam regi sufficere posse asserens, Belgicam vero atque Germaniam rege alio plurimum indigere; unde ut ipse dux Heinricus creari rex non abnueret, multiplici permovebat suasione. Heinricus vero cum illicita eum suadere adverteret, dictis suadentis admodum restitit, et ut a nefariis quiesceret, crebro ammonuit. Giselbertus vero cum apud socerum non proficeret nec regnum sibi parare posset, in Celticam secedit, et in Neustriam transit, sicque cum Ruotperto, Outonis regis fratre, qui erat dux Celticae, de negotio eodem consilium pertractat, suggereus ei de regni susceptione et Karoli abiectione[a]. Exultat tyrannus et sine mora suadenti favet. Deliberant ergo sibique per sacramenta consentiunt, sicque procedenti tempore collectis principibus rex efficitur, anno dominicae incarnationis 922.“ Haec sunt verba illius Gallici hystoriographi, quae si in aliquo a precedentibus Saxonici scriptoris dictis dissentiant, lectoris diligentia perpendat. Annus vero, in quo Ruotpertus[b] in regnum elevatus dicitur, ille est, qui apud nos Heinrici tercius in regno inscribitur. Ruotpertus post haec a militibus Karoli interficitur, sed Ruodolfus[c], ut dictum est, subrogatur; deinde Karolus captus, custodiae mancipatur.

Wid. I, 33. Illud autem tempus erat, quo, ut supra scriptum est, Heinricus ad dilatandum imperium suum super Lotharios[d] tendebat. Nam in ipsa profectione, ubi Rhenum transiit, legatus Karoli ei occurrit, et salutato eo[e] verbis humillimis: *Dominus meus,* inquit, *Karolus, regia quondam potestate preditus, modo privatus, misit me ad te, demandans tibi, quia sibi, ab inimicis*[f] *circumvento, nichil iocundius, nichil possit esse iam*[g] *dulcius, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire famaque virtutum tuarum consolari, et hoc tibi signum fidei et veritatis transmisit;* protulitque[h] de sinu manum preciosi martyris Dionisii, auro gemmisque inclusam: *Hoc,* inquiens, *habeto pignus foederis perpetui et amoris vicarii; hanc partem unici solatii Francorum Galliam inhabitantium, postquam nos sanctus martyr Vitus*[i] *ad nostram perniciem deseruit et ad vestram*[k] *perpetuam pacem Saxoniam visitavit, communicare tecum*[l] *matuit. Neque enim postquam corpus eius translatum est, u nobis civilia vel externa cessavere bella; eodem quippe anno Dani et Nortmanni regionem nostram invaserunt.* Rex autem divinum munus omni gratiarum actione suscipiens, reliquiis sanctis[m] prosternitur, et deosculans eas, summa veneratione veneratur. Sanctum vero Vitum, de quo legatus Karoli disseruit, Folradus quidam nomine de Roma transtulit et in pago Parisiaco locavit; inde, regnante Ludewico imperatore, translatae sunt in Saxoniam, et ut legatus ille confessus est, ex hoc res Francorum coeperunt minui, Saxonum dilatari.

Liudpr. IV, 21. Burgundionum rex Ruodolfus, qui nonnullis annis Italicis imperabat, lanceam quandam ibi a Samsone quodam comite dono acceperat, quam Constantini Magni, sanctae Helenae filii, fuisse[n] dicebant; quae, excepta ceterarum specie lancearum, novo quodammodo opere novaque elaborata arte et figura, iuxta mediam spinam habuit utrobique quasi fenestram, et in media spina cruces[o] ex clavis, manibus et pedibus salvatoris nostri domini Ihesu Christi affixis. Heinricus itaque rex[p] audiens, Ruodolfum tam caeleste donum habere, ut erat Deum timens totiusque religionis amator, legatis directis temptavit, si premiis aliquibus posset illud[q] acquirere. Quod cum rex[r] Ruodolfus modis omnibus se nunquam acturum diceret, rex Heinricus, quia hunc[s] muneribus mollire nequiverat, minis terrere magnopere curabat, omne quippe regnum eius cede atque incendiis se depopulaturum esse minitabat. Quia vero munus quod petebatur illud erat, quod caelestibus terrena coniunxerat, Ruodolfi regis cor Deus[t] emollivit, iustoque regi[u] iusta iuste petenti protinus tradidit. Neque enim pace presente simultati locus erat. Quanto autem amore rex Heinricus predictum caeleste munus dilexerit, cum in multis rebus, tum in hoc presertim claruit, quod huius datorem non solum auri[v] argentique muneribus, verum etiam Snevorum provinciae parte non minima honoravit[w]. Hac igitur occasione, immo Dei voluntate, sanctam rex Heinricus adeptus est lanceam, per quam ipse de hostibus sepe triumphavit, eamque filio suo Ottoni Magno decedens cum regno reliquit, eamque credimus esse, quae ex tunc hodieque in imperatorum tutela solet manere.

Liudpr. II, 24. Wid. I, 32. Ungarii audientes Chuonradi[x] imperatoris mortem et Heinrici in regnum successionem, probare volentes, an novus rex solita vellet tributa persolvere, totam Saxoniam percurrentes, urbes et oppida incendio dedere, tantamque eedem nbique fecerunt, ut depopulationem ultimam comminarent. Rex autem erat in presidio urbis quae dicitur Werlahon, rudique adhuc militi et publico bello insueto contra tam sevam gentem non credebat. Contigit autem, quendam ex principibus Ungariorum capi vinctumque regi adduci, quem ipsi in[y] tantum dilexerant, ut innumera[z] auri et argenti pro eo pondera offerrent. Rex autem spernens aurum, expostulat pacem, tandemque[*] ad novem annos obtinuit firmam pacis

I, 35. conditionem. In quibus induciis primum ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in urbibus habitare fecit, ut ceteris octo confamiliaribus[a] suis habitacula construeret frugumque omnium terciam partem exciperet ac servaret, ceteri vero octo seminarent et[b] meterent frugesque nono colligerent suisque in locis ponerent; concilia et omnes conventus ac convivia in urbibus celebrari voluit, quatinus in pace discerent, quid in hostium adventu facere debuissent. Vilia aut[c] nulla extra urbes erant moenia[d]. Tali lege ac disciplina cum cives assuefaceret, repente irruit super Sclavos qui dicuntur Hevelli, et multis eos praeliis fatigans, demum hieme asperrima, castris super glaciem positis, urbem quae dicitur Brennaburg fame, ferro et frigore cepit, et cum illa urbe omni regione potitus, signa vertit contra[e] Dalmantiam[f], adversus quam iam olim pater suus reliquit ei militiam, et obsidens urbem quae dicitur Grana, vicesimo tandem die cepit eam. Preda urbis militibus tradita, puheres omues interfecti, pueri ac puellae servatae sunt captivitati. Post haec adiit Pragam[g] Boemiorum[h] urbem, regemque eius accepit in deditionem, qui erat pater Bolizlawi[i], qui quamdiu vixit, regi fidelis et utilis fuit. Boemia itaque tributaria facta, rex reversus est in Saxoniam.

I, 38. Igitur inducarum tempore transacto, legati Ungariorum pro solitis muneribus regem adierunt, sed ab eo spreti, in terram suam vacui reversi sunt. Cum enim haberet militem equestri iam praelio probatum, contra hostes antiquos pre-

a) *in* 1. *quaternio deest.* b) rutpertus D1. *semper.* c) rudolfus D1. *saepius.* d) lotharingos 9c. e) ei 5. f) amicis 2. g) *deest* 10. 11. h) protulit D1. i) *deest* 2? 10. 11. k) nostram 10. 11. l) *deest* D1. m) sancti 2. n) *deest* 9c. o) crucis 9c. p) haec D1. q) *deest* 4. D1. r) *ita* 2. D1. *deest rell.* s) *deest* 9c. t) deus cor D1. u) *deest* 2. v) argenti aurique 2. w) donavit et h. 5. x) cuonradi D1. y) *deest* 9c. z) innumerabilia 9c. i. pro eo a. et a. p. 2. *) tandem 10. 11. a) cum familiaribus 2? 10. 11. b) ac D1. c) aut̄ ullā 2. d) nimia *alia manu corr.* menia 10. munia 11. e) *deest* 2. f) dalmatiam 2. 9c. g) plagam D1. h) boemorum 9c. i) bolizlai 2.

sumpsit inire certamen. Haec audientes Avares, nil morati cum hostili gravique manu Saxoniam festinant intrare, et iter agentes per Dalmantiam, opem quasi ab antiquis petunt amicis. Illi vero[a] scientes, eos ad Saxoniam festinare Saxonesque paratos cum eis pugnare, pinguissimum pro munere eis proiciunt canem. Et cum non esset iniuriam vindicandi locus ad aliam pugnam festinantibus, cum ridiculosa satis vociferatione longius prosecuntur amicos. Igitur quam repentino potuerunt impetu intrant Thuringorum fines, illam terram hostiliter totam pervagantes. Rex autem Heinricus gravissima valitudine detinetur, et Ungariorum ei adventus proximus nunciatur. Qui mox directis per Saxoniam nunciis, validissimum per quatriduum collegit[b] exercitum, ipseque, licet invalidus corpore, animi tamen roboratus vigore, equum ascendit et obviam hostibus ivit. Celer autem nuncius accurrit, qui Ungarios in Meresburg[c], quod castrum est[d] in confinio Saxonum et Thuringorum ac Sclavorum, esse[e] nunciavit, eosque iam[f] non modicam puerorum ac mulierum predam habere, virorum vero immensam stragem[g] fecisse. Rex igitur, ut erat animo constans, talibus non terretur, sed magis magisque suos, ut pro patria pugnent, exhortatur. Nec mora, bellum incipitur, et ex christianorum parte kyrie eleyson[h] dicitur, ex illorum vero parte turpis et diabolica vox, hui, hui, hui[i], auditur. Inito itaque certamine, nutu divino Ungarii ceduntur et fugantur, rex et sui victoria decorantur, immensa captivorum turba absolvitur, atque vox gemitus in laeticiae cantum mutatur. Hunc triumphum tam laude quam memoria dignum rex apud Meresburg[k] in superiori coenaculo domus regiae per zographiam notari precepit, adeo ut rem veram potius quam verisimilem iudices. Rex vero victor reversus[l], modis omnibus gratiarum actiones honori divino, ut dignum erat, solvebat; tributumque, quod hosti dare[m] consuevit, divino cultui mancipavit et usibus pauperum deservire constituit[n]. Post haec pater patriae et rerum dominus[o] imperatorque ab exercitu appellatus, famam potentiae virtutisque cunctis regibus et gentibus[p] longe lateque diffudit. Unde et aliorum regnorum proceres eum adierunt, gratiamque in conspectu eius invenire querentes, fidem talis ac tanti viri dilexerunt; inter quos Heribertus, gener Hugonis ducis, cum ei Ruodolfus rex adversaretur, ut apud illum sibi presidio esset, supplicavit. Ipse enim talis erat, ut nichil negaret amicis. Perrexit igitur Galliam, rex regem alloquitur, perfectoque[q] negotio, Saxoniam revertitur. Sed et Hugo rex Italiae legatos ad eum direxit, eiusque amiciciam habere summo studio quesivit. Erat autem regi Heinrico uxor et consors regni clara et nobilissima nomine Mahthilda, filia Theoderici, ex eadem Saxonum gente, cuius fratres erant Witikint et Immod et Reginbern. Reginbern autem ipse erat, qui pugnavit contra Danos, multo tempore Saxoniam vastantes[r], vicitque eos, liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum diem. Et hi erant ex stirpe magni ducis Witikindi, qui bellum potens gessit contra Karolum Magnum per annos ferme 30. Genuit autem Heinrico Mahthilda ante regni susceptionem filiam Gerbirgam, quam Giselberto duci Belgicae dederat, filium quoque Ottonem, mundi amorem; post regiam vero dignitatem genuit secundum, quem patris nomine vocavit Heinricum, virum fortem et industrium, facetia satis ornatum, consilio providum, vultus nitore gratiosum; tercium quoque filium genuit, nomine Brunonem, quem pontificis summi ac ducis magni officium vidimus gerentem. Frater quippe eius Otto, dum post patris excessum regeret imperium, hunc, omni litterarum scientia imbutum, presulem fecit Coloniensium; factaque dehinc nimia perturbatione in regno, ita ut etiam filius regis Liutolfus contra patrem consentiret pravorum consilio, rex Otto ad disponendum regnum secedens in partes orientis, fratri Brunoni presuli providendas commisit occidentis. Itas[s] cum magna religione usus est[t] officio sacerdotis, et exigente necessitate, iussu regis functus est[u] virtute magnanimi ducis. Nemo autem super hac re illum culpabilem dicat, cum Samuelem sanctum et alios plures sacerdotes pariter legamus et iudices. Duxit autem Otto, filius regis, vivente adhuc patre, uxorem ex gente nobilissima Anglorum, filiam fratris[v] Adelstani regis, quae ab aliis* appellatur Otgit, ab aliis** Edidis. Haec peperit ei filium, quem vocavit Luitolfum, quem ille multum dilexit; sed ipse sibi postea rebellavit.

Wid. I. l.

Liudpr. II, 23.

Wid. I, 39.

cf. Liudpr. III, 2 t. ib. IV, 14.

Wid. I, 31.

Wid. et Liudpr. l. l.

Ruotger. vita Brun. c. 5. sqq. 11. 18.

20.

Wid. I, 31.

Liudpr. IV, 16. * Liudp. l. l. ** Wid. II, 11.

Heinricus autem rex cum esset in exaltando gentem suam, rarus aut nullus nominatorum virorum in omni Saxonia erat, quem aut preclaro munere aut officio aliquo non promoveret. Erat autem ingenti prudentia pollens, forma quoque corporis regiae dignitati decorem adiciens. In exerciciis etiam ludi tanta eminentia omnes superabat, ut terrorem ceteris ostentaret. In venatione tam fuit acer, ut una vice 40 aut amplius caperet feras. Et licet in conviviis satis iocundus esset, nichil tamen regalis disciplinae minuebat. Tantum quippe favorem pariter et timorem infundebat, ut etiam ludenti non crederent ad aliquam lasciviam se dissolvendos. Perdomitis itaque circumquaque gentibus, postremo Romam proficisci statuit, sed infirmitate correptus, iter intermisit. Infirmatus est autem in castello quod dicitur Hiemelewa, quod est inter Saxonum et Thuringorum confinia, ubi et defunctus est. Cumque se iam gravari morbo sensisset, convocato omni populo, designavit Ottonem filium suum regem, ceteris filiis suis predia cum thesauris distribuens; ipsum vero Ottonem, qui maximus natu et optimus fuit, fratribus[w] et omni Francorum imperio prefecit; et in hoc quantae sapientiae fuerit et religionis, probari potest, quod[x] eum, quem potissimum et religiosissimum noverat, licet in imperio natus non esset, regem constituit. Testamento itaque legitime[y] facto, et rebus omnibus rite compositis, defunctus est anno regni sui 17°, vitae autem fere 60°. Translatum est autem corpus eius a filiis suis[z] in civitatem quae dicitur Quidilingaburg[a*], et in basilica sancti Petri ante altare sepultum, cum planctu et lacrimis plurimorum.

Wid. I, 39.

Liudpr. IV, 14. Wid. I, 41.

Liudpr. IV, 15.

Wid. I. l.

A. D. 921.*

* D. *addit:* Heinricus rex contra — totius Baioariae. *ex Sigeb. a.* 920.

A. D. 922.* Ruotpertus[a], frater Outonis regis et pater Hugonis, machinante Giselberto duce, socero Heinrici regis, in deiectionem Karoli, regno Galliarum preponitur. v. supra.

* D. *et* E., *qui hic pergit, addunt:* Stephano — episcopatum. *ex Sigeb. a.* 921.

A. D. 923.*

* D. E. *addunt:* Ungarii — delevit. Karolus — peremit. *ex Sigeb. a.* 922.

A. D. 924.*

* D. E. *addunt:* Reges — christianorum. *ex Sigeb. a.* 923.

A. D. 925.* Hiltine Augustensis episcopus obiit; cui sanctus Oudalricus[b] successit. cf. Vit. S. Oud.

* D. E. *addunt:* Karolus — truditur. (E. *inserit quae prius in historia leguntur:* Heinrico regi ad dilatandum imperium suum super Lotharios tendenti in ipsa profectione, ubi Rhenum transiit, Karoli legatus occurrit, et

a) autem 9c. b) colligit 9c. c) merseburg 5. D1. d) *deest* 4. est castrum D1. e) *deest* 5. f) *deest* 4. n. m. i. D1. g) s. i. 5. h) kyriel. D1. i) *deest* D1. k) merseburg 5. l) regressus 5. m) dari 2. n) *ita* 2. D1. consuevit 4 — 11. o) d. r. D1. p) *g.* et r. 9c. rt g. *desunt* 4. q) perfecto 9c. r) v. s. D1. s) itaque 5. t) *deest* D1. u) *deest* 9c. v) *deest* 2. w) *in* 6. *folium excidit.* x) qui 9c. y) legitimo 2. z) *deest* D1. a*) qwidilingaburg D1. a) Rotpertus 2. b) Adelricus D. E.

salutato — Saxonum dilatari.) Ruodolfus — tenuit. *ex Sigeb. a.* 924. E. *pergit:* Idem Ruodolfus lanceam quandam — tutela solet manere. *ut supra.*

Chr. W. A. D. 926. Sanguis * Domini in Augiam insulam venit. *1

* *Haec desunt* D. E., *ubi legitur:* Heinricus rex, Sclavis et Danis victis et sub tributo redactis, nomen suum celebre facit. Berengarius — incendunt. *ex Sigeb. a.* 925.

A. D. 927. * Burchardus dux Alamanniae[a] in Italia occiditur; Herimanno[b] Alamannia[a] committitur.

* D. E. *addunt:* Karolus — ann. 2. *ex Sigeb. a.* 926.

A. D. 928. *

* D. E. *addunt:* Ludewicus[b*] — fugiens mare transit. Ruodolfus — subrogatur. *ex Sigeb. a.* 927.

A. D. 929. *

* D. *addit:* Ludewicus — ann. 29. D. E.: Rex Hugo — ordinato. *ex Sigeb. a.* 928.

A. D. 930. Heriger archiepiscopus[c] moritur; pro quo Hiltibertus[d] ordinatur.

A. D. 931. Heinricus rex Boemiam[e] petit.

A. D. 932. Dieto Wirciburgensis episcopus obiit. *

* D. E. *addunt:* Heinricus — christianos facit. *ex Sigeb. a.* 931.

A. D. 933. *

* D. E. *addunt:* Arnoldus — utilia. *ex Sigeb. a.* 932.

A. D. 934. Heinricus * Ungarios interfecit.

* D. E.: Ungarii ab exercitu Heinrici regis occiduntur aut capiuntur. *ex Sigeb.*

A. D. 935. Notingus episcopus Constantiensis obiit; cui Chuonradus successit. *. *2.

* D. E. *addunt:* In Genuensi — evacuata. *ex Sigeb.*

A. D. 936. Heinricus rex obiit. * — Post Martinum papam Agapitus Romanae sedi prefuit 117[us], dein Octavianus 118[us], Leo** 119[us], Benedictus 120[us], Iohannes 121[us]. *3.

* D.: moritur, qui licet — accepisset. *ex Sigeb. a.* 937. — E.: Heinricus rex infirmatus est in castello — lacrimis plurimorum. *ut supra.*

** Leo — 121[us] *desunt* D1.

cf. Chr. W. Anno dominicae incarnationis 937. ab Urbe autem[f] condita millesimo 688. Otto Magnus, Heinrici filius, 81[o][g] loco

Wid. II, 1. ab Augusto, eligitur in regnum ab omni populo Saxonum et Francorum, regnavitque annis 38[h]. Electus est[i] autem apud Aquasgrani, ubi et mox unctus est[f] in regem a summo pontifice Mogontinae sedis nomine Hiltiberto, genere Franco, professione monacho, qui nutritus in Fuldensi monasterio, ad id honoris merito provectus est, ut pater eiusdem loci constitueretur, deinde ad fastigium summi pontificatus Mogontiacae sedis proveheretur. Erat enim vir mirae sanctitatis et preter naturalem animi sapientiam litterarum scientia satis illustris. Qui etiam inter cetera gratiarum dona spiritum prophetiae[k] accepisse predicatur. Rex autem, unctione benedictionis accepta, quam sapientem in regni moderamine, quam fortem in adversantium certamine, quam strenuum in religione

Wid. II, 3. se exhiberet, facile enarrari non valet. Primum itaque barbaris ad novas res moliendas desevientibus, Bolizlaus[l] fratrem suum[m] percussit, virum christianum, regno fidelem et, ut ferunt, religiosum Dei cultorem. In cuius ultionem cum[n] rex exercitum mitteret adversus Bolizlaum[o], primo nostri victores extiterunt, deinde pro recenti victoria securius agentes, repentina incursione omnes ab eo occisi sunt. Et bellum hoc perseveravit usque ad 15. regis imperii annum; ex eo regi fidelis servus et utilis permansit. Post * haec antiqui hostes Ungarii venerunt, probare virtutem novi regis, et intrantes Franciam, statuerunt, si possent, intrare ab occidentali parte Saxoniam. Quod rex audiens, nil moratus, cum exercitu valido occurrit illis, fugavitque illos a terminis suis. Cessantibus autem bellis externis, civilia oriri coeperunt.

* *Reliqua* — mirabilisque prudentiae *desunt* E.

c. 8. Mortuus est quippe Arnolfus dux Baioariae, et filii eius, superbia elati, iussu regis contempserunt ire in comita-

c. 9. 1. tum[p]; cuius ducatum rex dedit fratri eius Berhtoldo[q]. Mortuus est et Sigefridus comes optimus Saxonum, qui secundus a rege procurabat Saxoniam. Cuius legationem cum sibi vendicasset affinitatis causa Dankmarus, frater regis ex patre,

c. 11. non ex matre, et regali dono cessisset Geroni comiti, afflictus est Dankmarus tristicia magna. Erat autem manu promptus, acer ingenio, bellandi peritus, cuius mater[r] filia erat materterae Sigefridi comitis, de qua suscepit eum rex Heinricus,

c. 10. et ditavit eum prediis multis absque his quae fuerant matris. Eberhardus quoque comes, iratus contra Bruningum[s]

c. 6. quendam ex primoribus, collecta manu, succendit civitatem illius vocabulo Elmeri[t], interfectis omnibus eiusdem civitatis habitatoribus. Pro qua presumptione condempnavit eum centum talentis, omnesque principes, qui ad hoc eum iuvabant[u],

c. 11. dedecore canum quos portabant usque ad urbem regiam, quae dicitur Magedeburg[v]. Unde commotus Eberhardus, iunxit se Dankmaro, collectaque valida manu, obpugnat presidium quod dicitur Badiliki[w], in quo erat Heinricus, frater regis, iuvenis[x] adhuc; dataque militibus suis preda urbis[y], abduxit secum Heinricum quasi vile mancipium. Dehinc[z] cepit Dankmarus[*] urbem quae dicitur Hereburg, seditque in ea, et multa inde exercuit latrocinia. Rex autem licet invitus cum multo comitatu perrexit illuc, ad reprimendam illius insolentiam. Cives autem urbis eiusdem apertis portis introduxerunt exercitum regis. Dankmarus vero fugiens in aecclesiam beati Petri apostoli, stansque iuxta altare, depositis desuper armis, a quodam per fenestram a tergo perfossus est. Eberhardus autem Heinricum habuit secum. Qui audiens necem Dankmari, fractus animo prosternitur suo captivo, veniam petit ac nequiter promeruit, ea scilicet conditione, ut

c. 12. contra dominum et fratrem suum secum faceret coniurationem, et si fieri posset, ipse sibi coronam imponeret. Heinri-

Liudpr. IV, 20. cus vero eo tempore nimis adolescens erat et regnandi cupiditate fervebat. Eberhardus sane Giselbertum Lotharingorum ducem a[a] regis fidelitate disiunxerat, cuius adiutorio regi non modice resistebat. Qui Giselbertus quamquam

*1) a quadam matrona *addunt* 10. 11. *ex Bernoldo.* *2) genere clarissimus *addunt* 10. 11.

*3) E1. *addit alia manu in marg.:* Hoc anno fecit Otto rex in Magadaburch regalem abbatiam (*desunt* E2).

a) alem. D. E. b) hermanno 4. 5. b*) ludewicus E1. c) a. mogont. 5. d) hiltipertus 4. hildibertus 5. 9[c]. 10. 11. *et ita infra.* e) poemiam 5. 10. f) *deest* 2? 10. 11. g) LXXV. D. E. h) XXXVI. D1. i) *deest* 9[c]. k) prophecisse 2. l) bolizaus D1. m) suum Wenczlaum 5. n) dum 2. o) *ita* 2. D. E. bolizlauum *rell.* p) comitatu 9[c]. q) berhetoldo D1. bertholdo 4. 10. 11. bertholfo 2. 9[c]. berchtolfo 5. r) m. sua 9[c]. s) bruniggum 2. t) elmari 2. u) adiuvabant 5. v) magedeburc D1. w) hadiki 2. x) *deest* 2. y) *deest* 9[c]. z) deinde 2. *) dancmarus D1. *saepius.* a) *deest* 10. 11.

sororem regis haberet uxorem, maluit tamen et ipse suscipiendi regni spe regi[a] resistere, quam ei, ut debuerat, adiutorio esse. Habuerat autem rex nonnullas maximas et fortissimas copias, Herimannum scilicet Suevorum ducem fratremque eius Outonem atque Chuonradum[b] cognomine Sapientem. Qui quamvis affinitatis[c] linea Eberhardo iungerentur, maluerunt tamen iuste, si necessitas ingrueret, cum iusto rege occumbere, quam cum consanguineo[d] iniuste triumphare. Eberhardus itaque haut secus valuit[e] Giselbertum a regis fide sciungere, donec ei promitteret, se illum regem facturum; Giselbertus vero Heinricum hac voluit arte[f] decipere, ut dum suo adiutorio regem vinceret, ipse regni solium obtineret; verum Eberhardus longe aliter disposuerat; voluit enim, si[g] regem posset devincere, utrosque regno privare illudque sibi usurpare, sicut ex verbis ipsius, quae paulo antequam occideretur uxori suae dixerat, possumus conicere. Quam dum foveret in sinu: *Iocundare,* inquit, *in gremio*[h] *comitis, in brevi laetatura in amplexibus regis.* Liudpr. l. l. c. 22.

Igitur Heinricus ardens cupiditate regnandi, celebre[i] convivium fecit in loco qui dicitur Salaveldon, et cum esset magnus ac potens, maiestate et potestate[k] regali, plurimis plurima donavit, et factionis huiuscemodi socios sibi ob id plurimos conciliavit. Dein[l] profectus in Lotharingiam ad Giselbertum[m] ducem Belgicae, cum ipso pariter et Eberhardo bellum fratri coepit preparare. Quod cum regi esset nunciatum, primum non credidit, sed mox certificatus, econtra properat[n] laetus, non eorum multitudine territus, sed in Dei pietate confisus. Cumque ad Rhenum[o] cum suis pervenisset, iamque[p] fluvium sui transmeare coepissent, Heinricus cum suis insperato in tanta vicinitate erat, quod ab his videri iam[q] poterat. Perpauci denique de navibus egressi, vix equos ascendere seseque[r] armis induere poterant, cum legiones adversae non nunciantur venientes, sed intuitu ipso cernuntur presentes. Rex autem in altera parte fluminis cum multitudine adhuc manens et haec intuens, dolorem animi motu corporis non celabat, eo quod non adessent naves, per quas Rhenum transcendere posset; nec tempus subitanei certaminis in ulteriore ripa constitutos aliud sinebat cogitare, nisi aut coram hostibus cadere debere, aut certe armis vitam defendere. Recordatus itaque populi Domini[s], qui repugnantes sibi Amalechitas orationibus Moysi, servi Dei, devicit, protinus de equo descendit, lacrimansque cum omni populo ante lauceam, in qua victoriosi clavi, manibus pedibusque Redemptoris nostri affixi, erant[t] inclusi, sese prostravit, quantumque iusti viri oratio, secundum quod Iacobus ait, valeat, res manifesta probavit. Hi namque qui in ripa ulteriori[u] erant sarcinas et impedimenta quaeque in locum qui dicitur Xantus[v] transmittebant, seseque invicem cohortati[w], hostes precipiti cursu invadebant. Cumque esset piscina inter hos[x] et hostes, Saxones[y] divisi[z], una pars ex adverso ruit in hostes[*], altera insequitur a tergo, et in medio hostes obprimentes, pauci vebementer urgebant plures. Neque enim nostratium supra centum armatos fuisse perhibetur, hostium vero satis magnus erat exercitus. Sed cum a[a] fronte pariter et a tergo urgerentur, qua parte potissimum cavere debuissent, in promptu non erat. Rege itaque orante, cum ex suis nullus occumberet, hostes omnes in fugam conversi sunt, nonnullique eorum cur fugerent ignorabant, quoniam quidem pre paucitate[b] hostes insequentes videre non poterant. Ex nostris etiam fuere qui Gallica lingua loqui sciebant, qui clamore in altum Gallice levato, exhortati sunt adversarios ad fugam. Illi socios huiusmodi clamantes arbitrati, fugam, ut clamatum est, inierunt. Cesis igitur plurimis, Heinricus vehementer in brachio[c] est percussus, et quamquam loricae triplicis fortitudo usque ad carnem non admitteret ensis[d] aciem, pondere tamen percussionis acerbae brachium adeo[e] est in livorem conversum, ut nullis medicorum curis ita mederi posset, quin toto illo anno percurrente dolorem magnum sentiret. Quidam ex Tburingis nomine Teti mandavit ad prefectos urbium, quae erant in oriente partis Heinrici, de victoria regis, et quia ipse Heinricus cecidisset in bello, egitque callide, ut omnes se traderent regiae potestati. Ipsi autem duae tantummodo ex omnibus remanserant urbes, Meresburg[f] et Scbidingon[g]. Qui audiens de defectione urbium suarum, fractusque recenti[h] regis victoria, cum novem[i] tantum armatis iter arripuit, Saxoniamque iam tardius adiens, urbem Meresburg[k] ingressus est. Quo rex comperto, et ipse reversus est, urbemque, in qua frater erat, obsedit. Ille autem cum non posset fortiori resistere, post duos ferme menses, tradita urbe, egressus est ad regem. Cui datae sunt induciae 30 dierum, quatinus cum militibus sibi coherentibus secederet a Saxonia, si cui vero illorum regem adire placeret, veniae locum haberet. Heinricus itaque discedens a Saxonia, Lotharios[l] iterum adiit, et cum duce Giselberto aliquamdiu mansit. Wid. II, 15. Liudpr. IV, 23. Wid. l. l. Liudpr. l. l. Wid. II, 17. Liudpr. l. l. Wid. l. l. Liudpr. l. l. Wid. l. l. Liudpr. l. l. Wid. II, 18. sqq.

Iterum ducitur exercitus contra Giselbertum, et omnis regio eius subiacens imperio[m] igni traditur, obsessusque in castello Kievermont[n], quod est Caprae-mons, elapsus fuga inde proficiscitur. Et cum obsidio[o] difficultate locorum parum procederet, vastata undique regione, reversus est in Saxoniam. c. 22.

Est autem in confinio Alsaciae castellum vocabulo Brisahc, de quo omnis adiacens pagus appellatur Brisahcgowe, quod fertur olim[p] fuisse illorum qui Harelungi dicebantur; tunc autem temporis erat in ditione Eberhardi; in quo ipse suorum multitudinem posuit militum, quorum terrore non solum magnam partem prefatae provinciae sibi vendicabat, verum etiam circumcirca fideles regis misere laniabat. Ad quod obsidendum rex profectus cum castra posuisset, consilio, ut fertur, Friderici, Mogontinae sedis archiepiscopi, ex pontificibus multi, fixis in circuitu tentoriis, sed noctu relictis, a fide defecerunt, deserentesque regem, clam domum redierunt, Friderico subdole ibi remanente, ut fertur[q]. Erat autem idem Fridericus successor Hildiberti predicti sancti viri, et ipse, quantum ad humanum iudicium, bonis operibus deditus, nisi quod adversariorum domini sui regis favebat partibus; quod quidem fama multis commendabat, ipse vero omni annisu negabat. Milites vero regis considerantes pontificum discessionem, suadebant ei, ut et ipse Saxoniam repetens, hanc desereret regionem. Quibus rex imperterritus, ut Iudas Machabeus suis quondam[r]: *Nolite,* ait, *talia loqui, et si appropinquaverit tempus nostrum, moriamur omnes in virtute, et non inferamus crimen gloriae nostrae; melius est enim pro vera iusticia mortem subire, quam fugiendo turpiter vivere.* His et aliis talibus dictis non solum eos a fugae proposito revocavit, verum etiam vehementer ut pugnarent animavit. Liudpr. IV, 26. Wid. II, 21. Liudpr. l. l. Liudpr. l. l.

Comes quidam cum eo tunc erat, cuius militum multitudo regis aciem condecorabat. Hic videns plurimorum abs[s] rege defectionem, reputabat secum, nichil sibi tunc a rege negari propter instantem necessitatem, rogavitque suis suorumque usibus concedi abbaciam Laureshcimensem. Rex autem intelligens, quid peticio illa portenderet, ei coram omnibus ait: *Oboedire oportet Deo magis quam hominibus. Quis enim sanum*[t] *sapiens ignorat, te haec non humilitate peti-* c. 27.

a) speuci *corr.* spe rei D1. b) chunradum D1. *saepius.* c) consanguinitatis 5. d) sanguineo 9c. 10. 11. e) maluit 9c. f) h. v. a. Heinricum 9c. g) *deest* D1. h) sinu 2. i) crebre D1. k) et p. *desunt* D1. l) deinde 2. m) gisilbertum D1. *interdum.* n) preparat D1. o) renum D1. *saepius.* p) tamque D1. q) iam non D1. non 9c. r) sese 9c. s) *pergit* 6. t) afflixerant 9c. erant affixi 5. u) u. r. 5. v) xanctus 2. zantus 9c. w) exhortati 9c. x) hostes 2. y) saxoni D1. z) divisa 9c. *) r. in h. ex a. 5. a) *deest* 10. 11. b) h. p. p. v. 5. c) in b. v. 5. d) a. ferrum vel e. a. 5. e) *deest* 5. f) merseburg 5. g) scidingon 2. h) *deest* 4. 5. i) noīe D1. k) mersburg 5. mesburg 4. l) lotharingos 9c. m) s. i. eius 2. n) kivermont D1. o) presidio 2. p) *deest* 9c. q) ferunt 2. fert D1. r) Iudas q. m. s. n. 5. s) a 4. 5. t) sane 2.

Liudpr. l. l. *cionis, sed comminationis auctoritate dixisse? Scriptum est: „Nolite sanctum dare canibus.“ Quod quamvis spiritualiter intellegendum predicetur, ego tamen sanctum me*[a] *canibus dare iudico, si monasteriorum predia, quae a religiosis viris tradita sunt, Deo militantibus tulero et secuto militantibus tradidero. Tibi vero tam procaciter iniusta petenti, sub testimonio totius populi, nec hoc nec aliud unquam te a me accepturum testificor. Si tibi cordi est cum ceteris infidelibus avolare, quanto citius, tanto melius.* His ille auditis, rubore perfusus ad pedes regis corruit, seseque peccasse coram omnibus poenituit.

c. 28. Eberhardus autem et Giselbertus audientes regem esse in partibus[b] Alsaciae, collecto permagno[c] exercitu, alveum Rheni apud Andernacum transeunt, regisque[d] fideles circumquaque demoliri procedunt. Outo[e] sane, frater Herimanni[f] ducis Suevorum, necnon et[g] Chuonradus cognomento Sapiens ipsis in partibus erant; sed quia eorum copiae istorum copiis impares exstiterant, his occurrere trepidabant, eos tamen cum spoliis multis redeuntes pone[h] secuti sunt. Cumque paululum processissent, quidam sacerdos flens et heiulans[i] eis obviavit; interrogatusque ab eis, unde veniret aut cur fleret: *Ab istis*, inquit, *predonibus unum paupertatis meae solatium quod habui ablatum est iumentum.* Quem cum interrogarent, si Giselbertum et Eberhardum vidisset aut ubi essent: *Cunctis*, ait, *cum preda Rhenum transmissis, ipsi soli cum suis electis, quod nec bene vertat, cibum capiunt.* Hoc illi audientes, summa cum celeritate super eos irruunt, moxque Eberhardus occiditur; Giselbertus vero in fluentum equo prosiliens undis submergitur, quas quia obsorbere non

c. 29. potuit[k], anima recedente, defecit; ceterorum vero nullus aufugit, quin aut vivus caperetur aut gladio truncaretur. Cuius rei nuncius cum regi iuxta consuetudinem mane ad aecclesiam, quae longe a castris aberat, tendenti occurreret, mox de equo descendit, seseque, cum lacrimis Deo gratias agens, in orationem dedit; qua expleta, itinere coepto ad aecclesiam pertendit.

Huius tamen eventum rei Gallicus ille scriptor, cuius superius mentionem feci[l], aliter

Richer[48] II, 17. narrat, ita[m] dicens: Ludewicus[n], Karoli filius, qui de transmarinis partibus revocatus tunc regnavit in Gallia, cum Hugone Cisalpino principe in pago Alsacio Belgas exteriores, qui ad se nondum venerant, asseiscebat, et qui Ottonis partibus favebant ultra Rhenum fugere compellebat. Presenserat etenim[o], Ottonem velle Belgicam in suum ius transfundere; unde et truculentius contra illum agitans, quicumque illius videbantur a Belgica exturbavit, qui vero sibi

c. 18. consentiebant, consilio Giselberti ducis Belgicae et Theoderici comitis, sacramento sibi astringebat. Otto vero Belgas comperiens a se defecisse et ad Ludewicum[p] confluxisse, Rheno transmisso, Belgicam cum exercitu ingreditur, eiusque loca plurima incendiis ac ingenti preda devastat. Nitebatur enim, aesi ex[q] paterna traditione princeps fieri Belgicae. Id vero contra ius agere calumpniabatur, cum eius pater propter Sclavorum infestationem Saxoniae tantum, quae est pars Germaniae, dux constitutus sit, eo quod Karolus, Ludewici pater, cui rerum summa debebatur, tunc

c. 19. adhuc in cunis vagiret. Multam itaque predam Otto abducens, Rhenum transiit. At Giselbertus dux dedecoris iniuriam ultum ire festinans, collecto exercitu, post hostem accelerat, transiensque Rhenum, terram illam solotenus incendiis ingentibus vastat, armentorum etiam pecudumque predam nimiam exercitus congregat et abducit. Iam vero flumen ingredi parabant, et ecce Otto[r] ex tota Saxonia collectas copias accelerantibus induxit. Belgae itaque cum duce suo indubitanter renitentes, cum Germanis secus flumen signis infestis congressi sunt, et ex utraque parte multi funduntur. Qua die Germanorum victoria aegre sustentata, tamen enituit. Nam cum duae terciae eorum fusae iacerent, et Giselbertus suos defecisse adeo[s], adversarios autem illesos arbitraretur, in tanta confusione rerum fuga periculum evadere nitebatur, in fluentumque equo prosiliit. Qui cum fluminis pelagus enatare non posset, vi undarum[t] victus, periit sessoremque immersit. At Belgae interitum ducis ignorantes, totis viribus decertabant, tantoque egerunt robore, donec post execrabilem innumerabilemque interitum, eorum qui relicti fuerant alii caperentur, alii in fluvium demergerentur. Ludewicus autem rex Giselbertum extinctum comperiens, multam in eius casu miserationem habuit; profectusque in Belgicam,

uxorem eius Gerbirgam, Ottonis sororem, coniugio duxit. Hac occasionis diversitate, uno tamen exitii[u] fine, necem ducis uterque scriptor, Gallicus scilicet et Saxonicus, testatur; penes lectorem vero erit, cui magis credatur.

Liudpr. IV, 30. Hoc in[v] tempore Berhtoldus[w] Baioariorum dux, Arnolfi ducis frater, vir strennus, toto conamine favebat regis partibus. Volens itaque rex, ut quemadmodum tribulationis preteritae, ita et laeticiae presentis fieret particeps, sequenti statim die ut de morte adversariorum audivit, quanta erga se Dominus fecerit, directis nunciis ei aperuit; et quoniam coniugali conubio minime tenebatur, in augmentum laeticiae demandavit sub iuramento, ut si sororem suam, scilicet Giselberti viduam, posset habere, eam coniugio sibi[x] copularet, si vero hoc minus procederet, filiam ipsius Giselberti ex eadem sorore sua genitam, quam penes se habebat, fere iam nubilem, ei iungeret[y]. Quo audito, Berhtoldus[z] immenso est gaudio affectus, elegitque nondum nubilem potius filiam exspectare, quam matrem, quae iam nupserat, tollere.

c. 31. Fridericus igitur archiepiscopus, ut infidelitas, quam occulte gestabat, cunctis pateret, decem diebus ante necem prenominatorum discessit a rege, Mogontiamque concitus veniens[*], nil ibi moratus, Metensem urbem adiit; disposuerat enim Heinricus, frater regis, redeuntibus Eberhardo et Giselberto, cum eodem Friderico istic exercitum congregare, sicque regi in Alsacia manenti bellum maximum preparare. Cumque illo tenderet idem archiepiscopus, insperate occurrentes ei nuncii mortem iam sepius nominatorum ei indicaverunt. Quo audito, consternatus animo, quid ageret ignoc. 32. rabat. Interea rex Alsaciam deserens, Franciam occupabat. Cuius metu Mogontiae cives perterriti, redeuntem archiepiscopum intra urbis moenia non suscipiunt. Unde factum est, ut non multo post a quodam regis fideli captus et in sui presentiam ductus, custodiae in Saxoniam sit traditus. In qua parvo tempore commoratus, miseratione regis, ut erat clementissimus, pristinae dignitati est restitutus.

c. 33. Heinricus autem fratris timore compulsus, castellum Kievermont, non solum ingeniis hominum verum[a] etiam natura ipsa munitum, ingredi voluit; sed soror eius, vidua Giselberti, eum prohibuit, dicens ad eum: *Non te miseriarum mearum, quas peremptо marita me perpetior, piget, quin etiam munitionibus meis te includendo, regis iram super hanc regionem velut aquam effundas*[b]*? Non patiar; nec enim tanta recordia michi erit innata, ut ex meis incommodis tua compares commoda.*

a) me s. 5. b) in p. esse 5. c) magno 9c. d) regis 10. 11. e) odo 2. udo 9c. f) hermanni 4. 5. g) *deest* 2. h) *deest* 9c. i) eiulans D1. k) poterat 5. l) fecimus 9c. m) *deest* 10. 11. n) hudewicus 5. o) enim 5. presens enim erat 4. p) hudewigum 5. *et ita saepius.* q) *deest* D1. r) ex t. S. Otto D1. s) *deest* 2. t) in unda 2. u) exitu 2. 9c. 10. D1. v) *deest* 2. w) bertholdus D1. 10. 11. berchtoldus 5. bertoldus 4. 9c. x) illi 5. 9c. 10. 11. h. ei c. cop. 4. y) coniungeret 5. z) bertholdus 2. D1. *et infra.* *) *deest* 2. a) sed 4. D1. b) infundas 2.

48) Cf. quae in notis Richeri editioni ex Ekkehardo additae sunt lectiones.

His auditis, Heinricus Lotharios deseruit et in regnum Ludewici secessit. Prefecit autem rex regioni Lotharіorum Ottonem, filium Richwini, ut et regnum procuraret et nepotem suum, Giselberti filium, bonae spei puerulum, nomine Heinricum, nutriret. Heinricus autem, frater regis, dum aliud quid faceret ignoraret, assumptis secum quibusdam episcopis, quorum invaretur auxilio, quadam die nudis pedibus ad pedes regis, ipso ignorante, pervenit, supplexque misericordiam imploravit. Cui rex ait: *Indignum facinus tuum veniam non meretur, verum quia video te* [a] *humiliatum coram me, non inducam malum super te.* Iussit itaque rex eum ad palatium Ingelenheim proficisci sollertique cura eum custodiri, quoad remota paululum [b] mentis aegritudine, quid super eo faceret, consilio prudentum definiret. Post haec vicina sibi semper clementia aliquantis urbibus illius usibus concessis, permisit eum in Lotharіorum regione habitare. Deinde in processu temporis defuncto duce Baioariorum [c] Berhtoldo, monitu et intercessione sanctae matris suae prefecit eum regno eidem, faciens cum eo concordiam et pacem, in qua etiam fideliter permansit in finem. Erat autem ipse Heinricus copulatus matrimonio filiae ducis Arnolfi, feminae egregriae formae mirabilisque prudentiae.

Wid. II, 26. Lindpr. IV, 31. Wid. II, 29. c. 36.

Igitur [d] cum bella intestina simul et externa cessarent legesque divinae et humanae auctorali vigore pollerent, gravis persecutio monachis oritur illis diebus, affirmantibus quibusdam pontificibus, melius videri paucos vita claros quam plures neglegentes in monasteriis esse, ideoque oportere conversationes eorum per monasteria perspicere et non bene conversantes abicere, obliti, ni fallor, sententiae patrisfamilias [e], prohibentis servos zizania de tritico eruere, sed sinere utraque ad messem crescere, ne, uno incaute eradicato, damnum fieret in altero. Quod et in his factum est. Nam plures propriae infirmitatis conscii, deposito habitu et relictis [f] monasteriis, grave onus sacerdotum [g] devitabant. Fuerunt plures qui summum pontificem Fridericum hoc non pure [h] sed subdole effecisse arbitrati sunt, quatinus virum venerabilem regique [i] fidelem, Hademarum abbatem Fuldensem, si quo modo posset, dehonestaret. Ipse enim abbas vir erat magnae prudentiae et industriae, sub cuius temporibus Fuldense templum famosum est igne consumptum, sed ab eo in melius restauratum. Hic eundem pontificem secunda coniuratione culpabilem sub custodia tenuit, primum quidem honorifice, sed cum litteras ab eo scriptas reprehendisset, satis severe. Pontifex vero dimissus, dum ultionem quereret nec contra tantum virum prevaleret, humillima monasteria statuit temptare, si forte ad [k] excellentissima posset aequaliter procedere. Sed huiusmodi simulationes incassum [l] profusae sunt; nam abbas [m] in gratia et amicicia regis [n] permansit, et causis intercurrentibus, pontifex quod voluit non implevit.

c. 37. sq.

Rex autem de die in diem proficiens, paterno regno non contentus, abiit in Burgundiam, regemque cum regno in suam accepit potestatem.* Defuncto autem Ottone Lotharіorum preside ac regis nepote Heinrico, Giselherti filio, ducatum regionis Chuonrado rex concessit, cui et unicam filiam suam Luitgardam desponsavit; qui erat adolescens acer et fortis, domi militiaque optimus, commilitonibus suis karus. Huic Luitolfus, filius regis, nimia dilectionis familiaritate asstrictus est.

c. 35. c. 33.

* *Reliqua usque ad annos Ottonis desunt* E.

Post haec rex Otto cum Ludewico rege per legatorum interventum conciliatur, quod eidem Ludewico postea multum profecisse probatur. Soror a eum regis Gerberga genuit Ludewico filios duos, Karolum et Lotharium, qui et patri postea successit. Ludewicus itaque a ducibus suis circumventus, primum a Rhodomensibus, ad quos Hairoldum, filium Thurmodi Baiocensium principis, fugiens solus ingressus est, capitur Haioroldoque traditur, sed dato minore filio obside, dimittitur, statimque a duce Hugone captus, Lugdunum sub custodia publica est missus. His auditis, rex super amici fortuna satis doluit, imperavitque expeditionem in Galliam contra Hugonem in annum secundum. Ille annus notabilis factus est de morte Edidis reginae, 7. Kalend. Febr. defunctae, quae nata ex gente Anglorum, non minus sancta religione quam regali potentia claruit. Decem annis regni consortia tenuit, undecimo obiit, Saxoniam vero 19 annis inhabitavit. Reliquit filium nomine Luitolfum, omni virtute animi et corporis ea aetate nulli secundum, filiam quoque nomine Luitgardam, quae nupserat Chuonrado duci. Sepulta est autem in civitate Magadeburgensi. Post cuius excessum rex omne studium transfert in filium, factoque testamento, creavit eum regem post se. Ipse autem tener adhuc erat adolescens annorum 16. Rex autem in Gallicam proficiscens expeditionem, festinat intrare regnum Karoli, causa vindicandae iniuriae amici sui Ludewici. Quod audiens Hugo, legatione missa, iurat per animam patris sui, quod tanta sibi armorum copia esset, quantam rex nunquam vidisset, addiditque contemptum loquendo vane tumideque super Saxonibus, quia imbelles essent, et quia facile posset una potione septem Saxonica tela obsorbere. Ad quod rex famosum satis reddidit responsum, sibi fore tantam multitudinem pilleorum feninorum, quos ei representari oporteret, quantam nec ipse nec pater suus unquam videret; et revera cum esset magnus valde exercitus, 30 scilicet duarumque legionum, non est inventus qui fenino non uteretur pilleo, nisi abbas Corbeius cum tribus suis sequacibus. Dimissus igitur Ludewicus occurrit regi, iungiturque cum suis eius exercitui. Occurrit eis cum magna expeditione et Chuonradus rex Genaunorum, quem Ludewicus etiam vocavit in auxilium. Iuncti ergo pariter Lugdunum adeunt, sed eam locorum asperitate capere non valentes, Remensem civitatem expetunt, ubi nepos Hugonis ducis Hugo contra ius et fas subrogatus erat episcopus, legitimo pontifice adhuc superstite. Urbem vero armis capientes, iniustum sacerdotem expellunt legitimumque sedi propriae restituunt. Post tres itaque menses rex Saxoniam cum ineolomi exercitu rediit [o], omnibus quae armis exquisita sunt Ludewico regi relictis. Hugo autem expertus potentiam regis Saxonumque virtutem, non passus est eos ultra terminos suos hostiliter intrare, sed anno sequenti in eandem expeditionem regi pergenti occurrit iuxta fluvium quod dicitur Kar, et iuxta imperium regis cum domino suo Ludewico pactum iniit, manus dedit, utilisque perinde mansit. Concurrentibus autem undique ad regem proceribus, venit et vir ditissimus Suevorum dux Herimannus, qui post congratulationis affabilitatem talibus est regem aggressus sermonibus: *Non clam domino meo est, me prediorum latitudine ac pecuniarum immensitate prediviteni absque liberis esse; nec est preter unicam filiam meam parvulam qui mearum rerum heres existat, me decedente. Placeat itaque tibi, domino meo regi, filium tuum Luitolfum michi adoptare in filium, qualinus unicae filiae meae coniugio copulatus, mearum rerum fiat hereditate magnificus.* Placuit regi consilium ducis, et quod poposcit sine dilatione complevit. In brevi post haec socer moritur, cum ducatu omni possessione derelicta genero. Qui accepta potestate, animum tranquillum quem in puero gessit exuit, armatumque militem in Italiam ducens, aliquantis ibi urbibus captis et sub custodiam traditis, redit in Franciam.

Rich. II, 29. Wid. II, 39. Rich. II, 47. 48. Wid. II, 39. c. 41. III, 1. sqq. Rich. II, 51. Wid. III, 3. Lindpr. V, 1. Wid. III, 6.

Eo tempore usurpato imperio regnavit in Longobardia homo ferus et avarus, et qui omnem insticiam pecunia venderet, Berengarius, qui ad eundem regem Ottonem quondam venit, Hugonem regem Italiae fugiens, benigneque ab eo tractatus, cum multam pecuniam Hugo pro eo dare vellet, non est redditus. Hic cum postea depulso Hugone regnaret,

III, 7. cf. Lindpr. V, 12. 13.

a) te video D1. b) paulum 9c. c) B. d. Bertholdo D1. d) *pergit* E. e) *deest* 9c. f) m. r. D1. g) *deest* 2. h) n. p. h. D. E. i) r. f. *desunt* 2. k) *deest* 9c. l) incasse D1. incassum *superscr.* vel incasse E1. m) et abbas D1. E1. n) *hic pergit* 1. o) *superscr.* 1.

Wid.III,7. veritus virtutem singularis prudentiae reginae Adelheidis, a Lothario Hugonis filio relictae, in multis eam afflixit, quo
cf.Liudpr. tanti decus splendoris aut extingueret aut certe obscüraret. Haec autem filia fuit Ruodolfi regis Burgundionum, qui et
IV,12. in Italia regnavit, et domnae Berhtae reginae, Burchardi Alamannorum ducis filiae, quam, defuncto Ruodolfo, rex Hugo
Wid.III,8. in coniugium duxit, filiamque illius filio suo Lothario copulavit. Illo in tempore proficiscitur rex in militiam contra
sqq. Bolizlavum regem Boemiorum, et cum capienda esset urbs quae dicebatur Nova, in qua clausus obsidebatur Bolizlai
filius, prudenti rex consilio diremit praelium, ne miles in capiendis hostium spoliis aliquod incideret periculum. Consi-
derata itaque virtute regis et innumera exercitus multitudine, Bolizlaus, egressus urbe, maluit tantae maiestati subici,
quam ultimam perniciem pati. Sub signis igitur stans et regem audiens responsaque reddens, veniam tandem prome-
ruit. Inde rex plena victoria gloriosus factus, in Saxoniam est regressus. Cumque virtus prefatae reginae illum non
lateret, simulato itinere Romam proficisci statuit. Et ubi Longobardiam intravit, amorem reginae predictae muneribus
super se probare temptavit. Quo fideliter experto, in coniugium sibi eam sociavit, et cum ea urbem Papiam, quae sedes
est regni, obtinuit. Quod videns filius eius Liutolfus [a], tristis ab eo discessit; profectusque in Saxoniam, aliquamdiu
moratus est in loco consiliis funesto Salaveldon. Rex vero in Italia celebratis iuxta regalem magnificentiam nuptiis,
proficiscitur inde cum novi matrimonii claritate, acturus proximum pascha in Saxonia. Persuasus quoque rex Berenga-
rius a Cbuonrado duce, cui Papia cum presidio militari relicta erat custodienda, regem subsecutus est in Germaniam,
pacem cum eo facturus et per omnia iussis eius obtemperaturus. Qui regiam veniens ad urbem, iussus est in hospitio
sibi parato manere; neque enim faciem regis per triduum promeruit videre. Quod egre tulit Chuonradus, qui eum
adduxerat, pariterque Luitolfus, filius regis, qui unum cum eo sentiebat. Post haec rex regem alloquitur, et in gratiam
regis ac reginae susceptus, deditionis sponsionem dat foederisque spontanei diem locumque urbem Augustam designat.
Ubi cum conventus fieret, Berengarius manus filii sui Adelberti manibus suis implicans, coram omni exercitu famulatui
regis cum filio se subiugavit, et ita dimissus cum gratia et pace in Italiam remeavit. Ibi mirae magnitudinis lapis toni-
tru ac tempestate iactus de caelo, ingens miraculum multis visentibus prebuit.

c.12. Nati sunt autem regi filii ex serenissima regina, primogenitus Heinricus, secundus Brun, tercius paterni nominis
maiestate designatus, quem iam tum post patrem dominum ac patrem sperabat orbis universus, filiam quoque sanctae
matris eius vocabulo insignitam. Luitolfus autem, filius regis, et Cbuonradus [b], gener ipsius, nova quaedam moliuntur con-
c.18.sqq. tra regem. Quod cum eum non lateret, circa Kalendas Iulii moto exercitu contra eos, obvias urbes partis adversae aut
armis aut deditione cępit, quousque Mogontiam perveniret, quam filius iam cum exercitu intravit, patremque, dictu mise-
rabile! armatus exspectavit. Ibi plus quam civile omnique calamitate acerbius bellum coeptum est, machinae multae
muris admotae, sed ab urbanis destructae sunt vel incensae; crebrae ante portas pugnae; raro forinsecus stationes fusae.
Cunctando enim res variabaut, dum dominatorem regni foris, intus successorem timebant. Obsidio itaque dum sexaginta
ferme dies excederet, sermo fit de pace; unde datur obses in urbem consobrinus regis Ekbertus, quo liber in castra
illis pateret accessus. Filius cum genero castra ingressi, regalibus vestigiis prosternuntur, spondentes pro scelere omnia
se passuros, ut auxiliarii tantum amici nichil mali paterentur. Rex m non inveniens quomodo meritas penas filio
iuferret, fautores insidiarum expostulat. Illi autem iuramentis vicariis obligati et quodammodo arte antiqui hostis con-
stricti, hoc omnino negabant, sicque infecta re in urbem rediebant. Ekbertus autem, qui obses datus erat in urbem,
suasibilibus verbis regi fit adversus, cum et antea propter correptiones eius illi fuisset iratus. Sequenti igitur nocte
Baioarii comites Heinrici fratris regis, relicto eo, iuncti sunt Luitolfo, cum quibus ipse pergens, urbem regiam Ratispo-
nam cępit cum ceteris in ea regione munitissimis, omnemque pecuniam ducis Heinrici suis militibus divisit, coniugem
eius cum filiis et amicis non solum urbe sed et regione excedere coegit. Haec omnia fiebant consilio Arnolfi iunioris
fratrumque suorum, eo quod ipse Heinricus paternum haberet ducatum. Rex vero filium subsequens, urbem Ratisponam
obsidione circumdedit; sed cum multitudo machinas urbi applicari non sineret, satis dure interdum ab utrisque pugna-
tum est pro muris. Urbani crebris attriti praeliis, fame quoque periclitari coeperunt. Unde Luitolfus urbe egressus
cum principalibus viris, pacem postulat, sed non impetrat, quia patri oboedientiam negat. Reversus vero in urbem, por-
tam orientalem obsidentem armis temptat Geronem, tot victoriis quot praeliis clarum. A tercia igitur hora usque in
nonam cum acriter pugnaretur ante portam urbis, equo cadente, ascensor Arnolfus armis exutus ilicoque telis perfossus
occubuit. Post biduum a muliere, famem urbis fugiente, mors illius notificatur, dum antea nesciretur. Cuius morte urbani
satis consternati, iam de pace tractabant. Proinde interventu principum Luitolfus iterum de urbe progressus, dum mense
integro et dimidio obsideretur, pacem obtinuit usque ad condictum diem, dum de his causis diiudicaretur; locusque con-
cilii apud Friteslari notabatur. Rex inde in patriam reversus est, Heinricus vero Novam urbem obtinuit; Ratispona
proxima nocte pene tota exusta est. Post haec exercitandi gratia cum rex venationem ageret in loco qui dicitur Swel-
don, filius patri nudatis plantis prosternitur, intima tactus poenitentia, patris primum, deinde omnium presentium move-
bat lacrimas. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, spondet se obtemperaturum omni paternae voluntati. Interea
summus pontifex Fridericus egrotare nunciatur; quapropter regis placitum modice differtur. Defuncto pontifice, univer-
salis conventus populi celebratur; Mogontia post annum et dimidium cum omni Francia regi traditur; filius et gener in
gratiam suscepti sunt, qua et in finem fideliter usi sunt.

Rex ingressus Saxoniam circa Kalendas Iul. obvios habuit legatos Ungariorum, tanquam ob antiquam fidem et gra-
tiam eum visitantes, revera autem, ut quibusdam videbatur, eventum belli civilis considerantes. Quos cum secum ali-
quantis diebus retinuisset et aliquibus munusculis donatos in pace remisisset, audivit a nunciis fratris, ducis scilicet
Baioariorum: *Quia ecce Ungarii diffusi invadunt terminos tuos, statuuntque tecum inire pugnam.* His rex auditis, quasi
uichil laboris preterito anno tolerasset, coepit ire contra hostes, sumptis secum paucis ammodum ex Saxonibus, eo quod
iam bellum Sclavonicum urgeret. Castris igitur positis in Augustae urbis confiniis, exercitus Francorum et Baioariorum
ei occurrit; cum valido quoque venit equitatu in castra dux Chuonradus; cuius adventu milites erecti, iam optabant non
differri certamen. Erat enim dux idem natura audacis animi, et quod rarum est audacibus, bonus consilio, et dum pedes et
dum eques iret in hostem, bellator intolerabilis, domi ac militia karus sociis. Igitur ab utriusque exercitus latrocinan-
tibus agminibus notificabatur non longe ab invicem fore uterque exercitus. Ieiunio itaque in castris predicato, iussum
est omnes ad bellum paratos esse in crastino. Primo diluculo surgentes, pace data et accepta, operaque sua primum
duci, deinde ab uno quoque alteri cum sacramento promissa, erectis signis, numero quasi octo legiones procedunt e
castris. Ducitur exercitus per aspera et difficilia loca, ne daretur hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus utun-
tur acerrime, arbustis ea protegentibus. Primam et secundam et terciam legionem direxerunt Baioarii, quibus prefuerunt
prefecti ducis Heinrici; nam et ipse bello aberat, eo quod valitudine corporis laborasset, qua et mortuus est. Quartam
legionem ordinaverunt Franci, quorum rector ac procurator erat dux Chuonradus. In quinta, quae erat maxima, et quae

a) *ita h. l.* 1. b) chuorandus 1.

dicebatur regia, ipse princeps erat, vallatus lectis ex omnibus militum milibus alacrique iuventute, coramque eo angelus — sic enim vocabatur vexillum eius — denso agmine circumseptus. Sextam et septimam legionem constituerunt Suevi, quibus prefuit Burchardus, cui nupserat filia fratris regis. In octava erant Boemii electi milites mille, armis potius instructi quam fortuna; in qua et sarcinae omnes ac impedimenta quaeque, quasi ipsa esset tutissima quae et novissima. Sed aliter res acta est. Nam Ungarii nichil cunctantes[a] Licum fluvium, qui Lehe dicitur, transierunt, circuientesque[b] exercitum, extremam legionem sagittis lacessere coeperunt, et impetu cum ingenti vociferatione facto, aliis cesis, aliis captis, sarcinis omnibus potiti, ceteros legionis illius armatos fugere compulerunt. Similiter septimam ac sextam aggressi, plurimis ex eis fusis, in fugam verterunt. Rex autem cum advertisset, bellum ex adverso pretendi, sed post tergum novissima agmina periclitari, misit illuc ducem Chuonradum cum quarta legione; qui veniens captivos eripuit, predam excussit, latrocinantiaque hostium agmina perturbavit. Fusis latrocinantibus undique adversariorum agminibus, dux ad regem revertitur signis victricibus, miruinque in modum cunctantibus veteranis militibus, gloria victoriae assuetis, cum novo milite et fere bellandi ignaro triumphum peregit. Totum igitur pondus praelii iam ex adverso esse rex conspiciens, exhortationis gratia suos allocutus est, monens eos antiquarum victoriarum et rerum sedulo bene gestarum, et ut modo in patria non cederent, qui sepius et in aliena terra victores existerent; et postquam huiusmodi verba plurima dedit, ad ultimum intulit: *Plura loquerer, milites mei, si nossem verbis virtutem vel audaciam animis vestris augeri, modo melius gladiis quam linguis incipiamus.* His dictis, arrepto clipeo ac sacra lancea, ipse primus equum vertit in hostes, fortissimi militis ac optimi imperatoris officium gerens. Hostium audaciores primum restiterunt, deinde ut socios terga vertere viderunt, obstupefacti nostrisque intermixti, extincti sunt. Ceterorum vero alii equis fatigatis villas proximas intrant, circumfusique armatis, cum inoenibus pariter concremantur, alii flumen contiguum transnatantes, dum ripa ulterior ascendentes non sustinet, flumine obvolvuntur et pereunt. Chuonradus autem dux fortiter pugnans, animi fervore et solis ardore, qui eo die nimius erat, aestuavit, vinculisque loricae solutis, dum auram captavit, vulnere sagittae in adverso gutturis defixae cecidit. Cuius corpus imperio regis honorifice collectum, transportatur Wormaciam, ibique sepelitur cum luctu et planctu omnium Francorum. Ipsa vero die belli invasa sunt castra, et captivi omnes erepti, secundo autem die ac tercio a vicinis urbibus reliqua multitudo in tantum consumpta est, ut nullus aut rarus evaderet. Tres duces gentis Ungaricae capti ducique Heinrico presentati, mala morte, ut digni erant, multati sunt; suspendio namque crepuerunt. Triumpho celebri rex factus gloriosus, ab exercitu pater patriae ac imperator est appellatus. Decretis proinde honoribus et dignis laudibus summae divinitati per singulas aecclesias, hoc idem sanctae matri suae per nuncios demandans, cum tripudio ac summa laeticia Saxoniam revertitur, et a populo suo libentissime suscipitur. Neque enim tanta victoria quisquam regum intra ducentos annos ante eum laetatus est. Wid. III, 44. sqq.

Rebus igitur rite compositis, per omnem Franciam Saxoniamque et vicinas circumquaque gentes, Romam proficisci statuens, Longobardiam perrexit. Ubi qualiter regem Longobardorum Berengarium, multa mala cum filio suo Adelberto aecclesiis Dei inferentem, duobus annis obsederit, captumque cum coniuge et filiis in exilium miserit, Romanos duobus praeliis vicerit, duces Beneventorum subiecerit, Grecos in Calabria et Apulia superaverit, terra Saxonica venas argenti aperuerit, imperium cum filio sibi aequivoco quam magnifice dilataverit, maioris est operis, ideoque conscribi non valet a nobis. Hoc tantum breviter notandum, quod a Iohanne papa litteris suppliciter exoratus, quatinus pro amore Dei sanctorumque apostolorum Petri et Pauli sanctam Romanam aecclesiam ex faucibus Berengarii suorumque liberaret, aliorumque multorum episcoporum alteriusque ordinis et laicorum questibus motus, filium suum Ottonem contra morem priorum in puerilibus annis regem constituens, in Saxonia dereliquit, ipse collectis copiis Italiam percitus venit, Berengarium cum uxore sua Willa et filio Adelberto captivos Babenberg in exilium misit, ubi et idem Beringarius defunctus et sepultus est; ipse vero Romam veniens, mirifico apparatu susceptus, et ab eodem apostolico Iohanne imperiali unctione et benedictione sublimatus, imperator et augustus est appellatus. Aliquanto autem tempore in partibus illis commoratus, filium suum Ottonem ad se venire fecit, qui et in natali Domini coronam regni ab apostolico accepit. Missa etiam legatione Constantinopolim, filiam imperatoris Theophanu nomine inde accepit, quam, celebratis in Italia nuptiis, eidem filio suo coniunxit. Liudpr. hist. Ott. cf. Chr. W. Liudpr. l. l. cf. Wid. III, 70—73.

Post haec regressus de Italia imperator Otto cum filio rege*, Galliam ingressus est, inde Germaniam transiturus et proximum pascha Quitilingaburg celebraturus. Manens autem ibi decem et septem diebus, descendit inde, ascensionem Domini apud Meresburg celebraturus. Tercia vero feria ante pentecosten venit ad locum qui dicitur Mimilewa. Proxima nocte transacta, hora constituta letus ad mensam consedit, venienteque tempore vespertinis laudibus interfuit, sed peracto cantu euangelii, aestuari ac fatigari iam coepit. Quod cum intellexissent principes circumstantes, imposuerunt eum sedili. Inclinantem autem caput, quasi iam defecisset, refocilaverunt eum, expetitoque sacramento dominico et accepto, sine gemitu cum magna tranquillitate spiritum reddidit Domino, Non. Mai, quarta feria ante pentecosten. Inde transportatur in cubiculum, et cum iam esset sero, transitus eius nunciatur populo. Cuius corpus cum magnis lugentum exsequiis a filio, rege iam facto**, translatum est in civitatem quam ipse construxit vocabulo Magadeburg, ibique honorifice tumulatum est. Wid. III, 75. c. 76.

* coimperatore E. *a.* 972. ** f. suo aequivoco t. E. *l. l.*

Anni Ottonis Magni.

1. Huius anno primo, qui est a dominica incarnatione 937us, Ungarii* Franciam et Alamanniam et Galliam usque oceanum Burgundiamque devastantes, per Italiam redierunt. — Monasteria sancti Galli et sancti Bonifacii cremantur. — Ruodolfus rex Burgundiae et Arnolfus dux Noricorum obierunt. Chr. W.

* Ungarii — redierunt *desunt* D. E., *ubi* Monasteria — cremantur *post* Rudolfus — obierunt *leguntur; in fine vero addunt:* Inger — iussit. *ex Sigeb. a.* 936.

2. A. D. 938. Heinricus*, frater Ottonis regis, ab Eberhardo comite comprehenditur. Chr. W.

* D. E. *habent:* Contra Ottonem — redeunt. *ex Sigeb.*

3. A. D. 939. Otto* rex, cum fratre Heinrico et Gisilberto Eberhardoque pugnantibus militibus suis, victoriam reportat. cf. supra.

Ab inicio anni 4900.

* D. E. *habent:* Eberhardus et — lilium Arnolfi. *ex Sigeb.* cf. supra.

4. A. D. 940. Rege in partibus Alsaciae castellum Brisahe obsidente, episcopi quidam, noctu relictis tentoriis, subtraxerunt se. Eberhardus[c] comes ab Utone[d] et Chuonrado iuxta Rhenum occisus est, Giselbertus dux in aqua suffocatur.* — Burghardus Wirciburgensis episcopus obiit. Chr. W.

* D. E. *habent:* Otto rex in — regem fugit. *ex Sigeb.*

5. A. D. 941. Otto* rex Gallias petiit.

* D. E.: Ludewicus[e] rex — eos fugat. *ex Sigeb.*

a) iunctantes 1. b) circuentesque 1. c) Giselbertus dux et *ante* Eberhardus *erasa* 1. d) ŏtone D1. e) L^{o}dewicus E1. *saepius.*

Chr. W. 6. A. D. 942. Otto* et Ludewicus reges pacificantur.
* D. E.: Giselbertus et — vulnerato. *ex Sigeb.*

7. A. D. 943.*
* D. E. *hoc anno quae supra a.* 940: Rege — suffocatur.

8. A. D. 944. Ungarii* eum Baioariis pugnant et vincuntur.
* D. E.: Stephanus — secuta est. *ex Sigeb.*

9. A. D. 945.*
* D. E. *addunt:* Otto — subiugavit, *ut alii a.* 946, resistente — annis 16. *ex Sigeb.* — 5—11. *addunt:* In Italia cometa mirae magnitudinis apparuit, portendens famem quae secuta est. *ex Sigeb.*

10. A. D. 946.*
* D. E. *addunt:* Heinricus, frater regis, proiectis — excluditur. *ex Sigeb.* — 5—11. *addunt:* Otto rex totam Lotharingiam sibi subiugavit. *ex Sigeb.*

Chr. W. 11. A. D. 947. Berhtolfus* dux Baioariorum, frater Arnolfi ducis, moritur, et Heinrico fratri regis ducatus com-
v. supra. mittitur. — Edith[a] regina obiit.
* E. r. o. B. — committitur. D. E., *qui addunt:* Berengarium — repetit. *ex Sigeb.*

12. A. D. 948.*
* D. E. *addunt:* Rege — tyrannizat. *ex Sigeb.*

Chr. W. 13. A. D. 949. Herimannus[b] dux Alamannorum moritur; pro quo Luitolfus, filius regis Ottonis, dux constituitur.*
* D. E. *addunt:* Taxis — accipit. *ex Sigeb.*

Chr. W. 14. A. D. 950. Otto* rex Italiam petiit, eamque sibi subiecit; rediensque, Papiam Chuonrado[c] duci Lothariorum
v. supra. tuendam commisit.
* D. E. *habent:* Per loca — facti sunt. *ex Sigeb.*

v. supra. 15. A. D. 951. Berenger rex Longobardorum, Chuonrado suadente, apud Augustam cum filio suo Adelberto ad deditionem venit, factusque miles regis, remissus est in regnum cum pace.*
* D. E. *addunt:* Mogontia — relaxatus est. *ex Sigeb.*

Chr. W. 16. A. D. 952. Otto rex Italiam intravit causa Adelheidae reginae, ipsaque accepta uxore, nuptias celebravit Papiae.
v. supra.
Chr. W. 17. A. D. 953. Luitolfus dux* patri rebellat et dux Chuonradus cum eo.
* d. instinctu Chuonradi ducis p. r. Bellum fuit — luculenter descripsit. D. E. *ex Sigeb.*

18. A. D. 954. Ungarii* Italiam petunt, Noricam et Franciam.
* D. E. *habent:* Ratherius — Farabertum. Liutolfo — redeunt. Ludewico — ann. 32. *ex Sigeb. a.* 954. 955.

19. A. D. 955. Ungarii* totam Baioariam depopulantes, iuxta Augustam Alamanniae urbem ab Ottone rege pugna victi, immensa caede necantur.
* D. E. *habent:* Friderico — episcopus substituitur. *ex Sigeb. a.* 956.

20. A. D. 956. Luitolfus* dux Italiam hostiliter intravit.
* D. E.: L. d. filius regis I. h. intrat et Adelbertum vincit, ipseque eodem anno moritur. Ungariis iterum — occubuit. Brun archiepiscopus cenobium — construxit. *ex Sigeb. a.* 957.

21. A. D. 957. Luitolfus* Adelbertum vincit, et ipse eodem anno moritur.
* D. E., *qui haec a.* 956. *habent, hoc anno:* Brun — fecit. *ex Sigeb. a.* 958.

22. A. D. 958. Cruces in vestibus hominum apparuerunt.*
* D. E. *addunt:* Brun — regem confugierunt. *ex Sigeb. a.* 959.

24. A. D. 960. Poppo Wirciburgensis episcopus obiit.*
* D. E. *addunt:* Apud Constantinopolim — ann. 10. Gallia et — tendit. *ex Sigeb. a.* 961.

v. supra. 26. A. D. 962. Otto[d] rogatu Iohannis papae et querimonia multorum de Berengario et filio proclamantium, Romam
Chr. W. a. 951. tendit*, ibique imperator ab eodem papa** factus, Berengarium capit, et cum coniuge sua Willa nomine ad castellum Babenberg misit, ubi et presentem vitam clausit.
* Otto [rex E.] Italia pervagata Romam pervenit, ibique D. E. *cf. Sigeb. a.* 963. ** a Iohanne papa D. E.

Chr. W. 27. A. D. 963. Otto imperator natale Domini Papie agit.*
* D. E. *addunt:* Post haec Italia exit. Adelberone — subrogatur. *ex Sigeb. a.* 964.

28. A. D. 964. Otto* imperator natale Domini Rome moratur; ubi et filius eius Otto coronatur.
* D. E.: Otto imperator pentecosten — aequiperari. Otto Italiam repetit. Brun — refertur. *ex Sigeb. a.* 965.

31. A. D. 967. Otto* imperator de Italia redit.
* D. E.: Otto iunior — papa in natale Domini in imperatorem benedicitur. Willihelmus — obiit. *ex Sigeb. a.* 968. 966. Item Mathildis regina, mater ipsius imperatoris, plena operibus bonis et elemosinis, defuncta est.

32. A. D. 968.*· *1
* D. E. *addunt:* Quidam o. i. familiaris — mereretur. *ex Sigeb. a.* 969.

33. A. D. 969. Mahthildis*, mater imperatoris, obiit.
* D. E., *qui haec a.* 967. *habent, hoc anno:* Theodericus — collegit, et hec cum parte — donata in Galliam — locavit. *ex Sigeb.*

34. A. D. 970.*
* D. E. *addunt:* Apud — Niceforo imperavit. *ex Sigeb.*

35. A. D. 971. Signum quoddam ignei coloris in celo apparet.*
* D. E. *addunt:* Otto — sociavit. *ex Sigeb.*

36. A. D. 972.*
* D. *addit:* Otto senior — conscripsit. *ex Sigeb.* Post Iohannem — 123[us]. *ut infra a.* 974. E. *addit:* Regressus de Italia imperator — tumulatum est. *ut supra.* Cuius vitam *etc. ut* D.

37. A. D. 973.*
* D. E. *habent quae* 1. *rell. a.* 975.

*1) E1. (*alia manu*) *et* 2. *in marg. habent:* Hoc anno regalis abbatia in Magadaburch mutata est in archiepiscopatum.

a) E. r. o. *desunt* 4. b) *Haec desunt* 7. c) chũrado 1. d) *Haec a.* 961. *scripta postea a.* 962. *assignat* 1.

38. A. D. 974.* Otto imperator obiit Non. Mai. Eodem anno sanctus Oudalricus migravit, anno episcopatus sui 50°. Post[a] Iohannem papam Benedictus ordinatur 122[us], post quem item Benedictus 123[us]. Chr. W.

* D. E. *tantum:* Sanctus O. — 50., *addunt vero:* Raginerus, iunior filius Ragineri — rediit, et cum Warnero comite, qui comitatum patris sui ab imperatore acceperat, apud Perronam bello conflixit, eoque cum multis interfecto, hereditatem patriam recepit. Ratherius apud[b] Lobias moritur, cuius est de se monosticum hoc: „Ratherius presul, sed ter Ratherius exul", qui hoc epithaphium tumulo suo inscribi fecit „Conculcate pedes hominum sal infatuatum." Gelu — vernale. *ex Sigeb. a.* 974. 973. 975.

Anni Ottonis secundi.

1. Anno* dominicae incarnationis 975. ab Urbe autem condita 1726. Otto secundus, Magnic filius, 82° loco ab Augusto, regnare coepit, et annis 9 regnavit. Hic vivente patre in regnum electus Romaeque ab apostolico regni corona decoratus, mox ut pater defunctus est, ab omnibus qui aderant denuo eligitur, et in regni sede locatur. Wid. III, 76.

* *His a.* 973. (1724.) *exstantibus* (*legitur* LXXVI°.... annis X.), *hic annus vacuus est* D. E.

3. A. D. 977.*

* D. E. *addunt:* Lotharius rex Francorum Lotharingiam recipere volens, usque ad palatium Aquisgrani venit. Quem Otto imperator insecutus, usque Parisius nullo obsistente omnia vastando pervenit; in redeundo circa Axonam fluvium partem impedimentorum amisit. Et quia nil pensi neque moderati habuerunt, quin etiam aecclesias sanctorum depopularentur, quidam famulus Dei reclusus predixit, quod nullus auctorum huius mali usque ad septennium vivendo duraret. *cf. Sigeb. a.* 978.

4. A. D. 978.*

* D. E. 4—11. *addunt:* Igneae acies visae sunt in caelo per totam noctem 5. Kal. Novembris. *ex Sigeb.*

5. A. D. 979.*

* D. E. *addunt:* Otto i. et L. — petit. *ex Sigeb. a.* 980.

6. A. D. 980.*

* D. E. *addunt:* Otto — habebat. *ex Sigeb. a.* 981.

7. A. D. 981.*· *1

* D. E. *addunt:* Greci — proditus, et per illius miserationem et industriam re delata — liberatus vix evasit. Omnibus — haberi. *ex Sigeb. a.* 982.

8. A. D. 982. Otto* imperator, apud Calabriam occiso a Grecis exercitu, de navi exiliens, natatibus aufugit.*2 Chr. W.

* *Haec desunt* D. E.

9. A. D. 983[d].* Otto imperator Romae moritur 6. Idus Decembris, ibique sepelitur. — Poppo[e] iunior Wirciburgensis episcopus obiit.

* D. E. *a.* 982.: O. i. tedio et angore animi deficiens R. — sepelitur. De imperatore autem substituendo inter primates dissentitur, aliis odio imperatricis Theophanu, quod sibi illa per suam levitatem conciverat, imperium a filio eius Ottone transferre volentibus ad Heinricum ducem, filium Heinrici qui frater fuit primi Ottonis, aliis vero legitimo heredi Ottoni, Ottonis imperatoris filio, imperium deberi certantibus; quorum etiam pars prevaluit. *ex Sigeb. a.* 983. Poppo *etc.*

Anni Ottonis tercii

1. Anno dominicae incarnationis 984.* ab Urbe condita 1735. Otto tercius, Ottonis secundi filius, ammodum puer, 83° loco ab Augusto, Romanum imperium suscepit, et annis 17 regnavit.

* 983 . . . 1734. . . . . 77°. . . . 18 . . . D. E., *qui addunt:* Theodericus — ducis. *ex Sigeb. a.* 984. *Annus* 984. *vacuus.*

2. A. D. 985.*

* D. E. *addunt:* Lothario — uno. *ex Sigeb. a.* 986.

3. A. D. 986.*

* D. E. *addunt:* Ludewico — patruum defuncti regis t. v. dum — ann. 9. *ex Sigeb. a.* 987.

4. A. D. 987.*

* D. E. *addunt:* Inundatio — sunt. Karolus, frater Lotharii regis, dux Lothariensium, regnum — mense, mira Dei virtute et inaudito modo obsessi — evasit. *ex Sigeb. a.* 988.

5. A. D. 988. Fames* magna facta est.

* D. E. *habent:* Siccitas — secuta est. Fertur — ferebant. Karolus — revertitur. *ex Sigeb. a.* 989.

6. A. D. 989.* Hugo Wirciburgensis episcopus obiit.

* D. E. *addunt:* Theophanu imperatrix, mater Ottonis tercii [imperatoris *addit* D.] obiit. Karolus dux iterum Remim — relegat. *ex Sigeb. a.* 990.

7. A. D. 990.*

* D. E. 5—11. *addunt:* Karolus dux moritur, Otto, filius eius, succedit. *ex Sigeb.*

8. A. D. 991.*

* D. E. *addunt:* Remis — excommunicatus dampnatur. Gerbertus episcopus subrogatur Remis, cuius est hoc de se monosticum: „Scandit ab R. Gerbertus ad R., post papa viget R."; insinuans se de Remensi presulatu ad Ravennatium[g] presulatum scandere, post etiam papam Romanum fore. *ex Sigeb. a.* 992.

9. A. D. 992.*

* D. E. *addunt:* In Burgundia — claruit. *ex Sigeb. a.* 993. — 5—11. *addunt:* Remis synodus congregatur. *ex Sigeb.*

10. A. D. 993.*

* D. E. *addunt:* Gerbertus, qui et Silvester cognominatus est, Romanae aecclesiae presidet. Quidam transito — lecta scribimus. *ex Sigeb. a.* 998. — 5—11. *addunt:* In Burgundia Oudelo ex clerico Privatensi monachum professus, in Cluniacensi coenobio proficitur. *ex Sigeb.*, *quae* D. E. *anno superiori.*

11. A. D. 994. Sanctus Adelbertus, episcopus de Praga civitate, a Prucis martyrio coronatur *. — Berenwardus[h] episcopus Wirciburgensis obiit.

* D. E. *addunt:* Hugone — annis 35. *ex Sigeb. a.* 996.

*1) E1. (*alia manu*) *et* 2. *addunt:* Adalbertus primus Magad. archiepiscopus obiit.

*2) 10. 11. *addunt:* Otto dux Suevorum obiit; Chunradus successit. *ex Bernoldo.*

a) Post — 123[us] *desunt* 4. b) *deest* D1. c) m. Ottonis 5. D. E. d) 982. 5. e) Poppo — obiit *desunt* 4. f) *deest* E1. 9[e]. g) rauenatium D1. h) B. c. w. o. *desunt* 4.

12. A. D. 995.*

* D. E. 5—11. *addunt:* Heribertus Coloniensium archiepiscopus ordinatus, multa sanctitate claret. *ex Sigeb. a.* 997. Ch. d. o. *ut a.* 997.

Chr. W. 14. A. D. 997. Chuonradus* dux obiit. *1

* *Haec a.* 995. D. E.

16. A. D. 999.*

* D. E. *addunt:* In Italia Crescens — rebellat. *ex Sigeb.* — 5—11. *addunt:* Terraemotus permaximus factus est. *ex Sigeb. a.* 1000.

17. A. D. millesimo.*

Anno[a] regni sui 18° Otto imperator tercius obiit 5. Kal. Febr., eo videlicet anno qui ab incarnatione Domini inscribitur millesimus primus. Cuius intestina Augustae, reliquum corpus Aquisgrani sepelitur.

* D. E.: A. D. millesimo terraemotus permaximus factus est. Otto imperator ad debellandum Crescentem Romam proficiscitur, eique Crescens bello congreditur, sed victus — suspenditur. *ex Sigeb. a.* 1000. 1001.

Anno regni sui 19° Otto imperator, quem uxor Crescentis spe regnandi ad amorem suum pellexerat, dum, invitus ab invita suasu exercitus sui abstractus, decedit Italia, veneno ab ea sibi transmisso consumptus, inter remeandum in Italia moritur 5. Kal. Febr. — primus *(ut supra)*. Veneficio eiusdem mulieris etiam papa Romanus gravatus asseritur, ita ut loquendi usum amiserit. Milites — putaretur, Heinricus Baioariae dux cum magna militum manu occurrit, et iniuriato Coloniensium a. — imperatoris. Qui tandem conciliatis — archiepiscopo. *ex Sigeb. a.* 1002. Ottonis autem imperatoris intestina — sepelitur. *ut supra.*

Anni Heinrici secundi.

1. Anno dominicae incarnationis 1001, ab Urbe autem condita 1752, Heinricus secundus, primum dux Baioariae, deinde, Ottone tercio absque filiis defuncto, in regni provectus culmine, 84°[b] loco ab Augusto, regnum accepit, et annis 23 ac mensibus 5 regnavit, 12 annis sub nomine regis, 11 dignitate et nomine imperatoris. Hic in regni sede sublimatus, cum Heinricum marchionem aliosque in inicio regni sui sibi resistentes superasset, Italiam et Boemiam ac Bolizlaum cum omni gente Sclavorum subiugasset, data sibi requie a Domino, considerans se filios non habiturum, quippe qui, ut multi testantur, consortem regni Cunigundam nunquam cognovit sed ut sororem dilexit, Dominum bonorum omnium datorem habere delegit heredem, sextoque regni sui anno sapienti[c] consilio episcopatum Babenberg in honore sancti Petri sanctique Georgii constituit, locumque ipsum prediorum divitiis et omni ornatus decore, ut inpresentiarum cernitur, copiosissime ditavit.[49] In meridiana quoque parte civitatis monasterium in honore sancti Stephani protomartyris sub ordine canonico construens, ex altera vero, hoc est aquilonari, aliud monasterium sub monachili regula in honore sancti Michahelis archangeli sanctique Benedicti abbatis constituens, sibi suaeque civitati supra petram apostolicae firmitatis fundatae, muroque et propugnaculis meritorum sancti Georgii ceterorumque sanctorum munitae ac exornatae, contra incentivos vitiorum iactatus turrim fortitudinis in Stephano, et contra refrigerantes flatus illius, qui in aquilone, unde malum omne pandetur, sedem ponere disposuit, refugium certum in angelico preparavit presidio[50], ut a dextris et a sinistris iusticiae armis vallatae in nullo sufficiat insidiator prevalere. Aliis quoque sanctorum locis per regni latitudinem non minus, prout opus erat, munificentiae suae impertivit largitatem, quaedam dilapsa iam in melius restituens, quibusdam quae minus subpetebant adiciens. Regis autem frater erat Brun, Augustensis sedis episcopus, qui felicibus fratris actibus invidens, multas ei adversitatum iniurias in quantum potuit inferebat, et* ubi per se non poterat, inferentibus se adiungebat, vel alios ad inferendas exhortando, stimulos eis incitationis subigebat. Cui frater non solum talionem non reddidit, verum etiam fraterna** iustructus dilectione, omnia dissimulando et patienter sustinendo, illum bono vincere satagebat. Horum sororem, bonae memoriae feminam, Giselam[d], rex Ungariorum qui*** Stephanus dicebatur in coniugium expetivit, sed eam[e] ducere non promeruit, donec se christianae religionis rudimenta et sacri baptismatis sacramenta cum omni gente sua suscepturum promisit. Quam pollicitationem ubi rebus perfecit, religiosus Deoque devotus postea in exsecutione bonorum operum permansit; quod divina pietas post mortem eius evidentibus indiciis, ad sepulturam eius factis signorum miraculis, demonstravit. — Rex**** autem Heinricus, post-

* et — subigebat *desunt* E.

** fraternae dilectionis et patienciae bono illum vincere studuit. D. E.

*** qui postea Stephanus in baptismo dictus est. D. E.

**** Rex — monasterio *desunt hoc loco* E. (*v. infra a.* 1024.)

*1) 10. 11. *addunt:* Herimannus successit. *ex Bernoldo.*

a) Anno — sepelitur *in loco raso* 1. b) LXXVIII. D. E. c) s. usus E. d) *in margine* 1. e) eum 1. 5. *corr.* eam 10.

49) Cf. vitam Heinrici Vol. IV. editam, cuius auctor haec exscripsit, sed chartis aliisque documentis illustravit. 50) i. e. sancti Michaelis.

quam bonae opinionis odorem longe lateque redolere fecerat locumque sibi dilectum cum ceteris monasteriis ditando et ornando et excolendo ad perfectum adduxerat, divina vocatione viam universae carnis ingressus, Deo reddidit animam feliciter, ut credimus, 3. Idus Iulii, anno regni sui 24°, imperii autem 11°, vitae vero 52°, sepultusque est Babenberg in epyscopio a se facto, in sancti Petri apostoli monasterio:

2. A. D. 1002. Heinricus rex Heinricum marchionem et alios sibi resistentes cum exercitu petit. Chr. W.

3. A. D. 1003. Heinricus rex Italiam, Boemiam, Bolizlaum ducem cum omni Sclavorum gente subiugavit.

4. A. D. 1004. Fames * magna[a] facta est. **

* D. E.: Cometes longo tempore apparet, et fames valida subsequitur. Heinricus Valentianas — invaserat. Qui gratiam regis et ipsum castrum in beneficium sibi dari pecunia promeruit. *1 *ex Sigeb. a.* 1006. 1007.

** 5 — 11. *addunt:* Cometes longo[b] tempore apparuit. *ex Sigeb.*

5. A. D. 1005. *

* D. E. *addunt:* Helpericus — compoti scripsit. *ex Sigeb.*

6. A. D. 1006. * Epyscopium Babenberg a rege Heinrico constituitur, et Eberhardus ibi episcopus preficitur.

* D. E. *addunt:* Burchardus ordinatur Wormatiae episcopus, qui — defloratum. *ex Sigeb. a.* 1008.

7. A. D. 1007. *

* D. E. *addunt:* Eclypsis[c] — secunda. *ex Sigeb. a.* 1009.

8. A. D. 1008. Brun, episcopus ex monacho, a Prucis multis suppliciis afflictus, et manibus pedibusque abscisis, postremo capite plexus, caelos petiit. — Eberhardus * episcopus ordinatur.

* E. c. o. *desunt* D. E.

10. A. D. 1010. *

* D. E. *addunt:* Theodericus Mettensium episcopus, dotem et patrimonium reginae Chunigundis, quae soror erat sua, aecclesiae Babenbergensi a rege delegari, dolens, contra ipsum rebellat.

11. A. D. 1011. *

* D. E. 5 — 11. *addunt:* Heinricus rex Mettim[d] urbem obsidet, donec mediante iusticia pax inter eos convenit. *cf. Sigeb. a.* 1009. D. E. *pergunt:* Inter milites Baldrici Leodicensis episcopi eo presente et Lambertum[e] comitem Lovaniensem apud villam Hugardis dictam praelio conserto, episcopus — infortunio. *ex Sigeb. a.* 1013.

13. A. D. 1013. * Heinricus Romae imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa. *2

* 1012. D. E., *qui a.* 1013.: Gotefridus dux comitatum Ragineri Montensis depopulatur — perimitur. Quod quidam militum videns, phylacterium cum stupore colligens in caliga sua abscondit, sed celari non potuit, quia coxa eius et crus intumescens rem prodere coegit, et phylacterium domino suo Herimanno, fratri ducis, dedit. *ex Sigeb. a.* 1015.

14. A. D. 1014. * Ernest dux in venatu occiditur.

* C. *hoc anno postea, sed eadem manu, insertum habet:* Ernest, dux orientalis Franciae, in venatu a proprio servo incaute sagittam dirigente occiditur; cuius dignitas episcopio Wirciburgensi ad augmentum suum ab imperatore delegatur. — D. E. *addunt:* Symeon — declaravit. *ex Sigeb. a.* 1016.

15. A. D. 1015. *

* 5 — 11. *addunt:* Symon monachus de monte Syna hoc tempore claruit.

16. A. D. 1016. Heinricus * Wirciburgensis episcopus obiit.

* D. E.: In Fresonia inter Gotefridum ducem et Theodericum comitem Fresonum praelio conserto, dux cum gravi militum suorum dampno inferior recessit. *cf. Sigeb. a.* 1018.

17. A. D. 1017. *

* D. E. *addunt:* Ruodolfus — B. s. simulata revocat. *ex Sigeb. a.* 1020.

18. A. D. 1018. *

* D. E. *addunt:* Benedictus — venit. *ex Sigeb. a.* 1020. Heinricus — obiit. *ut supra a.* 1016.

19. A. D. 1019. Benedictus papa Babenberg veniens, aecclesiam sancti Stephani dedicavit. * — Eodem anno Werenherus Argentinae episcopus cum Alamannis contra Burgundiones pugnavit et vicit.

* D. E. *ita:* Heinricus imperator Coloniae natalem Domini celebraus, Heriberto archiepiscopo, quem olim in diripiendis imperii insignibus iniuriose exacerbaverat, humili satisfactione placat, eique reconciliatus episcopus predixit, se eum non amplius visurum; quod eum veraciter predixisse patuit, quia non multo post obiit et Pilegrimum successorem episcopatus accepit. *ex Sigeb. a.* 1021. E. *pergit:* Durandus episcopus fit Leodicensium; quod quasi fabula in theatro mundi fuit, quod vir ex pauperrimo et humillimo servilis conditionis genere ad summum pontificii gradum provectus, etiam dominis suis carnalibus dominatus fuerit. *ex Sigeb. a.* 1021.

20. A. D. 1020. Terremotus magnus factus est 4. Idus Mai, feria[f] 5. * Eo anno Heribertus Coloniensis archiepiscopus obiit. Cui Piligrinus successit.

* *Reliqua desunt* D. E., *ubi legitur:* Erbo Mogontiae archiepiscopus ordinatur; cuius super aliquot psalmos tractatus inveniuntur.[g]

21. A. D. 1021. indictione 5. * 4. Non. Novembr. feria 5. anno regni gloriosi imperatoris Heinrici secundi 21. imperii autem nono, ipso presidente ac disponente, Eberhardus, primus aecclesiae Babenbergensis episcopus, ordinationis suae anno 13° dedi-

* *Haec desunt* D. E. *qui tantum habent:* Eclipsis[h] solis facta est. *ex Sigeb. a.* 1023.

*1) E1. (*alia manu*) *et* 2. *addunt:* Gisilherus II[us] Magad. archiepiscopus obiit.

*2) E1. (*alia manu*) *et* 2. *addunt* (1012): Dagino III[us] Magad. archiepiscopus obiit. Eodem anno etiam obiit Walthardus IIII[us] Magad. archiepiscopus.

a) *deest* 10. 11. b) longum tempus 10. 11. c) Aeclypsis D1. d) mettensem 5. metum 10. 11. e) lampertum E1. f) feria V. *desunt* 4. 5. IV. Idus Mai feria V. *desunt* E1. g) invenitur E1. h) Aeclypsis D1.

cavit aecclesiam sancti Michahelis in monte, in honorem eiusdem sancti archangeli sanctique Benedicti abbatis. Huic igitur consecrationi interfuerunt episcopi multi, scilicet Aribo Mogontinus, qui altare sancti Martini dedicavit, Piligrinus Coloniensis, qui altare sancti Petri consecravit, cum aliis multis. Eundem autem locum inhabitare coepit primus pater eiusdem monasterii Rato, anno Domini incarnationis 1015[a], eodemque anno fundamenta ipsius monasterii locata sunt, et secundo anno Heinrici abbatis secundi templum ipsum dedicatum est.

Chr. W. 22. A. D. 1022. Heinricus imperator Novam Troiam deditione cepit, et mortalitas magna in exercitu facta est. Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit; pro quo item Gebehardus ordinatur.

23. A. D. 1023. *1

24. A. D. 1024. * Heinricus imperator secundus migravit. *2

* D: Heinricus imperator, cuius vitam Adelboldus Traiectensis episcopus descripsit, consulentibus se super substitutione regni, designans Chuonradum, virum regii generis et egregiae libertatis, quippe qui nullius unquam se servituti submiserat, moritur. Et eum Chuono dux prepotens ad regnum aspirare vellet, instinctu Erhonis archiepiscopi et aliquorum regni primatum repudiatur, et Chuonradus ad imperium sublimatur. *ex Sigeb.* — E.: Heinricus imperator postquam bonae opinionis — monasterio. *ut supra.* Cuius vitam A. T. e. d. Isdem adhuc vivens consulentibus — sublimatur. *ut* D.

Chr. W.

Luitolfus dux Saxoniae. *3

Brun dux, a Danis occisus. — Otto dux Saxoniae.

Heinricus rex. — Baba.

Heinricus dux Baioariae. — Otto Magnus imperator. — Adelbertus quem Ludewicus decollavit.

Heinricus dux Baioariae. — Otto imperator.

Heinricus Babenbergensis dux Baioariae, postea imperator. Cuius uxor Cunigunt[b] absque filiis obiit. — Otto imperator.

Anni Chuonradi II.

Anno dominicae incarnationis 1025, ab Urbe condita 1776, Chuonradus, ex regni primoribus unus, sed regno antea per rebellationem adversus, principibus pro eius electione dissidentibus, Aribone autem Mogontino archiepiscopo et Eberhardo Babenbergensi presule sibi faventibus, 85[o c] loco ab Augusto, regnum suscepit, et annis 15 regnavit. Sublimatus autem in regni sede, consilio Brunonis episcopi Augustensis, fratris Heinrici imperatoris, qui semper, ut supra dictum est, felicibus eius invidebat actibus, Babenbergensem epyscopatum meditabatur destruere, quia idem Brun episcopus promisit reginae Giselae, omnia predia hereditario iure ad se pertinentia filio eius Heinrico contradere. Locus igitur et tempus conventui statuitur, ubi haec res ad certum perducatur. Nocte vero, quae diem precesserat in qua haec ventilanda erant, Eberhardus episcopus ad tentorium predicti Brunonis clam accessit, lectoque eius assidens, multa super hac monendo, obsecrando, memoriam fratris animo inculcando, cum eodem sollicitus egit. Qui ubi iam multa noctis hora transacta recesserat, et episcopum pro auditis sollicitatum somnus obpresserat, visus est ei frater suus imperator Heinricus lecto suo asstare, faciemque suam barba ex una parte depilata turpatam obiectare. Cui super hac re stupido et admiranti, ac quis tam temerarios ausus in eum presumeret interroganti: *Tu*, ait, *haec fecisti, qui me et sanctos Dei, quos rebus a Deo michi concessis dotavi, despoliare disposuisti. Cave iam ulterius super hac temeritate, ne incepta luas magna infelicitate.* Ad haec ille expergefactus, ac de visione non parum perterritus, membrorum quoque horrore ac tremore non leniter est attactus. Mane autem facto, cum diu exspectatus ad conventum procerum non veniret, regina pro filio sollicita, nunciis missis obnixe rogavit, ut adveniens promissa perficeret. Ille vero affirmabat, se tanta infirmitate gravari, ut nec de lecto surgere nec pedem posset quoquam

*1) E1. (*alia manu*) *et* 2. *addunt:* Gero V[us] Magad. archiepiscopus obiit.

*2) 4. *addit:* Cuius uxor Chunigunt absque filiis obiit.

*3) *Hoc stemma genealogicum omittunt* D. 4. 6 — 9[c]. — 5. *circa stemma versus habet, quos etiam* 6 — 9[c]. *receperunt:*

Saxonicum stemma confert[d] Ottonica[e] regna[f],
Tenet augustos coelum, mare terraque christos.
Undique nobilior Heinriciane decor.

In E1. *super stemmate primus legitur versus.* — *Idem qui stemma Karolorum praemittit, tercium addit hoc*

Counradus imperator.

+ Heinricus imperator.

Heinricus imperator.

Counradus rex. — Heinricus rex. — + Adelheit uxor Liupoldi marchionis.

a) XV. *e corr.* 1. b) C. imperatrix E1. c) *desunt* 1. D. E. d) conferat 8. 9[c]. *corr.* confert 7. 9[a]. e) attonica 8. f) regina *corr., ut videtur,* regna 9[c].

movere. Cumque rogaretur, ut se in lecto ad conventum deportari pateretur, quo vel sic promissio perficeretur, omnino abdicavit, seque in Deum et in sanctos eius et in fratrem suum peccasse, libera tandem voce proclamavit. Sic itaque divina pietas per merita famuli sui, ne spe, quam in se posuit, fraudaretur, omnia illius pravae conspirationis machinamenta repressit, idque quod ab eo bene coeptum est confirmando, semper exinde ad meliora provexit. * — Secundo igitur regni sui anno Chuonradus rex filium suum Heinricum regem fecit, et ipse Romam pergens, imperialem benedictionem accepit. Post haec Knuth, regis Danorum, filiam, nomine Cunigundam, filio suo coniunxit, cf. SS. T. V. p. 122. seque ad bene agendum studiosius accinxit. In proprio quippe castello Lintburg dicto, ad alios usus quondam sibi grato, monasterium construxit, prediorumque copia illud ditans, monachorum congregationem sub abbatis provisione illuc introduxit [51]; Spirense quoque epyscopium provehere statuens, sed vivendi meta eo usque non pertingens, filio suo Heinrico suae voluntatis effectum commisit, quem ipse magnifice coepit, sed filius eius item Heinricus magnificentius perfecit.

*) E. *pergit:* Primo itaque regni sui anno Chuonradus rex in proprio castello Lintburg — perfecit. Dissensio magna ipso tempore contra Chuonradum in regno t. s. d. c. s.

1. Primo itaque Chuonradi regis anno dissensio magna contra eum in regno tumultuatur, sed divinitus cito sedatur. Chr. W.

2. A. D. 1026. Heinricus, Chuonradi regis filius, rex efficitur; Chuonradus vero Romam tendens, imperiali benedictione provehitur.

3. A. D. 1027. Brun Augustensis episcopus et Welefo comes predas et incendia inter se conficiunt.

4. A. D. 1028. Ernest dux Alamannorum et Welefo comes Chuonrado imperatori ad deditionem veniunt.

5. A. D. 1029. Brun Augustensis episcopus obiit; cui Eberhardus successit.

6. A. D. 1030. Chuonradus imperator Stephanum Pannoniae regem cum exercitu petit. Interea in Alamannia Ernest dux et Werinherus comes cum aliis multis occiduntur, 16. Kal. Sept.

7. A. D. 1031. Stephanus rex per legatos cum imperatore pacificatur.

8. A. D. 1032. * Ruodolfus rex Burgundiae moriens, diadema suum Chuonrado imperatori misit.

* D. E. *addunt:* Rutpertus[a] et Richardus a Normannia digressi, Apuliam expetunt et patriotas fortiter debellant. *ex Sigeb.*

9. A. D. 1033. Meginhardus episcopus Wirciburgensis obiit. Chuonradus imperator in hieme Burgundiam petit. Eclypsis solis facta est 3. Kalend. Iulii, hora[b] sexta.

10. A. D. 1034. Imperator Franciam petit contra Outonem. Item[c] Burgundiam vastat.

11. A. D. 1035. Wirbinam castellum, in confinio Saxoniae positum, pagani qui Liutici dicuntur obtinent, multis ex christianis occisis et captis. Quos imperator cum exercitu petit.

12. A. D. 1036. Gebehardus secundus Ratisponae episcopus obiit; pro quo item Gebehardus tercius successit. — Heinrico, imperatoris filio, Knuth regis Danorum filia coniungitur. — Luitici tributarii facti sunt imperatori. — Piligrinus Coloniensis archiepiscopus moritur; pro quo Herimannus ordinatur.

13. A. D. 1037. Chuonradus imperator Italiam cum exercitu petit, et Mediolanensem episcopum in custodiam mittit; qui fuga lapsus imperatori rebellat. — Outo princeps Karolingorum a Gozelone Lothariorum duce pugna victus, fugiensque a quodam milite occiditur.

14. A. D. 1038. Stephanus Ungariorum rex religiosus obiit.

15. A. D. 1039. Chunigunt imperatrix, mater pauperum, dives ipsa, divitem migravit ad Christum 5. Non. Martii. — Herimannus dux Alamannorum, filius Gisilae imperatricis, obiit. — Chuonradus imperator obiit 2. Non. Iunii, et sepultus est Spirae. — Reginboldus Spirensis episcopus obiit 3. Idus Octobr. — Eclypsis solis facta est 11. Kal. Septembris. Anni ab initio 5000.

Anni Heinrici tercii.

1. Anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo, ab Urbe autem condita 1791, Heinricus tercius, Chuonradi imperatoris filius, iam dudum patre vivente rex constitutus, 86°[d] loco ab Augusto, patri successit, et 17 annis regnavit. Eberhardus[e] primus Babenbergensis episcopus obiit. Chr. W.

2. A. D. 1041. Heinricus rex ducem Poemiae Fratizlaum bello petiit; sed multis proceribus et militibus in prestructione silvae citra ultraque occisis vel captis, nil memoria dignum efficere potuit. — Petrus quoque Ungariorum rex eidem duci contra regem auxilia misit.

3. A. D. 1042. Ungarii quendam Ovonem sibi regem fecerunt, et Petrum regem suum expulerunt. Qui profugus et exsul, Heinrici regis, cui priori anno rebellavit, gratiam querit et invenit. — Heinricus rex Boemiam ingressus, igne predaque cuncta devastat, et rebellem ducem obsides dare ipsumque post se Ratisponam ad deditionem humillimam venire sibique iureiurando fidelitatem ac servicium confirmare coartat. — Ovo rex Ungariorum, ob susceptum a rege Heinrico Petrum a se expulsum, fines Baioariae predis depopulatur; sed magna pars exercitus eius ab Adelberone marchione deletur.

4. A. D. 1043. Heinricus rex Pannoniam ingressus, duas populosissimas civitates evertit, plures deditione sibi subiecit. — Gisela imperatrix obiit 16. Kal. Mart. et sepelitur Spirae.

5. A. D. 1044. Heinricus rex iterum Pannoniam invadens, satisfactionem et obsides ac munera pacisque confirmationem per iusiurandum accipiens, discessit; indeque reversus, synodo Constantiensi affuit; ubi cunctis in se delin-

a) Rodbertus E. b) h. s. *desunt* 7. c) Item — vastat *desunt* 4 — 11. d) LXXX. D. E. e) Eberhardus — obiit *in margine* 1. *desunt* 4.

51) Cf. diploma in Actis palat. VI. p. 274.

Chr. W. quentibus debita dimisit, omnibusque inimiciciis destructis, pacem hactenus inauditam tam in tota Suevia quam in aliis regni sui provinciis per edictum regiae censurae confirmavit. Deín Agnetem, Willihelmi Pictaviensis principis filiam, apud Mogontiam ungi faciens in reginam, regalibus sibi nuptiis apud Ingelenheim copulavit; unde infinitam histrionum et ioculatorum multitudinem non solum muneribus, sed etiam cibo potuque vacuam et merentem abire permisit. — Luitpoldus marchio, Adelberti filius, maxima Ungariorum clade, immature obiit. — Pestis pecudum maxima, hiems dura fuit et nivosa.

6. A. D. 1045. Brun Wirciburgensis episcopus obiit 6. Kal. Iunii. Pro quo Adelbero ordinatur. — Heinricus rex tercio Pannoniam ingressus, Deique favente clementia victor effectus, Ovonem cum uxore et filiis ac cognatis, quibus locus fugiendi erat, effugabat, Petrum restituit in regnum, subditoque sibi Ungariorum regno, cum honore summo revertitur. — Gotefridus dux Lothariorum Heinrico regi rebellans, ad deditionem coactus, in castello Gibichenstein usque ad dignam satisfactionem custodiae mancipatur. *1

7. A. D. 1046. Heinricus rex Italiam ingressus, a Romanis pacifice suscipitur; papas tres non digne constitutos synodaliter deposuit, et Suidegerum, Babenbergensis aecclesiae secundum episcopum, papam constituit; a quo ipse et coniunx eius Agnes in sancto dominici natalis die benedictione imperiali sublimantur. Imperatrix vero Agnes inde revertens, apud Ravennam genuit filiam; imperator autem per Apuliam multasque provincias feliciter ducens exercitum, cum honore magno revertitur. Suidegerus[a] papa obiit 7. Idus Octobr.; pro quo Poppo, patriarcha Aquileiensis, ordinatur.

8. A. D. 1047. Petrus Ungariorum rex a quodam tyranno Pannonico captus et coecatus est; ille vero qui eum expulerat regnare coepit.

9. A. D. 1048. Poppo papa * obiit, necdum completo anno ex quo constitutus est; pro quo Brun *2, qui et Leo postea dictus est, Tullensium episcopus, ordinatur papa.** Otto dux Suevorum obiit; pro quo[b] item Otto comes de Swinfurte surrexit. *3

* p. qui et Damasus D. E.

** C. D. E. *addunt*: Hic Chunradi imperatoris consobrinus cum ad — afflictionis, invocabitis me et ego exaudiam vos et reducam captivitatem vestram de cunctis locis.“ De hoc inter caetera legitur, quia cum pauperem — obstupuit. Hic undecumque doctissimus cantus dulci et regulari modulatione composuit de aliquibus sanctis, Gregorio scilicet papa, Ciriaco martyre, Gorgonio martyre et aliis, fecit et scripsit multa alia aecclesiae utilia. Hic etiam in Gallia — meliorabat. *ex Sigeb. a.* 1048. 1049.

10. A. D. 1049. Heinricus imperator anno imperii sui quarto quasdam Galliae partes invasit contra Gotefridum et Baldewinum duces; quibus ad deditionem coactis, et regno his in partibus pacificato, victor cum honore revertitur. — Synodus Mogontiae habetur; cui interfuerunt Brun apostolicus et Heinricus imperator.

11. A. D. 1050. Ungarii item rebellant. Quibus Gebehardus Ratisponensis episcopus, qui erat imperatoris patruus, obviam veniens vice ipsius imperatoris, in fugam conversos non minima eos cede afflixit; insuper urbem Heimenburg, in marcha positam, aedificiis restauravit et militari custodia muniri fecit, ipseque summa cum pace regressus est.

12. A. D. 1051. Barto archiepiscopus Mogontinus * in pace quievit; cui Luitpoldus Babenbergensis prepositus successit.** — Heinricus imperator iterum Pannoniam adiens, divisa in duas partes multitudine militum, utrimque regionem ipsam silvis et maxime aquarum collectionibus circumseptam occupans, intravit; sed gens illa durior ceteris cum rege suo dolose agens suaque pariter cum aliis diripiens, fame et siti multisque cladibus lassatum imperatoris exercitum fugiens, evasit. Milites autem imperatoris, vastata magna parte provinciae, multis insuper inibi occisis, pacifice, licet inacte, ad propria cum imperatore redierunt. *4

* D. E. *addunt:* in monasterio Fuldensi sub monachica professione nutritus indeque pro vitae merito ad pontificalem dignitatem provectus, virtutibus clarus in Christo quievit.

** D. E. *addunt:* Grecis in — Grecis recepta sunt. *ex Sigeb. a.* 1053. *et* 1054.

13. A. D. 1052. Imperator iterum Pannoniam petit, et inacte redit, habens secum in comitatu Brunonem apostolicae sedis presulem. Qui papa veniens Ratisponam, reliquias beati Dionisii martyris, de quibus diu dubitatum est an ibi haberentur, presentibus Parisiorum legatis, perspexit ibique teneri probavit; sanctum quoque Wolfkangum, eiusdem urbis episcopum, de tumulo levavit; indeque Babenberg cum imperatore transiens, privilegia eiusdem loci a cancellario suo Friderico, qui sibi postea successit, perspici et coram imperatore populoque pronunciari mandavit, suaque auctoritate illa confirmavit[52]. Inde *5 simul tendentes in partes Rheno contiguas, proximum natale Domini Wormaciae celebrabant.

14. A. D. 1053. Apostolico et imperatore natale dominicum divino et regio cultu Wormaciae agentibus, missarum celebratione in sancta die peracta ut oportuit ab apostolico, insequenti die Luitpoldum Mogontinae sedis archiepiscopum, utpote in sua diocesi precipuum, huic subrogavit officio. Qui peracta processione, et ubi ad hoc ventum est dicta oratione, postquam se in sua sede locavit, quidam ex diaconibus suis, Humbertus nomine, sicut multi ob illius festi venerationem solent, lectionem decantavit.

*1) 10. 11. *addunt:* Otto dux Suevorum efficitur. *ex Bernoldo.*

*2) 6. *in margine habet:* Qui Bruon sub beato Albewino, scolarum in Hersfelt magistro, postea vero Nienburgensium in Saxonia abbate, disciplinis liberalibus instituebatur.

*3) 10. 11. *addunt:* Sanguis Domini Mantuae per coecum manifestatur. *ex Bernoldo.*

*4) E1. (*alia manu*) *et* 2. *addunt:* Hunfridus VI. Magad. archiepiscopus obiit.

*5) *Sequentia desunt* 10. 11. *qui addunt:* Reliquiae sancti Zenonis a Waltario Veronense episcopo Ulmam sunt delatae. *ex Bernoldo.*

a) suidegerus — ordinatur *desunt* 4. b) *deest* 1. 5.

52) V. Leonis chartam hac de re datam ap. Ussermann episc. Bamb. Cod. probb. p. 36. et Mon. SS. IV. p. 802.

Quod quidam ex Romanis papae assistentibus vituperantes, et contra papam, quia Romano more non ageretur, obiurgantes, persuaserunt ei, ut ad eundem diaconum mitteret et decantationem interdiceret. Quod cum ille iuvenum more contempneret, iterum mittendo papa interdixit; qui mox eadem vocis sonoritate qua prius cantavit, legendo decenter lectionem usque ad finem perduxit. Qua finita, papa illum ad se vocavit et quasi pro inoboedientiae contumacia degradavit. Archiepiscopus vero misit ad illum, ut suum sibi redderet ministrum. Quod ubi papa abnuit, pontifex, ut erat antiquae disciplinae, licet egre patienter tamen interim tacendo sustinuit. Perlecto autem euangelio et decantato offertorio ubi sancti sacrificii tempus advenit, pontifex in sede sua resedit, vere contestans, nec se nec alium quempiam completurum illud officium, nisi reciperet processionis suae ministrum. Quod ubi apostolicus intellexit, pontifici cessit, reindutumque ministrum continuo remisit. Quo recepto, debito se presul iniunxit officio. Qua in re et pontificis auctoritas et apostolici consideranda est humilitas, dum et ille officii sui dignitatem defendere contendebat, et iste, licet maioris dignitatis, metropolitano tamen in sua diocesi cedendum perpendebat.

Post haec apostolicus Romam rediit, multis eum diversarum provinciarum militibus imperiali preceptione et amicorum subventione comitantibus; et post pascha exercitum ducens per Apuliam, contra Nortmannos, illius terrae quondam advenas, sed tunc possessionum apostolicarum invasores et Romani imperii hostes, pugnavit; et infinita utrobique caede peracta, papa cum paucis fugiens absque victoria regreditur, relictis illic Suevorum ac Noricorum militibus optimis, et in urbe Beneventana consedit; ubi tunc Oudalricus, genere Noricus, episcopatum tenuit. Chr. W.

15. A. D. 1054. Religiosus papa Brun, qui et Leo, gloriose vitam finivit, 13. Kal. Mai, et magnifice sepultus Romae in aecclesia sancti Petri, miraculis claruit. — Cuono[b] dux Noricorum, foederatis sibi Ungariis, graviter rebellat. Item Baldewinus et Gotefridus. *1

16. A. D. 1055. Leoni papae Gebehardus, qui et Victor, Eihcstatensis episcopus, successit. *. *2 — Adelbertus marchio obiit. Fames magna fuit. — Heinricus imperator Italiam cum exercitu petens, omnia in pace disposuit, revertensque neptem suam Beatricem, matrem Mahthildae, secum duxit, indigne eam tractans propter quasdam insolentias eius, quibus vivere consueverat mortuo viro eius Bonifacio duce. — Welefo dux Carinthiorum obiit. — Chuono, dux antea Noricorum, ab imperatore pro perfidiae suae culpa expulsus, in Pannonia male exul obiit. — Arnolfo Spirensi episcopo Chuonradus successit.

* D. E. *addunt:* Anno Coloniae ordinatus est episcopus. *ex Sigeb., ibique* A. m. o. *desunt.*

17. A. D. 1056. Herimannus, comes orientalium Francorum, obiit 6. Kal. Febr. — Gebehardus Ratisponensis episcopus, imperatoris Heinrici patruus, hostis occulte pessimus deprehensus et convictus atque custodiae mancipatus, sed misericorditer tractatus, exilio remittitur et sedi pristinae restituitur. — Gotefridus dux ad deditionem venit. — Magna caedes a Luiticis in christianos facta est; quorum quidam gladio, quidam fugientes in aqua perierunt; inter quos Willehelmus marchio occiditur. — Hisdem temporibus multi diversarum principes provinciarum perierunt; fames multas regiones afflixit, egestas et penuria undique prevaluit, multaque mala tunc temporis facta sunt. — Heinricus imperator pro his rebus cordetenus dolore compunctus, infirmari coepit, et perductus ad mortem, sapienti usus consilio, ab omnibus quibus potuit veniam petiit, quibusdam predia quae abstulit restituens, cunctis qui contra eum et regnum culpas dampnabiles fecerunt relaxans; filium quoque suum Heinricum Romani pontificis cunctorumque pontificum et principum regni electione regem constituit. His et aliis, prout vitae possibilitas admisit, bene dispositis, 3. Non. Octobr. hanc vitam presentem in Deo finivit. * — Post cuius obitum, quia filius eius Heinricus adhuc puerulus fuit, domna Agnes imperatrix, mater pueri, regnum sub sua cura aliquamdiu tenuit ac sapienter et strenue rexit, donec principes aliqui invidia ducti, puerum matri abstulerunt, eamque regimine regni abalienaverunt; quorum numero dominus Anno Coloniensis archiepiscopus se immiscuit, qui puerum in loco qui Werida dicitur[53] navi imponens, 1062. matri abduxit. Quod ille qua intentione fecerit vel qualiter divino iudicio placuerit, discernere non valemus; multa tamen incommoda extunc orta et deinceps aucta, certum tenemus. Nam perinde dissensiones in regno, aecclesiae perturbatio, monasteriorum destructio, clericatus despectio, totius iusticiae ac religionis conculcatio et coepit et permanet. Ipsa** vero imperatrix rerum permutationes considerans, Italiam se contulit, 1069.

* *C. addit:* Corpus eius cum ingenti honorificentia tam apostolicus quam omnes regni primates Spirae iuxta patrem suum sepelierunt. Iste tantae dignitati per omnia decentissimus fuit, corpore formosus, statura procerus, tam armis quam animis pro tempore acerrimus, patientia tamen et humilitate satis temperatus, literis abunde instructus, prae omnibus personis, quibus unicuique sibi condignam exhibere solebat beneficentiam, sacerdotibus Christi, immo unicuique clericali gradui, maximam impendens semper reverentiam.

** Ipsa — sepulta *desunt* D. E.

*1) 10. 11. *addunt:* Hermannus Contractus ob.

*2) 10. 11. *addunt:* Huic eum diaconus eius venenum in calicem misisset[c], calicem de altari levare non potuit. Pro hoc populo orante, diaconus a demonio vexatur, confessoque crimine, liberatur, calixque cum sacramentis in quodam altari pro reliquiis ineluditur. *ex Bernoldo.*

a) illic teutonicorum m. 1[b]. b) Cuono — rebellat *desunt* 4. c) misset 10. 53) Kaiserswerth.

et apud monasterium quod Fruteria dicitur religiosam vitam aliquanto tempore duxit; postea Romae defuncta et in aecclesia sanctae Petronellae honorifice est sepulta.

Anni Heinrici quarti.

1. Anno* dominicae incarnationis 1057,[a] ab Urbe autem condita 1808,[b] Heinricus quartus, Heinrici imperatoris filius, admodum puer, patri succedens regnare coepit**; et quando haec conscriptio facta est, anno 42[c].*** regnavit, 87° loco ab Augusto. — Agnes
Chr. IV. imperatrix, mater ipsius, ducatum Baioariae suscepit. — Gebehardus, qui et Victor, pontifex Romanus, multis bene in Germania aliisque regni Romani partibus pontificum vel principum secularium consilio dispositis, Romam cum pace rediit, incipiente anni illius quadragesima. Hic etiam eodem anno finivit vitam; pro quo Fridericus, Gotefridi ducis frater, iam monachus factus, a Romanis pontifex ordinatur, et Stephanus appellatur. — Saxones, congregato exercitu, gentem efferam Luiticiorum[e] hostiliter invaserunt, diversisque malis eam affligentes, Romanae ditioni subdiderunt, et acceptis obsidibus ac tributis, ad propria redierunt. — Eodem tempore quidam Fridericus et fratres eius in Germaniae partibus tyrannidem exercentes contra imperium Romanum, ab Agnete imperatrice et principibus regni victi, ad deditionem venerunt. — Otto de Suinfurte dux Suevorum 4. Kalend. Octobr. obiit, et Ruodolfus de Rînveldon, qui postea rex **** esse contendit, ducatum accepit; quod magnum fuit[f] seminarium earum quibus regnum perturbatur commotionum. Eundem namque ducatum, vivente adhuc Ottone duce, Heinricus imperator Berhtoldo comiti[54], qui post Carinthiorum accepit ducatum, promiserat, eique anulum suum velut huius rei commonitorium dederat; quem ille diligenter servans, post amborum obitum, imperatoris scilicet et ducis, imperatrici Agneti imperium tunc disponenti obtulit, eamque anulum agnoscentem pro ducatu sibi promisso commonuit. Sed quia predictus Ruodolfus mox post imperatoris obitum filiam eius, Rumoldo Constantiensi episcopo commendatam — utrum consilio raptam an dolo nescitur — uxorem duxit, recepto iam in gratiam eundem ducatum[g] illi causa filiae imperatrix dedit, quod animum Berhtoldi non parum commovit. Pro qua commotione
1061. lenienda ducatus Karinthiorum ei committitur, quem postea filio suo aequivoco ipsius rogatu rex Heinricus commisit; sed postmodum quorundam instinctu eundem ducatum Luitolfo[h] consanguineo suo dedit, sicque patrem et natum parvipendens, offendit. Unde quasi renovata priore iniuria cum Berhtoldus dux permoveretur, omnia consiliorum machinamenta, quibus satis[i] pollebat, ad hoc vertebat, ut ab utroque, id est rege et Ruodolfo, se ulcisceretur, ab hoc scilicet, quoniam a ducatu sibi promisso se subplantavit, ab illo vero[k], quia se accepto privavit. Multae interim causae quae inconsulte tunc gerebantur sibi concurrebant et huic machinationi occasiones prebebant: Otto dux Ba-
1070. ioariorum deicitur; Chuonradus genere Suevus a militibus regis interficitur, et quasi a rege iussum sit, ipsi crimen indicitur. Conspirat igitur Otto in Saxonia, Berhtoldus in Suevia; fiunt motus et conventus utrobique, in quibus odia in regem suscitantur et invidiae; multa quoque interea in regno fiebant, quae utrosque populos iustis et necessariis ut videbatur causis, ne regi adhererent, avertebant; eoque ***** res perducta est, ut Ruo-
1076. dolfus in dampnationem sui regnum invaderet dominumque suum regem deponere aut interficere quereret. Sed haec res quem effectum haberet, nec rusticos latet.

* C. *ita:* Heinricus quartus, Heinrici imperatoris filius, admodum puer, patri succedens, regnare cepit, 87° loco ab Augusto, et regnavit annis 50. Agnes imperatrix, mater ipsius, ducatum Baioariae suscepit. Victore papa mediante, Baldewinus et Gotefridus ad regis gratiam reducuntur, et omnes bellorum motus sedantur. (*cf. Sigeb.*) Fridericus quidam et fratres — venerunt. *ut supra.* In Fresia — refrenantur. *ex Sigeb.* Eodem anno prefatus apostolicus Romam reversus presentem vitam finivit. Otto dux Suevorum obiit, et Ruodolfus, qui postea rex constitutus est, ducatum accepit.

** cepit LXXXI° (*ita infra etiam* D.) loco ab Augusto, et regnavit annis 50. E. *** 50. D.

**** rex constitutus est d. D. E. ***** eoque — latet *desunt* D. E.

2. A. D. 1058. Fridericus*, qui et Stephanus, pontifex Romanus, vitam finivit, et Alexander Lucensis episcopus ei successit. Huius tempore Hiltibrandus, postea pontifex, archidiaconatus officio functus est Romae.

* *C. ita:* Fridericus, filius Gothelonis ducis, clericus sancti Lantperti Leodicensis, quem exosum imperatori Heinrico et extorrem pro odio fratris sui Gotefridi, Leo papa sibi ascitum fecerat septimum levitam et cancellarium Romanae aecclesiae, qui post legationem Constantinopolitanam apud Casinenses monachus factus, etiam abbas Casinensium promotus fuerat, a Romanis papa electus, et mutato nomine Stephanus aecclesiae praesidet. *ex Sigeb. Annus vacat* E.

a) LVIII. *corr.* LVII. A. b) *e corr.* 1. c) LII°. 4. e) leut. A. f) s. f. A. g) *deest* A. h) liuloldo A. i) ille satis A. k) *deest* A.

54) de Zaringen.

3. A. D. 1059.*

* C. D. E.: Stephanus papa obiit; cui Gerardus[a], qui et Nicholaus, successit. Heinricus rex Galliae obiit, et Phillippus, filius eius, regnavit pro eo. *ex Sigeb.*

4. A. D. 1060. Luitpoldus archiepiscopus Mogontinus* obiit**; cui Sigifridus Fuldensis abbas successit; qui postea cum aliis contra dominum suum regem consensit.

* M. episcopus C. ** obiit; pro quo Sigifridus F. a. constituitur. C. D. E. *ubi reliqua desunt.*

6. A. D. 1062.*

* C. *addit:* Anno archiepiscopus Coloniensis consilio primorum regni, quasi indigne ferentium per imperatricem utpote feminam non viriliter rem publicam gubernari, regem puerum violenter et industrie captum sub tutela sua redegit, et imperii regimen a matre eius removit, et de hac re coram cunctis ratione reddita, domini sui regis gratiam recepit, et per ipsum filium ad gratiam matris eius rediit. Agnes vero imperatrix necessitatem vertens in voluntatem, ut obstrueret os loquentium iniqua, non multo post non solum honore regni, sed etiam onere seculi reiecto, Romae ad limina apostolorum principis Petri se contulit, ibique usque ad finem vitae suae omni virtutum genere, omnibus bonis exemplo et miraculo fuit. *ex Sigeb.*

7. A. D. 1063.*

* C. D. E. *addunt:* Nicholaus papa obiit; cui Alexander Lucensis episcopus successit, quodam tamen Parmensi episcopo papatum turpiter ambiente et usque ad sanguinis effusionem Christi aecclesiam scandalizante *(cf. Sigeb.)*; sed multo post per Annonem episcopum Coloniensem, ultramontanarum partium tunc legatione fungentem, ac universos Italiae praesules eadem est controversia dirempta, Parmensis abdicatus, Alexander, ut ius erat, confirmatus.*1

8. A. D. 1064. Sigifridus episcopus Mogontiacensis et Guntherus Babenbergensis et Willihelmus Treiectensis* aliique quam plures presules vel nobiles multo comitatu Hierosolimam tendentes, multas infestationes a barbaris perpessi sunt, tandemque perventione fruentes optata, numero et rebus admodum attenuati, redierunt.

* et w. t. *desunt* C.

9. A. D. 1065. Guntherus episcopus Babenbergensis ab Hierosolima rediens, in Pannonia moritur, perlatusque Babenberg, ibi sepelitur; post quem Herimannus ordinatur.— Gozwinus comes in epyscopio Wirciburgensi tyrannidem exercens, a comitibus Adelberonis presulis occisus est.

10. A. D. 1066. Cometes per totum orbem diu apparuit.* — Eodem anno Anglia per Willihelmum Nortmannicum miserabiliter afflicta tandemque subacta, ipse rex eius effectus est. Qui mox omnes pene regni eiusdem presules exilio, nobiles vero morti destinavit, mediocres autem suis militibus in servitutem, uxores indigenarum universorum advenis in matrimonium subiugavit. *2

* C. *addit:* Harwich — annis 21. *ex Sigeb., reliqua vero huius anni desunt.*

11. A. D. 1067.* Heinricus rex Berhtam, Ottonis cuiusdam Italici et Adelheidae filiam, accepit uxorem, nuptias celebrans Triburiae.

* C. D. E. *addunt:* Cuonradus primicerius aecclesiae Coloniensis, designatus a rege Heinrico Treveris episcopus, ab ipsius urbis comite Theoderico capitur, et a satellitibus eius in silvam ductus, de montis cacumine tercio precipitatur, et cum adhuc illesus esset, gladio transverberatur. *ex Sigeb.*

12. A. D. 1068. Heinricus* rex adolescentiae usus libertate, Saxoniam solam ex omni Romano imperio coepit incolere, principes despicere, nobiles obprimere, inferiores sustollere, venatui, lusibus ceterisque huiusmodi exercitiis plus quam iusticiis faciendis, ut incusatus est, operam dare, filias illustrium quibuslibet obscure natis coniugare, privata presidia, nimirum potentibus regni non satis fidens, instituere. His discordiae seminariis contigit regi quam plurimos insidiatores tam vitae quam regni succrescere. Qui tamen cum maturitatis necdum plene attigisset annos, erant qui non tam ipsum quam Adelbertum[b] Premensem archiepiscopum culpandum iudicarent, quod eius consilio haec omnia ageret.

* C. *hoc anno:* Fluminibus — prosternit et terram nimia depopulatione atterit. *ex Sigeb.*

13. A. D. 1069.[c] Agnes imperatrix, mater regis Heinrici, tedio affecta, vel potius divinitus compuncta, ducatum Baioariae deposuit, et regni gubernacula penitens[d] con-

*1) Et. (*alia manu*) *et* 2. *addunt:* Eggilhardus VII[us] Magad. archiepiscopus obiit.

*2) 10. 11. *addunt:* Cuonradus de Phullingen ortus, apud Treverim electus, a comite Dieterico passus, Dolegio est sepultus. *ex Bernoldo.*

a) Gerhardus D. E. b) adelberonem A. c) *Anni* 1069. *historia in* 4. *post a.* 1070. *legitur.* d) *ita* 1. penitus E.

tempnens pro Christo, Romam se contulit, ibique dignis poenitentiae fructibus mira inserviens humilitate, post aliquot annos in Domino presentem vitam finivit.*

* C. *addit:* Ungarii — refrenantur. *ex Sigeb.*

14. A. D. 1070[a]. Teti marchio non sine Saxoniae principum consilio tyrannidem in partes regias orditur, quae tamen mox caelesti simul et terrena maiestate compescitur, scilicet castellis suis Bichilingon et Schidingon[51] a rege destructis, filio suo, aeque militari viro, a proprio servo interempto, ipsoque communi morte in brevi finito.*1

15. A. D. 1071. Otto dux Baioariae ducatum amisit. Hic itaque Saxo genere, vir amplissimae nobilitatis, prudentia rebusque bellicis perpaucis erat comparabilis, et in tanta apud universos primates excellentia habitus, ut rex, qui iam Saxonibus omnino[b] susspectus et invisus erat, ipsum contra se in regni fastigium elevari posse formidaret, si* res sua secus cederet. Hinc perversitatis materiam arripiens quidam Egino, mediocri loco natus, rebus admodum tenuis, audacia tantum et nequitia satis diffamatus, patrocinantibus sibi quibusdam regis fidelibus, curiam irrepsit, et magnum illum heroam, qui se nunquam noverat, secum de regis nece tractasse commentus est; se ipsum etiam ut mos est, potestati regiae vadem obtulit, quousque campionis duello cum duce confligens, vera comprobaret quae retulit. Quid multa? Placitis vel colloquiis regalibus, uno Mogontiae, altero Goslariae condictis, Otto cum Eginone, utpote dux cum latrone, primâs cum ignobili, congredi contempsit, sua tamen innocentia vel Eginonis improbitas minime** latuit. Sic ducatum Baioariae Otto[c] ut reus maiestatis amisit, quem Welefo quidam illustris et acer atque bellicosus, natu Suevus, accepit; idque tam principalis discordiae semen in perpetuos heu! praeliorum et seditionum, praedarum et incendiorum, scismatum etiam et heresium atque mortium lamentabiles fructus germinavit atque succrevit.

* si — cederet *desunt* C. D. E. *pergit* C.: Quidam etiam Egino. ** postea non C.

16. A. D. 1072. Rex Ottonem usquequaque persecutus[52], quam plures munitiones eius destruit, predia vastat, et ut vere rei publicae hostem omnino eum delere pertractat. Econtra ille militibus electis instructus, ipse quoque manu fortissimus et animo nimis efferatus, quia regiis copiis confligere non poterat, nunc preda, nunc flammis,
1073. nunc etiam ferro, quacumque se[d] fors[e] obtulit, suas iniurias ulcisci satagebat. Ipso denique mediante, non cessat gens Saxonum, ut est animis acerrima, coniurationem adversus regem unanimi conspiratione confirmare, accusationes blasphemas[f] et inauditas ad sedem apostolicam in illum referre, sociosque sibi ex omni regno Teutonico litteris et nunciis assciscere. Nam primo Sigifridum Mogontinae sedis metropolitanum, Adelbertum Wormaciensem, Adelberonem Wirciburgensem, Gebehardum Salzburgensem aliosque quam plures presules*, indeque per ipsos etiam papam Alexandrum** sibi fautores efficiunt. Quidam quoque summae sanctitatis virum Annonem archiepiscopum Coloniensem coniurationis eiusdem conscium asserunt. Quorum insidiis rex territus, Saxonia cessit, et in aliis regni partibus agendis rebus institit.

* presules vel principes sibi fautores C. ** ut aiunt *addit* A. *Ekkehardus ipse delevit in* 1.

17. A. D. 1073. Anno* Coloniensis episcopus et Herimannus Babenbergensis Romam missi sunt, pecuniam quae regi debebatur congregandi gratia. Qui legatione peracta reversi, litteras Alexandri apostolici[53] detulerunt, regem vocantes ad satisfaciendum pro symoniaca heresi aliisque nonnullis emendatione dignis, quae de ipso Romae[g] fuerant audita. Post haec Saxones adiciunt etiam presidia multa construere — necdum enim plures** habebat Saxonia[h] munitiones[54] —, insuper castella, quae rex dudum aedificaverat, funditus evertunt; inter quae precipuum illud castrum quod Harcesburg[i] dicebatur diruunt, monasterium et claustrum canonicorum quod ibi erat, multa furentes audacia, solotenus deiciunt; et quod dictu nefas est, innocentis cuiusdam filii regis ibidem sepulti ossa in contumeliam patris de sepulchro proiciunt.***

* Anno — audita *desunt* C. ** *deest* C. *** C. *addit:* Duobus fratribus — acquirere *ex Sigeb.*

*1) 10. 11. *addunt:* Constanciae Rumoldus episcopus obiit. *ex Bernoldo.*

a) *In margine* 5. *alia manu legitur:* Nota ab ista parte incipit cronica moderna. b) *deest* A. c) *deest* A. d) *deest* A. e) *ita* 1. A. C. D. E. f) plasphemias A. g) f. r. A. h) *deest* A. i) Harzesburg A.

51) cf. supra Lambertum a. 1069. p. 175. 52) Haec ad a. 1071. pertinent. 53) cf. de synodo ab Alexandro h. a. Romae habita Bonizo ap. Oefelium II. pag. 810. 54) idem quod saec. X. testatur Liudprandus II, 24.

18. A. D. 1074. Beatae* memoriae Alexandro papa defuncto[59], Hiltebrandus, qui 59
postea Gregorius** dictus est, professione monachus et archidiaconus, Romanae sedi successit; sub quo Romana res publica et omnis aecclesia novis et inauditis scismatum erroribus periclitari coepit. Qui cum absque regis consensu, solis tantum Romanis faventibus, hunc apicem conscendisset, sunt qui illum non canonice constitutum, sed tyrannice papatum sibimet asseverent usurpasse. Pro qua re et a nonnullis episcopis abdicatus[a] est. Hic regem Heinricum crebris nunciis et epistolis denuo ad synodalia responsa vocavit.***·*1

* *Quae sequuntur* C. D. E. *a.* 1073. *tribuunt.* ** qui septimus Greg. C. Gregorius VII. D. E.

*** C. *addit:* pro symoniaca heresi aliisque nonnullis emendatione dignis quae de ipso Romae fuerunt audita. C. D. E. *addunt:* 1074. Gregorius papa, habita synodo, symoniacos, venditores scilicet et emptores doni Spiritus sancti, anathematizavit, et Nicholaitas, uxoratos videlicet sacerdotes, ab altaris ministerio removeri decrevit, et laicis eorum missas audire interdixit. C. *pergit:* iusto quidem iudicio sed novo exemplo et ut multis visum est inconsiderato preiudicio. *ex Sigeb.*

19. A. D. 1075. Heinricus rex, manu valida tam ex Alemannia quam Baioaria et Germania atque Boemia congregata, Saxones petit, eisque iuxta Unstruot fluvium con- Iun. 9.
greditur; et non modica strage utrimque peracta, tandem victoria potitus revertitur. Ibi Ruodolfus dux Alemanniae atque Burgundiae, qui postea regnum invasit*, fortiter cum suis pro rege dimicasse notatus est. — Herimannus** Babenbergensis episcopus ob heresim symoniacam auctoritate Hiltibrandi papae deponitur, eique Ruotpertus a rege subrogatur. — Anno Coloniensis archiepiscopus, plenus sanctitatis meritis[b], defunctus est, et in monasterio Sigibergensi, quod ipse construxerat, positus. Cui*** Hildolfus successit.*2

* tenuit D. E.

** Herimannus — subrogatur *desunt* C. *ibique legitur:* Qua contritione cuncti principes, episcopi, duces, comites caeterique potentes Saxonum per deditionem regiae potestati traditi, pacem facere compulsi sunt. Ungri *etc. ex Sigeb.* Anno *etc.* *** Cui H. s. *desunt* C.

20. A. D. 1076.*3 Habitum est concilium apud Wormaciam, ubi, presente rege Ian. 24.
Heinrico, universi pene Teutonici episcopi preter Saxonicos Hiltibrandum papam[c] abdicarunt, mittentes ad illum epistolam, post multas culpationes in illum iniectas ita conclusam[60]: *Quia ergo et introitus tuus tantis periuriis est iniciatus, et aecclesia Dei tam* 60
gravi tempestate per abusionem novitatum tuarum periclitatur, et vitam conversationemque[d] *tuam tam*[e] *multiplici infamia dehonestasti: oboedientiam, quam tibi nullam promisimus, nec de cetero ullam servaturos esse renunciamus; et quia nemo nostrum, ut tu publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum amodo eris apostolicus.** Eodem[f] itaque anno circa 18.[61] Kal. Octob. colloquium maximum apud Oppenheim factum Sept.
est, ubi pene totius regni principes, sed maxime Saxonum et Alemannorum, subiectioni 14.
regis renunciabant, causam pretendentes, quod a duobus iam apostolicis vocatus ad satisfactionem non venisset, et pro hoc contemptu sententiam excommunicationis in Romana synodo a papa accepisset, cum ipse tamen inauditus et absens fuisset. Hac commotione coactus rex, Romam humiliter, utpote veniam ab apostolico postulaturus, inimicis non 1077.
sperantibus, tetendit; inventoque papa in opido Canusino, ibi[62] per triduum ante por- Ian. 25–28.

* C. *pergit:* Econtra Hildibrandus papa totus in regem suosque invehitur — avertere conatur. *ex Sigeb.* Quapropter colloquio — quod ab apostolica sede sub excommunicationis interminatione vocatus ad satisfaciendum venire contempsisset. *ceteris omissis.*

*1) 4. 6—11. *addunt:* Hoc etiam anno monasterium Swarzahense[g] ab Adelberone Wirciburgensi episcopo dedicatum est in honore sanctae Dei genitricis Mariae et sanctae Felicitatis martiris sub Ekkeberto[h] eiusdem monasterii venerabili abbate. — *quibus* 10. 11. *praemittunt:* Hermannus marchio, filius Bertholdi ducis, Cluniaci monachus obiit. *ex Bernoldo.*

*2) 10. 11. *addunt:* Domnus Ekkebertus abbas huius congregationis transivit ad Dominum 7. Kalend. Decembris.

*3) E 1. *alia manu addit in margine:* Bernhardus senior abbas Sancti Iohannis baptistae VIII[us] obiit.

a) ep. a. est *in loco raso* 1. b) operibus et m. 5. c) regem A. d) et conv. A. e) *deest* A. f) eodem — maximum *in loco raso* 1. g) swarza 4. h) erkeberto 7. *corr.* ekeberto 4. eckeberto 9[c].

59) Rectius haec Ekkehardus, opus secundis curis perlustrans, a. 1073. collocavit. 60) Haec epistola edita est Mon. Legg. II. p. 44. 61) 17. Kal. Octobris, Lambertus et Bernoldus. 62) Haec ad verbum ex epistola Gregorii VII. Registr. IV, 12. descripta sunt.

tam castri, deposito omni regio cultu, discalciatus et laneis indutus, perstitit; nec prius cum multo fletu apostolicae miserationis auxilium et consolationem[a] implorare destitit, quam omnium qui ibi aderant precibus et lacrimis intercedentibus, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam et sinum matris aecclesiae receptus est, acceptis ab eo correctionis in futurum vitae suae securitatibus multis. — Inter haec quae gesta sint, totus iam mundus sui commotione testatur. Sed quia quidam dicunt, ipsius papae auctoritate et consilio Ruodolfum in regno sublimatum, quidam vero negant, Heinricum regem ab eo fuisse excommunicatum: eiusdem papae dicta quaedam, super his potissime, non incongruum videtur annotare. Ait enim in quadam epistola ad
63 universos Teutonici regni principes missa[63]: *Audivimus, quosdam inter vos de excommunicatione, quam*[b] *in regem fecimus, dubitare, ac querere, utrum iuste excommunicatus sit an iniuste? Admonuimus eum, ut poenitentiam ageret de factis suis; verum ipse indigne ferens, se*[c] *a quoquam reprehendi, non solum a perpetratis ad emendationem revocari non potuit, sed ampliori furore correptus, non prius cessavit, donec omnes fere Italiae episcopos, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit, circa fidem Christi naufragare fecit, dum eos beato Petro et apostolicae sedi debitam oboedientiam et honorem a domino nostro Iesu Christo concessum abnegare fecit. Pro his illum causis, primum videlicet, quod ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu symoniacae heresis excommunicati sunt, se abstinere noluit, deinde quod pro criminosis actibus poenitentiam non dico suscipere, sed nec promittere voluit, synodali iudicio eum*[d] *excommunicavimus.* — Item in alia epi-
64 stola[64] post datam reconciliationem: *Solam*, inquit, *ei communionem reddidi, non tamen in regno, a quo eum in Romana synodo deposueram, restauravi.* Et quibusdam interpositis: *Episcopi*, inquit, *et principes ultramontani, audientes illum non servare quod michi promiserat, quasi desperati de eo, sine consilio meo elegerunt sibi Ruodolfum in regem.**1

21. A.[e] D. 1077. Ruodolfus* indigena Sueviae, quae[f] regalis omnino stemmatis est aliena, mediantibus Sigefrido metropolitano et Adelberone Wirciburgensi episcopo, Berhtolfo quoque duce Carinthiae ac predicto Ottone aliisque nonnullis principibus, in presentia quorundam Romanae sedis legatorum, non voluntarie annuentium, apud Forhcheim in regem elevatur. A quibus etiam deductus Mogontiam, in media quadragesima
65 12.[65] Kalend. April. a Sigifrido episcopo in regem ungitur. Ubi eodem die, pessimo auspicio, sedicione facta, multa turba vulgi caesa est ab eius militibus**; unde vulgus accensum in ipsos exarsit, magnisque ictibus multos obtruncans, ceteros in curtem palatii fugavit, ipsasque regias aedes incendere voluit, nisi quod episcopus Sigifridus

* C. *hoc anno ita:* Geln — usque ad equinoctium vernale permansit. *ex Sigeb. a.* 1076. Heinricus rex ultra montes profectus, apostolico in Canusino castro posito, nimis humiliter satisfaciens, absolutione et communione recepta, pacem fecit; sed qualiter ipsa pax inter regnum et sacerdotium in brevi disrupta sit, totus iam mundus inde nimis commotus agnovit. Interim quippe dum haec aguntur, Saxones et Alemanni cum suis episcopis atque principibus, mediantibus Sigefrido Mogontino et Adelberone W. c. B. q. d. C. et Welefone Baioariorum duce, Ruodolfum ducem Suevorum et Burgundiorum super se regem elevant, in presentia scilicet quorundam legatorum sedis apostolicae non voluntarie annuentium, et ipsum apostolicum, sicut ipse postea facere solebat, ab hoc consensu excusantium. Perductus itaque Mogontiam — Heinrici adventu territus recessit. *ut supra (paulo brevius).* Ipse enim Alpium *etc. ex Sigeb.* Heinricus — debellat. *ut supra.* Heinricus — fortitudinem. *ex Sigeb. a.* 1078. Bertholdus autem dux quondam Carinthiae iam senex, et sapientissimus in regno habitus, cuius et consilio rex super regem positus est, in quodam oppido suo Lintperg *etc.*

** m., ipse autem cum Sigifrido metropolitano episcopo Mogontia egressus, in Saxoniam est profectus, ubi collecto exercitu copioso, Wirciburgenses D. E. *ceteris omissis.*

*1) 10. 11. *addunt:* Centius quidam civis Romanus ex fautoribus Heinrici, in nativitate Domini Gregorium papam in galli cantu missam[g] celebrantem, de altari graviter vulneratum rapuit et in turre sua in custodiam misit. Unde populus iratus, eodem die turre Centii destructa, eique vita vix inpetrata, loco suo restituit. Prius tamen missa ad altare sustentatus percautata, quam prius inceperat sed nondum finierat. *cf. Bernoldum.*

a) consolationes A. b) dubita r. feci A. c) a q. se A. d) *deest* A. e) Anno — indigena *in loco raso* 1. f) quae r. o. sl. c. aliena *desunt* 4. g) missa 10.

63) Vide hanc epistolam apud Brunonem c. 72. et alibi, neque tamen in Regesto. 64) V. excommunicationem regis in concilio Romano a. 1080. prolatam Mansi XX. p. 534. 65) lege cum Brunone: 7. *Kal. Aprilis*, dominica Lactare.

pro veloci discessione Ruodolfi obsidem se interposuit. Ita Ruodolfus et cuncti qui cum eo venerunt eiecti sunt; ipse quoque Sigifridus episcopus magnis blasphemiis eliminatus, Mogontiam non intravit amplius. Collecto dehinc a Saxonia exercitu copioso, Ruodol- Aug.
fus Wirciburgenses, Heinrico regi fidem servantes et tam episcopum suum Adelberonem quam se contempnentes, obsedit; sed iam diversis machinis ad urbis obpugnationem instructis, terrore Heinrici regis, circa[a] Kalend. Iul. ab Italia reversi, inacte regreditur. — Heinricus autem rex Alamanniam cum exercitu petit, ibique quendam ex indige- 1078.
nis Hugonem[66] aliosque sibimet inibi rebelles, non sine magna eiusdem provinciae 66
vastatione, debellat. Berhtoldus[b] autem de Zaringon, dux quondam Carinthiae, in quodam oppido suo Lintperg[67] naturaliter munito positus, dum videret ex arbitrio regis impune cuncta vastari, pre dolore* animi dicitur eo morbo quem medici frenesin vocant occupatus fuisse, septemque diebus postea superstes, multa amentiae verba quasi delirans protulisse, sicque vitam finisse. — In ea expeditione Uto Trevirorum archiepiscopus defunctus est.*1

* v. animi dolore morboque corporis occupatus, vitam presentem finivit. C. D. E.

22. A. D. 1078. Heinricus rex properanti contra se cum multo exercitu Ruodolfo iuxta Strowi occurrit; initoque praelio, non pauci ex his atque illis prosternuntur, ac Aug. 7.
incerta fit victoria, utrisque certatim fugientibus ad propria. Ubi a vulgaribus hominibus Wecil Magadeburgensis archiepiscopus in fuga occiditur, sive, ut quidam dicunt, suspenditur, Magnus dux despoliatur, Herimannus comes, eiusdem Magni patruus, et Adelbertus Wormaciensis episcopus comprehensi, ac plurimi de militibus Saxonicis turpiter sunt interempti. Ex parte quoque regis[c] Heinrici Poppo[68], vir mire fortis, 68
occubuit.*2

23. A. D. 1079. Iterum bellum fit inter Heinricum et Ruodolfum in loco qui dici- 1080.
tur Fladelheheim[69], hieme nimis aspera; ubi in primo congressu Saxones terga vertunt[d]. Ian. 27.
Ibi dux Boemiae Fratizlaus regalem lanceam Ruodolfi adeptus est; quae exinde permissione regis Heinrici semper quemvis illius gentis ducatu insignem in omni festiva processione precedit. At rex Heinricus propriis castris redditus, de armigeris quos reliquerat pene nullum invenit; una quippe ex legionibus Saxonum in primo congressu pugnam deserens, quia obscurus erat aer, furtim castra regis invasit, multosque pueros comprehendens, strangulabat eos, multaque abradens spolia, fugam iniit. Rex autem, dimisso exercitu, in orientalem Franciam cum paucis divertit.*3

24. A. D. 1080. Cum apud Brixinam Noricam triginta episcoporum conventus necnon Iun. 25.
et optimatum exercitus, non solum Italiae, sed et Germaniae, iussu regis Heinrici congregaretur, factus est omnium consensus adversus Hiltibrandum papam, cognominatum Gregorium septimum, quem pseudomonachum totiusque vesaniae pestiferum principem et precipue sanctae Romanae sedis invasorem affirmantes, ab apostolica sede depellendum, quamvis absentem, diiudicabant, et Wigpertum Ravennensem archiepiscopum ipsi subrogandum eligebant. Huius decreti*[70] conclusio haec est: *Quia*, inquiunt, *illum* 70
constat non a Deo electum, sed a se ipso in fraude ac pecunia impudentissime obiectum,

* Huius decreti — miraculis clarus *desunt* C.

*1) 10. 11. *addunt:* Agnes, mater II. regis, 29 annis vidua, Romae obiit, in ecclesia sanctae Petronellae sepulta. *ex Bernoldo.*

*2) 5. *addit:* Hildolfus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Sigewinus successit.

*3) 5. *addit:* Hoc etiam anno civitas Erphesfurt exusta est ab exercitu Heinrici regis. Multitudine igitur, ut mos est, in aecclesias confugiente, aecclesiae sanctorum incenduntur, inter quas monasterium sancti Severi, quod Altum monasterium dicebatur, cum multitudine populi exustum, postea destructum est, et aliud minus in eodem loco reedificatum. In monte quoque eiusdem loci monasterium sancti Petri, quod dudum Tagobertus rex Francorum construxerat[71], incensum est, quod exinde vetustate simul et incendio dilapsum destruitur, et aliud maioris edificatur operis.

a) circa — Italia *in loco raso* 1. b) berhtolfus A. c) II. regis A. d) c. imperator terga vertit E2. *alia manu in loco raso.*

66) de Tübingen; v. Stälin hist. Wirtemb. I. p. 561.
Haec et quae sequuntur a. 1078. tribuenda sunt.
67) prope Kirchheim Wirtembergicae ditionis.
68) de Hennenberg. 69) Flarcheim prope Mühlhausen. 70) Integrum v. Mon. Legg. II. p. 51. 71) Cf. locum *ibi* eodem cod. editum Mon. SS. III. p. 33. l. 18.

Iun.25. *qui aecclesiasticum subvertit ordinem, qui christiani imperii perturbavit regnum, qui regi katholico ac pacifico corporis et animae intentat mortem, qui periurum defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter coniuges divortia, et quicquid quieti inter pie viventes stare*[a] *videbatur concussit: nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti decem et novem episcoporum die sancto preteriti pentecostes Mogontiae congregatorum, contra eundem Hiltibrandum procacissimum, sacrilegia ac*[b] *incendia predicantem, periuria et homicidia defendentem, katholicam et apostolicam fidem de corpore et sanguine Domini*[c] *in questionem ponentem, heretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum ac somniorum cultorem, manifestum nicromanticum, phytonico spiritu laborantem, et idcirco a vera fide exorbitantem, iudicamus canonice deponendum et expellendum, et nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condempnandum. Facta sunt autem haec 7. Kal. Iulii, feria 5. indict. tercia.* — Scripsit post haec Anshelmus Lucensis episcopus epistolam ad eundem* Wigpertum, in qua illum prevaricatorem ac superbum cognominat, inter alia subinferens: *Ut ergo de beato Gregorio patre nostro dicam, quod de Cornelio scripsit beatus Cyprianus, factus est episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium, et ut verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebis quae tunc aderat, suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus, id est cum locus Petri et gradus sacerdotalis kathedrae vacaret. Quo occupato, et de*[d] *Dei voluntate atque omnium nostrum consensu ordinato, quisquis iam episcopus voluerit fieri, foras fiat necesse est, nec habet aecclesiasticam ordinationem, qui aecclesiae non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet multum de se iactans, sibi plurimum vendicans, prophanus est, alienus est, foris est; et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus debet esse, factus est, iam non secundus ille sed nullus est.* Haec priori sententiae valde contraria scripsit Anshelmus episcopus, vir literis appriine eruditus, ingenio acutissimus, facundia precipuus, et quod omnibus maius est, in Dei timore et sancta conversatione nominatissimus, adeo ut tam in vita quam post mortem referatur miraculis clarus. — His ita gestis, rursus inter Heinricum regem[e] et Ruodol-
Oct.15. fum geritur bellum iuxta fluvium Ellestram, in quo idem Ruodolfus cecidit, sed a suis
72 Mersiburg vivus[f] delatus, et in brevi defunctus, honorifice ibidem est humatus[72]. Fertur** tamen, in extremis positus et abscisam dextram intuitus, ad episcopos qui forte aderant graviter susspirans dixisse: *Ecce haec est manus, qua domino meo Heinrico fidem sacramento firmavi; ecce ego iam eius*[g] *regnum et vitam derelinquo presentem; videte, qui me solium eius conscendere fecistis, ut recta via me vestra monita sequentem*
73 *duxissetis.* — Hoc etiam praelio ex parte regis Heinrici Ratpoto comes[73], regi satis fidus, interiit.

* predictum D. E. ** Fertur — duxissetis *desunt* C. D. E.

25. A. D. 1081.* Rex Heinricus Italiam cum exercitu petit, Romamque perveniens
Mai 22. in vigilia pentecostes, resistente sibi Hiltibrando papa cum Romanis, ante castellum sancti Petri castra posuit; ubi etiam crebris per biennium incursibus urbanorum infestatus, parva manu multa viriliter peregit.** — Monasterium Babenbergense crematur
Apr. 3. in vigiliis paschae. — Saxones et Alamanni ad colloquium venientes in orientalem Franciam, non sine magna cladè eiusdem provinciae redierunt. — Bellum in orientali Baioaria inter Chuonradum, ducis Boemiae fratrem, et Luitpoldum[h] marchionem commissum est 4. Idus Mai. — Item aliud inter Alamannos et Baioarios 3. Idus Aug.

* D. E. *addunt:* Magnus — portendens forte, ut quibusdam visum est, imminens. — dolnit et adhuc dolet. *ex Sigeb.*

** C. D. E. *addunt:* Magontia ex maxima parte incendio conflagravit, principali aecclesia et tribus monasteriis conbustis. *cf. Sigeb. et p.* 205. *n.* *1.

a) constare A. b) et A. c) *deest* A. d) *deest* A. e) *deest* A. f) cunis 1[b]. g) r. e. A. h) luitbol- dum *corr.* luitpoldum 1. liutp. A.

72) De sepulchro eius ibi exstante v. Dethier ap. Förstemann Mittheilungen I, 2. p. 22 sqq. Hanc habet inscriptionem:

Rex hoc Rodulfus, patrum pro lege peremptus,
Plorandus merito, conditur in tumulo.
Rex illi similis, si regnet tempore pacis,
Consilio, gladio, non fuit a Karolo.
Qua vicere sui, ruit hic, sacra victima belli:
Mors sibi vita fuit, ecclesiae cecidit.

73) cf. Moritz N. hist. Abhh. d. Bair. Acad. V. p. 518.

iuxta Danubium apud Hohcstein[71], ubi palatini comitis Chuononis filius Chuono occi- 74
sus est.*1

26. A. D. 1082. Herimannus quidam, vir prepotens ac nobilis ex Germania, a Saxonibus et Alamannis rex constituitur[75]. Cui cum suis in partibus, hoc* est in Lotharingia vel Germania, nemo bellicis in rebus atque divitiis posset aequiperari, sumpto regis nomine tam suis quam alienis coepit in brevi despectus haberi.

* hoc est in L. v. G. *desunt* C.

27. A. D. 1083. Herimannus cum paucis orientalem Franciam hostiliter invadit, et per eandem partem visus est quasi equitum discurrens exercitus, quorum tamen vestigia nullo modo poterant agnosci. — Heinricus rex pascha celebravit apud Sanctam Apr. 9.
Rufinam, moxque Romam tendens, castra posuit ubi et prius, ad occidentalem partem castelli sancti Petri, captaque est urbs 4. Non. Iunii, feria sexta ante octavam pente- Iun. 2.
costes. Hoc tempore Hiltibrandus papa in castello Crescentii, quod vulgo domus Theoderici appellatur, inclusus, exspectabat eventum rei. Rex vero in Palatino monte munitionem instituens, non paucos quos in presidio posuerat, ingravescente super eos aestatis insueto fervore, amisit; sed et alios de exercitu multos eadem mortalitas absumpsit. — Eodem tempore legati Grecorum venerunt, munera multa et magna in auro et argento vasisque ac sericis afferentes. — Romani autem viginti obsides regi dantes[a] ex nobilibus, petierunt, diem constitui, in quo papa et omnes senatores in[b] presentiam eius venirent[c]. Qui diem statuens Kal. Novembris, ipse ad montana conscendit intrante Iul.
Iulio, ibique commorans usque ad statutum tempus[d], Romam rediit; sed[e] papa in pre- Nov.
sentiam eius non venit.* Unde Romani commoti, manus regi dederunt, Hiltibrandum[f] vero papam unanimiter[g] abdicarunt. Qui occulte fugiens, Salernam secessit, ibique[h] ad diem mortis suae permansit. — Eodem anno Welefo, Baioariorum antea** dux, Augustam civitatem[i] summo mane intravit[76], Sigifrido[k] episcopo vix evadente, Wigoldum 76
quendam, eiusdem loci canonicum, intronizavit.

* venit, sed occulte C. D. E. *ceteris omissis.* ** *deest* C.

28. A. D. 1084. Heinricus[l] natale Domini Romae apud Sanctum Petrum celebravit, circa Kalendas vero Februarii in Campaniam transiens, ipsam[m] et magnam Apuliae partem cepit. Post haec per legatos Romanorum rogatus ut pacificus rediret, Romam rediit, et ad portam Lateranensem castra ponens, omnes[n] dediticios[o] accepit, ipsisque* petentibus, ut[p], quia Hiltibrandus ab ipsis abdicatus aufugerat, Wigpertum[q] Ravennatem[r] episcopum eis apostolicum preficeret, 11. Kalend. Aprilis[77], feria 6. ante diem Mart.
palmarum, multis stipatus, cum magna gloria intravit, ducens secum predictum** 22.
episcopum. Qui sequenti dominica per multos pontifices[s] apostolico nomini dicatus, Mart.
nomenque Clementis accipiens, reverenter*** est intronizatus. A quo rex cum regina 24.
Berhta[t] in[u] sancta dominica paschae imperiali benedictione sublimatus est.**** Post haec Anni imperii
imperator Heinricus de Italia digrediens, Augustam civitatem[v] ab Alamannis invasam Heinrici
obsedit et cepit[w]. — Defuncto Sigifrido archiepiscopo Mogontino, Wecil[x] successit. quarti 1.

* ipsis — preficeret *omittunt* C. D. E. *pergentes:* et 11. Kal.
** predictum Wigbertum episcopum C. D. E. *** a. cathedrae Petri C. D. E.
**** i. nomine est s. C. D. E.

29. 2. A. D. 1085. Synodus Mogontiae habetur, cui interfuit imperator; ubi pre- Mai.
sentibus legatis Romanorum*, omnes episcopi rebelles imperatori deponendi[y] iudicantur, ceteri[z] vero anathemate, ut videbatur, condempnantur. Ibi etiam communi consensu

* Wigbertinis C. D. E.

*1) 1[b]. 5. *addunt:* Monasterium sancti Martini Mogontiae cum tribus adiacentibus monasteriis exustum est, et pene omnis civitas exusta est. Heinricus nominis huius quintus, qui patrem regno privavit, natus est. *cf. A. Wirzb.*

a) *hinc folium excidit in* 1. b) v. in p. c. A. c) convenirent 2. d) *deest* A. e) sed et 4. f) hiltebr. A. g) unanimi consensu 4. h) i. usque ad 4. ibidem ad 10. 11. i) urbem 4. k) sigefrido 5. 10. 11. l) H. rex E. m) ipsamque 4. n) omnesque A. o) deditiosos D1. 4. dedicios E1. in deditionem 11. *A. S.* p) ut — aufugerat *desunt* 2. quia — episcopum *desunt* 4. q) wehebertum 2. r) ravennensem 9. s) episcopos 4. t) *deest* 4. berta E1. u) in die p. 4. v) urbem 4. w) accepit 10. 11. x) wezil D1. 10. 11. wicil 2. y) reponendi 4. z) alii ut v. anathemati c. 4. *) ut v. *desunt* A.

74) Höchstedt; cf. Ann. August. et Bernold. h. a. 75) iam a. 1081. Aug. 9. 76) cf. Ann. August. a. 1084. 77) Rectius dies sequens statui videtur; cf. Stenzel II. p. 283.

atque consilio constituta est pax Dei[78]. Non multo post substitutis ab imperatore per parrochias abdicatorum presulibus, in locum Adelberonis Meginhardus[a], conversatione probabilis, litteris etiam[b] et ingenio atque facundia nulli pene secundus, Wirciburgensi aecclesiae presul ordinatur.* — Recepto iam a Saxonibus pacifice imperatore Heinrico,
79 quidam marchio[79] Eggibertus[c], imperatoris etiam[d] consanguineus, armis strenuus et animosus atque ditissimus, iterum in Saxonia contra imperatorem tyrannidem suscitavit. Qua cognita, imperator in Franciam propere rediit. — Eodem anno condicto tam ab
Ian. 20. inimicis quam amicis[e] imperatoris[f] colloquio in Thuringia, in[g] loco qui Berchach[h] dicitur[80], conveniebant ex utraque parte quicumque sapientissimi de optimatibus iudicabantur, canonum auctoritate probaturi, cui parti iusticia faveret; imperatore tamen absente; sic enim ipse consensit. Electis igitur[i] satis litteratis et eloquentibus viris, hinc Wecilone[k] Mogontino[l], illinc Gebehardo[m] Salzburgensi archiepiscopis, disputatio coepta est. Affirmat Gebehardus[n], proponente hoc prius Wecilone[o], imperatorem non[p] iniusto iudicio tam regno quam communione apostolici sententia privatum; econtra[q] Wecil[r], dominum suum preiudicium non minus a papa quam a principibus passum contendit, dum ipso apud Canusium[s] in satisfactione posito, immo iam a papa in communionem recepto, alterum super se regem elevarent. Adiecit etiam idem Mogontinus, quod imperator, diu iam[t] a Saxonia depulsus et regnandi copia etiam ab illa dissensione quae ante Ruodolfum facta prescribitur spoliatus, nec vocari nec iudicari nec dampnari canonice debuisset. Hoc Gebehardus[u] improbare nitens, asserit[v], neminem per[w] hoc divinis absolutum legibus, si forte sua qualibet re familiari fuerit spoliatus, quanto minus rex, qui Saxonia, quae non suum dumtaxat predium, sed Domini sit
Dan. 4, 14. regnum, qui Daniele vel ipso rege Nabuchodonosor teste cuicumque voluerit dat illud; cum etiam ante amissam Saxoniam prius ab Alexandro, deinde a Hiltibrando vocatus, satisfacere contempsisset. Sic itaque[x] utrimque parte sua favente atque[y] acclamante[z], discessum est. — Notum** tamen est, quod eandem sententiam adversarii imperatoris
April. tanto insequebantur[*] zelo, ut, habito postmodum in Quitilingoburg[a] concilio, ubi Otto episcopus Ostiensis interfuit legatus Hiltibrandi papae, ipsam[b] nimium[c] ventilantes heresim Wecilonis ipsumque*** heresiarchum[d] appellarent, contra fidem scilicet illum dogmatizasse culpantes, quod, quamdiu quis suis spoliatus[e] sit rebus, divinis non sub-
Mai. 25. iaceat legibus. — Hiltibrandus papa, qui et Gregorius septimus, apud Salernam moritur, et ibidem in aecclesia sepelitur. Cui Northmannorum et Mahthildis illius potentissimae per Italiam feminae cunctorumque**** eiusmodi sectam emulantium assensu, Desiderius, cardinalis Romanus et abbas Casinensis, verus Christi famulus, licet multum corde
1086. simul et corpore renitens, substituitur*****; sed cum infirmitate gravi laborans, ad summum hunc[f] apicem invitus, immo captivus proveheretur, precibus obtinuit, ut infra
1087. non multos dies ex hac vita tolleretur[81]. Post haec per eosdem electores et ordinato-
1088. res predictus[g] Otto episcopus Ostiensis eidem officio delegatur, mutatoque****** Romano more vocabulo, Urbanus appellatur.

* D. E. 5—11. *addunt:* dignus qui[h] alius temporis esset episcopus.

** Notum — legibus *desunt* C. *** quod dictu nefas est *addit* A. *delevit* 1.

**** Romanorumque consensu C. ***** s. et Victor appellatur C.

****** mutatoque — appellatur *e corr.* 1. *quorum loco* A. *habet:* hocque defuncto Urbanus quidam in eadem sede ab his ordinatur.

30. 3. A. D.[i] 1086. Heinricus imperator Saxoniam vastat. — Wirciburg a Saxonibus
Iul. et Alamannis obsidetur. Ad quam liberandam imperator copiosum tam peditum quam
Aug. 11. equitum congregat exercitum, pugnaque iuxta Bleichefelt commissa, digreditur absque victoria. Mox urbe ab hostibus capta, episcopus Adelbero introducitur, relictoque cum

a) megenh. A. meinh. 2. b) *deest* 4. c) ekkibertus 5. egelb. 2. d) *deest* 4. e) ab am. 6. f) *deest* A. g) *ita* A. D. E. *deest* 2? 5. *rell.* h) bergbach A. berchac 4. bercha 9c. i) ergo 2. k) wecelone A. *et infra.* l) maguntino 5. *et ita infra.* moguntino A. m) Everhardo salizb. 2. n) Everhardus 2. o) wecelone 5. 9c. wezelone A. p) iudicio iusto 4. iniusto *corr.* iusto iud. A. q) ec 2. r) wecel 9c. s) canusinum A. t) iam diu 5. u) Everardus 2. v) assernit 4. w) pro 6. x) ita A. y) ac A. z) clamante 2. 4. *) insequentes 4. a) quitilinburg *corr.* quitilingoburg A. quitilingeburg E1. quintil. *alii.* b) ipsamque A. c) *hic* 1. *prosequitur fol.* 182. d) heresiarchem(?) *corr.* heresiarchum 1. um *e corr.* A. e) expol. A. f) *deest* A. g) *in margine* 1. *deest* A. h) quia E1. i) Domini *deest* 1.

78) Edita est Mon. Legg. II. p. 55. 79) Misnensis. 80) Berkach ad Werram. 81) Electus d. 21. Mai 1086. obiit d. 16. Sept. 1087.

eo militari presidio, ad propria quisque proficiscitur. Sed paulo post eadem urbs ab imperatore recipitur, expulsoque Adelberone cum suis, Meginhardus restituitur.

31. 4. A. D. 1087. Herimannus[82]. falso* regis nomine deposito, permissione impe- 82
ratoris ad propria reversus, post paucos dies in cuiusdam oppidi obsidione interiit.*1

* *deest* D. E. vano C.

32. 5. A. D. 1088. Berhta imperatrix obiit, et Spirae sepulta est. — Buggo Halberstatensis episcopus occiditur Goslariae[83]. — Augusta* urbs insidiis Suevorum in coena Domini[84] capta, secunda[a] feria paschae destruitur; et Sigifridus eiusdem urbis episcopus Apr. 13. 17.
custodiae mancipatur. Wigoldus vero, invasor eiusdem aecclesiae, intra paucos dies moritur. — Meginhardus episcopus Wirciburgensis obiit; cui Emehardus successit, vivente adhuc Adelberone[b]. — Wecil archiepiscopus Mogontinus obiit; cui Ruothardus successit.**.*2

* Augusta — moritur *desunt* C. D. E.

** C. D. E. *addunt:* Gebehardus Salzburgensis archiepiscopus obiit; D. E. *addunt:* 17. (7. E.) Kal. Iulii.

33. 6. A. D. 1089. Otto Ratisponensis episcopus moritur; pro quo Gebehardus adolescens constituitur. — Imperator nuptias Coloniae celebravit, quandam Utonis* marchionis viduam, Ruscorum regis filiam, ducens uxorem. Post haec congregato exercitu, oppidum quoddam marchionis Eggiberti in Thuringia positum nimis firmum, Gliche dictum[c. 85], obsedit. In vigilia vero natalis Domini, dominico scilicet die, cum magna 85
pars primatum ob diem festum iam abiret, Eggibertus suis consulens, audacter imperatorem invadit, et naviter primo resistentem, tandem cedere compellit. Ibi Burchardus Losannae episcopus, qui ea[d] die sacram imperatoris lanceam ferebat, occisus[e] est.

* Heinrici C. D. E.

34. 7. A. D. 1090. Heinricus imperator Italiam rursus ingreditur, ibique fere per septem annos moratur. — Predictus Eggibertus a quibusdam imperatoris fidelibus in quodam molendino pausandi gratia deprehensus, turpiter occubuit. — Adelbero Wirciburgensis de sede sua iam diu depulsus, in Baioaria moritur[f], ibique in monasterio suo Lambahc sepelitur[86]. 86

35. 8. A. D. 1091. Visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longe a terra volantes, hoc est ut vel manu vel virga tangi possent, grossitudine quidem muscis aequales, sed longitudine satis deductiores; quorum tam infinitus extitit exercitus, ut unum pene miliarium in latitudine, duo vel tria in longitudine viderentur occupare, densitate vero sua ipsam solis lucem terris negare. Per quam prodigiosam visionem illam, quae post quadriennium facta est, Hierosolimam tendentium profectionem quidam interpretati sunt figurari.

36. 9. A. D. 1092. Pestilentia[g] magna facta est hominum atque pecudum.

37. 10. A. D. 1093. Fratislaus[h] dux Boemiae in venatu repente cadens de equo, subitanea morte obiit[87]. — Chuonradus, imperatoris filius et Berhtae imperatricis, patri 87
rebellasse infamatur.* — Visus est splendor quidam quasi facula volans per aerem ab oriente in occidentem. — Eclypsis solis facta est 9. Kalend. Octobris hora tercia, et mortalitas magna subsecuta est.

* narratur C. D. E.

38. 11. A. D. 1094. Aecclesia mortalitate immensa incredibiliter vastata est, insuper pestilentia, turbinibus, imbrium inundationibus diversisque cladibus nimium afflicta.

39. 12. A. D. 1095. Ladizlaus rex Pannoniae, misericordiae operibus plenus, vitam finivit in Domino. — Luitpoldus quoque marchio, necnon Heinricus palatinus comes[i] obierunt.*3

*1) 10. 11. *addunt:* Metis sepelitur. *ex Bernoldo a.* 1088.

*2) 5. *addit:* Terraemotus factus est magnus 5. Idus May. — 10. 11. *addunt:* Petrus Albanensis episcopus obiit. Iste per iudicium ignis immensam pertransiens illaesus piram, vestimentis etiam per flammam volitantibus sed in nullo laesis, Petrum Florentinum episcopum declaravit simoniacum; unde et ipse postea ignens est appellatus. *ex Bernoldo a.* 1090.

*3) 6—11. *addunt:* Burchardus etiam abbas transivit ad Dominum 13. Kalend. Febr.

a) f. s. A. b) adalb. A. c) *deest* A. d) eadem A. e) occiditur *superscr.* vel occisus est A. f) *deest* A. g) *desunt* G. h) fratizlaus A. E. i) *deest* C.

82) Haec ad a. 1088. referenda sunt. 83) cf. Stenzel II. p. 290. 84) Ann. August. h. a. diem praecedentem 2. Idus April. (d. 12. Apr.) indicant. 85) Gleichen; haec a. 1089. exeunte facta sunt. 86) Cf. Vitam Adalberonis auctore monacho Lambacensi ap. Pez SS. Austr. Vol. II 87) d. 15. Ianuar.

40. 13. ANNO DOMINI **1096.**

Welefo, dux antea Noricus, qui ab imperatore iam dudum abiuraverat et ob id ducatum perdiderat, in gratiam eius rediit ducatumque recepit.

Signum in sole apparuit 5. Non. Mart., feria secunda incipientis quadragesimae. Diversa quoque prodigia mundus parturisse ubique referebatur.* Mox ex omnibus pene terrae, sed maxime ab occidentalium regnorum partibus, tam regum et nobilium quam etiam[a] vulgi utriusque sexus innumerabiles turmae armata manu Hierosolimam tendere coeperunt**, excitati scilicet in zelum frequentibus nunciis super obpressione dominici sepulchri ac desolatione omnium aecclesiarum[b] orientalium, quas gens ferocissima Turicorum per aliquot annos suo subactas dominio inauditis calamitatibus iam iamque deleverat. Quibus***, ut dictum est, subvenire statuentes, sicut diversis agminibus, ita diversis et incertis plerique ducibus properabant.**** Primi namque Petrum quendam monachum sequentes, quem***** tamen postea[c] multi hypocritam fuisse[d] dicebant, ad 15000 estimati, per Germaniam indeque per Baioariam atque Pannoniam pacifice transiebant; quam plurimi vero navali per Danubium vel per Alamanniam pedestri itinere, aliique ad 12000 per Saxoniam atque Boemiam a quodam presbitero Folcmaro[e], itemque nonnulli a Gotescalco presbitero per orientalem Franciam ducti sunt. Qui et ipsi nefandissimas Iudaeorum reliquias, ut vere intestinos hostes aecclesiae, per civitates quas transibant aut omnino delebant aut ad baptismatis refugium compellebant, quorum tamen plurimi, sicut canes ad vomitum, postea retro rediebant.****** Illi autem viatores plurimis exinde manubiis onusti, Ungariam attingentes, quibusdam sedicionibus, ut videbatur, indigenis invisi facti, re autem vera facultatum suarum abundantia eosdem semibarbaros in avariciam accendentes, iussu regis eorum Colomanni[f] dolis potius quam armis capti, plurimi morte multati, pauci armis et rebus nudati, fugam pro maximo lucro reportabant; quamvis et amplissima utriusque multitudo a quodam Emichone viro militari seducta, vel potius ut Israheliticus quondam exercitus spiritu fornicationis decepta, paucis sibi Pannoniae ingressum in presidio Miesenburg[88] obstantibus, fuga nemine persequente repatriaverit[89].

Eclypsis lunae facta est 6. Idus Augusti, luna 14.

* Eclypsis — 14. *quae infra,* C. D. E. *hoc loco.*

** ceperunt. De qua profectione nonnulla specialia iam extant opuscula. E. *ubi reliqua huius anni desunt.* *** Quibus — repatriaverit. *hoc loco desunt* D.

**** p. De qua profectione plura referre supersedemus, quia, sicut res tanta exigit, elegantia inde scripta sufficienter alias habemus. C. *reliquis omissis.*

***** quem — dicebant. *desunt* D. H. *Ekk. in* 1. *haec linea subduxit.*

****** Quod quo Dei iudicio actum sit, ipsi relinquendum erit. *addit* A. Quod q. d. i. a. s. aut qualiter ei placuerit, i. r. erit. *addit* 1. *sed postea delevit.*

41. 14. ANNO DOMINI **1097.**

Mai. Iun. Heinricus imperator ab Italia rediens, Ratisponam Baioariae urbem venit, ibique aliquamdiu moratus, Iudaeis qui baptizari coacti sunt iudaizandi* ritum concessit.

Interea** Gotefridus dux Lotharingiae, vir genere, armis et ingenio clarissimus, qui priori anno, cunctis quae possidebat in precium redactis, militibus copiosis fideque non modica instructus, iter per orientalem Franciam fecerat, neque ipsis ab Ungaria fugientibus territus, sed tam imperatoris Heinrici quam regis Colomanni[f] permissione Pannonias Bulgariasque[g] permearat, Constantinopolitano foederatur imperatori, eiusque presidiis fultus, Romaniam attigit, ibique sociatis sibi tam Siciliae quam Greciae, Danorum, Northmannorum ceterorumque transmarinorum exercitibus, immo universorum

* s. legibus suis uti ut fertur c. A. *et* 1. *prima manu, verbis* ut fertur *post deletis,* iudaizandi ritum *pro* l. s. u. *substitutis.*

** Interea — consedit obsidio. *desunt* C. D. E.

a) *deest* A. b) *deest* 5. 9c. regionum 11. or. *superscr.* 1. *deest* A. c) m. p. A. d) esse A. e) folemaro A. f) cholom. A. g) bulgariamque *corr.* bulgariasque 1.

88) Wieselburg. 89) Haec a. 1099. scripta Ekkehardus postea aliter fuisse comperit; vide quae a. 1099. post reditum suum adiecit. Ideo hunc locum in libello Hierosolymita omisit.

Christum colentium nationum auxiliis, frequenti congressu barbaros atterere coepit; tandemque Romania occupata, in Antiochiae consedit obsidio.*

Heinricus imperator Mogontiae cum principibus colloquium de pace habuit circa Kalendas Decembris, et** natalem[a] Domini apud Argentinam celebravit. Dec. 1.

Cometes apparuit. — Eo anno aestas fertilissima, hiems verò lenis et pestilens fuit; imbrium et fluminum inundationes nimis increverunt.

* R. subacta Antiochiae resedit. A. *corr. ut editum est* 1. ** et — celebravit. *desunt* C. D. E.

42. 15. ANNO DOMINI 1098.

Inquisitione* facta Mogontiae ab imperatore de facultatibus Iudaeorum interfectorum, inter ceteros qui eas rapuerunt quidam ex consanguineis archipresulis incusati sunt. Quos cum imperator perquireret, nec in presentiam eius venirent, pontifex causam eorum defendere volens sed non valens, indignatione permotus, ex urbe discessit, et Thuringiam cum eis se contulit, quasi suis in hoc melius prospecturus, et ex vicinitate imperatori rebellium quendam ei terrorem illaturus, sicque commotionis suae vindictam exacturus. Extiterunt autem qui dicerent, etiam[b] ipsum pontificem multam partem de pecuniis invasis accepisse et idcirco defensioni ceterorum tanto studio cor apposuisse.** — Welefo, Baioariorum denuo dux, filios suos, et ipsos rebellare temptantes, gratiae imperatoris reconciliavit, et nui eorum ducatum post se committi impetravit.***

* C. D. E. *ita:* Dum imperator de facultatibus Iudeorum interfectorum Mogontiae perquireret, et tam pontifex quam eius consanguinei de eisdem pecuniis culparentur, commotus presul Thuringiam se cum suis contulit. Heinricus vero episcopii reditus suis usibus universaliter adiecit, fugatium quoque possessiones publicari moeniaque dirui precepit. Welefo *etc.*

** A. *addit:* Imperator vero, pontifice sedem suam tam stolide linquente, omnes episcopii[c] reditus diversasque agendarum rerum amministrationes[d] suis usibus adiecit, fugacium quoque possessiones publicari moeniaque dirui precepit; sicque presul dum aliis prospicere quodam fastu inconsulte meditatur, ipse sicut et antecessor eius circumvagus multis commoditatibus privatur. *Quae etiam in* 1. *leguntur, sed ab auctore postea deleta sunt.*

*** A. *ita pergit:* Gotefridus[90] dux ceterique in itinere et studio supradicto consociati, cum Nicea capta discederent, plus quam 300000 armatorum habebant. Et licet haec tanta multitudo universam Romaniam occupare, flumina epotare, segetes omnes una die depascere posset, tanta tamen plenitudine conduxit vitae necessaria Deus, ut de ariete nummus, de bove vix duodecim acciperentur. Preterea etsi principes et reges Sarracenorum contra eos surrexerunt, Deo tamen volente facile victi et conculcati sunt. Ob haec itaque feliciter acta quia quidam intumuerunt, opposuit eis Deus Antiochiam, urbem humanis viribus inexpugnabilem, ubi per novem menses detentos in obsidione eiusdem ita eos humiliavit, ut omnis superbiae illorum tumor desideret. Igitur sic eis humiliatis, ut in toto exercitu vix centum boni equi reperirentur, aperuit Deus copiam suae benedictionis et misericordiae, eosque in civitatem induxit, atque Thurcos et eorum omnia potestati horum[e] tribuit. Cumque et haec[f] quasi viribus suis acquisita obtinerent, nec Deum, qui eis[g] haec contulerat, digne magnificarent, tanta Sarracenorum multitudine obsessi sunt, ut de civitate nullus ex tanta turba egredi auderet. Preterea fames in civitate ita convaluerat, ut vix ab humanis dapibus se aliqui continerent. Longum est enarrare miserias quae in civitate fuere. Respiciens autem Dominus populum, quem tam diu flagellaverat, benigne consolatur, ac primo quasi pro satisfactione tribulationis lanceam suam, qua in cruce vulneratus est, munus non visum a tempore apostolorum, pignus victoriae illis obtulit; deinde corda hominum adeo animavit, ut illis, quibus egritudo vel fames ambulandi vires denegaverat, arma sumendi et viriliter contra hostes dimicandi virtutem infunderet. Deinde cum triumphatis hostibus fame et tedio exercitus deficeret Antiochiae, maxime propter discordias principum, in Syriam profecti, Barram et Marram, urbes Sarracenorum, expugnaverunt, et castella regionis obtinuerunt. Cumque ibi moram disposuerunt, tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Sarracenorum iam fetentium a populo christiano comesta sint. Deinde cum divino nutu in interiora Hyspaniae progrederentur, largissimam atque misericordem et victoriosissimam manum omnipotentis Patris secum habuerunt. Etenim cives et castellani regionis illius per quam procedebant, ad eos cum multis donariis legatos praemittebant, parati servire et oppida sua reddere. Sed quia exercitus non multus erat et in Hierusalem unanimiter festinabant, acceptis securitatibus, tributarios eos fecerunt, quippe cum una de civitatibus, quae in maritimis illis sunt, plures homines haberet, quam in exercitu

a) natale *corr.* natalem 1. b) *deest* A. c) episcopii A. d) adm. A. e) eorum A. f) hec A. *semper.* g) *hoc loco iam textus antiquior desinit in* 1.

90) Haec brevis belli sacri narratio sumta est ex epistola principum ad Paschalem II, quae in Annalibus S. Dysibodi (quos vulgo Dodechino tribuunt) a. 1100. legitur.

christiano fuissent. Cumque auditum esset Antiochiae et Laodiciae et Rohas, quia manus Domini esset cum eis qui abierant, plures de exercitu qui ibi remansit consecuti sunt eos apud Tyrum. Sic itaque Deo conviatore et cooperatore usque ad Hierusalem pervenerunt. Cumque in obsidione illius multum laboraret exercitus, maxime propter aquae inopiam: habito concilio, episcopi et principes circumandam esse civitatem nudis pedibus predicaverunt, ut ille, qui pro hominibus eam in humilitate ingressus est, per humilitatem istorum pro se ad iudicium de suis hostibus faciendum illis eam aperiret. Placatus itaque hac humiliatione Dominus, octavo post humiliationem illorum die civitatem eis tradidit, eo videlicet die quo primitiva aecclesia inde abiecta fuit, cum festum de dispersione apostolorum a multis fidelibus celebratur. De hostibus vero ibi repertis quid actum sit, si quis nosse querit, sciat quia in porticu quae dicitur Salomonis et in templo eius victores equitabant in sanguine Sarracenorum usque ad genua equorum. Deinde cum ordinatum esset, qui civitatem retinere debuissent, et alii amore patriae et pietate parentum suorum redire voluissent, nunciatum est eis, quod rex Babiloniorum Ascalonam venisset cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos qui Hierosolimis erant in captivitatem et expugnaturus Antiochiam, sicut ipse dixerat; aliter autem Dominus de his statuerat. Itaque cum in veritate hi qui Iherosolimis erant[a], exercitum Babiloniorum Ascaloniae esse, contenderunt obviam illis, relictis sarcinis et infirmis suis in Hierusalem cum presidio. Cumque exercitus horum et hostium se circumspexissent, christiani genibus flexis Deum invocarunt, ut qui in aliis necessitatibus suis legem christianorum confirmaverat, in presenti bello, confractis viribus paganorum et diaboli, regnum Christi et aecclesiae a mari usque ad mare usquequaque dilataret. Nec mora; clamantibus ad se Deus affuit, atque tantas audaciae vires ministravit, ut qui eos in hostem currere videret, fontem aquae vivae sitientem cervum segnem adiudicaret; miro videlicet modo, cum in exercitu christiano non plus quam quinque milia equitum et 15000 peditum fuissent, et in exercitu hostium centum milia equitum et 400000 peditum esse potuissent. Tunc mirabilis in servis suis Deus apparuit, cum, antequam confligerent, pro solo impetu eorum hanc multitudinem in fugam convertit, et omnia eorum arma diripuit, ita ut, si deinceps istis repugnare vellent, non haberent arma in quibus sperarent. De spoliis vero non est quaerendum quantum captum sit, ubi thesauri regis Babiloniae occupati sunt. Ceciderunt ibi plus quam centum milia Marorum[b] gladio; timor autem illis tantus[c] erat, ut in porta civitatis ad 2000 suffocati sint; de his vero qui in mari interierunt non est numerus; spineta etiam ex ipsis multos obtinuerunt. Pugnabat certe orbis terrarum pro christianis. Et nisi spolia castrorum de ipsis multos detinuissent, pauci de tanta multitudine hostium essent qui de bello renunciare potuissent. Pridie autem quam bellum fieret, multa milia camelorum et boum et ovium cepit exercitus. Cumque iussu principum populus haec dimisisset ad pugnam progrediens, mirabile dictu! multas et multiplices turmas fecerunt cameli, similiter autem et boves et oves. Haec autem animalia ita comitabantur exercitum, ut cum stantibus starent, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent. Nubes etiam ab estu solis christianos defendebant et refrigerabant. Celebrata itaque victoria, reversus est exercitus Hierusalem, et relicto ibi duce Gotefrido, Reginmunt comes Sancti Egidii, et Ruotpertus comes Nortmanniae, et Ruotpertus comes Flandriae, Laodiciam reversi sunt; ibi classem Pisanorum et Boemundum invenerunt. Cumque archiepiscopus Pisanus Boemundum et alios cum eo discordantes concordare fecisset, Reginmundus pro Deo et pro fratribus regredi disposuit; magna vero multitudo, ut supra dictum est, ad patriam remeare contendit; ceteri qui remanserunt, terram, Deo disponente, hactenus in pace obtinuerunt. *Haec antea etiam in* 1. *scripta erant, ibique etiamnum usque* nec Deum qui eis *lineis subducta exstant; reliqua f.* 184'. *sqq. scripta aut erasa sunt aut penitus folio exciso deleta.*

A. D. 1099.[d. 91]

Ianuar. 6. *1 Heinricus imperator natalem Domini Coloniae celebravit; in epyphania vero Aquisgrani filium suum iuniorem Heinricum quintum* regem fecit, reprobato** maiore filio Chuonrado, quem prius coronavit.***

* *deest* C. ** *Quae h. a. sequuntur desunt omnia* C.

*** A. *ita pergit:* Post haec Baioariam tendens, eundem filium, quem regem[e] constituit, his qui prius non affuerunt, ut regem illum haberent, commendavit. — Inter haec palatinus comes Ratpoto et patruelis eius Oudalricus, quem multum divitem appellabant, defuncti sunt. — Imperator vero natalem apostolorum Babenberg agens, de conservanda fideliter pace multum obtestando

*1) E. 1. *alia manu add. in marg.* Hilliboldus abbas Sancti Iohannis baptistae 10us ordinatus est, qui ordinem Hirsaugiensem instituit.

a) *deest* comperissent *v. infra p.* 217. b) vel armatorum *adscripsit c.* c) illis t. illis c. *c.* d) 4. 5. 10. *addunt numeros* 43. 16., *quos omittit* 1. e) rege *c.*

91) Quae iam sequuntur, ab Ekkehardo post reditum ex itinere Hierosolymitano, iis quae antea scripserat (a. 1098. n.***) deletis, adiecta sunt. Pauca tantum ex prioribus retinuit.

Chuonradus vero causam rebellationis suae paucis tantum sibique familiarissimis in regno detegens, assumpto quodam ex ordine ministerialium patris, aeque Chuonrado nomine, forti admodum et prudenti viro, per quasdam Italiae partes et nomen et dignitatem regis annis fere 9 obtinuit, tantum indolis suae per orbem Romanum diffundens interim odorem, ut nemo religiosus, nemo sapiens in ipso salutem[a] rei publicae constituendam fore dubitaret. Erat enim vir per omnia catholicus et apostolicae sedi subiectissimus, plus religioni quam fascibus vel armis deditus; fortitudine tamen et audacia satis et super instructus, lectioni quam lusibus vacare malebat; miseris omnimodis, sed precipue militibus inopia strictis, compassione et misericordiae fructu proximus fiebat; nemini contemptum, nemini vim, nemini preiudicium intendens, omni personae omnique conditioni fuit affabilis; indeque non immerito Deo et hominibus semper extitit amabilis. Coelibatus pudorem perpetualiter servare cum proposuisset, coactus tamen a suis filiam Ruotkeri ducis Siciliae, famosissimi pene nostrorum temporum viri, duxit uxorem, cuius tam caste usus est coniunctione, ut vix crederetur eam unquam cognovisse.* Legale[b] illud preceptum: *Turpitudinem patris tui non revelabis*, itemque: *Honora patrem tuum*, murmur, quod per totum Romanum imperium patris sui mores laniabat, quodque ipsum sibi offensae patris ac suae ab illo discessionis causa extitit, auribus propriis nunquam patiebatur inferri, semper illum dominum suum et caesarem vel imperatorem cognominans; universos a palatio patris adventantes sub appellatione conservorum, licet infimos, sociali benivolentia tractans. Preter animi virtutes morumque compositionem corpore fuit apprime decorus ac statura procerus. 1099. Levit. 18, 7. Matth. 19, 19.

Eodem** anno Gotefridus dux, Reginmundus comes Sancti Egidii, Ruopertus comes Normanniae, Ruopertus comes Flandrensis, cum turmarum copiis quibus preerant multa usque Hierusalem difficultate pertingunt, quarto iam anno postquam in eandem militiam pro crucifixo sibi Christo tanti se bellatores sponte crucifixerunt. Reliqua enim multitudo, preter eos qui cum Boimundo Antiochiae consederant vel cum Baldewino Rohas abierant, Laodiciae Tyroque remanserant, per diversas circumquaque regiones dispersi erant.

Hîc de militiae vel expeditionis eiusdem causa, non tam humanitus quam divinitus ordinata, fert animus aestuans aliqua prescriptis adicere, maxime ob imprudentium, immo impudentium quorundam redargutionem, qui vetusto semper errore contenti, novitatem hanc, iam senescenti et prope intereunti mundo pernecessariam, ore temerario presumunt reprehendere, ipsi epicureo more voluptatum latam[c] quam artam divinae servitutis viam amplectentes, appetitum mundi prudentiam, contemptum eius stulticiam, hoc est carcerem patriam, tenebras lucem, malum bonum, mortem vitam, prôh pudor! corde cecissimo considerantes[d]. Lenocinatur eis in hoc et audaciam huiusmodi subministrat depravata iam undique, sed maxime partibus in istis, rerum vertígo, ubi sapientia

commonuit illarum partium principes, et ut latrocinantes furtisque studentes absque retractione persequendo dampnarent, sub iurisiurandi sacramento constrinxit; advocatis quoque, ne sub se alios advocatos in depredationem populi et aecclesiarum constituerent, funditus interdixit; sed hoc preceptum, heu! parum convaluit, quia principes turmis militum carere nolentes, quas talibus maxime beneficiis sibi conciliaverunt, mox imperatore discedente, solito et antiquato more usi sunt. — Capta est Hierusalem a christianis Id. Iulii, feria 6. — Chuonradus Trajectensis episcopus his diebus a suis occisus est. — Heremannus Coloniensis archiepiscopus obiit. — Urbanus papa obiit; cui Pascalis successit, adhuc vivente papa Wigperto, qui et Clemens.

* Quae tamen turturina[e] nihilominus predita fide secundos ultra detestabatur amplexus, adeo ut post ablatum tantum corpori suo caput, reliquum vitae suae tempus labori consecraverit sexagesimi fructus[92], *in* 1. *scripta sed erasa sunt, iam nonnisi liquoris chemici ope legenda; in* 1b. *vero exstant.* 92

** *Quae sequitur historia belli Hierosol. hoc loco deest* D. E., *qui singularem addunt narrationem et hoc loco cum* C. *haec tantum exhibent:* Eodem anno dominus noster Iesus Christus civitatem requiei suae Hierusalem fidelibus suis aperuit, et eliminatis per magnitudinem potentiae suae paganorum spurciciis, liberum christianae devotionis ritum misericorditer inibi restauravit.

a) salutem r. p. 1. Dl. salutem rem publicam 5. saltem rem publicam 6. 9c. 10. 11. b) *Supplendum cum* C. *a.* 1101: Iuxta legale illud. c) potius latam *scribi voluisse videtur:* Iam latam *falso suppl.* 5. d) cec. prave discernentes H. e) turturnina 1b.

92) Haec Ekkehardus delevit, quum vidua postea Balduino regi Hierosolymitano nupserit; v. infra Hierosolymitam.

1099. pre omnibus invisa, virtus omnis est odiosa, religio despicitur, humilitas conculcatur, astutia primatum prestat, vicium amorem conciliat, crudelitas[a] timorem, superbia imperat honorem. Nos autem in Domino tantum confidentes, nec presentibus sed futuris inhiantes, ac licet spectatores pigri, fautores tamen benivoli, laudemus eosdem[b] nostri temporis viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi, qui relictis propter pium ovis centesimae quesitorem coniugibus ac liberis, regnis et divitiis, posuerunt animas suas in manibus suis, zelo zelantes pro domino Deo exercituum, utraque condigne armati fortitudine, regis sui caelestis ineuntes servitium[c].

Tempore Heinrici IIII. Romani, et Alexii Constantinopolitani principis, iuxta presagium euangelicum surrexit undique gens contra gentem et regnum adversus regnum, et terraemotus magni erant per loca, et pestilentiae et fames terroresque de caelo et signa magna; et quia iam in omnes gentes euangelica tuba iusti iudicis adventum preconabatur, ecce etiam totum circumquaque mundum signa prophetata portendentem univer-
93 salis aecclesia contemplatur. Iam Hierosolima Sarracenis civibus possessa, Babyloniae[93], quae nunc sedes est regni Aegyptii, serviebat, iam tenuis in ea christianae professionis religio cotidiano se tributo redimebat. Bethlehem, domus panis angelorum, stabulum facta est armentorum, universaeque circumcirca aecclesiae per omnia ludibriis numeroso annorum circuitu subiacebant paganorum. Orto interea bello sorte miserabili inter christianos orientales, id est Grecos et Armenios, Armenii, utpote regnis et numero pauciores, affines asciscunt sibi de Persia bellatores inclytae famae, Thurcos; quorum auxilio sedata iuxta placitum suum seditione, dimiserunt eos ad propria, nimis allectos terrarum ipsarum copia et fertilitate. Qua de re inito post annos aliquot consilio, emerserunt ab aquilonali plaga de terra Gorrizana, quae plus hominum quam victuum fertilis esse narratur, prescriptorum paganorum copiae multae, quae sub quatuor sultanis divisae — sic enim satrapas suos nominare solent — uni tantum Persico imperatori pene divini cultus more subiecti, per Armeniam, indeque Capadociam totamque Romaniam atque Siriam diffusi sunt. Primo quippe Niceam, catholicae quondam fidei turrim firmissimam, expugnant, trucidatis in ea christianis quos ceperant, Solomanum quendam de suis tyrannum cum presidiis locant, universas circumquaque regiones usque ad paludem sive sinum maris qui brachium sancti Georgii dicitur funditus devastantes, nulli animae christianae, nulli aecclesiae vel monasterio, immo nec ipsis sanctorum imaginibus parcentes. — Vidimus enim et adhuc videre miserabile spectaculum est in semidirutis partium illarum oratoriis ipsam Salvatoris nostri eiusque gloriosissimae genitricis seu quorumlibet electorum picturas, truncatis naribus vel auribus, manibus vel pedibus, desolatarum aecclesiarum quodammodo luctum visibiliter pretendere divinique iudicii super se vigilantem virgam plagis quasi semper recentibus ostentare. His te gladiis, ó nobilissima Constantinopolis, nec regis tui tutavit milleformis astutia, nec civium populositas innumera; non te frequentia nundinarum vel infinita congeries auri redemit; non te Waringorum, non te Thurcopolorum tuorum vel Pincinatorum classiumve multitudo defendit; solum tibi stagni predicti intersticium presidio fuit, immo sola te Creatoris operatio munivit. Subiacuit furoribus istis prepotens quondam Antiochia, et ne multis morer, dextras dederunt tota simul Siria atque Palestina. — Igitur terra repromissionis subacta, mater nostrae redemptionis ac fidei Hierusalem duplici captivitatis iugo gravatur; solamen tamen erat utique perparvulum, quod opprimentium se Sarracenorum Thurcis multo turpior plebs aequa sorte multatur. Posito inibi sultano militibusque numerosis, ad instaurandum antemurale[d], quod hactenus cernitur, aliave quaelibet aedificia, destruuntur illa quae extra civitatem erant monasteria; Domini vero sepulchrum questus dumtaxat gratia intemeratum relinquitur; templum Domini famosissimum et nulli, ut arbitror, humani operis structurae comparandum sacrilegae paganorum religioni reservatur, tantaeque semper apud illos habebatur venerationi, ut nunquam illud nisi nudis et lotis pedibus intrarent, nullum vero de christianis, quos utique maxime immundos iudicabant, per tot annorum curricula tam Sarracenorum quam Thurcorum tempore vel intra atrium ingredi permitterent.

a) extorquet *addit* H. b) l. alios quosdam H. c) 5. *addit rubram:* De profectione hierosolimitana. d) murale *corr.* antemurale 1.

93) i. e. Cairo.

Cum ergo victores idem nunc armis, ut res poscebat, insudarent, nunc lusibus ac deliciis, utpote a glarea ieiuna in terram maxime fructiferam transplantati, sibimet indulgerent, in illorum servitio quae tormenta, quas cruces, quasve per omnia miserias superstites christicolae paterentur, vix cuilibet inexperto credibile est; per legationes tamen frequentissimas[a] et epistolas, etiam a nobis visas, universalem aecclesiam aecclesiae Hierosolimitanae in presidium lugubriter inclamantes, adverti facile potest. Predictus etiam Alexius imperator Constantinopolitanus super eisdem barbaris predonibus, per maiorem iam regni sui partem diffusis, non paucas epistolas Urbano papae direxit, quibus in defensionem orientalium aecclesiarum se non sufficere deploravit, obtestans, totum, si fieri posset, occidentem, qui iam ex integro christiana professione censeretur, sibi in adiutorium advocari, promittens per se cuncta necessaria praeliaturis terra marique ministrari.

Inde commotus apostolicus et omnis aecclesia Romana[b], generale concilium in Hispa- 1095.
niae confinio[94] vel[c], ut quidam dicunt, Parisii congregari fecit; quo etiam ipse laborioso nimis itinere perveniens, innumeris qui ibidem convenerant populis diversorumque regnorum legatis universa quae prescripta sunt et multo ampliora ore facundissimo declamavit. — Mox tot milibus in lacrimas resolutis, variarum quoque linguarum planctibus in altum levatis, in hoc eis doctor egregius remissionem omnium condonat peccatorum, si, renunciatis omnibus quae possidebant, crucem post Christum unanimiter portantes, periclitantibus conchristianis ferrent auxilium. Qua sponsione arrectis animis omnium, designata sunt ad presens in Domini miliciam circiter 100000 virorum, ex Aquitania scilicet atque Normannia, Anglia, Scotia et Hibernia, Britannia, Galicia[d], Wasconia, Gallia, Flandria, Lotharingia, caeterisque gentibus christianis, quarum nunc minime occurrunt vocabula. Crucis signaculum in vestibus idem vere crucifer exercitus ob mortificationis preferebat commonitorium, credens in hoc, iuxta visionem Magno quondam Constantino revelatam[95], ab inimicis crucis Christi se triumphaturum. Mira autem et inestimabili 95
divinitatis dispensatione tot Christi membra, linguis, tribubus et nationibus differentia, subito in unum Christi caritate conglutinati coaluerunt corpus, uno omnes Christo rege, sed singulis singulae gentes procuratae ducibus, Gotefrido scilicet Lotharingiensi suisque fratribus Baldewino et Eustatio, Ruoperto Flandrensi, item Ruoperto Normannico, Regimundo comite de Sancto Egidio, Hugone fratre Philippi regis Galliae, caeterisque eiusdem industriae, nobilitatis atque fortitudinis bellatoribus. Quibus omnibus venerandae sanctitatis et sapientiae virum, Hademarum episcopum[96], prefatus apostolicus prefecit; 96
cui et ligandi solvendique potestatem, a beato Petro Romanae sedi hereditatam, sua vice semper exercendam concessit, insignitumque caelestis militiae stigmate exercitum apostolica benedictione consignans, condicto ab universis tempore profectionis, ipse cum non modica eiusdem expeditionis turma Italiam rediit.

Legatis denique singulis ad propria reversis, pervagata cis citraque mox orbem cunctum haec fama commovit; insuper, quod dictu mirabile est, ipsum oceani limitem velocitate consueta supervolans, insulanorum etiam classibus maria ipsa in caelestis regis miliciam redundare fecit. Nam, ut verissime comperimus, tam ignotos effudit oceanus populos, cuius non dicam mores et habitus, sed ne loquelam quisquam huius litoris habitator vel de ipsis marinariis agnosceret; rursumque alios, quibus nihil preter panem et aquam in usu victus esset; itemque quosdam, quibus argentum pro ferro in omnibus suis utensilibus esset. Hinc et undecumque augebatur cotidie circumcirca signatorum numerus, et ut prelibavimus, in huiusmodi expeditionem totus fervet, totus concutitur vel potius transformari videbatur mundus.

Francigenis occidentalibus facile persuaderi poterat sua rura relinquere; nam Gallias per annos aliquot nunc seditio civilis, nunc fames, nunc mortalitas nimis afflixerat, postremo plaga illa, quae circa Nivalensem sanctae Gerdrudis aecclesiam[97] orta est, usque 97
ad vitae desperationem terruerat. Erat autem huiusmodi. Tactus quisquam igne invisibili, quacumque corporis parte, tam diu sensibili, immo incomparabili tormento

a) t. assiduas et ep. frequentissimas 5. b) ęcclesia anno dominicae incarn. mill. XC°. VI°. g. II. c) v. u. q. d. P. *in margine* 1. *superscripta* D. *desunt* 1^b. H. d) galacia 1^b.

94) Claro monte. 95) V. supra p. 111. 96) Podiensem. 97) Nivelle.

1095. etiam inremediabiliter ardebat, quousque vel spiritum cum cruciatu vel cruciatum cum ipso tacto membro amitteret. Testantur hoc hactenus nonnulli, manibus vel pedibus hac pena truncati. Reliquarum nationum plebes vel personae aliae, preter apostolicum edictum prophetis quibusdam inter se nuper exortis seu signis caelestibus ac revelationibus ad terram se[a] repromissionis vocatas, aliae se quibusvis incommoditatibus ad talia vota compulsos fatebantur; magna quippe pars eorum cum coniugibus ac prole totaque re familiari onusti proficiscebantur. Orientalibus autem Francis, Saxonibus et Thuringis, Baioariis et Alamannis haec bucina minime insonuit, propter illud maxime scisma, quod inter regnum et sacerdotium a tempore Alexandri papae usque hodie tam nos Romanis quam Romanos nobis invisos et infestos iam, heu! confirmavit. Inde est, quod omnis pene populus Theutonicus in principio profectionis huius causam ignorantes, per terram suam transeuntes tot legiones equitum, tot turmas peditum totque catervas ruricolarum, feminarum ac parvulorum, quasi inaudita stulticia delirantes subsannabant, utpote qui pro certis incerta captantes, terram nativitatis vane relinquerent, terram repromissionis incertam certo discrimine appeterent, renunciarent facultatibus propriis, inhiarent alienis. Sed quamvis nostra gens caeteris multo sit insolentior, respectu tamen miserationis divinae inclinatur tandem ad[b] verbum eiusdem renunciationis furor Theutonicus, a commeantium scilicet turbis rem ad integrum edoctus.

97 Preterea signum in sole quod prescriptum est[97] visum, multaque quae tam in aere
1096. quam in terris portenta apparuerunt, ad huiusmodi exercicia non paucos antea torpidos excitaverunt. E quibus aliqua hûc interseri duximus utilissimum, cuncta vero longissimum. Nam et nos cometem in plaga meridiana stantem suumque splendorem in obliquum gladii more protendentem tunc circa Nonas Octobris vidimus; anno vero post haec
1098? tercio stellam aliam in oriente locum suum longo interstitio saltibus mutantem 6. Kal. Mart.[c] conspeximus, nubes quoque sanguineas tam ab occidente quam ab oriente surgentes sibique invicem in caeli centro concurrentes; rursumque mediis fere noctibus a septentrione igneos exurgere splendores; plerumque etiam faculas per aerem volitantes vidisse nos, testibus plerisque comprobamus. Non multo ante hos annos quidam venerabilis vitae presbiter, nomine Suiggerus, cuiusdam diei hora fere nona duos equites conspexit concurrentes in aere, diuque concertantes, alterum, qui et crucem non modicam ferebat, qua percutere videbatur, in altero victorem existere. Eodem tempore G. presbiter, qui nunc sub monachica professione nobiscum pro primogenitis asini
Exod. 13, 13. debitum ovinum Christo persolvit, hora quadam meridiana cum duobus comitibus in silva deambulans, gladium mirae longitudinis venti vertigine, ignotum unde levaretur, in sublime deferri vidit, et quousque visum altitudo celaret, tam fragorem auribus quam metallum oculis discrevit. Referebant aliqui qui in equorum pastibus vigilabant, civitatis se speciem in aere vidisse, diversas etiam turbas diversis ad eam partibus tam equestri quam pedestri itinere properantes perspexisse. Nonnulli etiam crucis signaculum sibimet in frontibus vel vestibus sive in quolibet corporis loco divinitus inpressum ostendebant, ipsoque se stigmate ad eandem Domini militiam prescriptos credebant. — Item aliis subita mentis mutatione compunctis vel visione nocturna edoctis, predia resque familiares distrahere signumque mortificationis vestibus assuere placuit; et in his omnibus ultra quam credi potest catervatim currentibus ad aecclesias populis, novo ritu gladios cum fustibus et capsellis sacerdotalis benedictio dispertivit. Quid referam, temporibus ipsis mulierem quandam duobus annis continuis impregnatam, tandemque dirupto utero, filium loquentem fudisse; itemque infantulum per omnia bimembrem, alterum vero capite bino, agnellos quoque aliquos binis capitibus exortos fuisse; pullos etiam equarum dentes maiores, quos equinos vulgô appellamus quosque nonnisi trimis caballis natura concedit, in ipso partu protulisse?

His et huiusmodi signis tota creatura in Creatoris se militiam cohortante, nil moratur inimicus ille, caeteris etiam dormientibus semper pervigil, bono illi semini zizania sua superseminare, pseudoprophetas suscitare, dominicis exercitibus falsos fratres et inhonestas feminei sexus personas sub specie religionis interniscere; sicque per aliorum hypocrisin atque mendacia, per aliorum vero nefarias pollutiones Christi greges

a) *superscr.* 1. b) i. ad *e corr.* 1. c VI. Kl. Mr *superscr.* 1. 97) supra a. 1096.

ádeo turpabantur, ut iuxta boni pastoris vaticinium etiam electi in errorem ducerentur. Matth. 24, 24. Inde fabulosum illud confictum est de Karolo Magno quasi de mortuis in id ipsum 1096. resuscitato et alio nescio quo nihilominus redivivo, fribolum quoque illud de ansere quasi dominam suam deducente, multaque id genus. Idem tamen seductores, quemadmodum singuli suis a fructibus sint cogniti, quomodo veste sub ovina lupi sint denotati, hi potissime qui ex illis adhuc supersunt licet ut[a] perquirantur; scilicet quo portu iuxta promissum suum absque navigio mare transierint, quibus praeliis vel locis multos paganos parva manu straverint, quas eorum munitiones ilico ceperint, quave postremo parte murorum Hierusalem castra posuerint, et caetera; nihilque habentes quid respondeant, tam de oblationibus fidelium per hypocrisin susceptis quam de cesis ob rapinam quas seduxerant turbis, propriaque maxime[b] apostasia, necesse est, ut poenitentiam agere cogantur.

Nam ut prelibatum est[98], plebs Folcmarum per Boemiam sequens, cum apud 98 Nitram Pannoniae civitatem seditione concitata, partim captivitate, partim ferro dispersset, paucissimi qui remanserant adhuc testari solent, quod crucis signum super se caelitus apparens, ab imminente eos nece liberasset. Gotescalcus vero, non verus sed falsus Dei servus, postquam non sine damno orientalis Noricae Ungariam cum suis intravit, ammiranda falsae religionis specie munitionem in arce quadam[99] constituere, 99 et in ipsis locatis presidiis, per reliquum vulgus Pannonias circumcirca vastare cepit. Quo nimirum oppido ab indigenis sine dilatione capto, turba multa trucidata atque captivata, grex reliquus dispersus, ipseque mercennarius, non pastor, turpiter fugatus est. — Surrexit etiam diebus ipsis quidam vir militaris, cômes tamen partium illarum quae circa Renum sunt, Emicho nomine, dudum tyrannica conversatione nimis infamis, tunc vero velut alter Saulus revelationibus, ut fatebatur, divinis in huiusmodi religionem advocatus, fere 12000 signatorum sibimet usurpans ducatum; qui nimirum per civitates Reni, Moeni quoque atque Danubii deducti, execrabilem Iudeorum quacumque repertam plebem, zelo christianitatis etiam in hoc deservientes, aut omnino delere aut etiam intra aecclesiae satagebant compellere sinum. — Ad confinia quoque Pannoniarum innumeris iam utriusque sexus copiis cum pervenissent multiplicati, regnum ipsum, quod scilicet partim paludibus partim silvis cingitur, per obfirmata presidia vetantur ingredi; fama quippe Colomanni regis iam perculerat[c] aures, inter paganorum et Ungariorum necem nihil apud Teutonicas differre mentes. Qua de re munitionem Misenburg per sex ebdomadas expugnantes, plura inibi patiuntur incommoda; inter quae etiam, quis illorum sub nomine regis Pannoniarum potiretur terris, civili stultissimaque quatiuntur discordia. — Itaque obpugnatione insudantes ultima, iam muris interruptis, iam fugientibus oppidanis, iamque indigenarum exercitu vastante propria flammis, miro Dei omnipotentis nutu victor peregrinorum exercitus terga nihilominus vertit; relictisque suppellectilibus[d], nil quisque preter miseram animam emolumenti reportavit. Sic nimirum, sic nostrae gentis homines zelum Dei, sed non secundum scientiam Dei habentes, quippe Rom. 10, 2. qui in militia, quam in liberandis christianis Christus providerat, alios vicissim christianos persequi ceperant, miseratione divina fraterno sanguine repressi, Ungarii quoque liberati sunt; haecque est causa, qua quidam simpliciores fratres, utpote rem ignorantes, scandalizati, totum huius profectionis conatum vanum atque fribolum, ipsi nimis preproperi iudices, interpretati sunt. Paleis[e] tamen ex area dominica huiusmodi ventilabro decussis, vidimus grana triticea naturalis soliditatis gravitate perdurantia, Gotefridum scilicet caeterosque prenominatos vere dominicae militiae duces, cum suis singuli super omnem stellarum dispositionem speciosis castris ab universis quas pertransibant gentium principibus pacem ac favorem, humilitatis atque karitatis exemplo, ut vere Christi discipuli, consequentes, donec diversis itinerum[f] difficultatibus Bulgaria permeata, Constantinopolitanas attigerant arces.

a) *superscr.* 1. b) maxima *corr.* maxime 1. c) premonuerat H. perculerat *in margine add.* vel premonuerat 1. *idem superscr.* 5. v. p. *desunt* 4. vel premoueral (*corr.* uelut premonuerat) iam perculerat 6. *idem corr.* vel premonuerat 9e. p. vel permonueral 10. d) subpellectilibus *corr.* supp. 1. e) Paleis *et* huiusmodi – – duces cum suis *e corr. partim in loco raso partim in marg.* 1. f) *e corr.* 1.

98) supra a. 1096. 99) cf. Sybel Gesch. d. ersten Kreuzzuges p. 247. qui hanc Ekkehardi narrationem ubique fere bene illustravit

Legimus Iherosolimae libellum, a loco presenti totam huius hystoriae seriem diligentissime prosequentem plurimosque populi Dei per triennium labores in captae Hierusalem laetissima victoria concludentem. Quapropter nos hinc iam panca de pluri-
1096. bus assignamus, videlicet, quod fictis omnino beneficiis Alexius imperator tantos sibimet
1097. heroas amicaverit, postea vero sacramentis extortis, ne regno suo vim inferrent, constrinxerit; quamvis constet, quod, dum moram ibidem primae quaeque[a] cohortes alias adventantes expectando facerent, dolis eos interfecisset, nisi Gotefridi ducis sollertia super gregem Domini cautius vigilasset. Testantur seditionem ipsam suburbana quae tunc destruxit, pons quem expugnavit. Quid multa? Per duorum fere mensium spacium novitios in dies suscepit exercitus Bizantium, e quibus tandem absque vulgi, parvulorum ac mulierum incredibili multitudine, recensita sunt 300000 pugnatorum. Porro cohortes Petrum secutae, iussu Alexii dudum transpositae, paganis fuerant iam ludibrio factae.

Mai. Motis itaque castris, Niceam applicuerunt, quam fugato predicto Solomano prin-
Iuni. cipe expugnantes, captam imperatoris presidiis tradunt; sic enim sacramenta firmaverant, ut urbes quasque suo imperio detractas pristinae ditioni, si vincerent, redderent, ipsique vicissim tam armis quam stipendiis regiis infra metam eandem se foveri non dubitarent. Inde per regnum Constantini, terram utique opulentissimam, progredientes,
1 mare contingunt Rusciae. Sicque, ut epistola docet a Ruoperto comite delata[1], cum tanta alimentorum abundantia militiam suam Christus deduxit, ut aries nummo bosque siclo veniisset. „*Preterea*, inquit, *quoties reges vel principes Sarracenorum consurrexerunt in nos, Deo volente, facile victi et conculcati sunt.*“ Ob haec itaque feliciter acta
Octob. quia quidam intumuerant, opposuit eis Deus Antiochiam, urbem[b] humanis viribus inexpugnabilem, ubi per novem menses eos detentos in obsidione eiusdem ita humiliavit, ut omnis superbiae illorum tumor desideret. Igitur eis sic humiliatis, ut in toto exer-
1098. citu vix centum equi boni reperirentur, aperuit illis Deus copiam suae benedictionis et
Iun. misericordiae, et induxit eos in civitatem, atque Turcos et omnia eorum potestati horum tradidit. — Cumque et haec quasi viribus suis acquisita obtinerent, nec Deum, qui haec contulerat, digne magnificarent, tanta Sarracenorum multitudine obsessi sunt, ut de civitate nullus ex tanta turba egredi auderet. Preterea fames in civitate ita convaluerat, ut vix ab inhumanis[c] dapibus se aliqui continerent. Longum est enarrare miserias quae in civitate fuere. Respiciens autem Dominus populum, quem tam din flagellaverat, benigne consolatur, ac primo quasi pro satisfactione tribulationis lanceam suam, qua in cruce vulneratus est, munus non visum a tempore apostolorum, pignus victoriae illis obtulit; deinde corda illorum adeo animavit, ut etiam quibus egritudo vel fames ambulandi vires denegaverat, arma sumendi et viriliter contra hostes dimicandi
Iun. 28. virtutem infunderet. — Triumphatis itaque hostibus, cum fame et tedio exercitus deficeret Antiochiae, maxime propter discordias principum, in Syriam profecti, Barram et
Nov. Marram, urbes Sarracenorum, expugnaverunt, et castella regionis obtinuerunt. Ubi cum moram disposuissent, tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Sarracenorum iam foetentium a populo christiano comesta sint. Inde cum divino nutu in interiora
1099. Hyspaniae progrederentur, largissimam atque misericordem et victoriosissimam manum omnipotentis Patris secum habuerunt. Etenim cives et castellani regionis illius per quam procedebant, ad eos cum multis donariis legatos premittebant, parati servire et oppida sua reddere. Sed quia exercitus non multus erat et in Hierusalem unanimiter festinabant, acceptis securitatibus, tributarios eos fecerunt, quippe cum una de multis civitatibus, quae in maritimis illis sunt, plures homines haberet, quam in exercitu christiano fuissent. Cumque auditum esset Antiochiae atque Laodiciae et Rohas, quia manus Domini esset cum eis, plures de exercitu qui ibi remanserant consecuti eos sunt apud Tyrum. Sic itaque Deo conviatore et cooperatore usque ad Hierusalem perve-
Iun. 7. nerunt. Cuius in obsidione cum laborarent, maxime propter aquae inopiam: habito concilio, episcopi et principes circumandam esse civitatem nudis pedibus predicabant, ut ille, qui pro nobis in humilitate eam ingressus est, per humilitatem istorum pro se ad iudi-

a) *superscr.* 1. b) u. a. *corr.* a. u. 1. c) ut vix ab i. d. se a. c. *e corr.* 1. humanis D.

1) V. hanc iam supra p. 209. n. 90. allatam in Ann. S. Dysibodi a. 1100; Ekkehardus vero omnia usque *fidelibus celebratur* (p. 217. l. 4.) ex hac retinuit

cium de suis hostibus faciendum illis eam aperiret. Placatus itaque hac humilitate[a] 1099.
Dominus, octavo post humiliationem illorum die civitatem eis tradidit, eo videlicet die Iul. 15.
quo primitiva aecclesia inde abiecta fuit, cum festum de dispersione apostolorum a multis fidelibus celebratur.

Inter haec minime pretereundum videtur, quod, dum exercitus in obsidione Antiochiae moraretur, pavore perculsis universis per orientem nationibus, discurrentibus ab omni parte orbis terrarum missis et exploratoribus, aliis pacem, aliis bella machinantibus, etiam Babylonici regis legati conventui principum se presentes exhibent, inter alia pollicentes, si victis Antiocenis etiam Thurcos de Hierosolima pepulerint, dominum suum fratrem et amicum cum universis Sarracenis habeant; ut enim prescriptum est, Iudeam cum Hierusalem totaque Palestina iam olim Thurci Sarracenis abstulerant. Hac de causa securitate accepta, non pauci lectissimorum militum Babyloniam diriguntur, quorum fortitudine, proceritate, habitu et incessu omnique elegantia attoniti barbari, Francos — sic enim universos occidentales populos nominare solent — plus quam homines, id est deos, esse fatebantur, affirmantes, omnino non esse mirum, quod huiusmodi bellatores totum affectarent sibi subicere mundum. — Inito denique consilio, rex Babyloniae Hierusalem obsidet, ostensisque legatis, Francis se foederatum affirmat, quorum gladiis, si sibi civitatem non traderent, ipsos tradendos minitat. His itaque dolis rex barbarus non suo sed Francorum timore civitatem receptam, dimissis cum suis omnibus Thurcis, omni conatu machinis atque militibus contra christianorum adventum premunivit; sicque factum est, ut Hierusalem bis uno caperetur anno, primo a Sarracenis, dein a Francis.

De[3] hostibus vero ibi repertis quid actum sit, si quis nosse querit, sciat, quia in 3
porticu quae dicitur Salomonis et in templo eius victores equitabant in sanguine Sarracenorum usque ad genua equorum. Deinde cum ordinatum esset, qui civitatem retinere deberent, et alii amore patriae et pietate parentum suorum redire voluissent, nunciatum est eis, quod rex Babyloniorum Ascalonam venisset cum innumerabili multitudine paganorum, ducturus Francos qui Hierosolimis erant in captivitatem et expugnaturus Antiochiam, sicut ipse dixerat; aliter autem Dominus de his statuerat. Itaque cum in veritate comperissent hi qui Hierosolimis erant, exercitum Babyloniorum Ascalone esse, contenderunt obviam illis, relictis sarcinis et infirmis suis in Hierusalem cum presidio. Cumque hostium exercitum[b] conspexissent innumerabilem, genibus flexis Deum invoca- Aug.
verunt, ut qui in aliis sibi necessitatibus semper affuerat, in presenti bello, confractis 14.
viribus paganorum et diaboli, regnum Christi et aecclesiae a mari usque ad mare usquequaque dilataret. Nec mora; clamantibus ad se Deus affuit, atque tantas audaciae vires ministravit, ut qui eos in hostem currere videret, fontem aquae vivae sitientem cervum segnem adiudicaret; miro videlicet modo, cum in exercitu christiano non plus quam quinque milia equitum et 15000 peditum fuissent et in exercitu hostium centum milia equitum et 400000 peditum esse potuissent. Tunc mirabilis in servis suis Deus apparuit, cum, antequam confligerent, pro solo impetu eorum hanc multitudinem in fugam convertit, et omnia eorum arma diripuit, ita ut, si deinceps istis repugnare vellent, non haberent arma in quibus sperarent. — De spoliis vero non est quaerendum quantum captum sit, ubi thesauri regis Babyloniae occupati sunt. Ceciderunt ibi plus quam centum milia Maurorum gladio; timor autem illis tantus erat, ut in porta civitatis ad duo milia suffocati sint; de his vero qui in mari interierunt non est numerus; spineta etiam ex ipsis multos obtinuerunt. Pugnabat certe orbis terrarum pro christianis. Et nisi spolia castrorum de ipsis multos detinuissent, pauci de tanta multitudine hostium essent qui de bello renunciare potuissent. — Pridie autem quam bellum fieret multa milia camelorum et boum et ovium cepit exercitus. Cumque iussu principum populus haec dimisisset, pugnam progrediens, mirabile dictu, multas[c] et multiplices turmas fecerunt cameli[d], similiter autem et boves et oves. Haec autem animalia ita comitabantur exercitum, ut cum stantibus starent, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent. — Nubes etiam ab aestu solis christianos defen-

a) satisfactione 5. b) multitudinem 1b. 5. 9c. c) multas et *desunt* H. d) f. eadem animalia et com. ex. ita ut cum. c. c. et cum st. st. D. H.

3) Quae sequuntur — *in pace obtinuerunt,* ex priore narratione (*p.* 209. *n.* ***) Ekkehardus retinuit.

1099. debant[a] et refrigerabant. — Celebrata itaque victoria, reversus est exercitus Hierusa-
Aug. lem, et relicto ibi duce Gotefrido, Reginmunt comes Sancti Egidii[b] et Ruotpertus comes Normanniae et Ruotpertus comes Flandriae Laodiciam reversi sunt; ibi classem Pisanorum et Boimundum[c] invenerunt. Cumque archiepiscopus Pisanus[d] Boimundum et alios cum eo discordantes concordare fecisset[e], Reginmundus pro Deo et pro fratribus regredi disposuit, magna vero multitudo, ut supra dictum est, ad patriam remeare contendit; caeteri qui remanserunt, terram Deo disponente hactenus in pace obtinuerunt.

Dux quoque magnanimus et cui vix quisquam in religione comparabilis inveniatur, parva licet manu fultus, magna quaeque cepit in Domino attemptare, reliquias gentilium quacumque remanentes persequi, presidia locis oportunis instituere, Ioppen diu destructam portumque ibi iam diu desolatum renovare, aecclesias clerumque[f], quantum potuit, reparare, coenobitas alibi congregare, donaria multa tam monasteriis quam hospitali, quod nunquam defecerat in Hierusalem, devotissime conferre. Pacem firmissimam cum Ascalonitis atque Damascenis gratia commertiorum habuit, nostrae[4] gentis milites pre cunctis[g] bellatoribus honoravit, feritatemque illorum suavissima urbanitate Gallicis caballariis[h] commendans, invidiam, quae inter utrosque naturaliter quodammodo versatur, per innatam sibi utriusque linguae peritiam mitigavit.

Hoc anno Chuonradus* Traiectensis episcopus a suis occisus est. Herimannus Coloniensis episcopus obiit; cui Fridericus successit. — Rapoto[i] palatinus comes et
April. Oudalricus comes, patruelis eius, quem multum divitem dicebant, defuncti sunt. Dum enim imperator cum principibus colloquium Ratisponae haberet, mortalitas subito exorta prenominatos duos[k] magnates, de inferioribus vero quam plures absumpsit, per civitates quoque atque regiones non modicam vulgi stragem fecit. Fames etiam improvisa multis locis invaluit.

Iul. 29. Urbanus papa obiit. Hic super aecclesiarum hactenus heu! manente** commotione concilia multa congregavit, multa etiam[l] decreta promulgavit; inter*** quae etiam, convocatis ad Placentinam civitatem 200 fere patribus[5], Heinricum imperatorem tam a se quam a predecessoribus suis communione privatum declaravit; maxime regina Adelheit[m], ipsius caesaris uxore, astante multaque nefanda in illum ad aures totius synodi testificante. Sed antequam ex hac[n] vita migraret, spiritu instructus divino, Rainerum[o] cardinalem de Sancto Clemente, sanctae conversationis et boni testimonii abbatem, nobilem Romanum[p], designavit in regimen[q] apostolicum eligendum; quem etiam revelationibus aliis[r] insuper denotatum, universa Romana aecclesia pastorem sibi consecrat, licet invitum, Paschalem appellans eum[s].

* *Hic pergit historia in* C. D. E. ** h. h. m. *desunt* C. *** inter — testificante *desunt* C.

A.[t] D. 1100.

Sub* Gotefrido duce, Hierosolimitanam aecclesiam defensante, conventus ingens factus est in Hierusalem, ab omnibus qui sunt** in oriente christicolis, maximeque qui vel Antiochiae vel in Syria, Rohâs vel Palestina resederant peregrinis, in tantum ut in ipsis nativitatis dominicae festis quam plures regionibus adiacentibus[u] consecrarentur[v] episcopi, versis in hystorias visibiles eatenus mysticis prophetiis: *Surge*[w] *illuminare Hie-*
Is 60, 1.

* Sub — damno dilatavit. *hoc loco desunt* D. E. — A. *haec tantum habet:* Heinricus imperator natalem Domini Spirae celebravit, et in epiphania Fridericum Babenbergensem canonicum, adhuc adolescentem, Coloniae archiepiscopum designavit. Qui ordinatus est in festivitate sancti Martini die dominica. — Wigpertus papa, qui et Clemens dictus est, obiit.

** erant C.

a) defendebat et refrigerabat D. H. b) Reginmunt de S. Egidio comes et R. c. Fl. et R. c. Norm. D. H. c) B. cum suis D. H., *qui addunt:* Non modica quippe multitudo preter eos qui cum eodem B. Antiochiae consederant vel cum Baldewino Rohas abierant Tyroque remanserant ac per diversas circumquaque regiones dispersi fuerant, ibidem conventum faciebant. d) Pisanus dudum discordantes D. H. e) fecisset, maxima multitudo repatriare contendit. Gotefridus vero, ut dictum est, populo qui Hierosolimae remanserat (remanserant H1.) prefuit. Igitur idem dux magnanimus D. H. f) *manus recens huius vocabuli loco* dirutas *scripsit* 1. g) *hic folium excidit* 1. h) cabellariis 9c. i) rapato 6. rappoto 4. k) *deest* 4. l) enim D1. m) *ita* 4. D. — A. *habent* E. 5. 6. 7. 9c. Agn. 1b. Agnes 10. Agne 11. n) ex hac *desunt* 4. o) reinherum 4. reginherum 10. 11. p) n. r. *desunt* D1. q) regnum E2. r) alii 5. 6. 9c. 10. s) appellaverunt 4. t) 5. *addit:* 44. 17. u) a. r. 5. v) consecrantur 5—11. w) surge et 6. 9c.

4) i. e. Germanicae. 5) a. 1095 Cf. Bernoldum h. a. et Mansi XX. p. 801 sqq.

rusalem, et: *Laetare Hierusalem et diem festum agite omnes, qui diligitis eam* etc. — Incalescente post haec aestate, corrumpitur per Palestinam aer cadaverum foetore. Sunt etiam qui dicant, fontes a barbaris infectos veneno vel cisternas occisorum sanie; unde exorta pestilentia multos ex nostris, utpote sub aere peregrino militantes, occidit; inter quos ipsum totius aecclesiae catholicae lacrimis plangendum Gotefridum populo Dei, quem[a] paterna sollicitudine curabat, materna pietate fovebat, nimis immature subtraxit. Uno tantum[b] anno populo Dei prefuit, languore superatus producto, 15. Kalend. Augusti plenam fide bonisque operibus presentem in Christo vitam finivit. Exceptis* sive[c] tacitis cunctis quibus pollebat virtutibus, tanta se mansuetudine coniunxerat tam indigenis quam comperegrinis[d], ut vix adverteretur, Francisne[e] plus plangeretur quam Syris vel Grecis. Ante montem Calvariae, in vestibulo Golgathanae aecclesiae exstat eius mausoleum, lapide Pario constructum. I. 66, 10

Hoc** tempore Balduvinus[f] comes in Rohas[f'], quae est civitas inclita, immo regio[g] et pars Armeniae, consederat, principatum iam gentis illius consecutus, defuncto scilicet interim grandaevo seniore illo christianissimo, qui se ab Antiochia sibi in propugnatorem assciverat multaque praelia naviter[h] gerentem etiam in filium et heredem adoptaverat. A diebus quippe antiquis semper impugnata, nunquam manum dederat urbs illa ampla paganis, eo quod muris ultra humani operis qualitatem firmis, fluvio quoque intra ebulliente, omni etiam situ naturali populique et victuum muniatur fertilitate. Non est operis huius vel temporis litteris tradere, quoties ibidem parva manu vir predictus grandem multitudinem barbarorum straverit, nonnunquam etiam[i] victus vicerit, amisso exercitu alium ab Antiochiae obsidio conduxerit, postremo falso sibi foederati cuiusdam Thurci, Balduc nomine, dolis semet expedierit, ipsumque comprehensum necaverit; quae[k] omnia scribere volentem prius tempus deseret quam materia. Audito tamen obitu fratris Gotefridi, Balduvino iuniori, cognato suo, civitatem et populum committit, ipseque cum trecentis fere viris Hierosolimam tendit, insidiantium sibi paganorum milia delusit, congreditur, vicit, onustusque spoliis cum triumpho Hierusalem intravit. Rogatus et collaudatus ab omnibus, ut princeps esset eorum[l] consensit; nec multo post inclinans caput suum super dominici sepulchri tumbam, ipsius se servituti perpetualiter subiugavit. Post haec quo maior paganis christianorum[m] timor incuteretur, die pentecostes[n] per legatum apostolicae sedis accepta[o] regali benedictione coronatur. Deinde[p] Assur et Caesaream civitates maritimas debellavit, caesisque qui inibi erant Sarracenis, regnum suum regis Babyloniae damno dilatavit. Nov. 1101. Mai. 21.

Wigbertus Ravennensis archiepiscopus, qui super Hiltibrandum Gregorium[q] positus[r], Clemens papa dictus est, obiit, vir utique satis ingenio, facundia, nobilitate personaeque reverentia clarus, nec Roma tunc nec Ravenna bene usus, et qui super unum papam viventem, quamvis coactus ut aiunt, ascendit, ipse tres[s] sibimet alternatim succedentes supervixit, extorris utraque sede Romae et Ravennae, malens, ut ab ipsius ore didicimus, apostolici nomen[t] nunquam suscepisse[u].

* Exceptis — Grecis. *desunt* C.

** C. *ita:* Cui Baldiwinus frater eius succedens, per legatum apostolicae sedis accepta regali benedictione coronatur, et exinde tam optimi militis quam pii defensoris officio bella Domini indefesse pracliatur. Wigbertus *etc.*

A.[v] D. 1101.

Chuonradus*[w] rex adolescens, nono postquam a patris palatio discesserat anno, Mahthildis[x], magnae illius et nobilissimae et, ut quidam dicunt, religiosae feminae, sicut sanguine ita et contubernio coniunctus, et in rebus per Italiam disponendis tam illius

* A. *hoc anno ita:* Heinricus imperator natale Domini Mogontiae plurimis convenientibus celebravit. — Egilbertus Trevirorum archiepiscopus et Liemarus Premensis archiepiscopus obierunt. — Heinricus comes de Lintpurg rebellavit, sed obsessis et destructis castellis suis, in deditionem venit. — *Ita finis huius operis.*

a) *deest* 6. qui 9c. b) tamen 4. c) vel 5. d) cum peregrinis 10. 11. e) a Fr. 4. f) D. H. *addunt:* quae et Ragys civitas Medorum putatur. f' balduinus H1. baldewinus 5. 9c. 10. *semper.* g) regia 5. 11. h) graviter 9c. i) *deest* 4. D. H. k) quia 4. l) eis consensit 4. peticioni *add. in marg.* 6. m) *deest* 4. n) d. p. *desunt* D. H. o) *deest* 6. p) dein 4. q) B. 1b? r) *deest* 6. 9c. s) tribus — succedentibus C. D. E. t) *deest* 6. 9c. u) *In* 10. *urbis Hierusalem descriptio inscribitur.* v) 5. *add.:* 45. 18. w) cuonradus 5. *semper.* 4. 10. x) machthildis 5. mathildis *corr.* macthildis E1.

1101. quam domni apostolici ceterarumque Deum[a] timentium personarum consilio semper usus, immaturo preventus occasu, plena fide et bona confessione a regno transitorio ad aeternum creditur regnum migrasse. Sunt etiam qui veneno eum dicant interisse. Testari solent qui aderant, in brachio corporis exanimi crucis signaculum subito exortum se vidisse, ipsasque eius exequias quibusdam miraculis honorificatas fuisse.*

Visus** est a nostro quodam familiari ab occidente in orientem volans ignis ad instar non modicae civitatis. — Vermiculorum quoque, quos papiliones a similitudine tabernaculorum vocant, exercitus incredibilis multitudinis per tres continuos dies quasi a Saxoniae finibus in Baioariam volabat.*** — Mox profectio populosa, et quae pene priori posset numero dumtaxat aequari, subsequitur, quae post auditas ultra spem res Hierosolimae prospere gestas, a residuis totius occidentis gentibus, maxime ab his quorum prius votis timor vel diffidentia, inopia vel inbecillitas obstiterant, denuo parabatur;**** primum ab episcopis Mediolanensi, Papiensi caeterisque Longobardorum populis ad 50 milia signatis, deinde a diversarum provinciarum Theutonicis, postremo ab Aquitanicis, quibus Willihelmus Pictaviensis preerat, preter vulgus ad 30000 loricatis. Longobardorum plebes, permissu Heinrici[b] ducis Carinthia permeata, dum post Ungros tergo relictos in Burgariae[6] civitatibus hiemarent, numero rarescere ceperunt, tandemque Constantinopolim pervenientes, in alteram ripam — illud enim beneficium maledictus Alexius[c] peregrinis accelerare solet — transpositae sunt, immo paganorum sagittis expositae. Thurci enim, explorata Longobardorum inertia, stipularum eos terebant more, in tantum ut exercitus
Iun. Theutonicus, qui eadem via subsecutus circa Iunii Kalendas ad eandem metropolim pervenit, quid de precedentibus se gestum sit, nullo modo, utpote nullo superstite de Romania redeunte, posset investigare. Ab ingressu quippe vel prima civitate Bulgariae usque ad sedem Alexii, semper nobis eius pacifici nuncii occurrebant, qui tamen aliquando nos precedentes vel comitantes favillarum evanescentium more disparebant. Militum etiam suorum, quos Pincinatos vocitant, exercitus nunc nobis a tergo damnum intulit, nunc a latere vim inferre, nunc a fronte directa acie manum conferre, nunc per noctes castra irrumpere disposuit, semper tamen nobis per 20 dies vicinus et infestus fuit, donec statione fruentes prenominata cum turma Welfonis ducis exercituque Willihelmi, diversis quoque cotidie confluentibus copiis, per dies 15 ad 100000 congregabamur. E quibus omnibus singularum turmarum principes Alexius more suo sub appellatione filiorum suscepit, eisdemque post manus acceptas sacramentaque firmata, sicuti prioribus exercitibus, munera dispertivit, pauperibus vero extra civitatem elemosinam largiri mercatumque parari precepit. Nam obsistente suspicione, paucissimis personis, et ipsis precio furtimque, cuiusquam urbis vel castri sive munitionis per totum imperium eius permittebatur ingressus. Qua etiam causa dum Willihelmus cum exercitu per mediam Adrianopolim, qua regia strata ducit, transire prohiberetur, Aquitani mox genitali tumescentes fastu, simbola conclamant, suburbana succendunt, civitatem invadunt, cuius oppugnationi dum acriter insistunt, Pincinatorum exercitum, qui semper, ut premissum est, iter ipsum iussu caesaris observat, a tergo suscipiunt; quibus congressi, multos sternunt, multos amittunt, tandem via dudum contempta vadunt. Igitur totus ille tantusque populus per Romaniam iter dirigere disponebat, necessaria sibi quisque per deserta coemebat; ultra brachium illud maris quod sancti Georgii dicitur tam compulsi quam voluntarii transvehimur, sed cotidiani principum conventus, cotidiana etiam ipsorum cum imperatore colloquia quem finem sint habitura, penduli nimis operimur. Sed ecce subito murmur exoritur invisum, imperatorem Thurcorum potius quam christianorum parti favere, exploratisque quae circa nos erant, frequentibus illos contra nos nunciis animare. *Hic est*, inquiunt, *perfidus ille Alexius, qui, domino suo Michaheli*[d] *per quorundam Alamannorum conducticiorum auxilium depulso, imperium*[e] *eius usurpavit, ipsosque sui sceleris cooperatores exilio damnatos necari fecit; nuncque se tanti facere dicit Francos cum Thurcis prae-*

* C. *addit:* Nec immerito. Tantum quippe indolis suae — extitit amabilis. Iuxta legale illud preceptum: „Honora patrem tuum“ murmur quo plerique patris sui mores laniabant quodque — causa extitisse putatur, auribus — proceres. *ut supra a.* 1099.

** *Reliqua huius anni hoc loco desunt* D. *** *Reliqua huius anni desunt* E.

**** p. De cuius rei eventu alias plenius scriptum habemus. C. *reliquis omissis.*

a) *pergit* 1. b) H. 1. *rell.* c) A. 1. *saepius.* d) M. 1. e) regnum 5. 6) i. e. Bulgariae.

liantes, quanti canes se invicem mordentes. Cum autem navigia quisquam conducere temptaret, audivit, caesarem insidias peregrinis etiam in mari posuisse, multasque dudum eodem facinore naves eum submersisse. Quapropter omnes eum maledicebant et anathematizabant, omnes illum linguae non imperatorem sed traditorem appellabant. Incredibile memoratu est et ad recordandum expertis horribile, quanta in nostro, hoc est Germanico, collegio, quod omnibus erat rarius, tunc fuerit titubatio, dum videres patrem a filio, fratrem a germano, socium ab amico multo amarius quam mors separat cum vita separari, altero terrae, altero se committente mari, rursumque quosdam post appensum naulum, post unam vel duas in navi transactas noctes, resumpta suppellectili, ad litus cum ingenti damno prosilire, redemptis precio ampliori, quos nuper distraxerant, equis, ad necem, fugiendo mortem[a], properare. Nos quoque eâdem animi nutatione diu multumque vexati, tandem inter eos qui se salo credere presumpserant, divina miserias nostras gubernante clementia, Ioppe portum post sex ebdomadas attigimus, benedictus per omnia Iesus Christus! 1101. Iun. Aug.

Porro exercitus universalis, ab imperatore 300 Thurcopolis, qui legiones apto itinere deducerent, acceptis, contra Nicomediam vertitur, indeque Romaniam declinans, ad aquilonalem plagam contra terram Chorizanam, quae Thurcorum est patria, convertitur. Loca quippe Romaniae, quae circa stratam publicam erant, periurus Alexius devastaverat, dum nostris in Antiochia dudum obsessis auxilium ferre non auderet ut iuraverat, suspectus scilicet extunc tam Francis quam Thurcis. Insuper milicia haec nomen sibi facere in gentibus, quemadmodum anterior, proposuit; sed ut rei probavit eventus, divinae id predestinationi non complacuit. Nam ante paucos dies idem pagani in Longobardorum, ut premissum est, vix tepido sanguine hebetatos antea gladios duraverant, indeque animati, tam infinitae multitudini bellatorum resistere presumebant. Non multo plus quam quatuor erant milia Thurcorum, qui tamen ipsi electi et equis velocissimis, armis telisque ac sagittandi peritia nimis instructi, fortunam suam seu virtutem ignoti exercitus experiri potius explorando quam aperte congrediendo veniebant. Unde inprimis latrocinantium more vulgus extremum diripere, post haec capere vel cedere, deinde per competa precurrentes, incendio vel quocumque molimine pabula prevastare, aliquando etiam per iuncèta vel carecta gradientem exercitum tota die flammis vel fumo vexare, nonnunquam fontes[b] vel cisternas obdurare, a locis tutioribus telis infestare, per noctes nunc hac nunc illa castrorum parte irrumpentes, cunctis inquietudinem inferre. Inter haec tamen omnia nunquam acie directa, nunquam fronte aperta more praeliantium congrediebantur, sed resistentibus cedebant, insequentes fugiebant, revertentes denuo subsequuntur. Si miserias illas omnibus miseriis miserabiliores stilo prosequi plene temptamus, possibilitatem simul et modum excedimus; ubi turpiter tot nobiles, per inopiam tot divites, sine ferro tot fortes occubuisse referimus, dum domino servus presens, locupleti pecunia sufficiens minime quivit subvenire, nec forti licuit pugnare. Loca quippe eadem erant arta, invia atque inhabitabilia, hostibus cognita, nostris ignota, qua tantum Dei populum Alexii traditoris incarcerabant machinamenta. Quid moror? Sic per dies pene 20 quasi signum ad sagittas expositi, sic cotidie tamquam oves occisionis estimati, tandem in extrema iam sorte positi, nemorum se saltibus noctu tradunt, morosam sed certam sibi mortem accelerare satagunt, quamvis paucissimis fuga quicquam emolumenti contulerit, preter quod omnium ultima fata tardantia consummavit. Nam de tam innumero populo Dei, heu! heu! non credimus mille viros remansisse, quos postea vix ossibus herentes Rodo, Papho caeterisque portubus, raros autem etiam Ioppe vidimus; e quibus Bernhardus comes et Heinricus comes Ratisponensis Hierosolimae obierunt, dux vero Waiulfus[c] revertendo moriens, Papho est humatus. Inter longissimam cruciatuum suorum hystoriam, quam hic texere nec ipsa compendiosi huius operis proprietas permittit, de nostratibus archiepiscopum Salzburgensem Tiemonem[d] captum, marchisiam N. trucidatam, duos Brunones canonicos, nobiles viros, inedia sitique defecisse referebant; de Latinis vero principibus Willihelmum, Regimundum, Stephanum, caeterorumque aliquam partem superesse dicebant.

Dum haec ita geruntur, nec his qui in Iudea sunt christianis parcitur, sed tam ab

a) *superscr.* 1. b) fontes — infestare *desunt* D. H. c) welfus H. d) T. 1.

1101. Ascalonitis atque Damascenis cotidiana latrocinia quam a Babyloniis bella parantur. Post
Mai. Mai quippe Kalendas non longe a Ramá castra metatus est Babylonicus exercitus, contra quem aciem direxit[a] rex Balduvinus, suos hortatus, ut sicut ante paucos dies per Dei gratiam parva manu multam de Arabia predam tulerant, ita nunc hostium multitudini non cedant. *Illorum*, inquit, *damno vivamus aut periculo moriamur! Ecce bellum, ó boni milites, quod olim*[a*] *optavimus, pro quo patriam, parentes pacemque*[b] *contempsimus. Porro pro Christi hereditate contra invasores Sanctae Terrae predonesque alienigenas pugnare honestum est, vincere tales nequaquam incertum, mori gloriosum. Illis patria ministrat fugam, nobis exilium victoriam. Comprobemus iam quod ipsi exprobrant, Francos mortem non timere, immo Christi peregrinos aut in Christo vincere aut pro*[c] *Christo mori velle!* Talia multa postquam peroravit, arrectis suorum animis, miro Dei omnipotentis nutu, ingens Sarracenorum populus uni tantum vel paulo plus legioni nostratum cessit, adeo uti ne congredi quidem presumerent, sed post transactos aliquot in eadem statione dies turpiter
Sept. et inacte redirent. Rursum circa Kalendas Septembres, quo scilicet tempore christianorum, quos ante memoravimus, adventantium fama Babyloniae regna terruerat, inito consilio, preoccupare nostram, hoc est universorum qui tunc in Iudea vel in cunctis finibus illis reperirentur, interneciem disponebant, missisque epistolis Damasco, Tripoli, Gibel, caeterisque barbaris civitatibus, adversus nomen christianitatis se invicem qualicumque pacto confortabant. Egressus itaque 40 milium exercitus de Babylone, primum ad optinendam Ioppen tendens, non longe ab Ascalone, sumptis nimirum inde sociis, consedit. Balduvinus vero rem non ignorans, suos undique, hoc est ab Hierusalem, Neapoli[d], monte Thabor, Ebron, Cesarea et Assur, in Ioppen, ubi tunc non parva manebat peregrinorum turba, convocavit.

Vidimus hisdem diebus tantam mortalitatem, quam etiam vix evasimus, in populo grassari, ut ad 300 cadavera singulis diebus Hierosolimae exportata numerarentur, Ioppe vero ingens campus intra paucos dies tumulis occuparetur. Denique cuiusdam diei hora
Sept. 7. tercia, precedente regem ligno dominicae crucis, quod anno priori terra diutissime absconditum Syri quidam Gotefrido[e] duci demonstraverant, extra civitatem Ioppen totius populi conventus est factus, iussuque regis Arnoldus, quidam honorabilis[f] et bene literatus clericus, sic in medio concilii est exorsus: „*Beata gens, cuius est dominus Deus eius,*
Ps. 32, 12. *populus quem elegit*[g].“ *Vos, ó fratres karissimi, gens estis illa beata, illa gens sancta, vos estis populus ille Christi hereditatis, populus acquisitionis, qui, relictis omnibus, patria, parentibus et rebus, crucem cotidianam post Christum tulistis; vos corpora vestra*[h] *pro Christo ad supplicia tradidistis. Vos pugnasse videmini; sed Christus vestro voluntarie sibi sacrificato sanguine vestrorumque fratrum et commilitonum preciosa morte locum sanctificationis suae dignatus est mundare, civitatem requiei suae Hierusalem voluit post tam annosa spur-*
Ps. 131, 14. *cissimae gentis vincula per vestram devotam servitutem expedire. „Haec, inquit Deus, requies mea in seculum seculi; hic habitabo, quoniam elegi eam.“ Contra quam divina sponsione nobis inditam spem, ecce paganorum literae Dei nutu ante diem hesternam comprehensis legatis ablatae, vaticinata perhibentes daemonia, nos illorum praeliis hoc anno delendos, Hierusalem funditus destruendam, et quod etiam omnibus nefandis horribilius est dictu, ipsam dominici et gloriosi sepulchri petram crustatim confringendam, sicque camelis ad mare delatam, in remotissimo et quod nunquam a christianis rescisci possit pelago submergendam esse*[i]. *Unde quid facto opus sit, ô christicolae, videte; quem finem haec tanta presumptio tandem sit habitura, perpendite!* Plura disputare volentem mox clamor interstrepens compescit; et quasi ex uno ore vox unanimis singulorum insonuit: *Res*, inquiunt, *in articulo posita est; breve et quodammodo succinctum est consilium nostrum, pro Christo Christique legibus et sanctis nostris aut dimicandum fortiter aut moriendum turpiter; aut gloriose mori et vivere aeternaliter instat, aut turpissime cedere et brevi turpique vita perpetuam mortem comparare restat. Sed nec temporaliter nec aeternaliter vivere liceat, quem contra tam profanam, tam blasphemam paganorum audaciam pugnare non libeat!* Protinus ante crucem reparationis nostrae confessione peccatorum unanimi humiliatione facta, ac post dictam indulgentiam ab apostolico legato, qui tunc forte aderat, benedictione accepta, Domini inclamantes adiutorium, castro sunt alacres redditi; indeque summo mane ad 7000 peditum milleque

a) aciem balduwinus instruxit D. H. a*) *e corr.* 1. b) pacem D. H. c) in D. H. d) nicopoli D. H. e) G. 1. 55
f) venerabilis H. g) D. H. *addunt:* in h(ereditatem) sibi. h) *deest* D. H. i) *deest* D. H.

equites recensiti, periculo sunt ingenti cum gaudio magno presentati. Visa igitur statione barbarorum, mirabile dictu, tanta fervescere ceperunt fide, ut unusquisque se solum tot legiones sternere posse non dubitaret; indeque contigit, ut dum per unum pene miliarium inordinate currendo minus caute se hostibus infundunt, prima cohors a latere invasa ilico tota rueret. Qua de re Balduvinus efferatus animo, tanto illos equitum impetu involat, ut, quamvis idolorum responsis de victoria certificati acrius quam antea unquam resisterent, sicut cera a facie ignis ante ipsum liquescerent. Referebat michi venerabilis abbas Gerhardus, qui tunc crucem dominicam semper lateri regis contiguus preferebat, nunquam se tantam nivis vel pluviae quantam tunc telorum contra regem volare densitatem vidisse; at post ligni preciosi intuitum, nullum ex hostibus telis se vel armis, sed universos fugae presidio se commisisse. Itaque post victoriam a Deo — cui non est differentia salvare vel in multis vel in paucis — sibi concessam, interim dum castra predamque diripiunt hostium, nuncius adest missus a Ioppitis, qui civitatem terra marique diceret obsessam. Mox onusti spoliis, reliquis vero incendio traditis, nobis, qui iam, portis intus obstructis, a terra equitibus multis, a mari vero 42 navibus rostratis cingebamur, in auxilium quantotius properant; postque tot hostium incursus tantasque[a] penuriae pestilentiaeque miserias, festum nativitatis Dei genitricis, quod ipsa die cum merore coepimus, maximo nos tripudio complere faciebant. Sequenti die multam nobis abundantiam frumenti cunctorumque victualium cum peregrinis fratribus ad 12000 estimatis naves 30 deferebant; quas dum hostium classes invadere niterentur, mira Dei potentia per virtutem sanctae crucis, quae, dum nil carnalis adiutorii de civitate conferri posset, in altum econtra, iubente rege, levabatur, adeo repressit, ut, nullo conatu vel arte remigandi de loco moveri vel unam de tot navibus posse, tam pagani quam christiani populi nimis mirarentur. 1101. Sept. 7. 1. Mach. 3, 18. Sept. 8. Sept. 9.

Neque hoc silentio pretereundum, quod eodem anno ibidem cognovimus contigisse, venerabili Herimanno presbitero, qui tunc in monte Oliveti conversabatur, in haec verba referente: *Die*, inquit, *sacratissimi sabbati, quo secundum antiquae misericordiae Domini paraclysin, baptismate iam consecrato, lumen de caelo nobis ministrari devoti nimis expectabamus, usque ad vesperam orationibus solitis institimus; tuncque propter peccata nostra desiderato dono caelesti, quod etiam in conspectu gentium olim christiani ante nos semper suscipere solebant, omnimodo frustrati, absque omni festivae synaxis officio noctem illam dominicae resurrectionis lugendo tantum et merendo transegimus. Summo autem mane cum laetaniis a sepulchro Domini nudipedes processimus, ingressique templum Domini, quo scilicet loco, id est montem*[b] *Moriâ in area Areuna, David in maxima exauditum tribulatione, cunctosque exaudiendos qui ibidem corde devoto oraverint, Salomoni promissum legimus: mox post preces lacrimasque, ne nos deserendo Christus nomini suo blasphemiam inter gentes prepararet, fusas, necdum atrium illud famosum egredimur, et ecce signa concrepantia laudes altisonas in occursum nobis ab his qui remanserant reboantes audimus; intrantes vero aecclesiam prenominatam, lampades duas caelitus incensas gaudio immenso repleti conspicimus. Quid plura? A baptismi officio, quo pridie cessaveramus, incipientes, totum servitutis nostrae pensum Domino dudum subtractum, usque ad missae completionem, laetissima devotione persolvimus; nobis quoque egressis, inter missam Syrorum, qui semper post nostrum egressum eodem psallere choro solent, lampades aliae divinitus accenduntur, ante vesperas vero et inter ipsas vespertinas laudes usque ad* 16 *huiusmodi lumina visibiliter ampliantur; sicque contigit, ut pauci intra Hierusalem seu christiani seu pagani reperirentur, qui tam evidentem Christi potentiam se non vidisse testarentur.* 2. Reg. 24.

A.[c] D. 1102.

Imperator Heinricus[d], habito cum principibus colloquio,* Romam se profecturum ac generale concilium circa Febr. Kalendas inibi convocaturum condixit, quatinus, tam sua quam domni apostolici causa canonice ventilata, catholica inter regnum et sacerdotium confirmaretur unitas, quae tot annis scissa permansit. Constat tamen, nec ipsum iuxta placitum venisse, nec nuncia dignitati apostolicae subiectionem profitentia misisse. Nec

* C. *pergit:* tractare cepit, si fieri posset, Romam se circa Kal. Febr. profecturum, quatinus — unitas confirmaretur. Ipso autem aliis negociis impedito, transacta media q. *etc.*

a) tantamque 1. 4. 5. 10. tantamque — miseriam 9c. b) monte H. c) 5. *praemittit* 46. 19. d) H. 1. *saepius.*

1102. hoc latet, quod alterum papam ipsi domno Paschali superponere, si fieri posset, conatus sit, nec profecerit.

Transacta post haec media quadragesima, convenientibus universis Apuliae, Campa-
Mart. niae[a], Siciliae, Tuscaniae[b] totiusque simul Italiae presulibus, ultramontanorum autem quam plurimorum patrum legatis, synodus magna Romae est habita, ubi preter antiqua patrum instituta more solito reverenter confirmata, etiam sepedictum nostri temporis scisma inter precipuas hereses computatur, ac perpetuo cum suis auctoribus atque sequacibus anathemate huiusmodi subscripta professione condemnatur: *Anathematizo omnem heresim, et precipue eam quae statum presentis aecclesiae perturbat, quae docet et astruit, anathema contempnendum et aecclesiae ligamenta spernenda esse. Promitto* autem oboedientiam apostolicae sedis pontifici domno Paschali eiusque successoribus sub testimonio Christi et aecclesiae, affirmans quod affirmat, et dampnans quod dampnat sancta et universalis aecclesia.* Ibi etiam quam sententiam in imperatorem[c] vel patricium Romanum Heinricum idem apostolicus Paschalis[d] promulgaverit, nos quoque inter innumeras diver-
Apr. 3. sarum gentium catervas proxima coena Domini in aecclesia Lateranensi ab ipsius ore didicimus; nimirum postquam 8. Kal. Octobr. maris fluctibus Ioppe traditi, Romae sumus per Christi gratiam predicta maiori ebdomada introducti. *Quia*, inquit, *tunicam Christi scindere, id est aecclesiam rapinis et incendiis devastare, luxuriis, periuriis atque homicidiis commaculare, non cessavit, primo a beatae memoriae Gregorio papa, deinde a sanctissimo viro Urbano predecessore meo propter suam inoboedientiam excommunicatus est atque condempnatus; nos quoque in proxima synodo nostra iudicio totius aecclesiae perpetuo eum anathemati tradidimus. Id notum volumus omnibus et maxime ultramontanis esse, quatinus ab ipsius se contineant iniquitate.*

Hartwicus** Magdeburgensis archiepiscopus obiit, vir per multa laudabilis, maxime tamen popularis, et aecclesiae cui preerat utilitatibus multum insudans dilatandis, pro scismate quoque sepe dicto resarciendo inter utramque partem mediator infatigabilis. — Ruotpertus episcopus Babenbergensis obiit; cui per imperatorem Heinricum Otto, cancellarius eius, substituitur, vir, ut creditur, bene religiosus. Aerbo iam grandevus, nobilis de Carinthia princeps et quondam palatinus in Baioaria comes, migravit in Domino.

Commissum*** est etiam praelium a Balduvino et his qui secum erant Hierosolimitis
Iuli. contra infinitam Sarracenorum multitudinem; ubi dum inconsiderate res agitur, circumventi sagittariorum numerositate nostri, utpote iam admodum pauci facti, intra muros civitatis Ramâ, quae vicina erat, cedere compelluntur, rex vero cum tribus, ut aiunt, equitibus evasit. Barbari autem cum plures lapidibus castri[e] viderentur, in brevi universa moenia demoliuntur; captisque ac cesis universis quos invenerant, ipsos captivos cum nunciis victoriae suae Babylonem premittunt, castra autem sua securiter, et quasi iam terram illam gladiis acquisitam possessuri, interim donec nuncii regis sui redeant, in campestribus illis ponunt. Sed non cessit eis impune victoria illa, non sua virtute sed divina dispositione in his, quos ipse non terras ultra sed paradysum voluit incolere, conquisita. Nam tercia die Balduvinus superveniens cum exercitu copioso, quem prius expectasse debuerat, tanta illos proterit internetione, ut nec libuerit nec profuerit vicisse. Novum autem illum exercitum tam Reginmundus a Tripoli, quam nuper devicerat, quam ab Antiochia Dankeradus ducebat; nam suus avunculus Boimundus, ante biennium a Thurcis dolo captus, Antiochiae sibi principatum dimiserat.

* Promitto — contineant iniquitate. *desunt* C.

** D. E. *reliqua huius anni ita disponunt:* Erbo[f] — domino. Ruotpertus — religiosus. Hartwicus — infatigabilis. *In* C. *vero haec tantum leguntur:* Ruotpertus episcopus substituitur, vir per omnia bene religiosus et precipue domno imperatori super omnes et pre omnibus usque ad mortem etiam non sine magnis periculis fidelissimus. Hartwigus Magdeburgensis episcopus obiit.

*** Commissum — principatum dimiserat. *hoc loco desunt* D. E. *neque in* C. *leguntur.*

A.[g] D. 1103.

Heinricus* imperator nativitatem Domini Mogontiae celebrans, filio suo Heinrico

* C. *ita:* Imperatore Heinrico nativitatem Domini Mogontiae celebrante ac necessaria quaeque

a) *deest* D1. b) tusciae C. c) em v. p. r. *e corr.* 1. d) P. 1. *saepius.* e) includi *add.* 11. *qui locum haud intellexit.* f) Aerbo Et. g) 5. *add.:* 47. 20.

regi rerum summam dimissurum seque sepulchrum Domini visitaturum, per Emehardum episcopum publice predicari fecit; indeque favorem maximum tam vulgi quam principum et clericorum regnique totius acquisivit, multosque e diversi[a] regni partibus ad eiusdem itineris comitatum se preparare voto ipso succendit.

Cuono, filius Ottonis[5] ducis, de magnis principibus unus, et cui nihil in omni rerum humanarum dignitate supra, natu scilicet, literarum etiam scientia, fortitudine atque divitiis satis prepollens, elegantia atque facundia bonis omnibus amabilis et affabilis, quorundam funestorum hominum conspiratione, noctu, dum iter ageret, invaditur et interimitur, ingentem relinquens nobilibus regni luctum simul et suspitionem, dum ab infimis in summos tanta scelera presumuntur. — Ante triennium quippe Heinricus Crassus, eiusdem Cuononis[b] germanus et natu senior, dum in Fresiae marcham, cui preerat, res acturus proficiscitur, a vulgaribus Fresonibus, quibus dominationis suae iugum grave fuit, obsequium spectans, insidiis vallatur; re quoque cognita fugiens ad mare, vulneratur a nautis, simul et suffocatur. Huius tanti viri, qui nimirum totius Saxoniae principatum secundus a rege gerebat, interitus ab universo regno Teutonico graviter ferebatur, isque, ut diximus, dolor nunc fratris eius Cuononis nece duplicatur.

Heinricus marchio*, vir sui temporis in Saxonia prepotentissimus, obiit.

super regni statu cum principibus tractante, subito rumor forte divulgatur, imperatorem Heinrico filio suo rerum summam dimissurum seque sepulchrum Domini visitando pro peccatis suis Christo satisfacturum. Unde et nonnulli cum maximo favore ad ipsius se preparavere comitatum. Cuono *etc.*

* m. de Iliburg C. D. E.

A.[c] D. 1104.

Heinricus imperator natalem Domini Ratisponae celebravit. Cumque ibidem aliquandiu moraretur, orto quodam prius murmure inter Baioariae principes, eo quod Saxones vel Franci familiarius illic et honorabilius quam indigenae ab imperatore tractarentur, Sigihardus comes, qui huiusmodi suspitionem maxime notabat, cepit imperatori paulatim invisus haberi, propter hoc autem maxime, quod ipse solus pre cunctis qui tunc aderant principibus, abundantiori militum copia adducta, ad resistendum se, si forte de curia quicquam secus cederet, videbatur communisse. — Diebus post haec aliquot exactis, cum iam securior factus idem comes suorum turmas defluere permisisset, excitatur in illum, conspirantibus tam urbanis Ratisponensibus quam diversarum partium ministerialis ordinis hominibus[6], seditio furibunda, quae nullo modo, vel ipso imperatoris filio interveniente, sedari potuit, donec ab hora diei tercia usque ad horam nonam in hospicio obsessus, tandemque fractis foribus, ipse, prius confessione facta, sumpto etiam dominici sacramenti viatico, capite truncatus occubuit. De* quo scelere supersedemus plura referre, presertim cum adhuc ultiones caeteraque mala sequentia versentur in oculis, et quem sint finem habitura, nequeamus scire. — His tamen exceptis, undique terra satis quievit, pace simul et fertilitate, necnon aeris qualitate corporumque sanitate[d] delectabiliter iocundata. Nonnulli etiam palmati de Hierosolima redeuntes, Acris, quae et Accaron, a nostris expugnatam, nunciant, alia quoque preter haec non pauca, quae multam nobis laeticiam ministrarent, fausta super Hierosolimitanae aecclesiae statu narrant.

Boto comes, cognomento Fortis, illius Aerbonis cuius superius[7] mentionem fecimus germanus, iam plenus dierum non longe a Ratispona defunctus est, et ad monasterium Tharisiense[8], quod ipse suis opibus atque prediis large ditaverat, delatus, ibique humatus. Hi duo fratres, Aerbo scilicet et Boto, paterno de sanguine Noricae gentis antiquissimam nobilitatem trahebant, illius nimirum famosi Aerbonis posteri, quem in venatu a visonta bestia confossum, vulgares adhuc cantilenae resonant, Hartwici palatini comitis

* De quo — civitate ipsa. *desunt* C.

a) *ita* 1. b) C. 1. E1. chuuradi D. c) 5. *add.*: 48. 21. d) sanitata *corr.* sanitate 1.

5) de Northeim, ducis Baioariae. 6) Cf. de hoc loco Stenzel I. p. 582. et constitutionem de iure advocatorum Mon. Legg. II. p. 62. 7) a. 1102. p. 221. 8) Theres prope Moenum.

filii, qui germanus fuit illius Sigihardi*, qui Sigihardum genuerat Ratisponae peremptum. Maternum vero illis erat stemma de Saxonia Immidingorum tribus egregia, quae et Ottonum inclytae stirpi traditur vicina. Nam eiusdem Immid his verbis Saxo-
8 num hystoria[8] meminit: *Erat*, inquit, *clara et nobilissima ac singularis prudentiae regina, Mahthildis scilicet, magni Ottonis mater, filia Theodorici, cuius fratres erant Witukind, Immid et Reginbern. Reginbern autem ipse erat, qui pugnavit contra Danos multo tempore Saxoniam vastantes, vicitque illos, liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum diem. Et hi erant stirpis magni ducis Witukindi, qui bellum potens gessit contra magnum Karolum per* 30 *ferme annos.* Quorum, ut diximus, clarissimorum principum semine nobilis Friderun, Aerbonis et Botonis mater, a Retingo, filio Botonis, filii Retingi de secundo Botone nati, procreatur; quae post mortem Hartwici statim viduitatis velamine consecratur, adhuc Aerbone parvulo, Botone inpregnata posthumo. Quorum utrumque literis et armis atque rebus satis profecisse cognovimus; attamen Botonem, sicuti corpore proceriorem et elegantiorem, ita rebus bellicis prestantiorem atque famosiorem, totius pene Germaniae atque Italiae testatur populus. Pannonia vero talem illum ac tantum se fatetur aliquando sensisse, ut is vere de gigantibus antiquis unus apud illos credatur fuisse. De quo plura referre copia subpeteret, si compendiosi huius operis propositum non vetaret.

Iohannes** Spirensis episcopus tactus ulcere quodam circa verenda, de quo etiam aliqua notabilia diffamabantur, longa deficiens infirmitate, humatur in civitate ipsa.***

Cuonradus adolescens, filius Beatricis marchisiae, postquam, spretis literarum studiis,
Matth. 26, 52. quibus apprime inbutus**** erat, armis operam dedit, iuxta Christi presagium, quia gladium accepit, gladio periit. Nec multo post etiam ipsa Beatrix obiit, et***** iuxta patrem suum Ottonem ducem castello Suinfurti sepulturam accepit.

Circa solstitium aestivale conmutato in tempestatem aere, decidisse fertur inter grandinum lapides in pago Wirciburgensi tantae magnitudinis glacies, quae in quatuor divisa, totidem hominibus importabilis videretur. In episcopio vero Spirensi sanguis ex panibus fluere visus, necnon et in lenticularum edulio prodigiose repertus, civile
9 immo intestinum bellum portendere, secundum antiquam hystoriae Romanae[9] similitudinem coniciebatur.

* Friderici[10] D. E. ** Iohannes — sua. *desunt* D1.

*** episcopus obiit, et in monasterio suo quod ipse construxerat apud Súnnesheim[11] sepultus est. E. — h. in monasterio Sunninsheim[a], quod ipse construxerat. 4—11.

**** eruditus C. ***** et iuxta — videretur. *et* vero *desunt* C.

A.[b] D. 1105.

Dum* imperator Heinricus natalem Domini Mogontiae celebrat, Heinricus, filius eius, nominis illius quintus rex dictus, rebellationem adversus patrem in Baioaria parat,

* C. *ita:* Heinricus rex adolescens magnanimitate tactus innata, cepit ex laboribus multis licet bene providi patris sui, simul etiam ex frequentibus corporis eius molestiis fortunae volubilitatem rerumque varietatem prospicere, precavensque ne forte inopinatus patris obitus se nondum amicis vel militibus plene instructum vel etiam bellicis in rebus specialiter glorificatum reperiens, aliquam sibi regnandi scrupulositatem pareret, non contentus palatio paterno, nec communi, licet per omnia augustissimo, convictu, in Baioariam se contulit, ibique principibus illis, quorum aliquos maternae stirpis propinquitas attraxerat, foederatus, per se ipsum

a) suoninsheim *corr.* suaninsheim 5. b) 5. *add. rubram:* Anni Heinrici quinti *et numeros marginales* 49. 22. 1.

8) Widukind. I, 31. 9) Cf. supra p. 87. l. 42—48. 10) Cum Ekkehardus hoc nomen libro secundis curis castigato scripserit, praeferendum est. Stemma eiusmodi est:



11) Sinzheim in magno ducatu Badensi.

machinantibus scilicet Diotpaldo marchione, Berngero comite, et Ottone quodam nobili viro sibique materna stirpe cognato, quorum consilio et adiutorio ante paucos dies a patris latere discesserat. Primo quippe heresim prescriptam anathematizans, apostolicae sedis pontifici debitam profitetur obedientiam, indeque foederatis sibi Noricis principibus, atque ab Alemannia necnon orientali Francia nonnullis nobilibus, ad Saxones convertitur. A quibus honorifice susceptus, et in Quitilingeburg pascha celebrans, in brevi universis Saxoniae civitatibus potitus, et optimatibus est dignitate regia satis honoratus. Consilio tamen atque ministerio Ruothardi Mogontini atque Gebehardi Constantiensis episcopi, responsalium* scilicet domni Paschalis papae, totam Saxoniam Romanae aecclesiae communioni** reconciliavit, episcopis vero atque clericis conventum generalem in villam regiam quae Northusun dicitur 4. Kal. Iunii, ubi super aecclesiasticae institutionis iam depravata disciplina tractaretur, indixit. In quo concilio super sententiis instantibus patrum decretis primo relectis, quaeque poterant ad presens laudabiliter corrigebantur, quaedam vero, quae et graviora videbantur, ad apostolicam audientiam differebantur. Symoniaca quippe heresis patrum consuetudine condempnata, Nycholaitarum quoque fornicaria commixtio ibidem est ab omnibus abdicata; ieiunium mensis Marcii prima[a] ebdomada quadragesimae, ieiunium vero mensis Iunii in ipsa ebdomada pentecostes Romano more celebrandum, a prescriptis presulibus apostolica auctoritate indicitur, et pax Dei confirmatur; his*** vero qui a pseudoepiscopis fuerant consecrati, per catholicam manus impositionem reconciliatio proximo ieiunio danda fore[b] promittitur. Vidimus inter haec, quod silentio preterire non possumus, regem Heinricum non modicam bonae indolis spem magna simul humilitate et auctoritate coram omnibus pretendentem. Nam cum servorum Dei conventui nonnisi vocatus interesse vellet — ingens enim ibi cum episcopis et clericis etiam abbatum atque monachorum aecclesiasticam sitiens unitatem turba confluxerat — tandem in abiecto productus habitu locoque stans editiori, omnibus iuxta principum decreta suas leges atque iura rationabiliter innovavit; si qua vero irrationabilia rogabantur, mira ac ultra suos annos prudenti responsione et avita magnanimitate confutavit, in omnibus his et sibimet miro modo servans adolescentiae verecundiam, et Christi sacerdotibus dignam exhibens reverentiam. Inter haec obortis lacrimis ipsum regem caeli cunctamque caeli militiam testabatur, se nulla regnandi cupiditate paternum sibi regimen usurpare, neque dominum et patrem suum a Romano deponi imperio exoptare, immo debitam pertinaciae et inoboedientiae eius semper compassionem exhibere; sique sancto Petro suisque successoribus lege christiana subici velit, sive regno cedere sive serviliter ipsi se subesse promisit. Quod auditum omnis multitudo collaudans, lacrimas simul et preces tam pro patris conversione quam pro filii prosperitate fundere cepit, voce magna kyrieleyson declamans. Eadem hora Uto Hildinesheimensis et Heinricus Padrebrunnensis ac Fridericus Halberstatensis presules, vestigiis metropolitani prostrati, ipsius atque regis astantis totiusque presentis aecclesiae testimonio, apostolicae se dedunt oboedientiae. Quorum etiam commissa apostolico nihilominus iudicio reservantur, sub officii sui tantum suspensione.

1105. Apr. 9. Mai. 29.

His rite[c] dispositis[12], rex idem pentecosten Merseburg celebrans, Heinricum Magdeburgensi[d] aecclesiae dudum designatum archiepiscopum, sed ab imperatoris fidelibus

Mai. 28.

iam rei publicae consulere ut rex et regis filius institit. Primo itaque per Gebehardum Constantiensem episcopum, tunc temporis responsalem Paschalis papae, Romanae sedi per debitae oboedientiae professionem unitur, indeque assumptis nonnullis Noricis necnon ab Alemannia vel orientali Francia quibusdam nobilibus, ad Saxones convertitur. A quibus honorifice susceptus et in Quitilingeburg pascha celebrans, in brevi universis Saxoniae civitatibus potitus, et ab optimatibus est dignitate regia satis honoratus. Sunt qui dicant, ipsum discidium industria ipsius imperatoris, cuius circumspectioni vix quisquam posset aequari, provisum, quatinus simulata discordia illam partem regni quae a patre deficiebat in filii traheret artificiose contubernium, scilicet ne locus ullus vel copia foret adversariis, sibi caput aliud facere veraciter inimicum. Nos tamen divina procul dubio dispensatione totum id gestum credimus, remque ipsam Deo annuente ex fructu bono comprobabimus. Nam literis domni Paschalis papae instructus atque consilio et ministerio Ruothardi *etc.*

* r. s. d. p. p. *desunt* C. D. E. ** *deest* D. E. *** his vero — promittitur. *desunt* C.

a) *ita* E. ebd. la. quadr. C. D. *vox quaedam hic erasa in* 1. prima *deest* 4. *rell.* b) *superscr.* 1. c) his ita rite D1. d) megdeburgensi *corr.* magdeburgensi 1.

12) Hic error esse videtur. Nam concilium d. 29. Mai celebratum fuisse dicit, pentecoste vero d. 28. incipit.

1105. repulsum, consecrari fecit; nec multó post expeditionem contra Mogontiam movit, expul-
Mai. Iuni. sum inibi pontificem restituturus, patre intra muros rem expectante cum non parva militum turba nonnullisque non tamen sibi sat fidis principibus. Sicut antem istis Rheni interfluentia naviumque subtractio urbis aditum denegabat, ita illis sacramentorum tam filio quam patri factorum consideratio parricidale bellum interdicebat. Plura tamen hinc et inde nuncia navigabant, multa et consilia communes regni proceres inter se trutinabant, patre regni divisionem et hereditariae successionis confirmationem pollicente, filio vero nil nisi apostolicae subiectionis et aecclesiasticae unitatis efficientiam expostulante.

Iul. Sic inacte[a] discedens, Wirziburg devenit,* Errolongum** quendam, quem dudum Emehardo defuncto presulem imperator designaverat, expellens, Ruotpertum, eiusdem aecclesiae prepositum, et*** tam prius quam tunc a clero et populo electum, per predictum archiepiscopum Ruothardum[b] inthronizavit; sicque aecclesia eadem apostolicae communioni reconciliata, ac securitate ab urbanis accepta, dimissis Saxonibus, ipse cum Baioariis ad obsidium
Aug. Septbr. castelli Nourinberc conversus, illudque post duos vel amplius menses prospere capiens, soluto exercitu, Ratisponae se contulit. Quem pater e vestigio subsequens, Errolongum Wirziburgensibus, fugato Ruotperto, restituit, indeque omnia quae fautorum erant filii devastans, tandem faventibus sibi dolis Ratisponensium, filium urbe fugavit. Qua residens, presulem eidem kathedrae quendam adolescentulum, nomine Oudelricum[c]. **** prefecit, exercitum undecumque congregavit, progressusque, marcam Diotpaldi per Boemicae gentis maxime crudelitatem devastavit. Nec plus una cum suo domino regii morantur milites, conventum usquequaque facere, caesarianis a tergo flammis predaque vicem reddere, postremo cum 10000 electae iuventutis in quinque legiones dispertitis congressum expetere. Iam castris in contrarium positis, spectaculo nimis horribili, per triduum continuum ex una ripa Regini fluminis imperatoris, ex altera regis volitabant signa; iam frequentia grassabantur in ipso fluminis alveo duella, inter quae et***** Hartwicus comes ex parte imperatoris occubuit,****** nec paucos ex utraque parte Martis sors anceps absumpsit. Attamen die quae generalem certissime congressionem precedebat, principes qui capita roburque utriusque videbantur exercitus, pacificis invicem concessis colloquiis, post morose ventilatam inter se belli presentis causam, tandem divino, ut creditur, edocti spiritu, parum iusticiae parumque emolumenti tam duro tamque periculoso inesse negocio, unanimi consideratione conferebant; indeque nimirum fratribus, id est populo utraque parte christiano, parcendum, immo parricidali pugna cessandum, pari voto iudicabant. Rex etiam adolescens, dum iam, ut diximus, per ordinatas omni parte acies Mars cruentus cepisset frendere, comnotis visceribus super patre suo lugubriter fertur inclamasse: *Grates*, inquit, *o boni commilitones, affectui circa me vestro summopere refero; unicuique vestrum par pari referre, si res exegerit, non abnuo; nemo tamen in hoc me sibi velit vel credat fore[d] foederatum, ut dominum et patrem meum per se glorietur occisum vel unquam estimet occidendum. Ego quidem christianis michi legibus subarratum regnum ut heres******* et successor augusti tenere, si tamen rerum omnium dominatori com-*

* C. *ita:* devenit, ibique extra civitatem castra posuit. Successerat eodem anno, defuncto Emehardo episcopo, vir singularis probitatis et eximiae prudentiae Babenbergensis aecclesiae canonicus Erlungus, qui a viro scolasticissimo Meginhardo, avunculo scilicet suo, eiusdem sedis dudum episcopo, diligentissime educatus et apprime liberalibus disciplinis instructus, ob famae suae bonum odorem de claustro Babenbergensi in palatium assumptus, cancellarii per aliquot annos strenue rexerat officium, indeque tam cleri quam populi consensu Wirciburgensem sortitus est episcopatum. Is virtutem boni operis perseverantiam esse considerans, maluit, quandoquidem necdum erat consecratus, loco cedere quam ab imperatore, cui catenus indefessa sinceritate servierat, vel minima infidelitate notari. Quo cedente, rex Ruotpertum *etc.*

** Erlungum, quem D. E. *** et tam — electum *desunt* C. D. E.

**** C. D. E. *ita:* O. n. (n. O. E.) prefecit. Gebehardus quippe, qui locum illic pastoris per annos 16 miserabiliter occupaverat, eodem anno a quodam, quem nimis intolerabiliter iniuriabat, proprio milite trucidatus, duplo plangendus, decesserat. Congregato itaque undecumque exercitu, cesar progressus, marcham *etc.*

***** et — occubuit *desunt* C. *qui pergit:* non paucos. ****** D. E. *addunt:* Sigihardus comes capitur.

******* C. *ita:* h. patrum meorum et s. augustorum, tenere, si t. r. o. d. c. iure gentium possidere

a) in nocte *e corr.* C. b) R. 1. c) ò. 1. d) *superscr.* 1.

placuerit, cupio; parricida vocari vel esse nolo. Quodsi pater meus apostolicae se subiecerit oboedientiae iugo, ego mox in his quae sua dumtaxat michi clementia concesserit, contentus ero; interim me non impugnatorem esse patris, sed paterni regni propugnatorem noveritis. Vesperascente itaque iam die, cessere loco regiae phalanges, imperatoriae maiestati se reverentiam exhibere clamantes. Imperator autem dum in castris de crastino certior conflictu disponit, nec pugnam nec pugnandi votum principibus esse, per Boemiae ducem marchionemque Liupaldum contra spem audivit. Qui mox animo consternatus, supplex illorum adiutorium petit, nec impetrat; instructus etiam secretis filii nunciis, suorum conspirationem adversus se factam, latenter e castris cum paucis admodum viris subtrahitur; sicque divina dispositione, uno salvo, multorum, qui fundendus credebatur, sanguis salvatur. Nam protinus ut imperatoris absentia totis undiqueversum castris innotuit, unusquisque propria repetere, maximę noctis opacae latibulo divertendi securitatem ministrante, contendit. At rex, dum disturbatis inimicis ad libitum frui posset, parcere quam persequi deliberans, civitatem ob dati prius foederis defectum austeriori nimirum pacto sibi confirmat, Hartwicum[a], virum utique probatum catholicum atque nobilem, abdicato Oudelrico[b] ibidem inthronizat, presules etiam quosdam ac principes paternae militiae intra murum repertos sibi conciliat, moxque Franciae redditus, eodem propinavit calice perfidis sibi Wirciburgensibus. Inter* haec predictus Errolongus[c], qui presulis inibi nomen usurpaverat, spe frustratus concepta, Ruotperto sede cedens, regi deditur, et ex hoc inter suos capellanos aeque fidelis estimatur. 1105. Sept.

Audiens interim rex patrem suum apud Wigpertum, quendam illustrissimum et prudentem virum, qui partibus in[d] illis quas Sorabi inhabitant principabatur, esse repertum, usque ad Rhenum illi ducatum — hoc enim per legatos ipse supplicabat — administrari permisit; ne tamen aliquo illius inibi infestaretur molimine, mature Wirciburg digressus, non longe a Spira prescriptum flumen non sine periculo transfretavit; moxque civitate ipsa patrisque ibidem reconditis thesauris potitus, virum sapientem et nobilem ac pro sanctae conversationis fama morumque dignitate omnibus sanum sapientibus amabilem, Gebehardum Herisaugiensem abbatem, prefecit Spirensibus episcopum. His etiam diebus venerabilis Ruothardus archiepiscopus a Thuringia, qua per annos octo tyrannicam declinaverat rabiem, presidio catholicorum principum deductus, maximo nobilis Mogontiae tripudio kathedrae suae restituitur, sicque tam populum quam clerum apostolicae reconcilians aecclesiae, ab universis non solum ut pater iam grandevus, sed etiam velut ex mortuis redivivus, omnimodis excolitur. Rebus igitur circa Rhenum compositis, Burgundiam rex Heinricus convertitur, sed revocatus fidelium suorum nunciis, machinamenta patris, quae Sigifridi comitis auxilio moliebatur, mira velocitate prevenit. Nam illum Mogontiam tendentem, atque colloquium curiale, quod ab universis regis principibus super presenti negocio condictum in natali dominico expectabatur, impedire temptantem, Bingae circa Idus Decembr. repperit, ore ad ôs de anathematis vinculo Oct. 31. Dec.

cupio, parricida vero v. v. e. n. Q. si p. m. apostolicae, quod nimirum in causa est, se s. o. i., ego — i. p. s. p. potius regni p. esse noveritis.“ Interea vesperascente iam die, redduntur castris phalanges regiae. Imperator vero dum quasi de crastino certior conflictu suos instruit, nec pugnam nec pugnandi votum vel fas ibi esse a principibus audivit. Instructus e. s. f. n. conspirationem a suis adversum se factam, e castris latenter cum paucis subtrahitur; s. d. d. u. s. m. q. e. f. s. s. Nam — repetere, prout nox concessit opaca, contendit. At r. d. d. adversariis ad l. — militiae sibi conciliat, m. F. r. e. p. c. p. sibi tunc Wirciburgensibus.

* C. *ita:* I. h. p. Erlungus, qui presulatum inibi ab imperatore susceperat, fortunae rotam, ut vir prudens et discretus, indignando considerans, regi Ruotpertum restituenti deditur, et ex hoc inter suos capellanos, utpote longe ante notissimus, magno et speciali honore tractatur. Post haec ad Spiram perveniens, Gebehardum Hirsaugiensem abbatem constituit ibi episcopum, Ruothardum quoque, per annos 8 kathedra sua pulsum, nobili Mogontiae restitnit, sicque tam populum quam clerum illum apostolicae communioni reconciliavit. Inde Burgundiam conversus, fidelium suorum nunciis revocatur, sicque Sigefridi comitis quedam fraudulenta preveniens machinamenta, quibus curiale illud colloquium, quod ab universis regni principibus super presenti negocio condictum erat, impedire cum imperatore conari dicebatur, patrem suum Bingae circa Idus Dec. repperit, ore ad os de his quae emendatione digna videbantur, ordine quidem prepostero sed necessarie commutato, filius patrem commonuit, oboedientiae debitum, si tamen ipse idem Deo non abnuerit, persolvere repromisit.

a) Hartwicum — inthronizat *in margine* 1. b) ð. 1. *quod* D *legerunt* 9c. 10. 11. c) E. 1. d) *superscr.* 1.

1105. Dechr. caeterorumque insolenter in rem publicam commissorum, ordine quidem prepostero sed necessarie commutato, filius patrem commonuit, oboedientiae debitum, si resipiscere dumtaxat dignetur, repromisit. Senior has et huiusmodi quam plures sententias ad audientiam optimatum et senatus consultum instanti curiae distulit, sicque comitatus uterque, pacificus ad invicem, pariter contra sepedictam se metropolim convertit. Inter haec aliqua, quae huic pacto pacique non convenirent, dum per occultos nuncios patrem conari, filio fideles denotarent, visum est eisdem, ut pater separatim cum suis in castello quodam tutissimo principum conventum expectaret, presertim* cum presules Mogontiuus atque Spirensis caeterique qui aderant, intra nuper reconciliatas suas aecclesias communicationem illi prestare se non posse, publice reclamarent. His ita dispositis, custodibus quoque, qui ne novi quicquam ab ipso vel ad ipsum procederet[a], adhibitis, rex Mogontiam publico conventui principum occurrit; sed vulgaris inde stulticia, patrem a filio dolo captum et custodiae mancipatum, circumquaque diffamavit.**

Hoc*** anno Baldnvinus rex Ascalonem a mari copiosissima classium multitudine, a terra vero non parvo cingens exercitu, tributariam sibi fieri longa obsidione coegit. Post aliquot vero[b] menses 50000 Sarracenorum improvise se invadentium virtus divina ante ipsum quatuor tantummodo milium manibus stravit, quodam scilicet ammirate, qui secundus a rege Babyloniae videbatur, capto, altero inter caeteram multitudinem occiso. Christi clementia peregrinis suis apud Antiochiam, Syriam, Palestinam totamque per Asyam prosperante, eorumque servitute barbaricas circumquaque spurcicias eliminante, invidus et occultus eatenus aecclesiae persecutor Alexius diu tectam suae perfidiae toxicatam rabiem evaginat, Thurcis, quibus iam nulla vel rara in oriente regnandi spes remanserat, se tutissime conciliat, et ô turpissimum facinus! Niceam, quam olim fidei nostrae turrim dudumque multo christianorum sanguine comparatam[c] prescripsimus, Solomani tyranni filiis reddidit, custodias[d] ad prohibendum transitum peregrinis terra marique constituit, Babylonicum regem contra nostros frequentibus nunciis animavit. Cuius[e] classes contra Antiochenos directas ipsi bello ceperunt, et in confusionem Alexii nasis atque pollicibus omnium abscisis, unam de scafis inde onerantes, huiusmodi pulmentum eidem regi, multorum milium homicidae, transmiserunt. Boimunt quoque, iam trienni captivitate per divinam solutus providentiam, Italiam navigio venit, ibique classes fabricari constituens, ipse usque ad Hispaniae regna peragrare cunctamque quam posset militiam quocumque pacto contra tyrannum prescriptum cepit congregare.

Fridericus dux obiit, vir prudentia, moribus et nobilitate satis clarus, sed clarissimo et singularis ac inclitae famae Adelheidae[f], filiae scilicet imperatoris, matrimonio et ex eadem mirae indolis prole decoratus.****

Pridie ante vigiliam nativitatis Christi visus est ab occidente tantus inter sidera ignis flammare, ut solis iubar crederetur, si in orientis esset parte.

* presertim — reclamarent. *desunt* C. ** C. E. *addunt:* Pridie — esset parte. *quae infra.*

*** Hoc anno — congregare. *desunt* C. *et hoc loco* D. E.

**** F. d. vir — decoratus obiit. C. D. E. — C. *addit:* Cuius ducatum Fridericus, filius eius maior natu, adhuc puer suscipiens, magno sibique condigno est apud avunculum suum regem honore et amore semper habitus. EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

A.[g] D. 1106.

Mediante[h] Heinrico iuniore, tautus apud Mogontiam factus est in natali dominico totius regni Teutonici conventus, quantus per multa annorum curricula nusquam est visus. Referunt enim qui aderant, 52 ibi tunc optimates vel eo amplius affuisse, adeo ut solus dux Saxoniae, Magnus nomine, quem iam gravior aetas impediebat, notaretur defuisse. Ibi supervenientes apostolicae sedis legati, episcopus scilicet Albanus cum Constantiensi, sententiam anathematis in Heinricum seniorem dictum imperatorem a tot sibi succedentibus apostolicis sepius sepiusque promulgatam scriptis simul et dictis testificantes, universam multitudinem, immo totam toto orbe diffusam aecclesiam ab eius communione, Christi et beati Petri auctoritate, multis iam annis sequestratum[i] confir-

a) *vocabulum quoddam* (precaverent?) *omisit Ekk.* b) *deest* H. c) redemptam D. H. d) Babylonicum — animavit, custodias — constituit D. H. e) cuius etiam classes numerosas navium rostratarum contra D. H. f) Agnetae C. *e corr.* g) 5. *add.:* 50. 23. 2. h) *Reliqua ex* 1. *Ita etiam in* 4—11. *exstant. Quae* C. D. E. *habent mox sequentur.* i) *ita* 1.

mabant. Qua de causa dum ipse se de castello quo manebat Mogontiam exhibere temptaret, principes propter cavendum tumultum vulgi, suae potius quam filii parti favere solentis, ipsi Ingilenheim occurrerunt; tandemque generali illum circumvenientes consilio, usque ad reatus confessionem satisfactionisque professionem perducunt. Cui cum legati communionem seu poenitentiae modum absque generalis synodi et apostolicae discussionis censura reddere ad presens non possent, ipse partis utriusque consiliis annuens, regalia vel imperialia insignia, crucem scilicet et lanceam, sceptrum, globum atque coronam filii potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans, et extunc iuxta summi sacerdotis totiusque aecclesiae decreta suae consulturum animae promisit. Hoc ordine Heinricus, illius nominis quintus, primum a patre, deinde ab universis Germaniae principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laicis iuxta morem patriae sacramentis, regnare cepit, 88° loco ab Augusto, 50° patris sui anno, ab Urbe condita 857°[a] anno, ab origine mundi 5058°[b], dominicae vero incarnationis, ut dictum est, 1106° anno. 1105. Decbr. 31. 1106. Ian.

Relatis igitur coram rege cunctisque totius Germaniae optimatibus et presulibus omnique clero simul et populo legationibus Romanae sedis, super aecclesiarum regni istius commaculatione diversa et inveterata, econtra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi quam primoribus, ad sanctam matrem Romanam aecclesiam tantos ac tales a partibus istis legatos transmitti, qui et de obiectis rite rationem reddere et de incertis sagaciter investigare ac per omnia utilitatibus aecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiae pleni, dignitatibus, natalibus et elegantia seu divitiis precipui, nullaque secundum Deum sive seculum veneratione indigni, a Lothoringia Bruno Trevirensis, a Saxonia Heinricus Magdaburgensis, a Francia Otto Babenbergensis, a Baioaria Eberhardus Eihstatensis, ab Alemannia Gebehardus Constantiensis, a Burgundia Curiensis, nonnulli etiam nobiles de latere regis laicae professionis; idque inter caetera suscipiunt in mandatis, ut, si fieri possit, domni apostolici presentiam Cisalpinis partibus impetrent exhiberi[c].

a) *lege* 1857. b) *ita* 5. 10. LVIII 4. *numeri in* 1. *partim abscisi sunt;* VIII *tamen legi videtur.* VI. CCC. V. 1b. 6. 9c. 11. *Ex Ekkehardi computatione (v. a.* 1039.) *a.* 5067. *scribendus erat.* c) *manu saeculi XV. in fine codicis* 1. *habetur:* Anno domini M°CCCC° LVII° laodißlaus rex obiit bohemie.

PARS ALTERA

ANNI 1106—1125.

Aureis[a] tuis, o rex in aeternum victure, temporibus ego tantillus homuncio Ekkihardus[b] post annosas miserias redditus, ac post deflorata diversorum chronographiorum opuscula, ab ipso temporum exordio temporum decursus ferentem carinam per multimodas Charibdis[c] atque Scillae comminationes tandem gloriosi tui imperii iam portui delatam speculando, ultra omnem humanae estimationis modum letificatus, non inconvenienter, ut arbitror, stilo libertatis premium, quod oppido iam lassus exoptat, denego; immo ipsum tuis amodo preconiis pro viribus ac ultra vires inserviturum, quamdiu his regitur artubus, devotissime subiugo. Quidni? Te quippe multis iam in tristicia sedentis, domine gentium, ploratibus a patre spirituum tandem et vix impetratum caput, non

a) *Haec praefatio ex* D. E. b) E. *codd.* E1. 2. c) caribdis D1.

immerito quodque catholicum et orthodoxum eiusdem aecclesiae membrum quocumque prevalet favore prosequitur, tibi Romanus a pulvere iam expergiscens orbis a mari usque ad mare, immo totus a solis ortu usque ad occasum mundus, inenarrabili tripudio congratulatur. In te suscitatum David germen iustum universa sanum sapientia corda speculantur; sed precipue Deo servientium personae undique prorumpentes e latibulis, lumen te sibimet in tenebris exortum, divina quedam de te presagia conferentes, tempus iam venisse miserendi sui testantur, de tua indole quid iustum audire vel sanctum, sanctae quevis animae sui erga Christum regem servitii fructum esse confidenter arbitrantur. Beata erit, et ultra ipsas avitae maternaeque stirpis magnificentias gloriosior producetur aetas tua, si mansionem in augustissimo tuo pectore fecerit Spiritus, quem die noctuque universa Deo placentium tibi exoptant et imprecantur vota.

EXPLICIT[a] PROLOGUS.

Codd. D. E. 4—11.

[INCIPIT[b] LIBER QUINTUS.]

Cod. C.

INCIPIT LIBER TERCIUS.

Anno dominicae incarnationis **1106**.

1105. Dec. 25. Mediante[c] Heinrico iuniore tantus apud Mogontiam factus est in natali dominico tocius regni Teutonici[d] conventus, quantus per multa annorum curricula nusquam est visus. Referunt enim qui aderant, 52 optimates ibi tunc vel eo amplius affuisse[e], adeo ut solus dux Saxoniae, Magnus nomine, quem iam gravior aetas impediebat, notaretur defuisse. Ibi supervenientes apostolicae sedis legati, episcopus scilicet Albanus cum Constantiensi, sententiam anathematis in Heinricum seniorem dictum imperatorem a tot sibi succedentibus apostolicis sepius sepiusque promulgatam scriptis simul et dictis testificantes, universam multitudinem, immo totam toto orbe diffusam aecclesiam ab eius communione, Christi et beati Petri auctoritate, multis iam annis sequestratam confirmabant. Qua de causa dum ipse se Mogontiam de castello quo manebat exhibere temptaret, principes propter cavendum tumultum vulgi, suae potius quam filii parti favere solentis, ipsi Ingilenheim[f] occurrunt; tandemque generali illum circumvenientes consilio, usque ad reatus confessionem satisfactionisque professionem perducunt. Cui cum legati communionem seu penitentiae modum absque generalis synodi et apostolicae discussionis censura reddere ad presens non possent, ipse partis utriusque consiliis annuens, regalia vel imperialia insignia, crucem scilicet et lanceam, sceptrum, globum atque coronam, filii potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans, et extunc iuxta summi sacerdotis tociusque aecclesiae decreta suae consulturum animae promisit.

Hoc ordine Heinricus illius nominis quin-

Mediante Heinrico iuniore tantus apud Mogontiam factus est in natali dominico totius regni Teutonici conventus, quantus per multa annorum curricula nusquam est visus. Referunt enim qui aderant, 52 optimates ibi tunc vel eo amplius affuisse, adeo ut solus dux Saxoniae, Magnus nomine, quem iam gravior aetas impediebat, notaretur defuisse. Ibi supervenientes apostolicae sedis legati, episcopus scilicet Albanus cum Constantiensi, sententiam apostolici pastoris, quae domnum imperatorem de multis transgressionibus incusabat, scriptis simul et dictis in medium proferebant. Qua de causa dum ipse se Mogontiam de castello quo manebat exhibere temptaret, principes propter cavendum tumultum vulgi, suae potius parti quam filii favere solentis, ipsi Ingilenheim occurrunt, tandemque generali illum circumvenientes consilio, usque ad satisfactionis professionem perducunt. Cui cum legati absolutionem seu poenitentiae modum absque generalis synodi discussione et apostolicae sedis censura se reddere non posse perhiberent, ipse partis utriusque consiliis annuens, regalia vel imperialia insignia, crucem scilicet et lanceam, sceptrum, globum atque coronam, filii potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans, et extunc iuxta summi sacerdotis totiusque aecclesiae decreta suae consulturum animae promisit.

Hoc ordine Heinricus illius nominis quin-

a) E. p. *desunt* D1. b) *ita* E1. c) *Codd.* 4—11. *usque* impetrent exhiberi *cum* 1. *supra edito conveniunt.* d) theutonici D1. 10. 11. theotonici 9c. *et ita saepius.* e) fuisse D1. f) ingilrheim E2.

tus, primum a patre, deinde ab[a] universis Germaniae principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laicis iuxta morem patriae sacramentis, regnare cepit 82° loco ab Augusto, 50° regni patris sui anno, ab Urbe condita 1858° anno, ab origine mundi 5058°, dominicae vero incarnationis, ut dictum est, 1106° anno.

Relatis igitur coram rege cunctisque tocius Germaniae optimatibus et presulibus omnique clero simul et populo legationibus Romanae sedis super aecclesiarum regni istius commaculatione diversa et inveterata, et econtra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi quam primoribus, ad sanctam matrem Romanam aecclesiam tantos ac tales a partibus istis legatos transmitti, qui et de obiectis rite rationem reddere et de incertis sagaciter investigare ac per omnia utilitatibus aecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiae pleni, dignitatibus, natalibus et elegantia seu divitiis preclari nullaque secundum Deum sive seculum veneratione indigni, a Lotharingia[b] Bruno Trevirensis[c], a Saxonia Heinricus Magdeburgensis[d] archiepiscopi, ab orientali Francia Otto Babenbergensis, a Baioaria Eberhardus Eistatensis, uterque designatus pontifex, ab Alemannia Gebehardus Constantiensis, aliique nonnulli presules, plerique etiam nobiles de latere regis laicae professionis; idque precipuum inter caetera suscipiunt mandati, ut, si fieri possit, per illos impetrata domni apostolici Cisalpinis partibus exhibeatur presentia.

Sic nimirum, sic per tot iam annos obnubilata lux oriri coepit nostris in partibus[e] orthodoxa; depublicatur et ventilatur, diiudicatur[f] et convincitur, foetet et respuitur, condempnatur et anathematizatur heresis Wigbertina vel Heinriciana[g]; abdicatis sive fugatis hereticis[h], catholici kathedris pontificalibus destinantur, e quibus etiam aliqui inter ipsa festa consecrantur. Denique in tantum divinae legis subito zelus efferbuit, ut etiam ipsa cadavera pseudoepiscoporum ab aecclesiis eliminarentur, quotquot autem ab ipsis erant ordinati, usque ad generalem audientiam ab officiis suspenderentur. Iam enim exaltatis sibi divinitus aecclesia Romana cornibus, ad incutiendum timorem cunctis[i] usquequaque scismatum membris, etiam capitis ipsius ossa, Wigberti[k] scilicet dicti papae, de sepulchro suo, quod per sex[l]

tus, primum a patre, deinde ab universis Germaniae principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laicis iuxta morem patriae sacramentis, regnare cepit 88° loco ab Augusto, 50° regni patris sui anno, ab Urbe condita 1857°, ab origine mundi 5058°, dominicae vero incarnationis, ut dictum est, 1106° anno. Iau.

Relatis igitur coram rege cunctisque totius Germaniae optimatibus et presulibus omnique clero simul et populo legationibus Romanae sedis super aecclesiarum regni istius commaculatione diversa et inveterata, et econtra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi quam primoribus, ad sanctam matrem Romanam aecclesiam tantos ac tales a partibus istis legatos transmitti, qui et de obiectis rite rationem reddere et de incertis sagaciter investigare ac per omnia utilitatibus aecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiae pleni, dignitatibus, natalibus et elegantia seu divitiis preclari, nullaque secundum Deum sive seculum veneratione indigni, a Lotharingia Bruno Trevirensis, a Saxonia Heinricus Magadeburgensis archiepiscopi, ab orientali Francia Otto Babenbergensis, a Baioaria Eberhardus Eistatensis, uterque designatus pontifex, ab Alemannia Gebehardus Constantiensis, aliique nonnulli presules, plerique etiam nobiles de latere regis laicae professionis; idque precipuum inter caetera suscipiunt mandata, ut, si fieri posset, per illos impetrata domni apostolici Cisalpinis partibus exhibeatur presentia.

Sic nimirum, sic per viscera misericordiae Dei nostri, tanto nobis oriente lucifero, per tot iam annos nubilata lux splendescere coepit aecclesiastica, et ut breviter plurima concludam, capessente rem publicam ac Romanam defensante kathedram Heinrico, speciali totius orbis flori, universa circumquaque eliminantur ad purum scismatum scandala, scissaque Christi resarcitur tunica, electis bonis in aecclesiae vasa mali proiciuntur pisces de Petri sagena.

a) ab universis ger. *desunt* E2. (*in* E1. *linea plus quam dimidia erasa, facile negligi potuerunt.*) b) lutharingia E2. c) trevirensis *corr.* treverensis E2. d) magadeb. E1. e) i. p. n. 7. 9c. f) deiudicatur 10. 11. g) neinriciana 4. h) heresis 5. 6. 10. heresibus 11. *e corr.* 7. i) *deest* 4. k) wicberti 4. wigperti 7. *saepius.* l) V. 10. 11.

iam annos in aecclesia Ravennensi possederat, proici fecerat, universaque[a] eius instituta, ut vere non[b] apostolici sacerdotis, sed ut[c] apostatici invasoris, annullari decreverat.

Inter haec Werinherus[d], quidam ex ordine ministerialium regis, qui marchiae[e] quae in partibus [est[f]] Aquinae preerat, quasi heresim eandem resuscitaturus, collectis undecumque per Italiam copiis, corruptis quoque multa pecunia Romanis[g] nonnullis, dum domnus apostolicus Beneventanis immoratur finibus, quendam pseudoabbatem de Farfara, proh nefas! kathedrae sancti Petri imposuit, et ipsum papam caesaris sub vocabulo Silvestri appellari voluit. Qui tamen post paululum turpiter, ut merebatur, a[h] catholicis eliminatus[i], vesaniae suae premium male conquisiti peiusque dispersi aeris[k] retulit dampnum, preter fidei, quod miser caeco non doluit corde, dispendium.

Febr. Porro proceres[l] iam dicti dum e suis singuli partibus in valle[m] Tridentina convenientes, apud eiusdem nominis civitatem, id est[n] Tridentum, pernoctarent, quidam Adelbertus adolescens, partium tamen[o] illarum quodam insignis comitatu, summo mane super ipsos, utpote inermes et peregrinos, cum[p] civibus armatis[q] irruit, spoliat, capit, custodiae tradit[r], idque sibi per legationes domini sui, Heinrici[s] [scilicet[t]] eximperatoris[u], demandatum comprobat. Artibus quippe *) clanculis iam et q. e. ac n. E. solitis idem Heinricus usus, clam[v.*] querelosis epistolis et[w] nunciis quascumque poterat[x] regni civitates et provincias impleverat, quibus se vim a principibus passum, immo ab unico filio depulsum imperio deplorabat, regnum[y] in suis miseriis confusum[z], cunctis usquequaque patribus* eiusdem fortunae[a] timendum fore premonebat exemplum. Qua de causa nullus iam per Italiam liber transitus eisdem patuit[a*] legatis. Gebehardus[b] tantum[c] Constantiensis episcopus cum suis per occultiores Alpium semitas ingressus, Mahthildis[d] comitissae, alterius[e] nimirum Debborae[13], presidiis, apostolicis presentatur vestigiis. Reliqui, ut diximus, magnates, ut nimirum a stultissimo captivatore deprehensi, tractantur indigne, preter Ottonem Babenbergensem episcopum, cui idem Adelbertus, eo quod suus esset miles, parcere cogebatur[f]. Quo etiam mediante, Bruno Treverensis episcopus et Wigbertus[g] comes eo pacto dimittuntur, quatinus eximperatorem[h] cum illo pacem facturi

Porro proceres iam dicti dum e suis singuli partibus in valle Tridentina convenientes, apud eiusdem nominis civitatem, id est Tridentum, pernoctarent, quidam Adelbertus adolescens, partium tamen illarum quodam insignis comitatu, summo mane super ipsos, utpote inermes et peregrinos, cum civibus armatis irruit, spoliat, capit, custodiae tradit, idque sibi per legationes domini sui imperatoris demandatum comprobat. At Iesus, qui semper prope est se invocantibus et his iuxta qui tribulato sunt corde, repente super eosdem stultissimos tantorum magnatum captivatores Welfonem ducem Noricum quasi gladium limatum de vagina sua eduxit; qui tercia superveniens die manu valida, clusas obstructas effregit, Gebehardum, virum per omnia laudabilem, constitutum a rege nostro Heinrico Tridentinae aecclesiae presulem, quem nunquam se suscepturos cives illi conspiraverant, recipi coegit, ipsum quoque Adelbertum suique sceleris complices adeo perterruit, ut eductos quos clauserant principes ipsumque castellum novo episcopo redderent, ipsi insuper nudipedes ab his quos afflixerant veniam postularent. Tunc etiam a prima ebdomada quadragesimae, qua et mediante haec passi sumus, cometem immensi fulgoris per duas septimanas conspeximus. Revertentes quoque, tam pauperes quam divites, non sine proprio singuli dampno, regem nostrum Heinricum quiddam infortunii perpessum a rebellantibus sibi nonnullis per Alsaciam seditiosis, fama sinistra percepi-

a) f. eiusque 7. b) iam non 5. c) *deest* 10. 11. d) werenherus 6. 9c. wernherus 4. 5. 7. 10. 11. e) marchie 9c. f) *ita* E. *deest rell.* g) n. r. E. h) *deest* 10. 11. i) elimanatus 10. k) critis 4. l) iam p. d. 4. m) trid. in v. 4. n) id est i. tridentium 4. o) *in* 10. *erasum est, deest* 11. p) et 6. 9c. q) i. a. 4. r) tradidit 7. s) II. *codd. saepius*, N. *nonnunquam* 6. t) *ita* E. u) imperatoris 4. ex *erasum* E2. v) nam 6. 7. 9c. w) *deest* 10. 11. x) *deest* 7. 9c. y) in suis r. 4. z) et fusum 6. effusum 9c. *) partibus 6. a) *deest* 4. a*) l. p. 7. b) gobehardus 9c. c) tamen 4. d) mathildis D1. 4. mathilde E. machthildis 5. mechtildis 6. mechtildis 7. methildis 9c. e) alteri E1. 2. f) videbatur 7. g) wibertus D1. wicpertus 4. 7. wigpertus 9c. h) eximperatorem *deleta syllaba* ex 4. imperatorem E2. et imperatorem 10. 11.

13) cf. Vita S. Hugonis Gratianopol. Acta SS. April. I. p. 39: *Sed et comitissa Mathildis, habitus quidem feminei sed animi per cuncta virilis, quae rerum humanarum tumultus atque pericula instar prophetissae Deborae prudenter sedare et fortiter norerat tolerare.*

conveniant, et quid[a] de reliquis ipse precipiat relaturi redeant. At Iesus, qui semper prope est[a*] se invocantibus et his iuxta[b] qui tribulato sunt corde, repente super eosdem sibi rebelles Welefonem[c] ducem Noricum quasi gladium de vagina sua eduxit; qui tercia superveniens die[d] manu valida, clusas[e] obstructas effregit. Gebehardum, virum probatum, Tridentinae aecclesiae constitutum a rege catholico novum episcopum, quem nunquam se suscepturos cives ipsi conspiraverant, recipi coegit, ipsum quoque Adelbertum suique sceleris complices adeo perterruit, ut eductos quos clauserant principes ipsumque castellum novo episcopo redderent, ipsi insuper nudipedes ab his quos afflixerant veniam postularent. Tunc etiam a prima ebdomada quadragesimae, qua et mediante haec passi sumus, cometam immensi fulgoris[f] usque ad passionem Domini conspeximus. Revertentes[g] quoque, tam pauperes quam divites, non sine proprio singuli dampno, regem nostrum Heinricum quiddam infortunii[h] perpessum a rebellantibus sibi nonnullis per Alsatiam seditiosis[i], fama sinistra[k] percepimus, patrem vero regis non modica sibimet auxilia contra filium attraxisse, hoc est episcopum Leodiensem, Heinricum ducem Lothariensium[l], Coloniam, Iuliacum, Bunnam, quae et Verona, caeteraque partis illius oppida; haecque nonnichil titubationis religioni minabantur catholicae.

Febr. Mart.

Caeterum[m] rex Heinricus divina roboratus confidentia, nec minus magnanimitate animatus innata, dum quasi partes inimicas humiliaturus, Leodium, paschalem inibi curiam habiturus[n], convertitur[o], post festum palmarum Coloniae cedentibus hostibus satis iocunde celebratum[p], moto comitatu, rursum fortunae sinistrorsum sibi rotam volvere sentit, dum nimirum[q] [res[r]] inconsultius[s] agitur. Nam cognita patris machinatione, qui utique se, ut vir bellator ab adolescentia sua[t], satis argumentose per conductas ad civitatem, qua curiam indictam prescripsimus, copias resistere parabat, ipse iuvenili nichilominus animositate succensus, illo, parva licet manu cinctus, ut coeperat ire, contendit. Qua de re premissis 300 viris, qui pontem super Masam[u] fluvium loco qui Wegesaz[v.14] dicitur constructum observarent — nam omnes eiusdem fluminis transitus iam hostes interruperant —, dum rex in palatio Aquisgrani coenam Domini celebrat, dux[w] Heinricus cum exercitu caesariano regios ad pontem invadit milites, naviterque resistentes arte quadam equitandi, qua gens illa plus caeteris[x] utitur, in latiora[y] deductos, multitudine legionum cingit, opprimit, sternit[z] atque capit; nonnullos etiam cedentes

Caeterum rex Heinricus divina roboratus confidentia, dum quasi partes inimicas humiliaturus Leodium, habiturus inibi paschalem curiam, convertitur, post festum palmarum Coloniae cedentibus hostibus satis iocunde celebratum, moto comitatu, rursum fortunae rotam sinistrorsum sibi volvi persentit, dum nimirum inconsultius res agitur, dum ipse iuvenili succensus animositate, parva licet manu, curiam condictam hostibus invitis adire conatur. Premissis itaque trecentis viris, qui pontem super Mosam fluvium loco qui dicitur Wegesaz constructum observarent — nam omnes eiusdem fluminis transitus hostes interruperant —, dum rex in palatio Aquisgrani cenam Domini celebrat, dux Heinricus cum exercitu regios ad pontem invadit milites, naviterque resistentes arte quadam equitandi, qua gens illa plus caeteris utitur, in latiora deductos ampliori multitudine cingit, opprimit, sternit atque capit; nonnullos etiam cadentes fluvius voravit. Videres fortissimos Machabeos in bello catholicae pacis, post stragem plurimam apostaticae genti illatam, fide magna et laeticia suas animas Christo pro se passo commendantes, ac huiusmodi pro transitu priorum delictorum veniam in eadem indul-

Mart. 18.

Mart. 22.

a) quod 6. 7. 9c. a*) se omnibus i. 6. 7. 9c. 10. 11. omnibus i. 5. b) *deest* 4. c) welfonem 4—11. d) de 9c. e) clausas 10. 11. f) *bis scriptum* E1. 2. immenso fulgore 5. g) convertentes 9c. conneuentes *corr.* connitientes 7. h) fortunii 10. i) seditionis 4. 5. 7. 10. 11. k) famam sinistram 7. l) lotharingiensem 7. lothoriensem 9c. m) Sed 4. n) habitaturus 4. 10. o) convertimur E2. p) celebraturum 4. 5. 6. 7. 9c. 10. q) *deest* 6. 7. 9c. r) *ita* E. (*et* C.) s) inconsultus 6. 9c. t) *deest* 6. 7. 9c. 10. 11. u) misam 9c. v) nuegezaz 6. 7. 9c. wegesaza 4. w) dux H. 4. 6. 9c. 10. 11. x) c. p. 4. y) altiora 10. 11. z) st. o. 6. 7. 9c. *) O. *cod.*

14) Viset sive Weset.

Mart. fluvius voravit. Videres fortissimos Machabeos in bello[a] catholicae pacis, post stragem plurimam apostaticae genti illatam, fide magna et laeticia suas animas Christo pro se passo commendantes ac huiusmodi pro transitu priorum delictorum veniam in eadem indulgentiae die se consecutos invicem consolantes. His fortunae fallaciis, immo summi dispositione iudicis, mens hereticorum tumescere, nec tamen orthodoxorum[b] spes decrescere coepit. Rex enim[c] inter ipsa paschalia festa, quae tunc pro eventu rei[d] Bunnae[e] celebrabat[f], Heinricum ducem, iudicio optimatum reum maiestatis et hostem rei[g] publicae, ducatu privat, ac generalem expeditionem contra Lotharingiam, accepto a principibus sacramento, per totum regnum indicit et preparat. Quo dehinc superioribus se partibus[h] conferente, pater se Coloniensibus reddit, et[i] episcopo pulso[k], civitatem ipsam vallis et propugnaculis omnique repugnandi[l] genere permagnifice munivit; ipseque cum fidelissimis suis Leodio se contulit.

Mart. 25.

*) m. deinde Leodium se c. E. Iun.

Igitur mense Iunio[15] iam fere mediante, rex Heinricus cum exercitu[m] copioso, id est 20 milibus, Coloniam Agrippinam obsedit; sed cum esset, ut dictum est, multum per

Iul.

omnem modum munita[n], 3 aut 4 inibi[o] ebdomadas casso pene labore consumpsit, excepto quod, ut fieri solet, iuventus, utpote morae[p] impatiens, nonnunquam pro muris concurrens, ludo crudeli fugat alterutrum[q] vel sternit. Ibi etiam Dietericus[r] comes, regi fidelissimus, infirmitate pressus, communi fine migravit, vir utique nobilissima Saxonum stirpe progenitus, et tam omnigenae religioni quam catholicae defensioni non mediocriter deditus, litteris etiam aliquantum instructus.

Interea regi Heinrico patris legati de Leodio missi presentantur, litteras tam sibi quam principibus regni deferentes, quarum exemplar hic inseri[s] non absurdum duximus, ob comprobandam[t] scilicet eiusdem viri multimodam tergiversationem, qua se toto vitae suae tempore cunctis sibi resistentibus ficta subiectione eatenus fecisset superiorem:

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, caeterisque regni principibus gratiam et dilectionem, dignantibus eam recipere. Conquerimur Deo omnipotenti, et dominae sanctae Mariae, et beato Petro principi apostolorum patrono nostro, et vobis principibus omnibus, quod iniuste et inhumane et crudeliter, confisi in illa fide de[u] qua dubitare non debueramus, tractati sumus, et tam honore regni quam prediis et omnibus quae habebamus contra divinum et humanum ius ad infamiam et improperium regni ita exspoliati sumus, ut nichil[v] penitus preter solam vitam nobis relictum sit. Ubi cum ferme omnes essetis, magna pars vestri visa est dolere et tristari; sed proh dolor! nichil nobis vestra contulit tristicia, quin de nobis sibi satisfaceret voluntas inimicorum nostrorum odiosa. Et quia, cum consilio et rogatu filii nostri, fide et

Mense dehinc Iunio fere mediante cum viginti milibus pugnatorum Coloniam Agrippinam obsedit; sed cum esset iam vallis et propugnaculis ac militibus copiosis omnique repugnandi genere permagnifice munita, tres aut quatuor ebdomadas ibidem casso pene labore consumpsit, excepto quod, ut fieri solet, iuventus, utpote morae impatiens, nonnunquam pro muris concurrens, ludo crudeli fugat alterutrum vel sternit. Ibi etiam Dietericus comes, regi fidelissimus, infirmitate pressus, communi fine migravit, vir utique nobilissima Saxonum stirpe progenitus, et tam omnigenae religioni quam catholicae defensioni non mediocriter deditus, literis etiam non minime instructus.

a) bellico E2. b) orthodorum D1. c) autem 10. 11. d) regi 4. 10. e) bunno 10. 11. f) celebrat 9c. g) regi 10. h) p. se 7. 9c. i) ut 4. k) depulso 6. l) g. r. 4. m) e. suo c. 4. 10. 11. n) *deest* 4. 5. 6. 10. 11. o) e. i. 4. p) *deest* 4. q) alterum 5. *corr.* alterutrum 7. r) dietricus 4. 9c. tietdericus 7. s) inferri 4. t) probandam 10. 11. u) in 10. 11. v) nil 4. *saepius.*

15) Ann. Hildesh. h. a.: *post festivitatem Petri et Pauli* (d. 29. Iunii).

securitate vitae et honoris nostri[a] *ab eo primum accepta, fiducialiter et desiderauter Mogontiam in presentiam legati Romani et principum tenderemus, ut eorum dispositione ageremus tam de statu aecclesiae et honore regni, quam de salute animae nostrae, ipse non est veritus in hac voluntate et obedientia nos contra datam fidem capere et usque ad articulum mortis ferme ducere*[b]*: non ausi sumus ita nos illi credere, ut iniuriis et contumeliis nos pro voluntate sua, sicut prius, valeat tractare. Quapropter multum rogamus vos et obnixe precamur, ut pro timore Dei et honore regni et honestate vestra dignemini studere, quomodo de iniuria in manibus vestris nobis illata per vos possimus recuperare iusticiam. Nos quoque pro consilio vestro et aliorum qui nos odio non habent religiosorumque*[c] *virorum parati sumus, tam filio nostro, si in aliquo eum offendimus, quam alicui in regno libenter emendare. Preterea, sicut domno papae in presentia legati sui et vestra obedire parati fuimus, ita et nunc parati sumus, ei omnem debitam reverentiam et obedientiam sincero corde et devotione presentialiter exhibere, et tam consilio vestro quam spiritalis patris*[d] *nostri Hugonis Cluniacensis*[e] *abbatis aliorumque*[f] *religiosorum virorum, de statu aecclesiae et honore regni, quantum in nobis est, disponere. Cum igitur ad haec omnia parati simus*[g]*, rogamus vos*[h] *et*[i] *obnixe precamur, quatinus pro Deo et honore regni et vestro instanter moneatis filium nostrum, cum secundum prefatam sententiam nulla ei*[k] *adversum nos residua sit occasio, quomodo desistat nos et fideles nostros persequi, et quiete et pacifice vivere permittat, ut supradicta integre cum tranquillitate perficiantur. Quod si noluerit, rogamus vos per auctoritatem Romanae aecclesiae, cui nos committimus, et honorem*[m] *regni, ne super nos et super fideles nostros veniatis; quia manifestum est, eum non*[n] *divinae legis zelo vel Romanae aecclesiae dilectione, sed concupiscentia regni, patre iniuste eo privato, hoc incepisse. Apud quem si interpellatio vestra nullaque alia interventio ad presens prodesse poterit, appellamus Romanum pontificem et sanctam universalem Romanam sedem et aecclesiam.*

Iul.

Post lectas coram multitudine tam has quam alias litteras, parum verbis, nichil autem sensu vel intentione prioribus dissonantes, filii tamen personae specialiter directas[16], rex Heinricus ex optimatum consilio legationem vicariam patri destinavit, quam tamen prius publice predicari per Magdeburgensem[o] archiepiscopum[p] Heinricum fecit, hocque facto suorum animos secum valde roboravit. Erat autem huiusmodi:

Post inveteratam, id est per annos circiter 40, discissionem imperii Romani, quae[q] *tam divinas quam humanas iam pene leges abolevit*[r]*, et exceptis mortibus omnimodis, sacrilegiis, periuriis, rapinis et incendiis, ipsum regnum nostrum non tantum*[s] *in solitudinem sed etiam*[t] *ad apostasiam catholicae fidei sive in ipsum paganismum propemodum redegit, respiciente tandem suam aecclesiam divina clementia, nos eiusdem Christi sponsae filii per Spiritum sanctum in unitatem fidei equanimes resipuimus*[u]*, ipsumque*[v] *incorrigibile scismatum illorum caput, Heinricum*[w] *scilicet dictum imperatorem nostrum, zelo Dei et apostolicae fidei obedientia abdicavimus, catholicum nobis, licet ipsius de semine natum, regem elegimus*[x]*. Cuius regni principium sui finem esse conspiciens, etiam ipse tamquam voluntarius, sed, ut iam eius fatentur litterae, nimis invitus, collaudavit, regalia reddidit, filii*[y] *curam cum regno nostrae fidei lacrimando commisit, de reliquo nullam*[z] *se regni pompam, sed animae potius*[*] *suae medelam ulterius affectaturum*[a] *spopondit. At nunc ecce pristinis se reddens tergiversationibus, preiudicium se passum per orbem terrarum conqueritur; Gallorum, Anglorum*[b]*,*

a) *deest* 10. 11. b) deducere E2. c) religiorumque E1. 2. religiosorum 4—11. d) n. p. D1. e) cluniacensis 10. 11. f) aliorum 10. ac aliorum 11. g) sumus 7. 9c. h) *deest* 7. i) et o. p. *desunt* 4. k) nulla a. n. r. ei sit 4. l) supra 4. m) honore E1. 2. n) cum 10. o) magadeh. E2. p) episcopum 4? 7. q) qui D1. r) obolevit 10. s) tamen 4. t) *deest* 7. u) respuimus 4. 5. 7. 9c. 10. v) ipsum 10. 11. w) N. 4. *saepius.* x) eligimus 7. 9c. y) *deest* 6. 7. 9c. z) se nullam E1. 2. *) s. p. 4. a) *deest* 6. 7 (*qui in marg. addit* procuraturum), 9c. b) d. a. 4.

16) V. ex cod. Udalr. n. 214. ap. Eccardum II. p. 220. et apud Urstisium I. p. 398, ubi etiam prior legitur.

Jul. *Danorum ceterarumque*[a] *finitimarum gentium gladios cordibus nostris infigere meditatur, super illatis etiam iniuriis recuperari sibi iusticiam precatur, consiliis se*[b] *quoque nostris amodo promptius*[c] *obedire*[d] *pollicetur; re autem vera solitis argumentis castra haec Domini dispergere, Christi exercitum exarmare*[e] *conatur, et, ut in propatulo est, vineam Domini, quae iam sero*[f] *florescere*[g] *coepit, tam per se singularem utique ferum denuo depascere, quam per vulpes, illos*[h] *nimirum qui sibi adherent pestilentes homines, demoliri, ac per sacrilegia sacerdotum Belial anathemati recidivo reddere, immo, quod dictu nefas est, Christum iam*[k] *iterum in aecclesia sua resurgentem in omnium cordibus crucifigere meditatur. Quapropter placet tam regi quam universis regni principibus, immo cuncto exercitui orthodoxo, quo senior idem, ne ulla sibi pateat adversum nos iusta querela, quacumque elegerit securitate, quacumque maluerit statione, coram presenti senatu simul et populo causam suam agat, iusticiam suscipiat, iusticiam et reddat, quatinus ab ortu scismatis omnibus seditionum causis, acsi nil inde iam fuerit diffinitum, undique discussis, tam filio quam patri sua iusticia respondeat, aecclesiae vero regnique*[l] *status, non ut ipse more suo proponit post longas inducias, sed inpresentiarum*[m]*, his controversiis diremptis*[n]*, vacillare desinat.*

Quam legationem probatae singularisque prudentiae personae, Albuinus[o] videlicet ac Riwin[p] presbiteri[q], una cum quibusdam laicali sub habitu viris religiosis tam a rege quam universis principibus, immo toto exercitu susceptam, eximperatori[r] saepedicto, vix eius presentiam fandique licentiam consecuti, cum retu-
*) incredibile E. lissent, horribile memoratu est[s], quam ingenti vitae suae periculo per dies[t] sex, eo quod nullo modo eidem[u] conventui malignantium communicare voluerint, indigne tractarentur, tandemque ab irruente sibi in eadem qua[v] manebant custodia[w] vulgo liberati, absque omni ducatus presidio castris circa Coloniam positis redderentur; id tamen precipuum inter senioris[x] responsa referen-
17 tes[17], quatinus ad presens ab[y] armis discederetur et in futurum super huiusmodi simultatibus curiale[z] colloquium [universaliter] indiceretur

Auditur preterea, quia[a] Heinricus eximperator[b] et Heinricus exdux[c] exercitum undecumque conflant, et adhuc vel semel temptare fortunam[d] omnimodis parant. Quapropter universa militia regis, immo Christi, saltem ferro rebus finem facere deliberans, ne forte, quod certissimum erat, caesarianis urbani contra semet[e] auxilio forent, obsidionem solvunt, et contra Lotharingiam moti, munitiones[f] ac caetera quae rebellium erant interim diripiunt, premittentes ad Heinricum seniorem secundos nuncios, qui sibi deliberationem proponerent[g], aut causa pacis pacto prescripto componendae filio ad Aquasgrani[h] propediem occurrere, aut imminens sibi[i] bellum non dubitare. Quibus nimirum legatis custodiae nichilominus tra-
Aug. ditis, ad resistendum omnimodis, occulte tamen, preparari molitur; sed dimissos post aliquot[k] dies missos eosdem inopinata, et

Tunc quoque temporis cum pater regis Leodio moraretur — nam Leodienses illi antiquo affectu fideliter adherebant —, crebra hinc crebra inde nuncia vel literae discurrebant. Inter quae dum nihil minus expectaretur, imperatoris egrotatio, postque brevem languorem obitus eius in castris diffamatur. Referunt qui aderant, bona illum confessione nec sine magna fiducia finem vitae fecisse, rebusque suis per omnia dispositis, nunciis quoque tam ad apostolicum pontificem quam ad filium regem destinatis, sumpto viatico, velut obdormiens expirasse. Annis 50 Romani imperii gubernacula tenens, Romanis nunc voluntariis pie consuluit, nunc ingratis et regnum Teutonicum humiliare nitentibus necessario restitit, vir strenuus et bellicosus, omni personae, omni aetati, omnique rei sibi congrua impendere solitus, et vix quicquam ignorare passus.

a) aliarumque 4. b) *deest* 10. 11. c) promptu 6. 7. 9c. promptum 4. 5. 10. 11. d) o. se 10. 11. e) exarmare *usque* cepit per se *desunt* 4. f) *deest* 6. 7. 9c. g) floscere 5. 10. florere 7. h) illos n. q. s. a. p. *desunt* 6. 7. 9c. i) reciduo D. 4. 5. 6. 10. 11. *corr.* recidiuo 7. k) iterum iam 4. l) regni 4. m) in provintiarum 10. n) direptis E2. o) Albuwinus *A. Saxo.* alb. D. 5. 6. 9c. abb. 7? 10. 11. albero 4. p) richuuin 5. ribwin 10. 11. richwinus E1. 2. q) prespiteri D1. E1. r) eximperatore se predicto 4. s) *deest* 4. t) sex d. 7. u) *deest* 4—11. v) quo 9c. w) custodiam 5. x) seniores 6. y) *deest* 7? 10. 11. z) *deest* 6. 9c. *) *ita* E. a) *deest* 6. 7. 9c. b) imperator 4. c) dux 4. d) fortunae 10. e) *deest* 4—11. f) munitionem 6. 7. 9c. g) preponerent E2. h) aquisgrani 4. 9c. i) b. s. 9c. k) d. a. E1. 2.

17) V. epistolam ap. Urstisium I. p. 399.

qua nichil acceptabilius castris illis inferri posset, fama mortis ipsius Heinrici imperatoris subsequitur. Miserabile tamen dictu est, tanti nominis, tantae dignitatis tantique animi virum sub[a] professione christiana mundum tanto tempore lucratum, nec ad instar cuiuslibet pauperis defuncti pium vel compassivum luctum a quavis[b] inter tot christianos persona[c] promeruisse, sed potius universorum tam ibidem quam ubivis vere christianorum corda simul et ora infinito nimis tripudio sui obitus[d] rumore replesse. Non altius[e] concinebat Israel Domino Pharaone demerso, nec augustiori ipsi Octaviano sive ullo[f] unquam augustorum applaudebat Roma triumpho! Frenum quippe, quod erat in maxillis populorum, versum est illis in canticum sicut vox[g] sanctificatae sollempnitatis[h]. Igitur quia cessante tandem exactore conquievit[i] et tributum, mox[k] omnes, qui questus[l] dumtaxat gratia eidem[m] principi [tenebrarum[n]] eatenus[o] adherendo suas animas venalitati proposuerant, deditioni regis simul et communioni catholicae subiciuntur. Leodiensis autem Otbertus[p] caeteriquе[q] coepiscopantes hac inter caetera recipiuntur in communionem poenitentiae conditione, quo cadaver ipsius excommunicati per se pridie in monasterio tumulatum effoderent, et absque ullo[r] sepulturae vel exequiarum communione in loco[s] non consecrato deponerent, comprobantibus his qui aderant[t] archiepiscopis et[u] episcopis, quia quibus vivis aecclesia[v] non communicat, illis etiam nec mortuis communicare possit[w]. Quo facto, paulo post corpus ipsum Spirensi civitati[x] est in sarcofago lapideo regis consensu delatum, sicque extra aecclesiam ibidem per quinquennium mansit inhumatum.

More patris sui clericos et maxime literatos adherere sibi voluit, hosque honorifice tractans, nunc psalmis nunc lectione vel collatione, sive scripturarum ac liberalium artium inquisitione secum familiarius occupavit. Pluribus etiam testibus approbare poterimus, quod nemo nostris temporibus natu, ingenio, fortitudine et audacia, statura quoque totaque corporis elegantia, fascibus aptior videretur imperialibus. Pre omnibus regni sui aecclesiis Spiram maxime coluit, eamque regio et mirifico opere et honore ampliavit; ibi etiam nunc iuxta maiores suos, presente filio suo cunctisque regni principibus honorifice humatus, requiescit.

*) nobilitatis E.

Isa. 30, 29.

*) acc. per aliquot annos ibidem permansit inhumatum. E.

Hic finis, hic interitus, haecque[y] sors ultima Heinrici, illo sub vocabulo quarti Romanorum imperatoris a suis appellati; a catholicis vero, id est cunctis beato Petro suisque successoribus fidem et obedientiam lege christiana conservantibus, archipyrata simul et heresiarcha necnon et apostata persecutorque plus animarum quam corporum competenter dicebatur; utpote qui nec naturalibus nec consuetudinariis contentus sceleribus, nova et a seculis inaudita ideoque nonnulla incredibilia excogitasse et exercuisse infamabatur. Quae si quis, illorum arbitratu qui tam perperam quam recte[z] ab imperatoribus gesta litteris digna iudicant, scribere velit, nos loco cedimus, maxime[*] cum aliqua ex his oblivioni potius quam memoria[a] digna non dubitemus. Pluribus autem testibus comprobare poteriuus, quod nemo nostris[b] temporibus, natu, ingenio, fortitudine et audacia, statura etiam totaque corporis elegantia[c], videretur fascibus imperialibus ipso aptior, si tamen in conflictu vitiorum homo non degeneraret vel succumberet interior. Porro cum non pauci supersint, idemque in sublimitatibus constituti, quos operum[d] eiusdem viri cooperatio redarguit, unum est quod, licet nimis timidi, suggerimus, quatinus ipsum condempnationis eius exemplum sibimet in remedium vertant, nec honoris prave[e] consecuti florem, sed semen attendant, satiusque ducant, malis plantariis eradicandis insudare, quam fructum inde perpetuae mortis in futurum carpere. Alioquin desipere nimis est, vulnus ferro plenum sanari credere, Deo simul et mammonae deservire velle; monstrique simile est, ex pharisaicae elationis fastigio, ipsoque, ut dicunt, mercede

a) *deest* G. 7. 9c. b) aquis 9c. *corr.* ab aliquibus 7. c) *corr.* personis 7. d) oblitus 5. 10. oblitos 11. e) *corr.* aliter 7. f) ulli 4. g) nox D1. *quod apud Isaiam legitur.* h) sollempniter E1. 2? i) quievit t. 5. acquievit 10. quievit 11. k) earum D1. l) celestiis D1. m) e. g. 5. 7. 9c. n) *ita* E. o) adh. eat. 4. p) opertus 10. episcopus 11. O. a. L. 7. q) aliique 4. r) ulla 4. s) inlo 6. t) adherant E1. 2. u) a. et *desunt* 4. v) u. c. aecel. 7. w) posset 6. 7. 9c. x) urbi 4. y) hec 6. 7. 9c. z) *deest* 4. *) maxima 5. *corr.* maxime D1. a) memoriae E1. 2. b) nostris nemo 4. c) e. c. 4—11. d) ope 7. e) pravi 4.

Aug. sacrilegiorum ascenso, apostolicae humilitatis dignitatem usurpare, ab apostasiae semine fructum hierarchiae[a] sperare. Haec hactenus. Deo autem gratias, qui, licet tarde, tamen permagnifice, victoriam concessit aecclesiae suae; cui etiam eiusdem Nabuchodonosor quinquagesimum exactionis annum idem Galileus, qui Iulianum quondam vicerat, vertit in iubileum. Si quis vero tam zelotes est, cui quasi diem interitus Amani[b] etiam Heinrici obitum per[c] aecclesiae posteritatem ignorari[d] non[e] libeat, 7. Idus Augusti hanc esse sciat, quo[f] scilicet die 18 primo matrem suam aecclesiam apud Unstruot[18] invadens[g], innumeras animas ad inferos premisit, eademque die Martis[h], qua etiam cuncta sua praelia[i], paganico nimirum auspicio, perpetrare consuevit.

Oct. Post haec ebdomada quarta[k] mensis Octobris[l] habitum est concilium[19] generale in provincia Longobardia[m] super ripam Padi fluminis, loco qui Warstallis nuncupatur, ubi presidente vere per omnia apostolico viro Paschali II°, coram multitudine maxima[n] clericorum necnon[o] et[p] laicorum, qui de diversorum regnorum aecclesiis convenerant[q], presentibus etiam legatis domni Heinrici regis, multa sunt[r], prout canonica dictabat equitas, de inimici zizaniis evulsa, multa de structuris super harenam positis destructa, plura quoque pistici seminis plantaria profundius plantata simul et rigata, nonnulla etiam tutissimae munitionis per aecclesias propugnacula sunt edificata. Nam cum Oct. eadem dominica, quae erat 12. Kal. Novembr. 21. Invavensibus Chnonradum[s], Tridentinis Gebehardum presules consecrasset, enarrare longum est, quam indefesse prudens et fidelis ille summi[t] patrisfamilias dispensator conservos[u] suos verbi Dei tritico lautissime cotidie reficeret, pseudoepiscopos[v] deponeret[w], catholicos constitueret, archiepiscopis pallia, monasteriis privilegia concesserit, presentes ovium Christi pastores mellifluis alloquiis, absentes paternis commonitoriorum[x] litteris instruxerit, quaedam olim abscisa membra aecclesiae iterum incorporaverit, quaedam etiam quae insanabilia videbantur anathematis abscisione truncaverit. Super ordinationibus autem temporibus[y] scismatis factis, unde permaximae ventilabantur questiones, decretum discretione maternorum viscerum artificiose medicatum in haec verba promulgavit:

Per multos iam annos regni Teutonici latitudo ab apostolicae sedis unitate divisa est. In quo nimirum scismate tantum periculum factum est, ut, quod cum

Post haec ebdomada quarta mensis Octobris actum est concilium generale in provincia Longobardia super ripam Padi fluminis, loco qui Warstallis dicitur, ubi presidente vere apostolico viro Paschali secundo, coram multitudine maxima tam laicorum quam clericorum, qui diversorum regnorum vel aecclesiarum legationibus fungebantur, presentibus etiam legatis domini regis, multa sunt, prout canonica dictabat aequitas, de inimici zizaniis evulsa, pluraque pistici seminis plantaria profundius inserta; structurae super arenam positae destruuntur, tutissimae munitionis propugnacula per aecclesias aedificantur. Nam cum in eadem dominica, quae erat 12. Kal. Novembr., quosdam presules per se ipsum consecrasset, enarrare longum est, quam indefesse prudens et fidelis ille summi patrisfamilias dispensator conservos suos verbi Dei tritico lautissime cotidie reficeret, pseudoepiscopos deponeret, catholicos constitueret, archiepiscopis pallia, monasteriis privilegia concesserit, presentes ovium Christi pastores mellifluis alloquiis, absentes paternis commonitoriorum litteris instruxerit, quedam olim abscisa membra aecclesiae iterum incorporaverit, quaedam etiam quae insanabilia videbantur anathematis abscisione truncaverit; super ordinationibus autem temporibus scismatis factis, unde permaximae ventilabantur questiones, decretum discretione maternorum viscerum artificiose medicatum promulgavit.

a) iherarchiae D1. E1. 2 ierarchię 10. tetrachię 6. 7. 9c. b) au 6. 7. 9c. c) et 4—11. d) ignori 10. e) non i. liceat 4. f) quod 6. g) innumeras invadens 4. h) marcius 6. 9c. i) p. sua 5. k) ebdomade quarte 9c. l) menses octo 6. 9c. *corr.* mense 7. quarta h. r. c. mensis oct. in 4. m) lang. 7. n) *deest* 4. o) *deest* 4. p) *deest* 5. 6. 7. 9c. 10? 11. q) convenerat E1. 2. r) *deest* 6. 7. 9c. s) conradum 7. t) *deest* E1. 2. u) et servos 4. v) pseudos ep. 5. w) *deest* 6. 7. 9c. x) commonitorum 5. 6. 9c. commonitorum *corr.* commonitoriis 7. commonitoniorum E2. y) temporis 10. 11.

18) Haec pugna a. 1075. d. 9. Iunii, sed alia ad Strowi fluvium d. 7. August. a. 1078. commissa est.

19) V. acta ex Cencii cod Vatic. aliisque ap. Mansi XX. p. 1209. cf. etiam Transl. S. Modoaldi (Act. SS. Mai. III. p. 67.), alii huius collectionis volumini inserendam.

dolore dicimus, vix pauci sacerdotes aut clerici catholici in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot igitur filiis in hac strage iacentibus, christianae pacis necessitas exigit[a], *ut super hos materna aecclesiae viscera aperiantur. Patrum*[b] *itaque nostrorum*[c] *exemplis et scriptis*[d] *instructi, qui diversis temporibus Novatianos*[e], *Donatistas et alios hereticos in suis ordinibus susceperunt, prefati regni episcopos in*[f] *scismate ordinatos, nisi aut invasores aut symoniaci aut criminosi sint*[g] *probati, in officio episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos vita scientiaque commendat.*

His et huiusmodi super aecclesiam divini luminis orientis aurorae iocundati[h] splendoribus, quia nimirum tandem venerat tempus miserendi eius, pariterque apostolicis macti[i] benedictionibus, ad sua quique convertuntur; nos vero, id est Alpium[k] transcensores, speciali quodam pre cunctis efferebamur[l] tripudio, eo quod certi essemus, domni apostolici profectionem[m] sic fuisse dispositam[n], quatinus iter nostrum quam mature subsequens, natalem Domini Mogontiae celebraturus esset, presente cum universis regni principibus novo rege nostro.

Hoc anno dux Saxoniae Magnus obiit; pro quo Lotharius[o] surrexit. Item Uto[p] marchio de Saxonia obiit. Ruotpertus[q] Wirciburgensis episcopus dum tendit ad concilium, in eundo defungitur. Quo decedente[r], domnus Erlungus[s] tam a clero quam a populo Wirciburgensium ut verus pastor, sibimet dudum iniuste ablatus, sed iusto Dei iudicio rursum oblatus, summopere postulatur, concessusque tam a rege quam a papa, per legatos Romanae sedis magna exspectatione et incredibili totius civitatis ac multorum populorum tripudio susceptus, nimis honorifice inthronizatur.

His et huiusmodi super aecclesiam divini luminis orientis aurorae iocundati splendoribus, quia nimirum tandem venerat tempus miserendi eius, pariterque apostolicis macti benedictionibus, ad sua quique convertuntur; nos vero, id est Alpium transcensores, speciali quodam pre cunctis efferebamur tripudio, eo quod certi essemus, domni apostolici profectionem sic fuisse dispositam, quatinus iter nostrum quam mature subsequens, natalem Domini Mogontiae celebraturus esset, presente cum universis regni principibus novo rege nostro Heinrico.

Hoc anno dux Saxoniae Magnus obiit; pro quo Lotharius surrexit. Item Outo marchio de Saxonia obiit. Ruotpertus Wirciburgensis episcopus dum tendit ad concilium, in eundo defungitur. Quo decedente, dominus Erlungus tam a clero quam a populo Wirciburgensium ut verus pastor, sibimet dudum iniuste ablatus, sed iusto Dei iudicio rursum oblatus, summopere postulatur, concessusque tam a rege quam a papa, per legatos Romanae sedis magna expectatione et incredibili totius civitatis ac multorum populorum tripudio susceptus, nimis honorifice inthronizatur. Aug. 23.

(Sequentibus annis — 1111. C. cum reliquis codicibus convenit.)

pridem depulsus, summopere tam a clero quam a populo Wirciburgensium postulatur, [E.]

A.[t] D. 1107.

Rex Heinricus natalem[u] Domini Ratisponae celebravit, presentibus scilicet legatis domni apostolici Paschalis, cuius adventum [ipse[v]] iam aliquandiu apud Augustam Alemanniae[w] metropolim caeterasque superiores partes prestolatus fuerat. Ille vero suorum consiliis quasi proterviam Teutonicorum declinans, maxime propter seditiosum[x] quendam tumultum, qui sibi Veronae[y.20] hospitanti[z] dudum occurrerat, insuper suggerentibus quibusdam, quod non facile[*] gens nostra decretum illud recipiat, quod quamlibet aecclesiasticam investituram laicis a manibus [accipi[a]] vetat, necnon et animosum cor regis adolescentis, quod nondum per omnia dominico iugo sit habile — haec, inquam, multaque id genus vir Dei percepta considerans, et[b] necdum sibi ostium Germanicis in parti-

a) egit 6. 7. 9c. b) *deest* 6. 7. 9c. Parum D1. Itaque nrm *corr.* Itaque sanctorum patrum 7. c) n. i. 4. d) scripturis *ap. Cencium l. l.* e) nouit. 7. f) *deest* 10. 11. g) cr. comprobentur *Cencius.* h) iocunditati 10. i) nacti 5. 6? 7. 9c. actibus 4. k) *deest* 7. 9c. l) preferebamur 5. m) profectione 9c. n) depositam 4. o) lotarius 9c. p) uoto 4. Uto de S. m. 7. q) Ruotbertus E2. Ruopertus 4. 7. 10. Rupertus 11. r) descendente E2. *corr.* dec. E1. s) erlongus 6. 7. 9c. t) *annos regni* III. *add.* 5. II. *vero* 10. *et ita deinceps.* u) natale 7. 9c. v) *ita* C. E. w) alamannie 4. 7. x) seditionum E2. y) veroni 5. z) hospitandi D1. *) quod nostra g. n. f. 4. a) *ita* C. b) *deest* 10. 11. *post suppl.* E2.

20) Bonnac? v. supra p. 235.

bus apertum esse cum gemitu pronuncians, profectionem suam cum Hispaniarum legatis per Burgundiam ad Gallias convertit, et natalis dominici gaudium sua presentia Cluniacensibus[a] multum ampliavit. Inde *1 secedens, ab universis finium illarum aecclesiis ut vere Christi discipulus et apostolorum vicarius ingenti honore[b] suscipitur, digna reverentia tractatur, non aliter quam legifer de caelo missus auditur. Sic itaque per menses aliquot, ut fidelis dispensator et prudens, cotidianam sollicitudinem omnium aecclesiarum gerens, tandem circa ascensionem Domini[21] concilium non modicum apud Trecas habuit, ubi inter multa, quae pro tempore et necessitate corrigenda correxit, sententiam de libera pastorum electione et de cohercenda laicorum in aecclesiasticas dignitates presumptione iuxta predecessorum suorum decreta promulgavit[22]. At[c] rex Heinricus, per-
April. 14. agratis Saxoniae finibus, post[d] paschale festum Mogontiae actum, eidem se[e] concilio vicinum, non tamen presentem, cum nonnullis episcopis et optimatibus exhibuit; cum quibus etiam inito consilio, legatos honorabiles ad apostolicum transmisit, per quos tam ipsi quam universae synodo potestatem constituendorum episcoporum privilegiis apostolicis Karolo imperatori concessam[23] notificarent. Super qua questione quia in alieno[f] regno quicquam diffiniri, utpote Romano iam incipiens potiri sceptro, Heinricus non patitur, induciae sibi totum sequentis anni spacium Romam veniendi et eandem causam generali concilio ventilandi conceduntur. Tunc etiam nonnullos nostrates episcopos, eo[g] quod eidem concilio non[h] intererant, officii suspensione domnus papa multavit, quos tamen non multo post satisfacientes clementer absolvit. Rursum necdum humilitatem quam quesivit Germanicis in cordibus invenire se, satis conquestus, nos nequaquam, ut proposuerat, visitare, sed finibus Italicis se comitatumque suum disponit[i] referre. Quo
24 licet morose[24] perveniens, tantis Romani tam cleri quam populi tripudiis[k] suscipiebatur, acsi de mortuis redivivus crederetur.

Rex vero orientalibus redditus, colloquium Ratisponae cum Baioariis habuit[l], in quo
Octbr. expeditionem versus Flandriam contra Ruotpertum[m] instituit. Qua circa Octobrem mota, terram rebellium[n] ingressus, non sine gravi exercitus[o] sui dispendio per unum et amplius mensem vastat[p], donec per internuncios res ad proximam curiam dilata litem separat.

A. D. 1108.

Rex Heinricus[q] Mogontiae[25] natalem Domini celebrans, prescriptum Ruotpertum[r]
25 in gratiam recepit.

Eo tempore orta simultate inter Colomannum regem Pannoniae germanumque eius vocabulo Almum, eo quod uterque[s] sibi potius regiam competere[t] dignitatem iure gentis illius[u] contenderet, spoliatus tam rebus quam ducatu, quo inter Ungros[v] clarus et ut decuit fratrem regis a rege secundus claruit, Almus regem Heinricum adiit, et in auribus totius senatus[w] haut secus quam[x] ille quondam [Hiemsalis[y] germanus] Atherbal[z.26] miserias suas deplorans, Romani imperii magnificentiam in compassionem et defensionem sui flectere curavit. His querelis motus rex Heinricus, insuper etiam quod idem
Sept. Colomannus fines regni nostri, scilicet in locis maritimis[27], invaserit, Ungariam exer-
Nov. citu[a*] petit; sed preparatis multiformiter adversariis, maximeque per obstructa fluminis
*) B. infecto negotio redit. C. undique vada, post morosam et cassam obsidionem castri Bresburg[a] pene inacte redit.

A. D. 1109.

Rex Heinricus natalem[b] Domini Mogontiae celebrat, et paulo post Franconefurt[c] con-

*1) E1. *addit hic in margine:* Heinricus X. archiepiscopus Magadeb. obiit.

a) cloniacensibus 4. b) s. h. 4. c) Et 9c. d) postquam C. E. e) *deest* 6. 7. (*ubi alia manu post* vicinum *add.*) 9c. f) habeno 6. g) ei D1. ei quos *corr.* eos qui 6. ei quo 5. 9c. *corr.* eo quod 7. h) *deest* 9c. i) disposuit 10. 11. k) t. suis 10. 11. l) h. c. b. 4. habuit *deest* 10. 11. *post add.* 7. m) ruotbertum E2. ruopertum 4. 5. 10. ropertum 7. *et ita saepius.* n) rebellem 9c. o) populi 4. p) vestat E2. q) *deest* 4. r) rodbertum E1. *hoc loco.* s) utrique 5. t) compestre 4. u) i. g. 4. v) ungaros D1. w) *deest* 4. x) *deest* 7. y) *ita* C. z) atherbar 10. a*) cum e. 4. a) bresburg 4. bresburch 7. b) natale 5. c) frankenfurt 5. 6. 7. 9c. 10. 11. frankenvurt 4.

21) quae fuit d. 2. Iunii. Concilium vero d. 23. Maii actum est. 22) Quae vide Mansi XX. p. 1223. Ex codicibus emendata cum Bennone suo loco edentur. 23) V. de hac re quae disserit S. Hirsch de vita et scriptis Sigiberti p. 42—48. 24) i. e. morate, tarde. 25) Aquisgrani; v. Stenzel II. p. 312. Diploma ibi d. 28. Dec. datum est. 26) V. Sallust. Iugurtha c. 14. 27) cf. Thomas Spalatensis hist. Salonitt. pontiff. c. 17. 51.

ventu procerum habito, Sigifridum[a] palatinum comitem apud Wirciburgensem episcopum custodiae deputavit, eo quod — prodente Heinrico, prius duce[b] Lotharingiae, iam in gratiam regis recepto — in necem[c] et regnum eius insurgere consiliatus sit. Ibi etiam deposito Gotefrido[d] Fuldensium abbate, Wolfhelmum[e] eis preficit[f] ex eadem congregatione. Post haec ad Poloniam[g], gentem longinquam, movit exercitum, multoque ibi atque[h] diutino desudans labore, diu negatum a terra illa tributi exegit debitum[28]

Ruothardus[i] Mogontinus archiepiscopus obiit.

A. D. 1110.

Codd. D. 4—11.

Rex Heinricus natalem Domini Babenberg celebrans, nunciis excitatur inopine sinistris, ...[k] Bragam[k*] Boemiae metropolim cum exercitu occupasse ac ducatum illius gentis contra regis voluntatem sibimet usurpasse. Qui mox efferatus animo, principes sibi fidelissimos[m] illo cum manu valida premisit, quae mire et velociter prosperata, civitatem cum hostibus intra deprehensis capit, regique pedetemptim subsequenti cum triumpho occurrit. Ian.

Codd. C. E.

Heinrico rege natalem Domini Babenberg celebrante, nunciis excitatur inopine sinistris, [Werinherum[l.29]] Bragam Boemiae metropolim

In epiphania Domini Ratisponae Heinricus[n] colloquium cum principibus faciens, animi sui propositum eis aperuit, scilicet quod Transalpinis partibus se exhibere vellet, quatinus et benedictionem imperialem a summo pontifice Romana, quae caput mundi est, in urbe perciperet, et latas Italiae provincias in societatem regni Germanici fraterna pace[o] et iusticiis ac legibus antiquis componeret, insuper ad[p] omnia, quae defensio posceret aecclesiastica, ad nutum patris apostolici se promptum demonstraret. Arrectis animis omnium ad votum pie providi consulis et indubitati iam patriae amatoris, vir esse non crederetur, si quis a tam[q] virilis negocii consortio se subtrahere conaretur. Itaque sacramento nimis voluntario confirmatis[r] in id ipsum qui aderant[s], rex alacer de huiusmodi expeditione per singulas Germaniae provincias instanter tractare non cessat; et licet terrente quorundam animos ortu cometae sideris infausti per sex fere mensium inducias, regia munificus liberalitate datis ubique inestimabilis pecuniae stipendiis, circa Augustum moveri undique exercitum imperat, aliis secum per montem Iovis, aliis per vallem Tridentinam[t] Alpes transcendentibus. Providerat autem rex, nulli a seculo regum in omni providentia secundus, sciens Romanam rem publicam olim non tantum armis[u] quantum sapientia gubernari consuetam, se non solum armatis sed etiam litteratis[v] viris necessario muniri, paratis scilicet ad rationem omni poscenti reddendam. Ian. 6.

Codd. D. 4—11.

Inter quos claruit quidam[w] Scotigena[x] nomine David; quem scolas Wirciburc[y] regentem pro morum probitate rex sibi capellanum assumpsit. Hic itaque iussus a rege totam huius expeditionis seriem rerumque in illa gestarum stilo tam facili, qui pene nichil a communi loquela differat, tribus libris digessit[30], consulens in hoc[z] etiam lectoribus laicis vel aliis minus doctis, quorum haec intellectus capere possit.

Cod. C.

Inter quos claruit quidam Scotigena nomine David; quem dudum scolas Wirciburc regentem pro morum probitate omnique liberalium artium peritia rex sibi capellanum assumpsit. Hic itaque iussus a rege totam huius expeditionis seriem rerumque in illa gestarum stilo tam facili, qui pene nichil a communi loquela discrepet, tribus libris digessit, consulens in hoc etiam lectoribus laicis vel aliis minus doctis, quorum haec intellectus capere possit.

*) Inter quos — historiographi *desunt* E.

Igitur iuxta prescripti testimonium historiographi, superata nimis laboriose montium asperitate, rex cum suis laetus et incolomis Ebo

Igitur iuxta iam dicti relationem historiographi, superata nimis laboriose montium asperitate, rex cum suis laetus et incolomis Ebo Aug. Sept.

a) sigefridum 4. 5. 10. 11. b) l. d. 5. c) uicem 6. 9c. d) gothefrido D1. 5. 10. godefrido 7. e) wolfelmum 5. f) prefecit 4—11. g) polloniam 7. h) *deest* 4. i) ruthardus 4. k) Bozwi filium Vratizlai *in marg. add.* 7. k*) bargam 6. pragam 7. 9c. E1. 2. l) *ita* C. m) fidissimos i. c. v. m. 7. n) *deest* C. — heinr. rat. 9c. o) pacee E2. p) et 9c. q) a tam *desunt* 4. r) *deest* 4—11. s) aderant dato 4. ab his q. a. accepto 7. *e corr* t) tridentina 5. u) *deest* 6. 9c. *add. in marg.* 7. v) liter. *hoc loco et saepius* C. E1. 2. 10. *quod Ekkehardum nonnumquam scripsisse ex autographo constat.* w) *deest* 6. x) scothigena D1. 10. y) Wirciburg C. z) etiam in hoc 4.

28) De hac expeditione v. quae Martinus Gallus (ed. Bandtke) lib. III. c. 2—15. narrat. 29) De Boriwoi sermo esse deberet; v. Cosmam Prag. h. a. 30) cf. Willelmum Malmesbur. L. V. §. 420. (ed. Hardy. Lond. 1840. II. p. 646.) qui et ipse hoc Davidis libro usus est.

Sept. pervenit; alter vero exercitus, captis antea quibusdam castellis, apud Viruncalia[31], uti condictum fuerat, post expugnatam ab ipso Novariam, ipsum laetanter excepit. Paucis Oct. ibidem diebus moratus, Padum prospere transit[a]; Placentiae castra metatus, munera copiosa magnamque fidelitatem a civibus accipiens, et per tres septimanas[b] in his par- Nov. tibus commoratus, Parmamque perveniens, Mahthildem[c] comitissam[d], per internuncios sibi subiectam[e], gratia sua propriisque[f] iusticiis donavit. Post haec[g] asperrima nimis Dec. afflictus hieme, montemque[h] Pardonis[32] cum maximo exercitus dispendio, rerum et equorum miserabili defectu transcendit, incessanter cadentibus super se iuxta qualitatem illius climatis immensis pluviis; hasque[i] per septem septimanas passi, tandem Florentiam[k] nimis afflicti pertingunt, instante festo nativitatis Domini.

A.[l] D. 1111.

*) *deest* C. E. Postquam rex Heinricus[m], rebus *prospere* per Longobardiam atque Tusciam dispositis, apud Florentiam dominicae nativitatis gaudia cum ingenti suorum tripudio et mirando[n] ac eatenus illius patriae civibus nunquam viso decore et honore percelebravit[o], 1110. Dec. 27.[34] moto inde versus Ariciam exercitu, illoque perveniens, a clericis benivole, a civibus[p] subdole recipitur; quorum etiam[q] insolentiam satis habundeque perdomuit, scilicet civitate[r.33] illorum cum turribus, quas ad repugnandum regi[s] preparaverant, funditus[t] eversa; aecclesiae tamen omni sua iusticia, quam idem cives violenter abstulerant, iuxta clericorum petitionem[u] restituta. Inde ad Aquam-pendentem progressus, legatos suos dudum ab Aricia missos ab apostolico boni nuncii baiulos reperit, remissisque aliis nunciis cum Romanorum, qui supplices illic sibi occurrerant, paulatim Sutriam processit. Febr. 9. Ibi[35] legati apostolici[v] cum missis regiis advenientes[w], promptum esse papam ad consecrationem et omnem regis honorem et voluntatem, si tamen ipse sibimet[x] annueret libertatem aecclesiarum, laicam ab illis prohibens investituram, recipiendo nichilominus ab aecclesiis ducatus, marchias, comitatus, advocatias, monetas, thelonea, caeterorumque[y] regalium quae[z] possident summam. Prebuit rex assensum, sed eo pacto, quatinus haec transmutatio firma et autentica ratione, consilio quoque vel concordia totius aecclesiae ac regni principum assensu stabiliretur; quod etiam vix aut nullo modo fieri posse credebatur. Qua conventione facta, dimissis legatis et obsidibus utrimque [missis[a]], rex Febr. 11. hilariter ad Urbem properat; domnus [autem[b]] apostolicus cum omni clero immo tota 12. Roma se in eius occursum adornat.

Post haec quae gesta sunt, longissimum est enarrare; utpote quam immensa honorificentia sit receptus et per Argenteam portam usque ad mediam rotam antiquo Romanorum[c] instituto deductus, ibique lectis publice privilegiis, tumultuantibus in infinitum principibus pre[d] aecclesiarum spoliatione ac[e] per hoc beneficiorum suorum ablatione[f], quam ingenti periculo, quam varia[g] disceptatione tota dies illa consumpta sit, et postremo pater apostolicus ab episcopis et aliis fidelibus regis sit[h] custoditus, usque ad pacatam et aecclesiasticam consecrationem imperatoris, in exemplum patriarchae Iacob dicentis Gen. 32, 26. ad[i] angelum: *Non dimittam te, nisi benedixeris michi*[36]. — His ita in dominica quadragesimae[k.37] transactis, Romani tota nocte congregati, summo mane impetum undique[l] Febr. 13. fecerunt in exercitum regis, adeo ut, commissa[m] aliquandiu pugna, regem per se ipsum necesse esset exercitui succurrere; quod et impigre fecit, et usque ad inclinatam iam

a) transiit 4. b) ebdomadas 4. *et ita infra.* c) mahtildem Dt. 10. maththildem E1. 2. mathildam 4. machtildem 7. mechtildem 9c. d) comitissem 5. cometissam C. E. e) subiecta 6. f) propriis 4—11. g) *deest* D1. h) montem C. i) *deest* 4. k) florentinam Dt. *et infra.* l) 7. Anni imperii Heinrici quinti 1. *add.* 5. *et ita deinceps.* m) R. H. postquam 4—11. n) miranda 9c. 10. o) celebravit 4. p) civilibus 4. laicis 7. q) *deest* 10. 11. r) civitatem 5. 10. *corr.* civitate Dt. civita 9c. s) *deest* 4. t) funditus — abstulerant *desunt* 5. u) p. c. 5. 9c. v) domni a. 4. w) aduenientis E2. *corr.* aduenientes E1. x) sibi 4. y) ceterarumque 5—10. aliarumque 4. z) s. q. p 7. a) *ita* C. E. b) *ita* C. E. c) antiquorum i. 4. d) pro 4. e) *deest* 4. f) oblatione 9c. g) vario E2. h) *deest* 7. i) ad a. *desunt* 7. k) LXme 4. l) f. u. D1. 7. 9c. m) ut c. et 6.

31) qui campi Roncalii alibi nuncupantur. Nescio an horum iam antea mentio fiat. Constitutionem Legg. Vol. II. p. 38**. editam aut posteriori tempori tribuerim aut interpolatam habuerim; cf. tamen Ann. S. a. 1136. qui Runcaniam antiquam imperatorum repausationem dicit. 32) Monte Bardone. 33) i. e. castello, arce. 34) v. Stenzel II. p. 316. 35) cf. acta Mon. Legg. II. p. 66 sqq. edita. 36) Eadem ex Davide affert Willelmus Malmesbur. l. l. 37) Scribendum erat: *quinquagesimae.*

diem fortissimi militis et optimi ducis opus agens, Dei gratia suis victoriam, hostibus post multam[a] stragem fugam incussit. Febr. 13.

Post triduum Roma[b] secedens, domnum apostolicum secum duxit, et eo quo potuit honore tenuit, donec compositis quae res poscebat per regiones negociis, pacatis[c] omnibus adversariis, instans pascha non longe ab Urbe in castris celebravit; ibique sedatis inter ipsum et apostolicum, inter regnum et sacerdotium, dissensionibus[d] inveteratis, post octavas paschae cum nimio populi Romani immo totius aecclesiae ac inestimabilis exercitus tripudio, ante confessionem sancti Petri, augusti nomen et imperium a Christo, ipse[e] crismate rite perunctus et sacratus et sub augustissima pompa coronatus, suscepit; [sicuti nobis tunc inibi presentes affirmant; quamvis nonnulli longe aliter inde sentiant. E.] dato sibi* in presenti per manum apostolici sub testimonio astantis aecclesiae privilegio[38] investiturae aecclesiasticae, iuxta quod utriusque predecessoribus placuerat et permanere consueverat; cuius inconvulsibilem stabilitatem domnus papa mox sub anathemate confirmabat. Sic denique ea die gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis, ut ita dicam, est recuperata, dum tam inveterata et eatenus incorrigibilia de regno Christi scismatum ablata sunt scandala. Febr. 16. Apr. 2. Apr. 13. *) Donatus est etiam *E.*

Nec multo post Heinricus imperatoria munificus liberalitate, tam spirituali patri suo papae, quam singulis eius episcopis cardinalibus clericisque maioribus ac minoribus dona tot[g] tanta[h] et talia dispertivit, ut absentibus omnino incredibile memoratu[i] sit; sicque[k] tam ab[l] apostolico quam ab omnibus prospera[m] sibi imprecantibus et nimio amoris vinculo eum aliquandiu deducentibus, per Longobardiam ad Alpes, indeque ad terras Germanicas feliciter est reversus.

Post reditum quoque suum nonnulla tam ab ipso imperatore quam ab episcopis secum comitantibus, quae corrigenda videbantur, iuxta quod summus pontifex concesserat[n] unicuique vel iniunxerat, ad planum sunt expolita, viciata quoque ad purum excocta. Sic Christo respiciente in terram de caelo sancto suo, sicut ubique devotio et religio christiana, ita etiam rerum prosperitas et copia frugum ac nova circumquaque crescere coepit laeticia. Iul.

Igitur* imperator Heinricus mense Augusto quam plurimos episcopos atque abbates, nonnullos[p] etiam principes Spiram convocat[q]; quorum assensu et cooperatione patris sui anniversarium permagnifice celebrat. Nam toto quinquennio suspensa communio sepulturae et orationum[r] apostolica auctoritate ab eisdem sacerdotibus, qui et Romae coram papa poenitentiae illius testimonium reddiderant, tunc testificantibus conceditur; et quibus nulli unquam imperatorum augustiores impensae sint exequiis iuxta maiores suos in aecclesia sepelitur. *) Igitur — sepelitur *desunt* C. Aug. 7.

Habita post haec[s] Mogontiae curia, Adelbertum cancellarium suum, dudum[t] ad eandem kathedram electum, baculo et anulo investivit[u]. Aug. 15.

A. D. 1112.

Cod. C.

Sigifridum comitem, diutina satis afflictum custodia, iuxta principum consilium atque petitionem sibi reconciliatum dimittens, benigne tractare cepit, adeo ut eius filium de baptismate susciperet et iniuriarum preteritarum oblivisci se facturum sponderet. Eo tempore predictus Adelbertus designatus Mogontinus pontifex, qui per omnia secundus a rege semper fuerat, sine

Codd. D. E. 4—11.

Sigifridum palatinum comitem, diutina satis afflictum custodia, iuxta principum consilium atque petitionem sibi reconciliatum dimittens, benigne tractare coepit, adeo ut eius filium de[v] baptismate susciperet et iniuriarum preteritarum oblivisci[w] se facturum[x] sponderet.

Eo tempore domnus apostolicus multas a Romana aecclesia passus est iniurias, obi-

a) m. p. 5. b) s. r. 4. c) pagatis E2. d) dispensionibus 4. e) *deest* 4. f) *in margine alia sed aequali manu* E1: Nota dictantis fictam defensionem. g) dat 5. h) talia et tanta D1. i) m. i. 4—11. k) *hoc loco* Anni imperii Heinrici V. 1. *in marg. addit* 10. l) *superscr.* E1. *deest* 7. m) postera E2. n) consenserat 6. p) nonnullos abbates 4. q) vocat 4—11. r) ortationum 6. 9c. sep. et ap. auct. et orationum ab 4. s) *deest* C. t) ad c. d. 5. u) vestivit 4—11. v) *deest* 4—11. w) oblivioni 9c. x) *deest* 4.

38) Quod vide Mon. Legg. II. p. 72., ex Davide vero ap. Willelmum Malm. l. l. p. 659. 39) Cf. Stenzel II. p. 320.

cuius consilio nihil facere solebat, adversus imperatorem — quod vix quisquam crederet — conspirare cum quibusdam principibus infamatur, reque cognita, custodiae ab illo traditur. cientibus ei, quod contra instituta totius aecclesiasticae disciplinae regem Heinricum, tyrannicum rei publicae[a] vastatorem et aecclesiarum destructorem, imperiali benedictione sublimasset, insuper privilegio sacrilego condonasset. Inde coactus in concilio 15. Kal. Apr. habito Lateranis in aecclesia Mart. 18. Constantiniana[b. 40], ultima die concilii, facta coram omnibus professione catholicae fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret, dixit: *Amplector omnem divinam scripturam veteris et novi testamenti, legem a Moyse scriptam et a sanctis prophetis, amplector quatuor euangelia, septem canonicas epistolas*[c] *gloriosi doctoris beati*[d] *Pauli apostoli*[e], *sanctos canones apostolorum, quatuor universalia*[f] *concilia sicut quatuor euangelia*[g], *Nicenum*[h], *Ephesinum, Constantinopolitanum, Calcedonense, et Antiocenum concilium, et decreta sanctorum patrum Romanorum pontificum, et precipue decreta domni mei papae Gregorii VII. et beatae memoriae papae Urbani. Quae ipsi laudaverunt laudo, quae ipsi tenuerunt teneo, quae confirmaverunt confirmo, quae dampnaverunt dampno, quae repulerunt repello, quae interdixerunt interdico, quae prohibuerunt prohibeo, in omnibus et per omnia; et in his semper perseverabo.*

Quibus expletis, surrexit Gerhardus[i] Engolismensis[k] episcopus, legatus in Aquitania, et communi assensu[l] domni Paschalis[m] papae totiusque concilii coram omnibus legit hanc scripturam: *Privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere debet dici pravilegium*[n], *pro liberatione captivorum aecclesiae a domno Paschale papa per violentiam regis Heinrici extortum, nos omnes in hoc sancto concilio*[o] *congregati, canonica censura et aecclesiastica auctoritate*[p] *iudicio sancti Spiritus dampnamus et irritum esse iudicamus, et omnino ne quid auctoritatis et efficacitatis habeat, penitus excommunicamus; et hoc ideo dampnatum est, quia in eo privilegio continetur, quod electus canonice a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur; quod est contra Spiritum sanctum et canonicam institutionem.* Perlecta carta, acclamabant omnes *Amen, amen!* Archiepiscopi Iohannes patriarcha Veneticus, Sennes Capuanus, et alii fere 100 episcopi subscripserunt.

Ex hac occasione Viennensis archiepiscopus cum suis complicibus novum scisma nostras in partes seminare et gladium anathematis in imperatorem[q] molitur extendere[41]; sed quia coeptum eius[r] apostolica indeque omni aecclesiastica auctoritate videbatur carere, parum interim potuit vigere. Attamen eiusdem dissensionis seminario[s] circumquaque coepit[t] invidiae[u] serpere malum, adeo ut nonnulli quicquam contra rem publicam intentantes, huius rei materiam in suae commotionis arripere meditarentur clipeum. Inter quos[v] et predictus Adelbertus designatus Mogontiae pontifex, qui per omnia secundus a rege semper fuerat, sine cuius consilio nichil facere solebat, adversus imperatorem — quod vix quisquam crederet — conspirare cum quibusdam principibus infamatur, reque cognita, custodiae ab illo[w] traditur.

Moritur his temporibus quidam de Saxoniae principibus nomine Oudalricus[x. 42], Ludewici[y] comitis dudum gener, sed iam propter eiusdem filiae[z] repudium invisus. Cuius possessiones predictus Sigifridus hereditaria sibi vendicabat successione; sed domnus imperator easdem in ius regni conabatur attrahere. Quae causa recidivae discordiae fomitem coepit ministrare. Nam idem comes priores miserias suas sequentibus exaggerans, totam pene[*] Saxoniam, suam videlicet patriam, tantis implevit querimoniis, ut tam ducem Lotharium, quam Ruodolfum marchionem, Fridericum palatinum comitem, Wigbertum[a] atque[b] Ludewicum[c] nonnullosque alios ab[d] obsequio traheret imperatoris.

a) t. romanorum $\overset{a}{p}\ \overset{a}{p}$ E2. b) constantiana 7. 9c. c) e. c. 9c. epistolas. Epistolas *e corr.* E1. *et ita* E2. d) *deest* 4. e) *add. iterum* epistolas 4. f) universa D1. g) euangelica E2. h) nicetum E2. i) gebehardus D1. gerardus 7. k) engelism. D1. 4—11. l) *ita* E. *et Will. Malmesb.* consensu *rell.* m) papae P. D1. n) privilegium 4. 6. 9c. o) *deest* 7. p) auct. eccl. 4—11. q) in. in imp. 4. r) est 4. s) seminate 7. 9c. 11. seminare 5. 10. seminarium 4. t) coepit circ. 5. u) *deest* 5. et inv. 4. v) que E1. 2. *Ann. S.* w) ab i. *desunt* 4—11. x) Uodalricus 5. y) luodewici 5. *sqq.* z) f. c. 4—11. *) *deest* 9c. a) wicpertum 4. b) *deest* 9c. et 4. c) lodewicum 5. luodewicum E1. 2. 10. d) *deest* 10.

40) Cf. Vitam Paschalis ap. Muratorium SS. R. I. III, 1. p. 363. et Willelmum Malmesb. V. § 426. sqq. p. 661. sqq.; quem etiam haec ex eodem quo Ekkehardum fonte hausisse, facile est intellectu. Utrique acta sive ex Davide sive aliunde ad manum fuisse patet, qualia vide ex cod. S. Iustinae Patavensi descripta ap Mansi XXI. p. 67. 41) V. de synodo ab ipso Viennae habita Mansi XXI. p. 73—78. 42) de Weimar; v. Ann. S. h. a. Cf. Stenzel I. p. 654.

Sed et episcopus Halberstatensis, necnon Gerdrudis[a], illa prepotens per Saxoniam vidua[b. 43], violentiam [se[c] nichilominus] pati ab imperatoris preiudiciis invasione prediorum suorum, clamitabant. Haec et his similia scandalorum zizania murmur infinitum in nuper pacato regno suscitant.*1

A. D. 1113.

Cod. C.

Heinricus imperator natalem Domini Erpesfurt celebravit. Lotharius dux, Sigifridus predictus, Ruodolfus marchio, Wigbertus senior, Fridericus palatinus comes et Luodewicus comes rebellationem contra imperatorem parant; quos ipse sine mora cum exercitu petens, incendiis et munitionum destructionibus infestare non cessavit, donec ab eius fidelibus Sigifrido perempto, Lothario et Ruodolfo reconciliatis, Friderico, Wigberto seniore iuste captis et custodiae deputatis, fortuna, immo Christi gratia rebus finem dedit.

Eodem[c*] anno imperator impatiens aliquid discordiae oriri in regno suo, invadit cum exercitu quendam Regenoldum de Munzun[45], sibi repugnantem et bona episcopatuum suorum devastantem, quem aput Bar, castellum suum, obsedit, et eum se et castellum viriliter defendentem virilius ipse coepit cum multis primatibus eiusdem patriae, et ipsum castellum igne concremavit.

Codd. D. E. 4—11.

Heinricus imperator natalem Domini Erpesfurt[d] celebravit. Illuc cum prescripti Saxoniae principes curiam non adissent, indignatione nimia commotus imperator, bona eorum diripi, possessiones incendiis devastari, etiam inter ipsa festa[e] precepit, nec multo post castellum adprime munitum Hornburg[f. 44] longa obsidione delevit. Deinde relictis per presidia fidelibus suis, contemptores suos insidiis et congressibus afflixit; inter quae sepedictus Sigifridus palatinus comes, vir nobilissimus et suo in[g] tempore nulli in omni probitate secundus, occubuit, Wigbertus[h] capitur, Ludewicus[i] ad deditionem compellitur; sicque rebus interim quies, licet modica, conceditur.*2

Post haec quidam Reginoldus[k], provinciae Burgundiae comes, et ut aiunt imperatoris consanguineus, tyrannidem iuvenili actus insolentia contra rem publicam orditur; qui tamen, superveniente sibi cum manu valida[l] Heinrico augusto, munitionem, in qua maxime confidebat, Monzun[m], ipse captus, amisit; sicque lite cito dirempta[m*], custodiae traditur. *) *deest* E.

A. D. 1114.

Imperator[n] Henricus natalem Domini Babenberg celebravit, dispositis nuptiis suis Maguntiae in proxima epiphania. Desponsaverat enim ante triennium Mahtildem, filiam Henrici regis Anglorum, virginem moribus nobilem, venustam quoque et decoram facie, quae habebatur decus et gloria tam Romani imperii quam Anglici regni. Erat enim progenita ex utraque parte ex longa linea magnificae nobilitatis et regalis prosapiae, in cuius loquela et opere resplendebat specimen futurae bonitatis abunde, adeo ut omnibus optaretur Romani imperii heredis mater fore. Ad ipsas quoque nuptias tanta convenit multitudo archiepiscoporum, episcoporum, ducum atque comitum, abbatum quoque et prepositorum, atque eruditissimorum clericorum, ut nullus se-

Domnus[o] imperator natalem[p] Domini Babenberg cum summa[q] magnificentia copiosaque principum multitudine celebrat; et hoc non simpliciter, quia virum Dei Ottonem inibi episcopum, propter quaedam iam[r] orientia in regno scandala curiam frequentare renuentem, ex parte suspectum habebat. Ipse vero rebus transitoriis pro concordia aecclesiastica non parcens, beneficiis indefessis animositatem regis gloriose devicit. Hinc indicto conventu Mogontiae[s], nuptias post epiphaniam Domini augustissime instituit; ubi etiam vix aliquem aut certe nullum de magnatibus abesse voluit; quorum consilio vel consensu[t] regis Angliae filiam, Mahthildem[u] nomine, dudum desponsatam, legitime[v] sibi coniungens, regni consortem constituit. Ian. 7.

*1) 6—11 *addunt:* Altmannus abbas obiit. *2) E1. *addit in marg.:* Hildiboldus abbas obiit.

a) gerthrudis E1. 2. gertrudis 9c. b) viduam E2. *corr.* vidua E1. c) *ita* E. c*) *quae sequuntur, atramento paulo atriori scripta sunt.* d) erpherfurt 6. 7. 9c. erphuurt 4. erphesfurt 10. 11. e) facta 6. f) hornhurc 4. 7. honburg 9c. g) *deest* 10. 11. h) wicpertus 4. wichertus 5. wigpertus 9c. i) loudewicus 5. lothewicus 7. luodewicus 10. k) reinoldus E1. *e corr.* 2. 7. l) nalica 7. m) munzun 9c. m*) direpta E2. n) *Hoc loco exstat tabula, qua nuptiae imperatoris delineatae sunt.* o) *deest* 5. p) natale 4. q) *deest* 4. sua E2. r) *deest* 4. o. iam 7. 9c. s) moguntie 4. t) assensu E1. 2. u) mahtildem D1. 4. 10. machthildem 5. mathildem E1. 2. *et ita infra.* v) *deest* 7.

13) vidua Heinrici marchionis. 44) ad Ilsam fluvium. 45) Mousson. cf. Stenzel I. p. 657.

nex illius evi posset reminisci vel aliquo modo adtestari, se vidisse vel saltem audivisse, tantam multitudinem tantorum primatuum in uno conventu convenisse. In ipsis enim nuptiis convenerant archiepiscopi 5, episcopi 30, duces 5; de quibus dux Boemiae summus pincerna fuit. Comitum vero et abbatum atque prepositorum numerus a nullo presenti licet multum sagaci potuit comprehendi. Dona autem, quae diversi reges atque innumerabiles primates domno imperatori in ipsis nuptiis miserunt, vel quae ipse imperator ex se innumerabili multitudini ioculatorum et istrionum atque diverso generi diversarum gentium distribuit, quemadmodum nullus camerarius ipsius vel qui recepit vel qui distribuit potuit numerare, ita nullus eiusdem imperatoris chronographus potuit litteris comprehendere.

Eodem[a] quoque anno in eisdem nuptiis iuraverunt principes, expeditionem contra Frisones se facturos in secunda septimana post pentecosten. Denegaverant enim domno imperatori debitam subiectionem impendere et tributa quae iure annuatim debebant persolvere. Nam ex insolentia tumidi et locorum munitione freti, dedignabantur alicui domino subici vel alicuius licet valde potentis preceptum exequi. Cum autem versus illos exercitus coepisset se movere, Coloniensis archiepiscopus cum quibusdam aliis principibus impedivit iter illius, et acriter cum suis civibus et copia militum atque succursu diversorum comitum coepit domino suo imperatori resistere et suos die noctuque vexare. Imperator itaque ex consilio et consensu principum redit Mogontiam, infecto negotio et frustrato suo suorumque labore. Illi autem qui hanc rebellionem contra imperatorem machinati fuerant, nullam aliam occasionem habebant unde ipsum possent accusare, nisi quod testabantur, quendam suum ministerialem nimis ferociter dominium in suis partibus exercere[b].

*) exercitu E.

Deinde contra quosdam in locis[c] palustribus ultra Fresonum[d] insulas habitantes imperator navalem expeditionem[e] multo studio instituit. Quo dum tendit, Coloniam Agrippinam sibi rebellem et in hoc quam plures Transrheninos atque Westfalos consentientes invenit; quorum numerantur nominatissimi Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Gotefridus[f] dux, Heinricus[46] quondam dux et Fridericus de Arnesburg[g]. Intermissa itaque profectione, manum in hostes presentes extendere cupiens, Coloniae partibus assedit; civitati vero mirifice munitae[h] non prevalens, regionem circumquaque vastavit, tandemque soluto conventu*, recidivam[i] expeditionem contra eosdem[k] rebelliones indixit. Qua circa Kalendas Octobris congregata, Friderici possessiones[l] aggreditur. Qua undique vastata, et in medio regionis illius castro firmo constructo, eoque militibus, armis atque stipendiis instructo, hieme superveniente ab armis disceditur.

A. D. 1115.

Considerans imperator, Saxoniam manifeste iam[m] a se deficere, contra eam ut iratus ita etiam armatus venit, et tam ex his quos adduxerat quam quos inibi sibi[n] voluntarios invenerat castra non modica instituit. Saxones vero de[o] periculis suis agi cernentes, copias suas e[p] diverso locant, non pugnandi contra dominum suum audacia, sed defendendi se necessitate coacti, ut[q] ipsi per internuncios imperatori confirmabant. Cumque[r] per aliquot dies pars utraque alteri[s] minaretur et parceret, quidam vir fortis nomine Hoger[t], qui dudum inter multa quae bellicose egerat, Sigifridi palatini comitis nece[u] se famosissimum in aula regis effecit[v], assumpta omni[w] electa iuventute, quae
Febr. 11. ut ipse morae fuit impatiens, Saxones, suos nimirum compatriotas, audacter invasit; ipseque leonina ferocitate[x] dimicans, gloriae cupiditatem, qua[y] flagrabat, multis secum cadentibus, propria morte comprobavit[z]. Interfuit huic conflictui*, immo ut aiunt quodammodo prefuit, episcopus Halberstatensis Reinhardus[a], qui dudum ab imperatore non modice fuit iniuriatus; qui nimirum suis magnam predicavit iusticiae consolationem,

a) *atramento paulo a superioribus diverso.* b) *ita finis huius operis.* c) *deest* 7. d) fresolum E2. e) *deest* 6. 7. (*ubi e corr.:* nauale prelium.) f) gothefridus D1. godefridus 7. 10. g) arnsburc 4. arnesburch 7. h) muniti 9c. i) reciduam *corr.* recidiuam 7. k) *deest* D1. eos E2. l) possessionem E1. 2. m) iam m. iam 5. n) v. s. 4. o) *deest* 4—11. S. v. periculis se angi 4. p) ex 5—11. q) *deest* 4. 7? 10. 11. r) Comque 9c. — *Hoc loco* E1. *alia manu add. in marg.:* Hic facit callidam et fraudulentam narrationem de Heinrico rege. s) haberi 5. 6. 9c. 10. *deest* 4. abheri *add.* certamen 7. t) hoiger 4. 5. 6. 9c. hogiar 10. 11. u) *deest* 4. v) effecerat 4. w) *deest* 6. 7. 9c electa *deest* 7. x) feritate 7. y) quam 4. 5. z) probavit 10. 11. *) conflictu 7. a) R. *codd.*

46) de Limburg.

imperatoris vero de parte cesis etiam sepulturae interdixit communionem. Sic domnus imperator non parum amaricatus, ad Rhenum convertitur[a]; Saxonum vero consensus ad resistendum illi[b] magis ac magis roboratur[c]. Ad haec quendam cardinalem Romanum nomine Dietericum[d], legatione in Pannonias[e] functum, per nuncios asciscunt; quo etiam prescripti concilii actionem et per[f] ipsam imperatoris excommunicationem predicante[g], tam archiepiscopus Magdeburgensis quam caeterarum[h] aecclesiarum presules reconciliationem recipiunt; sicque scisso[i] iterum[k] regno, undique novae res[l] oriuntur; sic contraria quaelibet in[m] invicem partes utraeque moliuntur.

Interea directi ab Italia nuncii obitum[47] illius inclitae Mahthildis nunciant, eiusque prediorum terras amplissimas hereditario iure possidendas caesarem invitant. Qua nimirum femina sicut nemo nostris in temporibus ditior ac famosior[n], ita nemo virtutibus et religione sub laica professione reperitur insignior.

Conventus post haec imperator amicorum consiliis, immo[o] totius regni compulsus querimoniis, generalem in Kalend. Novembr. curiam Mogontiae fieri instituit, ubi liberam omnibus audientiam, de sibi obiectis[p] satisfactionem[q], de suis extraordinarie[r] vel iuveniliter gestis correctionem ad senatus consultum repromisit. Statuto itaque tempore dum ipse Mogontiae presens condictum frustra[s] prestolatur conventum — nam preter paucos episcopos nemo principum adventabat — Mogontini aptum sibi tempus arridere perpendentes, subito palatium loricati et armati vallant; alii atrium furiose irruentes, in turmas et cuneos se glomerant; omnia strepitu, cuncta clamoribus implentes, aulicis horribile spectaculum demonstrant. Quid multa? Dubium non est, quod, nisi datis ad presens obsidibus imperator ea quae sibi imponebantur facturum se citissime confirmasset[t], ipsum fortasse palatium cum universorum qui in eo erant crudelissima nece ilico corruisset. Ita sedato vix militum plebisque ferventissimo furore, caesar ab urbe secessit, et post paucos dies Adelbertum, quem iam per annos tres artissima mancipaverat custodia, vix nimirum[u] ossibus herentem, ut coactus promiserat, kathedrae suae[v] remisit.

et iuxta placitum tercia die Adalbertum, quem iam per annos tres artissima mancipaverat custodia, vix nimirum ossibus herentem kathedrae suae remisit. (E.)

Hic ergo non multo post sedis[w] apostolicae[x] legato Dieterico se nunciis et litteris subiciens, ipsum sibi caeterisque non paucis presulibus Coloniam occurrere postulavit; ubi et mandata papae[y] quae ipse detulerit[z] communiter percipi, et ille suam[*] consecrationem, diu scilicet interclusam, tanta auctoritate consequi possit. Qui[a] conventus instante festo natalis Domini factus est, non absque indignatione imperatoris[*], qui nec- [*] regis E.
dum plene voluntarius erat in consensu eiusdem ordinationis.

A. D. 1116.

Imperator natalem Domini Spirae cum paucis episcopis et principibus celebrans, ea quae interim Coloniae gerebantur graviter tulit. Audivit enim, quam plurimos ibi convenisse non solum metropolitanos, sed etiam alios episcopos vel optimates regni, causa precipua verbum excommunicationis in se manifestandi; quamvis ipse cardinalis[48], cuius 48
haec iniciabantur[b] auctoritate, in itinere iam[c] defunctus, illo ad sepulturam potius quam ad actionem delatus esset concilii. Missus tamen ab eo illuc presul Wirciburgensis, audientiam vel communionem nonnisi reconciliatus habere meruit; reversus post redditam[d] legationem, ei qui se miserat denuo communicare renuit; sed vitae periculo coactus, missam coram rege celebravit; indeque usque ad mortem contristatus, latenter discessit, sicque rursum communioni[e] pristinae multis lacrimis reconciliatus, ultra caesaris aspectu simul et gratia caruit.

Qua[f] etiam commotione succensus imperator, ducatum orientalis Franciae, qui Wirciburgensi episcopio antiqua regum[g] successione[h] competebat, Chuonrado[i], sororis suae

a) convertit 6. 7. 9c. b) *deest* 6. 7. 9c. ei 5. c) illi r. 6? 7. 9c. d) dietricum 4. tiedericum 7. e) pannonia 4. f) *deest* 4. g) predicantem 4. h) aliarum 4. i) cisso 7. k) demo 4. l) rex E2. m) *deest* 7. n) formosior E2. o) nimiis 4. p) subiectis 4. 5. 9c. 10. 11. q) satisfactio 4. r) extraordinare 4. s) fustra 5. t) conformasset E2. u) *deest* 4. v) *deest* 4. w) sedis E2. x) a. s. dietrico 4. y) ppe *corr.* ipe 7. z) detulerat 4. *) c. suam 4. a) Qui — ordinationis *desunt* 7. b) iniciabant 7. 9c. c) *deest* 4—11. d) r. p. 7. 9c. e) p. c. 4. f) Quia E2. g) *deest* 6. 7. 9c. h) *ita omnes codd.* concessione *Ann. S.* i) cuonrado D1. E2. 10. cunrado 4. conrado 7.

47) obierat d. 24. Iun. 48) Dietericus.

filio, commisit[49]; ipseque scandala principum declinans, in Italiam se una cum regina totaque domo sua[a] contulit, ac circa Padum negociis insistens regni, legatos ad apostolicum pro componendis causis, quae iterum regnum et sacerdotium disturbare coeperunt, suppliciter destinavit. Cuius legationis primatum abbas Cluniacensis[b], consanguineus[c. 50] ut aiunt domni papae, tenuit; qui et[d] inter utramque partem[e] pro componendis pacifice rebus, fidelis et[f] impiger apocrisiarius, multis argumentis invigilare studuit.

Eodem igitur anno, qui est 18[us] ordinationis domni papae Paschalis II, 2. Non. Mart. Romae in sede Lateranensi in aecclesia sancti Salvatoris, quae appellatur Constantiniana, celebrata est[g] synodus universalis concilii, congregatis ibidem ex diversis regnis et provinciis episcopis, abbatibus[h], catholicis ducibus et comitibus, legatis[i] universarum
Mart.6. provinciarum quam plurimis. Prima itaque die, quae secunda[k] erat feria tertiae ebdomadae quadragesimalis, inter Mediolanenses episcopos Grosulanum[l] et Iordanem, in alterum de invasione, in alterum quod aecclesiae suae desertor extiterit[m], ventilata est controversia Hanc causam domnus apostolicus cardinalium episcoporum consilio tracMart.7. tandam distulit. Sequenti die in eandem causam plurima[n] tractata sunt, sed res non[n*]
Mart.8. finita[o]. Quarta vero feria Lucensis episcopus de invasione terrae iuris aecclesiae suae Pisanos impetebat. Econtra dum Pisanus suos defenderet, inter utramvis[p] partem, utriusque populi suffragio, longo litigio disceptatur. Tunc quidam episcoporum de medio concilii surgens[q], ita exorsus est: *Domnum patrem*[r] *papam recordari decet*[s], *quare illius presentis et generalis concilii multitudo sancta per omnia periculorum genera mari terraque*[t] *convenerit invitata; ibi non*[u] *de spiritalibus vel aecclesiasticis, sed de*[v] *secularibus ordine prepostero tractaturi*[w] *negociis.* Expediendum prius, propter quod principaliter convenerint[x], ut evidentius pernoscatur, quid domnus apostolicus sentiat, quidque[y] in aecclesiis suis reversi predicare debeant. Tunc apostolicus concilii causam et animi sui intentionem his verbis exposuit: *Postquam Dominus de servo suo fecit quod voluit et me populumque Romanum tradidit in manus regis, videbam cotidie passim fieri rapinas et incendia, cedes et adulteria. Haec et huiusmodi mala cupiebam avertere ab aecclesia et populo Dei; et quod feci, pro liberatione populi Dei feci; feci autem ut homo, quia*[z] *sum pulvis et cinis. Fateor me male egisse, sed rogo vos omnes orare*[*] *pro me ad Deum, ut indulgeat michi. Illud autem malum scriptum quod in tentoriis factum est, quod pro pravitate*[a] *sui pravilegium*[b] *dicitur, condempno sub perpetuo anathemate, ut nullius unquam sit bonae memoriae; et rogo vos omnes, ut idem faciatis.* Tunc ab universis conclamatum[c] est: *Fiat! Fiat!* Bruno autem Signinus episcopus altius exorsus ait: *Gratias agimus omnipotenti Deo, quod domnum Paschalem papam*[d], *qui presenti concilio*[d*] *presidet, audivimus proprio ore dampnantem illud pravilegium*[e], *quod pravitatem et heresim continebat.* Ad haec quidam cavillatorie subiunxit: *Si privilegium illud heresim continebat, qui illud fecit hereticus fuit.* Iohannes autem Caietanus[f] ad hoc[g] commotus, Signino respondit[h]: *Tune*[i] *huc et in concilio, nobis audientibus, Romanum pontificem appellas hereticum? Scriptum quod fecit domnus papa, malum quidem fuit, sed heresis non fuit.* Et alter quidam adiecit: *Immo nec malum dici*[k] *debet, quia, si liberare populum Dei bonum est, quod*[l] *domnus papa fecit bonum fuit. Sed liberare populum Dei*
Ioh. 10. *bonum est*[m] *auctoritate euangelii, qua*[n] *precipimur animas quoque*[o] *pro fratribus ponere.* Ad haec patientia domni papae, horrendo heresis nomine pulsata[p], expergefacta est, et

a) *deest* 4. b) cloniacensis 4. c) consanguneus 5. d) *deest* 7. 10. 11. *superscr.* E1. e) *deest* 6. 9c. f) ac D1. g) c. habetur 4. h) et abb. 4. ab omnibus catholicis 6. 7. 9c. i) et leg. 4. k) est secunda f. 4. l) grosolanum 4—11. m) existeret 9c. n) tr. s. pl. 4. n*) minime E1. 2. o) non infinita 9c. p) utramque 6. 7. 9c, utramque partem vis populi utriusque s. 4. utramque vis 5. 10. utranque ius 11. q) s. c. 5. r) *deest* 4. s) *in marg. ante* rec. *addit* 7. t) terreque E2. u) ne 6. 7. nec 9c. v) *deest* 10. 11. w) tractari E1. 2. *A. S.* 10. tractatura 4. tractaturis *corr.* tractaturi 5. tractatur 6. 7. 9c. 11. x) convenerunt 9c. y) quisquid 4. quicquid 5. 10. 11. quid 7. 9c. z) qui D1. quia cinis sum et p. 4. *) orate 4—11. a) per pravitatem 6. 9c. b) privilegium 4. 6. 9c. c) clamatum 4. d) papam pasc. 4—11. d*) p. presidet c. 4. e) privilegium 6. 9c. *corr.* pravil. 7. pravilegium *corr.* privilegium 4. f) caiectanus 4. 5. 6? 7. 9c. 10. g) hec 10. 11. h) commotus ait ad Signinum 4. i) Tunc 6? Tu 7. 9c. k) *deest* 10. l) quod *usque* bonum est *in* 6. *in margine suppletum.* m) *deest* 4. fuit 7. n) quia 6. 9c. *corr.* qua E1. o) q. nostras pro 9c. p) *deest* E1. 2. *A. S.*

49) De hoc loco celeberrimo cf. Montag Gesch. der staatsb. Freiheit II. p. 141—186. 50) Pontius. Cf. Gallia christ. IV. p. 1134. et locum ibidem ex Orderici Vitalis libro XII. allatum.

manu silentium indicens, dissidentium clamores et murmura tali ratione compescuit[52]: Mart.8.
Fratres et domini mei, audite[a]*! Aecclesia ista nunquam habuit heresim; immo hic omnes*[b] *hereses conquassatae sunt. Hic Arriana heresis, quae per* 300 *fere*[c] *annos viguit, annullata est. Ab hac sede heresis Euticiana, Sabelliana contrita*[d]*, Fotinus ceterique*[e] *heretici destructi sunt. Pro hac aecclesia filius Dei in passione sua*[f] *oravit cum dixit: „Ego pro* Luc. 22, 32.
te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.“ Quinta feria papa in concilio non sedit, mul- Mart.9.
tis et maxime regis negociis per domnum Cluniacensem[g], Iohannem Caietanum[h] et Petrum Leonis[i] et[k] Urbis prefectum caeterosque[l] illius partis fautores impeditus. Sexta Mart.
feria[m] apostolicus[n] in generalem omnium aecclesiarum causam animum advertit, et 10.
Iohanne[o] Caietano cum Petro Leone caeterisque regis fidelibus in faciem resistentibus predicto Cuononi[p] Prenestino, sepius verbum excommunicationis exponere cupienti, murmur huiusmodi verbis et[q] manu ita compescuit: *Aecclesia primitiva martirum tempore floruit apud Deum et non apud homines. Dein*[r] *ad fidem conversi*[r'] *sunt reges, imperatores Romani et*[s] *principes, qui matrem suam aecclesiam sicut boni filii honestaverunt, conferendo aecclesiae Dei predia et allodia, seculares honores et dignitates, regalia quoque iura et insignia, quemadmodum Constantinus caeterique*[t] *fideles; et coepit aecclesia florere tam apud homines quam apud Deum. Habeat ergo mater et domina nostra aecclesia sibi*[u] *a regibus sive*[v] *principibus collata; dispenset et tribuat ea filiis suis, sicut scit et sicut*[w] *vult.* Pravilegium[x] investiturae, quod in tentoriis concessisse[y] videbatur, oblitterare volens, iterans sententiam papae Gregorii VII, investituram aecclesiasticarum rerum a laica manu rursus excommunicavit, sub anathemate dantis et accipientis. Cardinalis vero domnus Cuono Prenestinus talem papae fecit[z] inductionem[*] legationis[a] suae, et contra disturbatores presentis negocii competentem: *Domine pater*[b]*, si tuae placet maiestati, si vere tuus fui legatus et quae feci tibi placent esse rata, in auribus sancti huius presentis*[c] *concilii ore tuo edicito, et legationem meam tua auctoritate corrobora, ut sciant omnes, quia tu me misisti.* Ad haec apostolicus respondens ait[d]: *Vere legatus ex latere nostro missus fuisti; et quicquid tu ceterique fratres nostri cardinales episcopi, legati Dei*[e] *et apostolorum Petri et Pauli, huius sedis et nostra auctoritate fecerunt, probaverunt, confirmaverunt*[f]*, ego quoque probo et confirmo; quicquid autem*[g] *dampnaverunt, dampno.* Et domnus Prenestinus consequenter[h] subiunxit, qualiter pro sedis illius legatione Hierosolimis audierit, regem Heinricum post sacramenta, obsides et oscula in ipsa beati[i] Petri aecclesia domnum papam tenuisse captum, [et[i']] indigne tractatum, potiora aecclesiae membra[k], cardinales videlicet, exutos, tractos et male tractatos, nobiles quoque Romanos occisos et captivos, et populi[l] stragem factam, audiens ingemuerit; et pro huiusmodi facinoribus, aecclesiae Hierosolimitanae consilio, zelo Dei animatus, excommunicationis sententiam in regem dictavit; et eandem in Grecia, Ungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia, in quinque conciliis[53] consilio predictarum aecclesiarum renovando confirmavit; orare se denum, ut, sicut domnus papa legationem suam confirmavisset[m], ita presentis concilii patres et episcopi concorditer annuerent. Ad eundem modum legati et litterae domni Viennensis postulabant. Dum tali ratione et ordine tam variae et dissonae multitudinis assensus exquiritur, a saniori parte veritati et apertae rationi nichil contradictum, a paucis submurmuratum [est[n]], ab episcopis vel[o] abbatibus nullo modo reclamatum[p]. — Sabbato denique inter Mediolanensium episcopos controversia tali dis- Mart.
11.

a) a. me 4. b) o. hic 5. c) *deest* 4. d) c. est 9c. e) aliique 4. f) *deest* E1. 2. 7. g) cloniacensem 4. 9c. h) caiactanum 4. caiect. 7. i) leonem 4. k) *deest* 4. l) aliosque 4. m) sunt E2. fr̄ E1. n) papa 4. o) ihohanne 9c. p) cunoni E2. chuononi 4. chunoni 7. 9c. q) v. ita manu c. 4. r) Deinde 9c. r') reversi 6. 9c. s) *deest* 10. 11. t) aliique 4. u) sive 4. v) sive a 4. et p. 7. w) *deest* 4. x) privilegium 4. 9c. y) cessisse 7. 9c. z) f. p. 5. *) indictionem 6. 7. 9c. a) legationi D1. b) *deest* 4. c) *deest* 4. d) respondit 4. e) *deest* E1. 2. *A. S.* f) c. p. 4—11. g) *deest* 4—11. h) consequens 6. 7. 9c. i) sancti 4. i') *ita* E. k) *deest* E1. 2. *A. S.* l) populos 10. populorum 11. m) confirmasset 4. n) *ita* E. o) et E. p) redimatum *corr.* redonatum 6.

52) Cf. quae ex Gerhohi Reicherspergensis libro de aedificio Dei affert Mansi XXI. p. 151. 53) Cf. quae a G. Cossartio (Concil. a. 1114.) ex cod. ms. Montis Dei edita sunt: *Anno Domini* 1114. 8. *Id. Decembris Cono Praenestinus episcopus et apostolicae sedis legatus regem Henricum apud Beltracum anathematizavit in concilio suo. Et in quadragesima proxima laetare Ierusalem* 5. *Kalend. April. Remis celebrato concilio eundem Henricum damnavit. Item Cono feria* 2. *proximi paschae regem Henricum damnavit Coloniae in templo sancti Gereonis. Catalaunis Cono quarto habito concilio praedictum regem damnavit* 4. *Idus Iulii.* De quibus conciliis vide Mansi XXI. p. 121. 129. 135. sqq.

Mart. 11. pensatione terminata est. Apostolico Paschali docente, translationes episcoporum duobus fieri modis[a], necessitate vel[b] utilitate; huius autem translationis Grosulani[c], quae[d] videbatur, utilitatem in animarum et corporum dampna conversam. Grosulanum quidem in locum unde translatus fuerat[e] restituit, Iordanem vero[f] Mediolanensibus concessit. His autem qui propter concilium et animarum suarum remedium apostolorum limina visitaverant, qui de capitalibus poenitentiam agerent[g], 40 dierum poenitentiam indulsit[h], et apostolica benedictione concilii exameron laudabiliter absolvit.

Scindebatur inter haec et[i] huiusmodi regnum Teutonicum, quod iam [vix[k]] decennio vel paulo plus concorditer quieverat; et quia rex aberat[l], unusquisque, non quod rectum sed quod sibi placitum videbatur, hoc faciebat. Primo igitur[m] pars utraque conventibus assiduis agros alterius vastare, colonos[n] despoliare coepit; maximeque in episcopio Wirciburgensi per Chuonradum[o], fratrem ducis Friderici, lues ista succrevit. Post haec, occasione nacta, undique latrunculi pullulabant, qui nullam[p] temporibus vel personis distantiam exhibentes, ut dici solet, rapere et clepere, invadere et occidere, nilque per omnia victis reliqui facere satagebant. Longum est presulis Mogontini machinamenta contra regis fideles eorumque adversus illum insidiosas discursiones enarrare, seditiones nonnullorum urbanorum describere, civitates aliquas suis presulibus per has pestes orbatas, munitiones locis[q] insolitis instructas[r], castella quam[s] plura invicem destructa, regiones preda flammaque vastatas, congressiones et cedes mutuas ab utriusque partis equitibus factas, oppressiones pauperum et peregrinorum[t] atque captivitates more barbarico a christianis in christianos exercitas[u], multaque id genus litteris tradere. Nam neque pax Dei caeteraque sacramentis firmata[v] pacta custodiuntur; sed uniuscuiusque conditionis et aetatis preter solos aecclesiasticae professionis homines — quibus iam pene nichil preter miseram restat[w] animam — caeteri[x], inquam, hoc tempore beluino furore bachantur[y]. Hinc undique vastatis agris, villis depopulatis, oppidis ac regionibus nonnullis in solitudinem pene[z] redactis, deficiente cotidiana clericis per aecclesias prebenda, cessabant in quibusdam aecclesiis clericalia nimirum officia. Et, o[*] effusum calicem furoris Dei! locupletissimum illud et per totam Germaniam famosissimum ac principale cenobium Fuldense usque ad ultimam redactum est inopiam victus etiam necessarii.

A. D. 1117.

Dum cuncta per circuitum regna nationum, suis limitibus rebusque contenta, diu sanguine madentes gladios caeteraque[a] vasa mortis[b] iam in vagina concordiae reconderent, universalis etiam aecclesia mater, post numerosa persecutionum[c], heresium ac scismatum bella, iam sub vera vite Iesu lassa oppido membra per multas gratiarum actiones mandatis divinis inservitura locaret[d]: solus heu[f]! Teutonicus furor, cervicositatem suam deponere nescius, et quam multa sit pax legem Dei diligentibus, immo qualiter per presentis prosperitatis[f*] tranquillitatem ad aeternae visionem[g] pacis pertingi possit, ediscere nequaquam voluntarius — solus, inquam, nostrae gentis populus, dum[h] pre omni terrarum orbe[i] in perversitatis inolitae pertinacia incorrigibiliter perstitit, indeque iam[k] periurium et mendacium caeteraque[l] quae vox lamentatur prophetica inundaverunt et
Osee 4,2. sanguis sanguinem tetigit: nec minus quam quondam Sodomorum et Gomorreorum clamor huiusmodi in aures Domini Sabaoth introiit. Quapropter inter ipsa dominicae nativitatis festa, 3. Non. Ianuarii hora vespertina, super tantis divini iudicii contemptibus commota est et contremuit terra, ab ira nimirum[m] furoris Domini, adeo ut nemo inventus[n] sit super terram, qui tantum se unquam[o] sensisse[p] fateatur terrae motum. Nam multa inde[q] subversa sunt aedificia, civitates[r] etiam quasdam subrutas[s] dicunt in Italia. Quin etiam tonitrua[t] valde terribilia 3. Kalend. Febr. cum grandi turbine sunt audita,

a) *deest* 4. b) et 9c. c) grosolani 4—11. *et ita semper.* d) ergo 6. 9c. q. v. *corr.* quia videbat 7. e) fuit 7. f) *deest* 7. g) egerant D1. 9c. h) inclusit 9c. i) *deest* 4. k) *ita* E. l) abierat 10. 11. m) ergo 10. 11. n) colones E2. o) cũnradum E1. 7. p) numquam D1. nulla E2. q) in l. 7. r) destructas 4—10. construc-tas 11. s) *deest* 4. t) et p. *desunt* 4. u) exercitatas 4. 7. v) firmatis 4. w) prestat 4. x) alii 4. y) pachantur 4. z) iam pene 4—11. *) o *deest* 6. 7. a) aliaque 4. b) *hic folium excidit in* D1. *usque a.* 1119. postquam ipse Cluniacum. c) *deest* 4. d) *ita* E. *et coniectura Peutinger.* caret 5—11. cadet 4. f) cheu f. t. E1. 2. f*) prosperitatem tranquillitatis E1. 2. g) visionis pacem 7. h) *deest* E1. 2. *A. S.* i) orbem p. E2. k) *deest* 4. l) aliaque 4. m) *deest* 7. n) sit inv. E1. o) numquam E2. *corr.* umq. E1. p) fat. s. 4. q) s. s. inde E1. 2. r) urbes 4. s) q. in i. d. s. 4. t) terr. v. ton. 4.

fulgura etiam eodem tempore crebro visa. Leodium Lotharingiae civitas est, beati[a] Lamberti[b] martiris, ibidem[c] quondam pontificis, patrocinio satis inclita, studiis etiam litterarum pre caeteris adprime famosa[d]. In qua[e], dum in[f] vigilia dominicae ascensio- Mai 2.
nis universus clerus, decem[g] videlicet congregationum, intra matrem aecclesiam ex more convenissent, et[h] vespertinalem sinaxim concenturi, iam[i] primum psalmum complessent, subito serenissimus aer in turbidinem[k] versus, tanta simul tonitrua terribiliter et fulgura cum sulfureis igneis[l] excussit, uti iam[m] extremam[n], iam ultimi iudicii horam instare, nemo qui aderat dubitaverit; duobus nimirum clericis et uno de illustribus milite hac tempestate intra sacras aedes absumptis. Quinta decima[o] dehinc die ex vicino quodam ciusdem[p] episcopii monte, qua[q] nunquam aqua preter pluviam visa est, fluvius ingens erupit, qui[r] non modicam civitatis partem diluens, cum maximo Leodicensium[s] dampno Traiectensium se finibus infudit. 13. Kalend. Martii hora vespertina vidimus nubes igneas[t] vel sanguineas ab aquilone surgere, et per medium firmamentum sese extendendo, ipsi mundo terrorem non modicum incutere. Nam, ut postea didicimus, unicuique civitati tam vicinus ipse fulgor videbatur, ut ibidem rerum omnium finem minitari[u] putaretur.

His et huiusmodi cladibus rex Heinricus cordetenus sauciatus, non cessat legationes satisfactorias ad apostolicam sedem, licet ipse multum infestationibus[v] Italicis insudans, destinare; quas tamen constat minime profecisse. Nam domnus apostolicus propter securitatem, quam regi, licet coactus[w], fecerit, diffitetur[x], illum se[y] anathematis vinculo colligasse, ab aecclesiae tamen potioribus membris excommunicationem conexam, nonnisi ipsorum consilio denegat se posse dissolvere, concesso[z] nimirum utrimque sinodalis audientiae[*] iure. Ad hoc etenim[a] ultramontanis affirmat se cotidie litteris impelli, et maxime metropolitani Mogontini[b]. Qua de re non desinunt undique[c] seditiones coeptae per partes utrasque bachari, precipue tamen[d] Transrheninis in finibus, immo in ipsa Mogontia urbe multis cadentibus, regiones nobilissimae hinc inde vastari.

Emicho comes[54] a militibus Friderici ducis occiditur.

Colomannus Pannoniorum rex obiit. (E.)

A. D. 1118.

Domnus apostolicus Paschalis secundus, diutina[e] purificatus aegritudine, presentem[f] Ian. 21.
in Domino vitam finivit[g]. Pro quo Iohannes Caietanus[h], vir prudens et venerandus [et[i]] in Romana semper aecclesia inreprehensibiliter eidem apostolico collaborans, eligitur et cunctorum catholicorum unanimi consensu rite consecratur.

Balduvinus[k] rex Hierosolimitanus in expeditione contra Arabes positus, cum languorem, quo, licet lenius, tamen diu, vexabatur, ad vitalia pervenisse[l] sentiret, alterum Balduvinum[m] de Rohâs[n] pro[o] se regem designavit, ipseque Christo domino, pro quo multa iam[p] bella praeliatus est, animam suam fide plena et confessione bona tradidit[q]. In dominica palmarum iuxta fratrem[r] suum Gotefridum[s], loco Calvariae, mausoleum, Apr. 7.
germani mausoleo simillimum, cum maximo diversorum populorum planctu suscepit.

Valde mane dominicae resurrectionis die caelum a parte meridiana apertum tan- Apr. 14.
tam[t] lucis effudit abundantiam, ut lunae, quae tunc clarissima nimirum[u] videbatur, lumen inestimabili fulgore detergeret et per unam vel amplius horam — quod multis testibus comprobamus[v] — omni solis luce clarior permaneret. Ipso tamen spatio crux non modica per idem foramen dependens apparuit; cuius tam auri quam gemmarum varietas evidenter discerni potuit.

Heinricus imperator, dum Paduanis regionibus immoraretur audito transitu apostolici, Romam properavit, et primo quidem in electione domni Iohannis, qui et Gelasius II. dictus est, assensum prebens, postea vero eodem a sua se[w] communione subtrahente,

a) sancti 4. b) lantberti 9c. c) ibi 4. d) formosa *corr.* famosa 7. e) quo 4—11. f) *deest* 6. 7. 9c. g) *deest* 4. h) ad 4—11. i) et iam 4. k) turbinem 4. 6. 7. 9c. l) ignibus 7. m) *deest* E1. 2. *A. S.* 6. 7. 9c. n) ultimam u. i. 4. o) quindecimo 6. quinto decimo 9c. p) m. c. e. E1. 2. q) quo 4. 9c. r) *deest* 10. 11. s) leodiensium E1. leodinensium E2. t) *ita* E1. 2. i. v. *desunt* 4. 6. 7. 9c. vel 10. 11. velut 5. u) inmitari E2. v) ital. inf. 7. w) invito 7. x) dissitetur E2. y) se i. 5. z) concessa E1. 2. 4. 6. 7. 9c. 10. *) audiente 6. a) enim 4. b) *deest* 4. c) c. s. u. 4. d) *deest* 4. e) divina 7. 9c. d. eg. p. E1. 2. f) p. i. d. *desunt* E1. 2. g) f. v. 5. h) caitanus 4. 5. 10. cartanus 6. 7. 9c. i) *ita* E. k) Baldeuuinus 5. 10. 11. *semper.* Balduwinus E2. l) venisse 7. m) baldevinum E1. 2. baldmuuinum 7. baldiuuinum 9c. n) rhoas 7. 9c. o) r. p. se E1. 2. p) *deest* 4. q) tradit 7. r) *deest* 7. s) godefridum E1. 2. 7. t) tantum 7. u) *deest* 4. v) probamus 4. w) se a sua 5.

54) An idem qui a. 1099. cruciferos circa Rhenum collegerat?

non sine quorundam Romanorum favore alterum quendam Burdinum, ex Hispania supervenientem, apostolicae sedi imposuit; sicque scisma, quod iam sperabatur [a] emortuum, crudeliter revixit. Nam eodem Romanae kathedrae libere potito, Gelasius cum his qui secum abierant cardinalibus caeterisque catholicis quos congregare poterat, apud Capuam, iuxta quod litterae ab ipso circumquaque transmissae testantur, caesarem una cum ydolo suo dampnavit. Hinc per Campaniam cum suis ad Burgundiam transmigravit, ac Viennae synodum congregari [b] constituit.

non sine quorundam Romanorum favore alterum quendam Mauricium, ex Hispania supervenientem, apostolicae sedi imposuit; sicque scisma, quod iam sperabatur emortuum, crudeliter revixit. Nam eodem Romanae kathedrae libere potito, Gelasius cum his qui secum abierant cardinalibus ceterisque quos congregare poterat catholicis, apud Capuam, iuxta quod literae ab ipso circumquaque transmissae testantur, caesarem una cum papa [c] suo dampnavit. (E.)

A. D[d]. 1119.

Domnus apostolicus Gelasius II. apud Viennam synodum congregavit, eaque transacta [e], post paucos dies in monasterio Cluniacensi [f] vitam presentem in Domino finivit. Quo, ut decuit, honorifica ibidem sepultura deposito, qualiter domnus Milo, Viennensis archiepiscopus [g] in locum eius successerit, ipse postea [h] Adelberto Mogontino archiepiscopo litteris hoc modo designavit:

archiepiscopus in locum eius successerit, ipse postea Mogontino presuli his verbis innotuit: (E.)

Domnus noster felicis memoriae Gelasius a [i] Vienna discedens, iniunxit michi, ut ad eius presentiam festinarem, postquam ipse Cluniacum [k] pervenisset. Quod cum post [l] dies aliquot [m] implere satagerem, in itinere de eius obitu michi [n] nunciatum est. Ego ut fratribus qui cum domino [o] eodem venerant, prout ratio exigebat, solatium exhiberem [p], Cluniacum [q] cum gravi dolore perrexi. Dum autem super eorum consolatione attentius cogitarem, ipsi gravissimum [r] michi onus et vires meas omnino transcendens imposuerunt. Congregati namque [s] in unum die altero post adventum meum episcopi cardinales et centum clerici et laici Romanorum, invitum me ac [t] penitus renitentem in Romanae aecclesiae pontificem [u] Calistum unanimiter assumpserunt.

His etiam [v] temporibus[55] Cuono [w] Prenestinus, adhuc legatione Gelasii functus, synot118. dum Coloniae cum Teutonicis habuit, ubi [x] imperatoris omnimodis excommunicationem Mai. propalavit.*1) Alteram [y] quoque synodum in Friteslar [z] eadem pro causa indixit; qua et habita, eandem quam prius excommunicationem confirmavit. Imperator, his auditis, insuper etiam quod principum consensus generale vel curiale colloquium non multo post apud Wirciburg instituere proposuisset, ubi ipse aut presens ad audientiam [a] exhiberi aut absens regno deponi debuerit, efferatus animo, Italiae suis copiis cum regina relictis, Germanicis se regionibus nimis insperatus exhibuit. Cumque ab emulorum suorum iniuriis manum abstinere [b] nimietas illum iracundiae nullatenus permitteret, mox invasionum [c] depredationum atque incendiorum furor, qui iam sopiri posse sperabatur, hoc exemplo, rectoris scilicet universalis, excitabatur [d] Qua nimirum tempestate universae [e] provinciae adeo devastationis continuae importunitate [f] inquietantur [g], uti [h] ne ipsa pro observatione divinae [i] pacis professa sacramenta custodiantur [k]. Quapropter Heinricus totius [l] regni sacerdotum atque procerum nunciis compulsus, generalem fieri apud Triburium conventum assensit [m], ubi de omnibus quae sibimet imponerentur [n] iuxta senatus consultum se satisfacturum [o], spopondit. Quo scilicet conventu [circa [p] Nov.[56] inicium]

*1) t0. *in margine et* t1. *addunt:* Huic concilio interfuit Norbertus postea Praemonstratensis ordinis institutor, tunc autem noviter conversus in peregrino habitu, ibique ab omnibus in multis accusabatur, de quibus se prudenter excusabat. Unde et scriptum legitur de eo, quia: *Manus horum omnium contra eum et ipse contra hos omnes.*

a) speratur t0. t1. b) congregare 4. c) *in A. S. tamen* ydolo *legitur.* d) d. incarn. t0. t1. e) eoque transacto E1. 2. f) cloniacensi 4. g) archiepiscopo E2. h) *deest* 7. i) *deest* 4. k) cloniacum 4. l) per E2. m) aliquo 4. n) *deest* E1. 2. o) e. d. E1. 2. p) exhibere Dt. G. 7. q) cloniacum 4. r) m. g. E1. 2. s) *deest* 4. t) *deest* t0. t1. u) *deest* 4. v) autem E2. w) chuono D1. 9c. chono 7. cōno E1. x) *deest* 4. y) Alterum 4. Altm 7. z) fritislar Dt. G. 7. *) wirziburg D1. 9c. 10. wirciburc 7. wirzeburg 5. a) obedientiam 7. b) abstrahere 7. c) suasionum G. 9c. *corr.* peruasionum 7. d) excitatur Et. 2. *A. S.* e) omnes 4. f) *deest* D1. g) inequietantur D1. inequitantur G. 9c. *corr.* inquietantur 7. h) ut G. 7. 9c. ut me in ipsa E2. i) divina E2. k) custodiuntur t0. l) *deest* 7. m) consensit E1. 2. *A.S.* n) preponerentur 4. o) facturum satis G. 9c. sposp. se satisf. 4. p) *ita* E.

55) Haec ad a. 1118. pertinere, monuit Stenzel II. p. 329. 330. Ekkehardus haec, ut quibus causis imperator ad redeundum sit permotus ostendat, hoc demum anno refert. Cf. de his conciliis epistolas Adelberti Moguntini cod. Udalr. n. 289—291. 56) Hunc falsum esse diem patet, quum ipse Ekkehardus dicat, in hoc conventu concilium d. 18. Octobr. habendum collandatum esse; cf. Stenzel II. p. 332.

Reninis[a] in partibus habito, tam adversariorum quam amicorum imperator concorditer usus consilio, unicuique per totum regnum suis rebus spoliato propria concedi precepit; cunctaque regum antiquorum fiscalia suam in ditionem interim recepit; paxque per universas provincias ab omnibus haberi conlaudatur; sed parum profecisse re[b] ipsa comprobatur. Aderant etiam legati[c] tam Romanorum quam Viennensium, immo diversarum aecclesiarum missi, confirmantes electionem domni Calisti[d]. Cui profecto dum universi nostrates episcopi obedientiam professi, synodum, quae sibi iuxta[e] festum sancti Lucae indicebatur, conlaudassent fieri, ipse rex semet ipsum ibidem pollicebatur ob reconciliationem universalis aecclesiae presentandum iri. Id enim Catalaunensis episcopus et[f] Cluniacensis[g] abbas, apud Argentinam ipsum convenientes, multis ratiocinationum[h] conatibus obtinuerunt. Oct. 18.

Cod. E.

Eiusdem tamen actionem concilii si quis plenarie cognoscere querit, in litteris cuiusdam scolastici nomine Hessonis[57] elegan-ter enucleatum reperire poterit[i], id est qualiter rex[k] inter regnum et sacerdotium de concordia facienda consenserit; insuper

Idem concilium Remense qualiter actum sit scire volentibus, difficile non est invenire scripta cuiusdam scolastici Hessonis nomine, prout se interfuisse testatur, enucleatim omnia describentis. *1

eidem concilio, cui[l] videlicet 13. Kal. Nov. predictus papa Calistus[m] II. vallatus 426 patribus, coram innumera multitudine cleri ac populi presedit, non adeo se[n] presentem, vicinum tamen, exhibuerit; ubi et colloquio suo domni papae legatis[o] concesso, tandem inducias denuo quesierit propter generale colloquium cum principibus habenduin, pro investituris scilicet aecclesiasticis, quas tantopere cogebatur amittere; ad ultimum vero idem apostolicus, inacta inter se et regem concordia, synodalia predecessorum suorum decreta confirmaverit, aliaque nunnulla quae res exigebat noviter[p] addiderit. Sic itaque post dies fere 12 in virtute Spiritus sancti rite finito concilio, cunctos apostolica benedictione confirmatos ad propria redire permisit, unumquemque cum gaudio. Ipse quoque non multo post ad Italiam conversus, incredibile memoratu[q] est, quanto tripudio quamque immensa pompa non solum totius Romae, verum[r] etiam universarum provinciarum quas pertransierat, Christi vice sit susceptus. Ab illo tempore tam ipse iam vere apostolicus quam universus illum sequens Christi grex de die in diem proficere coepit, donec cuncta pars Burdini[s], quem aliqui Ydolum cognominare solent, in dies infirmata[t], conari contra aecclesiam desiit; regni tamen coepta commotio — ahc[u] scelus! — nullatenus quievit. Oct. 20. Oct. 30.

Hoc anno Adelgoz Magdeburgensis archiepiscopus, homo iuvenis et tam Deo quam omnibus[v] bonis acceptabilis, immaturo preventus occasu, vitam presentem[w] in Domino finivit. Cui etiam Ruggerus[x] canonicus canonica electione successit.

A. D. 1120.

Imperator natalem Domini Wormaciae non imperialiter celebravit. Postea ductu[y] Friderici de Arnesberg[z] Saxoniam ingressus, ibique ab* episcopis regionis illius, ab eius communione abstinentibus, in Franciam convertitur; ubi nonnullis acceptus, compluribus etiam invisus habebatur. Nec[a] minus interea scissionem inconsutilis tunicae suae Dominus ipse detestatus, inter multa, quibus pro ipso orbis terrarum flagella pugnavit, in episcopatu Trevirensi[b] mense Iunio suscitata tempestate[c] glaciem mirae magnitudinis effudit, quae et[d] aedificia evertit et alia pericula intulit. Saxoniam quoque et maxime in episcopatu Halberstatensi[e] dira grandine flagellavit, in tantum ut in novem villarum finibus non solum frumenta sed et bestias agri cum volatilibus innumeris consumpserit. Qua correptione[f] stimulati Saxones, crebros conventus ob concordiam facere, dissidentes inter se pacare, dextras invicem dare, predones exterminare, subpressoque[g] imperatoris

*1) E1. *alia manu addit:* Adelgotus XI. Magad. archiepiscopus obiit et Eodem anno etiam Hugo abbas XI. obiit. *quae* E2. *recepit.*

a) rheninis 6? 7. 9c. b) res 4. c) *deest* 7. d) calixti 7. e) circa E. f) ac 9c. g) cloniacensis 4. h) rationum 7. i) potuit 9c. k) *deest* 4. l) *deest* 7. 9c. m) kalixtus 7. n) se res p. 4. o) *deest* 4. p) naviter 4—11. q) dictu 4. r) sed 4. s) burgundini 9c. t) firmata conare D1. u) *i. e.* ach, o! ac 4—11. v) q. hominibus o. b. 6. 7. 9c. w) in d. p. 4. x) ruoggerus 4. 6. 7. 9c. 10. y) dictu 7. z) arnesburg E2. arnsburg 4. arnesbere 7. *) *deest* 6. 7. 9c. a) Hec 7. b) treverensi 4—11. c) tempestas E1. t. in glaciem 7. d) *deest* 4. e) halberstadensi D1. E1. 2. f) correctione D1. g) *ita* D1. E1. 2. 7. 10. subpressoque *corr.* subpressaque 6. subpressaque 5. 6. 9c. 11.

57) Hessonis liber a Tengnagelio editus, notissimus est. Cf. acta concilii ap. Mansi XXI. p. 235.

persona, contra omnem hominem terras suas invadere molientem se unanimiter armare coeperunt; ac inter haec etiam quosdam milites caesarianos Thuringiam[a] vastantes in castello Wassenburc[b.58] singulis presidiis circumcludentes, tandem penuria afflictos expulerunt; sicque in brevi pacem iocundissimam, licet alibi werra[c] solita grassante, suis in partibus instituerunt. Litteris etiam ac[d] legationibus papae roborati, vacantibus kathedris[e] canonice pastores elegerunt; quos, mediante Mogontino presule[f], qui tunc illo regis declinaverat iram, probabiliter et aecclesiastica libertate consecrari fecerunt.

His temporibus Fridericus palatinus comes, qui nuper se a caeteris dissocians, regis fidelitati devinxerat[g], obiit, iam provectus aetate, et ut cuidam servo Dei evidenter revelatum affirmant, ad loca poenalia[h] fertur descendisse. Bonae memoriae Dieggerus[i], primum[k] abbas cenobii sancti Georgii, indeque per legatum apostolicum[l] Metensi aecclesiae ordinatus, post multas a regis fidelibus illatas sibi iniurias requievit in Domino, in [eadem[m]] aecclesia[n] cui presidebat sepultus; vir adprime litteratus et in sancta conversatione usque ad ultimam aetatem constantissimus.

Sunt in Saxonia duae quaedam munitiones non longo[o] a se intersticio remotae, quarum vocabula nunc minime occurrunt memoriae. Media fere nocte videbatur utriusque castelli vigilibus[p], non imaginarie sed vere[q], persona viri a muro unius progrediens, et ad alterum per totam campi interiacentis latitudinem procedens, toto corpore in modum faculae vel massae candentis[r] exardens, quae etiam prope castellum oppositum disparuit. Haec visio non semel, sed bis vel tercio similiter[s] apparuit.

A. D. 1121.

Domnus Thidericus[t], qui Burkardo[u] Rufo, dudum in legatione Heinrici imperatoris apud Constantinopolim defuncto, per electionem aecclesiasticam in cathedram[v] Monasteriensem successerat, a suis indigne tractatus, Saxonicis principibus querimoniam iniuriarum suarum detulit; et quia vir illustris natu et virtutibus famosus extitit, per Lotharium ducem congregato exercitu, sedem suam etiam contra regis voluntatem repetiit. Contigit autem occulto[w] Dei iudicio, dum inimicas acies videndo cives terrerentur ac pro imminenti periculo singuli sua[x] molirentur, casas aliquas incaute succendi, paulatimque dominante flamma etiam basilicam maiorem, quae sedes illius erat aecclesiae, funditus comburi[y]. Sic quoque miserabili potiti victoria, pontificem pulsum restituunt, multam autem[z] pecuniam ad restaurationem aecclesiae conferunt; interpretantes nonnulli causam tanti excidii non esse, nisi quod defuncti presulis Burkardi[*], qui multa illic ex iniquitate comportasset, oblatio manifestaretur Deo non placuisse.

Auditur interea necnon et nunciis a Roma venientibus approbatur, illum pseudopa-
Apr. pam Burdinum, castello[a] Sutriae, quo miserrimo suo inserviens officio residebat[b], per Romani exercitus zelum destructo, captum, et post plures a vulgo sibi contumelias et illusiones illatas, vix a manibus eorum domno apostolico illum eripiente, ob agendam poenitentiam exilio relegatum[c]. Sunt etiam qui talibus eum asserant deprehensum flagiciis, quae nostris indignum duximus tradere scriptis.

Iun. Igitur Heinricus imperator, inito fidelium suorum consilio, rebelles sibi Mogontinos affligere tractavit[d]; ac primo navium commeatum omnibus modis interclusit, deinde presidiis circumcirca munitis, huiusmodi insidiis nundinas sive mercatus fieri sive quicquam victualium in civitatem deferri inhibuit; ad extremum vero[e] in[f] obsidioncm eiusdem urbis publicam expeditionem undique indici constituit. His auditis, presul Adalbertus totam Saxoniam, ubi tunc manebat, commovet[g], et quia legationem apostolicam ab ipso papa dudum acceperat, hac auctoritate pontifices et principes ipsius provinciae pro utilitatibus matris[h] aecclesiae frequenter convocat; ubi vir eloquens et primatum

a) turingiam 4. b) wassenburg 4. 5. 6. 10. 11. wasseburc 7. wassenbur 9c. c) in w. 9c. d) c. papae ac l. r. 4 e) kathedrae 10. f) *deest* 10. 11. g) devixerat E2. fidelitate deiunxerat 9c. h) p. descendit 4. i) dietgerus 7. k) *deest* 4. l) apostolici 9c. m) *deest* D1. n) in aecclesia Cluniacensium (cloniacensi 4.) sepultus. cui praesidebat vir adprime l. 4—9c. in aecc. cl. s. vir a. 10. 11. o) longe D. 4—11. p) *post add.* 7. q) *deest* 4. r) cadentis 4. s) *deest* 4. t) heinricus D. 4—11. *Quem errorem Ekkehardus ultima demum revisione correxisse videtur.* u) burchardo D. 4—11. v) ethedram 4. w) *deest* 7. x) servare *post add.* 7. y) obrui 7. z) *deest* 7. *) burchardi 4—11. a) in c. 10. 11. b) sidebat E2. c) religatum E1. 2. d) curavit E1. 2. e) *deest* 4. f) *deest* 7. 9c. g) commovit 6. h) *deest* 4.

58) eadem fortasse quae Wachsenburg dicitur in ducatu Gothano.

in Cisalpinis[a] partibus multiformiter tenens, ad defensionem totius Germaniae metropolis animos omnium catholicam obedientiam profitentium tandem excitat[a]. Huc etiam accessit, quod episcopi Spirensis et Wormaciensis, et si qui alii resistere[b] non valentes, tamen[c] apostolicam obedientiam professi[d], pulsi[e] suis sedibus vagabantur extorres; quos proprio quemque loco restituere disponebant idem principes, pro domino Deo[f] exercituum zelo zelantes. Denique circa solsticium aestivale, cara iam ubique[g], per vastatas nimirum regiones, annona, geminus tibimet, o nobilis Mogontia, conflatur exercitus, alter scilicet in Alsacia, ast[h] alter in Saxonia, dispari animo annosae[i] dignitatis tuae menia superba queritantes; alter destructionem tuam, alter defensionem intentantes, acsi conquerendo dicenti tibi: *Filii matris meae pugnaverunt contra me!* rebus responderet Christus: *Ecce iterum*[i'] *isti congregati*[*] *venerunt tibi!* Fiebant interim per omnes aecclesias ieiunia, supplicationes vel letaniae[k]; nec erat ulla filia Syon, quae se faceret expertem tanti periculi matris suae. Quapropter respexit Dominus in orationem humilium et non sprevit precem[l] eorum, sed misso principali suo spiritu[m], spiritu consilii, spiritu pacis, inter[n] principes utriusque[o] populi, dum iam non[p] longe ab invicem uterque consedisset exercitus, pro eo quod in alterutrum acies dirigere disposuerant, missis utrimque quibusque[q] sapientissimis atque religiosis proceribus, de concordia sua scilicet fraterna honorabiliter tractare coeperunt. Quid plura? Eousque spiritus Iesu pro precio sanguinis sui[r] filiisque sponsae suae dimicans, spiritui superbiae et maligno prevaluit, ut mentibus universorum iam in uno divinae voluntatis[s] assensu conexis, ipsorum consilio, suasione ac obsecratione regis indignatio in tantum[t] mitigaretur, ut ipse presens negocium[u] non suo sed optimatum utriusque partis arbitrio terminandum decreverit[v]. Inde rerum omnium gubernatori cunctis gratias agentibus, denominati sunt[w] ex utraque parte duodecim primates, quorum corda timor Dei possidens inveteratam discordiam inter regnum et sacerdotium sedare nemine resistente sufficeret[x]. Ad haec determinanda collaudantur conventus totius regni principum, curia Wirciburg[y], tempus festum[z] sancti Michahelis[z*]; et unoquoque propria manu in alterius manum huiusmodi pactum quasi sub sacramento firmante, cum pace et gaudio discessum est.

Evolutis post haec tribus fere mensibus, Heinricus imperator venit cum ingenti comitatu in civitatem Wirciburg[a] iuxta[*] condictum; Saxonum vero principes una cum Mogontino presule caeterisque castra metati sunt[b] iuxta rivum[c] quae[d] Werna[e.59] dicitur, unius diei iter habentes[f] a rege intersticium. Ibi securitate per internuncios utrobique composita, post triduum loco prenominato regem conveniunt. A quo pacifice extra muros propter nimiam utriusque partis turbam recepti[g], exinde per continuam septimanam[h] uni se cotidie curiae colligunt, ibique semper super[i] presenti[k] scismate[l], regni videlicet[m] et sacerdotii, sollerter tractare non cessaverunt. Sed licet nonnulli pacem[n] odientes scandala nova veteribus superseminare temptaverint[o], tamen quia divinae[p] ordinationis proposito, unde tot capita rei publicae[q] convenerant, resistere nemo[r] prevalet, tandem Heinricus imperator[s] sponsionis suae non immemor, universas questiones quae ventilabantur non suimet arbitrio nec suorum quorumlibet contentione sed iuxta senatus consultum concludi, per omnia in omnibus concessit. Unde quia multa, quae tunc[t] ibi magnanimiter[u] disposita sunt[60], enarrare[v] longissimum est, ea tantum[w] quae etiam causa maxima eiusdem conventus fuerunt, huc[x] annotare sufficiat; utque[y] pacem firmissimam et ab omnibus universalem sub vitae periculo legaliter institutam[z], regalia vel fiscalia regno, aecclesiastica aecclesiis, predia depredatis, hereditates heredibus, omnique personae vel conditioni propriam adiudicatam esse iusticiam. Ad haec predo-

Iun. Cant.1,5. Is.49,18. *) c.sunt D. E. Sept. *) Wirziburg. iuxta condictum vero Saxonum E.

a) cisalpinis 9c. a*) excitavit 4. *deest* 6. 9c. 10. incitat *post add.* 7. p. erigit tandem 5. p. accendit 11. b) non r. 7. c) propter 4. d) *deest* 4. e) s. p. 7. f) deo exere. *desunt* 4. g) u. vastata n. per 4. h) alter vero 4. i) annosa 5. i') *deest* 7. k) letatnę E2. l) preces 7. m) sp. suo 4—11. n) et inter E2. o) u. principes pop. 4—11. p) ab E1. 2. *deest* 7. q) quibusdam 4—11. u. s. quibusdam 5. r) filii E1. 2. s) v. d. 5. t) ind. interim 4. u) *deest* 7. v) decrevit 4. w) *deest* 4. x) sufficeret 7. 9c. y) wirziburg E1. 4. 5. 6? 10. wirciburc 7. z) festū D1. z*) machaelis 7. a) wirziburg 4. 5. wirciburc 7. wirziburch 9c. wirzibure 10. b) *deest* 4. c) rinum E2. d) quę *corr.* qui 6. qui 7. 9c. e) werra 7. 9c. werra *superscripto* n 5. f) a rege h. 4. g) receplo 4. h) ebdomadam 4. i) *deest* 6. 7. *ubi* semper *corr.* super. k) presentis 7. l) *deest* 4. m) v. r. 4. n) pace 9c. o) temptaverunt 7. 9c. p) o. d. E1. 2. q) re publica convenerunt 9c. r) *deest* 4. 1. n. p. 7. s) imperator h. 4. t) i. l. E1. 2. u) magna 7. v) narrare longum 4. w) tamen 4. x) hic 4. 7. y) ut quę 6. z) instituta 6. 7. 9c.

59) Wernitz. 60) Cf. conditiones, in quas convenerunt, Mon. Legg. II. p. 74.

Sept. nes furesque edictis imperialibus persequendos sive legibus antiquitus constitutis coercendos, unanimi coniuratione confirmatum est; et[a] quicquid scandali, quicquid[b] perturbationis usquequaque per regna Germaniae inimici seminario succreverat, omnimodis eradicari decretum est. De verbo autem excommunicationis, unde scandala pene cuncta pululaverant, nichil est[c] diffinitum, tamen ad apostolici regiminis audientiam concorditer in timore divino dilatum[d], denominatis in presenti legatis, qui Romam haec omnia deferrent, quatinus, indicto per auctoritatem apostolicam generali concilio, quaecumque humano non possent, Spiritus sancti iudicio terminarentur. His ita reverenter pro honestate simul et utilitate regni dispositis, destinati sunt in presenti domnus Otto presul Babenbergensis, dux Heinricus, comes Berengerius[e], qui haec[f] omnia Noricis principibus, qui tunc forte aliis occupati rei publicae causis predicto conventui deerant, apud Ratisponam Kal. Novembr. convocatis, intimarent; quos et ad omnia haec voluntarios inveniebant atque confirmabant[g].

De *1) monasterio Fuldensi turris australis corruit, ac sanctuarium orientale et eam quae subtus illud erat criptam altariaque septem circumcirca compressit.

A. D. 1122.

Erlungus[h] episcopus Wirciburgensis[i] per quatuor annos elephantino morbo vexatus, *) v. 3. Kal. Ianuarii obiit 4—11. in natali Innocentum* obiit, et prohibente scismate non in civitate sed in monasterio Swarzaha[k] sepulturam obtinuit. Domnus autem imperator vacanti kathedrae consultu-rus illo devenit, et consilio suorum usus, quendam adolescentem nomine Gebehardum, bene quidem[l] natum, sed adhuc pre studiis scolaribus nulla aecclesiastica promotione mancipatum, pontificali investitura[m] sublimavit, non modica quidem[n] et ut dicunt saniori parte cleri ac populi id ipsum constanter renuente, alterum autem nomine Ruggerum[o], eiusdem aecclesiae[p] diaconum, inibi videlicet nutritum atque canonicum, canonice eligente. Hinc dissensiones non parvae oriuntur, in tantum ut eidem parti faventes, relictis quae possidebant in civitate, cogerentur offensam imperatoris declinare; ducem quoque Fridericum fratremque eius Chuonradum[q], electioni eidem[r] dum frustra consentiunt,

*1) *Reliqua huius anni desunt* 4 — 11. *eorumque loco haec leguntur in* 4. 6 — 11: Eodem anno in Swarzahensi monasterio ob[s] honorem et reverentiam[t] piissimae genitricis suae Mariae perpetuaeque virginis, et sanctae Felicitatis preclarae martyris, septemque filiorum eius, in quorum[u] honore idem monasterium constructum et[v] dedicatum est, factum est quoddam signum memorabile[w]. Sicut enim Dominus fecit salutem quondam in homine a nativitate coeco, sic istis temporibus perpetravit in iuvene a nativitate muto. Sed qualiter hoc contigerit[x], breviter pandimus et notificamus[y]. Ex alia quippe provincia puer quidam pauperculus illuc supervenerat, qui a dispensatore fratrum pro misericordia clementer susceptus, deserviebat ibidem multis[z] diebus, habens sub se curam legenda et conservanda* fratribus poma. Delitescens itaque[a] serviensque[b] in tali servitio plurimo tempore, contigit ut magna illa festivitas omnium sanctorum adpropinquaret, et in ipsa vigilia idem serviens diem ieiunum[c] ad vesperum transiens[d], cum iam resideret cibum sumpturus, repente Dei nutu horror illum invasit nimius[e], totusque in extasi factus, in impetu perrexit in monasterium, ubi iam ymnus *Omnes superni ordines* ad vesperas studiosius decantabatur ab omnibus; et[f] semel atque bis in oratione genu[g] flexus, se[h] Deo sanctisque eius[i] commendabat[k] attentius. Tum repente omnipotentis[l] Dei respectu, hactenus clausum laxatum est linguae illius vinculum, excreansque[m] ex ore quasi caruncu-lam crudam cum cruore, loquebatur ad circumstantes clara voce. Populis igitur omnibus in aecclesia commorantibus non modicam de tam[n] subita mutatione[o] dexterae Dei excelsi miran-tibus, urgebant illum qui curatus fuerat, chorum ascendere, seque in crucis modum coram principali altari sternere, et pro inenarrabili misericordia Dei ipsi immensas gratias referre. Quo facto, etiam[p] vespertinali officio peracto, fratres pariter et populus cum compunctione cordis et spiritus voces attollunt ad sydera, ymnisque[q] ac laudibus Christi concrepant magnalia. Huius itaque rei sunt testes pene omnes provinciales, insuperque omnis familia, quae ad eundem locum debita iugiter persolvit servitia.

a) *deest* 4. b) vel 4. c) nil d. est 4. d) *deest* 7. d. est 9c. delatum E1. e) berengerus 5. *A. S.* bereng 4. bering 6. 9c. beringer 7. bering 10. beringe 11. B. E1. f) *deest* 10. 11. g) confirmaverunt E1. 2. h) Erlongus 6. 7. i) wirziburg. 5. 10. *semper.* wirceb. 7. k) suarza 4. 5. l) quidam 7. m) investura 9c. n) *deest* 7. o) ruoggerum 4. 6. 10. p) *deest* 4. q) cuonradum E1. 2. 5. cuondradum 10. cunradum 4. 7. r) *deest* 4. s) ad *corr.* ob 6. t) reventiam 6. u) q. in 4. v) e. est et d. 4. w) memoriale 4. x) evenerit 4. y) et n. *desunt* 4. z) multi 6. *) servanda 10. 11. leganda et servanda *corr.* legendi et servandi 7. a) s. in t. s. p. t. c. ut m. illa festi *in marg. adposita* 6. b) serviens 10. 11. c) ieiunium 6. 9c. ieiuniis 7. d) *i. e.* transigens. e) n. novus 1. 4. f) *deest* 4. g) genua flexit deo 4. h) *deest* 10. 11. i) *deest* 10. se 11. k) c. se 4. l) *deest* 4. m) exsecransque 4. n) m. datam 9c. o) invitatione 6. 9c. p) et 4. q) ymnis 4.

indignatos ab avunculo eodemque[a] domino suo discedere[b]. Qui tamen non multo post cum metropolitano Mogontino nonnullisque Saxoniae principibus colloquium iuxta fluvium Wirraha[c] facientes, predictum Ruggerum contra voluntatem regis per auctoritatem eiusdem archiepiscopi Adelberti caeterorumque legatorum papae, qui tunc[d] nuper a Roma venerant, presulatus electione[e] et investitura confirmabant. Ipso etenim tempore episcopus Spirensis et abbas Fuldensis, legatione totius regni apud sedem apostolicam peracta, redierant, ducentes secum Ostiensem episcopum, vicem domni apostolici[f] per omnia tenentem, cum duobus cardinalibus, qui uichilominus a sede sancti Petri ob reconciliationem regni et sacerdotii missi fuerant.

Hac de causa iterum colloquium curiale per provincias indictum est, cui locus Wirciburg, tempus festum[g] sancti Petri prefinitum est. Quo propinquante, appropinquare coeperunt condictae civitati, non sine dampno totius orientalis Franciae, diversarum provinciarum principes et turmae[h]. Sed ubi nunciis veracibus, domnum[i] imperatorem illo minime venturum, utpote circa Rhenum aliis irretitum negociis, didicerant, unusquisque in sua redire disponebant[k]. Iun. 29?

Interim Gebehardus, federatis sibi[l] iam firmiter[m] urbanis, intra muros copiosa cum[n] turba dum residet[o], quadam die post meridiem assumpta de his qui secum erant manu valida, quosdam, qui iam uno[p] pene miliario ab urbe castra posuerant, nichil mali suspicantes, invadere temptavit[q], et quasi inimicos regni deputans[r], sive turpiter pellere sive incautos[s] sternere proponit. At illi clamore venientium excitati, gemina contra acie[t] celeriter[u] directa, naviter resistendo se suaque castra defendunt, et ex utraque parte caesis, vulneratis atque captis[v] nonnullis, die etiam advesperascente, hi ad urbem, isti ad tentoria redeunt. Hinc efferati principes, ad civitatem[w] unanimiter convertuntur, Ruggerum intronizare contendentes; verum[x] id non sine sanguine fieri posse perpendentes, ad monasterium quod dicitur Swarzaha[y] divertunt, ibique illum[z] coram omni concilio tam metropolitanus quam caeteri[*] Romani legati presulem[a] aecclesiae Wirciburgensi consecrantes, ad propria se quisque convertunt[b]. Exinde idem Ruggerus eam[c] partem episcopii quae Necaro[d] fluvio circumiacet in proprios usus tenuit[e]; Gebehardus vero urbem et quae illi contigua sunt secure possedit.

Interea presul Mogontinus ab indignatione caesaris sibimet undique[f] prospiciens, castrum antiquum et iam per[g] multas generationes pene funditus dirutum, quod vel a rivo alluente Ascafa, sive ut quidam volunt ab Ascanio conditore, Askenburg[h.61] dicitur, miro conatu coepit munire; rex quoque id ipsum[i] ob iniuriam sui et contra rem publicam fieri diiudicans, obsidionem e contrario ordinare decrevit. At benignus et amator hominum Iesus per industriam servorum suorum, sedis apostolicae legatorum[k], qui tunc Mogontiae morabantur, immo per inhabitantem in[l] eis Spiritum suum, spiritum principum paci contrarium auferre, caritatem quoque nichilominus in eorum cordibus diffundere coepit, quia nimirum, ut vere creditur, post tot[m] Christi tunicae scissuras, post tot christianorum intestina bella, tempus miserendi Syon, quae est[n] aecclesia, licet sero, iam venit.

Facto igitur universali conventu apud urbem Wangionum, quae nunc Wormacia[o] dicitur, sicut longum ita et incredibile memoratu[p] est, quam prudenti, quam instanti quamque per omnia sollicito cunctorum procerum consilio, pro pace et concordia per unam vel amplius ebdomadam certatum sit, donec ipse in cuius manu cor regis est, omnem animositatem augusti sub apostolicae reverentiae obedientiam causa matris aecclesiae, etiam ultra spem plurimorum, inflexit. Mox tamen ab apostolicae sedis apocrisiariis in communionem receptus tam ipse imperator quam universus sibi subiectus exercitus, immo generali absolutione cunctis hoc scismate pollutis per auctoritatem apostolicam Sept.

a) eodem 9c. b) discessere 10. 11. c) wirra 5. 6. werra 7. 9c. d) qui nuper a r. tunc v. 4. e) electionem et investituram 4. f) pape 4. g) *deest* 7. h) p. turme 10. et t. *desunt* 11. i) domni 4. k) disponebat 4. 7. l) iam sibi 4. m) firmiterque 10. 11. n) dum t. r. 4. o) residet *corr.* resideret 7. p) p. m. u. 4. q) temptant 9c. r) disputans E1. 2. s) incaustos E2. t) aciem 5. 9c. 10. u) celiter E2. v) capti 6. a. n. c. E1. 2. w) urbem 4. x) sed 4. y) suarzaha E1. 2. suarza 4. 5. z) *deest* 7. *) ceterique 9c. a) presulę b) convertit 9c. c) tam 9c. eam *corr.* iam 7. d) necare E2. neccaro 6. 7. 9c. e) t. u. 9c. f) *deest* 4. g) pene per m. g. f. 4. h) askenburc E1. 2. ascenburg 4. aschenburg 6. aschenburc 7. ascenburc 9c. ascafenburg 5. asafinburc *in loco vacuo post scriptum* 10. asasinburch 11 i) *deest* 4. k) ligatorum E2. l) in eis *desunt* 7. m) *deest* 6. 7. 9c. tun. christi 7. n) quae est *desunt* 10. i. ecclesiae 11. o) warmatia E2. p) dictu 4. 61) Aschaffenburg.

Sept. facta, qualiter aecclesiasticas investituras caeteraque[a] spiritalia negocia, quae tanto tempore[b] reges[c] Teutonici administraverant[d], quaeque ipse, ne regni[e] diminueretur honor, nunquam vita[f] comite dimissurum[g] proposuerat, humiliatus pro Christo coram multitudine maxima abnegaverit[h], et in manus domni episcopi Ostiensis, ac per ipsum domino[i] nostro Iesu Christo suaeque in perpetuum ius[k] aecclesiae dimiserit, rursumque qualia sibi ob honorem regni conservandum auctoritas apostolica concesserit, utriusque partis melius edocebunt[l] subter[m] annotata scripta[62]:

Ego Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus[n], *pro amore Dei et sanctae Romanae aecclesiae et domni papae Calisti et pro remedio animae meae, dimitto Deo et sanctis eius apostolis Petro et Paulo sanctaeque*[o] *catholicae aecclesiae omnem investituram per anulum et baculum, et concedo in omnibus aecclesiis fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati*[p] *Petri, quae a principio huius discordiae usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei sive etiam meo, ablata sunt, quae habeo, eidem sanctae Romanae aecclesiae restituo; quae autem non habeo, ut restituantur fideliter iuvabo. Possessiones etiam omnium aliarum aecclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laicorum, consilio principum et iusticia, quae habeo; reddam*[q] *quae non habeo, ut reddantur fideliter iuvabo. Et do veram pacem Calisto sanctaeque*[r] *Romanae aecclesiae et omnibus*[s] *qui in parte ipsius sunt vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana aecclesia auxilium postulaverit, fideliter iuvabo.*

Ego Calistus[t] *servus servorum Dei, dilecto filio suo Heinrico Dei gratia Romanorum imperatori augusto. Concedo, electiones episcoporum et abbatum Teutonici regni qui ad regnum pertinent in presentia tua fieri, absque symonia et aliqua*[u] *violentia, ut, si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani et comprovincialium*[v] *consilio vel iudicio saniori parti assensum et auxilium prebeas. Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, excèptis omnibus quae ad Romanam aecclesiam pertinere noscuntur; et quae ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus*[w] *infra sex menses regalia per sceptrum*[x] *a te recipiat. De quibus vero michi*[y] *querimoniam feceris, secundum officii mei debitum auxilium meum prestabo. Do tibi veram pacem et omnibus qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore huius discordiae.*

Data anno 1122. 9. *Kalendas Octobris.*

Huiusmodi scripta atque rescripta propter infinitae multitudinis conventum loco campestri iuxta Rhenum lecta sunt, data et accepta; postque multimodas laudes rerum[z] gubernatori redditas, celebratis a domno Ostiensi[*] divinis sacramentis, inter quae domnum imperatorem cum pacis osculo sanctaque communione plenissime reconciliavit, discessum est ab omnibus cum laeticia infinita.

Nov. 11. Alterum quoque non multo post, id est in festo sancti Martini, colloquium imperator cum principibus qui priori non aderant Babenberg[a] habuit; ubi et cunctis in sua vota concordantibus, inter multa, quae tam ad regni quam ad sacerdotii congruebant honorem, more maiorum compositis, legatos proprios cum Romanis destinavit, et utrosque[b], nuncia simul et munera ferentes honorifica, domno apostolico Calisto, consanguineo scilicet iam sibimet unitissimo, direxit.

[Preterea domno Erlolfo, qui Fuldensibus etiam invitis preerat, ante paucos dies defuncto, cum consensu presentium principum, electione regulari premissa, domnus Oudalricus, eiusdem congregationis frater, in regimen successit, et iuxta privilegium prescriptum regalia vel fiscalia eidem[c] cenobio pertinentia ab imperatore suscepit. E.]

A. D.[d] 1123.

Imperator Heinricus natalem Domini Traiecti celebravit. Oritur in ipsis festis die-

a) aliaque 4. b) r. t. a. q. i. ne r. d. *in margine* 6. c) regis *corr.* reges 7. d) aministraverant 4. e) regi D1. f) vitę comitę 4? g) se d. E1. 2. h) abnegaverat 4? i) domno 4. 7. 10. k) *deest* 4. l) edocebit D1. m) super D1. 4—9c. n) et semper augustus 9c. o) sanctae 10. 11. p) sancti 4. 9c. q) reddam — habeo *desunt* 10. 11. r) sanctae 10. 11. s) et in o. D. E1. 2. 5. 10. t) calixtus E1. 2. u) omni 5. v) provincialium 7? 10. 11. w) consecrans 6. x) ceptrum E1. y) *deest* 4. z) r. omnium 4. *) ostiensis *corr.* ostiense 7. a) babenberc 6. 7. 9c. 10. 11. b) utros 6. c) eiusdem E1. d) dominice incarnationis 9c. 10. 11.

62) Cf. editionem ex optimis fontibus haustam Mon. Legg. II. p. 75.

bus quaedam simultatio, inter aulicos scilicet et episcopi ministeriales; quae etiam eo processit, ut[a] universa curia simul ac civitate commota[b], utriusque[c] partis armatae concurrerent cohortes. Fit clamor confusus, quasi a Traiectensibus in[d] imperatorem coniuratio sit facta; sicque illis irruentibus et istis resistentibus, acris committitur pugna, adeo ut multi caderent, plures de oppidanis caperentur, reliqui in turrim firmissimam, quae[e] illic erat, confugerent. Pontifex etiam ipse, quasi pravi consilii particeps et ob hoc maiestatis reus habitus, custodiae traditur; a qua postea magna pecuniae summa multatus, multis etiam primoribus[f] illarum partium intervenientibus, et maxime Friderico Coloniensi archiepiscopo[g], vix redimitur. Coepit etiam tunc germinare discordiae illius seminarium, quae sequenti aestate maximo illius[h] regionis dampno quae vulgo Hollant[i] vocatur, morose ac[k] laboriose, et vix tandem ipso imperatore copiosum illo exercitum ducente, terminabatur; ubi matrona quedam cuius nomen excidit, soror nimirum Lotharii ducis, cuius[l] et patrocinio confisa, imperatori rebellare presumebat.

exercitum ducente terminabatur, ubi matrona quedam Gertrudis nomine (E.)

Eo itaque tempore primo per Saxoniam, deinde per totam pene[m] Germaniam externis quiescentibus [bellis[n]], civilium ubique seditionum tempestas increvit; et ut ait propheta: *mendacium et periurium inundaverunt, et*[o] *sanguis sanguinem tetigit.* Predones quippe, qui sub nomine equitum undique superhabundabant, villas et agros aecclesiarum invadebant, colonos[p] domi forisque spoliabant, et ah[q] scelus! ab his[r] qui pane solo et aqua[s] victitare solebant, delicias sibimet ministrari tormentis exigebant[t]; sicque predis et incendiis unoquoque suas iniurias vindicante, coepit undique caritas immo raritas annonae succrescere. — In pago Wormaciensi[u] videbatur per aliquot dies non modica et armata multitudo equitum euntium et redeuntium, et quasi ad placiti[v] colloquia nunc hic nunc illic turmas[w] facere, circa nonam vero horam cuidam monti, a quo et exisse videbantur, se reddere. Tandem quidam de incolis regionis illius non sine magno timore huiusmodi tam prodigiosae[x] concioni, crucis signaculo munitus, appropinquat[y], mox quandam ex illis occurrentem sibi personam per nomen[z] omnipotentis Domini nostri manifestare causam populi qui[*] sic appareret adiurat. Cui ille inter caetera: *Non sumus,* inquit, *ut putatis fantasmata, nec militum ut a vobis cernimur turba, sed animae militum non longe antehac interfectorum. Arma vero et*[a] *habitus atque equi quia nobis prius fuerant*[b] *instrumenta peccandi, nunc nobis sunt materia tormenti, et vere totum ignitum est quod in nobis cernitis, quamvis id vos corporalibus oculis discernere non possitis.* In huiusmodi comitatu dicitur etiam Emicho comes, ante paucos annos occisus[63], apparuisse, et ab hac poena[c] orationibus et elemosinis se posse[d] redimi docuisse. — Referunt quidam, quod nocte quae diem dominicae coenae precessit, dum ad vigilias more aecclesiastico properarent, vidisse se quasi stellas innumeras de caelo cadere, in tantum ut pluviae guttas et multitudine et casibus viderentur imitari.

Osee 4,2.

Claruit hoc tempore Dietericus[e] Cicensis episcopus, litteris adprime eruditus, semper contra scismata, quae suis temporibus nonnunquam pululabant, propugnator catholicus, et in omni pastorali[f] sollicitudine commissae sibimet aecclesiae desudans utilitatibus. Hic itaque non longe a suburbano vel territorio suae[g] civitatis monasterium sive abbatiam summo conatu magnoque sumptuum ac aedificiorum impensis per annos aliquot[h] instituebat[i], in colle quem antiquitas olim[k] Bosowa nominaverat. Quo loco iam fere ad unguem[l] perducto, utpote non modica consecrata basilica, congregatione quoque[m] monachorum ibidem locata, invenitur inter eos quos conversos fratres dicimus quidam perversus[n] ex eadem gente[o] Soraborum progenitus, nequaquam sanctae regulae sed propriis desideriis per omnia subiectus. Hic pro suis excessibus frequenter[p] ab abbate corripitur; sed non melioratus, episcopo presentatur corrigendus. Quem ipse frequenter

a) *deest* 7. 9c. *superscr.* E1. b) *post add.* ut 7. c) utrius D1. 5. 10. utrius *corr.* utriusque 6. d) coni. in imp. 7. e) q. i. c. *desunt* 4. f) prioribus 4. g) episcopo 4. h) r. i. 7. i) holland D1. k) et 7. l) diutius 9c. m) *deest* 4. n) *ita* E. o) *deest* 6. p) colones E2. q) ha 6. 7. hi 9c. r) ab his *desunt* 6. 7. 9c. s) et aqua *desunt* 4. t) exiebant 6. *corr.* exigebant 10. u) warmaciensi 4. v) placitum 10. 11. w) turbas 10. 11. x) prodigione E2. y) appropinquabat 7. z) n. christi manif. 4. *) que 7. a) atque habitus et e. 4. b) fuerunt 9c. c) *deest* 7. d) se p. *desunt* 6. 7. 9c. e) thiedericus E2. theodericus 7. dietricus 4. 9c. f) pastoralis 9c. g) sive 9c. h) aliquod E1. i) instruebat 7. 9c. k) *deest* 10. 11. l) ungen 10. 11. m) *deest* 4. n) conversus 10. 11. o) *deest* 9c. *post* Sor. *add.* 7. p) sepe 4.

63) V. a. 1117.

acrius, ut dignum erat, corripuit; ille autem in tantam proterviam erupit, ut episcopum ante altare in oratione stantem cultro perfoderit; unde post triduum venerandus sacerdos[a] ad Christum migravit.

A. D.[b] 1124.

Imperator Heinricus natalem Domini Aquisgrani celebravit. Eclypsis lunae apparuit
Febr. 2. in purificatione sanctae Mariae[64]. Unde etiam perterritus Cuonradus, consobrinus imperatoris, conversionem morum suorum professus[c], Hierosolimam[d] se profecturum ibidemque[e] Christo militaturum devovit; indeque favorem non modicum ab omnibus qui hoc audierant acquisivit. Nonnulli quoque nequitiae studiis antea dediti, eidem se sociari profitentur comitatui. — Non multo post imperator Heinricus movet[f] expeditionem contra eos qui sibi in regione Hollant[g] contrarii existebant; hisque licet tarde subactis, ad superiores se[h] partes contulit, regina[i] circa fines Lotharingiae relicta. Circa
Mart. mediam quadragesimam colloquium Wormaciae cum quibusdam optimatibus habebat; caeteris vero qui non aderant, id est Saxonibus, Baioariis[k] atque Boemis, ad curiam venire Babenberg[l] Nonas Mai[m] indicebat, maxime propter[n] Lotharii ducis insolentiam, qui[o] nova quaedam moliri notabatur contra rem publicam ob sororis suae prescriptae
Mai. illatam[p] ab imperatore iniuriam. — Factus est itaque conventus idem non modicus; nam singularum provinciarum duces aderant, preter predictum Lotharium paucosque sibi[q] consentientes de Saxonia principes. Quibus singulis necessarios[r] sumptus vel ex toto vel ex parte ministrabat venerandus episcopus Otto[s] preter publicum atque constitutum antiquitus imperatoriae maiestati, quod ab[t] aulicis etiam importunius exigebatur, servitium. Ab ipsis denique pater[u] idem notabatur rarius quam caeteri presules palatium visitare; ipse vero monasteriis construendis et restaurandis, elemosinis dispensandis, orationibus invigilandis, caeterisque tam practicae quam theoreticae studiis insudandis[v] sese maluit occupare. Nec deerant, qui id invidiae causa musitantes, publicis potius[w] functionibus impendendum iudicarent, sicque caesaris animositatem contra virum Dei commovere[x] temptarent. Sed quia Dominus custodit omnes diligentes se et vias[y] peccatorum disperdit, iste[z] rebus transitoriis[*] pro tempore non parcens, miro modo, quamvis undique regiones stringente penuria, sufficienter omnibus ministrando, bonitate maliciam vicit, ac non fictae karitatis officiis totius in se regni benivolum affectum commeruit. Unde compositis causis eiusdem conventus, insinuat tam augusto quam primatibus universis, se litteris atque nunciis quam pluribus a duce Polouiae Polizlao vocatum, insuper etiam domni papae Calisti permissione atque benedictione directum ad gentem scilicet Pomeranorum, quam nuper idem dux sibi[a] finitimam subegerat et ad christianitatis confugium impulerat. Annuit tota quae convenerat aecclesia[b], annuit et aula, prosperitatem piis conatibus imprecantes; soli Babenbergensis aecclesiae filii patrem dulcissimum inviti deserunt, multis eum[c] lacrimis acsi funus prosequentes. — Postquam autem super confirmatione pacis, diversis iusticiis regnique negociis satis tractatum est, indignatus imperator his qui presentem curiam[d] adire contempserant, instituit expeditionem[e] sequente Augusto[f] generaliter fieri, specie quidem contra Saxoniam, re autem vera contra Galliam in regnum regis Ludewici[g]; prebiturus nimirum auxilium socero suo Heinrico Angliae regi, pro possessione Normanniae[h] provinciae contra eundem regem Galliae Ludewicum[i] contendenti. — Cuius[k] itaque fines postquam statuto tem-
Aug. pore iam iamque Teutonicus exercitus coepit attingere[65], exploratores cotidie affirmant, Francigenas, maximo iam domi congregato exercitu, congressum expectare immo temere expetere. Imperator quippe tunc non multas[l] ibi ducebat copias, quia Teutonici non facile gentes impugnant exteras. Nunciatur interim a tergo, Wormacienses auxilio ducis

a) *deest* 10. 11. b) d. incarn. 10. 11. c) professis E2. d) iher. D1. E2. icros. E1. 7. e) que *deest* 7. f) movet D1. 5—9c. g) holland D. E1. 2. 4. 10. 11. h) p. se 4. i) c. f. l. r. r. E1. 2. k) baioriis E1. l) babenberch 4. babenbere 7. m) maii E1. 2. 4. n) ob ins. l. d. 4. o) quae 10. 11. p) *deest* D1. q) *deest* 4. r) necessariis E2. s) B. D1. t) *deest* 10. 11. *A. S.* u) n. p. i. 5. v) insinuandis 4. 5. 7. 9c. 11. insudantis E2. w) eciam E1. 2. x) movere 4. y) viam 4. z) ille E1. 2. *) transitorii E2. a) *deest* 4. b) *deest* 4. c) cum D1. d) curam D1. *corr.* curiam E1. e) *deest* 4. f) *hic folium unum excidit in codice* 4. g) luodewici E1. 5. 6. 10. h) nortmanniae E1. norimannię E2. normantine 9c. i) lūd. E1. k) Cuius — cepit *in marg.* 6. l) non ibi m. c. d. 7.

64) Haec d. Febr. 1. accidit. 65) Cf. Sugerii vitam Ludewici VII. ap. Bouquet XII. p. 50.

Friderici contra voluntatem[a] imperatoris Buggonem[b] suum episcopum sedi suae resti- Aug.
tuisse, seque inter civitatis muros ad rebellandum omnimodo munisse. Quo audito reversi, urbem eandem maxima[c] invadunt feritate; nec obsidionem eius solvunt, donec multis, ut fieri solet, hinc inde conatibus expensis[d], multis ante murum captis vel occisis, ad ultimum deficientibus alimoniis, quinque milibus talentorum urbani multati, relicto episcopo, pactum ad arbitrium imperatoris faciunt.

Domnus papa Calistus II.[e], vir genere et moribus, sapientia quoque cunctisque divinarum[f] humanarumque rerum dispositionibus precipuus, in Domino vitam finivit. Post cuius decessum pars aliqua Romanorum Ravennatem archiepiscopum[GG], omni religionis testimonio satis commendatum, apostolicae sedi preficere nituntur; item aliqui Lampertum[g] Ostiensem; qui et, universali postmodum electione concordante[h], voti compotes efficiuntur. Nam vir idem et in Romana tam diu probatus aecclesia, et in ea legatione, qua ipse dudum in reconciliatione regni et sacerdotii Germanicis in partibus strenue laboraverat, cis citraque notificatus, tam illorum qui longe quam qui prope erant sacerdotum unanimi favore canonice consecratur[i], moreque sedis illius ut vere[k] tanto dignus honore, Honorius secundus est appellatus[l. *1].

A. D.[m] 1125.

Heinricus imperator natalem[n] Domini apud Argentinam civitatem, quae et Strazburg[o] dicitur, celebravit, frequentantibus ibi curiam principibus[p] Alsaciae, Lotharingiae, caeterarumque Transreninarum partium obtimatibus[q]. Quo tempore hiemem asperrimam ver tempestuosum, fames validissima ac mortalitas crudelissima secutae, tantam stragem per universas provincias, maxime tamen de vulgaribus dederunt, ut pene[r] tercia pars[s] populi notetur occubuisse.

Hoc tempore, scilicet in ipso sacrosancto[t] paschae sabbato, desideratissimus[u] Marl.
nobisque caelitus provisus provisor noster, Otto presul, post multas pro Christo tribulationes emersas gregem sibi commissum revisit; nec aliter quam Christus ipse christus Domini susceptus, gavisis[v] discipulis gaudium dominicae resurrectionis duplicavit.

Idem tamen Christi fidelis dispensator et prudens questum de commisso sibi talento lucratum ad fidei suae devotionisque testimonium litteris annotari precepit; quas et nos ob edificationem legentium hic subnectere non piguit:

Cod. E. *haec omisit.*

Anno dominicae incarnationis[x] **1124.**[y] *indictione secunda Kalisto*[z] *papa II. Romanae sedi presidente, Otto Dei gratia Babenbergensis aecclesiae episcopus divino admonitus instinctu, predicti apostolici auctoritate et assensu roboratus, partes Pomeranorum paganorum cum quibusdam civitatibus terrae Louticiae aggressus est, ut eos ab errore suo revocaret et ad viam veritatis et ad agnitionem filii Dei perduceret. Quibus baptizatis et conversis, aecclesias construxit et consecravit, et haec secundum sanctorum patrum instituta servare eos edocuit: scilicet ut sexta*[a] *feria abstineant a carne et lacte more caeterorum christianorum; dominica die vacent*[b] *ab omni opere malo, et ad aecclesiam divinum officium audituri veniant, ibique orationibus studiose insistant. Sollempnitates sanctorum cum vigiliis sanctorum*[c] *vel secundum quod eis indicatum fuerit, omni*[d] *diligentia observent; sacrosanctam quadragesimam ieiuniis, vigiliis, elemosinis et orationibus diligentissime observare studeant; infantes suos in sabbato sancto*[e] *paschae et pentecosten*[f] *cum candelis et cappa quae dicitur vestis candida, et patrinis comitantibus, ad baptismum deferant, eosque veste innocentiae indutos per singulos dies usque in diem octavum*[g] *eiusdem sabbati ad*

*1) 6—11. *addunt:* Poppo abbas obiit.

a) voluntates 5. 9c. b) contra buggonem E1. 2. c) magna E1. 2. d) expensis — deficientibus *in marg.* 6. e) *deest* 7. 10. 11. f) divinarumque 10. g) lambertum ostensiensem E2. lambertum 7. h) concordantes E1. 2. i) consecratus 10. 11. k) *deest* 6. 7. 9c. l) s. appellatur E1. 2. m) d. incarnat. 10. 11. n) natale 10. 11. o) strazburc E1. 2. 5—9. p) *deest* 7. 9c. q) *ita* D1. E1. r) *deest* 6. 7. 9c. s) *deest* 9c. t) sacrosancte 9c. u) desiderantissimus 4—7. 11. desiderantibus 9c. desiderantissimo 10. v) gavisus 6. *corr.* gavisis E1. x) Domini D1. y) M.C.XXVI. 6. 7. 9c. z) Calisto 5. 10. Kalixto D1. a) f. s. 7. b) vacant D1. 5. 10. vacant *corr.* vacent 6. 7. c) *deest* 6. 7. 9c. 11. d) cum o. 5. 11. omnia 10. e) sanctae 11. f) penlecostes 5. 7? g) o. d. 5—11.

66) Gualterius.

aecclesiam deferant; et celebrationi divini officii interesse satagant. Hoc etiam iniunxit[a], *ne filios suos necarent, quod nefas maxime inter eos vigebat; ne etiam filios suos et filias ad baptismum teneant, sed sibi patrinos querant; patrinis etiam fidem et amiciciam ut carnalibus parentibus servent. Interdixit*[b] *etiam, ne quis commatrem suam ducat in uxorem, neque propriam cognatam suam usque in sextam et septimam generationem; et unusquisque contentus sit una uxore; ne sepeliant mortuos christianos inter paganos, in silvis aut in campis, sed in ciniteriis, sicut mos est omnium christianorum; ne fustes ad sepulchra eorum ponant; omnem ritum et pravitatem paganam abiciant, domus ydolorum non construant, phytonissas non adeant, sortilogi non sint; ne quid immundum comedant, non morticinum, non suffocatum, neque ydolotitum, neque sanguinem animalium; ne communicent paganis; ne cibum aut potum cum eis aut in vasculis eorum sumant; ne in his omnibus consuetudinem paganam repetant. Iniunxit etiam eis, ut dum sani sunt veniant ad sacerdotes aecclesiae, ut confiteantur peccata sua; in infirmitate autem sua vocent presbiteros ad se, ut confiteantur peccata sua et corpus Domini accipiant. Iniunxit*[c] *etiam, ut de periuriis*[d], *de adulteriis, de*[e] *homicidiis et de caeteris criminalibus secundum canonum instituta poenitentiam agant*[f], *et in omni christiana religione et observatione obedientes sint. Mulieres post partum ad aecclesiam veniant, et benedictionem a sacerdote, sicut mos est, accipiant. Nomina*[g] *civitatum: Piriz*[h], *Stetin*[i], *Vulin*[k], *Gamen*[l], *Colbrech*[l'], *Belgrado, Lubin*[m], *Gresch*[67].

His temporibus per latitudinem imperii[n] Romani prodigia nonnulla cladesque[o] diversae frequentabantur, adeo ut nec numerus eorum nec species a cuiusquam mortalium scientia colligantur. Porro pauca, quae nostris auribus volans intulit fama, stilo libuit exarare, ne exempla divinorum[p] verberum, quae multiformibus plagis toleramus,
Mai 20. occultare videamur generationi subsecuturae. Quarta feria ebdomadae pentecostes dirissimae pruinae frigus plagam magnam tam novellis ubique frugibus quam vineis, habundantissimam iam foetuum suorum spem turgendo promittentibus, intulit; nec multo
Iun. 16. post, id est 16. Kal. Iulii, residuum frigoris tempestas tam immensa, quae diluvium minare[q] videretur, crudeliter alicubi[r] devastavit. Item quaedam[s] ex locis palustribus ultra solitum erumpentes, segetes contiguas et maxime triticeas aurugine vel uredine depravavit[t]. Apium[u] etiam foetus, nescio quo auspicante incommodo, ex toto pene deperiit. Nonnulli insuper in sole et luna vel[v] stellis diversi diverso modo se vidisse signa testantur, adeo ut etiam fidem excedere quibusdam videantur. Puero cuidam in pago Tullifelt[w. 68] nato crus dextrum diutino livore tumefactum, tandem loco collecti puris crepuit, et pro sanie, mirabile dictu! grana non pauca tritici, siliginis, farris, ordei ac avenae evidenter effudit. *1

Heinricus imperator huius vocabuli quintus, apud Traiectum[x] civitatem pentecosten celebraturus, aegritudine, quam iam diu celaverat[y], superatus, ad extrema coepit propinquare; vocatisque qui secum erant, id est regina Mahthilde[z] coniuge sua, consobrino[*] quoque[a] suo Friderico duce Sueviae, caeterisque primatibus, prout potuit[b], de regni statu consilium dedit, proprietates[c] suas atque reginam eiusdem Friderici, utpote heredis sui, fidei commisit; coronam caeteraque regalia usque ad conventum principum conservanda
Mai 23. in castello firmissimo, quod Trifels[d. 69] dicitur, reponi disposuit; sicque viatico Christi sacramentorum communicans, diem clausit extremum 10. Kal. Iunii. Cuius corpus more regio curatum, Spiram est delatum, et coram multitudine nobilium et inferiorum, cleri-

*1) E1. *alia manu addit in marg.:* Roudkerus XII[us] archiepiscopus Magad. obiit.

a) inunxit 9c. b) indixit 10. 11. c) iunxit etiam *ita pergit codex* 4. d) p. poenitentiam agant et de a. 7. e) et 4. f) i. peniteant 7. g) Nomina — Gresch *in* D1. *in ima margine leguntur.* nomen 10. 11. h) Poriz *corr.* Piriz 6. Pirif 8. i) Stêin 4. Stetun Dt. k) Wilin 4. Ulin 6. l) Camen Dt. Gamen *corr.* Camin 7. l') Colberch 4. m) Zubin *aut* Lubin 4. n) rom. i. 7. o) clades 4. p) divinum 10. et divinum verbum 11. q) in mari 9c. v. m. 5. r) alicui Dt. 4. 5. 6. 9c. 10. 11. alicui *corr.* alicubi 7. s) *add.* nebulae 7. t) depravavit *corr.* depravaverunt 7. u) apum Et. *e corr.* E2. v) et 4. 7. w) n. t. 5. x) trajectam 4. y) celaverat — id est *desunt* 11. z) mathilde D. E. mahthildis 4. machth. 5. mathilth 6. machtilt 7. mahthilth 9c. *) consobrino — sueviae *desunt* 10. 11. a) *deest* 4. b) *deest* D1. c) proprietates — commisit *desunt* 10. 11. d) triuels 4. hamirstein *in loco vacuo post add.* 10. *et ita* 11.

67) Altstadt-Piritz, Stettin, Wollin, Kamin, Colberg, Belgard, Lubzin ut videtur (Barthold hist. Pomer. II. p. 56. n.), et Garz. 68) pagus Franciae orientalis. 69) e meridie et occidente Spirae.

corum atque laicorum, iuxta maiorum suorum mausolea honorifice conditum, anno regni sui 20mo, imperii vero 14°.

Hic, ut prescriptum est, primo sub specie religionis patrem excommunicatum imperio privavit; confirmatus in honoribus mores mutavit; sed post iniurias apostolicae sedi illatas semper se ipso inferior fuit, iusticiis regni non multum invigilavit; acer fuit ingenio, fortis et audax licet parum felix in praeliis, nimius in appetendis alienis. Pecunias, ut aiunt, infinitas congesserat; quas, secundum scripturas, cui thesaurizasset[a], ipse sine liberis obiens, heu! heu! ignorabat. Luc. 12, 21.

Hoc etiam anno nonnullos ex nobilibus una cum innumera multitudine vulgarium seviens mortalitas absumpsit. Inter quos Oudalricum[b] Eihstatensem[c] ac Ruggerum[d] Wirciburgensem, Arnoldum[e] quoque, comitis Arnoldi[f] filium, bonae indolis adolescentem, pluresque alios sors ultima pressit. Nam post vulgi stragem immensam tam fame quam pestilentia iudicio divino patratam, lues tanta tamque indifferens per populos ubique grassari coepit, ut nulli conditioni, sexui vel aetati parcendum fore mors minitaretur pallida, vixque vivi sufficerent ad curanda defungentium cadavera.

HIEROSOLIMITA.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT LIBELLUS QUI DICITUR HIEROSOLIMITA[g] DE OPPRESSIONE, LIBERATIONE AC RESTAURATIONE SANCTAE HIEROSOLIMITANAE[h] AECCLESIAE.

De[i] militiae vel expeditionis causa, quae temporibus nostris non tam humanitus quam divinitus ordinata est Hierosolimam ex omnibus pene mundi, sed maxime occidentalium regnorum partibus tendentium, fert animus estuans aliqua prescriptis adicere, ac per hoc auctoritati tuae, pastor venerande[67], universoque gregi sanctorum Stephani atque Viti sub virga tua trementi satisfacere. Non enim fas arbitror, his quibus me ipsum totum debeo cum iam in maioribus obedierim, id est ab inicio temporum usque ad nostrorum temporum feces diversorum chronicorum tradiciones memorabiliores pro posse et nosse digesserim, etiam haec quae minora sunt caritati vestrae denegare, quod esset omnino in holocausto Domini caudam cum capite non offerre. Impellit etiam in id ipsum me quorundam imprudentium immo impudentium necessaria nimis redargutio, qui vetusto — ineuntes servicium. *ut chron. a.* 1099. excitati[k] scilicet in zelum — Franciam ducti sunt. *ut chron. a.* 1096. Sed enim de his altius replicemus.

Tempore Heinrici IV. imperatoris Romani *etc.* — linguae periciam mitigavit. *ut chron. a.* 1099.

Anno dom. inc. 1100. Sub Gotefrido — damno dilatavit. *ut chron. a.* 1100.

a) thesaurizaret 7. b) uodalricum 5. c) cistetensem 4. eichstatensem 5. 7. cihstatensem 9^{c}. cihstatendem E2. d) ruoggerum 4. 9^{c}. E1. e) arnolfum E2. arnoldum 10. f) arnolfi E2. g) Iherosolita *corr.* Iherosolimita H1. h) Hierosolitanę H1. i) D. *hanc narrationem his incipit quae in chronico a.* 1096. *leguntur:* Welfo — Franciam ducti sunt, *postea vero cum chronico a.* 1099. *pergit:* Hic de militiae *etc.* k) excitati — replicemus *desunt hoc loco* D., *sed pleraque* — ducti sunt *iam supra leguntur. (cf. n. i.)*

67) Erkembertum abbatem Corbeiensem alloquitur.

Sequenti anno, qui est Domini 1101., visus est a nostro — vidisse testarentur. *ut chron. a.* 1101.

68 [Commissum est etiam — diniserat.[a] *ut chron. a.* 1102.]

Quinto dehinc anno Balduvinus rex — prescriptum cepit congregare. *ut chron. a.* 1105.

Pridie ante — esset parte. *ibid.*

His temporibus nonnulli palmati — statu narrant. *ut chron. a.* 1104.

Inter quae et regem Balduvinum Ruotgeri[b] ducis Siciliae filiam, Cuonradi[c] regis viduam [68], in matrimonium duxisse commemorant, adducentem sibi tantam Siculorum ac Normannorum classem, quae Ascaloni, christiano nomini denuo infestissimae, sufficerent a parte maris in obsidionem. Quam etiam idem rex a terra cum suis obsidens tributariam [ut prius[d]] fecit.

Non multo post cum iam post absconsam parumper faciem suam Dominus respexisset Syon, quam olim elegerat in habitationem sibi, cepit per orbem terrarum huiusmodi gaudii semen non immerito diffundi, fideles animae, quae vere filiae sunt Hierusalem, longe lateque bonorum fructuum votis impregnari, vaticinia quoque iam dudum oblivioni pene tradita, diversis ubique cordibus, linguis et vocibus iterari. *Ecce,* inquiunt, *nostris,* 1. Cor. 10, 11. Psal. 101, 17. *in quos fines seculorum devenerunt, temporibus respexit Dominus Syon, et videbitur ibi in gloria sua. Respexit in oratione humilium, et non [sprevit precem eorum[e]]* et cet. *Misertus est civitati sanctificationis suae Hierusalem, civitati requici suae. Gaudete gaudio omnes* Eccl. 36, 15. Isa. 66, 10. *qui lugebatis super eam,* et reliqua. Haec et huiusmodi mille presagia licet per anagogen ad illam quae sursum est matrem nostram[f] Hierusalem referantur, tamen infirmioribus membris ab uberibus consolationis prescriptae vel scribendae potatis, pro tanti contemplatione vel participatione gaudii periculis se tradere etiam hystorialiter practica discursione cohortantur. Scimus, hominem verbi gratia, qui canticum illud *Laetatus sum* cum alleluia se in visione fatetur audisse, seque ipsum vocibus canentium succinuisse ac per hoc in tantum ad eandem peregrinationem animatum, uti nullam spiritus eius requiem haberet, donec per multas tribulationes corporali presentia ubi steterunt pedes Domini pertingens adoraret. Nec mirandum sed veneraudum, post ablata saxis duriora cordium ethnicorum scandala, de via Domini catholicam unanimiter aecclesiam ad fontem sui exortus et ad cunabula primitivae suae institutionis ac specialem veri panis domum nova poenitentiae via contendere; quam constat olim preciosa quaeque sua membra per eandem viam non neci tantum, sed etiam omnigenis paganorum ludibriis ut oves occisionis exposuisse. Ex eisdem Christi confessoribus pauci qui supersunt testari solent, quod recordari miserabile est, nec passum se pedis inter idolatras gratis consecutos, quanto minus victuum vel hospiciorum solamina. De tormentis inauditis et innumeris, quae pro auri exactione passi sunt, quis satis scribere queat; quibus mors utique amarissima pro lucro, vita pro cruce erat? Sed ut ad nostra redeamus tempora — quod enim scimus loquimur, et quod vidimus testamur —, nondum desunt illo in stadio, quamvis plana iam via, currentibus in absolutionem culparum martyrii bravia, pericula scilicet latronum, pericula fluminum, pericula maris, solitudinis, famis et sitis, estus et egritudinis, aliaque mille peregrinationis incommoda, inexpertis vix credibilia. Dant fidem dictis nostris tot per eandem stratam strata Christi cruciferorum capitibus ablatis cadavera, qui latrocinantibus ibidem invasi paganis, in modum crucis contra orientem terrae protensi, calicem Christi bibisse cernuntur, inter orationum pro quibus peregrinabantur vota. Quapropter cessent necesse est quidam deliciarum vinculis irretiti, crucem post Christum, quamvis in angaria cum Symone, portantibus inproperare, cur ipsum iter, utpote nusquam divinis legibus indictum, vicio dumtaxat mobilitatis assequantur; cum ipsi se potius incorrigibiles, dum vias Domini duras non appetunt, detractionibus venenata lingua testentur. Nos autem quid hos nisi vere martyres credamus, quibus mundus crucifixus, et ipsi mundo. Crucis se signo ad tot cruciatus insigniunt, et de multis paucissimi idemque palmati quasi victores mortis redeunt. Nec desunt iam eandem

a) *Haec desunt* H., *leguntur h. l. in* D. b) rutgeri D1. c) chunradi D1. d) ut p. *desunt* H. e) *Haec desunt* H. f) *deest* D.

68) V. supra chron. a. 1099. p. 211.

terram repromissionis incolentibus cotidiana martyria, ultroneum videlicet exilium, absentia parentum, penuria rerum, incursiones, latrocinia, timor continuus, et insidiae barbarorum, infinitiva bella cum regnis Persarum vel Babyloniorum. Econtra in dies excutiens se de pulvere filia Syon, Hierosolimitana nimirum aecclesia, canticum novum dilecto suo, qui secum mirabilia fecit, cantare non cessat: *Secundum multitudinem*, inquiens, *dolorum meorum in corde meo consolationes tuae letificaverunt animam meam.* Nam inter haec exercitia sacra loca ab inveteratis paganorum spurcitiis mundantur, aecclesiae destructae restaurantur, episcopia vel cenobia per regiones pristinis in locis instituuntur, civitates et castella muniuntur, portus et mercatus olim desolati populosis conventibus iocundantur, etiam et agricolis, vinitoribus et pastoribus officia sua conceduntur, et quod omnibus excellit beneficiis temporalibus, caelestis ignis in resurrectione Christi annuum karisma ministratur usibus humanis. Venit etiam in manus nostras, quod iam per totum orbem disseminatum credimus, exemplar cuiusdam epistolae, quam Gabrielem archangelum ex persona Salvatoris nostri ipsi aecclesiae et per illam omnibus aecclesiis missam referunt attulisse, quae sicut multos prevaricatoribus intentat minarum terrores, ita conversis solitas divinae clementiae non denegat consolationes. Ergo tanta per multitudines miserationum Domini super Hierusalem orta gloria eius oportet, ut universae tribus terrae, memores quod olim salvatio de monte Syon venerit mundo, sicuti dudum lugebant filiationis affectu super eam, ita nunc eidem primitivae matri congaudeant et sacientur ab uberibus consolationis eius, illuc ascendentes a solis ortu et occasu, ab aquilone et mari, ad confitendum procul dubio modis omnibus nomini domini nostri Iesu Christi, qui locum eundem, quod salva tamen fide dici liceat, plus quam ipsum paradysum terrestrem consecravit incarnatione, miraculis, passione, resurrectione et ascensione sua; cuius nomen et misericordiam cuncta predicent et glorificent seculorum secula. Amen. Ps. 93, 19.

EXPLICIT[a].

a) *deest* El. 2.

SIGEBERTI GEMBLACENSIS CHRONOGRAPHIA.

EDIDIT D. LUDOWICUS CONRADUS BETHMANN.

Sigebertus[1], *in Gallia Belgica*[2] *circa a.* 1030. *natus, iuvenili admodum aetate regulam sancti Benedicti professus est in monasterio Gemblacensi, cui tunc*[3] *praeerat abbas Olbertus, virtute atque doctrina clarissimus. Quo a.* 1048. [4] *defuncto, quum Macelinus abbas electus esset, Sigebertus paulo post*[4] *Mettas transiit ad Sanctum Vincentium, Fulcuino abbate Macelini fratre eum vocante, ut scholas ibi regeret. Hoc munere diu functus, quum scribendo et docendo magnam sibi laudem acquisisset, ita ut ad eum audiendum multi undique confluerent: praetulit tamen „ut apis prudentissima ad monasterii sui alvearia* [6] *regredi“*[5]*; et circa a.* 1071.[6] *Gemblacum redux, quod plurimum diligebat, iisdem ibi, quibus apud Mettenses, vacabat occupationibus. Totus orando, legendo, scribendo, docendo deditus, quum rebus publicis iudicandis aptissimus videretur, semper tamen ab huiusmodi negotiis agendis abstinuit, unice internae monasterii sui saluti intentus, pro quo ne senex quidem labores subire declinavit. Quum enim Gemblacenses fundatoris sui Guiberti elevationem exoptarent,* „horum maxima pars erat Sigebertus, antiquae scientiae ac reverentiae monachus, huius ecclesiae nostrae Gemblacensis oculus, cui pie invigilabat vita et conversatione ac religionis fervore. Tanto namque certior erat de sanctitatis eius gratia, quanto vitam eius virtutibus plenam multa stili prosecutus est elegantia. Qui ex evidenti miraculorum ostensione, accepta explendi desiderii sui occasione, de elevatione sancti eius corporis

1) Ita ipse semper fere scribit. — Testimonia de vita eius atque scriptis haec tantum extant: De viris illustr. 172; Chronicon ad a. 1112; Gesta abb. Gembl. apud Dachery II, 768; Elevatio S. Guiberti in Act. SS. Maii V, 266; quos locos integros apposuimus. Reliqui omnes inde fluxerunt. E recentioribus unus sufficit V. D. Sigfridi Hirsch de vita et scriptis Sigiberti (Berol. 1841.) liber doctissimae sedulitatis, praecipue in indagandis fontibus; e quo multa nos didicisse grato animo profitemur. 2) Hoc veri simillimum est; testimonia desunt. Quum se *Francum* et *Gallum* dicit (in praef.: *originem gentis nostrae, regni scilicet Francorum.* De vir. ill. 84: *abbreviavit Gallicanum psalterium, quo nos Galli utimur.* cf. 156: *et talem ieiunandi ritum auctorizant multi et maxime Teutones*), non Franciam indicat, sed Gemblacum, ubi scripsit; nam et in vita Deod. c. 5. Mettim in *Gallia Belgica* ponit, et a. 1020. 1094. Franconiam vocat *Galliam.* 3) Hoc nonnisi ex ipsius de Olberto narratione in Gestis abb. Gembl. colligere licet; cuius verba *nos modo illic sua tutabitur gratia, quos hic tam paterna nutriuit misericordia* non quidem necesse est ut de ipso Sigeberto dicta putemus, quum aeque bene totum gregem Gemblacensem significare possint; sed quae ibi de Olberto traduntur, eiusmodi sunt, ut nemo ea ita scribere potuerit, nisi qui Olbertum dilexisset viventem, et praesens affuisset, quum funeris nuntius Gemblacum perveniret. 4) *Mettis positus in prima aetate* ipse dicit De vir. ill. 172. 5) ut ipse de abbate Olberto dicit in Gestis abb. Gembl. 6) Epistolam enim de coniugatis presbyteris a. 1075. editam iam Gemblaci scripsit; miracula sancti Sigeberti, Mettis adhuc composita (si modo Sigebertus auctor est, quod non est cur negemus) non ante septimum post translationem Sancti annum, qui est a. 1070., lucem vidisse possunt.

coepit agere apud eos, quorum hoc erat auctoritatis. Denique domni Liethardi abbatis voluntate consulta et benedictione percepta, ad impetrandam super verbo episcopi Leodiensis auctoritatem, ipse ab eo suscepit legationem[7]," 7

eamque iam fere octogenarius tanta cum dexteritate gessit, ut in ipso fere vitae fine voti tandem compos, a. **1110.** *illius elevationis sollemnia videret et lectionibus atque antiphonis ipse celebraret*[8]. *Biennio post,* 3. *Non. Oct.* **1112.**[9]*, obiit. Quam gratam post se memoriam reliquerit, ita testatur discipulus eius Gemblacensis*[10]*:* 9

„Domnus Sigebertus, morum probitate et scientiae multiplicitate laudabilis et gratus sui temporis sapientibus, non indiget nostris laudibus, quia laudant eum opera eius. Cum enim esset iuvenilis aetatis tempore Mascelini abbatis, Metensibus notificatus et in cenobio sancti Vincentii martiris cum Fulcuino abbate diu conversatus, sapientiae fons patens erat non solum monachis, sed et clericis ad se undique confluentibus. Multis Mettensium hodieque dulcis est eius memoria, in quibus adhuc supersunt doctrinae eius vestigia. Quae vel quanta illic degens rogatu eorum scripta ediderit, ipse ostendit in libro illustrium virorum, quem composuit. Non solummodo christianis, sed et Iudeis in eadem urbe commanentibus erat carissimus, pro eo quod Hebraicam veritatem[11] a caeteris editionibus secernere erat peritus, et in his, quae secundum Hebraicam 11 veritatem dicebant, Iudeorum erat consentiens assertionibus. Post multum temporis, vix impetrata licentia, rediens ad cenobium Gemblacense, multa contulit ad usum et ornatum ecclesiae, quae adquisierat voluntaria eorum, quos instruxerat, liberalitate. Frequentabant autem eum maiores natu, excellentiores gradu, acutiores sensu, qui erant in urbe Leodicensi, si quid questionis occurreret eis, ad hunc deferre et cum eo conferre soliti. Horum precipuus erat domnus Heinricus, archidiaconus et decanus aecclesiae sancti Lamberti, cuius rogatu scripsit ad Trevirenses librum de ieiuniis quatuor temporum, et multa quae commemorat in libro illustrium virorum. In cenobio Gemblacensi me, qui haec descripsi, et multo meliores erudivit; quorum multos ante se praemisit, paucos pro dolor! post se dimisit. At vir prudens, cum esset multae gravitatis, non erat indiscretae austeritatis, sed erat ad omnes, ut res poscebat, discretae mediocritatis. Scripturarum maxime divinarum lectio et meditatio eum occupabat; sed tamen cotidiana missarum celebratio et devota ad Deum oratio semper eum praeoccupabat. Longa confectus senectute, cum decubuisset extrema egritudine, nichil amittens insitae sibi prudentiae, fratrumque voluntas esset, ut, cum obiret, intra monasterium sepulturae locum acciperet: ut vir altioris consilii, malens in conspectu Dei humilis quam praesumptuosus inveniri, obnixe petiit in coemeterio nostro fratribus omnibus consepeliri. Obiit ergo 3. Nonas Octobris, tempore domni Liethardi abbatis[12]. 12

7) Elevatio S. Guiberti, in Actis SS. Maii V, 266. 8) De vir. ill. 172. 9) Non a. 1113. ut unus tradit Robertus de Monte; Liethardus enim abbas iam 2. Nonas Febr. a. 1113. obiit. Error ille Roberti inde natus est, quod Chronici codex quem ille exscripsit Bellovacensis annum 1112. in duo dividit. 10) in Gestis abb. Gembl. Damus ea e codice egregio Lipsiensi, quem contulit Waitz. 11) i. e. textum ab Hieronymo ex ipso Hebraico, non ex LXX in Latinum translatum. cf. Chronicon a. 382. 395. 12) Sequuntur in codice Lipsiensi versus de eodem hi:

Iustis consertus, vivat Christo Sigebertus!
Mundus mutatur, transit, dum stare putatur.
Virens transit homo, sed pertransit moriendo.
Eheu! mors homini parcit nulli, datus omni;
Praefixas metas nullius praeterit aetas.
Huic mundo lacrimae si defunctos revocare
Possent, quot, quales nobis, quam spirituales,
Omnibus et clari studiis et heu! modo rari
Essent, emerito deflendi cum Sigeberto.
Sed quia praeclari rari, nequeunt revocari,
Mundo subtracti, sint caelicolis sociati!
Nobis solamen det semper se Deus. amen.

In eodem codice postea f. 56. sequens legitur

Epithaphium domni Sygeberti.

Heu! mors meroris crementum, causa doloris!
O per te quantos luget mundus sibi raptos!
Spicula nos feriunt, ad cor quoque vulnera figunt;
Figitur hoc menti vulnus, non estque reniti.
Effringens hic cor induratum ferit angor,
Cum mors dissocians germanos, omnia mutans,
In quibus est caris et fervet amor socialis,
Turbat mutando, rumpit quoque pollice duro
Ut naturales affectus, sic sociales.
Efflorescat homo licet, ut flos tempore verno,
Res rebus cumulet, mentem corpus quoque vexet,
Sollicitus curas explens secum ruituras:
Una dies miserum penitusque facit miserandum.
Sit rex, sit princeps, opibus paupercula sit plebs,
Par trahit hos mortis lex, discretissima quamvis.
Est etenim iustis iustae discretio sortis.
Terrea terrenis terraeque placent studiosis.
Rerum contemptus vanarum partior usus

Haec sunt, quae de vita Sigeberti tradita habemus, pauca quidem, sed quae sufficiunt ad virum cognoscendum vitae candore atque animi humanitate adeo commendatum, ut ubicumque degeret, omnibus esset carus; modestae vere-
13 *cundiae, ut qui gloriam atque honores semper declinaret*[13]*; gratissimi ad obitum usque animi erga monasterium suum eumque qui puero pater fuerat atque fautor, Olbertum, cui in gestis abbatum Gemblacensium tam pulchrum monumentum condidit*[14]*. Fuit monachus antiquae reverentiae, mente purus, avaritiae*
15 *et malae licentiae in monachis impugnator acerrimus*[15]*, gravis sine morositate, benevolus erga omnes, Iudaeos aeque atque christianos; in iudicando firmus absque arrogantia, res tantum spectans, non personas; iusti et veri defensor intrepidus; male facta ubicumque videbat, vituperans ex animo, sed sine odiosa acerbitate; nec damnans ut zelator, sed ut qui humanam naturam bene cognitam haberet*[16]*. Superstitionibus et prodigiis multo minus deditum videmus, quam plerosque aequalium; de miraculis libere et ultra aetatis illius*
17 *modum sentire et loqui audebat*[17]*. Gravissimus autem ingenio, mente, sermone,*
apparet in epistolis, quas Gemblaci scripsit. Quae ibi dicit de studio per allegorias omnia explicandi[18]*; quae de periculis ecclesiae et religioni inde imminentibus, quod ieiunia, coelibatus et alia multa ad monachorum tantum ordinem spectantia sensim fidei ipsi christianae obtruderentur tanquam ab omnibus*
19 *servanda*[19]*; quod reliquis auctoritatibus reiectis*[20] *ad sacras scripturas tanquam ad summam ecclesiae normam semper redit; quod ad discutiendas quaestiones illas gravissimas non argutiis utitur neque passionibus, ut plurimi tum faciebant, sed ad vitae statum humanaeque naturae conditionem eas reducit et ad rationem legentium provocat, non necessarias, ubi haec clare loquantur, auctoritates dicens, et verum in omnibus spectandum, non litterae inserviendum monens*[21]*; quod verum non ideo verum, quia auctoritates id dicant, sed auctо-*
22 *ritatibus inde credendum, quia verum dicant*[22]*: haec animum produnt saeculo*

Extenuans iustos, promptos magis efficit illos,
Sint ut in ascensu recti, sint corde rel actu.
Adultti superis, emitti funditus imis,
Nancisci summae certent pia gaudia vitae.
Certamen sit eis omnis custodia cordis.
Tendit enim laqueos raptor cuicumque paratos,
Et tam multiplices habet eius mens mala fraudes,
Tutus ab his sensus ut non sit corporis ullus;
Ut meritum minuat iustis, rel eos sibi subdat,
Viribus atque dolis concertat subdolus hostis.
Si mentes fluxas absorbet, nil putat illas.
Gratia, Christe, tibi! per te superant quia iusti
Omnes decipulas et quas parat ille ruinas.
Deria sectantes revocans, iungis tibi stantes,
Et tua spes nostras iurat expleus larga potestas,
Spe salvos facieus, ad rem gratos tibi duceus.
Consimilis iustis multo studio probitatis,
Aptus divinis et mundi rebus agendis,
Lex vitae, speculum normae fueras, Sigeberte,
Cui noster sermo persolvit debita scripto.
Vixisti concors, viras per secula consors,
Sint et defunctis eadem consortia nostris.
Dant binos versus nostri de se sibi versus.

13) Per totum chronicon ne verbo quidem de suis rebus loquitur; immo epistolis duabus in codice Gemblacensi non nomen suum, sed tantum *epistolam cuiusdam* inscripsit. 14) Hic etiam solus est inter abbates Gemblacenses, cuius in chronico mentionem fecit. 15) Vita S. Guiberti 8: *radicem malorum et malam monachorum novercam, scilicet proprietatem concupiscentiam.* Gesta abb. Gembl.: *sub obtentu paupertatis dum quisque sibi consulit, et posthabita communis vitae honestate rem familiarem augere peculiariter quaerit, virebatur iusto licentius; quod omnino non expedit monachorum animabus*, et plura ibid. Ipse quae Mettis dono acceperat a discipulis, omnia monasterio suo contulit. 16) cf. Gesta abb. Gembl. p. 762. 17) in Vita S. Guib.: *Tandem vir Dei consummatus in virtutum gratia, quod maius est, quam si claruisset miraculorum gloria. Miraculis quippe nonnunquam virtutes affuscantur, miracula vero solis virtutibus commendantur.* 18) Ep. de ieiuniis quat. temp.: *delectat etiam nos allegoriace super numero hebdomadarum, quae distinguunt ieiunia temporum. Sed quia, ut ait Origenes, in campis allegoriae est libera vagandi licentia: haec libertas debet habere modum progrediendi. Placet haec allegoria, sed non ita, ut pro certa figatur ieiuniorum regula.* 19) cf. ep. de presb. coniug. 20) De ieiun. quat. temp.: *Hos aliosque sanctos et doctos viros in hoc sequimur, non quia sancti et docti fuerunt, sed quia veritatis assectores probantur*, et reliqua. 21) ibid: *Quid tantum inhaeremus occidenti litterae, ut deficiamus a spiritu vivificante?* 22) ibid.

illo longe superiorem, et qui altiori loco dignus erat, quam quem Sigeberti modestia tenere voluit. Nec mirum, summos Leodiensis ecclesiae viros semper ad monachum Gemblacensem retulisse, si magnum aliquid agendum esset, ipsiusque sententiam pro publica ecclesiae suae opinione edidisse. Doctrina inter primos sui temporis claruit. Veteres auctores, Horatium maxime, non sine fructu eum legisse scripta produnt, floribus inde collectis respersa; inter patres ecclesiae Hieronymum atque Augustinum praetulit. Graecam linguam si non penitus imbibit, gustavit saltem[23]*; Latinam et soluta oratione coluit et carmine, heroico*[24]*, elegiaco*[25]*,* 23 *Alcaico*[26]*, non prorsus invita Minerva; in eo tamen tempori inserviens, quod mediam quamque versus vocem ultimae in Alcaicis quoque consonare fecit. Musicae etiam artis, ex disciplina atque exemplo Olberti, adeo gnarus fuit, ut antiphonas musicis modis componere sciret*[27]*. Plurimum tamen studium in chronologia atque historia collocavit.*

Scripta sua in libro de viris illustribus, Hieronymi et Gennadii exempla Scripta.
secutus, ipse ita enumerat:

Sigebertus Gemblacensis monachus multa scripsi opuscula. Metis positus in prima aetate, in ecclesia sancti Vincentii, ad instruendos pueros, scripsi vitam Deoderici episcopi, conditoris ecclesiae et abbatiae; in qua etiam per digressionem laudem ipsius urbis heroico metro declamavi[28]. Scripsi passionem sanctae Luciae, quae ibi requiescit, 28 Alchaico metro[29]. Quibusdam etiam reprehendentibus illam sanctae Luciae prophetiam: *Annuntio vobis pacem ecclesiae Dei datam, Diocletiano eiecto de regno suo, et Maximiano hodie mortuo*, respondi diligenter, considerata temporum ratione et rerum veritate[30]. Scripsi nihilominus sermonem in laudem ipsius virginis, in quo translationes ipsius a Sicilia in Corfinium civitatem Italiae, et a Corfinio in Mettim urbem Galliae, ordinata temporum consequentia digessi[31]. Scripsi vitam Sigeberti regis, conditoris ecclesiae et 31 abbatiae sancti Martini extra civitatem Mettensem sitae[32]. Regressus ad monasterium Gemblacense scripsi passionem Thebaeorum patronorum nostrorum heroico carmine[33]. Scripsi vitam sancti Guiberti confessoris, fundatoris ecclesiae nostrae Gemblacensis[34], de qua excerpsi lectiones competenti ordine in eius depositione. Arte autem musica anti-

23) De hoc alii dubitant; sed vix, credo, tot verba Graeca (Mon. SS. IV, 464, lin. 2. *Kyrie christe theos pantocraton, archos, anarchos.* 49. *gimnasio.* 466, 47. *aorasio.* 468, 43. *logio.* 469, 25. *prolemsim.* 477, 30. *neutericis.* 478, 25. *anatolen, dlisin, mesembrinn, arcton.* 37. *purmnimphus.* 479, 71. *hidraulin.* 72. *orizon.* 482, 47. *ebdenis.*) cum praedilectione quadam immiscuisset primo quod admodum iuvenis condidit operi, et huic uni tantum, nisi gaudio quodam iuvenili stimulatus id fecisset, quo discentes recens partis statim uti delectat. Hinc etiam explicatur, quod in reliquis eius operibus talia non iam occurrunt; cum novitate defuit delectatio. Nec adeo rarus in illis regionibus tunc fuit Graecae linguae usus; multi enim S. Amandi Elnonensis, S. Laurentii Leodiensis et ipsius S. Petri Gemblacensis codices, quos etiamnunc exstantes vidi, Graecas voces atque sententias et vero integras paginas continent. Hebraicae linguae peritum nostrum soli faciunt Historiae Litterariae auctores, unico loco e Gestis abb. Gembl. supra allato inducti, quum Hieronymi versionem, non verba Hebraica ipsa ibi indicari, Chronici loci collati satis docerant. Aliis argumentis non nititur Sigebertus hebraizans. 24) Ecclesiasten, passionem SS. Thebaeorum. 25) in vita Deoderici passim. 26) Rhythmum de Deoderico, passionem S. Luciae. 27) De vir. ill. 172: *arte autem musica antiphonas et responsoria de sanctis Maclorio et Guiberto melificavi.* Musica atque geometrica studia, ab Olberto suscitata, Sigeberto duce aeque in monasterio floruisse, multi bibliothecae Burgundicae codices testantur Gemblacenses, saeculis XI. et XII. exarati. 28) Mon. SS. IV. 461. 29) Nondum editam; specimina tantum leguntur apud Mab. Ann. IV, 372. Iacobs et Ukert Merkwürdigkeiten der Gothaer Bibliothek II, 1, 140. 30) Epistola haec inedita legitur in cod. Gothano n. 61. 31) ed. Meurisse in historia epp. Mettens. p. 329. 32) apud Duchesne SS. II, 591. Alteram apud Surium ad Kal. Februarias, in Actis SS. Febr. I, 227. et apud Bouq. II. 597. editam ex priore illa genuina interpolatam esse V. D. Hirsch probavit. Scribendi occasionem dedisse videtur translatio sancti a. 1063. facta. Et huius translationis historiam cum miraculis, post a. 1070. conscriptam (in Actis SS. 11.) Mosander atque Henschenius Sigeberto tribuunt; quod quum nullo praeter Mosandrum testimonio nitatur, nil tamen inest, quod contradicat huic opinioni, veri admodum simili. 33) Carminis pro deperdito habiti unicum, quantum scio, codicem s. XII. Geelius mihi obtulit Lugduni-Batavorum in bibl. publ. 114. A. 34) apud Surium ad 23. Maii. Mabillon Act. V, 301. Act. SS. Maii V, 259. Scripta est, priusquam Guibertus miraculis claruit, quae a. 1099. fieri coeperunt.

phonas et responsoria de sanctis Maclovo et Guiberto melificavi[35]. Scripsi et gesta abbatum Gemblacensium[36]. Vitas sanctorum Maclovi[37] et Theodardi[38] urbaniori stilo melioravi. Vitam quoque sancti Lantberti, cum in primis urbane meliorassem, postea rogatu Heinrici archidiaconi et decani ecclesiae sancti Lantberti defloravi comparationibus antiquorum inxta consequentiam rerum; quamvis priorem, utpote simplicem, quidam magis amplectantur et curiosius transcribant. Est enim sensu apertior, et verbis clarior[39]. Rogatu etiam praedicti viri validis patrum argumentis respondi epistolae Hildebrandi papae, quam scripsit ad Herimannum Mettensem episcopum in potestatis regiae calumniam[40]. Scripsi ad ipsum Heinricum apologiam contra eos, qui calumniantur missas coniugatorum sacerdotum[41]. Ipso etiam rogante, respondi epistolae Paschalis papae, qui Leodicensem ecclesiam, aeque ut Cameracensem, a Roberto Flandrensium comite iubebat perditum iri[42]. Nihilominus ipso poscente respondi Treverensibus de ieiunio quatuor temporum, qui regulas cuiusdam Bernonis, secundum allegoriam ut sibi videtur bene concinnatas, observant, et a consuetudine Leodicensium discordant[43]. Descripsi heroico metro Ecclesiasten, quem opere stromateo tripliciter digessi, ad litteram, allegorice, mythologice[44]. Imitatus Eusebium Pamphili, qui primus apud Graecos chronica a tempore Abrahae digessit, ipse quoque a loco intermissionis eius usque ad annum **1111.** omnem consequentiam temporum et rerum gestarum, quanta potui stili temperantia ordinavi. Cum diligenter Bedam de temporibus relegerem, et ab eo notam Dionysio cyclorum scriptori infligi viderem, quia male dispositis annis dominicae passionis, in terminis paschalibus contraire per omnia videretur euangelio Iohannis: dignum mihi visum est, altius repetendo omnem dimovere nubem erroris, et verum diligentibus infundere lumen veritatis. Siquidem Marianus Scottus, vir suo aevo longe disertus, hoc idem ingressus erat, et chronicam suam texens a nativitate Christi usque ad statum sui temporis, hinc annos Christi iuxta fidem euangelii, inde e regione iuxta Dionysium ordinaverat, ut diligentiae lectoris pateret, quantum ipse Dionysius a veritate euangelii deviaret. Ego autem considerans, fautores Dionysii semel imbibita non leviter descire, ita cautelam ingenioli mei aequa lance libravi, ut medius horum incedens, omnes annos ab origine mundi decursos vel in futurum decursuros, inscripta ratione iuxta Hebraicam veritatem, colligerem; scilicet per cyclos lunares, qui 19 annis, et per cyclos solares, qui 28 annis clauduntur, et per alterum multiplicati magnum cyclum 532 annorum conficiunt, lineatim distinctis hinc inde annis Adae, epactis concurrentibus terminis paschalibus, diebus dominicis paschae; eadem via incedens, qua Dionysius, sed non iisdem vestigiis. Quod diligens lector facile inveniet, si curiosus fuerit. Et quia decem magnis cyclis, qui singuli

35) non iam nota. 36) Dachery Spic. II. 759. Desiit Sigebertus in primis Mascelini temporibus. Quae sequuntur de eodem Mascelino atque Thietmaro, alius addidit. Reliqua plures temporis decursu scripserunt, ut codex Lipsiensis autographus ostendit. 37) apud Surium ad 15. Nov. Scripta est iubente Thietmaro abbate, qui a. 1076—1099. praefuit. 38) apud Surium ad 10. Sept.; Act. SS. Sept. III. 597. 39) Priorem simplicem sub falso Reineri nomine edidit Chapeaville Gesta pont. Tungr. I, 411; alteram defloratam Act. SS. Sept. V, 589. Antiqui isti sunt Moyses, Iosue, David, Constantinus Magnus, S. Benedictus. 40) Ineditam hucusque et pro deperdita habitam Bruxellis repperi in codice Gemblacensi praestantissimo saec. XII. in., ubi inscribitur: *Dicta cuiusdam de discordia papae et regis, priorum reprehensa exemplis. Legimus in gestis Romanorum pontificum* etc. Edita est intra annos 1076. quo Hildebrandus primo ad Herimannum scripsit, et 1084. quo Heinricus, in epistola rex vocatus, imperii coronam adeptus est. 41) Extat in eodem codice Gemblacensi sub titulo: *Epistola cuiusdam adversus laicorum in presb coniugatos calumniam*, unde ediderunt Martene et Durand thes. I. 230, Wenrico cam tribuentes, quum iam manus saec. XVII. in. in codicis margine Sigeberti nomen posuisset. Quod nesciens, Hirsch sola coniectura verum vidit argumentisque probavit pag. 196—211. 42) Paschalis epistola data est a. 1102. vel 1103. Sigeberti igitur eodem tempore. Editiones eius Hirsch affert undecim, ita tempore se excipientes: Conciliorum collectio Coloniensis II, 809. — Schardii diss. de iurisdict. imp. et eccles. — Centuriat. Magdeburg. XII, p. 1110. — Goldasti apologia p. 189. — Conciliorum collectio Paris. XXVI, 701. — Labbei concilia X, 630. — Brown appendix ad Ortwini Gratii fascic. rer. expet. et fug. p. 176. — Harduini concilia VI, 2. 769. — Eccard corpus histor. med. aevi II, 238. — Martene coll. ampliss. I, 587. — Mansi concilia XX, 986. — In Gallicam linguam vertit Gervais a. 1697; in Batavam, ni fallor, nostris temporibus van Asch van Wyk, Traiectensium consul. 43) Duae sunt, altera statim post concilium anni 1095. altera paulo post scripta. Edidit Martene thes. I, 295. et 306. ex codice Gemblacensi saec. XII., nunc Bruxellensi n. 5476. 44) Carmen ineditum Gemblaci viderunt Andreae et Miraeus; ubi iam sit, nescimus.

532 annis constant, opus omne distinxi, ipsum librum hoc titulo praenotavi, ut Decennalis vocetur. Prologum etiam in morem dialogi anteposui, quem tribus tomellis divisi, indicans sub persona interrogantis et respondentis intentionem et utilitatem ipsius operis, et ad quam partem philosophiae pertineat, scilicet ad physicam. Subiunxi etiam utiles regulas inveniendi annos et terminos et indictiones, secundum dispositiones ipsius[45]. Imitatus etiam Hieronymum et Gennadium, scripsi ultimum hunc libellum de illustribus viris, quantum notitia meae investigationis exquirere potui[46].

Ex his chronicon gloria primum, tempore fere novissimum est. Composuit illud non quidem continuo calamo, at neque ita, ut absolutis quae ipsum praecedebant, res sui temporis, prout actas comperisset, statim litteris mandaret. Totum potius opus ultimo demum vitae decennio scripsisse videtur. Anni enim 956—1099. *uno fere tenore conditi sunt, neque ante a.* 1100.[47] *nec post a.* 1106.[47'], *unde priora quoque non multo ante tempore composita fuisse crediderim. In publicum emisit iam ante a.* 1105[48]. *Postea totum iterum revisit, correxit, auxit*[48'], *et ad a.* 1111.[49] *usque deduxit; at morte praeventus, hanc alteram recensionem non ipse edidit, sed Anselmus anno statim* 1112, *addita brevi de hoc anno deque Sigeberti obitu notitia, emisit*[49']. *Aggressus illud Sigebertus est senex, scribendi usu multo* 47 49'

Chronicon.

45) Liber ineditus; primas eius lineas in praefatione ad Sigebertum Miraeus dedit ex codice Gemblacensi iam deperdito. 46) editum in Suffridi Petri script. eccles. Coloniae 1580. Miraei bibl. eccles. Antw. 1639. Fabricii bibl. eccles. Hamb. 1718. — Quae praeter haec Sigeberto ab aliis tribuuntur, sermones, epistolae, vitae pontificum Romanorum, historia Hierosolymitana, vita S. Lulli, chronicon S. Vincentii Mett., chronologia episcoporum Mettensium, passio SS. undecim millium virginum: ea quum iam Sigeberti, alias minima afferentis, altum silentium refutet, tum Hirsch p. 346—353. argumentis prorsus carere monstravit. 47) Maxime hoc ostendunt annales Leodienses, quos Sigebertus inde ab a. 956—1099. integros fere chronico non ascripsit, sed intexuit ita, ut totam hanc operis partem ante a. 1100. non potuisse conscribi, satis appareat. Anni porro 1097—1099. quum e cruciferorum epistola anno demum 1100. ineunte edita fluxerint, hos quoque uno calamo, nec ante a. 1100. exaratos esse oportet. Unus tantum obloqui videtur locus a. 1068. *adhuc nescitur* de morte Deoderici, quam a. 1073. accidisse ex Bernoldo discimus. At quominus hunc locum illo iam tempore scriptum statuamus, imperatoris nomen vetat Heinrico constanter et cum affectatione quadam inde ab a. 1058. inditum, quod haec omnia post a. 1083. demum composita esse ostendit. Porro Mariani chronicon, quo multum usus est Sigebertus, ante a. 1082. habere non potuit. Verba quoque a. 1081. *nunc terra doluit et dolet*, et 1085. *de hoc ita scriptum repperi*, illis ipsis annis scripta esse non possunt. 47') in anno enim 1056. verba *annis quinquaginta* tum demum addita esse a Sigeberto, quum alteram operis editionem curaret, praeter Gemblacensem docet quoque codex A., ubi ea desunt. 48) hoc namque anno illud exscripsit Ekkehardus, a. 1109. Waltramus. 48') iis, quae in codice Gemblacensi a manibus $1\beta.\gamma.\delta.\varepsilon.$ addita, desunt in uno A. Nos ea uncinis inclusimus, ut appareat, quid prioris sit recensionis, quid secundae. — Ensebii quoque, Hieronymi atque Prosperi chronica nostro praefigunt codices secundae recensionis omnes; unde facile quis crediderit, Sigebertum ipsum eadem alteri huic recensioni praeposuisse, quum in priore nondum fuisse, codex Virdunensis ostendat. At tum chronica illa in codice Gemblacensi exstare vel saltem Anselmi tempore extitisse deberent, id quod Fl. 2. 4. credere vetant. Sigebertum chronico suo Eusebium atque Hieronymum continuare voluisse, hoc certum est; at inde non sequitur, eum id ipsis tam arcte connexuisse, ut unum librum efficerent; praefatio iam obloquitur, ampla, prout librum decet peculiarem, suis tantum auspiciis prodeuntem, ad Eusebium autem ne verbo quidem respiciens. Nullum vero exstat opinionis illius fundamentum, praeter codicum istorum consensum; sed ad hunc explicandum Sigeberto non egemus. Quum enim saepissime a scribis varia e variis codicibus opera in unum conscriptos videamus: monachus quoque Aquicinensis, B., a quo illi omnes derivantur, monasterio suo universam mundi historiam uno volumine comprehensam comparare voluit, ideoque Sigeberto praescripsit eundem quo ille usus fuerat codicem Eusebii, Hieronymi et Prosperi, de quo vide infra n. 52. Quem si Sigebertus ipse adiecisset, Prosperum certe omisisset auctor ex Hieronymi fine filum resumens. 49) hoc ipse testatur De viris ill.: *usque ad annum* 1111. *omnem consequentiam temporum et rerum gestarum, quanta potui stili temperantia, ordinari.* 49') Omnes enim codices, ne uno quidem excepto, verba de morte Sigeberti habent, quae Anselmo deberi apparet. Quae quum in codice Gemblacensi eodem prorsus calamo atque atramento exarata legantur, quo reliqua a. 1112. narratio: hanc quoque Anselmo tribuendam esse, quum per se iam sit verisimile, tum Sigeberti verbis *usque ad annum* 1111um plane certum fit. Immo Gemblacensis codicis habitus, quem infra indicabimus, facile adduxerit aliquem, ut Anselmi narrationem incipere credat iam altius, in verbis a. 1111. *Quid rei quomodo* etc., quae et alius manus sunt, et cum

et vario studiisque in temporum computatione collocatis egregie praeparatus, magno insuper pro tempore illo librorum supellectili adiutus[49]*. Ad haec ipsi erat longa vitae experientia, rerum humanarum cognitio claustri praeiudiciis non praeoccupata, animus veri amantissimus, sine ira et studio res atque homines iudicans: erat aetas excitata quaestionibus gravissimis, qualis scriptores lectoresque parare solet; erat in ipsa turbulenta aetate securum monasterii otium, ubi posset sentire quae vellet, scribere quae sentiret, nil sibi timens, quando Leodiensis et ecclesia et populus omnis idem sentiebant. Ita Sigebertus quum prae ceteris quasi vocatus videretur ad historiam scribendam, summe dolendum est, eum nil nisi annales composuisse satis ieiunos. Duae maxime res in hanc viam eum induxerunt: chronologiae studium super cetera ipsi adamatum, atque exemplum Mariani, Bedae, Eusebii. Quum enim per totam mediam aetatem in historia scribenda plurimi illud spectarent, ut universam mundi historiam uno volumine complecterentur: idem Sigebertus quoque exequi nisus est ita, ut, qui Eusebium atque Hieronymum admirabatur, reliquos non aeque probabat, illorum opus ad se usque eadem qua illi ratione deduceret. Ita chronicon suum nil esse voluit nisi quod vulgo dicimus conspectum historiae universalis synchronisticum. Primas ibi partes temporum computationi tribuit; ideo paparum series atque imperatorum regumque successiones integrae leguntur, rerum gestarum narratione secundo tantum loco addita. In his eligendis id sibi proposuit, ut imperii fata graviora, ecclesiae pericula atque incrementa, virosque sanctitate et doctrina pollentes, continuo quodam filo deduceret, reliqua quasi per occasionem aspergeret. In narrandis autem aequali per totum chronicon brevitati studet, atque ideo res sui temporis eadem ieiunitate tractavit, qua prima saecula — non enim narrare voluit, sed annotare —; et ne aequalitas illa conspectus synchronistici turbaretur, si de suo multa daret eo modo quo Lambertus, Herimannus, alii: praetulit totum prope opus ex aliis centonisare*[50]*; quod scribendi genus media aetas non modo excusabat, sed utilissimum iudicabat et quam maxime sectabatur.*

praecedentibus non bene cohaerent. Immo iam initium anni 1111. habet quaedam, quae dubitationem de auctore movere possint. Scriptum est, quasi de Heinrico V, de Gregorio VII, de discordia eius cum imperatore, plane nondum sermo fuisset (cf. verba *Heinricus quintus huius nominis rex;* et *quae coepta a Gregorio nono huius nominis papa, qui Hildibrandus vocatus est*); Heinricus, quem antea Sigebertus semper fere imperatorem vocat, nunc rex appellatur. Sed hoc ipsum imperatoris vocabulum annos 1108—1110. post eius coronationem scriptos esse ostendit; unde coronationis quoque narrationem eiusdem esse auctoris, veri admodum simile est, quamvis non certum, quum Sigeberti verba *usque ad annum* 1111um et$^{[51]}$ de initio et de fine anni intelligi queant. Hoc igitur in suspenso relinquimus; sed annum 1112 Anselmo deberi integrum, hoc iure nostro contendere nobis videmur. Contradicunt quidem codices secundae recensionis, eo quod Anselmi continuationem non habentes, tamen omnes exhibent annum 1112. At iidem mortem quoque Sigeberti habent omnes. Quam si addere potuerunt, ab alio, quod nemo negabit, conscriptam, aeque bene addere potuerunt totum annum, in codice Gemblacensi eadem manu sine ullo spatio interiecto praecedentibus adscriptum. Quod autem unus codex B3'. post a. 1112. addit: *Hucusque Sigebertus chronicam suam perduxit*, talium subscriptionum, e codicibus tantum quos describebant factarum, auctoritas non maior est, quam continuatoris Gallici F2., qui Sigebertum usque ad a. 1148. chronicon deduxisse contendit, quamve Roberti de Monte, qui eum in a. 1100. desinere dicit, ideo procul dubio, quia ipse Robertus hoc anno cum regno Heinrici I. opus suum incipere constituerat, ut Hirsch bene monuit. Nam ad a. usque 1112. Sigebertum ad verbum exscripsit. Eodem modo Radulfus de Diceto Roberti, Baldricus Ninovensis continuatoris Affligemensis finem falso iudicant.

49) Iam enim Olbertus, bibliothecae Gemblacensis fundator, teste Sigeberto in Gestis abb. Gembl. „divinae scripturae plus quam 100 congessit volumina, saecularis vero disciplinae libros 50," cui numero ipsis Sigeberti temporibus haud paucos accessisse, litterarum forma docent multi qui nunc Bruxellensem bibliothecam ornant codices Gemblacenses.

50) ut ipse de Olberto dicit in Gestis abb. Gembl

Ili autem fontes ei fuerunt: Hieronymus[50]*; Augustinus*[51]*; Orosius;* Fontes.
Idacius; Prosper[52]*; Rufini historia ecclesiastica; Gennadius de scriptoribus ecclesiasticis; Cassiodori historia tripartita; Iordanis; Gregorii dialogi; prologus legis Salicae*[53]*: vitae plurimorum sanctorum, ut Hieronymi, Gregorii Magni,* 53
Martini, Mauri, Remigii, Antidii, Amandi, Clodulfi Mettensis, Maclovii, Columbani, Kiliani, Wulframmi, Gertrudis; Adrevaldi translatio sancti Benedicti; Gesta pontificum Romanorum; catalogi pontificum; Gregorius Turonensis; Fredegarius cum continuationibus; Gesta regum Francorum; Beda; Paulus Diaconus; Historia miscella; Flodoardi historia Remensis; Aimoini historia Francorum; Einhardi vita Karoli; Regino; annales Vedastini, Fuldenses, Mettenses[54]*, Lobienses*[55] *et maxime Leodienses*[56]*;* 54
Auxilius de Formosiana calamitate[57]*; Liudprandus; Widukindus; Ruotgeri vita Brunonis; Lautberti vita Heriberti; Petri Damiani vita Odilonis; Sigebertus ipse in vitis Guiberti, Deoderici, abbatum Gemblacensium; Glaber Rodulfus*[58]*: Fulcuini gesta abbatum Lobiensium; Anselmi gesta pontificum Leo-* 58
diensium[59]*: Alpertus*[60]*; Baldericus*[61]*; Marianus; Wiberti vita Leonis IX; Humberti legatio*[62]*; Iohannis translatio S. Nicolai*[63]*; epistola de morte Hildebrandi*[64]*; epistolae cruciferorum*[65]*, Guarneri, Heinrici IV; Heinrici V. coronatio*[66]. 66

50') a. 381. 382. 386. 406. — In fontium disquisitione multum me debere et Waitzio nostro et libro V. D. Hirsch, grato animo profiteor. 51) de haeresibus, a. 386. 404. 52) Hoc nomine semper intelligit chronicon Pithoeanum seu imperiale, quo de cf. Waitzium in Annalibus nostris VII, 230. Geminum Prosperi chronicon non novit. Usus igitur est codice Eusebium, Hieronymum et chronicon Pithoeanum complectente, qualem iam ante Sigebertum extitisse, testis est vetus ille codex Bollandianorum, quo de cf. Acta SS. Maii VII, praef. 40. Idem chronicon post Eusebium atque Hieronymum sine Sigeberto vidi in duobus saeculi XV. codicibus bibliothecae regiae Bruxellensis, 9486. ubi Martinus Polonus, et 9487. ubi Marianus illud sequitur; unde iam Waitz recte restrinxit, quod Scaliger chronicon illud in solis Sigeberti codicibus legi contendit. 53) a. 422. 54) Mon. SS. I, 314. Ex his etiam hausit, quaecunque Laurissensium atque Bertinianorum verba apud eum leguntur. 55) Mon. SS. II, 210. Usus iis est in annis 903—972; priorem partem, quae legitur ibi p. 194., non adhibuit. 56) Mon. SS. IV, 8. Primo rarius iis utitur, ad a. 570. 630. 646. 661. 665. 735. 737. 774.; abhinc eorum vestigia prorsus deserit usque ad a. 956. Ab hoc inde tantum non integros, iisdem fere verbis, in chronicon recepit; immo annorum 1113—1146. omnia, paucissimis tantum exceptis, ne verbis quidem mutata, in Anselmi et Gemblacensium continuatione occurrunt. Hanc autem ex his annalibus non posse fluxisse, quivis videt. Codex enim Gemblacensis conscriptam esse docet per singulos annos, immo menses, prout evenerunt, quae narrantur. Hinc erunt, qui quaecunque horum annalium verba apud Sigebertum leguntur, ex hoc demum in annales transscripta putent saeculo XII, ut idem in Elnonensibus, Marchianensibus, aliis factum videmus. Sed ante a. 1056. omnia ibi manu continua s. XI. ex antiquioribus annalibus transcripta esse, et codex ipse et collatio annalium Laubiensium testatur. Hucusque igitur Leodienses Sigeberti fontem esse, extra omnem dubitationem positum est. Porro anni 1055—1098. a pluribus s. XI. exarati sunt diverso tempore, factis plerumque aequali; saeculi XII. vestigium in iis nullum, ne quaerenti quidem. Neque haec igitur ex Sigeberto desumpta esse possunt. Alia res est in sequentibus. Annos enim 1099—1124. *nirium nimis humila*" una manus in praecedentibus nondum obvia continuo calamo exaravit; alius deinde in monasterio Fossensi et ipse uno ductu sequentia scripsit usque ad 1137. *exterminavit*", ubi Anselmus desinit; tum nova manus uno tenore pergit usque 1146. *multos afflixit*". Hic desinit continuatio Gemblacensis; annales quoque per duos annos cessant; quae tum sequuntur, quot annos, tot fere manus exhibent. Apparet igitur, annales Leodienses ad annum usque 1099. inter fontes Sigeberti habendos, annis 1099—1146. autem ex ipso eiusque continuatoribus Gemblacensibus ad verbum fere exscriptos esse tribus vicibus, primum a. 1024. a Leodiensi, deinde a. 1137. et 1146. a duobus monachis Fossensibus. 57) a. 900. 903. cf. Sigeb. de viris ill. 112. 58) a. 977. 992. 1001—1003. 59) in codice nunc Guelferbytano legit atque adhibet annis 883. 903. 960. 972. 1014. 60) De epp. Mettens. ad a. 982—984. De divers. temp. 997. 1003—1020. 61) a. 959—1054. plurima inde sumpsit. 62) apud Baronium XI, 210. Legebat eam atque descripsit ad a. 1053. 1054. ex codice S. Laurentii Leodiensis, iam Bruxellensi 9706. 63) a. 1087. 64) a. 1085. 65) a. 1097—1099. apud Dodechinum. 66) Non usus est annalibus Bertinianis, Blandiniensibus, Thietmaro, Herimanno Augiensi, Lamberto. Ex hoc enim quos locos affert Hirsch, eorum 1048. 1066. 1077. ex ann. Leod. sumsit Sigebertus; 1067. ex vita Cunradi et ex narrationibus aequalium; plura enim habet, quam vita et Lambertus; 1073. de Russis noster nequaquam idem narrat, quod Lambertus, neque in anno conveniunt; 1071. de martyribus

His fontibus Sigebertus satis libere usus est. Alios ad verbum exscripsit, alios sensu tantum expressit, contraxit, ampliavit, correxit, nec id semper feliciter. Nunc e pluribus unam narrationem consuit, nunc unius verba continua discerpens in plures annos digessit, suis quaeque diligenter, etsi non recte semper, temporibus ascribere studens. Ita quum centonem condere vellet, satis quidem varium fecit; neque id saltem obiici ei potest, quod sine delectu et iudicio fontes exscripserit unum post alterum. Quin potius quum plurima legisset, ex magno saepe libro perpauca tantum excerpsit, alia quae ibidem habere poterat, aliunde petivit, ubi rectius ea legi iudicabat; et omnino videmus, ei neque acumen ad verum videndum, neque cautam in incertis dubitationem, neque criticum in eligendis et fontibus et rebus quas inde sumeret iudicium defuisse. Hoc autem unum eius atque solum meritum est in omnibus fere quae a. 1024. *praecedunt; tota enim haec pars a.* 381—1023, *paucissimis tantum exceptis, compilata est e fontibus supra dictis, nobis igitur nullius prorsus utilitatis. Inde ab a.* 1024. *multa quidem adhuc ex aliis hausit, sed iis tot et tanta de suo addit, ut iam ipse possit pro fonte haberi. Ex hac una itaque chronici parte satis exigua annorum* 1024—1112. *iure nostro iudicium ferre possumus de Sigeberto scriptore historico; reliqua enim non sunt Sigeberti.*

Fides. *Tria potissimum sunt, quae ei obiiciuntur: quod scismaticus fuerit; quod nimio imperatoriae partis studio abductus, falsa sciens narraverit, immo finxerit, vera tacuerit; quod in temporibus et rebus scribendis multum erraverit. At*
67 *scismatis quidem notam iam catholicae ecclesiae scriptores, Fleury*[67], *Martene*[68] *et Benedictini auctores Historiae Litterariae*[69], *de illo sustulerunt. A partium autem nimio studio eum prorsus liberum fuisse, nemo negabit, qui libros eius animo non praeoccupato legerit. Facta enim ex ipsis tantum iudicat, non ex*
70 *personis; male commissa in imperatore non minus vituperat*[70] *quam in papa, atque ita raro exemplo partibus omnino superiorem se tenuit. Pro imperatore quidem sensit cum tota sua dioecesi; at non Heinricus est cui favet, non papae persona cui irascitur, sed divinum ius regum labefactatum, sed rebelliones et periuria sancita, sed concordia regni et ecclesiae turbata, filii erga patrem pietas corrupta, fides hominum concussa. Quae quum reprehendit, tantum abest ut partium studio seductus sit, ut si minus ea tetigisset, tunc demum partium nimis studiosus recte foret dicendus. Quod multa non narrat Heinrico minus favorabilia, hoc quidem nomine reprehendi nequit, cuius consilium erat, summa tantum rerum breviter perstringere. In adversa enim parte prorsus idem fecit. At qui increpant, quod Heinrici aliqua tacuerit, iidem crimen ei faciunt inde, quod paparum malefacta silentio non texerit omnia, quum tamen multa reverenter omitteret, quae in fontibus suis legebat. Si quando paulo acrius in Gregorium atque Paschalem loquitur, hoc saltem bona fide fecit, non conscius erroris; neque in illis falsum esse, possumus probare. Ubivis potius veri amantem videmus; ita quum minus recte a Deoderico gesta in vita eius nondum tetigisset, in chronico ea supplevit. Si qua incerta sunt, ipse indicat; falsa sciens nunquam*
71 *narravit nec finxit*[71]. *Nescientem autem multos errores commisisse in rebus*

Thebaeis longe plura Lamberto habet Sigebertus, qui tum temporis prope affuit, et carmen de ipsis scripsit: 1056. 1062. possunt quidem ex Lamberto, at non minus bene ex alio fluxisse. cf. ibi notata. 67) Fleury Hist. Eccles. l. LXV. n. 40. 68) Ampl. coll. I, 588. nota. 69) Hist. Litt. de la France IX, 537: *il fut toujours attentif à ne jamais compre l'unité, et a reconnaître pour papes ceux que l'église catholique reconnaissait elle-même.* 70) cf. 1073. 1081: *his autem — agere* 1085. De vir. ill. 165: *cuius salius verba sufficiunt omnibus ad intelligendum, quam gravis et odiosus fuerit ipse imperatae Saxonibus.* cf. ibid. 160. 161. 71) Locus enim anni 773. quo maxime infestatur a Gretsero,

et in temporibus, id quidem negari non potest. Temporum computationi praecipuum quidem studium impendit; sed quum tot auctores sequeretur, ubi haec aut diversissima erat aut nulla, errores multiplices et graves vitare non bene potuit. Multa in hac arbitraria sunt, ubi e fontibus tempus cognoscere non potuit, vel ubi anno certo ascribenda erant, quae per se certum tempus non habent, ut miracula, vitae clarorum virorum, similia. Saepissime etiam aliud quam quod in fontibus inveniebat tempus ascribit rebus inde petitis, non recte semper nec ad id satis attendens, quod annum alii in pascha, alii in natali dominico incipiunt. Ubivis tamen inquisivit, et e certis quantum habere poterat fundamentis computavit, nec dubia occultare studet. Itaque in his voluntas eius laudanda, auctoritas fere nulla. Hoc maxime de paparum catalogo dicendum, in quorum serie constituenda ad a. 873. *usque Gesta Pontificum sequitur, in annis tamen saepe ab eis recedens; inde ab illo autem anno Marianum et catalogos pontificum adhibuit. Qui quum multum inter se differrent, Sigebertus eos conciliare nisus est. At mox vidit et ingenue confitetur*[72], *se non sufficere huic laborí; et quum in ipso numerando se nimium ab illis recedere deprehendisset, a nonagesimo tertio statim ad numerum centesimum transit*[72']*; nec postea satis sibi cavit ab erroribus. Reliqui codices alii ad litteram haec expresserunt, alii pro sua quisque opinione correxerunt; unde apparet, ad seriem annosque paparum rectius cognoscendos Sigeberti codicumque eius cunctorum auctoritatem atque utilitatem prorsus esse nullam. Idem de tota eius chronologia dicendum, non solum ante a.* 1024, *sed post etiam.* Chronologia. 72

Dictio in vita Deoderici et reliquis vitis iuveniliter exultans, ornata flosculis, immo versibus poetarum, Horatii maxime, vocibus rarioribus[73], *Graecis quoque, antithetis, comparationibus, metaphoris referta, sacrae scripturae et patrum lectione turgens; numero gaudet poetico et sententiis aequali sono bis terve in fine sibi respondentibus; quod scribendi genus saeculo XI. atque priori XII. parti peculiare fuit et quam maxime usitatum. In epistolis idem aequalis soni studium; dictio minus florida, inusitatis vocibus carens, at dignitate gravior, sententiis vividior, eloquentia quadam nativa animata, non sine facetiis et oratoriis virtutibus, omnino autem optimis eius aetatis annumeranda. In chronico plana est atque composita, qualis in sene, nunquam fere se attollens; ex priori ornatu sonos tantum aequales in fine sententiarum retinuit, donec in libro de viris illustribus et hunc ultimum ornatum deposuit.* Dictio.

Opus statim postquam in publicum prodiit, mirum quantum hominum attentionem in se convertit; plurimumque descriptum, excerptum, continuatum, maximi per sequentia saecula in historiam scribendam et rebus et forma fuit momenti. Primus eo usus est iam medio a. 1105. *et saepius postea Ekkehardus Uraugiensis, et ex hoc Annalista et Chronographus Saxo; dein auctor tractatus de investitura, quem vulgo Waltramum Naumburgensem dicunt, a.* 1109.[74]*; tum annales Leodienses a.* 1124.[75]*; Nicolaus Leodiensis in vita S. Lamberti intra a.* 1124—1147*; Hermannus Tornacensis*[76]*; Ordericus Vitalis ante a.* 1132*; Rupertus Tuitiensis in historia S. Laurentii Leodiensis ante a.* 1135*; Reinerus eius continuator*[76']*; continuator Fulcuini circa a.* 1160*; scholiastes Adami Bre-* Excerptores. 75

15 non ipsius est, sed interpolatoris Aquicinensis; epistolam a. 1085. recepit tantum, non finxit. 72) a. 995. 72') a. 821. 73) ut *scobere* i. q. scopo mundare; *minare* i. q. mener, ducere. 74) cf. de hoc et de reliquis diligentissimam Hirschii disquisitionem p. 408—437. Exscripsit ad verbum annos 791. 798. 801. 752. 420. 963. 1046. 1047. 75) vide supra notam 56. 76) Dachery spicil. II. 903. 76') usus Sigeberto, Anselmo et Gemblacensibus.

77 *mensis*[77]; *annalium Laubiensium interpolator*[78]: *annales Elnonenses*[79] *(et ex his chronicon Tornacense*[79']*), Marchianenses*[80], *Floreffienses*[81]. *Parcenses*[82]: *chronicon Remense a.* 1190.[83]: *Leodiense a.* 1192.[84]: *Laubertus Parvus ante a.* 1195.[84']: *Andreas Marchianensis a.* 1194.[85]: *Radulfus de Diceto a.* 1199.[85] ; *auctor narrationis de bello sacro*[86]; *monachus Egmondanus a.* 1204: *Nicolaus* 5
87 *Ambianensis a.* 1204.[87]; *Robertus monachus S. Mariani Altissiodorensis a.* 1210.[88] *et ex hoc deducti chronicon Turonense*[89], *Gerardus de Fracheto a.* 1261, *et Guillelmus de Nangis a.* 1304; *Helinandus*[90]; *Albericus Trium Fontium a.* 1241.[91]; *Aegidius ab Aurea Valle a.* 1247; *Matthaeus Paris*[92]: *Vincentius Bellovacensis*[93]; *Martinus Polonus*; *annales S. Medardi Suessionensis a.* 1269.[93']; *Balduini* 10
94 *nus Ninovensis a.* 1293.[94]; *Iohannes Iperius a.* 1294.[58]; *chronicon Gallicum a.* 1306.[95]; *Matthaeus Westmonasteriensis a.* 1307; *annales Islandici a.* 1328[96]; *auctor carminis de Lohengrino post a.* 1356; *Henricus de Herrordia*, *et ex hoc Kornerus*; *interpolator Rodulfi Trudonensis a.* 1366.[96']; *Petrus a Thymo in chronico Brabantiae a.* 1429.[97]; *chronicon S. Bavonis paulo post a.* 1497[98]. 15

Continuatores. *Continuatorum agmen, maius quam in ullo praeter Martinum Polonum scriptore, Anselmus ducit, e Guirini Gemblacensis discipulo magister apud Altovillarenses, dein apud Latiniacenses; post a.* 1099. *Gemblacum redux, ibi a mense Februario a.* 1113. *abbas multa cum laude praefuit usque ad obitum a.* 1136. *Litterarum amore morumque elegantia omnibus commen-* 20
99 *datus fuit; ingenio quidem Sigeberto inferior, iudicio fluctuans*[99], *miraculis, monstris, tempestatibus nimium intentus, multa tamen utilia nobis tradidit. Sigeberti chronicon continuare iam anno* 1112. *aggressus*[1], *calamo cum rebus pariter excurrente ad finem usque a.* 1135. *deduxit. Ut enim ex codice eius autographo videmus, res prouti fiebant statim litteris* 25
mandavit, bis terve in uno saepe anno calamum sistens et ad novos nuntios resumens; quae sero didicit, supplens, quae falsa esse post comperit, corrigens.

77) cf. Archiv VI, 821. 78) Mon SS. IV, 9. Annos enim ibi 448. 637. 646 — 660. 895. 958. 963. 969. alia manu e Sigeberto additos esse apparet. 79) Mon. SS. V, 1. p. 11. Praeter manum continuam interpolatricem ibi plura etiam variis manibus e Sigeberto addita sunt. 79') apud Marteue Thes. III, 1453. totum ex Elnonensibus descriptum, non e Sigeberto ipso. 80) inediti, ad annum usque 1076. ex Leodiensibus descripti, alia manu s. XII. multum e Sigeberto interpolati, a. 1079—1107. integri ex eo descripti. 81) inediti, usque ad a. 1139. e Leodiensibus descripti, multis postea s. XII. exeunte additis e Sigeberto. 82) inediti, maximam partem e Leodiensibus atque Sigeberto excepti sunt. 83) Labbei bibl. ms. I, 355. 84) Martene thes. III, 1403. 84') exscripsit Sigebertum, Anselmum, Gemblacenses et Aquicinctinum. 85) usus codice Aquicinctino. 85') usus Roberto de Monte. 86) Martene coll. V, 536. 87) Natus a. 1147. ut ipse dicit, chronicon scripsit ab O. C. usque ad a. 1201. octo libris comprehensum, quod ante a. 381. totum ex Eusebio atque Hieronymo compilavit, a. 381 — 1155. ad verbum e Sigeberti codice Ursicampino, a. 1156 — 1200. ex Aquicinctino B5. excerpsit, nil prorsus addens nisi decem notulas breves a. 118. 121. 134. 535. 633. 636. 618. 679. 681. 706. ex Historia miscella, et undecim alias a. 902. 1121. 1147. 1152. 1153. 1162. 1187. 1200. 1202. 1203. 1204. papas tantum, Ambianas, Galliam spectantes. Tanta brevitate egit, ut annos 1100—1204. octo fere paginis complecteretur; tanta ignorantia, ut v. g. ex Sigeberti verbis 561. *in Scotia Brendanus clarnit* faceret *in historia Brendanus florui*; a. 583. pro *in Arcuciam incurrente* scriberet *in amicitiam incurrente*. Opus, non dignum quod edatur, extat in codice olim Pithoeano, tum Christinae inter Vaticanos 444. s. XIV, cuius apographum est codex quo usi sumus Parisiensis inter Supplem. Lat. 783. Continuationem excerptam edidit Brial XIV, 21. 88) usus codice Ursicampino. 89) Martene coll. V, 917. 90) usus codice Mortui maris. 91) usus codice Affligemensi atque Helinando. 92) usus ~~Roberto~~ de Monte. 93) usus codice Ursicampino. 93') Dachery spicil. II, 486 94) usus codice Affligemensi. 95) in cod. Parisiensi inter San-Germanenses Franc. 659. s. XIV. 96) cf. Waitzium in Annalibus nostris VII, 690. qui eos ex codice quodam Roberti de Monte fluxisse docet. De Theoderico rerum Norvegicarum scriptore, qui iam Sigebertum laudat, cf. Hirsch p. 115. 96') ineditus, in codice Bruxellensi 18181 97) ineditum servatur in tabulario civitatis Bruxellensis; cf. Archiv VII, 707. 98) vide infra notam 7. 99) cf. a. 1130. 1132. de Lothario imperatore 1) cf supra notam 19'

Ita liber ipsis rerum vestigiis incedens, summa fide dignus videtur, in tempore praesertim rebus ascribendo. Auctor ipse illum pluribus vicibus edidit; nam a. 1021. *inde suppletos vidimus annales Leodienses, a.* 1131. *monachus Virdunensis totum transcripsit, a.* 1136. *Fossis alteri annalium istorum supplemento inserviit. — Anselmum statim excepit continuator Gemblacensis primus, a.* 1136. *atque initium a.* 1137. *scribens; alter vario tempore et atramento multum mutato addidit* 1137. Prudens lector" *usque ad* 1145. successit"; *inde tertius uno tenore processit usque ad finem a.* 1148. *Ita librum iterum annalibus suis adhibuerunt Fossenses; totum descripserunt nostri codices* F1. 2. 3. 4., *excerpserunt Reinerus Leodiensis et chronicon Leodiense. Praeter hos usi sunt Anselmo et Gemblacensibus continuator Ursicampinus eiusque sequaces Nicolaus Anbianensis et Vincentius Bellovacensis: Andreas Marchianensis: Lambertus Parvus: Albericus: Balduinus Ninovensis; Iperius: chronicon S. Bavonis. Edidit primus Miraeus, ex hoc Struve atque Bouquet. — Porro Gallus*[2], *quidam familiaris S. Bernhardi, haec* 2 *omnia usque ad a.* 1148. *a Sigeberto „Iamblensi" scripta credens, cum continuare suscepit ita, ut „omissis aliis, ea quae ad pontificalem historiam pertinent, perstringeret", et tantum „quae visu et auditu vera esse cognovisset, narraret". At ni Sigeberti continuatorem ipse se profiteretur, nemo cum illis annumeraret. Opus enim alius plane consilii atque formae, non annis, sed capitibus distinctum, totum fere versatur in concilio Remensi, Conradi et Ludowici expeditione, Arnoldo Brixiensi aliisque ecclesiae rebus, quae omnia amplissime et ex accurata cognitione narrantur*[3]. *Quare dolendum, quod ad* 3 *a. tantum* 1150. *medium nobis servavit illud codex unicus* F2., *unde suo loco edetur.*

Iam autem a. 1112. *seu* 1113. *Sigeberti chronicon, quale ad secundam editionem praeparatum auctor moriens illud reliquerat, adiecta in fine notitia Anselmi de anno* 1112, *descripsit monachus Aquicinensis* [B.] *satis accurate, nisi quod additamenta quaedam de suo maxime monasterio interseruit. Idem etiam Eusebium, Hieronymum atque Prosperum Sigeberto praefixisse videtur*[4]. *Hic codex* B. *reliquorum fons fuit omnium*[5]. *Anno* 1148. *eidem addita est Anselmi atque Gemblacensium continuatio, atque ita totum descripsit* B1. *Postea in mona-* 5

2) c. 7. enim Francorum regem nomine non addito simpliciter designat per *serenissimum regem*, eundemque saepe vocat *christianissimum*. 3) Inter alia legimus ibi c. 40., iam a. 1150. episcopum Wintoniensem antiquas statuas Romae coemtas in Angliam transportasse ad domum suam ornandam. 4) vide supra notam 49. 5) Hoc ita probatur. Codices B1. 2. 3'. 4'. 4''. 5. licet lectionibus et additionibus plurimum inter se differant, eo tamen communem fontem produnt, quod omnes Sigeberto Anselmi atque Gemblacensium continuationes adiungunt, quodque has iterum continuarunt diverso quidem quisque modo, sed omnes uno atque eodem usi fundamento, continuatione Aquicinensi. Porro C1. 2'. 3. 4'. 5. D. D1. 1'. 2. E., et ii inter se multum variantes, habent tamen in quibus nunc omnes, nunc plures conveniant lectiones, ut 767. *Scomuas:* 882. *Hannum;* 928. *Gaua;* 939. *bellaria;* 953. *Baginoensium;* omissa, ut 962. 1012; additamenta, ut 1018. 1096. 1099: denique continuationes. Et hi igitur suum sibi fontem peculiarem vindicant, quem coniicimus esse Atrebatensem, C. Familia B1. 2. 3. 4. 5. quam plurimum ab illis differt, quum lectionibus, tum vero continuationibus; in additamentis autem, quae Sigeberto fecerunt a. 651. 690. 773. 1076. 1079. 1080. 1084. 1086. 1087. 1088. 1090. 1092. 1093. 1095. 1096. 1100. 1102. 1105. 1109. 1111. 1112. et in verbis eius omissis a. 954. 958. 987. 1012. 1106. utriusque familiae codices conveniunt nunc omnes, nunc plures; Eusebium insuper, Hieronymum et Prosperum Sigeberto praefigunt cuncti, excepto C5., qui ita decurtatus est, ut hic non possit obiici. Hoc aliter explicari nequit, nisi ut ambas familias ex uno fonte fluxisse statuamus, qui Eusebium, Hieronymum, Prosperum et Sigebertum continebat cum additamentis illis utrique communibus. Ex his 1079. 1080. 1086. 1087. 1088. 1090. 1093. 1096. 1100. 1102. 1109. 1111. tangunt monasterium Aquicinense, omnes praeter 1079. 1080. 1096. desumpti ex ipsius monasterii annalibus adhuc ineditis, quorum primarium exemplar Duaci servatur:

sterio ipso Aquicincti continuatus fuit. diverso tempore, ut videtur, rebus maxime Flandrias et bella sacra spectantibus, quarum plures ex annalibus Blandiniensibus, paucae ex Aquicinctinis petitae sunt. Hanc continuationem novimus tantum e quattuor aliis, quae ei superstructae sunt[6]. *Prima est monachi Valcellensis*, [B2.] *qui totum librum descripsit usque ad a.* 1163., *aliqua omittens, alia de suo addens. Hunc paulo post a.* 1497. *auctor chronici S. Bavonis totum fere transcripsit, multa interponens ex Lamberti Florido, annalibus Blandiniensibus atque S. Bavonis, genealogia comitum Flandriae, Martino Polono, Iohanne de Thielroda, Aegidio de Roya, Adriano But, Trithemio, aliis*[7]. *— Alter fuit monachus Affligemensis*, [B3.] *qui Sigeberto, Anselmo atque Gemblacensibus aliqua additamenta de monasterio Affligemensi ex historia et annalibus Affligemensibus aspersit, alia septuaginta septem ex Blandiniensibus. Deinde continuationem Aquicinensem ad a. usque* 1156. *adhibuit ita, ut eam quasi obrueret mole suarum additionum: ab a.* 1157—1163. *suis tantum vestigiis incedit. Scripsit ante a.* 1189.[8] *animo erga Fridericum imperatorem inclinato: quae Miraeus pleraque omisit. Usi eo sunt Albericus Trium Fontium et Balduinus Ninovensis. Nos illum novimus ex exemplo tantum, quod saec. XIII. ineunte monachus Eihamensis* (B3*.) *descripsit. Id nomine auctarii Affligemensis edidit Miraeus, et inde Struve. — Tertius monachus Hasnoniensis* [B1.] *Aquicinensem descripsit usque ad. a.* 1167., *cui annales Blandinienses adhibuit in nonaginta sex locis: praeter hos de suo paucissima tantum addidit, inter quae tres de monasterio Hasnoniensi narrationes*[9] *ibi scriptum produnt. Anselmum, Gemblacenses atque Aquicinensem continuationem hic illic decurtavit: propriam non addidit. Novimus eum tantum e* B4*. 4**. *qui inde accuratissime descripti sunt. Atque codici* B4**. *intra a.* 1296—1306. *monachus R. Marchianensis plurima in margine et intra lineas apposuit, quae ex annalibus Blandiniensibus, Marchianensibus, Elnonensibus, atque vitis S. Amandi, Amati, Rictrudis, Gertrudis ad verbum transcripta, nullius sunt pretii. — Quartus denique monachus Aquicinctinus* (B5.) *rogatu Simonis a.* 1174 —1201. *abbatis codicem primarium Aquicinensem, denuo descriptum usque ad annum* 1148, *inde ita continuavit, ut continuationem illius pro fundamento propriae subiectam multum ampliaret. sequentia usque ad finem*

651. 690. 1084. 1086. tractant vicinas ei regiones; 1076 1092. 1095. 1105. episcopos Cameracenses, quibus illud subditum erat. In hoc igitur monasterio codex iste primarius B. exaratus erit. Additamenta supradicta pleraque quidem et in altero codice Aquicinensi B5. leguntur; sed inde fluxisse non possunt iam ob id, quod nonnulla ex eis et in antiquioribus codicibus C4'. D. E. extant. Quod autem non in omnibus codicibus ea reperiuntur omnia, hunc per omnes fere Sigeberti codices usum fuisse videmus scribarum, ut sui monasterii historiam intruderent, aliorum omitterent, prout ipsis placebat. — Nos illa in unum collecta dabimus post Sigebertum. 6) Per continuationes enim B2. 3'. 4'. 5. quam maxime inter se diversas, sparsa leguntur nonnulla in omnibus eadem, quibus cetera interposita esse nonnunquam satis apparet. Haec non possunt ex una in alteram transiisse — tum enim multo plura communia esse deberent his continuationibus — sed ita tantum explicari possunt, ut commune illarum fundamentum esse statuamus. 7) Legitur in cod. olim Blandiniensi, nunc Bruxellensi 14524, unde descripti sunt Brux. 16531. et Ambianensis 356. Totum edidit De Smet in Corp. chron. Flandriae I. 455. priorem partem usque ad a. 772. Vandeputte in Annalibus S. Petri Blandiniensis (Gandavi 1842, 4°) e cod. chart. saec. XVI. in tabulario Gandensi. Idem prorsus opus est, immo ex eodem codice impressum, quod Dom Brial XIV, 16. nomine Auctarii Blandiniensis edidit ex copia codicis aeque Blandiniensis a D. Nelis sibi communicata. Nusquam Dom Brial dicit, hoc ibi legi post Sigebertum; idem apud eum et in chronico finis abruptus, eadem verba; Brial nil prorsus habet, quod non etiam chronicon; quae chronicon illo plura habet, perpauca tantum, a Brial omissa erunt, qui se non omnia edidisse ipse innuit. Continuatio igitur Sigeberti Gandensis nunquam extitit. 8) nam a. 1151. Heinricum Anglorum regem, a. 1189. mortuum, vocat *hunc qui modo regnat*. 9) a. 670. 1069. 1150.

a. 1201. *de suo adderet, diversis ut videtur temporibus* [10]. *Aliqua sumsit ex annalibus Aquicinctinis, plurima autem, de bello potissimum sacro, e relationibus eorum qui ipsi interfuerant. Auctor Fridericum imperatorem admiratur*[10a]*; quae Miraeus tacens ubivis omisit. Alius deinde uno calamo adiecit breves notitias a.* 1201—1237, *omnes, tribus tantum exceptis, ex annalibus Aquicinctinis ad verbum petitas*[11]. *Exscripserunt hunc codicem Lambertus Parvus; Andreas Marchianensis; Wilhelmus auctor chronici Andrensis; Nicolaus Ambianensis; monachus Clarimarisci, qui genealogiam comitum Flandrensium continuavit*[12]*; interpolator annalium Elnonensium; Iperius. Edidit Miraeus, et ex eo Struve. — Eundem nactus monachus S. Winnoci Bergensis* [B5*.], *inde annos* 1149—1201. *accurate transcripsit, annis* 1201—1237. *multa immiscuit ad Flandrias maxime spectantia. Auctor illo tempore vixisse videtur*[13]*; continuatio nunc primum lucem vidit*[14]. *Usus ea est Wilhelmus Andrensis et ex hoc Iperius.*

Praeter hos ex Aquicinensi B. *alium etiam codicem fluxisse oportet iam deperditum, in dioecesi Atrebatensi scriptum* [C.][15]. *Is primo continuationem non habuit; ita inde derivati sunt* D. *et fontes codicum* D1. 2. *Deinde pauca illi addita sunt; ita a.* 1127. *inde descriptus fuit codex Tornacensis* (C3.), *cui alius postmodum adiecit notulas brevissimas annorum* 1132—1174, *tertius a.* 1332. 1333. 1334. — *Anno* 1136. *monachus S. Vincentii Laudunensis* (C4.) *codicem* C. *descripsit, sed inde ab a.* 917. *multa omisit, pauca addidit, maxime Laudunensia*[16], *eiusque continuationem, auctam de rebus potissimum Laudunensibus, deduxit primo ad a.* 1136, *deinde calamo rebus semper suppari usque ad a.* 1145. *Ita totum a.* 1154. *monachus Corbeiensis* (C4*.) *accurate expressit,*

10) cf. a. 1190. de Friderico imp.: *Corpus eius adhuc insepultum custoditur;* 1192. *rex futurus* scriptum esse oportet ante Heinrici mortem a. 1197. narratam; 1194. *actum hoc anno;* 1197. *seminum ut videtur pulchra processio;* ibid. *certam nostrorum victoriam adhuc minime audivimus.* Iam ante a. 1195. eodem usi sunt Lambertus Parvus atque Andreas Marchianensis. In praefatione operis haec tantum de se dicit auctor: *A* 13. *autem anno Conradi regis Theutonicorum et* 14. *Ludovici huius nominis septimi regis Francorum, rogatu quorundam fratrum Aquicinensium, et postmodum auctoritate Symonis eiusdem ecclesie abbatis, quidam monachus eiusdem ecclesie familiarissimus, mediocriter litteratus, usque in calcem voluminis sequentia apposuit. Audita magis quam visa scripsit, et que a fidelibus relatoribus audivit, posterorum noticie dereliquit.* 10a) nec tamen iniusto partium studio; cf. a. 1156. *iniuste dimisit;* 1161. *per violentiam imperatoris;* 1162. *Octavianum scismaticum;* 1163. *imperatoris tam temerario iuramento.* 11) In codice unico B5. extant tantum usque ad a. 1225. medium, ultimo eius folio deperdito. Sed apud continuatorem B5*, is superstructum, non haec tantum leguntur, sed etiam cuncta quae annales Aquicinctini a. 1226—1237. exhibent. Atqui B5*. non usus est annalibus, sed codicem B5. ad litteram descripsit (cf. *subunone* apud utrumque); locos ergo annalium apud eum obvios in B5. quoque extitisse oportet. 12) apud Martene thes. III, 388. 13) Eum Bergis prope Dunkirchen scripsisse, inde coniicimus, quod huius maxime regionis historiam tractat; quod vocibus Galliam redolentibus utitur, ut *saisirit;* quod, translatione S. Idubergae plene narrata, adiicit: *facta est tempore domni Ingelmari abbatis Bergensis.* 14) Novimus tantum dabimusque e codice B5** per monachum Blandiniensem e variis libris tanta incuria compilato, ut nonnunquam auctores quam maxime diversos, sine ulla distinctione eadem linea pergens, coniungeret. Ita nostro quoque adiunxit, quasi unum esset, opus prorsus aliud, quod ipse conflavit, a. 1222—1228. annales Blandinienses ad verbum describens, iisque interponens paparum vitas e Martino Polono decurtatas et pauca alia ex Balduino Ninovensi et annalibus quibusdam Brabantinis excerpta. Non dignam igitur compilationem, quae edatur, ideo tantum hic tetigimus, ne quis codicis Bergensis continuationem esse credat eo, quod huic in codice B5**. et duobus eius apographis adiungitur. 15) Hoc innuere videntur verba continuationis: *Obiit bonae memoriae Lambertus episcopus Atrebatensis.* Libentissime quidem crederem, hunc esse Laudunensem nostrum C4., ni duo tantum obstarent: primo quod hic a. 1136. scriptus est, C3. autem iam a. 1127. exaratus videtur; deinde quod a. 596. falsam Laudunensis lectionem *Thendelina* e reliquis unus C4*. habet. Neque C3. ille fons esse potest, quum aliqua ipsi desint, quae reliqui habent, ut a. 1050. 1084. 1086. 1088. 1093. 1096. 1111. 16) Haec omissa atque addita erunt fortasse qui tribuant monacho Corbeiensi, quum Laudunensem totum fere deperditum ex hoc tantum cognoscamus. At Corbeiensem calamo tantum, non ingenio operatum plura ostendunt; in continuatione, quae ad mutandum et omittendum magis etiam invitabat quam chronicon, nil omisit; ex octo eius additamentis Laudunum spectant a. 928. 1052. 1104. et quod in monasterio S. Vincentii scri-

nil addens; continuavit codex Vallis lucentis iam deperditus[17]. Porro ineunte anno 1155. monachus quidam Praemonstratensis continuationi Laudunensi novam annorum 1113—1155. superstruxit ita, ut illi in prioribus magnos centones ex vita Norberti ad plurimum excerptos assueret, in sequentibus plurima afferret nova et quam utilissima. Habemus eam in uno codice nostro B1. Eandem iterum ex Anselmo interpolatam esse a monacho Ursicampino, infra videbimus. — Ex codice C. fluxisse etiam videtur Burburgensis (C5.), qui Sigeberto quam maxime decurtato addit brevem a. 1114—1164. continuationem, quae primis tribus annis cum Laudunensi convenit, tum plura continet, quae et in chronicon S. Bavonis transierunt[18], alia, quae alibi non leguntur.

Codices quos hucusque enumeravimus omnes Sigeberto multa quidem nunc addunt, nunc adimunt, at verba et sententiarum ordinem intactum reliquerunt. Hunc mutare primus ausus est monachus Bellovacensis (D.), qui intra annos 1138—1147.[19] codicem C. descripsit sine continuatione. Hic nova additamenta fecit decem, Bellovacum maxime spectantia; at triginta locos omisit, sententias quam plurimum transposuit, non in singulis modo annis, sed ex altero saepe in alterum; paparum catalogum inde ab a. 939. de suo prorsus alium fecit. Ita codex revera omnium pessimus, miro tamen fato maioris quam ullus e reliquis in historiam fuit momenti; ex eo namque fluxerunt non solum codices sequentes, sed et editiones praeter Miraeanam omnes. Continuationem primo non habuit; hanc alius ipsi addidit brevissimam annorum 1114—1147; tertius auxit et deduxit usque ad a. 1163[20]. Ita totus codex descriptus fuit plurimis omissis apud S. Victorem Parisiensem (D2.); priore demum continuatione auctum anno 1155. monachus Mortui maris[21] (D1.) accuratissime expressit, et septem notulas adiecit. His duo alii multa interposuerunt a. 1114—1165; sequenti tempore plures continuarunt usque ad a. 1234[22]. Hunc codicem, omissa continuatione, descripsit Cisterciensis monachus Ursicampi [D1*.], qui ei additamenta interposuit triginta duo ex Galfrido, reliqua e variis excerpta, novamque a. 1113—1155. continuationem compilavit ita, ut codicem B1. nactus, continuationem eius Praemonstratensem usque ad a. 1128. ex Anselmi, quam ibidem legebat, plurimum interpolaret, post integram describeret, quindecim tantum per totam additamenta faciens, quae auctorem Ursicampi vixisse produnt. Hunc codicem exceperunt D1**. et E8h., ex quo editio princeps fluxit. Eidem immiscuntur Nicolaus Ambianensis, Vincentius Bellovacensis, Robertus Altissiodorensis cum chronico Turonensi, Gerardo de Fracheto et Guilelmo de Nangis.

Ultimus denique atque clarissimus inter continuatores est Robertus de Torinneio, anno 1128. S. Benedicti regulam professus apud Beccum, a. 1149. ibi prior electus, 6. Kal. Iun. 1154. ad abbatiam Montis S. Michaelis de Periculo maris vocatus, quam summa cum laude gessit usque ad obitum 8. Kal. Iun. 1186; vir generis nobilitate excellens[23], in rebus publicis non minus versatus quam in litteris, regi atque reginae multum commendatus[24], librorum inquisitor atque

ptum esse oportet a. 1096. 17) Hunc extitisse, scimus ex solis verbis: *Sequentem huius operis seriem require apud Vallem lucentem*, quae saeculi XII. medii manus Corbeiensi subscripsit. Vestigia eius fortasse quaerenda sunt in continuatione Praemonstratensi B1. 18) vide supra not. 7. Sunt anni 1122. 1126. 1133. 1134. 1135. 1137. 19) Nam a. 1109. scribit ipse, non alia manus: *Ludoricus filius eius post eum regnat annis* 29, quod ante a. 1138. scribere non potuit. Porro alia manus continuationem addidit, quae iam a. 1147. desinit. 20) Edidit primus Labbeus bibl. ms. I. 390, inde Struve p. 1015, Bouq. XIII, 331. 21) Mortemar, dioec. Rothomagensis, Cisterciensium regulam acceperat a. 1137. a monasterio Ursicampi (Orcamp, dioec. Noviomensis). 22) Edidit Martene thes. III, 1437, excerpsit Bouq. XII, 781. XVIII, 351. 23) cf. a. 1180. 24) adeo ut eorum filiam Alienoram de fonte susciperet a. 1161, et custodia Pontis-Ursonis muneraretur a. 1162. Iam antea idem rex Heinricus II. ad eum venerat in Montem a. 1156. et iterum cum Ludovico VII. biennio post. Alexander quoque papa cum Turonos vocavit ad concilium a. 1163: quo finito, Robertus Romam profectus est, indeque redux, Angliam adiit. — De

coacervator studiosissimus[25], *doctrinae gloria Normannorum sui saeculi princeps. Historiam et aliis commendabat scribendam et ipse scriptis coluit*[26]; *inter quae primum locum tenet chronicon Sigeberto additum. Quum enim patriam maxime historiam narrare vellet, ex more mediae aetatis hanc ita universali coniunxit, ut codicem* D. *ab episcopo Bellovacensi mutuatus, Eusebium, Hieronymum atque Prosperum inde describeret puros, in Sigeberto nil mutaret, nil omitteret, sed interponeret archiepiscopos Rothomagenses atque Anglorum Normannorumque historiam, omnia petita ex annalibus Rothomagensibus, Beccensibus atque Montis S. Michaelis, Guilelmo Pictavensi, Guilelmo Gemmeticensi, Henrico Huntingdonensi. In anno* 1100. *ipsius continuatio incipit, quae in primis Sigeberto atque Henrico Huntingdonensi plurimum innititur, post a.* 1154. *ipsi Roberto tota debetur. Scribere eam aggressus a.* 1150.[27] *uno tenore* 27
perduxit ad hunc usque annum, in quo illi finem imponere primo constituit[28]. *Sed ut fit, quum eo usque pervenisset, non habens cur scribere cessaret, usque ad a.* 1154. *perrexit adhuc apud Beccum, et in Monte quoque S. Michaelis coeptum opus variis temporibus ad vitae finem perduxit. Edidit illud pluribus vicibus, prouti erant, qui vel totum describere vel recens composita iam prius descriptis addere optarent; et primo quidem edidit a.* 1156. *incunte*[29], *deinde in* 29
fine a. 1157.[30], *tum a.* 1169.[31], *denique a.* 1182., *quo altera vice finem operi facere constituit*[32]. *Sed iterum mutato consilio, ad anni* 1183. *finem continuavit, plura in prioribus correxit, aliqua addidit, atque ita alteram totius operis recensionem a.* 1184. *Henrico regi obtulit*[33]. *Sequenti anno calamum iterum resumpsit,* 33
et a. 1186. *cum vita demum deposuit.*

vita Roberti cf. ipsum in chronico passim inde ab a. 1151; Labb. bibl. ms. I, 348; Galliam Christ. XI, 520; unde sua hauserunt Hist. Litt. XIV, 363; Bouq. XIII, praef. 30. Hirsch p. 387. Quae Fabricius dicit, fere omnia falsa sunt. 25) ut eum Henricus Huntingdonensis vocat. Inter alia Plinium in Normanniam primus advexit. 26) Scripta Roberti haec sunt: Historia Henrici I. seu liber octavus Guilelmi Gemmeticensis, inter a. 1135—1150. — Continuatio Sigeberti, incepta a. 1150. — Epistola ad Gervasium, inter a. 1150—1151, edita a Dachery post Guiberti opp. p. 715. — De immutatione ordinis monachorum in Normannia, a. 1154. apud Dachery p. 811. — Annales Montis S. Michaelis ab a. 1151. ad 1159. ipsius manu inserti chartulario monasterii, nunc in bibl. publ. Abrincensi n. 80. — Prologus in Augustini Florum, apud Dachery p. 716. — Prologus in Plinium ab ipso correctum, qui liber ante duo saecula ad Sanctum-Germanenses missus, nunc erit in bibliotheca regia Parisiensi. — Epistola ad abbatem Beccensem a. 1182. dubiae fidei, apud Bouquet. XVIII, 333. — Quae praeter haec ei tribuuntur, testimoniis carent. Quod catalogus abbatum a. 1613. confectus, apud Dachery opp. Lanfranci p. 351. dicit: „*Robertum* 151 *volumina edidisse atque turris sub ruinis et imbribus putruisse refert historia S. Michaelis*“, in hoc errorem inesse apparet; libri isti 151 non sunt, quos ipse conscripsit, sed quos collegit. 27) cf. a. 1117: *quod adhuc disponit, transactis exinde* 32 *annis.* 28) In praefatione ipse dicit: *ego exinde, permittente et auxiliante Deo, sine quo nichil possumus facere, usque ad* 1150*um annum ..... colligere aggrediar.* Ita legunt E3a. 7b. 8d. et primo scripserat codex E.; at in hoc Robertus ipse postea annum mutavit in 1182. — Quod Radulfus de Diceto eum usque ad a. 1147. scripsisse dicit, in hoc idem facit, quod Robertum in Sigeberto fecisse vidit: finxit annum, quo ipse incipere statuerat, Roberto fuisse ultimum, quum tamen eius chronicon, prorsus ut ille Sigeberti, post annum quoque 1147. excerperet. 29) hic enim desinit E2. et prima manus in E. E8d. 30) desinunt E3a. b. Hucusque Robertum scripsisse, Matthaeus Paris dicit. 31) desinunt E8a. b. et altera manus in 8d; desinit textus decurtatus in 8c. h. et procul dubio etiam in 8c. d. 32) Hoc tum totus huius anni habitus indicat, tum ipse innuit in epistola ad abb. Beccensem, edita ex E6. apud Brial XVIII, 333, quam in fine tantum interpolatam, non per omnia fictam credo; et eo, quod in praefatione numerum a. 1150. correxit in 1182. Manus etiam mutatur in E.; desinunt E7a. b. 33) Ipse enim sua manu verba: „*Robertus ... fecit historiam..... usque ad presens tempus, continentem scilicet annos usque ad a. d. i.* 1184., *quem librum presentavit karissimo domino suo H. regi Anglorum, continentem historiam . . . . . Eusebii, Ieronimi, Prosperi, Sigiberti, et proprium*“ codici E. praeposuit eodem calamo, quo a. 1182. 1183. clausit, et praefationis titulo adscripsit verba: *usque ad* 1181*um annum.* — Hic desinunt E8c. f. et procul dubio desierunt etiam E8d. e. g. Itaque 8c. secundae recensionis erit, id quod de 8b. e. f. h. et secunda tertiaque manu in 8d. certo scimus. E1—7. priorem recensionem sequuntur; E. utramque exhibet, priorem in vocibus delectis, alteram in superscriptis.

Opus iam vivente auctore plurimum lectum, a Radulfo de Diceto, Matthaeo
34 *Paris, Matthaeo Westmonasteriensi, chronico Beccensi et annalista anonymo*[31] *excerptum, sub manibus scribarum non sine mutationibus permansit. Verba ipsa mutavit unus tantum monachus* Savigniacensis (E2.), *plurima etiam omittens, alia addens de suo maxime monasterio.* Gemmeticensis (E4.) *atque* Lirensis (E7b.) *sermonis habitum intactum relinquentes, addendo tantum et omittendo sua quisque ratione textum integrum mutaverunt. Alius quidam Robertum secundae recensionis usque ad verba a.* 1169. „in ea perierunt“ *describens, nec auxit nec mutavit, sed omisit ea maxime, quae ad monasteria singulorumque hominum historiam spectant, ita prae ceteris annos* 1162—1168.
decurtans. Hunc descripserunt E8a—h., *et quidem* 8a. *et secunda manus in*
35 8d. *parum;* 8b. *addidit brevem continuationem*[35]*;* 8c. 8e. *et tertia manus in* 8d. *adiecerunt Roberti opus integrum a.* 1169—1182. *Monachus denique S. Mariae de Voto*[36] [E8h.] *hanc continuationem cum Ursicampina ita coniunxit, ut codici* D1*. *accuratissime descripto adiiceret Roberti textum illum breviorem a.* 1155—1169. *et integrum a.* 1169—1186., *adspersis hic illic paucis de suo monasterio notulis; cui in eodem codice monachus Gemmeticensis continuationem a.* 1187—1210. *subiunxit. Hunc librum nactus Guilelmus Parvus, a.* 1513. *inde editionem principem fieri curavit. Ita, quum codex Ursicampinus conglutinatus sit e textu Bellovacensi, continuatione Laudunensi et Gemblacensi, miro quodam fato factum est, ut editio princeps atque textus hucusque receptus quasi cento fieret ex omnibus familiis consutus*[37].

Codices. *Codices Sigeberti atque continuatorum extitisse scimus* 63, *e quibus iam deperditi* 21, *supersunt* 42. *Ex his a novem ante nos editoribus adhibiti fuerant* 12, *nos usi sumus* 33. *Sunt igitur codices familiae Gemblacensis:*

1) *Codex olim S. Petri Gemblacensis, hoc everso in manus caponis delatus, inde ereptus per D. Baude, a quo benignissime communicatum a.* 1840. *ipse contuli, nunc bibl. Burgundicae Bruxellensis n.* 18239, *unde benignissime nobis transmissum editioni faciendae iterum adhibui; optime conservatus membr. fol. min. foliorum* 62. *Quaterniones non signati; lineae nunc stilo nunc plumbo ductae; litterae s. XII. ineuntis, summae simplicitatis, litterae pictae praeter titulum minio scriptum nullae. Regnorum indices in summa quavis pagina, anni Christi*

34) annorum 1087—1239. in E8b., unde initium et finem edidit Bouq. XII, 786. XVIII, 343. 35) a. 1169—1259, quam edidit Duchesne SS. Norm. 977. Bouq. XII, 788. XVIII, 345. 36) seu Vallis-Ascii, dioecesis Rothomagensis, ordinis Cisterciensis, fundatum a. 1157. ex Mortuo mari. 37) En familias codicum atque continuationum, quarum interpolationes signo ⁓⁓⁓ indicavimus:



Sigebertus

mundi gentes p̄dę & dn̄ationi habuit. modo dī omnipotentia miscente ei duplum in poculo quo ceteris miscuit. cunctis gentib; pene predę & ludibrio patuit. & qui olim cū aliis gentib; p solo gl̄a certabant. modo saluti suę uitę satis consulere poterant. Nā quęcumq; gentes aut minuendę domo multitudinis causa. aut amore querendę suę sedis ...

Celestinus romanę ecclę xl̄a p̄sidet. hic constituit ut psalmi dauid cl antesacrificiū canerent antiphonatim ex omnib; qd ante nō fi...

Theodosius ualentinianū placidię amitę suę ex constantio filiū imperatorē facit. eūq; cū placidia matre romā ad imperandū mittit. ...

Sigebertus rex hunos partes francorū depopulantes. in thuringia bello deuincit. Chilpericus frater eius interim terminos illius incursat. & remis urbē occupat. Hastę igneę in celo uisę sunt portendentes irruptionē langobardorū in italiam. Scs Basolus abbas & sindulfus presbiter & reclusus in francia claret.

Rabanus egregię uitę & scientię archiep̄s obiit. Maginradus heremita martirizatur.

Sigeb. cursu secund.

desiderius rex italię. augustini inepitaphiu ipponensi heracliū sibi substitui fecit.

Sig. cur. tert.

In gallia mons sup rodanū fluuiū multis dieb; dans mugitū. tandē ab alio monte sibi uicino discissus cū ecclis & domibus. hominibus & bestiis: in rodanum precipitatus est.

manus secunda

Karolus dux morit. Otto filius eius succedit ei in ducatu lotharienſiū.

manus tertia

Cometes in occidente apparuit tota prima ebdomada octobris. Nimia aquarū inundatione autumnalis satio impedit. & sterilitas frugū terrę sequitur. Exercitus dī aggressus terminos paganorū. ...

& fidei sponsione. Reuocatus autē filius m̄s. & iterū instantissime a me

m. quarta. aqq. Anselmus

imperator. hoc corpus dn̄i nati ex maria uirgine. passū in cruce p nobis sicut scā & catholica tenet ecclā. dam ... in confirmatione uerę pacis & concordię int me & te. Datū ... Indictione. iiij.

VI III XII XII

Deo peccatis hominū offenso. multa euenerunt hoc anno. In monte castriloco eccla scę Waldedrudis cū aliis duab; ecclis minorib; & cū toto pene oppido cremat. Eccla scī Michaelis de periculo maris fulgurata

Henricus impr dū quicqd libet licere putauit. magnas regni pene totius inimicitias cōparauit ... supioris anni Albertū Cancellariū & quosdā alios regni principes insidiose cepat. & sine audientia & iudicio custodię mancipa...

excellentior dignitas optimatu imperii siue eminentior gl̄a ecclę

manus ...

Ademarus cluniacensiū abbas substituit sibi abbatē maiolum

manus ...

Beatus Gregorius dicit inconueniens esse. ea quę carent grauitatis soliditate. in libris congerere. Studiosis enī lectoribus. n̄ sunt utilia. sed fastidiosa. Hoc exemplo. nos de multis quę

in margine per decennia tantum notantur. Singulae sententiae spatio latiore et littera maiuscula distinguuntur. Interpunctio plane egregia, quae ubivis fere retinenda fuit. Calami errores per totum codicem quattuordecim. Folia 1—42. *quinque quaternionibus iuncta quattuor diversis temporibus exaravit Sigebertus ipse manu autographa, eadem, qua Gesta abbatum Gemblacensium in codice Lipsiensi scripsit, pulchra et firma adeoque accurata, ut octo tantum pennae lapsus commiserit levissimos; f.* 1. 2. (Incipit — Priamus) *uno calamo,* 41 *per paginam lineis; f.* 3—6. (Alii — *a.* 422.) *atramento alio, litteris minoribus sed quae sensim priorem magnitudinem recipiunt, lineis abhinc per totum* 42, *interius praefixis; f.* 6. *finem (a.* 423—425.*) litteris subito minoribus; f.* 7—42. *(a.* 426—972.*) atramento alio, quod abhinc non mutatur. Postea diversis temporibus auctor ipse hic illic plura correxit, delevit, adiecit; post a.* 972. *nullum eius vestigium apparet. — F.* 43—50. *(a.* 973—1084.*) seu sextum quaternionem exaravit secunda manus s. XII. in., simillima Sigeberto, sed in litteris maiusculis ornatior; orthographia aliquantulum differens;* a, *quod Sigebertus semper* á *scripsit, accentu caret ab hac et sequentibus manibus omnibus; pennae lapsus tres; lineae per paginam* 41*; membrana spissior, laevior. Tres paginae cum a.* 973—979. *et* 1077. Hildebrandus per omnes — *a.* 1088. *fin. iam ante unum duove saecula tinctura offuscatae sunt, ut melius legantur. — F.* 51—54. (*a.* 1085—1111. proterebat) *seu septimum quaternionem scripsit tertia manus, eadem quae a.* 1136. 1137. *pulcherrima. Desinit in media pagina, cuius reliqua pars vacat. — F.* 55. *solum insertum conscripsit quarta, longe diversa, subcrispa; indices regnorum nullae; compendia scripturae atque orthographia alia, ut* karta, karissimus, dominus papa, Henricus, monacus. *Ultimae dimidiae paginae manus, quam credimus Anselmi, praecedenti satis quidem similis, nec tamen eadem, atramento paulo nigriore inscripsit uno tenore annum* 1112. *et mortem Sigeberti; alia paulo post* qui — reliquit



addidit. Tum nullo spatio relicto, paginam claudit annus 1113. *Anselmi manu sed alio tempore scriptus. — F.* 56—62. *octavum quaternionem efficiunt, cuius primum folium iam ante a.* 1115. *excisum est; nil tamen deficit. Annos* 1114—1135. *Anselmus ipse scripsit atramento et habitu quamplurimum mutato; et quidem a.* 1113. *et* 1114. *fortasse uno calamo; deinde a.* 1115. *et additionem ad a.* 1113, *tum* 1116—1118. *tribus vicibus; a.* 1119—1121. *scripsit iterum manus tertia; sed Anselmus eam correxit, et ipse scripsit a.* 1122; *tum a.* 1123. *et quaedam anni* 1117; *tum a.* 1124. *et* 1125. *tribus vicibus*, 1126. *duabus*, 1127. *duabus*, 1128. *sex*, 1129. *duabus. In a.* 1130. *cum calamo animum mutavit: Gregorium modo vituperatum laudat, Lotharium laudatum vituperat; a.* 1132. *iterum, quae primo scripserat contra Lotharium, paulo post immutavit. Manus tamen in his prorsus eadem, Anselmi, usque ad a.* 1135. *finem. — A.* 1136. *iterum manus tertia scripsit, finem alius erasit et alium fecit. — A.* 1137. Prudens" *succedit sexta* (1η.) *pulcherrima, sex vicibus calamum sumens. — A.* 1145. Remis" *septima sequitur uno tenore usque ad* transactis, *ubi in fine paginae desinit, ultima quaternionis et codicis pagina vacua relicta. — Praeterea additiones et correctiones per totum codicem multae reperiuntur, quas ita distinguimus: Sigebertus postquam opus scripsit, plura in eo postmodum correxit curis secundis, atramento nigro; alia postea quoque, curis tertiis, atramento subfusco, manu nitida. Haec omnia leguntur in omnibus codicibus; facta igitur sunt, priusquam opus primo ederetur. — Praeter haec aliae manus,* 1β. γ. δ. ε., *aetate Sigeberto prorsus aequales, habitu tamen, compendiis, atramento paululum et ab eo et inter se diversae, plura addiderunt, partim in rasura, partim in margine, sed post a.* 972., *quo Sigeberti manus desinit, non iam occurrunt, exceptis a.* 1003. 1012. 1076. *Haec unus* A. *omittit omnia, et in rasuris illis plerumque habet ea, quae Sigebertus primo ibi scripserat; apud Ekkehardum quoque et Waltramum eorum nil reperitur, reliqui autem praeter* A. *codices has* 1β.γ.δ.ε. *additiones et correctiones ubivis habent omnes; unde appareat, factas eas esse neque ante primam editionem anni* 1105. *neque post secundam ab Anselmo curatam a.* 1112., *quo anno exaratus fuit codex* B., *qui illas iam habuit. Sigeberti igitur erunt, intra a.* 1106—1111. *variis temporibus, prout fit, opus revidentis, augentis, corrigentis. Quae quod ab aliis, non ab ipso auctore exarata sunt, hoc nil inusitati habet, quum idem et in Anselmi continuatione a.* 1119—1121. *et in aliis codicibus autographis factum videamus; quod a pluribus temporum varietate explicatur. Quumque unius hominis manus atque scribendi forma temporis processu multum mutari per se pateat, plura etiam ex his ipsis ab ipso Sigeberto exarata esse possunt, quamvis non omnia. Alia autem quaestio est, utrum haec omnia revera sint Sigeberti, annon potius ab Anselmo interpolata, priusquam praeceptoris opus a.* 1112. *ederet. Sed hoc nos credere vetat nimia manuum atque atramenti varietas. Nos omnia uncinis inclusimus, ut ita secunda recensio a priore distincta habeatur. — Sed tertium adhuc additionum genus reperitur in codice nostro, ita distinguendum: 1ε. ante a.* 1145. *quaedam a.* 761. 876. 888. *adiecit.* 1η. *patria Leodiensis, idem qui annos* 1137—1145. *scripsit, abbates Gemblacenses et res maxime Leodienses Sigeberto inseruit a.* 465. 651. 694. 710. 711. 714. 735. 761. 849. 890. 964. 987. 991. 1012. 1036. 1041. 1048. 1072. 1092. *Anselmum atque continuatores intactos reliquit.* 1θ. *eiusdem aetatis de Florinis quaedam addidit a.* 1010. 1015. 1088. 1ι. *coaeva a.* 1133. 1134. 1135. *et* 1κ. *coaeva a.* 1131. 1148. *Haec omnia transierunt in solos codices* Fl. 2. 3. 4. B3*.: *itaque non ante*

a. 1132. *factae esse possunt, quo anno* A. *scriptus est. Alia denique manus interpolatrix fere coaeva,* 1^{λ}., *in a.* 1083. 1087. 1121. 1130. *transit in solos* F3. B3*; *non igitur ante a.* 1148. *orta erit. Ita* $1^{\zeta-\lambda.}$ *vere interpolationes sunt a Sigeberto et Anselmo aliena, quare illas post Sigebertum reiecimus, dandas nomine auctarii Gemblacensis. — Ita codex Gemblacensis tres quodammodo textus exhibet: primarium, qualem Sigebertus ipse primo edidit, expressit unus* A. (1. Sig. cur. sec.; cur. terciis)*; secundum, qualem revisit ipse, edidit Anselmus, descripserunt* B—E. ($1^{\beta-\varepsilon.}$)*; tertium, qualem Gemblacenses fecerunt post a.* 1131., *descripserunt* F1. 2. 3. 4. ($1^{\zeta-\lambda.}$).

A.) *Codex S. Pauli Virdunensis n.* 36. *mbr. fol. s. XII. binis columnis, sine coloribus, f.* 14′—113′. *continet Sigebertum cum Anselmo usque ad a.* 1131. Mariae, *ubi in media pagina desinit; nil deperditum. Codex in Sigeberto ex apographo primae editionis, in Anselmo ex ipso ut videtur* 1. *descriptus, maximi momenti est eo, quod unus textum primarium servavit, in* 1. *iam erasum (ut* 535. 569. 578. 688. 763. 829. *cf.* 532.*). Omittit quicquid* $1^{\beta-\lambda.}$ *addiderunt; sed plura quoque quae iam in textu primario erant, ut* 522. 659. 690. 954. 1067. 1099. 1126. 1127. 1129. 1130. *et integros annos* 1092. 1110. *Addidit econtra aliqua de suo a.* 594. 900. 914. 1106. *Haec indicavimus omnia et e reliquis eius lectionibus quaecunque alicuius momenti esse poterant. Contulit Waitzius noster et descripsit in Annalibus nostris VIII,* 446.

F1.) *Codex olim Petri Pithoei, iam Bruxellensis* 14782, *cuius primum quaternionem deperditum repperi in codice regio Parisiensi* 7193., *mbr. fol. s. XII. vel XIII. in., exaratus una manu, binis columnis, sine annis regnorumque indicibus, nil continet nisi quae* 1., *quem accurate expressit cum omnibus additionibus praeter* $1^{\lambda.}$ *et a.* 1090. 1119. 1136. *Ipse nec mutavit quicquam nec addidit, praeter a.* 1121. 1144. *Ipse contuli.*

F1*.) *Codex Carmelitarum Parisiensium, iam regius* 4993. *mbr. quart. s. XIII. in. descriptus ex* F1., *a quo in uno tantum a.* 453. 1042. *paululum differt. Ipse contuli, sed nunquam annotavi.*

F2.) *Codex olim Bongarsii, nunc Bernensis* 367. *mbr. quart. s. XIII., continet ea, quae* 1., *et continuationem, quae in medio c.* 45. *desinit; tunc post aliquot folia vacua sequitur* secunda pars hystorie Ierosolimitane. *Proxime accedit ad* F1.; *additiones habet omnes praeter* $1^{\lambda.}$*; de suo addit a.* 597. 1141. 1142. 1144. 1145. *Nomina miro modo detorquet, ut* Nantici, Cartanus *pro* Namuci, Caietanus, *et mendis repletus est.*

F3.) *Codex olim Thuani, nunc regius Paris.* 4864. *mbr. fol. s. XIV. una manu scriptus, continet Eusebium, Hieronymum, Prosperum; dein folio vacuo relicto ea quae* 1. *Ultimum folium deest, et alia duo cum a.* 631—652. *Descripsit* 1. *cum omnibus eius additionibus, satis ignoranter; post a.* 1020. *ineptissime quaedam addit; omittit quaedam a.* 453. 714. 963. 1119. 1134., *sed incuria tantum. Ipse contuli.*

F4.) *Codex regius Parisiensis* 4994. *mbr. s. XV., continet Sigebertum cum Gemblacensibus usque ad a.* 1148, *docente Waitzio, qui eum inspexit.*

2. *Codices familiae Aquicinensis.*

[B.] *Codex Aquicinensis prior, de quo vide supra p.* 279.

B1.) *Codex Cameracensis* 863. („bibliothecae eccl. metrop. Cameracensis ex legato Val. Duflos eiusdem eccl. canonici et archidiaconi Brabantiae. 1610.“) *mbr. quart. mai. una manu s. XII. pulcherrime scriptus, continet Eus., Hier., Prosp., Sig., Ans., Gembl., deinde aliam continuationem a.* 1113—1155.

ab eadem manu, quae desinit in summa pagina quaternionis ultima. Tum eadem manus adiecit duas notitias theologicas „Anno i. v. 1146. heresim concitat m. Gislebertus — sed in filio.“ *et Hugonis Chronicon. Forma atque habitus qualis in* 1.; *textus mendis purus; desunt quaedam in a.* 954. 958. 1099. 1105. 1106. 1120. 1123. 1127. 1128. 1130—1132. 1136; *adduntur a.* 651. 773. 1076. 1079. 1084. 1086. 1090. 1092. 1093. 1094. 1096. 1100. 1105. 1109. 1130. 1134. 1135. 1136. *Haec omnia alii etiam huius familiae codices addunt atque omittunt; proprii nil prorsus inest in toto codice; nam et continuationem ex alio descriptam esse apparet. Ipse contuli.*

[B2.] *Codex S. Mariae Valcellensis, deinde Ortelii, tum Livinei, denique societatis Iesu Antwerpiensis, ubi Kluit eum vidit atque „elegantem codicem mbr. fol. scriptum iam ante* 1239.“ *vocat in hist. crit. Holland. I,* 2, 61. *Bollandiani in Actis SS. Mai. VII, praef.* 40. *(cf. ibid. Febr. III,* 216. *Mart. I,* 265.*) eum continere dicunt „Eus., Hier., Prosp., Sig.; denique inter alia quaedam nomina et originem regum Francorum usque ad a.* 1250.“ *Iam deperditum novimus tantum ex additionibus, quas Miraeus inde excerpsit, et ex chronico S. Bavonis, quod integrum fere excepit.*

[B3.] *Codex Affligemensis, scriptus ante a.* 1189, *iam deperditus; inde fluxit sequens*

B3*.) *Codex S. Salvatoris Eihamensis, ut apparet ex inscriptione s. XVI. in prima pagina:* „In (spes) requiescit H. Gillis Knudde prepositus huius monasterii [Eihamensis *additum s. XVII.*] a. 1522. et reformatum erat p. monasterium eodem a. i. d. M. restauratore Godefrido de Braele abbate“, *dein Iusti Lipsii, iam Lugduno-Batavus inter Lipsianos* 2. *Codex mbr. fol., una manu pulchra s. XIII. in. ex Affligemensi adeo accurate descriptus, ut ne verba quidem eius* hunc, hoc *etc. de monasterio Affligemensi mutaret, continet Eus., Hier., Prosp., narrationem peregrini de monte Sinai:* „De Katerina — transvexit“, *viginti lineis comprehensam, Sigebertum, Anselmum, Gemblacenses et continuationem usque ad a.* 1163. *inveniet. Fons eius Affligemensis non integer fluxit ex* B., *sed in Sigeberto descripsit codicem textus Gemblacensis tertii, simillimum* F2., *cum omnibus additionibus* 1 $^{\beta-\lambda}$; *reliquorum codicum additiones non habet nisi a.* 597. *eandem quam* F2., *proprias a.* 1005. 1030. 1033. 1063. 1086. 1087. 1088. 1091. 1093. 1095. 1096. 1100. 1101. 1105. *In Anselmo autem et Gemblacensibus hoc textu relicto, proxime accedit ad* B4*., *eadem omittit (sat multa, quae ubivis indicamus; sed ille omittit etiam* 1129. 1139. 1144. *quae hic leguntur, exhibet aliqua, quae* B3*. *desunt), eadem addit a.* 1119. 1127. 1128. 1140. 1142. 1146., *propria habet tantum a.* 1139. *In continuatione multo amplior est. Per totum autem librum inde ab a.* 606. *scriba Affligemensis* 77 *notitias interposuit ex annalibus Blandiniensibus ad verbum descriptas, nunc easdem quas* B4*., *nunc alias; quarum annos tantum indicabimus, quum verba melius ex ipso fonte sumantur. Ipse contuli.*

[B4.] *Codex SS. Petri et Pauli Hasnoniensis, visus adhuc Martenio voyage littéraire II,* 97., *iam deperditus, fons fuit* B1*. B1**.

B4*.) *Codex olim societatis Iesu Brugensis, nunc Bruxellensis* 9070—9075. *mbr. fol. s. XIV. una manu exaratus, continet Orosium, Eus., Hier., Prosp., Sig., Ans., Gembl. cum continuatione ad a.* 1167. uxorem“, *Valerium Maximum. Textum exhibet Sigeberti secundum; omissa annorum* 1074. 1080. *et Hildebrandus ubivis Gregorius vocatus, monachum Hasnoniensem a parte papae stetisse, probant. Ex additamentis in* B. *descripsit tantum*

a. 651. 690. 1079. 1086. 1090. 1092. 1093. 1105.; *propria non habet nisi a.* 610. 670. 1069. 1070. 1120. 1134. 1136. 1149. *de Hasnone et Affligemio. Per a.* 859—1165. *monachus Hasnoniensis nonaginta sex additiones fecit, ad verbum descriptas ex annalibus Blandiniensibus, quarum multae in* B3*. *quoque leguntur; neuter tamen ex altero hausit, sed ex Blandiniensibus uterque. Cum* B3*. *similitudinem quandam habet a.* 1073. 1074. 1111*; in Anselmo et Gemblacensibus proxime conveniunt, et eadem addunt a.* 1119. 1127. 1128. 1140. 1146., *quamquam ibi quoque utervis exhibet quod alteri deest. Continuatio longe brevior est quam in* B3*. B5.*; quum autem quae* B3*. *plura habet, non et in* B5., *quae* B5. *plura, non et in* B3*. *exstent,* B4*. *econtra omnia et in* B3*. *et* B5. *legantur: haec genuina videtur esse continuatio Aquicinensis. Desinit in media et pagina et sententia; at eadem manus Valerium Maximum addit; iam tum igitur codicis* B4. *finis fuit deperditus. Ipse contuli.*

B4**.) *Codex S. Rictrudis Marchianensis, iam Duacensis n.* 750. *mbr. fol. inter a.* 1296—1306. *exaratus ab R. monacho Marchianensi. Hic primo Eus., Hier., Prosp., Sig., Ans., Gembl. et continuationem usque ad a.* 1167. revertitur" *in sex quaternionibus descripsit ex* B4., *tanta cum* B4*. *similitudine, ut huius apographum diceres, nisi cum aliis codicibus haberet, quae* B4*. *desunt a.* 773. 954. 1076. 1095., *et ni a mendis multo esset purior. Paulo post, ut ex habitu scripturae apparet, idem R. codicem ita interpolavit. Scripsit quaternionem decem foliorum, haec continentem:* „Inc. epistola contra eos qui dicunt cronicas inanes seu inutiles. Quoniam ea *etc.* Inc. prefatio sequentis operis. Venerabiles igitur predecessores et ortodoxi patres . . . . . *(ex praefatione annalium Vedastinorum)* . . Gregorius, Anselmus, Sigebertus monachique Gemblacenses de regnis et temporibus ordinave .nt suas quisque historias. Sed cum omnium predictorum historias minime haberemus, tandem exortante seu pie ammonente patre P., Dei gratia huius ecclesie Marchianensis venerando ministro, exortatione etiam quorundam fratrum . . . . ego frater R. omnium minimus, secundum abbatis imperium quorundam predictorum, videlicet Ensebii, Iheronimi, Prosperi et Sigeberti Gemblacensis historias transcribere curavi. Unde quia in predictis historiis cronicas . . . . usque ad primum annum nativitatis Abrahe minime repperi: hac de causa ego . . ad predicta tempora stilum retorsi . . . Expl. praef. Ab optimo rerum creatore *etc. Sequitur opus ipsius R., quod nil est nisi series annorum, appositis brevibus notitiis ex sacra scriptura, Beda, Petro Comestore, Vincentio petitis. Haec decem folia codici iam prius a se conscripto praeposuit, eidemque nunc in margine, nunc inter lineas, nunc in scedulis assutis additamenta adiecit* 36, *excepta omnia ex vita S. Amandi a.* 571. 609. 610. 626. 633. 648. 649. 661. 677*; Rictrudis* 614. 645. 659. 687. 701*; Vedasti* 687*; Amati* 666. 685. 690*; Gertrudis* 655*; annalibus Marchianensibus* 633. 653*; Elnonensibus* 614. 691. 698. 782. 828. 855. 862. 871. 907. 1041. 1050. 1089*; et de monasterio S. Amandi* 828. 974. 1118. *Continuationem iam claudit a.* 1167. revertitur", *cui tres notitias adscripsit ex continuatione Aquicinensi et annalibus Elnonensibus. Subiecit Iacobi de Vitriaco historiam Hierosolymitanam usque in medium c.* 90. *atque chronicon a.* 1187 1280. „cisionis receperat — obligatum invenerunt", *quod in* D1. *quoque ab alio assutum legitur. Ipse contuli.*

B5.) *Codex S. Salvatoris Aquicinensis, iam Duacensis n.* 756. *mbr. quart. max., columnis primo singulis, ab a.* 902. *binis, pulcherrime exaratus quattuor manibus s. XII. exeuntis, e quibus prima Eusebium, Hieronymum,*

Prosperum, Sigebertum scripsit uno tenore atque atramento, forma codici 1. *simillima. Secunda, in media linea pergens, uno tenore adiecit Anselmum atque Gemblacenses usque ad a.* 1148. mortuus est", *ubi cum quarto quaternionis folio desinit. Tertia continuationem a.* 1149—1158. *scripsit in novo quaternione, cuius primam paginam vacuam reliquit; destinavit igitur codicem scribere separatum atque peculiarem. At quarta eundem priori illi coniunxit ita, ut illius ultima quattuor folia, nil nisi finem a.* 1148. *continentia, excideret, finem istum transcriberet in paginam a tertia manu vacuam relictam, et ipsa continuationem deduceret usque ad annum* 1201., *calamo non quidem ita continuo, ut trium priorum manuum, at neque rebus aequali. Ubivis potius scribae vices egit, nunquam auctoris; ita ultimo loco nonnisi duernionem adiecit, quum videret, pluribus sibi non opus esse usque ad annum* 1200.; *annos* 1191—1200., *quos ab auctore diversis annis compositos esse vidimus, scriba continenti calamo exaravit atque atramento uno; a.* 1201. *postea addidit. Sequentia omnia inde ab* „Obiit *manus alia s. XIII. uno tenore adscripsit ex annalibus Aquicinctinis; sed fine deperdito, codex iam desinit cum quaternione. — Textum exhibet Sigeberti secundum, accurate descriptum; aliarum manuum vestigia nulla; rasurae duae a.* 773. 1105; *omisit quaedam a.* 954. 958. 987. 1099. 1113. 1119. 1123. 1127. 1128. 1130. 1131. 1132. 1136. *de Gemblacensi aliisque monasteriis pleraque, e quibus nonnulla iam in eius fonte* B. *defuisse oportet. Additamenta habet a.* 1076. 1079. 1080. 1084. 1086—1096. 1100. 1102. 1105. 1109. 1111. 1130, *ex* B. *omnia; propria nulla. Alienae manus per totum codicem unum tantum vestigium in a.* 773. *Ipse contuli.*

[B5*.] *Codex S. Winnoci Bergensis iam deperditus, quem extitisse coniectura tantum scimus, descriptus fuit ex ipso* B5., *quum ultimum huius folium adhuc adesset. In Sigeberto qualis fuerit, nescimus; continuationem satis bene descripsit, at brevi eius appendici a.* 1201—1237. *plurima interposuit, ut videmus ex eius apographo* B5**.

B5**.) *Codex S. Petri Blandiniensis, iam Bruxellensis* 16530. *mbr. quart. s. XVI., de quo egi in Annalibus nostris VIII, p.* 541 *sqq., in foliis* 161—263. *sine ullo titulo exhibet continuationem Aquicinensem a.* 1149—1201. *cum appendice a.* 1201—1237. *multis interpolationibus adaucta, quas a monacho Bergensi factas et in* B5**. *ex illo cum mira temporum confusione descriptas esse apparet. Huic continuationi scriba Blandiniensis arctissime subiunxit, quasi unum esset opus, annales a.* 1205—1288. *a continuatione Bergensi quam maxime alienos. Ipse descripsi.*

B5***.) *Codex Baluzii, iam regius Parisiensis* 5440. *chart. fol. s. XVI. ex. nil continet nisi a.* 1149—1288. *exscriptos „e codice S. Petri Gandensis," qui est noster* B5**. *Ipse contuli.*

B5****.) *Codex regius Parisiensis inter residuos S. Germani* 13, 5. *anno* 1719. *descriptus est ex* B5***. *Ipse inspexi.*

3. *Codices familiae Atrebatensis.*

[C.] *Codex fortasse Atrebatensis, quem descriptum fuisse oportet ex* B., *antequam hic Anselmum atque Gemblacenses adiiceret. Ex eius additionibus plurimas recepit, aliquas omisit; ipse perpaucas tantum de suo fecit. Nomina multum corrupit. Alius deinde continuationem usque ad a. fere* 1127. *addidit, cuius vestigia videmus in* C3. 4*.

C1.) *Codex Cantabrigensis Corpus Christi* 51. *mbr. fol. s. XIII. ex., in*

Catal. libr. mss. Angl. I, 3. n. 1333. 51., *continet Eus., H., P., Sigebertum, quem fideliter exscripsit. Quae enim desunt paucissima, iam* C. *vel* B. *omiserant; additamenta a.* 651. 690. 773. 1048. 1076. 1079. 1080. 1084. 1086. 1087. 1088. 1090—1096. 1099. 1100. 1105. 1109. 1111., *omnia apud alios quoque leguntur; propria non habet nisi a.* 640. 698. (depositio eximii patris nostri Bertini) 807. 820. *quae vel apud S. Bertinum scriptum, vel ex Bertiniano descriptum probare videntur. Anno* 1074. *manus s. XVII. quaedam aspersit de Wilhelmo rege. Contulit Oehler.*

[C2.] *Codex S. Iudoci supra mare, deperditus, cuius apographum est*

C2*.) *Codex olim I. Erickengris, dein Colbertinus, iam regius* 4867. *mbr. fol. s. XV. eleganter exaratus cum picturis, bonae notae. Omittit quaedam solus a.* 755. 758. 827. 975. 987; *quaedam cum aliis: in his saepe cum uno* A. *convenit. Additamenta habet a.* 1079. 1080. 1084. 1086. 1092. 1095. 1096. 1099. 1100. 1105. 1109. *ex* B. *et* C., *propria nulla nisi* 795. 840. *de S. Iudoco supra mare. Contulit Kurtz.*

C3.) *Codex S. Martini Tornacensis, iam regius Parisiensis* 1793. *mbr. fol. s. XII. una manu continet scripta quaedam Hieronymi, Eusebium, H., P., Sigebertum et brevissimam continuationem a.* 1114—1127, *quae iisdem fere verbis et in* C4*. *et ex parte in* C5. *legitur; scriba igitur Tornacensis eam non condidit, sed ex originali suo* C. *descripsit, duas de suo notitias addens. Alia deinde manus notulas a.* 1132—1172., *tertia a.* 1332—1334. *aspersit. Forma atque habitus idem qui in* 1.; *textus ex* C. *accurate descriptus; nomina multum corrupta iam in* C. *ita legit, non ipse corrupit; quae omittit a.* 954. 958. 962. 1012. 1099. 1105., *quaeque addit a.* 651. 690. 773. 1048. 1079. 1086. 1092. 1093. 1099. 1100. 1105. 1109. *omnia iam in* C. *ita invenit, quamquam non omnes huius additiones recepit; proprium nil prorsus habet. Contulit Waitzius noster.*

C4.) *Codex S. Vincentii, iam bibliothecae publicae Laudunensis, mbr. fol. a.* 1136. *scriptus, continebat E., H., P., Sigebertum, descriptos ex* C., *cum eiusdem continuatione, quam monachus Laudunensis auxit et vario tempore deduxit ad a.* 1145. *Sed fine deperdito, iam desinit in a.* 596: est usque ad". *Evolvit V. C. Pertz atque descripsit in Annalibus nostris VII,* 533.

C4*.) *Codex S. Petri Corbeiensis, iam Lugduno-Batavus bibl. publ.* 30. *mbr. fol. singulis columnis, pulcherrime exaratus una manu, quae primae paginae inscripsit:* Hic liber sci Petri Corbeiensis cenobii anno MCLIIII scriptus est. *Continet E., H., P., S. et continuationem a.* 1113—1145., *omnia uno calamo exarata, quamquam continuationem vario tempore Laudumi apud S. Vincentium compositam esse apparet. Ex hoc et lectione utriusque* Theudelina *a.* 596. *et ex additamentis pluribus Laudunum spectantibus videmus, Corbeiensem ex* C4. *descriptum esse, ad a. usque* 942. *satis accurate; sequentia mirum in modum decurtavit adeo, ut annos tantum* 949. 964. 971. 978. 979. 981. 982. 985. 986. 990—996. 998. 999. 1006. 1011. 1016. 1017. 1019. 1022. 1027—1029. 1034. 1035. 1056. 1059. 1060. 1063. 1066. 1069. 1091. 1094. 1102. *intactos relinquens, reliquos omnes excerperet, non describeret; quod semel hic monemus, sub singulis annis omissa non indicaturi. Additamenta a.* 651. 690. 1048. 1076. 1079. 1092. 1095. 1096. 1099. 1105. *cum aliis communia habet; propria annorum tantum* 928. 1052. 1053. 1096. 1104. *iam in* C4. *invenit omnia; ipse nil prorsus addit; quare et abbreviationes istas iam a Laudunensi monacho factas esse. a Corbeiensi descriptas tantum credi-*

derim. Alia autem manus prorsus coaeva in margine notulas aspersit de monasterio Corbeiensi a. 664. 807. 815. 821. 827. 828. 1141., *eademque in fine scripsit:* Sequentem huius operis seriem require apud Vallem Lucentem; *tertia paululum tantum recentior quaedam addit a.* 419. 662. 844. 885. *Ipse contuli.*

C5.) *Codex S. Mariae prope Bourbourg, iam Bolonicnsis, mbr. quart. s. XII. ex. nil exhibet nisi Sigeberti chronicon sine titulo et sine annorum numeris in brevius redactum. Annus* 383. *duabus lineis continetur; prorsus desunt a.* 384—386. 388—393. 395. 406—412. 418—437. 452. *etc.; sed post a.* 1100. *auctorem integrum exhibet. Additamenta a.* 1102. 1105. 1109. 1111. *omnia et apud* B5. *leguntur. Post Sigebertum eadem manu scripta sequitur continuatio brevis usque ad a.* 1164. peregerunt.“ *Ipse contuli.*

4. *Codices familiae Bellovacensis.*

D.) *Codex olim Bellovacensis, dein Loiselianus, iam Parisiensis Notre Dame* 94. *mbr. fol. eodem prorsus habitu quo* 1., *continet E., H., P., S. una manu pulchra inter a.* 1138—1147. *descriptos ex* C. *Nomina multum corrupta* (*ut* Symon, Hyspania, Watheo, Cheberth, Dando, Remerburch, Ansburg, *pro* Sunno, Hasbania, Wacho, Ecberth, Lando, Reinesburch, Ansburg) *atque additamenta a.* 651. 690. 773. 1048. 1076. 1079. 1084. 1099. 1100. 1109. *iam in fonte suo legit. At ipse primus textum prorsus arbitrario modo plurimum immutavit, sententias transposuit, verba adiecit, omisit, mutavit; paparum catalogum prorsus alium fecit; multa primus omisit, alia de suo addidit, nunc in textu, nunc paulo post in margine, annis* 649. 731. 1015. 1024. 1051. 1067. 1069. 1078. 1092., *Bellovacum maxime spectantia. Alia manus coaeva adiecit tres additiones a.* 1109. 1111. 1112. *et continuationem brevissimam a.* 1114—1147.; *tertia hanc auxit atque deduxit usque ad a.* 1163. *In ultima codicis pagina manus s. XVI. seu XVII. pauca quaedam scripsit Bellovacensia. Contulit Waitz.*

D1.) *Codex S. Mariae Mortui Maris, dein Colbertinus, iam regius* 4863. *mbr. quart. s. XII. med. continet E., H., P., S. cum continuatione Bellovacensi usque ad a.* 1147., *accuratissime ex* D. *descriptos anno* 1155. *Ipse nec omisit quicquam nec mutavit; adiecit pauca tantum a.* 1054. 1098. 1107. 1120. 1153. 1154. 1155. *Hanc continuationem duae manus aequales interpolaverunt atque deduxerunt usque ad a.* 1165.; *dein multae aliae, rebus aequales, usque ad a.* 1234. *Postea codici assuti sunt annales sequenti saeculo scripti, iidem qui et in* B4**. *leguntur, et alia quaedam nullius momenti. Contulit Waitz.*

D1*. *Codex Ursicampinus inter a.* 1155—1200. *exaratus, continebat E., H., P., S., ad verbum descriptos ex* D1. *quem nec mutavit, nec decurtavit, sed interpolavit plus* 50 *locis ex Galfrido atque aliunde desumptis. Dein continuationem a.* 1115—1155. *eam, quam editiones praeter Miraeum omnes habent, exceptam ex* B1. *quem in primis annis ex Anselmo interpolavit, inde ab a.* 1129. *integrum descripsit, de suo quindecim additiones faciens. Codicem iam deperditum novimus ex apographis eius* D1**. *et* ESh., *unde additamenta eius dabimus in unum collecta; continuationem integram non recoquemus.*

D1**.) *Codex Divionensis* 322. *mbr. fol. una manu s. XII. exeuntis ex* D1*. *descriptus tanta cum fide, ut ne verbum quidem adderet, nec omitteret. Contulit Waitz, quem cf. in Annalibus nostris VII,* 534.

D2.) *Codex S. Victoris Parisiensis* 238. *mbr. fol. s. XII. ex. continet E., H., P., S. cum continuatione Bellovacensi, ex ipso* D. *splendide qui-*

dem, sed quamplurimis omissis descriptos; nullius ergo pretii. Inspexit Waitz noster.

5. *Codices Roberti de Monte.*

[E*.] *Codex Beccensis, Roberti autographus, iam deperditus, ex* D. *descriptos continebat* E., H., P., S. *a Roberto interpolatum, cum huius continuatione a.* 1100—1153. *et tractatu de immutatione ordinis monachorum. Indicatur in catalogo librorum Beccensium, et a Roberto ipso in epistola* E6. *praefixa:* „reliqua vero, quae feci antequam ad Montem venerim, apud vos sunt in chronicis, quae cum magno labore habui de episcopo Belvacensi.“ *Fons est codicis* E.

E.) *Codex S. Michaelis de Periculo Maris in Normannia, iam bibl. publ. Abrincensis n.* 86. *mbr. fol. min. Foliis* 1. 2. *post annum demum* 1184. *codici praepositis a manu s. XII. ex. inscripti sunt* Tituli librorum quos dedit Philippus episcopus Baiocensis ecclesie Becci, *atque* Tituli librorum Beccensis armarii. *Folium* 3. *iam anno* 1184. *Robertus ipse praeposuit, ut esset codicis titulus, versoque hacc inscripsit:* „In hoc volumine ista continentur: Cronica Eusebii Cesariensis episcopi . . . . . Exinde idem Ieronimus perduxit . . . . . Secuntur cronica Prosperi in ordine historie que continent annos 77. Sequitur exinde cronographia Sigiberti Gemblacensis monachi, quam incepit a 381° dom. inc. anno et perduxit usque ad 1100um annum eiusdem i. d., quo anno primus Henricus rex Anglorum cepit regnare. Ab eodem anno Robertus abbas S. Michaelis de Periculo Maris fecit historiam, continentem res gestas Romanorum, Francorum, Anglorum, usque ad presens tempus, continentem scilicet annos usque ad a. d. i. 1184., quem librum presentavit karissimo domino suo H. regi Anglorum, continentem istam historiam et reliquas in hac pagina notatas, scilicet Eusebii, Ieronimi, Prosperi, Sigiberti, et propriam, que in fine ponitur.“ De historia Orosii quam fecit de Ormesta mundi „Sunt ab Adam primo homine . . . . . et predicatione Domini nostri Iesu Christi anni 351.“ — *Codex ipse* 29 *quaternionum a pluribus exaratus est. Prima manus scripsit* E., H., P., S., *qui incipit:* Incipit prologus Sigiberti Gemblacensis monachi in chronographiam ab eo editam, quam incepit a 381° dom. inc. anno, et perduxit usque ad 1100um annum, quo anno primus Henricus rex Anglorum cepit regnare. „Dicturi *etc. et desinit:* Aquicinensi posuit.“ Explicit chronica Sigiberti mon. G. Incipit prologus Rotberti in ea quae secuntur de temporum descriptione [usque ad 1184um annum *in rasura addidit eadem manus, quae f.* 3. *et infra a.* 1181—1184. *scripsit, Roberti*] „De chronographia — — incarnationis.“ De immutatione ordinis monachorum, de abb. et abbatiis Normannie et edific. earum „Libet *etc., ut apud Dachery p.* 811. *Sed rubricator margini apposuit:* Expl. prologus. Consequentiam chronographie invenies inantea in duodecimo folio. Hic enim vicio scriptoris quedam, licet non indigna memoria, interponuntur. *Finis huius tractatus in rasura ampliatus est.* Incipit epistola Henrici archidiaconi ad Warinum de regibus Britonum „Queris —vale.“ Item de eadem hystoria „Adhuc — invenitur.“ Ex eadem ystoria de modernis sanctis Anglie „Quis — irradiant.“ Incipiunt cronica Roberti „Henricus *etc. Prima haec manus pulchra s. XII. medii sine ulla interruptione continuo calamo scripsit ab initio codicis usque ad a.* 1156. subsecutus est“, *habitu et atramento eadem prorsus ubique manens. Lineae plumbo ductae; litterae initiales rubrae, virides, coeruleae; habitus totus idem qui in* D. *et* 1. *In nominibus variat:* Heri-

cus *et* Heiricus; Northmanni *primo*, *postea semper* Normanni, *raro* Normani; Dunelme *et* Duneline, *immo* Duveline; *semper fere* Wiltmus, *raro* Guillmus, *integrum semel tantum scribitur* Guillermus *a.* 1183. *ab ipso Roberto;* dns, *si integrum*, *semper* donnus; ecclesie *initio constanter*, *postea* ecclesie; *praeter hanc vocem ubivis* ę *pro* e, oe, ae. *Pennae lapsus rarissimi. Rasa et correcta, tum a scriba, tum a Roberto, in Sigeberto rara. Reges Anglorum et archiepiscopi Rothomagenses nunc in textu leguntur, nunc in margine et inter lineas supplentur, incertum utrum scribae manu an Roberti. In Roberti continuatione hae additiones marginales multo fiunt rariores, rasurae crebriores, omnes praeter a.* 1128. 1151. *ab auctore profectae. Alia manus incipit a.* 1156. Circa hoc tempus", *atramento alio, at eadem linea pergens, minus firma, habitum atque atramentum saepius mutans. Tertia in a.* 1157. Agareni", *inter scribendum formam saepe mutans; lineas virides in margine hucusque per totum codicem ductas omittit. Quarta in a.* 1161. Henricus rex", *diversis temporibus exarata; versus finem lineae illae virides iterum apparent. Quinta a.* 1167. In natali", *nitida, orthographia alia; singulas sententias non litteris maiusculis, sed signo distinguens, quo iam quarta versus finem usa fuerat. Prima redit a.* 1168. Mense Februario" *in novo quaternione, quem integrum scripsit diverso tempore. Sexta incipit a.* 1177. *in novo quaternione, praecedenti simillima, eadem fortasse, pluribus vicibus scripta. Septima a.* 1181. Anno superiori". *Octava* „Andronius, *quae iterum signum habet. Nona ipsius Roberti, quae et f.* 3. *codicis exaravit, in novo quaternione* „Karissimum dominum *uno tenore usque ad finem a.* 1183., *inde sensim crescens pergit usque* „mortis sue factus" *in fine folii in quaternione tertii; quartum, quintum et septimum interciderunt; in sexto et octavo de monasterio S. Michaelis quaedam s. XIII. inscripta leguntur. Videmus ita, in quaternione novo manum quoque novam plerumque incipere. Sed si animum advertimus, quod in iis quoque, quae una manus scripsit, habitus plurimum variatur, nunc subito, nunc sensim; quod quam maxime differre saepe videntur, quae accuratius inspicienti uno tenore scripta apparent; quod in aliis quoque S. Michaelis codicibus Roberti manus summam varietatem ostendit: plus quam verisimile est, ea, quae octo manibus tribuimus, unius esse pleraque, et quidem ipsius Roberti. Illud certum est, post a.* 1156. *codicem rebus narratis utplurimum aequalem incedere, et correctiones in eo omnes auctoris manu factas esse; et quidem a.* 912. 1032. *praef.* 1114. 1118. 1128. 1130. 1135. 1142. 1145. 1146. 1149. 1151. 1154. 1155. 1156. 1181. 1182. *tum demum, quum a.* 1184. *secundam operis recensionem regi offerret; reliquas a.* 899. 1128. 1157. 1162. 1164—1174. *iam antea. Codex itaque S. Michaelis usque ad a.* 1156. *ex Beccensi autographo* E*. *descriptus, post a.* 1156. *ipse autographus est. Ipse contuli.*

E1.) *Codex Londiniensis inter Arundelianos n.* 18, *olim collegii Greshamensis n.* 2917. 18. *mbr. s. XIV. continet E., H., P.. Sigebertum ex recensione Roberti, sed ad a.* 1100. *tantum procedit.*

E2.) *Codex S. Trinitatis Savigniacensis, dein Colbertinus, iam regius* 4862. *mbr. fol. s. XIII. una manu pulcherrima exaratus, continet E., H., P., S., Robertum usque ad a.* 1156. Andegavensem pagum"; *in duobus foliis sequentibus notitias a.* 1213—1258., *historiam monasterii* 1112—1243., *notas a.* 1212—1305.; *tum a prima manu Hugonis chronicon. Sigeberto superscripsit:* Quae sequuntur usque ad a. 1113. dom. inc., a Sigeberto G. m. m. sunt collecta, *nec a.* 1100. *eum claudit. ut Robertus. sed statim huius continua-*

tionem adiungit quasi opus Sigeberti; post a. 1113. *Roberti ponit praefationem abbreviatam, in qua iterum dicit:* perduxit eum usque ad a. D. 1113. *Primam sequitur Roberti recensionem; sed ita totum decurtavit atque mutavit, ut saepe vix agnoveris. Roberti additiones ante a.* 876. *omisit omnes, postea multas, ut a.* 966. 971. 976. 989. 1006. 1027. 1040. 1041. 1073. 1077. 1078. 1089. *alias; de suo addit* 938. 1085. 1098. 1099. 1112. 1120. 1124. 1138. 1146, 1149. 1151. 1152., *quae Roberto adiiciemus. Contulimus Waitz et ego.*

E3a.) *Codex ecclesiae Baiocensis, mbr. quart. s. XIII. in. tribus manibus ex* E. *descriptus, continet E., H., P., S., R. usque ad finem a.* 1157. Ricarius"; *dein Roberti tractatum de immutatione ordinis monachorum, atque epistolam Hugonis Rothomagensis. Interpolationibus caret. Ipse evolvi.*

E3b.) *Codex Musei Britannici Harleianus* 651. *mbr. s. XII. ex. continet Sigebertum et Robertum usque ad finem a.* 1157. *cum continuatione anonyma usque ad finem a.* 1168. *cf. Archiv. VII,* 79.

E4.) *Codex S. Petri Gemmeticensis, iam Rothomagensis* Y. 87, 60. *mbr. quart. s. XIII., idem qui apud Montfaucon p.* 1214., *continet E., H., P., S., R. primae recensionis, qui in verbis a.* 1159. obiit Robertus Obsoniensis episcopus, et successit" *desinit in summa pagina. Sequentibus paginis inscripsit annales* „Natus est Iohannes — Iohannes papa", *a.* 874. *fine deperdito desinentes, quos edidit Labbeus. Ipse inspexi.*

E5.) *Codex Rothomagensis* U. 11, 7. *mbr. fol. s. XIV. continet E., H., P., dein:* quae secuntur, sumpta sunt ex cronica Sigeberti, *nil nisi excerpta satis arbitraria usque ad a.* 1164. *Tum chronicon ab O. C. usque ad Heraclium et Sisebutum:* „Brevem temporum — vita et miraculis claruit". *Ipse evolvi.*

E6.) *Codex S. Michaelis de Periculo Maris, iam Musei Britannici inter Cottonianos Domitian.* 8. *mbr. post alia multa Robertum continet a.* 1153 —1179., *praemissa eiusdem epistola, quam ex hoc codice edidit Brial XVIII,* 333. *cf. Archiv VII,* 75.

E7a.) *Codex Oxoniensis inter Bodleianos* 212. *mbr. fol. s. XV. exhibet E., H., P., S., R. usque ad a.* 1182. monachus Becci", *cum tractatu de immutatione ordinis monachorum. cf. Arch. VII,* 536.

E7b.) *Codex S. Taurini Ebroicensis, dein Bigotianus, iam regius* 4861. *mbr. fol. s. XIII. continet E., H., P., S., R. usque ad a.* 1182. monachus Becci"; *tum epistolam Oliveri, excerpta quaedam ex Roberto, Guillelmum Gemmeticensem atque annales Ebroicenses a Christo usque ad a.* 1317., *quos edidit Brial XVIII,* 353. *Roberti primam sequitur recensionem, sed hic illic quaedam omittit, ut a.* 1142. 1145. 1146. 1155. 1159. 1160. *At in a.* 1162. Fredericus" *novum quaternionem incipit, binis columnis, eadem tamen manu, neque quicquam abhinc omittit. Additamenta facit a.* 1114. 1118. 1119. 1181. *et de monasterio Lirensi* 1146. 1147. 1152. 1166. *Contulimus Waitz et ego.*

E8a.) *Codex Musei Britannici Kings library* 13. C. 11. *mbr. fol. s. XII. continet E., H., P., S., R. usque ad a.* 1169. in ea perierunt", *eiusdem procul dubio recensionis cum sequentibus. cf. Archiv VII,* 77.

E8b.) *Codex S. Victoris Parisiensis* 287. *(olim* 419.*) chart. quarto s. XV. ex. inter alia multa continet f.* 120--168. *id quod Duchesne SS. Norm.* 977. *et post eum Bouquet XII,* 788. *XVIII,* 1345. *ex hoc ipso codice, sed minus accurate ediderunt, Roberti opus ab a.* 1138. Stephanus — 1169. in ea perierunt". *secundae recensionis, in verbis non mutatum, sed omissis, quae mona-*

steria vel singulos homines spectant, cum brevi continuatione a. 1169—1259. *fortasse in monasterio Vallomontensi scripta; f.* 168'—175. *ab eadem manu chronicon:* 1087. Obiit Guillelmus — 1239. Edoardus f. H. r. Anglie". *quod edidit Bouquet XII,* 786. *XVIII,* 343. *Ipse evolvi.*

E8c.) *Codex universitatis Cantabrigensis n.* 1153. *mbr. s. XIII. continet E., H., P., S., R. usque ad a.* 1183. pacis persecuntur" *et tractatum de immutatione ordinis monachorum. cf. Archiv VII,* 536.

E8d.) *Codex olim Ludovici M... Rotomagensis, dein Bigotianus, nunc regius* 4992. *mbr. fol. min. s. XIII. Quaternionibus* 1—20. *prima manus inscripsit notitiam provinciarum, calendarium, Sigebertum atque Robertum usque ad finem a.* 1155., *primae recensionis, tractatu de immutatione ordinis monachorum statim post praefationem inserto, prout in* E. *Quaternionibus* 21. 22. *secunda imposuit a.* 1156—1169. in ea perierunt" *secundae recensionis, multum decurtans; quat.* 23—25. *tertia, eiusdem recensionis sequentia omnia usque ad a.* 1182. multos Latinos", *tribus ultimis foliis amissis. Codex igitur integer desiit procul dubio ut* E8c. *Ipse evolvi.*

E8e.) *Codex regius Hannoveranus chartac. s. XVII. ex. descriptus* „ex codice ms. in bibliotheca Bodleiana NE. B. 6. 9. fol. 121ª. Incipiunt cronica Roberti Montensis. Henricus filius primi Wilhelmi *etc., qui codex Bodleianus non potest esse noster* E6.; *hic enim iam in voce* Becci *desinit,* E8c. *postea demum in* Pictavensis. *Secundam sequitur recensionem; a.* 1139—1169. *leguntur prorsus ut in* E8b. *Ipse contuli.*

E8f.) *Codex regius Madritensis* X. 81. *chart. fol. s. XV. in primis* 17 *foliis continet Sigebertum cum Roberti continuatione usque ad verba a.* 1182. Obiit Henricus tercius filius Henrici, patre vivo rex Anglie", *sed ita decurtavit utrumque, Robertum maxime, ut codicibus vix queat annumerari. Praefationes Sigeberti atque Roberti cum epistola ad Wariunm prorsus desunt; reliqua excerpta tantum leguntur. Propria non habet. Sequuntur in codice Asconius et Valerius Flaccus, Poggii manu scripti. Evolvit atque Roberti continuationem descripsit Knustius noster.*

E8g.) *Codex Vaticanus reginae Sueciae* 152. *seu* 322., *de quo cf. Acta SS. Mart. I,* 455. *Montfaucon p.* 17. *Bouq. XIII,* 300. *XVIII,* 336. *qui usus est apographo Sangermanensi inter miscellanea Duvandi. Proxime accedere videtur ad* E8h.; *sed additamenta habet a.* 1158. 1159. 1160.

[E8h.] *Codex S. Mariae de Voto, dein Guilelmi Parvi, iam deperditus, continebat (E., H., P.,) Sigebertum cum continuatione Ursicampina, descriptum ex* D1*.; *dein Roberti textum, annorum* 1154—1169. perierunt" *decurtatum prorsus ut in* E8b.c., *annorum* 1169—1186. *integrum, secundae recensionis, cum paucis additamentis a.* 1159. 1165. 1170. 1181. 1182.: *tum continuationem Gemmeticensem a.* 1187—1210. *Novimus tantum ex editione principe.*

6. *Codices deperditi.*

S. Petri de Selincurte mbr. quarto: Sigebertus; chronologia ab Adam usque ad Ludovicum Pium; catalogus paparum et episcoporum Morinensium usque ad a. 1160.; *cf. Montf.* 1197.

Signiacensis, de quo vide Tissier bibl. Cistercius. VII, 100.

Suessionensem, quem citat Haenel p. 441. *frustra Suessonibus quaesivi, nec minus*

Atrebatensem, s. XV, qui teste Haenel p. 33. *Eusebium, H., P., S.. Martinum Polonum complectebatur.*

S. Gisleni, continebat „chronicon Eusebii, H., P., S., item aliud vetustissimum incerti auctoris“ teste Sandero in bibl. Belg. I, 246.

Alnensis, apud Sanderum II, 261.

Stabulensis, de quo cf. De Reiffemberg Philipp. Mouskes praef. p. 17.

Vallis Lucentis, cum continuatione Laudunensi, cf. supra C4*.

S. Laurentii Leodiensis, in catalogo librorum S. Laurentii, s. XII. inscripto codici eius monasterii, iam Bruxellensi 9814., *ita indicatur:* „Tripartita historia Sozomeni cum cronica Seiberti Gemblacensis monachi.“

Ottobonianus, de quo cf. Montfaucon p. 188.

7. *Falso Sigeberti nomine inscribuntur Vindobonensis Eugen.* 18. *et Bruxellensis* 14855., *qui continent Guillelmum de Nangiaco; Trevirensis* 1287. *continet Robertum Autissiodorensem; San Germanensis, quem inter Coislinianos Montfaucon p.* 1121. *citat, nunc S. Germain Franc.* 659. *s. XIV. Waitzio nostro monente chronicon est usque ad a.* 1306, *Gallica linqua scriptum, cui inter alios Sigebertus pro fundamento fuit.*

Editiones.

Editiones has habemus:

a.) *Editio princeps.* Sigeberti Gemblacensis coenobitae chronicon ab a. 381. ad 1113. cum insertionibus ex historia Galfridi et additionibus Roberti abb. Montensis, 103 sequentes annos complectentibus, promovente e. p. domino Guilielmo Parvo d. t. c. r. nunc primum in lucem emissum. Venale habetur in officina Henrici Stephani, ubi impressum est, e r. s. d. s. e. i. v. S. I. i. o. I. P. s. l. a., *in quarto. In fine:* Absolutum est Parisiis hoc Sigeberti chronicon cum non paucis additionibus per Henricum Stephanum . . . . . expensis eiusdem et Iohannis Parvi bibliopolae insignis a. D. c. t. d. 1513. calendis Iunii. *Editio per Antonium Rufum e codice* E8h., *adhibito* D2., *curata, sed non satis accurata;* nichilominus, Alience, Falconius, Fanuel, Gigunix, Brogo, Penectesel, Ramaldo, *talia, pro* Nicholaus, Alienor, Malcomus, Manuel, Guingamp, Drogo, Penevesel, Rainaldo, *vix codici imputanda fuerint. Sciens mutasse, omisisse, addidisse nil videtur editor, si ex eo, quod a.* 1025—1169. *cum* D1**. *et* E8b. *satis convenit, de reliquis coniicere licet.*

b.) *(Simon Schard)* Germanicarum rerum quattuor chronographi . . . . Francoforti ad Moenum a. D. 1566. *in fol. In fine:* Impressum Francofurti ad Moenum apud Georgium Corvinum, Sigismundum Feyrabend et haeredes Wigandi Galli 1566. *Aliquot exemplaria in titulo habent:* Parisiis apud Iacques Dupuis 1566., *alia:* Basileae, *alia:* Lugduni; *sed idem est liber, titulo tantum praefixo alio. In Sigeberto nil est nisi editio princeps recusa integra.*

c.) *Margarinus de la Bigne in* Sacra bibliotheca SS. patrum. Parisiis 1575. *et in altera editione* 1589. *fol. Sigebertum sine continuationibus ex editione principe recusum exhibet tomo VII,* 1339.

d.) Illustrium veterum scriptorum q. r. a. G. p. m. a. g. h. v. a. p. r. tomus unus . . . . ex bibliotheca Ioannis Pistorii. Francofurti apud haeredes A. Wechelii, 1583. *in fol. et altera editio* Hanoviae 1613. *in fol., in Sigeberto est Schardius redivivus, nil amplius.*

e.) *Laurentius de la Barre in* Historia christiana veterum patrum. Parisiis 1583. *in fol. editionem principem iterum expressit.*

f.) Chronicon Sigeberti Gemblacensis monachi, ad autographum veteresque codices manuscriptos comparatum; accessit Anselmi Gemblacensis abbatis chronicon, cum auctariis Gemblacensi, Affligemensi, Valcellensi et Aquicinctino,

studio Auberti Miraei. Antverpiae apud H. Verdussen. 1608. *fol. min. Miraeus primus fuit atque solus, qui auctorem nostrum dedit genuinum. Codicem Gemblacensem accurate totum expressit; nil inde reticuit, nil mutavit; additiones eius litterarum forma distinxit, quamvis non recte semper. Codicum* B2. 3*. 5. *additiones suis locis inserit, at non omnes*[38]*; alias aliunde exhibet, fontibus non indicatis*[39]*; ex his aliquot ipse confecisse videtur*[40]*. Qui in Sigeberto et Gemblacensibus eum mala fide egisse arguunt, iniuste faciunt; at in Anselmo*[41]*, in Aquicinensi et Affligemensi nimis iusta est accusatio. In hoc enim inde ab a.* 1155. *omnia tacitus omittit, quae in Friderico laudantur*[42]*, in adversariis reprehenduntur*[43]*; immo facta ipsa hoc sensu reticet*[44]*; nec in ipso codice talia calamo, immo cultro delere timuit*[45]*. Aquicinensem in a.* 1149—1164. *excerpsit tantum brevissime; abhinc dat integrum quidem, sed eodem quo* B3*. *modo castigatum; omittit non solum quae imperatori favent*[46]*, sed et alia multa*[47]*; auctorem alia dicentem facit, quam quae revera scripsit, ridiculum saepe in modum*[48]*; immo erasit in ipso codice, quae sibi non placebant*[49]*; atque ita non editorem egit, sed censorem atque falsarium. Quod in Sigeberto quoque fecisset, nisi in scriptore iam saepius edito hoc nil profici, sed suspicionem motum iri bene novisset. Quae addit continuationi Aquicinensi litteris obliquis distincta, in* B5. *non leguntur, nec, unde sumserit, scimus; illud certum, non ex uno quodam codice excerpta, sed e plurimis auctoribus ea conquisita, quaedam ab ipso composita.*

g.) *Struve in editione tertia Scriptorum Pistorianorum, Ratisbonae* 1726. *in fol. Sigebertum cum continuationibus Ursicampina, Votensi, Gemmeticensi repetiit e prima Pistorii editione; sed suo quaeque loco infersit omnia, quae Miraeus plura habet ex* 1. B2. 3*. 5.*; sub textu potiorem Miraeanae lectionis varietatem cum notis Miraei atque suis posuit; dein continuationes Anselmi, Gemblacensem, Affligemensem atque Aquicinensem ex Miraeo subiunxit, Bellovacensem ex Labbeo. Ita omnia componens quodammodo confudit; novi nil prorsus attulit praeter notulas nonnunquam bonas.*

38) ita ex B3*. triginta quinque omisit, at a. 1084. 1086. illi tribuit, quae ibi nequaquam leguntur. 39) a. 484. 529. 633. 644. 695. 701. 739. 784. 863. 881. 887. 934. 937. 953. 990. 1048. 1063. 1064. 1077. 1084. 1095. 1098. 1101. 1116. 1124. 1125. 1128. 1132. 1134. 1135. 1138. et quicquid per auctarium Aquicinense obliquis litteris expressit. 40) a. 990. *Fulquinus m. e. c. d. m.;* 1077. *Lamberti S. m. H. c. d.* et alia plura. 41) a. 1114. omisit *cum magna o. s. g. e. l. r. gloria;* 1127. *debitam;* 1133. *Romanorum avaritiam;* cf. 1131. 42) a. 1155. *floret imperium, et dominus rerum sublimis attollitur;* 1157. *quem iusticia, fortitudo et liberalitas omnibus bonis laudabilem et amabilem fecit;* 1158. *sua usus constantia;* ibid. *pius et iustus — pernans negociis;* 1161. *Timuit enim — ipse pius et dilectus omnibus habitus est, ut duces et comites Guillelmi regis Sicilie dominum suum desererent, et ad ipsum se conferrent;* et alia plura. 43) a. 1155. *pecunie inhiantes contumaciter;* ibid. *imperator semper eorum inexpletam avariciam respuens;* 1156. *ut eam perderet et hereditatem eius fraudulenter preriperet;* 1158. *qui rebelles extiterunt;* 1159. *de papatu contendunt* mutavit in *ad p. adspirant;* ibid. *Med. violatis sacramentis;* ibid. *ultra quam credi potest ammirans et exhorrens eorum perfidiam — vindicandam.* 44) a. 1156. *imperator iudicio et consilio episcoporum et archiepiscoporum relicta uxore;* 1161. *consilio principum.* Nonnunquam id risum movet, ut quum a. 1156. *in coniugium* ante *copularit* omittit. 45) a. 1155. 1158. et iam in Anselmo a. 1131. *Sicut — tangebat* et *Quamvis — indiget.* 46) a. 1169. 1172. 1173. 1180. 1181. 1191. 1194. 1196. 47) a. 1184. 1186. 1187. 1190. 1192. 1198. 48) Sic Germaniae *optimates* semper vocat *primates; timentem* mutat in *videntem; imperatoris fideles* in *adhaerentes, rebelles* in *hostes, rebellionem* in *commotionem; pietate imperatoris* in *consensu imp.; superbiam* in *animositatem; cardinalis tepide exsequitur* in *conatur exequi; dux Saxonie, malo a malis hominibus accepto consilio, contra dominum suum, imperatorem videlicet Fredericum, rebellat,* in *Henricus dux Saxonie F. imperatori rebellat;* et paulo post de eodem *venire contempsit* in *v. noluit;* et *auxilium sui domini* in *eius auxilium.* 49) a. 1131. eadem, quae in Gemblacensi et in B3*. delerat, in B5. quoque erasit, margini apponens: *Videtur hic locus expurgandus et censura dignus.* Anno 1183. in margine ascripsit: *Videntur haec caute legendu.*

h.) *Dachery in editione Guiberti Novigentensis primus Robertum de Monte dedit integrum ex codice* E, *adhibito* E4. *Nomina minus accurate reddidit; hic illic quaedam omisit; additamenta Roberti ad Sigebertum ab a. demum* 876. *exhibet, et vel ex his aliqua oblitus est. Notas non addidit.*

i.) *Bouquet atque Brial III*, 332. *V*, 375. *VI*, 233. *VII*, 249. *VIII*, 308. *X*, 216. *XI*, 163. *XIII*, 256. *XVIII*, 334. *excerpta tantum dederunt, quibus praeter editiones hic illic adhibuerunt codices* B5***. E2. 7b. 8b. d.

Nostrae editionis ratio haec fuit, ut textum Sigeberti daremus eum, quem auctor ipse edendum constituit; primariam autem formam ubivis in notis indicaremus. Pro fundamento igitur posuimus codicem 1., *quem accurate expressimus. Additiones ipsa Sigeberti manu factas, antequam primo librum ederet, in textum recepimus omnes, in notis ubivis indicantes, quid secundis, quid terciis curis adiecerit auctor. Additiones* 1 β—ε., *a Sigeberto post a.* 1105. *dictatas tum quum alteram editionem curaret, uncinis inclusimus, non quod essent spuriae, sed ut eas primario textui defuisse appareat. Quae prius ibi scripta fuerant, iam erasa, sub textu indicavimus omnia, prouti ex* A. *ea agnoscere potuimus. Additiones* 1 ζ—λ., *quas non esse Sigeberti scimus, sed post a. demum* 1136. *a variis factas, post Sigebertum relegavimus in unum collectas, nomine Auctarii Gemblacensis. E reliquis codicibus lectionis varietatem afferre integram, et superfluum erat, quippe cuius originem arbitrariam noverimus, et mole inutili notas necessarias obtexisset. Seligendas itaque putavimus eas tantum, quae vel ad dignoscendum textum primarium, vel ad discernendas familias codicum, vel ad textus editi historiam momenti aliquid habere possunt; neque transpositiones codicis* D. *indicavimus, a scriba demum Bellovacensi inventas; quas qui scire desiderat, melius discet ex editionibus. Omissa autem in variis codicibus religiose semper indicavimus, exceptis* C4*. 5. *de quibus videsis quae supra diximus. Additiones omnium codicum dedimus omnes; at non suo quamque anno insertam Sigeberto — quippe qui tanta mole oppressus foret —, sed secundum auctores distinctas collegimus, titulo Auctarii Aquicinensis, Affligemensis, Valcellensis, Hasnoniensis, Laudunensis, Corbeiensis, Bellovacensis, Mortuimaris, Ursicampini, Robertini praeponendas istis continuationibus, quae ab iisdem, quibus additiones, auctoribus scriptae, ex iisdem fontibus haustae, nil sunt nisi tales additiones sensim latius crescentes, cuius rei luculentum exemplum praebet Robertus. Ita legenti statim apparet, quaenam cuique additioni patria, quae sit aetas, quis fons, quae fides habenda; ita quae eiusdem auctoris eiusdemque monasterii sunt, non discerpuntur; historia textus melius perspicitur, et Sigeberti chronicon purum, uti conditum fuit, ita legentibus offertur. Habitum etiam operis atque formam exteriorem, qualem* 1. *exhibet et reliqui codices retinuerunt plerique, nos quoque accurate expressimus, praeter quod annos Christi, a Sigeberto per decennia tantum in margine exteriori notatos, nos cuivis anno apposuimus. Praeter haec plurimum operae collocandum iudicavimus in indagandis fontibus, ita ut quae ex aliis sumpserunt Sigebertus eiusque continuatores, ubivis forma litterarum minori exprimeremus omnia, fontes in margine indicantes.*

L. C. BETHMANN.

INCIPIT CHRONICA DOMNI

S I G E B E R T I

GEMBLACENSIS MONACHI.

Dicturi aliquid iuvante Deo de contemperalitate regnorum, primum pauca dicamus de origine singularum gentium; quatenus sequi poterimus vestigia maiorum, directi per semitas historiarum. Ponemus in prima linea regnum Romanorum, in secunda Persarum, in tertia Francorum, in quarta Wandalorum, in quinta Anglorum, in sexta Langohardorum, in septima Wisigotharum, in octava Ostrogotharum, in nona Hunorum.

De regno Romanorum non aliud dicendum puto, nisi quod Danihel propheta interpretatus est de quarto regno: quod, sicut ferrum comminuit, domat et conterit omnia, sic ab origine sui tutuderit, domuerit et contriverit omnia paene mundi regna; novissimo vero tempore regnum illud, quod in tibiis suis ferreis diutissime et firmissime sine aliqua lassitudine steterat, tandem ferro suae fortitudinis commixto cum testa humanae imbecillitatis, ex alto dominationis suae gradu cum fragore terribili labare coeperit. Hoc regnum primi Persae impulerunt, qui semper cum Romanis paene ex aequo se habuerunt, modo vero vacillante rei publicae statu, eos ultro impetere non timuerunt, et insuper eos suis finibus mutilare potuerunt, quando Iuliano apostata caeso et exercitu Romanorum miserabiliter subiugato, nimis fortunati facti sunt ex eorum infortunio. Ita regnum illud, quod tanto tempore omnes paene mundi gentes praedae et dominationi habuit, modo Dei omnipotentia miscente ei duplum in poculo, quo ceteris miscuit, cunctis gentibus paene praedae et ludibrio patuit; et qui olim cum aliis gentibus pro sola gloria certabant, modo saluti suae vix satis consulere poterant. Nam quaecunque gentes, aut minuendae domo multitudinis causa, aut amore exercendae suae feritatis, á patria sua exulabant, Romanum imperium incessebant, et de eius latissimo corpore velut partes quasdam sibi excindebant, et in eis sibi regnandi locum statuebant. Hoc in sequentibus clare apparebit.

Porro regni Persarum originem altius repetere modo non videtur utile, quia quae huius regni fuerit antiquitas, quanta et quam potens huius antiquitatis nobilitas, satis recolet lector per antiquorum historias. Hoc tantum notabo, quia sepe abusi victoria de Romanis, nunc autem recens caeso Iuliano, et exercitu Romanorum profligato, et finibus suis Romano imperio mutilato, et sic pro suo libitu pacis fœdere in viginti novem annos composito, felicitatem suam non temperanter ferebant; et Sapore rege eorum insolentius agente, christianis et Romanis omnimodis infesti erant.

Gesta r Franc. Originem gentis nostrae, regni scilicet Francorum, notificemus aliis ex relatu fideli maiorum. Post illud famosum et cunctis saeculis et gentibus notum Troianae civitatis excidium, victoribus Grecis cędentes reliquiae Troianorum, pars eorum cum Enea ad fundandum Romanum imperium ad Italiam perrexit; pars una, scilicet duodecim milia, duce Antenore in finitimas Pannoniae partes secus Meotidas paludes pervenit, ibique civitatem aedificaverunt, quam ob sui memoriam Sicambriam vocaverunt. In qua multis annis habitaverunt, et in magnam gentem coaluerunt, et crebris incursibus Hist. misc. Romanum solum incessentes, usque ad Gallias ferocitatis suae vestigia dilataverunt. Hos ádeo Romanis infestos Constans Caesar, filius Magni Constantini, bello oppressit, et tandem Romano imperio subiectos aliquantulum á sua feritate mansuefieri coegit. Post aliquot annos rebellantibus Alanis contra Valentinianum imperatorem, cum eos non posset imperator penitus debellare, eo quod eos intransibiles Meotis paludes tutarentur, proposuit Valentinianus, quod, si qua gens has paludes intrare et rebelles Alanos posset conterere, decem annis eos á tributis liberos redderet. Hac pactione Troiani illecti, et fortitudine et prudentia sua confisi, duce Priamo Meotidas paludes Romanis invias ingressi, Alanorum gentem exterminaverunt, et ita Valentiniano satisfecerunt. Valentinianus eorum virtute delectatus, eos, qui prius vocati erant Troiani, deinde Antenoridae, postea etiam Sicambri, Francos Attica lingua appellavit, quod in Latina lingua interFredeg. pretatur feroces. Alii Francos cognominatos dicunt á quodam eorum rege Frantione, qui in bello fortissimus, dum cum multis gentibus dimicasset, in Europam iter direxit, et inter Danubium et Rhenum consedit, ibique progenies eius coaProsp luit, nulliusque iugum usque ad id temporis suscipere voluit. Undecunque ergo denominati sunt Franci, quantum altius colligere potuerunt historiographi, hic Priamus regnabat super eos tempore prioris Valentiniani. Nam ex ipso regis nomine recolentes nobilitatem illius Priami, sub quo eversa est Troia, inde gloriabantur gentis suae manasse primordia. Exacto decennio, cum exactores repeterent tributa á Francis, Franci pro superiori victoria insolescentes, et de viribus suis presumentes, non solum tributa negare, sed etiam Romanis presumunt rebellare. Romani collecto exercitu super Francos irruunt, et victos usque ad internecionem proterunt.

Beda. Britanni sive Brittones, á quibus cognominata est Britannia Occeani insula, qui eam incoluerunt, á tempore G. Iulii Caesaris usque ad annum Domini 413. sub imperio Romano degerunt. Hi tempore Marci Antonini Veri, instantia Lucii Britanniarum regis, per legatos Eleutherii papae mysteria christianitatis susceperunt, in qua aliqui eorum usque martyrii coronam provecti sunt. Qui cum crebris et paene continuis Pictorum incursionibus fatigarentur, et ipsi ad resistendum inimicis imbelles inabilesque haberentur, consilio regis sui Vertiginii gentem Anglorum á finibus Saxoniae invitant, eosque contra omnes hostium assultus defensores sibi parant. Angli cum aliquandiu strenue et fortiter eos tutati fuissent, tandem dominandi cupiditate illecti, et ad hoc imbecillitate eorum adducti, quos defensandos susceperant,

illos sibi subicere deliberant. Tam violenta iniustitia indigenae Brittanni alienigenis Anglis subiugati, in ius et nomen Anglorum quasi victi concesserunt, et nunquam de subiugo eorum se excutere potuerunt [a].

Wandali quoque de Scythia oriundi, à Gothis victi, alienas terras invadere ceperunt, qui suas retinere non potue- Iord.
runt. Hos circa Danubium commorantes, rursum post multum tempus Giberich Gothorum rex bello victos inde exturbavit, et ad hoc perpulit, ut quas quoquo modo habere videbantur relictis sedibus, Romano imperio se subderent, et à Constantino Magno locum habitandi sibi dari suppliciter peterent. Quod et impetraverunt, et Pannonias ab eo sibi delegatas per sexaginta annos pacifice inhabitaverunt. Unde anno Archadii 13. et Honorii, evocati instinctu Stiliconis rebellionem contra rem publicam meditantis, infuderunt se per Gallias, iunctis sibi Alanis, easque aliquandiu miserrime dilaceraverunt. Etiam inde eos expellebant Gothi, non quidem prospicientes Galliarum quieti, sed vacuefacientes patriam suae rapacitati. Wandali Hispanias aggressi, nunc Hispanias, nunc Gallias multo tempore depopulati sunt; sed nec ibi à Gothis tuti esse potuerunt. Quippe quia Gothi nimis Italiam inquietabant; Honorius, deliberato cum suis consilio, Hispanias et Gallias, quas sibi à Wandalis aliisque gentibus praereptas dolebat, Gothis rata confirmatione donavit. Cum ergo Gothi à finibus sibi deputatis Wandalos aliosque hostes effugare maturarent, et Wandali undique conclusi timore Gothorum aestuarent, peccatis populi facientibus, inopina et grata occurrit eis felicitatis oportunitas. Nam inter Bonefacium et Aethium Romanos duces per invidiam orta simultate, Bonefacius factus inferior, cum dolorem suae iniuriae nollet ulcisci nisi damno et periculo rei publicae, ad Hispanias transivit, et Wandalos ad occupandam Libiam et Affricam invitavit. Quo cum pervolassent, ibi regnum suum multo tempore confirmaverunt, et divina et humana sine aliquo respectu humanitatis vel divinitatis perturbaverunt.

Winilorum, qui postea patria lingua Langobardi à longis barbis vocati sunt, certam quidem originem legimus, sed certum Paul. Diac.
originis eorum tempus non invenimus. Nam reges regnasse super eos legimus, quorum etiam nomina didicimus, sed annos regni eorum per tempora distinctos non invenimus. Hi in Scandinavia Scythiae insula degentes, cum ita multiplicati essent, ut eos terra sua capere non posset, egressione tertiae partis minuere multitudinem consilium habuerunt, et quinam exire deberent, missa sorte quaesiverunt. Ergo tertia pars Winilorum, prout eos missa sors elegerat, ducibus Agion et Ibor de Scandinavia insula egressi, de loco in locum ibant, incerti et vagabundi; et à multis saepe bellis impetiti, viriliter, quia pro anima res erat illis, salutem et libertatem suam defendebant. Porro Agion et Ibor mortuis, regnavit primus super eos Agelmundus 23 annis. Qui dum ageret se iusto securius, à Bulgaribus cum multis suorum est extinctus. Lamissio regnavit secundus, et post eum 40 annis regnavit Lethu tertius, Ildehoch quartus, Gudeoc quintus, eo tempore quo Odoacer regnabat in Italia. Sextus Langobardorum rex fuit Claffo, septimus Tato, octavus Waltarith, nonus Audoin, qui Langobardos in Pannoniam duxit; decimus Alboin, qui transductis in Italiam Langobardis, regnum eorum ibi firmissime stabilivit.

At Gothorum, qui apud antiquos Getae dicti sunt, quique postea divisi, duo ex se regna, id est Ostrogotharum et Iord.
Vuisigotharum, fecerunt, talem originem fuisse cognovimus ex historia Iordanis. Isti Scanciam Scythiae insulam primo incoluerunt. Cuius possessione non contenti, cum rege eorum Berich inde exierunt, et vicinas Scythiae insulas et terras peragrantes, vicinas gentes bellis lacessebant, et terrore nominis sui finitimas gentes sibi subigebant. Post sub Filimere quinto rege suo ad ulteriora Scythiae progressi, ad citeriores usque ripas Danubii, terras Traciae, Daciae, Mesiaeque diu longe lateque sunt pervagati. Ibi per multa tempora, immo per multa saecula, in gentem magnam coaluerunt, et multas gentes victoriis suis applicantes, nomen et fortitudinem suam amplificaverunt. Viribus vigentes, ingenio callentes, philosophiae quoque disciplinis eruditi, nativam barbariem exuentes, humanitate et honestate aliis barbaricis gentibus preminebant. Tempore autem Decii imperatoris, transito Danubio cum Gniva rege suo, graviter incubabant Romano imperio. Qui à Decio impetiti bello, exercitu Romanorum protrito, ipsum Decium peremerunt cum filio Decio. Hac felicitate elati et saepe postea in congressu Romanis ducibus superiores effecti, toti orbi Romano erant terrori. Isti adhuc trans Danubium constituti, tempore Valentis imperatoris coeperunt civili bello inter se collidi. Athalaricus dux unius partis cum prevaluisset Fritigerno duci alterius partis, Fritigernus à Valente auxilium petit, christianum se fieri promittit. Valens auxilium mittit, eosque in sectam Arrianorum, Arrianus ipse, induci fecit. Anno 13° Valentis Huni, qui et ipsi in Scythia potenter debachabantur atque ferociter, nacti opportunitatem ex intestina Gothorum simultate, fines eorum ex improviso invadunt, eosque bello victos aut sibi subiugant, aut captivitate excruciant, aut patria eliminant. Ita Gothi, qui multas gentes subdiderant suo servitio [b], Hunorum subduntur dominio, et nimis eorum potentiam adaugent, dum omnes qui Gothis serviebant, per Gothos Hunorum principatui parent. Taliter Huni in omni pene Scythia principatu et fortitudine cunctis preminebant. Gothi victi partim se, Danubio transito, ingesserunt finibus Romani imperii, et à Valente petierunt terram ad inhabitandum sibi dari. Qua re impetrata, cum aliquandiu se continuissent ab omni armorum insolentia, tandem Romanorum avaritia coacti et rei familiaris inopia, in ipso imperii sui sinu gravia concitaverunt prelia. Quibus Valens imperator occurrens, bello victus ab eis et igni crematus, iusto Dei iudicio, rei publice nimiam intulit incommoditatem, hostibus vero auxit elationem. Hi ergo Gothi, qui Romano imperio incubabant, Wisigothas se, id est occidentales Gothos, nominabant, et per multos annos occidentales Romanorum fines usque ad ipsas ulteriores Hispanias infestabant, ubi etiam postmodum in regnum coaluerunt. Porro Gothi, qui in patrio solo trans Danubium sub Hunorum dominio remanere passi sunt, regulos quidem suae gentis habuerunt, et sese Ostrogothas, id est orientales Gothos appellaverunt. Qui et ipsi postea per Theodericum regem suum à Zenone imperatore Italiae regnum dono acceptum per multos annos tenuerunt. Ita Gothi quasi duobus capitis sui cornibus orientem et occidentem ventilantes acerrime, duo ex se regna creavere, scilicet Wisigotharum in Hispania et Ostrogotharum in Italia.

De regno Hunorum, quod in omni paene Scythia tenebat principatum, ipsa gentis barbaries me silere faceret, nisi Iord.
illud famosum Galliarum et Italiae excidium me loqui cogeret, quando per Attilam eorum regem iudicium Dei se longe lateque effudit, quem quasi gladium limatum et exacutum de vagina indignationis suae super peccatrices gentes Deus distrinxit. De eorum ergo origine quae in antiquorum leguntur historiis, aperiam paucis. Filimer Gothorum rex, Gadarici magni filius, qui post egressum Scantiae insulae iam quinto loco tenuit principatum Getarum, et terras Scythiae cum sua gente introiit, repperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas Gothico sermone Aliruunas dicunt; easque habens suspectas, de medio sui proturbavit, longeque ab exercitu suo fugatas in solitudine coegit errare. Quas sil- H. misc. XII.
vestres homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant, per desertum vagantes dum vidissent, et earum complexibus se in coitu miscuissent, genus hoc ferocissimum ediderunt, quod fuit primum inter paludes Meotidas; minutum, tetrum atque exile quasi hominum genus, nec alia voce notum, nisi quod humani sermonis imaginem assignabat, et quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes, terribilitate fugabant: eo quod

a) *Horum loco de Britannis interpolationem ex Galfrido habent* D1''. ESh. *indeque editiones praeter Miraeum omnes.*
b) dominio *superscripto ab eadem manu* servitio 1., *nil expungens.*

erat eis species pavendae nigredinis, et velut quaedam, si dici fas est, deformis offa, non facies, habensque magis puncta, quam lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aspectus. Qui etiam in pignora sua primo die nata desaeviunt. Nam maribus ferro genas secant, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt, et sine venustate effębi sunt; quia facies ferro sulcata, tempestivam pilorum gratiam cicatrice absumit. Exigui quidem forma, sed arguti, motibus expediti, et ad equitandum promptissimi, scapulis latis, et ad arcus sagittasque
Iord. parati, cervicibus firmis, et superbia semper erecti. Hi vero sub hominum figura, vivunt belluina saevitia. Tali ergo stirpe procreati Huni, cunctis vicinis gentibus erant borrori et formidini. Horum potentiam auxit victoria de Gothis, manentibus trans ripas Meotidis fluminis, qui in Scythia pollebant gloria singularis potentiae et fortitudinis. Quam victoriam hoc modo Huni adepti sunt. Venatores Hunorum, sequentes vestigia cervae Meotidas paludes transeuntis, quas inpervias esse hactenus putabant, Scythicam regionem diligenter explorant, explorata omnia Hunis nuntiant, ad transeundum eos animant. Horum ducatu paludibus transitis, velut quidam turbo subito incubuerunt gentibus Scythicis, easque omnes subiugaverunt sibi, ipsosque Gothos caeteris imperitantes aut preminentes expulerunt sedibus suis. Hoc felicitatis successu Huni inter caeteras Scythiae gentes elati per victoriam de Gothis, per annos fere octoginta laboraverunt ad concussionem et ruinam mundi. Ab hac ergo eorum victoria usque ad mortem Attilae regnum eorum in hoc annotabimus opere.

Extra has et aliae gentes fuerunt, quae Romanum imperium dilaceraverunt, id est Gépides, Alani, Turchi, Bulgares, et aliae plures, quae omnes ab aquilonis plaga exierunt; ut super hoc fortasse videatur dictum per prophetam: *Ab aquilone pandetur malum super universam terram.*

Ordiamur ergo telam narrationis nostrae ab anno Domini 381., quo anno post mortem Valentis Valentinianus minor et Gratianus, filii maioris Valentiniani, incipientes simul regnare, regnaverunt annis 6. Ab hoc anno Sapor, qui diu imperaverat Persis, imperavit annis 28. Ab hoc anno Britanni sub imperio Romano fuerunt annis 30[a]. Ab hoc anno Wandali cum rege suo Modigisilo per Gallias crudeliter debacchati sunt annis 33[b]. Super Francos in Sicambria commorantes, regnabat Priamus[c]. Alii scribunt, eum periisse in bello, quo, ut diximus, Franci nimis attriti sunt ab exercitu prioris Valentiniani, et de Sicambria exire compulsi. Fritigernus, qui super Wisigothos aliquandiu regnaverat, ab hoc anno 3 annis regnavit. Ostrogothis in patrio solo sub Hunorum dominio remorantibus preerat Winitharius; eisque ab hoc anno usque ad mortem Attilae per annos plus minus 80 prefuerunt reguli gentis suae. Balamber Hunis imperabat, qui, et post eum Mundzuch pater Attilae, Octar et Rugila fratres eius, Bleda et Attila, frater eius, ab hoc anno usque ad mortem Martiani imperatoris regnaverunt annis plus minus 80. Anno ab Adam 4331.[d] secundum Dionisium, anno vero Domini 381. secundum Dionisium, Olimpiadis 289. anno 4. post mortem impii Valentis imperant

GRATIANUS ET VALENTINIANUS. SAPOR. PRIAMUS. BRITANNI. MODIGISILUS. FRITIGERNUS. WINITHARIUS. BALAMBER.

381. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

Prosp. Theodosius a Gratiano magister militum ordinatus, incredibili celeritate et mira felicitate devictis multis barbaris gen-
Cass. tibus, lassam rem publicam in orientis partibus reparavit. Clarebant eo tempore Damasus Romae, 13[um] papatus annum
Hier. de vir. ill. agens; Didimus Alexandrinus, qui á quarto aetatis anno lumine captus, quamvis esset elementorum ignarus, tamen in litterarum scientia etiam philosophis erat mirabilis; Hieronimus, totus divinae scripturae incumbens; Gregorius Nisenus,
H. m. Cass. Idac. Gregorius Nazanzenus, Martinus Turonensis episcopus, Ambrosius Mediolanensis, Rufinus Aquileiensis presbiter; in Aegypto Pachomius abbas, Meletius Antiocenus episcopus, per hoc clarior, quod Theodosius in somnis previdit, se ab eo indui clamide imperiali et diademate coronari.

382. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.

Prosp. Gratianus valde religioni favet, et per omnia rei publicae promptus, Theodosium consortem imperii facit. Paula
Hier. vita S.P. inter nobiles Romanorum matronas prenobilis, abrenunciat mundo. Psalterium quod secundum LXX interpretes in om-
Hier. praef. in Psalm. nibus aecclesiis cantabatur, Hieronimus correxit. Quo iterum vitiato, psalterium novum composuit, quod et á LXX interpretum editione non multum discordaret, et cum Hebraico multum concordaret. Quod ut omnibus clarum fieret, ipsum psalterium distinxit per asteriscos, id est stellam ✠, et per obelos, id est virgam iacentem ⟝, docens ea quae continentur sub asterisco ✠ usque ad duo puncta in Hebreo haberi et á LXX pretermissa esse; ea vero quae continentur sub obelo ⟝ usque ad duo puncta in Hebreo non haberi, sed á LXX addita esse, iuxta Theodotionis dumtaxat translationem[e]. Hoc psalterium Damasus papa rogatu Hieronimi in Gallicanis aecclesiis cantari instituit, et propter hoc Gallicanum vocatur; Romanis psalterium secundum LXX retinentibus sibi, propter quod Romanum vocatur. Haec duo psalteria cum non sufficerent ad proponenda testimonia de Christo contra Iudeos, qui non recipiunt nisi ea quae habentur in Hebreo, addidit et tertium, quod vocatur Hebraicum, pro eo quod rogatu Sophronii viri sapientis transtulit illud de Hebraica veritate in Latinum verbo ad verbum. Quod psalterium et alia Hieronimi opuscula idem
Beda. Gennad. Idac. Sophronius de Latino in Grecum transtulit. Teophilus Alexandriae episcopus cyclum de observatione paschae per centum annos digestum, quem laterculum vocavit, ab hoc anno incohavit, hoc est á primo consulatu Theodosii. Damasus papa rogatu Hieronimi, instituit dicere in aecclesia in fine psalmorum: Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto,
G. pont. Sicut erat. Instituit etiam psalmos in aecclesia nocte dieque cantari[f]. [Ut autem chori in duas partes divisi, ipsos psalmos alternatim cantarent, iam tempore Constantii imperatoris in aecclesia Anthiocena instituerant primi Flavianus et Diodorus, viri probatae vitae et doctrinae; quod inde ad terminos totius orbis usque pervenit.]

383. 3. 3. 3. 3. 3. 3. 3. 3.

Prosp. Maximus in Britannia per tyrannidem imperium arripit. Post Frithigernum secundus apud Wisigothas regnat
Idac. Athanaricus anno uno; qui confoederatus Theodosio, et ab eo Constantinopolim invitatus, mox 15. die ex quo venerat
cf. Hier. ibidem obiit. Basilius Cesariensis, qui gemina philosophia et sanctitate claruerat; cui Deus apparens ad precem eius eum docuit, ut propriis verbis sanctum sacrificium consecraret; cui revelatum est, quod Mercurius miles et martyr Iulianum imperatorem peremerit; qui iuvenem, qui ob amorem virginis sibi per diabolum conciliatae negaverat Christum, reconciliavit Christo, palam altercans cum diabolo; qui impetravit á Deo, ut sanctus Effrem Syrus Grece loqueretur; qui peccata peccatricis scripta et signata orando oblitteravit: his et multis aliis clarus, dum medicus Hebreus imminere sibi mortem per tactum venae revera pronuntiaret, mortem orando in crastinum distulit, et ita medicum cum suis ad

a) *Sig. primum scripsit* XXX[ta]III, *sed* III *detersum, ut videtur, ab ipso statim postquam erat scriptum; nam quod reliquis numeris semper imponit* [b]; *hic deest.* XXX *habent soli* A. F1. 2. b) XXXII *habent* A. F1. 2. c) ab hoc anno annis quinque *addit in* 1. *manus incerta, et* B3*; *desunt reliquis.* d) *ita* 1. *primo.* A. B4*. C1. 3. IVCCCXXXII[o] *postea correxit* 1. VDLXXVIIII C2*. D. e) i. T. d. t. *postea alius, fortasse Anselmus, erasit et post* concordaret *posuit, ubi habent* F1. 2; *desunt* A. B3*. F3. f) Inst. — cantari *in rasura dimidiae lineae Sig. cur. sec. Sequentia* Ut autem — pervenit *in margine post addidit* 1[8]; *desunt uni* A. *defuerunt igitur primae editioni anni* 1105.

Christum convertens, feliciter moritur. Damasus papa invidiose adulterii accusatus, purgatur à 44 episcopis, accusatores G. pont.
eius vero ab aecclesia expelluntur. Apollinaris Laodiceae episcopus, conversus in heresim sui nominis, à Damaso Cass.
papa damnatur, quia dicebat, quod Christus natus solam carnem, non animam susceperit, aut si suscepit, non rationalem,
sed tantum vivificalem animam susceperit, sed potentia deitatis susceptae carni pro anima fuerit, et ipsa caro non de
Maria suscepta sit, sed caro et verbum unius substantiae fuerint a.

	ROMANORUM.	PERSARUM.	FRANCORUM.	BRITANORUM.	WANDALORUM.	WISIGOTHORUM.	OSTROGOTHORUM.	HUNORUM.	
384.	4.	4.	4.	4.	4.	4.	4.	4.	

[Damasus papa decrevit, ne quid contra episcopos presumant archidiaconi, qui dicuntur etiam corepiscopi, id est regio- Pseud. Dam.
num vel villarum episcopi. Chore enim Grece, villa vel regi Latine b. l.] Maximus Pictos et Scottos Brittanniam incur- Prosp.
santes superat. Wisigothi sine rege sub Theodosio fuerunt annis 13. Winitharius rex Ostrogothorum pro liber- Isid. Iord.
tate contra Hunos rebellat in Gothia. Ambrosius episcopus libros de Spiritu sancto ad Gratianum imperatorem scribit. Prosp.
Corpus Pauli Constantinopolitani episcopi, sub Constantino in exilio ab hereticis suffocati, Constantinopolim refertur Cass.
cum gloria à Theodosio imperatore.

385.	5.	5.	5.	5.	5.	1.	5.	5.	

In Gallia sanctus Romanus Blaviensis obiit. Theodosius Arcbadium filium suum augustum facit. Iustina mater Beda. Prosp.
Valentiniani Arriana in Ambrosium et omnem sanctam aecclesiam catholicam execrabili odio desevit. Francis post G. r. F.
Priamum Priami filius Marcomirus et Sunno, filius Antenoris, principantur annis 36. Quorum ducatu Franci Sicambria
egressi, consedere secus Rhenum in oppidis Germaniae. Winitharius Hunos in bello superat. Iord

386.	6.	6.	1.	6.	6.	2.	6.	6.	

Maximus in Gallias transit, et Gratianum imperatorem Lugduni perimit; fratrem vero eius Valentinianum simulato pacis Beda.
foedere per triennium Italia expellit. Theodosius solus annis 11 imperat. Balamber rex Hunorum Winitharium Iord.
in bello perimit; post quem secundus apud Ostrogothas regnat Hunimundus annis 2. Secunda synodus universalis Beda.
150 patrum Constantinopolim congregatur, iubente Theodosio et annitente Damaso papa; quae Macedonium negantem
Spiritum sanctum Deum esse condemnans, consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum esse docuit, dans symboli
formam, quam tota Latinorum et Grecorum confessio in aecclesia ad missas sollemnibus diebus decantat. Hic decretum
est, ut Constantinopolis tanquam novae Romae episcopus post Romanum pontificem habeat privilegium. Priscillianus Marian.
in Hispania episcopus condens heresim sui nominis, aecclesiam perturbat. Hic personas sanctae Trinitatis confundebat, August. de haeres. 70.
dicens eundem esse Patrem quem Filium et Spiritum sanctum. Carnium escas pro immundis habebat; coniuges, viros à
nolentibus feminis, feminas à nolentibus viris separabat; opificium omnis carnis non Deo bono et vero, sed malis angelis
assignabat; animas eiusdem naturae et substantiae, cuius est Deus, esse dicebat, et eas ad agonem quendam spontaneum,
non tamen in terris exercendum, per septem caelos et per quosdam principatus gradatim descendere et in malignum
principem incurrere, à quo mundum istum factum esse dicebat, atque ab hoc principe per diversa carnis corpora semi-
nari; homines vero fatalibus stellis colligatos, corpusque nostrum secundum 12 caeli signa compositum esse dicebat, con-
stituens Arietem in capite, Taurum in cervice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, Leonem in manibus,
Virginem in ventre, Libram in umbilico, Scorpium in coxis, Sagittarium in virili, Aquarium
in vesica, Capricornum in tibiis, Pisces in plantis. Super bis auditus in conciliis episcoporum, Ro- Idacius.
mam petit, ibique à sanctis Damaso et Ambrosio repudiatus, in Galliis quoque in synodo Burdegalense à sancto Marian.
Martino c aliisque hereticus iudicatus, ubi se damnandum intellexit, imperatorem Maximum appellat. A quo auditus et
episcopatu pulsus, Treveris ab Euodio prefecto perimitur cum multis suis sequacibus, edicente imperatore, ut huius
sectae complices in Hispania perimerentur. Itachius et Ursatius episcopi accusatores Priscilliani communione aecclesiae
privantur ab episcopis, nefas esse dicentibus, cuiuscunque modi hominem episcoporum accusatione necari, Maximo impe-
ratore et aliquibus episcopis Itachium et Ursatium defendentibus. Et hac de causa sanctus Martinus à Maximo molesta-
tur, quia nolebat communicare Itachianis. Vix tamen obtinuit, ut Priscillianistae non occiderentur. Paula Romae pre- Hier. vita S. P.
ponens Bethleem, ibi cum filia Eustochio ancillatur Christo, et sancte vivendo multas ad emulationem sanctitatis incitat.

387.	1.	7.	2.	7.	7.	3.	1.	7.	

Siricius Romanae ecclesiae 37us d presidet. Hic constituit, hereticum poenitentem per impositionem manus sacerdota- Prosp.
lis ab aecclesia esse recipiendum. Hic Manicheos Romae inventos exsiliavit. Ambrosius episcopus ritum antipho- G pont.
nas in aecclesia canendi primus ad Latinos transtulit à Grecis, apud quos hic ritus iamdudum inoleverat, ex instituto
Ignatii Antiocheni episcopi et apostolorum discipuli, qui per visionem in caelum raptus, vidit et audivit, quomodo angeli Cass.
per antiphonarum reciprocationem ymnos sanctae Trinitati canebant. Franci Quintinum et Eraclium Romanorum duces
cum omnibus paene suis iuxta Treverim delent. In Egypto Iohannes anachorita sanctitate et prophetiae spiritu claret. Prosp.

388.	2.	8.	3.	8.	8.	4.	2.	8.	

Corpora Gervasii et Prothasii martirum Mediolani ab Ambrosio reperta sunt. Ostrogothis regnat Horismud Prosp. Iord.
annis duobus.

389.	3.	9.	4.	9.	9.	5.	1.	9.	

Valentinianus imperator Maximum fugiens, Constantinopolim venit, et à Theodosio paterne suscipitur. Augustinus Prosp.
cum esset Manicheus, per Ambrosium ad rectam fidem convertitur, et relictis scolis baptizatur. Beda. Prosp.

390.	4.	10.	5.	10.	10.	6.	2.	10.	

Maximus tirannus ab Ambrosio excommunicatus, quia corrigi noluit, à Theodosio Aquileiae in bello peri- Idacius. Iord.
mitur; et Valentinianus imperio restituitur. Ostrogothi sine rege fuerunt annis 40.

391.	5.	11.	6.	11.	11.	7.	1.	11.	

Theodosius imperator immane facinus, quod commisit, quando Thesalonicae septem milia civium fecit occidi in ultionem Prosp.
iudicum in seditione occisorum, imitabili publicae penitentiae exemplo diluit, ab Ambrosio aecclesia exclusus et humili
satisfactione reconciliatus. Gregorius episcopus Nazanzenus obiit. Ambrosius post Hilarium Pictavensem ib.
ymnos in aecclesia canendos primus composuit. Claudianus gentilis poeta Romae claret.

392.	6.	12.	7.	12.	12.	8.	2.	12.	

Caput Iohannis baptistae à Theodosio imperatore Constantinopolim translatum est. Quod cum Valens imperator olim Mar. Cass.
illuc voluisset transferre, vehiculum, in quo sanctum caput ferebatur, nullo modo moveri potuit.

a) Basilius — fuerint *in rasura Sigeb. cur. sec.* b) Damasus — Latine *in rasura* 1. *desunt uni* A. c) a sanctis —
Martino *Sig. ipse in rasura, sed eodem quo reliqua atramento, igitur statim, quum totus codex conficeretur, non curis secundis scripta.* d) XXXVI *et sic porro* B. C. D. E. *cf. a.* 399. D cf. Mon. Legg. II, 2. 33.

393. R. 7. P. 13. F. 8. B. 13. W. 13. W. 9. O. 3. H. 13.

Prosp. Terribile in caelo signum columnae per omnia simile apparuit. In Hispania Prudentius lyricus poeta claret.

394. 8. 14. 9. 14. 14. 10. 4. 14.

Beda. Hieronimus librum illustrium virorum hic finit; Gennadius ablıine incipit. Alexandriae iussu Theodosii templa
Prosp. idolorum á Theophilo episcopo destruuntur, et everso famoso Serapis fano, martyrium ibi consecratur, et in eo ossa
Rufini h. e. Iohannis baptistae reconduntur; quae hoc modo Alexandriam translata fuerant. Apostata Iuliano imperante et contra Christum furente, pagani ossa Iohannis baptistae in urbe Samaria sepulti effracto sepulcro extrahentes dispergebant per agros, eaque rursus collecta igni cremabant, et sanctos cineres pulveri immixtos per aera dispergebant. Sed quidam monachi ex Hierosolimis immixti furentibus paganis, quotquot potuerunt ossa collegerunt et ad abbatem suum Philippum
Marian. Hierusalem detulerunt. Philippus ea Athanasio episcopo Alexandriae misit. Sanctus Patricius Scottus in Hibernia cum suis sororibus venditur; ubi cum esset regis porcarius, angeli sepe colloquio fruitur.

395. 9. 15. 10. 15. 15. 11. 5. 15.

Arsenius Romae claret, qui usque ad 40um aetatis annum in aula imperatorum gloriose militans, ex senatore fit monachus, et per annos 55 in eremo sanctitatis exemplo omnibus mirabilis enituit. Hieronimo scripturas sacras veteris testamenti de Hebraica veritate in Latinam linguam vertente, editio LXX interpretum, quae tenebatur á cunctis et Grecis et Latinis, coepit in secundis haberi. Quod contra inveteratum aecclesiae usum fieri quamvis sancti et docti viri egre ferrent, prevaluit tamen auctoritas Hebraicae veritatis, postquam patuit, quantum ab ea discreparent LXX interprētes.

396. 10. 16. 11. 16. 16. 12. 6. 16.

H. m. Hoc tempore in castello Iudeae Emaus natus est puer perfectus, ab umbilico et sursum divisus, ita ut haberet duo pectora et duo capita, et unusquisque sensus proprios; et unus edebat et bibebat, et alter non edebat; unus dormiebat, et alter vigilabat; nonnumquam insimul dormiebant, insimul tamen ludebant ad alterutrum, et flebat uterque, et percutiebant invicem. Porro vixerunt annis ferme duobus, et unus quidem mortuus est, alter vero supervixit diebus quatuor.
Marian. Valentinianus imperator nimia austeritate Arnogastis magistri militum ad vitae taedium perductus[a], laqueo vitam
Beda. finivit. Eugenius auxilio Arbogastis tyrannizat. Corpora Abacuc et Micheae prophetarum revelantur. Didimus Ab Oculis anno aetatis 85o Alexandriae obiit.

397. 11. 17. 12. 17. 17. 13. 7. 17.

Prosp. Theodosius Eugenium et Arbogastem in bello perimit, et ipse non multo post obiit. Post quem filii eius Archadius et
V. Ambr. Honorius imperant annis 13. Corpora Nazarii et Celsi martirum Mediolani ab Ambrosio reperta et levata sunt.

398. 1. 18. 13. 18. 18. 14. 8. 18.

Prosp. Constantinopolis iram Dei formidans, igne super nubem terribiliter fulgente, ad penitentiam conversa evasit. Rufinus magister militiae orientalis rebellans, a Stilicone magistro militiae occidentalis perimitur. Gildo comes Africae rebellans, consueta stipendia Romanis subtraxit, quem non multo post Stilico interficiens, Africam ad ius pristinum
Iord. redegit. Wisigothi rupto cum Romanis fędere, Alaricum super se regem creant, qui regnavit annis 18[b].

399. 2. 19. 14. 19. 19. 1. 9. 19.

G. pont. Anastasius Romanae aecclesiae 37us[c] presidet. Sanctus Martinus secundum quosdam obiit hoc anno. Florebant in
Marian. Cass. aecclesia hoc tempore sancti et docti viri, Iohannes Crisostomus Constantinopolis episcopus, sanctitate quidem et scientia
Marian. clarus, sed in facundia sua severior et liberior iusto; Donatus Epiri episcopus, qui ingentem draconem expuens in ore
Gennad. eius interfecit, quem octo iuga boum vix trahere potuerunt ad cremandum; in Hispania Orosius historiographus; in Aquitania Severus, qui vitam Martini et alia multa scripsit, qui in senecta a Pelagianis seductus, silentium usque ad
V. Servat. mortem tenuit, tacendo corrigens, quod loquendo peccavit. In Gallia Severinus Agripinensis, Servatius quoque decimus Tungrensium[d] episcopus, Domini nostri Iesu Christi consanguineus, non solum ex eo quod voluntatem Dei patris facie-
Gen. Servat. bat, sed etiam secundum carnem. Qui natus quidem in Perside filius fuit Emmiu, cuius pater fuit Eliud frater Elisabeth, quae peperit Iohannem baptistam. Mater vero Eliud et Elisabeth, Esmeria, soror fuit Annae, quae genuit Mariam matrem Domini.

400. 3. 20. 15. 20. 20. 2. 10. 20.

H. m. Romanorum provincias hinc Wisigothi, inde Huni graviter incursant. Romae celebrato gladiatorio ludo, Telemachus monachus increpans populum attentius spectaculo inhiantem, lapidatur á populo. Unde offensus Honorius imperator, gladiatorium ludum edicto suo imperpetuum removit.

401. 4. 21. 16. 16. 21. 3. 11. 21.

Imperatores zelum patris sui Theodosii secuti, iubent in toto orbe Romano templa idolorum destrui. Hieronimus et Rufinus Aquileiensis presbiter, orta inter se simultate pro quaestionibus scripturarum, libros invectivarum satis quidem luculento, sed nimis mordaci sermone in alterutrum conscribunt.

402. 5. 22. 17. 22. 22. 4. 12. 22.

(Prosp.) Sanctus Martinus aetatis anno 81, episcopatus vero 26. obiit hoc anno secundum Prosperum, qui scribit, eum obisse
(Sev.) anno 5o Archadii et Honorii; immo secundum Severum, qui scribit in vita eius[2], eum post mortem Priscilliani sedecim annos vixisse.

403. 6. 23. 18. 23. 23. 5. 13. 23.

V. Ambr. Ambrosius Mediolanensis obiit, cuius vitam Paulinus Nolanus episcopus ad Augustinum episcopum describit. Hic
Prosp. Paulinus Nolae postmodum episcopus, cum esset innumerabilium prediorum dominus, amirabili exemplo venditis
Idac. omnibus religionem elegit expeditus; cui Terasia ex coniuge soror facta, aequatur beatae vitae testimonio et merito.
H m. Hic se episcopum pro captivo filio pauperis viduae in servitutem barbari addixit; sed divinitus proditus quis esset, multos captivos libertati restituit. Hoc tempore in Italia Sisinnius, Martirius et Alexander á gentilibus martirizantur. Quorum corpora cum Mediolanum deferrentur, cecus per eos illuminatur, dicens, se illuc per visum directum esse ab
H. m. Ambrosio episcopo, dicente, se in horum martyrum consortio deputatum esse. Stilico pacem fratrum imperatorum interturbare volens, Alaricum regem Gothorum fecit ordinari magistrum militum[3].

b) Hoc — perductus *primo duabus lineis continebantur. Sed his erasis, Sig. ipse statim, non curis secundis, ut ex atramento apparet, et in rasura et in margine inferiori ea ita ampliavit, ut nunc leguntur.* b) *ita falso* 1. F2. XV *plurimi alii.* c) *ita* 1. *e corr., rell.* d) Trungrensium 1.

2) potius in dialogo de virt. sancti Mart. III, 15. HIRSCH. 3) falso; bis id factum, primum ab Arcadio, deinde ab Attalo.

404. R. 7. P. 24. F. 19. B. 24. W. 24. W. 6. O. 14. H. 24.
Innocentius Romanae aecclesiae 38us presidet[a]. Hic decrevit pacis oseulum ad missas dari, sabbato ieiunium celebrari, oleo ad usus infirmorum ab episcopo conseerato licere uti non solum presbiteris, sed omnibus etiam christianis, in suam suorumque necessitatem unguendo. G. pont.
In Britannia Pelagius exe- Prosp.
crabili doctrina aecclesiam Christi maculare nititur, dicens, hominem sine gratia Dei posse salvari suis meritis; unum- Aug. de haeres. 88.
quenque ad institiam propria voluntate regi; infantes sine peccato originali nasci, sed tam insontes esse, quam insons fuit Adam ante prevaricationem; nec ideo baptizandos esse, ut á peccato solvantur, sed ut per adoptionem in regnum Dei ammittantur; qui etsi non baptizentur, esse tamen eis extra regnum Dei aeternam et beatam vitam; Adam solum suo peccato lesum esse, eumque mortuum esse non ex eulpae merito, sed ex conditione naturae; qui moriturus fuisset, etiamsi non peccasset. Dicebat etiam, irritas esse orationes, quae fiunt ab aecclesia, sive pro infidelibus sive pro fidelibus. Hunc et Caelestium et Iulianum complices eius Innocentius papa damnavit. Hieronimus quoque, Augustinus et alii eos ut fidei hostes armis veritatis impugnabant. Orientales etiam Cass.
graviter exagitat mota de Deo questio, utrum Deus sit corpus et humanum seema habeat, an sit incorporeus et ab humano seemate omnino alienus; simplicioribus Deum corporeum et sub humano seemate esse astruentibus, aliis hoc destruentibus.

405. 8. 25. 20. 25. 25. 7. 15. 25.
Romae Alexis Romanorum nobilissimi vita mirabilis declarata est; qui prima nuptiarum nocte sponsam relinquens, cf. Ann. Leod.
pro Christo peregrinatus est per sedecim annos, et tandem apud Edissam Syriae urbem imagine sanctae genitricis Mariae cum divulgante, inde quoque fugit, et ad portum Romanum non sponte appulsus, á patre suo ut pauper excipitur. Ibique nulli cognitus sedecim annos agens, tenore vitae suae in carta descripto[b], obiit, et divina voce manifestatus, totam Romam stupore et gaudio affecit. Iohannes Crisostomus Eudoxiam, uxorem Archadii imperatoris, multosque sacerdotum infestos H. m.
habens, episcopatu pellitur et exiliatur. Sed populo pro hoc tumultuante, revocatur. Secundo exsiliatur, sed terremotu regiam urbem graviter concutiente, á civibus revocatur. Pachomius abbas 110. annum agens, in virtutibus consummatur.

406. 9. 26. 21. 26. 26. 8. 16. 26.
Archadius imperator ossa Samuelis prophetae á Iudea Constantinopolim transtulit, tam hilariter occurrentibus populis, ac si eum viventem cernerent. Paula Bethleem obit, cuius vitam Hieronimus scribit. Augustinus in aecclesia philoso- Vita S. Aug.
phatur; cuius librorum, tractatuum et epistolarum numerus plus quam ad mille triginta extenditur, multis numero non comprehensis.

407. 10. 27. 22. 27. 27. 9. 17. 27.
Ragadaisus Scyta cum ducentis milibus Gothorum á Scytia veniens, Italiam invadit. Ex hoc murmur multus blas- Prosp.
phemantium infremit in Christum, et christianitatis tempora eulpantes, felicitatem gentilium attollunt. Inter quos precipue Simmachus orator furebat, qui etiam scriptis epistolis agebat de idolatria et de repetenda ara Victoriae. Quorum latrantium ora iniecto eis veritatis osse obstruxerunt Augustinus libro de civitate Dei et Gennad.
Orosius historia sua. Prudentius quoque poeta luculento metrici operis libello blasphemias Simmachi refellit.

408. 11. 28. 23. 28. 28. 10. 18. 28.
Multis urbibus vastatis, Ragadaisus conclusus á Romanis, interit cum omnibus suis. Sdigerdis imperat Persis annis Prosp. H. m.
34. Augustinus apud Ypponem Africae, et Hieronimus apud Bethleem Iudae, per epistolas inter se usque ad simultatem disceptant de quibusdam scripturae capitulis, maxime de eo, quod dicit Paulus, se Petro in faciem restitisse, quia reprehensibilis erat; de quo Hieronimus scripserat, quia Paulus Petrum non revera, sed simulate reprehenderit; Augustinus contra dicebat, quod eum revera, non simulate reprehenderit.

409. 12. 1. 24. 29. 29. 11. 19. 29.
Iohannes Crisostomus, urgentibus inimicis episcopatu abdicatus, ab Archadio exilio relegatur, ibique non multo post Cass.
moritur. Innocentius papa et occidentales episcopi pro Iohannis preiudicio ab orientalium se communione suspendunt. Iram Dei pro morte Iohannis nimia grandinis tempestas Constantinopoli incumbens, et mors Eudoxiae augustae subsecuta intentat.

410. 3. 2. 25. 30. 30. 12. 20. 30.
Archadius orientalis imperator timens filio suo octenni puero Theodosio, eique tutorem Sdigerdem Persarum regem H. m.
testamento designans, mortem obiit. Sdigerdis tutelam pueri benigne suscepit, et pacem firmissimam cum Romanis facit, mediante Marutha Mesopotamiae episcopo. Is Maruthas et apud Persas, et apud Romanos omnimodis clarissimus habebatur. Uticae terra septem diebus mugitum dedit. Stilico regnum Honorii affectans filio suo Eucherio, rei publicae perni- Prosp.
ciosus efficitur, barbaras gentes ipse alias regno immittens, alias consensu suo fovens; unde modo solito gravius earum H. m.
et maxime Wandalorum rabies per Gallias exarsit. Honorius post mortem Archadii cum fatruele suo Theodosio ib.
regnat annis 14.

411. 1. 3. 26. 31. 31. 13. 21. 31.
Atticus Constantinopolites episcopus claret. Wandali duce Crosco Gallias pervagati, multas urbes et aecclesias Vita S. Antidii.
subvertunt. Croscus tandem á Mariano preside Arelati captus et per victas urbes ignominiose retractus, ad mortem tormentatur[c]. Sub hoc turbine inter multos martyrizantur Sedunenses Florentinus et Hilarius, Desiderius Lingonensis cum Vincentio archidiacono, Antidius Besontionensis episcopus. De hoc Antidio legitur, quod aliquando 3. feria post palmas transiens pontem Duvii fluminis, vidit agmen demonum, gesta sua principi suo referentium, et inter eos Ethiopem in manu sandalium preferentem, ad indicium quod Romanum presulem, cuius hoc erat, per 7 annos impugnatum, tandem ad lapsum traxerit. Qui vocans ad se Ethiopem, et in virtute Dei et sanctae crucis super eum ascendens, eo vectante Romam venit feria 5. hora celebrandi officii; et demone pro foribus expectante, papae rem retulit, negantem per sandalium ad poenitentiam movit, et missa vice eius celebrata, et parte crismatis á se consecrati assumpta, daemone revectante ad aecclesiam suam rediit, sabbato sancto, hora celebrandi officii. Romae femina gyganteae magnitudinis de parentibus mediocris staturae nata, multis stupori erat[c].

a) *ita* 1. *corr. e* XXXVIIII. *rell.* b) descipto 1. c) Romae — erat *Sig. postea addidit.*

4) Prima huius narrationis lineamenta tradit Gregor. Tur. I, 32. 34. formam eius popularem Idacius ap. Canis. lect. ant. ed. Basn. II, 191., unde hanstam auxerunt Aimoinus III. 1, Gesta Trevirorum, et Vita S. Antidii saec. XI. scripta, in Actis SS. Iun. V. 43., ex qua Sigebertus sua sumsit. HIRSCH. cf. Loebell Gregor von Tours 411.

412. R. 2. P. 4. F. 27. B. 32. W. 32. W. 14. O. 22. H. 32.

H. m. Alaricus rex Wisigothorum per Italiam debachatus, mandat Honorio imperatori, ut aut secum bello congrediatur, aut Gothis in regno suo locum ad habitandum largiatur. Honorius Gallias furori gentium undique expositas eis concessit.

413. 3. 5. 28. 33. 33. 15. 23. 33.

Iord. Wandali Gallias, quas per tot annos laceraverant, relinquentes timore Gothorum, cum Alanis et Suevis Hispanias occu-
ib. pant, ibique fere 30 annis habitaverunt. Alaricus facto fœdere cum Honorio, cum ad Gallias sibi datas
tenderet, Stilico ipso sancto die paschae ex improviso super eum irruit; et primo impetu victor, postea á Gothis tur-
H. m. piter vincitur [5]. Honorius cognito Stiliconem esse tantorum malorum incentorem et vitae suae insidiatorem, cum cum
Iord. filio eius Eucherio occidit [6]. Alaricus rupto fœdere Italiam repetit, ipsam Romam capit, in ea multa loca incendit,
multos affligit, á sanguine tamen et caede temperat, et ad sanctorum limina confugientibus indulget [7]; tertia die sponte
Roma egreditur, ad Siciliam navigare contendens naufragium patitur, et non multo post apud Consentiam urbem subita
H. m. morte defungitur. Capta est autem Roma 9. Kalendas Septembr. anno 1164. [a] conditionis suae. His diebus apud Afri-
cam in Uticensi litore dens gygantis inventus est tam ingens, ut si minutatim in modulos nostrorum dentium concidere-
Greg. Tur. tur, centum dentes inde fieri possent. [b] Interim Wandalis iterum Gallias incursantibus congressi Franci, Modigisilum
regem, cum 20 milibus Wandalorum extinguunt; et suprema forte internecio Wandalorum fuisset, nisi reliquis eorum
Prosp. rex Alanorum Resplendial subsidio venisset. Britannorum vires hac tempestate nimiis hostium irruptionibus nimis erant
Beda. attenuate; et quia á Romanis undique bello laborantibus nihil subsidii habere poterant, subtrahunt se ab eorum domi-
natione, et per annos circiter 67 multum multis calamitatibus laboraverunt. Wandalis post Modigisilum Modigisili filius
Gundericus regnavit in Hispaniis annis 16. Wisigothorum tertius regnavit Athauulfus annis 3. [Franci sepe Gallias
incessentes, diripiunt prima, et secunda irruptione iucendunt urbem Treverim, quam condidit Treber, filius Nini Assirio-
rum regis, profugus á facie novercae suae Semiramidis, et á suo nomine Treberim denominavit. [c]]

414. 4. 6. 29. 1. 1. 1. 24. 34.

H. m. Athauulfus Romam redit; quod reliquum erat abradit; inter caeteros Placidiam quoque, sororem Honorii imperatoris,
ib. captivam abducit, eamque sibi uxorem ducit. Honorius imperator, quia in Deo speravit affectu optimae religionis,
Iord liberavit eum Deus á multis in se undique insurgentibus tyrannis. Siquidem in Britanniis Gratianus, in Galliis Con-
stantinus et Constans filius eius ex monacho caesar factus, item post eos in Galliis Gerontius et Maximus, Salustius,
Idac. Iovinus, Sebastianus; in Africa Eraclianus; Romae Tertullus et Attalus ille, quem Gothi capta Roma imperatorem ludicro
creatum, uno die imperiali scemate procedere, crastino autem servili scemate sibi ministrare fecerunt; hic, inquam, non
iam ludicro, sed serio imperare affectans: hi omnes, ut tyrannidem invaserunt, diversis locis, diversis temporibus, a mili-
tibus Honorii capti aut extincti perierunt.

415. 5. 7. 30. 2. 2. 2. 25. 35.

Gennad. Maximus Taurinensis episcopus claret, qui in omeliis componendis et in aecclesia declamandis studuit eleganter. Hispa-
Idac. niae Wandolorum ferro, fame, pestilentia, morsibus bestiarum graviter laborant. Valentia Galliarum civitas á
Prosp. Gothis capta est. Predestinatorum heresis hoc tempore caepit serpere; qui ideo Predestinati vocantur, quia
de predestinatione et divina gratia disputantes asserebant, quod nec pie viventibus prosit bo-
norum operum labor, si á Deo ad mortem predestinati fuerint; nec impiis obsit, quod im-
probe vivant, si á Deo fuerint predestinati ad vitam. Quae assertio et bonos a bonis avocabat,
ib. et malos ad mala provocabat. Haec heresis ex libris Augustini male intellectis initium sumpsisse dicitur.

416. 6. 8. 31. 3. 3. 3. 26. 36.

H. m. Honorius imperator sopitis in Africa hereticis, pacem reddit aecclesiis. Perempto á suis Atauulfo Wisigothorum
Cass. rege. Sigericus regnat anno uno. Iudeus quidam cum questus causa saepe in multis hereticorum aecclesiis baptizatus
fuisset, venit etiam ad aecclesiam orthodoxorum, sub eadem intentione baptizandus. Et cum baptizari deberet, aqua
fontis subito disparuit; et iterum atque iterum aqua allata et fonte repleto, iterum atque iterum aqua disparens, virtutem
Dei et Iudei perfidiam ostendit.

417. 7. 9. 32. 4. 4. 4. 27. 37.

G. pont. Zosimus Romanae aecclesiae 39[us] presidet [d]. Hic decrevit cereum sabbato sancto paschae per aecclesias benedici.
Isid. Perempto á Wisigothis Sigerico, regnat Wallia annis 22 [8]. Quidam occidentales ultimo anno cycli decennovennalis
Marian. pro embolismo communem annum tenentes, ac per hoc in pascha celebrando aberrantes, divino miraculo ad veritatem
revocantur. In una enim Italiae aecclesia, ubi annuatim sabbato sancto paschae, hora baptizandi, solebat aqua divinitus
manare et statim ex sese redire, nullo deductorio penitus apparente; nunc temperius iusto, id est 8. Kal. April., pascha
celebrantes, aqua non emanans expectatione totius diei ac noctis fefellit; legitimo autem die paschae hora baptizandi
Beda. aqua solito emanans, 10. Kal. Maii pascha debere celebrari ostendit. Corpora sanctorum Stephani prothomartiris,
Nicodemi, Gamalielis et Abibon Luciano presbitero revelata sunt. Et corpus quidem prothomartiris Stephani Iohannes
episcopus á Caphargamala Hierusalem transtulit, quod post aliquot annos inde levatum est á Iuliana matrona, quae cor-
pus Alexandri viri sui sepulti iuxta corpus prothomartiris levare volens, pro corpore viri sui corpus prothomartiris leva-
vit, et multa miraculorum gloria illustratum Constantinopolim detulit.

418. 8. 10. 33. 5. 5. 1. 28. 38.

Gennad. Orosius preshiter rediens á Hieronimo, ad quem missus fuerat ab Augustino pro discenda questione de origine animae,
Beda. reliquias prothomartiris Stephani ad Africam detulit cum historia inventionis eius, quam gratia miraculorum prosequente
H. m. ubique Deus mirificavit. Unde plura Augustinus, multo plura scripsit Evodius. Honorius, pacto foe-
dere cum Gothis, Aquitaniam tradidit eis. Wallia Placidiam ab Atauulfo captam reddit Honorio fratri; Honorius eam
dat uxorem Constantio comiti, ex quo Placidia Valentinianum genuit, qui post Honorium regnavit.

a) *Sigeb. scripserat* ICLXI II; *sed* L *iam erasum est.* ĪCXIIII *habet* F3. anno M. C. quadragesimo quarto A; *reliqui omnes* ĪCLXIIII. b) conditionis — possent *Sigeb. in margine inferiori curis secundis addit.* c) *ita in rasura* 18. *rell.* Franci s. G. incursantes d. p. c. s. i. i. u. T. quae sic dicta est ab auctore Trebeta privigno Semiramis uxoris Nini; a qua post decessum Nini regno pulsus, hanc urbem super Mosellam fluvium condidit, vocans eam ex nomine suo Treberim *unus* A; *haec igitur Sigebertus primo scripserat.* d) *ita* 1. *in rasura, rell.*

5) Hoc factum d. 29. Mart. 403. 6) anno 408. 7) 9. Kal. Sept. 410. 8) Non constat, unde hos Walliae et infra a. 439. Theoderici annos hauserit Sigebertus, cum Idatius Walliae 2 tantum annos ascribat, Isidorus tres. Pro nostro facit Iordanis c. 32.

419. R. 9. P. 11. F. 34. B. 6. W. 6. W. 2. O. 29. H. 39.
Sunnone et Marcomiro Francorum ducibus defunctis, Franci in commune deliberant, ut et ipsi, sicut aliae gentes, unum regem habeant; et filium Marcomiri ducis Pharamundum sibi regem ordinant, qui regnavit annis 11. G. r. F.

420. 10. 12. 1. 7. 7. 3. 30. 40.
Bonefacius 40us a Romanae aecclesiae presidet. Contra hunc Bonefacium ordinato Eulalio, et pro hoc dissidente aecclesia, ambo iussu Honorii augusti Urbe egrediuntur; et sic reprobato Eulalio, iussu augusti Bonefacius, quia prior ordinatus fuerat, sedi apostolicae restituitur [9]. Hic decrevit, ut nulla mulier aut monacha pallam sacratam altaris contingeret aut lavaret, aut incensum poneret; et ut servus vel obnoxius curiae aut cuiuslibet rei non fiat clericus. G. pont.

421. 11. 13. 2. 8. 8. 4. 31. 41.
Hieronimus per 56 annos libris suis confectis, ita corpore prae laboribus defecto, ut lecto surgere nequiret nisi apprehenso manibus fune, qui ad hoc de trabe pendebat, obiit apud Bethleem anno aetatis suae 98b. Vita S. Hier.

422. 12. 14. 3. 9. 9. 5. 32. 42.
Franci uti ceperunt legibus, et legem Salicam dictaverunt per quatuor gentis suae proceres electos de pluribus, bis appellatos nominibus, Usogast, Bosogast, Salagast, Widigast, in villis Germaniae Salebaim, Bodohaim, Windohaim. Hi quattuor proceres per tres mallos causarum origines convenientes sollicite tractantes, de singulis discutiendo, sicut lex Salica declarat, iudicare decreverunt. Wandali, Alani, Suevi, regiones Hispaniarum ad habitandum inter se trifariam compartiti et in tribus regnis divisi, colliduntur inter se intestino bello. Lex Sal. Gesta r. Fr. Idac.

423. 13. 15. 4. 10. 10. 6. 33. 43.
Honorius Constantium, virum sororis suae Placidiae, in imperium asciscit, qui octavo imperii mense obiit. Britannis subiectionem Romano imperio repromittentibus, subsidia mittit Honorius, et Hispanis Wandalorum bello laborantibus; sed id frustra fuit. Prosp. H. m.

424. 14. 16. 5. 11. 11. 7. 34. 44.
Honorius tricennalibus suis de pompa capti Maximi tyranni Ravennae celebratis obiit. Theodosius utrique regno imperat annis 3. Wallia rex Wisigotharum Wandalos in Hispaniis prosecutus, debellat. Prosp. Iord.

425. 1. 17. 6. 12. 12. 8. 35. 45.
Iohannes Hunos regno immittit, et eorum auxilio ad tyrannidem intendit. Wandali Mauritaniam invadunt. Hoc tempore Theonistus episcopus ab hereticis pulsus est ab urbe sua Philippis, cum discipulis suis Albano, Urso, Thabraham, Tubraham; ex quibus Albanus apud Moguntiam Galliae, reliqui vero in diversis Italiae locis pro Christo martirizantur. c H. m. Iord.

426. 2. 18. 7. 13. 13. 9. 36. 46.
Celestinus Romanae aecclesiae 41us presidet. Hic constituit, ut psalmi David 150 ante sacrificium canerentur antiphonatim ex omnibus, quod ante non fiebat, nisi tantum epistola beati Pauli et sanctum euangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpti de psalmis introitus, gradalia, offertoria ante sacrificium, communiones inter communicandum cum modulatione ad missam in aecclesia Romana cantari ceperunt. Theodosius per Ardaburium ductu angeli Iohannem tyrannum opprimit. Romae inter Etium et Bonefacium ex rei militaris gloria orta invidia, rei publicae parturit dispendia. G. pont. H. m.

427. 3. 19. 8. 14. 14. 10. 37. 47.
Theodosius Valentinianum, Placidiae amitae suae ex Constantio filium, imperatorem facit, eumque cum Placidia matre Romam ad imperandum mittit; et regnaverunt simul annis 24. Carthago permissa est muro circumdari. Cassianus de aecclesia Constantinopolitana ab Iohanne Crisostomo eiectus et in Massiliam Galliae presbiter ordinatus, multa scripsit; inter quae etiam compertas in Aegypto vitas patrum, doctrinasque et regulas, datis ad plurimos libris exponit. H. m. Prosp. ib.

428. 1. 20. 9. 15. 15. 11. 38. 48.
In Bitinia Timotheus quidam continentiae et religionis imagine multis illudens, eos in errorem suae heresis induxit, dicens, Christum verum quidem Deum et verum hominem de virgine Maria natum fuisse; sed mentiens dicendo, quod divina natura conversa sit in humanam naturam. Romani Hunos a Pannonia fugant, quam per 50 annos tenuerant. Iord.

429. 2. 21. 10. 16. 16. 12. 39. 49.
Bonefacius Africam, cui praerat, sollicitat ad rebellionem. Gundericus rex Wandalorum, capta Hispali, cum impie elatus manus in aecclesia ipsius civitatis extendisset, mox Dei iudicio a demone correptus interiit. Cui Genscricus frater in regno succedens, regnavit annis 48. Hic, ut fertur, de fide catholica in Arrianam sectam apostatavit. Iord. Idac.

430. 3. 22. 11. 17. 1. 13. 40. 50.
Clodius, filius Faramundi, rex crinitus, regnat super Francos annis 20. Ex hoc Franci crinitos reges habere ceperunt. Walamer Ostrogothorum regnum suscipiens, regnavit annis 31. Huius frater fuit Thiudemer, de quo ortus est Theodericus rex Italiae. Augustinus in episcopatu Hipponensi Heraclium sibi substitui fecit d. G. reg. Fr. Iord.

431. 4. 23. 1. 18. 2. 14. 1. 51.
Clodius Toringiam invadit, et in Dispargo castello Toringorum aliquandiu habitavit. G. reg. Fr.

432. 5. 24. 2. 19. 3. 15. 2. 52.
Caelestinus papa ad Scottos in Christum credentes, Palladium primum mittit episcopum. Post quem ad eosdem ab eodem Caelestino missus est S. Patricius, genere Britto, filius Conches sororis S. Martini Turonensis, qui in baptismo quidem dictus est Suchat, a S. Germano Magonius, a Caelestino vero Patritius, a quo archiepiscopus Scottorum ordinatus, per 60 annos signis, sanctitate, doctrina excellens, totam insulam Hyberniam convertit ad Christum. Nestorius Constantinopolis episcopus factus, fit auctor heresis separantis in Christo hominem a Deo, dicens purum hominem, non Deum de Maria natum et a Iudeis crucifixum Wandalos, qui olim timore Atauulfi excesserant a Galliis, Wallia rex Gothorum expellere parat etiam ab Hispaniis. Marian. Cass. Iord.

433. 6. 25. 3. 20. 4. 16. 3. 53.
Tertia synodus universalis, Ephesina prima, 200 episcoporum iussu Theodosii iunioris augusti edita est; quae Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condemnavit, ostendens manere in duas naturas unam Domini nostri Iesu Christi personam. In Hispaniis 20 milia ferme militum contra Wandalos pugnantium caesa. Gensericus odia Gothorum veritus, et simul a Bonefacio invitatus, cum Wandalis et omnibus eorum familiis Cass. Prosp.

a) *ita* 1. *sine rasura; rell., et tractatus de investitura.* b) LXXXVIIII *ex correctura* 1. B3*. F1. LXXXXVIII *Sigeb. prima manu et rell.* c) Hoc tempore — martirizantur *in margine Sigeb. curis terciis; rell. omnes.* d) A. i. c. II. II. s. s. f. *addit Sigeb. curis sec.; rell.*

9) Haec ad verbum exscripsit auctor tractatus de investitura, ni Goldasti apologia p. 231.

Idac. ad Africam transfretavit, eamque invadens et dilacerans, multam multo tempore calamitatem Romanis intulit. In Gallia
Cass. cum Suptar rex Hunorum Burgundiones nimis opprimeret, illi in Deo christianorum spem suam ponentes, se baptizari petierunt; et statim Hunis congressi, pauci multa milia eorum peremerunt, et sic rabiem ipsorum refrenaverunt.

434. R. 7. P. 26. F. 4. B. 21. W. 5. W. 17. O. 4. H. 54.

G. pont. Sixtus Romanae aecclesiae 42^{dus} presidet. Romani in Affrica Wandalis congressi superantur. Bonefacius conflictu
Prosp. cum Aetio habito, victor quidem, sed moriturus abscedit.

435. 8. 27. 5. 22. 6. 18. 5. 55.

Prosp. Germanus Autisiodorensis, Lupus Trecasiuus, Eucherius Lugdunensis, Hilarius Arelatensis episcopi in Galliis clarent.
G. pont. Aetius conferens se ad Rugilam regem Hunorum, eius auxilio regreditur ad Romanum solum. Sixtus papa à Basso criminatur, et iussu Valentiniani imperatoris Romae congregata sinodo coram 56 episcopis sinodico iudicio purgatur; Bassus vero damnatus proscribitur; et non multo post a Deo percussus, ipsius Sixti manibus honorifice sepelitur.

436. 9. 28. 6. 23. 7. 19. 6. 56.

Prosp. Aetius in gratiam recipitur. Rugila rex Hunorum fœderatus Romanorum moritur, eique Bleda succedit.

437. 10. 29. 7. 24. 8. 20. 7. 1.

ib. Gallia citeriore à Battone principe in rebellionem commota, conspiravere in Baugaudam omnia paene Gallorum servitia. Cirillus Alexandrinus episcopus ab hoc anno orditus cyclum de ratione paschae per 95 annos summa brevitate collegit, intra quem omnes paschalis observationis varietates comprehendi notavit.

438. 11. 30. 8. 25. 9. 21. 8. 2.

Cass Apud Persas christianitas hoc tempore dilatata est. Nam Maruthas episcopus legatione ad eos functus, filium Sdi-
H. m. gerdis regis orando a daemonio liberavit; per quod maior quidem gloria accrevit, at contra ab inimicis Dei gravior in christianos persecutio exarsit. Eudoxia augusta, uxor Theodosii, Hierosolimam ex voto properavit, et inde reliquias prothomartiris Stephani et duas catenas, quas angelus de manibus Petri apostoli disiecit, Dei nutu attulit; eisque adiuncta catena, qua etiam Romae Petrus vinctus fuit, triadem fecit, et inde cum consilio Romani presulis solemnitatem S. Petri, quae dicitur Ad vincula, Romae instituit Kal. Aug., ideo maxime, ut populum revocaret à gentili superstitionis pompa, quod adhuc sollemnizabat in hac die civitas ex ritu gentili pro victoria Octaviano Augusto de Antonio et Cleo-
Cass. patra collata in Kal. Augusti. Diabolus Iudeos in specie speudoprophetae Moysen se esse mentientis seduxit, et promittens se in terram repromissionis eos reducturum, ad mare transfretandum adduxit; ibique eorum multos multis modis perire fecit. Quae res multis eorum hoc periculo erutis credendi in Christum causa fuit.

439. 12. 31. 9. 26. 10. 22. 9. 3.

Isid. Wallia rex Gothorum Wandalos odio insectans, etiam in Africa eos persequi disponit. Sed morte preventus obiit, eique in regnum Theodericus successit, et 15^{a} annis regnavit[10].

440. 13. 32. 10. 27. 11. 1. 10. 4.

Beda. Wandali invasam Africam devastant omnimodis. Sub hoc turbine tribulationis sanctus Augustinus migravit ad Dominum, 13. mense obsidionis suae urbis, anno aetatis suae 73°, clericatus vel episcopatus 40°, qui tanta scripsit, ut nullus libros eius omni tempore vitae suae non solum scribere, sed nec legere quidem valeat.

441. 14. 33. 11. 28. 12. 2. 11. 5.

G. pont Leo Romanae aecclesiae 43us presidet. Hic in omeliis declamandis multum valuit. Hic in canone missae addidit, *Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.* [Hic^{b} quoties rogabatur ab aliquibus, ut eis aliquorum apostolorum vel martirum reliquias daret, consuefecit ad corpora vel memorias apostolorum vel martirum, quorum reliquiae petebantur, missas celebrare in honore ipsorum, et sic brandeum altaris, quo consecratum corpus Domini involverat, particulatim dividebat et pro reliquiis apostolorum vel martyrum dabat. Unde si ab aliquibus dubitabatur, cultello pannos illos pungens, sanguinem eliciebat; sic palam cunctis faciens, quod in consecratione mysteriorum Christi, sanguis apostolorum vel martyrum, qui pro illo effusus est, intret per divinam virtutem in pannos illos; et ideo
Prosp. merito illos dari pro reliquiis sanctorum, in quorum honore consecrati sunt. Bellum contra Burgundiones memorabile
V. S. Germ. exarsit; quo tota pene gens cum rege suo per Etium victa concidit. Corpora Prisci aliorumque cum eo apud Autisiodorum passorum Germano episcopo divinitus revelantur.

442. 15. 34. 12. 29. 13. 3. 12. 6.

Defuncto Sdigerde, Gaurarancs filius eius Persis imperat annis 38. In Galliis principibus seditionum atritis et Battone capto, quiescit Bagaudarum commotio.

443. 16. 1. 13. 30. 14. 4. 13. 7.

Isid. Gaurarancs foedus cum Romanis à patre initum dissolvit, et provincias Romanorum incursat. Portione Africae concessa ad habitandum Genserico à Romanis, convenit inter Wandalos et Romanos pax magis necessaria quam utilis.

444. 17. 2. 14. 31. 15. 5. 14. 8.

Cass. Corpus Iohannis Crisostomi in exilio defuncti tandem Constantinopolim refertur, instantia Procli episcopi et iussu
H. m. Theo]dosii imperatoris cum lacrimis orantis, ut veniam daret Archadio patri suo et Eudoxiae matri, qui eum exiliaverant; et per hoc finita est dissensio, quae adhuc erat in aecclesia pro eiusdem Iohannis damnatione. Constantinopoli per 4 menses terremotu terra fluctuante, quidam coram omnibus orantibus sublatus in aera à divina virtute, ammonitus est
ib. à divina voce, ut factis letaniis canerent omnes *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis*, nihil aliud apponentes; quo facto cessavit terraemotus. Romani duce Litorio cum Wisigothis pugnant miserabiliter.

445. 18. 3. 15. 32. 16. 6. 15. 9.

G. r. F. Chlodius rex Francorum missis exploratoribus de Dispargo castello usque ad urbem Cameracum, transiit Rhenum, et protrito multo Romanorum populo citra Rhenum usque Ligerim fluvium habitantium, Carboniam silvam ingressus, urbem Tornacum optinuit, et inde usque ad urbem Cameracum properavit. Ubi pauco tempore residens, Romanos, si quos ibi
Fred. invenit, peremit; et exinde usque ad Summam fluvium perveniens, omnia occupavit. Theodericus rex Wisigothorum Hispanias occupat.

446. 19. 4. 16. 33. 17. 7. 16. 10.

H. m. Gaurarancs in Perside persecutionem in christianos excitavit, quam per 30 annos graviter exercuit. Porro Theodo-
Prosp. sius quamvis sepe feliciter Persas vicisset, pacem tamen amplecti voluit, ut persecutio cessaret a christianis. Gense-
H. m ricus dolo Carthaginem cepit, et omnem Africam sibi subiciens, lacrimabili clade potentiam Romani regni deiecit. Hic

a) XIIII. B3. C3. 4°. D. b) *Sequentia* Hic — episcopi et iussu Theo *sub anno* 444. *in rasura* 18 ; *desunt imi* A.

10) cf. ad a. 417. Isidorus: *annis* 33.

nichil pensi neque sancti habens, et infestus cunctis, maxime nobilitati et religioni, omnia divina et humana exinanivit, episcopum et omnem clerum aecclesiae Carthaginiensis expulit, loca sancta aut suorum habitacula fecit, aut Arrianis contradidit, et catholicos ubique persequi iussit. Germanus Autisiodorensis et Lupus Trecassenus potentibus Britannis in Britanniam diriguntur, ut heresim Pelagianam, quae ibi ante aliquot annos pullulaverat, confutarent, et rectam fidem aecclesiastica auctoritate solidarent. Interim hostibus ex more insulam incursantibus, animans omnes ad resistendum Germanus et ipse dux eorum factus, iam in procinctu positis hostibus, elato clamore Alleluia incipiens, et suis secum clamantibus, idem hostes vertit in fugam, et incruentam obtinens victoriam, ab imminenti periculo eripuit patriam. Britanni, qui per tot annos expositi fuerant predae et hostium ludibrio, Anglos invitant á Germania. Angli Britanniam veniunt, eamque ab hostibus tutam faciunt esse; non multo post eam sibi vindicant. Ambrosium Aurelianum sibi Britanni regem statuunt, eiusque ductu per annos 45[a] vario belli eventu contra Anglos confligunt. H. m. Idac. Beda. ib.

447. R. 20. P. 5. F. 17. B. 1. W. 18. W. 8. O. 17. H. 11.

Bledae Hunorum regi cum fratre Attila pervaganti orientale imperium, dat Theodosius pro recessu sex milia librarum, pollicitus ei annuum mille librarum tributum. Apud Ephesum septem fratres á Decio imperatore pro Christo tormentati, in spelunca se clauserunt, et facta oratione ibi obdormierunt; et post annos suae dormitionis circiter 192 ore speluncae, quod imperator Decius obstruxerat, patefacto divinitus, á somno surgunt, et asserta fide nostrae resurrectionis coram Theodosio imperatore, de qua multum dubitabatur, iterum dormiunt in Christo b. H. m. Greg. Tur. de gl. mart. 95.

448. 21. 6. 18. 2. 19. 9. 18. 12.

Merovecus filius Clodii super Francos regnat annis 10, á quo nimis utili rege Franci cognominati sunt Merovingi. G. r. F.

449. 22. 7. 1. 3. 20. 10. 19. 13.

Bleda rex Hunorum fraude fratris sui Attilae perimitur, eique succedens ipse Attila totus in excidium orbis animo fertur. Remigius Remensis nascitur [11], prenuntiatus ex nomine per Montanum monachum. Quo nato idem Montanus, quia cecus erat, de lacte Ciliniae matris eius oculos suos liniens, illuminatus est. Germanus Autisiodorensis cum Severo Trevirensi episcopo iterum ad Britanniam missus, renascentem Pelagianam heresim confutat. Prosp. V. Rem. H. m.

450. 23. 8. 2. 4. 21. 11. 20. 1.

Nova iterum orienti consurgit ruina, quia septuaginta non minus civitates depredatione Hunorum vastantur. Germanus Autisiodorensis in Italiam profectus, Ravennae moritur. Corpus eius cum multa miraculorum gloria Autisiodorum refertur. Prosp. Beda.

451. 24. 9. 3. 5. 22. 12. 21. 2.

Theodosius imperator obiit, cui succedens Martianus imperat annis 7[c], cum quo Valentinianus annis 5. In Africa exardescentibus Wandalis ita, ut libros divinos exurerent et de sacris pallis ac vestibus vestes sibi facerent, Valerianus episcopus octogenarius, nolens divina sacramenta profanis tradere, á rege Genserico omni urbe et domo exclusus, reliquum vitae usque ad mortem nudus sub nudo aere exegit. Placidia mater Valentiniani Romae defuncta est. Idac. Vict. Vit. Prosp.

452. 1. 10. 4. 6. 23. 13. 22. 3.

Instantia Leonis papae, iubente Martiano imperatore, congregata et habita est quarta universalis synodus 630 episcoporum apud Calcedonem; in qua Euticen Constantinopolitanum abbatem, pronuntiantem verbi Dei et carnis unam esse naturam, eiusque defensorem Dioscorum Alexandrinum quondam episcopum, una patrum sententia preiudicavit. Nestorium etiam Constantinopolitanum quondam episcopum, olim in Ephesina sinodo damnatum, iterum anathematizans, cum reliquis hereticis damnavit, predicans eadem sinodus Christum Deum sic de virgine natum, ut in eo et divinae et humanae naturae substantiam esse fateamur. Hic decretum est, ut mater Domini Maria non solum christothocos, sed etiam theothocos credatur et appelletur, propter blasphemias Nestorii mentientis, eam non Deum, sed purum hominem genuisse. Terremotus pene assidui et signa plurima in caelo ostenduntur. Vespere ab aquilone caelum efficitur rubens ut ignis, intermixtis per igneum ruborem clarioribus lichnis in astarum speciem deformatis. Luna obfuscatur, cometes apparet, et multa alia. Quae non esse otiosa, ostendit instans rerum consequentia. Beda. Beda. Idac.

453. 2. 11. 5. 7. 24. 14. 23. 4.

Attila Hunorum rex, Walameris Ostrogothorum regis et Ardarici Gepidarum regis et multarum aquilonarium gentium sibi subiectarum auxilio fultus, á Pannoniis egressus, occidentale imperium invadit cum quingentis armatorum milibus. Et primo per totas Gallias, tanta per eos Dei efferbuit indignatio, ut nullam omnino civitatem, castellum vel oppidum aliqua á furore eorum potuerit tutari munitio. Postremo Aurelianis urbem eis obsidentibus, ad subsidium Galliarum advolavit patricius Romanorum Etius, fultus et ipse Theoderici Wisigothorum regis et Meroveci Francorum regis aliarumque gentium copiis militaribus. Conserto prelio in campis Catalaunicis, pugnatum est usque ad diremptionem noctis. Etius superior quidem recessit, Attilam tamen non usque ad internecionem delevit. Caesa sunt ibi centum octoginta milia pugnatorum; inter quos etiam cecidit Theoderitus rex Wisigothorum. Attila, resumpta spe ex Etii discessu, repatriavit, mature rediturus suppleto exercitu [12]. Thurismodus filius Theoderiti regnum Wisigotharum suscepit, annisque 3 regnavit. Nychasius Remensis episcopus cum Eutropia sorore ab Hunis martyrizantur. Auctor Mettensis episcopus captivatur, sed Hunis caecitate percussis, cum captivis suae urbis relaxatur. Hoc excidium Galliis impendere Servatius Tungrensis episcopus longe ante in spiritu previderat, et Romae á Petro apostolo hoc iudicium Dei inevitabile fore didicerat; ideoque relicta Tungrensi urbe, quae evertenda erat, ad Traiectum sedem episcopalem transposuit. Pullulante intra Gallias Arriana heresi, quae inaequales credens esse personas sanctae Trinitatis, dicebat, Filium minorem esse Patre, Spiritum vero sanctum minorem Patre et Filio: Dominus errantes corrigit, ostendens plano miraculo, Deum in tribus personis unius et aequalis esse substantiae, nec debere ab indignis de divinitate tractari. Nam Vasatensi urbe ab Hunorum obsidione liberata per divinum auxilium, cum episcopus pro gratiarum actione missam populo celebraret, respiciens sursum vidit desuper altare quasi de camera templi cadere aequaliter tres guttas aequalis magnitudinis, cristallo clariores; quae simul defluentes et in unum coniunctae, quasi unam gemmam pulcherrimam effecerunt. Quam cum in medio crucis aureae et gemmatae posuissent; aliae gemmae ceciderunt, seorsum vero posita, infirmis dabat sanitatem, adorantibus vero imaginem sanctae crucis augebat devotionem, quia piis et mundis clara, impiis et immundis ib. V. Servat. Greg. de gl. m. I, 13.

a) *ita corr. Sigeb. quod primo* XLXV *scripserat.* XLIIII *habent* C1. 2*. 3. D. E. Germanus — confligunt *desunt ed. pr. et sine dubio iam* D1*.1**. E8h. b) Apud — Christo *primum unius et dimidiae lineae spatio comprehensa, in rasura ita ampliavit manus incerta, rell. praeter* A., *qui ita habet:* Apud Ephesum septem dormientes a tempore Decii post annos suae dormitionis 382 a somno surgunt, et asserta fide resurrectionis nostrae, de qua tunc multum dubitabatur, iterum in Christo dormiunt. *Ita igitur Sigebertus primo scripserat.* c) VI *habent* B3*. C1. 2*. 3. 4*. D.

11) non hoc anno, sed 457; cf. Acta SS. Oct. I, 68. 12) Haec a. 451. acta constat.

V. S. Urs. obscura videbatur. Omnibus bellis famosius fuit bellum, quod candidatus sanctarum undecim milium virginum exercitus bellavit, duce sancta virgine Ursula. Quae filia unica Nothi, nobilissimi et ditissimi Britannorum principis, cum nondum nubilis à filio cuiusdam ferissimi tyranni ad nuptias expeteretur, et patrem suum super hoc anxiari videret, qui Deum metuebat, si filiam Deo iam devotam nubere cogeret; et tyrannum timebat, si filiam ei denegaret: divinitus inspirata nutanti patri suasit, ut tyranno assentiretur, ea tamen illi proposita conditione, ut ipse et tyrannus decem virgines genere, forma, et aetate electas sibi traderent, et tam sibi quam singulis illarum mille virgines subscriberent, et comparatis ad numerum ipsarum undecim trieribus, inducias triennii sibi darent ad exercitium virginitatis suae; novo usa consilio, ut aut difficultate propositae conditionis animum eius à se averteret, aut hac oportunitate omnes coaevas suas secum Deo dicaret. Et ex hoc condicto virginibus trieribus et sumptibus comparatis per triennium, belli preludia cunctis mirantibus, tandem sub uno die agente vento ad portum Galliae, qui Tiela dicitur, et inde Coloniam appulsae sunt. Ibique ex angeli monitu Romam tendentes, ad urbem Basileam navibus, à Basilea Romam usque pedibus profectae, eodem eundi tenore Coloniam sunt reversae, ab Hunis undique obsessam. A quibus cunctae martyrizatae, novo et mirabili modo triumpharunt, et Coloniam sanguine et sepultura sua clariorem reddiderunt[a].

454. R. 3. P. 12. F. 6. B. 8. W. 25. W. 1. O. 24. H. 5.

H. m. Attila Italiam aggressus, omnes pene eius civitates aut diruit, aut diripuit, aut incendit. Ad eum Leo papa venit, et non solum salutem, sed etiam ut rediret obtinuit. Rex Attila requisitus à suis, cur ei tam fuisset placabilis, respondit, se non eum esse reveritum, sed senem quendam venerabilem, evaginato gladio sibi mortem minitantem, nisi eius in omnibus expleret voluntatem.

455. 4. 13. 7. 9. 26. 2. 25. 6.

Iord. H. m. Attila Wisigothos debellare aggressus, à Thurismodo victus rediit inglorius. Martiano imperatori apparens Dominus in somnis, arcum Attilae fractum esse ostendit. Nec id vanum fuit. Eadem quippe nocte Attila in nuptiis suis crapulatus, crumpente per apoplexiam sanguine de naribus, in lecto est offocatus. Hernac filius eius post eum regnat. Valentinianus imperator Etium patricium interficit.

456. 5. 14. 8. 10. 27. 3. 26. 1.

Isid. Thurismodus rex Wisigotharum à fratribus suis Friterico et Theoderico iugulatur. Theodericus frater eius in regnum ei succedens, regnavit annis 13. Filii Attilae dum conteudunt de regno, subiectae Hunis gentes ab
H. m. Hunorum se excutiunt iugo. Consilio Maximi tyrannidem meditantis Valentinianus imperator à Transila milite Ethii perimitur.

457. 6. 15. 9. 11. 28. 1. 27. 2.

V. Gen. H. m. Genovefa virgo Parisiensis multa sanctitate claret per Gallias. Maximus tyrannidem arripit; Eudoxiam, relictam Valentiniani, vi rapit. Illa Gensericum ex Africa invitat, ut se à Maximo eripiat[b]. Gensericus Romam capit, omnia diripit; ut tamen ab igne, caede et suppliciis hominum abstineret, Leo papa ab eo obtinuit. Maximus tyrannus à populo membratim discerpitur. Per quatuordecim dies Roma despoliata, Gensericus Eudoxiam cum duabus filiabus et multo po-
ib. pulo captivat, et Campaniae urbes omni vastationis genere exterminat. Inter haec Paulinus Nolanus, dum pro captivo filio viduae se vicarium in servitutem barbari subicit, omnes captivos suae urbis recipit [13]. Avitus à Romanis impera-
Idac. tor constituitur. Theodericus rex Wisigotharum Suevos in Hispania vincit, et regno eorum destructo, regnum suum
Beda. eo usque extendit. His Martiani temporibus Iohannem baptistam caput suum duobus monachis revelasse quidam seri-
Iord. bunt. Ardarico regi Gepidarum, qui primus à servitio Hunorum resiluit, Hellac filius Attilae bellum indixit. Cum quo Ardaricus conflixit, eoque cum triginta milibus Hunorum perempto, Hunos graviter afflixit; sicque recepta libertate gen-
Beda. tis suae, et terris eorum invasis, caeteris gentibus exemplum dedit repetendae libertatis. Mortuo Martiano succedens Leo regnavit annis 17[c]. Hic super synodo Calcedonense singulorum patrum singulas sententias requisivit, et quia
H. m. omnium unam esse cognovit, eam fideliter tenuit. Hic enm Walamare Ostrogothorum rege fedus pepigit, et Theodericum fratruelem eius puerum octennem obsidem accepit. Hucusque Prosper chronica sua perduxit.

458. 1. 16. 10. 12. 29. 2. 28. 3.

G. r. F. Iord. Merovecho Francorum rege mortuo, Hildericus filius eius regnavit anuis 26. Hernac filius Attilae, Hunorum rex, Ostrogothos quasi refugas dominationis suae bello repetens, super Walamerem irruit; à quo victi Hunni, in ultimas
H. m. Scythiae partes fugere sunt compulsi. Mortuo Avito, Maiorianus imperat annis 4. Symeon, qui 40 annis inclusus[d] in columna stetit, mira sanctitate Antiochiae claruit; qui inter caetera monebat, ne quis per Dei aut sancti alicuius nomen, imo per nomen Symeonis iuraret; promittens impunitatem in se peiuranti se à Deo postulaturum.

459. 2. 17. 1. 13. 30. 3. 29. 4.

Iord. Ostrogothi duce Thiudemere Suevos bello vincunt, et Hunimundum regem eorum capiunt, sed eum liberum remittunt.

460. 3. 18. 2. 14. 31. 4. 30. 5.

H. m. Iord. Romani Biorgum Alanorum regem cum exercitu suo in Venetia extinguunt. Dintzich filius Attilae, Hunorum rex, Ostrogothos iterum bello provocat; à quibus Huni ita sunt devicti, ut eis postea semper Ostrogothi fuerint terrori.

461. 4. 19. 3. 15. 32. 5. 31. 6.

Idac. G. r. F. Occiso Maioriano, Severus imperat annis 4. Hildericum insolenter et luxuriose se agentem Franci regno deturbant. Qui data aurei medietate amico suo Widiomaro, quod esset signum revocationis suae, si aliquando intercederet reconciliatio, apud Basinum regem Thuringorum latuit annis 8. Franci vero Egidium ducem Romanorum regem sibi preficiunt. Hu-
Iord. nimundus rex Suevorum, fultus Scbyrorum auxilio, Ostrogothos aggreditur, in quo bello rex Walamer perimitur. Cui succedens frater eius Thiudemer regnat annis 11. Huni regno suo diminuto cum ex gentium subiectarum discessione, tum ex pugnandi infelicitate, regnaverunt quidem, sed non in priori fortitudine, donec longo post tempore à Carolo Magno victi, cum ipso suo nomine disperiere. His abhinc filii Attilae, et post eos Zeliobes regnaverunt

a) — Omnibus bellis — reddiderunt *in scedula assuta curis secundis Sig. addiderat, signo ⊕ apposito in textu; sed huius scedulae deperditae in* 1. *nullum iam vestigium apparet, nisi perforamina acus puxillumque fili. Miraeus adhuc vidit edidilque. Reliqui codices habent omnes, praeter unum* F3. *qui tamen signum illud ⊕ exhibet.* b) Eudoxiam — eripiat *desunt* A. c) XVI. C1. 2°. 3. D. d) Symeon — inclusus *in margine et in rasura scripsit* 1β. *antea tantum* Symeon qui *fuisse videtur.* inclusus *deest* A.

13) Hoc circa a. 414 — 417. factum. Erroris fons iam est Hist. misc., quae rem hausit ex Greg. M. dial. III, 1. cf. Hirsch p. 65.

annos 50[a] [Apud Tolosam urbem Galliae, ex eius medio tota die sanguis largissimo fluxit rivo; quod Gothi pro portento suae perditionis acceperunt[b].] Idac.

462. R. 5. P. 20. F. 4. B. 16. W. 33. W. 6. O. 1. H. 1.
Hilarius Romanae aecclesiae 44us presidet. Hoc iubente Victorius cyclum magni anni conscribit. Theudemer Suevos et Scyros in ultionem fratris occisi usque ad internetionem debellat. G. pont. Beda. Iord.

463. 6. 21. 5. 17. 34. 7. 2. 2.
Pictor quidam cum Salvatorem secundum similitudinem Iovis pingere voluisset, aruit manus eius. Quem culpam confessum sanavit Gennadius episcopus Constantinopoleos. Theudemer, glatiali via transito Danubio, etiam ibi Suevos proterit. H. m. Iord.

464. 7. 22. 6. 18. 35. 8. 3. 3.
Heliseus propheta, qui duplici Heliae spiritu plenus, multis in vita claruit virtutibus et mortuus mortuum hominem supra corpus suum casu iactatum, solo corporis sui attactu resuscitavit, et multo tempore in Samaria, ubi sepultus est, multis claruerat miraculis, ut preter caetera etiam demones ibi frementes variarum ferarum vocibus, ab invasis fugarentur corporibus, Alexandriam transfertur. Theudemer filium suum Theodericum á Leone augusto sibi remitti gratatur. H. m. ib.

465. 8. 23. 7. 19. 36. 9. 4. 4.
Severo mortuo, Antemius imperat annis 4. Theodericus adolescens annorum 18, transito Dunubio, super Sarmatas irruit, et regem eorum Babaz perimit, et cum bellicis manubiis victor ad patrem redit[c]. H. m. Iord.

466. 9. 24. 8. 20. 37. 10. 5. 5.
Servandus tyrannidem meditans ab Antemio perimitur. H. m.

467. 10. 25. 9. 21. 38. 11. 6. 6.
Simplicius Romanae aecclesiae 45 presidet. Hic dampnavit Petrum Alexandrinum episcopum, Euticianae heresis accusatum. Romanus tyrannidem meditans, ab Antemio perimitur. Gensericus rex[d] Italiam aggressus, navali bello á Romanis vincitur. G pont. H. m.

468. 11. 26. 10. 22. 39. 12. 7. 7.
Antemio et genero suo Ricimere patricio Romae contendentibus de imperio, interim Olibrio ad imperandum á Leone augusto transmisso, Ricimer Antemium perimit. Mamertus episcopus Viennensis claruit, qui letanias ante ascensionem instituit, hac de causa, quod terraemotus in urbe Vienna aecclesias domosque evertebat, et feritas luporum aliarumque silvaticarum bestiarum toto anno per urbem vagantium homines devorabat. Ad hoc palatium regis die sancto paschae caelesti igne consumptum ad cladem multum terroris addebat. Qui letaniarum ritus á Viennensi ecclesia in omnes Galliarum aecclesias decucurrit. H. m. Greg. Tur.

469. 12. 27. 11. 23. 40. 13. 8. 8.
Olibrio imperii sui mense 7. mortuo, Lucerius imperat. Egidius cum Francos opprimeret gravius iusto, perpendens Widiomarus, Francos penitere super electo Hilderico, revocat eum clam misso divisi aurei signo, egitque, ut electo Egidio ille restitueretur in regno. Basina, uxor Basini regis Thuringorum, relicto viro suo, ad Hildericum venit; quam ille uxorem duxit, et ex ea Ludowicum genuit. Theoderico Wisigothorum rege á fratribus suis iugulato, Eoricus regnavit annis 19. H. m. G. r. F. Isid.

470. 13. 28. 12. 24. 41. 1. 9. 9.
Nepos patricius, Lucerio expulso et episcopo Salonis eo ordinato, imperium arripit. Eoricus rex Wisigothorum Gallias occupare nisus, Riothimum regem Britonum ad defensionem Galliarum Romanis auxilio venientem bello contrivit. H. m. Iord.

471. 14. 29. 13. 25. 42. 2. 10. 10.
Eoricus Burgundiones victos sibi subegit. Arvernis etiam, Arelatum et Massiliam Galliarum urbes invasit, ad occupandas provincias Romanorum animatus consilio Genserici; qui versute agebat, ut [orientem Ostrogothi, occidentem vastarent Wisigothi, ut occupatis alias imperatoribus, ipse in Africa regnaret securus. Remigius Remorum fit episcopus. Saracenis Egyptum incursantibus, hoc tempore negotiatores Venetiae corpus sancti Marci euangelistae ab Alexandria transtulerunt ad Venetiam.[e]] Iord. V. Rem.

472. 15. 30. 14. 26. 43. 3. 11. 11.
Orestes patricius Nepotem regno expellit. Theudemer rex Ostrogothorum moritur, et Theodericus filius eius regno substituitur. H. m.

473. 16. 31. 15. 27. 44. 4. 1. 12.
Leone imp. mortuo, Zenon imperat annis 18[f]. Orestes Augustulum filium suum regnare constituit, et foedus cum Genserico rege facit. Interim Odoacer cum multa multarum gentium multitudine ab extremis Pannoniae finibus Italiam petit; qui per Norciam iter faciens, beati Severini, cuius nomen tunc ibi celebrabatur, benedictionem petiit, et ab eo ventura sibi didicit. Odoacer Oreste victo, apud Papiam obsesso, capto et occiso, Italiam subdit iuri proprio. H. m.

474. 1. 32. 16. 28. 45. 5. 2. 13.
Augustulus imperium depouit, quod Odoacer arripiens, 14 annis nullo inquietante obtinuit. Zenon imp. Theodericum Ostrogothorum regem consulem ordinarium facit, quae post imperialem dignitatem prima est dignitas; et equestrem statuam auream ante regiam illi collocat. H. m.

a) LVIII *habent* C1. 2*. 3. 4*. D. b) *addit* 1γ. *rell.; desunt uni* A. c) *Ita hunc et sequentes duos annos Sigebertus ipse scripserat. Sed iis erasis in* 1., *manus quaedam simillima* 1η, *at non ipsa* 1 , *scripsit eorum loco:* Annus presens, qui est a transitu sancti Martini 64us, reverentissimi corporis eius translatione insignitur. Cum enim ea prerogativa, qua vivens etiam mortuus incomparabili signorum fulgureret claritate, beatus Perpetuus Turonicae civitatis antistes pro priori edicula templum multae ambitionis, adeo ut centum et viginti columpnarum mira dispositione subnixum totum concamerareret, super eum edificavit, corpusque sanctum a sepulcro elevatum, 4. Nonas Iulii, annuo videlicet consecrationis eius in episcopum die, in loco, in quo nunc veneratur, angelico fretus auxilio transtulit, ipsumque templum eodem nichilominus die postmodum dedicavit. Unde fit, ut sub uno die triplici occurrente festivitate, ordinatione scilicet episcopatus, translatione corporis, dedicatione basilicae suae, 4. Nonas Iulii annuatim beatus Martinus sollempnissima totius conprovintialis populi frequentetur devotione. Locus autem, in quo sacratissimum corpus eius quiescit, ab urbe Turonica occidentem versus brevi interiacentis campi planitie disparatus, Castrum novum vocatur; ubi in predicto templo sub ciborio, auro, argento gemmisque vestito decenter collocatum, tanta miraculorum illustratur magnificentia, ut toto christianitatis orbe apostolicam gloriam optineat. Severo m. Anthimius imperat. Th. a. transito D. s. S. i. et e. r. B. interficit. *Sequentem annum non mutavit; in tertio verba* Genserícus — vincitur *omisit. Eadem prorsus legunt* F1. 2. 3. *Reliqui omnes habent, quod nos dedimus.* Greg. Tur. II,14.

d) Vandalorum *addit unus* A. e) *in rasura* 1γ. *rell.* Saracenis — Venetiam *desunt* A. f) XIX C1. 2*. 3. D.

475. R. 2. P. 33. F. 17. B. 29. W. 46. W. 6. O. 3. H. 14.

G. r. F. Franci post Wandalos et Alanos, post Gothos et Hunos incessunt Gallias, non tantum ut eas habeant direptioni. sed ut sibi sint perpetuae habitationi. Qui, capta Colonia Agrippina, fugato de bello duce Egidio, multos Romanorum occidunt.

476. 3. 34. 18. 30. 47. 7. 4. 15.

ib. Franci Treverim civitatem super Mosellam capiunt. Heresis acephalorum exorta est, impugnantium tria capitula
Marian. synodi Calcedonensis sine nomine auctoris; ob quod acefali, id est sine capite, vocati sunt.

477. 4. 35. 19. 31. 48. 8. 5. 16.

Iord. Gensericus rex Wandalorum, successione regnandi inter filios suos ordinata, ut fratri morienti frater superstes sine con-
G. r. F. troversia filiorum succederet, moritur. Cui succedens Honoricus filius eius regnavit annis 9[a]. Hildericus rex Fran-
corum Aurelianis urbem devastat.

478. 5. 36. 20. 32. 1. 9. 6. 17.

Greg Tur. Eugenius Carthaginiensis episcopus et omnis clerus eius contra Arrianam Wandalorum heresim fortiter pro Christo agonizant.

479. 6. 37. 21. 33. 2. 10. 7. 18.

Paul. Diac. Odoacer rex Italiae Feletheum regem Rugorum bello oppressum extinguit. Huic Feletheo et uxori eius Gisae san-
H. m. ctus Severinus haec ventura predixerat, quia eos á malis compescere non poterat. In Africa Honoricus rex Wan-
dalorum multos orthodoxos diversi ordinis, diversae aetatis, usque ad 4975 in exilium trusos diversis in locis, diversis
Paul. Diac. temporibus, diversis poenis ad mortem exeruciavit. Exterminatis Rugis Langobardi Rugilant, id est Rugorum patriam invadunt; quibus tunc temporis quintus rex Gudeoch principabatur. Quia ergo Langobardorum mentionem fecimus, illorum tempora propter ignoratam hystoricae narrationis distinctionem nondum attigimus. Iam nunc narrationem eorum, ordiamur, et paulatim ad plenam et distinctam eorum hystoriam ascendere nitamur. Horum, ut diximus, post Ibor et Aglon primus fuit rex Agelmundus, secundus Lamissio, sic dictus, quod á lama, id est voragine, fuit extractus. Nam mater eius septem uno partu enixa, cum eos in piscinam proiecisset, et rex Agelmundus iter faciens eos hasta revolveret, is hastam eius firmiter tenuit, et ab eo nutritus, eo virtutis processit, ut in regno ei successerit, et necem eius in Bulgares ultus sit. Lethu tertius, Hildeoch quartus, Gudeoch fuit quintus. Ex quo ergo in Rugilant profecti sunt, usque ad annos 40, talis fuit rerum gestarum horum consequentia. Sub Gudeoch et filio eius Claffone sexto rege in Rugilant habitavere. Sub Tattone septimo rege in campis Asfeld habitavere; ubi tertio anno, Rodulfo Herulorum rege a Tattone perempto et regno Herulorum destructo, Langobardorum crevit potentia. Tattonem Wacho peremit, et ipse octavus regnavit, filiumque suum Walthari successorem regni reliquit.

480. 7. 38. 22. L. 1. 34. 3. 11. 8. 19.

H. m. Persis imperat Cuades annis 42[b]. Audovachrius dux Saxonum navali hostico Andegavis populatur. Carthagine
G. r. F. Vict. Vit. Liberatus abbas cum fratribus sex á rege Honorico carcere, catenis, igni et vectibus martyrizantur.

481. 8. 1. 23. 2. 35. 4. 12. 9. 20.

G. r. F. Egidius dux in Galliis moritur: Siagrius filius eius substituitur. Audovachrius Andegavis et alias urbes sibi sub-
igens, obsides accipit. Hildericus rex Andegavis incendit, et Paulum comitem urbis perimit. Hildericus rex et Audo-
Greg. Tur. vachrius confoederati, Alemannos sibi subiugant. Famis tempore in Burgundia senator Ectitius quatuor milia pauperes sustentans, caelestis promissionis vocem audivit.

482. 9. 2. 24. 3. 36. 5. 13. 10. 21.

G. pont. Felix Romanae aecclesiae 46[tus] presidet. Hic Acathium episcopum Constantinopolitanum damnavit, assentientem Petro Alexandrino damnato.

483. 10. 3. 25. 4. 37. 6. 14. 11. 22.

H. m. In Africa Honoricus rex Wandalorum in aecclesiam Dei gravius solito efferatus, omnes Africae episcopos quasi ad sinodum convocat, et fugatis et exiliatis 444 episcopis catholicis, aecclesias clausit aut Arrianis dedit, plebemque variis suppliciis afflixit. Letum vero episcopum incendio concremavit; Eugenium quoque Carthaginis episcopum cum clericis suis plus quam quingentis cruciatos multis modis exiliavit.

484. 11. 4. 26. 5. 38. 7. 15. 12. 23.

G. r. F. Hildrico rege mortuo, Ludowicus filius eius regnat annis trigiuta. Hic duxit uxorem Rothildem filiam Chilperici regis Burgundionum, quem Gundebaudus rex frater eius peremerat, uxoremque eius, matrem scilicet Rothildis, ligato ad collum saxo, aquis immerserat.

485. 12. 5. 1. 6. 39. 8. 16. 13. 24.

Prosp. app. Honoricus rex Wandalorum iudicio Dei percussus, scatens vermibus miserabiliter exspirat; post quem Guntbamundus annis 9 regnat.

486. 13. 6. 2. 7. 40. 1. 17. 14. 25.

cf. Greg. Tur. Ann. Leod. Clarent in Galliis Remigius Remensis et Principius frater eius Suessonum episcopus, et Vedastus post episcopus Atrabatensis; in Africa Fulgentius episcopus Ruspensis; in Italia Germanus Capuanus et Epiphanius Ticinensis.

487. 14. 7. 3. 8. 41. 2. 18. 15. 26.

G. pont. Gelasius Romanae aecclesiae 47[us] presidet. Hic Manicheos Romae inventos in exilium deportari fecit, et codices eorum incendit. Hic tractatus et ymnos composuit; hic inter cętera sacramentorum prefationes et orationes eauto et
H. m. limato sermone fecit. Zenon imperator regnum Italiae donat Theoderico Ostrogothorum regi. Hic Theodericus Trap-
Prosp. app. silam Gepidarum regem et Busan Bulgarum regem bello victos extinguit. Gunthamundus ab exilio revocat Eugenium episcopum.

488. 15. 8. 4. 9. 42. 3. 19. 16. 27.

Isid. Eorico Wisigothorum rege mortuo, regnat post eum filius eius Alaricus annis 22[c]. Theodericus cum 16 annis
H. m Ostrogothorum regnum tenuisset, á Mesia egressus Italiam petiit, et Odoacrem Italiae regem bis sibi congressum bis in fugam vertit, et Papiae inclusum obsidet triennio.

489. 16. 9. 5. 10. 43. 4. 1. 17. 28.

cf. Marian. Barnabas apostolus, qui apud Salaminam Cypri á Bar-Iesu mago et á Iudeis pro Christo igni crematus est, corpus suum, quod á Iohanne Marco consobrino suo in cripta occultatum adhuc latebat, revelatione sua inveniri fecit. Cum quo etiam euangelium Matbei, ipsius manibus Mathei Hebraice scriptum, quod erat simul reconditum, invenitur. Quod euangelium ipse Barnabas ex doctrina apostolorum secum semper ferre solebat, et ubicunque inveniebat infirmos, pone-

a) VIII C1.2*.3.D. b) XLI C1.2*.3.D. c) XXI. B3*. C1. 3. 4*. D.

bat illud super eos, et tam fide Barnabae, quam merito Mathei omnes sanabantur. Ludowicus rex Francorum Suessionis Siagrio duci Romanorum congreditur. Siagrius Tolosam ad Alaricum fugit; à quo Ludowico reposcenti remissus, perimitur. Ludowicus quicquid Galliarum sub iure erat Romanorum, ad ius Francorum transfert. G. r. F.

490. R. 17. P. 10. F. 6. L. 11. A. 44. W. 5. W. 2. O. 18. H. 29.

Avitus Viennensis episcopus claruit, qui Gallias ab Arriana hercsi defendit. Hic metricę de conditione mundi libros composuit. Sollemnis Carnotensis episcopus claret, qui in predicando Francis Christum non segniter institit. In Mineo Hispaniae fluvio pisces capti sunt, in quorum squamis videbatur inscripta aera presentis anni. Idatius Lemicae Hispaniarum urbis episcopus cronica sua à primo Theodosii consulatu inchoata hucusque perduxit [14]. Gennadius episcopus librum suum de illustribus viris hucusque perduxit. Greg. Tur.

491. 18. 11. 7. 12. 45. 6. 3. 19. 30.

Anastasius Romanae aecclesiae 48[us] presidet. Huic Acatium damnatum revocare volenti, multi Romanorum non communicabant. Britanni non valentes amplius ferre virtutem Anglorum, ut victi concessere in ius et nomen eorum. Et primus de gente Anglorum Elli, et secundus Celin, alter alteri mortuo succedendo, regnaverunt apud eos per annos 70 [14]. Sanctus Patricius secundus Hiberniae archiepiscopus, anno aetatis suae 122. in Christo quievit. Odoacer à Theoderico in fide susceptus, ab eo perimitur, et Theodericus Italia potitur, et deposito privato habitu, induitur regali scemate, et regnavit in Italia annis 36 [a]. G. pont. Beda II. c. Marian. Isid.

492. 19. 12. 8. 13. 1. 7. 4. 1. 31.

Zenone imperatore mortuo, Anastasius imperat annis 25, vel ut quidam volunt, 27. Gunthamundus rex in Africa aecclesias catholicorum à patruo suo Hunerico vel avo Genserico clausas aperuit, et omnes Dei sacerdotes petente Eugenio Cartaginiensi episcopo ab exilio revocavit. [Achacius episcopus Constantinopolitanus divino nutu percutitur [b].] H. m. cf. Mar. Beda.

493. 1. 13. 9. 14. 2. 8. 5. 2. 32.

Simmachus Romanae aecclesiae 49[us] presidet, ordinato contra eum per contentionem Laurentio. Quae res grave discidium aecclesiae diu usque ad ipsa protraxit homicidia; donec tandem hanc altercationem compressit Theoderici regis, quamvis Ariani, potentia, hoc aequitatis iudicio optinente, ut Simmacus papa esset, quia prior ordinatus fuerat, eique pars maxima faveret. Pro cuius dissensionis culpa animam Paschasii diaconi, qui pertinatius Laurentio faverat, alias magnae sanctitatis viri, Germanus Capuanus episcopus invenit in tbermis in igne purgatorio positam. Hic Simmachus constituit omni dominico die vel natalitio martyrum *Gloria in excelsis Deo* ad missas cantari; quem ymnum Telesphorus, septimus à Petro papa, nocte tantum natalis Domini ad missas à se in ipsa nocte institutas cantari instituit, et in eo ad angelorum verba quae sequuntur adiecit. G. pont. Greg. dial. G. pont.

494. 2. 14. 10. 15. 3. 9. 6. 3. 33.

Gunthamundo Wandalorum rege defuncto, Trasamundus frater eius regnavit post eum annis 26. Prosp. app.

495. 3. 15. 11. 16. 4. 1. 7. 4. 34.

Ludowicus rex Turingiam sibi subiugat. Theodericus rex omnes vicinarum gentium reges et principes aut amicitia aut affinitate sibi conciliat, et pacifice agens in locis celebribus regalia habitacula aedificat. [Florebant hoc tempore Launomarus Carnotensis, fundator cenobii Curbionensis, et Maximinus Aurelianensis, fundator cenobii Miciacensis; cuius discipuli fuerunt Carileffus et Avitus abbates [c].] G. r. F. H. m.

496. 4. 16. 12. 17. 5. 2. 8. 5. 35.

Ludowicus regnum Francorum usque Sequanam dilatat. Aliqui Romanorum subornatis falsis testibus incriminantes Simmacum papam, latenter Laurentium in papatum subintroduxerunt; pro quo scismate dirimendo rex Theodericus episcopum Petrum contra canones visitatorem sedis apostolicae instituit. G. r. F. G. pont.

497. 5. 17. 13. 18. 6. 3. 9. 6. 36.

Ludowicus regnum Francorum usque Ligerim amplificat. Simmacus papa in consilio 115 episcoporum se purgat de obiecto crimine, et damnatis Petro et Laurentio, ipse quidem sedi suae restituitur; contentio autem usque ad cedes et homicidia intra et extra aecclesiam diu protrahitur. G. r. F. G. pont.

498. 6. 18. 14. 19. 7. 4. 10. 7. 37.

Ludowicus rex castrum Meledunum capit. Trasamundus rex Wandalorum in Africa, clausis catholicorum aecclesiis, 220 episcopos exiliavit; contra quos Simmacus papa manum suae liberalitatis benivole exeruit. Hác persecutione Fulgentius episcopus, sanctitate, sapientia et scientia, stilo et facundia preclarus, multa ab Arrianis pro vera fide perpessus, diutino in Sardiniam exilio maceratur. Rothildis regina orthodoxa Ludowicum regem a gentilitatis errore avocare conabatur, sed frustra conari videbatur. G. r. F. Beda. Ado. G. r. F.

499. 7. 19. 15. 20. 6. 5. 11. 8. 38.

Ludowicus rex Alemannis bello congreditur; ibique laborante exercitu, voto suscipiendi christianismi se obligare cogitur; sicque perempto Alemannorum rege, et Alemannia sub tributo redacta, baptizatus à Remigio episcopo Remorum, exemplo et edicto suo perducit ad fidem Christi populum Francorum. G. r. F.

500. 8. 20. 16. 21. 9. 6. 12. 9. 39.

Collatis à Ludowico rege multis prediis aecclesiae Remensi, Remigius, multa eorum parte data aecclesiae Laudunensi, sedem episcopatus ibi esse constituit; primumque illic episcopum Genebaudum constituit, et eundem in fornicatione cum sua quondam uxore prolapsum, sed septemnali poenitentia purgatum et de reclusione divino iussu eductum, sedi suae restituit. V. S Rem.

501. 9. 21. 17. 22. 10. 7. 13. 10. 40.

Ludowicus rex, Gundebaudo regi Burgundionum congressus, eo victo, Burgundiam redigit sub tributo. G. r. F.

502. 10. 22. 18. 23. 11. 8. 14. 11. 41.

Simmacus patricius rem publicam illustrat, et cum eo gener eius Boetius vir consularis, conspicuus in utraque lingua, eruditione omnium liberalium artium, quas pene omnes à Greco in Latinum transtulit et exposuit. H. m.

503. 11. 23. 19. 24. 12. 9. 15. 12. 42.

In Africa Olimpius quidam, dum in balneis in sanctam Trinitatem blasphemaret, ignito iaculo caelitus veniente, visibiliter combustus est. H. m.

a) triginta duobus C3. *e corr.* D. b) *ita in rasura* 1[8]., *ut videtur, et rell.;* Anastasius papa divino nutu percussus est A. c) Florebant — abbates 1β., *rett. Desunt* A.

14) Errat Sigebertus; desinit Idacius a. 467. 15) Errat Sig. in tempore; cf. Hirsch p. 62.

504. R. 12. P. 24. F. 20. L. 25. A. 13. W. 10. W. 16. O. 13. H. 43.

H. m. Constantinopoli dum Deuterus Arrianus episcopus Barbam quendam baptizaret, et male distinguens Trinitatem, diceret: *Baptizo te, Barba, in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto,* aqua disparuit.

505. 13. 25. 21. 26. 14. 11. 17. 14. 44.

H. m. Alamundarus rex Saracenorum ab orthodoxis baptizatus, cum eum vellent Euticiani seducere, refellit eos hac fabulosa inductione, dicens quod litteras acceperit, Michaelem archangelum mortuum esse; illisque respondentibus, hoc impossibile esse, quod angeli sint impassibilis naturae: *Quomodo ergo,* inquit, *secundum vos nudus crucifixus est Christus, nisi duarum naturarum esset, quandoquidem nec angelus mortuus est?*

506. 14. 26. 22. 27. 15. 12. 18. 15. 45.

G. r. F. Greg. Tur. Ludowicus et Alaricus reges confoederantur. Quintianus Rutenensis episcopus et Maxentius Pictavensis abbas clarent in Gallia.

507. 15. 27. 23. 28. 16. 13. 19. 16. 46.

H. m. Vitalianus instinctu populi insurgit in imperatorem Anastasium, propter Eutitianam heresim Deo et hominibus exosum.

508. 16. 28. 24. 29. 17. 14. 20. 17. 47.

G. pont. G. r. F. Hormisda Romanae aecclesiae 50us presidet. Hic clerum composuit, et psalmis erudivit. Hic respectu apostolicae humanitatis Grecos convictu hereticorum maculatos absolvit per suos nuntios. Alaricus rex Ludowico regi insidias molitus, foedus violat.

509. 17. 29. 25. 30. 18. 15. 21. 18. 48.

G. r. F. Ludowicus rex signis divini auxilii animatus ad bellandum — Turonis quippe transiens, equum suum Sancto Martino misit; quem centum solidis redemptum recipere non potuit, missis aliis centum solidis recepit: credens illum bonum esse in auxilio, qui tam carus erat in negotio — insuper accepto victoriae presagio á clericis cantantibus: *Praecinxisti me virtute ad bellum,* Alarico Wisigothorum regi congreditur, eoque perempto, quicquid Galliarum Wisigothi possidebant, ad partes Francorum transtulit; et invadens Tolosam sedem regni Gothorum, usque ad Pyrineos montes regnum Francorum dilatavit. Fertur etiam muros Ecolismae urbis ante faciem eius corruisse. Amalricus filius Alarici fugiens in

Flodoard. Hispaniam, regnat ibi annis 16. Sigismundus, mortuo patre suo Gundebaudo, regnat in Burgundia. [Gibrianus Scottus

Vita S. M. cum fratribus et sororibus in Gallia peregrinatus, urbem Remensem et vita et morte sua illustrat[a].] Faustus S. Benedicti discipulus, et ab eo cum Mauro in Gallias hoc anno transmissus, scribit in vita illius Mauri, S. Benedictum claruisse temporibus Iustini senioris et Hilderici Wandalorum regis; addens, quod eo tempore rex Theodericus Simmachum patricium et Iohannem papam occiderit. Scribit quoque, eundem Benedictum hoc eodem anno, quo Maurus ad Gallias tendebat, obiisse, 12. Kal. April. hora diei quasi tertia; quod eo anno in sabbato paschae proveniens, primum pascha fuisse demonstrat. Se quoque dicit in Gallias venisse tempore regis Theodeberti, nepotis Ludowici regis. Quia ergo ille scripsit, quae viderat, quomodo hoc consequentiae hystoriarum conveniat, qui valet advertat; et qui advertit, exponat [16].

510. 18. 30. 26. 31. 19. 16. 1. 19. 49.

G. r. F. Ludowicus rex ab Anastasio imperatore codicellos de consulatu et coronam auream cum gemmis et tunicam blattearn accepit, et ex ea die consul et augustus est appellatus. Ipse vero rex misit Romae S. Petro coronam auream cum gemmis, quae regnum appellari solet.

511. 19. 31. 27. 32. 20. 17. 2. 20. 50.

H. m. Theodericus rex Italiae, Ibba comite suo contra Francos misso, triginta milia occidit eorum, in vindictam necis Alarici generi sui.

512. 20. 32. 28. 33. 21. 18. 3. 21. 51.

Prima synodus á Francis iussu Ludowici regis Aurelianis habita est, in qua decernuntur multa aecclesiae utilia. Genovefa virgo Parisiensis octogenaria transit ad Dominum.

513. 21. 33. 29. 34. 22. 19. 4. 22. 52.

V. Arn. Sanctus Arnulfus, sancti Remigii in baptismo filius, in Gallia claret, qui post multos in predicando Christum agones martyrizatus, in silva Parisiorum Aquilina á Scariberga, coniuge quondam sua, tumulatus est.

514. 22. 34. 30. 35. 23. 20. 5. 23. 53.

G. r. F. Ludowicus rex, regno Francorum per omnes Gallias dilatato et legitime et pacifice confirmato, moritur. Lotharius filius eius, compartito regno cum fratribus suis Theoderico, Clodomere et Hildeberto, regnat annis 50 [b]. Sororem eius Rothildem Amalricus rex Wisigothorum uxorem duxit.

515. 23. 35. 1. 36. 24. 21. 6. 24. 54.

G. r. F. Rex Burgundiae Sigismundus, qui monasterium Agaunensium construxerat, filium suum Sigericum peremit, malo novercae illius consilio usus. Qui competenti poenitentiae se addicens, et martyribus Agaunensibus se totum devovens, quod dignus fuerit venia, testatur crebra post mortem eius per eum multis concessa sanitatum gratia, et per eum febricitantibus indulta curatio. [Hoc tempore in Alexandria multi utriusque sexus arrepti á demone, repente quasi canes latrabant [c].]

516. 24. 36. 2. 37. 25. 22. 7. 25. 55.

Greg. Tur. Theodericus rex, frater Lotharii, Chlochilaicum regem Danorum Gallias vastantem perimit.

517. 25. 37. 3. 38. 26. 23. 8. 26. 56.

Beda. Anastasius imperator fulmine á Deo percussus periit, post quem Iustinus senior annis 11 regnavit. Boetius annitente sibi Simmacho, cum auctoritatem Romani senatus contra Theodericum regem Italiae tueri nititur, ab ipso exiliatur, ibique librum de consolatione philosophiae edidit.

518. 1 38. 4. 39. 27. 24. 9. 27. 57.

G. r. F. Mar. Theodericus rex, frater Lotharii, ab Ermenfrido rege Thuringorum, ad perimendum fratrem illius Badericum, pactione medietatis regni illius invitatus, Badericum regem perimit. Virgo Dei Brigida Scotta obiit in Scottia.

a) 1γ. *ut videtur; rell. Desunt* A. b) LI *habent* 1. *e corr. ut videtur, et* A. *Reliqui omnes* L. c) *add.* 18., *rell. Desunt* A.

16) Iure suo dubitat Sigebertus. Sed quae hanc difficultatem creant notiones temporum, non sunt illae a Fausto profectae, sed ab Odone Glannafoliensi interpolatae, cum seculo nono novam illius vitae faceret editionem, quam Sigebertus pro genuina vita habuit. Ita rem bene explicat V. D. Hirsch.

519. R. 2. P. 39. F. 5. L. 40. A. 28. W. 25. W. 10. O. 28. II. 58.
Iohannes Romanae aecclesiae 51[us] presidet. Wachcone Langobardorum rege defuncto, filius eius Gualtarith regnavit annis 7. P. D.

520. 3. 40. 6. 1. 29. 26. 11. 29.[a] 59.
Chlodomeris, frater Lotharii regis, et fratres eius, instinctu Rothildis matris suae insurgunt in Sigismundum et Godemarum, filios Gundebaudi regis, ad vindicandam necem aviae suae et avi sui Chilperici. In congressu Sigismundus capitur, Godemarus fuga elabitur. G. r. F. Bello orto inter Romanos et Persas, Chuades rex Persarum Zeliobem regem Hunorum, venientem cum viginti milibus auxiliari sibi contra Romanos, inmisso exercitu occidit, et totum paene eius exercitum delevit, suspectum eum habens, quod utrinque munera acceperit, et á se contra Romanos, et á Romanis contra se. H. m. Abhinc regnum Hunorum annotare cessabo, quia omnes gentis illius reges Kaganos vocatos lego, et nullam distinguendi proprietatem invenio. Trasamundus rex Wandalorum Hildericum filium suum ex Eudoxia, filia Valentiniani imperatoris a Genserico captivata, astringit sacramento, ne catholicis in regno suo consuleret; qui patre mortuo, antequam regnum susciperet, omnes catholicos ab exiliis iussit revocari, et episcopis aecclesias reformari. Sicque suscepto regno, regnavit annis octo, evolutis septuaginta quatuor annis, ex quo Gensericus avus eius statum aecclesiae in Africa profanavit. ib.

521. 4. 41. 7. 2. 30. 1. 12. 30.
Chuade Persarum rege mortuo Kabades post eum regnavit annis 16. Chlodomeris rex, Sigismundo rege cum uxore et filiis peremptо, iterum congressus fratri eius Godemaro, perimitur ab eo. ib. Boetius longo exilio fatigatus, á Theoderico Gothorum rege perimitur.

522. 5. 1. 8. 3. 31. 2. 13. 31.
Ut scribit Faustus, hac aetate, scilicet tempore Iustini senioris et Hilderici Wandalorum regis, revera floruit sanctus Benedictus. Vita S. Maur. Sed nec de vita, nec de morte eius ratio procedit secundum cyclum Dionisii[17]. Zathus rex Lazorum Constantinopoli baptizatur, et á Iustino imperatore susceptus muneratur[a*]. H. m. Simmacus exconsul á Theoderico rege Italiae perimitur.

523. 6. 2. 9. 4. 32. 3. 14. 32.
Iustinus Arrianos ubique exterminari edicit. Ad quod edictum dedicendum Iohannes papa á rege Italiae Theoderico Arriano et Arrianorum defensore Constantinopolim missus, ante portam urbis caecum illuminavit; et compos petitionis ad Theodericum regressus, Ravennae ab eo in carcere excruciatus, fame defecit. Beda. Post dies 90 Theodericus subito defunctus, á quodam sancto heremita visus est nudus et discalceatus á Iohanne papa et Simmaco patricio in olla Vulcani esse detrusus. H. m. Athalaricus, Theoderici ex filia nepos, in regno Italiae et Ostrogothorum succedens, regnat annis 8. Felix Romanae aecclesiae 49[us][b] presidet. Hic Gregorii papae atavus fuit. Mar.

524. 7. 3. 10. 5. 33. 4. 15. 1.
Theodericus rex reposcens ab Ermenfrido rege pactum, cum fratre Lothario insurgit in eum; eoque post nimiam suorum stragem de bello fugato et non multo post mortuo, totam Thuringiam sibi subdunt. Captivatam inter alios Radegundem, filiam Bertharii regis olim á fratre Ermenfrido perempti, Lotharius rex suo sociavit matrimonio. Greg. Tur. III, 7.

525. 8. 4. 11. 6. 34. 5. 16. 2.
Amalricus rex Wisigothorum cum uxorem suam Rotbildem indigne tractaret, eo quod Arrianae sectae secum inservire nollet, perimitur in Hispania á fratre Rothildis Childeberto. G. r. F. Theuda regnavit post eum annis 17. Isid.

526. 9. 5. 12. 7. 35. 6. 1. 3.
Lotharius rex cum fratre Childeberto Augustidunum Burgundiae civitatem obsidens, cunctam fugato Godemaro Burgundiam occupat. G. r. F. Gualtarith Langobardorum rege mortuo, Audohin 9[us] regnat annis 17[c]. P. D. Acephalorum heresis abdicatur, qui dicunt Paulum apostolum in epistolis suis precepisse feminas diaconas debere fieri, quia eas commemorat post diaconos; et dicuntur acephali, siue capite, quia auctor huius erroris nescitur. Mar. Kabades rex Persarum, dolens filium suum Phatsuarsan in Manicheorum sectam inductum, omnibus Manicheis quasi á se munerandis coactis in unum, immisso exercitu occidit multa milia eorum. H. m. Inter Thurismodum regem Gepidarum et Audobin regem Langobardorum conserto prelio, Albuin filius Audohini Thurisindum filium Thurismodi extinguit, et victoria Langobardis cedit. Thurismodus preponens fidem irae et dolori, eidem Albuino postea ad se sub fide venienti dedit arma filii sui Thurisindi ab eo perempti. P. D.

527. 10. 6. 13. 1. 36. 7. 2. 4.
Bonefacius Romanae aecclesiae 52[us] presidet[d]. Iustinus, Iustiniano suo ex sorore nepote in regno substituto, moritur. G. pont. Is Iustinianus imperat annis 39. Beda. Hic Persas ab irruptionibus in partes Romanorum per Bilisarium repressit. Audobin Langobardos in Pannoniam duxit; in qua habitaverunt annis 42[e]. P. D.

528. 1. 7. 14. 2. 37. 8. 3. 5.
Cassiodorus senator, post monachus, Arator poeta, Priscianus grammaticus, Victor Capuanus episcopus, qui cyclos paschales scribens Victorii errores redarguit, Gregorius Lingonensis, Nicetius Treverensis, Domitianus Tungrensis florent. Ann. Leod. Marian.
Gylemer, perimens Hildericum regem, annis 4 regnat post eum super Wandalos; qui tantae crudelitatis fuit, ut nec parentibus parceret. Prosp. app

529. 2. 8. 15. 3. 38. 1. 4. 6.
Corpus Antonii monachi divina revelatione inventum et Alexandriam est delatum. Beda.

530. 3. 9. 16. 4. 39. 2. 5. 7.
Iohannes Romanae aecclesiae 53[us] presidet[f]. Franci extorquent de manu Athalarici, quicquid Galliarum avus eius Theodericus rex Italiae tenuerat. G. pont. In Africa quidam orthodoxi episcopi, linguis sibi excisis radicitus á Wandalis, postmodum clare loquendo multis miraculo fuere; quod miraculum unus eorum auxit, qui iu elationem[g] versus, statim privatus divino dono obmutuit. Vict. Vit.

531. 4. 10. 17. 5. 40. 3. 6. 8.
Athalarico rege Italiae et Ostrogothorum mortuo, Amalsuinda mater eius Theodatum, Theoderici patris sui ex sorore nepotem, asciscit secum in regnum. Iord. Chlodoaldus filius Chlodomeris regis, fratribus suis impie á patruo suo Lothario G. r. F.

a) XXVIII *et per porro* 1. a*) Zathus — muneratur *desunt* A. b) *ita* 1. F1. 3. *et primo fortasse* C1; *at* LII *habent* B4*. C1. *e corr.* C2*. 3. D. F2.; *et* L1 *e correctura* B3*. c) a. XVII. *desunt* A. d) *ita omnes.* e) Audohin — 42 *desunt* D. f) *ita ipse Sigebertus statim correxit ex* LIIII, *quod prius scripserat.* LVIII *corr.* LIIII. D. g) vel luxuriam *superscripsit Anselmus.* luxuriam. F1. 2. fornicationem A.

17) cf. ad annum 509.

olim extinctis, mundanam nobilitatem transferens ad nobilitatem divinae servitutis, in clericali gradu preminet exemplo
V. Ved. sanctitatis. Vedastus primus Atrabatensium episcopus ordinatur à sancto Remigio.

532. R. 5. P. 11. F. 18. L. 6. A. 41. W. 4. W. 7. O. 1.

cf. Beda. Mar. [Hoc anno expletus est à Chriati nativitate magnus annus annorum 532. Ab hoc etiam anno Dyoniaius abbaa orditur ciclum auum cielorum quinque decennovennalium. Et quia secundua annus operia huins concordare debet in ratione compoti primo anno nativitatia Christi, debet 35us annus cycli Dyonisii concordare in ratione compoti 33° anno nati Christi, scilicet ut 16ma luna Aprilis occurrat 9. Kal. Aprilis in 5. feria; passio Christi 8. Kal. Aprilis in 6. feria, resurrectio 6. Kal. Aprilis in dominica die. Sed quia non ita occurrit, sed luna 14ma Aprilis occurrit eo anno 12. Kal. Aprilia in 1. feria, dominica vero dies paschae in 5. Kal. Aprilis, ideo im-
P. D. probatur, quia repugnat euangelicae veritati[a].] Iustinianus imperator libros legum Romanarum adbreviavit in uno volumine, quod Iustinianum vocatur.

533. 6. 12. 19. 7. 42. 5. 8. 2.

G. pont. H. m. Agapitus Romanae aecclesiae 54tus preaidet[b]. Bilisarius patritius à Iustiniano imperatore ex inssu Dei ad Africam liberandam de manu Wandalorum missus, noctu cum plaustris rusticorum urbem introeuntibua ingressus, Carthaginem cepit, pecunias infinitas recepit, Gilimerem ex fuga ad deditionem reductum imperatori Constantinopolim duxit. Sic Wan-
ib. dalorum regnum destructum est; sic taudem illa Wandalica rabies cum ipso nomine funditus extincta est. Theodatus rex reginam Amalsuindam, imperatoriae tutelae commissam exiliat, eaque non multo post in balneo strangulata immissu
G. pont. Theodati, solus super Ostrogothos anno uno regnat. Qui sciens per hoc se iram imperatoris incurrisse, Agapitum papam Constantinopolim misit, pro impetranda huius facti impunitate. Agapitus inveniens ibi Anthemium Constantinopolitanum episcopum Eutitianae esse heresis, eo excommunicato et exiliato, Menam fecit ei substitui. Agapitus ibi moritur, Romam-
P. D. que refertur. Iuatinianus imperator Constantinopoli aecclesiam S. Sophiae incomparabili opere exedificat[c].

534. 7. 13. 20. 8. 43. 9. 1.

G. pont. Silverius 55us Romanae aecclesiae à Theodato substituitur. Bilisarius contra Theodatum mittitur. Theodatus à Gothis exstinguitur; Witigis in regno substituitur. Bilisarius Neapolim exterminat; Romam, fugientibus Gothis, iutrat. Witigis Romam obsidet; fames Italiam urget. Witigis capitur, et imperatori dirigitur. Silverius, quia Anthemium revocare
Iord. Flodoard. noluit, exiliatus defecit. Eldepadus ab Ostrogothis rex ordinatus regnat anno uno. [Theodericus abbas, discipulus sancti Remigii, et Theodulphus abbaa discipulus ipsius Teoderici, in Francia clarent[d].]

535. 8. 14. 21. 9. 44. 10. 1.

G. p. H. m. Greg. Dial. Vigilius Romanae aecclesiae 56us presidet. Eldepado perempto, Erarius regnat anno uno. In Galliis clarent [fratres uterini, uno et eodem die nati, et pontifices consecrati, Medardus ad titulum Noviomensem, Gildardus ad Rothomagensem, et uno die absoluti à saeculo, et assumpti à Cbristo; in Italia episcopi Sabinua Canusinus, Cassius Narniensis, Fulgentius Utricolensis, Serbonius Populonii[e].]

536. 9. 15. 22. 10. 45. 11. 1.

H. m. Erario perempto, Totila, qui et Baduilla, super Ostrogothos regnat annis 11; qui mox Italiam invadit, et à sancto Benedicto Casinensi futura audit sibi. *Multa,* inquit, *mala facis, multa fecisti, iam aliquando ab iniquitate compescere. Et quidem mare transiturus es, Romam ingressurus; novem annis regnabis, decimo morieris.* Hoc anno quidam dicunt eundem sanctum Benedictum obiisse.

537. 10. 16. 23. 11. 46. 12. 1.

H. m. Apud Persas regnat Chosroe annis 37. Theodericus rex frater Lotharii obiit; Theodebertus filius eius ei succedit.
G. r. F. Narr. de Theoph. Hoc[f] tempore in una urbium Cilitiae quidam Theophilus vicedominus tam prudenter et utiliter secundas partes ecclesiasticae dispensationis sub episcopo agebat, ut mortuo episcopo omnium ore dignus episcopatu esse acclamaretur. Qui contentus vicedominatu, alium ordinari maluit episcopum. A quo à vicedominatu iniuste amotus, ad tantam impatientiam est delapsus, ut conducto sibi Hebreo quodam mago, per eum opem ad dignitatem suam recuperandam expeteret à principe demoniorum; et ab eo iussus abnegare Christum filium Dei eiusque matrem Mariam cum omni christianismi proposito, et ipsam abnegationem scripto firmare et scriptam signare et signatam sibi tradere, eius se servitio addixit. Qui in crastinum recuperato vicedominatus honore, non multo post ad se reversus, per dies 40 omni penitendi modo se affligens, primo piam Dei matrem Mariam sibi reconciliavit; eaque sibi apparente, abrenuntians diabolo, Christumque verum Dei filium verumque Deum et hominem ex Maria virgine natum, et omne christianismi propositum profitens, per eam etiam Christi filii eius gratiam recepit; et ad indicium indultae sibi veniae, rursum ei dormienti apparens Christi mater, etiam scriptum abrenuntiationis, quod signatum diabolo dederat, reposuit super pectus eius. Quo Theophilus recepto, incrastinum, dominica scilicet, coram episcopo et omni aecclesia pandens ordinem rei, omnes ad stuporem et laudem Dei et genitricis suae Mariae commovit; et in eodem loco, quo sibi pia Christi mater apparuerat, perstans, ibidem post triduum mortuus et sepultus est.

538. 11. 1. 24. 12. 47. 13. 2.

H. m. Chosroe fines Romanorum incursat. In Campania Italiae Benedictum iuniorem sanctitate clarum rex Totila pro Christo persequens, cum eum cum cella sua comburere voluisset nec valuisset, in clibanum ardentem eum proiecit; qui inde altero die illesus, illesis etiam vestibus, exivit.

539. 12. 2. 25. 13. 48. 14. 3.

H. m. Iustinianus imperator duos Bulgarum reges Traciam depopulantes occidit cum multis milibus Bulgarum.

a) *Haec primo quattuor lineis expresserat auctor. Sed iis erasis, ea ita ampliavit Ans., ut videtur, rell. praeter unum* A., *qui haec ita habet:* Quia antiquitus delegatum erat Alexandrino pontifici, ut diem celebrandi pascha annuatim denunciaret Romano pontifici . et per eum caeteris aecclesiis occidentalium. qui sepe de pascha celebrando aut dubitabant aut errabant . nunc Romanorum errorem aut ignorantiam non ferens Dionisius abbas Romanus cyclum magni anni annorum scilicet quingentorum triginta duorum ab hoc anno orditur . qui etsi ab omnibus recipitur . in eo tamen improbatur . quod passionem Domini 12. Kal. Aprilis et resurrectiouem 5. Kal. Aprilis ponens . veritati euangelicae contraire videtur . *Haec igitur Sigebertus primo scripserat; postea correxit, ut supra dedimus.* b) LV. *e corr.* D. *et sic porro.* c) Iustin. — exedificat *addidit Sigeb. curis secundis.* d) *add. manus incerta, fortasse Sigeb. cur. sec. rell.; desunt* A. e) *in rasura* 1^{b}. *ut videtur, reliqui praeter* A., *qui haec ita habet:* In Galliis clarent Medardus episcopus et Germanus Parisiensis, in Italia episcopi S. C., C. N., F. U., Cerbonius Populonii. *Ita igitur Sig. primo ediderat.* f) *Sequentia Sigeb. ipse in scedula assuta addidit.*

540. R. 13. P. 3. F. 26. L. 14. A. 49. W. 15. O. 4.
Chosroe Anthiochiam capit. Childebertus rex cum fratruelo Theodeberto in fratrem Lotharium insurgit, sed matre eorum Rothilde satis agente apud Deum, ne inter fratres fieret civile bellum, horrenda tempestate coerciti, cum super Lotharium ne signum quidem apparuerit horroris huiusmodi, reddunt se fraternae paci. H. m. G. r. F.

541. 14. 4. 27. 15. 50. 16. 5.
Chosroe iam quarto Romanos infestantem, Bilisarius compellit redire inefficacem. In diversis Galliarum locis diversa signa visa sunt. Cometes apparuit; die paschae caelum ardere visum est; verus sanguis ex nube defluxit in vestimentis hominum; domus cuiusdam ab intus sanguine respersa apparuit; et secutae variae clades et malae valetudines cum pustulis et vesicis populos afflixerunt. H. m. Greg. Tur.

542. 15. 5. 28. 16. 51. 17. 6.
Bilisarius[a*] ad Africam remissus, Guintharit super reliquias Wandalorum regnantem cum suis extinguit. Lotharius et Childebertus fratres, obsessa in Hispaniis Cesarangusta, civibus Deum orantibus et circumlata Viucentii martiris tunica, accepta ab eis pro munere ipsius martiris stola, redeunt, adquisita Hispaniae parte maxima. Theuda Wisigothorum rege à suis perempto, Theudegisilus regnat post eum annis 2 Maurus in Gallia claret, sancti Benedictus discipulus. H. m. G. r. F. Isid. V. Mauri.

543. 16. 6. 29. 17. 52. 1. 7.
Vigilius papa quia secundum suam promissionem noluit Anthemium revocare, Constantinopolim mittitur ignominiose. Thotila rex Ostrogothorum capta Roma, habitavit aliquandiu cum Romanis quasi pater cum filiis, mansuefactus, ut creditur, sancti Benedicti monitis. Audohin mortuo, Albuin filius eius regnat super Langobardos in Pannonia annis 24. H. m. Paul. D.

544. 17. 7. 30. 1. 53. 2. 8.
Herculanus Perusinus episcopus à Totila rege, secto capite, martirizatur; post mortem vero caput eius corpori unitum invenitur. Totila Siciliam invadit. Narses eunuchus Romauorum patricius ordinatur et contra Totilam destinatur. Greg. dial. H. m.
Theudegisilo inter convivandum à suis perempto, Agilan regnat super Wisigothos annis 9. Fred.

545. 18. 8. 31. 2. 54. 1. 9.
Narses Albuino regi Langobardorum confoederatur. Obiit sanctus Remigius Remorum episcopus [1]. H. m. Vita R.

546. 19. 9. 32. 3. 55. 2. 10.
Vigilius papa exiliatur. Narses patricius auxiliantibus sibi Langobardis Totilam regem perimit; Ostrogothorum gente usquo ad internetionem deleta, regnum Ostrogothorum penitus destruit. Ita illud regnum Gothorum, quod, ut ait Iordanis [2], per annos circiter 2400 duraverat, defecit in Ostrogothis, sed in Wisigothis in Hispania regnantibus incolume remansit. Teias regnum Ostrogothorum resuscitare nisus, regnat annis 2. H. m.

547. 20. 10. 33. 4. 56. 3. 1.
Conserto prelio inter Cunimundum regem Gepidarum et Albuin regem Langobardorum, corruerunt utrinque sexaginta milia eorum. Ubi Albuin Cunimundum peremit, et ex testa capitis eius poculum sibi ad bibendum fecit, filiamque eius captivatam uxorem sibi accepit. Hunis vero terras Gepidarum invadentibus, destructum est regnum Gepidarum penitus. Paul. Diac.

548. 21. 11. 34. 5. 57. 4. 2.
Teodebertus rex per se et per ducem suum Bucellinum Italiam vario belli eventu inquietare non desistit, et ab Italia et à Sicilia aut spolia aut tributa accipit. Teias rex à Narsete perimitur, et cum eo Gothorum reliquiae extirpantur. G. r. F.

549. 22. 12. 35. 6. 58. 5.
Agericus Virdunensis episcopus sanctitate claret. Narses patricius Sinduald regem Brittonum, ex amico sibi rebellem, bello victum et captum suspendit. Greg. Tur. P. D.

550. 23. 13. 36. 7. 59. 6.
Theodebertus rex obiit, cui Theodebaldus filius eius succedit. Arboris, que dicitur sambucus, flores, grana et fructus iu flores, grana et fructus vitis transformantur[a]. G. r. F. Greg Tur.

551. 24. 14. 37. 8. 60. 7.
Quinta synodus universalis Constantinopolim celebratur; in qua epistola, quae Ibe dicitur, erroris plena reprobatur, et Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur. Hucusque Iordanis episcopus hystoriam contexuit. cf. Ann. Leod.

552. 25. 15. 38. 9. 61. 8.
Pelagius Romanae aecclesiae 57[us] presidet. Hic insimulatus de morte Vigilii papae, tenens sancta euangelia et crucem, iureiurando publice satisfecit. Hoc tempore in oriente puer quidam Iudeorum filius, cum à coevis suis christianorum filiis ad hoc adductus fuisset, ut in aecclesia sanctae matris Christi Iesu corpus et sanguinem Christi perciperet, propter hoc à patre suo proiectus in fornacem ardentem, illesus inde à christianis extractus est, asserens quod mulier, quae in illa aecclesia puerum tenens depicta erat, pallio suo flammas ignis à se eventilasset[b]. G. pont. Greg. Tur. de gl. mart. 10.

553. 26. 16. 39. 10. 62. 9.
Agilan cum insoleuter in suos ageret, Athanagildus, auxiliantibus sibi Romanis, eo perempto, regnat annis 22. Fred.

554. 27. 17. 40. 11. 63. 1.
Rothildis regina moritur. Hiems nive et glacie ita exasperatur, ut volucres et ferae indomitae manu capi possent. Gr. Tur.

555. 28. 18. 41. 12. 64. 2.
Bucellinus et Amingus duces Francorum à Narsete perimuntur. Quasi species lanceae in celo apparuit à septentrione in occidentem[c]. P. D. H. m.

556. 29. 19. 42. 13. 65. 3.
Theodebaldus rex obiit. Lotharius rex Francorum rebellantes contra se Saxones et auxiliantes eis Thuringos gravi pugna et excidio perdomuit. Obiit sanctus Medardus Noviomensis episcopus, et Suessionis sepelitur. G. r. F. Ann. Leod.

557. 30. 20. 43. 14. 66. 4.
Radegundis regina, uxor quondam Lotharii regis, mutata veste claret sanctitatis nobilitate. Greg. Tur.

558. 31. 21. 44. 15. 67. 5.
Gregorius [filius Gordiani senatoris[d]] Romae adolescit; qui, sex monasteriis in Sicilia fundatis, et septimo Romae in do- Vita G. M.

a*) Balisarius 1. a) Arboris — transformantur *add. Sigeb. curis tertiis.* b) Hoc — eventilasset *add. Sig. ipse curis sec.* c) Quasi — occidentem *add. Sig. cur. tertiis.* d) f. G. s. *addit supra lineam* 1β. *ut videtur, rell.; desunt* A.

1) obiit potius a. 535. cf. Acta SS. Oct. I, 68. 2) errat Sig.; Iordanis enim de reb. Get. in fine hunc annum millesimum et trecentesimum regni Gothorum dicit. HIRSCH.

H. m. mo sua, ex pretore urbano factus monachus, sapientia et scientia, doctrina et sanctitate claruit. Terremotus terribilis nimis per decem dies factus est [a].

559. R. 32. P. 22. F. 45. L. 16. A. 68. W. 6.

G. r. F. Childeberto rege mortuo, monarchia regni Francorum cedit fratri eius Lothario.

560. 33. 23. 46. 17. 69. 7.

Hoc tempore Iudeus quidam imaginem Iesu salvatoris de aecclesia furtim deponens, eam telo transfixit; et eam clam ad domum suam deferens, cum eam flammis vellet exurere, se sanguine imaginis cruentatum videns, pre stupore eam abscondit. Quam christiani requirentes, et per vestigia sanguinis invenientes, eam sanguinolentam receperunt, Iudeum vero

P. D. lapidaverunt. Miserabilis in Italia mortalitatis pestilentia.

561. 34. 24. 47. 18. 70. 8.

Beda H. e. V. S. Macl. Anglorum in Britannia tertius Edilbertus regnat annis 56. Hoc tempore in Scottia Brendanus claruit; qui Fortunatas insulas septennali navigatione requirens, multa miraculo digna vidit. A quo Macutes, qui et Maclovus, regulariter educatus et ipsius navigationis socius, in Britannia sanctitate et miraculis claruit; qui a Britannis exacerbatus, eis maledictis transivit ad Gallias, et sub Leontio Santonum episcopo multo tempore virtutibus claruit. Britannos vero propter suam maledictionem variis cladibus addictos, data rursum benedictione absolvit et sanavit [b].

562. 35. 25. 48. 19. 1. 9.

H. m. Greg. Tur. Constantinopoli quidam imperatorem extinguere moliti, extinguntur. Cuius criminis Bilisarius quoque accusatus ab imperatore absolvitur. In Gallia mons super Rodanum fluvium multis diebus dans mugitum, tandem ab alio monte sibi vicino disscissus, cum aecclesiis et domibus, hominibus et bestiis, in Rodanum precipitatus est [c].

563. 36. 26. 49. 20. 2. 10.

G. r. F. Lotharius rex Chramnum filium suum diu contra se rebellantem et multa mala in regno suo facientem in Britannia prosecutus, ei eiusque auxiliario duci Brithonum Cbonobro bello concurrit; et Cbonobrum quidem peremit, Cbramnum vero captum igni cum uxore et filiabus consumi fecit.

564 37. 27. 50. 21. 3. 11.

Mar. G. r. F. Iobannes Romane aecclesiae 58[us] presidet. Lothario Francorum rege mortuo, Chilpericus filius eius, compartito regno cum fratribus suis Heriberto, Guntranno et Sigiberto, regnat annis 22.

565. 38. 28. 1. 22. 4. 12.

Beda. P. D. Iustiniano imperatore mortuo, Iustinus minor imperat annis 12. Multa signa in sole et luna apparuerunt [d].

566. 1. 29. 2. 23. 5. 13.

P. D. Narses patricius accusatione Romanorum patriciatu degradatus, et quia eunuchus erat, exprobrante sibi Sophia augusta, ut iret in geneceum dividere pensa puellis, respondens, talem se eidem orditurum telam, qualem ipsa dum viveret, depo-

Beda H. e. V. Macl. nere non posset, invitat Langobardos ad possidendam Italiam. Sanctus Columba presbiter veniens de Scotia, clarus habetur in Britannia. [Sanson Dolensis archiepiscopus, consanguineus sancti Maclovi, et successor Sansonis Maclorius, qui de transmarina Britannia ad cismarinam transierant Britanniam, clarent sanctitate et doctrina [e].]

567. 2. 30. 3. 24. 6. 14.

G. r. F. P. D. Greg. Tur. Sigebertus rex Hunos partes Francorum depopulantes in Thuringia bello devincit. Chilpericus frater eius interim termi-nos illius incursat, et Remis urbem occupat. Hastae igneae in caelo visae sunt, portendentes irruptiouem Laugobardorum in Italiam. [Sanctus Basolus abbas et Sindulfus presbiter et reclusus in Francia clarent [f].]

568. 3. 31. 4. 25. 7. 15.

P. D. Albuinus rex, Saxonibus aliisque gentibus sibi ascitis et Pannonia ex condicto commendata amicis Langobardorum Hunis, ad Italiam contendit cum omnibus Langobardorum familiis, ibique 6 annis regnavit. Sigebertus rex desertas Saxonum terras pervadit, easque Suavis ad habitandum tradit. Hanc mali novitatem nova in caelo signa multo ante tempore portenderant.

569. 4. 32. 5. 1. 8. 16.

Mar. G r. F. Armenii fidem Christi suscipiunt. Sigebertus rex fratri suo Chilperico repugnat, et Suessionis sedem regni eius occupat. Theodebertum filium eius ibi captum exiliat; ipsum Chilpericum prelio victum fugat, et terminos suos ab eius in-

G. Fr. solentia liberat. Ipse uxorem ducit Brumam [g], filiam Athanagildi regis Wisigothorum, [quae et Brunichildis dicta est.]

570. 5. 33. 6. 2. 9. 17.

A. Leod. P. D. Sanctus Vedastus obiit. Italia a Langobardis nullo obsistente pervasa atteritur; insuper fame et pestilentia consumitur.

571. 6. 34. 7. 3. 10. 18.

Greg. Tur. Huni iterum Sigiberto congressi et magicis artibus pene victoriam adepti, recedunt, Sigeberto in omni vita eius confoederati.

572. 7. 35. 8. 4. 11. 19.

P D. Gregorius Turonensium ordinatus episcopus, clarus babetur in omnibus. Langobardi, Papia post triennii obsidionem per deditionem accepta, et praeter Romam et Ravennam pene tota potiti Italia, dominantur ibi cum potentia.

573. 8. 36. 9. 5. 12. 20.

H. m. Greg. Tur. Inter Romanos et Persas pugna commissa, Romanis cedit victoria. Heribertus rex moritur. Hispani et Franci de pascha celebrando dissentiunt, Hispanis 12. Kal. Aprilis, Francis vero 14. Kal. Maii pascha celebrantibus. Sed Francos recte celebrasse per hoc divinitus claruit, quod fontes in Hispania, qui in sabbato sancto paschae ad baptizandum divinitus sponte repleri solent, non in Hispanorum, sed in Francorum pascha repleti sunt [h].

574. 9. 37. 10. 6. 13. 21.

P. D Apud Persas Hormisda regnat annis 18. Albuinus rex Langobardorum ab armigero suo perimitur, fraude uxoris suae, cuius patrem Cunimundum Gepidarum regem ipse olim in bello peremerat, et ex testa capitis eius sibi pateram ad bibendum fecerat; quam cum uno die ei porrigeret dicens, *Bibe cum patre tuo!* illa femineo furore accensa, illum ab armigero ipsius in lecto perimi fecit. Cleb subrogatus regno Langobardorum, regnat annos 2.

a) T. t. u. p. d. d. f. e. *addit Sig. cur. tertiis.* b) Britannos — sanavit *Sig. ipse statim addidit.* c) In G. — est *Sig. curis tertiis.* d) M. s. i. s. e. l. a. *Sig. cur. tertiis.* e) *in summa pagina add.* 1[8]. *rell. Desunt* A. f) *add.* 1[8]. *rell. Desunt* A. g) *Sig. primum scripserat* Brunichildem; *sed ipse post correxit atque addidit verba* quae et B. d. e. *Ita rell.* Brunichildem A., *cui* q. e. B. d. e. *desunt.* h) Hispani — sunt *in marg. Sig. cur. tertiis.*

575. R. 10. P. 1. E. 11. L. 1. A. 14. W. 22.
Benedictus Romanae aecclesiae 59us presidet. Ab hoc Gregorius ad predicandum Anglis abire permissus, sed populo tumultuante retractus, septimus levita est ordinatus. Athanagildo rege Wisigothorum mortuo, Levigildus cum fratre suo Leuva et post solus regnat annis 16. Fortunatus poeta veniens ab Italia, claret in Gallia. G. pont. V. Greg. Isid. P. D.

576. 11. 2. 12. 2. 15. 1.
Cleb mortuo, Langobardi sub ducibus fuerunt annis 10. Fame Romam urgente, multi Romanorum se Langobardis dedunt. ib.

577. 12. 3. 13. 1. 16. 2.
Iustino imperatore mortuo, Tiberius regnat annis 6. Hic, missa ab Aegypto frumenti copia, Romam liberat ab inedia. H. m.
Chilpericus rex Francorum fratrem suum Sigebertum nimis et per se et per filium suum Theodebertum urget plus quam civili bello. G. r. F.

578. 1. 4. 14. 2. 17. 3.
Sigebertus rex fratri suo Chilperico pugna congreditur, ibique Theodebertus filius Chilperici perimitur. Francis vero pro Chilperico sibi exoso Sigebertum super se regem levare volentibus, á duobus pueris, á Fredegunde Chilperici uxore immissis, Sigebertus perimitur. [Brunicildis uxor eius cum filio Childeberto vel Childeberti filiis regnum gubernans, propter insolentiam morum, adeo intolerabilis erat Francis, ut merito crederetur, Sibillam de ea vaticinatam esse: „*Veniet, ait, Bruma de partibus Hispaniae, ante cuius conspectum gentes vel gentium reges peribunt; ipsa vero calcibus equorum dirupta peribit.*“ Quae quamvis ita esset insolens, tamen ecclesias Dei bonorabat. Plura etiam sanctorum cenobia fundavit, et edificia ammirandi operis construxit, ut miraculo fuerit, tanta ab ea fieri potuisse.] Sanctus Germanus Parisiensis episcopus obiit. Duces Langobardorum urbes et aecclesias exterminantes indiscrete, subiugant sibi quod supererat Italiae [a]. ib. Fred. G. r. F. P. D.

579. 2. 5. 15. 3. 18. 4.
Thiberius, quia liberalis in pauperes fuit, liberalitatem eius Deus iuvit, dum multos thesauros ei invenire dedit. Chilpericus Rex Brunichildem relictam Sigeberti cum filiis exiliat. Menas solitarius in Italia claret. H. m. G. r. F.

580. 3. 6. 16. 4. 19. 5.
Ormisda rex Persarum incursans provincias Romanorum, ignominiose victus á Romanis, proposuit edictum, ne rex Persarum per se ultra exeat ad prelium. Ignis per celum discurrere visus est [b]. Greg. Tur.

581. 4. 7. 17. 5. 20. 6.
Pelagius Romanae aecclesiae 60us presidet. Hic obsidentibus Romam Langobardis, ordinatur absque iussione principis. Hic decrevit cotidianam sacramentorum prefationem ad missas novem tantummodo prefationibus secundum antiquum Romanorum ordinem esse commutandam; scilicet in natale Domini, in apparitione, in pascha, in ascensione, in pentecoste, de apostolis, de sancta trinitate, de sancta cruce, de ieiunio quadragesimali. Ab hoc Gregorius Constantinopolim apocrisiarius directus, hortatu Leandri Hispalensis episcopi libros Moralium in Iob composuit, et ibidem Eutitium Constantinopolitanum episcopum male de resurrectione dogmatizantem, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile ventis aereque suptilius esse futurum, in presentia imperatoris Tiberii confutavit, et illo non multo post mortuo penitus extinxit. Duces Langobardorum Gallias aggrediuntur, et vario bellandi eventu nunc Franci, nunc Langobardi inter se colliduntur. Hospitius famulus Dei in Gallia claret, qui etiam Langobardorum adventum predixerat. P. D. Beda. P. D.

582. 5. 8. 18. 6. 21. 7.
Saxones in italia á Langobardis recedentes, et terras suas in Germania repetere nitentes, á gentibus á Sigeberto illuc inmissis usque ad viginti milia eorum caesis, sero destiterunt á bellis. Winocbus Britto veniens de Britannia, sanctitate clarebat in Gallia. Lupi Burdegalam urbem ingressi, neminem metuentes, devoraverunt canes [c]. Greg. Tur. ib.

583. 6. 9. 19. 7. 22. 8.
Tiberio imperatore in Armeniam incurrente et non multo post mortuo, Mauricius imperat annis 21. Erminigildus, Levigildi regis Wisigothorum filius, filiam Sigiberti regis uxorem duxit; per quam ad ortbodoxam fidem conversus, iram patris sui Levigildi Arriani inrecuperabiliter incurrit. Turonis verus de fracto pane sanguis effluxit [d]. H. m. P. D. Greg. Tur.

584. 1. 10 20. 8. 23. 9.
Chaianus rex Avarum, id est Hunorum, pacem cum Mauricio imperatore solvit. Persae Armeniam predis, incendiis, captivitate episcoporum ac populorum perturbant; aecclesiam tamen 48 martyrum apud Armeniam sub Licinio passorum nullo modo incendere potuerunt. H. m. Greg. Tur.

585. 2. 11. 21. 9. 24. 10.
Mauricius imperator per pretorem suum contra Persas fortiter agit. Antiocbia divinitus subvertitur hoc modo. Quidam civis illius adeo elemosinis et bospitalitati deditus, ut nullo unquam die sine paupere aut hospite comederet, cum uno die usque ad vesperam urbem circuisset, ut pauperem vel bospitem inveniret, offendit virum seniorem in veste alba cum duobus sociis stantem in medio civitatis; et invitans eum ad hospitium, hoc responsum accepit ab eo. *Non poteras, o homo Dei, cum vestro Symeone hanc urbem salvare, ne subverteretur?* Et hoc dicto, sudarium, quod in manu tenebat, extensit super unam medietatem urbis; statimque ipsa medietas cum habitaculis et habitatoribus subversa est. Et volens adhuc excutere sudarium super aliam medietatem urbis, vix ab illis duobus sociis suis multa prece flexus est, ut parceret residuae urbis medietati. Sicque virum, qui haec aspiciebat, attonitum consolatus ex salvatione suae domus, discessit, et ultra non comparuit. Guntramnus Francorum rex in venando fessus, dum in gremio armigeri sui dormiret iuxta rivum aquae, vidit armiger de ore regis parvum animal exire; cui volenti rivum transire nec valenti, armiger, gladio trans rivum posito, viam ei eundi et redeundi paravit. Quo iterum in os eius intrante, rex experrectus et stupefactus dixit, se per somnium per pontem ferreum transisse, et sub monte quodam multos thesauros vidisse. Ubi cum perrexisset secundum fidem somnii, thesauros magnos invenit, eosque acceptos sanctae aecclesiae usibus delegavit [e]. ib. P. D.

586. 3. 12. 22 10. 25. 11.
Langobardi Aucthari regem sibi statuerunt, eumque ob dignitatem Flavium appellaverunt, á quo omnes Langobardorum reges Flavii sunt appellati. Levigildus rex Wisigotborum filium suum Erminigildum bostili persequens animo, eum damnat exilio. Hoc tempore etiam Miro rex Galliciae moritur. P. D. Fred. ib.

587. 4. 13. 23. 1. 26. 12.
Chilpericus rex Francorum immissu uxoris suae Fredegundis perimitur. Lotharius filius eius infans 4 mensium in regno sublimatus, regnavit annis 45. G. r. F.

a) *Verba* Fredegunde — Italiae, *erasis quae Sigebertus scripserat duabus lineis, ita ampliavit 1s. rell. praeter* A., *cui uncinis inclusa desunt, reliqua leguntur, ut nos dedimus, at in fine additur:* Childebertus filius Sigeberti regnum patris accipit. *Ita igitur Sig. primo scripserat.* b) I. p. c. d. v. c. *add. Sig. cur. sec.* c) Lupi — canes *Sig. cur. sec.* d) T. v. f. p. s. e. *Sig. cur. sec.* e) Guntramnus — delegavit *Sig. cur. sec. in rasura et marg. inferiore.*

588. R. 5. P. 14. F. 1. L. 2. A. 27. W. 13.

P. D. Childebertus rex à Mauricio imperatore pro expellendis ab Italia Langobardis pecuniam accepit. Sed id frustra fuit, quia nunc confoederatus eis rediit, nunc eis congressus inferior eis cessit, nunc etsi superior eis fuit, ab expulsione tamen eorum munimen civitatum eum prohibuit.

589. 6. 15 2. 3. 28. 14.

Beda. Levigildus rex Wisigothorum Erminigildum filium suum, quia Arrianae communioni participare noluit, nocte sancta pa-
Fred. schae in carcere securi occidit. Childebertus Lotharii exercitui congressus, victus evasit.

590. 7. 16. 3. 4. 29. 15.

P. D. Rex Langobardorum Auethari uxorem ducit Theudelindam, filiam Garibaldi regis Baioariorum. Nimiae pluviae inundant, ut omnes dicerent, quia aquae diluvii superinundarent; et tanta clades fuit, ut nullus graviorem à seculo fuisse meminerit. Magnus etiam draco in modum validae trabis cum innumerabili serpentium multitudine per Tiberim in mare descendit; à quibus suffocatae bestiae maris et ad litus proiectae, putredine aerem corruperunt.

591. 8. 17. 4. 5. 30. 16.

H. m. Ormisdam regem Persarum à Persis exceeatum, filius eius Chosroe occidit, et ad Mauritium imp. confugit, eiusque vir-
Fred. tute Persas debellans, regnum Persarum accepit, et annis 39 regnavit. Levigildo Wisigothorum rege mortuo, Richare-
P. D. dus filius eius regnat annis 15. In Italia facto diluvio pene ultra fidem omnium, post multam confusionem rerum subsecuta est per eladem inguinariam inedicibilis mortalitas hominum, quae primum percussit Pelagium papam. Gregorius ad papatum electus, interim dum imperatoris assensus expectatur, instituit per septiformen letaniam placare iram Dei; et in procedendo octoginta hominibus hac plaga percussis, tandem ira Dei quievit.

592 9. 1. 5. 6. 31. 1.

Gregorius Romanae aecclesiae 60us presidet. Hic inter cetera pietatis opera animam Traiani Romanorum quondam imperatoris, quamvis pagani, à poenis inferni liberari, miserando et plorando à Deo optinuit. Hic inter multa, quae utilia aecclesiae fecit et instituit, antiphonarium regulariter centonizavit et utiliter compilavit. Kyrrieleyson à clero ad missas cantari precepit; Alleluia ad missas extra quinquagesimam dici fecit. In canone hostiae tria verba superaddidit: *Diesque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari.*

P. D. Orationem quoque dominicam post canonem super hostiam censuit recitari. Auctari rege Langobardorum mortuo, Langobardi, permissa Theudelindae reginae optione, sibi virum et Italiae regem eligendi, prefecerunt sibi regem Agilulfum, qui regnavit annis 25.

593. 10. 2. 6. 1. 32. 2.

Greg. Tur. In Gallia quidam in silva caedens ligna, adeo à muscis infestatus est, ut per biennium amens fieret. Deinde sub religionis habitu se exhibebat pseudoprophetam, deinde magum, deinde etiam sanitates super infirmos faciens, Christum se esse dicebat, et pro Christo se adorari iubebat; nolentes se adorare, cum populo qui ei multus adherebat, impetebat hostiliter. Qui postea à quodam fideli occisus est; et ita sequaces eius dispersi sunt. Richaredus rex Wisigothorum terminos Romanorum infestat. Hucusquo Gregorius Turonensis historiam Francorum digessit. [Hoc tempore regnabat in Hibernia insula Philtanus, et in Scotia regnabat Brendinus, cui frater erat nomine Adelfius; de cuius Adelfii filia, quae vocata est Gelgebes, genuit rex Hiberniae Philtanus sanctum Furseum et fratres eius Foillanum et Ultanum [a].]

594. 11. 3. 7. 2. 33. 3.

Fred. Tunica Domini nostri Iesu Christi in civitate Zaphat, non longe à Hierosolima, confessione Symonis Iudei inventa, et ab episcopis Gregorio Antiocheno et Thoma Hierosolimitano et Iohanne Constantinopolitano Hierusalem in loco, ubi crux Christi veneratur, est posita. Gaugericus Cameracensis episcopus claret [a*].

595. 12. 4. 8. 3. 34. 4.

H. m. Constantinopoli nascitur puer quadripes, et alter duos vertices habens; quae prodigia portendunt adversa locis, in quibus
Fred. nascuntur. Richaredus rex Wisigothorum synodo 62 episcoporum apud Toletum congregata, ibique Arriana heresi
P. D. abdicata et anathematizata, se cum tota Wisigothorum gente confirmat in fide catholica. Tassilo à Childeberto ordinatus rex Baioariorum, devictis Sclavis optinuit triumphum.

596. 13. 5. 9. 4. 35. 5.

P. D. Agilulfus rex Langobardorum in Romanos insurgit; sed agente Theudelinda regina, non multo post cum eis foedus init.
Fred. Huic reginae Gregorius papa libros Dialogi sui misit. Sol à mane usque ad meridiem minoratus est usque ad tertiam sui partem.

597. 14. 6. 10. 5. 36. 6.

Beda II. c. Gregorius papa, quod ipse olim facere intenderat, Angustinum cum aliis ad predicandum destinat in Anglia. Gun-
Fred. trannus rex sanctitate clarus dormit in Christo; regnum eius cessit fratrueli eius Childeberto.

598. 15. 6. 11. 6. 37. 7.

Richaredus rex Wisigothorum regibus Francorum confoederatur, eique soror Childeberti regis uxor datur. Sanctus

Beda II. c. Columba abbas et presbiter, doctor Scottorum et Pictorum, obiit, qui posteris suis multa sanctitatis monimenta reliquit; preterquam quod rustica simplicitate pascha dominico die debere celebrari neque didicit, neque docuit. [Marculfus abbas Baiocasinensis sanctitate claret in Gallia [b].]

599. 16. 8. 12. 7. 38. 8.

Beda. Edilbertus rex Anglorum, qui Cantuarii vocantur, predicante Augustino cum gente sua baptizatur. Porro gens Anglorum, qui Mercii dicuntur, et gens Nordanymbrorum, qui quod ad aquilonarem partem Ymbrae fluminis habitent, ita vocantur, sub regibus Edilfrido et Aelle nondum audierant verbum vitae.

600. 17. 9. 13. 8. 39. 9.

Beda II. c. Sanctus Goar veniens ex Aquitania, claret in Gallia. Augustinus ab Etherio Arelatensi consecratur Anglorum epis-
Fred. copus. Childebertus rex Francorum moritur, cui Theodebertus et Theodericus filii eius subrogantur.

601. 18. 10. 14. 9. 40. 10.

Contentio inter Romanam aecclesiam et arrogantiam Iohannis episcopi Constantinopolitani, universalis pathriarchae

a) *in marg. inf.* 18. *rell. Desunt* A. a*) A. *addit:* Severus Aquileiensis episcopus cum a nullo nec ab ipso Gregorio papa posset revocari ab Arriana heresi, clerus et populus Aquileiensis annitente Gregorio papa divisionem fecerunt et Arriani quidem apud Aquileiam ipsi Severo adhesernnt, ortodoxi vero apud Gradus sedem sibi episcopii statuerunt, et ita ex una metropoli facti sunt duo metropolitae, et licet post mortem Severi aecclesia redierit ad unitatem fidei, nunquam tamen postea ad pristinae coniunctionis unitatem potuit reformari. b) add. 19. rell. *praeter* A.

nomen sibi usurpantis, sub Pelagio papa concepta et à Gregorio iam inde non leniter exagitata, non antea quiescere potuit, quam Iohannes ipse subita morte obiit. Huni cum Francis fortiter bellant in Thuringia. Fredegundis regina moritur. Agilulfus Theoderico confoederatur. In Nilo Aegypti flumine visa sunt animalia humanae formae, vir scilicet et mulier, usque ad lumbos super aquam extantes; qui ab hominibus per Deum adiurati, à mane usque ad nonam se videndos prebuerunt. P. D H. m.

602. R. 19. P. 14. F. 15. L. 10. A. 41. W. 11.

Augustinus episcopus Anglorum, habita synodo cum Brittonum et Scottorum episcopis, quia sacerdotes et monachos invenit adversarios aequitatis, quos voluit habere socios predicationis, terruit eos vaticinio futurae super eos calamitatis. Sanctus Columbanus ex Hibernia in Burgundiam venit, ibique permissu Theoderici regis coenobium Luxovium aedificare coepit. Beda II e. V. Col.

603. 20. 12. 16. 11. 42. 12.

Mauricius imperator se cum suis à Phoca interficiendum divinitus praediscit; et malorum poenitens, ea sibi hic retaliari per se et per servos Dei instanter exposcit. Theodericus rex aviam suam Brunichildem ab Austrasiis ejectam recepit. H. m. G. r. F.

604. 21. 13. 17. 12. 43. 13.

Mauritius imperator cum uxore et filiis à Foca perimitur; et imperat Focas annis 8. Orientales Angli cum rege suo Sibergto per Mellitum episcopum ad Christum convertuntur. H. m. Beda II c.

605. 1. 14. 18. 13. 44. 14.

Cognita morte Mauricii, grassantur per Romanorum provincias hinc Persae et inde Huni. Lotharius et Theodericus prelio inter se colliduntur, in quo plus quam 30 milia caesa referuntur; Theodericus tamen victoria potitur. In hoc prelio angelus Domini evaginatum gladium super populum tenens visus est. H. m. G. r. F.

606. 2. 15. 19. 14. 45. 15.

Sabinianus Romanae aecclesiae 62us presidet. Hoc tempore pauper quidam cum à nautis elemosinam peteret nec acciperet, dicente naucleró: *Desiste elemosinam petere à nobis, qui nihil hic preter lapides habemus!* cum subiecisset pauper: *Omnia ergo vertantur in lapides;* quicquid manducabile in navi erat, in lapides conversum est, colore et forma rerum eadem permanente [a]. Fame Romam aggravante, Romani Gregorio papae iam defuncto derogantes, quod thesauros aecclesiae sua nimia liberalitate dissipasset, cum non adesset persona, in quam exarderent, memoriam nominis eius in libris illius delere volebant. Ac per hoc libros Gregorii papae Romanis exurere volentibus obstitit Petrus diaconus, prodens se Spiritum sanctum in specie columbae super caput Gregorii tractantis sedentem vidisse sepius; idque confirmans iurisiurandi sacramento, mox moriens ex condicto, fidem fecit suo testimonio. Post Richaredum apud Wisigothos regnat Bettericus annis 7. Greg. Tur. de gl. conf. Fred.

607. 3. 16. 20. 15. 46. 1.

Sabinianus papa cum et ipse liberalitati Gregorii predecessoris sui derogaret, et sub hoc optentu manum egenis subtraheret, Gregorius eum per visum ter pro culpa tenaciae et huius derogationis increpatum, quod non resipisceret, etiam quarto horribiliter increpans et comminans in capite percussit; quo ille dolore vexatus, paullo post mortem obiit. Post quem [b], Bonefacius Romanae aecclesiae 63us presidet. Hic optinuit apud Phocam imperatorem, ut aecclesia Romana caput esset omnium aecclesiarum; quia aecclesia Constantinopolitana scribebat se esse primam omnium aecclesiarum. Hic in concilio septuaginta duorum episcoporum decrevit sub anathemate, ut nullus vivente episcopo civitatis suae audeat loqui, aut partes sibi facere, sed tertio die depositionis eius fiat licenter à clero et populo electio sacerdotis. Theodericus et Theodebertus fratres et reges Wascones sibi subiugant [c]. V. Greg. G. pont. G. r F.

608. 4. 17. 21. 16. 47. 2.

Corpus sancti Victoris Thebei apud Salodorum cum sancto Urso passi invenitur. Secundus famulus Dei in Italia claret. Desiderius Viennensis episcopus à Theoderico exiliatur. Augustinus primus Anglorum episcopus moritur, eique Laurentius substituitur. Fred. P. D. Fred. Beda II. c.

609. 5. 18. 22. 17. 48. 3.

Bonefacius Romanae aecclesiae 64us presidet. Hic pantheon Romae à Foca imperatore impetratum vertit in aecclesiam sanctae Mariae et sanctorum martyrum, et in Kalendis Novembris ibi instituit solemnitatem omnium Sanctorum. G. pont. P. D.

610. 6. 19. 23. 18. 49. 4.

Persae Romanorum provintiis graviter incubant. Agilulfus Langobardorum rex Mantuam, Cremonam et aliqua Italiae castella capit. Beda. P. D.

611. 7. 20. 24. 19. 50. 5.

Alexandriae Iohannes episcopus claruit, qui ob eximiam in Christum liberalitatem nomen Elemosinarii meruit.

612. 8. 21. 25. 20. 51. 6.

Heraclius ad imperium electus, Foca perempto et cremato ignibus, regnavit annis 31. Desiderius Viennensis episcopus consilio Brunichildis à Theoderico rege lapidibus obrutus martyrizatur. H. m. Fred.

613. 1. 22. 26. 21. 52. 7.

Persae à Romanorum insecutione non desistunt. Betterico Wisigothorum rege mortuo, Sisebodus regnat annis 29 [d]. Virtus et nomen sancti Iohannis baptistae miraculis declaratur apud urbem Galliae Mauriennam, de reliquiis corporis ipsius hoc modo divinitus illustratam. In ea olim mulier sancto baptistae nimis devota expetebat à Deo, donari sibi aliquid de membris eius; et in hac orandi instantia per triennium persistens, cum alter quivis iam posset desperare, ipsa spem in Deo ponens iuravit, se non manducaturam, donec quod petebat, acciperet. Et sic septem diebus ieiunans, septima tandem die desuper altari pollicem miri candoris apparere videns, leta donum Dei accepit. Ad quod adorandum tres episcopi venientes, cum de hoc sancto pignore partem eliccre vellent, tres sanguinis guttas ex eo stillare in linteo supposito stupuerunt, et singuli singulas se meruisse letati sunt [d]. H. m. Fred.

614. 2. 23. 27. 22. 53. 1.

Deus dedit Romanae aecclesiae 65us presidet. Hic constituit secundam missam in clero. Hic etiam secundum instituta maiorum suorum decrevit, ut si qui viri vel mulieres suos ipsi filios quocumque modo de sancto lavacro susceperint, separentur ab invicem; vel si quis vir commatrem suam, vel si qua mulier compatrem suum à primo dono Spiritus sancti, quod est pabulum salis sacrati, usque ad septimum donum Spiritus sancti in coniugium duxerit, separentur; mulier tamen (Mar.) H. m. Burch. XVII. 44.

a) Sabinianus — permanente *Sig. curis secundis.* b) Sabinianus — quem *Sig. curis tertiis in margine; rell.* c) esset omnium — subiugant *Sig. curis sec. in rasura, cum antea paulo brevius scripsisset.* d) *in loco raso ampliavit Sig. curis secundis.*

Fred. maritalem dotem recipiat, et post expletum annum alteri, si vult, nubat[a]. Sanctus Columbanus à Theoderico rege instinctu Brunichildis aviae expellitur Francia. Qui post, relicto Gallo discipulo suo in Alemannia, coenobium Bobium
V. Am construxit in Italia. Sanctus Amandus Elnonensis per Gallias miraculorum et predicationis gratia clarescebat. Allowinus etiam, qui et Bavo, per eum ex predone conversus et Gandavi solitarie reclusus, sanctitatis exemplum erat omnibus.

615. R. 3. P. 24. F. 28. L. 23. A. 54. W. 2.

Beda II. c. Edilfridus rex Nordanymbrorum regem Scottorum Ean cum omnibus pene suis in bello extinguit[20]. Haec calamitas Scottis contigit secundum vaticinium Augustini episcopi, qui interminatus est Scottos ab Anglis fore perimendos, qui Anglos ad vitam converti egre ferebant; in monachos quoque Scottorum Augustino rebelles ira Dei seviente, qui cum rege suo ad hoc bellum ex more euntes, ut rege armis pugnante, ipsi orando pro eo pugnarent, perempti sunt ab Anglis mille ducenti, tantum quinquaginta per fugam elapsis. Glodesindis Mettensis claret, quae sponsum fugiens, velamine capitis misso sibi a Deo per angelum, se et sua Deo delegavit.

616. 4. 25. 29. 24. 55. 3.

II. m. Persae Syriam incursantes, Damascum capiunt. Edilbertus rex Cantuariorum obit[21]; post quem Ealdbald filius eius
Beda II. c. annis 25 b regnavit. Raduald autem rex orientalium Anglorum, Edilberto mortuo, illam super Anglos regnandi potentiam quartus accepit, ut sub nutu eius alii Anglorum reges regnarent. Edilfrido quoque Nordanymbrorum rege à Radualdo
Paul. Diac. rege perempto, Eduinus regnum Nordanymbrorum suscepit. Huni Langobardos in Italia debellant, et Forum Iulii
V. S. Lupi. proditione captum dissipant. Sanctus Lupus Senonensis episcopus claret, cui aliquando eucharistiam consecranti gemma de caelo à Deo in calice descendit.

617. 5. 26. 30. 25. 1. 4.

II. m. A Persis Palestina bello premitur. Sancta quoque civitas capitur; in ea usque 90 milia virorum perimuntur; Zacha-
G. r. F. rias patriarcha captivatur; crux ipsa dominica sancta asportatur. Inter fratres Theodericum et Theodebertum reges, instinctu aviae eorum Brunichildis, plus quam civile bellum oritur; pugnaque commissa, post inaestimabilem stragem Theo-
Beda II. c. debertus capitur. Per Ealdbaldum et filios Sibercti ad idolatriam Angli revolvuntur. Agilulfo Langobardorum
P. D. rege mortuo, Adaloaldus filius eius regnat annis 12.

618. 6. 27. 31. 1. 2. 5.

G. pont. Bonefacius Romanae aecclesiae 66us presidet. Hic decrevit, ut nullus trahatur violenter de aecclesia. Hic decrevit, ut
(Mar.) monachi in officio sacerdotalis gradus utantur potestate ligandi atque solvendi[c]. Theodericus rex Francorum moritur.
Ivo Decr. VII, 22. Ealdbaldus rex idolatriae abrenuntiat. Lotharius rex filios Theoderici regis in bello captos occidit. Brunichildem
Fred. quoque reginam uno pede et brachio multatam, ad caudam equae indomitae religatam, membratim discerpi fecit; impu-
Beda H. e. tans ei, quod decem reges per eam fuissent extincti. Et sic monarchia regni Francorum ad eum redit. Eleutherius
G. r. F. patricius affectans Romanorum imperium, Romae perimitur. Hoc tempore terremotus maior mense Augusto; et secuta
G. pont. est clades in populo, percussio scilicet scabierum, ita ut nullus posset agnoscere mortuum suum. Iohannes Elemosi-
A. Leod. narius obit. Persae Aegyptum incursantes, Alexandriam capiunt[d].
II. m.

619. 7. 28. 32. 2. 3. 6.

II. m. Fred. Persae Libiam incursantes, Carthaginem capiunt. Lotharius rex tributum 12 milium solidorum, quod Langobardi
Beda II. e. Francis solverant, relaxat, Langobardis perpetuo sibi confoederatis. Laurentius secundus Anglorum episcopus obiit.

620. 8. 29. 33. 3. 4. 7.

II. m. Chosdroe rex Persarum pacem cum Romanis facere nullo modo ammittit. Anastasius Persa ex mago christianus et
Beda. monachus, à Persis captus, post verbera, vincula et carceres, post diutinam appensionem per unam manum, tandem
V. Far. abscso capite, cum aliis 70 martyrizatur. [Virgo Christi Fara claret in Francia. Eius etiam sanctitatem imitatus frater eius Faro, ex comite clericus, et ex clerico Meldensium episcopus claret[e].]

621. 9. 30. 34. 4. 5. 8.

Fred. Sisebodus rex Wisigothorum contra Romanos fortiter agit; provinciam aliasque civitates à Francis extortas ad Wisigothorum ius redigit.

622. 10. 31. 35. 5. 6. 9.

G. p. Mar. Honorius Romanae aecclesiae 67us presidet. Sanctus Columbanus obit. Discipulus eius Gallus in Alemannia claret.
V. Col.

623. 11. 32. 36. 6. 7. 10.

II. m. Chosdroo successu elatus, in effusione humani sanguinis et maxime christianorum ultra modum grassatur. Heraclius imperator Hunis confoederatur.

624. 12. 33. 37. 7. 8. 11.

H. m. Heraclius ad Persas debellandos proficiscens, virilem Dei figuram in manibus accipiens, quam manus non depinxerunt, sed in icona verbum, quod omnia format atque componit, sine pictura formam velut sine semine partum eduxit, Persi-
V. Col. dam aggreditur, eamque per sex continuos annos potenter depopulatur. Eustasius abbas Luxoviensis et Attila Bobiensis post Columbanum clarent.

625. 13. 34. 38. 8. 9. 12.

Fred. Pippinus filius Karlomanni, maior domus regis Lotharii, principabatur. Pippino in disponenda re publica cooperabatur
Beda h. e. sanctus Arnulfus, filius Arnoldi, filii Ansberti, ex Blithilde, filia primi Lotharii regis. Mellitus tertius Anglorum episcopus obiit.

626. 14. 35. 39. 9. 10. 13.

II. m. Heraclius imperator Persas levibus praeliis frequenter fundit.

627. 15. 36. 40. 10. 11. 14.

Florebant in Galliis Austrigisilus Bituricensis, et sub eo Sulpicius, Chunibertus Coloniensis, et Iohannes Tungrensis[f]. In Hispaniis Isidorus Spalensis tum sanctitate, tum doctrina clarebat.

628. 16. 37. 41. 11. 12. 15.

II m. Heraclius Persas gravi prelio contrivit, in quo pretorem Persarum omnesque pene principes peremit; et Persidem per-
Fred. vagatus, miranda Persarum palatia combussit et deiecit. Lotharius rex filium suum Dagobertum in regno ascitum
Beda II. e. Pippino et Arnulfo committit ad Austrasiis regnandum. Eduinus rex Nordanymbrorum à Paulino episcopo baptizatur, et post Radoaldum potentius caeteris super Anglos principatur.

a) Hic etiam — nubat *in marg. Sig. curis tertiis.* b) XXIIII. C1. 3. XXII *ex corr.* D. c) II. d. u. m. i. o. s. g. u. p. l. a. s. *in rasura Sig. curis secundis; rell.* d) Iohannes — capiunt *Sig. cur. sec. in rasura; rell.* e) *addit* 18. *rell.; desunt* A. f) Tungressis *Sig.*

20) Beda hoc factum dicit a. 603. 21) Beda a. 613.

629. R. 17. P. 38. F. 42. L. 12. A. 13. W. 16.
Syrohis cum Persarum principibus contra patrem suum Chosroen insurrexit, et pace cum imperatore Heraclio confirmata, patrem suum cum filiis ipsius peremit, et anno uno regnavit. Dagobertus iram patris sui Lotharii regis meritus, quia consiliarium eius cesum et detonsum dehonestaverat, Parisius ad ecclesiam sancti Dionisii confugit; et quia inde nullo modo extrahi potuit, locum illum semper cordi habuit. H. m. V. Dag.

630. 18. 39. 43. 13. 14. 17.
Obiit sanctus Bavo. Heraclius Perside devicta et pace inter Romanos et Persas confirmata, rediit cum gloria. Syrohi rege mortuo, Adesir regnavit post eum. Adadolaldo rege Langobardorum extincto, Rotharith regnavit post eum annis 16. Erpualdus rex, qui cum patre suo Radoaldo à fide Christi apostataverat, suasu Eduini regis cum gente sua idolatriae abrenuntiat. Hoc tempore Arabum sive Saracenorum princeps erat Muhammad, qui pseudopropheta ex orphano et inope, per heresis suae prestigia ad regnum provectus est. Hic de progenie Ismahelis ortus, cum esset pauper et orphanus, ad quandam cognatam suam predivitem nomine Chadigam, primo ut mercenarius, deinde ut sponsus se coniungens, per eam ditatus est. Quae cum aegre ferret, illum epileptico morbo vexari, ille dicebat, hoc non esse morbum, sed visionem archangeli Gabrihelis se interim videre, et quia aspectum eius ferre non posset, mente defecta cadere. Hic communicabat christianis et Iudaeis, ex eorum scripturis suam pseudoprophetiam in aliquibus confirmans. Hic docebat, quod hi qui inimicum occidunt vel qui ab inimico occiduntur, paradisum ingrediantur. Paradisum vero esse carnalis cibi ac potus; ibique esse fluvium vini, lactis ac mellis, et mixturam feminarum non presentium, sed aliarum multo tempore futuram, et affluentem voluptatem, et multa huiusmodi. Hic est Muhammad, cui gentiles adhuc cultum deitatis exhibent. Hic in regno Saracenorum quatuor pretores statuit, qui amirei vocabantur. Ipse vero amiras dicebatur vel protosimbolus. Dagobertus rex Saxonibus bello concurrit; cui pater Lotharius rex accurrens auxilio, interfecto Bertaldo duce Saxonum, victoriam optinuit; et pervagans omnem Saxoniam, nullum omnino Saxonum, mensuram gladii sui excedentem, dimisit viventeni [a]. A. Leod. H. m. P. D. Beda H. e. H. m. G. r. F.

631. 19. 40. 44. 1. 15. 18.
Heraclius imperator, Perside devicta, Zachariam patriarcham cum captivorum populo Hierusalem reducit; et sanctam crucem Domini reportans, cum regio scemate ornatus portam vellet intrare, per quam Iesus ad crucem subeundam exivit, porta divinitus clausa est; eique rursum ad monitum angeli humiliato et discalceato, porta ultro aperta est; et ita cruce relata, celebritatem exaltationis eius annuatim dedicavit. Apud Persas Ormisda regnat annis 10 sub Saracenis. Lothario mediano Francorum rege mortuo, Dagobertus filius eius regnat post eum annis 14 [b]. H. m. G. r. F.

632. 20. 41. 1. 2. 16. 19.
Saraceni, qui hactenus fuerant sub Persarum regno, eos bello victos versa vice sub suo redigunt dominio. Abhinc pro regno Persarum titulandum est regnum Saracenorum. Muhammad, amiras Saracenorum moritur; post quem Ebubeher tribus annis principatur. Terremotus factus est, et per triginta dies apparuit in caelo signum in modum gladii, portendens imminentem Saracenorum potentatum. Eduinus rex Nordanymbrorum à Penda et Ceduala rege Brittonum perimitur, et fides Christi in Anglia concutitur. H. m. ib. Beda H. e.

633. 21. 1. 2. 3. 17. 20.
Severinus Romanae aecclesiae 68us, et post eum Iohannes LXVIIIIus presidet. Heraclius imperator incidens in heresim monothelitarum, id est unam operationem in Christo credentium, confudit aecclesiam et imperium; contra malitiam eius pugnante perturbatione omnium rerum. Inter Romanos et Saracenos bellum impacabile oritur hac de causa, quia cum quidam spado imperatoris Heraclii distribueret rogas militibus, cum inter alios etiam Saraceni sub imperatore militantes venissent ad accipiendam rogam, spadone indignanter eis dicente: *Vix sufficit imperator dare militibus rogas, quanto magis canibus istis,* illi dolore et pudore incitati, totam Saracenorum gentem ad rebellandum incitant. Amirei Saracenorum Romanos aggrediuntur, et cum multis tres amirei à Romanis perimuntur. Sigibertus infans filius Dagoberti regis à sancto Amando baptizatur; ubi tacentibus cunctis, ipse infans 40 dierum *Amen* respondit, et Amandus Traiectensium episcopus ordinatur. G. p. Mar. H. m. V. S. Am

634. 22. 2. 3. 4. 18. 21.
Romani et Saraceni vario eventu confligunt. Successores Eduini regis ad idolatriam revoluti, mox sunt à Ceduala rege perempti. [Dagobertus rex Sclavos hello devincit [c].] Beda H. e. Fred.

635. 23. 3. 4. 5. 19. 22.
Ebubeher amiras moritur, post quem Haumar annis 12 principatur. Saracenis Syriam infestantibus, Heraclius crucem sanctam Domini ab Hierusalem Constantinopolim transtulit. Oswaldus filius Edilfridi regis, regno Nordanymbrorum post Eduinum suscepto, Cedualam regem Brittonum perimit; et quia fidem Christi tenuit, super omnes Britanniae reges eminuit, et quatuor linguarum gentes, Pictos, Scottos, Brittones et Anglos, sub dicione accepit. Aidan episcopus, sancti Columbae discipulus, à Scottia veniens, apud Anglos clarebat sanctitate et doctrina. [Dagobertus rex Wascones bello devincit [d].] H. m. Beda H. e. Fred.

636. 24. 1. 5. 6. 20. 23.
Theodorus Romanae aecclesiae 70us presidet. Saraceni capta Damasco, Fenicem et Aegyptum occupant. G. pont. H. m.

637. 25. 2. 6. 7. 21. 24.
[Florebant in Francia hoc tempore tres fratres, Ado, Rado, Dado, qui et Audoenus dictus est; qui suam erga Deum devotionem ostenderunt singuli singula coenobia fundando. Ex quibus Dado fuit referendarius Dagoberti regis. Referendarius autem dicebatur, ad quem publicae conscriptiones referebantur, ut per eum anulo seu sigillo regis confirmarentur. Hos ad hoc animavit Eligius aurifex, iam dudum in aula regis Lotharii clarus, qui etiam ex dono Dagoberti regis [e]], Solemniacum monasterium construxit, ubi sanctus Remaclus ab Aquitania veniens, se in Christi tirocinio sub eo exercendum dedit. Sancta Aurea claruit, quam Eligius monasterio virginum à se Parisius constructo prefecit. [Sanctus vero Dado coenobium intra Briegensem saltum construxit, quod Resbacis dicitur; in quo sanctum Agilum primum abbatem prefecit [f].] Aimoin. IV, 41.

638. 26. 3. 7. 8. 22. 25.
Sanctus Amandus, Tungrensi episcopatu postbabito, verbi instat officio. Sub hoc sanctus Landoaldus floruit, qui filium Apri viri illustris Lambertum, post episcopum et martyrem futurum, à puero imbuens, in viam Dei induxit. Saraceni Hierusalem biennio obsessam capiunt. Romaricus abbas et Goericus Mettensium episcopus clarent. V. Am. H. m.

a) *quae sequuntur usque ad a.* 652. *exciderunt* F3. b) *totum annum Sig. cur. sec. in rasura scripsit.* c) *addit* 1β. *rell. praeter* A. d) *add.* 1β. *rell. praeter* A. e) *partim in rasura, partim in ima pagina ita ampliavit* Jv. *rell. praeter* A., *qui habet:* Eligius aurifex iam dudum in aula regis Lotharii clarus ex dono regis Dagoberti adhuc laicus Solenniacum. *Ita igitur Sig. primo ediderat.* f) *addit* 1v. *rell. praeter* A.

639. R. 27. S. 4. F. 8. L. 9. A. 23. W. 26.

It. m. Saraceni Syriam occupant. Iudaei in Hispania christiani efficiuntur. Sisibutus enim Gothorum rex gloriosissimus, plurimas in Hispania provintias Romanae militiae urbes sibi bellando subiecit, et Iudaeos in suo regno ad fidem Christi convertit.

640. 28. 5. 9. 10. 24. 27.

Vita Clod. Sanctus Arnulfus ex maiore domus Mettensium episcopus, et ex episcopo solitarius, dormit in Christo. Clodulfus filius eius, post Mettensis episcopus, sanctitatem patris imitatur. Doda mater ipsius Clodulfi, Treveris reclusa, Christo ancillatur.

It. m. G. r. F. Saraceni Anthiochiam capiunt. Dagobertus rex Sigibertum filium suum Austrasiis regem mittit, sub tutela

Beda H. e. Pippini et Chuniberti episcopi. Ealdboldo Anglorum rege mortuo, Earcombertus filius eius post eum regnavit annis 24. Hic in Anglia primus idola deorum destruxit, et fidem Christi dilatavit, et ieiunium quadragesimae in Anglia legaliter observari edixit.

641. 29. 6. 10. 11. 1. 28.

It. m. Saraceni Persis iterum bello victis, fugato rege eorum Ormisda, totam Persidem sibi subiugant.

642. 30. 7. 11. 12. 2. 29.

It. m. Heraclius imperator moritur. Constantinus filius eius substituitur, et quarto mense imperii sui á noverca sua Martina et

Fred. Pyrro patriarcha veneno extinguitur, et Martina cum filio suo Heraclona imperium arripit. Sisebodo Wisigothorum,

ib. rege mortuo, Suitilan succedens, regnat annis 2. Dagobertus, Saxonibus contra Winidos sibi auxiliantibus, annuum quingentarum vaccarum tributum eis indulget.

643. 1. 8. 12. 13. 3. 1.

It. m. Heraclonas, abscisо sibi naso, et Martina mater eius abscisa lingua exiliantur; et Constans, qui et Constantinus dicitur,

Beda H. e. filius Constantini, regnavit annis 26 [a]. Oswaldus rex Nordanymbrorum á Penda Merciorum rege perimitur; cuius

Fred. filius Oswi regnat post eum annis 28. Dagobertus Wascones subigit. Iudacail rex Brittonum gratiam eius sibi redimit. [Virgo Christi Reginulfa sanctitate claret in Gallia.[b]]

644. 1. 9. 13. 14. 4. 2.

It. m. Haudmar amiras templum sibi Hierusalem aedificat. Et quia nullo modo structura consistere poterat, suggestione Iudae-

Fred. orum crucem desuper montem Oliveti tolli imperat, et sic structura templi stare potuit. In Hispaniis Suintilane ob crudelitatem suam á Wisigothis reprobato, Sisenandus per auxilium Dagoberti sublimatus in regnum, regnat annis 20.

645. 2. 10. 14. 15. 5. 1.

Dagobertus rex Francorum moritur; de quo per visionem cuidam revelatum est, quod anima eius ad iudicium Dei rapta sit, et multis sanctis contra eam pro expoliatione suarum aecclesiarum reclamantibus, cum eam iam mali angeli vellent ad poenas inferni rapere, interventu sancti martyris Dionisii Parisiensis, cui ipse maxime devotus fuerat, á poenis liberata est. Clodoveus filius Dagoberti regnavit post eum annis 17. Sigiberto fratre eius iam regnante in Austria. [Huius Clodovei maior domus fuit Erchanoaldus.[c]]

646. 3. 11. 1. 16. 6. 2.

P. D. Rotharith Langobardorum rege mortuo, Rodoaldus filius eius regnat annis 5. Sanctus Remaclus ordinatur Traiectensium episcopus.

A. Leod. Vita S. Gertr. [Modoaldus frater Ittae et avunculus sanctae Gertrudis, archiepiscopatum Trevirensem doctrina et sanctitate sua illustrat. Soror quoque eius Severa abbatissa in eadem urbe á fratris sanctitate non degenerat[d].]

647. 4. 12. 2. 1. 7. 3.

It. m. Persa quidam simulans se velle adorare Haumar amiram Saracenorum, infixo in ventrem eius gladio peremit eum; cui

G. r. F. Hotmen substitutus, annis 10 principatur. Pippinus maior domus moritur [22]. Grimoaldus filius eius in aula Sigeberti regis potenter principatur.

648. 5. 1. 3. 2. 8. 4.

It. m. Saraceni Africam occupant. Sanctus Furseus in Hibernia claruit; qui peregrinationem pro Christo aggressus, ad Gal-

Beda. lias usque pervenit, [et á Chlodoveo rege honorifice susceptus, Latiniacum coenobium fundavit[e].] Quem non multo post fratres sui Foillanus et Ultanus pari peregrinandi voto secuti, per Gallias claruerunt. Ex quibus Foillanus dono Ger-

G. pont. trudis virginis Fossense monasterium postea fundavit, ubi etiam martyrio coronatus quiescit. Martinus Romanae

Fred. aecclesiae 71[us] presidet. Sigibertus rex Radulfo Turingorum duci bello concurrit.

649. 6. 2. 4. 3. 9. 5.

Eligius Noviomi, Audoenus, qui et Dado, Rotomagi clarent episcopi, et Philibertus et Richarius Pontivensis abbates. Ansigisus etiam filius sancti Arnulfi clarebat, cui Begga soror Grimoaldi nupserat.

650. 7. 3. 5. 4. 10. 6.

V. Gertr. Itta relicta Pippini, instinctu sancti Amandi se et sua Deo devovens, monasterium Nivialense fundavit, eique filiam suam Gertrudem Deo dignam virginem prefecit. Autbertus Cameracensis episcopus claret.

651. 8. 4. 6. 5. 11. 7.

P. D. Rodoaldo Langobardorum rege perempto, Aripert regnat annis 9[f].

V. S. Rem. Rex Sigibertus de posteritate prolis desperans, duodecim monasteria hinc inde Deo construxit, in quibus Stabulaus et Malmundarium eminebant, cooperante sibi in his maiore domus Grimoaldo et Traiectensium episcopo Remaclo. Qui Remaclus non multo post pertesus secularium tumultuum, in ipso Stabulaus monachicae vitae assumpsit habitum. His diebus multi utriusque sexus in Galliis claruerunt, qui ad testimonium sanctitatis suae in aedificandis Deo monasteriis operam suam navaverunt. Ex his in nostra vicinia tunc florebant Landelinus, qui et Morosus, ab Autberto episcopo ex predone ad Christum retractus, fundator coenobii Lobiensis; Gislenus Cellensis; Madelgarius dux qui et Vincentius Altimontensis et Sonegiensis, eiusque coniunx Waldedrudis Castrilocensis; sororque Waldedrudis Aldegundis Melbodiensis. Trudo etiam Hasbaniensis in tyronem Christi adolescebat. Preter hos et alii multi de Anglia vel Scottia in Galliis peregrinantes, verbum Dei seminabant, multumque fructum

Transl. S. B. Deo faciebant, scilicet Etto, Bertuinus, Eloquius. Coenobium Floriacense á Leodeboldo abbate fundatur, et non multo post corpus sancti Benedicti abbatis, ab Agiulfo monacho á castro Cassino delatum, illuc transportatur. Corpus vero sororis eius sanctae Scholasticae Cynomannis transfertur.

652. 9. 5. 7. 1. 12. 8.

Beda. Constantinus imperator á Paulo Constantinopolitano deceptus, exposuit typum contra fidem catholicam, nec unam nec duas voluntates aut operationes in Christo deliniens esse confitendas; quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus.

a) *ita* 1. (*corr. ex* XXVII.) D. XXVII A. XXV. B4 C3. b) *add.* 1β.; *rell.* c) *add.* 1β.; *rell. praeter* A. d) *add.* 1. *aut Ans. aut* 1β.; *rell. praeter* A. e) *add. aut Ans. aut* 1β.; *rell. praeter* A. f) VIII. C3.

22) errat Sig.; obiit circa a. 640.

Ob hoc Martinus papa congregata Romae 105 episcoporum synodo, anathematizavit heretieos Cyrum, Sergium, Pyrrum, Paulum quoque presentis persecutionis incentorem, aecclesiam aperta et occulta infestatione vexantem. Sigibertus rex Hildebertum filium Grimoaldi maioris domus adoptat in filium et in regnum. Beda.

653. R. 10. S. 6. F. 8. L. 2. A. 13. W. 9.

[Iudochus regis Brittonum filius, spreto regno et mundo, peregrinus et eremita, in pago Pontivo requievit in Christo[a].] Constantinua imperator misso exarcho ad Italiam, impugnat Dei aecclesiam. G. pont.

654. 11. 7. 9. 3. 14. 10.

Ignis de caelo cecidit, et timor magnus super homines venit. Pestileutia gravissima tribus aestivis mensibus grassata est; cunctis visibiliter apparente, bonum et malum angelum noetu civitatem circuire, et quoties iussu boni angeli malua angelus venabulo, quod manu ferebat, ostium cuiuseunque domus percussisset, tot ex eadem domo sequenti die interibant. [Hoc tempore sanctus Foillanus Fossensis martyrizatur[b].] H. m.

655. 12. 8. 10. 4. 15. 11.

Saraceni capta Rhodo famosum eius eolossum everterunt; ex cuius aere 900 eameli onerati sunt. H. m.

656. 13. 9. 11. 5. 16. 12.

Constantinua imperator Saracenis navali pugna congressus, ignominiose vineitur. Sigibertus rex Austrasiorum moritur, Dagoberto filio suo admodum parvulo fidei Grimoaldi commendato, ut in regnum eius auxilio promoveatur. Oswi rex Nordanymbrorum, facto Deo caeli voto, Pendae Merciorum regi concurrit cum exercitu non multo; et inter nimiam Merciorum stragem ipsum regem Pendam perimit, gentemque Merciorum ad Christum converti fecit. Pietos quoque regno Anglorum subdidit. ib. Beda II. e.

657. 14. 10. 12. 6. 17. 13.

Olympius exarchus ad regendam Italiam ab imperatore Constantino missus, et Martinum papam occidere iussus, cum aliter non posset, tractavit, ut inter missarum solemnia, eum sibi ipse papa sanctam communionem porrigeret, illum spatarius suus perimeret. Sed spatarius hora sanctae communionis papam nullo modo videre potuit. Exarchus vero paulo post in Sicilia á Saracenis turpiter victus, turpius periit. Hotmen amira Saracenorum perempto, Muhavias ex amirco amiras factus, principatur annis 24. Grimoaldus maior domus, domino suo Dagoberto Sigiberti filio attouso et per Didonem Pictavensem episcopum in Seottiam directo, Hildebertum filium suum facit Austrasiorum regem. G. pont. H. m G. r. F.

658. 15. 1. 13. 7. 18. 14.

Franci dolentes super infidelitate Grimoaldi contra filium Sigiberti, captum eum presentant Parisius iudicio Chlodovei; quem Chlodoveus vinculatum amara in carcere fecit morte consumi; filiumque suum iuniorem Hildricum regem fecit Austrasiorum. Obiit Itta mater sanctae Gerdrudis. Theodardo episcopo martyrizato, sanctus Lambertus filius Apri comitis episcopatum Traiectensem illustrat gloria nobilitatis et gratia sanctitatis. Atrabatis dum corpus sancti Vedasti transferretur á Vindiciano[c] episcopo, presentibus Lamberto Tungrensi et Audomaro Tarwanensi aliisque sanctis episcopis et abbatibus, Audomarus, qui pre senio cecus erat, dum precibus presentium episcoporum et meritis sancti Vedasti illuminatus esset, egre ferens se liberatum esse á cecitate, quam pro salute sua sibi á Deo immissam esse gaudebat, rursus ad votum suum excecatus est[d]. ib. V. Gertr. V. Lamb. cf. Bald. I, 19.

659. 16. 2. 14. 8. 19. 15.

Martino papa pro confessione fidei, iussu Constantini exiliato ibique defuncto, Eugenius 72us Romanae aecclesiae presidet. Constantinus Sclaviam sibi subigit[e]. G. pont. H. m.

660. 17. 3. 15. 9. 20. 16.

Muhavias Saracenorum amiras cum Constantino imperatore firmat pactum, ut Saraceni Romanis solvant tributum, scilicet per singulos dies nomismata mille et servum et equum. Chlodoveus rex corpus sancti Dionysii Parisiensis discooperiens, minus religiose, licet cupide, os brachii eius fregit et rapuit; moxque in amentiam perpetuam incidit. Aripert Langobardorum rege defuncto, Godebertus et Bertarith filii eius annum agunt non tam in regno componendo, quam de regno contendendo. H. m. P. D.

661. 18. 4. 16. 1. 21. 17.

Vitalianus 73us Romanae aecclesiae presidet. Obiit sanctus Amandus Elnonensis. Constantinus imperator Theodosium fratrem suum occidit. Grimoaldus, dux Taurinatum, Godebertum, filium Aripert regis Langobardorum, dolo perimit, et eius regnum arripit, sororemque Godeberti uxorem ducit, regnavitque annis 9. [Sanctus Nivardus Remensis archiepiscopus, et Reolus successor eius, Bercharius quoque martyr, qui fuit abbas primus Autuillarensium, sancta etiam Berta martyr et abbatissa, sanctitate clarent in Francia[f].] G. pont. A. Leod. H. m. P. D. A. Laub. Flod.

662. 19. 5. 17. 1. 22. 18.

Constantinus imperator Italiam petit, multasque Langobardorum urbes capit, Beneventum obsidet, ibique Grimoaldus rex exercitum eius graviter atterit. Chlodoveus rex Francorum obiit, et Lotharius filius eius succedit et 4 annis regnat. Huius maior domus post Erchanoaldum fuit Ebroinus. Balthildis regina, mater Lotharii, Corbeiam et Chalam monasteria Deo construxit. Abhinc Francorum regibus á solita fortitudine et scientia degenerantibus, regni potentia disponebatur per maiores domus, regibus solo nomine regnantibus; quibus moris erat principari quidem secundum genus, et nil agere vel disponere, quam irrationabiliter edere et bibere, domique morari, et Kalendis Maii presidere coram tota gente, et salutare et salutari, obsequia et dona accipere et rependere, et sic secum usque ad alium Maium habitare. P. D. G. r. F. V. Balth. P. D.

663. 20. 6. 1. 2. 23. 19.

Constantinus imperator Romam venit; de qua omnibus paene, quae ad ornatum urbis erant, ablatis, ad Siciliam vadit. ib.

664. 21. 7. 2. 3. 24. 20.

Constantinus imperator imperium in urbem Romam transferre nititur, sed á Constantinopolitanis ei resistitur. In Anglia inter Anglos et Scottos magna de observatione paschae fit disceptatio, mediante Oswi rege glorioso, qui etiam assensus est Anglis pascha celebrantibus more Romano. Sisenando Wisigothorum rege mortuo, regnat Chintilan annis 16. Obiit sancta Gerdrudis Nivialensis[23]. Beda H. e. Fred. V. Gertr.

a) *add.* 1γ. *rell.* b) *add. aut Ans. aut* 18. *rell. praeter* A. c) Autberto B2. 5. C1. 3. D., *quod rectum.* d) *prius breviora ita in rasura ampliavit ipse Sig. cur. sec. una cum anno sequenti.* e) *totum annum in rasura scripsit Sig. cur. sec.;* LXXI. R. c. p. (C. S. s. s. *desunt*) *habet* A. f) *ita in rasura dimidiae lineae et in margine* 1γ. *rell. praeter* A., *qui habet:* et Pertarith fratrem eius peregrinari coegit. *Ita igitur Sig. primo edidit.*

23) Eam a. 659. obiisse probat Hirsch p. 64.

665. R. 22. S. 8. F. 3. L. 4. A. 25. W. 1.

A. Leod. Beda H. e Obiit sanctus Eligius Noviomensis episcopus. Earconbert rex Anglorum obiit, et filius eius Egbert regnat post eum annis 9a.

666. 23. 9. 4. 5. 1. 2.

G. r. F. Lotharius rex Francorum moritur. Theodericus frater eius ab Ebroino maiore domus in regnum sublimatur.

667. 24. 10. 1. 6. 2. 3.

ib. Theodericus rex propter insolentias Ebroini á Francis repudiatur, et frater eius Hildricus, qui in Austria regnabat, á cunctis ad regnandum evocatur. Porro Theodericus et Ebroinus tonsorantur, et Theodericus Parisius in coenobio sancti Dionysii, Ebroinus in Luxovio relegantur. Hildrici maior domus erat Vulfoaldus. Hic in parochia Virdunensi supra Mosam coenobium sancti Michaelis archangeli fundavit.

668. 25. 11. 1. 7. 3. 4.

Beda. Theodorus archiepiscopus et Adrianus abbas á Vitaliano papa in Angliam diriguntur.

669. 26. 12. 2. 8. 4. 5.

H. m. Constantinus imperator, qui et Constans, omnibus suis exosus, Syracusis á suis in balneo est occisus. Mizius quidam in Sicilia tyrannidem meditatus, mox extinguitur. Constantis filius Constantinus post patrem imperat annis 17.

670. 1. 13. 3. 9. 5. 6.

G. pont. Beda H. e. P. D. Adeodatus 74us Romanae aecclesię presidet. Oswi Nordanymbrorum rege defuncto, Egfridus filius eius regnat annis 15. Grimoaldus rex Langobardorum, cum nono die post fleotomum accepto arcu columbam percutere nisus esset, vena brachii eius disrupta est, et superponentibus ei medicis venenata medicamina, defunctus est. At Pertarith filius Ariperth regis, divinitus á peregrinatione revocatus et á Langobardis in regnum relocatus, regnavit annis 18b. Hoc tempore claruit sanctus Preiectus Arvernensis civis et episcopus, qui etiam martirizatus est ab ipsius urbis primoribus in ultionem Hectoris Massiliensium patricii, ab Hildrico Francorum rege perempti propter iniustitias Arvernensi

Bald. aecclesiae ab eo illatas. In territorio Cameracensi virgo Dei Maxelendis pro voto virginitatis Harduiuum amatorem suum fugiens, ab eo martirizatur. Qui mox excecatus, post triennium ab ea illuminatur.

671. 2. 14. 4. 1. 6. 7.

H. m. Beda H. e. Constantinus imperator fratres suos habens suspectos, ne conregnarent, nasos eorum abscidit. Hoc tempore quidam in Britannia a morte resurgens, multa, quae vidit de locis poenarum et purgatorii ignis loco, enarravit.

672. 3. 15. 5. 2. 7. 8.

Beda. V. S. Am. Saraceni Italiam invadunt, et omnibus direptis Alexandriam redeunt. Amatus episcopus Senonensis a rege Theoderico gravi et inrevocabili exilio diu tribulatur c.

673. 4. 16. 6. 3. 8. 9.

Beda H. e. H. m. Egberth rex Anglorum obiit; cui Lothere frater eius succedens regnat annis 12. Hyris apparuit in celo mense Marcio, et tremuit omnis caro, ita ut omnes dicerent, quod consummatio esset d.

674. 5. 17. 7. 4. 1. 10.

Beda H. e Theodorus in Anglia synodo habita, constituit multa aecclesiae utilia. Hic Theodorus scripsit poenitentialem librum, mirabili et cauta discretione distinguens modum singularum culparum.

675. 6. 18. 8. 5. 2. 11.

H. m. Stolus Saracenorum contra Constantinopolim applicuit. Qui dum per aliquot annos christianis inaniter concurrissent, in redeundo ex multa parte dimersi interierunt.

676. 7. 19. 9. 6. 3. 12.

V. S. Leod. P. D. Hildricus rex levitate morum accendit in se odia Francorum. Sanctus Leodegarius Augustidunensis episcopus ab eo in Luxovio retruditur. In Italia tantae pluviae et tonitrua fuerunt, quales nulla aetas hominum memorat, ut etiam homines et peculia fulgure interirent. Et nisi per letanias, quas quotidie faciebant, Dominus esset propitiatus, non potuissent homines triturare vel in horreis frumenta recondere; in tantum ut ex ipsis pluviis denuo legumina renascerentur et ad maturitatem devenirent e.

677. 8. 20. 10. 7. 4. 13.

G. pont. H. m. G. pont. Donus 74us Romanae aecclesiae presidet f. Saracenis et Arabibus cum Romanorum exercitu congressis, occiduntur Saracenorum 30 milia. Ab Augusto per tres menses stella radiis caelos penetrans, á parte orientis á galli cantu usque in mane apparebat, et maxima mortalitas á parte orientis subsecuta est.

678. 9. 21. 11. 8. 5. 14.

H. m. Kallinicus architectus ab Heliopoli Syriae ad Romanos confugit, ignemque marinum adinvenit; quo usi Romani naves Saracenorum exusseruut, et una cum animabus prorsus incenderunt, et ita victoria potiti sunt.

679. 10. 22. 12. 9. 6. 15.

G. pont. G. r. F. Agatho 75us Romanae aecclesiae presidet. Bodilo Francus, quem Hildricus ligatum ad stipitem caedi precepit, Hildricum in venatione exceptum, cum Blithilde uxore eius pregnante interficit. Theodericus regno restituitur. Leudesius filius Erchonoaldi, consilio Leodegarii episcopi á Luxovio revocati aliorumque principum, maior domus constituitur.

H. m. Inter Romanos et Saracenos in 30 annos pax est confirmata, ut Saraceni Romanis auri libras tria milia et viros captivos 50 et equos nobiles 50 annuatim solvant.

680. 11. 23. 1. 10. 7. 16.

H. m. Gens Bulgarum, quae et ipsa á Scithia egrediens passim debachabatur, per Thraciam Bathaia duce grassatur. Quibus Constantini imperatoris occurrens exercitus, ab eis turpiter fugatus, graviter est attritus; et adeo per Romanam rem publicam eorum invaluit excursus, ut imperator pace cum eis facta, annua pacta eis prebere sit coactus. Ebroinus á Luxovio egressus, vires resumit, insidiatores suos premit, super Theodericum regem irruit, thesauros eius et aecclesiae diripit, Leudesium maiorem domus perimit, Chlodovenm quendam fingens esse filium Lotharii regis regem sibi facit, ad

G. r. F. Fred. eius sacramentum quos potest poenis, minis et blanditiis impellit. Chintiliane rege defuncto, Tolgan filius eius adhuc puer, in regno Wisigothorum succedens, regnat annis 4. Abhinc regnum Bulgarum adnotandum

a) VIII. A. C1. 3. D. b) XVII. A. C1. 3. D. *Sequentia* Hoc — illuminatur *in marg. add. Sig. cur. tertiis; rell.* c) Amatus — tribulatur *Sig. cur. tertiis; rell.* d) Hyris — esset *Sig. cur. sec., rell.* e) A. *hic exhibet verba* S. Audoenus qui et Dado R. e. o. *ex a.* 690., *ubi ea omittit.* f) *ita errore lapsus Sig. hic scribit, et in eodem errore pergit in sequentibus;* B4. 5. *habent* LXXV. *et sic porro;* C1. 3. *et iidem Donum vocant* LXXV., *Agathonem* LXXVI. *et Leonem item* LXXVI., *ita ut abinde cum Sigeberto iterum conveniant;* D., *qui iam inde ab a.* 530. *Sigebertum uno numero praecesserat, Donum vocat* LXXVI., *Agathonem* LXXVII., *Leonem iterum* LXXVII. *et sic deinceps.*

est, quorum rex Bathaias erat. Agatho papa suscepit divalem iussionem principum, ut suggessit, per quam relevata est quantitas, quae solita erat dari pro ordinatione pontificis facienda; sic tamen, ut si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretus generalis introducatur in regiam urbem secundum antiquam consuetudinem; et cum eorum scientia et iussione debeat ordinatio provenire. G. pont.

681. R. 12. S. 24. F. 2. L. 11. A. 8. W. 1. Bulg. 1.
Sexta synodus universalis Constantinopoli congregatur, in qua Georgius Constantinopolitanus episcopus ab errore monothelitarum revocatur, Macharius vero Antiochenus et cuncti duas voluntates et operationes in una Christi persona negantes, anathematizantur. In hac synodo fuerunt episcopi 289[24]. Beda.

682. 13. 25. 3. 12. 9. 2. 2.
Sanctus Leodegarius Augustidunensis episcopus ab Ebroino capitur, et cum fratre suo Gerino graviter affligitur. Gerinus non multo post lapidibus obruitur. Muhavias Saracenorum amiras moritur; post quem Gizid filius eius tribus annis principatur. In Italia tribus aestatis mensibus gravissima hominum mortalitas facta est. Cont. Fred. H. m. G. pont.

683. 14. 1. 4. 13. 10. 3. 3.
In Anglia claret Edildrudis regina, quae tribus viris nupta, virgo permansit. Cuius mortuae corpus post 11 sepulturae suae annos incorruptum inventum est. Beda.

684. 15. 2. 5. 14. 11. 4. 4.
Leo iunior 76[us] Romanae aecclesiae presidet. Ravennas aecclesia censura imperatoris, sub ordinatione sedis apostolicae restituta est, scilicet ut qui in ea electus fuerit episcopus, in urbem Romam veniat ordinandus. Egfridus rex innoxiam Hiberniae gentem graviter depopulatur. Tolgane á Wisigothis propter pueritiae levitatem reprobato et in clericum tonsorato, Chintasindus regnat post eum annis 20. G. pont. Beda H. e. Fred.

685. 16. 3. 6. 15. 12. 1. 5.
Benedictus 77[us] Romanae aecclesiae presidet. Gizid mortuo Marbuan principatur Saracenis anno 1. Theodericus rex Ebroinum in gratiam recipit eiusque consilio synodum episcoporum cogit, et in hac multos eorum, ex sententia Ebroini, episcopatu privat, aliquos etiam inrevocabili exilio damnat. Sub tam procelloso domesticae persecutionis tumultu sanctus etiam Lambertus á Traiectensi amotus episcopatu, in coenobio Stabulaus monachicae quietis expetit portum, ibique per septem annos habitavit secum. Sanctus Leodegarius diu ab Ebroino tormentatus, post famem et carceris squalorem, post oculorum evulsionem, post plantarum concisionem, post linguae et labiorum excisionem, tandem consummavit martyrium per capitis abscisionem. Ansigisus pater Pipini á Gunduino perimitur, quem ipse inventum et nutritum de sacro fonte susceperat, et ad maximos militiae honores provexerat. Lohere rex Anglorum moritur; et Egfridus rex Nordanymbrorum a Pictis perimitur. Picti, Scotti et Brittones Anglos nimis premunt, et libertate, quam olim per Anglos perdiderant, recepta, multam Angliae partem invadunt. Post Lohere regnavit Edrich annis duobus. Egfrido vero succedens frater eius Alfrid regnavit annis 20. Sanctus Chilianus Scottus Wirziburgensis episcopus claret. G. pont. H. m. V. Lamb V. Leod. Beda H. e. V Kil.

686. 17. 1. 7. 16. 1. 2. 6.
Iohannes Romanae aecclesiae 78[us] presidet. Constantino imperatore mortuo, Iustinianus filius eius imperat annis 10. Saracenis principatur Habdalan anno uno. Begga relicta Ansigisi se et sua Deo mancipat, et monasterium Andennense fundat. G. pont. H. m.

687. 1. 1. 8. 17. 2. 3. 7.
Conon Romanae aecclesiae 79[us] presidet. Habdimelich amiras principatur Saracenis annis 22. Inter Iustinianum et Habdimelich pax convenit, ut solvant Saraceni Romanis singulis diebus mille nomismata et servum et equum. Vulfoaldo maiore domus mortuo, Pippinus filius Ansigisi principatur in Austria cum duce Martino. Quibus congressus Ebroinus, victoria potitur; Martinus fugiens ab Ebroino perimitur. Pertarid Langobardorum rege mortuo, Cunipert filius eius regnat annis 12. Edrich Anglorum rege mortuo, externi reges regnum Angliae dispergunt et discindunt annis 4. Sanctus Cuthbertus Anglorum episcopus obiit. G. pont. H. m. G. r. F. P. D. Beda H. e.

688. 2. 1. 9. 1. 1. 4. 8.
Sergius 80[us] Romanae aecclesiae presidet. Hic in sacrario sancti Petri portionem magnam dominicae crucis invenit. Consequentia missam celebrandi iam ad integrum composita ab apostolis et apostolicis viris, epistolas quippe et euangelia recitabat aecclesia ex antiquorum traditione, quae digesta sunt in libro, qui appellatur comes, quem ad Constantinum Hieronimus scripsisse dicitur; Alexander autem sextus papa, qui instituit aquam benedici et aspergi, qui instituit oleum singulis annis benedici ab episcopo, et vetus propter novitatem sacramenti incendi. Hic inseruit memoriam dominicae passionis ad consecrationem eucharistiae, et sicut de latere crucifixi Iesu effluxit sanguis et aqua, ita aquam vino misceri in ipsa consecratione instituit, nec vinum sine aqua, nec aquam sine vino offerri debere decernens. Primus Xistus[a] 7[us] papa ymnum *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus*, Telesforus 8[us] papa quadragesimae ieiunium septem hebdomadibus ante pascha instituit, ymnum angelicum *Gloria in excelsis Deo* addidit. Damasus 35[us] papa *Credo in unum Deum* sollemnibus diebus cantari instituit ex decreto secundae universalis synodi, á 150 episcopis Constantinopoli celebratae. Caelestinus 41[us] papa introitus, gradualia, offertoria et communiones ex psalmis modulari antiphonatim instituit. Gelasius 47[mus] papa collectas et prefationes composuit. Gregorius 61[us] papa *Kyrieleyson, Christe eleyson* et *Alleluia* extra quinquagesimam et orationem dominicam, per quam solam apostoli consecrabant, post canonem consecrationis addidit. Ad haec omnia hic Sergius hoc ultimum addidit, ut inter communicandum *Agnus Dei* á clero cantetur. Constituit etiam, ut in annuntiatione Domini, in festivitate quae dicitur ypapanti Domini, in nativitate et assumptione sanctae Mariae exeant letaniae. Hic corpus primi Leonis papae divina revelatione transposuit. Innocentia et meritum sancti Leodegarii multis miraculis declarantur. Imperator pacem cum Saracenis pactam solvens, mala eis intulit, et peiora ab eis pertulit. Ebroinum maiorem domus Neustriae, Francos insolenter opprimentem, Ermenfridus perimit, et ad Pipinum confugit. Waratho pro Ebroino maior domus statuitur[b]. G. pont. Burch. V, 3. G. pont. V. Leod. H. m. G. r. F.

689. 3. 2. 10. 2. 2. 5. 9.
Iustinianus pacem cum Bulgaribus pactam solvit, eisque concurrens primo vicit, post ab eis exceptus vix evasit. Inter Pipinum et Gissemarum filium Warathonis apud Namucum castrum pugna committitur. Nec multo post Gissemaro divinitus punito, Warathone quoque mortuo, Bertarius gener Warathonis fit maior domus sub rege Theoderico. H. m. Cont. Fred.

a) qui i. oleum — Xistus *in rasura unius quam primo scripserat lineae, et in margine Sig. cur. tertiis; rell.* b) *post haec erasa est linea una et dimidia, incipiens:* Ansigisus . . . . . *Exhibet ea unus* A. *ita:* Ansigisus pater Pippini a Gunduino perimitur. Quem ipse inventum et nutritum et a sacro fonte susceptum, ad maximos militiae honores provexerat. *Sed post deleta sunt; cf. a.* 685.

24) Cl. Beda.

690. R. 4. S. 3. F. 11. L. 3. A. 3. W. 6. B. 10.

G. r. F. Sanctus Audoenus Rotomagensis episcopus obiit[a]. Theodorus archiepiscopus Anglorum obiit. Franci Bertario
Beda H. e. Cont. Fred. aversi, affectant per obsides amicitiam Pipini, eumque instigant contra principatum Bertarii.

691. 5. 4. 12. 4. 4. 7. 11.

Theodericus rex cum Bertario, Pipino congressus, vincitur; Bertarius á suis perimitur. Theodericus rex á Pipino capitur. Pipinus Neustriam sibi subiugat, et sub Theoderico solus toti regno principando statum rerum meliorat. Sanctum
Beda H. e. quoque Lambertum in Traiectensi presulatu relocat. Sanctus Remaclus hoc anno obiisse dicitur. Wichtred filius Egberti regis, religione et industria confortatus, gentem Anglorum ab oppressione exterorum liberat, et super eos 35 annis regnat.

692. 6. 5. 13. 5. 1. 8. 12.

P. D. Alahis dux fugato Chunipert regnum Langobardorum arripit; cui Chunipert bello congressus, eum perimit, regnumque
Beda H. e. recipit. Willibrordus cum sociis 12 veniens ab Anglia, sanctitate claret in Gallia. Sanctus Wandrigisilus, qui et Wando, Ansigisi maioris domus ex Walchiso fratre nepos, hoc tempore claruit, qui cenobia Fiscannum et Fontinellam Deo construxit[b].

693. 7. 6. 14. 6. 2. 9. 13.

Cont. Fred. Theodericus rex Francorum obiit. Chlodoveus filius eius regnat post eum annis 4. Saraceni Romanos gravissimo
H. m. Beda H. e. bello atterunt. Evaldus albus et Evaldus niger presbiteri, venientes ab Anglia, martyrizantur in Gallia, et iussu Pipini sepeliuntur in Agrippinensi Colonia.

694. 8. 7. 1. 7. 3. 10. 14.

ib. Pipinus Rabbodum ducem Fresonum bello vicit; et Willibrordum genti illi ad predicandum dirigit. Kyliani Wirziburgensis episcopi discipulus Arnual in Gallia, Adamanus abbas, Adhelmus et Wilfrid episcopi clarent in Anglia[c].

695. 9. 8. 2. 8. 4. 11. 15.

G. pont. Iustinianus imperator sanctam sextam synodum infirmare nititur, et Sergium papam in hoc sibi resistentem aecclesia
H. m. deturbare frustra molitur. Defectio solis facta est hora dici tertia; ita ut quaedam clarę stellae parerent[d].

696. 10. 9. 3. 9. 5. 12. 16.

H. m. Leo patricius Iustinianum regno privat, eumque naso et lingua truncatum in exilio relegat. Beda presbiter et monachus clarens in Anglia, tricesimum aetatis annum agit, et reliquum tempus vitae legendo, tractando et exponendo sanctam scripturam utiliter exigit.

697. 1. 10. 4. 10. 6. 13. 17.

G. r. F. Mortuo Clodoveo, Hildebertus frater eius regnat post eum annis 16. Willibrordus á Sergio papa Clemens agno-
Beda H. e. minatus, et ad predicandum genti Fresonum episcopus consecratus, ex dono Pipini principis sedem episcopalem statuit in loco Vultaburch dicto, qui nunc Vultraiectum dicitur, á nomine gentis Vultarum et Traiecto compositum, quasi
Vita Kil. Vultarum oppidum. Nam Traiectum lingua Callica oppidum dicitur. Apud Wirziburch castrum Ostrofranciae sanctus Chilianus cum discipulis suis Colomanno et Tolmanno clam martyrizatur á Geilana, uxore Gozberti principis Wirziburgentium, quae timebat separari á viro suo, arguente eum Chiliano, quod eam uxorem quondam fratris eius, etiam ipse uxorem haberet. Quorum mors cum diu omnes lateret, Geilana et percussoribus martyrum á daemonio arreptis, eorum confessione divulgata est.

698. 2. 11. 1. 11. 7. 14. 18.

Beda. Sanctus Ursmarus per interventum Hildulfi ducis Lobiense coenobium á Pipino principe ad regendum suscipit. Syno-
dus Aquileiae facta quintam universalem synodum á Iustiniano imperatore et Vigilio papa Constantinopoli celebratam
Vita S. L. suscipere diffidit; quam Sergius papa salubriter redarguit et ad concordiam reducit. Sanctus Lambertus Pipinum principem increpare ausus, quod pelicem Alpaidem suae legitimae uxori Plectrudi superduxerit, á Dodone fratre ipsius
H. m. Alpaidis Leodii martyrizatur, et Traiecti tumulatur, eique sanctus Hucbertus episcopus subrogatur. Absimarus, qui
A. Leod. et Tiberius, Leone ab imperio pulso eique naso abscisо et in custodia retruso, imperat annis 7. Sancta Begga, mater Pipini, ad Dominum transit[25].

699. 1. 12. 2. 12. 8. 15. 19.

Cont. Fred. Drogo filius Pipini, dux Campanensium, moritur. Grimoaldus frater eius á patre Pipino in aula Hildeberti regis maior
P. D. domus statuitur, eique filia Rabbodi Fresonum ducis in uxorem despondetur. Mortuo Chunipert Langobardorum
V. Lamb. rege, Liutpert filius eius puer in regnum succedit, Ansprandum habens tutorem. Dodo interfector sancti Lamberti pessimo languore cruciatus, á vermibus consumitur, et ob intolerantiam foetoris in Mosam fluvium demergitur; omnesque huius culpae complices infra annum divinitus puniuntur. Percussor vero sancti martyris fratri suo congressus, alter ab altero perimitur.

700. 2. 13. 3. 1. 9. 16. 20.

H. m. Romani pervagantes Syriam, perimunt 200 milia Saracenorum. Reginbertus dux Taurinensium Ansprandum tuto-
P. D. rem regis Liutperti bello superat, et anno uno regnat. Therbellis Bulgaribus dominatur.

701. 3. 14. 4. 1. 10. 17. 1.

P. D. Mortuo Raginberto, Ariperth filius eius, Ansprando in congressu victo, Liutpertum regem capit et perimit; Ansprandum in Baioariam fugere compellit, filiumque eius iuniorem Liutprandum ad patrem fugere permittit, et annis 9 regnat. Chyntasindus senio confectus regnum Wisigothorum dimittit; regnatque post eum filius eius Flavius Recinsuindus.

702. 4. 15. 5. 1. 11. 1. 2.

G. pont. H. m. Iohannes 81us Romanae aecclesiae presidet. Iustinianus de exilio fugiens, ad Caianum regem Avarum se contulit.

703. 5. 16. 6. 2. 12. 2. 3.

Beda H. e. H. m. Sanctus Benedictus abbas Anglorum obit. Caianus pecunia corruptus á Leone imperatore cum vellet Iustinianum ei prodere, Iustinianus ab eo ad Therbellem regem Bulgarum fugit.

a) S. A. R. e. o. *desunt* A., *ubi a.* 676. *leguntur;* C3; *in fine anni habent* B3*. D., *in sequenti anno* C4*. b) in Gallia — construxit *in rasura Sig. cur. tertiis.* c) *Post haec una linea erasa,* 1ζ. *adscripsit:* Gens — convertitur, *quod una cum reliquis in* 1ζ. *additionibus dabimus. Erasa unus* A. *exhibet ita:* Begga relicta Ansigisi se et sua Deo mancipat, et supra Mosam monasterium Andenense fundat. *Haec igitur Sig. primo scripserat, sed in secunda editione suppressit.* d) Defectio — parerent *addit Ans. ut vid.; rell. praeter* A.

25) a. 689. secundum Ann. Leod. Sed eam iam a. 691. vel 695. obiisse, probat Hirsch p. 64.

704. R. 6. S. 17. F. 7. L. 3. A. 13. W. 3. B. 4.
Iohannes 82us Romanae aecclesiae presidet. Alfrid Nordanymbrorum rege mortuo, Osred regnat annis 11. G. pont. Beda H. e.

705. 7. 18. 8. 4. 14. 4. 5.
Iustinianus auxilio Therbellis Bulgarum regis imperium recipit; Leonem et Tyberium usurpatores imperii in medio cyrci ingulat; Callinicum patriarcham excaecatum exiliat; et tantam in adversarios ultionem exercet, ut quoties á naso sibi ahsciso, defluentem reumatis guttam detergeret, paene toties aliquem ex his, qui contra eum conspiraverant, iugulari preciperet. Imperavit ergo secundo annis 7. H. m. P. D.

706. 1. 19. 9. 5. 15. 5. 6.
Sysinnius 83us a et Constantinus 84us Romanae aecclesiae presidunt. Sclavi Italiam infestant. G. pont.

707. 2. 20. 10. 6. 16. 6. 7.
Choered et Opha reges Anglorum Romam veniunt, ibique in monachos attonsi, regi regum militaverunt. Beda H. e.

708. 3. 21. 11. 7. 17. 7. 8.
Iustinianus imperator pacem cum Bulgaribus pactam solvit, eisque congressus, vix evasit. Adrianus abbas Anglorum obiit. Picti et Scotti catholicum paschalis observantiae ritum suscipiunt. H. m. Beda H. e.

709. 4. 22. 12. 8. 18. 8. 9.
Habdymelich amiras Saracenorum moritur, post quem Ulid annis 7 principatur. Childeberto monarchiam regni Francorum tenente, archangelus Michael apparens Autberto Abrincatensi episcopo, monuit semel et iterum, ut in loco maris, qui propter eminentiam sui Tumba vocatur, fundaret aecclesiam in memoriam sui, volens talem venerationem exiberi sibi in pelago, qualis exibetur in monte Gargano. Interim taurus a latrone furtim raptus, in loco illo religatur. Unde episcopus tertio admonitus, ut in illo loco fundamentum iaceret, ubi taurum religatum inveniret, et sicut eum terram pedibus protrivisse videret, sic aecclesiae ambitum duceret, aecclesiam in honore sancti archangeli constituit. Et ex illo tempore, sicut in monte Gargano, ita etiam in illo loco, quod modo dicitur In periculo maris, veneratio archangeli frequentari cepit b. H. m. App. S. Mich.

710. 5. 1. 13. 9. 19. 9. 10.
Iustinianus imperator fidem orthodoxam amplexus, Constantinum papam ad se Constantinopoli invitat, eumque venientem et redeuntem gloria apostolico digna honorat. Sanctus Hucbertus caelitus ammonitus, corpus sancti Lamberti á Traiecto Leodium cum magna miraculorum gloria refert, sedemque episcopalem in eandem urbem transfert. Ansprandus cum Baioariis Italiam repetit, cum Ariperth confligit, eoque fugiente et in fluvium demerso, regnum Langohardorum recipit. Ansprando post tres menses mortuo, Liutprandus filius eius regnat annis 32. Beda. V. Lamb. P. D

711. 6. 2. 14. 1. 20. 10. 11.
Sancta Oda, uxor Boggis ducis Aquitanorum, sanctitate claret in Gallia, quae aecclesias Dei sua ditavit munificentia, et moriens in Leodicensi quievit parochia.

712. 7. 3. 15. 2. 21. 11. 12.
Philippicus, qui et Bardanius, Iustinianum imperatorem iugulat, et post eum annis 2 imperat. Constantinus papa populusque Romanus nomen, litteras et figuram Philippici heretici imperatoris suscipere respuit. H. m. G. pont.

713. 1. 4. 16. 3. 22. 12. 13.
Sanctus Ursmarus episcopus et abbas Lobiensis coenobii obiit, eique sanctus Erminus in regimine succedit. Grimoaldus maior domus Leodii ante altare sancti Lamberti orans, á Raingario, satellite Rabbodi ducis Fresonum, perimitur, et Theodoaldus filius Drogonis 26 ab avo suo Pipino maior domus statuitur. Mett. (Fred.)

714. 2. 5. 17. 4. 23. 13. 14.
Artemius, qui et Anastasius, Philippicum privans imperio et oculis, imperat annis 2. Gregorius Romanae aecclesiae 84us presidet c. Hic constituit, ut tempore quadragesimae 5. feria iciunium et celebritas missarum fieret in aecclesia, quod non fiebat antea. Petronax civis Brixianus, divino instinctu et Gregorii papae hortatu animatus, coenobium sancti Benedicti apud castrum Cassinum nobiliter reaedificat, et sub regimine suo multos ad regulariter serviendum Deo aggregat, expletis plus 110 annis, ex quo á Langobardis desolatum fuerat. Pipinus princeps obiit, et filium suum ex Alpaide Karolum, Tudetem sive Martellum cognomento, principatus sui heredem reliquit. Plictrudis relicta Pipini Karolum privignum suum captum in Colonia urbe custodiae maucipat; et cum nepote suo Theodoaldo maiore domus principatum regni usurpat. H. m. G. pont. P. D. Cont. Fred.

715. 1. 6. 18. 5. 24. 14. 15.
Mortuo Hildeberto Francorum rege, Clodoveus, filius eius, regnat annis 4. Franci contra Theodoaldum damnoso utrimque bello confligunt, eoque victo Raginfredum maiorem domus et Chilpericum regem statuunt. Karolus de custodia novercae divino nutu eripitur, moxque principatum suum de manu Raginfredi extorquere nititur; primoque Rabbodum ducem Fresonum Raginfredo solatiantem aggressus, multum exercitus damnum consequitur. Sanctus Aegidius veniens á Grecia, sanctitate claret in Provintia. ib. A. Xant.

716. 2. 7. 1. 6. 25. 15. 16.
Theodosius Anastasium de imperio deponens eumque presbiterum ordinans, imperat anno uno. Qui cum fuisset iners et idiota et publicorum negotiorum exactor, vi compulsus est ab exercitu imperium assumere. Ulid amiras moritur, post quem Zuleymen annis 3 Saracenis principatur. Osred Nordanymbrorum rege perempto, Coenred regnat annis 4. Ecberth veniens ab Hibernia, sanctitate et doctrina claret in Anglia. Sanctus Germanus á Cyzico transfertur ad episcopatum Constantinopolitanum. H. m. ib. Beda H. e.

717. 1. 1. 2. 7. 26. 16. 17.
Theodosius imperium deponit. Post quem Leo 24 annis imperavit. Gregorius papa Bonefacium á Britannia venientem episcopum consecrat, et per eum in Germania verbum Dei predicat. Romae inundatio aquarum nimia nimisque calamitosa facta est. Sed Gregorio papa crebris lętaniis Deum placante, post 8 dies repressa est. H. m. G. pont. ib.

718. 1. 2. 3. 8. 27. 17. 18.
Zuleymen amiras cum amireis suis et stolo navium paene trium milium Constantinopolim triennio obsidet. Bulgares Saracenorum triginta milia perimunt. Karolus in pago Cameracense apud Vinciacum dominico ante pascha, quod erat 13. Kal. Aprilis, Chilperico et Raginfredo congreditur. Raginfredus victus in fugam vertitur; Karolus eos usque H. m. Cont. Fred.

a) LXXXIIII. *corr.* LXXXV. *et sic porro* D. b) Childeberto — cepit *in marg. add. Anselmus, ni forte Sig. curis tertiis; rell.* c) *ita Sig.* B4. C1. 3.; octogesimus sextus *et sic porro* F1.; LXXXVI. *corr.* LXXXVII. *et sic deinceps* D.

26) falso; Grimoaldi, ut habent Annales Mettenses et Cont. Fred.

Vita S. Wilfr. Parisius persequitur Rabbodus dux Fresonum predicatione Vulfranni episcopi ad hoc adductus, ut baptizari deberet, cum unum pedem in lavacro intinxisset, alterum pedem retrahens interrogavit: *Ubinam plures suorum maiorum essent, in inferno an in paradyso?* et audiens, plures esse in inferno, intinctum pedem extrahens, *Satius est*, inquit, *ut plures, quam pauciores sequar.* Et ita ludificatus à daemone, promittente quod ei tertia abhinc die incomparabilia bona daret, ipsa tertia die subita et aeterna morte periit.

719. R. 2. S. 3. F. 4. L. 9. A. 28. W. 18. B. 19.

H. m. Zuleymen amiras moritur. Post quem Haumar principatur Saracenis annis 2. Constantinopolitani instantia orandi et constantia preliandi fortiter resistunt Saracenis. Saraceni fame, frigore, bello, pestilentia sine numero pereunt. Mor-
Beda II. c. tuo rego Dagoberto, Lotharius regnat annis 2. Post Coenred regnat Nordanymbris Osrich annis 11. Constan-
H. m. tinus filius Leonis imperatoris dum baptizatur a patriarcha Germano, cacans in sancto lavachro, magnum dat presagium, quod futurus esset aecclesiae Dei in scandalum.

720. 3. 1. 1. 10. 29. 19. 20.

ib. Saraceni ab obsidione Constantinopolis confusi desistunt, ipsis cum navibus suis partim marino igne consumptis, partim demersis, partim igneae grandinis tempestate consumptis; et ex tanta copia navium vix quinque residuis, potentia Dei cunctis innotuit populis. Intra civitatem vero 300 milia hominum pestilentia perierunt. Haumar christianos persequens, multos
Cont. Fred. eorum Christi martyres fecit. Hilpericus et Raginfredus Eudonem ducem Aquitaniae auxilio sibi asciscunt; qui in congressu à Karolo victi, vix fuga evadunt. Eudo rediens Chilpericum secum abducit. Saraceni ex Africa, duce Abdyrama filio Muhaviae amirei, in Hispaniam transfretant, eamque sibi vindicant. Ita regnum Wisigothorum et Suevorum destructum est et redactum sub Saracenis, annis plus minus 346 evolutis, ex quo a Scithia expulsi sunt ab Hunis; ex quo vero cedentibus Wandalis et devictis Suevis coeperunt regnare in Hispaniis, annis circiter 256 evolutis. Regnum vero tertiae partis Hispaniarum, quod dicitur Gallitiensium, quod nec tunc Wisigothae, nec postea Saraceni potuerunt subigere, adhuc viget incolume, et Dei protegente fide manet inexpugnabile.

721. 4. 2. 2. 11. 30. 21.

H. m. Haumar amiras moritur; post quem Gizid Saracenis principatur annis 4. Mortuo Lothario rege, Karolus Chilperi-
Cont. Fred. Beda. cum ab Eudone per legatos recipit, eumque sibi regem facit. Ossa S. Augustini Ipponensis episcopi, olim translata ad Sardiniam, vastata modo a Saracenis Sardinia, Liuthprandus rex Langobardorum dato magno pretio transfert Papiam.

722. 5. 1. 1. 12. 31. 22.

G. pont. Leo imperator sepe et multum laboravit, ut Gregorius papa perimeretur, sed frustra, Italis et Langobardis pro defen-
A Xantens dendo papa instanter imperatori resistentibus. In Campania Italiae frumentum combustum et hordeum et legumina
A. Mett. quasi pluvia de caelo ceciderunt. Karolus Raginfredum persequens, Andegavis obsidet, eamque captam victo Ragin-
P. D. fredo ad habitandum concedit, et totius regni principatum recipit. Liuthprandus rex Ravennam obsidet; Classem Ravennatium civitatem captam destruit.

723. 6. 2. 2. 13. 32. 23.

Cont. Fred. Karolus Saxones debellat. Rigohertus episcopus Remensis à Karolo[a], suo in baptismate filiolo, ab episcopatu depo-
nitur, pro eo quod illi contra Raginfredum eunti urbem Remensem pre timore Raginfredi aperire nolnit. Eucherius quoque Aurelianensis episcopus pro simili causa episcopatu privatus, et apud Sarchinium Hasbaniae vicum exiliatus, in coenobio sancti Trudonis in sanctitate consummatus est.

724. 7. 3. 3. 14. 33. 24.

H. m. Iudeus quidam maleficus promittens Gizid, eum 40 annis principaturum, suadet ut in toto regno suo Dei sanctorumque imagines deponi ędicat. Qui spe diu regnandi seductus, edictum quidem proponit, ipse tamen mox obit. Post quem
A. Fuld. Elvelith principatur Saracenis annis 20. Karolus Baioarios armis subiugat.

725. 8. 4. 4. 15. 34. 25.

H. m. Leo imperator à quodam Beser refuga fidei seductus, contra imagines Christi et sanctorum eius bellum indicit, easque ubique deponi et incendi ędicit. Pro quo errore eum Gregorius papa scriptis multum quidem, sed in vanum redar-
guit, Karolus contra Lanfridum Alamannorum ducem dimicat, eoque victo Alemanniam sibi subiugat.

726. 9. 5. 5. 16. 35. 26.

Cont. Fred. Mortuo Chilperico, Karolus Theodericum sibi regem facit, qui annis 15 regnat. Karolus Saxones debellat.

727. 10. 6. 1. 17. 36. 27.

Constantinopolitani contra Leonem imperatorem pro depositione imaginum Dei tumultuantur; aliqui etiam pro hoc mar-
Cont. Fred. Beda II. c. tyrizantur. Karolus Suevos et Baioarios debellat. Wichtreth rex Anglorum obit, filiumque suum Edilbertum heredem regni reliquit. Cormesius Bulgaribus dominatur.

728. 11. 7. 2. 18. 1. 1.

Cont. Fred. Karolus Lygeri transito, Eudonem ducem Aquitaniae bello victum fugat, et Aquitaniam graviter devastat.

729. 12. 8. 3. 19. 2. 2.

H. m. Gregorius papa, quia Leonem imperatorem incorrigibilem vidit, Romam et Italiam et Hesperiam totam ab eius iure descire facit, et vectigalia interdicit.

730. 13. 9. 4. 20. 3. 3.

Cont. Fred. Eudo dux, Karolo inferior per omnia, Saracenos contra eum invitat ab Hispania. Sanctus Germanus Leoni impe-
H. m. Beda II. c. ratori pro impietate sua aversus, a sede episcopali est deiectus. Obiit sanctus Echberth Anglorum presbiter. Sa-
Cont. Fred. raceni cum omnibus familiis suis quasi in Galliis habitaturi, Garunnam transeunt, omnia devastant, aecclesiasque Dei cremant. Quibus Karolus Dei auxilio fretus bello concurrit; et ex eis 375[b] milia cum rege suo Abdyrama peremit, et 1500 suorum amisit. Eudo quoque Karolo reconciliatus, castra Saracenorum diripuit, et reli-
Beda II. c. quias eorum contrivit. Mortuo Osrich rege Nordanymbrorum, Cednulfus ei succedit.

731. 14. 10. 5. 21. 4. 4.

H. m. Gregorius 85us Romanae aecclesiae presidet; qui et ipse Leonem imperatorem erroris redarguit, et populum Roma-
~~A. Xant.~~ num et vectigalia Hesperiae ab eo avertit. In Anglia Beda presbiter et monachus sanctitate et scientia clarus
Cont. Fred. obit. Karolus Lugduno aliisque civitatibus captis, Burgundiam sibi subiugat. Raginfredus moritur.

732. 15. 11. 6. 22. 5. 5.

H. m. Constantinus filius imperatoris Hyrenen, filiam Caiani Avarum regis, uxorem ducit; quae baptizata, viro suo apostatante, rectam fidem tenuit. Karolus in Wasconia cum Endone pugnat, eumque principatu et vita privat. Liuthpran-

a) Korolo *Sig.* Rigobertus — noluit *in fine anni habet* B4. b) CCCLXXXV C1. 3. D.

dus rex de iure Romani pontificis multas urbes et castella tulit. Ceduulfus rex Nordanymbrorum capitur, et in clericum tundetur, et post haec in regnum remittitur. P. D. Cont. Bedae.

733. R. 16. S. 12. F. 7. L. 23. A. 6. B. 6.

Gregorius papa synodum 903 episcoporum Romae congregat, et venerationem sanctarum imaginum confirmat, earumque violatores generali sententia anathematizat. Karolus, Waifero et Hunaldo filiis Eudonis dimicando victis, Aquitaniam sibi subiugat. G. pont.

734. 17. 13. 8. 24. 7. 7.

Karolus Fresiam aggressus, Poponem ducem Fresonum cum multis perimit, et Fresiam sibi subigit. A. Fuld.

735. 18. 14. 9. 25. 8. 8.

Obiit sanctus Hucbertus. Karolus Avennionem Galliae urbem à Saracenis dolo et consensu Mauruncii Provinciae ducis captam obsidet, eaque fortiter recepta, Saracenos usque ad internecionem delet. Abhinc regnum Anglorum annotare supersedeo, quia hystorias maiorum, quas sequar, non habeo[a]. A. Leod. Cont. Fred.

736. 19. 15. 10. 26. 9.

Saracenorum rege Athima obsesso intra Galliae urbem Narbonam à Karolo, Saraceni ex Hispania cum alio rege Amor ei occurrunt subsidio. Qui congressi Karolo, ambobus regibus peremptis et civitate recepta ab eo, ultimo paene attriti sunt exterminio; eoque fugientes insequente, residui demersi sunt in profundo. ib.

737. 20. 16. 11. 27. 10.

Sanctus Erminus episcopus et abbas Lobiensis obit. Karolus Nemausum, Agathen aliasque Gothicae regionis urbes à Saracenis invasas capit et solo tenus destruit. A. Leod. Cont Fred.

738. 21. 17. 12. 28. 11.

Arelato urbe Galliarum capta à Saracenis, et omnibus circunquaque demolitis, Karolus ascito sibi ad auxilium Liuthprando rege Langobardorum eis occurrit, eosque terrore nominis sui in fugam vertit. Sic Saracenis, qui totam paene Asiam, totam Libiam multamque partem Europae invaserant, Karolus Dei auxilio, sua industria Francorumque fortitudine omnem spem invadendi Gallias abstulit. Trasamundus dux Spoleti contra Liuthprandum rebellans, ad Romanos confugit. Cont. Fred. P. D.

739. 22. 18. 13. 29. 12.

Karolus Mauruncium Provinciae ducem, qui invitaverat Saraceuos, debellat, et Provinciam sibi subiugat. Liuthprandus rex pro refugio Trasamundi Romam graviter vexat. Cont. Fred. G. pont.

740. 23. 19. 14. 30. 13.

Karolus Saxones sibi tributarios facit. Signa in sole et luna et stellis apparent[b]. Cont. Fred. A. Mett.

741. 24. 20. 15. 31. 14.

Post Theodericum regem Francorum regnat Hildricus annis 10. Leone imperatore mortuo, Constantinus filius eius annis 37 imperat. Pacato et dilatato regno Francorum, Karolus bellicosus princeps obit, et filios suos Karlomannum et Pipinum principatus sui successores reliquit. Zacharias 86[us][c] Romanae aecclesiae presidet. Hic quia rem publicam perturbatam à Langobardis invenit, statim benivolentia sua bene omnia composuit, et cum Langobardis in 20 annos pacem firmavit. Hic libros Dialogorum Gregorii de Latino in Grecum vertit. Constantinopolis terraemotu per iutegrum annum nimis gravatur. H. m. Mett. G pont. H. m.

742. 1. 21. 1. 32. 15.

Sanctus Bonefacius archiepiscopus Moguntiae coenobium Fuldense in Bocconia silva fundat. Liuthprandus rex Langobardorum moritur. Hildebrando, quem ipse regem designaverat, à Langobardis reprobato, Rachis regnat post eum annis 7. Pipinus princeps Hunaldo duci Aquitaniae sibi rebellanti obviat; Karlomannus vero Alemanniam devastat. Arthabasdus contra Constantinum imperium arripit. Mar. P. D. Mett. H. m.

743. 2. 22. 2. 1. 16.

Ogdilo dux Baioariae, rapta sorore Pipini, contra eum rebellat; quem Pipinus pugna quamvis damnosa superat. Karlomannus Saxoniam petit, castrum Hoscoburch capit, Theodericum Saxonem pacis obsidem accipit. Mett.

744. 3. 23. 3. 2. 17.

Elvelid amiras moritur; Gyzid Saracenis anno uno principatur. Constantinus Arthabasdum capit, et ei multisque amicorum eius oculos eruit. Cinis de caelo cecidit. H. m. A. Xantens.

745. 4. 1. 4. 3. 18.

Gyzid perempto, Hisces principatur Saracenis anno uno. Pipinus Theodoaldum filium Gofridi ducis debellat. Persecutione post lapidationem Stephani prothomartiris mota, Maximinus, unus de 70 Christi discipulis, ad Gallias transiens, Mariam Magdalenam secum adduxit. Eam etiam apud Aquensem urbem, cui presidebat, defunctam sepelivit. Aquensi vero urbe a Saracenis desolata, corpus ipsius Mariae à Gerardo comite Burgundiae ad cenobium Viceliacum à se constructum transfertur. Quanquam aliqui scribant, quod hec apud Ephesum quiescat, nullum super se teginem habens. Petrus Damascenus episcopus et Petrus Maiumenus in Syria à Saracenis martyrizantur. H. m. Mett. cf. A. Xant. H. m.

746. 5. 2. 5. 4. 19.

Athalongus presbiter, per illatam sibi caecitatem admonitus querere corpora sanctorum Chiliani sociorumque eius, inventis sanctorum corporibus visum recepit. Eaque re sanctus Bonefacius Moguntiae episcopus ab Athalongo ad se relata, castrum Wirziburch ad honorem Chiliani martyris, qui ad predicandum ibi à papa Conone episcopus ordinatus fuerat, ibique mortis et quietis locum a Deo acceperat, episcopalis sedis privilegio insigniri decrevit; primumque ibi episcopum sanctum Burchardum ordinavit. Marvan principatur Saracenis annis 6. Karlomannus, frater Pipini regis, Romae à Zacharia papa in monachum attonsus, primo in Serapti monte in coenobio quod ipse fundavit, deinde apud castrum Cassinum, laudabili vita enituit. Vita S. Kil. H. m. Mett.

747. 6. 1. 6. 5. 20.

Pipinus Griphonem fratrem suum contra se rebellantem persequitur. Saraceni intestino bello colliduntur. Mett. H. m.

748. 7. 2. 7. 6. 21.

Pippinus Griphonem in Saxonia et eius complices Tassilonem, Lantfridum et Suidiger bello victos capit; et Tassilonem quidem Baioariae ducem facit; Griphoni vero in Neustria 12 comitatus concedit. Quod illi non sufficit, sed ad Wai- A. Lauriss.

a) *Haec* E. *lepide ita immutavit:* A. r. A. a. non s. q. h. m. q. sequar habeo, *annosque regum Anglorum continuat.*

b) *posthaec manus quaedam, non Sigeberti, in margine scripserat:* Anselmus vir illustris cuius soror erat . . . . . *Sed hoc loco erasa anno* 752. *adiecit* 18.: *rell.*

c) LXXXV. A.

H. m. farium in Aquitaniam fugit. In Calabria et Sicilia fit pestilentia et mortalitas hominum nimia. In vestibus hominum et in velis aecclesiarum apparent cruciculae quasi oleo designatae.

749. R. 8. S. 3. F. 8. L. 7. B. 22.

G. pont. Rachis rex Langobardorum dum rupto foedere Romam inquietare nititur, à Zacharia papa non solum à malo reprimitur, sed etiam eius instinctu cum uxore et filiis Romam veniens, monachus efficitur. Cui Haistulfus frater eius substitutus, regnat annis 7.

750. 9. 4. 9. 1. 23.

A. Lauriss. Hildricus rex Francorum in monachum tonsoratur; Pipinus vero princeps auctoritate apostolica et Francorum electione à sancto Bonefacio Moguntiae archiepiscopo in regem unguitur et consecratur, et regnavit annis 18 [post annos circiter octoginta octo, postquam maiores domus ceperunt principari super reges Francorum[a].]

751. 10. 5. 1. 2. 24.

ib. Pipinus rex contra Saxones pugnat. Gripho frater Pipini perimitur. [Frater eiusdem Pipini regis Remigius, Rodomensis archiepiscopus, in Gallia claret. Pipinus rex Galliarum aecclesias cantibus Romanae auctoritatis suo studio melioravit[b].]

752. 11. 6. 2. 3. 25.

G. pont. H. m. Stephanus 87us Romanae aecclesiae presidet. Marvan amira perempto, Muhamath principatur Saracenis annis 5. Haistulfo Langobardorum rege contra Romanos adeo exardescente, ut tributum exigeret ab uniuscuiusque capite, Stephanus papa ad expetendum Pipini regis auxilium cogitur in Franciam venire. Cui in veniendo in una noctium apparuit magnum signum in caelo, globus scilicet igneus à parte australi, declinans à Galliae finibus in partes Lauriss. Langobardorum. Mittitur etiam Karlomannus monachus ab Haistulfo ad fratrem suum Pipinum regem, ad perturbandam A. Mett. apostolicam petitionem. Pipinus à Stephano papa cum filiis suis Karlomanno et Karolo in regem ungitur, et per eos generatio eorum in hereditatem regalis successionis in perpetuum benedicitur, et omnis alienigena ab eius invasione apostolico anathemate interdicitur[27]. Anselmus vir illustris, cuius soror erat uxor Haistulfi regis, transfert corpus sancti Silvestri papae ad coenobium Nonantulam à se fundatum[c].]

753. 12. 1. 3. 4. 26.

Cont. Fred. Pipinus rex Italiam aggreditur; exercitus Haistulfi à Francis vincitur. Haistulfus pacem facere cum Romanis ad nutum
Transl. S. B. Francorum compellitur. Karlomannus monachus ossa sancti Benedicti abbatis ab aecclesia Floriacensi, ubi olim translata fuerant, tollere nititur, ut ea ad castrum Cassinum referret. Miraculis à Deo ostensis et Francis obsistentibus,
H. m. ab incepto prohibetur. Hoc tempore terremotus terribilis factus, quo urbes aliae quidem ex toto, aliae ex parte subversae sunt, aliae autem à montanis ad subiecta campestria cum muris et habitationibus suis integrae et salvae plus quam ultra sex miliaria transmigraverunt. In Mesopotamia etiam terra disrupta usque ad duo miliaria, alia terra minus alba et arenosa de profundo eius ascendit; et ex ea animal mulinum ascendit incontaminatum, humana voce loquens, pronuntians incursionem gentis ab heremo adversus Arabes.

754. 13. 2. 4. 5. 27.

Mett. Mar. Karlomannus monachus Vienne moritur. Sanctus Bonefacius Moguntiae archiepiscopus cum sociis suis in Fresia ab inimicis fidei martyrizatur; et in Fulda coenobio, quod ipse in Toringia fundavit, honorifice tumulatur.

755. 14. 3. 5. 6. 28.

H. m. Constantinus imperator Constantinopoli sinodum 330 episcoporum congregat; in qua edicto promulgato de imagi-
Mett. nibus Dei et sanctorum eius deponendis, aecclesiam Dei nimis scandalizat, et contra orthodoxos tyrannizat. Haistulfus rex rupto pacis foedere Romam obsidet. Pipinus rex Italiam repetens, eum Papie inclusum obsidet, et invitum ad foedus pacis repetendum compellit, et sancto Petro quaecunque sui iuris erant, restitui fecit. Fulradus abbas de sancti Dionisii Parisiensis corpus sancti Viti martyris à Roma Parisius transtulit.

756. 15. 4. 6. 7. 29.

Lauriss. Tassilo dux avunculo suo Pipino regi reconciliatur. Haistulfus rex Langobardorum iudicio Dei moritur; cui Desiderius substituitur, et regnat annis 19.

757. 16. 5. 7. 1. 30.

G. pont. Lauriss. Paulus 88us Romanae aecclesiae presidet. Habdallas principatur Saracenis annis 21. Pipinus fortiter Saxonum munitiones irrumpit, et post multam stragem eos sub tributo redigit.

758. 17. 1. 8. 2. 31.

Corpus sanctae Petronillae, Petri apostoli filiae, à Paulo papa transponitur; in cuius marmoreo sarcofago ipsius apostoli
P. D. gesta ep. Mett. Petri manu sculptum legebatur: *Aureae Petronillae dilectissimae filiae.* Walpertus abbas in Italia, Chrodegangus Mettensium episcopus, Pipini regis ex Landrada sorore nepos, clarent in Gallia; qui Gorziam coenobium fundavit in Met-
Laur. tensi parochia. Waiferus, filius Eudonis, dux Aquitaniae, res Francorum iniuste vexando, iram Pipini incurrit; eoque Aquitaniam aggresso, foedus fictae pacis init.

759. 18. 2. 9. 3. 32.

Mett. Habdalla persequente, aecclesia Dei graviter perturbatur. Waifero à pacis foedere averso, Pipinus rex Arvernicum pagum depopulando premit, et multa castella ipsamque urbem Arvernis capit, et Bladinum urbis comitem cum multis abducit. Sanctus Gengulfus claret in Burgundia, qui etiam martyrii claruit gloria.

760. 19. 3. 10. 4. 33.

Mett. H. m. Pipinus Bituricas urbem capit, et captam munit. Telezas Bulgaribus dominatur.

a) *addit manus Sigeberti simillima; rell. praeter* A. b) *in rasura duarum linearum* 18.; *rell. praeter* A. c) *in rasura duarum linearum* 18.; *rell. praeter* A., *qui habet:* Pipinus rex totas Galliarum aecclesias cantibus Romanae auctoritatis suo studio melioravit. Vir nobilis Anselmus corpus sancti Silvestri papae transfert a Roma ad Nonantulam coenobium a se fundatum. *Haec igitur Sigebertus primo ediderat.*

27) Haec nec Ann. Mettenses habent nec Regino. Auctor tractatus de investitura (Waltramum vocant), qui hunc locum excripsit, ea ita exhibet: *Unxit — — fratrem eius confirmans stirpem illorum in regia et in imperatoria dignitate.*

761. R. 20. S. 4. F. 11. L. 5. B. 1.
Caput Iohannis baptistae in Emesa civitate transfertur. Chilpingus Arvernensis et Ammingus Pictavensis comites congressi militibus Pipini, perimuntur cum multis[a].

762. 21. 5. 12. 6. 2.
A Constantino imperatore multi martyrizantur. Theletzis Constantino imperatori congressus, cum multo Bulgarum damno et opprobrio vincitur, et ob hoc á Bulgaribus reprobatus, cum principibus gentis ab eis perimitur. Tassilo dux á rege Pipino omnino avertitur. Sabinus Bulgaribus dominatur. [Turci á Caspiis portis erumpentes, Armeniam infestant. In quorum patria cum antiquo tempore pestilentia orta fuisset, suasu christianorum in modum crucis se totonderunt, et quia per hoc signum salus patriae reddita fuerat, hunc ritum tondendi tenuerunt[b].] Waiferus diffidens suis rebus, muros urbium Aquitaniae suhvertit solo tenus; quos restaurans Pipinus, ad suorum tutelam, fidis commisit principibus. H. m. A. Lauriss. H. m. Mett.

763. 22. 6. 13. 7. 1.
Gelu magnum á Kalendis Octobris usque ad Februarium[c]. Pipinus rex Lemovicinam regionem caede et incendio depopulatur. Sabinus Bulgar cum Romanis foedus init, pro quo á suis repudiatus ad imperatorem fugit, paganus Bulgaribus dominatur. Stellae subito visae de caelo cecidisse, ita omnes exterruerunt, ut putarent finem mundi imminere. H. m. Cont. Fred. H. m. ib.

764. 23. 7. 14. 8. 1.
Chrodegangus episcopus corpora martyrum Gorgonii, Naboris et Nazarii Roma ad Gallias transtulit, et Gorgonium quidem in Gorzia, Naborem vero in Hyliriaco coenobio, Nazarium autem reposuit in coenobio Lorisham, quod Canthuyr comes illustris á se fundatum, Mettensi aecclesiae priori anno tradiderat. Lauriss. Gesta epp. Mett.

765. 24. 8. 15. 9. 2.
Pipinus rex Agennum, Petrogoricas et Engolismam urbes Aquitaniae devastat, multamque Aquitaniae partem sibi subiugat. Chrodegangus Mettensium archiepiscopus obit. Tempore Constantini imperatoris et Hyrenae uxoris eius, in Syria civitate Beritbo, quae subiacet Anthiochiae, Iudaei imaginem Iesu salvatoris nostri invenientes in domo cuiusdam Iudaei, ibi relictam á quodam christiano, qui ibi manserat, eam iniuriose deposuerunt, et omnia opprobria, quae Iudaei Christo Iesu intulerunt, imagini eius inferebant, illudentes ei, in faciem conspuentes, eam percutientes, criminose convitiantes, manus et pedes eius clavis configentes, acetum et fel ei porrigentes; tandem lancea latere eius aperto, exivit de eo sanguis et aqua. Quod illi supposita ampulla suscipientes, ad experimentum, utrum fuerint vera miracula, quae Iesum fecisse audierunt, omnes infirmos in synagoga sua collectos hoc sanguine aspergebant; et á quocumque languore detinebantur, omnes sanabantur. Unde Iudaei tandem compuncti, ad Adeodatum civitatis episcopum omnes cucurrerunt, eique re enarrata, imaginem cum sanguine ei dederunt. Quibus baptizatis, episcopus sanguinem per ampullas divisum longe lateque dirigens, predicabat magnalia Dei; obtestatus omnes, ut singulis annis 5. Idus Novembris celebretur passio dominicae imaginis. Cont. Fred. cf. A. Xant

766. 25. 9. 16. 10. 3.
Constantinus imperator et Habdallas amiras pari vesania in orthodoxos deseviunt, multosque eorum pro Christo perimunt. Constantinus insuper aegre ferens gloriam sanctorum miraculis coruscantium, etiam lipsana eorum ubique iubet effodi et iactari in profundum. In praesentia Pipini regis inter Grecos et Romanos celebratur sinodus de sancta Trinitate et sanctorum imaginibus. Pipinus rex Remistanium fratrem Eudonis, patruum scilicet Waiferi, qui á Waifero ad se et á se ad Waiferum transfugerat, captum á suis in bello suspendit in patibulo. Rex Saracenorum Amyrmonon ab Hyspania missis legatis, et muneribus datis et acceptis, affectat gratiam et amicitiam Pipini regis. H. m. Cont. Fred. ib.

767. 26. 10. 17. 11. 4.
Pipinus ultimo exterminio Aquitaniam atterit, Sanctonas capit, ibique Waiferi matrem, sorores et neptes captas secum abducit. Romae Paulo papa mortuo, Constantinus quidam subito ordinatus sacerdos ex laico, tyrannica ambitione papatu invaso, aecclesiae Dei magno fuit scandalo. [Contra hunc Philippus á quibusdam Romanorum papa constituitur, et non multo post deponitur[d].] Lauriss. G. pont.

768. 27. 11. 18. 12. 5.
Longa contentio inter Pipinum et Waiferum finitur, quia Waiferus á suis malorum pertaesis in gratiam Pipini perimitur; et non multo post Pipinus moritur. Karolus, filius eius, pro felicitatis magnitudine agnominatus Magnus, compartito cum fratre suo Karlomanno regno, regnat post eum annis 47. Constantino pseudopapa per zelum fidelium ab aecclesia deturbato oculisque privato, Stephanus 89[us] Romanae aecclesiae presidet. Hic tam á Gallia quam ab Italia episcoporum sinodum Romae congregat, in qua omnia á Constantino ordiuata exordinat preter baptismum et chrisma; decernente sinodo, ut episcopi ab illo consecrati ad gradum, quem ante banc consecrationem habebant, redirent, et si digni iudicarentur, iterum electi iterum consecrarentur; presbiteri vero ac diaconi ab illo consecrati similiter ad priorem gradum redirent; et ipsi si digni essent, iterum quidem consecrarentur, sed ad altiorem gradum vel ordinem numquam ascenderent; laici vero ab illo in diaconos vel presbiteros ordinati omnino degradarentur, et in religioso habitu perseverarent. Venerationem etiam sanctarum imaginum confirmat, earumque profanatores anathematizat. Constituit etiam, ut in omni die dominico ad missam *Gloria in excelsis Deo* canatur. Cont. Fred. G. pont.

769. 28. 12. 1. 13. 6.
Hunaldo rebellionem in Aquitania meditante, Karolus Aquitaniam petit, omnesque Aquitanos et Wascones in deditionem accipit. Huualdum, qui ad Lupum Wasconum ducem fugerat, á Lupo sibi cum uxore remissum abducit; et sic Aquitanicum bellum finit. Desiderius rex Langobardorum sub optentu orandi Romam ingressus, aliquos nobilium Romanorum captos excecavit. Mett.(Laur.)

770. 29. 13. 2. 14. 7.
Constantinus imperator omnino á Deo aversus, virum sanctum Stephanum per 60 annos inclusum, etiam gentilibus reverendum, amara morte martyrizavit. Omnes sibi subiectos iurare coegit super sanctae crucis lignum, ne aliquam Dei sanctorumque eius imaginem venerarentur. Eos qui Dei genitricem invocabant, eos qui vigilias Deo agebant, eos qui H. m.

a) *ita Sigebertus scripserat; at manus* 1ζ. *similima manui* 1δ. *ea delevit,* Comites duo Chilpingus — cum multis *anno* 759. *adscripsit, et annum* 761. *in rasura et in margine ita ampliavit:* Caput — ditavit, *quibus* 1η. *addidit:* Idem rex — vocatur; *quas interpolationes infra edituri sumus cum reliquis additamentis Gemblacensibus. E codicibus* B3*. F1. 2. 3. *habent, quae interpolatores scripserunt, reliqui omnes ea quae Sigebertus.* b) *add.* 1γ.; *rell. praeter* A. *cf. a. sequentem.* c) *post haec erasa linea plus quam dimidia.* Turci a Caspiis portis erumpentes Armeniam invastant *add.* A. *Haec igitur Sig. primo habuerat, sed in secunda editione anno praecedenti adscripsit ampliata.* d) *addit* 1δ.; *rell. praeter* A.

aecclesiis assueti religiose vivebant, eos qui à iuramentis et immunditiis abstinebant, eos qui reliquias sanctorum penes se habebant, hos et huiusmodi damnans, patrimoniis privabat et omnibus modis cruciabat; qui reverentiores erant, eorum barbis cera et pice illitis, eos amburebat; monachos ut uxores, monachas ut viros ducerent, cogebat. Quod multi vitantes, martyrium meruerunt. Nec sub alicuius gentilis persecutione plures, quam sub hoc martyrizati sunt. Thelerigus Bulgaribus dominatur.

771. R. 30. S. 14. F. 3. L. 15. B. 1.

(A. Lob. ?) Karlomannus rex, regis Karoli frater, obit; pars regni eius partibus Karoli se unit; uxor eius cum filiis et Authario Franco ad Desiderium regem Italiae confugit. Hunaldus dux Aquitaniae Romam, quasi ibi perseveraturus, venit;
It. m. qui ad Langobardos fugiens apostatavit, ibique non multo post lapidibus obrutus male periit. Constantinus imperator contra Bulgares navali prelio pugnaturus, navibus suis fere duabus milibus impetu aquilonis contritis, totum paene amisit exercitum.

772. 31. 15. 4. 16. 2.

G. pont. Adrianus 90us Romanae aecclesiae presidet. Hic ad reprimendam rabiem hereticorum imagines Dei sanctorumque execrantium nimis laboravit; et libro adversus eos edito multis scripturarum inductionibus roborato, errores eorum infir-
Mett.(Laur.) mavit, fidemque rectam solidavit. Hic in offertoriis et offertoriorum versibus, quod geminatum est, geminavit. Karolus rex ad Saxonicum bellum animum intendit, Heresburch castrum Saxonum capit, Hormensul fanum destruit; ibique siti laborante exercitu, subito in torrente largissimae aquae effusae sunt divino nutu; votique compos Karolus obsides pacis accepit à Saxonibus.

773. 32. 16. 5. 17. 3.

ib. Adriano papa contra Desiderium regem conquerente de multis iniustitiis, Karolus Italiam petit, et Desiderium intra Papiam clausum obsidet[a].

774. 33. 17. 6. 18. 4.

Laur. Saxones rupto pacis foedere Francorum fines premunt igne et caede; sed tamen aecclesiam in Fritislar nequeunt incen-
Ioh. vita Gregor. M. II, 9. dere, quam sanctus Bonefacius benedixit, eamque nunquam igne cremandam praedixit. Karolus rex offensus dissonantia aecclesiastici cantus inter Romanos et Gallos, et iudicans iustius esse de puro fonte, quam de turbato rivo bibere, duos clericos Romam misit, ut autenticum cantum à Romanis discerent et Gallos docerent. Et per hos primo Mettensis aecclesia, et per illam omnis Gallia ad auctoritatem Romani cantus revocata est. Inter obsidendum rex Karolus diviso exercitu, multas urbes ultra Padum comprehendit; inter quas Veronam capit, in qua Autkarius Francus cum uxore Kar-
Mett (Laur.) lomanni et filiis eius latens, se cum eis regi dedit; Adelgisus vero Desiderii regis filius, qui illuc fugerat, inde elapsus Constantinopolim fugit. Obsidionem Papiensium pestilentia mortalitatis aggravante, civitas regi Karolo aperitur.
A. Leod. Desiderius rex cum uxore et filia et cunctis principibus capitur, et perpetuo exilio ad Gallias Agilfredo Leodiensium episcopo dirigitur. Quidquid per multa tempora Langobardi Romanis abstulerant, Karolus eis restituit; regno vero Langobardorum destructo, totam Italiam sub iure regni Francorum redigit. Taliter Langobardi victi regnare destiterunt post annos 204, ex quo in Italia regnare coeperunt. Karolus rex Saxoniam repetens, tripartito exercitu concurrit Saxonibus, eique victoria provenit in omnibus.

775. 34. 18. 7. 5.

H. m. Constantinus imperator contra Bulgares vadit; sed pax inter eos convenit. Non multo post autem rupto à Bulgaribus
Mett. (L.) pacto, imperator eos ex improviso aggressus, nobiliter de eis triumphavit. Karolus rex Sigiburch castrum Saxonum capit: ter cum eis confligit, et victor obsides pacis ab eis accepit.

776. 35. 19. 8. 6.

It. m. Constantinus imperator plaga pessimi incendii divinitus percutitur, et clamans adhuc vivus: *Igni sum inextinguibili traditus*, miserabiliter moritur. Post quem filius eius Leo annis 5 imperat. Habdallas etiam amiras moritur, post
Mett. (L.) quem Mady annis 9 Saracenis principatur. In Italia quibusdam rebellionem meditantibus, Italiam repetit Karolus; urbem Forum Iulii capit, et ducem eius Rothgandum rebellionis incentorem decollari praecipit; capta
Mett. (Reg.) quoque Tarvisio urbe, ceteris maiestate sui nominis terrorem incutit. Saxonibus Heresburch castrum obsidentibus, gloria Dei super aecclesiam apparuit omnibus, duobus scilicet scutis sanguineo colore flammantibus quosdam motus, ut in bello, per aera dantibus. Karolus Saxoniam velut tempestas proterit, munitiones irrumpit, et ad hoc eos impellit, ut se et patriam ei dedant, et datis obsidibus se christianos futuros spondeant.

777. 1. 1. 9. 7.

Mett. (L.) Winthichindus dux Saxonum in Northmanniam fugit. Saxones baptizati paciscuntur, ut ingenuitatem suam et sua omnia perdant, si unquam à fidelitate Christi et regis desistant.

778. 2. 2. 10. 8.

ib. Karolus in Hispania Caesaraugustam vastando delet, Pampilonam obsidet, eiusque captae muris destructis Wascones duosque Saracenorum regulos sibi subigit, aliquasque urbes in deditionem accipit. Saxones suasu Winthichindi Franciam
It. m. atterunt; sed à Karolo victi fuga sibi consulunt. Thelericus Bulgar ad Leonem imperatorem fugit; quem baptizatum
ib. imperator patritium facit. Chardamus Bulgaribus dominatur.

779. 3. 3. 11. 1.

Mett. (L.) Leo imperator Siriam incursat. Karolus rex in Saxonia Westfalos sibi subiugat. Hilterandus dux Spoleti Karolo regi se subdit, eiusque gratiam multis muneribus redimit.

780. 4. 4. 12. 2.

ib. Karolus rex Albiam fluvium transgreditur, ibique in eius gratiam Bardogavenses et Nortliutae baptizantur. Tassilo dux Baioariae contra Karolum regem rebellat, hortatu uxoris suae, quae filia erat Desiderii regis, et exilium patris sui
cf. Mar. per maritum suum vindicare temptabat. [Obiit sanctus Sturmius primus abbas Fuldensis[b].]

781. 5. 5. 13. 3.

It. m. Leo imperator cum insaniret cupiditate circa pretiosos lapides, adamavit magnae aecclesiae coronam, et accipiens portavit eam; et exierunt carbunculi in capite eius, et captus à febre mortuus est. Post quem uxor eius Hyrene cum filio suo
Mett. (L.) Constantino imperat annis 10. Mady amiras multos utriusque sexus pro Christo martyrizat. Karolus rex orationis causa vadit Romam, ibique filii eius unguntur in reges: Pipinus super Italiam, Ludowicus super Aquitaniam.
ib. Tassilo dux Baioariae ab Adriano papa Karolo regi reconciliatur.

a) *Interpolationem huius anni a scriba Aquicinensi factam videsis infra in additamentis Aquicinensibus. In* 1. *rasurae, quam Hirsch p.* 471. *supponit, additionisve ne levissimum quidem vestigium; unde qui interpolationem istam a Sigeberto fabricatam dixerunt, falsi sunt.* b) *addit* 1δ.; *vell. praeter* A. *(qui ea a.* 829. *habet)* C2.

782. R. 1. S. 6. F. 14. B. 4.
Constantinopoli quidam lapideam auream invenit et in ea virum iacentem cum hac scriptura: *Christus nascetur ex virgine Maria, et credo in eum. Sub Constantino et Hyrene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.* Saxones rebellant, et à Karolo bello victi, seditiosos usque ad 4500 ei tradunt, et obsides ei tribuunt. H. m. Mett. (L.)

783. 2. 7. 15. 5.
Saxones rebellant, et à Karolo rege victi, paene usque ad internecionem delentur. ib.

784. 3. 8. 16. 6.
Saxones et Fresones rebellant et vincuntur. Westfali à Karolo Karoli regis filio debellantur. ib.

785. 4. 9. 17. 7.
Mady amiras moritur; post quem Moyses Saracenis annis duobus principatur. Karolus Saxoniam depopulatur. Wintichindus et Albion duces Saxonum Karolo reconciliati baptizantur, et motus Saxonum reprimuntur. H. m. Mett. (L.)

786. 5. 1. 18. 8.
Karolus rex Adulfum synescalcum suum contra Brittones[a] mittit, et per eum multa Brittonum castra et principes eorum capit. Signum crucis in vestibus hominum apparebat. ib. Mar.

787. 6. 2. 19. 9.
Moyses amiras moritur; post quem Aaron frater eius Saracenis annis 23 principatur. Karolus rex Romam venit, et contra Heregisum Beneventi ducem vadit. Heregisus muneribus et obsidibus datis, gratiam eius redimit. Bellum inter Francos et Avares oritur. Sanguis de caelo et terra profluxit. Mett. (L.) Mar.

788. 7. 1. 20. 10.
Tassilo dux Baioariae contra Karolum regem reus maiestatis adiudicatur; unde à Karolo attonsus, cum filio eius Theodone in monasterio relegatur. In Italia inter Grecos et Romanos pugnatur. Secundo in Italia inter Francos et Avares pugnatur. Tertio inter Avares et Baioarios pugnatur. Quarto inter Avares et Francos pugnatur, et in omnibus Karolus suis provenisse victoriam laetatur. Instantia Tharasii patriarchae Constantinopolitani et Adriani papae secundo apud Niceam universalis synodus 350 episcoporum congregatur; in qua fides catholica in presentia Hyrenes et filii eius Constantini, cunctorum subscriptione roboratur, et heresis execrantium imagines Dei in perpetuum abdicatur. Coniuratio valida facta est ab Austrasiis contra Karolum regem, auctore Harderico. Qua detecta, multi aut membris truncantur, aut exiliantur. Mett. (L.) ib. H. m.

789. 8. 2. 21. 11.
Karolus Coloniae super Rhenum [28] pontes duos construit et munit, et Sclaviam ingressus, eam sibi subigit. Adelgisus, filius Desiderii regis, qui victo patre suo ad Grecos confugerat, animatus auxilio Grecorum ad Italiam venit, aut ad repetendum regnum, aut ad inferendam ultionem; qui inito bello cum Francis, tentus ab eis amara morte peremptus est. Mett. (Reg.) H. m.

790. 9. 3. 22. 12.
Karolus rex honestati aecclesiasticae omnino intentus, legendi et psallendi disciplinam diligenter correxit. Perpendens enim, iterum Gallos à Romanis in cantando discrepare, Mettenses vero sola naturae levitate paululum quid dissonare, per cantores rursum sibi ab Adriano papa à Roma directos dissonantiam cantus correxit. Circa pauperes etiam sollicitus, non solum in regno suo, verum etiam trans maria in Aegypto, in Syria, in Africa, precipue in Hierosolimis, liberalitate elemosinarum christianis pauperibus solatiabatur; transmarinorum regum amicitias ob hoc maxime expetens, ut christianis sub eis degentibus esset relevatio. Alchuinus de Britannia oriundus, magister deliciosus regis Karoli, scientia litterarum prepollet in Gallia, cuius precipue magisterio ipse rex omnes liberales artes didicit. Hic multa scripsit, inter quae eminent libri de sancta Trinitate scripti ad ipsum regem. [Hic etiam iussu ipsius regis divinam historiam correxit[b].] Einh. Ioh. v. Greg. M. II, 10. Einh. ib.

791. 10. 4. 23. 13.
Constantinus matrem suam Hyrenen imperio privat, solusque annis 6 imperat. Karolus rex regnum Avarum terra marique impetit, eisque in sola fuga spem evadendi reliquit. H. m. Mett. (L.)

792. 1. 5. 24. 14.
Constantinus imperator congressus Chardamo Bulgari, turpiter victus dehonestatur; Chardamus sublato regio omni apparatu ditatur. Pipinus, Karoli regis ex concubina filius, gibbo deformis, à quibusdam Francorum primoribus promissione regni illectus, contra patrem coniuravit. Unde convictus tonsoratur, et in Prumia coenobio retrusus usque ad finem vitae Deo militavit. Complices vero coniurationis alii exiliantur, pauci perimuntur. H. m.

793. 2. 6. 25. 15.
Feliciana heresis condemnatur et in presentia Adriani papae ab ipso Felice auctore abdicatur. Haec heresis asserebat, filium Dei in divina natura verum Deum esse, in humana vero natura nuncupativum; item in divina natura eum esse verum filium Dei, in humana vero adoptivum, unam personam Dei et hominis dividens in duas personas, scilicet veri filii et adoptivi. Saxones in fide Dei et fidelitate regis vacillant. Mett. (L.)

794. 3. 7. 26. 16.
Constantinus imperator multos principum sibi suspectos oculis privat. Karolus rex, non solum patria lingua, sed etiam peregrinis linguis eruditus, barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum bella et actus canebantur, scripsit et memoriae mandavit. Inchoavit etiam grammaticam patrii sermonis; mensibus anni iuxta propriam, id est Teutonicam, linguam vocabula imposuit; ventos etiam duodecim propriis nominibus appellavit, cum antea quatuor tantum cardinales venti nominarentur. H. m. Einh.

795. 4. 8. 27. 17.
Saxones virtute Karoli conterriti, reddunt se Christi et regis fidelitati. Karolus rex christianam religionem sancte ac pie colens, aecclesias Dei omnimodis honorabat, et ornabat sacris vasis ac vestibus, edicens, ut ne ianitoribus quidem liceret communi habitu in aecclesia ministrare. Extruxit etiam Aquisgrani basilicam plurimae pulchritudinis, ad cuius structuram à Roma et Ravenna columnas et marmora devehi fecit. Mett. (L.) Einh.

796. 5. 9. 28. 18.
Leo 91[mus] Romanae aecclesiae presidet. Qui mox clavim confessionis sancti Petri cum vexillo Romanae urbis Karolo regi misit. Witthan rex Abrotidorum à Saxonibus perimitur. G. pont. Mett. (L.)

797. 6. 10. 29. 19.
Heinricus dux Foroiulianorum expoliato in Pannonia Avarum principe Yringo [29], inestimabilem thesaurum eius misit regi Karolo. Thudun princeps Avarum se et patriam suam Karolo regi dedit, et gratiam baptismi percipit. Mett. (L.) ib.

a) bittones *Sig.* b) *add.* 1δ.; *rell. praeter* A.

28) Albis fuit; vide Reginonem et Ann. Mett.; cf. Mon. SS. II, 223. nota. 29) hic nunquam extitit; fecit eum

798. R. 7. S. 11. F. 30. B. 20.

H. m. Hyrene imperatrix super erepto sibi imperio foemineo dolore abusa, Constantinum filium suum oculis et imperio privat, et sola annis 3 imperat. Thatun Hyspanus Barcinonae prefectus se Karolo regi dedit, et Barcinonam, quae ab illo
Mett. (L.) desciverat, reddit. Karolus rex Saxones gravi praelio vincit. Adelphon rex Galithiae regi Karolo multa munera
H. m. mittit. Sol obtenebratus est per dies 17.

799. 1. 12. 31. 21.

H. m. Constantinus imperator moritur. In Hispania Barcinona Saracenis reddita, à Karoli militibus est obsessa. Leonem papam celebritatem letaniae maioris agentem Romani capiunt, et linguam ei oculosquo evellunt. Cui voce et visu reddito divinitus, iterum ei oculos et linguam eruunt radicitus. Qui de manu eorum erutus, ad Karolum fugit quantotius.
Mett. (L.) Heinricus dux Foroiulianorum à suis perimitur.

800. 2. 13. 32. 22.

Mett. (L.) In mense Iulio contra naturam aspera et gelu concreta bis fuit pruina, sed nihil fructibus nocuit. Karolus rex Leonem papam in sede Romana relocat; ipse quoque Romam properat, causas examinat, reos legaliter damnat, sicque om-
ib. nes Romanorum motus sedat. Gens Avarum à fide deficit. Baleares insulae auxilio Francorum à Saracenis defensantur. Per Widonem Karoli ducem Brittones vincuntur et in deditionem recipiuntur. Geroldus dux Baioariae in Pannonia Avaribus congressus perimitur; de quo in visione Wetini legitur, quod inter martyres annumeratus sit.

801. 3. 14. 33. 23.

Romani, qui ab imperatore Constantinopolitano iamdiu animo desciverant, nunc accepta occasionis opportunitate, quia mulier excecato imperatore Constantino filio suo eis imperabat, uno omnium consensu Karolo regi imperatorias laudes acclamant, eumque per manum Leonis papae coronant, caesarem et augustum appellant; Pipinum vero, filium eius
Mett. (L.) regem Italiae ordinatum collaudant. Amymurlyn rex Persarum Karolo imperatori elephantum et munera multa mittit. Barcinona capitur. In Italia quoque Theate civitas à Francis capitur. Sanctus Salvius episcopus veniens ab Aquitania ad fiscum Valentianas, à Winigardo, filio Gerardi procuratoris ipsius fisci martyrizatur. Et super eius corpore requirendo Karolus Magnus imperator divinitus tertio ammonitus, corpus quidem inventum honorifice sepelivit, interfectores autem eius gravi poena multavit; nec tamen per hoc in eos ultio Dei cessavit. Immutato ordine regnorum, immutandus est etiam ordo titulorum; quia abhinc sub uno comprehendendum est regnum Francorum et Romanorum, et Constantinopolitanum regnum distinguendum est à regno Romanorum. Ex quo Byzantium Traciae civitas à primo Constantino in novam ampliata et in regiam urbem est exaltata, et translata in illam omni Romanae dignitatis gloria, in sedem Romani imperii dedicata et nova Roma est appellata; evolutis annis circiter 468 diviso à Constantinopoli Romano imperio, Karolus primus Francorum imperavit Romanis annis 14.

802. R. 1. F. 34. C. 4. S. 15. B. 24.

Mett. (L.) In Italia civitates Ostona et Luceria contra Karolum sentientes, in deditionem accipiuntur. Karolus imperator per omne imperium suum legatos ad faciendum iudicium et iustitiam cunctis dirigit, et legis capitula 23 instituit [30]. Le-
gati imperatoris Karoli ab Aaron amyra venientes, inter cetera munera etiam ossa Cypriani Kartaginiensis martyris et
H. m. Sperati primi Scillitanorum martyrum, et caput Pantaleonis martyris in Frantiam afferunt. Nicephorus Hyrenen imperio depositam exilio relegat, et Constantinopolitanis annis 8 imperat.

803. 2. 35. 1. 16. 25.

H. m. Hyrene imperatrix in exilio moritur. Nicephorus imperator Saracenis congressus, pessime vincitur [a]. Karolus impe-
Mett (L.) rator omnes Saxones trans Albiam morantes in Franciam transtulit, pagosque eorum Abroditis dedit. Aaron amiras
H. m. cum trecentis milibus contra Nicephorum imperatorem ascendit; quem non ferens Nicephorus, turpe foedus init, pactus se ei daturum annuatim tricena milia nomismatum, et tria nomismata in tributum capitis imperatoris, et tria pro capito filii sui. Karolus per omne imperium iustitias facit, et legis capitula 29 instituit [31].

804. 3. 36. 2. 17. 26.

Mett. (L.) Leo papa ad Karolum imperatorem in Franciam venit. Nicephorus imperator foedere cum Saracenis soluto, multa
H. m. incommoda contulit imperio suo. Godefridus rex Danorum multa contra vicinas gentes abutens insolentia, pacem ab imperatore Karolo expetit. Avares, qui et Huni, longo contra Francos bello perdomiti, adeo à fortitudine sua et potentia sunt diminuti, ut qui alios ultro solebant lacessere, iam nec se ab aliis valeant tueri; quia in hoc bello omnis eorum gloria et nobilitas periit, et quicquid pecuniae et thesauri per tot saecula orbem terrarum vincendo sibi congesserant, totum modo victoriae Francorum cessit, et nullo unquam bello tam multa spoliorum quantitate Francia ditata fuit.

805. 4. 37. 3. 18. 27.

Karolus imperator, indignantibus contra se imperatoribus Constantinopolitanis propter invidiam imperatorii nominis à Romanis sibi impositi, magna patientia et magnanimitate eos tulit; et quia suspectam habebant suam potentiam, crebris [b] lega-
Mett. (L.) tionibus sibi eos firmissimo foedere conciliabat. Avares non ferentes infestationem Sclavorum, à Karolo imperatore
ib. inter Sabariam et Karantanum impetraverunt habitandi locum, ibique sine regni nomine resederunt sub ditione Francorum. Karolus, filius imperatoris Karoli, Behemanos rebellantes devicit, et Lethonem eorum peremit.

806. 5. 38. 4. 19. 28.

ib. Karolus inter lilios suos partitionem regni facit, et inde testamentum factum, sua et Leonis papae auctoritate robora-
ib. vit. Behemani Sclavis auxiliantibus ubique grassantur, sed à Karolo imperatoris filio fortiter debellantur.

807. 6. 39. 5. 20. 29.

H. m. Chumeyd amyrens missus ab Aaron ad excindendam Lyciam, cum venisset Myream, nisus sancti Nicolai conterere archam, pro ea contrivit aliam, et pro temeritate incurrens Dei vindictam, subsequente inevitabili tempestate, classim amisit totam. Karolus imperator per manum Pauli diaconi sui decerpens optima quequę de scriptis catholicorum patrum,
Mett. (L. lectiones unicuique festivitati convenientes, per circulum anni in aecclesia legendas compilari fecit [c]. Rex Persarum
Karolum imperatorem pretiosis muneribus per legatos honorat. Saraceni Sardiniam depopulantur, sed à Pipino rege
H. m. Italiae superantur. Chrumnus Bulgaribus dominatur.

a) N. i. S. c. p. v. *desunt* C2. D. b) crebis 1. c) Karolus — fecit *in margine add. Sig. cur. tertiis. cf. Mon. SS. II,* 223.

Regino, non intelligens vocem annalium Laurissensium *hring* i. q. circulus. Ex eo transiit in Annales Mettenses, Sigeberti fontem. 30) Aquisgrani. Mon. Leg. I, 90. 31) Mon. Leg. I, 114. cf. SS. II, 223.

808. R. 7. F. 40. C. 6. S. 21. B. 1.
In Brittannia Eardulf rex Nordanymbrorum patria et regno pellitur; sed ad Karolum imperatorem veniens, per eum regno et patriae restituitur. Aaron amiras moritur; post quem Muhamad annis 5 principatur. Mett. (L.) H. m.

809. 8. 41. 7. 1. 2.
Walchaudus episcopatum Leodicensem suscipit, qui in Ardenna Andagium coenobium construxit. Pipinus rex Italiae Venetiam bello sibi subigit, et non multo post Mediolani obit; et Karolus imperator Venetiam Nicephoro reddit. Nicephorus imperator novis et iniustis legibus omnes suos exacerbat, et Dei in se iram exaggerat. Godefrido Danorum rege mortuo, Hemingus, filius eius, pacem expetit ab imperatore Karolo. A. Leod. Mett. (L.) ib.

810. 9. 42. 8. 2. 3.
Karolus in tres partes regni sui tres exercitus misit, unum trans Albiam, qui Hilinones debellavit, unum in Pannoniam, qui reliquias Hunorum et Sclavos compressit, unum contra Brittones, qui eorum perfidiam contudit; et ubique sibi victoria provenit. Karolus rex, filius imperatoris maior natu, obit. Karolus imperator rerum suarum heredem Christum testamento facit, et quicquid in re mancipi habebat, in tres partes diviso, tertiam eorum pauperibus et famulantibus palatio delegavit, duas vero partes in partes viginti et unam subdivisit, et metropolitanis episcopis, qui totidem sibi suberant, distribuit, ut metropolis aecclesia tertiam assignatae sibi partis haberet, et duas inter suffraganeos episcopos divideret. Nomina archiepiscopalium civitatum, quae erant sub Karolo: Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Iulii quae et Aquileia, Gradus, Colonia, Moguntia, Iuvavum quae et Salzburch, Treveris, Senonis, Vesontio, Lugdunus, Vienna, Rotomagus, Remis, Arelas, Darantasia, Ebredunum, Burdegala, Turonis, Bituricas. Nicephorus imperator Bulgariam ingreditur; et quia victoriae temperare nescivit, à Bulgaribus cum multo senatorii ordinis numero perimitur. Stauratius filius eius post eum anno uno imperat. Mett. (L.) Einh. H. m.

811. 10. 43. 1. 3. 4.
Stauratio deposito, Michael imperat post eum annis 3. Hemingus rex Danorum moritur. Post quem duo inter se de regno contendentes bello colliduntur, in quo paene 11 milia Danorum perimuntur. Moguntiae pons quingentorum passuum longitudinis trans Rhenum, quem Karolus imperator per decem annos ingenti labore et mirabili opere de lignis construxerat, ita ut perpetuo durare posse videretur, ita tribus horis conflagravit, ut ne una quidam astula super aquam remaneret. H. m. Mett. (L.) Einh.

812. 11. 44. 1. 4. 5.
Karolus imperator Ludowico filio suo coronam imperialem imponit, et Bernardum, filium Pipini regis, regem Italiae facit. In Francia apud coenobium Elnonense sanctus Amandus à Lothario elevatur, à depositione eius anno circiter centesimo quinquagesimo secundo. Cuius corpore adhuc integro invento, eum eius capilli et ungues, qui excrevisse videbantur, succiderentur, et de eius ore dentes adhibita forcipe extraherentur, sanguis inde profluxit, qui ad memoriam posterorum adhuc servatur. Mett. (L.) Elev. Am.

813. 12. 45. 2. 5. 6.
Karolus imperator per totas Gallias concilia super statu aecclesiarum ab episcopis celebrari edicit; unum fuit Moguntiae, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Caballonis, quintum Arelati. Muhamad amiras fratri suo Habdallae congreditur; à quo superatus, eum sibi conregnare invitus patitur; et hoc bello regnum Saracenorum per aliquot annos disciditur. Michael imperator Chrumno Bulgari congressus, de bello victus fugit, et ex desperatione rerum monachus factus, imperium deponit. Post quem Leo annis 8 imperavit. Mett. (L.) H. m. Mett. (L.)

814. 13. 46. 1. 1. 7.
Karolus imperator gloriosus, regno et imperio suo ampliato et pacato, statu quoque aecclesiae sancte et religiose ordinato, moritur, et sepelitur Aquis, anno aetatis suae 72°; qui pro magnitudine operum agnominatus est Magnus, cuius vitam Einardus descripsit. Post quem Ludowicus, filius eius, imperavit annis 26. Mett. (L.)

815. 1. 2. 2. 8.
Inter Ludowicum et Leonem imperatores pax firmatur. Harioldus rex Danorum, patria et regno pulsus à filiis Godefridi, ad imperatorem Ludowicum veniens implorat opem recuperandi. Chrumnus successu laetatus, Constantinopolitanos incursat insolentius, et usque ad portas urbis vagatur crebris incursibus. Mett. (L.)

816. 2. 3. 3. 9.
Stephanus 92us Romanae aecclesiae presidet. Hic mox in Franciam venit, et Ludowicum in imperatorem coronavit. Ludowicus imperator exercitum contra Danos mittit, et per eum obsides accipit. G. pont. Mett. (L.)

817. 3. 4. 4. 10.
Pascalia 93us Romanae aecclesiae presidet. Wascones ab imperatore Ludowico desciscunt, sed ab eius exercitu edomiti cito resipiscunt. G. pont. Mett.

818. 4. 5. 5. 11.
Seloamyr rex Abrotidarum ab imperatore Ludowico deficit et ad Danos transit. ib.

819. 5. 6. 6. 12.
Ludowicus imperator Brittones sibi subigit. Murmanus dux eorum, qui nomen regis sibi usurpaverat, ab eis perimitur. Bernardus rex Italiae conspirationis contra imperatorem factae accusatur, et reus maiestatis adindicatus, primo regno et oculis, dehinc vita privatur. Harioldus in regnum Danorum à Ludowico remittitur. ib. ib. ib.

820. 6. 7. 7. 13.
Seloamyr rex Abrotidarum et Lupus dux Wasconum damnati capitis ab imperatore Ludowico exiliantur. Aquisgrani generali conventu habito, per dispositionem imperatoris Ludowici episcoporumque et abbatum aliqua capitula ad usus regularium monachorum addita sunt; et multa sanctarum scripturarum compilatione facta, clericorum et clericalium sanctimonialium regulae constitutae sunt. Deficiente historiarum relatione, cessat etiam relatio de regno Bulgarum et Saracenorum. ib. Cap. Aquisg.

821. 7. 8.
Paschalis papa corpus sanctae Ceciliae virginis ipsa revelante invenit, aureis velatum indumentis sanguine ipsius adhuc infusis; et ipsam et corpora sanctorum Valeriani sponsi eius et Tyburtii et Maximi, Urbani quoque papae, in aecclesiam à se eis edificatam transposuit. Ludowicus imperator partitionem regni inter filios suos factam confirmat sacramentis optimatum suorum. Leo imperator Grecorum perimitur in palatio suo conspiratione optimatum suorum, et pre- cipue Michahelis domesticorum comitis, et ipse Michael imperavit annis 9. G. pont. Mett. (L.) ib.

822. 8. 1.
In Turingia cespes longitudine pedum quinquagenum, latitudine quatuordenum, altitudine sesquipedali, sine manibus de ib.

terra precisus et sublatus est, et ultra pedes 25 translatus est. In Saxonia tellus in modum aggeris limite unius leugae intumuit.

823. R. et F. 9. C. 2.

A. Leod. Elevatio sancti Ursmari confessoris Lobiensis celebratur[a]. Drogo, frater Ludowici imperatoris, fit Mettensium epi-
Mett. (L.) scopus.
ib. Lotharius, filius imperatoris, á patre in Italiam dirigitur; qui á Paschale papa consecratus, coronam regni
ib. et imperatoris atque augusti nomen accepit. Romae quidam nobilium perimuntur, pro eo quod proniores iusto esse viderentur ad fidelitatem Lotharii imperatoris. Quod crimen cum etiam in ipsum papam Paschalem intorqueretur, papa se apud imperatores excusat, et de hoc crimine coram populo et legatis imperatoris Romae cum magno episcoporum
ib. numero se iureiurando expurgat. Terraemotus factus est; multae villae et domus caelesti igne cremantur; homines et animalia ictu fulminum exanimantur; fruges grandine vastantur; cum ipsa grandine veri lapides immensi ponderis cadunt; et haec prodigia grandis hominum mortalitas subsequitur. In territorio Tullense villa Comertiaco puella duodennis, post sacram communionem in pascha á sacerdote susceptam, primum per decem menses pane, deinde omni cibo et potu per triennium abstinuit, et postea ad communem hominum vitam rediit.

824. 10. 3.

G. pont. Eugenius Romanae aecclesiae centesimus[b] presidet. Corpora sanctorum Severi Ravennatium episcopi et uxoris eius
Mett. (L.) Vincentiae et filiae Innocentiae ab Otgario archiepiscopo Moguntiam translata sunt. In Gallia ante solstitium aesti-
Mar.
Mett. (L.) vale, aere in tempestatem repente converso, ingens fragmentum glacici cum grandine cecidit; cuius longitudo pedes quindecim, latitudo sex, grossitudo duos pedes habebat. Legati Michaelis imperatoris inter cetera munera detulerunt Ludowico imperatori libros Dionisii Areopagitae, ab eo conscriptos de hierarchia, id est sacro principatu, petente ipso Ludowico de Greco in Latinum translatos. Qui libri Parisius in ipso sancti martyris festo missi, cum gaudio susccpti sunt; quod gaudium virtus sancti martyris auxit, decem et novem egrotis in ipsa nocte ibi sanatis. Walcaudus
A. Leod. Leodicensis episcopus corpus sancti Hucberti transfert á Leodio ad Andagium monasterium. Rabanus sophi-
A. Fuld. sta et sui temporis poetarum nulli secundus, fit abbas Vuldensis; qui multa de sanctis scripturis disseruit, qui etiam librum de laude sanctae crucis, figurarum varietate distinctum, difficili et mirando poemate composuit, et Sergio papae sancto Petro offerendum misit.

825. 11. 4.

Mett. (L.) Herioldus rex Danorum cum uxore et filiis et sua parte Danorum Moguntiae baptizatur; et ab imperatore muneribus et
ib. parte Fresiae in beneficium sibi data honoratur. Hilduinus, abbas de Sancti Dionisii sacrique palatii archicapellanus, Romam mittens á papa Eugenio sancti Sebastiani martyris corpus accepit, et Suessionis in basilica sancti Medardi collocavit. Ubi dum adhuc inhumatum in loculo, in quo allatum fuerat, iaceret, tanta signorum et virtutum gratia in nomine eiusdem martyris enituit, ut á nullo mortalium vel enumerari vel enarrari possint. Quorum quaedam tanti stuporis esse dicuntur, ut humanam fidem excedant, nisi certum esset, Deum, pro quo idem martyr passus est, omnia facere posse.

826. 12. 5.

ib. Corpora Marcellini et Petri martyrum de Roma sublata et in Franciam translata, multis signis clarificata sunt. Corpus etiam sancti Gregorii papae ad urbem Suessionis translatum esse dicitur.

827. 13. 6.

G. pont. Valentinus Romanae aecclesiae 101[us] presidet. Quo post quadraginta pontificii dies defuncto, quartus huius nominis papa Gregorius Romanae aecclesiae 102[us] presidet, qui etiam quartus Leo dictus est. Rabanus abbas tractatus in libro sapientiae et in Aecclesiastico ad Oggarium archiepiscopum edit. Amularius librum de officiis aecclesiasticis
Praef. Ans. ad imperatorem Ludowicum scribit. Angelomus etiam ad eundem imperatorem tractatus in libros regum edit. Ansigisus abbas Lobiensis edicta imperatoris Karoli Magni et Ludowici filii eius ad aecclesiasticam legem pertinentia in duobus libellis digessit. Idem edicta eorumdem ad mundanam legem pertinentia in duobus eque libellis digessit[c].

828. 14. 7.

Mett. (L.) Italicus Ludowici imperatoris exercitus classe in Africam transvectus, conserto prelio magnam Afrorum stragem fecit.
ib. In Wasconia annona de caelo pluit, frumento similis, sed grana breviora et rotundiora habens. Corpora sanctorum
Marian. Valentini et Genesii in Augiam monasterium translata sunt.

829. 15. 8.

Mett. Contra Ludowicum imperatorem commotio et simultas filiorum eius et optimatum exoritur. Hoc anno, qui est annus ab initio mundi 4888. finitur nonus annus magnus ab initio mundi, qui est annorum 532[d].

830. 16. 9.

Apud Constantinopolim Theophilus imperat annis 15. — Gregorius papa, dolens, crebris Saracenorum incursionibus vexari suburbium Romanae urbis circa aecclesiam apostolorum principis Petri, intendit illic urbem novam aedificare; ad quod consilio et auxilio imperatorum animatus novam fabricam coepit.

831. 17. 1.

Transl. S.B. Saraceni Siciliam incursantes, etiam Lipparim insulam devastant, ubi corpus Bartholomei apostoli quiescebat; quod olim loculo plumbeo iniectum et in mare demersum á paganis, non ferentibus illud propter nimiam signorum claritatem ab omnibus venerari, ab India usque ad hanc insulam ultro delatum fuerat. Cuius ossa modo á Saracenis huc illucque
Fuld. dispersa, et á quodam monacho ipso revelante collecta, Beneventum transferuntur. Ludowicus imperator adversantes sibi alios exauctoravit, alios exiliavit, alios bonis privavit; ac per hoc filios et optimates suos magis contra se exacerbavit.

832. 18. 2.

Fuld. Gregorius papa in Galliam veniens, contra imperatorem cum filiis agebat. Imperator uxorem suam Iudith, quasi causam malorum, abdicavit.

833. 19. 3.

Fuld. Ludowicus imperator á suis desertus ac proditus et in potestatem filiorum redactus, episcoporum iudicio arma deposuit, et ad agendam poenitentiam inclusus est. Sol et luna per eclypsim deficiunt.

834. 20. 4.

Fuld. Ludowicus imperator relaxatus, arma, imperium et uxorem recipit, ac filium Lotharium in Italiam redire cogit.

835. 21. 5.

Monente Gregorio papa et omnibus episcopis assentientibus, Ludowicus imperator statuit, ut in Gallia et Germania festi-

a) E. s. U. c. L. c. *desunt* D., *sub anno praecedenti exhibet* C4*. b) *ita Sig.* (*iterum errans; cf. a.* 817.) B4*. C1. 3. 4*. XCVI. *corr.* XCVII. *et sic porro corrigens* D.; XCIV. *et sic porro* B3*.; XCV. *et sic porro* C2*. c) Idem — digessit *desunt* D. d) *post haec in* 1. *erasum:* Obiit sanctus Sturmi primus Fuldensis abbas. *Idem addit unus* A., *deest reliquis. Cf. a.* 780.

vitas omnium Sanctorum in Kalendis Novembris celebrarctur, quam Romani ex instituto Bonefacii papae celebrabant. Hoc tempore reliquiae Viti martyris à Parisius ad Corbeiam Saxoniae transferuntur; unde ipsi Franci testati sunt, quod ab illo tempore gloria Francorum ad Saxones translata sit. Ebbo Remorum archiepiscopus deponitur; aliique multi, qui cum eo in delectionem Ludowici imperatoris conspiraverant, damnantur et exiliantur. Wid. Regino.

836. R. et F. 22. C. 6.

Gregorius papa consummatam novae urbis fabricam solemniter dedicavit, eamque urbem Leonianam appellavit, vel à Leone tertio huius nominis papa, qui huius operis fundamenta olim iecerat, vel à se ipso, quia et ipse Leo quartus dictus est.

837. 23. 7.

Northmanni Gallias graviter infestant, Dorestatum vastant; Andoverpum oppidum et Witlant emporium situm iuxta ostium Mosae incendunt, à Fresonibus tributum accipiunt. Gregorius papa plures Italiae urbes aut vetustate aut hostilitate dirutas novis fabricis aut muris restaurat[a]. Saracenis ad depredandum usque ad portum Romanum venientibus, Romani instantia Leonis papae, auxiliantibus sibi etiam Neapolitanis, eos bello excipiunt, et cooperante sibi divinitus gravi turbine ventorum, usque ad internetionem[b] paene victos delent. Fuld. G. pont.

838. 24. 8.

Cometes in signo Librae apparet. Northmanni Walacram insulam vastant, et tributum exigunt. Fuld.

839. 25. 9.

Ludowicus imperator filio suo Lothario sub fide ad se venienti reconciliatur, eique dignitatem imperii et regni coronam tribuit. Cometes in signo Arietis apparet, et per aliquot dies plurimi instar stellarum igniculi per caelum discurrere videntur. Mett. (Fuld.)

840. 26. 10.

Ludowicus imperator moritur, et Lotharius solus imperium usurpans, imperat annis 15. Mett. (F.)

841. 1. 11.

Karolus et Ludowicus, filii imperatoris, dolentes se à fratre suo Lothario debita regni parte privari, contra eum insurgere parant. Mett. (Reg.)

842. 2. 12.

Cometes in signo Aquarii apparuit. Tribus fratribus de regni partitione discordantibus, conseritur inter eos pugna in pago Alciodorense, apud villam Fontiniacum; et tanta cedes utrimque facta est, ut nulla aetas meminerit, tantam stragem hominum factam fuisse in gente Francorum, et ita eorum vires ibi attenuatae sunt, ut iam nec suos terminos ab externis tueri possint. Victoria tamen Karolo et Ludowico provenit. Mett. (F. R.)

843. 3. 13.

Fratribus nondum à bello desistentibus, consilio optimatum tandem de pace agitur, et de partibus singulorum 40 primores eliguntur, qui in unum convenientes regnum aequaliter dividerent; et ita pax in annum sequentem induciatur. Ludowicus interim pergens in Saxoniam, validissimam libertorum conspirationem dominos suos opprimere volentium fortiter compescuit, auctoribus factionis capitali sententia damnatis. Mett. (F.)

844. 4. 14.

Sergius Romanae aecclesiae 103[us] presidet. Ad huius electionem confirmandam Ludowicus filius imperatoris Lotharii à patre missus, ab eodem papa in regem Langobardorum unctus est. Mauri Beneventum occupant[c]. Descripto in tres partes regno, fratres ad urbem Galliae Viridunum conveniunt, et inter se pacificantur; et datis et acceptis invicem sacramentis, quisque ad descriptas sibi partes regni tuendas revertuntur. Karolus accepit occidentalia regna à Britannico occeano usque ad Mosam fluvium; in qua parte extunc et modo nomen Franciae remansit. Ludowico orientalia regna cesserunt, omnis scilicet Germania usque ad Rheni fluenta, et aliquae trans Rhenum civitates cum adiacentibus pagis, propter vini copiam. Lotharius, qui maior natu erat et imperator appellabatur, omnia Italiae regna tenuit cum ipsa Roma, nec non et Provintiam, et mediam partem Franciae inter Scaldim et Rhenum, quae mutato nomine ab eo denominatur Lotharingia. Post factam ergo divisionem Karolus regnat in Francia annis 34, Ludowicus frater eius in Germania 33. G. pont. Mett. (F.) Mett. (R.)

845. R. 5. F. 1. C. 15.

Ludowicus rex Germaniae Abrotidos à se deficere molientes, bello perdomuit, occiso rege eorum, eorumque terram et populum sibi divinitus subiugatum per duces ordinavit. Apud Constantinopolim Michael et Theodora imperant annis 11[d]. Mett. (F.)

846. 6. 2. 1.

Northmanni regnum Karoli graviter infestant, et usque Parisius navigio veniunt; cum Fresonibus tribus preliis confligunt, in primo victi, in duobus victores existunt. Karolus cum Brittonibus infeliciter pugnat. Ludowicus rex quatnordecim duces Boemanorum cum suis baptizari fecit. Mett. (F.)

847. 7. 3. 2.

Leo quintus huius nominis papa, Romanae aecclesiae 104[us] presidet. Hic decrevit, ut dum missarum sacra solemnia celebrantur, nullus ex laicis in presbiterio stare vel sedere vel ingredi presumat, nisi tantum sacra plebs, quae ad ministrationem sacri officii constituta est. Decrevit etiam, ut octavae assumptionis sanctae Mariae in aecclesia Romana celebrentur, quod ante non fiebat. G pont.

848. 8. 4. 3.

Rabanus abbas Fuldensis, ordinatus Moguntiae archiepiscopus, celebrata synodo Moguntiae iussu Ludowici regis, multa aecclesiae utilia decrevit. Quaedam pseudoprophetissa dicens instare diem iudicii, Moguntiam sollicitabat, ita ut etiam aliquos sacri ordinis ad se inclinaret; quae ab archiepiscopo correpta, confessa est, se per suggestionem cuiusdam presbiteri quaestus causa hoc fecisse. Mett. (F.)

849. 9. 5. 4.

Godescalcus hereticus à Rabano archiepiscopo rationabiliter, ut multis visum est, convincitur; sed tamen in suo perseveravit errore. Sancta Helena imperatrix, à filio suo Constantino Magno primo huius nominis imperatore Rome in ecclesia sanctorum Marcellini et Petri martyrum in mausoleo purpureo sepulta, ad Franciam à Theogiso monacho transfertur, et in dioecesi Remensi magna Francorum veneratione excolitur[e]. ib. Transl. S. H.

a) Gregorius — restaurat *desunt* D1". b) u. adternetionem *Sig.* c) M. B. o. *desunt* D. d) *Primo in* 1. *fuit* XIII *seu* XIIII; *sed iam radendo in* XI *mutatum est.* XIIII A. e) *totum annum in rasura scripsit Sig. cur. tertiis; quibus* 1η. *addit:* recondita in cenobio S. Petri, quod Altum Vyleyr dicitur. *Horum loco* A. *post* dioecesi *addit:* in Altuillari.

850. R. 10. F. 6. C. 5.

Mett. (F.) Franci à Boemanis prelio graviter vincuntur. Cui bello spiritus malignus se prefuisse, per os abreptitii publice protestatus est, et per se et per suos socios, spiritus scilicet superbiae et discordiae, egisse, ut Franci terga verterent.

851. 11. 7. 6.

Reliquiae sancti Hermetis martyris per Lotharium imperatorem in Gallias mittuntur, et apud Indam monasterium honoib. rifice conduntur. Fames valida Germaniam attrivit, ut etiam pater filium suum devorare voluerit; quo tempore Rabanus archiepiscopus multam pauperibus benivolentiam exhibuit.

852. 12. 8. 7.

ib. Karolus rex Francorum filios fratris sui Pipini regis, Pipinum et Karolum, regnum inquietantes capit, et in monachum attonsos in monasterium trudit.

853. 13. 9. 8.

Mett. (R.) Northmanni per mare Brittannicum ostia Ligeris ingressi, urbem Namnetem invadunt, episcopum sabbatho sancto paschao baptismum celebrantem trucidant, clerum et populum perimunt. Indo Andegavis, deinde Turonis occupant, et ut tempestas omnia diruunt; templum etiam sancti Martini incendunt.

854. 14. 10. 9.

G. pont. Hincmarus Remorum archiepiscopus in Francia claret, qui vitam sancti Remigii scripsit. Benedictus 105us Romanae aecclesiae presidet. Hoc conspiratione quorumdam malignorum deposito, Anastasius presulatum invadit. Sed
Mett. (F.) Anastasio à legatis imperatoris Lotharii deiecto et in carcere truso, Benedictus honorifice relocatur. Northmanni qui per 20 annos Franciam nimis attriverant, in patriam suam reversi, intestino inter se bello usque ad internecionem
32 delentur, ut de regia eorum stirpe nullus nisi unus puer remaneret [32].

855. 15. 11. 10.

ib. Terraemotus, aeris insolita commotio, turbines, tempestates, grandines, fulmina, multa multis modis incommoda hominiib. bus inferunt. Quidam etiam homo igne caelesti consumptus est, veste illesa manente. Lotharius imperator partito inter filios regno abrenuntiat sacculo, et in Prumia monasterio habitu monachi suscepto, non multo post dormivit in Domino. Ludowicus, filius eius, olim à Sergio papa in regem unctus, imperat annis 15. Lotharius vero frater eius Lotharingiam tenet [a].

856. 1. 12. 11.

ib. Rabanus egregiae vitae et scientiae archiepiscopus obiit. Maginradus eremita martirizatur. Apud Constantino-
Mar. polim Michael solus imperat annis 12 [b].

857. 2. 13. 12.

G. pont. Nicholaus 106us Romanae aecclesiae presidet; cuius ordinationem Ludowicus imperator sua presentia robora-
Mett. (F.) vit. Coloniae orta tempestate, populo in basilicam sancti Petri confugiente, fulmen subito instar ignei draconis basilicam scidit ac penetravit, et tres homines diversis quidem locis, sed uno ictu in mortem deiecit. Alios etiam sex eodem impetu semivivos reliquit.

858. 3. 14. 2.

ib. Franci super crudelitate Karoli regis sui apud Ludowicum fratrem eius expostulant, et cum ad regnandum super so
ib. contra Karolum invitant. Quod ille inconsulto aggressus, turpiter alienis excessit finibus. In parochia Moguntina malignus spiritus evidens nequitiae suae indicium dedit. Nam primo lapides iaciendo, et parietes domorum quasi malleis pulsando, inde manifeste loquendo, furta etiam prodendo, discordias inter vicinos seminando, homines inquietabat. Denique animos omnium contra unum hominem commovit, quasi pro eius peccatis ceteri talia paterentur. Cuius fruges in unum coacervatas incendit; qui ubicunque intrasset, statim domus illa exurebatur, ut iam ei nisi in agris locus manendi nullus esset. Propter hoc presbiteris letanias agentibus et benedictam aquam spargentibus, inimicus multis lapides iaciendo cruentatis, tandem aliquandiu quievit. Presbiteris recedentibus, inimicus flebiliter ululans, tandem presbiterum quendam nominatim exprimens, se, quando aqua benedicta spargebatur, sub cappa illius quasi familiaris sui latuisse professus est; accusans cum cum filia procuratoris concubuisse. Sic per triennium institit, donec ibidem cuncta aedificia incendio consumeret.

859. 4. 15. 3.

ib. Probus presbiter obiit, cuius conversatio et studium Moguntinam aecclesiam illustravit. Ludowicus rex Germaniae plurima prelia contra Sclavos strenue gessit; et capto principe eorum Rastrix nomine, propter violatam fidem oculos
ib. eruere iussit. Principibus Karoli regis inter se discordantibus, Brittones destitutam auxilio terram invadentes, usque Pictavis omnia vastando veniunt. Quos redeuntes rex Karolus prosecutus, Britanniam intrat, et pugna conserta Franci vincuntur, Brittones in caede eorum grassantur [33].

860. 5. 16. 4.

ib. Numeneus rex Brittonum dum instaret regnum Francorum depopulari, visum est ei asistere sibi sanctum Manrilionem, Andegavensis urbis olim episcopum; à quo in capite baculo percussus, iram Dei morte persensit [34]. Hoc tempore
Widuk. I, 16. Leutulfus dux Saxonum, pater Ottonis ducis, avus autem Heinrici regis, corpus sancti Innocentii papae à Roma in Saxoniam transtulit [35].

861. 6. 17. 5.

Mett. (R.) Herispous, filius Numenei, rex Brittonum, Karolo regi confederatur, et muneratus eius se dominationi subdit.

862. 7. 18. 6.

Fuld. Lotharius rex Lotharingiae Waldradam pellicem superducens coniugi suae Tietbergae, consentientibus sibi archiepiscopis Guntharioo Coloniensi et Tietgaudo Trevirensi, magnam sibi calamitatem paravit.

863. 8. 19. 7.

Mett. (R.) Hugbertus abbas et dux, frater Tietbergae reginae, pro repudio sororis suae contra Lotharium insurgit. Guntharius

a) A. *hic exhibet verba:* Hoc t. c. Remigius i. m. c. s. n. *ex a.* 895, *ubi ea omittit.* b) XIII C2°. 3. 4°. D.

32) In nullo quem noverimus Sigeberti codice occurrit locus famosus de Iohanna papissa, quem hoc loco editio princeps exhibet. Qui nisi ab editore insertus est, quod addubito, a monacho Votensi originem traxisse oportet; at codice ESh. iam deperdito, certi ea de re nil iam habemus. Videsis quae infra ad Auctarium Ursicampinum dicturi sumus. 33) a. 849. hoc narrant Ann. Bertin, a. 860. Reg., a. 848. Chron. Britann. 34) a. 851. Ann. Bert. 35) a. 844.

et Tietgaudus archiepiscopi Romae á papa Nicholao pro adulterio Lotharii regis examinati, cum et suis synodalibus gestis, quae preferebant, et suo etiam ore convicti fuissent, episcopatu et sacris gradibus exordinati anathematizati sunt, eisque tantum laicalis communio concessa est. Mett. (R.)

864. R. 9. F. 20. C. 8.

Excommunicata pelice Waldrada á legato apostolico, videns Lotharius rex etiam sibi excommunicationem intentari, Tietbergam uxorem recepit. Sed id non multum profuit, quia non multo post ea repudiata pelicem recepit, nec ultra ullo correptionis modo ab ea separari potuit. ib.

865. 10. 21. 9.

Corpora sanctorum martyrum Eusebii et Pontiani dono Nicholai papae ad Gallias translata, in monasteriis voto religiosorum sancto Petro collatis honorifice tumulantur. Adon. Martyrol.

Rex Bulgarum ad christianismum cum sua gente conversus, missis ad eum á sede apostolica ministris sacri ordinis, acceptis etiam á rege Ludowico subsidiis, adeo in fide solidatur, ut non multo post filio maiore in regnum ordinato, ipse abrenuntians seculo monachus factus sit. Sed cum filius eius iuveniliter agens ad gentilitatis cultum vellet redire, militiae cingulo et cultu regio resumpto, filium persecutus cepit et oculis eius effossis eum in carcerem trusit; et filio iuniore in regnum locato, sacrum habitum recepit, et in eo usque ad finem vitae perseveravit[a]. Mett. (R.)

866. 11. 22. 10.

Herispoo á suis perempto, Salomon filius eius super Brittones regnat, et Karolo contra se venienti confoederatur[36]. ib.

Northmanni Galliam repetentes, Namnetis, Andegavis, Pictavis et Turonis terminos depopulantur. Quibus occursantes dux Aquitaniae Ramnulfus et Ruotbertus fortis marchio, dum ipsi incaute preliantes perimuntur, ceteri á Northmannis ut oves á lupis acervatim sternuntur. ib.

867. 12. 23. 11.

Saracenis Beneventanam regionem incursantibus, Ludowicus imperator viriliter occurrit. Ad cuius auxilium Lotharius frater eius properans, multa quidem prelia cum eis strennue gessit, sed exercitu suo propter intemperiem aeris morbis et morsibus aranearum nimis gravato, cum multo suorum dispendio rediit. ib.

868. 13. 24.. 12.

Adrianus Romanae aecclesiae 107[us] presidet. G. pont. Fuld.

Cometes manifestissime apparet.

Michael Grecorum imperator sensu diminutus adeo mente excedebat, ut familiares suos iuberet occidi; quos tamen ad se rediens, sibi representari exigebat.

869. 14. 25. 13.

Basilius, quem Michael imperator pauperem ex familia unius abbatis sibi asciverat, et cubicularium factum ad tantos honores provexerat, ut alter ab imperatore appellaretur, saepe ab imperatore per insaniam occidi iussus, timens ne tali occasione occideretur, elegit magis ipse imperatorem interficere, quam ab eo interfici; et imperavit annis 17. [Corpus sancti Mauri, qui fuit discipulus sancti Benedicti, asportatum á Glandifolio in Burgundiam propter timorem Normannorum, transfertur ad Fossatense cenobium, quod construxit sanctus Babolenus, sancti Columbani discipulus[b].] Odonis transl. S. M.

870. 15. 26. 1.

Lotharius rex Romam ad Adrianum papam se excusatum vadit. A quo dum pro comprobatione innocentiae suae ad examinationem corporis et sanguinis Domini tam ipse quam optimates regni invitati essent: et ipse et omnes, qui corpus Domini cum eo temere accipere presumpserunt, infra ipsum annum perierunt, ipso statim in redeundo Placentiae defuncto. Mett (R.)

871. 16. 27. 2.

Coloniae celebrata synodo ad dedicationem aecclesiae á tribus Lotharingiae metropolitis, Liutperto Moguntino, Bertulfo Trevirensi, Williberto Colonicnsi, cum ab eis etiam maior aecclesia, quae est sancti Petri, deberet dedicari, precedente nocte auditae sunt voces malignorum spirituum, inter se dolendo conquerentium, se á possessis diu sedibus debere expelli. Fuld.

Karolus rex Francorum, defuncto fratruele suo Lotbario, dum Lotharingiam solus usurpare nititur, per moderantiam et industriam fratris sui Ludowici Germanorum regis ad hoc attractus est, ut aequaliter inter se regnum fratruelis dividerent. Mett. (R.)

Ab exercitu Ludowici Germanici vario eventu varia bella contra Sclavos geruntur. Fuld.

872. 17. 28. 3.

Karolum regem Francorum domestica calamitas in filiis suis afflixit. Siquidem Karlomannum in clericatu usque ad diaconatus officium provectum, ipse pater cepit et excecavit, pro eo quod ad apostasiam conversus et omni genere nocendi regnum perturbans, alter quidam Iulianus effectus erat. Mett. (R.)

Porro alter filius eius Karolus dum inconsulte voluisset experiri expertam cuiusdam Albuini militis fortitudinem, et solus soli congressus fuisset, ab eodem Albuino, ignorante quis esset, peremptus est.

Basilius imperator Grecorum inter caetera munera mittit Ludowico regi Germanorum christallum mirae magnitudinis, mire auro gemmisque ornatam, cum parte non modica sanctae crucis. Fuld.

873. 18. 29. 4.

Iohannes 108[us] Romanae aecclesiae presidet. Ad hunc Iohannes, Romanae aecclesiae diaconus, vitam primi Gregorii papae scribit, in quatuor libellis laudabiliter editam. Mar.

Adalgisus dux Beneventanorum á Grecis seductus contra Ludowicum imperatorem rebellat, et multas Italiae urbes ab eo deficere fecit. Cui imperator viriliter repugnans, Beneventum et Capuam capit. Sed dolis Adalgisi persuasus exercitum dimittere, ita ab eo est circumventus, ut non posset evadere, nisi turpi foedere facto compulsus iurasset Adalgiso, se nunquam in vita sua Beneventi fines intraturum. Ob hoc Adalgisus á senatu Romanorum reus maiestatis et hostis publicus diiudicatus et bello contra se decreto, in Corsicam fugit. Mett. (R.)

Karolus iunior Ludowici Germanorum regis filius á daemonio graviter in presentia patris et optimatum eius vexatur, et in ipsa vexatione confitetur, hoc sibi ideo contigisse, quia contra patrem suum conspirationem facere moliebatur. Fuld.

874. 19. 30. 5.

In Italia Brixae tribus diebus ac noctibus sanguis de caelo pluisse narratur. ib.

Northmanni etiam á regno Ludowici Germanorum regis tributum exigentes, ab exercitu illius graviter cesi vincuntur.

Locustae Galliam depopulantur innumerabiles, ceteris locustis maiores, sena alarum remigia, sex pedes, duos dentes lapide duriores habentes, ut castrorum acies turmatim volantes, duces cum paucis itinere unius diei premittentes ad metanda loca venturae multitudini, Mett. (R.)

a) A. *hic exhibet verba:* Hoc tempore — Gimniacensem *ex a.* 895, *ubi ea omittit.* b) *in rasura* 1γ. *rell. praeter* A.

36) a. 857. Ann. Bert.

Mett. (R.) circa horam nonam ad locum previsum venientes, ibique solis ortum expectantes, per spacium unius diei aerem velabant, ipsum solis splendorem obnubilantes; oré lato, extenso intestino, omnia viridia in herbis et arboribus vastabant, spatium diurni itineris quatuor aut quinque milibus extendentes. Hoc miserabili spectaculo usque ad mare Brittannicum pervenientes, tandem flatu ventorum in profundum maris demersae sunt; sed estu occeani ad litus reiectae, ex putredine
Fuld. sua acre corrupto, multos perire fecerunt. Secuta fames valida multos consumpsit inedia, ut paene tertia pars hominum consumpta sit.

875. R. 20. F. 31. C. 6.

ib. Hiems solito asperior et prolixior; nix et gelu á Kalendis Novembris usque ad vernale aequinoctium. Ludowico
ib. regi Germanorum apparuit in somnis genitor suus Ludowicus olim imperator, adiurans eum per nomen sanctae Trinitatis, ut eum eriperet á tormentis, in quibus detinebatur, ut tandem aeternam requiem mereretur habere. Ob hoc ad diversa monasteria elemosinis destinatis, obnixe filius succurrebat patri. Unde dabatur intellegi, quia licet idem imperator multa Deo et hominibus placita fecisset, plura tamen Deo contraria in regno suo fieri consensit. In quibus graviora videbantur, quod heresi Nicholaitarum non restitit, et monita Gabrielis archangeli, duodecim capitulis comprehensa,
Mett. (R.) quae Emarcus[a] ei legenda et observanda optulit, servare non studuit. Nortmanni urbem Andegavis, quasi in ea habitaturi, cum suis omnibus occupant. Ad quam oppugnandam Karolus rex, ascito Salomone Britonum rege, multis diebus eam obsedit. Sed cum Northmanni ad desperationem adducti fuissent, rex invito exercitu, pecunia ab eis accepta,
37 egressum eis annuit, eisque hoc pacto peiora faciendi locum dedit[37].

876. 21. 32. 7.

Fuld. Cometes solito rutilantior apparuit. Subita et nimia aquarum inundatio facta est in Iunio, ita ut in Saxonia villa quaedam longe á torrentibus et fluminibus remota, in momento cum hominibus et bestiis, cum arboribus et aedificiis, cum
Mett. (R.) aecclesia et altari penitus absorta sit, et nullum habitationis remanserit vestigium. Ludowicus imperator in Italia moritur, et patruus suus Karolus rex Francorum Romam pergit, et Iohanne papa et Romanis per munera sibi conciliatis, imperator creatur, et imperat annis tribus. Sed ei statim á Ludowico fratre suo bellum paratur, quod se inconsulto
ib. solus imperium fratruelis usurpaverit. Britones rege suo Salomone mortuo, pro contentione regnandi intestino inter
Fuld. se bello colliduntur; sicque inviti cessant á Galliae exterminio. Karolus imperator post adeptum imperium ultra se elatus, consuetudines Francorum vilipendens, Grecas glorias et insolitos habitus affectabat, et talari dalmatica indutus et desuper balteo accinctus pendente usque ad pedes, capite vero involuto velamine serico, et diademate superimposito, procedebat. Et cum esset lepore timidior, et hostes fugere quam fugare paratior, fratrem suum Ludowicum lacessebat, minatus tantas copias se conducturum, ut ab equis flumine exhausto, ipse per aridum alveum Germaniae regnum intraret.

877. 1. 33. 8.

Heiricus monachus vitam sancti Germani Autisiodorensis, heroico metro in sex libellis luculenter exaratam, Karolo impe-
Mett. (R.) ratori obtulit. Ludowicus rex Germanorum moritur, relinquens tres filios suos heredes, Ludowicum iuniorem et Karolum, qui non multo post imperavit, et Karlomannum patrem Arnulfi imperatoris. Karolus imperator de morte fratris sui gavisus, iniustitiam, quam contra fratrem conceperat, contra filios fratris perficere paratus, eum quinquaginta et eo amplius hominum milibus regnum eorum aggressus, Coloniam usque venit, filiis Ludowici alias occupatis. Ludowicus iunior legatione ad patruum missa rogabat ea, quae pacis sunt. Quod cum impetrare non posset, viriliter eum bello
Fuld. excepit, eumque victum cum nimio exercitus damno et multo dedecore fugere compulit. Ingruente in Germania pecorum pestilentia, dum canes undique collecti cadaveribus iucumberent, ita disparuerunt, ut nec vivi nec mortui reperirentur.

878. 2. 34. 9.

Mett. (R.) Karolus imperator Romam secundo profectus, Bosoni, germano uxoris suae, neptem suam, filiam Ludowici imperatoris, uxorem dedit, et data ei Provincia, in regem eum coronavit, ut etiam regibus imperare videretur. Qui audiens fratrueles suos Karlomannum et Karolum contra se exercitum adducere, pavore solutus reditum parat, et inter redeundum á quodam Sedechia Iudaeo male potionatus, Mantuae moritur. Filius eius Ludowicus cognomento Balbus, secundus post divisionem regnat in Francia annis duobus. Iunior vero Karolus filius Ludowici Germanorum regis, imperium adeptus est, annitentibus sibi quibusdam nobilium Romanorum; Iohanne autem papa satagente imperium transferre ad Ludowicum Balbum, filium recens defuncti Karoli imperatoris.

879. 1. 1. 10.

Fuld. Iohannes papa á Romanis iniuriatus, ita ut etiam in custodia teneretur, pro eo quod Karolo non favebat, in Franciam veniens cum rege Ludowico Balbo paene annum moratus est. Northmannorum plus quam quinque milia á Francis
38 in Gallia caesa sunt. Hoc tempore[38] clarebat Milo monachus de sancti Amandi, qui vitam sancti Amandi metrice edidit, et librum de sobrietate ad Karolum Calvum scripsit. Sub hoc Milone adolescebat etiam nepos eius Hubaldus, qui in septem liberalium artium peritia clarus, egregie preter caetera in musica claruit, et de multis sanctis cantus dulci et regulari modulatione composuit.

880. 2. 2. 11.

Fuld. Mett. (R.) Sol hora diei nona ita obscuratus est, ut stellae in caelo apparerent. Rex Francorum Ludowicus Balbus moritur, uxorem suam ex se gravidam relinquens. De regno eius Francis varie sentientibus, aliis illud filiis Ludowici Balbi ex concubina deberi iudicantibus, aliis Bosoni Provintiae regulo ad illud iniuste invadendum assentientibus, aliis vero illud regno Germaniae resociare volentibus, nascitur interim ex legitima uxore Ludowici Balbi filius, qui ex nomine avi Karolus nominatus est. Filii tamen Ludowici Balbi ex concubina, Ludowicus et Karlomannus dicti, interim regnum Franco-
ib. rum inter se dividentes, regnant annis quatuor[b], et Bosonem semper persecuti sunt. In silva Franciae Carbonaria plus quam novem milia Northmannorum á Francis caeduntur.

881. 1. 1. 12.

cf. ib. Karolus imperator, fratre suo Karlomanno defuncto, et non multo post Ludowico altero fratre suo immatura morte prerepto, post claras de inimicis victorias regnum Germaniae optinuit.

a) *ita Sig. corrupit nomen Einardi, quod in Ann. Fuld. legebat.* b) quinque B3*. C1. 3. 4*. D.

37) a. 873. Reg. 38) Multum errat Sigebertus in tempore. In necrologio enim S. Amandi Elnonensis s. X., nunc bibl. Valentianensis B. 5. 66., legitur: 10. *Kal. Oct. obitus Milonis anno Domini* 872. atque: 8. *Kal. Oct. ordinatio Hucbaldi in sacerdotem anno Domini* 880.

882. R. 2. F. 2. C. 13.

Karolus Romae a papa Iohanne in imperatorem benedicitur. Northmanni, adiunctis sibi Danis, Franciam et Lotharingiam pervagantes, Ambianis, Atrebatis, Corbeiam, Cameracum, Tarvennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatensium, omnemque circa Scaldum fluvium terram, monasteria sanctorum Walarici et Richarii, ferro et igni devastant. Inde Mett. (R.) A. Vedast.

Wal fluvium ingressi, totam Batuam, palatium etiam Neomagi incendunt. Eodem anno Godefridus et Sigifridus reges Northmannorum cum inaestimabili multitudine iuxta Mosam in loco Haslon[39] considentes, Leodium, Traiectum, Tungris, Coloniam Agripinam, Bunnam[a] cum adiacentibus castellis comburunt; Aquis in palatio equos stabulantes, oppidum et palatium incendunt; preterea monasteria Stabulaus, Malmundarium, Indam, Prumiam. Sacri ordinis in utroque sexu ministri, ubi poterant oportunius, latebant, et sanctorum corpora et pignera locis tutioribus absconderant. Ad haec mala Hug, filius Lotharii regis ex Waldrada pelice, in Lotharingia, et Boso suprascriptus in Burgundia tyrannizabant. 39 Fuld. 881. A. Ved. 879.

883. 3. 3. 14.

Northmanni urbem Treverim incendunt, et Mettim usque pertendunt, ibique conserto prelio christianos vincunt. In hoc prelio Walo Mettensium episcopus caesus est. Mett. (R.)

884. 4. 4. 15.

Karolus imperator à Gallis et Germanis ad auxiliandum regno evocatus, Northmannos obsidet. Cum quo Godefridus rex facto foedere, ut sibi Fresia provintia et Gisla filia Lotharii regis uxor daretur, baptizatus est, et ab imperatore de sacro fonte susceptus est. Sigifrido quoque rege nimis munerato, eos à regno suo recedere fecit. Qui mox Franciam repetentes, post multas incursiones à Karlomanno rege Francorum duodecim milia argenti probati pro tributo exigunt, et sic in duodecim annos pacem promittentes, mare repetunt. Hoc tempore Rodulfus quidam corpus sancti Calisti papae et martyris à Romana urbe in Franciam transfert; qui Calistus ieiunium quatuor temporum celebrari instituit[b]. ib. Flod.

885. 5. 5. 16.

Karlomanno Francorum rege mortuo, cuius frater Ludowicus iam priori anno obierat, Northmanni Franciam repetunt, dicentes se cum rege Francorum tantum, non cum Francis pacis pepigisse pactum. Hinc compulsi Franci Karolum imperatorem ad auxiliandum sibi invitantes, Franciam ei subiciunt. Qui contra Northmannos apud Lovanium castra metatos semel et bis exercitum misit, sed nihil dignum fecit. Regnavit ergo Karolus etiam in Francia annis 4[c]. Hinemarus Remorum archiepiscopus obiit. Mett. (R.)

886. 6. 1. 17.

Marinus Romanae aecclesiae centesimus nonus presidet. Apud Constantinopolim Basilio imperatore mortuo, Leo filius eius imperat annis 18[d]. Hug, filius Lotharii regis ex Waldrada pelice, paternum Lotharingiae regnum rebellando assequi sperans, Godefrido Northmannorum regi, cui soror sua Gisila nupserat, medietate affectati regni promissa persuadet, ut ab imperatore imperiales fiscos ad libitum suum sibi addi peteret, per hoc utrinque imperatorem circumveniri putans: si daret, Northmanni hostes regni in visceribus regni immitterentur; si negaret, iustam rebellandi causam habere videretur. Ad hoc tractandum iussu imperatoris Heinrico duce et Godefrido in Batuam ex condicto convenientibus, inter agendum Godefridus cum suis perimitur. Nec multo post etiam Hug ab Heinrico captus excecatur, et novissime in monachum Prumiae attondetur. Mar. Mett. (R.)

887. 7. 2. 1.

Normanni à Lovanio exeuntes, Parisius obsident. Contra quos Heinricus dux exercitum ducens, dum incaute equitat, in foveam quam Northmanni factam quisquiliis operuerant, lapsus trucidatur. Hug dux et abbas mirae potestatis et prudentiae moritur. ib. ib.

888. 8. 3. 2.

Agapitus Romanae aecclesiae 110us presidet. Hic in aliquibus libris non annumeratur. Karolus imperator cum Northmannos nequiret expellere, tandem facto foedere concessit eis regiones, quae erant ultra Sequanam, quarum incolae contra se rebellabant. Quo pars Franciae à Nortmannis Nortmannia denominata est[e]. Mar. Mett. (R.)

889. 9. 4. 3.

Adrianus Romanae aecclesiae 111us presidet. Karolus imperator zelatus uxorem suam, pro eo quod plus iusto familiarius ageret cum Liutwardo Vercellensi episcopo, protestatur in contione, se nunquam cum ea coisse; illa vero se virginem esse gloriata, accepto repudio monasterium petiit. Mar. Mett. (R.)

890. 10. 5. 4.

Karolus imperator corpore et animo deficiens, ab optimatibus regni repudiatur, et Arnulfus filius Karlomanni regis, fratrueles eius, in regnum sublimatur, et regnavit annis 12. Hic Arnulfus patruo suo Karolo, ex imperatore etiam necessariis egenti, fiscos in Alemannia delegavit; qui sequenti anno obiit. Romanum imperium et regnum Francorum misere discerpitur. In Italia nempe Berengarius et Wido de regno contendunt. Franci vero, neglecto Karolo filio Ludowici Balbi, puero vix decenni, regem sibi preficiunt Odonem, filium Rotberti ducis, quem à Northmannis occisum supra diximus. Rodulfus autem corona sibi imposita rex Burgundionum statuitur, quod regnum multo tempore duravit. ib. ib.

891. 1. 1. 5.

Ab hoc tempore Liutprandus diaconus Ticinensis aecclesiae hystoriam suam orditur. Basilius Romanae aecclesiae 112us presidet. Hic in aliquibus libris non invenitur. Normanni Parisius expugnare non valentes Burgundiam aggrediuntur, et Senonis urbem oppugnant, sed non expugnant. In Italia Saraceni castrum quoddam Fraxinetum occupantes, magno exitio Italiae esse coeperunt. Mar. Mett. (R.) Liudp.

892. 2. 2. 6.

Northmanni à Senonis Parisius repetunt, et inde repulsi, per Matronam fluvium Trecas urbem incendunt, et usque Virdunum et Tullum urbes cuncta depopulantur. Wido Berengarium bis victum ex prelio fugat. Odo rex Danos super Axonam fluvium bello vincit. Mett. (R.) Liudp. A. Vedast. 888.

893. 3. 3. 7.

Arnulfus rex Zuendebaldo duci Marahensium ducatum Boemanorum addens, et Boemanos per hoc sibi infestos fecit, et Zuendebaldo per adiectionem potentiae materiam contra se rebellandi dedit. Ad quem debellandum cum non sufficeret, Liudp.

a) hunnam C3. 4*. D. b) Hoc instituit *Sig., ut vid., cur. tertio; rell.* c) quinque C1. 3. 4*. D. d) XVI A. e) Q. p. F. a N. N. d. e. *Sig. cur. tertiis addidit; sed manus simillima manui* 18. *eraso* denominata est *scripsit*: est dicta, quamvis esset eius regio propria; sed non ita ut nunc est dilatata. *Idem habent* B3*. F1. 2. 3; *reliqui Sigebertum sequuntur.*

39) cf. Mon. SS. I, 396.

apertis clusis gentem Ungarorum Deo inimicam regno immisit, eorumque auxilio Zuendebaldum devicit et tributarium fecit. [Sanctus Uldaricus in Baioaria nascitur a.]

894. R. 4. F. 4. C. 8.

Mett. (R.) Nortmanni iterum á Parisius repulsi, fines Brittonum incessunt, et primo victores, postea á Britonibus vincuntur, in duo-
ib. bus preliis duodecim milibus suorum peremptis. Odone rege per consilium Francorum in Aquitania demorante, Franci Karolum puerum duodennem Ludowici Balbi filium in regnum paternum revocant, et Remis á Folcone archi-episcopo in regem benedici faciunt; et oritur longa concertatio inter eum et Odonem.

895. 5. 5. 9.

Mar. Mett. (R.) Stephanus Romanae aecclesiae 113us presidet. Nortmanni Lotharingiam repetentes, circa Leodium cum christianis pugnant et vincunt. Sunderoldus Moguntiae archiepiscopus á Northmannis Wormatiae martyrizatur. Arnulfus rex audita caede suorum, á Baioaria contra Nortmannos pugnaturus properat cum valido exercitu; quos supra fluvium, qui Thilia [40] dicitur, pedestri prelio adortus, tantam ex eis stragem fecit, ut ex innumerabili multitudine vix superesset, qui ad classem adversum nuntium ferret. Northmannorum residui transvadata Mosa Ribuariam et Arduennam vastando pervagantes, trans mare recedunt. Hoc tempore claruit in Burgundia Berno, ex comite abbas Gigniacensis coenobii á se fundati, qui etiam ex dono Avae comitissae construxit Cluniacum coenobium in cellam Gigniacensem. Claruit hoc tempore Remigius Autisiodorensis, in exponendis scriptnris divinis et humanis studiosus b.

cf. Sig. de vir. ill.

896. 6. 6. 10.

Mett. (R.) Ann. Ved. Arnulfus rex Zuendebaldum filium suum ex concubina facit regem Lothariensium. Karolus rex opem Arnulfi regis
ib. contra Odonem implorat; ad cuius auxilium Arnulfus rex exercitum misit, sed parum commodi contulit. Karolus rex Hundeum regem Northmannorum baptizari fecit, enmque de sacro fonte suscepit.

897. 7. 7. 11.

Liudp. Arnulfus rex á Berengario Italico interpellatus ad auxilium sui contra Widonem, Zuendebaldum filium suum cum exercitu mittit in Italiam; sed Guido viriliter agens et primores exercitus donis corrumpens, eos inefficaces redire fecit.

898. 8. 8. 12.

ib. Arnulfus rex Langobardiam potenter ingressus, Pergamum urbem armis cepit, cuius comitem Ambrosium ante portam urbis laqueo suspendens, cęteris urbibus terrore incusso, ad obsequelam suam omnes adduxit. Odo nunsicus ex clerico Turonensi monachum profitetur sub Bernone abbate c.

899. 9. 9. 13.

Ann. Ved. 898. Mett (R.) Odo rex Francorum moritur, optestatus primates, nt Karolum in regno reciperent. Karolus regno Francorum toto recepto, regnavit annis 26. Apud Triburias celebrata synodo contra laicos, qui auctoritatem episcopalem imminuere temptabant, plura super statu sanctae aecclesiae decreta sunt [41].

900. 10. 1. 14.

Liudp. Formosus Portuensis episcopus Romanae aecclesiae 114us presidet contra voluntatem quorundam Romanorum, qui Sergium diaconum Romanae aecclesiae papam facere voluerant, sed non prevaluerant. Hic Formosus cum aliquando in sinistram suspicionem venisset octavo Iohanni papae, timore eius fugiens episcopatum Portuensem reliquit; et quia revocatus á papa redire noluit, anathematizatus est; et tandem ad satisfaciendum papae in Galliam veniens, usque ad laicalem habitum degradatus est [42], iurans se non amplius Romam intraturum, nec episcopatum suae urbis repetiturum; confirmans etiam propriae manus subscripto, se in laicali communione perseveraturum. Post á Marino successore Iohannis in episcopatu contra datum sacramentum restitutus, non solum Romam intravit, sed etiam Romanae aecclesiae papatum suscepit. Propter quod cum multo scandalo multa per multos annos questio et controversia agitata est in aecclesia; aliis eius et ab eo ordinatorum consecrationem irritam esse debere preiudicantibus, aliis e contra, qualiscunque fuerit Formosns, tamen propter sacerdotalis officii dignitatem et fidem eorum qui ordinati fuerant, omnes consecrationes eius ratas esse debere saniori consilio iudicantibus; presertim cum ipse Formosus á Marino papa absolutus fuerit á sacramenti periurio. Ab hoc Formoso Arnulfus rex invitatus Romam venit, sed non admissus, Romam Leonianam obsedit. Lepusculo forte versus urbem fugiente, et exercitu cum clamore nimio sequente, Romani timentes se de muro proiciunt, et hostibus per factos acervos murum ascendendi locum faciunt. Sic Roma capta, illos qui papam iniuriaverant, decollari fecit, et á papa in imperatorem benedicitur [43]. Mett. (R.) Fulco Remorum archiepiscopus perimitur á Wenemaro satellite Balduini Flandrensium comitis, pro eo quod abbatiam sancti Vedasti Atrebatis á Karolo in beneficium acceperat, quam Balduinus iam per aliquot annos, quamvis nullo concedente, invaserat.

901. 11. 2. 15.

Liudp. Wido rex Arnulfum imperatorem se usquequaque persequentem non ferens, quippe cui nec urbes nec castra natura munita resistere poterant, dum se fugiendo tutarentur, imperator uxorem eius obsedit [44]; quae iam rebus suis diffidens, per unum imperatoris familiarem, multa pecunia corruptum, ei poculum mortiferum dedit; quo hausto per triduum excitari non potuit, apertis oculis nil sentire aut loqui valens. Quae res eum repedare coegit. Quem recedentem Guido persecutus, á Domino percussus obiit. Mar. Bonefacius Romanae aecclesiae 115us presidet.

902. 12. 3. 16.

Liudp. Arnulfus imperator longa egritudine dissolutus, vel ut quidam ferunt afflictus á minutis vermibus, quos pedunculos vocant, adeo in corpore eius scaturientibus, ut á nullo medicorum minui possent, moritur [45]; et Ludowicus filius eius post eum regnat annis decem. Mar. Auxil. Stephanus 116us Romanae aecclesiae presidet mensibus quatuor. Hic primum á Formoso papa episcopus Anagninae aecclesiae ordinatus, ipsum Formosum persequitur, et omnes ordinationes eius irritas esse debere decernit, et alia horribilia dictu in eum fecit. Legitur enim [46], quia ipse, non Sergius, corpus Formosi á sepulchro in concilio protractum et papali veste exutum laicali induit, et abscisis duobus digitis dexterae

a) *in rasura addit* 18. *rell. praeter* A. *Sub anno sequenti habet* C4*., *qui cum* D. *legit* Valdricus. b) Hoc t. — studiosus *Sig. ut vid. cur. tertiis, rell. praeter* A., *qui ea iam a.* 855. *et* 865. *habet.* c) Odo — abbate *Sig. ut vid. curis tertiis; rell. praeter* A. *In sequentis anni initio habet* C4*.

40) Dyle in Brabantia. 41) a. 895. Regino. Ceterum cf. Köpke de Liutprando (Berol. 1842. 8.) p. 78. 42) Haec ex continuatione quadam Gestorum pontificum hausta esse, probare nititur Hirsch p. 76. Dcb. 8. 43) a. 896. 44) a. 899. 45) et recte quidem, cf. Baronium et Aliqua etiam sumsisse potest ex epistola Iohannis VIII. Acta SS. Maii IV, 147. apud Pagium ad Baronii annales a. 876. 883. 891.

manus eius in Tiberim precipitari fecit. Romanus 117us Romanae aecclesiae presidet. In Italia pro Guidone filius eius Lambertus contra Berengarium regnat. Mar. Liudp.

903. R. 1. F. 4. C. 17.

Theodorus 118us Romanae aecclesiae presidet. Hic contra Stephanum papam sentiens, reconciliavit ordinatos á Formoso, quos Stephanus per vim intus Romae et non foris exordinaverat, nec tamen presumpserat eos iterum consecrare. His reconciliatis Theodorus papa libellos abrenuntiationis reddidit, et igni cremari precepit[47]. Mar. Auxil.

Iohannes 119us Romanae aecclesiae presidet. Hic etiam ad confirmandam Formosi ordinationem, quam Stephanus deposuerat, synodum 74 episcoporum[48] presentibus Francorum archiepiscopis et rege apud Ravennam statuit; et coram eis combusta est synodus, quam Stephanus in damnationem Formosi fecerat. Lamberto filio Guidonis mortuo, Berengarius regno potitur. Mar. Auxil. Liudp.

Ungarorum gens barbara, quae quibusdam clusis remota nec ad meridianam nec ad occidentalem plagam exeundi antea habuerat facultatem, per Arnulfum ruptis clusis emissa, quae Arnulfo vivente aliquantulum temperaverat rabici suae, modo eo mortuo per totam Galliam, Germaniam Italiamque ut fera tempestas diffunditur. Zuendebaldus rex á Lothariensibus in bello perimitur; in qua conspiratione et bello qnicunque vulneratus est, aut mortem non evasit, aut nunquam sanari potuit. ib. Ann. Lob.

Francone Leodicensium episcopo mortuo, Stephanus episcopus subrogatur, vir sanctitate et scientia clarus, qui vitam et passionem sancti Lamberti martyris ad Herimannum archiepiscopum urbanius edidit; cantum quoque nocturnum de eodem martyre, cantumque de sancta Trinitate, et de inventione Stephani prothomartyris dulci et regulari modulatione composuit. ib. Anselmus.

Conradus comes, pater Conradi, qui post Ludowicum regnavit, perimitur in bello á comite Alberto. A. Lob.

904. 2. 5. 18.

Benedictus Romanae aecclesiae 120us presidet. Ludowicus rex conserto cum Ungaris prelio miserabiliter vincitur. Mar.

Apud Constantinopolim Leone imperatore mortuo, Constantinus filius eius et Alexander frater ipsius Leonis imperant anno uno.

905. 3. 6. 1.

Leo Romanae aecclesiae 121us presidet. Hunc post 30 dies ordinationis suae Cristoforus presbiter suus capiens et in carcerem trudens, per invasionem Romanae aecclesiae 122us presidet. ib. cf. Mar.

Ungari superioris anni victoria elati, regnum Ludowici sub tributo redigunt.

Apud Constantinopolim Alexandro imperatore mortuo, Constantinus imperat annis 39.

906. 4. 7. 1.

Ungari victos Grecos sub tributo redigunt. Liudpr.

Apud Grecos Romanus humilis quidem genere, sed quia leonem ferocem occiderat, expertae fortitudinis habitus, et per hoc á Leone imperatore dux navalis exercitus constitutus, volens fieri tutor Constantini imperatoris, qui admodum puer erat, tutorem á patre illi deputatum et omnes principes palatii ad se extra urbem arte evocatos capit et palatio eliminat, et sibi faventes officiis curialibus honorat. Focas autem, qui terrestrem exercitum contra Symeonem Bulgarum regem duxerat, hoc nuntio perterritus fugit á bello et omnes fugere fecit; sicque animos et vires Bulgaribus addidit Grecos acrius debellandi. Et ipse á Romano captus, ocnlis privatur.

907. 5. 8. 2.

Sergius Romanae aecclesiae 123us presidet. Iste est Sergius diaconus propter Formosum á papatu reprobatus, qui ab eodem Formoso episcopus factus, ad Francos tamen se contulit, et eorum auxilio Cristoforum invasorem capiens et in carcerem trudens, latenter Romam ingressus, papatum invasit; et Romanos minis et terroribus perpulit, ut omnes ordinationes Formosi irritas haberent; et in ultionem suae repulsae, quod dictu nefas est, Formosum sepulchro extractum in sedem pontificatus sacerdotaliter indutum decollari precepit, et insuper tribus digitis abscisis in Tiberim iactari fecit, et omnes quos ille ordinavit, iniuste exordinavit, et iniustius reordinavit. Quem á piscatoribus inventum et in basilica apostolorum principis loculo deportatum, quaedam sanctorum imagines adorasse et venerabiliter salutasse palam omnibus visae sunt. Mar. Liudp.

Apud Grecos Romanus pater Basileos factus, ut securius ageret, matrem Constantini imperatoris uxorem duxit, snam vero filiam ipsi Constantino despondit. ib.

Ungari Bulgares victos tributarios sibi faciunt. ib.

908. 6. 9a. 3.

Romanus, impetrato á principibus, ut etiam indumenta imperialia et diadema imperii acciperet, non iam tutor imperatoris, sed super imperatorem imperator videbatur esse; qui etiam Cristoforum filium suum in imperio ascitum, Constantino imperatori in procedendo preferebat. Sed Cristoforus non multo post obiit. Liudp.

909. 7. 10. 4.

Ungaris Italiam depopulantibus rex Berengarius bello congressus, miserabiliter vincitur. ib.

Romanus Grecorum imperator Bulgares, Grecos fortiter debellantes, facto foedere mitigavit.

910. 8. 11. 5.

Saraceni ex Africa á rege suo missi in Italiam, ut Apuliam et Calabriam contra Romanum imperium rebellantes sub dicione illius redigerent pugnando, Apulis et Calabris fortiter debellatis, Romam versus girantes, Garelianum montem occupant; ibique munitione sibi facta, multas Italiae urbes debellaverunt. ib.

Regino abbas Prumiensis chronicam suam á nativitate Domini inchoatam usque ad hunc annum perduxitb.[49]. Adelbertus quidam ex primoribus Austrasiorum per septennium Ludowico regi rebellis, dolo Hattonis Moguntini archiepiscopi ad regem deductus decollatur. ib.

911. 9. 12. 6.

Ungari Germaniam vastant. A. Lob.

Ludowicum, filium Bosonis ex filia Ludowici imperatoris, ab Italiensibus á Burgundia invitatum in regno, Berengarius excipiens bello, iurare illum compulit, nt si redire permitteretur, non ultra in Italiam veniret. Liudp.

912. 10. 13. 7.

Ludowicus rex Germaniae moritur, qui propter tyrannorum in Italiam insolentiam et multam malorum ingruentiam non meruit imperialem benedictionem. Cui succedens Conradus regnavit annis 7; qui et ipse caruit benedictione imperiali. A. Lob.

Berno abbas moriturus Odonem olim musicum constituit abbatem Cluniacensis coenobii, ea conditione, ut aecclesia Cluniacensis solveret annuatim aecclesiae Gigniacensi censum duodecim denariorum c.[49*]. Testa. Bern.

a) VIII *errore* 1. *et sic deinceps errans usque a.* 927. b) Regino — perduxit *desunt* D. c) qui et ipse — denari-

47) Nescimus, unde haec sumserit Sigebertus. Cf. Mansi Concil. XVIII, 182. 48) a. 898. cf. de hac synodo Baron. XV, 529. Mansi XVIII, 221. 49) ad a. potius 906 49*) a. 926. cf. Mab. Acta SS. Ben. V, 88.

913. R. 1. F. 14. C. 8.

Ludowicus ab Italiensibus ad regnandum reinvitatus, tam cito oblitus iuramenti in Italiam contra Berengarium vadit, et eo expulso regnum Italiae usurpat.

914. 2. 15. 9.

Liudp. Contra Conradum regem potentiores regni principes rebellionem meditati, scilicet Arnoldus de Baioaria, Burchardus de Suevia, Everardus de Francia, Gisilbertus de Lotharingia, et horum omnium praecellentior Heinricus dux de Saxonia et Turingia, tam sapientia quam fortitudine regis ad gratiam eius reducuntur. Solus Arnoldus ad Ungarios cum uxore et filiis fugiens, usque ad mortem regis ibi mansit.

915. 3. 16. 10.

ib. Mar. Ludowicus Veronae captus, á Berengario á custodibus urbis auro corruptis in urbem immisso oculis privatur. Ungari Berengario confoederati Alemanniam vastant, et á Baioariis et Alemannis graviter caeduntur.

916. 4. 17. 11.

A Lob. Liudp. Karolus rex Francorum regnum Lotharingiae recepit. Saraceni á Fraxineto et Garcliano monte exeuntes, Calabriam, Apuliam, Beneventum, Romanorum quoque urbes ita occupant, ut unamquanque mediam Romani, mediam Saraceni tenerent; et gravissime Italiam premebant.

917. 5. 18. 12.

Mar. ib. Anastasius 124us et post hunc Lando 125us Romanae aecclesiae presidet. Ungari Alemanniam totam devastantes, usque Fuldam perveniunt.

918. 6. 19. 13.

Liudpr. Wid. Romanus Grecorum imperator filios suos Stephanum et Constantinum, cum domino suo Constantino imperatore imperare constituit; ipso Constantino imperatore opere manuum suarum, picturam scilicet pulchre exercendo, sibi victum quaerente. Hattonem Moguntinum episcopum, cuius dolo olim Adelbertus perierat, rex Conradus sollicitat etiam contra Heinricum Saxonum ducem, propter potentiam ipsius sibi suspectum. Ad quod cum iam torquem auream episcopus fabricasset, quae collo ducis secum convivantis iniceretur, dolo prodito frustratus est; et post triduum morbo et angore, vel ut alii dicunt fulminis ictu periit. Complices consilii etiam á duce patria eliminati sunt. Misso autem exercitu á rege contra Henricum, tanta caede Saxones debaccati sunt in eos, ut á nimis declamaretur, ubinam esset tantus ille infernus, qui Mar. tantam caesorum multitudinem capere posset. Ungari per Alemanniam in Alsatiam, et usque ad Lotharingiam perveniunt.

919. 7. 20. 14.

ib. Wid. Iohannes Ravennas episcopus 126us Romanae aecclesiae presidet. Conradus rex moriens coram principibus regni regem designat Henricum, filium Octonis Saxonum ducis. Hic ergo regnat annis 17.

920. 1. 21. 15.

Liudp. Wid. A. Lob. Henricus rex contra Arnoldum ab Ungaris regressum cum exercitu in Baioariam profectus, eum virtute et sapientia sua ad gratiam suam inflexit, addens ei ordinationem episcoporum totius Baioariae. Burchardum etiam ducem Alemanniae bello deterritum ad se inflexit. Rotbertus dux, frater Odonis regis, appetens regnum Francorum contra Karolum, inquietabat Franciam, eiusque instinctu omnes paene primores Franciae adversabantur Karolo.

921. 2. 22. 16.

ib. Vita Guib. V. Wenc. Stephano Leodicensium episcopo defuncto, Richarius vir catholicus á Karolo per auctoritatem papae Romani ordinatur episcopus, repudiato Hilduino, qui pecunia data duci Gisleberto, ambiebat ab eo sibi dari episcopatum. Hoc tempore clarebat inter nobiles Lotharingiae sanctus pater noster Guicbertus, qui nostrum, Gemmelacense scilicet[b], coenobium fundavit; qui divitiis, nobilitate et potentia clarus, cingulum mundanae militiae deponens, cingulo sanctae religionis in monachico habitu se accinxit. Ziptineus dux Boemiae ad fidem Christi conversus, iuste et religiose in Boemia principabatur, et post eum Watizlaus filius eius; post Watizlaum Wencezlaus filius eius, iustitia et sanctitate preclarus, cui frater suus Bolizlaus nimis adversabatur.

922. 3. 23. 17.

Mar. Liudp. Wid. A. Lob. Ungaris Franciam, Alsatiam, Alemanniam, Saxoniamque depopulantibus, Heinricus rex iuxta urbem Meresburhe congressus, vovens Deo, pro adipiscenda victoria se heresim symoniacam de regno suo eradicaturum, inestimabili caede eos usque ad internecionem paene delevit. Rex Heinricus quoscunque fures, latrones aut sicarios manu fortes et bellis aptos esse videbat, indulta eis venia agros et arma dabat, et legionem ex eis faciens ad debellandos barbaros exponebat, edicens omnino, ut civibus tantummodo parcerent. Karolus rex Francorum cum auxilio Lothariensium iuxta urbem Suessionis pugnans contra Rotbertum fratrem Odonis regis, qui contra se regnum Francorum invadebat, eum cum multis peremit, et se et Franciam Henrico regi submittit, eique in pignus perpetui foederis et amoris mittit manum preciosi martyris Dionisii Parisiensis, auro gemmisque inclusam.

923. 4. 24. 18.

A. Lob. Mar. Liudp. Reges Henricus et Karolus apud Bunnam[c] confoederantur; et Karolus reddit Henrico regi regnum Lotharingiae, episcopis et comitibus utrinque iurando rem confirmantibus. Sanguis Domini crucifixi venit in Augiam; forte ille sanguis, qui de imagine Domini fluxit, cum secundo Dominus in imagine sua á Iudaeis priora pateretur[d]. Africani, qui per munitionem Gareliani montis totam Italiam laniabant, per militiam Iohannis papae et per auxilium Romani Grecorum imperatoris conserta cum eis pugna ita atteruntur, ut ne unus quidem superfuerit, qui non aut trucidaretur aut caperetur; multis testantibus, apostolos Dei Petrum et Paulum in illo bello visos fuisse ad auxilium christianorum.

924. 5. 25. 19.

Wid. A. Lob. Liudp. Rex Henricus pacem cum Ungaris in novem annos firmat. Karolus rex Francorum á comite Heriberto captus, in custodiam Perronae truditur, ob necem Rotberti ducis ab eo perempti. Rodulfus rex Burgundionum ab Italiensibus ad regnandum contra Berengarium invitatus, conserta cum Berengario pugna, eoque victor expulso, regnum Italiae 3 annis tenuit.

orum *in rasura dimidiae lineae Sig. cur. tertiis, rell. Unus* C2^{v}. *verba:* Berno — denariorum *prorsus omittit;* A. *eadem sub anno demum* 914. *ita exhibet:* Berno abbas Gygniacensis fundator Cluniacensis cenobii Odonem musicum et ex clero Turonensi monachum constituit post se abbatem Cluniaci. eo pacto ut a. C. s. a. a. G. c. d. denariorum. *quibus praeponit:* Hoc tempore corpus sanctae Fidis et martyris ab Aginno urbe transfertur ad monasterium quod dicitur Conchas. *In* 1. *nullum rasurae vestigium, quare haec a monacho Virdunensi addita videntur.* b) pater noster *et* nostrum *et* scilicet *hic et ubivis in talibus omittunt* A. C1. 4^{v}. D. c) hunnam C1. 3. 4^{v}. D. *deest* B3^{v}. d) Sanguis — pateretur *deest* D.

925. R. 6. F. 26. C. 20.
Rex Henricus urbem Sclavorum Brennaburch capit, et victis Sclavis tributum imponit. Rex Henricus agrarios milites Wid.
recensens, edixit ut octo eorum in agris, nonus vero in urbe moraretur; ut octo et sibi et nono in agris laborarent,
nonus vero in urbe tertiam partem omnium frugum illorum reservaret in edibus á se ad hoc extructis; ut in bello nihil
alicui eorum deesset, urbesque rebus et viris plenae essent. Berengarius rex ab Italiensibus impie perimitur. Ungari Liudp.
Salardo duce Italiam pervagantes, Papiam obsident et incendunt.

926. 7. 27. 21.
Karolus rex Francorum sub custodia Heriberti exul et martyr moritur. Rodulfus regnat in Francia annis 2. Sy- A. Lob.
meon Bulgar, qui ex philosopho monachus, ex monacho miles factus dominabatur Bulgaribus, Grecos graviter atterit; Liudp.
sed Romanus Grecorum imperator eius insaniam facto foedere mitigavit.

927. 8. 1. 22.
Post mortem Karoli regis nolentibus Lotharingis Henrico regi subesse, quidam Lotharingus nomine Cristianus simulata Wid.
infirmitate Gislebertum ducem ad se dolo evocatum cepit regique misit, ut per eum Lotharingiam sibi subiceret. At rex
inspecta industria et potentia Gisleberti, filiam suam Gerbergam ei despondet, et eum iterum Lotharingiae prefecit. Lu- A. Lob.
dowicus, filius Karoli regis, insidiantes sibi fugiens, per mare transit [in Angliam. Mater enim eius fuerat filia
regis Anglorum[a].] Rodulfus rex ab Italiensibus repudiatur, et Hugo comes Arelatensium in regnum sub- Liudp.
rogatur.

928. 9. 2. 23.
Ludowicus in Franciam reversus, et licet crumnose, tamen in regno restitutus, regnat annis 27. Rex Hugo quos- A. Lob. Liudp.
dam Italiensium suspectos sibi consilio et virtute Samsonis comitis circumventos sibi substravit. Ratherius Lobiensis ib.
monachus, vir nimiae simplicitatis, sed experientia liberalium artium nominatus, cum Hilduino, qui in Lotharingia epi-
scopatum Leodicensem olim ambierat, in Italiam ad Hugonem regem profectus, Veronae episcopus ab Hugone consti-
tuitur, Hilduino Mediolani archiepiscopo ordinato. Rex Henricus Granam[b] urbem Dalamantiae capit, et Dalamancis Wid.
tributum imponit.

929. 10. 1. 24.
Lanceam mirandi operis et clavis Iesu Christi crucifixi sanctificatam, quae dicitur primi et magni Constantini imperatoris Liudp.
fuisse, donatam Rodulfo regi Burgundionum et Italiae á Samsone comite, rex Henricus precibus, minis, muneribus,
addita etiam parte provintiae Suevorum, á Rodulfo comite extorquet; et hanc ad insigne et tutamen imperii posteris
reliquit.

930. 11. 2. 25.
Iohannes papa á militibus Guidonis marchionis captus et in custodiam trusus, cervicali super os eius posite pessime ib.
strangulatus est. In cuius loco alter Iohannes subrogatus est, frater Alberici, Romam expulso Hugone regentis. Alibi
legitur hoc in loco Leo papa presedisse. Wenceslaus princeps Boemiae, á rege Henrico in Praga urbe obsessus, Mar. Wid.
se et urbem regi dedit, et impositam Boemiae multam tributi solvit.

931. 12. 3. 26.
Henricus rex reges Northmannorum et Abrotidorum christianos facit. Hubaldus monachus et philosophus de Sancti Mar. A. Laub.
Amandi Elnonensis obiit[c. 50]. Redarii usque ad 200 milia hominum conspirantes contra Henricum regem rebellant, Wid.
et regnum eius graviter infestant, et vicinas gentes ad rebellandum animant. Sed á ducibus regis Bernardo et Tietmaro
gravi bello victi, omnes paene perimuntur, aut fugientes in mari vicino demerguntur; et hoc facto vicinae gentes á rebel-
lione deterrentur.

932. 13. 4. 27.
Arnoldus[d] dux Baioariorum in Italiam contra Hugonem regem veniens á Veronensibus suscipitur, et cum Hugone con- Liudp.
fligens vincitur. Ratherius episcopus á rege Hugone episcopatu pulsus, quia Baioariis faverat, Papiae exiliatur, ubi et
librum de suis erumnis luculenter edidit. Scripsit et alia multa legentibus utilia.

933. 14. 5. 28.
Stephanus Romanae aecclesiae 128us presidet. Beneventani contra Grecos bellum agentes, quotquot Grecorum capie- Mar. Liudp.
bant, eunuchizabant.

934. 15. 6. 29.
Ungari tributum á Saxonibus repetentes, ab exercitu Henrici regis occiduntur aut capiuntur; eisque ad internecionem Wid. Mar.
deletis, tributum quod repetebatur, Deo pro gratiarum actione in aecclesiis et pauperibus exsolvitur. Otto filius
regis Henrici uxorem ducit filiam Eathmundi regis Anglorum.

935. 16. 7. 30.
Iohannes Romanae aecclesiae 129us presidet. In Genuensi urbe fons sanguinis largissime effluxit, portendens ib. Liudp.
forte urbis ipsius imminentem ruinam, quae eodem anno ab Africanis, cum classe illuc venientibus, capta cunctis
civibus exceptis parvulis et mulieribus captis aut occisis, etiam thesauris suis est evacuata. Rex Henricus Danos, Wid.
qui per piraticam Fresones incursabant, vincit et tributarios facit, et Chiupam regem eorum baptizari facit.

936. 17. 8. 31.
Leo Romanae aecclesiae 130us presidet. Rodulfus rex Burgundiae moritur. Inger rex Russorum, sciens Mar. Liudp.
exercitus Grecorum esse ductos contra Saracenos et ad insularum custodias dispersos, ad expugnandam Constan- ib.
tinopolim cum mille et eo amplius navibus venit, adeo de victoria iam securus, ut Grecos non occidi, sed capi preci-
peret. Quibus imperator Romanus cum paucis viriliter occurrens, circumcirca Greco igni iniecto pene omnes cum
navibus exussit, paucis evadentibus, omnesque captivos decollari iussit.

937. 18. 9. 32.
Hoc anno prodigia apparuere. Sol sereno caelo obscuratur; per fenestras vero domorum radios quasi sanguineos emit- Wid.
tebat. Mons, ubi postea rex Henricus sepultus est, flammas multis in locis evomebat. Hominis cuiusdam sinistra manus
ferro amputata, post annum paene integrum ei dormienti restituta est; qui pro signo miraculi linea quasi sanguinea loco

a) *Sig. primo ediderat:* fugiens mare transit. Rodulfus *etc. At postea* 18. *ante* mare *interposuit* per, *et erasis vocibus* Rodulfus — subrogatur, *rasurae superscripsit* in Angliam — subrogatur. *Ita igitur Sig. locum ampliaverat, quum secundam editionem pararet. Inde idem habent reliqui omnes praeter* A., *qui primam Sigeberti editionem sequitur.* Rodulfus — sub-
rogatur *desunt* B4°. 4°. b) Gana 1. *sed correctum;* C1. 3. 4°. D. c) Hubaldus — obiit *desunt* D. d) Arnordus *Sig.*

50) a. 930. secundum Annales Laubienses.

eoniunctionis notabatur. Heinricus rex moritur, qui licet in vincendis inimicis gloriosus fuerit, quia tamen pacificus erat, nullam operam dedit, ut effugatis ab Italia tyrannis, qui quasi conductivi mercennarii alter alteri succedeutes imperium dilaniahant, henedictionem imperialem aece-
Wid. pisset. Post quem filius eius Otto ex Mathilda, filia Theoderici ducis Saxonum, imperavit annis 36[a]. [Obiit sanctus Odo primus ahbas Cluniacensis; succedit ei Ademarus[b].]

938. R. 1. F. 10. C. 33.

Liudp. Contra Ottonem imperatorem rehellant Everardus comes palatii et Gislehertus dux Lotharingiae, qui Gerbergam sororem
Mar. ipsius imperatoris uxorem hahehat. Ungari per Austrasiam et Alemanniam, multis civitatihus igne et gladio con-
V. Wenc. sumptis, Wormaciae Rheno transito, usque ad occeanum Gallias vastant, et per Italiam redeunt. Princeps Boemiae Wenceslaus vir sanctus martyrizatur à fratre suo Bolizlao, ambitione preripiendi principatus seducto; in cuius ultionem
Wid. rex Otto bellum Bolizlao indixit, et longa inter eos concertatio per quatuordecim annos protracta est.

939. 2. 11. 34.

Liudp. Everardus et Gislebertus Henricum fratrem imperatoris obsessum capiunt, eumque pellatiae sua ab imperatoris fidelitate seiunctum factioni suae applicant, suggerentes ei, regnum magis competere illi in patris regno nato, quam Ottoni ante
Mar. regnum nato. Ungari à Saxonihus graviter caeduntur. Otto imperator interim à Baioariis sibi resistentibus rediens, Everardum exiliat, iterumque Baioarios aggressus, omnes sihi suhdidit, preter unum filium Arnoldi. Rex
Fulcu. c. 24. Otto construit urhem Magathahurch, quae et Parthenopolis, id est virginum civitas, dicitur. Italiam vexat heresis andropomorfitarum, id est corpoream formam Deum habere dicentium; contra quam Ratherius Veronensium episcopus et verhis et scriptis reclamabat[d].

940. 3. 12. 35.

Mar. Liudp. Otto imperator in Lotharingiam usque ad Capremontem venit. Berengarius iunior, Berengarii senioris ex filia nepos, timens regem Hugonem se persequentem pro eo quod contra eum regnum Italiae affectaret, ad Herimannum Suevorum
Wid. ducem, et per eum ad Ottonem regem fugit. Rex Otto Bolizlaum bello superat; at Bolizlaus pro victoria securos circumveniens, principem militiae regis cum multis trucidat. Rex vero Boemiam devastat.

941. 4. 13. 36.

Mar. Liudp. Ludowicus rex Francorum Lotharingiam invadens, usque ad Alsatiam venit, ductu Everardi et Gisleberti. Rex Hugo misso sihi Greco igne ah imperatore Grecorum Fraxinetum oppugnat, et navibus Saracenorum exustis illud expugnat, et
Wid. inde eos fugat. Tangmarus, frater Ottonis regis, ab eo ad hostes eius transit, et inter cetera mala Heresburch castrum regis capit; ibique à rege conclusus, telis intra aecclesiam confossus periit.

942. 5. 14. 37.

Mar. V. Ud. Marinus Romanae aecclesiae 131[us] presidet. Ad hunc sanctus Udalricus[e] Romam veniens, ah eo agnovit se futurum epi-
Liudp. scopum Augustae Vindelicorum; quod post annos 15 factum est. Gislehertus et Everardus cum Heinrico fratre imperatoris iuxta Rhenum contra imperatorem bellum parantes, milites imperatoris offendunt et multi cum paucis congressione facta, interim imperatore in alio Rheni litore ante clavos Domini lanceae suae infixos in oratione prostrato,
Wid. victi terga dederunt, Henrico in hrachio insanabiliter vulnerato. Orta dissensione inter principes de varietate legis, utrum deberent avis superstitihus filii filiorum post patres defunctos hereditare, an exheredatis fratruelihus deheret hereditas ad patruos redire, ex regis Ottonis omniumque principum sententia cognitio veritatis commissa est gladiatorio iudicio. Cessitque victoria his, qui censehant, fratrum filios debere cum patribus hereditare.

943. 6. 15. 38.

Liudp. Otto rex obsedit Brisagam oppidum Alsatiae, quod Ludowicus rex per milites Everardi et Gisleberti tenebat[f]. In qua obsidione suasu Friderici Moguntini episcopi, qui animo iam ah imperatore defecerat, multi ah imperatore defecerunt; eaque re aliis territis, solus rex interritus manet. Interim fideles regis, Udo videlicet et Conradus, frater Herimanni Suevorum ducis, Everardum et Gislehertum predando regno secure intentos, iuxta Rhenum inopinato aggressi, acerrime dehellant. Everardo, gladiis perempto, Gisleherto autem Rheni undis submerso, caeterorum vix aliquis fugit, qui non aut trucidaretur aut caperetur. Hoc nuntio infideles regis corde franguntur, et Ludowicus ah Alsatia discedit,
Wid. et rex et fideles eius cum ipso gratantur. Uxorem Gisleberti Gerbergam, sororem scilicet Ottonis imperatoris, Ludowicus
Liudp. Wid. rex duxit uxorem; filiam vero Gisleberti neptem suam imperator Bertaldo duci Baioariorum despondet. Ducatus eius Ottoni datur. [Ademarus Cluniacensium abhas suhstituit sihi abbatem Maiolum[g].]

944. 7. 16. 39.

Mar. Liudp. Otto dux Lothariensium obiit. Conradus, gener regis Ottonis, succedit. Stephanus et Constantinus imperatores, filii Romani imperatoris, egre ferentes se iusta patris sui severitate à iuvenili levitate coerceri, dispositis in palatio insidiis, ignorante altero Constantino Leonis imperatoris filio, patrem de palatii solio deponunt, et tonso ei ut moris est capite, ad vicinam insulam, in qua coenohitae philosophabantur, transmittunt. Sol horribilem eclypsim[h] passus est feria 6. hora diei tertia. Quo die in Hispania Addaram rex Saracenorum à Radamiro christianissimo rege Galitiae in
Wid. bello superatus est. In Italia cometa mirae magnitudinis apparuit, portendens famem, quae secuta est. Rex Otto corpus Innocentii martyris in urhem Magathahurch transfert.

945. 8. 17. 1.

Mar. Otto imperator totam Lotharingiam sihi suhiugavit, resistente sibi solo Mettensium episcopo Adalberone, fratre
Liudp. ducis Frederici. Stephanus et Constantinus, videntes post patris sui depulsionem, Constantinum filium Leonis imperatoris ab omnihus sibi preferri, et se iam vix in secundis haheri; cum deliberarent, hoc quod de patre fecerant, etiam de Constantino facere, puhlicato eorum consilio per Diabolinum incentorem huius consilii, cum ad convivium ex condicto consedissent, et de prioratu sedendi inter se consulto decertarent, dato signo à viris Constantini, ambo fratres solio deturhantur, et tonsis capitibus ad idem monasterium, ad quod patrem transmiserant, et ipsi ad philosophandum cum monachis transmittuntur. Ita evacuato palatio abusivis imperatoribus, ipse Constantinus et Romanus filius eius ex
Wid. filia Romani imperatoris imperant annis 17[i]. Barharos occasione intestini belli undique irruentes, Gero comes

a) XXXVII *Sig. primo*, A.; XXXVI *iam* 1. *e corr., rell.* b) *add.* 1ε. *rell. praeter* C2*., *cui prorsus desunt, et* A. *qui habet tantum:* Obiit Odo abbas Cluniacensis. *In* 1. *nil erasum fuit.* c) hellaria C1. 3. 4*. *deest* D. d) Italiam — reclamabat *Sig. cur. tertiis; rell.* e) Waldricus C4*. D. f) p. m. E. e. G. *desunt* C4*. *qui abhinc usque ad finem chronicae tot tantaque omittit, ut ea indicare iam inutile videatur; quod semel hic monitum voluimus.* g) *add.* 1ε. *rell. praeter* A. C2*. h) eclysin *Sig.* i) *ita Sig.* (*at postea correctum est* XVI.), C1. 3. D. (*hic corr.* XVI.) XVIII. A.

fortiter ac frequenter debellat. Rex Otto Burgundiam aibi subiugat. Regi Francorum Ludowico Hugo comes Wid. Bald.
Parisiensis nimis adversatur. [Hic Hugo filiua fuit Rotberti tyranni, in bello Suessonico perempti a Karolo rege a.] cf. Flod.

946. R. 9. F. 18. C. 2.

Agapitus Romanae aecclesiae 132us presidet, et Benedictus 133us b. Henricus, frater imperatoris, in urbe Meresburch Mar. Wid.
à fratre obsessus, proiectis armia ad pedea eius procidens et misericordiam implorans, in custodiam includitur. Fridericus Liudp.
etiam archiepiscopus Moguntia à civibus excluditur. Rex Otto multos contra ae rebellare molientes capit aut occidit. Mortuo Bertaldo duce, rex Otto fratri auo Henrico dat ducatum Baioariae, et sic eum reprimit à rebellione. Wid.

947. 10. 19. 3.

Berengarium à Suevia in Italiam reversum videns rex Hugo ab Italiensibus ae deserto recipi, Lotharium filium auum, Liudp.
ut saltem Berengario conregnet, Italienaium fidei commendat; ipse Arelatum, unde venerat, repetit.

948. 11. 20. 4.

Rege Hugone mortuo, Lotharius filius eius in Italia solo nomine regnat; Berengarius, actu et potestate rex et cunctia ib.
acceptus, per Italiam tyrannizat. Dux Baioariae Henricus Aquileiam in Italia capit, Ungaros bia auperat, Ticinum transit, Wid.
et cum multia manubiis redit. Immunitas nostrae c, Gemmelacenaia acilicet, aecclesiae hoc anno imperiali confirma- V. Guib.
tur edicto, et anuli impressione corroboratur. Erluinua, primus eius loci abbaa à aancto patre nostro Guicberto electus,
in sanctitate et religionia fervore claret. Ludowicus rex Francorum à ducibus auis circumventua, à Normannia capitur, Wid.
et conailio Hugonia Lugdunum missua, publicae custodiae traditur. Karlomannus vero, maior filius eiua, à Normannia abductus, Rotomagi moritur.

949. 12. 21. 5.

Taxis rex Ungarorum in Italiam veniens, decem modios nummorum à Berengario pro reditu accipit. Rex Otto cum Liudp. Wid.
triginta duabus legionibus Franciam ad liberandum Ludowicum aggreditur. Ludowicus eiua metu à custodia relaxatur.
Rex Otto Lugdunum capit, Hugonem intra Parisius concludit, Remim capit; Hugonia nepote, qui episcopatum usurpaverat, expulao, legitimum epiacopum restituit; usque Rothomagum potenter accedit, et caatellis ac urbibus, quaa ceperat,
Ludowico redditia, in Saxoniam redit [51]. 51

950. 13. 22. 6.

Per loca Galliae et Germaniae plurimi et magni terraemotus facti sunt d. Rex Otto in Boemiam contra Bolizlaum Mar. Wid.
proficiscitur; Bolizlaua vero regi reconciliatur, eique tandem fideliter aubicitur. Rege Ottone secundam expeditionem ib.
in Franciam parante, Hugo virtutem eius non ferens, ei iuxta fluvium Charum occurrit, et pacto pacia secundum nutum
regis facto, manua ei dedit [52]. 52

951. 14. 23. 7.

Moguntia ab Ottone imperatore obseasa est [53]. Fridericus archiepiscopus captus et in cuatodiam trusus, non multo poat Mar. Wid.
per indulgentiam regis relaxatus est. Rex Otto filium suum Liudulfum, natum ex filia regis Anglorum, teatamento
regem post se designat.

952. 15. 24. 8.

Liedulfus, filiua Ottonia imperatoris, instinctu Conradi ducis cum eo contra patrem auum rebellavit; Reinesburch capit, Wid.
et multas aliaa urbes et principes à patre ad ae avertit. Rex illum intra Moguntiam conclusum obsidet.

953. 16. 25. 9.

Bellum fuit super Moaam inter Conradum et Raginerum Haginoensium e comitem. Mortuo Wicfrido Coloniensium ib.
archiepiacopatum suscepit vir glorioaua Bruno, frater Ottonia imperatoria; qui quantua qualisve fuerit apud Deum et homi- V. Brun.
nes, lector ediscat in vita ipsius, quam Rogerus luculenter deacripait. Huius studio translata sunt à Roma Coloniam corpora sanctorum Elifii, Patrocli, Privati, Gregorii, cum baculo aancti Petri f.

954. 17. 26. 10.

Ratherius bis episcopatu Veronenai depulaus, Leodicensium episcopus per Brunonem archiepiscopum ordinatur post Fara- Fulcuin.
bertum. Immunitas nostrae g, Gemmelacensis scilicet, aecclesiae etiam apostolica auctoritate à Benedicto papa corro- V. Guib.
boratur, anno septimo pontificii eius. Rex Otto uxorem secundam ducit relictam Ludowici Italorum regis, et per Wid.
eam Papiam accipit.

955. 18. 27. 11.

Liedulfo ad gratiam patris reducto, Conradus dux, Dei et imperatoris transfuga, ad Ungaros se conferena, eoa in Lotha- Fulc.
ringiam usque ad Carbonariam silvam perduxit; et virtute Dei apud Lobiaa contra eos ostensa, ultra prodire prohibiti,
impune redeunt. Ludowico Francorum rege mortuo, Lothariua, filius eiua ex Gerberga sorore imperatoris, regnavit A. Lob.
annis 32. Berengarius rex Italiae in Germaniam ad regem Ottonem venit, eique auis suique filii manibus datis, Wid.
se ei committit. A Baioariis contra Sclavos prospere pugnatur. ib.

956. 19. 1. 12.

In Italia lapis mirae magnitudinis tonitru ac tempeatate turbulenta de caelo iactua, ingens miraculum videntibus prebuit. ib.
Templa plerisque in locia valida tempeatate concusaa sunt. Utriusque ordinis sacerdotea ictu fulminis interierunt, et plura
horrenda dictu portenta monatrata sunt. Friderico Moguntiae archiepiacopo mortuo, Guillelmua, filiua Ottonia impe- Mar.
ratoris, substituitur. Ratherio ab episcopatu Leodicensium eiecto, Baldricus annitente avunculo suo Raginero comito A. Lob. Fulc.
Montense episcopua aubstituitur.

957. 20. 2. 13.

Liedulfua, filius Ottonis imperatoria, in Italia moritur. Ungaris iterum regnum Ottonis imperatoria ductu Conradi ducis V. Brun.
depopulantibua, imperator eos bello excepit, Conrado ab Ungaria ad eum penitendo refugiente et orante Deum, ut pro
poena perfidiae auae in ipao bello ab Ungaris perimeretur. Quo bello in tantum aunt Ungari victi et attenuati, ut ultra Wid.
iam nec muttire ausi fuerint. In tantum quippe contriti aunt, ut nullus aut rarua eorum evaderet. Conradus tamen
secundum votum suum ibi occubuit. Trea reguli Ungarorum in bello cspti, suspendio perierunt. Bruno archiepi- V. Brun.
scopus, et ducatum Lotharien:ium post Conradum adeptus, coenobium sancti Pantaleonis Coloniae construxit. Henri- Wid.
cus dux Baioariae, frater regia Ottonis, moritur; filius eius Henricus ei succedit.

a) *add.* 18. *rell. praeter* A. b) et B. 133us *desunt* D. c) nostrae *et* scilicet *desunt* A. B1. 3*. 5. C1. 2*. 3. Immunitaa — claret *desunt* C4*. D. d) Per — sunt *desunt* D. e) Baginoensium C1. 3. D. f) E. P. P. G. c. b. s. P. *addit Sig. cur. tertiis; rell.* g) nostrae *et* scilicet *desunt* A. Immunitas — eius *desunt* B1. 5. C1. 2*. 3. 4*. D.

51) a. 946. 52) a. 947. 53) a. 953.

958. R. 21. F. 3. C. 14.

A Leod. V. Brun. Wid. Erluinus primus abbas Gemmelacensis lumine oculorum privatur[a]. Bruno archiepiscopus plures Nortmannorum cum principibus eorum baptizari fecit. Guicmannus rebellis à facie regis Ottonis trans Albiam fugiens, Sclavos in regnum eius conduxit; quos rex fortiter debellavit, occiso regulo eorum cum multis, et 700 captivis capite caesis.

959. 22. 4. 15.

Mar. Fuldun. Iohannes Romanae aecclesiae 134us presidet[b]. Bruno archiepiscopus et archidux Lotharingiae, secundas partes in regno fratris sui potenter et industrie amministrans, Raginerum Montensem comitem, qui Longicollus cognominabatur, apud Valentianas evocatum capit et inrevocabili exilio damnavit, pro eo quod regnum bellis inquietabat; vel quod verius fuisse dicitur, pro eo quod mortuo Gisleberto duce consanguineo suo, ea quae Gislebertus uxori suae Gerbergae sorore imperatoris in dotem contulerat, violenter ei auferre

Bald. I. 94. presumebat. Bonis Ragineri ad fiscum publicatis, filii eius Raginerus et Lambertus ad Lotharium Francorum regem confugerunt. Prodigiosa res multos terret et à vitiis coercet, notis crucis in veste plurimorum apparentibus, quorundam autem vestibus quasi lepra sordentibus. [Obiit sanctus Gerardus fundator Broniensis coenobii[c].]

960. 23. 5. 16.

Bald. Anselm. Hoc tempore per industriam Ottonis meliorato imperii et aecclesiae statu, multa monasteria et coenobia ad laudem Dei et honorem sanctorum aut restaurantur, aut ampliantur, aut aedificantur. Inter quos et Euraclus, post Baldricum episcopus Leodicensium factus, duo in urbe monasteria construxit, ad titulum sancti Pauli apostoli, et ad titulum sancti Martini episcopi[d].

961. 24. 6. 17.

Mar. Liudpr. A. Lob. V. Brun. Apud Constantinopolim Romano imperatore defuncto, Nicephorus imperat annis 10. Sanctus Udalricus[e] Augustae Vindelicorum episcopus sanctitate claret in Gallia et Germania. Gallia et Germania iam bene pacata, intendens imperator Otto etiam Italiam pacare, presertim cum ad hoc anxie evocantibus Iohanne papa caeterisque Italiae episcopis, ut eos liberaret de manibus tyrannorum Berengarii atque Adelberti; filium suum Ottonem puerum septennem Aquisgrani die sancto pentecostes in regem inungi fecit; eoque commendato archiepiscopis fratri Brunoni et filio Guilhelmo, ad Italiam tendit.

962. 25. 7. 1.

V. Guib Sanctus pater noster Guichertus, fundator nostri, Gemmelacensis scilicet[f], coenobii, apud Gorziam, ubi Deo militabat propter amorem ferventis ibi sanctae religionis, in Christo dormivit; et qui omnia reliquerat, centuplum et vitam aeternam recepit[g]. Corpus vero eius relatum est ad coenobium Gemmelacense[h].

963. 26. 8. 2.

Liudpr. Bernard. [54] Otto imperator Italia pervagata, et tyrannis Italiae maiestate nominis sui ita exterritis, ut in locis natura munitis laterent aut Saracenorum patrocinia quererent, Romae à Iohanne papa in imperatorem benedicitur; tyranni à papa Iohanne et à Romanis abiurantur. Eo repatriante, Adelbertus à papa Iohanne e Fraxineto Romam revocatur; sed imperatore redeunte refugiunt. Collecto in tota Italia episcoporum concilio, Iohannes de nefariis causis infamatur. Qui tertio evocatus, dum se excusatum venire cunctatur, post multa tandem eo à cunctis preiudicato, Leo adhuc laicus, electione omnium et consensu imperatoris papa substituitur. Sic Leo presidens apostolicae sedi, fecit ordinationes et alia quae erant apostolica. Nec longum, Romani alterata fide apud imperatorem, papam recipiunt Iohannem. Ille synodo collecta Leonem deposuit, et eius gesta cassavit. Statutumque est publico omnium iudicio, synodum à Leone habitam nec nominandam synodum, sed prostibulum favens adulteris. Quicunque igitur eo ordinante erant damnati, iussi sunt suam ipsorum proscriptionem presentare in carta haec continente verba: *Pater meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit.* Et sic depositi, remanserant in illis gradibus, si quos habuerant nondum à Leone ordinati. Si qui autem digni iudicantur, ut non accepta

Liudpr. prius consecratione ordinantur, indicto illis eodem decreto, quod et damnatis à Constantino neophito. Romani à papa Iohanne pecunia illecti, imperatorem cum paucis Romae morantem subito aggressi, ita ab exercitu imperatoris sunt attriti, ut[i] nisi ab imperatore et papa Leone milites imperatoris à caede revocarentur, usque ad internecionem Romani delerentur. Romanis per Leonem papam imperatori reconciliatis, post abscessum imperatoris Leo papa insidias sibi parari sentiens, ad imperatorem fugit. Iohannes expapa se cum uxore cuiusdam oblectans, à diabolo in tempore percutitur, ac sine viatico dominico moritur. Romani contra iuramentum, quod imperatori fecerant, se nunquam electuros papam sine eius et filii eius Ottonis consensu, Benedictum papam sibi statuunt. Imperator Roma obsessa Romanos caede et fame adeo afflixit, ut Leonem papam se recepturos promitterent. Benedictus reiectus non solum papatu, sed etiam sacerdotio à Leone exordinatur.

964. 27. 9. 3.

Vita Deod. Bald. I, 99. Adelberone Mettensium episcopo mortuo[55], Deodericus consobrinus Ottonis imperatoris episcopus subrogatur. Hic, ut legitur, inspiciens primas litteras nominum omnium Mettensium episcoporum, quas angelus Domini dicitur dedisse sancto Clementi primo Mettensium episcopo, et notans, alias auro, alias viliore metallo pro meritorum qualitate esse annotatas; cum videret etiam litteram sui nominis argento esse prenotatam, dixisse fertur, se in episcopatu tanta bona fore facturum, ut ipsa nominis sui littera merito deberet auro annotari. Cuius bonae intentionis initium ostendit in coenobio sancti martyris et levitae Vincentii, fundato in ipsius urbis insula. Arnulfo sene Flandrensium comite mortuo, Lotharius rex Francorum graviter Flandrias infestat et vastat[k].

a) E. p. a. G. l. o. p. *desunt* B1. 5. C1. 2*. 3. 4*. D. b) Iohannes — presidet *desunt* D. c) *addit* 1β.; *rell. praeter* A. d) Inter — episcopi *desunt* D. e) waldricus B3*. C2*. Sanctus — Germania *desunt* D. f) p. n. *et* nostri *et* scilicet *desunt omnibus praeter* 1. g) et — recepit *desunt* C1. 3. 4*. D. h) C. v. e. r. c. a. c. G. *addit Sig. cur. tertiis; rell.* i) adhuc laicus — attriti ut *primo duabus lineis comprehensa, ita partim in rasura, partim in margine ampliavit Sig. cur. tertiis; rell. Obfuscata ea recentior manus redintegrare studuit, sed potius corrupit. Verba autem* ut non a. p. consecratione *atque* Romani a papa — sunt attriti ut *abscisa sunt, quum sec. XVII. ex. omnes bibl. Gemblacensis codices nova ligatura induerentur.* Quae erant apostolica — attriti ut *omittit* F3. *spatio relicto. Reliqui omnes habent quae* 1. k) Arnulfo — vastat *Sig. cur. tertiis; rell.*

54) ex epistola Bernardi Hildesheimensis ad Adalbertum in Ussermanni Prodromo Germaniae sacrae II, 208, ubi haec iisdem verbis leguntur. HIRSCH.

55) a. 962. cf. Vitam Deoderici c. 3. et Ann. breviss. Mettenses in Mon. SS. III, 155. qui Deodericum iam a. 963. successisse dicunt.

965. R. 28. F. 10. C. 4.

Otto imperator pentecosten Aquisgrani [56] celebravit, concurrentibus ibi á Francia sororibus suis, regina scilicet Francorum Gerberga, matre Lotharii regis et Karoli ducis, et Hathuide uxore Hugonis Parisiorum comitis, quorum filius fuit Hugo, qui post regnavit in Francia. Ubi omnis illa regalis prosapia tanto adinvicem congratulationis iubilo est affecta, ut in omni vita eorum vix aliquid gaudii huic laetitiae potuerit equiperari. Otto Italiam repetit. Bruno dux et archiepiscopus in Franciam pergens ad pacificandos nepotes suos, Lotharium regem et filios Hugonis, ubi Compendium venit, febre correptus Remis redit; ibi quidquid habuit in re mancipi, per testamentum aecclesiis sanctorum delegato, mortuus est. Corpus eius á Deoderico Mettensi episcopo Coloniam refertur[a]. V. Brun.

966. 29. 11. 5.

Guillelmus filius imperatoris archiepiscopus Moguntiae moritur. Hoc tempore Danis, qui Christum Iesum et idola simul colebant, cum Popone clerico in convivio altercantibus super cultura Dei et deorum, Danis asserentibus Iesum Christum quidem esse Deum, deos vero maiores et antiquiores illo esse; Popone econtra affirmante, Iesum Christum solum verum Deum esse, unum in substantia, trinum in personis: rex Danorum Araldus condixit clerico, ut fidem propositam á se probaret testimonio veritatis. Quod annuente clerico, ingentis ponderis ferrum valde ignitum manibus illius ferendum imponitur; quod cum clericus usque ad placitum omnium tulisset absque ulla lesione, rex penitus abiecta idolatria, se suosque ad colendum verum solum Deum convertit; clericus vero ad episcopatum promotus est. Mar. Wid.

967. 30. 12. 6.

Iohannes Romanae aecclesiae 136[us] presidet[b]. Guigmannus diu contra imperatorem Ottonem rebellis, á Misacha Sclavorum regulo, imperatoris amico et milite, perimitur. Hoc tempore Bulgaribus dominabantur filii Symeonis Petrus et Baianus; quorum Baianus in arte magica adeo valebat, ut quoties vellet, lupus vel quaelibet fera fieri videretur. Mar. Wid. Liudpr.

968. 31. 13. 7.

Otto minor á patre evocatus Romam, á Iohanne papa in imperatorem benedicitur. Otto imperator Beneventanos duces potentia sua ad subiectionem sui inflexit. Otto imperator in terra Saxonica venas auri et argenti primus industria sua aperuit. A. Lob. Mar. Wid.

969. 32. 14. 8.

Quidam comes Ottonis imperatoris ei familiaris, Romae ante oculos omnium á diabolo arreptus, ita ut se ipsum dentibus decerperet, iussu imperatoris ad papam Iohannem adductus, ut catena sancti Petri collo eius circumdaretur, dum á fallacibus clericis semel et bis alia catena furenti adhiberetur, nec quicquam remedii proveniret, ubi nihil erat virtutis: tandem vera sancti Petri cathena allata et collo furentis circumdata, diabolus spumans et multum clamans abscessit. Quam cathenam Deodericus Mettensis arreptam, cum diceret se eam nisi manu abscisa non dimissurum, tandem imperator sedato litigio á papa Iohanne optinuit, ut anulum huius catenae exsectum episcopus mereretur. Imperator Otto dum partem exercitus ad Grecos misisset, ut uxorem filio suo Ottoni acciperent, Greci super eos irruunt, castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt et Constantinopolim mittunt. Ad hoc dedecus vindicandum imperator Otto eminentiores ex suis in Calabriam mittit; qui Grecos aggressi, plures occidunt, plures naribus truncatis dehonestant, et per Apuliam et Calabriam a Grecis tributum exigunt. Constantinopolitani audientes a suis male pugnatum esse in Calabria, contra imperatorem suum Niceforum insurgunt. V. Deod. Wid.

970. 33. 15. 9.

Deodericus Mettensium episcopus, imperatori sanguine, dilectione ac familiaritate caeteris devinctior, dum in Italica expeditione per triennium sub eo militaret, multa corpora et pignora sanctorum de diversis Italiae locis quocumque potuit modo collegit. Primum á Marsia sanctum Elpidium confessorem, cuius socium Euticium ipse imperator iam sustulerat; ab Amiternis Euticetem martyrem cum reliquiis Maronis et Victorini sociorum eius, á Fulginis Felicianum episcopum et martyrem; a Perusio Asclepiotatum martyrem, á Spoleto Serenam martyrem cum Gregorio Spoletino martyre; á Corduno pignera Vincentii martyris et levitae, ab Hispania olim a duobus monachis Capuam, á Capua vero illuc deportata; á Mevania alterum Vincentium episcopum et martyrem; á Vincentia Leontium episcopum et martyrem; a Florentia Miniatem martyrem; ab urbe Tudertina Fortunatum episcopum et confessorem; á Corfinio Luciam Syracusanam virginem et martyrem, á Faroaldo duce Spoletinorum olim á Syracusis illuc translatam; á Sabinis partes corporum Proti et Iacincti martyrum. Haec omnia cum parte catenae S. Petri apostoli, cum capillis eiusdem, et sanguine sancti Stephani prothomartyris, et parte de craticula sancti Laurentii martyris á papa Iohanne sibi donata, cum aliis multis sanctorum pigneribus presul Deodericus in Galliam hoc anno transtulit, et in aecclesia sancti Vincentii martyris á se in insula urbis constructa locavit. V. Deod.

971. 34. 16. 10.

Apud Coustantinopolim Nicephorus imperator timens á filiis suis imperio expelli, quia senex erat, volebat eos eunuchizare. Quorum mater regina, quia nullo alio modo poterat eos liberare, suasit Iohanni Nicephorum occidere et imperare. Iohannes itaque occulte cum funibus intravit palatium, et occiso Nicephoro imperavit. Mar.

972. 35. 17. 1.

Otto imperator Romae Ottoni coimperatori suo neptem Iohannis Constantinopolitani, Theophanu nomine, á Iohanne papa coronatam in legitimo matrimonio sociavit. Notgerus ordinatur episcopus Leodicensium. Hic urbem muro circumduxit, edificiis honestavit, maiorem aecclesiam corpore sancti Lamberti insignitam á fundamento renovavit, coenobium sancti Iohannis euangelistae in insula fundavit[c]. A. Lob. Anselm.

973. 36. 18. 2.

Stephanus[d] Romanae aecclesiae 137[us] presidet. Otto senior imperator obiit, cuius vitam Guindichindus monachus descripsit, qui etiam hystoriam Saxonum usque ad hunc annum conscripsit. Otto secundus imperat annis 10. Raginerus et Lantbertus, filii Ragineri Longicolli, paulatim resumptis viribus á Francia redeunt, et cum Guarnero et Rainaldo, qui comitatum patris eorum occupaverant, bello apud Perronam confligunt, eosque cum multis perimunt, et super Hagnam [57] fluvium castello Buxude [58] munito Lotharingiam infestant. Gnencez- laus princeps Boemiae á fratre suo Bolizlao propter preripiendum principatum martyrizatus, urbem Pragam, ubi requiescit, multis miraculis illustrat. Mar. Bald. I, 91. A. Leod. V. Wenc.

a) *post haec in* 1. *linea et dimidia erasa est. Reliqui nit ibi habent.* b) Iohannes — presidet *desunt* D. c) Notgerus — fundavit *in inferiore margine Sig. curis tertiis; rell. Hic cum quaternione desinit, quae hucusque omnia scripsit, Sigeberti manus. Sequitur quaternio a manu secunda exaratus.* d) Donus *habet* D.

56) errat Sig.; Coloniae fuit; vide vitam Brunonis c. 42. 57) la Haine. 58) Boussoit prope Binche.

974. R. 1. F. 19. C. 3.

A. Leod. Ratherius, de quo est hoc monosticum: *Veronae presul, sed ter Ratherius exul,* apud Lobias moritur. Bald. I, 93. Contra Ottonem imperatorem rebellat patruelis eius Heinricus dux Boioariorum. Otto imperator castellum Buxudis obsidet, captum diruit, captos in eo exiliat. Nec tamen Raginerus à rebellione desistit.

975. 2. 20. 4.

A. Leod. Gelu magnum à Kalendis Novembris usque ad aequinoctium vernale. Otto imperator Heinricum ducem sibi subiugat. Bald. I, 94. Maiolus abbas Cluniacensis sanctitate et religione claret.

976. 3. 21. 5.

(Mar.) Obiit sanctus Udalricus[a] Ausburgensis[b] episcopus; cuius vita qualis fuerit, mox miraculorum gloria patefecit. Bald. I, 100. Otto imperator contra Sclavos proficiscitur. Filii Ragineri Longicolli, auxilio Francorum et maxime ib. 95. Karoli postea ducis freti, lacessunt bello Godefridum et Arnulfum comites, qui post Guarnerum comitatum Montensem invaserant. Montem Castrilocum obsident. Multis utrimque in conflictu fusis, obsidio remota est. Victoria anceps; datur tamen palma comitibus.

977. 4. 22. 6.

V. Adalb. Sanctus Guictheht Pragensis episcopus, cognomento Adelbertus, sanctitate et doctrina apud Winidos claret. Gens Bald. I, 100. Liutitiorum ad idolatriam revolvitur[c]. Ducatus Lotharingiae datur Karolo, fratri Lotharii regis Francorum, multis ib. insuper conducto beneficiis, ut et ipse ab insolentiis desistat, et fratris sui Lotharii motibus obsistat. Filii Ragineri ut pro se viriliter agerent, animati Francorum auxilio et affinitate — Raginerus quippe Hathuidem filiam 59 Hugonis postea regis, Lantbertus vero Gerbergam filiam Karoli ducis duxere uxores[59] — in terra patrum suorum relocati sunt.

978. 5. 23.

Bald. I, 96. Pacato undique regno, cum Otto imperator Aquisgrani moraretur, Lotharius rex Francorum subito ad invadendam Lotharingiam contendit; et cedente imperatore, quia ad pugnam imparatus erat, rex post multam vastationem repatriavit. Quem cum inestimabili exercitu imperator prosecutus, condicto die, scilicet Kalendis Octobris, Franciam intravit; quam usque ad Kalendas Decembris pervagatus, fines Remensium, Laudunensium, Suessionum et Parisiensium diversa clade vastavit, aecclesiis tantum Dei omni immunitate concessa. In redeunde tamen circa Axonam fluvium partem impedimentorum amisit. Alpert. De his quidam reclusus predixit, quod omnes huius mali incentores ante septennium morerentur[60].

979. 6. 24.

Igneae acies visae sunt in caelo per totam noctem 5. Kalendas Novembris. Hoc anno complentur mille anni á nativitate Christi, secundum veritatem euangelii, qui secundum cyclum Dionisii anno abhinc 21. finiuntur; sicque in anno dominicae passionis veritati euangelicae contraitur.

980. 7. 25.

A. Leod. Otto imperator et Lotharius rex convenientes super Karum fluvium[60*] pacificantur, datis invicem sacramentis; Bald I, 103. et rex Lotharius Lotharingiam abiurat. Otto imperator Italiam petit. Corpora sanctorum Transl. S. L. Landoaldi, Adriani, Amantii et aliorum, á Wentreshovo Hasbaniae vico transferuntur Gandavum cum multa miraculorum gloria[61].

981. 8. 26.

Mar. Stephanus Romanae aecclesiae 138[us] presidet[d]. Otto imperator Apuliam et Calabriam Italiae provincias ad ius regni Grecorum appendentes transferre ad imperium Romanum conatur; maxime propter affinitatem, quam per uxorem suam Theophanu cum imperatore Grecorum habebat.

982. 9. 27.

Alpert. Greci infensi, quod imperator Otto provincias Grecorum invaderet, conducto sibi Saracenorum auxilio, imperatori in Calabria bello congrediuntur; in quo bello omnes Romanorum copiae usque ad internecionem paene deletae sunt. Imperator natando evadere nitens, á nautis ignorantibus eum capitur, et á quodam eórum, qui negotiator Sclavorum erat, agnitus nec proditus, per illum re delata ad imperatricem et Deodericum Mettensem episcopum, qui in civitate Rhosan rei eventum prestolabantur, difficulter per Sclavum et episcopum liberatur. Nautis quippe ad pecunias pro eo redimendo allatas inhiantibus, imperator ascenso equo vix evasit. Omnibus pro infortunio rei publicae animo consternatis, sola imperatrix feminea et Greca levitate insultabat eis, quod ab exercitu suae nationis victi essent Romani; ac per hoc coepit primatibus exosa haberi.

983. 10. 28.

ib. Otto imperator tedio et angore animi deficiens, Romae moritur, et de imperatore substituendo inter primates dissentitur, aliis filio ipsius Ottoni imperium deberi certantibus, aliis odio imperatricis á filio eius imperium transferre volentibus ad Bald. I, 101. Heinricum ducem, filium Heinrici, qui fuit pater primi Ottonis. Hic Heinricus ipsum Ottonem puerum factiose raptum in custodia tenet; sed principes puerum de manu Heinrici extorquentes[e], in regno sublimant; et imperavit annis 18.

984. 1. 29.

ib. Lotharius rex Francorum ad invadendam Lotharingiam rursum laborans, urbem Virdunum et Godefridum ipsius urbis Alperl. comitem capit. Deodericus Metteusium episcopus obiit; et secundum prophetiam viri Dei vix aliquis principum, qui in bello Calabrico evasit, diu supervixit. Episcopatum Mettensem suscepit Adelbero, vir sanctus et nobilis, filius Friderici ducis.

985. 2. 30.

Bald. I, 101. Lotharius rex, videns Ottonem imperatorem virtute militum suorum proficere, urbem Virdunum et Godefridum comitem reddit.

986. 3. 31.

A. Leod. Lothario Francorum rege mortuo, Ludowicus filius eius regnat in Francia anno uno.

a) waldricus D. b) Ansburgensis B3*. C2* D. c) G. L. a. i. r. *in rasura* 1.; *desunt* C2*. *et* A., *qui eorum loco habet:* qui apud Brutios martirizatus, multis miraculis glorificatur. *Ita igitur Sig. primo ediderat.* d) Stephanus — presidet *desunt* D. e) et de imperatore — extorquentes C4*. *ita decurtavit:* principes filium eius Ottonem adhuc puerum.

59) Haec unde sumpta, non constat. Error inesse videtur, quum neque Hugo, natus post a. 938, neque Karolus, natus a. 945, hoc tempore filias nubiles habere potuerint. HIRSCH. 60) Verba *De his — morerentur,* quae non leguntur apud Baldericum, Sigebertus sumsit e fragmento Balderici I, 93 — 97, quod s. XI. inscriptum fuit folio vacuo codicis Gemblacensis, nunc Bruxell. 5468, de quo cf. Archiv VIII, 497. Eadem narrat Alpertus, Mon. SS. IV, 697. 60*) le Cher. 61) Acta SS. Mart. III, 43.

987. R. 4. F. 1.
Ludowico Francorum rege mortuo, Francis regnum transferre volentibus ad Karolum ducem, fratrem Lotharii regis, dum ille rem ad consilium differt, rem Francorum usurpat Hugo, filius Hugonis Parisiensis ex Hathuide sorore primi Ottonis imperatoris, et regnavit annis 9. Herluinus primus nostri, Gemmelacensis scilicet, coenobii abbas, longo in longa cecitate martyrio cruciatus moritur[a] [62]. A. Leod. G. abb. Gembl.

988. 5. 1.
Inundatio aquarum frequens et ultra solitum ac diutina. Estas postea ferventissima et pluribus[b] perniciosa, unde et fruges minoratae sunt. Karolus dux regnum Francorum, ex paterna et avita successione sibi debitum, contra Hugonem regem suum nepotem repetit, eumque bello perurgens, Laudunum urbem capit. Hugo rex Karolum in Lauduno obsidet, sed secundo obsidionis mense obsessi prosilientes, castra obsidentium incenderunt, et ipse rex Hugo, plurimis suorum peremptis, turpiter fugiens vix evasit.

989. 6. 2.
Marinus Romanae aecclesiae 139us presidet. Siccitas magna vernalis, unde et satio primitiva impedita, et fames ingens secuta est. Fertur annonam pluisse de caelo in Hashanio. Alii etiam pisciculos parvos de caelo pluisse ferebant[c]. Nix nimia decidit; imber postea continuus, qui autumnalem sationem omnimodo denegaret. Karolus dux Montemacutum expugnat; Suessionis usque vastando peraccedit; inde Remim aggreditur, et Laudunum multa cum preda revertitur. Mar.

990. 7. 3.
Karolus dux Remim occupat; archiepiscopum, quem Hugo rex prefecerat, et quosdam primates capit et Lauduno relegat.

991. 8. 4.
Karolus dux moritur. Otto, filius eius, succedit ei in ducatu Lothariensium.

992. 9. 5.
Remis synodo totius Franciae congregata, Arnulfus, nepos Karoli ducis, quem ipse Karolus [63] episcopum Remis substituerat, omnium iudicio exordinatus dampnatur, et Adelgarius presbiter, qui urbem prodidit et portas Karolo aperuit, insolubiliter excommunicatur. Gerbertus substituitur episcopus; sed quibusdam causam ventilantibus, non potuisse degradari Arnulfum absque scientia et auctoritate papae Romani, Gerbertus depositus ad Ottonem imperatorem se contulit. Quem imperator receptum, primo cum Ravennae archiepiscopum, et postea constituit papam Romanum; unde est illud eius monosticum: *Scandit ab R. Gerbertus ad R. post papa vigens R.* Bald. I, 110. Gerbert.

993. 10. 6.
In Burgundia Odilo Arvernae oriundus, ex clerico Brivatensi monachum professus in Cluniacensi coenobio, post Maiolum preficitur ipsi coenobio; quod per annos 56 miro religionis fervore rexit et provexit. Qui egregie preter cetera pietate insignis, non solum vitae exemplis, sed etiam miraculis in vita sua claruit. Qui cum reprehenderetur, quod in peccantes misericordior iusto esse videretur, *Si damnandus sum*, inquit, *malo damnari de misericordia, quam de duritia.* Otto in imperatorem benedicitur [63*]. Vita Od. 63*

994. 11. 7.
Florebant hoc tempore in scientia litterarum in Lotharingia Herigerus abbas Lobiensis, Adelboldus episcopus Vultraiectensis; in Francia Fulbertus episcopus Carnotensis, Abbo abbas Floriacensis, qui super calculum Victorii commentatus est.

995. 12. 8.
Gerbertus, qui et Silvester, Romanae aecclesiae 140us presidet, qui et ipse inter scientia litterarum claros egregie claruit. Quidam transito Silvestro Agapitum papam hoc in loco ponunt; quod non otiose factum esse creditur. Quia enim is Silvester non per ostium intrasse dicitur; — quippe qui à quibusdam etiam nichromantiae arguitur; de morte quoque eius non recte tractatur; á diabolo enim percussus dicitur obisse; quam rem nos in medio relinquimus; — á numero paparum exclusus videtur. Unde lector queso, ut et hic et alibi, si qua dissonantia te offenderit de nominibus vel annis vel temporibus paparum, non mihi imputes, qui non visa, sed audita vel lecta scribo.

996. 13. 9.
Hugone Francorum rege mortuo, Rotbertus filius eius regnat in Francia annis 35. A. Leod

997. 14. 1.
Heribertus ordinatus Coloniensium episcopus, multa sanctitate claret. Clarebat etiam hoc tempore inter Gallos Ansfridus; qui cum fuisset comes Bratuspantium, non minus iustitia quam potentia seculari famosus, deposito militiae cingulo tonsoratus in clericum, eo provectus est, ut ordinaretur episcopus Vultraiectensis aecclesiae. Vita Her. Alpert I, 11.

998. 15. 2.
Agapitus Romanae aecclesiae 141us presidet[d]. Hoc tempore quidam religiosus ab Hierosolimis rediens, in Sicilia reclusi cuiusdam humanitate aliquandiu recreatus, didicit ab eo inter cetera, quod in illa vicinia essent loca eructantia flammarum incendia, quae loca vocantur ab incolis Ollae Vulcani [64], in quibus animae reproborum luant diversa pro meritorum qualitate supplicia, ad ea exequenda deputatis ibi demonibus; quorum se crebro voces, iras et terrores, sepe etiam ciulatus audisse dicebat, plangentium quod animae damnatorum eriperentur de manibus eorum per elemosinas et preces fidelium, et hoc tempore magis per orationes Cluniacensium, orantium indefesse pro defunctorum requie. Hoc per illum abbas Odilo comperto, constituit per omnia monasteria sibi subiecta, ut sicut primo die Novembris solemnitas omnium sanctorum agitur, ita sequenti die memoria omnium in Christo quiescentium celebretur. Qui ritus ad multas aecclesias transiens, fidelium defunctorum memoriam solemnizari facit. Mar. Vita Od.

999. 16. 3.
In Italia Crescens patriciatu Romanorum arrepto contra Ottonem imperatorem rebellat. Glab. Rod. I, 4.

1000. 17. 4.
Anno Iesu Christi millesimo secundum supputationem Dionisii multa prodigia visa sunt. Terrae- A. Leod.

a) Herluinus — moritur *desunt* C2°. 4°. longo i. l. c. m. c. *desunt* B5. C1. 3. D. nostri *et* scilicet *desunt* A. B1. 3°. 5. C1. 3. D. b) Inundatio — pluribus *in inferiore margine scripsit* 1η., *erasis tribus ante ea lineis. Reliqui omnes idem habent.* c) Marinus — presidet *et* Fertur — ferebant *desunt* D. d) Agapitus — presidet *desunt* D.

62) 4. Id. Aug. 63) falsum; Hugo fuit. 63*) d. 23. Mai. 996. 64) Haec desunt in Petri Damiani vita S. Odilonis c. 17. Addidit ea Sigebertus ex a. 532. cf. Glab. Rod. II, 7. Fons omnium

motus factus est permaximus; cometes apparuit; 19. Kalendas Ianuarii circa horam 9. fisso caelo quasi facula ardens cum longo tractu instar fulguris illabitur terris, tanto splendore, ut non modo qui in agris erant, sed etiam in tectis, irrupto lumine ferirentur. Qua caeli fissura sensim evanescente, interim visa est figura quasi serpentis, capite quidem crescente, cum caeruleis pedibus.

1001. R. 18. F. 5.

cf. Mar. Glad. Rod. I, 4. Octavianus secundum quosdam Romanae aecclesiae 142us presidet [a]. Otto imperator Romae Crescentem patricium bello aggreditur; sed victus Crescens et ex fuga retractus, capitur, vilique iumento averse impositus circumducitur, et paulatim membris truncatus, ad ultimum ante urbem suspenditur.

1002. 19. 6.

Otto imperator degens Romae, dum cum Romanis se remissius agit, tractans qualiter iura regni et aecclesiae ad antiquum statum reformaret, Romani per hoc ad contemptum eius adducti, subito contra eum conspirant, et aliquot militum eius peremptis, eum in palatio obsident. Unde per industriam Heinrici ducis Baioariae et Hugonis marchionis Italiae simulato pacto vix extractus, Roma decedit cum Silvestro papa. Et quia uxor Crescentis imperatorem spe regnandi ad amorem suum pellexerat, dolens pro eius discessu, venenum ei misit; quo ille consumptus, inter remeandum in Italia moritur. Milites transalpini corpus imperatoris defuncti cum insignibus imperii ad Galliam referentes, crebris Italorum incursibus lacessiti, armis sibi viam parant. Sed cum iam res in tuto esse putaretur, dux Baioariae Heinricus, iniuriato Heriberto Coloniensium archiepiscopo, à cuius ore omnes pendebant, insignia regni ab eo violenter extorsit, quasi iure hereditario sibi competentia. Fuit quippe filius Heinrici ducis, qui fuit genitus de Heinrico fratre primi Ottonis imperatoris. Hein-

Mar. ricus dux conciliatis sibi animis quorundam principum regni unguitur in regem à Willigiso Moguntino archiepiscopo, et imperat annis 22.

1003. 1. 7.

Alpert. I, 5. Heinricus imperator potentiores regni viros, bella sibi concitare volentes, celeriter devincit, et reges gentilium in interiori

Glab. Rod. III, 3. Germania commorantes, qui Winidi dicuntur, tributarios sibi facit. Abbo abbas Floriacensis in Wasconia martyrizatur [b].

1004. 2. 8.

Gerardus Cameracensium episcopus [65] et Adelboldus Vultraiectensis episcopus magni in aecclesia et in palatio habentur. Heinricus imperator Babenbergensem aecclesiam episcopalis sedis honore sublimat, et quia liberis carebat, eam omnium suarum rerum heredem facit. Unde Deodericus Mettensium episcopus, dolens dotem et patrimonium sororis suae Cunigundis imperatricis delegari ab imperatore aecclesiae Babenbergensi, rebellat.

1005. 3. 9.

Alp. I, 6. Bald. III, 7. Cometes horribili specie flammas huc illucque iactans, in australi parte visus est. Mortuo Ottone duce, ducatus Lotharingiae datur comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennensis [66]. Chilpericus librum de ratione compoti hoc anno scripsit, ut apparet ex argumento ad inveniendos annos Domini per indictiones: *Si vis*, inquit, *scire, quot sint anni incarnati Christi*, 66 *ordines indictionum, qui fluxerunt ab eius incarnatione, multiplica per* 15, *fiunt* 990. *His adde duodecim, quia tertia indictione natus est Christus. Adde indictionem presentis anni, id est tres. Ecce habes hoc anno annos Christi* 1005 [67].

1006. 4. 10.

Alp I, 6. Bald. I, 114. Fames et mortalitas iam graviter per totum orbem invaluit, ut tedio sepelientium vivi adhuc spiritum trahentes obruerentur cum mortuis. Castrum Valentianas, situm in marcha Franciae et Lotharingiae, quod Balduinus comes Flandrensium invaserat, imperator Heinricus obsidet, concurrentibus ad auxilium eius Rotberto rege Francorum et Richardo comite Nortmannorum.

1007. 5. 11.

ib. 68 Heinricus imperator, quia de obsidione Valentinianensi inefficax redierat, contra Balduinum profectus, castrum Gandavum invadit, et depopulata terra aliquot Flandrensium primores capit. Unde Balduinus perterritus imperatori satisfacit, Valentianas reddit, datisque obsidibus cum sacramento fidelitatis, manus ei dedit. Postea imperator seditione suorum coactus, Valentianas Balduino beneficiavit, ut sibi contra motus suorum auxilio esset. Postea ei etiam Walachras addidit [68].

1008. 6. 12.

A. Leod. G. abb. Gembl. Baldricus Leodicensium episcopus ordinatur. Burchardus quoque fit Wormacensium episcopus, qui in scripturis studiosus, magnum illud canonum volumen edidit, scripturarum sententiis undique compilatis defloratum, collaborante sibi in hoc magistro suo Olberto abbate, viro undecunque doctissimo.

1009. 7. 13.

Mar. A. Leod. Leo Romanae aecclesiae 143us presidet. Eclipsis solis facta est hora diei secunda. Nortmanni Fresiam infes-

Alpert. I, 8. tantes, Thile oppidum incendunt. Heinricus imperator Mettim urbem obsidet propter Deodericum fratrem uxoris suae contra se rebellantem, qui episcopatum ipsius urbis usurpaverat. Dux enim Mosellanorum Deodericus post fratrem suum Alberonem dato episcopatu Mettensium filio suo adhuc puero, tutorem ei substituit ipsum Deodericum; qui puero urbe exclusо et episcopatu usurpato, ipsum etiam Deodericum ducem bello cepit. Urbe ergo per obsidionem pene desolata, tandem pax convenit.

1010. 8. 14.

Mar. Alp. I, 9. Bruno episcopus martyrizatur. Nortmanni Fresiam repetunt, et multis caesis, Vultraiectum opidum incensum est. Gens Ungarorum hactenus idolatriae dedita, hoc tempore ad fidem Christi convertitur per Gislam sororem imperatoris, quae nupta Ungarorum regi, ad hoc sua instantia [69] regem adduxit, ut se et totam Ungarorum gentem baptizari expeteret. Qui in baptismo Stephanus est vocatus; cuius merita per Ungariam multa miraculorum gloria commendat.

69

1011. 9. 15.

Bald. III, 8. In Lotharingia iuxta montem Castrilocum fonticulus aquae multis saluberrimus in sanguinem conversus est. Quod probavit mulier, quae faciem suam ex huius fontis aqua lotam ostendit multis sanguinolentam.

a) Octavianus — presidet *desunt* D. b) *addit* 18. *rell. praeter* A. C2. 4.

huiusmodi narrationum est Greg. Dial. IV, 30. 65) episcopus fuit demum a. 1012. 66) Balderico haec suadente Gerardo ep. Cameracensi, itaque post a. 1012, acta tradit. 67) cf. Sigeb. de Vir. ill. c. 145. Mabillon Anal. p. 431. 68) post a. 1012. cf. Bald. III, 2. HIRSCH. 69) Hoc ni falsum, quam maxime tamen dubium; cf. Acta SS. Septemb. I, 490. Nupta fuit Gisla Stephano iam ante a. 1003. Ceterum e commemoratione miraculorum, quae post elevationem regis a. 1083. celebratam fieri coepe- runt, apparet, hanc chronicae partem a Sigeberto non ante a. 1085. conscriptam esse.

1012. R. 10. F. 16.

Olbertus nostrae Gemmelacensis scilicet, aecclesiae ordinatur abbas, vir moribus, religione, gemina scientia, bonis doctisque viris aut conferendus aut preferendus[a]. Heinricus imperator Godefridum ducem cum exercitu in fines Bratuspantium mittit, [ad obsidendum castrum Lovanium, sed ineffícax rediit[b].] Alpert.II,10.

1013. 11. 17.

Heinricus imperator Italiam petens, ut subveniret suis, quos Greci premebant circa Beneventum, Salernum et Capuam debaccantes, Troiam civitatem capit[70]. Baldricus episcopus cum in villa Huguardis dicta[71] castellum muniret, Lantbertus comes Lovaniensis eum aggreditur, et episcopus, Lantberto vincente, multis suorum captis et occisis, gravi atteritur infortunio. Terraemotus factus est maximus circa meridiem 14. Kal. Decembris. Bald.III,17. ib. 5. Ann. Leod.

1014. 12. 18.

Heinricus rex in imperatorem benedicitur. Baldricus episcopus in insula Leodicensi cenobium sancti Iacobi apostoli fundavit, ubi Olbertus abbas primus prefuit[72]. Dux Godefridus Gerardum comitem multis modis regnum inquietantem bello vicit; in quo filio eius cum multis occiso, complices eius deterruit. Ma Ansel. Bald.III,11.

1015. 13. 19.

[Hoc tempore sanctus Guictheht, qui et Adelbertus, Pragensis episcopus, apud Bructios martirizatur[c].] Godefridus dux comitatum Montensem depopulatur; quem Raginerus cum patruo suo Lantberto Lovaniensi insecutus, apud Florinas pugnam conserunt, ubi plus quam quadringenti viri occisi sunt, et ipse Lantbertus occubuit. Ubi res mira contigit. Cum Lantbertus spem victoriae iam haberet — habebat quippe filacterium á collo usque ad pectus pendens, sanctorum reliquiis refertum, quorum patrocinio se in periculis tutum fore credebat, — instante ei termino vitae filacterium illud á collo eius exiens, super tumulum campi exiluit; et mox comes antea invictus perimitur. Quidam militum filacterium accipiens, in caliga abscondit; sed coxa eius et crure intumescente, rem prodidit, et filacterium domino suo Hetheloni[74], fratri ducis, dedit. Bald.III,12 A. Leod. Bald. 73

1016. 14. 20.

Symeon Siracusis Siciliae oriundus, et postea monachus in monte Syna, hoc tempore clarebat. Qui Hierosolimam veniens, longam pro Christo peregrinationem suscepit, et cum Poppone Trevirorum archiepiscopo ad Gallias veniens, Treveris in altitudine turris inclusus est, ibique post multas hominum persecutiones, post multas demonum temptationes, beato fine quievit[74]. Cuius merita frequens miraculorum gloria declaravit. V. Sim.

1017. 15. 21.

Benedictus Romanae aecclesiae 144us presidet[d]. Cometes solito mirabilior in modum trabis maximae per 4 meuses apparuit. Mar. Bald. III,19.

1018. 16. 22.

Guolbodo in episcopatu Leodicensium Baldrico succedit. In Fresonia Deoderico comite, filio Arnulfi Gandavensis, debellante Fresones in vindictam patris sui ab eis occisi, Godefridus dux ad eum debellandum ab imperatore mittitur; et conserto prelio, repente voce nescitur unde emissa, *Fugite, fugite,* cunctis fugientibus, multi á paucis Fresonibus perimuntur; dux vero capitur. A.Leod.Bald. Alpert II,21.

1019. 17. 23.

Godefridus dux impetrata Fresonibus ab imperatore totius iniustitiae impunitate, á captivitate solvitur, et non multo post moritur[75]. Frater vero eius Gothelo in ducatu substituitur. ib.

1020. 18. 24.

Rodulfus rex Burgundiae, insolentiis Burgundionum irritatus, regnum Burgundiae Heinrico imperatori dare tractat; sed eum ab hac intentione revocat simulata Burgundionum satisfactio. Benedictus papa in Gallia[76] ad Heinricum imperatorem venit[e]. Alpert.II,14 Mar.

1021. 19. 25.

Heinricus imperator Coloniae natalem Domini celebrans[77], Heribertum archiepiscopum olim á se iniuriose tractatum humili satisfactione placat. Cui reconciliatus archiepiscopus, predixit se propediem moriturum; et non multo post mortuus, magnis coepit clarere virtutibus. Pilegrimus ei in episcopatu succedit. Durandus fit episcopus Leodicensium; quod quasi fabula in theatro mundi fuit, quod vir ex humillimo et pauperrimo servilis conditionis genere dominis suis carnalibus dominabatur[78]. Vitatter. A Leod. Epit. Dur. 78

1022. 20. 26.

Aquisgrani conventu regali et synodali per aliquot dies celebrato, tanta siccitas et intemperies aeris exanduit, ut multi prae nimio ardore deficerent, multa etiam animalia subito deficerent, pavimento et marmoreis columnis tanto madore sudantibus, ut aqua esse respersa crederetur á nescientibus. Bald.III,36.

1023. 21. 27.

Heinricus imperator, Rotbertus rex Francorum super Karum fluvium apud Evosium conveniunt, de statu aecclesiae, regni et imperii tractaturi; et condicto, ut super his confirmandis etiam papam Romanum simul ambo Papiae oportune convenirent, imperator regem et suos, multos etiam qui tantum ad demirandam imperatoriam maiestatem convenerant, tanta liberalitate donavit, ut opibus regum Persarum aut Arabum posset comparari imperatoris munificentia. In pascha eclipsis solis facta est. ib. 27.

a) nostrae *et* scilicet *desunt* A. B5. C1. 2°. 3. D. F2. vir — preferendus *desunt* C1, 2°. 3. 4° D. *cui et sequentia in hoc anno desunt omnia.* b) addit 18. *rell. praeter* A. c) *in rasura unius lineae scripsit Ansetmus, ut videtur, et rell. praeter* A. d) Bened. — presidet *desunt* D. e) *Post haec* F3. *continuo calamo interponit:* Relatio miraculi in regione Saxonum facti tempore Heriberti Coloniensis archiepiscopi omnibus *etc.;* Pipinus rex fecit fontem *etc. quae anno* 761. *addiderunt Gemblacenses;* Dicta Gregorii de ratione sacrificii *etc. Legebat ea procul dubio in codice, quem descripsit, inserta folio vacuo, quod errore hic positum, scriba* F3. *inepte in textum Sigeberti recepit.*

70) Haec a. 1022. gesta sunt. 71) Hougarde, prope Tirlemont. 72) Gemblacensis, 1021—1048. 73) *Herimannum* Baldericus vocat, cuius forma diminuta est *Hezelo.* 74) d. 1. Iun. 1035. 75) a. 1023. ex ann. Blandin. 76) i. e. Franconia, ut a. 1094. Convenerunt Babenbergae in festo paschae. 77) a. 1020; nam Sigebertus in natali Domini annum incipit. 78) Haec sumsit Sigebertus ex versu epitaphii, quo Stephanus abbas S. Laurentii tumulum Durandi decoraverat:

Pauperis in nido patrimoni natus et altus,
Ingenio summos evolat ad proceres.
Quos tulerat dominos, hisdem famulantibus usus,
In theatro mundi fabula quanta fuit! HIRSCH.

1024. R. 22. F. 28.

Heinricus imperator consulentibus se principibus super substitutione regni designans[79] Conradum, virum regii generis et egregiae libertatis, quippe qui nunquam se submiserat alicuius servituti, moritur. Huius vitam Adelboldus episcopus Vultraiectensis scripsit. Cono dux prepotens cum ad imperium aspirare vellet, repudiatur instinctu Arbonis Moguntini archiepiscopi et aliquorum regni primatum; et Conradus ad imperium sublimatus, imperavit annis 15.

1025. 1. 29.

Iohannes Portuensis episcopus, frater Stephani papae nuper defuncti[80], presidet Romanae
V. Odil. aecclesiae 145us. Huic Stephanus papa frater suus[81] apparens, dixit se infernalibus poenis cruciari, sed sperare se interventu Odilonis abbatis veniam posse consequi. Pro quo Odilo tandiu omni orandi genere laboravit,
A. Leod. donec sibi revelaretur, se pro illo exauditum esse. Raginardus Leodicensium ordinatur episcopus, qui Leodii in monte publico cenobium sancti Laurentii instituit, eique Stephanum virum sanctae memoriae abbatem primum prefecit.

1026. 2. 30.

Rotbertus rex Francorum ad invadendam Lotharingiam animum intendit, sed cito ab hoc conatu destitit[82]. Gothelone duce, qui propter privatum odium[83] gravabat regnum Conradi, et aliis principibus ad pacis unitatem adductis[84], regi prosperitas et regno accrevit tranquillitas.

1027. 3. 31.

ib. Cuonradus rex filium suum Heinricum adhuc puerum in regnum sublimat Aquis[85]. Ipse in pascha Romae in imperatorem consecratus, quorundam Italorum contra se sentientium motus compescit. Florebat hoc tempore aecclesiastica religio per abbates nominabiles; in Francia quidem et Burgundia per Odilonem Cluniacensem pietate insignem, per Guilelmum Divionensem severitate reverendum; in Lotharingia per Richardum Virdunensem, pia gravitate et gravi pietate discretum, per Poponem Stabulensem, per Heliam Coloniensem[a], per Olbertum et Stephanum Leodicenses, per Bernonem Augiensem.

1028. 4. 32.

Clarnit hoc tempore in Italia Guido Aretinus, multi inter musicos nominis, in hoc etiam philosophis preferendus, quod ignotos cantus etiam pueri facilius discunt per eius regulam, quam per vocem magistri aut per usum alicuius instrumenti; dum sex litteris vel sillabis modulatim appositis ad sex voces, quas solas regulariter musica recipit, hisque vocibus per flexuras digitorum levae manus distinctis, per integrum diapason se oculis et auribus ingerunt intentae et remissae elevationes vel depositiones earundem sex vocum.

1029. 5. 33.

ib. Cuonradus imperator rebellantibus Sclavis, ad eos debellandos proficiscitur[86].

1030. 6. 34.

ib. Cuonradus imperator rebellantibus Ungaris, ad eos debellandos proficiscitur[b].

1031. 7. 35.

ib. Rotberto Francorum rege mortuo, Heinricus filius eius regnat in Francia annis 30[c]. Hoc tempore iussu Cuonradi
Bald. III, 51. imperatoris regali et synodali conventu apud Triburias inter caetera episcopi hoc capitulum decernere voluerunt, ut, si quando ieiunium primi mensis eveniret infra ebdomadam, qua caput ieiunii in quarta feria constat, amborum ieiuniorum cele-
87 britas unius officii expletione compleretur. Sed Gerardus Cameracensis et pauci cum eo[87] huic multorum decreto contradicentes, optinuerunt, ut ieiunium primi mensis in altera ebdomada, in qua habetur officium, celebretur secundum antiquorum consuetudinem.

a) pia — Col. *desunt* L. b) *hunc annum* C4. *omittit*, C1. 3. D. *praecedenti iungunt, sequentem numerantes* 1030. *et sic porro usque ad a. nostrum* 1036, *qui ipsis est* 1035. c) XXV *habent* 1. *e corr.*, A.

79) Hoc valde dubium. Cf. Stenzel Fränkische Kaiser I, 9. 80) falsum. Neque Portuensis episcopus fuit Iohannes IX, nec frater Stephani, sed Benedicti VIII. Petrus enim Damianus in Vita S. Odilonis c. 11. dicit: *Huic* (Benedicto VIII.) *plane mox ut obiit, germanus eius Iohannes in apostolica dignitate successit. Iam vero postquam humanis rebus exemptus est iamdictus papa* (Benedictus), *Iohanni Portuensi episcopo et aliis duobus, quorum nomina nobis nota non sunt, per speciem nocturnae visionis apparuit* etc. et paulo post: *Protinus idem Iohannes Portuensis episcopus, auctoritatis apostolicae fultus epistolis, concito gradu Papiam usque perrexit;* unde Sigebertus videre poterat, Iohannem IX. et Iohannem Portuensem episcopum duos fuisse. Ceterum Iohannes iam mense Augusto a. 1024. electus fuit, non a. 1025, ut noster habet. 81) Benedictum VIII. habet Vita Odilonis. 82) a. 1025. 83) Conradus cum fratre eius Godefrido bellum habuerat. 84) Aquisgrani, teste Bald. III, 50. Ibi Conradus a. 1025. natale Domini celebravit. 85) hoc sequenti demum anno 1028. April. 14. factum, quem annum habent etiam Ann. Leodienses. 86) mense Iunio. 87) *et p. c. eo* de suo addit Sigebertus, cf. eius epistolam de ieiunio quatuor temporum apud Martene Thes. I. 298. Heri-

1032. R. 8. F. 1.

Sanctus Bardo ordinatur Moguntiae archiepiscopus [88]. Rotbertus et Richardus, minuendae domo mul- Mar.
titudinis causa hoc tempore á Nortmannia Francorum digressi, Apuliam expetunt; et Italis inter se dissentientibus, dum alteri contra alterum auxilium prestant, hac oportunitate Italos callide et fortiter debellant, et successus urgendo suos, nomen suum dilatant, et futurae prosperitatis sibi viam parant.

1033. 9. 2.

Eclipsis solis facta est circa meridiem 3. Kal. Iulii. Istiusmodi decretum á Franciae episcopis datum est servari Bald. III. 52.
subiectis sibi populis. Unus eorum dixit, celitus sibi delatas esse litteras, quae pacem monerent renovandam in terra. Quam rem mandavit caeteris, et haec tradenda dedit populis: Arma quisquam non ferret, direpta non repeteret, et sui sanguinis vel cuiuslibet proximi ultor minime existens, percussoribus cogeretur indulgere. Ieiunium in pane et aqua omni 6. feria observarent, et in sabbatho á carne et liquamine abstinerent; soloque hoc contenti ieiunio in omnium peccatorum remissionem, nullam sibi scirent aliam adiciendam poenitentiam; et haec se servare sacramento firmarent. Quod qui nollet, christianitate privaretur; et exeuntem de seculo nullus visitaret, nec sepulturae traderet. Alia quoque imporrtabilia quamplura dedere mandata, quae oneri visa sunt replicare. Hanc mandatorum novitatem cum multi cupidi novarum rerum libentius iusto amplecterentur, Gerardus Cameracensis, qui solus Lothariensium appendebat ad parochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad haec suscipienda, sed singula capitula refellebat, dicens genus hominum ab initio trifariam esse divisum, in oratoribus, pugnatoribus, agricultoribus, et unum duorum, et duos unius egere auxilio. Ideo debere arma ferre, et rapinas reddi per auctoritatem legis et gratiae; ultorem percussi vel occisi non exacerbari cogendo, sed secundum euangelium ei reconciliari; ieiunium in 6. vel 7. feria nec omnibus unum esse imponendum, quia non est una omnibus possibilitas, nec omnes hoc uno ieiunio contentos esse, quia non est una omnibus penitendi qualitas. Haec sacramento firmare vel sacramenti violationem periurio augere, non esse utile; his contradicentes excommunicari, infirmis visitationem vel mortuis sepulturam negari, esse detestabile. Sufficere autentica patrum decreta, et super his neglectis impositum congruenter penitentiae modum.

1034. 10. 3.

Friderico Mosellanorum duce mortuo [89], quia mares filios non habebat, quibus ducatus 89
competeret, Gothelo dux impetrato ab imperatore etiam Mosellanorum ducatu, in Lotharingia potentius principatur.

1035. 11. 4.

Burgundionibus non desistentibus á consueta contra regem suum insolentia, rex Rodulfus regnum Burgundiae Conrado imperatori tradidit [90], quod á tempore Arnulfi imperatoris per annos plus quam 130 gentis suae reges tenuerant; sicque Burgundia iterum redacta est in provinciam.

1036. 12. 5.

Odo Campanensis regnum Rodulfi regis, avunculi sui, á Cuonrado imperatore nepote suo repetens, ut sub eo regat Burgundiam efflagitat [a]. Heinricus rex filius Cuonradi uxorem ducit filiam A. Leod.
regis Anglorum [91]. Odo contra imperatorem bellans, Lotharingiam incursat, castella oppugnat, urbem Leucorum, quae Tullus dicitur, obsidet, et in nullo temperat furori suo [92]. 92

1037. 13. (14.) 6. (7.)

Herimannus Coloniae ordinatur archiepiscopus [b]. Odo Barum castrum obsidet et capit. Gothelo dux b.
aegre ferens insolentiam Francorum, cum Lotharingis occurrit Odoni; et conserto prelio apud Barum [93], Odo perimitur, et Francorum exercitus gravi cede attritus, á Lotharingia fugere compellitur.

1038. 14. (15.) 7. (8.)

Nortmanni in Apulia copiis suis á Nortmannia paulatim adauctis, ad invadendam Apuliam fortitudine sua et Italorum imbecillitate animati, castellis et urbibus aut dolo aut virtute captis, in Apulia potenter agunt, vicinisque gentibus terrorem sui nominis incutiunt. [Heinricus Lovaniensis comes domi suae perimitur á captivo Harmanno,

a) *Hic novum annum incipiunt* A. B3*. 4*. 4**. 5. C1. 2*. 3. 4*. D. E. *sequenti anno* Herimannus *etc. inscribentes* XIIII. VII. (*at* C1. 2*. 3. 4*. D. E. *quia supra iam a.* 1030. *praecedenti iunxerant, scribunt* XIII. VII.) *et sic deinceps. Idem primo fuerat in* 1., *et consequenter anno* In mense Aprili *etc. scriba ipse in margine apposuerat numerum* MXL, *anno* Leo papa *etc.* ML, *anno* Fridericus *etc.* MLX, *et sic porro per totum Sigeberti opus (anni enim Domini per decennia tantum notantur in margine, ante a.* 972. *manu ipsa Sigeberti, post a scribis). Sed* 1η., *qui scribere coepit a.* 1137, *numeros istos* XIII. VI. *ante* Heinricus rex *etc. delevit, et sequentes correxit ita ut nos dedimus, Romanorum usque a.* 1039, *Francorum usque a.* 1060. *Idem* 1η. *annos Domini in margine erasit omnes, ipseque anno cuivis sequenti apposuit, ita ut nunc annus* Heinricus imperator *etc. sit* MXL, *annus* Sanctus Tietbaldus *etc.* ML, *et sic porro usque ad a.* Eclypsis solis *etc.* MCXL. *Quod quum unice rectum sit, nos quoque dedimus; at numeros qui prius fuerant scripti in* 1., *uncinis inclusos apposuimus.*
b) H. C. o. a. *desunt* D. E.

mannus Augiensis hanc synodum a. 1035. ponit. tribuit. 90) a. 1027. mense Iulio. Rodulfus mor-
88) hoc factum d. 29. Iun. 1031. cf. Vitam S. Bardonis tuus est 6. Sept. 1032. 91) d. 29. Iun. 1036.
c. 11. 89) de tempore cf. Stenzel Fränk. Kaiser 92) a. 1037. 93) d. 15. Nov. 1037.
II, 115. qui tamen minus recte haec anno 1033.

eique succedit filius suus Otto. Cui inmatura morte prevento, successit patruus eius Baldricus, qui et Lanbertus[a].]

1039. (1040.) R. 15. (16.) F. 8. (9.)

Bald. III 55 In mense Aprili, 8. Idus, visa est in celo inter australem et orientalem plagam ignea trabes mirae magnitudinis, quae ib. currens super solem iam ad occasum vergentem, visa est in terram cadere; cuius vestigia diu videri potuerunt. Cuonradus imperator Italiam adit, ut rebellionem meditantes debellaret[94]. Et quia omnes Langobardi coniuraverant, ut non paterentur quemlibet dominum, qui aliud quam ipsi vellent, contra se ageret: quosdam episcopos in vincula coniecit; et 95 quia episcopus Mediolanensis fuga lapsus est, imperator suburbia Mediolani incendit. Die pentecostes[95], cum imperator in parva aecclesia secus urbem ad missam coronaretur, tam gravia fuerunt tonitrua et fulgura, ut aliqui mente excederent, aliqui exalarent. Bruno vero episcopus, qui missam canebat, et secretarius imperatoris cum aliis tribus dixerunt, se inter missarum sollemnia vidisse sanctum Ambrosium, imperatori indignando comminantem. Imperator Italia decessit[96]. Pridie Idus Maii eclipsis solis fuit, et pridie Nonas Iunii imperator obiit. Post quem Heinricus, filius eius, imperavit annis 17.

1040. 1. 9. (10.)

A Leod. Heinricus imperator vadit ad debellandum Odelricum Boemanorum ducem; sed Boemanis viriliter resistentibus, inefficax redit.

1041. 2. 10. (11.)

ib Heinricus imperator per orationes sanctorum virorum auxilio Dei sibi procurato, superioris anni infortunium ultus, Odelricum ducem Boemiae subiugat.

1042. 3. 11. (12.)

Inter Ungaros bello intestino moto, Petrus rex ab eis depulsus regno[97], auxilium Hein-
Anselm. rici imperatoris interpellat; qui potenter ei patrocinans, Ungariam devastat. Guatho ex clero sancti Lautberti, vir spiritu sapientiae et scientiae et fervore religionis insignitus, ordinatur Leodicensium episcopus.

1043. 4. 12. (13.)

A. Leod. Apud Constantinopolim Constantinus Monomachus imperat. Heinricus imperator iterum Ungariam ingressus, cum paucis Obbonem regem de bello fugavit, et lanceam, insigne regis, recepit; Petrum vero, quem Obbo expulerat, Ungarorum regno restituit, et Ungariam sibi tributariam fecit.

1044. 5. 13. (14.)

ib. Fames valida Galliam et Germaniam profligat. Gothelo dux obiit, cuius filius Godefridus, dum ei ducatus Mosellanorum denegatur[98], altero ducatu repudiato, contra imperatorem rebellat.

1045. 6. 14. (15.)

ib. Godefridus hortatu quorundam Dei fidelium ad recuperandam imperatoris gratiam adductus, ab imperatore capitur et custodiae mancipatur[99]; sed filium suum obsidem dans, relaxatur[1]. Quo defuncto in obsidatu, ad rebellandum grassatur. Benedictus simoniace papatu Ro-
2 mano invaso[2], cum esset rudis litterarum, alterum ad vices aecclesiastici officii exequendas secum papam consecrari fecit. Quod cum multis non placeret, tertius superducitur, qui solus vices duorum impleret.

1046. 7. 15. (16.)

Aecclesia sanctae Gerdrudis Nivigellensis[3], quae ante aliquot annos post neglegentiam et incuriam effusi sanguinis Domini concremata fuerat, in novam reaedificata, benedicitur presente Heinrico imperatore. Romae uno contra duos et duobus contra unum de papatu altercantibus, rex Heinricus contra eos Romam vadit[4]; et eis canonica et imperiali censura depositis, Suidigerus Babenbergensis episcopus, qui et Clemens, Romanae aecclesiae 146[us] presidet, et ab eo rex Heinricus in imperatorem benedicitur[5], iuran-
3 tibus Romanis, se sine eius consensu nunquam papam electuros. Instinctu Godefridi comes Flandrensium Balduinus[6] contra imperatorem rebellat. Deoderico Mettensium episcopo defuncto, succedit Adelbero[b] fratruelis eius, vir magnae prudentiae et sanctitatis.

1047. 8. 16. (17.)

Mar. Poppo, qui et Damasus, Romanae aecclesiae 147[us] presidet[7]. Godefridus palatium Neomagi incendit et inrepara-
A Leod. Anselm. biliter destruit. Urbem quoque Claborum, quae Virdunus dicitur, cum maiori sanctae Mariae aecclesia incendit[8]. Franco scolasticus Leodicensium et scientia litterarum et morum probitate claret;

a) *add. Anselmus; rell. praeter* A. b) Adelbero 1. F3.

94) exeunte iam a. 1036. 95) d. 29. Maii 1037. 96) exeunte mense Augusto a. 1038. 97) a. 1041. 98) *privatus paterno iure* Ann. Leod. Errat Sigebertus hic et a. 1048; Mosellanorum enim ducatum Godefridus Barbatus iam patre vivente habuerat; at nunc etiam *ducatum fratri debitum* (i. e. Lotharingiae inferioris) *contra fas a rege sibi optinere voluit*, ut ait Herimannus Augiensis a. 1044. cf. Stenzel II, 117. 99) mense Iulio a. 1045. 1) Aquisgrani, mense Maio 1046, teste Herimanno Aug. 2) a. 1033. Sequentia non recte noster narrat; cf. Stenzel Fränk. Kaiser I, 104 sqq. Ad verbum eadem exscripsit Waltramus. 3) Nivelles, in Hannonia. 4) advenit ibi d. 23. Decembris 1046. 5) d. 25. Dec. 6) Balduinus V. Insulanus. 7) consecratus d. 17. Iul. 1048. Clemens II. obierat d. 9. Oct. 1047. 8) d. 24. Octobris.

qui ad Herimannum archiepiscopum scripsit librum de quadratura circuli, de qua re Aristoteles ait: *Circuli quadratura, si est scibile, scientia quidem nondum est, illud vero scibile est.* Nix tanta in occidente cecidit, ut silvas frangeret. Pe.

1048. R. 9. F. 17. (18.)

Viri religiosi et illustres sanctitate in Christo dormiunt, Odilo abbas Cluniacensis[9], Poppo Stabulensis[10], Guatho episcopus Legiensis[11], Olbertus sanctae memoriae abbas Gemmelacensis[12]. A. Leod. Guathoni Deodninus in episcopatu succedit. Albertus, qui ducatum Mosellanorum Godefrido negatum[13] susceperat, a Godefrido perimitur[14]. Ducatum eius Gerardus de Alsatia, alterum vero ducatum Fridericus optinet[a]. Bruno Leucorum episcopus Romanae aecclesiae 148us presidet[15], qui Mar. vocatus Leo, nonus huius nominis papa. Hic cum ad capessendam sedem apostolicam Romam tenderet, audivit voces Wib. V. Leon. angelorum canentium: *Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis.* Hic de multis sanctis cantus composuit, et multa fecit et scripsit aecclesiae utilia. Hic cum in papatu pauperem leprosum ante fores offendisset, eum fotum diligenter in lecto suo collocavit; quem cum reserato ostio non invenisset, in paupere se Christum suscepisse obstupuit.

1049. (1050.) 10. 18. (19.)

Leo papa in Gallias veniens, ut motus imperii á Balduino et Godefrido concitatos sedaret, Godefridum quidem imperatori reconciliavit; Baldnino pertinacius agente, contra eum imperator A. Leod. exercitum duxit. Sed tandem Balduinus flexus, condicto die Aquis imperatori satisfecit[16]. Leo papa in Gallia et Vita Leon. Germania synodis habitis, statum aecclesiae meliorabat[b].

1050. 11. 19. (20.)

Sanctus Tietbaldus inter nobiles Francorum non infimus hoc tempore clarebat; qui mundo et semet ipso abnegato secu- V. Tietb. tus Christum, in Vincentia Venetiae urbe reclusus, ibi 12. conversionis suae anno beato fine quievit. Qui quam accepto servierit Deo, post mortem eius miraculorum prodidit magnitudo. Ossa eius in Gallias translata, multam multis in locis venerationem meruerunt. Leo papa dum Nortmannos á Romanorum terminis deturbare satagit, multam calamitatem incurrit, quia cum multis etiam ipse capitur[17]; sed tamen relaxari noluit, nisi etiam suis relaxatis. Bardo Moguntiae episcopus obit[18], cuius sanctitas per Mar. multam miraculorum gratiam patuit.

1051. 12. 20. (21.)

Balduinus Flandrensis invaso Hagionensium comitatu contra imperatorem rebellat. Francia turbatur per Beren- A. Leod. garium Turonensem, qui asserebat eucharistiam, quam sumimus in altari, non esse revera corpus et sanguinem Christi, sed figuram corporis et sanguinis Christi. Unde contra eum et pro eo multum á multis et verbis et scriptis disputatum est.

1052. 13. 21. (22.)

Rex Ungarorum ab imperatore Heinrico dissentit; pro quo reconciliando Leo papa ad imperatorem venit; seu amicis V. Leon. discordiae interturbantibus, id frustra fuit. Leo papa Gerardum, Leucorum supra se quintum episcopum sanctitate vitae mirabilem, synodo habita per auctoritatem apostolicam decrevit in numerum sanctorum confessorum in aecclesia sollemniter habendum.

1053. 14. 22. (23.)

Balduinus comes terminos Lotharingiae incursans, Hoium opidum incendit. Godefridus iterum rebellat, A. Leod. quia, ducta uxore Bonefacii marchionis, iussu imperatoris á Langobardia excluditur. Gre- Humb.[19] cis in heresim multiformem declinantibus, auctore Michaele patriarcha Constantinopolitano et Leone Acridano Bulgarum archiepiscopo, Leo papa errores eorum redarguens, scribit contra eos librum firmis scripturarum testimoniis roboratum. Nicetas etiam monachus Constantinopolitanus, qui agnominabatur Pectoratus, scripsit contra Romanos librum plenum erroris et stultitiae, pretitulatum: *De Azimo, de sabbato, de nuptiis sacerdotum.*

1054. 15. 23. (24.)

Leo papa per epistolam ad imperatorem Constantinum scriptam animum eius sibi concilians, apocrisiarios suos, Humbertum ib. videlicet cardinalem episcopum Silvae candidae, Petrum Amalfitanorum archiepiscopum, Fridericum quoque septimum levitam et cancellarium, Constantinopolim dirigit ad confutandas Grecorum hereses, qui ut simoniaci donum Dei vendebant, ut Valesii hospites suos castratos etiam ad episcopatum promovebant, ut Arriani rebaptizabant Latinos baptizatos in nomine sanctae Trinitatis, ut Donatistae in sola Grecia orthodoxam esse aecclesiam iactabant, ut Nicholaitae nuptias sacerdotibus concedebant, ut Severiani maledictam dicebant legem Moysi, ut Pneumathomagi professionem Spiritus sancti a simbolo abscidebant, ut Nazareni Iudaismum observabant. Parvulos morientes ante octavum á nativitate diem baptizari, mulieres in partu vel menstruo periclitatas communicari, vel si paganae essent baptizari prohibebant; Latinos vocabant Azimitas, et eos nimis persequentes, eorum aecclesias clandebant; de fermentato sacrificabant; in filiis suis Romanam ecclesiam anathematizabant, eique ecclesiam Constantinopolitanam preponebant. Ab imperatore ergo benigne habiti, Nicetam monachum ante eum vicerunt, adeo ut librum, quem contra Romanos scripserat, anathematizaret et incenderet. Mi-

a) Viri — optinet *desunt* D. b) *totum annum praecedenti iungit* B3'

9) Kal. Ian. 1049. 10) d. 16. Iun. 1048. 11) d. 8. Iul. 1048. 12) d. 14. Iul. 1048. 13) vel potius ablatum, teste Herimanno Augiensi a. 1047. *cuius ducatum imperator Adalberto cuidam tradit.* cf. Stenzel II, 118. 14) mense Octobri. 15) consecratus d. 12. Febr. 1049. 16) mense Iulio. 17) d. 18. Iun. 1052. 18) die 11. Iun. 1051. 19) i. e. Humberti legatio, apud Baronium XI, 210. cf. pag. 198. Legit eam noster in codice S. Laurentii Leodiensis, iam Bruxell. 9706. saec. XI.

chaele patriarcha nolente eis colloqui, carta excommunicationis coram clero et populo super altare sanctae Sophiae posita, recedunt. Michael cartam ipsam corrumpens populoque legens, illos ab imperatore revocatos ad synodum absente imperatore convocavit, ut à populo lapidarentur. Quod imperatore prohibente, Michael commovit populum contra eum; sed convictus cartam excommunicationis falsasse, Michael omnesque sui à gratia et palatio imperatoris remoti sunt. Humbertus episcopus Silvae candidae haec descripsit, et scripta Nicetae monachi et Leonis Acridani Bulgarum archiepiscopi con-
Bald III, 68. 70. futavit; quae de Latino in Graecum translata, iussu imperatoris Constantini à Graecis recepta sunt. Heinricus imperator filio suo Heinrico puero quinquenni in regem sublimato Aquis[20], contra Balduinum proficiscitur. Qui Scaldim fluvium Balduino fugiente transiens, omnia depopulatur; et insuper apertis sibi Clausulae[21] portis, multam caedem inimicorum facit; et ultra progressus, Lantbertum comitem[22] Balduini satellitem cum multis perimit; multos etiam Flandren-
Mar. sium primates exercitum suum prosequentes concludit intra urbem Tornacum, et obsessos capit. Leo papa moritur[23].

1055. R. 16. F. 24.(25.)

ib. Gebahardus Eistedensis episcopus, qui et Victor, Romanae aecclesiae 149us presidet[24]. Anno ordinatur Coloniae archiepiscopus[25]. Imperatore in Italia constituto, milites eius Sclavis et Lutitianis bello congressi, multi capiuntur aut perimuntur. Balduinus Flandrensis cum Godefrido avunculum suum Fridericum ducem intra Andoverpum obsidet, sed concurrentibus Lotharingis, ab oppugnatione desistit. Cuius meriti Leo papa nonus apud Deum fuerit, cunctis patuit, cum multis ad sepulcrum eius Romae miraculis ostensis Deus eum clarificavit.

1056. 17. 25.(26.)

Victor papa in Gallias veniens, gloriose ab imperatore suscipitur; et eo presente, non
A. Leod. multo post imperator Heinricus moritur[26], et post eum filius eius Heinricus imperat annis 50[a].

1057. 1. 26.(27.)

27 Coloniae generali conventu habito[27], Balduinus et Godefridus mediante Victore papa ad gratiam regis et pacem reducuntur, et omnes bellorum motus sedantur.

1058. 2. 27.(28.)

In Fresonia captis ab imperatore Heinrico aliquibus castellis, Fresones á rebellione refre-
Mar. nantur. Paderbrunna Germaniae civitas combusta est cum maiori aecclesia. In monasterio autem monachorum Scottus quidam monachus, nomine Paternus, multo tempore reclusus, qui etiam hoc incendium sepe predixerat, propter propositum reclusionis exire nolens, se comburi passus est.

1059.(1060.) 3. 28.(29.)

cf. Mar. Fridericus, filius Gothilonis ducis, ex clerico sancti Lantberti septimus levita Romanae aecclesiae, quia exosus erat imperatori Heinrico pro odio fratris sui Godefridi ducis, post legationem Constantinopolitanam apud Casinenses monachus, et postea abbas factus, electione Romanorum Romanae aecclesiae 150mus presidet, alteratus nomine Stephani[28]. In pago Bracbatensi iuxta Tornacum multitudines colubrorum altrinsecus congregatae, prodigioso prelio inter se concurrunt; et multis utrinque occisis, victa pars fugiens in cavo arboris se abscondit, altera pars vincentium more insequens, cum sibilo circumstrepebat, donec circumiecto ab hominibus igne omnes concrematae sunt.

1060. 4. 29.(30.)

cf. Mar. Gerardus Florentiae episcopus, qui et Nicholaus, Romanae aecclesiae 151mus presi-
A. Leod. det[29]. Heinricus rex Francorum obit[30], Philippus filius eius post eum regnat annis 49[b].

1061. 5. 1.

Mar. Marianus chronographus[c] claret; qui à Scottia in Gallias veniens, Coloniae factus monachus, primo apud Fuldam, postea apud Moguntiam reclusus est.

1062. 6. 2.

Anno episcopus Coloniensis consilio primorum regni indigne ferentium, per Agnetem matrem imperatoris Heinrici regnum non viriliter gubernari, puerum violenter et industrie captum sub tutela sua accepit, et imperii regimen á matre eius amovit; et de hac re coram cunctis ratione reddita, gratiam domini sui imperatoris recepit, et per ipsum filium ad gratiam matris eius rediit. At imperatrix necessitatem vertens in voluntatem,

a) *in* 1. *primo fuit:* imperat annis , *loco numeri vacuo relicto; nil erasum. In hoc spatium manus alia coaeva postmodum inscripsit* quinquaginta, *quod et reliqui habent omnes. Unus* A. *verba* annis quinquaginta *omittit, unde apparet, ea in prima Sigeberti editione nondum extitisse.* b) *numerus utrum eadem manu, qua reliqua, fuerit scriptus, an postea suppletus, non iam certo apparet, quum ante duo fere saecula haec atramento superducto renovata sint, ut melius legerentur.* c) *ita* 1. C1. 3. heronografus D.

20) d. 17. Iulii. 21) Eclusc. sive Sluys. 22) Lensensem. 23) d. 19. Aprilis. 24) consecratus d. 13. Aprilis. 25) d. 3. Mart. 1056. 26) d. 5. Octobris. 27) mense Decembri 1056. 28) abbas electus fuit d. 24. Maii 1057; papa d. 2. Aug. 1057, mortuus d. 29. Mart. 1058. 29) electus d. 28. Decembr. 1058. 30) d. 29. Iun.

ut obstrueret os loquentium[a] de se iniqua, non solum honore regni, sed etiam onere seculi reiecto, Romae ad limina apostolorum se contulit[31], ibique usque ad finem vitae[32] omnibus bonis exemplo et miraculo fuit.

1063. R. 7. F. 3.

Hoc anno finitur magnus ciclus[a*] annorum 532, continens ciclos decennovennales 28, qui ad omnem rationem paschalis compoti omnino utilis, ab evo in evum in semet ipsum sine errore revolvitur. Sed hoc in eo reprehensibile esse videtur, quod annis dominicae incarnationis ei inconsiderate prescriptis, discordat á veritate euangelii in anno dominicae passionis, preferens 14. lunam Aprilis eo anno in prima feria fuisse; quod omnino falsum est, quia secundum fidem euangelii eo anno luna 14. Aprilis fuit in 5. feria, et in 6. feria luna 15. [8. Kal. Aprilis[b]] Dominus passus est. Exercitus multus á Galliis in Hispanias ad debellandos Saracenos proficiscitur; sed omni regione á Saracenis vastata, urgente fame inefficax revertitur.

1064. 8. 4.

Ciclus magnus annorum 532 bis á Christi nativitate exactus, tertio incipit. Alexander Lucensis episcopus Romanae aecclesiae 153us[c] presidet[33]. Contra quem Cadelo Parmensis episcopus papatum ambiens, magno scandalo ecclesiae fuit; quia longa inter eos concertatio etiam usque ad homicidia prorupit[d]. Mar. 33

1065. 9. 5.

Friderico duce mortuo, Godefridus ducatum recepit[34]. Herardus rex Anglorum obit, eique Araldus succedit. Multi usque ad septem milia orandi voto Hierosolimam petentes, ab Arabitis in parasceue in quodam castello obsessi sunt, et ita occisi aut vulnerati sunt, ut de septem et eo amplius milibus vix duo milia reversi sint. ib.

1066. 10. 6.

Cometes apparuit tota paschali ebdomada. Harwich rex Nortdanymbrorum[35] cum mille pene navibus venit in Angliam regnaturus, et in urbe Eburaci plus quam mille laicos, centum presbiteros de Anglis occidit. Cui Aroldus rex Anglorum cum septem legionibus superveniens, eum cum multis occidit. Interim Guillelmus comes Nortmannorum cum Francis Angliam intrat, et conserto cum Anglis prelio, Araldum, cum multis milibus perimit, et regnat in Anglia annis 26. [Obiit sanctus Tietbaldus, in Vincentia Venetiae urbe reclusus[e].] ib. V. Tietb.

1067. 11. 7. A. 1.

Cuono, qui et Conradus, primicerius Coloniensis, ab imperatore Heinrico ad suscipiendum archiepiscopatum Trevirorum missus, capitur á comite Trevirorum Deoderico, et á satellitibus eius in silva ductus, de rupe tertio precipitatur, et adhuc illesus, gladio transverberatur. Corpus eius foliis silvae optegitur; quod á rustico inventum ad villam defertur et sepelitur; inde á Deoderico Virdunensium episcopo transportatum ad Tolegium monasterium, multis statim miraculis á Deo glorificatur[36]. Romae duobus de papatu contendentibus, Mantuae synodus colligi- V. S. Conr.

a) lequentium 1. a*) *posthaec* dionisii *erasum in* 1. b) *add.* 18. *rell. praeter* A. c) *ita* 1. *rell.;* CLX.D. d) *Post haec erasis lineis duabus et dimidia, Anselmus rasurae inscripsit:* Domnus Herimannus, nobili Alemannorum prosapia procreatus, hoc anno suum compotum edidit, et famosissimam de naturali lunae discursu questionem subtilissime investigatam absolvit; qui á prima fere aetate á renibus deorsum contractus, et toto vitae suae tempore ambulandi usu privatus, quia hoc Dei flagellum patientissime tulit, et insuper ei gratias egit, absque humano magisterio in omni liberali scientia novus Dei dono philosophus apparuit. Erat autem moribus tranquillissimus, caritate diffusus, scientia, quod apud alios rarum est, benivolus, affabilis omnibus, pauperum cura sollicitus, virginitatis castitate integerrimus. *Leguntur eadem in* B3*. 4*. 4**. F1. 2. 3. *et ab alia manu margini inscripta in* B1.; *at desunt reliquis omnibus. Quare dubium esse non potest, quin Sigeberti non sint. Eorum loco* A. *habet, quae infra a.* 1067. *omittit:* Sed Mantuae collecta synodo, mediante Annone archiepiscopo Coloniense, Alexander se iureiurando de symonia expurgans, in sede apostolica subrogatur, Cadelo vero ut symoniacus repudiatur. *Haec igitur Sigebertus primo ediderat sub anno* 1064. *at in altera revisione ad a.* 1067. *transposuit. Ceterum in codice S. Laurentii Leod. nunc Brux.* 10563. *chart. s. XV, qui inter varia opuscula continet etiam Hermanni computum, huic superscripta haec leguntur:* Epylogus de vita domni Herimanni contracti. Anno d. i. 1061. agente sextum imperii annum Henrico quarto, domnus Herimannus valde nobili *etc. ut supra edidimus, usque ad* castitate integerrimus. Ego Henricus Wiziburgensis ecclesie a Dogeberto constructe monachus indignus, qui eum vidi et audivi, scire volentibus conscripsi. *Num hic est fons Anselmi?* e) *addit manus pulchra, fortasse Anselmi; rell. praeter* A., *qui ea iam sub anno praecedenti ita habet:* Obiit sanctus Tietbaldus heremita et monachus.

31) a. 1067, ut colligere licet ex Lamberto ad a. 1072. Die 6. Martii 1067. fuit adhuc cum filio Ratisbonae; cf. Hund Metrop. Salisb. I 245. 32) d. 14. Decbr. 1077. 33) consecratus 30. Sept. 1061. Cadelo Basileae electus fuit die 28. Oct. 1061. 34) Lotharingiae inferioris. cf. a. 1048. 1070. 35) *Araldus rex Nordmannorum* Marianus. 36) Occisus fuit a. 1064. secundum Marianum; Kal. Iun. 1066. secundum Vitam S. Conradi auctore coaevo Theoderico monacho Tholeiensi, in Actis SS. Iun. I. 127., ex qua haec omnia noster excerpsit. Quae autem sub insequenti anno narrat de Deoderico, neque ex Vita, neque ex Lamberto aliove auctore superstite sumsit. Apud Mariannm legebat: *Ipse comes penitentiam agens Ierosolimam pergens, vitam finivit, et omnes consentanei eius multi morte perierunt;* in Vita ante a. 1090. scripta: *naufragium passus, motus incurrit muris.* Idem Bernoldus tradit. Haec igitur opinio tunc plurimum vigebat, neque ignota fuerit Sigeberto, qui Vitam legit atque excerpsit. At considerans, de naufragio, quod nemo vidisse potest, credi quidem posse, sciri non posse, ipse laudabili circumspectione nil tradere voluit, nisi quod certum erat: *quid de*

tur[37]; et mediante Annone Coloniense archiepiscopo, Alexander se iureiurando de symonia expurgans, in sede apostolica subrogatur, Cadelo vero ut symoniacus repudiatur[a].

1068. R. 12. F. 8. A. 2.

Deodericus comes Trevirorum, de martyrizato Conone apud Deum et homines reus, exiliatur ab imperatore; et suscepta peregrinatione Hierosolimam eundi, quid de eo et de
Mar. omnibus, qui in comitatu eius pergebant, actum sit, adhuc nescitur. Hinc Francis, hinc Scottis Angliam infestantibus, Angli fame consumuntur, multi eorum etiam humanis carnibus vescuntur.

1069. (1070.) 13. 9. 3.

Fluminibus glaciali rigore constrictis, imperator Heinricus terram Lutitianorum ingressus, eos omnia cede prosternit, et terram nimium depopulatur.

1070. 14. 10. 4.

A Leod. Gerardus dux Mosellanorum moritur. Moritur etiam dux Godefridus Gerardo filius eius Deodericus, Godefrido succedit filius eius Godefridus Gimbosus, etsi corpore exiguus, tamen animo eximius. Ungari contra Salomonem regem suum rebellionem meditantur; sed terrore Heinrici imperatoris, cuius soror nupserat Salomoni, refrenantur.

1071. 15. 11. 5.

Treviris in aecclesia sancti Paulini confessoris in cripta subterranea invenitur corpus sancti Paulini, quod olim á Frigia, ubi exulaverat, reportatum ibi á Felice episcopo,[a*] catenis ferreis fuerat suspensum, et iuxta eum multa corpora sanctorum; ad dexteram scilicet eius, Palmatius consul et patricius Trevirorum; ad sinistram Tyrsus, unus de principibus Thebeae legionis, cum multis Thebeorum in hac urbe á Rictiovaro martyrizatus; ad caput septem senatores urbis, Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, et tres fratres Leander, Alexander, Sother; ad pedes Ormisda, Papirius, Constans, Iovianus. Et cum multi alii ibi iacerent, horum tantummodo nomina et tempus et dies passionis aureae litterae in pariete scriptae signabant; eosque omnes sub Rictiovaro passos fuisse docebant. Godefridus dux ulteriores Fresones bello aggressus, eos pene ad internecionem delet.

1072. 16. 12. 6.

Balduino iuniore Flandrensium comite defuncto[b], Rotbertus, frater eius, consensu Flandrensium contra Arnulfum fratruelem suum Flandriam occupat. Arnulfus cum Philippo Francorum rege occurrit patruo suo Rotberto; et pugna conserta, Arnulfus perimitur, Philippus rex fuga liberatur, et multis occisis, hinc Richildis, Arnulfi mater, illinc Rotbertus capitur; et altero pro altero relaxato, bellum inter eos vario eventu protrahitur.

1073. 17. 13. 7.

Mar. In hoc anno duobus magnis annis a 15. anno Tyberii cesaris revolutis, omnia secundum cursum solis et lunae concordant illi anno, quo baptizatus est Iesus Christus; id est 8. Idus Ianuar. die dominico epiphaniae, initium iciunii eius ib. in secunda feria, temptatio eius 15. Kal. Mart. in 6. feria. Hildibrandus archidiaconus Romanorum, qui et
39 Gregorius, Romanae aecclesiae 153us presidet [39]. Herimannus Leodicensis fit Mettensium episcopus. Duobus fratribus Russorum regibus de regno contendentibus, alter eorum á consortio regni pulsus, interpellat Heinricum imperatorem[40], se et regnum Russorum ei submittens, si eius auxilio regno restitueretur. Sed id frustra fuit; quia gravissima in imperio Romano orta dissensio monebat magis sua tueri, quam aliena adquirere. Saxones enim multis et magnis iniuriis et iniustitiis ab imperatore affecti, contra eum rebellant; ad quos debellandos imperator instanter intendit.

1074. 18. 14. 8.

cf. Sig. ep. de presb. coniug. Gregorius papa celebrata synodo symoniacos anathematizavit, et uxoratos sacerdotes á divino officio removit, et laicis missam eorum audire interdixit[c], novo exemplo, et ut multis visum est inconsiderato preiudicio, contra sanctorum patrum sententiam, qui scripserunt, quod sacramenta quae in aecclesia fiunt, baptismus scilicet, crisma corpus et

a Romae — repudiatur *desunt uni* A. *In* 1. *eadem, quo reliqua, exarata sunt et calama et atramento; neque in margine ibi additum quicquam, nec erasum.* a* *ita interpunxit* 1. b B. i. F. e. d. *desunt* B3*. 4*., *qui reliqua huius anni initia praecedentis collocant, praecedentes verba* Godefridus — delet *sub hoc anno ponunt.* c *sequentia huius anni desunt* B3*. 4*.

eo actum sit, adhuc nescitur. 37) cf. Stenzel Fränk. Kaiser II, 137. Giesebrecht Annales Altahenses, in appendice. E codicibus apparet, Sigebertum hanc synodum primum a. 1061. ascripsisse, deinde ad a. 1067. transposuisse. Omnino tamen in tempore rebus gestis ascribendo Sigeberti auctoritatem nullam esse, plurimis iam in locis vidimus; cf. a. 1092. 38) Lotharingiae inferioris, d. 21. Dec. 1069. 39) electus d. 22. Aprit., consecratus d. 29. Iunii. 40) Demetrius, anno 1075. inemte.

sanguis Christi, Spiritu sancto latenter operante eorundem sacramentorum effectum, seu per bonos, seu per malos intra Dei aecclesiam dispensentur, tamen quia Spiritus sanctus mistice illa vivificat, nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur, nec malorum peccatis attenuantur. Unde est: *Hic est qui baptizat.* Ex qua re tam grave oritur scandalum, ut nullius heresis tempore sancta aecclesia graviori scismate discisa sit, his pro iustitia, illis contra iustitiam agentibus; aliis á symonia non declinantibus, aliis notam avaritiae honesto nomine pretexentibus, dum hoc quod se gratis dare iactant, sub caritatis nomine vendunt, et ut de Montanis dicit Eusebius, sub nomine oblationum artificiosius munera accipiunt; porro continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam modo causa questus ac iactantiae simulantibus, multis incontinentiam periurio aut multipliciori adulterio cumulantibus; ad hoc hac oportunitate laicis insurgentibus contra sacros ordines, et se ab omni aecclesiastica subiectione excutientibus. Laici sacra misteria temerant et de his disputant; infantes baptizant, sordido humore aurium pro sacro oleo et crismate utentes: in extremo vitae viaticum dominicum et usitatum aecclesiae obsequium sepulturae a presbiteris coniugatis accipere parvipendunt; decimas presbiteris deputatas igni cremant; et ut in uno cetera perpendas, laici corpus Domini á presbiteris coniugatis consecratum sepe pedibus conculcaverunt, et sanguinem Domini voluntarie effuderunt, et multa alia contra ius et fas gesta sunt in aecclesia; et hac occasione multi pseudomagistri exurgentes in aecclesia, profanis novitatibus plebem ab aecclesiastica disciplina avertunt.

1075. R. 19. F. 15. A. 9.

Heinricus imperator Saxones gravissimo prelio vincit[41], eosque iterata expeditione perurgens, cunctos eorum principes, episcopos, duces, comites ceterosque potentes, ad deditionem coegit. A. Leod. Ungari contra imperatorem rebellant, regemque suum Salomonem regno deturbatum, sub diutina custodia excruciant. Deodninus episcopus Leodicensium obit, cui Heinricus vita et genere nobilis succedit. ib. Anno archiepiscopus Coloniensis obit[42], qui parochiam suam rebus et monasteriis a se fundatis ampliavit, inter quae preminet cenobium Sigebergense[a]. Mar.

1076. 20. 16. 10.

Gregorius papa totus in Heinricum imperatorem invehitur, et quoscunque potest ab eo verbis et scriptis avertit; animum etiam Agnetis matris ipsius ab eo alienat. Sicarius A Leod. in Fresonia Godefridum ducem perimit[b, 43]. Hoc anno, qui est 13. annus primi decennovennalis cicli in repetito magno anno Dionisii, duobus magnis annis á passione Domini revolutis, omnia quae ad cursum solis et lunae spectant, anno dominicae passionis concordant. Unde apparet, quod Dionisius non recte annos Domini ciclo suo annexuit. Quia enim ab anno Domini 532. ciclum suum orditus est, nimirum intendit, Christum fuisse natum anno secundo prioris magni anni; ac per hoc hic annus anno dominicae passionis concordans, debuisset esse magni cicli annus non 13. sed 33. quia is fuit annus passionis Domini. Et per hanc consequentiam solaris et lunaris cursus, concordantem euangelicae veritati, Dionisius posuit nativitatem Christi viginti uno annis tardius quam debuit. Gelu magnum á Kalendis Novembris usque ad aequinoctium vernale[c]. ib.

1077. 21. 17. 11.

Heinricus imperator coacto Wormaciae concilio 24 episcoporum et multorum primatum regni decerni iubet[44], omnia Mar. decreta et facta Hildibrandi[d] papae irrita esse debere; ibique omnes preter paucos Hildibrandum abiurant, eumque papatu abdicandum esse indicant. Hildibrandus econtra imperatorem Heinricum Romae excommunicat[45], sub hoc optentu, ut primates regni 45 quasi iusta ex causa excommunicato regi contradicant. Dominica palmarum circa horam sextam sereno celo stella apparuit. Principibus Saxonum, qui in deditione imperatoris erant, relaxatis per eos quibus commissi erant, Saxones rebellant instinctu Hildibrandi papae. Ipse papa occurrens imperatori in Langobardia, sub falsa eum pace absolvit[46]. Omnes enim qui prius Hildibrandum abinraverant, periurio periurium cumulantes, imperatorem abiu-

a) Deodninus — Sigebergense *desunt* D. b) *in rasura unius lineae* 1⁸. *ut videtur; rell. praeter* A. c) in medio Aprilis mensis *superscripsit alia manus aequalis. Ita legunt* B3'. C1. 2'. 3. 4'. *Posthaec deleta sunt quaedam, quae inter hunc et sequentem annum interposita fuerant.* A. *ea ita exhibet:* Godefridus dux in Fresonia a sicario perimitur d) Gregorium *ab hoc inde anno constanter vocat* B3'.

41) ad Unstruotam. d. 9. Iunii 1075. 42) d. 4. Dec. 1075. 43) Andoverpiae id perpetratum tradunt alii. 44) d. 24. Ianuar. 1076. 45) mense Febr. 1076 46) d. 28. Ian. 1077.

rant, et Rodulfum ducem Burgundionum super se regem statuunt[47]; corona ei á papa
Mar. missa, cui erat inscriptum: *Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulfo.* Hunc Sigifridus archiepiscopus Moguntiae in regem benedixit; et facta á Moguntinis seditione contra eos, Rodulfus cum archiepiscopo noctu aufugit. Hildibrandus papa omnes adversantes imperatori absolvit ab infidelitate et periurio. Imperator, Alpium aditibus contra se ubique munitis, omnes eorum insidias frustratus, statim per Aquileiam venit Radisponam[48], et Rodulfum adortus, eum fugere compulit, et iterata expeditione Sueviam depopulatur.

1078. R. 22. F. 18. A. 12.

Heinricus imperator Sueviam pervagatus, castella frangit, et omnia depopulando, inimicis suis formidinem, amicis addit fortitudinem, et multos, qui ex desperatione rerum á se defecerant, ad se retrahit. Herimannus episcopus, Hildibrando papae ad animam confederatus ac per hoc imperatori rebellis, Mettensi urbe pellitur.

1079. (1080.) 23. 19. 13.

Hoc tempore in oriente Turci super Arabes et Saracenos invaluerant, et Armeniam et Siriam incursantes, multas urbes et ipsam Antiochiam capiunt. Heinricus impera-
49 tor in pentecoste[49] conventu habito Moguntiae, decernit Hildibrandum á papatu esse deponendum; et Langobardiam petens[50], Guicbertum Ravennae archiepiscopum pro Hildibrando papam designat.

1080. 24. 20. 14.

Hildibrandus papa quasi divinitus revelatum sibi predixit, hoc anno falsum regem esse moriturum[51]. Et verum quidem predixit, sed fefellit eum de falso rege coniectura se-
A. Leod. cundum suum velle super Heinrico rege interpretata[a]. Rex enim Heinricus Saxonibus gravi orelio congreditur, et in congressu falsus rex Rodulfus cum multis Saxoniae principibus extinguitur[52]. Mo-
Mar. guncia magnum terraemotum persensit Kalendis Decembris.

1081. 25. 21. 15.

ib. Moguncia ex maxima parte incendio conflagravit. Magnus terraemotus cum gravi terrae mugitu factus est
A. Leod. 6. Kal. Aprilis prima hora noctis, portendens forte imminens malum, quod in toto orbe
ib. insonuit, et unde terra doluit et dolet. Heinricus enim imperator ad debellandum papam Hildibrandum Italiam petit; contra quem papa urbibus et castellis munitis, se ad rebellandum accingit, eumque Romam hostiliter adeuntem non recipit.

1082. 26. 22. 16.

Heinricus imperator expugnatis urbibus et castellis, quae contra se pro Hildibrando
ib. erant, Romam Leonianam obsidet. In Gallia[53] Herimannus, miles Herimanni episcopi, corona
54 sibi imposita[54], post Rodulfum in Saxonia tirannidem exercet. Marianus Scottus chronicam suam á Christi nativitate inchoatam usque ad hunc annum perduxit, qui erat aetatis suae annus 56. multum laborans corrigere errorem de annis Domini, qui invenitur in ciclo Dionisii; quod facile est videre, hinc positis ab eo annis Domini secundum ciclum Dionisii, altrinsecus autem secundum veritatem euangelii.

1083. 27. 23. 17.

ib. Heinricus imperator Roma Leoniana capta, Romam obsidet. Condicta inter imperatorem et papam die ad causam inter eos discernendam, cum pax dissimulante papa inter eos non conveniret, Romani et multi Italiae episcopi á papa desciscunt; qui fugiens ad Nortmannos se
55 contulit[55].

1084. 28. 24. 18.

ib. Romani imperatorem Heinricum urbe recipiunt[56]; et eorum iudicio Hildibrandus papa abdicatur, et Guicbertus Ravennarum archiepiscopus in sedem apostolicam intronizatus[57] Clemens nominatur; his qui pro imperatore erant, contendentibus, iuste Hildibrandum esse depositum tanquam maiestatis

a) Hildibrandus — interpretata *desunt* B4*. 4**.

47) d. 15. Mart. 1077. 48) mense Maio. 49) d. 12. Maii. 50) vel potius Brixinam, d. 25. Iun. 1080. 51) Gregorius VII. ipse scripsit episcopo Tridentino (Eccard. II, 176.): *Festum beati Petri non prius transeundum, quam in cunctorum notitia certissime clareat, illum iustissime esse excommunicatum.* Bonizo, totus Gregorio VII. deditus: *In secunda feria post pasca apud S. Petrum, cum regem excommunicasset, adiecit: Omnibus vobis notum sit, quod si usque ad festivitatem S. Petri Henricus non resipuerit, mortuus erit aut depositus. Quodsi hoc non fuerit, mihi credi amplius non oportet.* (Oefele SS. Boic. I, 819.) 52) d. 15. Oct. 1080. 53) Rhenana. 54) Goslariae, d. 26. Dec. 1081. Electus fuerat d. 9. Aug. 1081. 55) a. 1084. 56) d. 21. Mart. 57) d. 24. Mart.

reum, qui contra imperatorem alium regem ordinaverit, et rebellandi audaciam adsumpserit; his autem qui contra sentiebant, reclamantibus, universalem papam non universali concilio, paucorum iudicio, laicali censura, imperiali potentia, non posse á pontificatu amoveri; et quod gravius est, in loco viventis episcopi aliquem suffectum contra canonicam auctoritatem agere; et cetera id genus[a]. Heinricus rex patricius Romanorum constituitur, et á Clemente in imperatorem benedicitur[b. 58]. A. Leod.

1085. R. 29. F. 25. A. 19.

Heinricus imperator Mogunciae regali et synodali conventu coacto[59], exigit ab omnibus, 59
ut Hildibrandi depositionem et Guicberti ordinationem subscripto approbent. Cui aliqui manu et ore faventes, corde tamen Hildibrando adherebant. Herimannus Mettensis, sibi absenti abiudicato episcopatu, iterum urbe pellitur. Imperator in episcopatu Mettensi unum et alterum mercennarium supposuit, sed oves Christi non audierunt vocem alienorum. Imperator Saxones aggreditur[60]; illi pacem petunt et impetrant, pacti ut ib.
omnibus pro hac rebellione proscriptis sua restituantur. Quod quia factum non est, iterum rebellant[61], incentore pre cunctis Egberto comite, imperatoris consanguineo. Gualcherus ex clero sancti Lantberti in Anglia episcopus, Anglorum odiis innocens impetitur, et in celebrando missam ab eis quasi alter Stephanus papa martirizatur. Hildibrandus papa apud Salernum exulans, moritur[62]. De hoc ita scriptum repperi: *Volu-* 62
mus vos scire, qui aecclesiasticae curae solliciti estis, quod domnus apostolicus Hildibrandus nunc in extremis suis ad se vocavit unum de 12 *cardinalibus, quem multum diligebat pre ceteris, et confessus est Deo et sancto Petro et toti aecclesiae, se valde peccasse in pastorali cura, quae ei ad regendum commissa erat, et suadente diabolo contra humanum genus odium et iram concitasse, postea vero sententiam quae in orbe terrarum effusa est, pro augmento christianitatis cepisse dicebat. Tunc demum misit predictum confessorem suum ad imperatorem, et ad totam aecclesiam, ut optaret illi indulgentiam, quia finem vitae suae aspiciebat. Et tam cito induebat se angelicam vestem, et dimisit ac dissolvit vincula omnium bannorum suorum imperatori et omni populo christiano, vivis et defunctis, clericis et laicis; et iussit suos abire de domo Deoderici, et amicos imperatoris ascendere.*

1086. 30. 26. 20.

Saxones urbem Wirziburch obsidentes, ut episcopum ipsius Alberonem á civibus expulsum restituant sedi suae, Heinricus imperator aggreditur. Sed exercitus eius divinitus exterritus cessit, et ceciderunt ex eis plus quam 4 milia, á parte Saxonum 14 tantum occisis[63]. Nimia aquarum inundatio multis in locis damno et periculo fuit. In Italia 63
tanta diluvies fuit, ut rupes liquore aquarum dissolutae, plures villas ruina sua exterminarent. Casinensium abbas Desiderius, qui et Victor, contra Clementem fit papa, sed dissenteria dissolutus, non multo post moritur[64]. Anselmus Lucensis episcopus, Hildibrandi papae cooperator indefessus, apud Mantuam exulans moritur[65]; qui in Hiere- 65
miam et in Psalmos tractatus edidit, et doctrinam Hildibrandi libro luculento confirmavit; cuius sanctitas miraculis declarata est. Domesticae aves, pavones, gallinae et anicae, á domibus se extraneantes, fiunt silvaticae.

1087. 31. 27. 21.

Inter imperatorem et Saxones vario eventu plus vice simplici pugnatur. In Italia Vene- Transl. S. Nic. 66
tianis meditantibus auferre corpus sancti Nicholai á Myrea Lyciae á Turcis desolata, preoccupaverunt eos Varenses cives

a) his qui pro — genus *desunt* D. b) *Hic in* 1. *cum quaternione, quem integrum scripsit, desinit manus secunda. Sequentem duernionem exaravit tertia, perpulchra.*

58) d. 31. Mart. 58) d. 4. Mai. 1085. 60) incunte Iulio. 61) Septembri. 62) 25. Mai. Sequens epistola falsa quidem est, nec tamen a Sigeberto ipso efficta; nam legitur quoque apud Florentium Wigorniensem ad a. 1084. (ubi initio deest: *Volumus v. s. q. e. c. s. estis,* in fine additur: *teste Moguntino archiepiscopo; nec multo post obiit*). A nostro igitur non sumsit Florentius. Utrique notam fuisse credo non ex libro quodam, sed eo modo quo multa talia vulgata et propagata videmus illis temporibus, ut vacuo codicis cuiusdam spatio inscripta cum hoc servarentur, propagarentur; quo modo tot decreta pontificum, epistolas varias, leges, notitias de bellis sacris etc. servatas habemus. Eodem modo primae paginae inscripta legitur eadem epistola in codice Musei Britannici Cotton. Nero C. v. qui iam s. XI. esse perhibetur. cf. Archiv. VII, 73. 63) d. 11. Aug. 1086. 64) d. 24. Maii 1086. electus, moritur d. 16. Sept. 1087. 65) d. 19. Mart. 66) auct. Iohanne archidiacono Barense, in Mosandri append. ad Surium p. 399.

numero 47, et ab Antiochia Myream venientes, á 4 monachis tantum ibi inventis extorserunt sibi ostendi tumbam sancti; qua effracta, ossa sancti in olei liquore natantia integro numero extraxerunt, et Varim cum gloria attulerunt. Facta est haec translatio anno 745. á depositione sancti Nicholai. Pisces in aquis moriuntur [a].

1088. R. 32. F. 28. A. 22.

In Hyspania rex Galliciae Amful Saracenos fortiter debellat, et Toletum, maximam eorum urbem, per aliquot annos obsessam tandem expugnat, et cultum christianitatis in ea dilatat. Odo ex monacho Cluniacensi episcopus Ostiensis, contra imperatorem et cf. Ep. Sig. Guicbertum fit papa, et Urbanus nominatur [b. 67]. Hinc in aecclesia scandala et in regno augescunt discidia, dum alter ab altero dissidet, dum regnum et sacerdotium dissentit, dum alter alterum excommunicat, alter alterius excommunicationem aut ex causae aut ex personae preiudicio despicit; et dum alter in alterum excommunicandi auctoritate magis ex suo libitu, quam ex iustitiae respectu abutitur, auctoritas illius, qui dedit potestatem ligandi ac solvendi, omnino despicitur. Nimirum, ut pace omnium bonorum dixerim, haec sola novitas, ne dicam heresis, necdum in mundo emerserat, ut sacerdotes illius, qui dicit regi apostata, et qui regnare facit ypocritam propter peccata populi, doceant populum, quod malis regibus nullam debeant subiectionem, et licet ei sacramentum fidelitatis fecerint, nullam tamen fidelitatem debeant, nec periuri dicantur, qui contra regem senserint; immo qui regi paruerit, pro excommunicato habeatur, qui contra regem fecerit, á noxa iniustitiae et periurii absolvatur.

1089. (1090.) 33. 29. 23.

A. Leod. Coloniae post Siguinum Herimannus ordinatur archiepiscopus [68]. Godefrido [69], Godefridi Gimbosi ex ib. sorore nepoti, tandem datur ducatus Lotharingiae. Annus pestilens, maxime in occidentali parte Lotharingiae; ubi multi, sacro igni interiora consumente computrescentes, exesis membris instar carbonum nigrescentibus, aut miserabiliter moriuntur, aut manibus et pedibus putrefactis truncati, miserabiliori vitae reservantur, multi vero nervorum contractione distorti tormentantur.

1090. 34. 30. 24.

70 Heinricus imperator ad debellandos adversantes sibi Italiam reppetit [70]. Herimannus tyrannus á Saxonia Lotharingiam repetens, ad concitandos regni motus laborat. Qui dum muro castelli cuiusdam incaute approximat, iacto de turri saxo in capite percutitur, et moritur [71]. Mettis corpus sancti Clementis, primi episcopi ab apostolis illic ordinati, inventum levatur. Herimannus episcopus permissu imperatoris á Mettensibus urbe receptus, dum post prandium liberaliter celebratum in lecto se reclinasset, mortuus invenitur [c. 71*]. In Saxonia Egbertus comes, dum fideles imperatoris bello insequitur, et ipse perimitur. Sterilitas frugum terrae augescit, et fames paulatim irrepit.

1091. 35. 31. 25.

ib. Heinricus imperator in Italia castella et munitiones adversantium sibi expugnat, Mantuam quoque obsidet et capit [72]. Bonae memoriae Heinricus Leodicensium episcopus, amator pacis et religionis obit [73], eique Otbertus ex clero eiusdem aecclesiae succedit.

1092. 36. 32. 26.

71 Guilelmus rex Anglorum, vir singularis censurae et severitatis, obit [74]. Guilelmus filius eius succedit. Incentoribus Saxonici belli omnibus pene peremptis, Saxones pertesi malorum, composita inter se pace quiescunt ab omni motu bellorum. Westfali Fresoniam aggressi, omnes pene á Fresonibus perimuntur [d. 75].

1093. 37. 33. 1.

Conradus filius imperatoris Heinrici in Italia se ad patris sui adversarios contulit; et multis se á patre ad filium vertentibus, haec res priores patris victorias multum offuscat, et vires eius attenuat. Iaculum ignitum á meridie ad aquilonem per caelum ferri visum est Kalendis Augusti, prima hora noctis.

1094. 38. 34. 2.

ib. In Gallia et Germania gravis hominum mortalitas facta est. In Italia illi, qui se ad imperato-

a) *Posthaec in* 1. *inter hunc et sequentem annum quaedam inscripta erant, iam erasa.* b) *Sequentia huius anni omnia desunt* B3*. C4*. c) Herimannus — invenitur *desunt* D. d) Westfali — perimuntur. *desunt* D. *Totus annus deest* A.

67) d. 12. Mart. 68) d. 25. Iul. 69) de Bullonio, filio Idae comitissae. 70) m. Mart. 71) m. Sept. 1088. teste Bernoldo. 71*) d. 4. Maii 72) d. 10. April. 73) d. 31. Maii. 74) a. 1087. 75) d. 21. Iul.

rem ab hostibus eius transtulerant, eo ad Galliam[76] reverso, omnes pene ad hostes eius rursum transeunt, et munitiones ab eo expugnatas contra eum muniunt. 76

1095. R. 39. F. 35. A. 3.

Fames diu concepta validissime ingravatur, et fit annus calamitosus, multis fame laborantibus et pauperibus per furta et incendia ditiores graviter vexantibus. Cum valido ventorum turbine etiam terraemotus factus est media nocte, 4. Idus Septembris. Rex Anglorum á fratribus suis bello sollicitatur in Normannia et Anglia. In multa terrarum parte pridie Nonas Aprilis circa diluculum stellae perplures simul de caelo in terram cecidisse visae sunt; inter quas unam maximam labi in terra cum quidam in Francia stuperet, et notato loco ubi labi visa est, cum aquam ibi fudisset, fumum cum fervoris sono inde exire magis stupuit. Heinricus comes Lovaniensis perimitur. In comitatu Namucensi panem subcinericium quasi sanguine infectum vidimus. Rex Ungarorum moritur[a]. Urbanus per Burgundiam et Franciam habitis conciliis, Hildibrandi decreta renovat et confirmat; Philippum regem Francorum, qui vivente uxore sua superduxerat alterius viventis uxorem, excommunicat. A Leod. ib.

1096. 40. 36. 4.

Eclipsis lunae facta est 3. Idus Februarii. Rursus 7. Idus Augusti eclipsis lunae facta est. Occidentales populi, dolentes loca sancta Hierosolymis à gentilibus profanari, et Turcos etiam terminos christianorum iam multa ex parte invasisse, innumerabiles una aspiratione moti, et multis signis sibi ostensis, alii ab aliis animati, duces, comites, potentes, nobiles ac ignobiles, divites et pauperes, liberi et servi, episcopi, clerici, monachi, senes et iuvenes, etiam pueri et puellae, omnes uno animo, nullum ullo angariante, undique concurrunt, ab Hispania, á Provintia, ab Aquitania, á Britannia, á Scottia, ab Anglia, á Normannia, á Francia, á Lotharingia, á Burgundia, á Germania, á Langobardia, ab Apulia et ab aliis regnis; et virtute et signo sanctae crucis signati et armati, ultum ire parant iniurias Dei in hostes christiani nominis. Et quanto quisque hactenus ad exercendam mundi militiam erat pronior, tanto nunc ad exercendam ultro Dei militiam fit promptior. Firmissima pace interim ubique composita, et primo Iudeos in urbibus, in quibus erant, aggressi, eos ad credendum Christo compellunt; credere nolentes bonis privant, trucidant, aut urbibus eliminant. Aliqui post ad Iudaismum revolvuntur. Eminebant in hoc Dei hostico dux Lotharingiae Godefridus et fratres eius Eustatius et Balduinus, Balduinus comes Montensis, Robertus comes Flandrensis, Stephanus comes Blesensis, Hugo frater regis Francorum, Rotbertus comes Normanniae, Reimundus comes de Sancti Egidii, Boiamundus dux Apuliae. ib.

1097. 41. 37. 5.

Cometes in occidente apparuit tota prima ebdomada Octobris. Nimia aquarum inundatione autunnalis satio impeditur, et sterilitas frugum terrae sequitur. Exercitus Dei aggressus terminos paganorum, viriliter agit; primumque eis fuit bellum ad pontem Pharphar fluminis, 9. Kal. Martii, ubi multi Turcorum occisi sunt[77]. Secundum eis fuit bellum apud Niceam, 3. Nonas Martii[78], in quo etiam pagani victi sunt. Capta ergo Nicea, capta etiam Laodicia, cum essent plus quam trecenta milia armatorum in exercitu christianorum, tanta eis omnium rerum suppetebat copia, ut aries uno nummo, bos vix 12 nummis venderetur. ib. 77 Ep. crucif.[79]

1098. 42. 38. 6.

Obsessa Antiochia in tantum attenuati sunt christiani propter omnium rerum penuriam, ut in toto exercitu vix centum boni equi invenirentur. Et tamen quamvis ex desperatione rerum multi se subtraxerint, multi etiam repatriaverint, nono obsidionis mense capta Antiochia, christiani á paganis versa vice obsessi, tanta fame afflicti sunt, ut vix aliqui ab humanis carnibus se abstinerent. Sed confortati à Deo per inventam ipsius lanceam, á tempore apostolorum non visam, ipsa lancea eos precedente, obsessi obsessoribus concurrerunt 4. Kal. Iulii, et hoc tertio bello victoriam adepti sunt. Quartum bellum fuit eis in Romania Kalendis Iulii, et ibi Turci victi sunt[80]. Commissa Antiochia duci Boiamundo, christiani propter vitandum tedium et famem, et maxime propter discordias principum, proficiscuntur in Syriam, et expugnatis Marra et Barra urbibus Saracenorum et multis regionum castellis, tanta ibi rursum fame afflicti sunt, ut corpora Saracenorum iam fetentia comedere compulsi sint. Cuonradus Vultraiectensis episcopus feria 4. pascae post missam á se celebratam à quodam suorum in domo sua perimitur[b. 81]. Mul- ib. 80 A Leod.

a) R. U. m. *desunt* B3'. C4'. b) Cuonradus — perimitur *desunt* D.

76) i. e. Germaniam ut 1020. 1056. 77) hoc falsum; cf. Hirsch 130. 78) errat Sigebertus; factum mense Maio. HIRSCH. 79) ad verbum desumpta ex epistola cruciferorum ad Paschalem papam a. 1100. data, apud Dodechinum a. 1100. cf. Ekkehard a. 1098. 80) *Quartum — sunt* de suo addidit Sigebertus; sed falsa sunt. HIRSCH. 81) d. 13. April. 1099.

tis in locis 5. Kal. Octobris caelum quasi ardere visum est nocturno tempore, et secuta est gravis animalium pestilentia, et segetes nimio imbre et aurugine corruptae sunt.

1099. (1100.) R. 43. F. 39. A. 7.

(A Leod.) Ep. crucif. Coloniae post Herimannum Fridericus ordinatur archiepiscopus[a. 82]. Exercitus Dei divino monitu in interiora Syriae profectus, larga Dei manu refocillatus est, quia cives et castellani illius regionis legatos cum multis donariis premittebant, parati etiam opida vel urbes eis tradere. A quibus christiani securitate accepta, et indicto urbibus tributo, interim etiam multis eorum, qui se subtraxerant, ad eos apud Tyrum recurrentibus, tandem perveniunt Hierusalem. Eaque obsessa, cum laborarent pre victus et maxime pre aquae inopia, omnes ex communi decreto nudis pedibus cotidie orando circuibant urbem. Octavo ergo talis humiliationis die, ohsidionis autem die 39. capta est Hierusalem, Id. Iulii in 6. feria; et in templo Salomonis et in porticu eius christiani cum paganis quinto bello conserto, tanta in eis cede debaccati sunt, ut in sanguine occisorum equitarent usque ad genua equorum. Cum ordinatum esset, qui Hierusalem deberent retinere, principibus iam de patriando agentibus, ecce rex Saracenorum ad debellandos eos venit Ascalonam, cum centum milibus equitum et quadringentis milibus peditum. Quibus cum occurrisset exercitus Domini, in quo non plus quam 5 milia equitum et 15 milia peditum erant, Deo pro servis suis ad se clamantibus pugnante, et nube eos ab estu solis defendente, Saraceni solo christianorum impetu territi, omnes proiectis armis fugerunt. Et in hoc sexto
83 bello 4. Kal. Augusti facto[83] caesa sunt centum milia paganorum; in porta vero Ascalonae suffocati sunt ad duo milia; at eorum qui in mari perierunt, et qui inter spineta silvarum consumpti sunt, numerus nescitur. Duce Godefrido electo ad principandum remanentibus in Hierusalem, ceteri principes repatriant. Capta est autem Hierusalem post annos circiter 460, ex quo sub Eraclio imperatore secunda vice capta, possessa est á Saracenis[b]. Sanctus Guicbertus in cenobio Gemmelacensi á se fundato ad sepulchrum suum magnis clarescit miraculis[c].

1100. R. 44. F. 40. A. 8. H. 1.

Guicbertus et Urbanus, qui de papatu Romano contendebant, moriendo finem faciunt suae contentionis[84]. Ragineruș, qui et Paschalis, Romanae aecclesiae 158[us] presi-
85 det[85]. Guilelmus rex Anglorum moritur, eique succedit in regno frater eius Heinricus. Godefridus dux Lothariensium et princeps Hierosolimitanorum moritur[86]. Balduinus frater eius in principatu ei succedit[d].

1101. 45. 41. 1. 1.

87 Conradus filius Heinrici imperatoris adhuc patri rebellis, in Italia moritur[87]. Heinricus imperator Heinricum Lemburgensem adversantem sibi debellat, et expugnatis eius castellis, eum ad deditionem cogit. Sed imperator ei multa summa gratiam suam redimenti, etiam ducatum Lotharingiae donat.

1102. 46. 42. 2. 2.

Rotberto Flandrensium comite inquietante urbem Cameracum, Heinricus imperator contra eum proficiscitur; et aliquibus eius castellis expugnatis, asperitate instantis hiemis redire compellitur.

1103. 47. 43. 3. 3.

Heinricus imperator sedatis Saxonum motibus, pacem in quadriennium constituit[e. 88]. Leggiae generali conventu habito, Robertus comes Flandrensis in gratiam imperatoris reci-
89 pitur[89].

1104. 48. 44. 4. 4.

Hierosolimitae Accaron urbem capiunt.

1105. 49. 45. 5. 5.

Hierosolimitae innumerabilem paganorum multitudinem gloriosa victoria conterunt. Filius
90 imperatoris Heinrici á patre aversus[90], quosquos potest ab eo avertit, et sub optentu meliorandae rei publicae et restaurandae aecclesiae, in eum insurgit[f]. Excerptum epistolae directae Heinrico imperatori á Guarnero principe Anchonitano: *Quidam Romanae aecclesiae clerici, qui pro religiosis et sapientibus habebantur, qui etiam Hildibrando papae, Odardo et Rainero familiariter adheserant, relicta illorum secta, quam erroneam esse tandem intellexerant, ad satisfactionem sanctae aecclesiae venerunt. Huius rei maxima causa fuit, quia Rainerum papam pollutum esse symoniaca heresi pro certo compertum habebant. Infamabatur enim publice ipse Rainerus, quod dum fuisset abbas Sancti Lau-*

a) C. p. H. F. o. a. *desunt* C4°. D. b) Capta — Saracenis *desunt* A. c) Sanctus — miraculis *desunt* A. B1. 5. C1. 2°. 3. 4°. D. *In codice* 1. *eadem manu exarata sunt, qua reliqua.* d) moritur, post quem frater eius Balduinus principatur A. e) Heinricus — constituit *desunt* D. f) *Sequentia huius anni omnia desunt* B1. C1. 2°. 3. 4°. 5. D. E. *erasa sunt in* B5. *adsunt in* 1. A. B3°. 4°. 4°°. F1. 2. 3.

82) d. 23. Aug. 83) potius prid. Id. Aug. 84) Urbanus II. obiit d. 29. Iulii 1099. Guibertus mense Sept. 1100. 85) electus d. 13. Aug. 1099. 86) d. 15. Iul. 87) mense Iulio 1102. 88) Moguntiae, d. 6. Ian. cf. Mon. Legg. II, 60. 89) d. 29. Iun. 90) d. 12. Dec. 1104.

rentii, prioratum eiusdem aecclesiae vendiderit cuidam monacho 20 *solidis; quod ipse diffiteri non potuit. Infamabatur etiam, quod post Odardum ambiens papatum, promiserit pacto et sacramento Gregorio comiti Tusculanensi et filio eius Theodolo et Petro de Columna, se daturum eis centum libras denariorum Papiensium, et unciam confessionis, et tres Romanae aecclesiae curias, scilicet Nimpham, Ziberam, Arithiam, si assentirentur eius electioni; et ita electus, dederit in hac summa solvenda calicem aureum aecclesiae et purpuream planetam; reliquum vero summae solverit pro eo Petrus Leonis et Albertus Stephani; libram etiam auri dederit scriniario. Ob hoc Romani se subtrahentes ab eius communione, factis inter se conciliis cum episcopis et cardinalibus, monebant eum, ut de tanta infamia se sponte purgaret. Quod dum Rainerus ferret indigne, et se magis ad furorem quam ad satisfactionem accenderet, et accusatoribus tormenta et mortem intentaret, Romani eum vere hereticum et scismaticum protestantes, protulerunt in eum sententiam iustae damnationis. Preminebat inter Romanos quidam Maginolfus archipresbiter, qui quia erat laudabilis vitae, et in utraque scientia adprime eruditus, longo tempore prelatus Romano clero, diligebatur á cuncto Romano populo, tamquam pater á filiis. Cum etiam hic zelo Dei accensus contestaretur publice, Rainerum esse hereticum, tunc vero omnes fere Romani conclamabant, Rainerum ut symoniacum esse deponendum, Maginolfum vero ut veritatis testem esse substituendum in sede apostolica. At Maginolfus, et insidias hominum et onus apostolici honoris fugiens, in munitissimum locum se contulit. Berto vero, caput et rector Romanae militiae, quasi causa audiendi verbi vitae ad eum accedens cum expeditione cleri et populi, eum inde extraxit, et ad Warnerum principem Anconae in Tiburtinam urbem adduxit; et sic electus, 4. Non. Novembris*[91] *in sedem apostolicam promotus et Silvester* 91
quartus appellatus est. Pascalis papa interim transiens ad Gallias, exercet synodales causas, et non apparente nota simoniae á Romanis sibi iniuste iniecta, honoratur apostolica dignitate. At Maginolfus invasionis reus, non multo post reprobatur á Romanis, et fama nominis eius evanuit.

1106. R. 50. F. 46. A. 6. H. 6.

4. Non. Februarii stella per diem visa est in caelo, ab hora tertia usque ad horam nonam, quasi cubito distans á sole. 2. Idus Februarii apud Barum Italiae stellae visae sunt in caelo per diem, nunc quasi inter se concurrentes, nunc quasi in terram cadentes. Toto pene mense Februario cometes apparuit[a]. Heinricus filius imperatoris, contra ius naturae et fas legum in patrem insurgens, quam indigne eum tractaverit, declarat epistola ex ore ipsius patris scripta ad Philippum regem Francorum[b. 92]: *Princeps* 92
clarissime, et omnium, in quibus post Deum speramus, amicorum nostrorum fidelissime, primum et precipuum[c] *inter omnes vos excepi, cui conqueri et deplorare calamitates et omnes miserias meas necessarium duxi, etiam genibus vestris advolvi, si liceret salva maiestate imperii. Primum quidem est, quod non solum nobis, sed etiam totius christianae professionis omnibus gravissimum et intolerabile arbitramur, quod de illa apostolica sede, unde usque ad memoriam nostri temporis salutifer fructus consolationis, dulcedinis et salvationis animarum oriebatur, modo persecutionis, excommunicationis et omne perditionis flagellum in nos emittitur, nec ponunt ullum modum sententiae, tantum ut satisfiat voluntati indiscretae. Huius voluntatis suae intemperantia adeo usque nunc abusi sunt in me, ut nec Deum, nec quid aut quantum mali inde proveniat pensantes, per se et per suos omnimodis invehuntur*[d] *in me, cum obedientiam et omnem debitam subiectionem sepe obtulerim apostolicae sedi, si tamen reverentia et honor debitus, sicut antecessoribus meis, ab apostolica sede exhiberetur et mihi. Quid autem intendant, oportunius ipse significabo vobis, si quando optati colloquii copiam Deus dederit nobis. In hac igitur persecutionis et odii inflammatione cum parum viderent se proficere, contra ipsum ius naturae laborantes, quod sine*

a) 4. Non. — apparuit *desunt* D. b) *sequens epistola deest* C2*. D. c) precipium 1. d) *ila* 1. *rell.*

91) a. 1100. 92) Hanc epistolam publicarunt etiam Urstisius SS. I, 396., Eccard. corp. historic. II, 222., et ex Urstisio Baronius ad a. 1106. Ob argumenti similitudinem adiiciamus, quae Martene coll. I, 609. edidit ex codice quodam Stabulensi: *Versus Heinrici imperatoris ad filium suum.*

Sum quoniam pauper, non est me vilior alter.
Heu mihi! quid faciam? quo me vertam? cui credam?
Suevulus et Saxo concedunt nunc tibi falso,
Perfida gens vere, per quam multi periere.
Quod si depellor, et tu pelleris, et error
Peior erit primo. Mi fili dulce, caveto!

maximo cordis dolore, sine multis lacrimis dicere non valeo, et quia dicitur vehementer contremisco, filium meum, meum inquam Absalon dilectissimum, non solum contra me animaverunt, sed etiam tanto furore armaverunt, ut in primis contra fidem et sacramentum, quod ut miles domino iuraverat, regnum meum invaderet, episcopos et abbates meos deponeret, inimicos et persecutores meos substitueret, ad ultimum, quod maxime vellem taceri, aut si taceri non potest, vellem non credi, omnem naturae affectum abiciens, in salutem et animam meam intenderet, nec pensi quicquam haberet, quocumque modo vel vi vel fraude ad hanc periculi et ignominiae suae summam aspiraret. In hac tanta mali sui machinatione, cum essem in pace et in aliqua salutis meae securitate, in ipsis dominici adventus sanctissimis diebus in locum qui Confluentia dicitur, ad colloquium evocavit me, quasi de communi salute et honore filius tractaturus cum patre. Quem ut vidi, ilico ex paterno affectu tactus intrinsecus dolore cordis mei ad pedes suos procidi, admonens et obtestans per Deum, per fidem, per salutem animae, ut si pro peccatis meis flagellandus eram á Deo, de me ipse nullam maculam conquireret animae, honori et nomini suo; quia culpae patris vindicem filium esse nulla divinae legis unquam constituit sanctio. At ille iam pulchre, immo miserrime institutus ad malitiam, quasi abhominabile et execrabile[a] *scelus coepit detestari; procidens et ipse ad pedes meos, de preteritis coepit veniam precari, in reliquum ut miles domino, ut patri filius, cum fide et veritate per omnia se michi obauditurum cum lacrimis promittere, si solummodo sedi apostolicae vellem reconciliari. Quod cum promptissime annuissem, et deliberationi suae et consilio principum in hoc totum me mancipandum promisissem: in presenti nativitate se perducturum me Moguntiam, et ibi de honore et reconciliatione mea quam fidelius posset se acturum, et inde in pacem et securitatem me reducendum promisit, in ea veritate et fide, qua patrem á filio honorari et filium á patre precipit Deus diligi. Hac promissione, quae etiam gentili observanda est, securus, illorsum ibam, et filius meus aliquantulum precesserat me; cum quidam fideles mei occurrentes, verissime affirmabant, me deceptum et proditum sub falsa pacis et fidei sponsione. Revocatus autem filius meus, et iterum instantissime á me admonitus, sub eiusdem fidei et sacramenti obtestatione animam suam pro anima mea fore promisit, iam secunda vice. Cum ergo ad locum qui Binga dicitur, pervenissemus, iam existente die Veneris ante nativitatem, numerus armatorum suorum iam satis augebatur, iam fraus ipsa detegi videbatur. Et filius ad me: „Pater,“ inquit, „nobis cedendum est in vicinum castellum; quia nec episcopus Moguntinus in civitatem suam admittet vos, quamdiu in banno eritis, nec vos inpacatum et inreconciliatum audeo ingerere inimicis vestris. Illic nativitatem cum Dei honore et pace agetis*[b]*; quoscunque placuerit vobis, vobiscum habeatis. Ego interim quanto instantius, quanto fidelius potero, pro nobis utrisque laborabo, quia causam vestram esse meam estimo.“ At ego „Mi,“ inquam, „fili, testis et iudex sermonum et fidei adsit inter nos hodie Deus, qui quomodo te in virum perfectum et heredem meum produxerim, quantis laboribus et tribulationibus meis honori tuo inservierim, quot et quantas inimicitias pro te habuerim et habeam, solus est conscius.“ Ille autem iterum iam tertio, sub eiusdem fidei et sacramenti obtestatione, si ingrueret occasio periculi, caput suum pro capite meo fore promisit michi. Sic postquam clausit me in eodem castello, quia omnia in corde et*[c] *corde erat locutus, manifeste ostendit rei eventus. Ex omnibus meis ego quartus sum inclusus; nec admitti potuit quilibet alius. Custodes deputati, qui vitae meae erant atrociores inimici. Benedictus per omnia Deus, exaltandi et*[d] *humiliandi quemcunque voluerit rex potentissimus. Cum igitur ipso sacratissimo die nativitatis suae, omnibus redemptis suis ille sanctus sanctorum puer fuisset natus, michi soli filius ille non est datus. Nam ut taceam obprobria, iniurias, minas, gladios in cervicem meam exertos, nisi omnia imperata facerem; famem etiam, et sitim quam ferebam, et ab illis quos iniuria erat videre et audire; ut etiam taceam, quod est gravius, me olim satis felicem fuisse: illud nunquam obliviscar, nunquam desinam omnibus christianis conqueri, quod illis sanctissimis diebus sine omni christiana communione in illo carcere fui. In illis poenitentiae et tribulationis meae diebus, á filio meo missus venit ad me quidam principum Wicbertus, dicens nullum vitae meae esse consilium, nisi sine ulla contradictione etiam regni insignia redderem, ex voluntate et imperio principum. At ego, et si omnis terra, quantum inhabitatur, regni mei esset terminus, volens*[e] *vitam regno*

a) et e. *desunt* C4'. b) agens C1. 4'. c) *ex correct. additum* 1. d) D. et e. C1. e) nolens C1. 4'.

commutare; quia vellem nollem sic agendum et sic definitum intellegebam, coronam, crucem, lanceam[a], *gladium misi Moguntiam. Tunc communicato consilio cum inimicis meis filius meus egrediens, relictis ibidem fidelibus et amicis nostris, quasi me eo adducturus, sub multa frequentia et custodia armatorum me eductum, ad villam quae Ingelhem vocatur, fecit me ad se adduci. Ubi maximam inimicorum multitudinem collectam inveni, nec ipsum filium caeteris meliorem michi repperi. Et quia firmius et stabilius eis videbatur esse, si propria manu cogerent me regnum et omnia regalia exfestucare: simili modo et ipsi omnes minabantur, nisi omnia imperata facerem, nullum vitae meae consilium fieri posse. Tum ego „Quia," inquam, „de sola vita agitur, qua nichil pretiosius habeo: ut saltem vivens penitentiam exhibeam Deo, quicquid imperatis, ecce facio." Cumque inquirerem, si saltem sic de vita certus et securus esse deberem? eiusdem apostolicae sedis legatus, qui ibidem aderat, non dico qui haec omnia ordinaverat, respondit, me nullo modo eripi posse, nisi publice confiterer, me iniuste Hildibrandum persecutum esse, Wicbertum iniuste ei superposuisse, et iniustam persecutionem in apostolicam sedem et omnem aecclesiam hactenus exercuisse. Tunc cum maxima animi contritione humi prostratus, coepi per Deum, per ipsam iustitiam orare, ut locus et tempus michi daretur, ubi in presentia omnium principum, unde innocens essem, et iudicio me purgarem, et inde de principibus regni, de fidelibus meis, quoscumque obsides vellent, darem. At ille idem legatus diem et locum michi abnegavit, dicens, aut ibi totum debere*[b] *determinari, aut nulla spes michi esset evadendi. In tantae tribulationis articulo cum interrogarem, si confiterer omnia, quae imperabantur, an confessio mea, ut iustum est, veniam et absolutionem consequerętur? idem legatus respondit, non esse iuris sui, me absolvere. Et cum ego ad haec dicerem: „Quicunque confitentem audet recipere, confessum debet absolvere", si vellem, inquit, absolvi, Romam irem satisfacere apostolicae sedi. Sic spoliatum et desolatum — nam et castella et patrimonia et quicquid in regno conquisieram, eadem vi et arte sua extorserant á me — in eadem villa reliquerunt me. In qua cum aliquo tempore moratus essem, et filius meus ex eodem fraudis suae consilio demandasset, ut eum expectarem: superveniens quorundam fidelium meorum legatio premonuit, ut siquidem ad momentum ibi remanerem, aut inde in perpetuam captivitatem raperer, aut in eodem loco decollarer. Quo nuntio satis etiam tunc vitae diffisus, ilico aufugiens, fugiendo veni Coloniam, et inibi aliquot diebus commoratus, postea Leodium veni, in quibus locis viros fideles inveni*[c].

Imperatore Heinrico morante Leodii, filius eius Aquasgrani venit; et volens venire Leodium contra patrem suum 5. feria dominicae coenae, premisit suos preoccupare pontem apud Wisatum[93], ne quis sibi venienti obstaret. Sed militibus patris concurrentibus 93
ad exoccupandum pontem, milites filii á ponte repelluntur, aliis eorum captis, aliis in Mosam demersis, aliis occisis; inter quos etiam Bruno comes occisus est. Sic filius contra patrem veniens, rediit inglorius. Coloniensibus fidem imperatori servantibus, at eorum archiepiscopo filium imperatoris contra patrem suum animante, Colonia obsessa oppugnatur, nec tamen expugnatur. Interim Heinricus imperator Leodii moritur, 7. Aug.
eique succedit filius aequivocus eius[d]. Dux Heinricus, qui ab imperatore ad filium

a) *Eccard.* cor., sceptrum, chlamydem, lanc. *Urstis:* cor., sceptrum, crucem, lanc. *cf. Hirsch p.* 443. b) *deest* C1. c) A. *addit:* Horum caeterorumque fidelium regni consilio usus . vobis fiducialius et honestius habeo deplorare has omnes miserias meas . fiducialius tamen propter mutuae consanguinitatis vel antiquae amiciciae debitum . honestius autem . propter tanti regni nomen gloriosum. Vos autem per fidem . per amiciciam rogatus . in tantis tribulationibus meis acsi in vestris . propinquo consuletis. Quae fidei et amiciciae vincula etsi inter nos non essent . vestrum tamen et omnium regum terrae est iniuriam et contemptum nostrum vindicare et tam nefariae proditionis et violentiae exemplum de superficie terrae extirpare . coöperante domino nostro Ihesu Christo . cui est honor et gloria in secula seculorum amen . *quae exceptis* cooperante — amen *leguntur etiam in editionibus huius epistolae. Videtur itaque Sigebertus ea primo edidisse, unde A. ea habet, sed post delevisse, unde reliquis desunt. In* 1. *rasurae vestigium nullum. — Eadem epistola legitur etiam in codice S. Mariae in Villari, iam civitatis Bruxellensis, s. XII. ex. post tractatus S. Bernardi, descripta e Sigeberto, ut rubrum docet ibi praefixum:* Henricus filius imp. II. contra ius naturae et fas legum in patrem insurgens. *Scriba sequentem Sigeberti narrationem ita in finem epistolae convertit:* fideles inveni. Me vero commorante Leodii, filius meus A. v. e. v. v. L. c. me p. s. 5. f. d. c. p. s. p. p. a. W. n. q. s. v. o. S. m. meis c. a. e. p. m. illius a p. r. *etc. usque ad* rediit inglorius. d) Interim — eius A. *ita exhibet:* Imperator Heinricus exhereditatus imperio . et inreconciliatus apostolicae sedi. 7. Idus Augusti Leodii moritur. Hic in ipso mortis articulo mandaverat regi filio suo contra se Coloniam obpugnanti . ut Spirae sepeliretur . cui et anulum suum per Borchardum Monastericnsem episcopum misit. Sed eo interim sepulto in aecclesia sancti Lamberti . ex auctoritate apostolica per Heinricum Magaburgensem episcopum apostolicae sedis legatum ipsi aecclesiae divinum interdicitur officium . quoadusque corpus ab aecclesia ipsa eiceretur effos-

93) Viset inter Leodium et Traiectum.

eius animo transiens, eum contra patrem suum consilio suo armavit, et á filio ad patrem rediens, partes filii debellavit, mortuo imperatore se ut reum maiestatis filio regis [a] dedidit, et ab eo captus custodiae traditur; de qua ipse per industriam suam evasit. Ducatus eius datur Godefrido comiti Lovaniensi.

1107. R. 1. F. 47. A. 7. H. 7.

Heinricus exdux affectans repetere ducatum, occupat oppidum Aquasgrani contra Godefridum ducem. Sed hoc non ferens dux Godefridus, opidum Aquense violenter inrupit, oppidanos á favore Heinrici exterruit, aliquos comites et multos potentes et nobiles cepit. Ipse Heinricus cum filiis suis vix fuga evasit; uxorem eius capere dux indignum duxit. Comites et honoratiores eorum quos ceperat, per conditionem sub se militandi sibi conciliatos ad fidelitatem suam adduxit.

1108. 2. 48. 8. 8.

94 Heinricus imperator contra Rotbertum Flandrensem vadit[94], et pacto pacis magis utrinque simulato quam composito, pene inefficax redit. Boiamundus dux Apuliae contracto undeunde exercitu, accingitur ad invadendum Constantinopolitanum imperium.

1109. (1110.) 3. 49. 9. 9.

In parrochia Legiensi porca enixa est porcellum habentem faciem hominis. Natus est etiam pullus gallinae quadrupes. Imperator Heinricus contra Ungaros vadit[95]; sed
96 facto pacto redit. Philippus rex Francorum obiit[96]. Ludowicus filius eius post eum regnat [b].

1110. 4. 1. 10. 10.

In mense Iunio cometes apparuit, radios dirigens ad austrum, multis conitientibus, hoc signo portendi futuram regis Heinrici quinti expeditionem Italiam versus. Sanctus Wibertus, fundator Gemmelacensis cenobii, ubi et sepultus requiescit, quem Deus multis et magnis miraculorum signis per annos 12 longe lateque clarificaverat, auctoritate venerabilis Frederici Coloniensium archiepiscopi, et assensu generalis synodi, á domno Obberto Legiensi episcopo elevatur. Quae elevatio innumerabili concursu et mirabili gaudio populorum celebrata est 9. Kal. Octobris [c].

1111. 5. 2. 11. 11.

Heinricus quintus huius nominis [d] rex Romam vadit, propter sedandam discordiam, quae erat inter regnum et sacerdotiúm; quae cepta á Gregorio nono huius nominis papa, qui Hildebrandus nominatus est, et exagitata á successoribus Gregorii, Victore et Urbano, et
Ep. Heinr. pre omnibus á Pascali, magno scandalo erat toti mundo. Rex uti volens auctoritate et consuetudine et auctoralibus privilegiis imperatorum, qui á Karolo Magno, qui primus de regibus Francorum imperavit Romanis, iam per trecentos et amplius annos imperaverant sub sexaginta tribus apostolicis, dabat licite episcopatus et abbatias et per anu-
97 lum et per virgam [e. 97]. Contra hanc maiorum auctoritatem censebant papae synodali iudicio, nec posse nec debere dari per virgam vel per anulum episcopatum aut aliquam aecclesiasticam investituram á laicali manu; et quicumque ita episcopatum aut aliam aecclesiastici iuris investituram accipiebant, excommunicabantur. Propter hanc precipue

sum. Quod in aecclesia nondum consecrata et extra urbem in Cornelio monte sita 18. Kal. Sept. translatum et reconditum est. quoadusque absolutione apostolica regiam sepulturam mereretur. Iam nono abhinc transacto die venientibus legatis qui eum deferrent ad filium . rursus effoditur . et immoderato favore concurrentis vulgi et obsequio in urbem relatus . ecclesiae quoque sancti Lamberti . obsistente clero . iterum infertur. Ibi sunt ei a quibusdam pauperibus clericis mercede conductis noctis unius vigiliae celebratae . vacante a diviuo officio aecclesia . et canonicis a facie furentis populi latentibus. Postera die cum priori sepulchro perstrepente eum debere restitui . et hoc ipsi facere aggrederentur . qui una cum predictis pauperibus clericis circa corpus extractis gladiis vigilaverant . quorumdam seniorum consilio vix potuerunt reprimi. Nam tantum exarserant in eius immoderatum favorem ut quotquot illius tetigissent feretrum . se sanctificatos ab eo crederent. Nonnullis etiam terram sepulchri eius ungulis propriis scalpentibus . et per agros suos domosque quasi pro benedictione spargentibus . alii frumenta vetera feretro ipsius superiacebant . ut una cum novis immixta illa sererent . sperabant enim taliter fertilem sibi messem profuturam. Vix tandem redditus legatis non sine dolore et contradictione populi clamabant enim eius absentiam periculum et desolationem fore civitatis . ad filium defertur . Spirae ut peticrat sepeliendus. Dux *etc. Nescimus, utrum haec a Sigeberto primum ita edita fuerint et postmodum suppressa, an pro additamento monachi Virdunensis sint habenda.* a) *ita omnes.* b) f. e. succedit *habet* A. annis XXVII *add.* B3*. annis XXXVIIII *add.* B4*. annis XXVIIII *add.* B4**. D. c) Sanctus — Octobris *desunt* C4*. D. *totus annus deest* A. d) q. h. n. *desunt* D. e) baculum A.

94) exeunte Octobr. 1107. Rediit m. Ianuario 1108. cf. Mon. Legg. II, 64. 95) exeunte Sept. 1108. Rediit ineunte Novembri. 96) d. 29. Iul. 1108. 97) *Rex uti — virgam* et paulo post *Instabat — negotio* (pag. 374. lin. 7.) sumta sunt ex Heinrici encyclica Mon. Legg. II, 70.

causam rex Romam tendebat; et si qui Langobardorum quoquo modo ei resistere volebant, potenter eos proterebat[a].

Quid vel quomodo inter papam et regem convenerit, cum multa a multis dicantur, hoc tantum á nobis dicetur, quod in epistola ab ipso rege scripta legimus. Instabat Ep. Heinr. omnimodis papa, ut averteret regem á potestate dandi episcopatus vel abbatias, nec per anulum nec per virgam. Regi quaerenti per internuntios á papa, his omnibus sibi ablatis quomodo constaret regnum, quoniam fere omnia regalia antecessores sui concesserant et tradiderant aecclesiis? respondit: „*Sacerdotes decimis aecclesiae et oblationibus contenti sint, rex vero omnia prædia et regalia, quae á regibus collata sunt aecclesiis, recipiat, et detineat sibi et successoribus suis.*“ Rege per internuntios respondente, se nolle violentiam et iniustitiam inferre aecclesiis, promisit papa, et suis pro se iurantibus affirmavit, se dominica instantis quinquagesimae omnia regalia cum iustitia et auctoritate apostolica ab episcopis et aecclesiis auferre et regno reddere, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, thelonea, advocatias, omnia iura centurionum vel vilicorum, curtes et villas, cum omnibus pertinentiis suis, quae regni erant, militiam et castra. Hanc conventionem in karta descriptam regi dedit, hoc addens, quod ipse regem et regnum ulterius non inquietaret, et privilegio sub anathemate confirmaret, ne posteri sui eum inquietare praesumant; regem benigne et honorifice susciperet, eumque in imperatorem coronaret, et ad tenendum imperium auxilio officii sui adiuvaret. Pro his omnibus implendis papa regi obsides dedit. Internuntii regis, quamvis scirent hoc nullo modo posse fieri, affirmaverunt, si papa haec compleret, regem quoque investituras aecclesiarum, uti quaerebat, refutaturum.

Hac spe promissionum regi Romam tendenti, Pascalis papa primo per suos, postea ib. ipse cum primoribus Romanorum extra urbem occurrit, nullamque causam resistendi ostenderunt. Vix civitatis portas ingressus erat, cum militibus eius intra civitatis moenia secure vagantibus, alii vulnerati, alii occisi, omnes vero pene capti aut spoliati sunt. Rex tamen quasi pro levi causa non motus, tranquilla mente usque ad ianuas aecclesiae beati Petri apostoli cum processione pervenit. Ubi volens ostendere, nullam aecclesiarum Dei disturbationem ex suo velle procedere, in oculis et auribus omnium astantium hoc decretum promulgavit: *Ego Henricus imperator augustus affirmo Deo et sancto Petro et omnibus episcopis et abbatibus et omnibus aecclesiis: omnia quae antecessores mei reges vel imperatores concesserunt vel quoquo modo tradiderunt Deo, ego nullo modo subtrahere volo.* Hoc decreto lecto et subscripto, petiit á papa, ut adimpleret ei, quod in karta conditionis scriptum erat. Ipse etiam rex conventionem suam ad papam firmavit, iurantibus quatuor comitibus, quod proxima quarta vel quinta feria rex principes suos amicitiam iurare faceret, et obsides daret, eo tenore, si papa proximo dominico die adimpleret regi per omnia, quod in karta conventionis eius scriptum erat. Cum ergo rex insisteret, ut papa cum iustitia et auctoritate promissam sibi conventionem de reddendis sibi regalibus confirmaret: universis tam suis quam nostris, scilicet episcopis, abbatibus, et universis aecclesiae filiis in faciem ei resistentibus, et decreto suo plenam heresim inclamantibus, voluit papa, si salva pace aecclesiae potuisset, hoc privilegium proferre: Ne sacerdotes, abbates aut clerici saecularibus occupentur, neve ad comitatum accedant,

a) *Hic in* 1. *desinit manus tertia, in media pagina duernionis ultima, cuius reliqua pars vacua est relicta. Apparet inde, totum duernionem insertum fuisse, postquam sequentia folia iam scripta fuerunt, et quidem insertum fuisse loco aliorum aliquot foliorum excisorum. Sequitur folium unum, a manu quarta, prorsus alia, nitida, quae simillima quidem est Anselmi, nec tamen ipsius esse videtur. Duae priores lineae deletae sunt; prior fuerat:* et siqui Langobardorum quoquomodo ei resistere volebant, potenter eos proterebat, *altera:* VI. III. XII. XII., *tertia iam incipit:* Quid vel *etc. Hic novum annum* VI. III. XII. XII. *superscriptum incipiunt et sic deinceps pergunt quoque* A. B3*. 4*. *Idem fuerat in* 1. *sed iam correctum per* 1ij. *ut nos dedimus. Sequentia omnia in* D. E. *ita contracta leguntur*: In reconciliatione autem, quae facta est inter imperatorem et papam, (nam ipsum papam cum episcopis et cardinalibus ceperat) die paschae Henrico in imperatorem coronato, post lectum euangelium, tradidit ei papa ante altare apostolorum Petri et Pauli, in oculis omnium principum, privilegium de investitura episcopatuum vel abbatiarum, tam per annulum quam per virgam, scilicet, ut regni eius episcopis vel abbatibus, libere preter violentiam et symoniam electis, investionem virgae et annuli conferat, post investionem vero canonicè consecrationem accipiat ab episcopo, ad quem pertinuerit. Confirmatio pacis inter apostolicum et imperatorem, dum in celebratione missae traderet ei corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi: „Domine imperator, hoc corpus Domini natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta et apostolica tenet aecclesia, damus tibi in confirmationem verae pacis inter me et te.“ Datum est Idibus Aprilis, indictione quarta. *Denique* C4*. *his omnibus* Contra hanc maiorum — indictione quarta *omissis, nil habet nisi:* Facta est qualiscumque reconciliatio inter papam et imperatorem, qui ipsum papam cum episcopis et cardinalibus ceperat.

nisi pro damnatis eruendis, neve militiam exerceant, quae vix aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis et homicidiis exhibentur, neve ministri altaris fiant ministri curiae, neve accipiant á regibus ad regnum pertinentia. Regi autem sive imperatori censuit esse dimittenda omnia ad regnum pertinentia á tempore Karoli Magni et ceterorum imperatorum; interdicens sub anathemate, ne quisquam episcoporum invadat ad regnum pertinentia. Interdixit etiam sub anathemate, ne illi qui post eum in apostolica sede sessuri sunt, audeant regem aut regnum eius inquietare super hoc negotio.

In reconciliatione autem, quae facta est inter papam et imperatorem, qui ipsum papam cum episcopis et cardinalibus ceperat, hoc fuit iuramentum regis: *Ego Heinricus rex* 4. *vel* 5. *feria proxima liberos dimittam dominum papam et episcopos et cardinales et omnes captivos et obsides; et papae et fidelibus eius et Romanis pacem et securitatem servabo, tam per me quam per meos, et in personis et in rebus, eique oboediam salvo honore regni vel imperii.* Hoc iuramentum iuraverunt etiam episcopi et principes circiter 14. Iuramentum ex parte papae hoc fuit: *Dominus papa Pascalis non inquietabit dominum regem nec regnum eius de investitura episcopatuum vel abbatiarum, neque de iniuria sibi et suis illata in personis, in bonis; neque aliquod malum reddet sibi vel alicui personae pro hac causa; et penitus in personam regis Henrici nunquam anathema mittet; nec remanebit in domino papa quin coronet eum, et regnum et imperium auxilio officii sui eum tenere adiuvabit pro posse suo. Et hoc adimplebit papa sine fraude et malo ingenio.* Hoc iuramentum papae confirmaverunt iurando episcopi et cardinales numero 15 Henrico regi in imperatorem coronato. Post lectum euangelium tradidit ei papa ante altare apostolorum Petri et Pauli in oculis omnium principum hoc privilegium de investitura episcopatuum vel abbatiarum, tam per anulum quam per virgam: *Pascalis episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio Henrico Teutonicorum regi, et per Dei omnipotentis gratiam Romanorum imperatori augusto, salutem et apostolicam benedictionem. Regnum vestrum sanctae Romanae aecclesiae singulariter cohaerere dispositio divina constituit. Praedecessores vestri probitatis et prudentiae amplioris gratia Romanae urbis coronam et imperium consecuti sunt. Ad cuius videlicet coronae et imperii dignitatem tuam quoque personam, fili karissime Henrice, per nostri ministerium sacerdotii maiestas divina provexit. Illam igitur dignitatis praerogativam, quam praedecessores nostri vestris praedecessoribus catholicis imperatoribus concesserunt et privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque dilectioni tuae concedimus, et praesentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui episcopis vel abbatibus libere praeter violentiam et symoniam electis investituram virgae et anuli conferas. Post investitionem vero kanonice consecrationem accipiat ab episcopo, ad quem pertinuerit. Si quis autem á clero et populo praeter tuum assensum electus fuerit, nisi á te investiatur, á nemine consecretur. Sane episcopi et archiepiscopi libertatem habeant, á te investitos episcopos vel abbates kanonice consecrandi. Praedecessores enim vestri aecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliaverunt, ut regnum ipsum episcoporum vel abbatum maxime praesidiis oporteat communiri, et populares dissensiones, quae in electionibus saepe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Quamobrem prudentiae et potestati tuae cura debet sollicitius imminere, ut Romanae aecclesiae magnitudo et caeterarum salus praestante Domino beneficiis tuis et servitiis conservetur. Si qua igitur aecclesiastica secularisve persona hanc nostrae concessionis paginam sciens, contra eam temerario ausu venire temptaverit, anathematis vinculo, nisi resipuerit, innodetur, honorisque ac dignitatis suae periculum patiatur. Observantes autem misericordia divina custodiat, et personam potestatemque tuam, ad honorem suum et gloriam, feliciter imperare concedat.* Confirmatio pacis inter apostolicum et imperatorem, dum in celebratione missae traderet ei corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi: *Domine imperator, hoc corpus Domini, natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta et catholica tenet aecclesia, damus tibi in confirmatione verae pacis et concordiae inter me et te. Datum est Id. Aprilis, indictione* 4[a].

a) *Hic desinit in* 1. *in media pagina manus, quae proxime antecedentia inde a* Quid vel quomodo *scripserat omnia. Nullo spatio intermisso his statim adiungit sequentem annum* Deo peccatis *etc. manus paulo alia, quae est Anselmi. Reliqui quoque codices omnes haec ita exhibent coniuncta; et qui Anselmi continuatione carent,* C1. 2°. 3. 4°. 5. D. *desinunt tamen in morte demum Sigeberti. Cf. quae supra monuimus in praefatione.*

ANSELMI GEMBLACENSIS
CONTINUATIO.

1112. R. 6. (7.) F. 3. (4.) A. 12. (13.) H. 12. (13.)[a]

Deo peccatis hominum offenso, multa eveniunt hoc anno. In monte Castriloco aecclesia sanctae Gualdedrudis cum aliis duabus aecclesiis minoribus et cum toto paene oppido arsit[b]. Aecclesia sancti Michaelis de periculo maris fulgurata divinitus arsit[c], cum aedificiis sibi appendentibus. Gualdricus episcopus Laudunensis, cives ipsius urbis á sacramento perperam iuratae communitatis revocare nisus, á seditiosis ad arma concurrentibus, quod dictu nefas est, gladio confossus interiit, feria 5. ebdomadae paschalis, 7. Kal. Maii, in laetania maiori. Tumultuante etiam impetu confusae multitudinis, domus episcopi succenditur. Unde etiam ipsa mater aecclesia sanctae Mariae, et aecclesia sancti Iohannis baptistae in abbatia monialium, cum aliis aecclesiis omnibus e vicino appendentibus concremantur. In auctores seditionis á rege Francorum tam severe est vindicatum, ut tam presentes quam futuros á simili scelere deterrere possit exemplum[d]. Mense Maio sigilines et arbores sacro igne adustae, fructus sui spem sunt mentitae; et quaedam silvae insuper arefactae. Subsecuta est hominum valetudo gravis et diuturna, cum profluvio ventris et mortalitate[e]. Domnus Sigebertus, venerabilis monachus Gemblacensis coenobii, vir in omni scientia litterarum incomparabilis ingenii, descriptor precedentium in hoc libro temporum, 3. Non. Octobris obiit, et nobis perpetuum merorem absentiae suae reliquit[f].

1113. 7. (8.) 4. (5.) 13. (14.) 13. (14.)

Domnus abbas Lietardus 2. Non. Februarii obit; cui Anselmus octavo loco in Gemblacensi coenobio succedit[g]. Feria 3. hebdomadae paschalis, 6. Idus Aprilis, monasterium Prumiae crematur cum officinis suis, thesauro et bibliotheca aecclesiae per Dei providentiam durantibus illesis[h]. In pago Bracbatensi 9. Kal. Maii circa Tornacum nix tanta cecidit, ut etiam silvas fregerit. Mense Augusto Balduinus rex Iherusalem cum Rogero Antiochiae comite contra Turcos vadit. Sed cum Rogerus cum exercitu suo iuxta quendam fluvium resedisset, rex cum suis processit, ut adventum Turcorum exploraret. Turci vero montem quendam occupaverant, in quo insidias per quatuor loca collocaverant, et in singulis insidiis quattuor milia equitum deputaverant; a quibus ex insperato rex undique interceptus, mille quingentis suorum interfectis, miserabili fuga est liberatus. Ascalonitae cognoscentes abesse regem Balduinum, cum gravi multitudine Iherusalem assiliunt; sed non prevalentes contra eam, partem aecclesiae sancti Stephani, extra civitatem ubi lapidatus est sitae, diruunt, segetes incendunt, et ita inefficaces redeunt. Turci coenobium monachorum in monte Thabor situm funditus evertunt, et monachis cum reliquis omnibus interfectis, omnia sibi diripiunt. Rex Iherusalem Balduinus uxorem ducit relictam Rogeri ducis Siciliae[98]. Apud Ravennam et 98
Parmam civitates Italiae in agris et infra moenia sanguis pluit, Iunio mense[i].

1114. 8. (9.) 5. (6.) 14. (15.) 14. (15.)

Heinricus imperator cum magna optimatum suorum et totius regni gloria natale Domini[99] celebrat Moguntiae, ibique uxorem ducit filiam Henrici regis Anglorum[k.1].

1115. 9. (10.) 6. (7.) 15. (16.) 15. (16.)

Idibus Novembris in suburbio Antiochiae terra noctu dehiscens, turres multas et adiacen-

a) *numeros uncinis inclusos primo habuit Anselmus. Sed* 1η. *eos correxit, ut nos dedimus; idem habent reliqui praeter* B3*., *qui usque ad annum* 1129. *cum Anselmo facit, atque in annis Christi uno semper nos antecedit; sed inde ab a.* 1129. *nobiscum facit.* b) crematur 1. *e correctura.* Multa — arsit *desunt* D. c) comburitur 1. *e corr.* d) *Hic novum annum* VII. IV. XIII. XIII. *inscriptum incipiunt* B1. 2. 5. C1. 2*. 3. 4*. D. E. *In* 1. *nova tantum linea incipit, at nequaquam novus annus; nec in* A. B3*. 4*. 4**. e) Hucusque Sigebertus cronicam suam perduxit *addit* B3*. f) *ita* A., et suis p. m. a. s. r. B1**., et s. perpetuam memoriam sui reliquit B4*., et s. gravissimum m. a. s. r. B1. 5. C1. 2*. 3. 5. D., *desunt* C4*. *In* 1. *annus integer una manu unoque calamo exaratus, desiit primo in voce* obiit, *neque quicquam post hanc erasum est; at alia manus postmodum adiecit:* Qui etiam librum illustrium virorum et multa utilia doctrinae suae et librorum monimenta nobis reliquit. *Idem habent* B3*. F1. 2. 3. *Posthaec in codice* 1., *nullo spatio interiecto, in eadem pagina statim pergit Anselmus; sed ea desunt omnia* C1. 2*. 3. 4*. 5. D. g) Domnus — succedit *desunt* B3*. h) Feria — illesis *desunt* B5. i) Apud — mense *addidit Anselmus postea eodem quo annum* 1115. *atramento et tempore.* k) *abhinc atramentum mutatur. Sequens annus totus continuo calamo scriptus fuit.*

98) Adelaidem de Monteferrato. 99) a. 1113. Anselmus enim annum incipit in natali Domini. 1) Ian. 7.

tes domos cum habitatoribus absorbuit. Quidam autem, ut est illud hominum genus, cum uxore et filiis de locis illis migraverat; sed in redeundo positum idem terraemotus absorbuit in loco quo erat. Henricus imperator, dum quicquid libet, licere putavit,
1112. magnas regni pene totius inimicitias comparavit. Etenim quia superioribus annis Albertum cancellarium et alios quosdam regni principes insidiose ceperat, et sine audientia et iudicio custodiae mancipaverat, aliis similia timentibus suspectus erat. Unde etiam
2 Fridericus Coloniensis archiepiscopus ab eo aversus[2], totis viribus insequitur eum et fautores eius; oppida et castella contra se posita impugnat, et omnia ad eum pertinentia ferro et igni vastat. Henricus imperator promiserat Aquis se pascha celebraturum; ideoque inter alios regni principes domnus Otbertus Leodicensis episcopus ibi prestolabatur eius adventum. Unus igitur eorum, Arnulfus de Arslot, dum manus suas confricaret, magno omnium miraculo, sine aliqua vulneris aut ulceris laesione, sanguis ab eius digitis fluere visus est. Quae res pro magno portento habita, significabat humani sanguinis effusionem pro indigna regni et principum discordia[a].

1116. R. 10. (11.) F. 7. (8.) A. 16. (17.) H. 16. (17.)

Heinricus imperator in Italiam secedit propter asperos motus regni, et maxime propter
3 marchisae Malthildis cognatae suae, quae recens obierat[3], hereditatem quae sibi iure competebat optinendam.

1117. 11. (12.) 8. (9.) 17. (18.) 17. (18.)

Mense Ianuario 3. Non. ipsius, 4. feria, in aliquibus locis, sed non usquequaque, terremotus accidit, alias clementior, alias validior; adeo ut quarundam urbium partes cum aecclesiis subruisse dicatur. Mosa etiam fluvius iuxta abbatiam quae dicitur Sustula, quasi pendens in aëre, fundum suum visus est deseruisse[b]. Hoc quoque anno Leodium civitas multis plagis attrita est. Mense enim Maio, nocte inventionis sanctae crucis, quae tunc erat vigilia ascensionis, dum in maiori aecclesia vesperos celebrant, et illum psalmi versiculum *Quis sicut dominus Deus noster* cantant, subito tonitrus cum terremotu omnes ad terram stravit, et fulmen á leva templi ingressum non modicas crustas de muro hac illac disiecit; deinde turrim ingrediens, multas trabium partes diffidit. Subsecutus est foetor intolerabilis, adeo ut multo aromatum odore vix potuerit expelli. Item Iunio mense, 7. Idus ipsius mensis, circa horam nonam, nubes pluviae subito rapta, á monte qui dicitur Roberti, subiectam sibi partem civitatis penitus oppressam pessumdedit; adeo ut multas domos dirueret, et immensam annonam perderet, et matrem duos infantes altrinsecus in brachiis amplexam necaret, et alios octo homines diversis in locis opprimeret. Pulsantibus vesperis sabbato, quaedam femina caput dum lavat puero, manus rubent sanguine fluido[c]. Kalendis etiam Iulii circa horam 6. turbo nimis vehemens et obscurus civitatem operuit, et nubes ex abrupto scissa ita omne tectum maioris aecclesiae devicit, ut et imbribus pateret, et totum pavimentum perfunderet. Ilico fulmen á parte aquilonali ingrediens, quendam clericum retro altare sanctorum Cosmae et Damiani in pulpito legentem, et alterum ante crucifixum orantem, tertium de scriptorio aecclesiae proximo egredientem, in ipso aecclesiae ingressu extinxit. Ante fores quoque aecclesiae, domum episcopi versus, quendam laicum extinxit. 7. Idus Iulii ab hora 3. usque ad nonam quattuor turbines a quattuor plagis caeli urbem circulaverunt; ventus etiam cum magna vi insonuit, et urbem multo imbre alluit. 3. Non. Augusti, primo noctis conticinio, quaqua terrarum cum thonitrus audiretur, et fulgure sepius micarent, et iterum atque tertio id fieret usque mane, in urbem Leodium amplius ipse turbo desaeviit, ita ut homines á stratis exilientes templa et aecclesiolas tristi coetu complerent, et tota nocte supplicationibus intenderent. Summo vero aurorae diluculo, á parte orientis ignis cum ingenti flamma civitatem circulavit tantus, ut omnes divinitus cremari extimuerint. Post haec magnus turbo, erumpens ab occidente, ipsum ignem visus est aliquantulum obscurasse. Iterum autem quasi victor ignis cum flamma recaluit; et iterum turbine revertente, paululum delituit. Tertio

a) *abhinc atramentum mutatur.* b) Heinricus — descruisse *uno calamo. Sequentia* Hoc — terruit *alio tempore, sed continuo calamo.* c) Pulsantibus — fluido *et* Monstrum — corporis *addidit ut videtur Ans. ipse cum nota ad* 1038. *tum quum annum* 1123. *conscriberet, quo idem atramenti atque manus habitus est. Desunt solis* B4°. 4°. *Attende lusum in sonitu.*

2) iam a. 1114. medio. 3) 1115. Iul. 24.

etiam ipse ignis recaluit, et tertio nihilominus turbine victus decidit. Hoc spectaculum á summo mane usque ad horam tertiam civitatem vehementer terruit. Monstrum quoddam Namuci natum est, cui par nunquam vel raro visum est, videlicet biceps infantulus. Qui hoc vidit testis est populus. Hic tam sexu, quam ceteris membris, simplex erat compage corporis. 3. Idus Decembris, ad mediam noctem lucentibus stellis caelo sereno, 13. luna eclypsim passa est, et contracto orbe, multis coloribus, sed maxime sanguineo, pene integra hora suffusa est[a]. 17. Kal. Ianuarii, prima hora noctis, igneae acies á septentrione in orientem in caelo apparuerunt; deinde per totum caelum sparsae, plurima noctis parte videntibus miraculo et stupori fuerunt.

1118. R. 12. (13.) F. 9. (10.) A. 18. (19.) H. 18. (19.)

Balduinus secundus rex Iherusalem moritur, frater Godefridi ducis Lotharingorum et primi regis Iherosolimitarum. Fuerunt autem filii Eustatii comitis de Bolonia, ex Ida sorore Godefridi Gibbosi, ducis Lotharingorum. Quibus de medio factis, tertius regnat Balduinus, filius Hugonis comitis de Reitesta. Paschalis papa moritur; succedit Ian. 18. Iohannes Gaitanus 159[us], qui et Gelasium se nominat. Cum vero Henricus imperator tunc temporis agens in Italia, Romam tenderet ad eligendum papam, Iohannes praesentiam eius veritus, iam electus[4] et ordinatus secessit Capuam[5]. At imperator quia electioni non interfuerat, nec ordinationi consensit, sed aliquibus Romanorum annitentibus, Hyspanum quendam Burdinum nomine, satis clericum ei superordinari fecit. Iohannes interim transiens ad Gallias, per Burgundiam et Gothiam, quae provintia sancti Egidii dicitur, agit synodales causas[b]. Mart. 9. Sept. 2. Henricus imperator ab Italia in Lotharingiam repatriat, et secundum illud *Qui a multis timetur, necesse est ut multos timeat*, coniuratos in se regni principes modo minis, modo blanditiis, modo vi, modo satisfactione ad pacem invitat[c]. Deficiente penitus naturali prole Flandrensium comitum, Karolus, Roberti comitis ex sorore nepos, comes substituitur, filius regis Danorum.

1119. 13. (14.) 10. (11.) 19. (20.) 1.

Iohannes Gaitanus, qui et Gelasius papa, Cluniaci moritur et sepelitur. Consensu omnium episcoporum tam Germaniae quam Galliae cum Romanis habito, domnus Guido Viennensis archiepiscopus in papam eligitur, et Calistus vocari designatus, Cluniaci benedicitur 160[us d]. Postea mediante Octobrio mense Remis synodum congregans, multos in utroque regno episcopos consecrat; inter quos etiam domnus Fredericus in episcopum Leodiensium ungitur. Ian. 29. Febr. 1. Interim Henricus imperator Ivosium[6] venit; et dum pro reconciliatione regni et sacerdotii legatio nunc a rege ad papam vadit, nunc a papa ad regem vicissim redit, dissensu quorundam invidorum lux pacis turbatur, et imperator cum sibi faventibus excommunicatur[e]. Oct. 30.

1120. 14. (15.) 11. (12.) 20. (21.) 2.

Domnus papa Calistus Romam proficiscens, ab omni senatu et populari turba gloriose excipitur, et in sede apostolica confirmatur 160[us]. Burdinus pseudopapa Sutrii positus, dum peregrinos Romam euntes vel redeuntes turbat et depraedatur, tandem[6*] ut vilissimus apostata capitur et in monachum attundetur. Iun. 3. Maior ecclesia episcopii Monasteriensis, eo quod episcopum repudiassent, ab ipso episcopo Theoderico et Leudone[f] duce Saxoniae cum tota civitate exuritur[g].

1121. 15. (16.) 12. (13.) 21. (22.) 3.

Domnus Fredericus episcopus[7] obit; ad cuius sepulcrum multa signa visa a plerisque conciuntur. Mense Octobrio Henricus imperator Quintiliburch[8] venit, et hinc inde optimates regni, legati etiam apostolicae sedis, tractaturi de controversia, quae est inter imperatorem et regnum, seu etiam contra domnum apostolicum. Cum autem diu disceptatur de statu regni et de investituris ecclesiarum et de hereditate Sicfridi comitis 8

a) *Abhinc atramentum et habitus manus mutatur.* b) Paschalis — causas *sub antecedenti anno exhibent* B3*. 4*. 4**. c) *Sequentia usque ad finem a.* 1121. *alia manus, eadem quae a.* 1095—1111, *scripsit, sed Anselmus eam correxit.* Deficiente — Leodiensium ungitur *desunt* B3*. 4*. 4**. *qui eorum loco habent quaedam ex Ann. Bland.* d) *postea additum; deest* A. e) *Post haec in* 1. *scripserat Anselmus ipse:* Coenobium Prumiae cum omnibus appenditiis arsit, salvo thesauro et bibliotheca *et alia quaedam, iam prorsus deleta, lineae spatio comprehensa. Sed postea erasa sunt; cf. a.* 1113. *Habet ea solus* A.[1], *desunt reliquis omnibus.* f) Leodero A. g) Maior — exuritur *in rasura Anselmus ipse, rell.*

4) d. 25. Ian. 5) primo Gaetam, ubi consecratus fuit d. 10. Martii. 6) Ivois, haud procul a Sedan. 6*) April. 1121. 7) Leodiensis. 8) errat Anselmus; Wirziburgi fuit. cf. Mon. Legg. II, 74.

palatini et de aliis negotiis, partim favendo regi, partim differendo causam usque ad presentiam apostolici, dissimulato fedele incertiores redeunt quam venerant. Terremotus in secunda epdomada adventus Domini, sabbato hora tertia, 4. Idus Decembris, alias clementior, alias inclementior accidit[a].

1122. R. 16. (17.) F. 13. (14.) A. 22. (23.) H. 4.

Optimates regni cum episcopis convenientes Henricum imperatorem, Deo sibi propitio id egerunt saluberrimo consultu, ut inter ipsum et apostolicum controversia de investituris aecclesiarum tandem finiretur. Legantur inde Romam ex parte imperatoris Bruno Spirensis episcopus, et Arnulfus abbas Fuldensis. Interim Henricus imperator pascha
Mart. 26. Domini Aquisgrani celebrat, deinde Leodium contendit. Hic querela apud eum facta de insolentiis cuiusdam Gothuini, castrum eius, quod Monsfalconis[10] dicitur, annitente sibi Godefrido duce obsidet, capit, incendit et destruit. Aecclesia Hannoniensis cum omnibus appendiciis suis seditione advocati sui cum tota villa crematur, salvo tamen thesauro et biblioteca. Turonis etiam contentione orta inter clericos et laicos, aecclesia sancti Martini penitus est combusta. Domnus apostolicus visa et recepta legatione imperatoris, pertesus et ipse dissonantiae nimium inter eos diutinae, libenter assensit; et tam consultu totius Romani senatus, quam etiam omnium episcoporum Italicorum, mittuntur ex latere apostolici Lambertus Ostiensis episcopus et Saxo cardinalis de monte Celio, et Gregorius alter cardinalis, ad ordinandam rem tanti negotii. Mense Septembrio in nativitate sanctae Mariae Henricus imperator cum episcopis et optimatibus regni venit Wormatiae; ubi occurrerunt ei legati sedis apostolicae. Diu, ut fit in tanto magnatum consessu, eventilata ratione, tandem gratia antiquae caritatis redintegratur
Sept. 23. inter imperatorem et apostolicum Dei ordinatione. Quorum consensus talis est[11]: *Ego Calistus episcopus servus servorum Dei, tibi dilecto filio Henrico Dei gratia Romanorum imperatori Augusto concedo, electiones episcoporum, abbatum, Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in presentia tua fieri absque symonia et aliqua violentia, ut si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani et conprovintialium consilio vel iudicio saniori parti assensum et auxilium prebeas. Electus autem á te regalia accipiat per sceptrum, exceptis omnibus quae ad Romanam aecclesiam pertinere noscuntur; et quae ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus infra* 6 *menses regalia per sceptrum á te recipiat. De quibus vero michi querimoniam feceris et auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum auxilium tibi prestabo. Do tibi veram pacem, et omnibus qui in tua parte sunt vel fuerunt tempore huius discordiae.* Rescriptum Henrici imperatoris: *Ego Henricus Romanorum imperator augustus, pro amore Dei et sanctae Romanae aecclesiae et domni papae Calisti, et pro remedio animae meae, remitto Deo et sanctis apostolis Dei Petro et Paulo sanctaeque catholicae aecclesiae, omnem investituram per anulum et baculum, et concedo in omnibus aecclesiis, quae in regno et imperio meo sunt, canonicam fieri electionem et liberam fieri consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri, quae a principio huius discordiae usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei sive etiam meo, ablata sunt, quae habeo, eidem sanctae Romanae aecclesiae restituo; quae autem non habeo, ut reddantur, fideliter iuvabo. Possessiones etiam omnium aliarum aecclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laicorum, consilio principum et iustitia, quae habeo, reddam; quae non habeo, ut reddantur fideliter iuvabo. Et do veram pacem domno papae Calisto sanctaeque Romanae aecclesiae et omnibus, qui in parte ipsius sunt vel fuerunt; et in quibus sancta Romana aecclesia auxilium postulaverit, fideliter iuvabo*[b].

1123. 17. (18.) 14. (15.) 23. (24.) 5.

Domnus Adelbero, ex clero sancti Stephani Mettensis electus, Leodicensium ordinatur episcopus. Fundus nostrae proprietatis est[c] antiquus, qui nunc mons sancti Guiberti dicitur; in quo placuit nobis, auspice Christo et assensu omnium vicinorum novam aeccle-

a) Terremotus — accidit *Anselmus ipse post addidit, eodem tempore quo sub annis duobus praecedentibus verba* Cenobium *etc. et* Maior *etc. Post haec tres lineae erasae, quarum prima non iam legi potest; altera fuit:* H. imperator pasca Domini Aquisgrani celebrat . Inde Leodium contendit. H. . . . . cuidam . . . bur . t. *E reliquis nullus haec habet; sed eorum loco* Fl. 2. *addunt:* Comes Hainoensium Balduinus moritur; cui succedit Balduinus filius eius. *Tertiae Anselmus ipse post superscripsit primam sequentis anni lineam; unde videmus, eum haec tria additamenta fecisse ante finem anni sequentis.* b) *Totus annus uno calamo fuit exaratus. Abhinc habitum manus mutat et atramentum.* c) Gemblaco *addit* A.

10) Vauquemont. 11) Mon. Legg. II, 73. Codex S. Trudonis ex Anselmo fluxisse videtur.

siam aedificare. Olim quippe aecclesiola lignea in eo fuerat, habens privilegii sui dignitatem, scilicet baptisterium, sepulturam et decimam. Sed ita per annos plus minusve 60 neglectus erat, ut vix ibi aliqua aecclesiae vestigia remanerent. Anno itaque Domini 1123. feria 4. pascae corpus sanctissimi patroni nostri Guiberti ibi detulimus, April. 18.
et Dei favore affluentia plebis utriusque sexus ad 12 milia aestimata est. Visum est nobis redeuntibus ibi remanere corpus sancti Guiberti; quod tanta deinceps miraculorum luce claret, ut ab omnibus quaquaversum gentibus et desideretur et frequentetur[a]. Balduinus Iherosolimorum rex á Saracenis capitur. Qua de re mente excedentes, undique-versum evocati ad sexaginta milia conglomerantur, ut christianos a finibus suis exterminent; et apud Ascalon impedimenta sua commendant, scilicet uxores, soboles et victualia. Christiani in arto positi, nihil spei nisi in Deum habentes, exemplo Ninivitarum utrique sexui ieiunium indicunt; pueris etiam, infantibus lactentibus, universo quoque pecori pabula negantur. Dies pugnae indicitur. Procedunt christiani, cum militibus et peditibus vix ad tria milia estimati. Principes gradiuntur in fronte, scilicet patriarcha, pro vexillo ferens crucem Christi; abbas olim Cluniacensis Pontius, proferens lanceam transfixam in latere Christi; episcopus Behtleemites, ferens in pixide lac sanctae Mariae perpetuae virginis. Saraceni vero quaquaversum effusi, ex omni latere in orbem circumcingunt christianos, ne quis possit evadere. Dum ita in procinctu herent christiani, vident Deo sibi auspice splendorem scisso aere super paganos subito cecidisse, sed non prosperum, sed satis nocivum; quamvis hunc ipsi Saraceni non viderint. Ilico enim omnium virium robore enervati, passim fugientes, ceduntur non solum á viris, sed etiam á pueris et feminis. Perierunt in bello septem milia, submersi sunt in aquis quinque milia. Omnes vero christiani incolumes reversi, summum et dulce epynichion reboant Domino in excelsis[b].

1124. R. 18. (19.) F. 15. (16.) A. 24. (25.) H. 6.

Henricus imperator Aquisgrani natale Domini celebrat. Hiems solito acerbior, et aggestu nivis sepius decidentis nimis horrida et importuna. Multi enim pauperum infantes et mulieres nimietate frigoris defecerunt. Mortalitas quoque animalium maxima. In multis vivariis pisces absorti sub glacie perierunt. In Bracbanto anguillae innumerabiles propter glaciem a paludibus exeuntes, quod dictu mirum est, in foenilibus fugientes latuerunt; sed ibi etiam pre nimietate frigoris deficientes computruerunt[c]. Hiemi successit intemperies aeris, nunc nive, nunc pluvia, nunc gelu alternatim satis deterrima, usque in medio Martio. Postea diutino frigore et pluvia aeris horrente inconstantia, vix tandem arbores floruerunt Maio mense, vix tandem gratia herbarum et graminum reviguit virore[d]. Imber vero singulis mensibus assidue deciduus, sata agrorum pene absorsit. Nam siligo et avenae proventum suum satis sunt ementitae. Multi quoque sacro igne aduruntur. Tyrus Hebrea lingua Sor dicta, urbs maxima Fenicis et antiqua, in corde maris sita, Sydoniorum colonia, negotiatio maris, empurium totius orbis, vaticinio prophetarum celebrata et carminibus poetarum inclita, olim quidem insula, a Nabugodonosor vel ab Alexandro propter expugnationem multis in brevi freto aggeribus comportatis terra continens facta, pridem a Nabugodonosor expugnata et partim captivata, et postea ab Alexandro penitus usque ad solum diruta et destructa, sed iuxta prophetas post septuaginta annos reedificata et in antiquum statum restituta, nostris modo temporibus in fine mundi a christianis terra marique obsessa capitur, et Christi imperio subiugatur. Calixtus papa, qui et Guido, moritur. Succedit Lambertus, qui et Honorius, Hostiensis episcopus. Dec. 12.

1125. 19. (20.) 16. (17.) 25. (26.) 7.

Hiems asperrima, sex epdomadibus continua et valde noxia. Fames valida ubique magna multitudine utriusque sexus pereuntibus. In Hasbania ignobilis muliercula monstrum bisgemini corporis est enixa, aversis vultibus et corporibus sibi coherens; ante quidem effigies hominis integro corporis menbrorumque ordine distincta, retro vero facies canis, similiter corporis et menbrorum proprietate integra. In Bracbanto villa Nerisca, alia mulier enixa est quatuor masculos uno partu[e]. In Gemblacensi paro-

a) *Mutat habitum manus.* Domnus — frequentetur *desunt* B3* 4*. 4**. Fundus — frequentetur *desunt* B1. 5. b) *Post haec linea erasa. Calamus mutatur.* c) In multis — computruerunt *desunt* B3*. 4**. d) *Sequentia usque ad medium annum sequentem uno calamo atque atramento exarata sunt. Hic etiam primo occurrit signum ℣ ad sententias distinguendas, quo hucusque nunquam, abhinc semper fere utitur Anselmus.* e) *Calamus pauxillum mutatur.*

chia, dum paterfamilias dominica die mixturam segetum pre penuria famis moleret in usus familiae, subito iusta Dei indignatione arsit farina cum putoris nigredine; ad exemplum posteris, ne quid presumant simile. Aecclesia sancti Dyonisii sita in Brochorensi silva[12], 7. Kal. Maii, in festo sancti Marci, primo crepusculo noctis cum omnibus appendiciis et tota villa penitus concrematur, salvo tamen thesauro et armario. Henricus imperator Leodii pascha Domini celebrat. Inde Aquas contendens, morbo dracunculi, qui sibi erat nativus, molestari cepit; propter quod et ibi aliquot dies remoratus est; deinde Neumaiam[13] venit. Postea quasi pentecosten celebraturus, Vultraiectum venit; sed cum per dies languor ingravesceret, tandem feria quinta in pentecoste vitam cum regno amisit. Corpus eius eiectis intestinis sale respersum, Spirae relatum est. Rex Ierusalem Balduinus data redemptione a Saracenis dimittitur[a]. Mense Augusto in festo sancti Bartolomei apostoli, excellentior dignitas optimatum imperii sive eminentior gloria aecclesiae, Eurardus et Romanus legati apostolicae sedis, et archiepiscopi cum episcopis, ex condicto[b] convenientes Moguntiae, consultant sibi et toti Romano imperio de substituendo rege. Lotharius dux Saxonum, vir sapiens et industrius, et aecclesiastico iuri devotus, prepotens divitiis et victoriis, omnium assensu eligitur. Hic mense Septembrio cum eisdem legatis et duobus archiepiscopis et octo episcopis et multis abbatibus et cum eminentioribus aulae regalis primatibus Aquasgrani veniens, dominica die, Id. Septembris, a Frederico archipresule Coloniensi in regem benedicitur et ungitur, omni clero et populo festivum epinichion acclamantibus[c].

Mart. 29. Mai. 23. Aug. 30. Sept. 13.

1126. R. 1. F. 17. (18.) A. 26. (27.) H. 8.

Hiems acerrima; vernus etiam periculosus. Rex Lotharius contra Behemones vadens, quorundam suorum principum traditione magnam stragem militum passus est, quingentis videlicet et quadraginta occisis[d]. In Syria hoc anno exercitus Dei bis congressus est Saracenis. In primo prelio de paganis ceciderunt duo milia quingenti, de christianis solummodo 15; in secundo autem non incruentam victoriam habuerunt christiani. Sed quamvis plurima pars eorum perierit, tamen auxilio Dei revigorati, absque numero hostes contriverunt et vicerunt. Hoc anno omnis seges egra, et vineae cum omni fructu arborum acerrimae[e].

1127. 2. 18. (19.) 27. (28.) 9.

1126. Ian. 6. Rex Lotharius natalem Domini Coloniae celebrat; sed archiepiscopus seu preventus infirmitate, seu simulata, Sigebergae se contulerat. Inde Aquasgrani venit in theophania. Ibi legati Karoli comitis Morinorum, scilicet castellanus Gandae et abbas de Sancti Petri[13*], ad eum venerunt, nuntiantes, dominum suum comitem debitam subiectionem se ei facturum. Verumtamen Lotharingi principes ab eius presentia abstinuerunt. Novae enim potestati semper res novae convertuntur; quod ilico et ibi patuit. Nam Aquenses oppidani et rex non bene assenserunt, sed satis iniuriose se tractaverunt. De rege autem et Friderico duce quomodo se habeant, non satis compertum; quia pro voluntate faventium et contradicentium res extenuantur aut extolluntur. Hoc satis patet, quia gravi discidio labuntur[f].

Anathema in medio terrae, facinus audax et indignum, omnibus seculis vindicandum. Ecce enim solutus satanas terras perambulat. Flandria et Burgundia, longo terrarum situ disiectae, coniurant in apostasia proditoris Iudae. Quidam rei timentes damnari pro suo scelere, dominum suum Karolum comitem Morinorum Bruieias iugulant in quadam aecclesia[14] ante altare psalmos canentem. Unus atque idem satanas uno eodemque die simile nefas presumit in Burgundia. Damnaticii quidam, dum diffidunt suae saluti, utpote rei maiestatis, dominum suum Guilelmum comitem Sedunensium gladiis confodiunt in quadam aecclesia ante altare orantem. Actum secunda epdomada quadragesimae, feria 3., Kalend. Martii. Homicidae hac illac diffugientes, diversis iniuriis et digno sibi satis fine perierunt. Comitatus Morinorum a Ludowico rege Francorum datur Guilelmo filio Roberti comitis Nortmanniae, fratris Guilelmi regis Anglorum. Hunc Robertum olim ab Hierosolimis redeuntem, eo quod prestitam pecuniam redibere

a) *mutatur calamus.* b) sive eminentior — condicto *et paulo post* cum eisdem — veniens *desunt* B4**. c) *abhinc atramentum mutatur.* d) *atramentum mutatur.* e) Hoc — acerrimae *desunt* A. B5.[an] *Abhinc calamus atque atramentum paululum mutatur.* f) De rege — labuntur *desunt* A. Ibi legati — labuntur *desunt* B4*. 4**. *et* B3*. *cui sequentia quoque* Anathema — redegerat *desunt.*

12) St. Denis en Broqueroye, in com. Montensi. 13) Nymwegen. 13*) Blandiniensis. 14) S. Donatiani.

nequibat, idem frater suus Guilelmus rex Anglorum Nortmannia expulerat, et eam sibi subiugaverat, fratremque in Anglia in custodia libera redegerat. Rex Lotharius Babenbergen[a.15] pentecosten celebrat. Ibi dux Bohemiae cum multis milibus equitum adveniens, domno regi de superiore traditione satisfecit; et omnes, quorum parentes vel amicos occiderat, multa insignium donorum exhibitione reconciliavit sibi. Cenobium sancti Hugberti in Arduenna Nonis Iulii, primo conticinio noctis, cum omnibus appendiciis combustum est, salvo tamen thesauro et armario[b]. In pago Lomacensi, villa Gerpinas[16], paupercula mulier in festiva nocte sancti Michaelis ordeum moluit, unde ilico panem faciens azimum coxit. Quem dum frangeret ad edendum, sanguinem et aquam elicuit.

1128. R. 3. F. 19. (20.) A. 28. (29.) H. 10.

Domnus[c] Adelbero episcopus Leodicensium obiit. Dominica die, 5. Kalend. Februarii, auditum est tonitruum circa horam nonam. Domnus Alexander archidiaconus ex clero sancti Lamberti 15. Kalend. Aprilis Leodicensium consecratur episcopus[d]. Cum intrante Martio serenus aer arrideret, ipso mense mediante subito totus in nube cogitur, et frigore riget, aquae gelant, rura torpent, et nunc nive, nunc gelu, nunc pluviis elementa solvuntur. Subsequitur magna mortalitas ovium, agnorum, boum, vaccarum. Tandem miserante Deo, cuncta ad gratiam redeunt in laetania maiori[e]. 3. Idus Maii feria 2, Coloniae grandis tempestas exorta est; fulmen quoque ingressum maiorem aecclesiam sancti Petri, dextrum brachium crucifixi discidit[f]. Orta seditione et discidio inter Guilelmum comitem et Morinos, annitentibus Equitio et Daniele maioribus Flandriae, arcessitur Theodericus filius Theoderici ducis Alxatiae, nepos Rotberti comitis Flandriae ex sorore Gerdrude. Sed dum Godefridus dux Lovaniensis Guilelmo comiti auxiliaretur, congressio facta est utriusque exercitus ante castellum quod dicitur Alost. Ibi Guilelmus comes quendam militem aggrediens monomachia, in dextro brachio lanceatur, et surrepente dracunculo, quinto die moritur. Comitatus Morinorum Theoderico datur a rege Francorum Ludowico, quia cognatus eius erat ex matertera Gerdrude[g]. Mediante Septembrio gelu valde nocivum factum est, in quo legumina et vineae perierunt, et quicquid exprimi potuit, in acredinem versum est. In Flandria multi fluvii sanguinei facti sunt, et fossata similiter[h]. Rex Lotharius longa obsidione urbem Spiram cingit, sed inefficax redit.

1129. 4. 20. (21.) 29. (30.) 11.

Cum intrante mense Ianuario gelu liqueretur, tanta inundatio nivis et pluviae fluvios et vivaria inflavit, ut sata proxima diluerent et excavarent, domos quoque vicinas subverterent, et quaequae in eis inventa perderent[i]. Feria 3. paschae bovem cuiusdam rustici arantem cereus sudor delibuit, in parochia Gemmelacensi[k]. Prelium apud Duratium[17] inter Alexandrum Leodicensem episcopum et Godefridum Lovaniensem comitem, in quo tanta strages fuit, ut peditum utrinque 824 numero insimul opperierint, exceptis his qui fugientes in segetibus vel in silvis vulnerati perierunt, et his qui in aquis prefocati sunt, et his qui ad sua regressi incertis horis et diebus mortui sunt. Horum summa non potuit colligi. Actum 7. Id. Augusti, 4. feria[l]. Remis hoc anno in pascha Ludowicus rex Francorum elevavit in regem filium suum post se, in presentia omnium episcoporum et abbatum regni sui. Pestilentia maxima boum, vacarum et porcorum, aprorum, cervorum, capreorum. 16. Kal. Novembris facta sunt fulgura et tonitrua, primo conticinio noctis, prima luna, 5. feria[m]. Hoc anno plaga ignis divini Carnotum, Parisius, Suessionem, Cameracum, Atrebatum, et alia multa loca mirabiliter pervadit, sed mirabilius per sanctam Dei genitricem Mariam extinguitur. Iuvenes etenim, senes cum iunioribus, virgines etiam tenerae, in pedibus, in manibus,

a) Rex — traditione *in rasura auctor ipse scripsit.* b) Cenobium — armario *desunt* B1. 5. *Abhinc mutatur atramentum.* c) *manus habitum mutat.* D. A. e. L. o. *et statim infra* Domnus — episcopus *desunt* B3'. 4'. 4''. 5. d) *mutatur calamus.* e) *calamus mutatur.* f) *calamus et atramentum mutantur.* g) *atramentum mutatur.* Orta — Gerdrude *ita exhibent* B3'. 4'. 4'': Willelmus comes Flandrie cum Godefrido duce Lotharingie castellum Alost obsidione premit; ibique levissimo vulnere, immo non vulnere, sed inscisura in manu accepta, male, ut putatur, a medico potionatus, repente moritur, sed unde, nescitur. Theodericus ei succedit. h) *calamus mutatur.* i) *calamus mutatur.* k) *mutatur calamus.* l) Actum — feria *postea addidit Anselmus.* m) *habitus cum atramento mutatur. Sequentes duas paginas usque ad finem a.* 1132. *in rasura scripsit Anselmus ipse, et quidem* Hoc anno — cum toto oppido *initio anni sequentis, uno calamo, reliqua pluribus vicibus.*

15) Merseburgi secundum alios. 16) Gerpinnes, prope Charleroi. 17) Duras prope St. Trond.

in mamillis, et quod gravius est, in genis exuruntur, et celeriter extinguntur[a]. Apud Parisius aecclesiola est in honore sancti Martini, in qua quidam hac infirmitate detentus se apportari fecit. Ubi dum pernoctans urgentibus angustiis vociferaretur, primo noctis conticinio adest sanctus Martinus, qua de causa domum suam intrasset sciscitans. Ille infirmitatis suae angustias demonstrans, orat sibi misereri. Cui sanctus Martinus: *Scito,* inquit, *in curia superni Iudicis terribilem et horribilem datam sententiam, hanc combustionis plagam per Galliam desevire; et matrem misericordiae precibus optinuisse, omnes hac clade laborantes et se invocantes misertum iri. Ideo Parisius in templo ipsius sanctae Virginis matris deportari et ibi habes sanari.* Cui ille: *Omnium ore beatus et miraculorum patrator diceris; hac de causa domum tuam sanitatem per te recuperaturus intravi.* Et sanctus Martinus: *Sine permissione Virginis matris, quae peperit Deum nostrum, qui ignis consumens est, non poteris extingui.* Discedit sanctus Martinus. Iterum rediens, iussit illum redire ad matrem misericordiae. Et ille: *Aut per te sanabor, aut hic moriar.* Et sanctus Martinus: *Sanat te dominus Iesus Christus precibus matris suae. Et hoc tibi signum: tu primus, post te sex in hac domo sanabuntur. Ceterum quicunque advenerint, frustra laborabunt.* Sanctus Martinus discedit. Ille sanatus predicat sanitatem suam. Multi confluunt; ex magna copia non curantur nisi sex, sicut predixerat sanctus Martinus. Parisius confugiunt ad aecclesiam Virginis matris. Centum et tres uno die sanantur; duo seu iubente, seu permittente Deo non curantur, sed extinguntur. Apud Laniacum in die ascensionis dominicae tres ante aram perpetuae Virginis extinguntur. Transeamus ad Suessionum civitatem. Ibi specialius pre omnibus locis per miracula innotescit gentibus Dei genitrix. Ibi muti, ceci, claudi, paralitici curati sunt, mortuus resuscitatus. Vidimus horrendum quiddam. Ignis divinus nasum, labia, mentum cuiusdam pauperculae mulieris exusserat; fetor, horror sentientes et videntes repleverat. Expulsa de domo Virginis matris rediit ad propriam domum; pro expulsione, pro infirmitate sua dolet, gemit et orat dicens: *Heu michi! mater misericordiae omnes excipit, nullum expellit, preter me solam. Deus, qui factus es filius feminae propter misericordiam, sana me per feminam matrem tuam propter tuam misericordiam.* Oravit, exaudita est. Nocte quae incrastinascit in sabbatum, recepit sanitatem; restituta est ei caro sua, nasus, labia, mentum; omnia propria sua ex integro recepit. Videres nobile miraculum: caro illa similis facta est carni reliquae, et quod mirabilius est, in coniunctione carnis veteris et novae quasi signum tenuissimi fili pro testimonio apparuit. Adolescens quidam, quem abbatissa eiusdem aecclesiae, ubi ista gerebantur, ab infantia pro amore Dei nutrierat, surdus et mutus, dum in aecclesia meridianis horis quiesceret, visum est, quod senior quidam, niveis indutus vestibus, aures et labia eius manu sua pertractaret, dicens: *Dic,* inquit, *„Deus et sancta Maria miseremini mei“.* Dixit hoc; sanatus agit gratias Deo, et omnis plebs magnificavit Deum. Mulier de Remis civitate veniens cum filio ad domum sanctae Virginis, dum querit animae salutem, amittit filium; sed gratia Dei consolatur. Filius enim dum in area luderet, repente in puteum vetustate destructum decidit, et mortuus est. Advesperascente die querit mater filium; sed dum non invenit eum, tristatur et clamat. Accurrunt vicini, turbatur civitas. Dicit quidam, quia vidisset eum super os putei cum pueris iocari. Intro inspiciunt; vident eum mortuum iacentem. Extractus matri redditur. Illa nihil cunctata ad aecclesiam vadit; tota civitas eam prosequitur. Ad aecclesiam veniens, coram altari Virginis matris eum exponit; quaerit a matre misericordiae, ut reddat ei filium. Ilico exaudita est a matre misericordiae; surgit puer, vivit infans qui defunctus fuerat. In testimonio canisia pueri suspenditur coram altari. Fama volat per aures omnium; cor et lingua contremit omnium per Gallias. In Viromando villa est Funtanas dicta, ubi in templo Virginis matris crebro fiebant miracula. Dum scirent quidam mercatores et peregrini sanctitatem loci, fide et devotione firmi, et illo tenderent, obviavit illis matrona, quasi mater honorificata, sic eos alloquens: *Notifico vobis, quia virgo et mater Domini Maria locum ampliori dilectione sibi fecit dignum Suessionis. Moneo vos, ut illuc veniatis.* Illi dum non magnopere curant verba quae audierant, ecce iterum matrona, quod primo dixerat, secundo reiteravit et abiit. Tanto attoniti miraculo, Suessionis tendunt; et venientes basilicae valvas obse-

a) *Sequentia usque ad* sufficere posset *in fine anni desunt* B4°. 4°., *qui nil habent nisi:* Parisius in aecel. b. Virginis matris 103 uno die sanantur.

ratas prospiciunt; orant, exaudiuntur; ostia basilicae Virginis matris eis aperiuntur. Ergo quique rei, dum divino igne exuruntur, ad illud nobile templum Virginis matris confugiunt; et dum esset idem templum languentibus plenum, audite, quam gloriose in momento curantur. Locus ille antiquissimus et nobilissimus subtalare sanctae Virginis matris apud se continet. Quadam igitur nocte, dum omnes flerent et mugitum cordis ex nimia angustia cum stridore dentium emitterent, conspiciunt lumen splendidum, et cum ipso matrem misericordiae super altare descendere. Accedit mater et Virgo ad unum de egrotis; sciscitatur an velit sanari; intelligit cupitum eius desiderium sanandi. Tangit eum; sanatur. Imperat, ut hoc itidem omnibus a se visa[a] patefaciat. Tanguntur, sanantur; tota civitas letatur; foramen per quod ingressum lumen de lumine, quasi pro signo remanet, et ab omnibus veneratur. Carnotum, ubi camisia habetur eiusdem Virginis, innumera multitudo sanata est. Quid etiam de Cameraco dixerim? Cameracus antiquissima et nobilissima civitas est, ubi templum habetur in honore ipsius Virginis matris, dotatum de capillis et de beato lacte eius. Ibi multi infirmi sanati sunt, quorum numerum nemo novit nisi solus Deus. Atrebati in templo Virginis matris dicato tot et tanti curati sunt, ut omnis homo ad enarrandum elinguis fiat. Hec precipua loca conscripsimus; sed si per alia loca in memoriam eius dicata vellemus evagari, ubi inedicibili potentia cunctos inibi confugientes mirabilis Domini sanavit potentia, nec sensus, nec ratio ad hec sufficere posset. Balduinus rex Hierusalem moritur[b].

1130. R. 5. F. 21.(22.) A. 30.(31.) H. 12.

Lotharius rex urbem Spiram alternis annis vicissim obsessam, tandem capit 3. Nonas Ianuarii, feria 6, immunitate concessa. Lanbertus, qui et Honorius, papa moritur. Fbr.14. Romanae aecclesiae pax interpolatur, altercantibus duobus de sede apostolica, quodam Gregorio, et altero Petro Leonis, gente Romano, monacho Cluniacensi. Gregorius privilegium electionis ab Honorio papa adhuc vivente consensu quorundam cardinalium sibi usurpat; Petrus altitudine sanguinis glorians, domum Crescentis invadit, caedibus, hominum rapinis, incendiis grassatur. Aecclesia sancti Petri in Lovanio crematur cum toto oppido[c]. Gregorius veritus potentiam Petri, profugus a Sancto Paulo in Spoleto, emenso mari, tandem apud Sanctum Egidium appulit[d]. Postea venit in Burgundiam, et a Octob. Cluniaco excipitur, et favore omnium Francorum celebratur. Deinde Lotharius rex Alemanniae, quorundam suorum episcoporum ambitione delinitus, legationem á Francis de Gregorio benigne honorat, et in eius electione coniurat. Parrone aecclesia sancti Fursei penitus comburitur[e]. Fulco comes Andegavensis fit rex Hierusalem[f].

1131. 6. 22.(23.) 31.(32.) 1.(13.)

Gregorius multo comitatu episcoporum et abbatum a Francia exiens, in Lotharingiam transit, et dominica tertia quadragesimae, quae est 11. Kal. Aprilis, Leodium venit. Ibi a Lothario rege Alemanniae et multis episcopis et abbatibus tam Lotharingis quam Transrenensibus veneratur, muneribus honoratur; tota civitas in obsequio fervet, salutationibus et epulis vacat. Dominica in medio quadragesimae Gregorius, sicut hyrcus caprarum in Daniele, qui pedibus terram non tangebat[g], cum curribus et redis ab aecclesia sancti Martini in publico monte, quasi Romae via triumphali, usque ad capitolium sancti Lantberti ascendit, missam celebrat, regem et reginam coronat, coniugatos presbiteros excommunicat. Estimati sunt a quibusdam 32 episcopi affuisse, et abbates 53. Quamvis in medio duorum vel trium in suo nomine Dominus se dicat adesse, tamen omnis constitutio eorum nec calamo nec carta indiget[h]. Civitas Vultraiectum ex

a) uisa *corr.* iussa *cod.* b) B. r. H. m. *anno* 1131. *supplevit Anselmus, ut ex atramento apparet. Desunt* A. c) Ecclesia — oppido *desunt* B1. 5. *Hic desinit atramentum, quo praecedentia omnia* Hoc anno plaga — oppido *exarata erant continuo calamo. Sequentia* Gregorius — sanctae Mariae *alio atramento atque calamo uno scripsit Anselmus.* d) *Anselmus primo scripserat:* profugus per Tusciam et Langobardiam et per S. Michaelem in clusis gyrando venit *etc. Sed verbis* per — gyrando *expunctis, ipse statim superscripsit* a S. — Postea, *quod et reliqui habent omnes.* e) P. c. s. F. p. c. *postea Anselmus addidit a.* 1131, *tum quum scriberet* Hugo — periit *et sub anno praecedenti* Balduinus r. H. moritur. *Desunt* A. B1. f) F. c. A. f. r. H. *postea supplevit Anselmus eodem, quo finem huius anni, calamo. Desunt in uno* A. g) sicut — tangebat *in* 1. *erasa sunt, ita tamen ut legi adhuc possint. Desunt* B3*. 4*. 4**., *sed leguntur in* A. B1. F1. 2. 3. *In* B5. *quoque affuerunt; sed Miraeus ibi ad marginem scripsit:* Videtur hic locus expurgandus et censura dignus, *atque tunc vel ipse vel alius quis illa verba* sicut — tangebat *erasit.* h) Quamvis — indiget *in* 1. *erasa, ita tamen ut legi adhuc possint; desunt* B3*. 4*. 4**., *sed leguntur in* A. B1. F1. 2. 3. *In* B5. *idem Miraeus margini inscripsit:* Videtur hic locus censura dignus, *et postea erasa sunt.*

maxima parte concrematur, scilicet palatium episcopi, et maior aecclesia sancti Martini,
18 et altera sancti Bonifacii, et tertia sanctae Mariae[a]. Hugo Canna avenae[b. 18], exortis inimicitiis contra oppidanos Sancti Richarii[19] in pago Pontivo, totum oppidum cum aecclesia sancti Richarii penitus combussit; in qua aecclesia aliquanti monachi et inestimabilis multitudo promiscui sexus, quod dictu nefas est, simul concremata periit[c]. Gre-
Oct. 18. gorius, qui et Innocentius papa, Remis post festum sancti Lucae euangelistae concilium habuit cum episcopis et abbatibus 300; mediante Francorum rege Ludovico cum filio qui secundus erat natu. Nam primus antea coronatus tunc forte Parisius venerat, et ut fertur, á demone in specie porci ludificatus, dum hac illac equum girat, subito corruit exanimis. Unde pater valde maestus Remos adveniens, secundum natu filium secum advexit, et a papa inungi et benedici et coronari in regem impetravit. Frittericus Coloniae archiepiscopus obiit.

1132. R. 7. F. 23. (24.) A. 32. (33.) H. 2.

Rex Lotharius natalem Domini Coloniae celebrat. Qui avaritiae veneno infectus, electionem sanctae aecclesiae Coloniensis sua calliditate cassavit[d]. Iterum tertia ebdomada quadragesimae Coloniam veniens, nihil dignum regali serenitate egit. Deinde Aquas
Apr. 10. veniens in pascha, nihil de statu regni ordinare valuit, immo omnium rerum querelas in respectu distulit. Radisbona civitas tota paene est combusta[e]. Domnus Bruno, ex clero sancti Petri, Coloniae fit archiepiscopus. Rex Lotharius collectis viribus
Sept. Romam vadit cum Innocentio papa; sed vario eventu rerum multas difficultates in eundo patitur[f].

1133. 8. 24. (25.) 33. (34.) 3.

4. Nonas Augusti, luna 27, meridie facta est eclypsis solis fere dimidia hora, et stellae
Apr. 30. visae sunt in caelo[g]. Rex Lotharius veterem Romam ingressus, Innocentium papam
Iun. 4. in patriarchio Lateranensi relocat, et ab ipso in imperatorem benedicitur. Sed Romanorum avaritiam á discidio partium nequiens revocare, dissimulato negotio inefficax rediit. Petrus vero pseudopapa in domo Crescentis regnat, et alter in alterum predis, rapinis, incendiis et homicidiis desevit[h]. In villa Namuco[19*], dum vaccam occisam mango aperit, foetus duorum capitum apparuit[i]. Legumen et avena hoc anno proventum messis satis ementita[k].

1134. 9. 25. (26.) 34. (35.) 4.

Congregatio Malisnensis aecclesiae, quae est in Bracbanto, omnibus fidelibus salutem. 12. *Kal. Februarii lupus venenatus et insanus, qui intra corpus suum tres colubros habebat vivos, consuetas latebras linquens, rura petiit, et innumeram multitudinem porcorum, ovium, canum, et armentorum morsu venenato extinxit. Postea vasto impetu homines invadens, plus quam duodecim morsu suo male mulcavit; quorum quatuor misera morte defuncti sunt. Hi vero ante obitum suum nullum liquorem videre vel gustare potuerunt. Tandem a quatuor viris fortissimis comprehensus et evisceratus, fidem malitiae suae de colubris patefecit*[l]. Iste annus pre nimia siccitate satis calamitosus, quia avenae, ordea et legumina proventum suum nimis sunt ementita. Theobaldus comes Blesiensis sive Carnotensis, pre cunctis principibus Gallie magno pondere iustitiae eminet in Francia; religiosis monachis et clericis pius ac familiaris, aecclesiae defensor, pauperum adiutor, merentium consolator, in commerciis negotiatorum cautus et discretus, in reis et a recto deviantibus ultor et vindex[m]. Kalendis Octobribus, in tempestae noctis silentio, motus magnus factus est in mari, ita ut litora sua preteriret, et tamen in se iterum resideret. Sequenti vero nocte primo crepusculo cum omni impetu terminos egrediens, omnia circumquaque, id est villas, castella, aecclesias, ita pessumdedit, ut tres comitatus, id est, Walecras, et Wales, et Bebrant[20], cum homine et pecore penitus exterminaret.

a) *Hic desinit* A.; *atramentum atque calamus mutatur in* 1. Civitas — Mariae *desunt* B1. 5. b) campus avene B3. 4**. c) *Post haec atramentum mutat* 1. *et primitus novum annum incepit, superscriptum* VII. XXIIII. XXXIII. XIIII. *Sed haec erasa sunt, atque* concremata periit *rasurae inscriptum.* d) *ita scripsit Anselmus. At postea alius, cuius manus correctrix et in a.* 1140. *apparet, verbis* Qui — cassavit *expunctis superscripsit:* Hic tumultuante multorum dissidentium seditione, electio s. aecclesiae Coloniensis diu multumque cassata est. *Haec habent* B1. 3*. 4*. 4**. 5. F1. 2. 3. e) R. c. t. p. c. c. *postea addita in* 1. *desunt* B1. 5. *Post ea habitus mutatur.* f) *Abhinc habitus mutatur.* g) *calamus mutatur.* h) *calamus mutatur.* i) *calamus mutatur.* k) *calamus mutatur.* l) *Abhinc calamus mutatur atque atramentum.* m) *calamus mutatur.*

18) comes S. Pauli. 19) St. Riquier. 19*) Namur. 20) v. Ann. Fossenses SS. T. IV. 30.

1135. R. 10. F. 26.(27.) A. 35.(36.) H. 5.

In[a] civitate Tornaco natus est agnus unius corporis, duum capitum, quatuor aurium, quatuor oculorum, octo pedum[b]. In villa, quae dicitur Brania[20], mense Aprili natus est infantulus, carens collo et capite, ocellos habens in spatulis[c]. Lotharius rex et Fridericus dux Suevorum paciscuntur[d].

CONTINUATIO GEMBLACENSIS.

1136. 11. 27.(28.) 36.(37.) 6.

Cenobium sancti Vedasti Atrabatensis concrematur cum claustro et officinis et magna oppidi parte; nec meminit aliquis nostra aetate, tot villas, tot civitates, tot castra, oppida vel municipia, concremata fortuito igne, quot in huius anni spatio combusta esse referuntur. [Domnus Alexander Leodicensium episcopus moritur[e].] Anselmus octavus abbas Gemblacensis cenobii obiit; qui adhuc vivens, etsi corpore invalidus, tamen erga Dei cultum et scripturarum exercitium erat strenuus[f]. Hic cronicam istam a fine chronicae a Sigeberto venerabili Gemblacensis aecclesiae monacho descriptae ad hunc usque annum perduxit, et visa vel a fidelibus relatoribus audita posterorum notitiae dereliquit. Discordiae malum quam perniciosum sit omnibus, plus iam nostris tribulationibus discimus, quam in codicibus legimus. Cum enim monachi cum oppidanis, oppidani cum monachis non concordarent in substituendi abbatis electione: ad hoc usque processit malum discordiae, ut[g] dux Lovaniensis[21] et comes Namucensis rupto pacis federe hostiliter inter se concertarent multo tempore. Erat autem cernere miseriam et omnium rerum depredationem violentissimam, homicidia sepissime fieri, villas cum habitatoribus concremari, in tantum ut Gemmelacensi oppido cum parrochiana aecclesia combusto cum maximo inhabitantium periculo, Dei clementia maius monasterium, quod est contiguum, undique grassante incendio iam succensum, miro restinxerit modo. Vicini enim fluminis alveus in stagnum collectus, rivo suo magna ex parte subito est evacuatus, ita ut arenae eius cernerentur circumcursantibus et his, qui resistebant hostibus; eiusque aqua superfusa monasterio in modum pluviae, incendium omne restinxit Dei virtute. Ne cui autem hoc videatur incredibile, multae hoc hodieque attestantur non solum laicales, sed et aecclesiasticae personae. [Domnus Adelbero, ex clero Mettensi assumtus, datur Leodicensium episcopus[h].] Monasterium sancti Dionisii in Brokorothi comburitur cum claustro et omnibus appendiciis et oppido, vix anno 12. anterioris conbustionis expleto[i]. Rex Anglorum Heinricus obiit, vir pauperibus et aecclesiis Dei multae benignitatis, ac per hoc etiam multae liberalitatis. [Ludowicus rex Francorum obiit[21*]; filius eius equivocus succedit[k].] Rex Lotharius multo regni sui congregato exercitu, Romam secundo proficiscitur, duorum de sede apostolica contendentium discordiam ad pacis et unitatis cupiens revocare concordiam[l].

1. Dec. 1135.

Sept.

Angli diu habita deliberatione, quem sublimarent regio nomine et honore, sine liberis defuncto Heinrico rege, Stephanum consobrinum eius constituerunt pro eo regnare. Mons Castrilocus[22] cum templo sanctae Waldedrudis et toto pene opido concrematur[m].

a) *atramentum prorsus mutatur cum calamo.* b) *Post haec linea et dimidia erasa. Dein atramentum mutatur.* c) *calamus mutatur.* d) *Hic desinit manus Anselmi. Quam nullo spatio interiecto, sine ulla inscriptione in eadem pagina pergens sequitur manus tertia eadem, quae a.* 1085—1111. *in. exaravit. Pertingit ea uno tenore usque ad* revocare concordiam. e) *inter lineas addit manus septima eadem, quae finem codicis inde a.* 1145. Remis *exaravit;* B1. 5. F1. 2. 3. f) qui — strenuus *desunt* B4**. g) Discordiae — discordiae ut *desunt* B1. 5. Discordiae — ecclesiasticae personae *desunt* B3*. 4*. 4**. h) *addit in* 1. *manus quinta;* B1. 5. F1. 2. 3. *desunt* B3*. 4*. 4**. i) Monasterium — expleto *desunt* B1. 5.; *initio anni post* oppidi parte *collocant* B3*. 4*. 4**. k) *addit manus quinta.* B1. 3*. 4*. 4**. 5. F2. 3.; *desunt* F1. l) *Desinit manus tertia, incipit quinta.* m) Mons — concrematur *desunt* B1. 5.

20) Braine-le-Comte, inter Halle et Mons. 21) Godefridus. 21*) demum Kal. Aug. 1137. 22) Mons.

1137. R. 12. (11.) E. 1. (27.) A. 1. H. 7.

Rex Lotharius, anno uno et mensibus 5 cum expeditione militari in Italia commoratus, ab ingressu abstinuit urbis Romae, quia duorum de sede apostolica contendentium prelia
Mai. et seditiones nequivit compescere. Rogerium Siciliae ducem sibi resistentem bellica congressione frequenter atrivit; provinciam eius cede et incendio devastavit; sed tamen eum ad deditionem non compulit. Dum ergo varius eventus belli esset, et nec hos nec illos
Dec. 3. gladius consumeret, rex Lotharius morte preventus, bellum cum vita finivit; et propter incursus undique imminentium hostium non manifeste, sed quasi occulte a suis relatus, in Saxonia est tumulatus. [Arnulphus ex monacho Sancti Nichasii Remis datur abbas Gemblacensis[a].] Bruno Coloniensium archiepiscopus obiit in expeditione Italica, 6.
1138. anno sui presulatus. Petrus Leonis decessit ex hac vita, qui sedem apostolicam reti-
Ian. 25. nere conabatur cum violentia. Aecclesiae Dei et Gregorio papae pax est reddita, et cessaverunt seditiones et prelia[b].

Prudens lector, habeo tibi aliquid dicere, cupiens magis doceri, quam docere. Beatus Gregorius dicit, inconveniens esse, ea quae carent gravitatis soliditate, in libris congerere. Studiosis enim lectoribus non sunt utilia, sed fastidiosa. Hoc exemplo nos de multis quae contingunt conscribimus pauca, sed eminentiora; ut habeatur secundum legem chronicae rerum gestarum breviter digesta veritas, et caveatur inutilis et undecunque congesta prolixitas[c]. Si autem aliquid conscriptione dignum aestimaveris a nobis pretermissum, studiosis scripturarum scias esse dimissum; quia non omnia possumus omnes, nec omnia volunt omnes; et laudatur quidam dixisse prudenter et breviter:

Quid dem, quid non dem? renuis tu, quod iubet alter.

1138. 1. 2. 2. 8.

Rex[d] Danorum, audita morte regis Anglorum, cum multo navium apparatu, cum militari et pedestri exercitu, fines Angliae devastabat omni crudelitatis genere; dicens, antecessorum hereditario iure et collimitanei maris vicinitate sibi magis deberi regnum Angliae, quam Stephano regi et Normannis ex Wilhelmi bastardi pervasione. Rex Anglorum reputans periculosum primo impetu cum tam efferato hoste non ex equo confligere, habita dilatione et inspecta oportunitate, dispersos longe lateque et inhiantes predae facili superavit congressione, multisque eorum interfectis aut captis, reliquos conpulit cum dedecore ad propria redire. Post mortem regis Lotharii, non ferentes princi-
Fbr. 22. pes Teutonici regni, aliquem extraneum a stirpe regia sibi dominari, regem constituerunt sibi Cunradum, virum regii generis. Erat quippe ex sorore nepos Heinrici quinti regis, quarti imperatoris huius nominis. Heinricus dux Baioariorum, quia filia Lotharii regis ei nupserat et iam liberos ex ea susceperat, Cunradum regno sublimatum et se alienatum graviter ferebat, et quoscunque poterat, ab eius amicitia et fidelitate avertebat. Hugo post Brunonem datus Coloniensium archiepiscopus, dum Romam adiret consecrandus, peregre est defunctus, eique successit Arnulfus. Godefridus Lovaniensis, dux Lothariensium, magnum patriae suae decus, vir suo tempore et tempori et honori sciens se decenter conformare, moritur.

1139. 2. 3. 3. 9.

Cunradus tertius rex huius nominis, Godefridum filium Godefridi ducis facit paterni honoris successorem, ea maxime pro causa, quia suae coniugis sororem ei dederat uxorem. Heinricus dux Baioariorum, adhuc contrarius existens Cunrado regi, nec atten-
Hor. od. I, 24. dens illud dictum mundanae sapientiae: *Levius fit patientia, quicquid nefas est corrigere,* inremediabili morbo tristitiae pervenit ad extrema vitae. Gentis Anglorum principes a rege suo dissentientes, dum alter alteri varie assentitur, gens tota per eos affligitur, eo deterius, quo cives ut hostes non exterius, sed interius patitur. Paludes et fontes, qui per aliquot annos tanta defecerant siccitate, ut putarentur non posse denuo refluere, mirantur multi non solum fluere, sed et solito maiores aquas emittere[e].

1140. 3. 4. 4. 10.

Eclypsis solis facta est 4. Non. Aprilis, advesperascente iam die et celo serenissimo exi-

a) *addit inter lineas manus incerta,* Fl. 3; *desunt* Bl. 3'. 4'. 4''. 5. b) *Post haec spatio unius lineae relicto, incipit manus* 1η. *vario tempore scribens usque a.* 1145. *initium.* Prudens — iubet alter *desunt* B3'. 4'. 4''. c) *atramentum mutatur.* d) *calamus mutatur.* e) *Post haec calamus atque atramentum mutatur.*

stente, sol quasi tetro velamine videbatur circumfusus eglyptica caligine. Exorta discordia inter Alberonem episcopum Leodicensem et Heinricum comitem Namucensem, multa hinc inde contigerunt mala, predae et incendia, cedes et homicidia. Causa huius discordiae comes Namucensis ex inproviso aggressus opidum, quod Fossis dicitur, quia nomen tale sibi dat situs ipse loci, multis captis aut occisis, multa preda abducta, opidum totum cum monasterio beati Foillani combussit, edificia lapidea quaecumque eminentiora erant, destruxit. Heinricus comes Lemburgensis, dolens se privatum honore ducatus, quem pater suus et avus habuerant, Godefrido duci rebellis erat, contiguos sibi possessionum eius reditus invadebat, et sicubi prevalebat, nulli amicorum eius parcebat. Godefridus dux graviter ferens insolentiam eius, opidum sancti Trudonis cum multo equitum peditumque exercitu obsedit, cives ad deditionem coegit, obsides promissae sibi fidelitatis accepit[a]. Deinde cum eodem exercitu progressus, et opidum Aquasgrani ingressus, cum multo potentatu per biduum in sede iudiciaria resedit, exactiones quas ducem Lotharingiae exigere decebat exegit, opidanos suae fidelitati astrinxit, et ne Heinrici comitis fautores essent, ostentatione potentiae suae deterruit.

1141. R. 4. F. 5. A. 5. H. 11.

Cunradus rex quosdam regni sui optimates sibi resistentes cogit suo parere imperio, munitiones eorum oppugnando aut expugnando. Rex Anglorum Stephanus, non satis cavens dubios animos principum ficta sibi amicitia adherentium, dum quosdam hostes expugnare nititur, a suis derelictus et ab hostibus interceptus, capitur et custodiae mancipatur. Plaga ignis divini multos adurit; sed per intercessionem sanctae Dei genitricis Mariae aliorumque sanctorum multis hac egritudine laborantibus misericordia Dei subvenit. Rex Iherosolimitanorum cum suo exercitu, fultus auxilio christianorum loca sancta, ubi pedes Domini steterant, visitantium, Ascalonitas omni commeatu excluso terra marique oppugnat, quorundam etiam hostium castra propinquiora expugnat[b]. Adelbero huius nominis secundus Leodicensium episcopus, dolens fraudulenta invasione comitis Raginoldi iam per 7 annos violenter retineri castrum Bulonium, quod cum omnibus appendiciis suis Otbertus episcopus multa summa argenti adquisierat episcopio Leodicensi, nec ferens tantum honoris et commodi ad presens sibi et in posterum auferri aecclesiae Dei, oportunitatem exspectabat, qua iuste repeteret, quod aecclesia iniuste amiserat. Deus autem, qui ei ad hoc dederat affectum, bonae voluntati eius dedit effectum. Inspecta enim oportunitate, castrum obsedit cum multa equitum peditumque multitudine. Plus tamen de divino quam de humano confidens auxilio, corpus beati Lamberti ad locum obsidionis iussit deferri, sic sperans, quod inchoaverat prosperari et accelerari. Nec frustratus est spe sua. In paucis enim diebus castrum recepit cum Dei et sancti Lamberti auxilio, quod multo tempore, multorum labore nimio, vix longa reddidisset obsidio. Quanta ibi contigerint, quanta etiam nunc contingant ad corpus beati Lamberti miraculorum insignia, quia non est huius operis, prudentioribus relinquimus estimanda, vel si eis placuerit describenda[c].

1142. 5. 6. 6. 12.

Rex[d] Anglorum, quibusdam pacis conditionibus solutus a captione qua tenebatur, iterum Anglicae genti principatur[e]. Rex Francorum frequenter ammonens et per se et per legatos suos Tietbaldum comitem Blesiensium, ne violenter invaderet et retineret aliena, cum ei satis superque possent sufficere propria, animadvertit, ea que ammonendo dicebat, surdis auribus audiri, decrevitque pugnando agere, ne posset contemni. Denique cum multo comitatu aggressus castrum eius, quod Vitreiacum dicitur, opidanos et milites

a) *eadem manus, quae* 1132. *correxit, et hic verbis* civis — accepit *expunctis superscripsit:* obsidere venit, sed oppidanis obsidionem prevenientibus, placato eorum accepto in gratiam eos recepit. *Eadem habent* B1. 5. F1. 2. 3. *at non* B3*. 4*. 4**. b) *Sequentia multum decurtavit* B4*. c) *Hic* F2. *addit:* „Ludovicus rex Francorum adolescentio adhuc concessit ecclesie Buturicensi libertatem eligendi in archiepiscopum quem vellent excepto Petro cognato Hemerici cancellarii, iuravitque publice super sancta ewangelia quod se vivente non erat ille futurus archiepiscopus. Qui tamen electus Romam profectus est et consecratus a domino Innocentio dicente regem puerum instruendum et cohibendum ne talibus assuescat. et adiecit veram non esse libertatem, ubi quis excipitur a principe nisi forte docuerit coram ecclesiastico iudice illum non esse eligendum. Tunc enim auditur ut alius rex exclusit archiepiscopum redeuntem sed cum comes Theobaldus recepit in terra sua, ei omnes ecclesie obediebant. Indignatus est ob hoc rex comiti Theobaldo et omnes fere proceres excitavit ut ei cum rege guerram inferrent." d) *totum hunc annum alia manus exaravit, calamo continuo.* e) *Hic* F2. *addit:* „Comes Radlis regine sororem ducit, relicta coniuge sua, rege procurante per episcopos suos divorcium negata audiencia mulieri, et hoc in invidiam comitis Theobaldi."

sibi resistentes aut cepit aut occidit. Opido succenso, in tantum ignis excrevit, ut etiam castrum, quod in eo erat valde munitum, cum multo inhabitantium periculo concremarit. In hoc prelio vel incendio capti cesi aut concremati, ad mille quingentos sunt estimati. In vicinia Lovaniensi mel stillavit de caelo in modum pluviae, quod verum mel fuisse, probaverunt multi visu, gustu et contrectatione. Godefridus iunior dux Lotharingiae quarto anno sui ducatus moritur[a]. Cunradus rex in opido, quod Fran-
Iun. 7. kenefort dicitur, cum multa frequentia optimatum regni sui curiam habuit, et quae confirmanda erant, eorum consilio et iudicio confirmavit, et corrigenda correxit. Deinde cum non multo comitatu aggressus quosdam Sclavorum rebelles regnum inquietantes, non, ut putavit, eos imparatos invenit, ideoque viriliter resistentibus ad horam cessit. Nec multo post incautis superveniens improvisus, multos eorum cepit aut occidit, multos eorum in fugam versos, in flumen, quod contiguum erat, demersit, reliquos multa summa gratiam suam redimentes ad deditionem compulit. In parochia Gemblacensi natus est puer monstruosus, qui miraculo et horrori se aspicientibus fuit.

1143. R. 6. F. 7. A. 7. H. 13.

Regnum[b] Francorum magnam patitur perturbationem bellorum, per discordiam regis et principum, inter quos eminebat Tietbaldus comes Blesiensium. Rex Anglorum necdum pacato regno suo, contumaces subiugare volebat, sed non valebat, quia tutam fidem nusquam reperiebat, et conatus suos non prosperari sed frustrari dolebat. Cunradus rex concessit filio Godefridi ducis iunioris adhuc puerulo, quicquid beneficii vel honoris antecessores eius habuerant de manu imperatoris. Pagani vicini Hierosolimitanis christianis, pertesi malorum et frequentis oppugnationis christianorum, pactum pacis inierunt cum eis, et terras, quas eis christiani abstulerant, et quae incultae erant, sub
Sept. 24. tributo colendas susceperunt ab eis. Gregorius papa, qui et Innocentius, obiit. Wido, qui et Caelestinus, papa succedit.

1144. 7. 8. 8. 14.

Hiems hoc anno nimietate pluviae et vento vehementi periculosa extitit et damnosa, in tantum, ut silvas, templa, turres et edificia, quae putabantur firmissima, aut funditus subverterit, aut magna ex parte destruxerit. Wido, qui et Caelestinus, qui Romanae
Mart. 9. aecclesiae 163[us] presidebat, obiit. Gerardus, qui et Lucius, papa successit. Fames gravissima hoc anno multos afflixit; multos panis penuria pauperavit. In regno autem Anglorum in tantum dicitur prevaluisse, ut maximam utriusque sexus multitudinem contigerit fame interisse. Nec tantummodo pauperes et mediocres, sed et eorum multi, qui putabantur sibi sufficientes esse, duro famis gladio perurgente coacti sunt alias emigrare, ut malum inopiae si non ex toto evitare, saltem possent alleviare. Triticeae messis maturitas et collectio provenit tardius solito; quia nimietate pluviae impediente, vix potuerunt messores 8. Kal. Septemb. metere, quod aliquoties vidimus eos 8. Kal. Augusti messuisse. Fulco quartus rex Hierosolimitarum, 15. anno regni sui vita decessit. Balduinus filius eius ei successit. Rex Francorum, sciens quia perturbatio capitis perturbatio est membrorum, ut sedaret perturbationes regni sui, acquievit confoederari Tietbaldo Blesiensium comiti. Cunradus rex sciens per se, sciens religiosorum virorum ammonitione, quantum reverentiae debeatur aecclesiastico ordini, cui Deus dicit: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei;* si quos elatos fastu secularis potentiae contra episcopos vel contra alios aecclesiae sanctae prelatos noverat insolenter agere, regia censura cogebat eos ab insolentia desistere, et illis quos offenderant decenter satisfacere[c]. Vineae et arbores fructiferae non exibuerunt solitam ubertatem, sed in proventu difficultatem, in fructibus habuerunt raritatem et acerbitatem[d].

1145. 8. 9. 9. 1.

Regnum christianorum, quod adquisierunt exterminata multitudine paganorum Hierosolimam et confines eius urbes possidentium, sui exordii habet hunc annum quinquagesimum primum. Laus est et gloria Christi, quod christiani cum eius auxilio possident regionem, in qua per semet ipsum et per apostolos Christus initiavit christianam religionem[e]. Ge-
Febr. 25. rardus, qui et Lucius, papa obiit. Bernardus, qui et Eugenius, 165[us] ei successit.

---

a) Godefridus — moritur *desunt* B3*. 4*. 4**. b) *redit manus* 1η. *calamo continuo usque ad vocem* destruxerit *initio anni sequentis.* c) Cunradus — satisfacere *desunt* B4*. d) *Post haec* F1. 2. *addunt:* Godefridus comes, frater Balduini comitis, moritur. e) Regnum — religionem *desunt* B3*. 4*. *Post haec* F2. *addit:* Turonensis archiepiscopus per

Remis[a] in cenobio beati Remigii sanctus Gibrianus Scottus multis claret virtutibus, et multo populi concursu frequentatur. Adelbero Leodicensis episcopus vita decessit. Heinricus assumptus ex clero sancti Lamberti, secundus huius nominis presul, ei succedit[b]. Civitas Edessa, quae et Roaiz dicitur, multo tempore a christianis possessa, per negligentiam christianorum et insidias paganorum capitur, omnesque qui in ea inventi sunt, perfectae aetatis christiani trucidantur, adolescentes utriusque sexus per diversas paganorum provincias in servos et ancillas venundantur. Northmanni, qui subditi fuerant Heinrico regi Anglorum, parvipendentes successorem eius Stephanum, subdunt se regimini comitis Andegavensium. Cunradus rex apud Athernacum in vicinia Treverorum pentecosten celebravit, et quosdam sibi rebelles oppugnando et ex- Inn. 3.
pugnando ad deditionem compulit.

1146. R. 9. F. 10. A. 10. H. 2.

Heresis Eunitarum intra Brittannias pullulat. Horum princeps erat quidam perversae mentis, Eunus nomine; qui cum esset idiota, et ipsos apices litterarum vix agnosceret, tamen polluto ore de divinis libris tractabat et disputabat. Hic nefario ausu absque sacris ordinibus missas celebrabat indigne, ad errorem et subversionem perditorum hominum; episcopos etiam et archiepiscopos his, qui sibi adhaerebant, ordinabat. Multa quoque alia faciebat scelerata et divinae legi contraria. Ad postremum, diabolico spiritu completus, in tantam prorupit insaniam, ut diceret et credi cogeret, se esse filium Dei, affirmans se esse eum, per quem sacerdotes in aecclesia generalem collectam solent terminare dicendo: *Per eundem Dominum nostrum.* Quanta autem turpia et execrabilia agant in abscondito heretici isti, qui vocantur Eunitae, id est sequaces Euni, bonum est silentio tegere, ne horrorem incutiant vel etiam errorem generent infirmis auditoribus. Fames gravissima iamdiu concepta in tantum longe lateque praevaluit, ut excrescentem pauperum multitudinem nullatenus sine magno gravamine sustentare possent hi, qui respectu Dei vel pietatis affectu manum misericordiae porrigebant eis. Multos etiam, qui victu et aliis necessariis habundabant, malum famis ad mendicitatem deduxit. Occidentales christiani, dolentes de subversione urbis Edessae, quae et Rohaisz dicitur, quam pagani superiore anno vastantes, cultum christianitatis in ea omni spurcitiarum genere contaminaverant, in tantum ut etiam princeps eorum in maiori basilica super sanctum altare cubile suum exstrueret, et illic ad iniuriam et contemptum summi Dei cum meretrice cubaret[c]: pro his, inquam, omnibus insto dolore commoti, uno animo, pari consensu, ad debellandos eos proficisci deliberant. In tantum autem erant omnes prompti et alacres ad hanc profectionem, ut et Cunradus rex Theutoniae, et Ludowicus rex Franciae, religiosorum virorum[d] monitis animati, et ipsi prompto animo ad hanc expeditionem sese accingerent.

1147. 10. 11. 11. 3.

Cunradus rex Heinricum filium suum Aquisgrani in regem sublimat, ne post decessum Mart. 30.
suum regnum absque principe remaneret, et aliqua rerum perturbatio moveretur. Multi christianorum per mare Anglicum profecti ad debellandos Saracenos, tandem emenso mari in Gallitiam apud Sanctum Iacobum applicuerunt. Et inde moventes exercitum, pervenerunt ad urbem Saracenorum potentissimam, quae ex nomine conditoris Ulixibona dicitur; ubi vario belli eventu cum Saracenis dimicantes, adiuvante Deo, potiti sunt victoria, et occisis vel exterminatis Saracenis, urbem ipsam et omnem in circuitu viciniam quiete possederunt. Eclypsis solis facta est circa tertiam horam diei, 7. Kal. Novembris. Necdum quoque ad purum redintegrato solari lumine, sed adhuc circumfuso eclyptica caligine, stellam conspicabilem in aere multi suspexerunt. Fuerunt etiam alii, qui dixerunt, se in ipso orbe solis maiestatem divinam vidisse, eo modo quo a pictoribus in libris depingi solet. In natali Domini fulmen irrupit templum Hierosolymis, et de columna ex lapidibus facta, quae sepulchro Domini proxima erat, duos lapides grandes excussit. Inde ad locum baptisterii percurrens, lapidem marmoris concavum.

sententiam domini pape Lucii adversus Dolensem archiepiscopum optinuit subiectionem ecclesie Dolensis, et evicit ab eo usum palii quod diutissime habueral. Unde verecondatus idem Dolensis redire non ausus est: sed se contulit ad Rogerum Sicilie regem, qui ei dedit Capuanum archiepiscopatum. a) *Abhinc sequitur manus septima, calamo atque atramento continuo pergens usque ad finem codicis.* b) Adelbero — succedit *desunt* B3°. 4°. c) in tantum — cubaret *desunt* B3°. 4°. 4°°. d) et precipue Bernardi abbatis Clarevallensis *addunt* B3°. 4°. 4°°.

qui aquam baptismi continebat, minutatim confregit. Indeque in montem Syon pervolans, turrim basilicae pulcherrimam ex magna parte perfregit.

1148. R. 11. F. 12. A. 12. H. 4.

Cunradus et Ludowicus reges, qui superiore anno cum infinito exercitu profecti fuerant trans mare, ut paganos debellarent, nichil prospere fecerunt; sed tantis exercitus eorum attritus est infortuniis, tum fame, tum mortalitate, tum ferro hostium, ut de tot milibus tam copiosae multitudinis vix pauci repatriaverint. Et quamvis occulto, quo nescitur, Dei iudicio haec acciderint, constat tamen, quia in hostico illo multa scelera, multa illicita et flagitiosa patrata sunt ab eis, et ob hoc ira Dei ascendente super eos, omnis conatus eorum in vacuum cessit. Nec facile invenies sive in hystoriis, sive in annalibus, quod ab exordio christianitatis usque ad tempus istud tanta multitudo populi Dei tam subito et tam miserabiliter deperierit, sicut nunc factum est. Eugenius papa collecta generali synodo Remis, multa super statu aecclesiae tractavit et confirmavit. Inter alia statuit, ut decreta Innocentii papae predecessoris sui rata et inconvulsa permanerent; quicquid autem Petrus Leonis pseudopapa statuerat vel ordinaverat, irritum haberetur, promulgans sententiam sic: *Ordinationes factas á filio Petri Leonis et ab aliis scismaticis et hereticis, evacuamus et irritas esse censemus.* In hac synodo adductus est supradictus hereticus Eunus, et presentatus papae á quodam catholico Britanniae episcopo. Hic igitur in audientia omnium de sua perversa heresi discussus et convictus, vitam quidem et membra, episcopo qui eum adduxerat expostulante, retinuit, sed tamen precepto papae in custodia relegatus, et ibi post non multum temporis mortuus est. In hac synodo archiepiscopi, episcopi et abbates usque ad mille centum resedisse dicuntur. Terrores de caelo et tempestates ultra solitum, alias clementius, alias inclementius acciderunt. Mense Martio, 8. Kal. Aprilis, cum dies iam ad vesperam inclinaret, gravissima fuere tonitrua, cum ingenti choruscatione et procellosa pluvia. Non autem evenit tunc, quod alio tempore evenire solet, ut sonus ille ad aures hominum paulatim perveniat, ac deinde crescat in maius; sed ita repente et insperate increpuit fragor ille tonitrui, ut omnes qui audierunt, magno metu et ammiratione concuteret. Item mense Iulio in diversis locis magna tonitruorum et fulgurantium tempestatum detonavit procella; sed in castro Laudunensi plus quam alias vis tempestatis deseviit. Nam in monasterio sancti Vincentii, cum mônachi completorium canerent, fulmen irrupit basilicam, et duos monachos in choro stantes percussit et extinxit; inde ad maius altare pervolans, pallas lineas, quae altare velabant, exussit. Accidit autem ibi quiddam mirabile, quia maior palla, quae desuper totum altare ambiebat, aliis pallis ardentibus, ardere non potuit. Dicitur autem, quod alia multa in eadem basilica ex ictu fulminis acciderunt; sed sufficiunt ista ad cognoscendum, quantus sit terror divinae districtionis. Cameracus civitas ex magna parte sui incendio conflagravit, et principalis aecclesia cum claustro et palatio episcopi, monasterium etiam beati Autberti. Hoc etiam anno[a] combustum est coenobium sancti Sepulcri in eadem urbe, paucis annis a priori eius combustione transactis.

AUCTARIUM GEMBLACENSE.

1ꝫ, *manus s. XII. scripsit post a.* 1131. *et ante a.* 1137. *Eadem habent* B3. F1. 2. 3.

771. Caput Iohannis baptistae ab Alexandria in Aquitaniam transfertur hoc modo. Quidam laudabilis vitae monachus, nomine Felicianus, ex Galliarum partibus, cum paucis sociis Hierosolimam gratia orationis adiit, et post expleta piae devotionis obsequia, angelica allocutione commonitus, Alexandriam expetivit, et caput baptistae Iohannis a loco, in quo olim a Theophilo, eiusdem urbis episcopo, reconditum fuerat, eodem angelo revelante sustulit, et ad Aquitaniam in territorio Engolismo detulit. Pipinus rex tunc morabatur ibidem in palatio, quod Angiriacum dicitur, cernensque, per eum cotidiana indigenis beneficia, sibique crebras ex hostibus Aquitanicis victorias provenire, regii operis basilicam construxit, non longe a Vulturni fluminis litore, et in ea ciborio constructo mirifici operis, caput decenter adornatum recondidit precursoris. Monachorum etiam coenobium illic constituit, et prediis regiis magnifice ditavit[b].

876. Rollo dux Normanniam cum suis penetravit, et 53 annis in ea regnavit. Ab hoc derivatur genealogia ducum Normannorum et regum, qui ex eis nati, prefuerunt postmodum genti Anglorum.

a) *Hic desinit* F3. *ultimo folio amisso.* b) *partim in rasura duarum linearum, reliqua in margine. Tum* 1ꝫ. *adiecit:* Verte folium ad istud signum θ, *et in folii versi margine pergit:* θ Idem *etc. ut statim dabimus sub* 1ꝫ.

1q. *natione Leodiensis, qui et a.* 1137 - 1145. *exaravit. Eadem habent* B3*. (*cui desunt* 987. 991. 1012. 1037. 1042. 1048. 1072. 1092.) F1. 2. (*deest* 1042.) 3.

465. Annus presens, qui est a transitu sancti Martini 64. reverentissimi corporis eius translatione insignitur. Cum enim ea prerogativa, qua vivens, etiam mortuus incomparabili signorum fulguraret claritate: beatus Perpetuus, Turonicae civitatis antistes, pro priori edicula templum multae ambitionis, adeo ut centum et viginti columpnarum mira dispositione subnixum totum concameraret, super eum edificavit, corpusque sanctum a sepulchro elevatum, 4. Nonas Iulii, anno videlicet consecrationis eius in episcopum die, in loco, in quo nunc veneratur, angelico fretus auxilio transtulit, ipsumque templum eodem nichilominus die postmodum dedicavit. Unde fit, ut sub uno die Iriplici occurrente festivitate, ordinatione scilicet episcopatus, translatione corporis, dedicatione basilicae suae, 4. Nonas Iulii annuatim beatus Martinus sollempnissima totius conprovintialis populi frequentetur devotione. Locus autem, in quo sacratissimum corpus eius quiescit, ab urbe Turonica occidentem versus brevi interiacente campi planitie disparatus, castrum novum vocatur, ubi in predicto templo, sub ciborio auro, argento, gemmisque vestito, decenter collocatum, tanta miraculorum illustratur magnificentia, ut toto christianitatis orbe apostolicam gloriam optineat[a]. Greg. Tur.

564. Hic Lotharius cenobium sancti Medardi in Suessionis civitate construxit et regia munificentia dotavit, et in eo sepulturae locum accepit[b].

592. Hic (*Gregorius*) decrevit, ut monachi in officio sacerdotalis gradus utantur potestate ligandi atque solvendi[b].

651. Cui (*Remacto*) successit in pontificali regimine sanctus Theodardus[b]. cf. Aun. Laub.

688. Innocentius 38us pacis osculum decrevit dari[c].

694. Gens Thessandrorum, cum usque ad id temporis idolatriae erroribus esset dedita, predicatione sancti Lamberti Traiectensis episcopi ad fidem Christi convertitur[d]. V. Lamb.

710. Extunc Legia exaltata, et in urbem est ampliata[b].

711. (S. Oda . . . quievit) in villa super Mosam sita, quae dicitur Ammanium[c].

714. Sanctus Hubertus construxit et reditibus ditavit monasterium sancti Petri in Leodio[b].

735. (Obiit sanctus Hubertus) Succedit Florbertus[b].

771. Idem rex (*Pippinus*) fecit fontem lacunarium, de quo a duobus fere milibus sub terra, per edificia cementaria, in palatium eius aqueductus influebat, et ipsam dividens aquam, in basilicam sancti Iohannis baptistae, per ferrum et aes introduxit, ita, ut sub ciborio per marmoream columnam interius concavam ebulliret, ibique sacri baptismatis ablutio in honore domini nostri Iesu Christi et sancti Iohannis baptistae fieret, atque iterum in ipsa lacunaria remearet. Hoc cenobium Angelisz vocatur[b].

849. (*de S. Helena*) recondita in cenobio sancti Petri, quod Altumvyleyr dicitur.

890. Franco episcopus adquisivit episcopatui Legiensi abbatiam Lobiensem et preposituram Fossensem cum appendiciis suis.

958. (Erluinus p. a. G.) a quibusdam contrariis sanctae religioni[c] (l. o. p.)

987. Succedit Heriwardus[22*].

991. Obiit Hervardus abbas; succedit Erluinus iunior.

1012. Abbas Erluinus iunior obit.

1037. Obiit Raginardus episcopus; succedit Nihardus. A. Leod.

1042. Obiit Nihardus episcopus. ib.

1048. Abbati Olberto succedit Mysac[22*].

1072. Obiit abbas Mysac; succedit Tietmarus.

1092. Obiit Tietmarus abbas; succedit Lietardus.

1q. *manus s. XII. med.; eadem habent* B3. F1. 2. 3.

1010. In cenobio Florinensi pro clericis, qui ad hoc usque tempus deserviebant ibi, monachi sunt constituti.

1015. Baldricus episcopus Florinensem abbatiam adquisivit ei cui preerat Leodicensi episcopatui.

1088. Monasterium sancti Iohannis in Florinis concrematur anno sexagesimo secundo suae consecrationis.

1r. *manus s. XII. ex. Eadem habent* F1. 2. 3. *cui deest* 1133.)

1133. Rex Anglorum Heinricus obiit mense Decembrio, vir pauperibus et aecclesiis Dei multe benignitatis[e].

1134. Hoc anno cepit edificari heremus Montis Dei, 10. Kal. Iunii.

1135. Lodovicus rex Francorum obiit; filius eius equivocus succedit[f].

a) *in rasura.* b) *in margine.* c) *inter lineas.* d) *in rasura unius lineae.* e) *intra lineas, sed minio expuncta.* f) *in rasura.*

22*) Gemblacensis.

1κ. *manus s. XII. ex.; eadem habent* F1. 2. 3.

1131. Apud Scathiam insulam Daciae octo episcopi cum regis sui filio ac multis populis 2. feria pentecostes publica congressione perierunt prelii.

1148. Daci et Westphali ac Saxonum duces consenserunt in hoc, ut aliis euntibus Ierosolimam contra Sarracenos, ipsi vicinam sibi Sclavorum gentem aut omnino delerent, aut cogerent christianam fieri. Et cum iam ad arma ex utraque parte ventum fuisset, Teutonici accepta pecunia vendiderunt Dacos; ceptoque prelio se subtrahentes, multa milia Dacorum Sclavorum occiderunt gladii.

1λ. *manus s. XII.; eadem* B3'. 4'. (*exceptis* 1083. 1087.) F2. (*exc.* 1083—1130.) F3.

1083. Affligemense — aggreditur[a].

1087. Hoc anno Cnutli, rex Danorum, interficitur. Domnus Fulgentius Affligemensis coenobii primus abbas hoc anno electus est in festivitate sancti Martini[a].

1121. *Henr*icus rex Anglorum *duc*is Godefridi filiam *Adel*eidam sibi coniugio *soci*at, et reginam in Anglia *const*ituit. Qui rex mag*na pr*udentia rexit imp*erium* suum, omnes quoque tyran*norum* motus miro ingenio *compe*scuit, et larga manu *aeccl*esias ditavit[b].

1130. Hugo de Sancto Victore simplicitate et morum honestate precipuus habetur; qui et diversa opuscula conscripsit.

1142. (*de puero monstruoso*) sed post modicum obiit. Godefridus iunior, dux Lotharingie, quarto anno sui ducatus immatura morte prereptus, epatica passione consumptus, et Lovanii in templo tumulatur. Succedit filius eius equivocus, primum adhuc agens aetatis annum[c].

aliae manus.

1090. Sanctus Bernardus, postea primus abbas Clarevallensis, nascitur in Burgundia[d].

1099. Abhinc annotandum est regnum Hierosolymorum in quarta linea[e].

1104. (Hierosolimitae Accaron u. capiunt) sed quam adquisierunt per industriam, perdiderunt per negligentiam[f].

a) *vide in Auctario Affligemensi.* b) *in margine. Quae obliquis litteris expressimus, abscisa sunt.* c) *in margine.* d) *addit manus s. XIII. et e reliquis unus* F2. e) *in margine posuit manus simillima* 1λ. *Eadem exhibent* F1. 3. *et ab alia manu* B1.; *desunt reliquis.* f) *addit manus s. XII. et* B3'. F1. 2. 3.

AUCTARIUM AQUICINENSE.

Quae in monasterio Aquicinensi (Anchin, prope Duacum) Sigeberto addita sint, codice B. *deperdito, iam coniectura tantum assequi licet. Additiones enim reliquorum codicum, quos ex* B. *fluxisse omnes supra vidimus, aliae in singulis tantum codicibus leguntur, his ipsis igitur tribuendae; aliae nunc in pluribus, nunc in omnibus exstant, quas explicare non possumus, nisi communi isto fonte statuto. Hasce igitur hic damus in unum collectas. Scriptas esse oportet a.* 1113, *quum codex* B. *exaratus sit, priusquam Anselmus Sigeberto quicquam praeter a.* 1112. *adiecisset. Alius deinde post a.* 1148. *addidit continuationem Anselmi, Gemblacensium, et propriam. Hanc etiam e coniectura tantum restituere licuit.* B3*. *enim et* B5. *in plurimis ad verbum conveniunt; eademque ipsa in* B4*. 4**. *leguntur sine ulla additione. Et haec igitur in communi istorum codicum fonte* B. *fuisse, veri plus est quam simile. Damus ea ex* B3*. 5*. *et* 4*., *hunc maxime secuti, quippe qui ab interpolationibus abstinuit. Continuator primo ad a. tantum* 1155. *scripsisse videtur; post hunc enim annum Affligemensis eius vestigia plane deserit. Abhinc eum non norimus nisi ex* B4*. 5., *sed finem eius ignoramus, quum* B4*. *in media sententia calamum deposuisse pateat. Auctor non raro exscripsit Annales Blandinienses.*

651. (Landelinus . . . . . fundator c. Lobiensis) Alnei, Waslaris atque Crispiniensis, ubi corpore requiescit cum discipulis suis Adeleno et Domitiano [a].

685. Sanctus Amatus a Theoderico rege consilio Ebroini exiliatur [b].

690. Obiit sanctus Amatus [c].

773. Adrianus papa ad tuendas res aecclesiae Karolum Romam accersiit. Quo pergens, Papiam obsedit; ibique relicto exercitu, Romam pervenit, sanctam resurrectionem ibi peregit. Postea rediens Papiam cepit; iterumque Romam rediit, synodum constituit cum Adriano papa aliisque 153 religiosis episcopis et abbatibus, in qua Adrianus papa cum universa synodo dedit ei ius eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provintias ab eo investituram accipere diffinivit, et ut, nisi a rege laudetur et investiatur episcopus, a nemine conseceretur. Omnesque huic decreto rebelles anathematizavit, et nisi resipiscerent, bona eorum publicari [d]. Ivonis Panormia.

1048. Odiloni Cluniacensi Hugo venerandus substituitur [e].

1076. Lietbertus episcopus Cameracensis obit, cui Gerardus succedit [f]. Balduinus puer, frater Arnulfi occisi, ad Donengium, bellavit contra exercitum patrui sui Roberti, quem pugnando devicit [g]. (Gelu . . . . . usque) in medio Aprilis mensis, cuius soliditas duravit usque Kal. Aprilis [h].

1079. Hoc anno inceptum est coenobium sancti Salvatoris, in insula quae dicitur Aquicinctus, a viris illustribus Sichero videlicet atque Waltero [i]. Qui Sicherus habebat uxorem nomine Mathildem, nobilem quidem natalibus, sed nobiliorem moribus; quae coniugem suum crebrius monendo ad hoc opus aggrediendum incitavit, ideo maxime, quod sanctum quendam Gordanium inibi quondam heremiticam vitam duxisse ferebatur. Unde factum est, ut prefati viri hinc crebro colloquentes se mutuo hortarentur; et deliberantes, Ansellum de Ribodimonte nobilissimum virum adeunt, et ab eo insulam illam, quia sui erat iuris, deposcunt. At Ansellus audita peticione eorum gavisus est valde, et sine dilatione gratis quod petebatur concessit. Itaque ex condicto pariter properantes, Gerardum Cameracae urbis presulem aggrediuntur, ad cuius diocesim tunc locus ille pertinebat; quid animo gerant, pandunt; et quia eius parrochiani erant, ut voto eorum assentiat, exposcunt. Quibus auditis venerandus pontifex libentissime annuit, receptoque fundo de manu Anselli, quod ab eo in beneficium tenebat, cum harundineto adiacente eis tradidit. Quo accepto, coenobium illic construere coeperunt, et de suis allodiis competenter prout poterant ditaverunt. Adgregantur ibi Deo devoti viri, se cum facultatulis suis Christo devoventes, eius grex pusillus esse gestientes. Quorum curam memoratus presul gerens, duos ex monachis Hasnoniensis coenobii honestae vitae ad instituendos eos eis misit; e quibus uni Alardo nomine curam eorum commisit, abbatem ordinavit. De quo quia se occasio prebuit, libet paucis aperire, cuius simplicitatis cuiusque bonitatis fuerit. Is etenim, si res exigeret, ut quoquam progredi debuisset, non meliorem equum sibi eligebat, sed et saepe animal, quo vehebatur, capistro pro freno regebat. Residentibus monachis in claustro, in medio eorum sedebat, et veluti quilibet ex eis cum sobrietate se agebat, familiariter eis colloquens, et dominum eorum se esse obliviscens. Si quis ei venerationem impendere voluisset osculando manus vel genua seu alio quolibet modo, cum quadam animadversione prohibebat, dicens se eis hunc morem indulgere, futurosque post se asserebat huiusce exactores reverentie. Nec ista tamen referentes in eos invehimur, qui haec more aecclesiastico sibi congruenter sinunt fieri. Prefatus pontifex cernens eosdem fratres haud segniter instare rebus coeptis, eandem aecclesiam omnimodis quantum prevaluit libertavit, preter quod baculum regiminis in manu sua retinuit, ut ei daret, quem sibi congregatio canonice eligeret. Preterea contulit eis quedam altaria; sed et innumera impendit beneficia. Erat enim in aecclesia sanctae Mariae Cameracensi, cui idem Gerardus preerat episcopus, venerabilis decanus nomine Hugo, qui tam eundem episcopum quam alios fideles viros Cameracenses utriusque ordinis animabat, ut liberales existerent prescripto cenobio. Ipse quoque omnem pene substantiam suam illo convehebat; unde monasterium et habitacula fratrum cum xenodochio primitus aedificavit.

a) *addunt* B1. 4°. 4°°. 5. C1. 2°. 3. 4°. D. E. b) *addunt* C1. 2°. 3. D. E. c) *addunt* B4°. 4°°. C1. 2°. 3. 4°. d) *addunt* B1. 2. 4°°. *(in rasura, manu paulo alia, sed plane coaeva)* C1. 2°. 3. D. E. *Hirsch p. 42. recte ostendit, Karolum eo anno nequaquam Romae fuisse; sed errat, quum illum locum a Sigeberto in chronicon receptum, ab insequenti autem quodam monacho deletum putat. Sigebertus nunquam illum habuit. Ceterum cf. Mon. Leg.* II, 2. 160. *not.* e) *addunt* C1. 2°. 3. 4°. D. E. f) *addunt* B1. 2. C1. 2°. 3. g) *addunt* B1. 2. 4°°. 5. C1. 2°. 3. D. E. h) *addunt* C1. 2°. 3. 4°. i) *addunt* B2. C1. 2°. D. E. *Eadem habent* B1. 4°. 4°°. 5. C3., *sed hi addunt etiam sequentia, quae illis desunt.*

cf. Ann. Aq. 1080. Contigit etiam hoc tempore Deo permittente concremari Aquicinense coenobium per incuriam fratrum[a]; quia quidam e fratribus vespere lecto suo incaute circumferens lumen, repente accendit stramen, moxque paries proximus stratui flamma lambente aduritur, et ex eo caetera.

1081. Comes Montensis Balduinus uxorem duxit Idam[b].

ib. 1086. Richildis comitissa obit[c]. Hoc anno consecrata est aecclesia huius Aquicinensis coenobii, in honore domini nostri Iesu Christi eiusdemque genitricis sanctae Mariae, a domno Gerardo Cameracensi episcopo, decretumque ab eodem praesule, ut festivitas illorum sanctorum, quorum pignera huc allata fuerant, omni anno agatur in hoc loco[d].

ib. 1087. Obiit Alardus, primus abbas huius Aquicinensis aecclesiae; cui successit Alelmus ex Normannia de coenobio Becci[e].

ib. 1088. Obiit Alelmus secundus abbas Aquicinensis coenobii. Qui quantae bonitatis fuerit, experti sunt febricitantes, dum ad tumulum eius dormientes, febrem cum somno saepius deposuerunt. Cui successit Haimericus Atrebatensis monachus, litteris eruditus[f].

cf. ib. 1090. Ea tempestate venit Aquicinctum quidam monachus nomine Gelduinus, qui ex monacho Laudunensi abbas Sancti Michaelis de Terrascia, relicta abbatia ob amorem Dei, reclusus efficitur Aquicincti[g].

ib. 1092. Gerardus episcopus Cameracensis obit, [qui nostrum coenobium valde dilexit et sublimare studuit. Unde statutum est, ut ad missam matutinalem cotidie, si defunctorum est, collecta pro eo et eius coepiscopis secundo loco dicatur[h].] Gualcherus ei succedit[i]. In suburbio Tornacensi ad septentrionalem plagam urbis monasterium sancti Martini construere incipit Odo Aurelianensis, 6. Non. Maii, die dominico. Ex condicto namque predicta die eo adveniens, comitante sibi sollempni processione domno Radbodo eiusdem urbis episcopo, et clericis sibi subiectis aecclesiae beatae Dei genitricis Mariae, cum populi maxima multitudine, locum ab eodem suscepit episcopo, una cum quatuor fratribus secum ibidem Deo militaturis regula canonica sub habitu clericali. Qui Odo Aurelianis oriundus, Tornaci tunc temporis scolasticus, nullo Cisalpinorum inferior fama celebrabatur dialecticae artis caeterarumque liberalium scientia. Qua ex re undequaque ad eum clericis confluentibus, unus e peregrina superveniens regione anulum aureum illi optulit, in quo monosticon hoc inscriptum fuit: *Anulus Odonem decet aureus Aurelïensem.* Haec retulimus, ut ex his coniciatur, quantum apud unam regaliun aecclesiarum honorem habere posset, si illo tetendisset; dum maluit Christo adherere in loco pauperiei et indigentiae[k].

1093. Aecclesia sancti Georgii Hesdiniensis traditur aecclesiae Aquicinensi[l]. Odo Aurelianensis invalescente religionis fervore monachicum habitum una cum ceteris fratribus suscipit secum in hoc monasterio sancti Martini Tornacensis constitutis. Et quia tanta fama viri, ut prediximus, circumquaque diffusa, tantumque lumen sub modio latere diu non potuit: Dei ordinatione, qui eum altius in posterum sublimare disponebat, cuncta congregatio iam Deo largiente numerosior adulta, unanimi voluntate parique voto eundem Odonem abbatem sibi prefecit, assensu Radbodi iam predicti episcopi. Cui in tantum divina gratia affuit, ut cum ante eius adventum idem locus per 300 fere annos desertus fuisset, nec quicquam omnino appenditiorum haberet, plus quam 70 monachos infra 12 annos in eo congregaverit, constructis sufficientibus eis officinis, tanta agrorum amplitudine adquisita tantaque substantia, que superhabundaret ad necessarios usus tam supervenientium hospitum, quam inhabitantium monachorum[m].

1095. Expulso ab episcopatu Cameracensi Walchero, Manasses ei succedit[n].

1096. (eliminant) Aliqui Iudeorum zelo tenende patrie legis ducti, se mutuo trucidant; alii ad tempus se credere simulantes, post ad Iudaismum revolvuntur[o]. *(inter principes cruce signatos)* Ansellus de Ribodimonte, fundator Aquicinensis aecclesiae[p].

1099. Christianis Turcos fortiter debellantibus, eorumque urbes et castra sibi bel-

a) *addunt* B2. 5. C1. 2°. *Sequentia* quia — caetera *habet unus* B5. b) *add.* B1. 5. C1. 2°. D. E. c) *add.* B1. 2. 4°. 4°°. 5. C1. 2°. 3. d) *add.* B2. 5. C1. 2°. *cui* huius, *et* in honore — Mariae, *et* decretumque — loco *desunt.* e) *add.* B5. C1. 2°. f) *add.* B5. C1. g) *add.* B1. 4°. 4°°. 5. C1. 2° 3. D. h) qui — dicatur *habet unus* B5. i) *add.* B1. 2. 4°. 4°°. 5. C1. 2°. 3. D. F3. k) *add.* B1. 2. (*cui fortasse defuerunt* Ex condicto — indigentiae) 4°. 4°°. C3. l) *add.* B4°°. *in marg.* B5. C1. m) *add.* B1. 4°. 4°°. C3. n) *add.* B1. 2. 4°°. 5. C1. 2°. 3. 4°. D. E. o) *add.* B3°. C1. 2°. 3. 4°. D. E. p) *add.* B1. 5. C2°. 3. 4°.

lando vendicantibus, contigit apud quoddam munitissimum castrum nomine Archas, cis Hierusalem octo mansionibus situm, multos perire eorum; cum quibus et Ansellus de Ribodimonte lapide percussus in capite occumbit, hoc solummodo post acceptum vulnus ter repetens verbum: *Deus adiuva me*[a]*!*

1100. Rotbertus comes Flandrensium a Hierosolimis repatrians, detulit secum brachium sancti Georgii martiris, quod aecclesiae Aquicinensi transmisit[b] [per venerandum Haimericum abbatem ipsius loci illatum Aquicincti 12. Kal. Iulii[c].] cf. Ann. Aq.

1102. Obiit Haimericus tercius abbas Aquicinensis, cui successit Geldninus[d] Ann. Aq.

1105. Manasse Cameracensi episcopo accepto monachico habitu, Odo, primus abbas ex coenobio sancti Martini Tornacensis aecclesiae, in episcopatu ei succedit[e].

1109. Obiit etiam Anselmus archiepiscopus Cantuariae; et Hugo abbas Cluniacensis; cui successit Pontius[f]. Hoc etiam anno Geldninus, quarto loco Aquicincti abbas, fastidiens onus regiminis, potiusque eligens ocium olim actae reclusionis, reliquit curam animarum, et iterum effectus est reclusus apud Sanctum Bertinum. Cui successit in cura pastorali Rotbertus, eiusdem coenobii monachus, qui qualiter electus fuerit, supersedeo narrare, ne quemlibet offendat sermo relationis nostrae[g]. Hoc anno sacro igne multi accenduntur, membris instar carbonum nigrescentibus[h]. cf. ib.

1111. Robertus Aquicinensis coenobii quintus abbas, aegre ferens, insectatione quorumdam saecularium vexari aecclesiam sibi creditam, simul quia hoc ei imputabatur, consilio accepto dimisit abbatiam, succedente ei domno Alviso[i] [monacho Sithiensi, postea episcopo Atrebatensi[k]]. cf. ib.

1130. Domnus Aibertus ex monacho Crispiniensis coenobii[23] assensu et consensu Lamberti abbatis claret in Gallia reclusus; vir nostris temporibus nulli, aut fere rarissimo comparandus. Hic viginti quatuor annis ab omni pane abstinuit, et totidem ab omni potu, exceptis duobus; quod dictu mirum est. Cuius vitam Rohertus Ostrevandensis archidiaconus diligenti stilo elucidavit[l]. 23

1131. Defuncto domno Roberto Atrebatensi episcopo, successit ei in pontificatu domnus Alvisus, Aquicinensis aecclesiae sextus abbas[m], vir magnae religionis et singularis severitatis. Cui in Aquicinensi aecclesia substituitur dominus Gozvinus septimus abbas[n]. cf. ib.

1134. Hoc tempore capella, a domno Aiberto iam pridem cepta, Deo volente et auxiliante est peracta. Ad cuius benedictionem Lietardus Cameracensium episcopus invitatur, et cum magno tripudio eam devote benedixit. Quae per 40 dies ab omnibus pene partibus regni Dei instinctu ita frequentatur, ut vix aut numquam adhuc[o] hominem mortalem huic similem nemo viderit. Quo tempore similiter apud Oscannum ab episcopo Remensi aecclesia consecratur; cui archiepiscopus, episcopi et abbates comprovintiales faventes, multitudinem, domnum Aibertum frequentantem, prohibere cepernnt, et de eo multa infamando dicere, quae reticere melius putavimus. In tantum enim eorum prevaluit contentio, ut causa probationis ad eum mitterent abbatem Sancti Amandi dominum Absalon, et abbatem Sancti Sepulchri[23*] Parvinum, utrum talis ac tantus esset, qualem fama de eo diffusa aures omnium percellerat. Qui eius sanctitate comperta, per omnia laudantes Deum, ad eos a quibus missi fuerant rediere[p]. 23*

1135. Obiit domnus Aibertus piae memoriae, et nobis perpetuum merorem reliquit absentiae suae, anno incarnationis Domini 1135, inclusionis autem suae 25, die sancto paschae[q].

1119. R. 12. F. 13. A. 13. Il. 5.

Conradus rex Theutonicorum et Ludowicus rex Francorum procinctum solvunt, et sine ullo prosperitatis eventu ab itinere Iherosolimorum revertuntur, numquam audita tanta infelicitate tanti exercitus. Hyemps gravissima quattuor mensibus invaluit et prevaluit. Ann. Bland

a) *add.* B5? C1. 2°. 3. 4°. D. b) *add.* B1. 2. 4°. *in marg.* 5. C1. 2°. 3. D. E. c) *add.* B1. 5. C1. 3. d) *add.* B5. C5. e) *add.* B1. 2. 4°. 4°. 5. C1. 2°. 3. 4°. 5. f) *addunt* B1. 2. 5. C1. 3. 5. D. g) *add.* B2. 5. C1. 5. h) *add.* B1. 2. 5. C1. 2°. 3. 5. D. i) *add.* B2. 5. C1. 5. k) *add.* C1. 5. l) *add.* B1. 5. m) *add.* B2. 5. n) *add.* B5. o) *ita conicio.* ad B1. p) *add.* B1. q) *add.* B1.

23) Crespin. dioec. Cameracensis. 23*) Cameracensis.

1150. R. 13. F. 14. A. 14. H. 6.
Orta est contentio inter Henricum episcopum Leodicensem et Henricum comitem Namucensem. Unde congregato utrinque exercitu congressi, superior factus episcopus, non sine multorum cede victoria potitus est.

1151. 14. 15. 15. 7.
Fructus terra habuit uberes; set pluviarum inundatione a festivitate sancti Iohannis usque ad medium Augusti omnia vastante, vix ad maturitatem perduxit. Nam vinum et ceteri fructus ex parte defecerunt; et quod de uvis collectum est, in acorem versum est.

1152. 15. 16. 16. 8.
Ann. Bland. Conradus imperator diem ultimum claudit; cui successit Fredericus, consobrinus eius. In aecclesia sancti Nicolai, quae constructa est in opido Brusellensi, sancta Maria mater Iesu Christi ope-
ib. rata est multa miracula. Aecclesia sancti Bertini cum omnibus appendiciis suis combusta est in ipso festo sancti Bertini, dum matutinorum sollempnia agebantur.

1153. 1. 17. 17. 9.
Eclipsis solis facta est 7. Kal. Febr. in 2. feria; 5. Idus Februarii in 2. feria tonitruum
ib. auditum est. Eugenius papa diem ultimum claudit[24]; succedit ei Konradus 158[us] papa, Sanctae Sabinae episcopus, Anastasius appellatus, vicarius domini papae predecessoris sui. Domnus quoque Bernardus, abbas Clarevallensis, qui quasi lucifer exortus, ordinem nostrum illu-
25 strabat, migravit ad Dominum[25]; cuius vita et doctrina in tantum excellit, ut minus sit, quicquid in eius laude dictum fuerit. Turbo gravissimae tempestatis per fines nostros viam molitus, quasi sulcum ducens, unius diei itinere quaeque velut flammis depasta
Aug. 19. consumens, lugenda vestigia reliquit. Ascalon capta est ab exercitu Domini, qui est Iherosolimis, et possessa a nostris; multo tamen labore ac diuturno bello, multis etiam periculis et gravibus damnis prius exercitu afflicto. Namque diebus sanctae Dei genitricis purificationi proximis, rex Hierosolymorum procinctum movens, civitatem diffuso exercitu vallavit, et usque in festum assumptionis eiusdem sacratissimae Virginis moras protraxit. Proxima ergo die illius sacratissimi festi turrim cum suis machinamentis muro admovit; et artificio subterraneo actum est, ut murus cadens latum ingressum nostris praeberet. Primus prepositus et dux illius exercitus, qui fraternae societatis professione templo militant, cum suo cuneo irrupit, et usque ad plateam civitatis agmine suorum stipatus perveniens, gradum fixit; ibi artatus angustiis platearum, maceriis cinctus, et superimminentibus tectorum domatibus, et omni parte confluente turba circumventus, opprimitur, et cum omni turba suorum obtruncatur. Quorum capita in unum cumulum sunt congesta, ut regi Babyloniae pro signo victoriae ostentarent; corpora vero in muro suspenderunt, nobis improperantes, et verbis blasphemiae exercitum Dei provocantes. Tandem nostri in Domino confortati, devotissimis supplicationibus se Domino committentes, et sanctae Dei genitrici vota facientes, tertia die ad murum accesserunt, instrumenta bellica, machinas et balistas admoverunt, fide constantes. Crux vero dominica in manibus patriarchae agmen precedebat. Tum vero virtute Domini manifesta. percussi sunt omnes caecitate, ita, ut cum molares lapides balista suo impetu in medio eorum emitteret, nullus lapidem venientem viderit, ut a loco cederet, ictumque lapidis declinaret. Postremo coacti civitatem in manus regis tradunt, et ex illo tempore Ascalon nostra facta est, et a nostris possessa[a]; urbs 150 turribus praevalidis munita, et coenaculis domatum in plateis suis quasi crypta laquearis supertecta, et quodammodo inexpugnabilis.

1154. 2. 18. 18. 10.
cf Ann. Bland. Anastasius papa ex hac vita decessit; succedit ei Nicolaus antea dictus episcopus Albanensis, cuius nomen mutatum est Adrianus, papa 159[us]. Rex in Anglia constitutus est Heinricus, cuius avus fuit ille magnus et famosus Angliae rex Heinricus. Filia namque eius, quae imperatori nupta imperatrix dicebatur et erat comiti Andegavensi in coniugio post eius excessum copulata, hunc de eo suscepit, et fratres eius. Qui cum adhuc lactens sub ubere nutricis esset, defuncto avo eius Heinrico rege, in Angliam deportatus, electione omnium principum datis iuramentis in regno confirmatus est.

a) Namque — possessa *desunt* B5.

24) d. 7. Iulii. 25) d. 21. Aug.

Electus est comes Stephanus, cognatus eius, qui regnum regeret et eum educaret. cf. An. Bland.
Qui Stephanus a principibus persuasus, regnum invasit et tenuit. Hoc comperto, imperatrix Angliam cum exercitu ingreditur; multis et gravibus preliis commissis, multa audacter opera patravit. Ad ultimum post plurimos annos, iam adulto illo iuvene, filio suo, Stephano etiam subito, nec satis nota morte defuncto, filium suum Heinricum in regno constituit.

1155. R. 3. F. 19. A. 1. H. 11.

Imperator Fredericus, praeterito anno profectus, hoc anno Romam pervenit, multis in itinere laboribus attritus, et diversis hostiliter obsistentibus; quos omnes ad deditionem atque subiectionem compulit. Sed cum a Romanis principibus minime reciperetur, Romam armata manu ingreditur; papam Adrianum amicum sibi et aptum inveniens, in aecclesia sancti Petri benedictione imperiali confirmatur et coronatur. Interim exercitus eius, hostium non ignorans insidias, totum procinctum aecclesiae sancti Petri armatus circumdederat, donec omnibus expletis cum imperatore egrederetur. Romani quibusdam residuis, quos incautos occupaverant, interfectis, cum imperatore congrediuntur; sed mox in fugam versi, ad Tiberis alveum coguntur. Quanti in congressu ceciderint, quanti in flumine submersi sint, scriptis committere non audeo. Imperator victor regreditur.

Godefridus iunior, dux Lotharingiae, filiam Heinrici comitis Lemburgensis[26], in con- 26
iugio sortitus est; per quod tandem rebus omnibus pace compositis, contentio longo tempore protracta ea conditione finita est, ut Godefridus confirmatum sibi ducatum, advocatiam Sancti Trudonis, castellum Rode[27] obtineat, atque omnium, quae possidet idem comes, post decessum eius medietatem accipiens, haereditario iure successor fiat[a].

1156. 4. 20. 2. 12.

Philippus, filius Theoderici comitis Flandrensium, filiam Rodulfi Viromandensium comi- cf. An. Bland.
tis Elizabeth uxorem ducit Belvaci.

1157. 5. 21. 3. 13.

Theodericus comes Flandrie tercio Iherosolimam petit cum Sibilla uxore. Post quorum Ann. Bland.
discessum Philippus, filius eorum, adversus Symonis de Orzi sibi subici nolentis contumaciam edomandam exercitum ducit, et Inci castellum obsidet et capit.

1158. 6. 22. 4. 14.

Philippus comes Flandrie, filius Theoderici, navalem expeditionem ducit adversus Theodericum comitem Hollandie et piratas sub eius tuitione degentes, et acceptis obsidibus victor revertitur, et Beverne[28] comburit. 28

1159. 7. 23. 5. 15.

Theodericus comes Flandrie tertia vice Iherosolima revertitur.

1160. 8. 24. 6. 16.

Post Adriani papae mortem orta est dissensio gravis in aecclesia Romana de papatu, 1159.
Frederico imperatore cum orientalibus Octavianum, qui et Victor, Italiensibus vero Rol- Sept.
landum, qui et Alexander, papam sibi rapientibus[b]. Obiit Guillelmus Longa Speie comes Boloniensis sine herede. Matheus vero, filius Theoderici comitis Flandrie, filiam Stephani regis Anglorum, de monasterio[29] ubi erat Deo consecrata raptam, ducit uxorem, et per 29
eam obtinet comitatum Boloniensem. Qua de causa a Samsone Remorum archiepiscopo eiusque suffraganeis episcopis omnibus excommunicatus, et a patre suo Theoderico comite et fratre Philippo obsidione bellica nimium attritus est.

1161. 9. 25. 7. 17.

Obiit Samson Remorum archiepiscopus. Succedit Henricus Belvacensium episcopus, Sept. 21.
frater Ludowici regis Francorum. Belvacensium episcopatum suscipit Bartholomeus, Remensis aecclesie archidiaconus. Fames valida. Fredericus imperator Mediolanum vicit et in deditionem coegit, 5 annis obsessam. 1162.

1162. 10. 26. 8. 18.

Alexander papa concilium Turonis tenet[29*]. Obiit Balduinus rex Iherosolimorum sine herede, filius Fulconis regis. Succedit ei Amalricus frater eius, comes de Ioppe. Febr. 10.

a) *Sequentia damus ex* B4. 5., *nam* B3. *abhinc vestigia huius continuationis prorsus deseruit.* b) *ita* B4. 4*. *Eadem multo ampliavit* B5.

26) Margaretam. 27) Rhode, prope Waterloo. 28) prope Antwerpiam. 29) Rummesiae. 29*) a. 1163.

1163. R. 11. F. 27. A. 9. H. 1. U. 1.

A. Bland. Theodericus comes quarto Iherosolimam petit. Obiit Giezo rex Ungarorum[30]; succedit Stephanus filius eius, habens uxorem filiam Heinrici Austrasiorum marchionis, qui erat frater Conradi imperatoris. Giezo, frater eiusdem Stephani, Ungarorum regnum turbat et infestat plurimum, auxilio Manuelis regis, cuius filiam ob hoc duxerat uxorem.

1165. 1164. 12. 28. 10. 2. 2.

A. Bland. Philippus comes Flandrie cum magno exercitu militum pergit Aquis in natali Domini[31] ad curiam Friderici imperatoris, a quo Cameracum suscepit, homo eius effectus; et magnam pacem Flandrensibus per terram imperatoris eundi ac redeundi obtinuit. Idem a curia revertens, statim patri suo Theoderico comiti a Iherosolima obviam proficiscitur.

1166. 1165. 13. 29. 11. 3. 3.

ib. Philippus comes Flandriae, et Matheus frater eius, comes Boloniae, et Godefridus dux Lovaniensis, cum septem fere militibus navium, expeditionem movent adversus Theodericum comitem Hollandiae; quem in deditionem venientem cum suis comes Flandriae diutius tenuit in captivitate. In Gandavo infans natus est trium capitum, habens in collo caudam pecudis. Similiter in villa sancti Petri quaedam femina, undecim mensibus gravida, peperit monstrum, deorsum formatum ut pharetra, sursum ut galea, ibi habens duo cornua.

A. Aquic. Obiit domna Sibylla, Flandrensium comitissa, piae memoriae, postquam 10 annis Hierosolymis apud Sanctum Lazarum servierat.

1166. 14. 30. 12. 4. 4.

1167. Bellum inter Ludovicum regem Francorum et Heinricum regem Anglorum, pro regni sui terminis. Ludowicus rex, auxilio Philippi Flandrensium comitis, regem Anglorum fugat, et pax inter eos usque in paschа sequentis anni firmatur. Obiit domnus Nicholaus Cameracensis episcopus; succedit Petrus filius Theoderici Flandrensium comitis.

1167. Ducatu Rainaldi Coloniensis archiepiscopi et Christiani Moguntinensis, Alexandri quoque Leodicensis episcopi, orientalis exercitus Frederici imperatoris stragem fecit quindecim milium de Romanis, reliquos usque ad Tiberim fugat. Supradicti episcopi et multi alii et abbates ibidem pestilentia mortui sunt.

1168. Ludowicus rex Francorum et Philippus comes Flandrorum iterum movent expeditionem adversus Heinricum regem Angliae. Francis invidentibus et detrahentibus frequentibus

1168. bene gestis Philippi comitis, sine laude revertitur. Cum Saxonum dux, qui eodem anno filiam Heinrici regis Anglorum duxerat uxorem[a]. . . . . .

a) *ita desinit* B4ᵃ. *in media pagina.* B4ᵇ. *iam desinit in* revertitur.

30) d. 31. Mai 1161. 31) a. 1165.

AUCTARIUM AFFLIGEMENSE.

Monachus quidam Affligemensis (Afflighem inter Gandavum et Bruxellas) Sigebertum, Anselmum, Gemblacenses descripsit cum additionibus Gemblacensium praeter a. 987. 991. 1012. 1037. 1042. 1048. 1072. 1090. 1092. 1099. *omnibus. His ipse additiones fecit ex Auctario Aquicinensi a.* 1096, *ex annalibus Blandiniensibus a.* 606. 610. 639. 640. 645. 658. 662. 664. 665. 674. 676. 678. 684. 695. 697. 698. 720. 763. 772. 806. 807. 812. 836. 851. 855. 870. 879—882. 885. 887. 891. 893. 896. 912. 913. 918. 928. 931. 932. 944. 949. 951. 960. 975. 1002. 1013. 1014. 1020. 1023. 1036. 1038. 1041. 1048. 1057. 1061. 1063. 1067. 1086. 1087. 1093. 1094. 1100. 1106. 1109—1111. 1118. 1145, *tum eas quas infra dabimus. Continuationem ita confecit, ut a.* 1149—1155. *Aquicinensem exciperet, res potissimum Affligemenses ex huius monasterii Historia illi inserens; postea autem suis vestigiis incederet. Scripsit ante a.* 1189, *ut docent verba eius* hunc qui modo regnat *a.* 1154. *Usi eo fuerunt Albericus Trium Fontium et Balduinus Ninovensis*[1]. *Edidit primus Miraeus, sed quae de*

1) qui quum dicat: *Huffligensis monachus chronicam summ perduxit usque ad a. D.* 1143. *Innocentii pape* 12. *Conradi* 5. *Qui plane his, qui ante eum scripserunt, non tam conferendus, quam etiam preferendus, si non scriptorum vitio depravatus fuisset,* eundem tamen usque ad a. 1163. ad verbum exscripsit. Simillimum errorem in Roberto quoque et Radulfo supra vidimus p. 283, unde, quid testimoniis quam certissimis tribuendum sit, edocemur.

imperatore cum laude dicta inveniebat, tacitus omnia omisit. Secundus Struve Miraei textum fideliter repetiit. Nos damus ex eodem, quo Miraeus, unico codice B3*, *cuius scriba Eihamensis quum in continuatione nihil de suo monasterio interpolaverit, ea quoque quae in a.* 1005. 1033. 1063. 1139. *de hoc narrantur, iam ab Affligemensi scripta esse crediderim.*

597. Hic beatus Gregorius interrogatus, cur sancta universalis ecclesia non uno modo ubique terrarum consecret eucharistiam, hanc non valde magnam, sed valde utilem composuit epistolam: *Solet plane movere nonnullos, quod in ecclesia alii offerunt panes azimos, alii fermentatum. Esse namque ecclesiam 4 ordinibus distributam novimus, Romanorum videlicet, Alexandrinorum, Hierosolimorum, Antiochenorum, quae generaliter ecclesie nuncupantur, et cum unam tencant fidem catholicam, diversis utuntur officiorum mysteriis. Unde fit, ut Romana ecclesia offerat azimos panes, propter quod Dominus sine ulla commixtione suscepit carnem, sicut scriptum est: „Verbum caro factum est, et habitavit in nobis". Sic azimo pane efficitur corpus Christi. Nam cetere ecclesie supradicte offerunt fermentatum pro eo, quod verbum patris indutum est carne, et est verus Deus et verus homo, ita ut fermentatum commiscetur farina, et efficitur corpus Domini nostri Iesu Christi verum. Sed tamen tam Romana ecclesia, quam cetere supranominate ecclesie pro inviolabili fide, tam azimum quam fermentatum dum sumimus, unum corpus Domini nostri Iesu Christi efficitur. Certissimum autem sicut diximus divinum interest sacramentum, secundum quod legimus in evangelio: „Mulier illa, que accepto fermento abscondit in farine sata tria, donec fermentatum est totum". Mulier videtur mihi esse apostolica predicatio, vel ecclesia, que de diversis partibus congregata est. Hec tollit fermentum, id est noticiam vel intelligentiam sanctarum scripturarum, et abscondit illud in farine sata tria, ut spiritus et anima et corpus in unum redacta inter se non discrepent, sed impetrent a patre, quicquid petierint. Amen.*

1005. Iste dux Godefridus dictus est Eihamensis. Erat autem Eiham oppidum et castrum munitissimum[2], et sedes principalis ducatus regni Lotharici. Qui dux Godefridus duxit Mathildem, filiam Herimanni ducis Saxonum, viduam relictam Baldewini comitis, qui erat filius Arnulfi magni marchionis. De qua idem Godefridus genuit tres filios, Godefridum, Gozcelonem, Hezcelonem. Hezcelo comes, post mortem ducis, castrum Eiham cum provincia Brabantensi suscepit et diu tenuit. Hic enim genuit filium nomine Herimannum, et filiam nomine Berthildem; qui dum adhuc iuvenes essent, defuncti sunt, et in ecclesia apud Felseka sepulti. Qui postea multis miraculorum signis claruerunt, sed a Verdunensibus monachis furtive ablati sunt. Alteram quoque filiam tradidit nuptui Reginero, Montensi comiti, simul cum tota provincia Brabantensi. Deinde cum omnia sua ad votum ordinasset, relicto in manus Regineri castro et comitatu, apud Verdunum effectus est monachus. 2

1007. In Gandavo adventus corporis sancti Livini Hibernensis archiepiscopi et martyris piissimi, 16. Kal. Sept.[a].

1030. Comes Balduinus, qui dictus est Barbatus, congregatis marchisiae suae sanctorum corporibus, Bavonis, Wandregisili, Amandi, Vedasti, Bertini, Winnoci, cum aliis innumerabilibus sanctorum reliquiis, presente Hugone Noviomensi episcopo cum aliis pluribus episcopis et abbatibus, congregatis totius regni sui primatibus apud Aldenardum, pacem ab omni populo coniuratam firmari fecit.

1033. In diebus Ragineri Longicolli traditum est fraudulenter castrum quod dicitur Eiham, et datum est Balduino Barbato, qui castrum funditus destruxit.

1063. Hoc in anno cenobium Eihamense a Balduino comite et Athela comitissa constructum est.

1083. Affligemense cenobium tale, auxiliante Deo, sumpsit exordium. Predicante Wetherico, servo Dei, qui quasi stella matutina in medio nebule, effugandis obscuritatibus erroris apparuit, conversi quinque milites suis integre renuntiant. Inter quos Gerardus Niger, qui ceteris excellentior videbatur, doctoris sui consilio animatus, cum sociis locum Affligem dictum, sicut nomine, sic omni barbarie incultum, quippe qui latrocinantium tantum conventiculis aptus erat, edificare, et claustrum in eo exstruere aggreditur[b]. Hist. Affl.

1086. Affligemensis coenobii fundatores, qui omnibus abiectis, ita nudi ad edificandum claustrum convenerant, ut nichil secum, preter panes tres, dimidium caseum et pauca ferramenta detulerint, vix tribus annis exactis, a Gerardo Cameracensi episcopo in honore apostolorum Petri et Pauli ecclesiam dedicari faciunt. Comitissa Adela cum duobus filiis suis, Heinrico et Godefrido, ad edificandum inibi coenobium eundem locum libertate donavit. Predicti fratres monachos, a quibus monachicum ordinem discerent, sibi adsociaverunt. Arnulfus, Suessonicae civitatis episcopus, spiritu prophetie, puritate vite, et miraculis venerabilis claruit; Aldenbort[3] in ecclesia sancti Petri Dei nutu sepelitur. ib. V. Arnulfi.

1087. Domnus Fulgentius huius cenobii primus abbas hoc anno electus est in festivitate sancti Martini[b]. Hugo abbas Cluniacensis pietate insignis, discretione precipuus, sanctitate et religione clarus habetur. Hist. Affl.

1088. Hoc anno domnus Fulgentius, primus huius cenobii abbas, consecratus est in festivitate sancti Georgii ib.

1091. Nobilis vir Heribrandus divina revelatione ammonitus a sancto Petro, se a damnatione videns absolutum, ib.

a) *Haec in cod. addit manus paulo recentior.* b) *Haec et in codice Gemblacensi manus* 1λ. *addidit (et inde* F3.*), ut opinor, ex ipso nostro* B3*.

2) Eenham sive Eenaem, prope Oudenaarde. 3) Oudenburg prope Ostende, cf. Contin. Ursicampinam a. 1087.

apud Affligliem ad conversionem venit. Qui tricesimo die mox a Deo vocatur. Quem secuti quinque filii eius, frater quoque magni nominis et potentie, nomine Iggelbertus, omnes tonsorati ad celestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt.

1093. Lanfrancus, Cantuariensis ecclesie archiepiscopus, diem ultimum claudit. Cui succedit Anselmus, vita et doctrina precipuus, flos presulum, lux patrie, per omnia imitator magistri, qui et diversa opuscula conscripsit [4].

1095. (Heinricus comes Lovaniensis) secundus huius nominis Tornaci perimitur. Succedit frater eius Godefridus.

Hist. Aff. 1096. Ida Boloniensium comitissa tradidit nobis ecclesiam, quae est in villa Genapia, cum decimis et universis eius reditibus, consentientibus filiis eius Godefrido duce, Eustachio et Balduino. Idem Godefridus dux, filius eius, in eadem villa quinque mansos terre nobis donavit, ad quos ipsa postea quasdam partes circumiacentes, plane unum continentes, in augmentum concessit.

ib. 1099. Cellam Fraxinam domnus Fulgentius abbas suscepit regendam.

ib. 1100. Cellam sancti Andreae prope Brugas sitam domnus abbas Fulgentius suscepit regendam.

1100. Anselmus Laudunensis, doctor doctorum, preclarus habetur; qui non soli sibi laboravit, sed in vita sua multos erudiens, post mortem posteros beatos fecit, quos scriptis suis ditavit.

1105. Immunitas Affligemensis ecclesie etiam apostolica auctoritate a Paschali papa corroboratur anno 6. pontificatus eius. Domnus Fulgentius abbas locum, qui Forest dicitur, suscipit.

1119. Cellam in Bornehem [5] domnus abbas Fulgentius suscepit regendam, tradente abbate, et canonicis eius monachis factis, quia per eos regi non poterat [a].

1120. Obiit domnus Fulgentius abbas primus Affligemensis, qui bono Christi odore sua ornavit tempora usque ad consummationem vite. Succedit domnus Franco secundo loco abbas constitutus, vere in multis laudabilis. Basilicam Affligemensem fundavit, libris et ornamentis eam decoravit, predia ampliavit, religionem confirmavit [b].

1122. Norhbertus claruit.

1126. Balduinus Gandensis, primus inter primos Flandrie et Brabantie, principumque princeps, seculo renuncians tonsoratur, defunctusque in templo Affligemnie sepelitur [a].

1134. Domnus Franco secundus abbas Affligemensis moritur; Albertus succedit [b].

1136. Domnus Albertus abbas Affligemensis pastoralis cure honus deponit; domnus Petrus succedit [b].

1139. Deiecta est vetusta Eilhamensis ecclesia, et incepta est nova, a Snellardo abbate. Ab isto anno cepit fames 12 annos perdurans.

1140. Heinricus comes, filius ducis Godefridi superiore anno defuncti, militie cingulo deposito Affligemensis monachus factus, celestis militie signaculum accepit, et cito vocatus a Deo migravit [a].

1149. R. 12. F. 13. A. 13. H. 5.

Auct. Aquic. Imperator Conradus et rex Francie Ludowicus sine ullo effectu procinctum solvunt, et ab itinere Hierosolimorum revertuntur, numquam audita tanta infelicitate tanti exercitus. Hiemps gravissima 4 mensibus invaluit et prevaluit.

1150. 13. 14. 14. 6.

ib. Orta est contentio inter Heinricum episcopum Leodicensem, et Heinricum comitem Namucensem. Comes quidem, ut dominaretur, intendebat; episcopus, ut sui ab eius dominatione et gravi oppressione liberarentur, satagebat. Milites comitis in quandam villam, que vocatur Hoylon, convenerant, quorum unus, qui potior videbatur, manus in episcopum, ut eum caperet, iniecit; sed ipse se ab eo subripiens, iratus suos ad eorum subversionem fortiter incitavit. Tandem, nescio quo infortunio, ecclesia succensa est, et omnes, qui in ea confugerant, combusti sunt, miserabiliterque perierunt. Tandem congregato utrinque exercitu, congressi sunt; episcopus superior factus est. Comitem fugavit, de suis potentiores cepit, sed cum miserabili cede multorum victoria potitus est.

1151. 14. 15. 15. 7.

ib. Fructus terra uberes habuit, sed pluviarum inundatione a festivitate sancti Iohannis usque ad medium Augustum omnia vastante, vix ad maturitatem perduxit. Nam vinum et ceteri fructus magna ex parte defecerunt, et quod de uvis collectum est, in acorem versum est.

1152. 15. 16. 16. 8.

ib. Conradus imperator diem ultimum claudit; cui successit Fredericus Romanorum 60[us], consobrinus eius, concordi principum

a) *Haec et* B4'. 4''. *habent.* b) *Haec in* B4'. 4''. *tantum extant, in* B3'. *non leguntur; sed apparet, ea a nemine nisi ab auctore Affligemensi profecta esse; unde hic exhibemus.*

4) cf. Contin. Ursicampinam a. 1097. 5) inter Alost et Antwerpiam.

sententia electus. In ecclesia sancti Nicolai, que constructa est in opido Brusellensi, sancta Maria mater Iesu Auct Aquic.
Christi operata est tanta miracula, quod a temporibus apostolorum adeo magna et frequentia in tam brevi tempore nusquam sint audita. Dum enim consensu abbatis Affligemensis et consilio fratrum, feretrum illud in honore sancte Marie, auro et argento operiendum, ab ecclesia Waverensi[6] cum ceteris reliquiis que in eadem continentur, fuisset allatum, [6]
et in ecclesia sancti Nicolai reverenter locatum, statim operante divina virtute, per merita gloriose Virginis ceci visum, surdi auditum, claudi gressum recipiunt, et tot infirmi variis languoribus oppressi, a paschali hebdomada usque in diem nativitatis sancti Iohannis, sanitatem optatam consecuti sunt. Si fratres supradicte ecclesie hec per singula stili officio fidelium memorie commendassent, non parvum volumen posteris profuturum conscripsissent. Hoc bono odore tota provincia in brevi respersa, non solum ex nostris, sed etiam ex valde remotis partibus factus est concursus divitum et pauperum; diverse etatis et utrinsque sexus fideles cum oblationibus suis conveuerunt, et tantam pecuniam, que non facile numerari potest, hac ratione dividendam obtulerunt; partim scilicet in sustentatione paupernm, partim in restauratione ecclesiarum, partim in usus fratrum in ecclesia Haffligemensi vel Waverensi Deo servientium. Abbas etiam Haffligemensis et fratres eius pedites usque ad ipsum opidum convenerunt, ubi albis vestiti et cappis induti, processionem multitudine monachorum composite et honeste ordinaverunt; et sic cantando, Deum et eius genitricem collaudando, cum magna gloria et applausu totius populi, qui ea die dicuntur fere ad 30 milia convenisse, in ecclesia sancti Nicolai intraverunt. Attestati sunt fideles, numqnam se aliquo conventu, qui factus sit aliquando, sive imperatoris sive iussu Romani pontificis, tam honestam et tam bene ordinatam processionem vidisse. Quoddam insuper beneficium, quod non est silentio pretereundum, imo super cetera commendandum, ipsa gloriosa Domina contulit toto illo tempore fidelibus suis; per quod bella multa, que iam instigante maligno concitata fuerant, et seditiones consopite quieverunt. Dum enim ex diversis partibus multi convenissent, de quibus auditum est, quod inimici essent ad invicem, statim sine ulla exactione pecunie vel qualibet satisfactione, que inter seculares in huiusmodi negotiis solet fieri, solo Dei timore et amore piissime matris correpti, interventu fidelium in pace reconciliati sunt. Hoc finito tempore relatum est feretrum in supra nominatam ecclesiam cum reliquiis, nec tamen toto illo anno desiit mater misericordie a ceptis circa infirmos beneficiis. Ecclesia sancti Bertini cum omnibus appendiciis suis combusta est in ipso festo ib.
sancti Bertini, dum matutinorum sollempnia agebantur.

1153. R. 1. F. 17. A. 17. H. 9.

Eclipsis solis facta est 7. Kal. Feb. in 2. feria; 5. Idus Februarii in 2. feria tonitruum auditum est. Brusel- ib.
lenses opidani iniuriam, quam preterito anno abbati et fratribus eius utpote homines dura cervice et in sua sententia mentis obstinate intulerant, hoc anno correxerunt, hoc scilicet modo: quia ipsi Dominam nostram — sic enim aiunt[7] — de ecclesia Waverensi [7]
devote et humiliter tollentes, cum honore susceperunt, et suo tempore pacifice et cum gaudio remiserunt. Eugenius papa diem ultimum claudit; succedit ei Konradus 158us, Sancte Sabine epi- ib.
scopus, Anastasius appellatus, vicarius domini pape predecessoris sui. Domnus quoque Bernardus abbas Clarevallensis, qui quasi lucifer exortus, ordinem nostrum illustrabat, migravit ad Dominum; cuius vita et doctrina in tantum excellit, ut minus sit, quicquid in eius laude dictum fuerit. Nec parva miraculi portio est, quod hoc anno tanta sterilitas agris nostris incubuit, quod vix duorum vel ad trium mensium nobis victum suffecit omnis copia mensis nostre. Turbo gravissime tempestatis per fines nostros viam ib.
molitus, quasi sulcum ducens, unius diei itinere queque velut flammis depasta consumens, lugenda vestigia reliquit. Ascalon capta est ab exercitu Domini, qui est Hierosolymis, et possessa a nostris; multo tamen labore ac ib.
diuturno bello, multis etiam periculis et gravibus damnis prius exercitu afflicto. Namque diebus sancte Dei genitricis purificationi proximis, rex Hierosolymorum procinctum movit, portas obsedit, et muros civitatis diffuso exercitu vallavit, nocturnis excubiis, diurno bello eis incessanter imminens, usque in festum assumptionis eiusdem sacratissime Virginis moras pertrahens, et infatigabilis perdurans. Proxima ergo die illius sacratissimi festi, turrim cum suis machinamentis muro admovit; et artificio subterraneo actum est, ut murus cadens latum ingressum nostris preberet. Itaque nostri ruunt et irruunt; primus prepositus et dux illius exercitus, qui fraterne societatis professione templo militant, cum suo cuneo irrupit, et usque ad plateam civitatis, agmine suorum stipatus, perveniens, gradum fixit; ibi artatus angustiis platearum, maceriis cinctus, et superimminentibus tectorum domatibus, et omni parte confluente turba circumventus, opprimitur et cum omni turba suorum obtruncatur. Quorum capita in unum cumulum sunt congesta, ut regi Babylonie pro signo victorie ostentarent; corpora vero in muro suspenderunt, nobis

6) Wawre, non procul a Waterloo. 7) Notredame.

Auct. Aquic. improperantes, et verbis blasphemie exercitum Dei provocantes. Tandem nostri in Domino confortati regi dicebant, ut viriliter pugnaret, et de Dei misericordia non desperaret, cuius tunc maxime adesse solet auxilium, cum deest nec speratur humanum. Quod ergo christianorum proprie presidium est, confessione peccatorum, elemosinarum largitate, et devotissimis supplicationibus se Domino committentes, et sancte Dei genitrici vota facientes, tertia die ad murum accesserunt, instrumenta bellica, machinas et balistas admoverunt, fide constantes. Crux vero dominica in manibus patriarche agmen precedebat, certissimum victorie pignus, quod semper nostris in omnibus preliis fuit Tum vero virtus Domini manifesta fuit, linguas blasphemas edomuit, et omnem confidentiam superborum deiecit, et consilia dissipavit. Vir ille qui presens fuit, et omni tempore obsidionis in exercitu duravit, quod vidit, nobis narravit. Percussi sunt omnes cecitate, ita ut cum molares lapides balista suo impetu in medio eorum emitteret, nullus lapidem venientem viderit, ut a loco cederet, ictumque lapidis declinaret. Quid multa? coacti sunt, quam negaverant, Dei confiteri virtutem. et quem blasphemabant, suorum esse fidelem protectorem et adiutorem. Ergo ultra differre non valentes, civitatem in manus regis tradunt, et ex illo tempore Ascalon nostra facta est, et a nostris possessa. Istud inter maxime miranda miracula miraculum esse videtur, quod urbs 150 turribus prevalidis munita, et cenaculis domatum in plateis suis quasi crypta laquearis supertecta, et quodammodo inexpugnabilis, tandem aliquando vinci potuit, quod in hystoriis veterum nusquam legitur.

1154. R. 2. F. 18. A. 18. H. 10.

ib Anastasius papa ex hac vita decessit; succedit ei Adrianus 159us, antea Nicolaus dictus, episcopus Albanensis. Rex in Anglia constitutus est Heinricus, cuius avus fuit ille magnus et famosus Anglie rex Heinricus. Filia namque eius, que imperatori nupta, imperatrix dicebatur, et erat comiti Andegavensi in coniugio post eius excessum copulata, hunc,
8 qui modo regnat[8], de eo suscepit, et fratres eius. Qui cum adhuc lactens sub ubere nutricis esset, defuncto avo eius Heinrico rege, cum cunabulo in Angliam deportatus est, et ibi electione omnium principum, datis iuramentis, in regno confirmatus est. Et quia sub manu procuratoris usque ad legitimos annos eum servari oportebat, electus est comes Stephanus cognatus eius, qui regnum regeret, et eum educaret. Qui Stephanus a principibus persuasus, et eorum adulationibus nimis prono favore se inclinans, supplantator et proditor factus, regnum invasit et tenuit. Hoc comperto mater supra modum mulieris animo attollitur et efferatur, nec mora intercedente, Angliam cum exercitu ingreditur; multis et gravibus preliis commissis, multa audacter opera patravit. Ad ultimum, post plurimos annos, iam adulto illo iuvene filio suo Stephano etiam subito, nec satis nota morte defuncto, filium suum Heinricum in regno constituit.

1155. 3. 19. 1. 11.

ib. Imperator Fredericus, preterito anno profectus, hoc anno Romam pervenit, multis in itinere laboribus attritus, et diversis hostiliter obsistentibus; quos omnes tam sagacitate quam virtute[a] superavit, et ad deditionem atque subiectionem compulit; Romanis principibus mandavit, ut eum cum pace susciperent, et subiectionem non negarent. Quod illi pecunie inhiantes contumaciter renuerunt, dicentes, quod nisi ad quas vellent conditiones acquiesceret, ipsos non subiectos, sed hostes sentiret. Imperator semper eorum inexpletam avariciam respuens, Romam armata manu ingreditur; papam Adrianum amicum et aptum sibi inveniens, in ecclesia sancti Petri benedictione confirmatur et coronatur. Interim exercitus eius, hostium non ignorans insidias, totum procinctum ecclesie sancti Petri armatus circumdederat; donec omnibus expletis cum imperatore egrederetur. Romani, tam pudore quam dolore animo concitato, quibusdam residuis, quos incautos occupaverant, interfectis, cum imperatore congrediuntur; sed mox in fugam versi, ad Tiberis alveum coguntur. Quanti in congressu ceciderint, quanti in flumine submersi sint, scriptis committere non audeo. Imperator victor regreditur. Floret imperium, et dominus rerum sublimis attollitur. Multis annis sterilitate terre et necessariorum penuria nobis laborantibus, hoc anno tritico omnino deficiente, in ultimo discrimine, quid agendum esset, vix anxiis potuit occurrere. In hoc tamen ad ultimum stetit sententia, ut pecunia mutuo amicorum fide sumpta, emeremus victui necessaria. Misimus ergo fratres nostros in aliam regionem, qui sollicite iniunctum negotium exsequuntur, et remenso itinere, onerata nave iter carpentes ad opidum Aldenardum dictum pervenerunt. Est ibi locus, in quo molendina et catarecte, que aquarum transitum suscipiunt et reddunt, ita angustum et periculosum efficiunt ipsum locum, ut navis nostra transitura, firmissimis funibus ligaturis posti astricta teneretur, donec ipsam caribdim evaderet et pertransiret. Ergo tanta cautela, tanto conamine navis ad illam voraginem et precipitem cursum aque frementis adducta, imo impulsa, in medio fervore insani estus suis presidiis destituitur. Solvuntur retinacula, rumpuntur funes, omnisque conatus frustratur. Navis precipiti cursu violenti amnis rapta, nunc sursum eiecta, nunc in imo precipitata, tandem ad pontem, qui proximus erat, undarum

a) *sex priores huius vocis litteras in codice erasit Miraeus; restituimus eas ex Alberico, cuius lectionem coniectura assecutus erat V. D. Car. Grotefend.*

8) obiit a. 1189.

concursione et violenta concussione propulsa, impegit in postem firmum et fortem, qui sustentabat pontem; quem pontem confregit, ipsa nullum dispendium passa libero et securo cursu pertransiit. Quid ad hoc dicemus? largitori bonorum omnium gratias agamus. Godefridus iunior, dux Lotharingiae, filiam Heinrici comitis Lemburgensis in coniugio sortitus est; per Ann. Aquic.
quod tandem rebus omnibus pace compositis, contentio longo tempore protracta, ea conditione finita est, ut Godefridus confirmatum sibi ducatum, sine ulla contradictione, advocatiam sancti Trudonis, castellum Rode obtineat, atque omnium, que possidet idem comes, post decessum eius medietatem accipiens, hereditario iure successor fiat. Arnoldus hereticus et scismaticus de Brixia, discipulus magistri Petri Abailart, a quinque apostolicis excommunicatur; tandem sub Adriano papa laqueo suspenditur, corpus eius igne crematur, et combusti cineres in Tyberim proiiciuntur.

1156. R. 4. F. 20. A. 2. H. 12.

Fredericus imperator indicio et consilio episcoporum et archiepiscoporum relicta uxore sua, duxit filiam comitis Burgundionum, Reinaldi nomine, de ultra Saonam; quam patruus suus comes Wilhelmus arta turris custodia diu clausam tenuerat, ut eam perderet et hereditatem eius fraudulenter preriperet; sed Deo miserante de manibus eius liberata, imperatori in coniugium copulata est. Heinricus iunior rex Anglorum, exercitum copiosum et magnum belli apparatum, quem proposuerat ducere in Hiberniam, ut eam suo dominio subingaret, fratremque suum consilio episcoporum et religiosorum virorum illi insule regem constitueret, convertit contra regem Francorum; hac scilicet de causa, quia uxorem eius ab eo relictam in matrimonium duxerat, cuius patrimonium satis magnum et amplum, ducatum scilicet Aquitanie et omnia ipsi subiacentia, rege contradicente, possidere contendebat. Inde gravis et longa contentio inter eos exorta est, ita ut in partibus utriusque regni viderentur urbes destrui, ville et opida cremari, homicidia, depredationes rerum omnium violenter fieri, et a Pyreneis montibus pene ad fines Flandrie hoc malum quasi pestis gravissima intolerabiliter grassari.

1157. 5. 21. 3. 13.

Theodericus comes Flandrie, iam tertio profectus cum quibusdam principibus terre sue, ducta etiam uxore sua zelo pio devotionis accensa, cum quadringentis militibus et copioso belli apparatu Hierosolimam, Philippus filius eius comitatum suscepit; quem iusticia, fortitudo et liberalitas omnibus bonis laudabilem et amabilem fecit. Quam[9] ea [9]
tempestate in tanta perturbatione et desperatione invenit, ut iam timerent se finibus suis expelli, loca sancta gentibus prophananda, totamque terram possidendam relinqui. Noradin enim, Sanguinii filius, rupto pacis foedere primo improvisis superveniens, eis congressus superavit. Secundo in vigilia pentecostes congrediens, fere sexcentos in exercitu probatos, quosdam templi, quosdam regis milites cepit, occidit, regem vix fuga elapsum ceterosque in castrum Belinas impulit, terramque, usque maritima nullo resistente progrediens, multa ex cede vastavit. In tanto timore positos Dominus adiutor in oportunitatibus, in tribulatione, per comitem supradictum hoc modo consolatus est. Ipse namque Dei confisus adiutorio, et sancte crucis, que in exercitu ferebatur, munitus signaculo, adiuncto sibi rege audacter congressus, Noradin cum suis superavit, superatos humiliavit, humiliatos ad pacem poscendam compulit. Castellum, quod Cavea dicitur, nostris valde infestum, quippe qui per illud infra 7 annos fere 15 milia de suis amiserant, magna instantia et fortitudine superatum, positis in eo militibus obtinuit. Inde circa natale Domini Antiochiam veniens, duo castella Harenc et Femie acquisivit, tertium destruxit; et quecumque princeps ipsius Raimundus incuria et insolenti temeritate amiserat, Turcis irruentibus cum maxima parte exercitus sui occisus, ipse viriliter agens recuperavit. Deinde progressus in ulteriora, Cesaream Cappadocie obsedit, obsessam quarto die cepit, et quia retinere non potuit, utpote a nostris longe positam, destruxit; et sic omnia prospere agens, ad suos Hierosolimam cum magna gloria et gaudio christianorum reversus, ibidem biennio commoratus est. Uxor eius Bethanie religionis habitum suscepit. Brandeburch castellum in terra Sclavorum trans Albim, per quod pagani christianos graviter affligebant, Albertus marchio comes in Saxonia obsedit, cepit, positisque in eo militibus Sclavos humiliavit, ac per hoc christianos fines multum dilatavit. Fredericus imperator secundo in Italiam, plenius eam subingaturus, movit exercitum cum duce Bohemie et ceteris regni sui principibus[10]. Ceno- [10]

9) Hierosolymam scilicet. 10) Hoc factum demum 1158. mense Iunio; anno enim 1157. imperator

bium Gemblacense, quod ante annos circiter 20 succensum[11], sed Dei clementia et suffragiis sanctorum, quorum reliquie in illa continentur ecclesia, aquis de alveo vicini fluminis elevatis et monasterio superfusis restinctum, modo tali presidio destitutum, occulto Dei iudicio cum claustro et ceteris officinis totoque oppido combustum est.

1158. R. 6. F. 22. A. 4. H. 14.

Frederico imperatore in Italia posito, civitatibus et urbibus subactis, duces, comites et principes terre ad eum partim timore partim amore convenerunt, debitam ei subiectio-
Aug. 6. nem et reverentiam ei exhibuerunt; exceptis Mediolanensibus, qui sicut predecessoribus eius, ita ipsi quoque rebelles extiterunt. Ipse absque ulla dilatione sua usus constantia, civitatem obsedit, et quamvis interius haberent, ut dicitur, 60 milia armatorum, primo tamen et secundo congressu multa strage humiliatos ad deditionem compulit, ut 200 de nobilioribus civitatis pacis obsides darent, et quamcumque conditionem sibi ab eo
Sept. 8. impositam susciperent. Quibus acceptis et conditionibus sacramento confirmatis, quasi securus, exercitum quosdam in propria, quosdam in hiberna dimisit; ipse in Italia se retinens, pius et iustus ab omnibus appellatus, et secundus post Karolum Magnum iustitia et pietate est habitus. Interim tamen sua ocia piis rei publice perornans negociis, Laudam civitatem, quam Mediolanenses destruxerant, in tutiori loco translatam restruxit. Cumam quoque, quam idem Dei et[a] sui hostes pene destruxerant, renovavit et munivit.

1159. 7. 23. 5. 15.

Sept. 1. Adrianus papa diem ultimum claudit. Rolandus cancellarius et Octavianus presbyter cardinalis de papatu contenduut. Bellum gravissimum ortum erat ante annos circiter 20 inter ducem Lovanii Godefridum iuniorem, et Walterum cognomento Bertold. Puer quidem Godefridus adhuc in cunis iacebat; turba autem seditiosorum utriusque partis pacem turbabat. Unde magnum malum processit, et quasi quoddam contagium terram utriusque invasit. Agricole enim bonis suis spoliati, miseri et exsules de finibus suis sunt egressi, terra deserta habitatoribus inculta remansit. Erat cernere miseriam, incendia, homicidia, rerum omnium depredationes violenter fieri, fere per annos
Virg. Aen. II, 363. 20, donec hoc anno quarto bello Grinbergensis[12] urbs antiqua ruit, multos dominata per annos, castrumque magnum et famosum, quod humana virtute vix poterat, iusto Dei iudicio combustum et ad solum usque dirutum est. Accidit hoc in festo sancti Remigii. Itaque omni auxilio destitutus, a comite Flandrie derelictus, cui soli innitebatur, cum duce, sero tamen, in pacem rediit. Mediolanenses violatis sacramentis castrum, in quo imperator thesauros suos deposuerat, invadunt, milites custodes castelli capiunt, thesauros diripiunt, ulteriusque progredientes, amicos eius et confoederatos impugnant. Ipse hoc audito, ultra quam credi potest admirans et exhorrens eorum perfidiam, decrevit Dei et suam iniuriam de crimine infidelitatis debito talione vindicandam. Obsedit ita-
1160. Ian. 26. que Criminum[13] castrum satis munitum, in quo erat maxima fiducia et fortitudo eorum, obsessum cepit, captum destruxit, milites qui in eo inventi sunt, vita donatos abire permisit, sed et quecumque Mediolanensium erant, circumquaque vastari precepit

1160. 8. 24. 6. 16.

Heinricus rex Anglorum filiam Stephani, neptem suam sanctimonialem et abbatissam in claustro consecratam, contra fas legum Matheo filio comitis Flandrie dedit uxorem, ut per eam comitatum retineret Boloniensem. Et quia sponsa Deo dicata, non sponsum sed adulterum summo regi superduxit, bella et seditiones inimicus inter patrem et filium, inter fratrem et fratrem concitavit. Fridericus imperator cum videret, propter paucitatem exercitus Mediolanenses contra se insolentius agere, misit per omnes fines regni sui, ut venirent ei in auxilium, et iuravit, se non recessurum a civitate, donec caperet eam. Ut autem hoc iuramentum ratum maneret, designavit, si forte vita decederet, duos imperatores, filium Conradi predecessoris sui, et post eum Heinricum ducem Saxonie.

1161. 9. 25. 7. 17.

Convenerat exercitus magnus ex omnibus partibus regni, preterito anno ab imperatore ter vocatus. Quorum adventu oppido letatus, consilio principum statim obsedit ex omni

a) Dei et *erasit Miraeus, ut videtur, qui laudes Friderici et in codice delere studuit; restituimus ex Alberico.*

ultra Burgundiam non processit. 11) a. 1136. 12) prope Vilvordam occidentem versus. 13) Cremam.

parte Mediolanum, et ita coartavit eos, ut non haberent potestatem libere egrediendi vel ingrediendi, emendi vel vendendi. Timuit enim propter reverentiam ecclesiarum armata manu ingredi; et ut parceret militibus, qui in congressione, ut assolet fieri, occidi possent, maluit fame cruciatos ad deditionem compelli. Ipse interim cotidie elemosinis pauperum insistebat; decimam partem omnium redituum suorum pauperibus erogabat, estimans se melius elemosinis pauperum quam armis militum posse vincere. Ipse pius et dilectus omnibus habitus est, ut duces et comites Guillelmi regis Sicilie dominum suum desererent et ad ipsum se conferrent. Baldewinus quintus rex Iherusalem vita decessit; Amalricus frater eius ei successit.

1162. R. 10. F. 26. A. 8. H. 18.

Mediolanenses obsidione, fame, inopia, et quod est gravius, seditione coartati, per internuntios petunt ab imperatore misericordiam; tantum ut vita donentur, omnem conditionem ab ipso propositam promittunt se sustinere. Kalendis itaque Martii, omnes per turmas suas exeunt, prius principes, post eos nobiles et milites, gladios manibus tenentes, quasi essent rei maiestatis et proditores, deinde promiscuum vulgus, funibus colla innexi, in ciliciis, cinere capitibus aspersis, ad pedes imperatoris in modum crucis se prosternunt. Imperator, qui proposuerat eos ad terrorem aliorum diversis suppliciis interimere, vita donatos, rebusque necessariis, quantum secum ferre poterant, concessis per regiones dispersit, ita ut non haberent licentiam in civitatem amplius revertendi; deinde iussit suos civitatem ingredi, muros, turres, alta et superba fastigia et edificia destrui — tribus tamen pepercit ecclesiis, sancte Marie, sancti Mauricii, et sancti Ambrosii, cum officinis clericorum, officialibus ipsorum, domibus et indempnitate rerum concessa — erarium publicum sibi reservari. Placentini, Bolonienses, Brixienses, Mediolanensibus contra imperatorem confoederati, exemplo eorum territi, eamdem humilitatis subiectionem, quasi rei maiestatis substrati imperatoris pedibus, exhibuerunt, ipsiusque indulgentia veniam optinuerunt. Fames gravissima in tantum prevaluit, ut modius tritici venderetur 30 et eo amplius solidis Lovaniensis monete, multaque milia hominum fame perissent, nisi Dominus pauperis populi afflictionem respexisset. Ipse enim qui percutit et medetur, dedit spiritum bonum in cordibus fidelium suorum, cuius instinctu largam manum ad pauperes extenderunt, eorumque inopiam sua habundantia suppleverunt, et largius quam aliquando nostris temporibus vidimus, sua eos liberalitate sustentaverunt. Imperator Fredericus a rege Francorum invitatus, ut sublato schismate Romane ecclesie pax firma redderetur, concilium in territorio Besuntionum Dolo villa super Sennam fluvium, in decollatione sancti Iohannis baptiste convocavit; sed in tanto conventu regum, ducum, comitum, archiepiscoporum, episcoporum et abbatum, Clarevallensium consilio et instinctu rege Francie ab imperatore averso, quique sine effectu, eadem et adhuc graviore permanente discordia, in sua redierunt. Desponsata filia regis Francorum filio regis Anglorum, contentio conquievit, et pax plena inter eos convenit.

1163. 11. 27. 9. 1.

Corpora trium magorum a Reinaldo Coloniensi electo de ecclesia quadam civitati Mediolanensi contigua translata sunt, et cum magno gaudio et exultatione totius provincie, processione mirabiliter ordinata nec simili omnibus retro seculis visa vel audita, civitati Coloniensi illata et in ecclesia sancti Petri reposita sunt. Si quis vult scire, quomodo de partibus suis translata sint Constantinopolim, et de Constantinopoli Mediolanum, id in ecclesia sancti Petri Coloniensis inveniet.

CONTINUATIO AQUICINCTINA.

De hac continuatione, omnium praestantissima, et in ultimo saltem decennio factis coaeva, iam egimus p. 280. *Damus primi integram e codice egregio* B5, *quem tamen non esse autographum auctoris, supra vidimus p.* 290.

Brevis epilogus. Eusebius hystoriographus Cesariensis episcopus scripsit principia huius voluminis, veraci stilo futuris insinuans successionem regnn et seriem temporum, a nativitate Abrahe patriarche usque ad vicesimum Constantini magni principis annum. Scripsit autem Grece; set beatus Iheronimus transtulit Latine. A vicesimo autem anno Constantini usque ad mortem Valentis imperatoris idem beatus Iheronimus digessit. A primo vero anno Gratiani usque ad mortem Valentiniani iunioris filii Placidie, Prosper sancti Augustini discipulus composuit. Deinde Sigibertus Gemblaucensis monachus, vir satis litteratus, altius repetens, a primo anno primi Theodosii usque ad septimum annum Henrici quinti huius nominis imperatoris descripsit. Post hunc Anselmus abbas supradicte Gemblaucensis ecclesie, a septimo anno Henrici usque ad undecimum annum Lotharii inperatoris que secuntur apposuit. Reliqua vero, que ab anno undecimo Lotharii usque ad annum 12um Conradi regis scripta sunt, quis scripserit ignoramus. A 13° autem anno Conradi regis Theuthonicorum et 14° Ludovici huius nominis septimi regis Francorum, rogatu quorundam fratrum Aquicinensium, et postmodum auctoritate Symonis eius-
1 dem ecclesie abbatis[1], quidam monachus eiusdem ecclesie familiarissimus, mediocriter litteratus, usque in calcem voluminis sequentia apposuit. Audita magis quam visa scripsit, et que a fidelibus relatoribus audivit, posterorum noticie dereliquit. Litterati enim nostri seculi his intendere pro nichilo ducunt, et huiusmodi scripturam vilipendunt.

1149. R. 13. F. 14. A. 14. H. 6.

Auct. Aquic. Anno d. i. 1149. Conradus rex Theuthonicorum et Ludovicus rex Francorum procinctum solvunt, et sine ullo prospe-
ritatis effectu ab itinere Iherosolimorum revertuntur; nunquam audita tanta infelicitate corporali christiani exercitus. Nam multorum anime, qui ibi a Sarracenis interfecti sunt et fame perierunt, per Dei misericordiam salve facte sunt. Inter Balduinum comitem Montensem et Sibillam comitissam Flandrensem orta discordia, milites Flandrenses in pago Austrebatensi incendiis et rapinis patriam demoliuntur. Ad hanc discordiam pacificandam Sanson venerabilis Remensis archiepiscopus cum quibusdam episcopis suffraganeis suis venit; set quibusdam malivolis pacem turbantibus, parum profecit. Ecclesia Hasnoniensis tunc
ib. ab eodem archiepiscopo dedicata est. Hyemps gravissima quatuor mensibus invaluit et prevaluit.

1150. 14. 15. 15. 7.

Theodericus comes Flandrensis revertitur ab Iherosolimis. Qui commotus pro iniuria, quam Balduinus comes Montensis preterito anno sue fecerat uxori, contra eum exercitum movit. At Balduinus de suis viribus diffidens, Henricum episcopum Leodicensem et Henricum comitem Namucensem contra Flandrenses adduxit. Set Flandrensibus suo more viriliter repugnantibus, inglorii ad sua sunt reversi Namucensis comes et Leodi-
ib. censis episcopus. Orta est contentio inter Henricum episcopum Leodicensem et Henricum comitem Namucensem. Unde congregato utrimque exercitu congressi, superior factus episcopus, non sine multorum cede victoria potitus est.

1151. 15. 16. 16. 8.

Ludovicus rex Francorum consilio domni Bernardi abbatis Clarevallensis Aanordem uxorem suam repudiavit, et ducatum Aquitanie provincie amisit. Erat enim filia ducis Aquitanie. Aanors vero quondam regina Henrico, filio Gaufridi comitis Andegavorum, qui postea in Anglia regnavit, nupsit; sicque predicta mulier de regno ad regnum transiit. Genuit autem ex ea quatuor filios, Henricum regem, qui ante patrem obiit, Richardum regem, qui patri successit, Gaufridum comitem Brittannie, et Iohannem qui dicitur sine terra; tres quoque filias, quarum una nupsit regi Hispanie, sequens regi Sicilie, tercia duci Saxonie. Nam de rege Ludovico duas genuerat filias, quorum prima nupsit Henrico comiti Campanensi, sequens Theobaldo fratri eius comiti Blesensi. Ludovicus rex Francorum secundam duxit uxorem Constantiam filiam regis Hispanie, satis religiosam; ex qua genuit duas filias, quarum una nupsit Henrico regi iuniori, filio Henrici Anglo-
ib. rum regis, altera vero filio imperatoris Constantinopolitani. Fructus terra habuit uberes, set pluviarum inundatione a festivitate sancti Iohannis usque ad medium Augusti omnia vastante, vix ad maturitatem perduxit. Nam vinum et ceteri fructus ex parte defecerunt, et quod de uvis collectum est, in acorem versum est. In

1) a. 1174—1201.

civitate Atrebatensi post beate memorie domnum Alvisum episcopum, qui in expeditione Iherosolimitana obierat[2], ordinatur Godescalcus quartus episcopus. Ann. Aq.

1152. R. 16. F. 17. A. 17. H. 9.

Conradus rex diem clausit ultimum. Optimates vero regni et episcopi in unum convenientes, elegerunt Fredericum illustrem ducem, filium Frederici ducis Suavorum. Huius avunculi fuerunt Conradus supramemoratus imperator, et Henricus dux Austrasiorum, pater regine Hungarii. In ecclesia sancti Nicholai, que constructa est in oppido Brusellensi, sancta Maria mater Iesu Christi multa miracula operata est. Ecclesia sancti Bertini combusta est cum omnibus appenditiis suis, in ipso festo sancti Bertini, dum matutinorum sollempnia agerentur, cum magna parte oppidi. Auct. Aq. Mart. 9. ib.

1153. 1. 18. 18. 10.

Eclypsis solis facta est 7. Kal. Febr. in 2. feria. 5. Id. eiusdem mensis in 2. feria audita sunt tonitrua. Eugenius papa obiit; succedit ei Conradus 166us papa, Sabinensis episcopus, Anastasius appellatus, etate grandevus, vicarius domni pape predecessoris sui. Domnus quoque Bernardus abbas Clarevallensis, qui quasi lucifer exortus monachicum ordinem illustrabat, migravit ad Dominum. Cuius vita et doctrina in tantum excellit, ut minus sit, quicquid in eius laude dictum fuerit. Turbo gravissime tempestatis per fines viam molitus quasi sulcum ducens, unius dici itinere queque velut flammis depastus consumens, lugenda vestigia reliquit. Ascalon capta est a Domini exercitu, qui est Iherosolimis, et possessa a nostris, multo tamen labore ac diuturno bello, multis etiam periculis et gravibus dampnis nostro prius exercitu afflicto. Erat urbs illa 150 turribus prevalidis munita, et cenaculis domatum in plateis suis quasi cripta laquearii supertecta, et quodammodo inexpugnabilis. Eustachius filius Stephani regis Anglie in Anglia moritur. Huic Constantia, soror Ludovici Francorum regis, nupserat. Mortuo autem Eustachio, comiti Sancti Egidii secundo copulata est matrimonio. Vario eventu adversum Stephanum regem Anglorum a Henrico, filio comitis Andegavorum, pugnatur. Stephanus rex Anglorum Henrico cognato suo reconciliatur. ib.

1154. 2. 19. 19. 11.

Romane ecclesie 167us ordinatur episcopus Adrianus, qui et Nicholaus, Albanensis episcopus annis 6. Stephanus rex Anglie veneno, ut quidam asserunt, in cibo sumpto subito moritur; cui succedit Henricus nepos eius, cuius avus fuit ille famosus rex Anglie Henricus. Filia namque eius, que imperatori nupta imperatrix dicebatur, et erat comiti Andegavensi nupta post excessum imperatoris, supradictum Henricum et fratres eius de eo suscepit. Qui cum adhuc lactens sub ubere nutricis esset, defuncto avo eius Henrico rege in Angliam deportatus, electione omnium principum, datis iuramentis in regno confirmatus est. Electus est etiam comes Stephanus cognatus eius, qui regnum regeret et infantem educaret. Qui Stephanus a priucipibus persuasus, regnum invasit et tenuit. Hoc comperto, imperatrix Angliam cum exercitu ingreditur, et auxilio fratris sui Roberti comitis de Claudiocestria, multis et gravibus preliis commissis, multa audacter opera perpetravit. Ad ultimum post plurimos annos filio suo iuvene iam adulto, Stephano subito defuncto, filium suum Henricum regem constituit. Willelmus Yprensis cognomento Bastardus cum suis militibus, quia Stephano regi faverat, a Henrico rege ab Anglia expellitur. Willelmus comes Boloniensis ad graciam regis Henrici et pacem reducitur, et omnes bellorum motus in Anglia sedantur. ib. Oct. 25. ib. ib.

1155. 3. 20. 1. 12.

Fredericus rex preterito anno profectus Romam pervenit, multis in itinere laboribus attritus, et diversis hostiliter obsistentibus; quos omnes ad subiectionem et deditionem compulit. Set cum a Romanis principibus minime reciperetur, Romam armata manu ingreditur; papam Adrianum amicum sibi et aptum experiens, in ecclesia sancti Petri benedictione imperiali confirmatur et coronatur. Interim exercitus eius totum procinctum ecclesie beati Petri circumdederat, donec omnibus expletis cum imperatore egrederetur. Romani quibusdam residuis, quos incautos occupaverant, interfectis, cum imperatore congrediuntur; set mox in fugam versi, ad Tiberis alveum coguntur. Quanti in congressione ceciderunt, quanti in flumine submersi sunt, scriptis committere non audeo. Imperator victor regreditur. Godefridus iunior dux Lotharingie filiam Henrici comitis Lemburgensis in coniugio sortitus est; per quod tandem rebus omnibus pace compositis, contentio longo tempore contracta ea conditione finita est, ut Godefridus confirmatum sibi ducatum sancti Trudonis, castellum Rode optineat, atque omnium que possidebat, idem comes post decessum eius medietatem accipiens, hereditario iure possideat. In insula Aquicinensi dedicata est ecclesia beate Dei genitricis Marie a Godescalco Atrebatensi episcopo, mense Iulio. ib.

1156. 4. 21. 2. 13.

Fredericus imperator, consentientibus archiepiscopis et episcopis Theutonici regni, uxorem suam iniuste dimisit, et inde magnam sibi calamitatem paravit. Ipse autem imperator aliam duxit uxorem, filiam cuiusdam ducis Burgundionum, virginem elegantem. Philippus, filius Theoderici comitis Flandrensium, filiam Rodulfi Viromandensium comitis Elizabeth uxorem ducit Belvaci. Fredericus imperator a papa Adriano et Rollando cancellario pro uxoris sue prime divortio vehementer arguitur. Quod ille egre ferens, cardinalibus Romanis introitum civitatum et ecclesiarum regni sui interdixit. ib. ib.

1157. 5. 22. 3. 14.

Adrianus papa et Fredericus imperator orta inter se simultate pro diversis causis, epi-

2) a. 1147. secundum Annales Aquicinenses.

stolas nimis mordaci sermone ad alterutrum conscribunt. Epistola Adriani pape ad Fredericum imperatorem: *Adrianus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio in Christo Frederico Romanorum imperatori, salutem et apostolicam benedictionem. Lex divina, sicut parentes honorantibus vite longevitatem repromittit, ita maledicentibus patri et matri sententiam nichilominus mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. Quapropter, dilecte mi in Domino fili, super prudentia tua non mediocriter admiramur, quod beato Petro et sancte Romane ecclesie illi commisse non quantam deberes reverentiam exhibere videris. In litteris enim ad nos missis nomen tuum nostro preponis; in quo insolentie, ne dicam arrogantie, notam incurris. Quid dicam de fidelitate beato Petro et nobis a te promissa et iurata, quomodo eam observes, qui ab his, qui Dii sunt et filii Excelsi omnes, episcopis scilicet, hominagium requiris, fidelitatem exigis, manus eorum consecratas manibus tuis innectis, et manifeste factus nobis contrarius, cardinalibus a latere nostro directis non solum ecclesias, sed etiam civitates regni tui claudis? Resipisce igitur, resipisce, tibi consulimus, quia dum a nobis consecrationem et coronam merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas, tue nobilitati timemus. Data Preneste 8. Kal. Iulii.* Rescriptum imperatoris ad eundem: *Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Adriano ecclesie catholice summo pontifici, omnibus adherere, que cepit Iesus facere et docere. Lex iusticie unicuique quod suum est restituit. Non enim parentibus nostris derogamus, quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorem, a quibus, videlicet progenitoribus nostris, et regni dignitatem suscepimus et honorem. Nusquam enim ante tempora Constantini Silvester regale aliquid habuisse dinoscitur; set eius pietatis concessione pax reddita est ecclesie, libertas restituta, et quicquid hodie papatus vester regale habere dinoscitur, largitione principum optinet. Unde cum Romano pontifici scribimus, iure et antique nomen nostrum vestro preponimus. Ab his autem, qui Dii sunt per adoptionem et regalia nostra tenent, cur hominagium et regalia sacramenta non exigamus, cum ille noster et vester verus institutor ab homine rege nichil accipiens, et omnia bona omnibus conferens, qui pro se et pro Petro censum cesari persolvit, et exemplum dedit vobis, ut et vos ita faciatis, doceat vos ita dicens: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde“. Aut igitur episcopi regalia nobis dimittant, aut si hec sibi utilia iudicaverint, que Dei Deo, et que cesaris sunt cesari reddant. Cardinalibus utique vestris clause sunt ecclesie, ut non pateant civitates; quia non videmus predicatores, set predatores; non pacis administratores, set pecunie raptores; non orbis corroboratores, set pecunie ultra modum insatiabiles corrosores. Cum viderimus eos, quales requirit ecclesia, portantes pacem, illuminantes patriam, assistentes cause humilium in equitate, necessariis eos stipendiis et commeatu sustentare non differemus. Humilitatis autem, que custos est virtutum, et mansuetudinis vestre non minimam notam incurritis, cum huiusmodi questiones religioni non multum conferentes secularibus personis proponitis. Provideat itaque paternitas vestra, ne dum talia monet, que digna non ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad umbram serotinam ori vestro aures suas arrigere festinant. Non enim possumus non respondere auditis, cum superbie detestabilem bestiam usque ad sedem beati Petri iam reptasse videamus. Paci ecclesiastice bene providentes, semper valeatis.* His relectis, papa totus in imperatorem invehitur, et quoscumque potest, ab eo verbis et scriptis
3 avertit[3]. Italienses contra imperatorem rebellant; ipse vero ad eos debellandos Italiam petit. Contra quem Italienses urbibus et castellis munitis, se ad rebellandum accingunt, eumque Mediolanum hostiliter adheuntem non recipiunt. Imperator autem expugnatis
Auct. Aq. munitionibus, que contra se erant, Mediolanum obsidet. Theodericus comes Flandrie tercio Iherosolimam petit cum Sibilla coniuge. Post quorum discessum Philippus filius eorum adversus Symonis de Oizi sibi subici nolentis contumaciam edomandam exercitum ducit, et Inci castellum obsidet et capit. Contra Ludovicum regem Francorum commotio et simultas Henrici regis Anglorum exoritur.

1158. R. 6. F. 23. A. 4. H. 15.

Adrianus papa cum cardinalibus suis habito consilio, Fredericum imperatorem, qui vivente uxore sua aliam superduxerat, excommunicat, sub hoc optentu, ut primates regni quasi iusta ex causa excommunicato regi contradicant. Adrianus papa et omnes cardinales Romani preter quatuor Willelmum regem Sicilie ad regnandum in Italia contra Fredericum imperatorem invitant, misso ei per Rollandum cancellarium beati Petri vexillo.

3) imitatur verba Sigeberti de Gregorio VII. a. 1076.

Huic factioni non consenserunt Imerus episcopus Tusculanus, et Octovianus presbiter cardinalis tituli Sancte Cecilie, Wido Cremonensis, Iohannes de Sancto Martino. Phi- Auct. Aquic.
lippus comes Flandrie, filius Theoderici, navalem expeditionem ducit adversus Theodericum comitem Hollandie et piratas sub eius tuitione degentes, et acceptis obsidibus victor revertitur, et Beverne comburit.

1159. R. 7. F. 24. A. 5. H. 16.

Henricus rex Anglorum post adeptum regnum ultra se elatus, quod diu mente conceperat, contra Ludovicum regem Francorum rebellat. Qui congregato exercitu, Aquitaniam transiit, et urbem Tolosam obsidione cinxit. Rex autem Francorum cum suis militibus, priusquam obsideretur, civitatem potenter ingressus est, et a comite Sancti Egidii seu civibus cum magno gaudio susceptus est. Quod rex Anglorum cernens, et eorum concordiam et stabilitatem videns, indoluit, veritusque regis potentiam, inefficax rediit. Theo- ib.
dericus comes Flandrie tercia vice Iherosolima revertitur. Sibilla autem comitissa ibidem remansit, et habitu religionis apud Sanctum Lazarum assumpto, ibidem sancto fine quievit [4]. 4

1160. 8. 25. 6. 17.

Adriano papa defuncto [5], Alexander, qui et Rollandus cancellarius Romane ecclesie, ordi- cf. ib.
natur papa, post beatum Petrum 168[us]. Contra quem Octovianus presbiter cardinalis tituli Sancte Cecilie papatum ambiens, magno scandalo universali ecclesie fuit, quia prolixa inter eos contencio etiam usque ad sanguinis effusionem prorupit. Fredericus enim imperator et episcopi Teutonici vel principes Octovianum in patriarchio Lateranensi immantatum Victorem appellaverunt; Italienses vero, qui et Langobardi, Rollandum cancellarium extra Romam in loco, qui nuncupatur Cisterna Neronis, in regione Siculi, consecraverunt, et Alexandrum vocitaverunt. Alexander et Victor de papatu contendentes, legatos in Franciam certatim ad Ludovicum regem et primates regni dirigunt; quorum relatione in civitate Belvacensi audita et examinata, prefatus rex et omnes episcopi Iul.
ipsius regni Alexandro pape se submiserunt. Porro Fredericus imperator et omnes Teutonici Victori obtemperabant. Obiit Willelmus filius Stephani regis Anglie, comes Bolonie ib.
et dapifer regis Anglie, sine herede. Matheus vero filius Theoderici comitis Flandrie, filiam Stephani regis Anglorum abbatissam raptam de monasterio, ubi erat Deo sacrata per violentiam regis Anglorum, ducit uxorem, et per eam optinet comitatum Boloniensem. Qua de causa a Sansone Remorum archiepiscopo et ab eius suffraganeis omnibus episcopis excommunicatus est, et a patre suo Theoderico et fratre Philippo propter castellum Lens, quod adversus eos iure hereditario repetebat, nimium iniuriatus. Legatio pro reconciliatione regni et sacerdocii nunc a rege Ludovico Francorum ad imperatorem Romanum Fredericum vadit, nunc ab imperatore ad regem vicissim redit. 1159. Sept. 20.

1161. 9. 26. 7. 18.

Fredericus imperator civitatem Mediolanensem quinque annis obsessam vicit et in deditionem coegit [6]. Corpora ib.
trium magorum, qui ab oriente in Bethleem venerunt adorare Dominum, cum quibusdam reliquiis sanctorum in eadem urbe quiescentium, a Rainaldo imperatoris cancellario transferuntur, et in maiori ecclesia sancti Petri in urbe Colonia decenter recondun- 1163.
tur. Fames valida. Sanson venerabilis Remorum archiepiscopus obiit, et sepelitur in cenobio ib.
Igniacensi [6*]. Cui succedit Henricus episcopus Belvacensis, frater Ludovici Francorum regis. In episcopatu Belvacensi substituitur Bartholomeus ecclesie Remensis archidiaconus. Ludovicus rex Francorum, indignum ducens contra ecclesie statum agi per violentiam imperatoris Frederici, legatum ad eum dirigit Henricum comitem Trecarum, ut eum ad mutuum convocet colloquium. Qui apud castrum Gallie, quod Divion dicitur, quo in loco beatus martyr Benignus requiescit, de pace et unitate sancte et universalis ecclesie loquuturi conveniunt, 1162.
sed dissensu quorundam luce pacis turbata, nichil dignum vel utile tractantes, unusquisque rediit ad sua Octovianus, qui et Victor, per totum regnum Frederici imperatoris potenter sinodales agit causas; Alexander vero, qui et Rollandus, veritus potenciam imperatoris, profugus ab Italia, emenso mari venit in Franciam. Qui a Ludovico rege 1162.
et optimatibus eius gloriose excipitur. Sept.

1162. 10. 27. 8. 19.

Alexander papa collecto generali concilio Turonis [7] excommunicavit Octovianum scismaticum et Rai- ib.
naldum Coloniensem electum, archiepiscopum quoque Mogontinum, Hugonem etiam abbatem Cluniacensem, cum quibusdam scismatis auctoribus. In quo concilio quedam eccle-

4) a. 1165. secundum Ann. Aquic. et nostrum ad a. 1165. 5) d. 1. Sept. 1159. 6) d. 26. Mart. 1162. 6*) Igny, dioec. Remensis. 7) a. 1163. in octavis pentecostes.

sie utilia tractavit, et decreta predecessorum suorum renovavit et confirmavit; ordinationes autem a scismaticis factas evacuavit et irritas esse censuit. Octovianus quoque in civitate Treverensi tenens concilium cum episcopis Teutonicis et Italicis sibi adherenti-
Auct. Aquic. bus, Rollandum et eius sequaces anathematizavit. Obiit Balduinus rex Iherosolimorum sine herede, filius Fulconis regis quondam comitis Andegavensis. Succedit ei Amalricus frater eius, comes de Ioppe.

1163. R. 11. F. 28. A. 9. H. 1.

ib. Theodericus comes Flandrensium quarto Iherosolimam petit. Obiit Gyezo rex Hungarorum; succedit Stephanus filius eius, habens uxorem filiam Henrici Austrasiorum marchionis, qui fuit frater Conradi imperatoris. Gyezo frater eiusdem Stephani Hungarorum regnum turbat et infestat plurimum, auxilio Manuhelis imperatoris Constantinopolitani, cuius
1164. April. 20. filiam ob hoc duxerat uxorem. Obiit Octovianus pseudopapa, et in civitate Lucensi sepelitur. Wido Cremensis ab eius sequacibus eligitur, et Paschalis appellatur. Fredericus imperator in die pentecostes, coacto concilio episcoporum et principum imperii sui apud Wiseburch, Alexandrum papam abiurando se subiecit Paschali. Quid in illo concilio actum sit, testatur epistola eiusdem imperatoris missa abbati Sancti Remacli[8]. Epistola imperatoris Frederici ad abbatem Sancti Remacli: *Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto et fideli suo N. abbati Sancti Remacli gratiam suam et omne bonum. Sicut novit dilectio tua, ad curiam Wizeburch, quam in pentecosten indiximus, nos una cum principibus universis tam secularibus, quam ecclesiasticis gloriose convenimus. Ubi inter cetera sancte ecclesie statum, et precipue de negocio domni Paschalis pape, quod in cordibus multorum habebatur dubium, communicato consilio universorum principum et omnium clericorum atque laicorum qui aderant, fideliter et magnifice roboravimus; invocata etiam sancti Spiritus gratia domnum papam Paschalem in hunc modum stabilivimus et confirmavimus, quod nos propria manu nostra super sanctorum reliquias publice iuramentum fecimus, quod de cetero Rollandum scismaticum nunquam pro papa recipiemus, et si ipse decesserit, eius successorem, quem pars adversa substituet, similiter nunquam recipiemus. Domnum vero Paschalem papam de cetero sicut universalem et catholicum patrem cum obedientia et honore et reverentia habebimus et tenebimus, et ab ipso eiusque parte nunquam recedemus, quamdiu ipse vivet et nos vivemus. Si autem nos ab hac vita decedere contigerit, noster successor, quem principes universi substituent, hunc honorem imperii et hanc partem nostram sub eodem iuramento tuebitur semper atque tenebit. Hoc idem iuramentum omnes archiepiscopi et episcopi et electi qui intererant, numero quadraginta, super sancta Dei evangelia manu propria unusquisque sub stola sua fecerunt et publice firmaverunt. Et ad removendam pro parte nostra omnem ambiguitatem, omnes electi, primus Coloniensis, deinde ceteri, sacros ordines in sabbato quatuor temporum ad laudem Dei et ad honorem imperii apud Wizeburg cum omni devotione susceperunt. Similiter omnes principes seculares, dux Saxonie et Albertus marchio senior et palatinus comes de Rheno, langravius et reliqui omnes, super sanctorum reliquias id ipsum iuraverunt. Honorabiles quoque legati regis Anglie amici nostri, ab ipso ad nos transmissi, in presentia totius curie nostre super sanctorum reliquias ex parte regis iuraverunt, quod ipse rex cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit, et dominum papam Paschalem, quem nos retinemus, nobiscum tenebit, et partem nostram manutenebit, et de Rollando scismatico vel eius parte amplius se non intromittet. Nos itaque de tua dilectione et fidelitate plurimam fiduciam habentes, mandamus tibi attentius monentes et precipientes, quatinus predictum iuramentum, quod nos propria manu iuravimus coram principibus et ipsi principes iuraverunt et firmaverunt, ipse cum omnibus fidelibus ecclesie tue iures et observes, et singulis dominicis diebus et festis in publica missa, sicut edictum est a nobis et a principibus, publicam orationem pro domno papa Paschali nominatim et assidue intus et foris precipias recitari. Edictum itaque et statutum est, ut hec omnia iuramenta infra sex hebdomadas compleantur. Quodsi aliquis clericorum vel monachorum vel laicorum in imperio nostro huic confirmationi et edicto nostro aliquo modo se opponendo contradixerit, certum sit apud te, quod sicut publicus hostis Dei et imperii absque omni spe recuperationis iudicatus est et dampnatus et ab omni officio et honore atque beneficio destitutus. Litteras quidem vocationis tibi transmisimus, et quia secundum prudentiam tuam nobis in curia valde neces-*

8) cf. Mon. Legg. II, 135. Ceterum concilium Wirceburgense atque hanc epistolam ad a. 1165. pertinere constat.

sarius fuisses, quod littere nostre ad te non pervenerunt, valde dolemus. Interim in partibus tuis nostram presentiam prestolare; ibi enim cum viciniores erimus, si quid iusticie tibi defuerit, per omnia complebimus. Vale. Huic imperatoris tam temerario iuramento omnes archiepiscopi et episcopi seu abbates vel principes totius regni subscribebant, et idem iuramentum faciebant. Aliqui tamen eorum corde Alexandro pape adherebant. Hac de causa in universali ecclesia oritur grave scandalum, et in regno augescit discidium, dum alter dissidet ab altero, et alter excommunicatur ab altero. Ea tempestate ecclesia scindebatur, et navicula Petri gravissimis opprimebatur fluctibus.

1164. R. 12. F. 29. A. 10. H. 2.

Fredericus imperator natale Domini in palacio suo celebravit Aquis, ad cuius curiam 1165.
omnes optimates tocius regni, sive ecclesiastici seu seculares, ab ipso submoniti convenerunt, et corpus domni Karoli Magni imperatoris, qui in basilica beate Marie semper virginis quiescebat, de tumulo marmoreo levantes, in locello ligneo in medio eiusdem basilice reposuerunt. Ibi Philippus comes Flandrie cum magno militum exercitu affuit, et ab imperatore Camc- A. Aquic.
racum suscipiens, homo eius effectus est, et magnam pacem Flandrensibus per terram imperatoris eundi ac redeundi obtinuit. Idem a curia revertens, statim patri suo Theoderico comiti, a Iherosolima revertenti, obviam proficiscitur[9]. Salahadinus, princeps militie Noradini regis Damasci, cum magna Turcorum 9
et Sarracenorum multitudine, Egyptum sibi subiugaturus ingreditur. Soldanus igitur Babylonie, qui et rex Egypti, de sua suorumque virtute diffidens, Amalricum regem Iherosolimorum, consilio cum suis habito, quesivit sibi adiutorem, ea conditione, ut illi annuum persolveret tributum, et christianos qui captivi tenebantur liberaret per totam Egyptum. His conditionibus rex Iherosolimorum assensum prebuit, et Boamundo principi Anthioceno, cognato suo, tradita cura regni sui, cum exercitu valido in auxilium properavit regis Egypti. Quo comperto Noradinus rex Damasci, collectis undecumque infidelium regibus et populis, castellum principis Anthiocheni, Harenc nomine, obsedit. Princeps autem Anthiochenus, contractis undique viribus, egressus Anthiochia, usque ad castellum cum suo exercitu salvus pervenit. Turci vero obsidione relicta, non longe a castello inter angustias substiterunt locorum. Princeps autem Anthiochenus altera die Turcos insequutus, infeliciter cum eis pugnavit, ita ut nullus ex eis fere evaderet, nisi quem fortitudo equi aut casus aliquis eripuit. Captus est princeps, retentus est et comes Tripolis, cum multis aliis; alii capiuntur, alii detruncantur. Turci ad castellum Harenc revertentes, summa cum festinatione illud obtinuerunt; et ex pactione debilem multitudinem, tam mulierum, quam infantum et vulneratorum, usque Anthiochiam perduxerunt. Amalricus vero rex Iherusalem cum soldano Egypti Salahadinum Egyptum opprimentem totis viribus populatur; quem in civitate Belbacensi inclusum obsidione cinxit; qui impetum regis ferre non prevalens, missis ad eum nuntiis, reddidit se eius fidelitati; qui a rege ex consulto cum suis dimissus, in Damascum rediit. Rege quoque in Iherusalem reverso, amiraldi Sarracenorum indigne ferentes, soldanum Babylonie christianorum tributarium effectum, omnes in unum conglobati cum predicto Salahadino super eum irruentes, vita simul et regno privaverunt. Salahadinus vero, quod diu concupierat, regnum Egypti invasit, uxoremque soldani a se interfecti, amissionem viri lugere prohibitam, in coniugium suum transire coegit. Noradinus rex Syrie non post multum moritur. Predictus autem Salahadinus, iustum regni successorem interficiens, pro eo regnavit. Sic tempestate illa oriens et occidens diversis afficiebatur calamitatibus. Henricus rex, ecclesiarum regni sui iura auferendo, in Anglia tyrannizat; contra quem Thomas archiepiscopus Cantuariensis, pro libertate ecclesie decertans, ab ipso exiliatur; qui mare Britannicum transiens, a Ludovico rege Francorum tam devote quam benigne suscipitur. Godescalcus Attrebatensis episcopus, infirmitate capitis gravatus, episcopatum dimisit, cui successit Andreas quidam abbas de ordine Cisterciensi.

1165. 13. 30. 11. 3.

Alexander papa, a Romanis contra Fredericum imperatorem invitatus, Francia relicta, in Italiam revertitur, et in die festivitatis sancti Clementis pape et martyris, missa apud Nov.
beatum Petrum, in Roma Leoniana, ab ipso celebratur. Paschalis, qui et Wido, alter papa, in civitate Italie, que Biterbium dicitur, sedem sibi episcopalem statuit, et potentia imperatoris fultus, peregrinos seu mercatores de terra Francorum per Italiam

9) Haec prior Continuator Aquicinensis ex Ann. Blandinicnsibus ad verbum descripserat.

transeuntes turbat et depredatur. Quod multi timentes, licet inviti, ipsum adorabant et magnis muneribus honorabant. Alexander papa, Romanos habens suspectos, ad Tusculanos se contulit. Paschalis, qui et Wido, assumptis secum imperatoris, Cisternam
Auct Aquic. Neronis, ubi Alexander papa fuerat consecratus, totam terre coequavit. Philippus comes Flandrie, et Matheus frater eius comes Bolonie, et Godefridus dux Lovaniensis, cum septem fere milibus navium expeditionem movent adversus Theodericum comitem Hollandie; quem in deditionem venientem cum suis, comes Flandrie
ib. diutius tenuit in captivitate. In Gandavo infans natus est trium capitum, habens in collo caudam pecudis. Similiter in villa sancti Petri quedam femina undecim mensibus gravida, peperit monstrum, deorsum formatum ut pharetra,
ib. sursum ut galea, ibi habens duo cornua [10]. Obiit domna Sibilla Flandrensium comitissa, pie memorie, postquam 10 annis Iherosolimis apud Sanctum Lazarum servierat.

1166. R. 14. F. 31. A. 12. H. 4.

Imperator Fredericus ad debellandos Romanos adversantes sibi exercitum in Italiam
ib. mittit. Bellum inter Ludovicum regem Francorum et Henricum regem Anglorum pro regni sui terminis. Ludovicus rex auxilio Philippi Flandrensium comitis regem Anglorum fugat, et pax inter eos usque in pascha sequentis anni
1167. firmatur. Ducatu Rainaldi Colóniensis archiepiscopi et Christiani Maguntiensis, Alexandri quoque Leodicensis episcopi, orientalis exercitus Frederici imperatoris stragem fecit quindecim milium de Romanis, reliquos usque ad Tyberim fugat. Supradicti episcopi, excepto Maguntiensi, et Karolus dux, filius Conradi imperatoris, cum multis aliis ibidem pestilentia mortui sunt. Ossa vero Rainaldi archiepiscopi Colonie sunt relata, et in ecclesia beati Petri honeste tumulata. Successit ei in episcopatu Philippus archidia-
cf. Ann. Aq. conus eius, filius Gozvini de Falconis monte. Pie memorie domnus Gozvinus, abbas Aquicinensis septimus, caritate illustris, amator pacis et religionis, 7. Id. Octob. circa mediam noctem, die dominica, luna 11. indictione 14. de hoc seculo transiit; quo in ecclesia beate Marie semper virginis, in loco ubi orare consueverat, cum magno filiorum suorum gemitu tumulato, Alexander prior eiusdem ecclesie ei octavus succedit. Magna vini habundantia.

1167. 15. 32. 13. 5.

Fredericus imperator Italienses levibus preliis fundit; illi autem pro libertate patrie sue tuenda satis animati, de omnibus pene Italie civitatibus, que inter Alpes et Romam consistunt, in unum convenientes, civitatem Mediolanensem egregie munitam reedificant, in
Auct. Aquic. contemptum imperatoris. Ludovicus rex Francorum et Philippus comes Flandrensium iterum movent expeditionem adversus Henricum regem Anglie. Francis invidentibus et detrahentibus frequentibus bene gestis Philippi
ib. comitis, sine laude revertitur. Obiit Nicholaus Cameracensis episcopus. Petrus, filius Theoderici comitis Flandrensium, in loco eius eligitur. Ecclesia sancti Bertini valde infestatur a Theoderico comite Flan-
11 drensi, astu et persuasione Roberti Ariensis prepositi, eiusdem comitis cancellarii [11]. Unde Godescalcus abbas et fratres eiusdem ecclesie animo consternati et humano auxilio destituti, bis in die pro tribulatione illa clamorem ad Deum faciebant prostrati, ad missam scilicet et in fine completorii.

1168. 16. 33. 14. 6.

Obiit comes Theodericus Flandrensis, in villa illa, quam sancto Bertino abstulerat per violentiam Roberti prepositi. Succedit ei in comitatu Flandrensi filius eius Philippus; qui ante mortem patris sui, defuncto Rodulfo iuvene comite Virmandensi, eumdem comi-
12 tatum per uxorem [12] sibi debitum obtinuerat. Balduinus comes Montensis et Philippus comes Flandrie confederantur.

1169. 17. 34. 15. 7.

Fredericus imperator ad comprimendos Italienses ire disponens, Henricum filium suum
Aug. 15. adhuc puerum in regem sublimat Aquis. Nova iterum Romanis consurgit ruina, quia cum Tusculanis bellum civile ineuntes, pene usque ad internitionem Romani deleti sunt. Hac de causa discordia magna inter Alexandrum papam et Romanos orta est. Alexander papa auxilia militum undecumque contrahens, cum Tusculanis Romanos et imperatoris fideles debellabat. Fredericus autem imperator Christianum archiepiscopum Moguntinum, cancellarium suum, virum sapientem et magnanimum, cum valido exercitu in Italiam misit; qui imperatoris rebelles viriliter invadens, munitiones eorum destruxit, et civitates cepit, magnamque partem Italie imperatori subegit. Balduinus iunior,

10) primus horum fons Annales Blandin. 11) „de civitate Carnoto ortus, quem de paupere clerico Philippus comes Flandrie ditissimum fecerat, et in Flandria et Viromandia potentissimum. Qui cum omnium fere ecclesiarum in Flandria praeposituras obtineret, tamen nomen praepositi de Aria semper habuit.“ dicit Gislebertus Hasnoniensis p. 87. ed. De Chasteler. 12) Elizabeth, primogenitam sororem Rodulfi. Totam Rodulfi hereditatem enumerat Gislebertus p. 63.

filius Balduini comitis Haginoensium, uxorem duxit Margaretam, sororem Philippi comitis Flandrensium[13]. 13

1170. R. 18. F. 35. A. 16. H. 8.

Henricus, rex Anglie, Henricum filium suum in regem sublimat in Anglia per manus archiepiscopi Eboracensis eiusque suffraganeorum. Inde simultas inter Thomam archiepiscopum Cantuariensem exorta est et Eboracensem archiepiscopum, quia rex Anglorum, iuxta privilegia Romanorum pontificum ecclesie Cantuariensi collata, debuerat inungi ab archiepiscopo Cantuariensi. Exceptis aliis causis, hec maxime causa beato Thome contulit passionem. Ludovicus rex Francorum et Henricus senior rex Anglorum ad mutuum convenerunt colloquium; ubi Thomas archiepiscopus Cantuariensis cum utriusque regni optimatibus affuit, et pax inter ipsum et regem Anglie magis palliatur, quam confirmetur. Obiit Balduinus IV. comes Haginoensis, 6. Idus Novembris, et in monte Castriloco et in ecclesia sancte Waldetrudis ab Alexandro Aquicinensi abbate sepelitur[14]. Successit ei Balduinus filius eius, 11 huius nominis comes quintus. Ipso die ventus vehemens, pluvie mixtus, periculosus et dampnosus extitit, in tantum, ut domos, turres et edificia subverteret, silvasque evelleret. Inter cetera tectum maxime turris sancti Iohannis baptiste Lauduni evulsit et longius a templo proiecit. Thomas archiepiscopus Cantuariensis a Henrico rege septenni exilio iniuriatus, tandem ipsius regis permissu, ante natale Domini, ad suam sedem revertitur.

1171. 19. 36. 17. 9.

Thomas, archiepiscopus Cantuarie ac primas totius Britannie, diu ab Henrico rege iniuriis et exilii fatigatione afflictus, die 5. nativitatis dominicae, in maiori ecclesia, hora 1170. nona, ante quoddam altare a satellitibus prefati regis capite mutilato, effusoque cerebro, in congregatione pretiosorum martyrum coronatur a Domino; ad cuius sepulchrum mira et inaudita per eius merita a domino Deo fiunt miracula. Alexander papa et omnes episcopi Francie interfectores archiepiscopi anathematyzant. Henricus rex Anglie pro interfectione beati Thome ab omnibus ut apostata vilissimus exosus habetur. Christianus, cancellarius imperatoris Frederici, Alexandrum papam et Tusculanos imperatori rebelles obsessurus, Tusculanum pergit. Alexander autem papa, veritus imminentem iam cervicibus suis cancellarium, animo consternatus, de civitate fugere disponit. Hoc eius propositum omnibus innotuit, quorum custodia detentus de urbe discedere non potuit; cives tamen, accepto salubri consilio, cancellarium magnis obsequiis delinitum maximisque auri et argenti muneribus honoratum de sua civitate ad alias transmittunt.

1172. 20. 37. 18. 10.

In Italia homines agrarii marchisi de Montferrat cum quibusdam militibus, terras suas et possessiones relinquentes cum uxoribus et filiis, urbem novam contra Fredericum imperatorem edificant, quam Alexandriam in honorem Alexandri pape nuncupant. Henricus rex Anglie ultra se elatus, inconcessa captans et affectans indebita, regnum Hybernie subingaturus, et regium diadema, ut putabat, capiti suo impositurus, naves parat militesque de suo regno congregat. Ingressus igitur Hyberniam, cum pagenses sen- 1171. sisset ad rebellandum satis paratos, tum panis, quo patria premebatur, timens inopiam, Oct. 17. tum ventorum in redeundo cavens discrimina, confusus recessit in sua. Alexander papa legatos in Normanniam ad Henricum regem dirigit, Autbertum videlicet presbiterum cardinalem Sancti Laurentii in Lucina, et Theotimum presbiterum cardinalem tituli Sancti Vitalis. In quorum presentia[15], adstantibus episcopis et regni sui optimatibus, de 15 interfectione beati Thome, tactis sanctorum reliquiis, prefatus rex se purgavit; et ecclesiis sui regni, queque sui erant iuris, ad arbitrium cardinalium restituens, a vinculo absolvitur anathematis. Quod factum Francorum regi Ludovico et omnibus optimatibus eius valde displicuit. Cardinales vero, qui Normannia relicta in Franciam hyemare disposuerant, rex predictus invitos redire fecit in Italiam. Alexander papa, auditis miraculis. que Deus per beatum Thomam martyrem suum operabatur, per auctoritatem apostoli- 1173. cam decrevit eum in numero sanctorum martyrum solemniter habendum. Interfectores Mart. 12. beati Thome archiepiscopi, penitentia ducti, ad papam Alexandrum pergunt, et sub

13) m. Aprili; cf. Gislebertum Hasnon. p. 73. 14) *septima die a festo omnium sanctorum, a. D.* 1171. Gislebertus. 15) apud Abrincas.

omnium presentia gravi plectuntur sententia. Obiit Godescalcus quondam Attrebatensis episcopus.

1173. R. 21. F. 38. A. 19. H. 11.

Imperator Fredericus et marchisus de Montferrat exercitum congregant, ut in sequenti anno Alexandrinos et Italienses contra se tyrannizantes expuguent. Contra Henricum regem Anglorum coniuratione uxoris et filiorum eius, quorumdam etiam optimatum eius exorta, filii eius ad Ludovicum regem Francorum, contra patrem auxilium petentes, confugiunt. Rex vero[16], assumpto secum Philippo comite Flandrensi, in Normanniam expeditionem ducit. Exercitu autem eorum in duas partes diviso, Philippus cum suis Flandrensibus tres munitiones[17] summa cum festinatione cepit. Matheus vero comes Bolonie, frater Philippi comitis, sagitta letaliter ibi[18] vulneratus, non multo post obiit, et sepultus est in monasterio sancti Iudoci[19]. Rex vero Francorum cum suis Francis quoddam castrum cum magna difficultate cepit; sed his qui in arce eiusdem castri erant, viriliter repugnantibus, eam capere non potuit. Rex itaque relicta obsidione castelli, pene inefficax rediit. Henricus rex Anglie adversantes sibi, alios exauctoritavit, alios bonis privavit, ac per hoc amicos etiam suos magis contra se exacerbavit. Alexander abbas Aquicinensis preciosas plurimorum sanctorum reliquias de diversis ecclesiarum locis congregavit, quas in theca auro et argento ad hoc preparata decenter locavit. Obiit Andreas Attrebatensis episcopus; Robertus Ariensis prepositus in loco eius eligitur. Alexander papa domnum Bernardum, Clarevallensem abbatem, in numero sanctorum confessorum in ecclesia decrevit honorandum. Hyemps solito asperior; hyemi accedit intemperies aeris. Nam corrupto aere, mense Decembri, homines succumbunt infirmitatibus diversis; multi etiam infirmitate illa moriuntur, quam medici vocant catarrum et tussim.

1174. 22. 39. 20. 12.

Ann. Aquic. Obiit Alexander Aquicinensis ecclesie abbas 8us. Succedit ei Symon, monachus eiusdem ecclesie, abbas 9us. Petrus Cameracensis electus, frater Philippi comitis Flandrie, assensu eiusdem fratris sui relicto episcopatu et clericali corona, in ebdomada pentecosten, sabbato qui intitulatur *in duodecim lectionibus*, armis militaribus accingitur. Sequenti anno uxorem duxit, relictam comitis Nivernorum, eodemque anno diem clausit ultimum. Robertus Attrebatensium electus, industria Philippi comitis ac potestate, Cameracensium episcopus eligitur. In episcopatu autem Atrebatensi Frumaldus arcidiaconus, ipso Roberto annitente, substituitur. Fredericus imperator et marcisus de Montferrat post pentecosten[20] Italiam potenter ingressi, novam Alexandriam obsidione cingunt. Ludovicus rex Francorum, Henricus et Richardus, filii regis Anglie, cum Philippo comite Flandrie contra prefatum regem iterum insurgunt; qui in Normanniam profecti, civitatem Rothomagum obsederunt. Pars vero quedam exercitus Flandrensis, instinctu Roberti Cameracensis electi, Angliam depredatura, trans mare mittitur; quorum alii marina tempestate quassati, alii vero ab Anglis militibus viriliter susceptī et ignominiose repulsi, cum dedecore ad propria sunt reversi. Henricus rex Anglie, cernens se ab omnibus impeti, in se reversus, tandem hoc suis imputavit peccatis, et de suis viribus diffidens, divinum poscit auxilium. Qui Cantuariam veniens, beatum Thomam archiepiscopum, olim a se iniuriose tractatum, humili et devota satisfactione, ad sanctum tumulum eius uberrime flendo, placavit. Que res ei, ut credimus, victoriam contulit. Nam mox regem Gualensium, diu sibi rebellem, et quosdam inimicos suos sub quindecim dierum spatio in deditionem coegit, quorundam etiam Anglorum contra se sentientium motus compescuit. Post hec Normanniam reversus, civitatem Rothomagum a rege Francorum obsessam circa mediam noctem est ingressus. Iacobus de Avesnis, quidam miles dives et ingenuus, in obsidione Rothomagensi a Roberto Cameracensi electo contumeliis verborum afficitur. Rex Francorum et comes Flandrorum de obsidione illa inefficaces redierunt; sic filii contra patrem venientes, reversi sunt inglorii. Robertus Cameracensium electus a

16) Ludovicus. 17) Albammarlam et Briencort, secundum Gislebertum et Robertum de Monte. 18) ante Briencort, teste Gisleb. et Roberto de Monte. 19) in Pontivo, inter St. Valery et Bononiam. 20) falso; die enim 24. Iunii Ratisbonae, d. 2. Augusti apud castrum Trivels, d. 2. Sept. adhuc Basileae fuit imperator. Ante Alexandriam castra posuit d. 29. Oct.

servientibus Iacobi de Avesnis ignominiose apud Condatum perimitur[21]. Duo Camera- 21
censes archidiaconi ad episcopatum per contentionem eliguntur, Rogerus scilicet et Alardus. Sed Rogero a Philippo comite Flandrorum et saniori parte abdicato, Alardus substituitur. Uterque episcopatum desiderans, transcensis Alpibus certatim ad imperatorem Fredericum in Italiam pergit. Imperator itaque visis personis, auditaque ratione electionis, visis etiam litteris Philippi comitis, pro Alardo petentibus, communicato cum episcopis qui ibi aderant consilio, illi episcopatum dedit. Philippus comes Flandrie contra Iacobum de Avesnis, pro interfectione Roberti Cameracensis electi, cum exercitu vadit; sed interventu Henrici Remensis archiepiscopi detentus, pacto pacis magis utrimque simulato quam composito, in Flandriam rediit. Hyems nimis pluviosa exercitum Frederici imperatoris Alexandriam obsidentis nimis attrivit.

1175. R. 23. F. 40. A. 21. H. 13.

Henricus rex Anglie et filii eius, mediante Ludovico Francorum rege, pacificantur. Hen- 1174.
ricus Remorum archiepiscopus natale Domini apud Aquicinctum celebravit; deinde pro- Sept.
fectus est in Flandriam, ad curiam Philippi comitis: ibique Iacobus de Avesnis de morte Roberti Cameracensis electi, facto secundum iudicium curie iuramento, se immunem ostendit. In die sancto parasceuen Philippus comes Flandrie, cum multis aliis in Iherusalem profecturus, crucem accepit. Estas pluviosa et dampnosa messem Augusti mensis et autumpnalem vindemiam protelavit. Per Galliam et Germaniam panis inopia multos affligit. Sub hac tempestate multi monachi et milites in hac nostra regione elemosinas largas pauperibus tribuebant; inter quos Valcellenses monachi eminebant. Obiit Henricus Remensis archiepiscopus, frater Ludovici regis Francorum. Magna circa nativitatem Domini fluminum redundantia, in tantum, ut Sequana, Axona et Hysa alveos suos egressi, sub una nocte magnum circummanentibus damnum inferrent, multos etiam necarent.

1176. 24. 41. 22. 14.

Inter imperatorem Fredericum et Italienses vario eventu sepenumero pugnatur. Christianus cancellarius de pace inter imperatorem et papam reformanda valde extat sollicitus. Henricus rex Anglorum, missis nunciis ad Philippum comitem Flandrorum, nescio quibus verbis aut promissionibus illectum ab itinere Iherosolimitano detinuit hoc anno. Iacobus de Avesnis satis superbus et insolens, contra dominum suum comitem Haginoensem rebellat; at Balduinus comes contumaciam eius egre ferens, castellum eiusdem Iacobi Condatum obsidione cingit, auxilio Philippi Flandrie comitis. Iacobus vero de suis diffidens viribus, claves castelli invitus comiti reddidit; comes vero accepto castello, murum et turrim solo tenus coequavit[22]. Obiit Petrus, frater Philippi comitis, apud Hilsel- 22
dunum[23]. Orta iterum inter Philippum comitem et Iacobum simultate, post messem Augusti, assumpto secum comite Hagynoensi, duas eiusdem Iacobi munitiones, sitas in comitatu Virmandensi, comes Flandrie cum summa festinatione cepit; quarum altera[24] destructa, alteram[25] sibi retinuit. Sic iuxta Salomonem flagellato pestilente, quietior fuit 25
patria. Magna panis et vini abundantia. In civitate Cameraco et castro sancti Quintini, in Gandavo et in Betunia, multe ecclesie et domus sunt incense. Willelmus Senonensis archiepiscopus, frater Elizabeth regine Francorum, de Senonensi ecclesia in Remensem ecclesiam transmutatur. Obiit Amalricus rex Iherusalem; succedit ei Balduinus, filius eius, etate impotens et infirmitate.

1177. 25. 42. 23. 1.

Inter Fredericum imperatorem et Italienses pax usque in quinquennium firmatur. Italienses imperatori tumida submittentes colla, magnis eum auri et argenti onustant muneribus. Imperator degens in civitate Ravenna, et Alexander papa in Venetia, legationes Mai.
alternatim de pace inter ipsos reformanda plus vice simplici mittunt. Philippus comes Flandrie circa pentecosten Iherosolimam petiit. Willelmus, filius marchisi de Montferrat, egregius iuvenis, qui filiam Amalrici Iherosolimorum regis uxorem duxerat, a transmarinis militibus veneno extinguitur.

De reconciliatione regni et sacerdocii. Hoc eodem anno 9. Kal. Augusti facta est leticia

21) tempore autumnali, teste Gisleberto p. 87. 22) Fusius hoc narrat Gislebertus p. 91. 23) Issoudun, in Berria. Robertus de Monte Petrum a. 1177. mortuum dicit. 24) Leschières. 25) Guise.

magna in universali ecclesia, quia discordia, que inter regnum et sacerdocium per viginti annos fuerat exagitata, et magno scandalo toti mundo erat, auctore Deo in hac die est pacificata[25*]. Christianus enim archiepiscopus Maguntinus, qui et cancellarius, et optimates regni cum episcopis convenientes, Fredericum imperatorem ad domnum papam Alexandrum, discalciatum et regiis ornamentis nudatum, in Venetia in loco qui Altus rivus nuncupatur, adduxerunt. Ipse vero cum tanta humilitate, quod ei fuerat indictum, implevit, ut illius extitisse opus sine dubitatione credatur, de quo dicitur: *Cor regis in manu Dei; ubi voluerit, convertet illud.* Sane quam timoratum Deo, quam obedientem ecclesie et domno pape se curaverit exhibere, lacrimis pedes eius deosculando et regiis muneribus honorando magnifice demonstravit. Sequenti vero die, in festivitate scilicet
Iul. 25. sancti Iacobi apostoli, domnus papa cum cardinalibus suis et episcopis missam sollempniter celebravit, et predictum imperatorem a vinculo anathematis absolutum, corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi, in confirmatione unitatis et pacis communicavit. Tota civitas letatur, et imperatorem muneribus honorans, conviviis vacat. Alexander papa, de pace recepta et de honore a Deo sibi collato gaudens, epistolas ad omnes episcopos Galliarum dirigit, continentes seriem huiusmodi. Epistola Alexandri pape: *Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Willelmo Remensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, et suffraganeis eius, et dilectis filiis abbatibus in Remensi provincia constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum per auxilium, potentiam et favorem karissimi in Christo filii nostri Ludovici illustris Francorum regis et regni sui, sacrosancte Romane ecclesie ac nobis recognoscamus gloriosa et magnifica beneficia provenisse, dignum est et consentaneum rationi, ut illi et vobis, quorum auxilio potenter sumus in necessitatibus nostris adiuti, prosperos et felices pacis successus significemus; indubitata veritate tenentes, quod post Deum idem rex simul cum regno suo cooperatus est honori et exaltationi sancte ecclesie, et ei magnum contulit incrementum. Quod quidem sicut verbo recognoscimus, ita opere et sermone omni tempore, auctore Deo, recognoscemus. Notum sit autem sollicitudini vestre, quod karissimus in Christo filius noster Fredericus, illustris Romanorum imperator, per inspirationem divine gratie deposito vanitatis errore, ad viam veritatis conversus, ad obedientiam ecclesie et nostram reverenter et devote, sicut decuit, rediit, et illam beato Petro in nobis reverentiam et devotionem exhibuit, quam antecessores eius nostris consueverunt antecessoribus exhibere, et se de cetero exhibiturum promisit. Super quo utique laudes Altissimo agimus, et consequenter regi et regno gratias copiosas referimus, de eo quod ecclesiam et nos ipsos in tribulationibus et persecutionibus nostris nequaquam deseruit, sed usque in finem magnifice iuvit et defendit. Monemus itaque dilectionem vestram et hortamur attentius, quatinus ecclesie et nobis in prosperitatibus congaudentes, in devotione beati Petri et nostra, sicut hactenus firmiter perstitistis, perseveretis, et regem, ut in eodem cum regno suo persistat, monere propensius et inducere studeatis. Data Venetie in Rivo alto, 6. Kal. Augusti*[26].

Nono Kal. Augusti, die dominica, ipso die quo pax inter imperatorem et papam facta est, dedicata est Marcianensis ecclesia, in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, a Willelmo Remensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, et duobus episcopis ipsius suffraganeis, Frumaldo scilicet Atrebatensi et Everardo Tornacensi. Estas nimium fuit sicca et calida. Messis triticea provenit uberior solito. Post finem mensis Augusti, autumpnus nimis extitit pluvialis. Vindemia etiam ipsius temporis multis in locis corrupta est. Nam quadam matutinali nebula uve contacte atque ita putrefacte sunt, ut vinum ex eis expressum magnam bibentibus attulerit incommoditatem. Multi etiam in hac nostra regione diversis laborant febribus, multi et moriuntur. Ludovicus rex Francorum et Henricus senior rex Anglorum magnifice confederantur. Henricus comes Trecarum, cum multis aliis in Iherusalem profecturus, crucem accipit. Philippus comes Flandrie a transmarinis principibus seu militibus cum magno honore suscipitur. Paucis autem, postquam illuc venerat, evolutis diebus, inter ipsum et templarios pro quibusdam regni negociis orta simultate, Palestina relicta, Antiochiam Syrie, a principe ipsius civitatis invitatus, proficiscitur. Initium hyemis frequentibus pluviis et ventorum flabris satis molestum.

25*) cf. Mon. Legg. II, 151. sqq. 26) Haec epistola iisdem prorsus verbis legitur etiam in codice s. XII. Marchianensi, iam inter Duacenses n. 302.

Princeps Anthiochenus et Philippus comes Flandrie, congregato undecumque exercitu copioso, castellum Harenc, christianitati superioribus annis violenter ereptum, omni ex parte obsident. Quo nunciis intervolantibus comperto, Salahadinus princeps Damasci, putans omni militum solatio Iherosolimorum civitatem destitutam, congregatis Turcorum seu Sarracenorum admiraldis a Damasco, civitatem Iherusalem, prout superbo cogitabat animo, capturus, et totam deleturus christianitatem, adiuncta secum sagittariorum et rusticorum innumera turba, Gazam pervenit. Exin Iherosolimorum iter arripiens, regem ipsius civitatis, et templarios milites cum cruce dominica, parvoque armatos milite, sed fide Christi animatos, obvios excepit. A quibus victus, confusus et confutatus, omnibus pene suis gladio seu flumine, qui interfluebat, consumptis, totus sanguineus suorum militum cede, in Damasco sanguinea regreditur. Actum est hoc a christianis victoriosum bellum feria 6. ante natale beati Andree apostoli, Philippo comite, et principe Antiocheno cum suis exercitibus in obsidione Harenc laborantibus. Pridie Kal. Decembris, in nocte festivitatis beati Andree apostoli, ventus vehemens ab Affrico veniens, multis in locis dampnosus exstitit. Obiit Alardus Cameracensis episcopus[26*], et Valcellis sepelitur. Electio episcopi, facta ad apostolicam sedem appellatione, in sequentem annum differtur.

1178. R. 26. F. 43. A. 24. H. 2.

Circa finem Ianuarii mensis, cum gelu et nix liquarentur, inundatio fluminum per totas Gallias talis erupit, que sclusas vivariorum et structuras molendinorum rapido impetu secum ferret, domos everteret, multos etiam necaret. Rogerus Cameracensis archidiaconus, dono ab imperatore Frederico accepto, ipsius urbis donatur episcopio. Eclypsis lune facta est 3. Nonas Marcii, die dominica, prima noctis hora sequentis secunde ferie. Eodem die Rogerus Laudunensis episcopus, cum pagenses episcopii sui a communione, inter se assensu Ludovici regis perperam iurata, minime retrahere posset, malo accepto consilio, militum auxilia undecumque contrahens, 2. Non. Marcii, in diebus scilicet quadragesime, eos aggressus est. Ubi quidam interfecti, multi etiam capti, quidam autem eorum, dum fugerent, in quodam flumine necati sunt[27]. Philippus 27
comes in obsidione Harenc parum proficiens, procinctum solvens circa diem paschalem, ob visionem sacri ignis Iherosolimis remeavit. Celebrata ergo ibidem paschali sollempnitate, marina timens discrimina, per Hesperiam, Trachiam et Pannoniam seu Saxoniam, rediit ad propria. Estas sicca nec nimis calida usque ad 5. Non. Iulii extitit. Abhinc pluvie erumpentes, usque in ipsis Kalendis Ianuarii homines afflixerunt. Nam fenum secare, triticum metere, vinum colligere, semen iacere vix potuerunt. Eclypsis solis facta est Idibus Septembris, ante 6. horam. Alexander papa subdiaconos cardinales ad submonendum concilium, in quadragesima anni sequentis celebrandum, per totum pene christianismum dirigit. Philippus comes Octobri mense reversus, a suis Flandrensibus favorabiliter est susceptus. Inter quos Brugenses oppidani piscem monstrosum, iam pridem a piscatoribus captum et sale conditum, ei obtulerunt. Habebat enim ad similitudinem avis rostrum permaximum, et super caput cartilaginem, gladio simillimam.

1179. 27. 44. 25. 3.

Secunda ebdomada mensis Ianuarii nives copiose ceciderunt; subsequitur gelu maximum, usque in medium mensem Februarium, nimis molestum. Reliqui dies eiusdem mensis, Marcius quoque et Aprilis, vento flante continue subsolano, gelidissimi fuerunt nimis. Hoc istius anni inicio carissima pecudum fuit annona; ita ut quod retroactis annis tribus comparabatur denariis, nunc tribus venderetur solidis, feni videlicet et straminis. Subsequuta est mortalitas ovium seu boum.

De concilio. Generale concilium apud Romam, in patriarchio Lateranensi Alexander Mart. 5
papa celebravit, in quo plus quam 300 episcopi cum quibusdam transmarinis affuerunt. Quidam etiam episcopi de Grecia legatos suos ibidem transmiserunt. Abbatum etiam interfuit innumera pene multitudo. Ibi domnus papa ordinationes factas ab Octaviano et Guidone heresiarchis et Iohanne Strumensi, qui eos fuerat secutus, irritas esse censuit. Decreta ipsius concilii, quia multa sunt, et penes multos habentur, in hac cronice brevitate scribere non fuit utile.

26*) 8. Id. Dec. secundum Necrologium S. Gaugerici Cam. 27) Gislebertus p. 94. hoc a. 1177. factum tradit.

Symon abbas Aquicinensis in reditu ipsius concilii Clarevallis divertit, et reliquias domni Bernardi, eiusdem cenobii abbatis, petitas obtinuit, et in hoc Aquicinensi monasterio decenter reposuit. Messis triticea solito fuit rarior; porro avena seu tercii mensis semina suprascripta reparavere dampna. Ludovicus rex Francorum, assumpto secum Philippo comite Flandrensium, mare transnavigans, Cantuariam pergit, sanctumque martyrem Thomam diversis muneribus honoravit. Heinricus senior rex Anglorum honorifice eum suscepit. Autumpnus perpulcher et calidus usque 5. Nonas Octobris extitit. Ludovicus rex Francorum filium suum Philippum in regem sublimat Remis, in festivitate omnium sanctorum. Sequenti dominica Guillelmus Remensis archiepiscopus, cardinalis presbiter tituli Sancte Sabine et apostolice sedis legatus, convocatis episcopis et totius secunde Belgice personis, concilium tenet, tractans cum suis coepiscopis de rebus sibi vel ecclesie necessariis.

Iterum Romana ecclesia scismaticorum affligitur violentia. Nam post reconciliationem Frederici imperatoris cum Alexandro papa, Iohannes Strumensis, apostolici nominis presumptuosus invasor, de suis suorumque diffidens viribus, ad pedes domni pape corruit ultroneus. Cui domnus papa, obtentu cancellarii, veniam clementer indulsit, eumque prepositum Beneventane ecclesie constituit. Porro scismatici quietem non ferentes ecclesie, iterum quemdam clericum de progenie illorum, quos Frangipanes Romani vocant, contra papam Alexandrum antipapam statuunt, quem mutato nomine Innocentium tercium vocitarunt. Quem quidam miles, frater Octaviani, qui per contentionem cum Alexandro provectus fuerat, propter odium pape manutenebat, tradita ei turri vel munitione sua, quam iuxta Romanam civitatem fortissimam habebat. At istius violentia supra ceteros scismaticos afflictus papa, communicato cum cardinalibus suis consilio, pace cum cardinalibus propinquis predicti Octaviani reformata, prefatam munitionem a predicto milite magno precio comparavit. Sicque per industriam Hugonis diaconi cardinalis, qui et ipse inter Romanos nobilissimus erat, predictam cepit cum sepefato pseudopapa munitionem. Qui ad pedes domni pape adductus, in cavea est perpetuo clausus. Hoc anno christianis transmarinis magnum accidit infortunium; quia suis omnibus pene militibus occisis vel vulneratis, munitionem Vadi Iacob perdiderunt. Dux
27. Saxonie[27*], malo a malis hominibus accepto consilio, contra dominum suum, imperatorem videlicet Fredericum, rebellat.

1180. R. 28. F. 45. A. 26. H. 4.

Fredericus imperator, anno superiori undecumque contracto exercitu, super ducem Saxonie hostiliter vadit. His enim filiam Henrici regis Anglorum habebat in coniugio; qui imperatori rebellis, non solum insolens extitit, sed et superbus. Nam in expeditione Italica nimis laboriosa et dampnosa, ab ipso imperatore ter commonitus, venire contempsit, set nec nuncium nec milites in auxilium sui domini direxit. Unde imperator ultra quam dici potest commotus, civitates, castella, oppida, terras auferendo, eum viriliter debellat. Colonienses cives, qui et ipsi imperatori in Italiam proficiscenti adversi aliquantulum extiterant, audito infortunio ducis Saxonie imperatorem pertimescentes, civitatem suam vallo mire latitudinis et profunditatis muniunt, et aquas Reni fluminis in circuitu urbis nobilissime circumducunt. Christianus archiepiscopus Maguntinus, imperatoris cancellarius, in Italia negocium exequens sibi iniunctum, dolo filii marchisi de Montferrat capitur. Philippus, filius Ludovici regis Francorum, uxorem ducit Elizabeth, filiam Balduini comitis Montensis, quae fuit filia Margarete sororis Philippi Flandrensium comitis. Celebrate sunt he nuptie Bapalmis a Rogero Laudunensi episcopo; ubi affuerunt comites Philippus Flandrensis, Balduinus Montensis, Henricus Namucensis, Clarimontis, Suessionensis, Pontivensis, Sancti Pauli. Ludovicus rex senior reginam in die ascensionis Domini iuxta morem antiquum in basilica sancti Dyonisii martyris per[a] archiepiscopum Senonensem eiusque suffraganeos coronari fecit. Hoc anno per hanc nostram Galliam profert humus frumentum, hordeum, legumina et sufficientem avenam. Henricus comes Campanensis a partibus transmarinis per Asiam minorem et Illiricum repatrians, insidiis quorumdam magnum passus est detrimentum, amissis non solum suis facultatibus, sed etiam suis interfectis seu captis omnibus pene homini-

a) *deest cod.*

27*) Heinricus I.co.

bus. Ludovicus rex Francorum septimus, per annum paralisi dissolutus, tandem mense Septembri morbo et vita caruit, qui regnum Francorum per 45 annos satis iusto moderamine gubernavit; cui successit filius eius Philippus, huius nominis rex secundus. Dominus abbas Symon Aquicinctensis nonus, communicato cum fratribus suis consilio, ecclesiam sancti Salvatoris mense Septembri deponit, eo quod non sufficeret tam parva basilica magno conventui Aquicinctensi. Et hoc multociens a tempore domni Gozuini abbatis successorisque eius Alexandri premeditatum fuerat et preloquutum, set aliis dissolutionem ordinis, aliis operis magnitudinem et quandam pretendentibus difficultatem, aliis vero alias intentis, hoc opus usque ad hec Symonis abbatis tempora est protelatum. Tandem omnes unanimes, corde magno et animo volenti, veterem, ut dictum est, deponunt basilicam, venturo anno incepturi novam. Igitur missa de sancta Trinitate in maiori ecclesia devotissime celebrata, 15. Kal. Octobris maius altare cum multorum lacrymis deponunt, et inchoationem nove ecclesie propter instantem hyemem in sequentem annum differunt.

1181. R. 29. F. 1. A. 27. H. 5.

Anno verbi incarnati 1181. indictione 14. luna 13. concurrente 3. epacta 3. anno a prima constructione eiusdem ecclesie 103. mense Marcio, die 2. eiusdem mensis, id est feria 2. dominice secunde quadragesime, iacta sunt fundamenta istius nove Aquicinctensis ecclesie. Missa igitur de sancta Trinitate celebrata, Symon abbas, assumptis secum duobus abbatibus, Iohanne videlicet Sancti Amandi et Nicholao Maricolensi[28], cum sanctorum reliquiis, crucibus, turibulis et cereis, cum tota congregatione cappis sollempnibus induta processit ad locum. Ibi aderat Balduinus comes istius pagi cum multitudine militum et aliorum Christi fidelium. Primum lapidem in fundamento comes manibus suis cum cemento posuit, et in eadem ecclesia magnum gaudium fuit. Ipsa dies, quod pretereundum non est, set attentius notandum, valde clara et perpulchra extitit, cum ceteri mensis transacti dies valde pluviosi et nimbosi extiterint. Henricus comes[29] his diebus quadragesime a transmarinis partibus ad propria reversus, a nepote suo rege Francorum ceterisque regni optimatibus cum magno favore excipitur. Philippus rex Francorum et Philippus comes Flandrensium, ab Henrico rege Anglorum ante Henrici comitis reversionem sollicitati, ut super Fredericum imperatorem propter ducis Saxonie exheredationem secum ducerent exercitum, a comite supradicto consilio accepto, a tali avertuntur facto. Comes enim Henricus, utpote sapiens vir, dixit, non esse regi utile vel iustum, ut imperatorem pro sui ducis lesione aggrederetur, cum nec ipse nec pater eius unquam fuisset ab imperatore lesus. In Saliaco villa beatae Rictrudis[30] natus est agnus habens duo capita et septem pedes. Henricus comes infra 7 dies sue reversionis apud Trecas diem obiit. Hugo Cameracensis quondam decanus, qui ecclesie Aquicinctensi in principio sue provectionis magno fuit amminiculo, a proprio removetur sepulchro; nam nove ecclesie fundamentum per ipsum recto tramite suum dirigebat cursum. Lapis in sepulchro eius repertus est, in quo hoc scriptum continebatur: *Hic est sepultum corpus Hugonis decani sancte Marie Cameracensis ecclesie, qui construxit claustrum cum porticu eiusdem ecclesie, capellamque sancti Gingulfi. Insuper, ut cetera taceamus, multis annis a carne abstinuit, super plumam non iacuit, nisi forte in hoc monasterio iussu abbatis. Hic construxit claustrum, porticum, elemosinarium, capellamque beate Marie, et multa alia beneficia fratribus contulit. Hic in festivitate omnium sanctorum, postquam missam celebrasset, gravi infirmitate percussus, monachus effectus, obiit in bona confessione et vera fide, anno Domini* 1093. 6. *Idus Novembris.*

Fredericus imperator Henricum cognatum suum, ducem Saxonie, debellans, omnia pene ipsius castella sibi subiugavit, et eum in quamdam insulam, que Brunsvich lingua Saxonica nuncupatur, fugere compulit. Henricus Anglorum rex, ducis Saxonum exheredationem et sue filie egre ferens, nuncios ad imperatorem dirigit, et ut ab oppressione prefati ducis animum retrahat, munera auri et argenti magni ponderis repromittit. Sed imperator ingenita sibi et consueta leonina constantia contra suum honorem munera despexit, aures clausit, et ducem quondam sibi rebellem victoriosis attritum preliis ad deditionem coegit. Alexander papa senex et plenus dierum, vicesimo

cf. A. Aquic.

28

29

Mart. 17.

28) Marcuilles. 29) Trecensis. 30) Marchianensis.

Aug. 30. ferme ab urbe miliario, in quadam Romane ecclesie possessione diem clausit ultimum. Cuius obitu quidam insipientes Romani audito, ei non, ut debuerunt, obviam cum ad urbem deferretur venerunt; et ei maledicentes, luto etiam et lapidibus lecticam, in qua portabatur, lapidantes, vix eum in patriarchio Lateranensi sepeliri permiserunt. Cui successit Humbaldus Ostiensis episcopus, Alexandro etate senior, quem alterato nomine Lucium tercium appellaverunt. Qui Romane ecclesie 169us presidet. Philippus puer rex Francorum et Philippus comes Flandrensium, post festivitatem omnium sanctorum, instante hieme, que in isto anno et hoc mense nimis extitit pluviosa, inter se dissentiunt, et cum ipsis omnes primores Francorum. Huius mali incentores fuisse feruntur
31 comes Clarimontis[31], Rodulfus etiam de Cociaco[32], et filii Roberti cognomento Clementis, regis consiliarii. Insurgit igitur primus comes in regem, et rex versa vice in comitem. Incendia et rapine exercentur, ecclesiarum expoliationes, burgensium oppressiones, pauperum destructiones usque ad adventum Domini grassantur. Tandem appropinquante die nativitatis dominice, sapientibus viris cum rege tractantibus, usque ad octavas epy-
33 phanie istius guerre inducie dantur[33].

1182. R. 30. F. 2. A. 28. H. 6.

In ipsis diebus nativitatis dominice, Fredericus imperator nuncios cum epistola in Franciam dirigit, regi consilium dans, ut cum comite faciat pacem. Quod si nollet facere, sciret pro certo, se suo homini, comiti scilicet Flandrie, auxilium pro posse ferre. Post octavas epyphanie, induciis finitis, milites plures numero, quam prius, utrimque armantur, rapine, cedes, incendia absque ullo remedio perpetrantur. In regis procinctu isti erant signiferi, Henricus rex Anglorum iunior et Richardus, frater eius, dux Aquitanus, comes Clarimontis, et Rodulfus de Cociaco. Comiti vero Flandrie aderant Balduinus comes Hainoensis, Hugo comes de Sancto Paulo, Iacobus de Avesnis, et Hugo de Orsi castellanus Cameracensis. Universa Gallia hoc vento agitata hac illacque curvatur; nec fuit citra Alpes locus, qui se absconderet ab auditu tonitrui huius. Instantibus autem sancte quadragesime diebus, religiosis viris hinc inde discurrentibus, iterum inducie usque in pascha optinentur. Philippus comes dominica 3. quadragesime ad colloquium Henrici regis iuvenis, filii Frederici imperatoris, Leodium vadit, seque iniuste conquestus est a domino suo, rege scilicet Francorum, vexari. Henricus autem rex, ut domino suo humiliter satisfaciat, comitem cohortatur, promittens ei sub sacramento, suum non defuturum auxilium, si rex Francorum suum renueret audire consilium. Elizabeth Flandrensium et Viromandensium comitissa, post nimias tribulationes et corporis infirmitates
Mart. 26. die sancto parasceue defuncta, sequenti die, astante Philippo comite, cum magnis plurimorum lacrimis, in ecclesia beatissime Dei genitricis Marie Attrebati honorifice est tumulata. Post pascha Henricus rex Anglorum senior, mari transito, in Normanniam venit; nam filii eius, sicut supra diximus, Henricus rex et Richardus dux, regi Francorum contra comitem Flandriarum auxilium ferebant. Dux autem Burgundie et comi-
34 tissa Campanie[34], soror regis, quondam uxor Henrici comitis, Philippo comiti associati, debellabant regem. Guillelmus vero Remensis archiepiscopus et comes Blesensium Theobaldus, regis avunculi, reformande paci intendebant. Igitur transactis induciis inter regem et comitem, pax non sperabatur, sed bellum. Ex insperato Henricus senior rex Anglorum et Philippus rex Francorum, Philippus etiam comes Flandriarum, mediante Henrico Albanensi episcopo, apostolice sedis legato, cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus et Francorum proceribus, inter Crispeium et civitatem Silvanectensem[a], et nunciis pacis
35 intercurrentibus, pax inter eos firma firmatur[35]. Nunquam nostra etate audivimus tantum belli incendium tam parva pacis scintilla exstinctum. Balduinus rex Iherusalem, regio morbo laborans, et fastigia regni fastidiens, templarii quoque et transmarini milites, sepenumero nuncios transmittentes, regem Francorum et Anglorum obsecrant, ut regnum Hierosolimitanum ordinantes, et terre succurrentes, de corona regni suum velle faciant. Ad supradictum quippe colloquium idem nuncii affuerunt. Fredericus imperator sollempnitatem pentecostes apud Maguntiam cum magna celebrat gloria. Ad hanc imperatoris curiam omnes pene optimates Teutonici regni affuerunt; Philippus quoque comes

a) *deest* conveniunt *vel tale quid.*

31) Radulfus. 32) Choisi-sur-Bac, in com. Viromandensi. 33) cf. Gislebertum p. 107. 34) Maria. 35) Conditiones habet Gislebertus p. 117.

Flandrie cum suis baronibus affuit, qui se liberalissimum super omnes regni principes, sua dando, non sine ammiratione multorum exhibuit. Ibi Henricus dux Saxonie trienni condempnatur exilio; qui de regno coactus exire, ad Henricum regem Anglorum se cum sua contulit uxore. Tandem pietate imperatoris quosdam terre sue redditus ad sui exilii sustentationem habere permittitur. Mauricius Parisiace civitatis episcopus, vas utile et oliva fructifera in domo Dei, floret inter coepiscopos suos in Gallia. Preter illa enim que intrinsecus sunt, que solus novit Deus, exterius claret litteratura, verbi Dei predicatione, elemosinarum largitione et bonorum operum exhibitione. Ecclesiam beatissime Dei genitricis Marie, in qua ipse residet episcopus, propriis magis sumptibus quam alienis, decentissimo et sumptuoso opere renovavit, plateam ante ipsam ecclesiam inter utrumque pontem dilatavit, redempto magno pretio a civibus loco, multis mansionibus prius occupato; mansiones renovavit episcopi; duas abbatias, unam canonicorum, sanctimonialium alteram construxit. In ecclesia magis est assiduus quam frequens. Vidi enim eum in quadam non sollemni festivitate, cum hora vespertina decantaretur, non in cathedra episcopali, ut moris est, sed cum ceteris psallentem et sedentem in choro, vallatum plus quam centenario clericorum numero. Henricus etiam Silvanectensis episcopus iustitie dicitur invictus esse amator et iuste severitatis tenax. Luna mensis Augusti et in accessu et in discessu nimis extitit pluviosa et admodum frigida; que magnam incommoditatem per multa generavit loca. Nam segetes humide in horreis sunt recondite; fenum nundum resecatum nec collectum vix potuit colligi; et quod plus omnes pene dolent, vini maturitas et collectio tardius provenit. Quatuor heretici in Atrebatensi civitate deprehensi, a Frumaldo eiusdem civitatis episcopo in carcere sunt reclusi. Quorum unus dicebatur Adam litteratus, alter Radulfus eloquentissimus laicus; sequentium nomina nescimus. Horum iudicium episcopus, iam paralisi laborans, archiepiscopo reservavit.

1183. R. 31. F. 3. A. 29. H. 7.

Transactis diebus nativitatis dominice, Willelmus Remensis archiepiscopus et comes Flandrie Philippus in civitate Attrebatensi, de secretis suis locuturi, conveniunt. Ibi multarum heresium fraudes per quandam mulierem in terra comitis sunt detecte. Isti heretici nullius heresiarche muniuntur presidio; quidam dicunt Manicheos, alii Catafrigas, nonnulli vero Arrianos, Alexander autem papa vocat eos Paterinos[a]. Sed quicquid sint, oris proprii confessione convicti sunt heretici inmundissimi. Multi sunt in presentia archiepiscopi et comitis accusati, nobiles, ignobiles, clerici, milites, rustici, virgines, vidue et uxorate. Tunc decretalis sententia ab archiepiscopo et comiti prefixa est, ut deprehensi incendio traderentur, substantie[b] vero eorum sacerdoti et principi resignarentur. Hic apparuit preclara virtus confessionis. Nam ut ab his, qui interfuerunt, veraciter probatum est, multi ante in heresi culpabiles, per Dei misericordem gratiam a ferri cauterio et aque periculo evaserunt incolumes. In castro Yprensi duodecim ad iudicium ferri sunt adducti, sed per eamdem confessionis virtutem omnes salvati. Obiit Frumaldus episcopus Attrebatensis[36]; ecclesia predicta episcopo anno vacavit integro. Manuele imperatore Constantinopolitano mortuo, filius eius satis puer post eum imperat. Hic, vivente patre, filiam Ludovici Francorum regis uxorem duxerat. Qui morem patris imitatus, Grecos parvipendens, Latinos diligebat; horum consilio utebatur, horum auxilio sustentabatur, et clericali scientia et laicali iustitia. Hec fuit causa interitus ipsius, sicut sequens demonstrabit annus. Henricus iunior rex Anglie et Gaufridus frater eius, comes Britannie, insurgunt super Richardum fratrem suum comitem Aquitanie. Quo audito Henricus rex senior, pater eorum, indigne ferens, quod talia sine assensu suo facere presumpsissent, Richardo filio suo contra fratres suos militum copiam misit in auxilium. Certatum est multis diebus utrimque, donec immatura morte preventus Henricus rex iuvenis bellandi finem fecit. Qui cum multis lacrimis et incom- lun. 3.
parabili omnium luctu — nam diligebatur nimis ab omnibus — Cenomannis defertur, et ibi sepelitur. Quod pater audiens — non enim interfuerat morti nec sepulture — iterato planctu et multiplicato, ab ipso Rothomagum defertur, et ibi cum patribus suis, cum magno gemitu, secundo sepelitur. In civitate Atrebatensi Petrus abbas Cistertiensis episcopus eligitur.

a) *lege* Palerinos, *i. q. Patarenos.* b) suslantie *cod.* 36) 13. Kal. Mai. secundum Necrol. Aquicinctinum.

1184. R. 32. F. 4. A. 30. H. 8.

Sept. Fredericus imperator Italiam proficiscitur. Romani Lucium papam parvipendentes, et clerum despicientes, in contumeliam cardinalium excogitant inauditum flagitium. Nam extra urbem quosdam clericos forte invenientes, comprehenderunt, et omnes excecaverunt, preter unum. Quos super asinorum dorsa aversos imponentes, eis nomina cardinalium imposuerunt. *Hic est*, inquiunt, *cardinalis Sancte Marie maioris, hic vero Sancti Laurentii foris murum, iste autem Sanctorum Iohannis et Pauli; tu vero Sancti Georgii ad velum aureum.* Et sic de ceteris. Tunc per eum, cui pepercerant, pape direxerunt. Quod intuens papa ingemuit, et eos qui hoc scelus perpetraverant, perpetuo feriens anathemate, cum suis exiit ab urbe. Qui veniens Verone, ibi resedit usque ad diem mortis sue. Cardinalium autem quidam sequuti sunt eum; quidam vero, quorum parentes scelus predictum perpetraverant, in urbe remanserunt. Philippus rex Francorum, consilio quorumdam baronum suorum, Philippo comiti Flandrie invidentium, reginam vult dimittere. At illa ad Deum conversa, tantam erga Dei genitricem in civitate Silvanectensi exhibuit devotionem, humilitatem et contritionem, ut omnes pene intuentes ad lacrimas commoveret. Nam nudis pedibus per plateas civitatis incedens, et cereos in manibus portans, elemosinamque omnibus indigentibus affluenter dispertiens, intravit beate Dei genitricis ecclesiam. Ubi diutius oravit, et ipso die omnes civitatis pauperes laute refecit, quibus ipsa ministravit. Quod rex et omnes optimates eius audientes, compassi sunt, et penitentia ducti, ab incepto destiterunt. Philippus tamen comes tam archiepiscopum Remensem quam omnes qui huius consilii complices fuerunt, quos dudum colebat ut amicos, nunc veretur ut inimicos. Propter hanc causam et alias inter regem et comitem pax est turbata. Post pentecosten rex et comes cum suis exercitibus in marchis terrarum suarum conveniunt. Regis exercitus equitibus, porro comitis agminibus peditum optime armatorum precellebat. Standarum altissimum, drachonem desuper preferentem, comes secum super currum quatuor rotarum duci fecit; quod rex cum tota Francia valde indigne tulit. Tamen mediante Henrico Anglorum rege, ab instanti festo sancti Iohannis usque in annum protelantur inducie. In his induciis Balduinus comes Hainoensis a rege ponitur, unde Philippus comes valde est indignatus. Kalendas Maii signum circa horam sextam in sole apparuit. Nam eius pars inferior tota est obscurata, in medio vero quasi trabem suboscuram habebat, reliqua autem pars tota erat pallida; ita ut omnes videntes eumdem colorem in vultu preferrent. Quod signum multos perterruit, quia quidam magister Odo hoc futurum predixerat, qui de futuri venti periculo litteras ad archiepiscopum Remensem direxerat. Philippus comes Flandrie et
37 Balduinus comes Montensis, in loco qui nuncupatur Mons sancti Remigii[37], ad mutuum veniunt colloquium. Ubi Balduinus eum obsecrat, quatinus contra Henricum ducem Lovaniensem, se exheredantem, auxilium ferat; quod comes renuens, discordes discedunt ab invicem. Balduinus comes Montensis super Henricum ducem Lovanie cum exercitu in loco qui dicitur Lembecca[38] vadit; sed ducem imparatum non inveniens, et ut quidam asserunt, a suis proditus, inefficax rediit. Mense Augusto Philippus comes Flandrie secundam duxit uxorem, filiam regis Portigalensis Adefonsi, nomine Thara-
39 siam[39]. Petrus abbas Cisterciensis ordinatur episcopus Attrebatensis, Verone in ecclesia beati martyris Zenonis. Greci indigne ferentes, quod imperator eorum Francos eis preponeret, Andronicum cognatum eius dolose mandant, uti veniat, et imperatorem, utpote puerum, quasi vir sapiens manuteneat. Qui nunciis gratanter susceptis, assumptis secum Sarracenis Yconiensibus, civitatem ingressus est. Die sequenti palacium ingreditur cum paucis, imperatorem adorat et salutat; at ille eum magnifice honorat, et sese illius tuitioni commendat. Quem ille in sua suscipit fide. Qui curiam curiose pensans, quod diu cupierat mente, perficit opere. Paucis enim elapsis diebus, palacium armato milite stipatus ingreditur, Grecos, Francos, Anglos, quos ibi invenit, omnes interfecit; ipsum denique imperatorem cum sua matre capiens, in carcere clausit; quos post modicum in mare perductos, crudeliter innocentes necari fecit, et omnes eius familiares, qui in urbe remanserant, interfecit. Tunc imposito sibi diademate, imperat civitati

37) seu Warda S. Remigii. 38) Lombeke prope Ninove. Cf. de his Gislebertum p. 131. sqq.
39) *Mathildem* vocat Gislebertus, *Beatricem* Radulfus de Diceto.

nobilissimae, non ut imperator, sed sicut tyrannus. Deinde his pro nichilo ductis, nuptias facit illicitas, uxorem cognati sui, imperatoris scilicet domini sui, filiam regis Francorum accipiendo. Philippus comes Flandrie Balduinum comitem Montensem per nuncios sepenumero convenit, ut sibi et sue utili concordaret voluntati. Illo vero minime adquiescente[a], mense Novembrio Philippus archiepiscopus Colonie ab oriente, Philippus comes Flandrie a meridie, porro Duacenses et Pabulenses ab occidente, terram eius ingressi, incendiis et rapinis eam sunt demoliti. Balduinus vero comes, congregatis septingentis armatis, terram comitis virtute militum irrumpere cupiens, cum ad villam que Obercicurtis dicitur, armatus cum armatis venisset, mutato consilio regressus, milites a se conductos abire permisit. Die autem nativitatis dominice propinquante, inducie dantur utrimque.

1185. R. 33. F. 5. A. 31. H. 9.

Multi per loca diversa in Francia et Flandria et Hainau discordiam principum et guerram pertimescentes, unusquisque civitatem suam, castellum seu villam muro circumdat, vallo firmat. Cum autem inter regem et comitem[40] inducie finiende essent, et comes 40
Flandrensis suam prepararet expeditionem, Balduinus comes[40*] terram Iacobi de Avesnis virtute irrumpens, veteris memor iniurie, incendio tradit. Ille enim incentor discordie inter utrumque comitem esse ferebatur. Post festivitatem sancti Iohannis induciis finitis, rex et comes exercitus militum et peditum armatorum producunt; qui in pago Ambianensi residentes, rei finem expectabant. Tandem Dei nutu, ut credimus, comes ad gratiam regis rediit, antequam aliquis caperetur, vulneraretur vel perimeretur. Tunc regi reddidit quedam castella comitatus Viromandensis, inter que eminebant Causiacus, Torota, Mons Desiderii, Calmacus, et comitatus Ambianensis. Ibi pacificantur comes Flandrensis et Hainoensis, set nondum corde firmo[41]. Hic annus habundat frumento et 41
vino. Francigene vilipendunt Philippum comitem in presentia regis apud Conpendium, verbis nugacibus irritantes eum. Qui in Alemannia pergens ad regem Henricum, eius consilio animatus, et auxilio, si necesse fuerit, corroborandus, hylaris in Flandriam revertitur. Andronicus Constantinopolitanus tyrannus et apostata — dudum enim christianitatem abnegaverat — interficitur in palatio a quodam probo milite regii generis, quem dolose occidere disponebat. Qui animatus auxilio parentum suorum et civium, Andronicum odientium, occidere se volentem occidit, et consentientibus pro eo imperavit; qui imperatricem, filiam scilicet Ludovici regis Francorum, clausit, et ei condigno honore ministrare precepit. Lucius papa apud Veronam mortuus est; quem in eccle- Nov.
sia beate Marie, in sepulchro marmoreo ante maius altare sepelierunt; cui successit 24.
Hubertus Mediolanensis archiepiscopus, quondam Bituricensis archidiaconus, qui iusta morem predecessorum suorum nomine mutato, vocatur Urbanus tercius; qui iuxta numerum suprascripte cronice, Romane urbi presidet 170us[b]

1186. 34. 6. 32. 10.

Imperator Fredericus dies dominice nativitatis cum Henrico rege, filio suo, apud Papiam celebres egit. Illis diebus fecit imperator nuptias filio suo, despondens ei filiam Rogeri, Ian. 27.
ditissimi quondam regis Sicilie et ducis Apulie, regis Francorum cognatam. Hec enim nata est ex filia comitis de Reitesta. His nuptiis interfuit comes Flandrie Philippus, cum plurimis imperii Romani optimatibus. Qui in eundo Franciam dimittens, per Germaniam iter fecit; revertens vero per Franciam venit, ne regi Francorum esset suspicioni. Rex autem, adventu eius audito, nuntios fideles ad eum dirigit, mandans ei et designans locum, ubi ad secretum convenirent colloquium. Rex eum honorifice suscipit, mutuo collocuntur, et pax inter eos firma firmatur. Urbanus papa et imperator Fredericus inveteratum inter se odium dissentientes ad invicem renovant. Multimode fuerunt cause dissentionis; precipua, quod patriarcha Aquileiensis et quidam episcopi interfuerunt absque consensu pape coronationi Henrici regis, die quodam sollempni, in Italia. Quos omnes papa a divino suspendit officio. Alia, quod Formosum electum Treverensem, electum canonice, sabbato sancto pentecostes in presbiterum cardinalem, et crastino die in archiepiscopum, contra votum imperatoris consecravit. Nam alter electus perpe-

a) adquiescenti *cod.* b) CLXXX^us^ *codex, et ita porro.*

40) Flandrensem. 40*) Montensis. 41) Haec fusius narrat Gislebertus p. 145.

ram fuerat, quem imperator manutenebat. His et aliis causis intercurrentibus inter papam
Ian. et imperatorem, in Italia pax turbatur. Fredericus imperator Cremonenses, sibi rebelles, auxilio Mediolanensium in suum invitos cogit servitium. Imperator relinquens Hen-
1187. ricum filium suum in partibus Beneventanis, in Germaniam redit. Henricus rex, impe-
Febr. ratoris filius, quendam Urbani pape servientem et multas secum auri et argenti pecunias deferentem obvium ex insperato habens, aurum et argentum auferens, in contumeliam pape nasum ei precidit. Balduinus comes Hainoensis et Henricus avunculus eius, comes Namucensis, super Godefridum ducem Lovaniensem vadunt, et eius terram incendunt. Villa Gemblaucensis peroptima cum ecclesia sancti Wiberti tunc est incensa. Philippus rex Francorum et Philippus comes Flandrie, contrahentes undecumque copiosum exercitum, hostiliter vadunt super ducem Burgundionum, et iuste; iniustissimus enim erat; qui mercatores regis et comitis in fide sua tuendo suscipiens, latronibus suis expoliandos donabat. Qui fortitudinem regis et comitis non sustinens, quibusdam castellis perditis, ad pedes regis veniens, semet ipsum dedidit. Pridie Kal. Iulii turbo gravissimus et tempestas valida, ab Affrico veniens et ad subsolanum tendens, per multa loca fruges et omnia sata pessumdedit. Nam lapides ovo galline maiores per loca diversa ceciderunt, qui pecora in campis et aves in aquis occiderunt, fenestras quoque vitreas ecclesiarum, et domorum tegulas confregerunt; stipula quoque, que in agris remanserat, ita erat fetens et inutilis, ut nec pastui esset apta bestiis. Obiit Gaufridus comes Britannie, filius Henrici regis Anglie. 15. Kal. Oct. quando sol stat in libram, magni venti periculum antea prophetatum per Dei gratiam evasimus. Futura enim nemo novit nisi Deus, et cui ipse dignatus fuerit revelare. Nec ipsius ut credimus
41* sapiens dispositio subiecta est alicui astrologo nec Toletano nichromantico[41*]. Vindemia in pago Belvacensi et Noviomensi per tempestatem suprascriptam tota pene perdita, non solum in his locis, sed etiam in Arida Gamantia[42] vel Humida, in comitatu quoque Ostrevandensi et Hainoensi; et ubicumque transivit, flenda et dolenda reliquit vestigia.

1187. lacrimabilis nobis. R. 35. F. 7. A. 33. H. 11.

Anno Domini 1187, anno 26. Frederici imperatoris, et 7. Philippi Francorum regis, porro Henrici Anglorum regis 33, incomparabilis dolor et tristicia ineffabilis universe accidit christianitati. Nam Balduino rege Iherosolimorum filio Amalrici defuncto, successit ei Balduinus puer, eius ex sorore nepos, filius Willelmi marchisi de Montferrat, quem supra diximus veneno extinctum. Tutela pueri et regni ex consilio primatum totius provincie committitur comiti Tripolitano. Mater autem pueri satis astuta extorsit a patriarcha et ceteris principibus regni, ut si puer decederet morte immatura, sibi redderetur corona regia. Balduinus rex Iherosolimorum sub tutela comitis Tripolitani moritur;. mater vero eius comitissa de Ioppe, a patriarcha et militibus templi et hospitalis et ceteris provincie primoribus coronam regni sibi hereditario iure competentem expetiit. Qua recepta, capiti viri sui Guidonis comitis de Ioppe imposuit. Is enim
42* Wido erat genere Aquitanus, de castello Lesinione[42*], a semine regio alienus. Quod factum multis principibus displicuit, maxime comiti Tripolitano. Rex vero predictus cum hominium requireret a prefato comite, ei denegavit; insuper et Salahadinum regem Babylonis et principem Damasci super eum invitavit, et foedus pacis, quod cum christianis per duos annos pepigerat, disrumpere fecit. Salahadinus audita eorum discordia gavisus est, et contracto undecumque Turcorum et Sarracenorum innumerabili exercitu, ante mensem Augustum prope montem Thabor castra locavit. Guido autem rex, congregato exercitu christianorum comparatione paganorum parvissimo, iuxta civitatem Nazareth tentoria fixit. Comes autem Tripolitanus, facti penitens, ad regem venit; et videns exercitum christianorum imparatum et parvum, consilium dat regi, ut ad tempus recedat, et civitates et castella totius regni muniat. Cui rex minime acquievit. Comes autem statim cum suis inde recessit, et terram suam munivit et custodivit. Guido vero rex nondum duos menses in regno transegerat. Initur bellum miserabile, et omnibus christicolis valde lamentabile. Bethleemites episcopus ferebat crucem dominicam; in quo conflictu ipse sacerdos occiditur, crux dominica a paganis aufertur, et heu! translata est gloria ab Israel, ut de arca Domini refertur. Rex capitur, et omnes principes aut

41*) innuit vaticinium, quod legitur apud Robertum de Monte a. 1179. 42) est silva in pago Atrebatensi. Humida Gamantia inferior eius pars erit ad Sambram. 42*) Lusignan.

occiduntur vel capiuntur, vulgus innumerabile perimitur. Sicque omni terra pene a suis defensoribus vacuata, Salahadinus terram perambulat, civitates capit, castella aut sibi retinet aut destruit, monasteria evertit, monachos, presbiteros, clericos interficit, sanctimoniales dehonestat et occidit. Rex cum ceteris captivis et cruce dominica Damascum ducitur; Armenii, Greci, christiani, magno dato auri precio sepulchrum Domini cum sua ecclesia et Domini templum a Salahadino redemerunt. Hae sunt civitates, que christianis remanserunt: Antiochia Syrie, fortitudine principis sui et inhabitantium custodita; Tyrus civitas Fenicie, per industriam filii marchisi de Montferrat, fratris Willelmi, quem supra retulimus extinctum veneno, retenta; Tripolis etiam per comitem et inhabitantes servata. Obiit comes Tripolitanus, huius mali incentor.

Urbanus papa a Verona secedens, et Venetiam ire disponens, apud Ferrariam venit civitatem. Ibi audito gravi nuncio de perditione transmarine christianitatis, in infirmitatem decidit. Quo mortuo et ibidem tumulato, succedit ei Autbertus cancellarius eius, Oct. 19. qui alterato nomine vocatus est Gregorius VIII, papa 171[us a]. Qui post consecrationem suam Romam ire disponens, in ipso itinere Ianuis moritur, et post septuaginta dies Dec. 17. sacerdotii sui ibi in ecclesia beate Marie sepelitur. Cui succedit Paulus Prenestinus episcopus, qui mutato nomine vocatur Clemens III, in ordine pontificum 172[us b]. Richardus Aquitanie dux, filius Henrici Anglorum regis, iniuriam sepulchri dominici vindicaturus, primus omnium principum regni Francorum crucem assumit, ante natalem Domini.

1188. R. 36. F. 8. A. 34. H. 1.

Post nativitatem Domini, Philippus rex Francorum et Henricus rex Anglorum et Henricus episcopus Albanensis, legatus Romanus, et multi alii tam episcopi, quam duces et comites, in marchis utriusque regni convenerunt; ubi inter eos de diversis causis sunt tractata diversa, maxime de ecclesia transmarina. Ambo reges cum multis sui regni principibus, episcopis et militibus, nobilibus et ignobilibus, trans mare profecturi, cruces accipiunt. Richardus Aquitanie dux insurgit contra dominum suum regem Francorum. Quem rex totis viribus excipiens, compulit ad deditionem. Pace autem inter eos firmata, contra Henricum regem Anglorum exercitum ducunt, et eius castella diripiunt et incendunt; nam semper Francorum regibus rebellis extiterat. Dominica media quadragesime, apud Maguntiacum generali curia congregata, Fredericus imperator cum Mart. 27. multis episcopis et totius regni sui principibus et innumerabili multitudine Theutonicorum cruces sumunt. Comes Namucensis Henricus filiam suam unicam, adhuc lactentem, dat Henrico comiti Trecarum, et cum ea post suum decessum omnem terre sue comitatum. Balduinus comes Hainoensis, ex sorore nepos eius, hoc audiens et videns, indoluit, quia eundem comitatum valde affectabat, et pro eo adipiscendo tam imperatori Frederico, quam ceteris de curia, multas dederat pecunias. Cum autem ante mensem Augustum in guerra regis Francorum Henricus comes Trecensis inexcusabiliter occupatus esset, et Henricus comes lecto decumberet, Balduinus undecumque contracto exercitu, castrum milite nudatum et defensoribus repperiens, inexpugnabile castrum Namucense, ut putabatur, fortuna sibi arridente cepit. Mediante autem mense Augusto ultra progreditur, et castellum fortissimum Boviniense[42*] obsidione cingens, post diem 15. [42*] viriliter cepit, et omnem terram citra Mosam comitatus Namucensis sibi subdidit. Paucis vero diebus transactis, comes Namucensis canonicos de ecclesia Floreffia eiciens, contra impetum Balduini castellum sibi fecit, et milites cum suis satellitibus ibi constituit[43]. [43]

1189. 37. 9. 35. 2.

Fredericus imperator cum suo exercitu post dies pasce arripuit iter, et cum magno exercitus sui detrimento transiit per Hungariam, Traciam et Greciam, et pervenit usque ad fluvium Syrie nominatissimum Farfar. Porro nostri milites, Iacobus scilicet de Avesnis, Hellinus dapifer, et multi alii diverse dignitatis et ordinis, per Apuliam incedentes, mare transeunt, et urbem Achon, quam Tholomaidam scriptura divina vocat, obsidione cingunt. Eodem tempore obiit Willelmus pie memorie rex Apulie, christianorum transmarinorum protector et defensor, absque herede; qui congregatis totius regni sui principibus, heredem regni designat Henricum regem, filium Frederici impe-

a) CLXXXI. *cod.* b) CLXXXII. *cod.*

42*) prope Dinant. 43) Fusius haec omnia narrat Gisleb. p. 161—166. 170. 177—186.

ratoris, qui eius amitam habebat in coniugio. Qui omnes cum sacramento, fide interposita, promiserunt sua predicto regi colla submissuros. Post mortem vero regis Willelmi, fidem et sacramentum, quod fecerant, parvipendentes, quendam Trancredum ex semine regio sibi regem creaverunt. Philippus rex Francorum, assumpto secum Philippo comite Flandrie et Richardo Aquitanie comite, castella et villas regni Henrici regis Anglie et incendit et destruit. Rex vero Anglie ad conflictum non sustinebat eos, sed eorum adventu audito, quasi fugiens de loco ad locum secedebat. Tandem Cenomannis pervenit. Ibi eum rex Francorum et Richardus comes insecuti sunt; qui insperatum eorum audiens adventum, ultra quam credi potest contristatus, in infirmitatem decidit. Cumque apud castellum, quod vocatur Cinon, venisset, ubi pars thesaurorum eius custodiebatur, langore ingravescente, moritur. Qui apud Fontem[a] Ebraldi deportatus, vix necessarios sumptus ille quondam dives et prepotens ad sepeliendum habens, ibi in monasterio virginum tumulatur. Cui succedit Richardus comes Aquitanus, filius eius. Obiit Hugo castellanus Cameracensis. Elizabeth Francorum regina, satis religiosa, ad
Mart. 15. Dominum migravit, et cum nimio Francorum planctu in ecclesia beate Marie Parisius sepelitur. Civitas Attrebatensis, cum ecclesia sancti Vedasti, incendio conflagratur.

1190. R. 38. F. 10. A. 1.

Circa festivitatem sancti Iohannis, Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglorum trans mare profecturi, iter arripiunt; rex Francorum portum Ianue civitatis expetiit, et rex Anglorum Massiliam venit. Pridie Kal. Augusti, christiani qui Achon obsederant, inconsultis exercitus principibus, infeliciter pugnaverunt adversus Salahadinum, instigante eos Elberto presbitero, Duacensi decano, ut relatum est nobis ab his qui interfuerunt. Ibi occisus est idem Elbertus, et multi alii usque ad sex milia interierunt. Cum rex Francorum in Ianua ventum ad transfretandum expectaret aptum, quadam die in eadem civitate fulgur de celo quinquies cecidit; quod regem valde perterruit. Tandem omnibus necessariis preparatis, in die festivitatis sancti Laurentii relicto portu, velificavit; cumque prospere navigarent, et iam multa maris spacia transvolassent, repente ventus surgens contrarius, regem retrogradare coegit. Multe naves confracte sunt, equi amissi, instrumenta lignea, que secum ducebat ad capiendas munitiones, sunt perdita. Milites etiam multi submersi et perditi. Sicque rex Francorum suo frustratus conatu, in Messana Apulie civitate cum rege Anglorum, transitum sequentis
41 anni expectans resedit. Comes autem Flandrie Philippus mediante Augusto[41] profectus est, et in Italia hyemavit. Ipso anno magnus christianis nostris accidit dolor. Nam Fredericus piissimus imperator, cum in flumine Farfar prope Anthiochiam lavandi et refrigerandi causa nataret, violentiam aque non sustinens, ter in eiusdem aque profundo demersus est, et cum magno militum labore inde est extractus. Qui triduo super-
Iun. 10. vixit elinguis, et corpore dominico accepto cum sacra unctione, diem ultimum clausit. Corpus eius conditum aromatibus, adhuc insepultum custoditur. Cui successit in regno Henricus filius eius. Porro exercitum eius, qui in Syria remanserat, rexit Conradus dux Suevorum, filius ipsius, miles inclitus. Obiit Evrardus Tornacensis episcopus. In ebdomada, que precessit nativitatem dominicam, factum est prelium in Hyspania inter reges Hyspaniarum et Sarracenos, in quo christiani Deo auxiliante victores facti, innumerabilem eorum multitudinem peremerunt.

1191. 1. 11. 2.

Multi tam principes quam episcopi, et innumerabilis multitudo vulgi, qui urbem Acram obsidebant, mortui sunt, tam propria morte, quam Sarracenorum telis; Balduinus archiepiscopus Cantuariensis, Rogerus Cameracensis episcopus, Fredericus dux Suevorum miles acerrimus, Theobaldus comes Blesensis, et Stephanus frater eius, Hellinus quoque dapifer Flandrensis, et multi alii, quorum nomina scribere noluimus, quia diversi relatores, dubia et incerta nunciantes, nos fecerunt incertos. Philippus rex Francorum, Richardus rex Anglorum, Philippus comes Flandrie, post mensem Martium cum suis exercitibus mare transeunt. Richardus rex Anglorum antequam transiret, uxorem duxit filiam regis Navarre, contempta sorore regis Francorum, quam spoponderat. Clemens III. papa 7. Kal. Aprilis obiit; succedit ei Iacinctus diaconus cardinalis Sancte Marie in scola

a) frontem *cod.*

41) mense Septembri profectum dicit Gislebertus.

Greca, genere nobilissimus, etate provectus, et vocatus est Celestinus III. Qui Romane ecclesie presidet 173[us a]. Henricus rex, filius Frederici imperatoris, in imperatorem in sollempnitate paschali ab eo coronatur; qui in sua promotione multas contradictiones tam a Romanis, quam a cardinalibus sustinuit; tandem cernens regnorum perturbationem et Apuliensium erga se rebellionem, pro tempore tam cardinalibus satisfecit, pape restituens multa, que antecessores eius ecclesie abstulerant; Romanis vero munitionem Tusculanam tradens, quam pater eius pape abstulerat. Qua Romani accepta, in coronatione imperatoris prebuerunt assensum. Apr. 15.

Philippus comes Flandrie in obsidione urbis Achre, indigentibus, et maxime militibus qui sua stipendia consumpserant, sua erogando, nimium liberalis extitit. Si mille haberem linguas, non potero proferre necessitates famis, frigoris et estus, quas in quadrienna urbis obsidione exercitus Dei sustinuit. Philippus comes Flandrie inclitus Kalendis Iunii obiit, tercio mense transfretationis sue, et sepultus est in basilica sancti Nicolai, foris murum Achre; ubi etiam tumulati sunt plus quam quinquaginta tam episcopi, quam duces et comites. In cuius obitu dolor incomparabilis christianis fuit, gaudium vero Sarracenis et Turcis. Eclypsis solis facta est 9. Kal. Iulii, die dominica, hora 6. in vigilia beati Iohannis baptiste, fulgore eius in aquilonari parte remanente, iuxta quantitatem terciane lune. Post festivitatem sancti Iohannis Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglorum cum suis exercitibus vallum, quem Sarraceni in circuitu civitatis munitissimum fecerant, cum magno labore muro civitatis coequaverunt, et petrarias decem prope murum erexerunt. Sarraceni vero et Turci impetum eorum non ferentes, et de civitatis retentione diffidentes, eam regi Francorum et exercitui christiano 5. Kal. Iulii reddiderunt. Quam rex ea conditione recepit, ut omnes inde sani exirent, si et Salahadinus sanctam crucem et 2600 captivos redderet christianos. Post discessum vero regis Francorum predicta conditione infirmata, rex Anglorum, qui ibidem remanserat, 2600, paucis de nobilioribus retentis, per quos sanctam crucem et quosdam captivos recuperare sperabant, diversis interfecit tormentis.

Henricus imperator contra Tancredum regem Apulie dimicans, civitatem Neapolitanam obsedit; in qua obsidione Philippus archiepiscopus Colonie et multi alii duces et comites mortui sunt, et omnis exercitus eius incommoditate aeris pene consumptus est. Quo comperto cives Salernitani, et ipsum imperatorem etiam mortuum existimantes, qui ei antea favebant, ob gratiam Tancredi recuperandam, imperatricem, quia in eadem urbe degebat, ceperunt, et custodie honeste mancipaverunt. Imperator autem, amisso exercitu et uxore, in Italiam interiorem rediit cum tristicia et dolore. In civitate Cameracensi Iohannes, eiusdem ecclesie archidiaconus et Attrebatensis decanus, eligitur episcopus. Mai.

Richardus rex Anglorum, post regressum regis Francorum, et ruinis murorum civitatis Achre pro tempore reparatis, divisis exercitibus suis in tribus turmis, versus Aschalonem tendit. Tractus autem vie inter Achram et Aschalonem longus erat. In ultima turma, que precedentes muniebat, multi ceciderunt Salahadini insidiis et Turcorum telis. Tandem Cesaream pervenerunt, et ibi paululum quieverunt. Cum autem de Cesarea pergerent apud Ioppen, Salahadinus cum suis fit eis obvius, in sabbato vigilie nativitatis beate Marie Mira Dei virtus ostensa est in illa die. Nam Salahadinus cum exercitu suo, nostris persequentibus, fugam arripuit, tantamque stragem de nobilioribus Sarracenis, quos secum habuerat, die illa prope Assur nostri fecerunt, quantam omni tempore principatus sui non sustinuit una die. De nostris autem nullus cecidit, nisi Iacobus de Avesnis, miles egregius et uni de Machabeis comparandus[45]. In mense Septembri relatio verax de morte Philippi comitis, qui comitatum Flandrie 24 annis strenue rexerat, venit. Omnes timent, omnes dolent, tam clerus quam populus. Succedit ei Balduinus comes Hainoensis hereditario iure. Nam Margaretam filiam Theoderici comitis, sororem Philippi, habebat in coniugio; ex qua genuerat Elizabeth Francorum reginam et filios Balduinum, Philippum et Henricum. Philippus rex Francorum, ante dies nativi- 45

a) CLXXXIII. *cod.*

45) 1192. *Iacobus de Aresnis, miles egregius et uni de Macabeis comparandus, in bello a Saracenis martirizatur.* Ann. Aquic.

tatis dominice, in Franciam venit. Videntes autem quidam milites, Deum minus diligentes, eius repatriationem, laboris et certaminis pro Christo impatientes, et cum filiis Effrem in die belli terga hostibus dantes, non ut milites, sed ut lepores timidi, ad suam eternam confusionem ad propria sunt reversi. Non sic Iacobus de Avesnis, non sic; sed quia perseveravit usque in finem, ut credimus, salvus erit, et cum sanctis martyribus in celis triumphabit.

1192. R. 2. F. 12. A. 3.

Henricus imperator dies nativitatis dominice apud Wormatiam cum optimatibus regni celebravit; ibi in presentia totius curie confirmavit electionem Iohannis Cameracensis electi. Philippus etiam rex Francorum Parisius cum suis eosdem dies celebravit. Ad cuius curiam Balduinus comes Flandrie, litteris ipsius precipientibus, venit. Rex autem nec humane nec benigne eum suscepit. Quod cernens comes, rege insalutato, clam a civitate discessit[46]. 18. Kal. Febr. 4. feria, post solis occasum, in ipso noctis crepusculo, visa est a multis species ignis terribilis, totum orbem ad partem borealem occupans. Subsecuta est in multis locis in partibus illis plaga ignis divini. Unde in episcopatu Tornacensi et multis locis indictum est ieiunium 6. ferie exceptis infirmis et infantibus universis. Balduinus comes, sibi et terre sue consulens, ad recuperandam regis gratiam, abbatem Symonem Aquicinensem et Danihelem de Camberon ad eum direxit. Tandem post mediante Willelmo Remensi archiepiscopo et Petro Attrebatensi episcopo, pax inter regem et comitem formata est, apud Perronam et apud Attrebatum firmanda. In 7. ebdomada ante pascha, rex Perronam cum suis episcopis et baronibus venit. Ibi Balduinus comes cum suis affuit, et hominium regi faciens, partem Flandrie orientalem possedit, rex vero occidentalem, Sanctum Audomarum, Ariam, Attrebatum, Bapalmas, comitatum Hesdiniensem et Lensensem, hominagium Bolonie, et Sancti Pauli, et Gisnense et Lilense[47]. Reliqua Balduino cesserunt. Hec omnia suprascripta dedit Philippus comes regi, quando ei neptem suam Elizabeth, filiam Margarete sororis sue, Hainoensis comitisse, legali matrimonio coniunxit[48].

Cum marchisus Conradus Tyrum, Syrie Phenicis civitatem nobilissimam, iusto moderamine regeret, machinatione cuiusdam potentissimi principis christiani, probitati et felicitati ipsius invidentis, hoc modo occisus est. In diebus enim paschalibus 3. Kal. Maii, cum princeps ipse quadam die in loco civitatis, ubi monetarii erant, super equum sedens ad eos intenderet, subito duo ex illo genere hominum, quos hystoriographi Arsacidas vocant, a prefato perfido principe transmissi, utrumque latus eius ambierunt; qui nullum timentes, clara die, astante populi frequentia, cultellis quos improprie misericordias vocant crudeliter lateribus eius infixis, heu! nobilissimum principem interfecerunt. Illi statim a populo necati, ut dignum erat, transmittuntur ad tartara; miles dignus digno planctu plangitur, et sepulchro tanto principe digno sepulture traditur. Proh dolor! principes et milites incliti gladio corruunt et moriuntur, Fredericus scilicet imperator, Fredericus dux Suavorum, filius eius, Iacobus de Avesnis, Hellinus dapifer, Philippus comes Flandrensis, Theobaldus Carnotensis, Stephanus Blesensis, et innumerabiles alii[49]; et militie scoria nec nominanda, que crucem Christi assumpserat, illa proiecta, fugiens reversa est, non sagitta persequente nec lancea vel gladio, sed sicut canis ad vomitum revertens, et ut lupus rapax et insatiabilis hianti ore bona ecclesie comedit et substantiolas pauperum crucifixi.

Richardus rex Anglorum et dux Burgundie, vel ceteri principes, templi quoque et hospitalis milites, communicato ad invicem consilio, Henricum comitem Campanensem principem totius christianitatis transmarine, excepto principatu Antiocheno, constituerunt, et ei uxorem marchisi in coniugio tradiderunt. Hec enim erat orta de regali genere; filia enim Amalrici regis mater eius extitit. Guidoni vero quondam regi dedit rex Anglorum insulam opulentissimam Cypri. Ordine utor prepostero, sed hoc fecit oblivio. Precedenti enim anno, cum rex Francorum cum suis ad urbem transfretasset Acconam, rex Anglorum ad Cyprorum navigavit insulam. In ea namque quidam prepotens contra imperatorem Constantinopolitanum tyrannizabat, et nomen sibi imperiale usurpaverat. Contra

46) cf. Gisleb. p. 230. 47) Insulense. 48) Paulo alia narrat Gislebertus p. 233. sq. 49) Plures nominat Gislebertus p. 232.

hunc ascendit rex Anglorum cum suis de mari; quem viriliter debellans, cum tota sibi subegit insula. Quem cum uxore et liberis captivum, cum auri et argenti et rerum ceterarum copiis, secum adduxit, et ad exercitum Domini, in obsidione urbis Accone fame diuturna laborantem, pervenit, eorumque inopiam de opibus secum adductis magnifice relevavit. Filiam huius principis, quem secum vinctum adduxerat, dedit rex Anglorum Guidoni quondam regi, cum tota Cypri insula. Comes vero Henricus, si Deus nobis restituerit Hierusalem, rex futurus[50], Tyrum, Asclialonem, Acchonem, Cesaream, Ioppen et cetera castella super littus maris stantia possedit.

Tancredus Apulie tyrannus nuncios suos ad Celestinum papam et Romanos dirigit, spondens se redditurum sancto Petro, quicquid Apulienses duces ab antiquis diebus illi abstulerant, si fidem, quam habebant cum Henrico imperatore, ad se transferrent. Quod audiens papa Celestinus, valde est indignatus; qui versa vice nuncios suos, duos scilicet cardinales, ad eum direxit, mandans, ut imperatricem de custodia educens imperatori remitteret; si vero hoc facere nollet, anathemate perpetuo se feriendum cum parte provincie, que illi favebat, pro certo sciret. Radulfo Leodicensi episcopo, qui cum Frederico imperatore crucem assumpserat, in itinere anno superiori mortuo, duo per contentionem in predicta ecclesia sunt electi, Autbertus scilicet, frater ducis Lovaniensis, et Autbertus, frater comitis de Reitesta. Verumtamen Lovaniensi Autberto iustior pars, sanior et multiplicior favebat. Henricus autem imperator ab expeditione Appuliensi reversus, electionem utriusque cassavit, et Lotharium Bonnensem prepositum ditissimum ad civitatem dirigens, palacium episcopi, villas et castella episcopii ei tradidit; clerum quoque cum populo ei obedire precepit. Hec omnia, ut quidam existimant, fecit imperator consilio Balduini comitis Hainoensis[51]. Nam propter ipsius ducis superbiam et inveteratum erga se odium infestum habebat ipsius fratrem. Ipse vero Autbertus frater ducis, videns in se factam iniusticiam, timore imperatoris habitu pauperis viatoris assumpto, ad pedes Celestini pape Lateranis pervenit. Audita autem papa electionis ratione et concordia, electo litteras suas tradidit, archiepiscopo mandans Coloniensi, ut ei munus conferat consecrationis. Lotharius tamen imperatoris electus, per ecclesias, castella et eiusdem episcopii villas pontificales agebat causas. Luna mensis Augusti crescens et decrescens nimis extitit pluviosa et tempestuosa, et metentibus nimis molesta; tamen subsequens luna mensis Septembris fuit gratiosa, unde messis triticea et vindemia mediocriter fuit bona. Richardus rex Anglorum, supra naturam humanam cupidus et avarus, et omni christianitati invisus et rebellis, a Salahadino magno precio auri suscepto, Aschalonem nominatissimam christianorum civitatem subvertit. Tancredus Apulie tyrannus a Celestino papa compulsus, imperatricem de custodia relaxans, imperatori remittit.

Willelmus Remensis archiepiscopus, litteris a Celestino papa acceptis, Autbertum Leodicensem electum in civitate Remensi mense Septembri episcopum consecravit. Archiepiscopus etiam Coloniensis, ab eius consecratione se excusans, ut ei munus consecrationis imponeret, per litteras suas optinuit. Henricus imperator audiens, quod Autbertus Leodicensis electus gratiam consecrationis a papa et Romanis contra suum propositum impetraverit, nimium indignatus Leodium venit, et domos clericorum, qui ei adherebant, subvertit, et regni sui introitum eidem episcopo interdixit. Tancredus Apulie tyrannus moritur. Celestinus papa, morte eius audita, contra Henricum imperatorem, quem propter Autbertum Leodicensem episcopum et alias latentes causas infestum habebat, filium Tancredi in Apulia, Calabria et Sicilia regem sublimat. Eclypsis lune accidit 11. Kal. Decemb. luna 12. hora noctis 8., duabus eiusdem partibus obscuratis, in suo fulgore parte tercia permanente. Subsequenti die Autbertus Leodicensis episcopus, a quibusdam proditoribus extra urbem Remensem eductus, inaudita mortis crudelitate vir iustus ab impiis et proditoribus innocenter perimitur. Nam Henricus imperator, qui Lothario favebat, quem in sede Leodicensi intruserat, eum a regno suo expulerat. Willelmus autem Remensis archiepiscopus et omnes cives Remenses, eum detinentes ibidem, magnum ei honorem et

Sept.

50) Haec igitur scripta sunt ante mortem Henrici, quam ipse auctor a. 1197. narrat. 51) nequaquam; Balduinus enim pro consobrino suo Alberto de Reitesta multum laborabat, cui et imperator episcopatum promiserat, sed postea accepta nimia pecunia, Lothario contulit. Cf. Gislebertum, quem Balduinus pro Alberto ad imperatorem delegavit, p. 217. 221. 224. 228 sq. 235—246.

reverentiam exibebant. Sepultus est autem cum magnis omnium lacrimis in ecclesia maiori beatissime Marie Dei genitricis, in loco ubi beatus Nichasius archiepiscopus pro Christo occubuit. Qui fuerunt interfectores episcopi, et a quo missi, ignoratur[52]; hoc tamen scitur, quod de Germania venerint, et illuc aufugerint. Ve illis, quia via Cain abierunt, qui fratrem suum Abel iustum in agro interfecit, e tabernaculo extractum. Cuius sequaces isti, patrem suum et dominum de civitate Remensi callide educentes, ut liberius perpetrarent flagitium, secundo mense consecrationis eius vix elapso, caput sancti sacerdotis mucrone impio mutilaverunt. Prudens lector, nota inauditam proditorum versutiam. Pridie enim quam ista agere deliberarent, hominium ei fecerunt, ne eos haberet suspectos. Ve impiis traditoribus, quorum impietatem celi revelabunt, et terra adversus eos consurget in die furoris Domini, nisi fuerint Domino prestante conversi. Inter Richardum regem Anglorum et Salahadinum, christianos quoque et Sarracenos transmarinos, inducie trium annorum firmantur, misera condicione interposita, ut civitas Aschalon nobilissima subverteretur a nostris. Hugo dux Burgundionum ibidem moritur; cui in ducatu Burgundionum successit Odo, filius eius. Multi milites armis strenui hoc anno trans mare sunt mortui, quidam Sarracenorum gladiis interempti, alii vero morte naturali. Residui autem, excepto Henrico rege et suis, parum ibi proficientes, ad propria sunt reversi.

1193. R. 3. F. 13. A. 4.

Mense Ianuario peregrini transmarini ad nos reversi sunt, de recuperatione terre perdite, quod nos letificaret vel scripto dignum esset, nichil nunciantes. Richardus sancte memorie conversus Aquicinctensis moritur, et in eodem monasterio sepelitur. Huius viri mira fuit cybi et potus abstinentia, lectus nullus aut durus, vestis abiecta, compassio erga pauperes et monachos claustrales eximia[53]. Henricus dux Lovaniensis et Henricus patruus eius, dux Ardennensis, insurgunt contra comitem de Ostada[54] et Lotharium fratrem eius, quem Henricus imperator in sede intruserat Leodicensi, pro interfectione Autberti episcopi nominate urbis. Omnia eius castella, que circa Renum possidebat, capiunt, et quedam destruunt et incendunt. Ipse autem comes cum fratre suo ad imperatorem fecit confugium. Celestinus papa omnes interfectores episcopi anathemate perpetuo innodavit. Cum Richardus rex Anglie ante dies quadragesime de transmarinis partibus reverteretur, suspectas habens quasdam regiones, Apuliam scilicet et Calabriam, Corsicam et Italiam, propter interfectionem Conradi marchisi de Montferrat, que illi, nescio si iuste, imponebatur, paucis secum assumptis sociis, ut secretius ad nepotem suum ducem Saxonie pervenire posset, terram ducis Austrie ingressus, ab ipso duce capitur, et custodie mancipatur. Nam cum esset idem dux in obsidione urbis Acre, rex Anglorum frequenter illum verborum contumeliis affecerat. Quem aliquanto tempore secum detinuit, et postmodum ad imperatorem in Alemanniam direxit. Qui eum secum, quocumque pergeret, ducebat sub honorabili custodia. Dum Richardus rex Anglorum ab imperatore detineretur, Philippus rex Francorum, undecumque collecto ex omni regno sibi subiecto copioso exercitu, post paschalem sollempnitatem mense Aprili in Northmanniam vadit, eam depopulaturus; castella Wilcassini territorii, Gisortium scilicet et alia multa, cepit. Civitatem Northmannie metropolitanam Rotomagum obsidione cinxit; sed civibus viriliter repugnantibus, commotus ira que ei inest nativa, petrariis et ingeniis, quibus urbem vallaverat, incensis, ab assultu inglorius rediit. Salahadino apud Damascum mortuo, filii eius in principatu Syrie et Babylonis ei succedunt. Ecclesie Anglie et Northmannie et monasteria monachorum a thesauris suis ob redemptionem regis Anglorum spoliantur. Lotharius Leodicensis intrusus, causa interfectionis Autberti eiusdem urbis episcopi ab omni prelatione ecclesie a Celestino papa privatur[55]. Henricus imperator de morte episcopi supradicti parentibus eius satisfaciens, motus principum regni, qui adversus eum propter hanc causam insurrexerant, sedat; ea conditione, ut duci Lovaniensi et Ardennensi[56] cum consilio capituli liceret, quem voluerint eligere episcopum in sede Leodicensi. Qui auctoritate imperiali freti, elegerunt Symonem, filium ducis Ardennensis. Philippus rex secundam duxit uxorem Ingelburgem regis Datie

52) Dux Lovaniensis id imperatori imputabat. 53) *Richardus — eximia* iisdem verbis leguntur in Annalibus Aquicinctinis. 54) seu Hochstaden. 55) excepta praepositura in Confluentia. 56) Henrico de Limburg.

filiam, in vigilia assumptionis sancte Marie, Ambianis. In die autem assumptionis eiusdem, die dominica, presente Willelmo archiepiscopo Remensi, Petro Attrebatensi, Iohanne Cameracensi, Theobaldo Ambianensi, Lamberto Morinensi, Stephano Tornacensi et aliis suffraganeis archiepiscopi, et multis Francie principibus astantibus, regio diademate coronata est, in totius civitatis gaudio et conspectu. Octogesimo autem et secundo die post has nuptias, quorundam consilio, apud Compendium rex cum suis archiepiscopis, episcopis et baronibus colloquium habuit. Ibi quidam episcopi et milites consurgentes, consanguinitatem inter primam reginam et secundam iuraverunt. Quo iuramento rex accepto, absque ulla dilatione et consilio dimisit eam. A Kalendis Marcii usque ad lunam Decembris mensis, omnes lunationes in iniciis mensium nimis extitere pluviales, mense Octobri excepto. In nocte festivitatis sancti Martini eclypsis lune fuit. Hee littere translate sunt a partibus transmarinis in Galliam: *Frater Gaufridus, Dei gratia sancte domus hospitalis Iherusalem humilis magister, una cum universo eiusdem domus capitulo, karissimo et dilecto in Domino fratri Willelmo de Vileruns, preceptori ultramarino, salutem et fraternam dilectionem. Quoniam de his, que in terra Iherosolimitanorum aguntur, credimus vos certos rumores desiderare, notum vobis facimus, quod proximo post Septembrem quidam de gente pagana, nobilis genere et armis famosus, nomine Mestoc, vitam suam terminavit. Deinde mortuus est vetus dominus Assyriorum; deinde mortuus est soltanus de Yconio, et eo mortuo, ira et discordia exorta est inter filios suos; deinde in prima septimana Martii, die que dicitur Mercurii, mortuus est persequutor noster Salahadinus; in cuius morte genti sue factus est timor et perturbatio, et inter filios eius exorta est ira et dissensio. Quilibet enim illorum, quorum alter est in Halapia*[54], *alter in Damasco, alter in Babylonia commoratur, se fratri suo subiectum esse fastidit, sed alter ad dominium alterius et terre eius pocius intendit. Unde veraciter cognoscimus, quod a tempore perditionis terre, hereditas Christi sic de levi non potuit recuperari. Terra quam tenet christianitas in treugis, manet fere penitus habitatoribus destituta. Factum anno Domini* 1193. *in exitu Aprilis.*

1194. R. 4. F. 14. A. 5.

Richardus rex Anglorum, post annuam captivitatem, magno et ut ita dicam infinito argenti redemptus precio, ab imperatore Henrico honorifice et cum gratia, pace etiam inter eos firmata, in Angliam remittitur. Qui navibus in portu Andoverpi preparatis, transfretavit; cum favore magno a suis suscipitur, et in regni solio decenter relocatur. Illos qui fideles sibi extiterant, honoribus sublimavit, proditores vero exauctorisavit, quosdam etiam occidit. Inter quos unum, qui dapifer Iohannis fratris eius fuerat, cuius consilio, ut dicebatur, ab eo defecerat et ad regem Francorum transierat, excoriavit. Et quia dies quadragesime instabant, inter ipsum et regem Francorum Philippum treuge usque ad octavas pentecosten componuntur. Balduinus comes Flandrensium et Hainoensium, in ipsis diebus quadragesime exercitum congregans copiosum, contra Henricum ducem Lovanie et quosdam Flandrenses sibi rebelles hostiliter vadit, set parum proficiens pene inefficax rediit; et inducie vix optinentur usque ad medium mensis Augusti. Quidam ab Anglia venientes in Northmanniam, homines regis Francorum iniuriis lacesscentes, pacem terre turbaverunt; ob quam causam rex Francorum turbatus, indutias usque ad octavas pentecosten, iuxta condictum, minime expectavit, sed undecumque collecto grandi exercitu, castellum munitissimum regis Anglie, quod Vernonium[55] vocant, circa ascensionem Domini obsedit. Richardus rex Anglorum hoc audiens, mare transfretavit, et cum multis militibus et viris fortissimis ad obsidionem castelli non imparatus venit. Obsessi et sua multitudine et fortitudine, castelli etiam fortissima munitione confisi, viriliter resistebant, ianuis apertis relictis, in contemptum exercitus regis Francorum. Cum itaque rex Francorum ibi sederet, rex Anglorum milites electos ad civitatem Ebroicensium misit, qui homines regis Francorum, castellum eiusdem civitatis custodientes, per proditionem civium omnes interfecerunt. Nam retroacto anno, cum rex Anglorum detineretur in Alemannia, eamdem civitatem cum quibusdam Northmannie castellis rex Francorum ceperat. Audita igitur Philippus rex hominum suorum nece, ultra quam dici potest, iratus, castelli Vernolii relicta obsidione, cum electis militibus

54) Aleppo. 55) Verneuil.

ad civitatem Ebroicensium venit, et ipsam totam cum templo sancti Taurini et aliis monasteriis funditus subvertit, in sollempnitate Spiritus sancti. Rex autem Francorum preceperat principibus, ut exercitum in obsidione castelli tenerent; sed eo discedente
Sept. nullus potuit eum retinere. Henricus imperator contra Apulienses sibi rebelles exercitum ducit. In civitate Attrebatensi quidam clericus et soror eius, ob reatum homicidii, incendio sunt adiudicati. Accensus est in Balduini monte ignis, astante innumera frequentia populi. Frater et soror ad stipitem ligantur, et ignis in circuitu eorum copiosus accenditur. Mulier cum valido cordis clamore et ineffabili contritione et oris confessione sanctam Mariam Dei genitricem invocans, et idem fratrem facere admonens, illo in flammis mortuo, meritis beatissime Dei genitricis Marie liberatur ab incendio. Mira res; facies eius et loquela non est immutata, capillus eius nec pilus adustus, nec etiam odor incendii remansit in ea. Cum autem inquireretur ab ea salvationis modus, dicebat, speciosissimam dominam secum fuisse, et ab igne extraxisse. Post hec in civitatem ad ecclesiam beate Marie liberatricis sue reducitur; tota pene civitas congregatur, et in presentia domni Petri episcopi et cleri laudes omnium attolluntur, et tam grande miraculum, nostris temporibus inauditum, a prefato reverendo episcopo auctorizatur. Actum hoc anno apud Attrebatum, in sollempnitate Spiritus sancti.

Henricus imperator Apulienses, Siculos et Calabros, per violentiam Tancredi quondam sibi rebelles, partem etiam quamdam Affrice, absque sanguinis effusione sibi victoriose subiugavit. Civitatem Panormitanam, expulsis habitatoribus, pene totam destruxit, eo quod eorum factione imperatrix capta fuerit anno superiore. Optimates etiam illius regionis, qui contra eum coniuraverant et illum interficere disponebant, cepit et incarceravit. Margareta Flandrensium et Hainoensium comitissa moritur, et in templo sancti Donatiani, iuxta Karolum comitem, Brugis sepelitur; cui successit in comitatu Flandrie Balduinus filius eius. Sicque comitatus reversus est ad iustum heredem Balduini Hasnoniensis, anno Domini 1194. qui ab anno 1072. possessus fuerat a successoribus Roberti
56 Callotensis[56] comitis, per annos 100 et 23. Successores fuerunt huius Roberti: Robertus filius eius, Balduinus filius eius, Karolus cognatus eius, Willelmus Northmannus, Theodericus, Philippus filius eius. Hii omnes orti sunt de genere Roberti, qui apud Casletum in bello occidit Arnulfum nepotem suum, filium Balduini Hasnoniensis fratris sui, et sic Flandrensium invasit comitatum.

1195. R. 5. F. 15. A. 6.

Mensis Ianuarius, Februarius et Aprilis nimis fuerunt pluviales. 5 Kal. April. in pago Cameracensi, tempestas cum tonitru horribili cecidit, que unam villam cum templo ita destruxit, ut vix in ea parve remanerent reliquie. Henricus imperator ab Apulia
Mai. victor cum triumpho revertitur, adducens secum uxorem et filium Tancredi et principes, qui contra eum conspirationem fecerant, in custodia; magnam etiam copiam auri et argenti et aliarum etiam rerum secum adduxit. Mense Iulio Sarraceni ab Affrica venientes, super regem Hyspanie, quem Parvum vocant, et eius exercitum irruerunt, et ex eis magnam stragem fecerunt. Rex autem Hispanie in crastino, viribus per Dei gratiam receptis, plus quam viginti milia eorum interfecit; in quo prelio archiepiscopus Sancti Iacobi occubuit. Electio Symonis Leodicensis a Celestino papa cassatur,
57 et Autberti[57] confirmatur. Tamen ad mitigandum eiusdem Symonis dolorem a papa ei quedam cardinalitas confertur. Clerici qui cum eo Rome venerant, omnes fere mortui sunt; ipse etiam intrante mense Augusto ibidem defunctus est. Autbertus autem a Roma cum munere electionis reversus, apud Cisterciuni veniens, aliquantulum infirmus ibi est detentus. Rumor autem falsus perlatus apud Leodium, nunciavit canonicis, illum
58 esse mortuum; qui statim elegerunt quendam illustrem canonicum[58], Philippi de Falconis monte filium. Sic post interfectionem Autberti episcopi, Remis occisi, ecclesia Leodicensis in electione episcopi fluctuavit. Pluvia mensis Augusti metentibus nimis fuit molesta, Septembris vindemiam colligentibus gravis, Octobris seminantibus nimis incommoda. Sexto Idus Octobris ventus vehemens post noctem mediam ab Affrico veniens, domos evertit, turres destruxit, ruina domorum plurimos stravit, quercus annosas et

56) i. e Casletensis. 57) de Cuch, qui electus fuit Namuci, mense Novembri 1194. 58) Ottonem; sed ipse Alberto se subiecit. Cf. Gislcb. p. 265.

arbores fructiferas evulsit, et in multis locis minis dampnosus extitit. Multi de regno Theutonico, Lotharingi, Alemanni, Saxones, hortatu imperatoris Henrici cruces assumunt, episcopi, duces, comites, milites, et de reliquo populo innumera multitudo. April. 17. Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglorum post longam discordiam tandem redeunt ad concordiam Obiit Balduinus marchio Namucensis et comes Hainoensis 16. Kal. Ianuarii[59], et sepelitur apud Castrilocum cum patribus. Succedit ei 59 Balduinus filius eius, comes Flandrie; sed quia in superiora huius cronice parum declaratur, ex qua hii comites Hainoenses oriundi fuerunt stirpe, id breviter declarare legentibus dignum duximus. Originem enim ducunt ex sanguine imperiali Romanorum et Gen c. Fland. regali Francorum. Balduinus Insulanus comes Flandrie, ortus de genere Karoli Calvi imperatoris Romanorum et regis Francorum, duxit uxorem Adelam, filiam Roberti regis Francorum, et genuit ex ea Balduinum Hasnoniensem, comitem Flandrensium et Hainoensium, et Robertum Casletensem, fratrem eius. Balduinus Hasnoniensis duxit uxorem Richeldem, relictam Herimanni comitis Montensis, que erat de sanguine imperiali, et soror sancti Leonis pape noni; et genuit ex ea Arnulfum comitem Flandrensem, quem Robertus patruus eius interfecit in bello Casletensi, et Balduinum Iherosolimitanum, comitem Hainoensem, fratrem eius. Balduinus Iherosolimitanus duxit uxorem Idam, filiam Henrici imperatoris quarti, et genuit ex ea Balduinum; cui abstulit Robertus comes Flandrie Duacum castrum. Hic duxit uxorem Yolendem, filiam Gerardi comitis de Wassemberga, et genuit ex ea Balduinum, qui Valentianenses sibi rebelles optime optinuit, et alia utilia comitatui adauxit. Hic quoque duxit uxorem Ermensendam, sororem Henrici comitis Namucensis; ex qua genuit Balduinum marchionem, cui etiam multociens accesserunt felices successus; qui duxit uxorem Margaretam, sororem Philippi comitis Flandrie, que ei genuit Balduinum comitem Flandrensium et Hainoensium, Philippum quoque et Henricum. Duxit autem Balduinus adhuc vivente patre uxorem Mariam, filiam Henrici comitis Campanensis, quam genuit ex filia Ludovici VIII. Francorum regis.

1196. R. 6. F. 16. A. 7.

Henricus imperator hyeme transacta, iterum ad Siciliam et Apuliam proficiscitur; et Aug. quicquid in regno corrigendum erat, ab eo corriguntur. Preparantur etiam naves et cetera, que Theutonicis, qui superiori anno cruces assumpserant, ad transfretandum erant necessaria. Quibus prefecit archiepiscopum Maguntinum, virum prudentissimum. Philippus, rex Francorum, filiam cuiusdam comitis Alemannici[60] Ingelburgi regine su- 60 perinducit. Pax inter Philippum regem Francorum et Richardum regem Anglorum iterum turbatur; unde Philippus rex, collecto undecumque grandi exercitu, castellum regis Anglorum in Northmannia, quod Albamarla vocatur, obsedit, et post sex ebdomadas cepit et destruxit. Multi, et maxime iuvenes, acuta febre moriuntur; inter quos et Iohannes Cameracensis episcopus, cum ad regem in Northmannia proficisceretur, Ambianis mortuus est. Gravissima panis penuria hoc anno multos afflixit et multos pauperavit. Ab Apennino monte usque ad mare Oceanum, per totam Galliam et Germaniam, fames in tantum prevaluit, ut maximam utriusque sexus multitudinem contigerit interisse. Nam triticum 40 vel 30 solidis venundabatur, quod pro quatuor aut quinque ante hanc pestem dabatur; unde accidit ut multi, qui putabantur sibi sufficientes esse, diro famis gladio perurgente, coacti sunt alio emigrare Sicque factum est, ut excrescentem pauperum multitudinem sine magno gravamine sustentare possent hii, qui respectu Dei inanum misericordie eis porrigebant. Carnes quoque iam fetentium animalium et radices inusitatas herbarum compulsi sunt manducare. Non tantum panis, set etiam cetere res manducabiles, inaudito nobis precio venundabantur. Lupi circa Alpes in itineribus et in villis in unum congregati, absque ullo timore multos devorant. Triticea messis et avene collectio ultra estimationem hominum fuit rarissima.

1197. 7. 17. 8.

Menses Ianuarius, Februarius, Martius quoque et Aprilis, hoc anno fuerunt naturales et hominibus gratissimi. Verumtamen fames, annis superioribus concepta, nullum habuit

59) 12. *Kal. Ianuarii, octava scilicet die ante festum natiuitatis Domini.* Gisleb. 60) ducis Boemiae Moraviaeque, Mariam. MIR.

temperamentum, quia superioris anni annone rara collectio nullum potuit conferre levamentum. Nam usque hodie fame moriuntur milia milium; multi enim hac necessitate constricti, contra consuetum vivendi usum latrones effecti, laqueo sunt suspensi. Set vernalis temporis temperies gratiosa, et seminum ut videtur pulchra processio, fit expectantibus non minima consolatio. Henricus episcopus Belluacensis capitur a militibus Richardi regis Anglorum, et apud Rothomagum gravi custodie mancipatur. Inter Philippum regem Francorum et Balduinum comitem Flandrie pax turbatur, instinctu Richardi regis Anglorum. In mense Iulio Balduinus comes, contracto undecumque exercitu copioso, contra regem Francorum per pagum Tornacensem et Cameracensem vadit, et omnia eiusdem pagi castella cepit, sicque ad civitatem Attrebatensem tendens, eam a parte orientali obsedit; secundo obsessionis die subito inde recessit. Philippus rex Francorum hoc audiens et indigne ferens, congregatis sui regni episcopis, abbatibus, equitum quoque et peditum magna copia, contra Balduinum proficiscitur, et in vigilia assumptionis beate Marie apud Duacum ex insperato venit; set utili nobis accepto consilio, eadem die recessit. Deinde per pagum Letigum[61] transiens, apud Ariam pontem fluminis qui dicitur Lis transiens, in terram comitis, eam vastaturus, intravit; set quibusdam tactus infortuniis, cum comite extra Ipre colloquium habuit, set infecto negotio ad terram suam rediit. Multi qui adventum eius formidaverant, discessum inefficacem riserunt. Inter duos reges inducie per annum iurantur. Vindemia per totam Franciam, in pago scilicet Remensi, Laudunensi, Suessionensi, Noviomensi et Belvacensi, rara fuit et tarda; unde accidit, ut rustici, qui vineas colebant et pecuniam super vinum futurum mutuaverant, non valentes vinum reddere, compulsi sunt fugere. Hen-
Sept. 28. ricus imperator in Apulia moritur. Hic statura personalis non fuit, sed litteratura eius, magnanimitas, iusticia et prudentia pulchritudinem Absolonis superavit. Luget mundus mortem eius, Syria, Sycilia, Apulia, Calabria, Affrica, Italia, Alemannia, Saxonia, Baioaria, Suavia, Frisia, Austria, Lotharingia. Nam de eius morte omnes sunt turbate. Filius eius puer parvulus a Siculis in regem iure paterno suscipitur; porro Philippus, frater Henrici imperatoris, tutor pueri constituitur. Lacrimabilis fortuna accidit in urbe Achra. Nam Henricus comes Campanensis et princeps transmarine christianitatis, cum quadam die apud eamdem urbem in solario cuiusdam domus fenestram aperire voluisset, per eam ad terram corruit, et cervice confracta, proh dolor, exspiravit, 6. anno principatus sui. Cuius mors ineffabilem christianis dolorem, et magnam Saracenis prebuit letitiam. Inter milites christianos, quos Henricus imperator ante obitum suum trans mare miserat, et Turcos sepenumero pugnatur; set certam nostrorum victoriam adhuc minime audivimus.

1198. F. 18. A. 9.

Hyemps mollissima; Ianuarius, Februarius et Marcius tranquilli et gratissimi fuerunt; porro Aprilis et Maius pluviales et frigidi extiterunt. Celestinus III. papa 6. Kal. Ianuar. senex et plenus dierum moritur. Lotharius diaconus cardinalis, genere Romanus, vocatus Innocentius, huius nominis papa tercius, etate iuvenis, 184[us] Romane ecclesie
cf. A. Aquic. presidet. Fulcho, venerabilis presbiter de territorio Parisiensi, auctoritate apostolica per totam Franciam publice predicat[61*]. Cum in sermone suo omnia carperet vicia, tamen omnis vis eius predicationis contra usurarios avaros et cupidos, contra prelatos negligentes et presbiteros incontinentes maxime intonabat. Tota pene patria in melius eius predicatione mutata est. Maximam quoque mulierum publicarum convertit multitudinem. Potens etiam fuit in miraculis faciendis. Nam cecos illuminabat, claudos curabat, surdis auditum reddebat; et quod magis omnibus pro miraculo erat, innumerabilis populi multitudo ad eum audiendum, quasi ad aliquem apostolum, undecumque confluebat. Post mortem Henrici imperatoris optimates regni Theutonici, de rege substituendo diffidentes, Suavi, Baioarii, Alemanni, Apulienses vel Sicilienses, Philippum ducem Suavorum, fratrem Henrici imperatoris, quem supra diximus tutorem pueri con-
Marl. 5. stitutum, elegerunt; Saxones autem et Lotharingi Othonem comitem Pictavensem, filium Henrici ducis Saxonum, in Aquensi palacio in regem sublimaverunt. Hic erat ex sorore Richardi regis Anglorum; cuius consilio et auxilio, et Balduini comitis Flandrie, assen-

61) seu Laeticum, ad flumen Lys, ubi oppida Cassel et Aire. 61*) *Venerabilis Fulco presbiter predicat verbum Dei, et multos languidos sanat.* Ann. Aquic.

tientibus eis archiepiscopo Coloniensi et optimatibus Lotharingis, Aquense palacium obsedit contra Walerannum filium ducis Lemburgensis, qui oppidum Aquense cum valida manu militum Philippo duci Suavorum custodiebat. Qui sexta obsidionis septimana, labore multiplici fatigati, nullum ab eo, cui palacium custodiebant, habentes succursum, Othoni salvo in omnibus honore castrum reddiderunt; quem statim Coloniensis archiepiscopus cum suffraganeis suis, oleo sacro inunctum, in solio regni sedere fecerunt. A diebus enim Karoli Magni sedes regni est Aquisgrani, ubi idem requiescit. Duxit autem Otto rex uxorem filiam Godefridi, comitis Lovaniensis ac ducis Lotharingie. Iul. 12.

Philippus dux et Otto rex de imperio contendentes, fluvium Rhenum, qui Lotharingiam et Saxoniam dividit, transire non potuerunt, Philippus ab oriente in occidentem, Otto vero ab occidente in orientem. Unte titulum Romanorum, R. scilicet, et titulum Iherosolimorum, H. omitto prescribere, quia post mortem Henrici, filii Frederici, Rome nullus imperat, et in partibus transmarinis post obitum Henrici comitis Campanensis christianus nullus regnat. Post mensem Augustum, Balduinus comes Flandrensium et Hainoensium, congregata valida tam militum quam peditum multitudine, in Flandriam pergit, ut castella, que sui erant, ut sibi videbatur, iuris, et rex iniuste tenebat, suo comitatui resociaret. Arienses eius formidantes impetum, pacifice eum recipientes, absque ulla mora se reddiderunt. Deinde exercitum apud Sanctum Audomarum ducens, castrum obsedit. Portas obsessi claudunt, ad regem in Franciam nuncios consensu et consilio eiusdem comitis dirigunt; a quo nullum habentes nec sperantes succursum, castrum comiti reddunt, eumque pacifice et honorifice post sex ebdomadas infra castrum recipiunt. Cum igitur Balduinus comes Sanctum Audomarum obsideret, Richardus rex Anglorum in pago Wilcassino[62], multitudine stipatus militum super Philippum regem Francorum irruit. Rex Francorum contra veniens, armis mutatis, prope Gisortium in flumen cecidit; qui inde vix extractus, nobilioribus eius militibus captis, cum magno labore evasit. Qui statim exercitum copiosum congregans, terram Northmannie, sue vicinam terre, incendio et rapinis totam vastavit. In cuius hoste multo precio vendebatur annona tam pecorum quam hominum. 62

1199. F. 19. A. 10.

Diebus nativitatis dominice transactis, venit in Galliam Petrus cardinalis diaconus Sancte Marie de via lata, ab Innocentio papa transmissus legatus, litteras Philippo Francorum regi deferens, in quibus preceptum continebatur apostolicum, ut Ingelburgem venerabilem reginam, falso consanguinitatis iuramento disiunctam, legitime sibi resociaret. Quod si adquiescere nollet, anathematis vinculo subiaceret.

In marchis utriusque regni concilium agitatur; utrique reges Francorum et Anglorum conveniunt cum multitudine episcoporum, abbatum, comitum, priorum, prepositorum et utriusque ordinis infinita multitudine hominum; de pace inter reges et comitem Flandrie facienda multum laboratur, set ad effectum minime perducitur. Set tamen inducie, in quinquennium tenende, verbo tenus obtinentur, que vix usque in pascha tenentur. In diebus quadragesime in pago Lemovicensi thesaurus inventus est, quem sibi vendicat Lemovicensis comes. Richardus rex Anglorum, summus ipsius terre princeps, thesaurum a comite repetit, set minime obtinuit. Inde rex stomachatus, cum armata multitudine castellum eiusdem comitis et ipse armatus obsedit; ubi ictu baliste quendam percutere idem rex cupiens, ab eodem eadem balista in scapula percussus, post dies 7 obiit, et apud Fontem Ebraldi cum patre suo sepulturam accepit. Cui successit in regno Iohannes frater eius; qui guerram, quam frater eius Richardus contra regem Francorum viriliter et potenter exercuerat, segniter persequtus, ad ultimum cum rege pacem faciens, episcopum Belvacensem et alios captivos solvit, et regi Francorum remisit. Petrus de Corboilo consecratur Cameracensis episcopus. Messis et vindemia mediocriter abundat. Petrus cardinalis per menses decem in Francia commanens, negotium de divortio regine sibi iniunctum tepide exequitur.

Balduinus comes terram regis Francorum, in pago Adartensi vel Tervanensi et Arida Gamantia, vastat rapinis et incendiis. Philippus comes Namucensis, frater eius, cum aliis quibusdam militibus capitur, qui vincti ferro regi in Franciam diriguntur. Maria Flandrie comitissa pro pace inter regem et comitem componenda Parisius vadit; quam

62) Ie Vexin, inter Indellam, Isaram et Sequanam.

rex honorifice suscipiens, laetam et de pace securam cum quibusdam captivis in pignus pacis ad propria remisit. In diebus adventus dominici Petrus cardinalis apud Divionem Burgundie castrum cum personis ecclesiasticis tenuit concilium. Omnis ab eis ibi facta constitutio non indiget penna vel pergameno.

1200. F. 20. A. 1.

Philippus rex Francorum et Balduinus comes Flandrensium in ipsis diebus nativitatis dominice ad colloquium apud Perronam convenerunt; ubi per Marie comitisse industriam firmam inter se iuraverunt pacem, que pax et Francie et Flandrie magna fuit causa leticie. Petrus cardinalis pertransiens Burgundiam, transcendit Apenninum montem. Sententiam, quam in Franciam ex domni pape precepto dare debuerat, ibi dedit, et regem cum omni terra sua inaudita severitate interdixit. Interdicti sententiam quidam episcopi ferventissime observaverunt, Parisiensis, Silvanectensis, Suessionensis, Ambianensis, Atrebatensis, et alii quorum non habemus noticiam. Hos papa Innocentius miris per epistolas illis missas effert laudibus, contemptores autem verbis terret minacibus. Philippus rex Francorum et Iohannes rex Anglorum, Balduinus quoque comes Flandrie, et multi alii utriusque regni principes, in marchis Francie et Northmannie ad mutuum conveniunt colloquium. Ibi Ludovicus puer, filius regis Francorum, uxorem accepit filiam regis Hispaniarum, que erat filia sororis Iohannis regis Anglorum. Ibi pax firma firmata est inter reges et principes. Nam Iohannes rex Anglorum guerpivit[63] castella Wilcassini pagi, Gisortium scilicet et alia, unde tota guerra iam per multos annos inter utriusque regni reges fuerat exagitata. Octavianus episcopus Hostiensis ab Innocentio papa mittitur in Franciam legatus; quem rex Francorum honorifice suscepit, et Ingelburgem reginam per preceptum domni pape verbo tenus sibi resociavit, superinductam abiuravit, et sic terram regis Francorum ab interdicto absolvit.

63) i. e. deseruit.

1201. 21. 2.

Hyemps[a] nec mollis nec nimis aspera, set inter utrumque fuit temperata. Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis et Maius gratiosi fuere et naturales. Mediante mense Martio, Octavianus cardinalis, archiepiscopi, episcopi, cum Philippo rege Francorum, in urbe Suessonica, cum innumera cleri et populi multitudine conveniunt, ut de regis et regine divortio certum et iustum iuxta Innocentii pape preceptum agitarent iudicium. Set quia Iohannes cardinalis Sancti Pauli, monachus nostri ordinis, nondum advenerat, cui hec causa ab apostolico principaliter commissa fuerat, colloquium protelatur usque ad adventum eius. Qui adveniens mense Maio, cum magno in predicta Suessionensi urbe a rege, archiepiscopis et episcopis, in ecclesia sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, excipitur gaudio; cui oblata sunt munera a rege, set ille iustus manus suas excussit ab eius munere. Ad colloquium conveniunt. Rex vallatus et armatus multitudine advocatorum, qui causam suam pro suo velle perorarent, accessit; regina vero sola, proh dolor, nullum preter Deum habens advocatum venit. Cumque in tanta multitudine nullus esset, qui pro ea, metu regis, litigaret, quidam ignotus pauper clericus e medio surgens, licentia regis et cardinalium, causam regine ita litteratissime dilucidavit, ut ipsi regi et cardinalibus omnibusque episcopis fieret admirationi. Qui post nec ante in eadem civitate a nullo dicitur visus fuisse. Rex vero non expectato secundum decreta sanctorum patrum ecclesiastico iudicio, recessit a colloquio. Cardinales etiam et episcopi reversi sunt ad propria, causa nondum terminata[b].

A. Aquic. Obiit domnus Symon, noster abbas 9us, cui successit domnus Adam decimus.

1203. Monachi primo intraverunt in magnam ecclesiam, dominica in palmis.

1204. Domnus Adam, noster 10us abbas, obiit; cui successit domnus Willelmus 11us, postmodum abbas Sancti Amandi; et Romam profectus et inde rediens, factus est monachus Clarevallensis. Ipso autem facto abbate Sancti Amandi, domnus Symon abbas 12us ei succesit; qui in tempore suo multas veteres officinas prostravit, et novas edificationes multas construxit, et etiam sedes in choro sumptuosas et laudabiles et honestas. Edificavit etiam capellam in honore beate Virginis, que honestate sua et pulchritudine intuentium oculos potest morosius detinere. Inceptam etiam ecclesiam ab avunculo suo

a) *Hunc annum eadem manus post addidit, atramento paululum alio. Eadem ex nostro descripta leguntur in codice Duacensi n.* 840. *et inde in Ambianensi n.* 386. b) *Hic desinit manus. Sequentia scripsit sec.* XIII. *in. alius quidam omnia uno tractu, nec habitu nec atramento unquam mutato; et verba quidem* obiit — decimus *in rasura. Ex his ea, quae litteris minoribus expressimus, ad verbum descripsit ex annalibus Aquicinctinis, ubi eadem multis manibus coaevis exarata leguntur.*

Symone, nono abbate, multo labore et expensis non modicis feliciter consummavit, sicut adhuc potest evidentius apparere, et eandem ecclesiam duobus campanilibus cum undecim campanis studiosius insignivit. Insuper multos redditus acquisivit. Hoc etiam anno Constan- A. Aquic.
tinopolis civitas capta est a comite Balduino, domino Flandrensi et Hainoensi; in qua civitate per Dei gratiam electus et consecratus est imperator et augustus Romanorum.

1208. Hoc anno Willelmus noster abbas 11us, abbas Sancti Amandi efficitur; cui successit domnus Symon abbas 12us, de quo supra diximus.

1212. Fernandus de Portugalli accepit Iohannam, comitissam Flandrensem et Hainoiensem.

1213. Hoc anno cepit edificare domnus Symon abbas 12us claustrum. Grande bellum fuit inter Philippum regem Francorum et suos ex una parte, et Fernandum et Flandrenses et Othonem imperatorem Alemannie ex alia, apud pontem Bovinarum; sed Franci victoriam habuerunt. Qua visa, Otho 1214. Jul. 27.
cum quibusdam de suis recessit; Fernandus autem et Rainaldus comes Bolonie, qui cum eo erat, et Wilekinus comes Hollandie, capti fuerunt in ipso prelio. Sed postmodum Fernandus per illustram[a] uxorem suam Iohannam, comitissam Flandrie, a captione regis Francorum precio non modico est redemptus. Comes vero Bolonie in quodam castro sito in Sequana, quod dicitur Goulet, sub Vernone[b], expiravit[63*]. 63*

1216. Ludovicus, primogenitus Philippi regis Francie, Angliam intravit, quedam castella cepit; sed anno sequenti per preceptum domni pape Honorii rediit in Franciam.

1218. Monachi Aquicinctenses intraverunt novum chorum, presente venerabili episcopo Ambianensi Everardo, in vigilia natalis Domini.

1219. Honorius papa III. concessit domno Symoni abbati Aquicinctensi duodecimo et successoribus eius usum mitre et anuli, cum quibusdam privilegiis et indulgentiis.

1222. Hoc anno iacta sunt fundamenta ecclesie beate Marie 14. Kal. Maii, feria 2.

1223. Philippus inclitus rex Francie obiit; cui successit primogenitus eius Ludovicus.

1224. Hoc anno in quadragesima venit quidam ignotus, et tamquam heremita habitavit in foresta de Glauchon iuxta Mortaigne[64]; et tamdem revelavit quibusdam, quod 64
ipse erat Balduinus, comes Flandrie et Hainoie et imperator Constantinopolitanus. Quo audito, quidam nobiles crediderunt verbis ipsius, duxerunt eum Valenchenas cum honore, et eum ibi ornatum, sicut decebat imperatorem et comitem, duxerunt per Flandriam; et multi Flandrenses fecerunt ei homagium sicut comiti, et tandem intravit Insulam cum maximo comitatu et apparatu. Ludovicus autem rex Francie, fama eius audita, diem ei apud Peronam assignavit, ut cognosceret eum, qui dicebat se esse avunculum regis predicti, et ut faceret ei debitum homagium de comitatu Flandrensi, si esset comes Flandrie, veniendo et redeundo secure. Tandem veniens per horam, et audacter apparens coram rege Ludovico et consilio eius, in palacio ipsius regis, multis interrogantibus, examinatus est, sed certitudinem nullam respondit. Unde pluribus argumentis est convictus, quod dolose ageret et per omnia mentiretur, et ita recessit cum pudore; et predictus rex districte preceperat eidem, quod de terra sua recederet indilate. Eodem autem die, quo licentiatus est a rege, tam de die quam nocte Valencenas venit[c], unde furtim et latenter affugavit. Quo audito, Iohanna comitissa Flandrensis caute fecit queri eundem; qui tandem repertus est, et ad dictam comitissam adductus apud Insulam; ubi de consilio baronum suorum iudicatus est et dampnatus, quod cum equis traheretur extra villam, et suspenderetur; et ita vitam infeliciter consummavit.

1226[c*]. Ludovicus rex profectus est adversus Albigenses cum multis nobilibus, tam episcopis quam principibus, videlicet archiepiscopo Remensi Guillelmo de Iovis villa[65], 65
. . . . . [d] et Garino Silvanectensi episcopo[e], Philippo Boloniensi, Guidone Sancti Pauli comitibus, et multis aliis tam clericis quam laicis; qui Avinionem obsederunt et ceperunt. Sed in obsidione comes Guido Sancti Pauli quadam petra mangonelli percussus est et interfectus. Rex vero Ludovicus et multi alii tam clerici[f] [quam laici in regione illa veneno perierunt; et corpus regis latenter et caute ad ecclesiam beati Dionisii in Francia est delatum, et honore regio tumulatum.

a) *ita cod.* b) sub unone *cod.* c) *deest cod.* c*) MCCXXV. *cod.* d) *hic nomen aliquod episcopi erasum.* e) *ita correctum in cod. ex* episcopis. f) *Hic desinit ultimus codicis quaternio, qui ab initio quatuor tantum fuit foliorum; unde quae iam perdita sunt, non ita multa fuisse apparet. Supplevimus ea ex Annalibus Aquicinctinis et ex continuatione Bergensi, statim subiicienda, quae ad verbum ex nostro codice excepta, Annales ipsos non adhibuit; unde quae in illa continuatione itemque in Annalibus leguntur, eadem et in B5. fuisse oportet. Sunt autem ea, quae supra uncinis inclusimus.*

63*) a. 1227. Plerique Perronae captum mortuumque dicunt. 64) in regione Tornacensi. 65) Joinville.

Ann. Aq. 1227. Dedicata est ecclesia beate Marie apud Aquicinctum a venerabili patre Pontio Atrebatensi episcopo.

ib. 1234. Idibus Aprilis obiit pie memorie domnus Simon, abbas noster 12us, vir valde religiosus, honestus et providus, qui ecclesiam Aquicinctensem 25 annis strenuissime rexit. Cui successit domnus Wilhelmus 13us abbas, a predicto venerabili patre susceptus in monachum.

ib. 1237. Iohanna comitissa Flandrie accepit maritum Thomam fratrem comitis Sabaudie.]

CONTINUATIO BERGENSIS.

In codice B5* *iam deperdito, ex* B5. *descripto, continuationi illi annorum* 1201—1237. *supra editae notas historicas in margine et intra lineas interspersit monachus S. Winnoci Bergensis, nonnunquam sibi ipsi visa narrans, ut a.* 1220. *Haec statim postquam scripta sunt, Willelmus abbas Andrensis in chronicon* 1 *monasterii sui*[1] *recepit ad litteram, exceptis tantum iis quae sub textu indicavimus. Ex Willelmo iterum transsumpsit Iperius. Saeculo XVI. monachus S. Petri Gandensis,* B5**, *codicem Bergensem descripsit inde ab a.* 1149*; sed tanta cum ignorantia additiones Bergenses, Aquicinensibus procul dubio uti spatium permiserat intersertas, cum his in unum coniunxit, ut summa inde temporum confusio oriretur. Quam nos intactam relinquentes, in margine ubivis rectos annos ex chronico Andrensi indicavimus. Idem* B5** *nostro sine ulla distinctione adiunxit, quasi unum esset, opus plane diversum annorum* 1222—1288. *conflatum ex annalibus Blandiniensibus ad verbum descriptis, e Balduino Ninovensi et e Martino Polono, quibus perpauca tantum aliunde petita inseruntur; non digna compilatio, quae edatur.*

1202. Obiit pie memorie Wilhelmus Remensis archiepiscopus.

1201. Anno Domini 1202. Domnus Adam — Romanorum[2].

1208 1203. Anno Domini 1203. hoc anno Wilhelmus — supra diximus. Maria uxor predicti Balduini comitis, neptis Philippi illustris regis Francie, virum suum insecuta, multa gravia perpessa maris pericula, tandem Accaron applicuit, ibique longa egritudine macerata spiritum exa-

1203. lavit. Iohannes rex Anglie, Normannia et Aquitania cum universis appenditiis reli-

1204. ctis, tamquam ad asilum confugiens, mari velociter transito, in Angliam venit. Balvotini domum domne Mathildis Portugalensis regine, Flandrensis comitisse, apud Furnis succenderunt et in cinerem redigerunt. Que propter dedecus sibi illatum irata, congregato multo exercitu, illos factores quesivit, et apud villam Houthem in loco qui Holin dicitur eos invenit et obsedit.

1212. Anno Domini 1204. Fernandus de Portugalli accepit uxorem Iohannam comitissam Flandrensem et Hainoen-

1205. sem. Balduinus imperator Constantinopolitanus a Iohanne cognomento Blake in con-

1205. flictu inter se commisso captus fuit, nulli postea de suis comparens. Obiit Balduinus comes Gisnensis 4. Nonas Ianuarii, et apud Andrenes sepelitur. Obsessa est villa Bergensis a Blavotingis, contra quos pauci Isengrinorum egressi, ilico in fugam versi sunt, et unus Blavotingorum, Gerardus Fal nomine, videns socios suos ante se currentes, putans esse illos inimicos fugientes, septem occidit ex ipsis. Postea Isengrini, resumptis viribus et audacia, collectis septem viris in unum, quorum dux fuit quidam miles nomine Christianus de Prato, omnes Blavotingos, quorum numerus fuit circiter sex milia virorum, fugaverunt[a].

a) Obsessa — fugaverunt *non habet Chron. Andrense.*

1) *quod e chronicis S. Bertini et vicinarum ecclesiarum in unum summum collegimus*, ut ipse ait, in Dachery Spicil. II. 2) Quae ex Aquicinensi ad verbum descripsit noster, eorum prima tantum ultimaque verba hic posuimus, litteris minoribus expressa, quum integra iam in p. 436. 437. legantur.

Anno Domini 1205. edificare cepit domnus Simon abbas duodecimus claustrum. Lambertus Morinen- 1213.
sis episcopus moritur, cui successit Iohannes archidiaconus nepos ipsius. Propter 1207.
ecclesiam Cantuariensem tota Anglia sub interdicto posita est, nullis celebrantibus divina 1209.
preter Cistercienses. In provincia Sancti Egidii heresis Albigensium detecta est, 1208.
cuius professores virum venerabilem Petrum, apostolice sedis legatum, ob confessionem
Iesu Christi nequiter peremerunt. Philippus cognomento Suavus[a*] iam factus rex Ale- 1208.
mannie, ad imperium Romanorum aspirans, a quodam suo gladio percussus interiit. Phi- 1209.
lippus rex Francie ad petitionem Reinaldi comitis Bolonie terram Arnoldi comitis Gisnen-
sis intravit, et diruto castello quod dicebatur Bonham, positisque custodibus in aliis castel-
lis ipsius comitis, in Franciam rediit. Grande bellum — Goulet sub Vernone expiravit. 1213.

Anno Domini 1206. Ludovicus — Franciam. Renaldus comes Bolonie a domino suo Phi- 1213. 1211.
lippo rege Francorum de terra sua fugatur. Rex Maroch de Africa in partes Hispa- 1212.
nie navigio veniens, cum christianos expugnare decrevisset, mox quasi securus de victo-
ria, naves omnes quas adduxerat fecit confringi. Maxima pars Francie cruce Christi 1212.
signata in pectore, et innumera multitudo Flandrie et Alemannie, ad Albigenses incredu-
los exterminandos ad provinciam Sancti Egidii properaverunt. Sequenti hieme Fer- 1212.
randus filius regis Portugalensis uxorem duxit Iohannam, filiam domni Balduini imperatoris Constantinopolis, Flandrie et Hanonie comitis.

Anno Domini 1207. monachi — Domini. Philippus rex Francorum collecto exercitu et 1218. 1213.
navigio magno, cum multi eum in Angliam transfretare putarent, ipse, mutato ut videbatur proposito, totum exercitum suum in Flandriam duxit, et acceptis obsidibus a melioribus castris, scilicet Ypra, Gandavo et Brugis, in Franciam rediit. Post cuius recessum comes Flandrie Fernandus castra sua recepit. Postea domnus Ludovicus primogenitus regis Francie villam supra mare, que dicitur Novus portus, et quasdam alias, scilicet Baliolum et Stenfort, pro magna parte combussit et devastavit, ubi capti fuerunt innumerabiles utriusque sexus homines. Deinde paucis evolutis diebus, comes Flandrie civitatem Tornacensem cepit. Honorius — indulgentiis. In territorio Sancti Pauli mense Augusto 1219.
tanta inundatio pluvie facta est, ut murum ipsius castri pro magna parte everteret, aliis
villis cum domibus universis submersis[a]. Iohannes rex Anglie cum magno exer- 1211.
citu Pictavum venit, et confederatione facta cum Pictavensibus castrisque redditis, domnus rex Francie nimium exacerbatus, domnum Ludovicum primogenitum et marescalcum ibidem cum multis militibus ad resistendum ei transmisit. Stipendiarios suos domnus rex Francie de castris Flandrie revocavit. Post hec paucis interpositis diebus, Fernandus comes Flandrie cum magno exercitu terram Arnoldi comitis Gisnensis ingressus est.

Anno Domini 1210. iacta sunt fundamenta ecclesie beate Marie 14. Kalendas Maii feria 2. Fredericus rex 1222. 1215.
Apulie Aquisgrani coronatus est in regem, et ibidem cruce signatus, et multi episcopi, duces et comites cum eo.

Anno Domini 1215. celebrata est sancta universalis sinodus Rome in ecclesia Sal- 1215.
vatoris, que Constantiniana vocatur, mense Novembri indictione 3. presente domno Innocentio papa, anno pontificatus eius 18. Interfuerunt etiam episcopi 412, inter quos extiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Hierosolimitanus. Anthiochenus vero gravi languore detentus venire non potuit, sed misit pro se vicarium Anteradensem episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, mittens diaconum germanum suum[b].

Anno Domini 1212. Philippus inclitus obiit; cui successit primogenitus eius Ludovicus. Domnus Ludo- 1223. 1216.
vicus domni regis Francie primogenitus, secundum quod baronibus Anglie promiserat, cum magno exercitu mare transiens, apud Stenhore in Anglia applicuit. Innocentius pontificatus sui anno 18. tertio die mensis[c], scilicet 17. Kalend. Augusti, mortuus est 1216.
et Pernsii sepultus; cui successit Honorius tertius, prius dictus Sinchius[d]. Henricus 1216
imperator Constantinopolitanus, avunculus Ludovici primogeniti regis Francie, ab uxore propria intoxicatus, mortis debitum solvit. Iohannes rex Anglie, dictus sine terra, 1216.
ultimum spiritum exalavit; cui successit Henricus filius eius.

Anno Domini 1213. in quadragesima — consummavit. 1221.

Anno Domini 1214. Ludovicus — tumulatum. 1225.

a*) Suavis B5**. a) In terr. — submersis *non habet Chron. Andr.* b) d. g. s. *desunt* B5**; *addidimus e Chronico Andr.* c) *ita cod.; locus corruptus.* d) Cincius *Chron. Andr., quod haec exhibet paulo breviora.*

1227. Anno Domini 1215. dedicata — episcopo. Petrus comes Autisiodorensis a domno Honorio
1216. papa apud Sanctum Laurentium extra muros in imperatorem Constantinopolitanum consecratus est; qui Constantinopolim properat, et a quodam homine suo, qui eum ad videndum quamdam turrim duxerat, in ea per proditionem captus est. Imperatrix autem uxor
1218. sua evasit, multis interfectis de suis. Ottho brevi tempore imperator apud Bruns-
1217. wich moritur et sepelitur. Pridie Nonas Martii obiit Mathildis regina Portugalie, quam Philippus comes Flandrie duxerat in uxorem. Obiit Pontius episcopus Atre-
1218. batensis[a]. Apud Albigenses comes Montis fortis Simon propria morte interiit; cui successit Albericus filius eius, vir inclytus et in fide Christi catholicus.

1234. Anno Domini 1217. Idibus Aprilis — monachum. Multitudo innumera cruce signatorum tam
1218. per mare quam per terram[b] Hierosolimam properat; cum quibus Austrasie dux, vir per omnia catholicus, castrum Damiate super fluvium Nili situm obsedit, quod dicebatur clavis
1218. Egypti et terre Hierosolimitane. Domnus Albericus Remensis archiepiscopus, de terra Hierosolimorum rediens, apud Papiam obiit; cui successit Lingonensis episco-
1218. pus. Bone memorie domnus Gosvinus Tornacensis episcopus obiit[c]. Ludovicus
1219. domni regis Francie primogenitus cum magno exercitu ad Albigenses iter arripuit cum
1220. innumera multitudine. Capta est Damiata civitas supra Nilum, diu a christianis obsessa.

Anno Domini 1218. Ludovicus rex Francorum accepit uxorem filiam comitis Provin-
1220. cie[d]. Eodem tempore inceptum est templum sancti Egidii apud villam. Gloriosi martiris Christi Thome Cantuariensis archiepiscopi gloriosi corporis facta est elevatio a domno Stephano Cantuariensi et domno Wilhelmo Remensi archiepiscopis, astante Henrico rege Anglorum, adhuc puero[e], et presentibus episcopis et abbatibus quam plurimis, clericorum quoque
1220. et militum et aliorum innumera multitudine. Fredericus, cognominatus puer Apulie, Rome apud Sanctum Petrum a domno papa Honorio in imperatorem est consecratus
1220. Romanorum. Obiit Radulphus bone memorie Atrebatensis episcopus, cui successit
1220. Pontius archidiaconus Atrebatensis. Arnoldus comes Gisnensis quod morti debuit exsolvit.

Anno Domini 1222. in crastino sancti Laurentii hora vespertina cenante conventu, turbatus est aer apud nos, et tenebrarum densitas visa et ventorum impetus et fragor tonitruum maximum nobis intulerunt terrorem. Et tanta fuit aeris corruptio, ut ex ipsa corruptione corrupte sint aque nostre et pisces mortui, arbores et nemora quasi igne consumpta, et vulocres interfecte, vinea nostra violentia grandinis et grossorum lapidum prope terram amputata, fenestre vitree monasterii irruentibus ventis confracte, quedam etiam longe a monasterio asportate. Tantus etiam fetor erat, quod oportebat nos nares
1221. nostras propter fetoris intollerantiam obserare[f]. Civitatem Damiate aliquanto tempore a christianis possessam Saraceni recuperaverunt. De[g] mandato summi pontificis Gregorii noni venit magister Robertus de ordine predicatorum in regno Francie et in comitatu Flandrie, et multos utriusque sexus examinavit de fide, multos infideles consumpsit flammis ultricibus, multos perpetuo carceri mancipavit[g]. Facta est gloriosa translatio Oswaldi regis martyris et Yduberge[h] virginis et matris, Pippini regis quondam filie, a domno Adam Morinensi episcopo, supra montem qui dicitur Groneberch. Quorum gloriose reliquie in feretro auro et argento decenter fabricato pariter sunt recondite; ad quorum gloriosam translationem interfuerunt multe venerabiles et gloriose persone: predictus venerabilis episcopus Adam, abbas Iohannes de Sancto Bertino, Wilhelmus abbas de Capella, Wilhelmus de Andria, Rogerus abbas Sancti Iohannis, Iohannes abbas de Alciaco, Wilhelmus prepositus Watinensis, Iohannes prepositus Formiselensis, Egidius prepositus de Lo, Iohannes prepositus de Eversham et alii quam plures abbates et prepositi, ecclesiastici ordinis plurima multitudo, et nobilis mulier Iohanna Flandrie et Hannonie comitissa cum comitatu plurimo spectabilium personarum, et communis populi numerus infinitus. Hec translatio facta est tempore domni Ingelmari abbatis Bergensis.

Anno Domini 1211. Iohannes filius Petri comitis Britannie, frater comitis Roberti, accepit uxorem filiam comitis Campanie. Unde rex Francie adversus comitem Campanie

a) O. P. e. A. *non habet Chron. Andr.* b) mare B5**. c) Bone — obiit *non habet Chron. Andr.* d) Lud. — Provincie *non habet Chron. Andr.* e) *deest* B5**., *supplevimus ex Andrensi.* f) Anno — obserare *non habet Chron. Andr.* g) *Haec in* B5**. *post* persone *demum leguntur, scribae errore.* h) ydaberge B5**.

saisivit duo castra ipsius comitis, Monsterolum in Fordione scilicet et Braum super Secanam[a]. Eodem vero anno emanaverunt nova instituta a domno papa Gregorio de correctione nigri ordinis. 1232. Domnus Petrus de Corbuel, Senonensis archiepiscopus, litterarum scientia non mediocriter imbutus, huic seculo valedixit; cui successit magister Walterus cognomine Cornutus. 1222. Siwertus castellanus Bergensis, bone indolis iuvenis et moribus maturus, cum loricam et scutum et omnia arma sua paraverat, et deberet in militem promoveri, ne malicia mutaret intellectum ipsius, obiit 6. Nonas Maii. Robertus frater Ludovici regis factus est comes Atrebatensis et dominus de Lens et de Hisdino et de Sancto Audomaro; accepit uxorem filiam ducis Brabancie. Hoc anno Henricus rex Anglorum accepit uxorem comitis Provincie, sororem regine Francorum. Obiit Godefridus Cameracensis episcopus, et successit ei magister Givardus de Lauduno, Parisiensis cancellarius. Eodem anno Balduinus imperator iuvenis Constantinopolitanus venit in Franciam, et in Flandriam, et reddita fuit ei terra, que ipsum iure hereditario contingebat[b]. 1237. Iohanna comitissa Flandrie accepit maritum Thomam, fratrem comitis Sabaudie. 1237. Philippus rex Francie, vir catholicus, domitor inimicorum indomitus, non sine magno gemitu matris ecclesie ultimum spiritum exalavit, et ad cenobium beati Dionisii Ariopagite delatus, ibidem cum honore debito est sepultus. 1223.

AUCTARIUM HASNONIENSE.

Monachus Hasnoniensis, Sigebertum ex codice B. *describens, huius additiones recepit a.* 651. 690. 773. 1076. 1079. 1086. 1090. 1092. 1093. 1095. 1100. 1105; *Affligemenses a.* 1119. 1120. 1126. 1128. 1134. 1136. 1140. *Gemblacenses a.* 1142. 1146. *Annales porro Blandinienses exscripsit a.* 859. 861—865. 869. 870. 878—882. 885. 887. 889. 891—893. 896. 898. 912. 913. 918. 922. 928. 931—933. 938. 941. 944. 945. 949. 951. 953. 959. 960. 962. 964. 973. 975. 979. 981. 989. 994. 995. 1002. 1009. 1013. 1014. 1020. 1023. 1030. 1032. 1035. 1036. 1038. 1041. 1044. 1045. 1048. 1057. 1058. 1061. 1063. 1067—1069. 1098. 1100. 1105—1111. 1114. 1118. 1133. 1137. 1145. 1159. 1161. 1165. *Praeterea habet tantum sequentia, quae damus ex* B4*. 4**.

610. Prima fundatio ecclesie Marchianensis a beato Amando et primo abbate[c] Sancti Petri Gandensis.

670. Fundatum est Hasnonense cenobium a Iohanne viro illustri eiusque sorore Eulalia eque illustri, anno humanati verbi 670, presidente apostolice sedi Adeodato papa; Theoderici vero regis, filii Clodovei regis et Baltildis regine, anno 4. Cumque architector extremam operi manum dedisset, evocato venerando Cameracensis ecclesie antistite Vindiciano, Deo sanctisque apostolis Petro et Paulo idem[d] locus attitulatur 3. Kal. Maii. Tunc sancta Syon sponso suo iuncta, filios sancte dilectionis peperit, per quos odorem virtutum late respersit, ita ut exultans dicere posset: *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* ex Tomello.

1069. Restauratio Hasnoniensis cenobii a Balduino sexto marchiso Flandrensium simul et Haionensium comite: qui canonicis secularibus inde submotis, monasticis sanctionibus eundem locum insignivit et amplioribus reditibus locupletavit, presidente apostolice sedi Alexandro papa. Cumque extremam operi manum dedisset, evocatis venerandis episcopis, Deo sanctisque apostolis Petro et Paulo idem locus attitulatur 3. Non. Iunii. Dedicatio Hasnoniensis ecclesie in honore apostolorum Petri et Pauli, que consecrata est a tribus episcopis, videlicet Lietberto Cameracensi episcopo et Rabodone Noviomensi et Rainero Aurelianensi, anno dominice incarnationis 1070. indictione 8. epacta 6. concurrente 4. ciclo 4. presidente apostolice sedi papa Alexandro, qui primitus fuit episcopus in Luca, et regnante Philippo rege Francorum, filio Henrici, et regnante Balduino Flandrensium et Hainoensium comite et reparatore huius loci. Sancti qui affuerunt: sanctus Marcellus papa de Altomonte[1], sanctus Audomarus Tarwanensium, sanctus Piatus martir de Sicliniо[2], sanctus Gislenus Cellensis cenobii, sanctus Salvius martir de Valentianis, sanctus Vincentius Somniacensis[3] sancti Innocentes de Condato, sanctus Bertinus abbas, sanctus Amatus de Duaco, sanctus Winnocus abbas, sanctus Donatianus de Brugis, sanctus Wandregisilus abbas, sanctus Vedastus de Attrebato, sanctus Bavo, sanctus Everardus, sanctus Amandus de Elnone, sanctus Eubertus de Insula, sanctus Landelinus, sanctus Hugo, sanctus Aycadrus, sancta ib. 1 3

a) De mandato summi — Secanam *non habet Chron. Andr.* b) Siwertus — contingebat *non habet Chron. Andr.* c) *deest* B4*. *ubi huius anni omnia a rubricatore addita sunt in margine.* d) idest B4*.

1) Hautmont, dioec. Camerac. 2) Seclin, prope Lille. 3) Soignies, in Hannonia.

Rictrudis, sancta Eusebia, sancta Aldegundis, sancta Ragenfredis, sancta Regina, sancta Waldetrudis. Nomina abbatum qui interfuerunt: Rollandus primus abbas huius loci, Lambertus, Adelardus, Guedericus, Ursio, Gualterus, Gualdricus, Remigius, Rainerus, Rainardus, Folcardus, Sigerus, Heribertus, Ermengerus, Walbertus. Nomina abbatissarum: Fredesendis[a], Gerberga.

1070. Anno incarnati verbi 1070. 16. Kal. Aug. obiit Balduinus marchisus sextus Flandrensium et Haionensium comes, qui dedit arma Philippo regi Francorum, filius Balduini similiter principis Flandrensium ante ipsum, procuratoris eiusdem regis Philippi, in anno tercio regni sui post[b] excessum patris.

1149. Anno dominice incarnationis 1149. indictione 12. epacta 9. concurrente vero cyclo decennovennali 10, clavi[3] 18. luna octavadecima, 4. Kal. Iulii, presidente papa Eugenio, regnante rege Ludovico, dedicatio Hasnoniensis ecclesie facta est sollempniter in die dominica in octavis pentecostes, tota die et tota nocte aere purissimo, qui fere per 15 dies valde pluviosus extiterat, a domno Sansone Remensis ecclesie venerabili episcopo et suffraganeis eius viris nominatissimis, Goisleno Suessorum episcopo, Nicholao Cameracensium, Milone Morinorum, Geraldo Tornacensium episcopis, in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Factum est hoc tempore domni Fulconis, octavi abbatis eiusdem loci. Consecratum est etiam in eadem die altare dominice crucis in media basilica a domno Goisleno Suessionensi episcopo, et altare in honore beati Andree apostoli in oratorio sancte Marie Magdalene feliciter amen. Interfuit comes Montanus Balduinus quartus cum suis baronibus. Affuerunt etiam multi alii honesti viri: Boso Remensis urbis archidiaconus, Hugo et Lucas Attrebatenses, Iohannes et Alardus archidiaconi Cameracensium, Milo Morinorum archidiaconus; et abbates quam plurimi, Sancti Theoderici[4], Sancti Medardi Humolariensis[5], Sancti Vincentii[6], montis Sancti Martini[7], Sancti Sepulchri, Sancti Autberti, Sancti Andree, Sancti Humberti[8], Sancti Amandi, Sancte Rictrudis, Sancti Martini Tornacensis, Sancti Landelini, de Casa Dei que dicitur de Claris fontibus[9], de Pratis[10], de Geralmont, de Morimonte[11]

a) Fredesensis B4*. 4**. b) *supplevi; deest* B4*. 4**.

3) Est numerus variabilis ad invenienda principia quinque festivitatum mobilium in cyclis paschalibus. 4) St. Thierry du Mont d'or, dioccesis Remensis. 5) Homblières, d. Noviom. 6) Laudunensis. 7) prope Castelletum, d. Camerac. 8) Maricolensis. 9) Clairefontaine, diocc. Suession. 10) seu Parcum Dominorum, prope Lovanium. 11) dioec. Lingon.

AUCTARIUM SITHIENSE.

Codex C1. *praeter additiones Aquicinenses a.* 651. 685. 690. 777. 1048. 1076. 1079. 1080. 1084. 1086. 1087. 1088. 1090. 1092. 1093. 1095. 1096. 1099. 1100. 1105. 1109. 1111. *habet sequentes, ex annalibus quibusdam Sithiensibus petitas; qui annales, ut docent Blandinienses iisdem usi, superstructi fuerunt annalibus quibusdam Sangallensibus. Inde explicatur, quod a.* 807. 820. *leguntur etiam apud Herimannum Augiensem abbreviatum.*

640. Monasterium Sithiu a sancto Bertino edificari ceptum in honore sancti Petri.
698. Depositio eximii patris nostri Bertini, anno regiminis sui 51.
807. Hoc anno luna ter obscurata est, et sol semel.
820. Luna defecit 8. Kal. Dec.

AUCTARIUM S. IUDOCI.

Codex C2*. *praeter additiones Aquicinenses a.* 651. 685. 690. 773. 1048. 1076. 1079. 1080. 1084. 1086. 1087. 1090. 1092. 1095. 1096. 1099. 1100. 1105. 1109. *has tantum habet:*

795. Cenobium vero fundavit[1] monachorum sancti Iudoci, quod Supra mare dicitur[2].

840. Cuius tempore, dum ipse in Francia regnaret, facta est elevacio sancti Iudoci, qui vulgo Supra mare dicitur.

1) Karolus Magnus. 2) St. Iosse sur Mer, dioec. Ambianensis.

CONTINUATIO ATREBATENSIS.

Codicem Sigeberti extitisse, unde C1. 2. 3. 4. 5. *fluxerunt, probare conati sumus supra p.* 279. *Eundem continuationem habuisse brevissimam, inde apparet, quod tres aliae, Tornacensis, Laudunensis, Burburgensis, in primis annis ad verbum fere conveniunt, quum tamen nullam earum ex altera exceptam esse appareat. Ea igitur, in quibus illae conveniunt, in communi illorum codicum* C3. 4. 5. *fonte* C. *iam fuisse, plus quam verisimile videtur. Quae scripta fuisse ante a.* 1132. *inde apparet, quod in Tornacensi omnia usque ad a.* 1127. *ab una manu exarata sunt, tum statim sequitur a.* 1132. *ab alia manu. In dioecesi Atrebatensi scriptum fuisse codicem, innuere videtur a.* 1115; *at nequaquam certum est. Fons fuit continuationum Tornacensis, Laudunensis, Burburgensis. Ceterum plurima ex his et in annalibus Aquicinensibus et Blandiniensibus iisdem fere verbis leguntur.*

1114. Concilium Belvacense celebratur.

1115. Obiit bone memorie Lambertus episcopus Atrebatensis.

1118. Paschalis papa obiit, et Gelasius successit. Ventus vehementissimus fuit vigilia natalis Domini.

1119. Gelasius papa obiit; cui Calixtus, qui et Guido, prius Viennensis archiepiscopus, successit; quique concilium Remis tenuit.

1123. Concilium fuit apud Romam, in quo pax inter papam et imperatorem confirmatur.

1124. Obiit Calixtus papa, et successit Honorius.

1127. Karolus comes Flandriae Brugis interficitur.

CONTINUATIO TORNACENSIS.

Codex Tornacensis C3. *codicem* C. *fideliter descripsit cum additionibus, quas ibi iam legit, ad a.* 651. 685. 690. 773. 1048. 1076. 1079. 1086. 1090. 1092. 1093. 1095. 1096. 1099. 1100. 1105. 1109. *et cum continuatione eius brevi, cui ipse paucissima tantum addidit in a.* 1115. 1127. *Alius deinde annos* 1132—1179. *adiecit: tertius reliqua.*

Cont. Atreb. 1114. Concilium Belvacense.

ib. 1115. Obiit bone memorie Lambertus episcopus Atrebatensis, et successit Robertus de eadem urbe natus.

ib. 1117. Paschalis papa secundus obiit, et Gelasius successit.

ib. 1119. Gelasius papa obiit; cui Kalixtus, qui et Guido, prius Viennensis archiepiscopus, successit; quique concilium Remis tenuit.

ib. 1123. Concilium fuit apud Romam, in quo pax inter papam et imperatorem confirmatur.

ib. 1124. Obiit Kalixtus papa, et successit Honorius.

1127. Obiit domnus Segardus, huius cenobii[a] abbas secundus, vir vitae venera-

ib. bilis, ipsisque secularibus potestatibus valde reverendus. Karolus comes Flandrie interficitur Brugis, in aecclesia sancti Donatiani, coram altari quod est super absidam.

1132. Dedicatio aecclesiae sancti Martini a domno Simone episcopo.

1136. Domnus Gualtherus abbas quartus Herimanno succedit. Eodem tempore siccitas magna fuit, et magna frugum abundantia, et ab incommodo quartanae febris multi mortui sunt.

1147. Ludovicus rex Francorum Iherusalem ivit, cum magno quidem comitatu; sed inactus rediit. Nix magna, quam vehemens inundatio aquarum est secuta. Eodem

1146. tempore Tornacensis aecclesia proprium recuperavit episcopum.

1149. Hiemps solito asperior inhorruit, in tantum, ut in mari plus quam tribus a littore milibus super glatiem via preberetur, et tumescentes fluctus gelu solidati in similitudinem turrium cernerentur. Ante et post idem gelu per multos annos magna frugum penuria fuit, adeo ut aliquotiens apud Tornacum sextarius frumenti 60 solidis venderetur.

1153. Ascalonia capitur.

1160. Domnus Gualtherus abbas 4us obiit, et domnus Ivo abbas 5us successit.

1168. Theodericus comes Flandrensis obiit, filioque suo Philippo comitatum reliquit.

1171. Domnus Thomas Cantuariae archiepiscopus martyrizatur a satellitibus Henrici regis Angliae. Quis quantae virtutis extiterit, Dominus virtutibus et miraculis declarare non desinit. Eodem anno Balduinus comes Montensis moritur, et apud Montes sepelitur. Cui succedit Balduinus filius eius. Eodem etiam anno nobilis aecclesia Tornacensis beatae Mariae semper virginis dedicata est ab illustri viro domno Henrico[b] Remensi archiepiscopo, pluribus secum adunatis episcopis.

1172. Hyemps mollis et ventosa, procellis et ymbribus tediosa, et in medio Ianuarii mense choruscationes et tonitrua[c].

1332. Hoc tenpore redidit se Tornacensis civitas regi Francie, que in nullo ei ante subiecta erat, per manus cuiusdam[d] militis dicti domini Iohannis Doucasteler, in claustro sancti Martini Tornacensis, circa festivitatem sancti Martini estivalis.

1333. Obiit Idus Maii dominus Guillelmus, dictus de Ventadour, monachus Cluniacensis et episcopus Tornacensis. Prefuit annis 5. Successit eidem Theotbaldus[e] de Sausoure. Prefuit fere per unum annum.

1334. Obit. Successit dominus Andreas de Florencia, episcopus Atrebatensis. Obit dominus Guillelmus arciepiscopus Remensis. Obit dominus Iohannes divina providencia papa XXII. Nonas Decenbris, indictione 2. epacta 14. concurrente[f]. Instituit dicere Ave Maria ter circa horam completorii. Conposuit et horas sancte crucis. Conposuit quandam orationem que est anima Christi. Quem qui in missa dixerit, 30[g] dies indulgencie obtinebit, scilicet 20[g] pro peccatis mortalibus et 10[g] pro venialibus. Prefuit 18 annis. Successit eidem Benedictus XII. anno eodem[h].

a) *manus s. XV. correxit* cenobii sancti Martini Tornacensis. b) Eodem — Henrico *in loco raso.* c) *alia manus addit* Explicit; *quaedam rubro scripta in sequenti columna erasa sunt.* d) cuidam *esse videtur in cod.* e) Theolbaldus *cod.* f) *spatium numero relictum.* g) *ex rasura.* h) *In fine paginae erasa sunt:* Anno 1333. obiit dominus Guillelmus bone memorie episcopus Tornacensis.

AUCTARIUM LAUDUNENSE.

Codex Corbeiensis C4*. *praeter additiones Aquicinenses a.* 651. 690. 1048. 1076. 1095. 1096. 1099. 1105. *paucas tantum alias habet, atque continuationem, quam Lauduni in coenobio S. Vincentii scriptam esse apparet. Aliae autem manus duae s. XII. et XIII. pauca postea hic illic margini ascripserunt, quae in monasterio Corbeiensi nata, a Laudunensibus segregavimus. Laudunensis continuatio, in primis Atrebatensem excipiens, variis temporibus scripta videtur. Integram in opus suum recepit a.* 1154. *continuator Praemonstratensis.*

928. (*Ludowicus*) qui Lauduni consecratus est.

1052. Elinandus Lauduni fit episcopus.

1053. Hic Leo Remis ecclesiam beati Remigii consecravit.

1096. Elinandus bone memorie obit. Quo episcopante, mulier quedam de villa ipsius, que Civiacus dicitur, generum suum strangulasse convicta, dum ob hoc ut cremaretur, a populo traheretur, in ecclesia beate Marie orandi licentiam sibi dari impetravit; ubi in intimo cordis compuncta, prostrata pavimento, illud crimen qualiter commiserit, cum multis lacrimis professa, ipsam misericordissimam Dei matrem in tanto discrimine interventricem sibi affore postulabat. Inde ad locum supplicii ducta, in domuncula quadam, qua cremanda erat, ad stipitem firmis vinculis religatur. Deinde ignis supponitur; quo consumpto iterum iterumque ab inimicis ipsius reparato, ipsa vestimento et ipsis crinibus illesis, piissime Domini matris interventu ex ipso incendio intacta, omni populo Laudunice civitatis applaudente, regreditur. Hoc autem miraculum in quodam libro in ecclesia beati Vincentii exaratum latius invenitur. Elinando in episcopatu succedit Ingelrannus[1]. 1

1104. Ingelrannus Laudunensis episcopus obiit; Waldricus, regis Anglorum cancellarius, in episcopatu ei succedit.

1113. Valdrico Hugo Aurelianensis decanus succedit in episcopatu, septem tantum mensibus vivens. Hugoni Bartholomeus succedit. Mater ecclesia beatae Mariae Lauduni denuo consecratur.

1114. Concilium Belvacense a Conone Romane sedis legato celebratum. Cont. Atreb

1115. Obiit bone memorie Lambertus episcopus Atrebatensis. ib.

1117. Magister Anselmus[2] obiit Idus Iulii, die dominica.

1118. Paschalis papa secundus obiit, et Gelasius succedit. Terremotus factus est apud nos 5. Idus Ian. feria quarta. Ventus vehementissimus vigilia natalis Domini, durans per totum diem et noctem. ib.

1119. Gelasius papa obiit; cui Calixtus, qui et Guido, successit, prius Viennensis archiepiscopus; quique concilium Remis tenuit. ib.

1121. Hoc anno preficitur abbas Syefridus ecclesiae beati Vincentii Laudunensis cenobii.

1122. Moritur domnus Adalbero eiusdem ecclesiae[a], vir totius honestatis et prudentiae. Eodem anno Lauduni secundo facta est commotio[b].

1123. Concilium fuit apud Romam, in quo pax inter papam et imperatorem confirmatur. ib.

1124. Calixtus papa obiit, et successit Honorius. Henricus rex Lotharingie, congregata quanta potuit militum multitudine, intrare voluit terram regis nostri, qui similiter infinitam multitudinem tam militum quam peditum adunaverat. Quo audito, rex Lotharingie destitit a temerario incepto suo. Et hoc factum est 19. Kal. Sept. ib.

a) prepositus *excidisse videtur.* b) communio *cod.*

1) Eadem, sed multo ampliora, leguntur in Auctario Ursicampino. 2) cf. Contin. Praemonstr. infra p. 448.

Cont. Altcb. 1127. Karolus comes Flandrie proditione interficitur.

1128. Drogo primus abbas in ecclesia sancti Iohannis Lauduni, eiectis inde monialibus, 17. Kal. Iun. feria quarta, ordinatus est.

1129. Moritur abbas Syefridus; succedit Anselmus. Philippus puer ungitur in regem, die pasce 18. Kal. Mai. patre presente.

1130. Thomas de Marla occubuit 6. Idus Novembr.

1131. Philippus rex dum in civitate Parisius, sicut puer, equum suum deduceret, porcus pedibus equi se submittens, equum super ipsum precipitem dedit, et ita puer subita et miseranda morte preventus est, 3. Id. Oct. Suessionis ecclesia beati Medardi ab Innocentio papa consecratur, Id. Oct. Ludovicus, frater Philippi nuper defuncti, adhuc puer consecratur in regem ab Innocentio papa, Remis in concilio 8. Kal. Novbr.

3 1132. Fara castellum[3] obsessa est a Ludovico rege Francorum, a Nonis Maii usque 7. Idus Iulii; nec tamen capta.

1133. Eclypsis solis facta est 4. Non. Aug. feria 6, hora 5.

1134. Henricus rex Angliae obiit. Stephanus nepos eius de sorore in regnum succedit.

1135. Ventus nimius 5. Kal. Novembr., qui turres et edificia multa diruit. Mare terminos suos egressum, partem Flandriarum cum habitatoribus suis inopinate submersit.

1136. Anno 1130. Honorio papa defuncto, factis partibus Gregorius, qui Innocentius dictus est, et Petrus de Leone eliguntur. Sed Innocentio in honore confirmato, Petrus reprobatur. Dissencio vero inter illos de papatu extunc orta, durat adhuc in hunc 1136um annum. Huius rei causa in ipso 1136° anno imperator secunda vice Romam profectus est. Hic Innocentius anno 1131, pontificatus vero sui secundo, in die palmarum Lauduni ad sanctam Mariam in sede episcopali missam celebravit; in secunda vero feria sequenti in ecclesia beati Vincentii.

1137. Siccitas, quantam nemo, qui tunc viveret, se vidisse vel ab antecessoribus suis se audisse testabatur, ita ut fontes et putei, quidam et de fluminibus siccati sint.

4 Hoc eodem anno comes Pictavensis ad Sanctum Iacobum in Galatia[4] causa orationis profectus, in sancto die parasceue in ipsa ecclesia beati Iacobi ante altare, ubi et sepultus est, obiit. Huius filiam Ludovicus puer rex Franciae apud Burdegalam, universis optimatibus Franciae presentibus, quam sollempnibus nuptiis duxit uxorem, Ludovico rege patre suo adhuc vivente, qui tamen fere intra eundem mensem Parisius defunctus est, et apud Sanctum Dionisium ante maius altare sepultus, Kal. Aug. Hoc ipso anno Liuterius imperator, post subactam in fidelitate Romanae ecclesiae Apuliam in patriam rediens, mortuus est. Cui Conradus succedit.

5 1138. Habitaculum servorum Dei in loco, ubi dicitur Ad montem Dei[5], construitur; ubi degentes regulariter vivunt, adquirunt regnum caelorum precibus ac ieiuniis, carnis repugnantiam cilitiis domant asperrimis. Obiit domnus Ebalus, monacus Sancti Vincentii Lauduni, vir in omni litterarum scientia clarissimus.

1139. Tempestas vehemens oritur 6. Non. Iulii, quatuor fere continuis perseverans noctibus, cum tonitruis et maximis coruscationibus.

1140. Inter Ludowicum regem Francorum et papam Romanum facta dissensione graviter ecclesia perturbatur, hac videlicet ex causa, quod defuncto Bituricensi archiepiscopo missus est a domno papa eidem ecclesie pastor consecratus; sed a rege et aliis quibusdam repudiatus, in arciepiscopatum nequaquam admittitur.

1141. Ventus vehemens oritur 14. Kal. Febr., pene durans tota die; horribili impetu monasteria domusque subruit, arbores annosas terrae coaequat, iram Dei peccatis exigentibus promeritam erga genus humanum manifestat. [Cuius etiam violentia una turrium ecclesie Corbeiensis debilitata et a suo statu commota corruit, et de sua ruina dampnum pariter et mesticiam habitatoribus intulit[a].]

(1143[b].) Innocentius papa moritur. Succedit ei Guido, qui et Celestinus.

(1144[b].) Pax redditur[c] ecclesiis Galliarum. Celestinus papa moritur. Succedit in papatum Lucius . . . .[d]

a) *addit manus alia, coaeva.* b) *numerus deest.* c) reditur *cod.* d) *ita cod.*

3) La Fere, in confiniis Virmandensium et Marlensium, ad fl. Oise situm. 4) San Yago di Compostella. 5) ord. Carthusiensis.

(1145[a].) Lucio substituitur Eugenius. Huius Romani iugum detrectant; quique nimis insolescentes ausu feritatis ingenitae, patricium sibi statuunt, qui rei publicae curam gerat, et vices imperatoris eo absente suppleat.

[Sequentem huius operis seriem requirè apud Vallem Lucentem[b].]

AUCTARIUM CORBEIENSE.

419. Hic ceperunt Franci reges habere, qui prius duos duces vel iudices consueverant habere super se; primumque regem sibi statuunt Pharamundum, Marcomiri sui ducis filium.

662. Hic Lotharius fuit rex decimus.

664. Floruit Theodefridus primus abbas Corbeiensis.

807. Sanctus Adalardus Corbeiensis abbas nonus, patruelis Karoli imperatoris, pollet in Gallia.

815. Corbeiensis abbas cum fratribus et sororibus suis pluribusque proceribus regni a Ludovico imperatore damnatur exilio. In cuius locatur sede vir venerabilis abbas 10us nomine Adalardus. Hic primum cepit edificare novam Corbeiam.

821. Adalardus Corbeiensis abbas aliique proceres regni revocantur ab exilio, nisi quos mors vita privaverat, pristinisque honoribus relocantur.

827. Adalardus Corbeiensis abbas celeberrimus inter Francos extitit.

828. Ratbertus cognomento Paschasius, discipulus sancti Adalardi, omnium divinarum scripturarum perscrutator, floret in Gallia.

844. Hic Karolus post imperii divisionem fuit Francorum rex primus. Hic Lotharius fuit pii Ludovici, Karoli magni filii, filius, imperator tercius.

885. Hic Karolus fuit Ludovici Germanorum regis, pii Ludovici imperatoris filii, filius.

CONTINUATIO PRAEMONSTRATENSIS.

Damus ex codice B1. *continuationem, quae Laudunensi superstructa, huic ante a.* 1126. *nil fere inserit nisi magnos centones ex vita Norberti consutos, in sequentibus permulta addit aliunde petita, quae magnam cum Valcellensi cognationem produnt. Post a.* 1145. *excepit fortasse codicem Vallis Lucentis, de quo cf. supra p.* 281. *Auctorem ignoramus; facile tamen apparet, fuisse Praemonstratensem, dioecesis Laudunensis vel Remensis. Scribere coepit non ante a.* 1146, *quo anno desinit auctarium Laudunense; ultra initium anni* 1155. *opus non deductum fuisse ab auctore, ostendit continuatio Ursicampina, quae nostram excepit integram, et ipsa iterum excerpta a Nicolao Ambianensi, Vincentio, Roberto Altissiodorensi. Valcellensis etiam atque Burburgensis nostro usae videntur.*

Post Ivonem, qui vita atque doctrina sua Carnotensem aecclesiam illustravit, quique inter cetera opera sua illud volumen, quod decreta Ivonis dicunt, sua industria utiliter compilavit, Giffridus, vite merito ac prudentia venerabilis, Carnotensem aecclesiam rexit. In Remensi quoque metropoli post Manassem illustrem virum, exturbato invasore Gervasio, Radulfus successit[1], qui Viridis cognomen habuit. Waldrico Laudunensi episcopo a sue urbis civibus nequiter perempto, Hugo Aurelianensis aecclesiae decanus substituitur. Quo post septem menses mortuo, vir illustris Bartholomeus ad episcopatum Laudunice civitatis provehitur. Cuius industria et episcopalis aecclesia, quae incensa fuerat, in brevi reparata iterum consecratur, et civitatis ac provinciae desolatione sublevata, in multis locis, in quibus antea nunquam fuerat, religionis fervor et Cont. Laud.

a) *numerus deest.* b) *addit eadem manus, quae ad a.* 1141. 1) a. 1106.

Dei cultus fundatur, et inde in multas ac remotas et etiam transmarinas regiones propagatur.

1114. R. 8. F. 5. A. 14. H. 4.

Cort. Laud. In civitate Belvacensi a Conone sedis apostolicae legato concilium celebratur.

1115. 9. 6. 15. 5.

ib. Lambertus bone memorie Atrebatensis episcopus obit, eique in episcopatu Robertus succedit.

1116. 10. 7. 16. 6.

V. Norb. Hoc tempore Norbertus, loci et ordinis Premonstratensis fundator, de partibus Lotharingiae oriundus, genere, divitiis atque facundia ipsis etiam summis principibus familiaris atque notissimus, divino fervore succensus, postposita seculi pompa, repente ad votum suum diaconus et presbiter simul ordinatus, paupertatis Christi tunicam induitur; et verbo predicationis ferventissime instans, baiulans sibi crucem nudam, nudus Christum sequitur. Quorundam etiam religiosorum moribus exploratis, artioris viae propositum et tunc temporis inauditam districtionem arripit; et per aliquantum temporis nudis incedens pedibus in brumali rigore, verbum Dei spargens, multos ab errore convertit.

1117. 11. 8. 17. 7.

Cont. Laud. Anselmus Laudunicae civitatis magister nominatissimus, litterarum scientia clarus, vir morum honestate et consilii maturitate venerabilis, obit; qui utili studio et sollerti industria, inter cetera opera sua, etiam in psalterio glosas marginales atque interliniales de auctenticis expositoribus elimata abreviatione ordinavit.

1118. 12. 9. 18. 8.

ib. Paschalis papa obit, eique Gelasius, Romanae aecclesiae cancellarius, in pontificatu succedit. Terraemotus factus est apud nos 5. Id. Ian. 4. feria. Ventus vehementissimus in vigilia natalis Domini, per totam diem et noctem durans. Ge-

V. Norb. lasius papa, indicto Remis consilio, transgrediens Alpes in Gallias venit. Ad quem vir Dei Norbertus, nudis ut erat incedens pedibus, accessit; eique animi sui propositum pandens, licentiam et auctoritatem seminandi ubique verbum Dei ab eo accepit. Inde usque Valentianas rediens, infra quindecim dierum spacium tres socios, quos solos habebat, morte prereptos amisit; et ibidem pro tribus unum recepit, Hugonem videlicet, qui ei in regimine Premonstratae aecclesiae successit.

1119. 13. 10. 19. 9.

Cont. Laud. Gelasius papa apud Cluniacum moritur, et Guido Viennensis archiepiscopus, Stephani Burgundionum comitis germanus, in papatum eligitur; et ab eo concilium a predecessore suo indictum Remis cele-

cf. A. Bland. bratur. Balduinus Flandriarum comes, Kalixti papae de sorore Clementia nepos, Willelmum filium Roberti Normannorum comitis, a fratre suo Henrico rege Anglorum captivati, Normanniae potenter restituere volens, post occupatam magnam eiusdem Normanniae partem, in capite vulneratus obiit. Cui consobrinus eius Karolus, Kanuti Danorum regis filius, in principatu succedit.

1120. 14. 11. 20. 10.

V. Norb. Vir Dei Norbertus, a papa Kalixto Bartholomeo Laudunensi episcopo specialiter commendatus, cum ei aecclesia beati Martini a predicto episcopo offerretur, tum propter urbis viciniam, tum quia eiusdem aecclesiae clerici propositi et vitae eius austeritatem horrebant, eam reliquit; et ab episcopo diversis eiusdem provinciae locis religioni congruentibus sibi ostensis, tandem divinitus in loco Premonstrati resedit, ibique solitarius religiosam vitam agere cepit; et tempore quadragesime ad colligendos socios solus egressus, ante pascha cum tredecim sociis rediit, et cum his in Premonstrato loco secundum canonicae institutionis normam ad tenorem regulae beati Augustini Deo militare cepit.

1121. 15. 12. 21. 11.

ib. In Premonstratensi aecclesia cuidam fratri altius de ineffabili trinitate, quae Deus est, cogitanti, in matutinis demon astitit, et ei tria gestans capita apparuit, Trinitatem se esse contestans, et ob fidei suae meritum Trinitatis visione eum dignum esse affirmans. Sed frater paululum premeditatus, cum non sibilum aurae lenis, sed fetidum ventum turbinis sentiret, inimici dolum agnovit, et ei convicians, recedere compulit. Qui tamen eum postea aliis modis delusit. Mortuo Lamberto Noviomensi episcopo, Symon, Ludovici regis Francorum patruelis, successit in eius loco.

1122. 16. 13. 22. 12.

ib. Norberto instantius verbum Dei predicante, apud Nivigellam puella per annum a demonio vexata coram ipso adducitur; eoque euangelia et exorcismos super illam multiplicante, demon irridens cantica canticorum a principio usque ad finem per os puellae edidit, ac deinde verbum e verbo interpretans in Romana lingua, et postmodum in Teutonica, totum expressit. Sed Dei servo artius insistente, cum in monachum astantem introeundi licentiam quereret nec acciperet, illo die se non exiturum esse respondit, et tota die coram populo plurimum cum eo contendit. Sacerdos inpransus permanens, et noctem oratione continuans, mane cum presente puella et demone per os eius plurima garriente divina celebraret, inter ipsa sollempnia faetentis urinae facda relinquens vestigia aufugit, vasque possessum reliquit.

1123. 17. 14. 23. 13.

Cont. Laud. Concilio Romae celebrato, pax inter regnum et sacerdotium reformatur, et ius investiturarum episcopalium

V. Norb. ab imperatore exfestucatur. Norberto ad quaerendas sanctorum reliquias Coloniam veniente, et suis indicto ieiunio, orationibus instante, una de numero undecim milium virginum nomen suum et locum, ubi iacebat, specialiter designans, in crastino sollempniter levata, et cum aliis sanctorum reliquiis ad locum Premonstratum est ab eo translata. Sequenti vero die apud Sanctum Gereonem in oratione pernoctans, mane facto in medio aecclesiae, ubi nullum apparebat sepulturae vestigium, effodi precepit, et corpus sancti Gereonis integrum absque cerebro honorifice et diligenter collocatum invenit; sicut et de ipso legebatur, quod pars capitis, et non totum caput, abscisum fuit. Quod cum

honore et reverentia a clero et populo elevatum est, et inde pars viro Dei donata est. Inde Premonstratum rediens, et quadraginta iam clericos cum multis laicis secum habens, professionem eos facere secundum apostolicam institutionem et canonicam regulam beati Augustini docuit, et ad voluntariam paupertatem et promptam oboedientiam ceteraque militiae spiritualis instrumenta eosdem diligenter instituit. Cui non multo post quidam comes de Westphalia Godefridus cum uxore sua conversionis gratia se contulit, et tria loca in allodio suo, castrum videlicet Capenbergense, locum Elostathensem, Warlarensem, divino cultui per eum mancipavit. Cuius exemplo compunctus comes Teobaldus homini Dei se familiarissimum fecit, et eius monitis atque consilio multa postmodum erga pauperes vel quoslibet religiosos liberalitate atque munificentia uti cepit.

1124. R. 18. F. 15. A. 24. H. 14.

Obiit bone memorie papa Kalixtus, eique in papatu succedit Honorius. Ad quem proficiscens pater Norbertus, et ab eo honorifice susceptus, et quae flagitabat digne consecutus, Parthenopolis se futurum episcopum divinitus agnovit. Et rediens cum in die paschae apud Herbipolim in populi frequentia missam celebraret, caeca mulier, ipso post sumpta mysteria in oculos eius sufflante, visum recepit. Unde quidam divites compuncti, se et sua Deo reddiderunt, et aecclesiam ibidem edificantes, divino cultui per manum predicti patris eam mancipaverunt. Inde Premonstratum rediens, in aecclesia beati Martini, quae sita est in suburbio Lauduni, quendam de suis, dominum videlicet Gualterum, abbatem primum consecrari fecit; cuius industria, Deo cooperante, eadem aecclesia tam in temporalibus quam in spiritualibus in tantum est in brevi multiplicata, ut famam bonae opinionis et propagines sanctae plantationis in exteras ac longinquas iam extenderit regiones, videlicet in Nerviam, in Flandriam, in Angliam, in Wasconiam, in Gothiam, in Hispaniam, in Burgundiam; quas omnes provincias per eandem domum bono iam videmus odore respersas. In Vivariensi etiam aecclesia de fratribus suis abbatem tunc ordinari fecit. Ubi cum ad introitum fratrum malignus spiritus hominem quendam invasisset, et cum per biduum vexasset, per virum Dei expulso demone curatus est. In castro nichilominus Antwerpiensi aecclesiam ordinandam hac de causa suscepit. Oppidani castri illius a quodam heretico Tanchelmo seducti, paulatim a fide et bonis moribus desciverant, quia idem hereticus nimiae subtilitatis, cum tamen esset laicus, sed multis etiam disertis clericis in sermone acutior, sacri ordinis ministros et episcopalem ac sacerdotalem gradum nichil esse docebat, corporis et sanguinis Christi perceptionem sumentibus ad salutem prodesse negabat; in precioso apparatu et vestibus deauratis incedens, triplici funiculo crinibus intortis, verbis persuasibilibus et conviviorum apparatibus suos, qui eum circiter tria milia armati sequebantur, alliciebat, et per eos in resistentes sibi cedibus seviebat. Credebant ei et reverebantur eum, in tantum ut aqua, qua corpus lavisset, biberent et pro reliquiis asportarent; cum tamen tantae incontinentiae et inpuritatis esset, ut filias in matrum praesentia, sponsasque maritis intuentibus corrumperet, et hoc opus spirituale esse assereret. Qui tandem post multos errores et multas cedes, dum navigaret, a quodam presbitero in cerebro percussus occubuit. Sed nec post eius mortem error ipsius tam facile extirpari potuit. Propter quod a clericis loci illius aecclesia cum aliquantis redditibus per manum episcopi Norberto ordinanda datur, sperantibus, quod per eius salutarem doctrinam heresis illa de medio tolleretur. Quod et factum est. Siquidem ipso predicante compuncti viri et mulieres, corpus dominicum, quod in cistis et foraminibus per decem annos et amplius reposuerant, attulerunt, et per eius doctrinam paulatim ad sanam fidem resipuerunt. C. Laud. V. Norb. Inl. 23. C. Laud.

Radulfo Remorum archiepiscopo obeunte, Rainaldus succedit in presulatu Remensis aecclesiae. Venetiani navali exercitu Ascalonem obsidentes, accepta ab Ascalonitis pecuniae taxatione, recedunt, et Tyrum aliquandiu obsessam in deditionem accipiunt. Balduinus rex Ierosolimorum a Saracenis preventus capitur, et post diutinam captivitatem data pecuniae estimatione relaxatur. Henricus imperator congregata exercitus infinita multitudine, fines regni Francorum irrumpere disponit; sed Ludovico Francorum rege cum infinito nichilominus exercitu in occursum eius properante, consilio principum et episcoporum ab inutili proposito desistit. Et hoc factum est mense Augusto. Henricus imperator Montionem castrum capit, et Rainaldum eius comitem captum secum abducit.

1125. 19. 16. 25. 15.

Fames permaxima grassatur in Gallia, in qua Karoli, inclyti marchionis Flandriae, liberalis enituit munificentia; qui innumerabilibus diversis in locis pauperibus cotidiana ministrabat victus stipendia.

1126. 20. 17. 26. 16.

Henrico imperatore mortuo, quibusdam principibus, maxime de Suevia et Alemannia, nepotem eius Cuonradum in regnum sublimare volentibus, alii Lutherum Saxoniae ducem, virum consilii et bellicosum, in regem provehunt. 1125.

1127. 1. 18. 27. 17.

Post mortem Lisiardi episcopi[2], Suessorum fit episcopus Ioslenus, vir consilii. Cameraci quoque post Burchardum Herimannus episcopatum tenuit. Quo post triennium extruso, Lietardus ei successit; qui et ipse post quattuor annos repudiatus[3], Nicholaum successorem habuit. 2 3

Parthenopolitanae civitatis archiepiscopo defuncto, cum clerici et cives eiusdem urbis coram imperatore Luthero ad eligendum archiepiscopum apud Spiram convenissent, nutu domni Gerardi Romanae sedis legati, qui tunc forte aderat, et postea factus est papa Lucius, necnon et Alberonis Metensis primicerii, qui postea factus est Trevirorum archiepiscopus, Norbertum Premoustratae aecclesiae patrem, qui pro quibusdam causis eo forte advenerat, in pastorem eligunt, et regali prosequente coniventia, ad sacerdotium praefatae urbis provehunt. Karolus comes Flandriae, pro executione iusticiae quibusdam suorum perosus, diebus quadragesimae in aecclesia, ubi missam auditurus venerat, orans cum quibusdam suis proceribus, ab eis interficitur. Quod scelus provinciae totius zelo et unanimi concursu tanta est V. Norb.

2) d. 18. Oct. 1126. secundum Gall. Christ.; 1125. sec. Bouq. 3) a. 1137.

severitate vindicatum, ut non facile possit occurrere tam districtae ultionis exemplum. Willelmus, Roberti Normanniae quondam comitis filius, electione principum et coniventia Ludovici regis Francorum substituitur in principatum. Quem patruus suus Henricus Anglorum rex suspectum habens, eo quod ipso exheredato patrem eius Robertum captivum teneret, principes Flandriae adversum eum in rebellionem suscitat. Qui Theodericum Karoli consobrinum de Alsatia contra eum accersiunt, et Willelmo post biennium per vulnus mortuo, ad principatum provehunt. Fulco successit Balduino in regno Ierosolimitano.

1128. R. 2. F. 19. A. 28. H. 18.

C. Laud. Lauduni in aecclesia sancti Iohannis, consilio regis et principum monialibus, quae male infames erant, eiectis, et monachis in earum locum substitutis, Drogo religione et facundia venerabilis, a Bartholomeo episcopo primus abbas ordinatur; qui postmodum a papa Innocentio Romae
1136. Ostiensis episcopus cardinalis consecratur

1129. 3. 20. 29. 1.

V. Norb. Norbertus archiepiscopus in aecclesia sanctae Mariae apud Magedeburch, expositis clericis secularibus, sui ordinis fratres collocavit, et ut inibi ad tenorem regulae, quam Premonstrati instituerat, Deo militarent, ordinavit. In Premonstratensi quoque aecclesia successorem sibi domnum Hugonem, qui ab inicio paupertatis suae socius fuerat, abbatem ordinari fecit.

C. Laud. Sed et ad Andwerpiensem atque Florefficusem aecclesiam ad regimen fratrum nominatos patres destinavit. Anselmus abbas, postmodum episcopus Tornaci, succedit Seifrido in aecclesia sancti Vincentii de monte Lauduno. Philippus puer, Ludovici Francorum regis filius, Remis in regem ungitur, die paschae, 18. Kal. Maii, patre presente.

1130. 4. 21. 30. 2.

ib. Honorio papa defuncto, factis partibus, Gregorius et Petrus de Leone ad papatum eliguntur, et Gregorius Innocentii,
V. Norb. Petrus Anacleti nomine alterantur. Sed Petro ob parentelae suae fortitudinem apud Sanctum Petrum commorante, Innocentius Roma egressus in Gallias proficiscitur, et Gallicana sibi adherente aecclesia, conciliis celebratis primo Remis, secundo Pisis, in papatu confirmatur, et Petrus ab omnibus Galliae et Germaniae episcopis anathematizatur. Iohannes piae memoriae Morinorum episcopus obiit; eique Milo abbas de sancti Indoci ex ordine Premonstratensium succedit. Roberto quoque Atrebatensium epi-
C. Laud. scopo defuncto, Alvisus abbas ordinatur episcopus in eius loco. Thomas de Marla in suo proprio conductu negotiatores dolo capiens, a rege Ludovico cum exercitu impetitur, et a Radulfo Viromandorum comite vulneratus et captus, Lauduni moritur.

1131. 5. 22. 31. 3.

ib. Innocentius papa Lauduni in aecclesia sanctae Mariae dominica in ramis palmarum, et tercia feria sequenti in aecclesia beati Martini divina mysteria celebravit. Philippus puer nuper in regem unctus, dum in civitate Parisius equo vehitur, porcus equi pedibus se forte summittens, equum super ipsum precipitem dedit, et de eius subita et miseranda morte Francis luctum induxit, 3. Id. Oct. Ecclesia sancti Medardi Suessionis ab Innocentio papa consecratur. Concilio Remis habito, presente Francorum rege Ludovico, filius eius Ludovicus in regem consecratur a papa Innocentio, 8. Kal. Nov. Sub his temporibus ordo canonicus Premonstratensium, et monasticus Cisterciensium, quasi duae olivae in conspectu Domini, pietatis lumen et devotionis pinguedinem mundo ministrabant, et quasi vites fructiferae, religionis palmites circumquaque propagabant, et per omnes fere christiani orbis terminos bonae opinionis paulatim odore diffuso, novas abbatias, ubi antea Dei cultus non fuerat, construebant. Unde etiam in Syriam et Palestinam de Premonstrato fratres missi, nonnullas abbatias edificaverunt. Eratque circa haec tempora pulchra ac decora facies aecclesiae, diversorum ordinum ac professionum circumdata varietate; dum hinc Premonstratenses, hinc Cistercienses, inde Cluniacenses monachi, tum etiam diversi habitus atque professionis sanctimoniales et mulieres Deo devotae, in continentia atque paupertate sub oboedientiae iugo regulariter viventes, fervore religionis invicem provocarent, et nova certatim diversis in locis monasteria fundarent. Cum his etiam monachi Cartugienses et ipsi paulatim pullulabant; qui pre ceteris continentes, pesti avariciae, qua plurimos sub religionis habitu laborare videmus, terminos posuerunt, dum certum numerum hominum, animalium, possessionum, quem eis pretergredi nullo modo liceat, statuerunt; et ipsi singulas singuli cellas habentes, ac raro vel ob Dei cultum, vel ob mutuum in caritate solacium convenientes, perfectius mori mundo et ceteris diligentius vivere Deo elegerunt. Inter quos Gigo, prior Cartusiae, religione ac sapientia eminentissime floruit; et de eadem domo Hugo, ex priore Gratianopolitanus episcopus, postmodum Viennensis metropolitanus, in ipsius religionis districtione insignis claruit. Ad haec etiam milites templi Ierosolimitani, fratres quoque de hospitali, sub religioso habitu continenter viventes, ubique se multiplicando diffundebant, et quae poterant, vel de laboribus propriis, vel de fidelium elemosinis, ad opus Deo militantium et infirmorum quorumque ac pauperum Ierosolimam mittebant.

1132. R. 6. F. 23. A. 32. H. 4.

Para castrum a Ludovico Francorum rege obsidione cingitur, a Nonis Maii usque ad 7. Idus Iulii; nec tamen capitur. Eclypsis solis facta est 4. Non. Aug. fer. 6. hora 6[4]. C. Laud. ib.

1133. 7. 24. 33. 5.

Lutherus imperator expeditionem in Italiam parat; et cum episcopis et archiepiscopis papam Innocentium Romam deduceus, contra Petrum Leonis, qui monasterium sancti Petri munierat, eum in episcopio Lateranensi in sede pontificali potenter collocat. Ipsum vero Liutherum Innocentius papa ibidem in imperatorem consecrat. V. Norb.

1134. 8. 25. 34. 6.

Norbertus archiepiscopus, vir potens in opere et sermone, multorum monasteriorum fundator, et sanctae religionis eximius propagator, Innocentii papae catholici equissimus fautor, Petri vero scismatici iustissimus execrator, cum imperatore Liuthero ab expeditione Italica regressus in civitatem suam, non multo post infirmitate corripitur, et in ea per spatium quatuor mensium laborans, episcopatu sapienter ac fideliter ministrato per annos octo, astantibus fratribus data benedictione moritur. Cum de sepultura inter clericos maioris aecclesiae et fratres sanctae Mariae contentio fieret, res ad imperatorem delata est, et ex eius praecepto in aecclesia sanctae Mariae cum filiis ac fratribus, quos in Christo genuerat et Christo educaverat, sepultus est. Cuius extitit in Christo dormitio 8. Id. Iulii. ib.

1135. 9. 26. 35. 7.

Henricus obit, rex Angliae, vir in regni sui amministratione singularis severitatis atque censurae. Cui Stephanus de sorore nepos in regnum succedit, sed magna parte regni mutilatus, non multo post totam Normanniam amittit. Filia enim regis Henrici Mathildis, quae primo nupserat Henrico imperatori, postmodum Giffrido comiti Andegavensi, ope regis Francorum Ludovici Normanniae ducatum occupat, et in ipsa Anglia magnas ei molestias atque calamitates suscitat. Quem etiam bello postmodum cepit; sed pro comite Roberto fratre suo, a regina Angliae capto, eum relaxavit. Vetus nimius 5. Kal. Nov. fuit, qui turres et edificia multa diruit. C. Laud. ib.

1136. 10. 27. 1. 8.

Mare terminos suos egressum, inopinate subuersit cum habitatoribus suis partem Flandriarum. ib.

1137. 11. 28. 2. 9.

Siccitas tanta fuit in Francia, quantam nemo, qui tunc viveret, se vidisse vel ab antecessoribus suis audisse testaretur, ita ut fontes et putei, quidam etiam fluvii siccarentur. Imperator Liutherus secundam facit expeditionem in Italiam. Comes Pictaviensis Willelmus ad Sanctum Iacobum in Galatia orationis causa proficiscitur, et in 6. feria paraseeve in aecclesia beati Iacobi moritur, et ante altare sepelitur. Qui moriturus proceres suos, quos secum habebat, contestatur, ut filia sua maior Alienordis Ludovico iuniori Francorum regi cum Aquitaniae ducatu uxor tradatur. Quam predictus Ludovicus apud Burdegalam, optimatibus regni presentibus, iungit sibi nuptiis quam sollempnibus. Cuius pater Ludovicus intra eundem fere mensem apud Parisyus defunctus, in aecclesia beati Dyonisii ante corpus ipsius est sepultus, Kal. Aug. 28. anno regni sui. Liutherus imperator post subactam in fidelitate Romanae aecclesiae Apuliam rediens in patriam suam moritur; et Cuonradus, qui ante ipsum imperium affectaverat, Henrici imperatoris de sorore nepos, ad regnum provehitur. ib. ib.

1138. 1. 1. 3. 10.

Obit Drogo bonae memoriae Ostiensis episcopus, vir religione ac sapientia clarus. Petrus Leonis, qui per scisma presulatum Romane sedis contra Innocentium invaserat, et aecclesiae Dei magno scandalo iam per octo annos fuerat, Dei iudicio percussus obit; et ab eo ordinatos degradari, nec ultra ad sacros ordines promoveri, Innocentius papa decernit. Ian. 25.

His temporibus quidam pseudoimperator in partibus Alemanniae surrexit, qui per aliquot annos apud Solodorum in reclusione vivens, egressus inde, imperatorem Henricum se esse mentiendo dixit. Qui cum multos seducendo sibi allexisset, in tantum ut pro eo etiam graves pugnae et homicidia fierent, aliis eum recipientibus, aliis seductorem palam profitentibus, tandem declarata eius falsitate, Cluniaci in monachum attonsus est.

1139. 2. 2. 4. 11.

Rainoldo Remorum archiepiscopo defuncto[5], aecclesia Remensis per biennium fere pontifice caruit; et tandem hoc anno Samson de clero Carnotensis aecclesiae Remensem praesulatum suscepit. 5

Florebat hoc tempore Gallicana aecclesia per viros religione ac sapientia illustres, Milonem Morinensem episcopum, humilitatis virtute precipuum, Alvisum Atrebatensem, liberalitate atque consilio et facundia clarum, Godefridum Lingonensem, Hugonem Autisiodorensem, Ioslenum Suessionensem, Giffridum Catalaunensem, Albericum Bituricensem archiepiscopum, scientia litterarum atque consilii prudentia clarissimum. Inter hos et alios multos tunc claros scientia viros etiam Bernardus Clarevallensis abbas, vir opinatissimae religionis, eminentissime clarebat; qui verbi Dei ferventissimus predicator et innumerabilium monasteriorum fundator, multas cotidie animas

4) a. 1133. ponunt Laud. et Burburg. 5) a. 1138. Id. Ianuar

C. Laud. ad studium religionis et sanctae paupertatis propositum inbuebat. Habitaculum servorum Dei in loco qui dicitur Ad montem Dei construitur.

1140. R. 3. F. 3. A. 5. H. 12.

Hugo Parisiensis Sancti Victoris canonicus, religione et litterarum scientia clarus et in
6 septem liberalium artium peritia nulli sui temporis secundus, obit[6]. Qui inter multa quae utiliter scripsit, etiam librum de sacramentis valde necessarium, duobus voluminibus comprehensum, edidit. Senonis presente rege Ludovico episcoporum et abbatum religiosorum fit conventus contra Petrum Abaelardum, qui quadam profana verborum vel sensuum novitate aecclesiam scandalizabat. Qui ab eis interpellatus, cum esset responsurus, de iusticia veritus, audientiam apostolicae sedis appellavit; et sic evadens,
1142. non multo post Cabiloni ad Sanctum Marcellum obiit. Inter regem Ludovicum et
April. 21. comitem Theobaldum[7] simultatis germen pullulat, pro eo quod comes cum rege in Aquitanicam expeditionem proficisci detrectat.

1141. 4. 4. 6. 13.

Rogerus de Sicilia post occupatum Calabriae et Apuliae principatum, papam Innocentium bello cepit; et facta cum eo qualicumque pace, ut ab eo in regem coronaretur, obtinuit; sicque primus de Normannorum genere regis sibi nomen usurpavit, et postmodum etiam in Affrica nonnullas civitates sive provincias occupavit. Castrum Bullonium, quod
C. Laud. Rainaldus comes iniuste tenuerat, capitur ab episcopo Leodii. Orta dissensione inter papam Romanum et Francorum regem Ludovicum, aecclesia Gallicana turbatur; simultas, quae sopita putabatur inter regem et ipsum, cepit repullulare. Imperator Constantinopolitanus, Anthiochia aliquandiu obsessa, pacem tandem cum principe fecit, et civitatem intravit; sed venationi insistens, dum arcum vehementius intendit, toxicata sagitta a semetipso vulneratus in sinistra manu, obiit, captis ante nonnullis Turcorum presidiis. Et post eum filius eius Manuel imperium sumpsit.

1142. 5. 5. 7. 14.

Radulfus Viromandorum comes uxorem suam dimittit, et sororem reginae Petronillam ducit. Propter quod instantia comitis Theobaldi mittitur Ivo Romanae sedis legatus, qui et Radulfum comitem excommunicavit, et episcopos Laudunensem Bartholomaeum, Noviomensem Symonem, et Petrum Silvanectensem, qui divortium illud fecerant, suspendit.

1143. 6. 6. 8. 15.

ib Ventus vehemens 14. Kal. Febr. horribili impetu monasteria domosque subruit, arbores annosas terrae coequans. Ludovicus rex Vitriacum castrum comitis Theobaldi capit; ubi igne admoto, aecclesia incensa, et in ea mille trecentae animae diversi sexus et etatis sunt igne consumpte. Super quo rex Ludovicus misericordia motus plorasse dicitur; et hac de causa peregrinationem Ierosolimitanam aggressus a quibusdam estimatur. Castrum vero Odoni Campaniensi contulit, nepoti comitis Theobaldi, qui patrimonium ab ipso sibi ereptum per regem Ludovicum hac occasione recuperare voluit. Mortuo venerabili Gifrido, Catalauni fit
ib. episcopus Guido. Obit papa Innocentius, cui succedit Wido castellanus, Caelestini nomine alteratus. Obit etiam Fulco rex Ierosolimorum. Qui dum venationi insistens leporem insequitur ex improviso sibi apparentem, equus cui sedebat, super se eum precipitem dedit, ipsumque vita
ib. pariter et regno privavit. Post quem filius Balduinus cum matre regnat. Pax reformatur inter papam et regem Ludovicum.

1144. 7. 7. 9. 1. S. 3.

Mart. 9. Celestinus papa quinque mensibus et dimidio papatus functus officio, recedit, eique Lucius, ex Gerardo cancellario papa factus, succedit. Mediante abbate Clarevallis, simultas, quae inter regem Ludovicum et comitem Theobaldum incanduerat, sopitur. Inter Stephanum regem Angliae et fautores Mathildis, Henrici regis filiae, varia sorte confligitur, et regnum illud, quod pre ceteris aliquandiu quietum manserat et opulentum, ferro, flamma, fame misere decerpitur.

1145. 8. 8. 10. 2. 4.

Edessa Mesopotamiae civitas, in qua erant corpora apostolorum Thome et Thaddei, et quae idolatriae sordibus nunquam fuerat polluta, ex quo primitus ad christianismum est conversa, a Turcis obsessa capitur. Ubi episcopo civitatis decollato, et sanctis locis prophanatis, et in eis multis nec dicendis abhominationibus perpetratis, multa milia diversi

6) d. 11. Febr. a. 1142; cf. Pagium et Mansi ad Baron. a. 1140. 7) Blesensem.

sexus et etatis trucidantur, diversis modis cruciantur, captivi abducuntur et servituti addicuntur. Unde christianis metus et tristicia, Christi nominis inimicis fastus crevit et audatia. Et haec quidem malorum inicia. Lucius papa senatores Romanorum contra aecclesiam erectos in Capitolio obsidet; sed inde per Iordanem Petri Leonis perturbatus, infirmitate correptus, infra annum pontificii sui moritur. Cui succedit abbas Sancti Anastasii Bernardus, et papa vocatur Eugenius. Contra quem Romani Iordanem patricium et senatores erigentes, eum ab urbe deturbant. Qui transalpinando in Gallias venit. Febr. 25.

1146. R. 9. F. 9. A. 11. H. 3. S. 5.

Rex Francorum Ludovicus, captae a Turcis Mesopotamiae zelo accensus, sive ut alii putant, Vitriacensis incendii conscientia compunctus, apud Viceliacum affixo sibi crucis signo, cum principibus regni et multitudine innumerabili transmarinam peregrinationem aggredi proponit. Ecclesia Tornacensis, quae per annos circiter 600 a tempore beati Medardi sub episcopo Noviomensi sine proprio fuerat sacerdote, hoc anno proprium episcopum cepit habere, Anselmo abbate Sancti Vincentii Laudunensis a papa Eugenio Romae consecrato et eidem civitati in episcopum destinato. Fames permaxima grassatur in Gallia, in qua aecclesiarum Christi enituit liberalis munificentia; quae in sustentationem pauperum multa expenderunt modiorum milia. Quo tempore in Lingonensi parrochia, apud Mormandum, ubi pauperes innumeri cotidiana stipe alebantur, quidam homines occidisse et eorum carnes coctas vendidisse deprehensus, a pauperibus patibulo est appensus. Guido Catalaunis episcopus obit.

1147. 10. 10. 12. 4. 6.

Conrado rege in purificatione sanctae Mariae Frankenefort constituto, abbas Clarevallensis tam rege quam cunctis fere regni principibus crucis affigit signum, et sotii peregrinationis multiplicantur super numerum. Navalis Dei exercitus, ex Anglia, Flandria atque Lotharingia collectus, 2. Id. Aprilis de Tredemunde[8] portu Angliae cum 200 fere navibus profectus, 4. Kal. Iulii in vigilia apostolorum Ulixisbonam[9] applicuit, et eam post quattuor mensium obsidionem per multas cedes et multam macerationem Dei virtute et sua industria capiunt; et cum de ipsis tantum essent 13000, hostium 200500 superantes, ingressi cum hymnis, aecclesiam dedicantes, episcopum ibi et clericos ordinaverunt. Ad corpora ibi occisorum tres muti recuperaverunt loquendi usum. Conradus rex mense Maio cum multitudine innumerabili et virtute incomparabili peregrinationem aggressus, transito prospere Bosforo, dum ad expugnandum Iconium inconsulte divertit, consumptis terrae germinibus et deficientibus victualibus, suis fame afflictis redit, et prosequentibus eos Turcis, multa milia suorum amittit. Rex Francorum Ludovicus 3. Kal. Iunii in pentecosten peregrinationem aggressus, cum infinitis et expeditis suorum milibus per Hungariam profectus, transito Bosforo occursu Conradi regis excipitur; qui multis suorum ob inopiam repatriantibus, paucis comitantibus, a Francis benigne susceptus et cum eis aliquandiu est profectus. Sed ab imperatore Grecorum a Tiatira revocatus, navibus eius Ierosolimam est evectus. Eclypsis solis fuit 8. Kal. Novembris, die dominica, ab hora 2. usque in horam 5. 8

1148. 11. 11. 13. 5. 7.

Franci per deserta Asiae dolo et astu Grecorum et crebro assultu Turcorum detrimenta maxima patiuntur; et fame nimia cruciati, quidam equorum et asinorum carnibus vescuntur. Sic cum multo labore et dampno, multis fame pereuntibus, vix tandem Seleutiam venerunt, et inde Antiochiam et Palestinam petierunt. Manuel rex Grecorum nuntios regis Siciliae, quos ad eum pro exequendo pacis foedere miserat, detinuit mancipatos carcere. Unde iratus Rogerus, misso navali exercitu, Corinthum spoliavit cum quibusdam aliis civitatibus et castellis in Grecia; et infinitam sumens diversi generis paludamentorum et vestis preciosae substantiam cum auri et argenti copia, captivavit et de Grecis nonnulla milia. Cepit etiam insulam Curfolium[10], et in eius portu edificavit forte presidium. Citeriores Hispani capiunt Almariam, et sequenti anno Tortosam, insignes civitates Sarracenorum. Alvisus Atrebatensis episcopus, vir honestate vitae et scientia clarus, apud Philippopolim obit[11]. Symon quoque Noviomensis episcopus apud Seleutiam diem claudit. Amedeus comes Maurianensis in Cipro insula obit. A papa 10 11

8) Dartmouth in Devonshire. 9) Lissabon. 10) Corfu. 11) 8. Id. Sept. secundum Necrologium Aquicinense; anno 1147. secundum Annales Aquicinenses.

Eugenio Remis concilium celebratur, in quo hereticus quidam de Brittannia adductus dampnatur; qui non prophetam vel magnum quemlibet, sed nomini suo alludens — Eón enim dicebatur — *Per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem* se esse dicebat, et de suis quosdam quidem angelos, alios autem apostolos faciebat, et propriis angelorum seu apostolorum nominibus appellabat. Qui in concilio dampnatus, sub custodia Remensis archiepiscopi non multo post defunctus, vita pariter caruit et memoria. Contra Gillebertum quoque Pictavorum episcopum, qui quadam nova verborum subtilitate in scriptis suis scandalizabat aecclesiam, multa sunt dicta et disputata. Unde et quaedam, quae defendere non presumpsit vel non potuit, ab ipso sunt dampnata et abrasa. Lauduni 4. Non. Iul. factis tonitruis, in monasterio sancti Vincentii monachis diurni officii cursum complentibus, duo ex eis subito fulminis ictu corruentes expiraverunt; alii quidam tacti vel territi vix convaluerunt. Fulmine etiam altaris linteum adurente, et sacrarium penetrante, et de magna cruce partem, partem quoque claustralis hostii asportante, tota domus repletur horrore. In aliis etiam locis hominibus seu hominum aedificiis vel animalibus fulmine pereuntibus, mala quae solito graviora christianis contigere, sunt signata. Dicunt etiam Ierosolimis in templo Domini sive in monte Oliveti fulminasse, et eius infortunii hoc presagium fuisse. In territorio Gebennensi lupus quidam, corporis magnitudine et animi ferocitate aliis dissimilis, homines devoravit, et plus quam triginta animas diversi sexus et etatis vita privavit. In aliis etiam locis hoc anno lupi similiter noscuntur operati. Hildefonsus comes de Sancti Egidii cum navali exercitu Palestinam applicuit, et cum magnum quid facturus speraretur, reginae ut aiunt dolo male potionatus, apud Cesaream Palestinae moritur. Filius eius adolescens quoddam castrum comitis Tripolitani patruelis sui ingreditur, sed dolo eiusdem cum sorore a Turcis captivatur. Obsessa per triduum Damasco a Francis, Germanis ac Ierosolimitanis, captis iam muris exterioribus, qui ortos ambiebant, cum in brevi civitas capienda putaretur, dolo, ut aiunt, principum Palestinorum obsidio removetur. Factaque discessione, rex Francorum et imperator, iterum condicto die ad obsidendam Ascalonem, cum suis Ioppe conveniunt. Sed Ierosolimitis minime iuxta condictum occurrentibus, imperator Constantinopolim navibus evehitur; rex, suis repatriantibus, cum paucis Ierosolimis per annum moratur. Rogerus rex Siciliae exercitum navalem direxit ad fines Affrice; captaque insigni civitate quae dicitur Affrica, Suilla, Asfax, Clippea, aliisque castris pluribus, archiepiscopum Affricae, qui sub servitute Romam venerat consecrandus, ad sedem suam remittit liberum.

1149. R. 12. F. 12. A. 14. H. 6. S. 8.

Papa Eugenius in Italiam regressus, cum Romanis vario eventu confligit. Conradus et Manuel imperatores convenientes in Grecia, expeditionem parant contra Rogerium de Sicilia. Sed exercitibus profligatis ob famem et aurarum intemperantiam, Conradus tanquam rediturus repatriavit in Alemanniam. Henricus, Ludovici Francorum regis germanus, contempto mundi stemate, pro Christo in Claravalle indutus monachili schemate, provehitur ad episcopatum civitatis Beluagicae. Ecclypsis lunae fuit 11. Kal. Aprilis circa horam 9. noctis, sabbato ante ramos palmarum; et ventorum intemperies secuta est per quattuor continuos dies. In 4. autem feria ventus maximus et nimia fuit pluviarum inundantia. Qua die in territorio Nerviorum iuxta Gandavum sacerdos, missa celebrata, fulmine ictus occubuit, et in territorio Remensi quidam clericus tempestate periit. Tonitrua, fulgura, grandines et tempestates, diversa hoc anno hominibus intulerunt incommoda. Ludovicus rex Francorum a Palestina navigans, ut in patriam rediret, Grecorum naves incurrit. Cumque ab eis imperatori Curfolium obsidenti presentandus deducitur, Georgius dux navium regis Siciliae eos aggreditur. Siquidem vastatis et spoliatis Grecorum provinciis, usque ad ipsam urbem regiam Constantinopolim accedens, sagittas aureas in palatium imperatoris iecerat; et incensis suburbanis, de fructu ortorum regis violenter tulerat. Unde rediens, naves Grecorum incurrit, captis Ludovicum regem eripuit, sed captos regis obtentu dimittit. Interim Manuel recepto in deditionem Curfolio, Siculorum naves per suos insequitur, et captis nonnullis navibus, rex fuga liberatur, et a rege Rogerio, necnon et papa Eugenio, honorifice suscipitur atque deducitur. Raimundus princeps Antiochiae, vir cunctis christiani nominis inimicis terribilis, Kal. Augusti contra Turcos egressus, multis suorum captis et occisis in

insidiis eorum, et ipse miserabiliter est interfectus. Turci caput eius circumferentes, omnia fere castra vel civitates, quae sui iuris erant, in deditionem recipiunt, preter Antiochiam. Qui cum et ipsam nimis infestarent, rex Ierosolimorum Balduinus contra eos egreditur in Syriam; eisque proturbatis, inredeundo Saracenorum munitionem circa Damascum capit, et Damascenos in triennium tributarios facit. Milites templi Gazam, antiquam Palestinae civitatem, reedificant, et turribus eam munientes, Ascalonitas graviter infestant.

1150. R. 13. F. 13. A. 15. H. 7. S. 9.

Bartholomeus Laudunensis episcopus, trecesimo octavo anno sui episcopatus, contempto mundi scemate, Fusniaci[12] induitur monachili schemate. Habitis per Franciam conventibus, conivente etiam papa Eugenio, ut abbas Clarevallis Ierosolimam ad alios provocandos mitteretur, grandis iterum sermo de profectione transmarina celebratur; sed per Cistercienses monachos totum cassatur. [12]

1151. 14. 14. 16. 8. 10.

Illustres religione et prudentia viri obeunt, Sugerus abbas Sancti Dyonisii[13], Rainaldus Cistercii, Odo Sancti Remigii. Lauduni fit episcopus Walterus abbas Sancti Martini; et Godescalcus de monte sancti Martini episcopatur Atrebati. Episcopi obeunt moribus et scientia clari, Hugo Autisiodorensis, et Ioslenus Suessionensis[13*]. Gifridus comes Andegavorum post simultates habitas cum rege Ludovico, facta pace, infra unius mensis spatium obit. Obit etiam nobilis et religiosus princeps et pauperum pater comes Theobaldus. Multi quoque nobiles hoc anno moriuntur. [13] 1152. Ian. 8.

1152. 15. 15. 17. 9. 11.

Conradus Teutonicorum rex obit; qui cum quindecim annis regnaverit, benedictionem tamen imperialem non habuit. Cui Fritericus dux nepos eius succedit. Adalbero Trevirorum archiepiscopus, vir magnanimus et singularis censurae, obit. Terraemotus fuit in partibus Italiae. Rex Francorum Ludovicus, zelotipiae spiritu inflammatus, iurata consanguinitate uxorem suam repudiat. Quam quia contra eius voluntatem Henricus dux Normanniae ducit, magna inter eos simultas excandescit. Regina Ierosolimorum iusto familiarius ad inimicos Dei se habente, filius eius Balduinus rex contra eam insurgit, et obsessis captisque eius munitionibus, in urbem sanctam intrare ab ipsa secundo prohibitus, tandem violenter ingreditur; eamque in arce obsidens, facta pace, Neapolim ei dimittit, reliquam regni partem sibi retinet. Massamuti, quos quidam Moabitas dicunt, post usurpatum Mauritaniae regnum regemque patibulo affixum, etiam regem Bulgiae occidentes, regnum eius invadunt, ipsamque Siciliam, Apuliam, Romam quoque se invadere minantur. Illustris vir Radulfus comes Viromandorum obit. Eugenius papa, cum Romanis pace facta, Urbem ingreditur, ibique cum eis hoc anno primitus commoratur. Febr. 15.

1153. 1. 16. 18. 10. 12.

Rex Fritericus expeditionem parat in Italiam. Obit Eugenius papa, cui succedit Anastasius. Rex Francorum Ludovicus cum nimio exercitu Normanniae fines aggressus, castrum Vernon in deditionem recepit. Interim dux Normannorum in Anglia contra regem Stephanum fortiter agens, tandem cum eo pacem facit, ita ut vivente rege post eum secundus in Anglia, mortuo succedat Rex Ierosolimorum regni integritate potitus, Ascalonem Palastinae caput post longam obsidionem non sine gravi dampno et multa suorum profligatione tandem cepit. Venerandae memoriae Bernardus abbas Clarevallensis post claros actus et multarum animarum lucra et innumera fundata monasteria beato fine quiescit. Urbem Cameracum post multorum civium captionem Theodericus Flandriae comes recepit. Vir religiosus Walterus Laudunensis episcopus, multarum fundator abbatiarum, migrat ad Dominum, et Premonstrati sepelitur, ubi quondam pro Christo paupertatis sumpsit habitum. Cui succedit Galterus Laudunensis decanus. Iul. 7.

1154. 2. 17. 19. 11. 13.

Princeps utilis et strenuus et actibus clarus Rogerius rex Siciliae, post insignes de Saracenis victorias et terras eorum occupatas obit, nec inferiorem se filium Guillelmum, regni et victoriarum successorem derelinquit. Regem Babiloniorum quidam de suis

12) Foigny, dioec. Laudun. 13) 1152. Ian. 13. 13*) 7. Kal. Nov. secundum Necrol. Fidemiense; 25. Oct. 1152. sec. Galliam Christ.

principibus interficit, et inde cum infinita thesaurorum copia fugiens, a militibus templi occiditur, et capto filio eius, omnis illa opulenta et incomparabilis suppellex eorum cedit usibus. Guillelmus rex Siciliae misso navali exercitu, urbem Taneos in Egypto vastat et spoliat; unde magnae opes auri et argenti ac preciosae vestis copia multa deducitur. Sed inde revertentes, stolum imperatoris Grecorum offendunt; et cum essent de Grecis circiter 140 naves, Siculi numero pauciores eos vincunt, spoliant et capiunt, et infinitae opum diversorum copiae Siculis inde proveniunt. Massamuti in Italia Puteolis castrum spoliant; quos rex Siciliae per suos navibus persequens, capit et exterminat. Rex
Nov. Fritericus transalpinando in Italia fortiter agit; adversantium sibi castra deicit. Rex Francorum Ludovicus Henricum ducem Normanniae ad pacem recipit. Qui in brevi, mortuo rege Stephano, Angliam intrat, et regni integritate potitus, pacem antiquam reformat. Robertus de Bova, vir omni plenus nequitia, spiritu zelotipiae succensus, quendam de suis cum muliercula, quam ei consensisse suspicabatur, intra domum comburendos includit; et iniecto igne, consumpta omni materia, nichil eis nocuit incendium,
Dec. sed sanos et integros propria conservavit innocentia[14]. Obit papa Anastasius, et episcopus Albanensis Nicholaus papa fit Adrianus. Luna passa est eclypsim 11. Kal. Ian., in posterioribus partibus geminorum.

1155. R. 3. F. 18. A. 1. H. 12. S. 1.

In partibus Burgundiae 15. Kal. Februarii 3. feria, ter in una nocte fuit terraemotus, quo etiam diversa aedificia dicuntur fuisse subversa[a].

CONTINUATIO BURBURGENSIS.

Codex beatae Mariae iuxta Burburch, C5., *excepit vel potius excerpsit codicem* C; *ex eius additamentis habet tantum* 1102. 1105. 1109. 1111, *ea quae iam* B; *proprii nil habet nisi continuationem sequentem, eadem, qua totus codex, manu exaratam. Initium eius continuationi Atrebatensi innititur. Anni* 1122. 1126. 1133. 1134. 1135. 1137. 1138. 1140. 1145. *leguntur etiam in chronico S. Bavonis, quod superstructum esse codici Valcellensi supra pag.* 280. *vidimus; unde veri admodum simile videtur, monachum Valcellensem eosdem habuisse et fortasse e nostro hausisse.*

Cont. Atreb. 1114. Concilium Belvaci celebratur.

ib. 1118. Paschalis papa obiit, cui successit Gelasius. Magnus ventus factus est 12. Kal. Ian. subruens castra et campanaria.

cf. Praem. 1119. Balduinus comes Flandriae moritur et in ecclesia sancti Bertini sepelitur.

Cont. Atreb. Karolus nepos eius, filius Cnutonis regis Danorum, ei succedit. Gelasius papa obiit, cui succedit Calixtus, qui Remis concilium tenuit.

1122. In Flandria apud villam quae dicitur Hovela, natus est puer in modum piscis, nec brachia habens nec coxas.

ib. 1124. Hyemps facta est asperrima.

1125. Fames vehementissima supervenit, a Kal. Nov. incipiens, usque ad novas fruges perdurans. Pontius[b] abbas Cluniacensis sub custodia Romani pontificis in carcere et vinculis obiit. Quidam puer Anglicus a lumbis deorsum contractus, in Sithiu meritis sancti Folquini erigitur.

1126. Venit clades permaxima, quae tam divitum quam pauperum innumeram extinxit multitudinem.

ib. 1127. Karolus comes Flandriae Brugis occiditur; cui successit Willelmus, filius Roberti comitis Normannorum.

a) *Ita codex desinit in media pagina. Auctorem hic re vera calamum deposuisse, docet interpolatio huius continuationis Ursicampina* (D)[1]., *quae in iisdem verbis desinit.* b) Pontus *cod.* 14) cf. infra Auct. Ursic.

1128. Willelmus comes moritur et in ecclesia sancti Bertini sepelitur. Cui successit Theodericus, filius Theoderici ducis de Ellesath.

1129. Eclypsis lunae apparuit 4. Kal. Novbr.

1130. Honorius papa obiit. Contencio inter Petrum filium Leonis et Gregorium de Sancto Angelo de papatu.

1131. In villa Viromandensi natus est puer, tria capita habens totidemque manus. Combusta est villa sancti Richarii in pago Pontivo sita, cum ecclesia eiusdem sancti, in qua plus quam duo milia hominum cum mulieribus et infantibus incensi perhibentur, a Hugone Campo avenae, qui eandem villam cum suis militibus obsedit et incendit.

1133. Sol obscuratus est 4. Non. Augusti hora 6., ita ut stelle in celo apparerent. Apud Bergas in villa Beirna dicta natus est agnus duo habens capita. Bergis nascitur infans, bissenos digitos habens in manibus et totidem in pedibus, et reliqua menbra habens omnia preter faciem. Nam nec caput nec oculos nec nasum nec os habuit; unde et uno tantum die vixit.

1134. 14. Kal. Iul. audita sunt tonitrua, choruscationesque fulminum insolitae apparuerunt, ita ut quidam mundi consummationem affuisse putarent. Civitas Tripolis a Babyloniis est obsessa, sed miserante Deo mox per regem Iherosolimorum et patriarcham et eorum exercitum, cesis Sarracenorum viginti milibus et omnibus eorum captis copiis, magnifice est liberata. Discordia seva, que inter regem Ierosolimorum et comitem Trypolensem fuerat, summe pacificata, et obsidio Ascalonica communiter iurata. Concilium Remis habetur, Innocentio papa secundo pontificante.

1135. Magnus ventus factus est 5. Kal. Nov. tam vehemens, ut turres aecclesiarum domosque urbium subverteret per diversa loca. Henricus rex Anglorum obiit. Succedit Stephanus comes Bononie, nepos eius. Audita sunt tonitrua ac choruschationes fulminum vise Id. Decenbris. In Francia cometa visa est.

1136. Quidam presbyter Heribertus nomine, Remis de heresi convictus degradatur.

1137. Duo pueri nascuntur, unus in pago Noviomensi, alter in pago Lensensi, mitrati mitra carnea, ac si esset linea, caudis carneis a collo dependentibus, ac si essent capilli plexi more militum comas nutrientium et plectentium. Monasteria plurima divino iudicio hoc anno concremantur. Ludovicus rex Frantiae obit; succedit filius eius Ludovicus, qui ducit filiam comitis Pictaviensis uxorem. Luthro rex Alemanniae obiit.

1138. Petrus filius Petri Leonis, presbiter cardinalis tituli Sanctae Mariae trans Tyberim, moritur. Reinaldus Remensis archiepiscopus obit. Auditum est tonitruum 8. Kal. Iul. cuius ictus vere extitit horribilis, quia auditu intolerabilis, et ideo mirabilis.

1139. Roma Innocentio papae pacificatur. Concilium generale Laterannis evocatur. Eclypsis solis facta est 13. Kal. Aprilis, hora vespertina.

1140. Samson decanus Carnotensis fit archiepiscopus Remensis. Stephanus rex Angliae et Balduinus Hainoniensis comes cum Hugone Candavena contra Theodericum comitem Flandriae conspirant. Quibus ille non sine eorum gravi iactura, terris eorum flamma, ferro, hominum captione, animalium depredatione ac castrorum subversione vastatis[a], viriliter restitit.

1142. Hyemps asperrima et diutina; quam insecuta est tam insolita aquarum inundatio, ut flumina a suis alveis plus solito exeuntia pontes, domos cum familiis, castra proxima everterent, et secum tracta involverent.

1143. Innocentius papa secundus obit; cui successit Celestinus. 14. Kal. Febr. ventus vehemens ex dextro latere septemtrionalis plagae processit, qui usque ad fundamenta ecclesias evertit, campanaria turresque inestimabilis ponderis multaeque fortitudinis comminuit atque deiecit, arbores radicitus evulsas subvertit, castella domosque destruxit; in quorum ruina homines, feminas, pueros, pecoraque per loca nonnulla neci involvit. Mare etiam in ipsa epdomada terminos suos transgrediens, plurimum terrarum summersit.

1144. Celestinus papa moritúr, et Lucius papa secundus Romanae ecclesiae preficitur.

1145. Lucius papa moritur, Eugenius III. succedit. Cometa visa est.

a) *hanc vocem suppleri, deest codici.*

1148. Concilium Remis ab Eugenio papa celebratur[a].

1163. Heinricus rex Angliae, supra quod dicitur Deus aut quod colitur efferatus et in superbiam elatus, assensu Rogeri Eboracensis archiepiscopi et Gilleberti Londoniensis episcopi, necnon Hylarii Ciscestrensis episcopi, et quorumdam aliorum, simul etiam omnium baronum suorum, Richardo etiam consiliario suo Pictaviensi archydiacono impellente, contra ius et fas omnem dignitatem et ecclesiasticae disciplinae censuram violenter sibi usurpat. Quam ob causam dominum Thomam, archiepiscopum Cantuariensem, virum religiosum, gloria et honore dignum, huic apostasiae fortiter contradicentem, et sese pro iusticia et veritate constanter morti apponentem, ab Anglia eliminavit. Qui ut valuit latenter evadens et mare transfretans, apud ecclesiam beati Bertini appulit, ubi honorifice, sicut tantum virum decebat, susceptus est. Digne quidem, nam et sanctus Dunstanus et sanctus Anselmus de Anglia eliminati, hunc locum peregrinationis suae aptum elegerunt. In pago quod dicitur sancti Audomari, in parrochia sanctae Margaretae, in adventu Domini ebdomada 2. natus est infans biceps cum quattuor brachiis et totidem manibus, in anterioribus quidem geminam naturam maris et feminae, in posterioribus unam tantum egestionis habens.

1164. In Senonensi ecclesia tale quid accidit. Feria 6. in parasceue archydiaconus unus eiusdem civitatis defunctus iacebat in ecclesia, quattuor crucibus circumdatus, quarum una, que ad caput erat, preciosior erat ceteris. Facto autem congruo tempore, quo officia diei celebrarentur, Alexander papa, qui tunc ibidem morabatur, cum clero suo se ad officia agenda preparavit. Quibus inceptis aer cepit commoveri. Lectis autem lectionibus et decantatis tractibus ad diem pertinentibus, incepta etiam passione, ubi ventum est ad locum illum *Crucifige crucifige*, tantus fragor cum fulminis percussione repente irruit super eos, ut ne unus quidem in tota ecclesia superstes remaneret; sed omnes ceciderunt in terram, facti velud mortui. Crux etiam predicta pretiosa, quasi serra per medium secata, in duas partes cecidit, quarum una est inventa, altera pars omnino disparuit. Post unam vero horam papa et clerus suus resipiscentes, satis cum dolore et timore officium peregerunt.

a) *Hic folium desinit; sequens incipit cum a.* 1163, *unde folium excidisse videtur, quod a.* 1149—1162. *continebat.*

CONTINUATIO VALCELLENSIS.

Codice B2. *deperdito, continuationis fragmenta tantum dare possumus ea, quae Miraeus inde excerpsit. At multo plura fuisse, docet quod huic superstructum supra p.* 281. *diximus Chronicon S. Bavonis; ubi non modo ex Miraeanis leguntur plurima, sed multa quoque alia, quae procul dubio ex Valcellensi desumpta sunt; sed quaenam sint illa, id quidem certo dici nequit, quum aliis etiam praeter* B2. *fontibus usus fuerit compilator Gandensis. E continuatione Burburgensi quaedam ibi leguntur sub a.* 1122. 1126. 1136—1135. 1137—1140. 1144. 1145., *ex Aquicinctina a.* 1149—1152. *Haec igitur omnia compilator Gandensis aut ex* B5. C5. *collegit, aut iam in* B2. *invenit, id quod libentius crediderim eo, quod chronicon ad a.* 1150. *habet quaedam, quae non in* B5., *sed in* B1. *leguntur;* B1. *autem Valcellensi ad manus fuisse, satis apparet. Sed ut haec incerta linquamus, illud certum est, Valcellensem codicem propriam continuationem non habuisse, sed codici* B., *vel fortasse* B5., *usque ad a.* 1163. *descripto, additamenta tantum adspersisse, e vita Norberti, continuatione Praemonstratensi et fortasse etiam Burburgensi, necnon aliunde petita.*

1114. Concilium Cononc Prenestino episcopo et Romane ecclesie legato presidente Bellovaci celebra- Cont. Praem.
tum est.

1115. Tanchelinus hereticus, qui Andoverpiam, Walacram et circumiacentes insulas et maritima loca in par- V. Norb.
tibus illis multis heresibus infecerat, occiditur. Castrum Encres, Hugone Camdavena pulso, qui illud usurpaverat, Balduinus comes Flandriae cepit, et Karolo consobrino suo dedit. Lambertus, C. Praem.
episcopus Atrebatensis, moritur. Petrus eremita ex Syria reversus, apud Huyum moritur, et sepelitur in monasterio a se fundato, ad Mosam fluvium. Claravallis fundatur, cuius primus abbas fuit sanctus Bernardus.

1117. Balduinus comes Flandrensis, quia Hugo Candavena terram eius, ubi potebat, rapinis et incendiis vastabat, castrum sancti Pauli obsedit; sed Eustathio comite Boloniae mediante, Hugoni reconciliatus rediit.

1119. Balduinus comes Flandrie, Callisti pape ex sorore nepos, obiit. Cono, Prenestinus episcopus et legatus ib. V. Norb.
apostolicus, synodum Colonie celebrat, et Heinrici imperatoris excommunicationem promulgat. Huic synodo interfuit Norbertus, postea Premonstratensis ordinis institutor, tunc recenter conversus, in peregrino habitu.

1121. Bartholomeus Laudunensis episcopus et Norbertus abbas Premonstratam ecclesiam fundant. Norberto, ib.
Colonia cum sanctorum reliquiis redeunti, Ermensendis, comitissa Namucensis, offert ecclesiam in villa sua Floreffia, ad fratres in ea collocandos.

1124. Canonici Andoverpenses, a Godefrido Bullonio, duce Lotharingie et marchione Andoverpensi fundati, Nor- ib.
berto et sociis eius templum sancti Michaelis cedunt, et inde ad edem beate Marie virginis migrant.

1125. Viconiense monasterium apud Valentinianas incohatur, quod inter Premonstratensia est pulcherrimum.

1126. Godefridus comes Capenbergensis, relicto seculo Christum cum Norberto secutus, et Capenbergensis, Vor- ib.
larensis atque Elestatensis monasteriorum apud Westfalos fundator, moritur.

1128. Hoc anno cenobium de Dunis[1] in Flandria construi cepit a domno Fulcone, 1
primo ipsius loci abbate.

1131. Milo abbas Sancti Indoci in Nemore, ordinis Premonstratensis 15. Kal. Martii consecratur episcopus C. Praem.
Tervanensis. Hoc anno inceptum est monasterium sancte Marie Valcellensis[2] ecclesie in 2
agro Cameracensi. In Aurea Valle[3] apud Treveros beatus Bernardus sui ordinis monachos collocat.

1132. Sanctus Hugo Gratianopolitanus episcopus transiit; cuius vitam virtutibus plenam Guigo, venerabilis Carthusie prior, precepto Innocentii pape, eleganti stilo descripsit. Conventus monachorum, cum abbate suo Radulfo, ex Anglia oriundo, venit ad locum qui vocatur Valcelle, Kalendis Augusti. Hos adduxit beatus Bernardus, abbas Clarevallensis.

1133. Sancte Marie ecclesia Tervanensis dedicata est a 4 episcopis, scilicet Milone, ipsius civitatis episcopo, Guarino Ambianensi, Simone Noviomensi ac Tornacensi, et Alviso Atrebatensi.

1137. Guilelmus, dux Aquitanie et comes Pictavensis, filiam, quam heredem habebat, Ludowico, filio regis ib.
Francorum, moriens sponsam dereliquit. Ad quam ducendam filius regis profectus, interim patre rege defuncto, in regno stabilitur; et regnum Francie et ducatus Aquitanie copulantur. Abbas Fulco domum suam de Dunis, et domum de Claromaresch[4], quam simul incohaverat, in capitulo Cla- 4
revallensi sub manu domni Bernardi ordini Cisterciensi, die sancte Petronille virginis, tradidit.

1138. Rainaldus Remensis archiepiscopus obiit. Fulco abbas Dunensis officium abbatis dimisit, ib.
et domnus Robertus Brugensis abbas Dunis constituitur.

1140. Samson, Carnotensis ecclesie prepositus, Remorum ordinatur archiepiscopus. Apud Tornacum ib.
adolescens clericus, Henricus nomine, multa in spiritu vidit. Vitam quoque sancti Eleutherii Tornacensis episcopi notitiae hominum tradidit, et alia multa tam de ipsius urbis episcopatu quam de ceteris rebus prophetavit.

1141. Hugo, prior ecclesie sancti Victoris Parisiensis, multa ecclesie sancte utilia scripta relinquens, diem obiit. ib.

1145. Quidam Turcus, nomine Sanguinius, Edessam cepit, christianos occidit in illa civitate degentes, et ecclesias profanavit.

1146. Tornacensis ecclesia, que per quingentos et amplius annos episcopis Noviomensis ecclesie commendata ib.
fuerat, proprium episcopum Anselmum nomine, ab Eugenio III. papa recepit, Bernardo abbate Clarevallensi inter alios procurante.

1147. Pars christiani exercitus, Hierusalem navigio petens, Olisiponem urbem

1) Ter Duyn, intra muros civitatis Brugensis situm. 2) Vaucelles. 3) Orval. 4) Clairmarais, non procul a St. Omer.

Hispanie, virtute Dei Saracenis pulsis, cepit et christianis reddidit. Conradus imperator cum quinquaginta et amplius milibus militum, et innumerabili manu peditum, transito mari, quod brachium sancti Georgii dicunt, tum dolo Grecorum, tum incursione Turcorum, tum penuria famis, pene totum exercitum amisit. Monachi duodecim cum Laurentio abbate et quinque conversis a beato Bernardo ex Claravalle in Bracbantum
cf. Praem. missi, Villariense monasterium edificarunt.

1148. Ludovicus rex Francorum fere cum 30 milibus equitum et magna multitudine peditum, postquam prescriptum mare transiit, fraude Manuelis imperatoris Constantinopolitani et penuria famis et persecutione hostilis exercitus maiore parte exercitus amissa, Salaminam venit, et inde navigio Antiochiam petiit. Camberonense[5] monasterium, ordinis Cisterciensis, in Haginoia fundatur. Alnae[6] ad Sabim fluvium monachi item Cistercienses per beatum Bernardum collocantur, petente Heinrico episcopo Leodicensi.

1149. Hoc anno consecrata est ecclesia sancte Marie Valcellensis cenobii a Samsone Remorum archiepiscopo, 7. Kal. Iunii.

1151. Radulfus, primus abbas huius cenobii Valcellensis, 3. Kal. Ian. migravit e mundo; cui successit Riquardus, et ipse de Claravalle sumptus, moribus maturus et temperatus in omnibus.

1153. Bernardo in Claravalle successor datus est Robertus Brugensis, abbas Dunensis in Flandria, ab ipso preelectus. Tunc domus Dunensis quattuor mensibus absque pastore vacabat, donec Albero, ab ipso Roberto transmissus, ipsi in regimine successit, quod duobus annis tenuit. Pax inter Stephanum regem Anglorum et Heinricum comitem Andegavensem restituta est, conditione interposita, ut Stephano mortuo, ipse Heinricus in regno Anglie succederet. Ipse siquidem Heinrici regis Angloruni ex filia nepos, et regnum Anglie hereditario iure repetens, tam per se, quam per coadiutores suos, terre multa mala intulerat, cum dux esset Normannie et Aquitanie. Filiam enim Guilelmi ducis Aquitanie, a Ludovico rege Francorum titulo consanguinitatis opposito relictam, duxerat; ex cuius parte ducatum illum habebat. In Ascalonensi obsidione mortuo Bernardo Sidoniensi episcopo, Almaricus abbas canonicorum regularium, in loco, qui dicitur Sanctus Abacuc sive Sanctus Ioseph ab Arimathia, illi subrogatur.

1154. Stephanus rex Anglorum obiit; Heinricus supra nominatus absque difficultate et contradictione successit. Vicelinus Wandalorum apostolus moritur.

1158. Domnus Robertus Brugensis, secundus Dunis et in Claravalle abbas, e mundo migravit. Viginti annis prefuit, 15 annos et pene 5 menses Dunensibus, 4 annos et 8 menses Clarevallensibus. Cui domnus Fastradus, Camberonensis in Hannonia abbas, in regimine successit.

1159. Milo Morinorum episcopus, olim abbas Sancti Iudoci in Nemore ordinis Premonstratensis, postquam sedem Morinensem annis 27 rexerat, ad Dominum migrat. Cui successit Milo secundus, eius archidiaconus, natione Anglus, Sanctae Mariae de Bosco sive de Nemore regularis canonicus. Calatravae militum ordo in Hispania incohatur.

1161. Post generale capitulum Lambertus abbas Cistercii, officio cedens, dimisit abbatiam; et Cistercienses domnum Fastradum Clarevallensem fecerunt sibi patrem, et Clarevallenses acceperunt domnum Gaufridum Igniacensem abbatem.

1162. Mense Septembri Fredericus imperator cum Octaviano iuxta Saonam fluvium consedit, et rex Ludowicus Divione, congregatis ex utraque parte multis episcopis, abbatibus, clericis, laicis, tam principibus quam popularibus, ut scismati ecclesie finem facerent, si possent; et non potuerunt, sed cum magna dissensione et simultate ab invicem discesserunt. Ideoque capitulum eo anno non tunc apud Cistercium, sed postea
[7] circa festum sancti Martini apud grangiam quandam de Fusniaco[7] celebratum est.

1163. 14. Kal. Iunii Fastradus abbas Cistercii Parisius obiit, Cistercium translatus ante ascensionem. Cui subrogatus est domnus Gislebertus, abbas Ursicampi, post concilium Turonense.

5) Cambron. 6) Alnes. 7) Foigny, dioec. Laudunensis.

AUCTARIUM BELLOVACENSE.

Monachus Bellovacensis, Sigebertum intra a. 1138—1147. *transscribens, praeter additiones a.* 651. 685. 773. 1048. 1076. 1079. 1084. 1090. 1092. 1095. 1096. 1099. 1100. 1109, *quas iam in fonte suo* C. *legebat, de suo fecit quas subiicimus. Alius deinde tres adiecit a.* 1109. 1111. 1112. *una cum continuatione a.* 1113—1147., *quam tertius usque ad a.* 1163. *deduxit. Edidit e codice interpolato* D2. *Labbeus bibl. ms. I,* 390. *et ex eo Struve pag.* 1015, *Bouquet XIII,* 334. *Nos damus ex* D. *cum omnibus quos in chronologia commisit erroribus sat multis, veros annos in margine indicantes.*

649. E. N. A. q. e. D. R. clarent e. c. P. de Herio insula et R. P. et Geremarus Flaviniacensis abbates, Angadrisma quoque sacra virgo secus Beluacum.

731. Hic constituit, post primam commemorationem sanctorum in canone missae a sacerdote ita dicendum: *Et eorum, quorum solennitas hodie in conspectu tuae maiestatis celebratur, domine Deus noster, toto orbe terrarum;* quam institutionem in oratorio Romae tabulis lapideis conscribi fecit.

939. Stephanus Romanae aecclesiae 128us presidet.

956. Iohannes papa Romanae aecclesiae 131us presidet.

963. Benedictus Romanae aecclesiae 132us presidet.

— Leo vero Romanae aecclesiae 133us presidet.

965. Iohannes Romanae aecclesiae 134us presidet.

972. Benedictus papa Romanae aecclesiae 135us presidet.

974. Bonefacius Romanae aecclesiae 137us presidet.

975. Benedictus Romanae aecclesiae 138us presidet.

977. Abhinc de Constantinopolitano imperio taceatur.

984. Iohannes Romanae aecclesiae 139us presidet.

— Iohannes Romanae aecclesiae 140us presidet.

986. Iohannes Romanae aecclesiae 141us presidet.

996. Gregorius Romanae aecclesiae 142us presidet.

998. Iohannes Romanae aecclesiae 143us presidet mensibus 10.

1003. Iohannes Romanae aecclesiae 145us presidet.

— Iohannes Romanae aecclesiae 146us presidet.

1012. Benedictus Romanae aecclesiae 148us presidet.

1015. Comitatus Beluacensis datur Rogero episcopo[a].

1024. Hoc tempore in Gallia Beluacensi urbe inclitus Rogerius decessit episcopus, qui inter alia beneficia dedit aecclesiae sancti Petri, cui presidebat, Alliacum in Northmannia[1], et Montiacum in Vermandensi patria. Comitatum quoque eiusdem urbis ab 1
Odone Campaniensi comite impetravit, dato ei pro commercio castro Syncerrio[2] in Bituricensi territorio sito, quod sibi patrimonii iure competebat[b].

1033. Benedictus Romanae aecclesiae 150us presidet.

1051. (..... disputatum est) inter quos domnus Guido abbas de Cruce sancti Leutfridi[3] contra eum[4] de corpore et sanguine Christi elegantem edidit librum. 1

1067. His temporibus Beluacensi civitate suo destituta antistite, Guido, decanus custosque aecclesiae sancti Quintini Vermandensis et archidiaconus Laudunensis, constituitur Beluacensium episcopus, et a Gervasio Remensi metropolitano consecratur. Qui graviter ferens, carere se praesentia Quintini martyris, in eius honore et memoria aedificavit aecclesiam, haud longe a menibus Belloacae urbis.

1069. Guido episcopus Beluacensis duobus annis perfectam dedicavit aecclesiam in honore advocati sui Quintini martiris, 4. Non. Octobris.

1078. Ab hoc tempore cepit reflorere in aecclesia beati Quintini Beluacensis canonicus ordo, primum ab apostolis, postea a beato Augustino episcopo regulariter institu-

a) *postea additum, sed ab eadem manu.* b) *erasum, alia manus correxit in:* quod dicitur Sanctum Cesaris.

1) Ailly. 2) Sancerre. 3) in Normannia, ab Ebroica septentrionem versus. 4) Berengarium. Liber iste editus est ab Erasmo Antw. 1530, a Vlimmerio Lovan. 1561. et in Bibliothecis Patrum Coloniensi t. XII. et Lugdunensi t. XVIII.

tus, sub magistro Ivone, venerabili eiusdem aecclesiae praeposito, postea Carnotensium episcopo.

1092. Domnus Ivo, Sancti Quintini Beluacensis prepositus, a papa Urbano consecratus, fit Carnotensis episcopus [a]

Abhinc manus secunda:

1109. Ultimum pascha 7. Kal. Mai.

1111. Suburbium totius pene Belloacae urbis incendio concremavit.

1113. Maxima terrae vinearumque infecunditas.

— Defuncto monacho Sigeberto, nos amodo nostrorum annorum tempora computabimus.

4 1115. Domnus Ivo Carnotensis episcopus obiit [4].

1118. Gelasius Romanae aecclesiae 155[us] presidet.

1119. Calixtus Romanae aecclesiae 156[us] presidet.

1125. 1123. Henrico imperatori Lotharius succedit.

1124. 1125. Honorius Romanae aecclesiae 167[us] presidet.

1130. 1129. Innocentius Romanae aecclesiae 168[us] presidet.

1138. [1133. Mortuo Lothario succedit Corradus, nepos Henrici superioris [b].]

1136. Primum pascha 11. Kalendas Aprilis hoc anno contigit.

1136. 1137. Defuncto rege Anglorum Henrico, Stephanus, nepos eius, quia filium non habebat, successit ei.

1137. 1139. Ludovicus Francorum rex obiit; cui filius Ludovicus, quem et ipse adhuc vivens a papa Innocentio Remis ante aliquot annos consecrari fecerat, in regnum succedit.

1143. Celestinus Romanae aecclesiae 169[us] presidet.

1144. Lucius Romanae aecclesiae 170[us] presidet.

1145. Eugenius post eum 171[us] fit papa Romanus.

a) *in loco raso, sed ab ipso codicis scriba.* b) *alia manus addit.*

4) De anno atque die mortis magna est disceptatio. Robertus de Monte, Matthaeus Paris et vita Roberti de Arbrissello, quos Pagius sequitur, illam ponunt a. 1117. Kalendarium S. Quintini Bellovacensis a Pagio allatum habet: *Kal. Ian. obiit venerandae memoriae magister Ivo . . . anno incarnationis Christi* 1116; quod kalendarium quum annos in pascha incipiat, est ille annus noster 1117. Continuator Praemonstratensis supra p. 447. annum habet 1113. Martyrologium Carnotense, teste Pagio, mortuum dicit *Id. Dec.* 1115. Kalendarium S. Iohannis Carnotensis in Valle teste Pagio habet: 10 *Kal. Ian. anno ab incarnatione* 1115. Necrologium S. Mariae Carnotensis, iam bibl. publicae Carnotensis p. 26, quod s. XIII. ineunte descriptum fuit ex longe vetustiori, haec habet a manu prima s. XIII. ineuntis: 10. *Kal. Ian. dominicae incarnationis a.* 1115. *obiit pater Ivo, huius sacratissimae sedis antistes, vir magnae religionis, aecclesiasticorum et secularium negotiorum prudentissimus, mitis affatu, patientia insignis, castitate pollens, et tam in divinis quam in philosophia eruditissimus; qui sex pallia bona et septem capas et infulas tres et tapeta trin decori huius aecclesiae contulit, librum missalem et epistolarium et textum evangeliorum et unum lectionarium matutinalem dedit, et omnes argento paravit; pulpitum miri decoris construxit; scolas fecit; domum episcopalem, quam vilem et ligneam et in obitu vel discessu episcoporum quibusdam pravis consuetudinibus per violentiam Carnotensium cunctum inductis ancillatum invenerat, speciosam et lapideam a fundamento refecit, et cum omnibus ad ipsam pertinentibus, sive mobilibus sive immobilibus, ex ancilla liberam reddidit, libertatemque ipsam astipulatione privilegiorum et Romanae sedis et regis et comitis, quae in archivis huius ecclesiae habentur, confirmavit; terram etiam quandam contiguam eidem domui ad amplitudinem ipsius domus a vicedomino adquisivit et murn clausit; apud pontem Godardum alias domos ad usus episcopales edificavit, eandemque villam in multis melioravit; abbatiam sancti Iohannis ex seculari in regularem convertit, instituit et auxit. Consilio et auxilio ipsius monasterium infirmorum apud Bellum locum constitutum fuit. Iniquitatus omnes huius ecclesiae et precarias in communes redegit usus, et eas in posterum personis distribui tam suo quam apostolico privilegio vetuit; ungarius et iniustas exactiones et pravas servientium discursiones fieri per preposituras eisdem privilegiis prohibuit;* (abhinc alia manus prorsus coaeva) *potestatem quam habebat daudae prepositurae de Ebrardivilla et ceteris ad eam pertinentibus, huic capitulo dedit; taxatu sepeliendorum precia in toto huius ecclesiae episcopatu cessare fecit; ad augmentandam tabulam altaris idem moriens centum modios vini reliquit, et in aliis pluribus huic aecclesiae et clericis suis multa bona fecit.* Subiectae sunt priori atramento deliueatae figurae aliquot monachorum, oculos manusque sursum levantium et quasi Ivonem invocantium.

1147. Facta est eclysis solis, 5. Kal. Novembris, hora tercia, die dominica. Concilium Remis, presidente Eugenio papa. 1147. 1148.

Abhinc tertia manus:

1148. Ludovicus Francorum rex, Ierosolimitanum iter aggressus, Sarracenorum passus insidias, cum magno suorum dispendio rediit. Obiit Odo Belvacensis episcopus secundus. 1149.

1150. Henricus, Ludovici regis senioris filius, fit Belvacensis episcopus.

1151. Congelatis in terra segetum radicibus, fit maxima frugum inopia.

1152. Anastasius papa 172us Romanae aecclesiae succedit. 1153.

1153. Obiit Thebaldus Trecassinorum comes.

1154. Stephanus rex Anglorum moritur. Oct. 25.

1155. Henricus, filius Gaufridi comitis Andegavorum, ei succedit. 1155.

1156. Adrianus 173us fit Romanus papa. 1154.

1159. Magna contentio inter regem Francorum et regem Anglorum pro Tolosa civitate.

1160. Eclysis lune 14. Kal. Septembris.

1161. Alexander papa 174us. 1159.

1163. Obiit Sanson Remensis archiepiscopus, vir scientia et sanctitate clarus. 1161.

AUCTARIUM MORTUI MARIS.

Monachus Mortui Maris (Mortemar, prope Lions inter Rotomagum et Gisors) a. 1155. *codicem* D. *descripsit cum omnibus eius additionibus et cum continuatione, de suo pauca tantum addens, ea quae hic damus litteris minoribus expressa. Alter coaevus continuationi multa interscripsit ex Anselmo et Gemblacensibus petita pleraque usque ad a.* 1165; *quae nos litteris minoribus inclinatis indicavimus. Tertius circa a.* 1180. *aspersit ea, quae litteris maioribus inclinatis distinximus. Reliqua a multis exarata sunt, eodem tempore, quo facta. Edita leguntur in Martene Thes. III,* 1437. *unde sua sumpsit Bouquet XII,* 781. *XVIII,* 354. *Nos damus, prouti Waitzius noster ea ex codice* D1. *ipso descripsit.*

1054. Bellum apud Mare mortuum.

1056. In episcopatu Lingonensi situm noscitur esse cenobium nomine Molismus, fama celeberrimum, religione conspicuum. Hoc a sui exordio magnis sub brevi tempore divina clementia suc gratie muneribus illustravit, viris illustribus nobilitavit, nec minus amplum possessionibus, quam clarum virtutibus reddidit. Ceterum quia possessionibus virtutibusque diuturna non solet esse societas, hoc quidam ex illa sancta congregatione viri nimirum sapientes altius intelligentes, elegerunt potius studiis celestibus occupari, quam terrenis implicari negotiis. Unde et mox virtutum amatores de pauperlate fecunda virorum cogitare ceperunt. Simulque advertentes, ibidem, etsi sancte honesteque viveretur, minus tamen pro sui desiderio atque proposito ipsam, quam professi fuerant, regulam observari, locuntur alterutrum, quod singulos movel, pariterque inter se tractant, qualiter illum versiculum adimpleant, *Reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.* Quid plura? Unus et viginti monachi, una cum patre ipsius monasterii, beate videlicet memorie Roberto, egressi, communi consilio, communi perficere nituntur assensu, quod uno spiritu conceperunt. Igitur post multos labores ac nimias difficultates, quas omnes in Christo pie vivere volentes pati necesse est, tandem desiderio potiti, Cistercium devenerunt, locum tunc scilicet horroris et vaste solitudinis. Sed milites Christi, loci asperitatem ab arto proposito, quod iam animo conceperant, non dissidere indicantes, ut vere sibi divinitus preparatum, tam gratum habuere locum, quam earum propositum. Anno itaque ab incarnatione scilicet Domini 1098, venerabilis Hugonis, Lugdunensis ecclesie archiepiscopi, sedis apostolice tunc legati, et religiosi viri, Walterii Cabilonensis episcopi, nec non et clarissimi principis, Odonis Burgundie ducis, freti consilio, auctoritate roborati, inventam hereinum in abbatiam constituere ceperunt, prefato abbate Roberto ab illius diocesis episcopo, videlicet Cabilonense, suscipiente curam virgamque pasto- Exord. Cist.[1]

1) i. e. Exordium coenobii Cisterciensis, auctore uno quodam ex fundatoribus (sanctum Stephanum vix crediderim), apud Tissier bibl. Cisterciensis I, 1. Labbe Bibl. ms. I, 610.

ralem, ceteris sub ipso in eodem loco firmantibus stabilitatem. At vero post non multum temporis factum est, ut idem abbas Robertus, requirentibus enm monachis Molismensibus, pape Urbani secundi iussu, Walterii Cabilonensis episcopi licentia et assensu, Molismum reduceretur, et Albericus, vir religiosus et sanctus, in ipsius loco substitueretur; hoc sane inter utramque ecclesiam, sequestre pacis gratia retento et apostolica auctoritate confirmato, ut ex eo iam tempore neutra illarum utriuslibet monachum ad habitandum sine commendatione regulari susciperet. Quo facto, novum monasterium novi patris sollicitudine et industria in brevi, non mediocriter Deo cooperante, in sancta conversatione profecit, opinione claruit, rebus necessariis crevit.

Exord. Cist. 1107. Bellum apud Tenechebrai[2] inter Robertum comitem et Henricum Anglie. Albericus, abbas Cistercie, superne vocationis bravium, ad quod ibidem per novem annos non in vacuum cucurrit, decimo apprehendit. Cui successit domnus Stephanus, homo natione Anglicus, religionis, paupertatis, disciplineque regularis ardentissimus amator, fidelissimus emulator. In huius vere diebus verum esse patuit, quod scriptum est: *Oculi Domini super iustos, et aures eius ad preces eorum.* Nam pusillus grex hoc solum plangeret, quod pusillus esset, hoc solum, inquam, metuerent, et metuerent pene usque ad desperationem Christi pauperes, sue se non posse relinquere paupertatis heredes. Vicinis quippe hominibus vite quidem in eis honorantibus sanctitatem, sed abhorrentibus austeritatem, et ita resilientibus ab illorum imitatione, quibus appropinquabant devotione; Deus, cui facile est de exiguis magna, de paucis facere multa, multorum preter spem ad ipsorum imitationem excitavit corda, ita ut in cella probandi noviciorum, tam clerici quam laici, et ipsi secundum seculum nobiles atque potentes, triginta pariter cohabitarent. Ex qua celica visitatione tam subita, tam leta, letari non immerito iam tandem cepit sterilis, que non pariebat, quoniam multi facti sunt filii deserte. Nec cessavit ei Deus in dies multiplicare gentem, magnificare leticiam, donec tam suis, quam de filiis filiorum suorum viginti infra annos circiter duodecim de solis patribus monasteriorum, tamquam novella olivarum in circuitu mense sue leta mater conspiceret. Non enim arbitrata est incongruum, si sancti patris Benedicti, cuius amplectebatur instituta, imitaretur et exempla. Porro a principio, cum novos in ramos novella cepisset pullulare plantatio, venerabilis pater Stephanus sagacitate pervigili mire providerat discretionis scriptum, tamquam putationis ferramentum, ad precidendos videlicet scismatum surculos, qui quandoque succrescentes, mutue pacis exorturum profocare poterant fructum. Unde et scriptum illud cartam caritatis competenter voluit nominari, quod ea tantum, que sunt caritatis, tota eius series redoleat, ita ut pene nil aliud ubique sui prosequi videatur, quod nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. Que quidem carta, sicut ab eodem patre digesta et a prefatis viginti abbatibus confirmata, sigilli quoque apostolici auctoritate munita est, largius continet ea, que diximus; sed nos summam tantum eorum hic breviter perstringemus. Abbas Cistercii et fratres eius, non immemores sponsionis sue, regulam beati Benedicti in loco illo ordinare et unanimiter statuerunt tenere, reicientes a se, quicquid regule refragabatur, froccos videlicet et pellicias, ęstaminia, capucia quoque et femoralia, pectina et coopertoria stramina lectorum, ac diversa ciborum in refectorio fercula, sagimen etiam et cetera omnia, que puritati regule adversabantur. Sicque rectitudinem regule supra cunctum vite sue tenorem ducentes, tam in ecclesiasticis, quam in ceteris observationibus, regule vestigiis sunt adequati seu conformati. Exuti ergo veterem hominem, novum se induisse gaudebant. Et quia nec in regula, nec in vita sancti Benedicti, eundem doctorem legebant possedisse ecclesias vel altaria seu oblationes et sepulturas, vel decimas aliorum hominum, seu furnos et molendina aut villas vel rusticos, nec etiam feminas monasterium eius intrasse, nec mortuos ibidem, excepta sorore sua, sepelisse; ideo hec omnia abdicaverunt, dicentes: *Ubi beatus pater Benedictus docet, ut monachus a secularibus actibus se faciat alienum, ibi liquido testatur, hoc non debere versari in actibus vel cordibus monacorum, qui nominis sui ethymologiam hec fugiendo sectari debent.* Decimas quoque aiebant a sanctis patribus, qui organa erant spiritus sancti, quorumque statuta transgredi sacrilegium est, committere, in quatuor particiones distributas, unam scilicet episcopo, alteram presbitero, terciam hospitibus ad illam ecclesiam venientibus, seu viduis et orphanis, sive pauperibus aliunde victum non habentibus, quartam restaurationi ecclesie. Et quia in hoc compoto personam monachi, qui terras suas possidet, unde et per se et per pecora sua laborando vivat, non reperiebant, iccirco hec, veluti aliorum ius, iniuste sibi usurpare detrectabant. Ecce huius seculi divitiis spretis, ceperunt novi milites Christi cum paupere Christo pauperes inter se tractare, quo ingenio, quove artificio, seu quo exercitio in hac vita se hospitesque divites et pauperes supervenientes, quos ut Christum suscipere precipit regula, sustentarent. Tuncque diffinierunt, se conversos laicos barbatos licencia episcopi sui suscepturos, eosque in vita et morte, excepto monachatu, ut semetipsos tractaturos, et homines etiam mercennarios, quia sine aminiculo istorum non intelligebant, se plenarie die nocteque precepta regule posse servare, suscepturos quoque terras ab habitatione hominum remotas, et vineas et prata et silvas aquasque ad faciendos molendinos, ad proprios tamen usus et ad piscationem, et equos pecoraque diversa necessitati hominum utilia. Et cum alicubi curtes ad exercendas agriculturas instituissent, decreverunt, ut predicti conversi domos illas regerent, non monachi, quia habitatio monachorum secundum regulam debet esse in claustro ipsorum. Quia etiam beatum Benedictum non in civitatibus, nec in castellis, aut in villis, sed in locis a frequentia populi semotis cenobia construxisse sancti viri illi sciebant, idem se emulari promittebant. Et sicut ille per duodenos monachos monasteria constructa adiuncto patre disponebat, sic se acturos confirmabant.

Valcell. 1115. *Cenobium Clarevallis fundatur sub primo abbate Bernardo, viro sancto.*

Bellov. Anselm. 1116. Domnus Ivo Carnotensis episcopus obiit. *In suburbio Antiochie noctu terra dehiscens domos cum habitatoribus absorbuit.*

ib. 1118. *Terremotus accidit adeo validus, ut quarumdam urbium partes subrueret.*

Bellov. 1119. Gelasius Romane ecclesie 165us presidet.

ib. 1120. Calixtus Romane ecclesie 166us presidet. Hoc anno pugnavit Henricus rex Anglorum contra Ludovicum regem Francie inter Andeleium et Nongoium[a]. In quo bello fugit ipse rex Ludovicus. Captique sunt ibi pene omnes Francie proceres et obtimates.

Ans. 1122. *Terremotus in adventu Domini 4. Idus Decembris factus est.*

Bell. 1123. Henrico imperatori Lotharius succedit. *Turonis orta seditione inter clericos et laicos, ecclesia sancti Martini arsit.*

Ans. 1124. *Christiani cum Sarracenis pugnant inter Ierusalem et Ascalonem et vincunt.*

a) *corr.* nonicoium.

2) Tinchebray, ad fl. Noireau inter Vire et Domfront.

1125. Honorius Romane ecclesie 167us presidet. *Tyrus capta est.* Bell. Ans.
1126. *Hyemps asperrima et fames valida. In Hasbania monstrum nascitur ante homo et retro canis.* ib.
1127. *Karolus comes Flandriarum quorumdam procerum suorum proditione Brugis in ecclesia orans occisus est.* ib.
1128. *Suessione in ecclesia beate Marie virginis divina choruscant miracula. Gaufridus Rothomagensis archiepiscopus obiit. Hugo abbas de Radingis successit.* ib.

1129. Innocentius Romane ecclesie 168us presidet. *Cenobium Ursicampi fundatum est. Cenobium apud Bellum montem fundatum est sub abbate primo Alexandro, a venerabili viro Roberto de Candos. Hoc idem nunc dicitur Mortuum mare*[a]. Bell.

1131. *Synodus magna Remis celebratur a papa Innocentio, et Ludovicus iunior in regem benedicitur.* Ans.
1132. *Eclypsis solis 4. Non. Augusti.* ib.

1133. Mortuo Lothario succedit Conradus, nepos Henrici superioris. *Bernardus primus abbas Clarevallis et Malachias episcopus Hiberniensis clarent doctrina, sanctitate et miraculorum gloria.* Bell.

1134. *Abbas Alexander cum omni conventu suo, annuente rege Henrico, venit in forestam de Leons, et in herimitorio, quod dicebatur Mortuum mare, edificavit monasterium suum.*

1135. *Henricus rex obiit 4. Non. Dec.; cui successit Stephanus nepos eius, 8. Kal Ian.*

1137. *Abbas Alexander domum Mortui maris coniunxit ordini Cisterciensi, et Waleranus abbas Ursicampi*[3] *suscepit eam in filiam, et monachos suos transmisit.* 3

1138. Ludovicus Francorum rex obiit. Cui filius Ludovicus, quem et ipse adhuc vivens a papa Innocentio Remis ante aliquot annos consecrari fecerat, in regnum succedit. *Abbas Alexander abbatis curam dimisit; cui successit Adam, quondam prior Ursicampi.* ib.

1141. *Anglia fame et gladio atteritur, principibus terre inter se discordantibus.* cf. Gembl.
1143. Celestinus Romane ecclesie 169us presidet. Bell.

1144. Lucius ei 170us succedit. *Ventus vehementissimus arbores, turres et domos plurimas subvertit. Reddita est civitas Rothomagi Gaufrido comiti Andegavensi.* ib. Gembl.

1145. Eugenius post eum 171us. *Fames magna invalescit in Francia.* Bell. Gembl.
1146. *A Iudeis in Anglia puer Willelmus crucifigitur die parasceve urbe Norico*
1147. Facta est eclypsis solis 5. Kal. Nov. hora tercia die dominica. *Rex Ludovicus cum Francis iter aggreditur Ierosolimitanum.* Bell. cf. Gembl.
1148. *Remis concilium a papa Eugenio.* ib.
1151. *Assidua et diutina pluviarum inundatio messionem tardavit et impedivit.*

1152. *Relictam Ludovici regis uxorem ducit H. comes Andegavensis et dux Normannie, postea rex Anglie; unde oritur inter eos guerra.*

1153. Anastasius Romane ecclesie 172us presidet. Depositio sancti Bernardi primi abbatis Clarevallensis. Bell.

1154. Stephanus rex Anglorum moritur. Adrianus *Anglicus* Romane ecclesie 173us presidet. Obiit domnus Adam secundus abbas huius ecclesie. *Tercius successit Stephanus prior Ursicampi.* ib.

1155. Henricus, Henrici superioris *ex filia* nepos, in regnum succedit.

1156. *Signum crucis apparuit in luna. Albericus Belvacensis miles martyrium pro christiana fide passus est.*
1157. *Tres lune vise sunt, et in media signum crucis.*
1158. *Filia regis Francorum Ludovici datur filio Henrici regis Anglorum, et pax inter eos firmatur.*

1159. Henricus rex obsedit Tolosam[b]. *Non. Septemb. tres soles visi sunt in parte occidentali; sed duobus paulatim deficientibus, sol diei qui medius erat, remansit usque ad occasum.* Stephanus obiit. Godefridus de Strepenneio[c. 4*].

1163. *Domnus huius loci abbas tercius revocatus est ad curam abbatie Ursicampi. Cui Gaufridus quartus successit*[d].

1165. *Hugo Rothomagensis archiepiscopus obiit. Rotrodus Ebroicensis episcopus successit*[e].

1166. Ab adventu Anglorum in Britanniam maiorem anni 813, a baptismate eorumdem 634, ab introitu Normannorum 100.

1169. Rex Henricus maiorem filium suum Henricum, generum Ludovici regis Francorum, in regem consecrari fecit a Rogero Eboracensi archiepiscopo.

1171. Civitate Cantuaria sanctus Thomas archiepiscopus eiusdem civitatis a quatuor militibus martyrizatus, migravit ad Christum.

1174. Obsessa est civitas Rothomagus a rege Francorum Ludovico et Henrico novo rege et comite Flandrensi; qui omnes redierunt confusi. *Obiit [Kal. Sept.?] domnus Gaufridus, quartus abbas huius loci. Cui successit quintus domnus Ricardus, primus abbas de Valascia.*

a) Hoc — mare *eadem manus post superscripsisse videtur.* b) *ita aliis erasis manus incerta.* c) Stephanus o. Cl. de St. *a manu incerta a.* 1163. *scripta, post ad hunc annum relata videntur.* d) *aliis erasis.* e) *abhinc manus perpetuo variant.* f) *alia manu.*

3) Orcamp. 4) Norwich. 4*) Etrepagni, in com. Viromandensi.

1179. *Domnus Ricardus abbas quintus recessit* 8. *Kal. Aug. de domo ista. Cui successit in anno sequenti*

1180. 3. *Non. Aug. sextus domnus Willelmus, secundus de Valascia.* Ludovicus rex Francorum obit. Cui filius eius Philippus, quem ipse anno preterito Kal. Nov. Remis consecrari fecerat, succedit in regno.

1181. Alexander 174us obiit.

1182. Cui successit Lucius 175us.

1183. Obiit Rotroldus Rothomagensis archiepiscopus. Cui successit Walterus de Constancia. Obiit Henricus rex Anglorum iunior.

1184. Obiit Ermelina, uxor Godefridi de Strepenneio.

1186. Urbanus papa 176us. Obiit Gaufridus comes Britannie, filius regis Henrici tercius.

1187. Capta est Iherusalem a Sarracenis, christiane fidei inimicis.

1189[a]. Obiit Henricus rex Anglorum 3. Non. Septemb. Coronatus est rex Anglorum Ricardus.

1190. Rex Francorum Philippus et rex Anglorum Ricardus cum innumera gentis sue multitudine iter Iherosoliminum aggrediuntur.

1191. Capta est insula Cypri a rege Ricardo, et postea Accaron à duobus regibus. Rediit rex Philippus.

1192. Rex Philippus ingreditur Normanniam et eam sibi subiugat. Rex Ricardus rediens a Iherosolimis, captus est et incarceratus a duce Austrie, et postea imperatori Henrico traditus est.

1194. Rex Ricardus, plus quam ducencies mille marcis imperatori et ceteris baronïbus terre pro liberatione sua tam datis quam sub obsidibus promissis, reversus est Angliam. Quod de Romanis imperatoribus nil aut pauca hic sint exarata, neminem moveat posterorum, quia dum alter adversus alterum de sceptro imperii obtinendo contendit, nichil agitur dignum memoria, quippe cum omnia sint confusa. Post Urbanum papam tres apostolici sederunt, id est Gregorius, Clemens et Celestinus; quorum tempora hic non describuntur.

1198. Innocentius papa.

1199. Ricardus rex potentissimus sagitta percussus interiit; cui successit Iohannes frater eius.

1200. 5. Idus Febr. obiit domnus Willelmus abbas.

1203. Subiugata est civitas Rothomagensis cum tota Normannia Philippo regi Francie. Rex autem Iohannes secessit in Angliam, territus ne traderetur a baronibus suis in manus regis Francie.

1204. Facta est hyems asperrima, per tres menses et amplius continuata. Unde et nimia mortalitas animalium, maxime ovium et etiam volucrum silvestrium, ex rigore frigoris facta, et fames insecuta. Capta est civitas Constantinopolis a comite Flandrensi, episcopis et comitibus et nobilibus viris et fortissimis de Francia sibi associatis; in qua communi electione imperator factus, nobiliter gessit; qui cum magnam sibi partem Gretie subdidisset, post modicum a Grecis interfectus est. Cuius frater eidem est in regni solio substitutus.

1207. Obiit Walterus Rothomagensis archiepiscopus 16. Kal. Decembris. Cui successit magister Robertus cognomento Polein. [Iacet in Mortuo mari[b]].

1209. Magistro Stephano de Linguaton, ad tytulum Cantuarie ecclesie in archiepiscopo Rome consecrato, rex Iohannes alium intronizare cupiens, monachos Cantuarie et Anglie presules exilio relegat. Hac de causa data in regem et regnum excommunicationis sententia, etiam Cisterciensem ordinem cum ceteris laudes Deo debitas sollempniter persolvere domini pape auctoritas prohibuit.

1210. Otto nepos Ricardi quondam regis Anglie factus est imperator. Hoc tempore fuit quidam pseudopropheta, qui dicebat antichristum iam esse adultum, et diem indicii imminere.

1211. Comes Symon de Monteforti, nobilibus viris de Francia regnisque aliis opem

a) *ante* Obiit *alia manus post addidit* 2. Non. Iulii. b) *addidit manus sec.* XV.

sibi ferentibus, hereticos, qui in Narbonensi provintia pullulabant et dicebantur Albigenses, expugnavit, et stragem multam faciens, magnam partem provintie ipsorum sue subdidit potestati.

1212. In Hyspaniis christiani cum paganis pugnant, et potiti victoria, multos perimunt Sarracenos, et reliquos ad fugam compellunt. Reginaldus comes Bolonie a Philippo rege Francorum omni terra sua spoliatur, et a regno expellitur, sed ab Ottone et Iohanne Anglie rege recipitur. Rex Francorum Philippus collecto exercitu et multo navium apparatu, transfretare disponit in Angliam, ut armis eam capiat; sed interim dum subito ingressus in Flandriam eam sibi subiugare intendit, Angli superveniunt, et navali apparatu regis violenter abducto, transfretandi ei adimunt facultatem.

1213. In Provintia iuxta castrum quod Murellum dicitur, gestum est bellum eterna memoria dignum. Cum comes Symon de Monteforti multas hereticorum strages faciens, plures Provintie urbes et oppida sibi subiugasset, rex Arragonie, comes Tolosanus, comes Conuensis[5]; comes Fuxensis[6], collecto exercitu copioso supradictum castrum ob- 6
sederunt, erectisque machinis oppugnare ceperunt. Res vero comiti Symoni innotuit, qui mox paucis admodum viris collectis, regi Arragonie audacter occurrit; legionibusque dispositis, conserta est pugna 2. Idus Septembris, in qua rex Arragonie cum pluribus de suo exercitu occubuit. Reliqui vero fuga elapsi sunt, et confusi ad propria remearunt. De sociis autem comitis Symonis unus tantum miles cum paucis clientibus in illo conflictu cecidit. A diebus Iude Machabei usque in presens tempus tantam multitudinem tam mirabilem a paucissimis tam mirabiliter victam, cesam atque fugatam nunquam et nusquam legimus. Eodem tempore in regno Francorum pueri et puelle cum aliquibus adolescentulis et senibus vexilla, cereos, cruces, thuribula portantes, processiones faciebant, et per urbes, vicos et castella canentes ibant, Gallice proclamantes: *Domine Deus, exalta christianitatem! Domine Deus, redde nobis veram crucem!* Non solum hec verba, sed alia multa decantabant, quia varie processiones erant, et unaqueque processio pro libitu suo variabat. Res vero ista a seculis inaudita multis fuit admirationi, quod ut credimus presagium futurorum fuit, eorum scilicet que in sequenti anno contigerunt. Nam legatus Romanus Gallie fines ingressus, copiosam multitudinem in crucifixi nomine cruce signavit; cuius multitudinis numerum solius Dei scientia colligit. Ottone imperatore a papa Innocentio excommunicato, infans Apulie Romanum sibi vendicare imperium est conatus.

1214. Stephanus Cantuariensis archiepiscopus ceterique Anglorum pontifices, monachi et clerici, qui pro causa ecclesie tenebantur exilio, mediante cardinali, regi reconciliantur, et ab eo recipiuntur in Anglia, et sua ipsi recipiunt; sicque regnum ab interdicti sententia, rex a nexu excommunicationis absolvitur. Redditur ecclesiis cum presulibus et christianitate tranquillitas, exulibus cum rebus et patria, regi cum reconciliatione communio, plebi devotio, omnibus in commune catholicis pro reddita ecclesie pace leticia. Ferrandus Flandrensis comes a Philippo rege Francorum pulsus a Flandria, Ottonem Alemannie et Iohannem Anglie reges expetiit, et pepigit fedus cum eis. Quorum fretus auxilio regressus in Flandriam, eam pene totam de manu regis Francorum potenter eripuit, ope et industria virorum illustrium[a], et precipue Guillelmi comitis Saresberiensis, fratris regis Anglie, et comitis Bolonie Reginaldi. Iohannes rex Anglie in Aquitaniam classe transvectus, reconciliatis sibi magnatibus terre multis, magnam partem provintie suo iuri restituit. Philippus itaque rex Francorum misso contra eum filio Ludovico, ipse collecto exercitu Flandrensibus, quorum vires iam nimis excreverant, censuit occurrendum. Igitur intra fines Flandrie fit utrinque concursus, et dispositis aciebus apud pontem Wentini, inter Mauritaniam et Tornacum, 6. Kal. Aug. die etiam dominica, pugna committitur; et in conflictu ecciderе nonnulli, Franci tandem palmam victorie tenuerunt. In hoc bello Flandrensi ex acie capti sunt egregii pugnatores quatuor comites, Pilutus[7] Alemannus, Ferrandus Flandrensis, Willelmus Saresberien- 7
sis, Reginaldus Boloniensis, et senescallus Ottonis, et milites alii tam mediocres quam illustres circiter 150. Post hec rex Philippus contra regem Anglie movet exercitum; sed legatis intervenientibus, inter eos quinquennales firmantur indutie. Et ita reversus est rex

a) *quaedam delela.* 5) Cominges 6) Foix. 7) i. e. comes pilutus, Raugraf.

Philippus in Franciam; rex Iohannes in Angliam se recepit. Terremotus in adventu Domini 13. Kal. Ianuar. ter in una nocte factus est. Globus igneus magnitudinem bovis excedens, et magnum lumen emittens, visus est in aere circa diei initium, Idus Ianuarii. Eclypsis lune facta est 16. Kal. Martii.

1215. Rome generale concilium a papa Innocentio celebratur. Orta inter regem Anglorum et barones gravi dissensione, Anglia dolet se gladio multisque calamitatibus subiacere.

1216. Ludovicus, Philippi regis Francorum filius, confederatis sibi magnatibus Anglie, qui regi rebellabant, cum multis navibus et armatorum exercitu in Angliam transfretavit. Innocentius III. papa obiit. Cui successit Honorius III. Obiit Iohannes rex Anglorum. Cui successit Henricus filius eius puer duodennis.

1217. Bellum apud Lincolniensem urbem inter regem Anglie et inter Norrenses et alios potentes multos, qui eidem regi implacabiliter inimicabantur; sed misertus Deus pueri regis innocentie, priusquam posset arma portare, dedit ei de hostibus triumphare. Nec solum in hoc prelio, sed et in mari prelium magnum comissum est inter Francos et Anglos, et divina preliante virtute Gallica iuventus cum omni navium apparatu victa est ab Anglis et in predam abducta. Ibi Eustachius monachus, homo apostata, pyrata et predo pessimus, utrique regno infidus, capite plexus est, tunc temporis Francis prebens auxilium, et princeps illius navigii Robertus de Cortenaio. Capta est a christianis Damieta urbs Egypti fortissima, sed in brevi iterum a Sarracenis recuperata. Concluserunt enim Sarraceni christianorum exercitum cum rege ceterisque nobilibus christianis, et non invento aditu evadendi alio, Damietam pro sua liberatione christiani dederunt Sarracenis, qui etiam Sarraceni crucis sancte partem, quam triginta quinque ferme annis tenuerant, cum captivis omnibus christianis, pro eiusdem Damiete recuperatione reddiderunt christianis. Infans Apulie a domino papa Honorio sublimatur in imperatorem. Ludovicus, filius regis Francie, postquam rediit de Anglia, collecto rursum exercitu Tolosam adiit, civitatem potentissimam et tunc temporis Albigensium[a*] refugium; sed nichil ibi proficiens, idem Ludovicus in paternos fines Gallie sese recepit.

1221[a]. Stephanus de Lanketone Cantuariensis archiepiscopus sedi proprie restituitur, a puero rege Henrico in pace susceptus.

1221. Obiit Robertus Polanus Rothomagensis archiepiscopus. Cui successit Theobaldus de Ambianis, thesaurarius ecclesie Rothomagensis [qui quidem Robertus nostram dedicavit ecclesiam, et sepultus est in choro nostro[b].]

1222[a]. Corpus sancti Thome Cantuariensis de terra levatur. Sanctus Willelmus Bituricensis archiepiscopus, Cisterciensis ordinis monachus, Rome canonizatur, anno 50. a martyrio suo.

1223. Philipus rex Francorum invictissimus, qui sibi non parvam partem Aquitanie, Normanniam, Flandriam, cum parte Pictavie maxima subiugavit, 2. Idus Iulii de medio factus ab hac vita migravit. Hic nullum unquam proditorem amavit, sed quotquot ad se veniebant, castella et villas ab eis accipiebat, et eos de regno suo sine spe revertendi penitus effugabat. Apud Medontam defunctus, apud Sanctum Dyonisium, assistentibus 22 episcopis et 2 cardinalibus et rege Ierosolimitano, sepulture traditus est. Cui successit Ludovicus filius eius in regnum. Ante obitum regis Philipi anno precedente visa est stella circa occasum solis Decembrilis, plurime magnitudinis, ardens velut facula, radios sursum erigens, et in acutum velut in conum colligens, terre vicinà videbatur, et aliquod prodigium portendere ferebatur. Hanc dicebant esse cometem. Ludovicus, regis Philipi filius, 8. Idus Augusti unctus et coronatus est in regem apud Remis civitatem.

1225[c]. 3. Non. Iulii obiit Vitalis abbas Mortui maris. Cui successit Osmundus, eiusdem domus prior.

1226[d]. 7. Idus Novembris obiit Ludovicus rex Francorum. Cui successit Ludovicus filius eius. 3. Kal. Octobris obiit Osmundus abbas Mortui maris. Cui successit donnus Ricardus Costentinus.

1227. Obiit Honorius papa; cui successit Gregorius.

1229. 7. Kal. Octobris obiit pie memorie Theobaldus de Ambianis, archiepiscopus Rothomagensis.

a*) abigensium *c.* a) *annus incertus.* b) *add. manus s. XV.* c) *numerus anni erasus; fortasse fuit* 1224. d) *numerus erasus.*

1231. Cui successit venerabilis Mauricius, post ipsum Rothomagensis archiepiscopus.

1234. Pridie Idus Ianuarii obiit apud Salicosam pie memorie Mauricius Rothomagensis archiepiscopus, de sede Cenomanensi a domino papa Rothomagensi ecclesie prerogatus. Qui fervens zelo vivensque celo, nullam in terris accipiebat personam, non regem, non principem, non tyrannum, non divitem. Sacerdotes fornicarios vehementer execrabatur, deiciebat eos de ecclesiis, et ad sedem apostolicam eos absolvendos mittebat. Doctores honeste vite et bone fame venerabatur et magnis beneficiis ditabat [a].

AUCTARIUM URSICAMPINUM.

Intra a. 1155—1200. *monachus Ursicampi (Orcamp, dioecesis Noviomensis) Sigebertum descripsit ex* D1. *cum omnibus eius atque Bellovacensis additamentis, quibus ipse addidit magnos centones ex Galfrido Monmutensi ad verbum descriptos, et alia quaedam, ea quae hic damus. Idem continuationem novam ita conflavit, ut Praemonstratensem ex* B1. *describens, usque ad a.* 1128. *ex Anselmo plurimum interpolaret, post puram exhiberet, de suo inserens per totam ea tantum, quae hic exhibemus. Usi sunt Nicolaus Ambianensis, Robertus Altissiodorensis et ex eo Gerardus de Fracheto et Guillelmus de Nangis; Vincentius Bellovacensis; ediderunt Guilelmus Parvus, et ex hoc Schardius, Pistorius, Struve, Bouquet. Nos, codice ipso Ursicampino deperdito, ex eius apographo* D1**. *damus ea tantum, quae Ursicampinus fontibus suis* D1. *et* B1. *adiecit; continuationem enim recudere integram, inutile erat, quum quia compilata tantum est, tum quia sexies iam legitur impressa.*

Praef. Narrat antiqua Britonum — iugo tenuerunt. Galfr.

382. Civitatem, quam Antoninus Pius cum filio Aurelio condidit, et Sommonobriam ab adiacente flumine appellavit, Gratianus imperator suo dominio mancipatam, mutato nomine, Ambianis ab ambitu fluminum fecit vocari. Eo tempore prefecturam Gallicam ministrabat vir illustris Faustinianus, qui genuit filium, quem ob amorem et memoriam beati Firmini martyris Firminum vocavit, Ambianensium tempore posteriori episcopum.

383. Maximus iste — exercere. ib.

386. Partem Galliae — appellatur. ib.

389. Pictorum — Hyberniam. ib.

390. Alia historia — interficerent illum. ib.

413. Inito autem — Utherpendragon. ib.

414. Notandum — nitebantur. ib.

423. Aestimo — ab Honorio missum. Beda H. E.

424. Constantino — evacuata. Galf.

431. Perempto — adepti sunt. ib.

434. In Britannia — corrigiae. ib.

436. Rex Britonum — patriam. ib.

437. Filius Wortegirni — Wortegirnus. ib.

439. Rex Wortegirnus — obtinuernnt. ib.

445. Rex Wortegirnus — huiusmodi. ib.

446. Hoc loco ponunt — restitutus sit. ib.

447. Nomina autem eorum (*septem dormientium*) hec sunt, que in baptismo acceperunt: Malchus, Maximianus, Martinianus, Dionisius, Iohannes, Serapion, Constantinus. Ambrosius — construit. Greg. Tur. de gl mart. Galfr.

457. Maximus tirannus a populo membratim discerpitur. ib.

457. Super Insulam — nomine Annam. ib.

466. Utherpendragon — vivere. ib.

470. Nam si fidem — prostratis. ib.

472. Rex Arturus — restituit. ib.

His diebus sanctus Perpetuus — nec postea comparuit. Greg. Tur. mir. S. Mart.

473. Arturus — fecerunt. Galfr.

482. Arturus — rediisse. ib.

a) *Quaedam in fine paginae, quae fortasse a.* 1235. *historiam illustrabant, erasa sunt.*

488. Hoc tempore facta est inventio cryptae sancti Michaelis archangeli in monte Gargano, unde et eius memoria singulis annis celebri festivitate in ecclesiis Dei recolitur.

Galfr. 491. Hoc loco quidam — dicitur.

514. (Clodoveus — moritur) et sepelitur Parisius in basilica sancti Petri apostoli, quam ipse et regina Clotildis edificaverant.

535. Porro sanctus Medardus sedem episcopalem, que prius erat Vermandus, propter eiusdem subversionem transtulit Noviomum. Ipse etiam post decessum sancti Eleutherii Tornacensis episcopi regendam suscepit Tornacensem ecclesiam, et post eum successores eius annis multis, usque ad tempus Eugenii papae tertii, et demum Simonis episcopi, qui obiit anno Domini 1148.

Hist. misc. 542. Constantinopoli mortalitate magna insurgente, statuta est sollemnitas purificationis beatae Mariae, que Grece Υπαντη, id est obviatio, dicitur, eo quod die illo Symeon obviaverit oblato in templum Domino, et ita mortalitas illa

Galfr. cessavit. Usque ad hoc tempus — historiis conferantur.

ib. 549. Sed de hoc rege — Wortiporius.

556. Obiit sanctus Medardus Noviomensis et Tornacensis, in cuius transitu coelum apertum est, et divina ante eum micuerunt luminaria spatio duarum horarum. Cuius corpus rex Lotharius transferri fecit ad urbem Suessionensem; promittens, quod super eum decentissimam basilicam aedificaret, et inibi religiosorum virorum conventum statueret. Quod opus ipse quidem coepit, sed filius eius Sigebertus adimplevit.

ib. 561. Super Britones — multis annis.

571. Sanctus Amandus nascitur.

Paul. Diac. 596. His diebus irruentes Longobardi in Cassinum montem — vini secum deferentes.

Galfr. 604. Per Augustinum — ecclesiam.

ib. 611. Post Cathericum — facta est.

ib. 616. Refert autem historia — compulsus fuerit.

ib. 632. Adunallo rex Britonum — in terra.

ib. 635. Hic dicit Beda — aedificata.

ib. 675. Cadwollone — migraverunt.

ib. 689. Cadwaladrus — potuerunt.

Gen.e.Fland. 792. Hoc tempore in Flandria principabatur Lidericus Harlebecensis, pater Ingerranni, qui genuit Andracum, patrem Balduini Ferrei, qui duxit Iuditham, filiam Caroli Calvi.

Hugo Flor. 843. His temporibus floruit Theodulfus, — et misertus illius iussit eum absolvi a.

V. S. Quintini [1]. 964. Hoc tempore ecclesia sancti Quintini martyris, que est in insula super fluvium Somene sita, coenobium monachorum paucorum facta est. Procedente vero tempore, crescente numero fratrum, et aucta possessione redituum. etiam abbatia esse coepit. In quo loco adhuc extant duo putei, in uno quorum caput ipsius martyris, in altero corpus, angelo revelante inventum fuerat a venerabili matrona Romana, nomine Eusebia, que pro munere eiusdem officii lumen oculorum, quo antea privata fuerat, per eundem martyrem recepit. Et hec inventio anno a passione ipsius martyris 55. evenit, qui passus est martyrium anno Domini 332. Sed postquam prefata mulier religiosa sancti martyris corpus invenit, atque in superiori loco preminentis oppidi, quod antiquitus Augusta Viromandorum vocabatur, collocavit; labentibus multis annorum curriculis, sepulchrum eiusdem martyris ubinam haberetur, cunctis erat incertum. Denique sancto Eligio Noviomensi ecclesiae pontificante, facta inquisitione de eiusdem martyris corpore, sub presentia ipsius episcopi inventus est loculus, in profundo terrae defossus, in quo preciosus ille thesaurus servabatur. Et hec secunda inventio sub sancto Eligio facta est, anno ab incarnatione Domini 657, non absque divinae virtutis magno miraculo. Nam cum beatus episcopus nocturno tempore, multis luminaribus accensis, quesitum loculum inveniret, et fossorio quod manu tenebat perforaret, tanta subito odoris suavissimi fragrantia tantaque supernae lucis claritas circumquaque emanavit, ut et presentes odore mirifico replerentur, et absentes ortum diei advenisse suspicarentur.

cf. Wilh. Malmesb. II, 10. 1039. In Apulia erat quedam statua marmorea, circa caput suum aereum habens circulum, in quo erat scriptum: *Kalendis Maii oriente sole habebo caput aureum.* Quod quidam Sarracenus, a Roberto Wiscardo duce Northmannorum captus, quid portenderet intelligens, in Kalendis Maii oriente sole, diligenter notato termino umbrae illius statuae, infinitum thesaurum, effossa ibidem humo, repperit, quem pro sua redemptione eidem duci optulit.

a) *Sub anno* 854. *editio princeps et quae eam expresserunt, haec habent*: 854. Fama est, hunc Iohannem foeminam fuisse, et uni soli familiari tantum cognitam, qui eam complexus est, et gravius facta peperit, papa existens. Quare eam inter pontifices non numerant quidam, ideo nomini numerum non facit. *Sed codex* D1**., *ob id ipsum flagitantibus nobis a V. D. Toussaint, bibliothecae Divionensi praefecto, denuo inspectus hoc in loco, ne tevissimum quidem eorum vestigium exhibet, unde neque in* D1*. *ea fuisse apparet. Aut igitur codici Votensi* E8h. *debentur, aut primo editori. Tertium non datur. At monachus Votensis per totum Sigeberti opus nil prorsus de suo adiecit, et in continuatione paucissima tantum addidit, quae non spectant nisi ad suum monasterium; unde scribam, alias abstinentissimum ab interpolationibus, hanc unam sibi indulsisse, quis est qui credat? Nemo igitur restat nisi primus editor, sive is Antonius Rufus fuerit, sive Henricus Stephanus. Utrum autem ille haec verba de suo composuerit, an fortasse notam marginalem codici* E8h. *ob alia manu adiectam in textum receperit, hoc in medio relinquimus.*

1) cf. Galliam Christ. IX. 1080.

1051. Lanfrancus etiam, vir sanctitate et scientia eximius, prior monasterii Beccensis, postmodum vero ex abbate Cadomensi archiepiscopus Cantuariensis, contra errorem illius (*Berengarii*) per dialogum disputavit.

1067. Hoc tempore clarnit Lanfrancus, prior monasterii Beccensis, ad cuius eximiam doctrinam de Burgundia convolavit Anselmus, vir postmodum multa virtute et sapientia adornatus, et ei in prioratu successit, sub viro egregio Herluino abbate primo, qui ipsum monasterium Beccense de proprio fundavit suo.

1080. Claret in Anglia Lanfrancus, doctrina et probitate conspicuus, ex abbate Cadomensi ordinatus Cantuariae archiepiscopus. Eo tempore florebat in Northmannia Anselmus, Beccensis monasterii abbas eximius, et pro sua sanctitate et sapientia plurimum nominatus. Hoc etiam tempore in coenobio sancti Medardi — in presulem est consecratus. Vita S. Arn.

1081. Regis Dagoberti tempore sanctus presul Ursmarus — celitus prestaretur medicina. ib.

1087. Sanctus Arnulfus — predixerat, accepit. ib.

1094. Pontificante in urbe Laudunensi Elinando, mulier quedam, in proximo manens, habebat generum iuvenili specie decorum, quem multa diligentia pro amore filiae suae accurabat; unde et orta turpis suspicio de muliere et genero suo inter vicinos homines valde eam turbavit. Que impatienter ferens, famam suam huiusmodi opprobrio turpari, iniuriae suae causam in eum retorsit, et clandestina machinatione, ut occideretur a duobus pueris, procuravit. Postmodum vero ad penitentiam facti homicidii conversa, cuidam presbytero per confessionem peccatum suum revelavit. Sed elapso aliquanti temporis spatio, presbyter idem cum ea litigans, malum, quod confessa fuerat, in faciem ei exprobravit. Quo audito, parentes hominis occisi properantes nuntiaverunt vicedomino Laudunensi. Inbente vicedomino, vocata mulier venit, et qualiter hominem occidisset, nequaquam celavit. Iudicatum est igitur, eam ignibus debere concremari; sed prius ducta ad ecclesiam beatae Dei genitricis Mariae, peccatum suum coram Deo et hominibus ex ordine narravit, et sic meritis et precibus sanctissimae virginis Mariae se ipsam fideliter commendavit. Deinde missa in ignem, incendium nullatenus sensit, sed divina protegente gratia consumpto igne, ipsa permansit illaesa. Quod factum cognati hominis occisi non divinae virtuti ascribentes, sed fragilem potius lignorum materiem causantes, iterum succendunt ignem circa eam fortioribus lignis, sed nichil profecerunt. Iterato enim miraculo servavit eam Deus incolumem ab exustione ignis, ad laudem sui nominis suaeque genitricis gloriam et honorem. Egressa igitur ex incendio, non solum carne, sed etiam veste et carne[a] illaesa, ad ecclesiam sanctae Dei genetricis, omni populo applaudente, ducta est, et post laudes Deo redditas, volente Deo, paucis diebus transactis transiit ab hoc seculo. cf. Laudun.

1095. Elinandus, bonae memoriae Laudunensis episcopus, obit; Ingelrannus succedit Elinando. ib.

1097. Lanfranco Cantuariensi archiepiscopo defuncto, Anselmus abbas Beccensis, pro sua sanctitate et doctrina non solum in Normannia, sed etiam in Anglia iam celeberrimus, successit in presulatu. Qui licet a rege Willelmo et principibus terre totiusque ecclesie conventu susceptus honorifice fuisset: multas tamen molestias et tribulationes postmodum sub ipso rege passus est pro statu ecclesie corrigendo. Nam reges Anglie hanc iniustam legem iam diu tenuerant, ut electos aecclesie presules ipsi per virgam pastoralem ecclesiis investirent.

1099. Erat autem (*Ansellus de Ribodimonte*) vir prudentissimus et exercitui satis utilis, atque erga beatum martirem Quintinum adeo devotus, ut singulis annis solemnitatem eiusdem martiris, die suo clericis undecunque congregatis, coram se celebrari faceret, eisque post peractum officium copiosam refectionis mensam pararet.

1105. Vigilia natalis Domini terremotus magnus factus est in Hierosolimis. Duo orbes in modum solis, forma et lumine cotidiano soli similes, apparuerunt, omnium colorum specie radiantes ad instar arcus celestis.

1112. Sed et antequam ista gererentur, violata fuerat eadem sancte Dei genetricis ecclesia (*Lauduni*) proditione et homicidio cuiusdam nobilissimi militis, nomine Gerardi, qui erat dominus castri, quod vocatur Carisiacus. Quem in oratione positum ante sanctam Christi imaginem, homines ipsius episcopi facta coniuratione occiderunt. Ante hos dies natus ibidem fuerat puer geminus a clune superius, duo scilicet habens capita, duo usque ad renes cum suis brachiis habens corpora; qui baptizatus, triduo quoque vixit. Guibert. de vita sua III, 11.

1113. Bernardus, iuvenis egregius, scientia, moribus et genere clarus, vir post-

a) *legendum esse videtur* cute. *PERTZ.*

modum magnae virtutis exemplar futurus, Castellione[1] castro Burgundiae oriundus, cum germanis fratribus et aliis comitibus multis Cistercii habitu religionis induitur, et miro religiositatis fervore conversatur.

1114. Hic est Cono, unus ex illis religiosis viris, qui heremiticam vitam apud Trun-
2 cum Berengeri[2] primo duxerunt, et Arroasiani ordinis auctores extiterunt, qui ordo usque hodie floret et crescit.

1128. Hoc anno multi de pago Suessonico sacro igne accensi, ad ecclesiam beatae Dei genitricis Mariae in civitate Suessorum sitam convenerunt, ibique diebus paucis misericordiam Dei et beatae virginis succursum prestolantes, sicut plenius refert libellus eorundem miraculorum, salutem ipsius meritis et precibus consequti sunt, ita ut intra quindecim dies centum et tres nominatim ab hoc igne restinguerentur, et tres puellae distortae sanitati redderentur. Facta sunt ibi deinceps et alia multa miracula, inter que duo fuerunt eminentiora; unum scilicet de naso mulieris et labio divinitus reformato; aliud de puero in visione ante Deum rapto, ubi dominam nostram virginem Mariam se vidisse asseruit, pro populi salute supplicantem, et hoc responsum a filio benigne accepisse: *Mater tu es maris stella, fiat sicut vis.* Sed dum queritur beata virgo super domo sua, que vilis et abiecta erat, pre ceteris iterum a filio suo audivit, quod de trans mare et de trans Rhenum pecuniam faceret afferri, unde domus aedificaretur, et in oculis omnium respicientium illustris appareret. Cuius visionis tam in claritate operis, quam in copia oblationum tot sunt testes hodie, quot videre volunt. Predixit etiam idem puer paulo post se moriturum, et vix unum mensem supervixit. Sed et mirum valde de hoc puero erat, quod omnem historiam veterem rhythmice depromebat, textum vero euangelii et actus Domini ita recensebat, acsi in libro legeret, et dictata ab aliis pronuntiaret; qui etiam cum hec clausis oculis diceret, laicis et illiteratis vix loqui dignabatur, quasi eorum ignorantiam pertaesus, qui tam profunda intus audiebat.

Cont. Mort. 1129. Coenobium Ursicampi fundatum est a nobilissimo presule Noviomensi, domino Symone, qui Hugonis magni filius fuit, frater autem Radulfi comitis, et regis Ludovici patruelis, adducto conventu monachorum a Claravalle, et domno Waleranno primo abbate ordinato, qui primus ex nobilioribus personis Clarevallem sua conversatione illustravit.

1131. Sed presules ecclesiarum ac principes seculi promptissime annuebant, vel etiam sponte offerebant terras, prata, nemora, et cetera que monasteriis edificandis necessaria erant. Ecclesia sanctae Mariae in episcopio, totaque pene civitas Noviomensis incendio conflagravit, iusto ut fertur infortunio, quia summum pontificem Innocentium verbis irrisoriis multi illorum exhonoraverunt. Clarevallis duo coenobia una die produxit, scilicet Longipontum et Rievallem, et post paucos menses Valcellas.

1132. Obit vir sanctus Hugo Gratianopolitanus episcopus, cuius religiosam admodum vitam conscripsit Gigo prior Cartusie.

1135. Monasterium de Prato fundatum est sub primo abbate Petro; prima plantatio quam protulit pater Walerannus ex propria domo.

ib. 1138. Hoc tempore venerabilis vitae Alexander, primus abbas Mortui maris, se et domum suam tradidit abbati Ursicampi.

1140. Coenobium sanctae Mariae de Fresmont[2*] a pie memorie Waleranno primo abbate Ursicampi fundatum est, sub electo patre Manasse.

1141. Orta dissensione inter papam Romanum et Francorum regem Ludovicum, ecclesia Gallicana turbatur. Defuncto enim Alberico Bituricensi archiepiscopo, missus est Petrus, a papa Innocentio eidem ecclesiae pastor consecratus; sed a rege Ludovico repudiatus, eo quod sine eius assensu fuerit ordinatus, in civitatem minime recipitur. Cuius partes quia, propter reverentiam seu voluntatem papae, comes Theobaldus fovere videbatur, simultas, quae sopita putabatur, inter regem et ipsum coepit repullulare.

3 1142. Obit pater Walerannus, abbas Ursicampi, fundator duarum abbatiarum[3], excepta tercia[4], quam sibi adoptavit in filiam.

ib. 1146. Apud Norwicum Angliae civitatem Iudei crucifixerunt puerum quendam christianum, nomine Willelmum, quem etiam foras civitatem ab eis sepultum, divina lux, ut ferunt, super eum emicans declaravit; sicque a fidelibus inventus, honorabiliter est in ecclesia positus.

1) Chatillon. 2) seu Arroasia, nunc Aruaise, in Artesio, ubi ordo ille ab Heldemaro, Cononc et Rogero fuit institutus. Cf. Acta SS. ad diem 13. Ianuarii. STRUVE. 2*) Frigidus Mons, dioec. Bellovacensis. 3) De Prato et Frigidus mons. 4) Mortuum mare.

1148. Sanctae memoriae Malachias, Hibernorum episcopus, et apostolice sedis legatus, voluntate Dei finem vite sortitus, apud Clarevallem, sicut ipse preelegerat et predixerat, locum sepulturae accepit; cui successit Christianus abbas Mellifontis, vir plurima sanctitate praeditus, qui eiusdem sancti viri archidiaconus extiterat, et primus abbas de ordine Cisterciensi in Hiberniam ab abbate Clarevallis sacrae memoriae Bernardo fuerat destinatus.

1151. Hanc optimorum virorum migrationem forte significavit, quod in pago Suessonico eodem anno accidit. Cum enim hiemali gelu terra vehementer induruisset, cespes plurimae longitudinis et latitudinis, de terra subito avulsus, longe ad alium locum est translatus.

1154. Robertus de Botua, vir omni plenus nequitia, nepotum suorum castra ingressus, dolose tyrannidem exercet in terra. Qui spiritu etiam zelotipie succensus, quendam hominem suum satis fidelem, cum alio viro et una muliere, intra domunculam comburendos iubet includi. Illi vero instar antiquorum trium puerorum domo ardente, et flamma super capita eorum in modum lucidae nubis volitante, illaesi permanserunt. Quos foras egressos cum persequeretur iniquus ille minister, cui dominus suus hoc facinus iniunxerat, et evaginato gladio unum ex eis ferire voluisset, repente quaedam invisibilis persona retro eum per comam capitis apprehendit, et cum equo, cui sedebat, in terram praecipitem dedit. Unde et mox ad Sanctum Iacobum se iturum esse spopondit, sed et illi, quos propria conservavit innocentia, gratiam Dei non in vacuum accipientes, vitam suam in melius mutaverunt. cf. Cont Praem

AUCTARIUM NICOLAI AMBIANENSIS.

Nicolaus Ambianensis circa a. 1203. *breve chronicon ab O. C. usque ad a.* 1203. *scripsit octo libris, totum ad verbum compilatum ex Eusebio, Hieronymo, Sigeberto eiusque continuatoribus Ursicampino atque Aquicinctino, quibus aliunde petita interspersit ea tantum, quae hic damus e codice regio Parisiensi inter Supplementa Latina n.* 783. *s. XVIII. descripto e codice olim Pithoeano, tum Christinae, nunc Vaticano n.* 444. *membr. s. XIV. Ex eodem codice regio annos* 1113—1204. *excerptos iam edidit Dom Brial XIV,* 21. *XVIII,* 701.

424. Qui cum a quodam monacho super eo, quod petebat, sepe repulsam patiente excommunicatus esset, et monachus aufugisset, dixit se nolle sumere cibum, donec absolveretur ab eo. Verum cum loci illius episcopus pronunciaret eum absolutum, presertim cum non quilibet excommunicandi habeant potestatem, non acquievit tamen imperator, quousque ab excommunicatore fuisset absolutus.

535. Qui insimulatus a populo suo, eo quod missam celebrans diluculo, statim cibum sumeret, ad quod tamen eum infirmitas impellebat, Romam pergens sitiensque in deserto quo transibat, silvestres cervas stare iussit, steteruntque, quousque lacte earum potus est et refectus. Deinde pauper Christi non habens unde papam honoraret, inspectas aves volantes aptas edulio eius itinere pedestri euntes ad presentiam Vigilii eidem dedit. Qui cognita viri sanctitate, omni contra eum calumpniam . . . . . .

633. Hoc electo milites Romani invaserunt ecclesiam Lateranensem, omnia vasa aurea et argentea asportantes, et inter se partem dividentes, partem erario transmiserunt. Mauritius autem cartularius et Isacius patritius et exarcha totius Italie, quibus actoribus facta sunt, non diu impunitate gavisi sunt; nam Mauritius ab Isacio decollatus est postea, et Isacius a Deo percussus.

636. Huius tempore Pyrrus ob heresim depositus a sede Constantinopolitana, ex Affrica Romam venit, et erroris penitentiam a Theodoro papa supplicans impetravit; et antequam exiret urbem, ad vomitum rediens excommunicatus est. Similiter et Paulus eiusdem sedis patriarcha hereticus a nunciis beati Theodori resipiscere monitus, nec acquiescens, depositus est.

648. Hic Paulum Constantinopolitanum, qui Constantinum imperatorem docuerat credere nullam operationem aut voluntatem in Christo, concilio centum quinquaginta episcoporum excommunicavit. Ad Italiam ergo regendam et ad heresim illam ibidem promulgandam missus Olimpius cum nihil proficeret, de conatu Martini pape mortem machinans, cum ab eo communionem in ecclesia sancte Marie ad presepe reciperet, expectans ut spatarius suus illum, sicut condictum fuerat, confoderet, excecatus a Deo spatarius de proditione veniam postulavit. Sed et Olimpius penitens ad fidem rediit

et culpam confessus. Deinde ad idem nephas alii ab imperatore directi, in Cersonam deportavere Martinum, ubi defunctus est postea, et corpus eius demum Romam relatum, sepultum est in ecclesia sancti Silvestri.

679. Huius tempore ecclesia Ravennas, que diu recesserat a Romana, rediit ad eam.

684. Sub hoc indultum est ab imperatore, ut Romanus papa nullius requisito consensu, statim ex quo eligitur, consecretur.

786. Qui Constantinopolim aliquando veniens, a Iustiniano honorifice susceptus, urbis regie privilegia renovavit. Quo reverso Romam, trucidatur Iustinianus a Philippico imperium arripiente heretico. Qui propter heresim nec Rome habitus est imperator, nec Petrus ab eo missus Ravennam, ut Italie et Romanorum dux esset, recipi potuit a Romanis.

902. Hiis temporibus Gormundus rex Affricae de secta Mahometh collectis copiis regnum Anglorum mari transvectus invasit. Ad quem confugiens Hysenbertus, in avunculum suum Ludovicum res novas molicns, promisit ei, quod ope eius Franciam obtineret. Qui vana spe ductus, navibus multis bellatorum plenis Pontivo applicans, maritima populatus est. Cuius exercitum pervagantem extra menia Ambianensium, fessis bello civibus, indigne ferentes matrone, egresse urbem cum armis, hostes ad castra fugere compulerunt. Unde privilegium hoc meruerunt, quod in ecclesia mulieres a dextris sedeant. Ambianis rex autem Francorum profligavit deinde Sarracenos illos, Gormundo rege ab Hysemberto proditore gladio interemptis.

1147. Nicholaus Ambianensis nascitur, qui hanc seriem cronicorum digessit.

1152. Theodoricus Ambianensis episcopus suam cathedralem ecclesiam in honore beate Marie et beati Firmini martyris consecrari facit a Samsone Remensi archiepiscopo, vicibus presulibus convocatis.

1153. In territorio Noviomensi Cansiolis, in ecclesiola, monachi supervenientes in fenestula negligenter positum calicem et stupam intus sanguine rubentem deprehendentes, a presbytero culpam confitente didicerunt, eum stupa illa solitum calicem detergere per incuriam, facta perceptione sacrificii.

1187. Gregorius Romane ecclesie presidet 171ms; qui statim ad invitandos populos ut ecclesie orientali succurrant, legatos per diversas regiones transmittit; agressusque Ferrariam, Romam properans, Lucam, inveniens ibi confracto sepulchro Octaviani ossa deiecit extra ecclesiam. In crastino Pisas veniens, magnos viros cruce signavit, statimque morbo correptus Gregorius VIII. qui octo processiones in via habuit, octo hebdomadis sedit, octo diebus morbo laborans vitam finivit, octavam resurrectionis expectans.

1200. Eodem tempore Innocentius armatus singulari zelo iustitie Philippum dictum regem Alemannorum et Arragone et Hyspanie et Hungarie reges pro diversis excessibus excommunicatione aut interdicto condemnat.

1202. Wilelmo Remensi non memorie sed invite vite substituto, clerici Remenses diu Rome de successore contendunt.

1203. Innocentius orta inter ipsum et Romanos discordia in Campaniam transit. Ecclesia Bulgarorum ad unitatem rediens ecclesie Romane se subicit, et in sacramento altaris et aliis quibusdam Latinorum usibus assuescit; sed et eorum dux fidelitatem facit Romano pontifici, qui per manum Leonis legati sui ipsum inungit et coronat in regem.

Franci ad succurrendum orientali ecclesie multo Venetiarum evecti navigio, astu Venetorum, cum quibus conventiones inierant[a] iuramento firmatas, Sclavorum maritima depopulantur. Deinde cum ipsis Constantinopolim invadunt, rogatu Alexii heredis imperii. Quem et eius patrem Secacum depulsos restituunt, tyrano imperii pervasore depulso. Pater ingratus filium concilio Grecorum ab amore Francorum avertit. Sed filius necessitate cogente ipsos iterum colit. In hoc tumultu quidam coronam imperii arripiens, die sue coronationis trucidatur a Grecis. Morculphus, secretarius Alexis et patris eius, ambos interficit, assensu Constantinopolitanorum, quibus permittens Francorum exitium, fit imperator infaustus. Cum Francis crebris preliis congreditur in omnibus victus. Apriorati Franci inopinata audacia auxilio Venetorum navali prelio urbem impellunt, muros ascendunt, et intrantes urbem Grecos detruncant, munitiones capiunt, clandestinam fugam arripiente Morculpho plus quam .....[b] finitimos armis vexant. Eorum terror asserit .....[b] urbes et turres et fere totum optinentes imperium, consilio ducis Venetie imperatorem eligunt Balduinum, illustrem Flandrensium comitem, qui facit in cathedralibus ecclesiis Latinos clericos ordinari, Grecos ipsis et per ipsos Romane ecclesie obedire compellens. Electus in patriarcham Venetus quidam, Rome per manum Innocentii consecratur[c].

Rex Francorum Normanniam, Pictaviam capit, regis Anglorum nefandos[d] ultus excessus.

Innocentius principem Arragonensium inungit in regem.

a) ingerant *cop.* b) *Aliquid excidisse videtur, quamquam copia nil tale indicat.* c. conseeravit *cop.* d) refandus *cop.*

ROBERTI DE MONTE CRONICA.

EDIDIT D. LUDOWICUS CONRADUS BETHMANN.

De vita atque scriptis Roberti de Torinneio, abbatis in Monte sancti Michaelis, supra p. 281. *egimus. Sigebertum descripsit anno* 1150. *ex codice Bellovacensi* D. *cum omnibus huius additamentis. Quae ipse de suo addidit, Angliam tantum spectant atque Normannos. Anglica desumsit omnia ex Henrico Huntingdonensi, Normannica ex Willelmo Gemmeticensi, ex Historia Henrici a Roberto ipso Willelmi libro addita*[1], *ex Orderico Vitali, Fulcherio Carnotensi,* 1
ex Milonis vita Lanfranci[2] *et Willelmi*[3], *Eadmeri vita Auselmi*[4], *e miraculis* 1
sancti Wulframni[5], *passione sanctorum Maximi et Venerandi, et ex Originibus Cisterciensibus*[6]. *Catalogum denique archiepiscoporum Rothomagensium totum confecit ex annalibus Rothomagensibus*[7], *ex quibus paucula quoque alia sum-* 7
sit. Chronicon quoque quod Sigeberto subiecit, in primis quadraginta annis nil fere est nisi compilatio ex Henrico Huntingdonensi, Willelmo Gemmeticensi, Historia Henrici, Sigeberto, Fulcherio Carnotensi, Orderico Vitali, vita Lanfranci atque epistola cruciferorum[8]*; postea suis vestigiis incedit. In chrono-* 8
logia fontes suos non semper accurate secutus est; neque in iis, quae suis temporibus gesta sunt, immo quae inter scribendum et quasi ipso praesente evenerunt, ab erroribus satis sibi cavit[9]*, non raro quae diversis annis acta* 9
erant, in uno confundens. Fides tamen animusque veri studiosus in Roberto nequaquam est addubitandus; multumque dolendum, quod vir tantae scientiae tantoque loco positus Sigeberti exemplo se induci passus est, ut annalista potius fieret, quam historicus.

Continuationes tres novimus: Harleianam a. 1158—1168. *in codice* E3b. *ineditam; Gemmeticensem a.* 1187—1210, *magna ex parte iam ante a.* 1209. *conscriptam; quam ex* E8h. *dedit editio princeps et post hanc Schardius, Pisto-*

1) Historiam Henrici noster ipse vocat; plerumque citatur tamquam liber octavus Willelmi Gemmeticensis. 2) conscripta circa a. 1150, in Actis SS. 28. Maii, apud Mabillon. Act. SS. Ben. VI, 2. et in Lanfranci operibus a Dacherio edita. 3) edita a Dacherio post Lanfranci opera. Vitam Bosonis abbatis iam habuisse Robertum, vix crediderim. 4) paulo post a. 1122. conscripta, in Actis SS. 2. April. 5) Dachery Spic. II, 286. 6) Hunc libellum adhibuit etiam in tractatu de immutatione ordinis monachorum. 7) in Labbei Bibl. ms. I, 364. at non integri, sed „vulgaribus omissis“ editi. Deducuntur quidem a Christo ad a. 1344. sed iam multo ante compositos varioque deinde tempore continuatos esse apparet. Ita in a. 1115. calamum deposuisse videtur scriba, aliusque circa annum demum 1173. resumpsisse: quae enim inter hos annos leguntur notulae, summa brevitate sua suturam satis produnt. Extiterunt autem iam ante a. 1110. Tunc enim ex eis excepti sunt Annales Fontanellenses (in codd. Bruxellens. 7815 et 7821, a Christo usque ad a. 1110. cum continuatione brevissima a. 1127—1204. alia manu scripta) et Cadomenses (apud Duchesne SS. Rerum Normannicarum p. 1015; in his quoque post a. 1110. nil legitur usque ad a. 1120.). Ordericus quoque iis usus videtur, et fortasse etiam Acta archiepiscoporum Rothomagensium, conscripta apud S. Audoenum tempore Gregorii VII, in Mabillon. Anal. vet. Hi quatuor igitur quum permulta habeant, quae et Robertus, huic tamen nil debent, neque Robertus illis. 8) a. 1121. 9) cf. 1111. 1117. 1123. 1126. 1140. 1143. 1146 sqq. 1180. 1181. 1182.

rius, Struve, Bouquet XVIII, 338*; Vallomontensem a.* 1169—1239. *e codice* E8b. *editam a Duchesne SS. Norm.* 1003 *et Bouquet XVIII,* 345. *Quae continuationes quum ad Germanicas res nil prorsus conferunt, nos non censuimus iterum edendas*[10]. — *Codices Roberti enumeravimus supra p.* 293. *Edidit primus a.* 1513. *Antonius Rufus in editione principe Sigeberti, at non integrum, sed a.* 1154—1186. *tantum, cum continuatione Gemmeticensi, e codice* E8h. *in prima parte, ut vidimus, multum decurtato; quae editio horret mendis turpissimis, magnamque praeterea confusionem per saecula fecit eo, quod continuationem Ursicampinam nostrae praeponens has duas unum opus unius eiusdemque auctoris dicit Roberti de Monte. Repetierunt eam Schardius, Pistorius, Struve. Deinde a.* 1619 *Duchesne in Scriptoribus Rerum Normannicarum sub titulo Chronicae Normanniae edidit partem chronici Robertini abbreviatam a.* 1138—1169. *cum continuatione Vallomontensi, e codice* E8b. *Integrum Roberti opus a.* 1651. *primus edidit Dachery, post opera Guiberti Novigentensis, e codice* E, *quem quamvis non accurate ubivis reddiderit, illud tamen meritum semper ipsi remanebit, quod per eum primum, quodnam opus Roberti sit genuinum, viri docti et scire potuerunt et uti eo. Tum a.* 1786 *Dom Bouquet et Brial XIII,* 283 *Robertum dederunt excerptum, secundum Dacherii editionem, quam hic illic ex* E2. 7b. 8d. 9. *emendaverunt, notisque illustrarunt satis utilibus; XVIII,* 338 *continuationem dederunt Gemmeticensem ex editione principe, et Vallomontensem inde ab a.* 1210. *e codice* E8b.

Nos denique Roberti chronicon hic proponimus e codice magnam partem autographo E. *accurate expressum, prout auctor ipse a.* 1184. *illud correxit. Calami errores, qui rari sunt, notavimus omnes; atque ubi manus calamusve mutatur, semper id indicavimus. E reliquis codicibus adhibuimus* E2. 3a. 4. 5. 7b. 8b. d. e. f. h. *ita, ut additamenta eorum daremus omnia, et quae iis desunt, notaremus, exceptis* 2. 5. 8f. *qui textum tam arbitrario modo mutaverunt, ut inter codices Roberti vix queant haberi. Porro varias lectiones ex reliquis adiicere, ubi ipsius auctoris codex omnem dubitationem adimit, inutile visum est, nisi ubi vel rasurae in* E. *erant vel varietas illa ad diversas Roberti recensiones cognoscendas conferre aliquid poterat. Haec semper indicavimus. Quae ex aliis descripsit Robertus, fontibus in margine positis, forma litterarum minori expressimus, ne omissis illis chronici integritas turbaretur. Additamenta autem quae Sigeberto adspersit quum fere omnia ad verbum ex aliis sint petita, horum prima tantum ultimaque verba ponere sufficiebat, fontibus in margine indicatis; reliqua vero litteris maioribus dedimus integra.*

386. A. Roth. 385. Subrogatur Petrus archiepiscopus Rothomagensis septimus.
ib. 405. Subrogatur Victricius archiepiscopus Rothomagensis octavus, cui Innocentius papa misit decretalem epistolam.
409. Subrogatur sanctus Evodius nonus archiepiscopus Rothomagensis.
ib. 417. Subrogatur Innocentius decimus archiepiscopus Rothomagensis.
ib. 426. Subrogatur Evodius 11us archiepiscopus Rothomagensis.
431. ib. 430. Subrogatur Silvester 12us archiepiscopus Rothomagensis.
442. ib. 441. Subrogatur Malsonus archiepiscopus Rothomagensis 13us.
ib. 451. Subrogatur Germanus archiepiscopus Rothomagensis 14us.
ib. 459. Subrogatur Crescentius 15us archiepiscopus Rothomagensis.
ib. 473. Claruerunt sanctus Gildardus 16us archiepiscopus Rothomagensis et sanctus Remigius Remensis episcopus, et sanctus Laudus Constanciensis episcopus, consecratus a Gildardo.
ib. 499. Subrogatur Flavius 17us archiepiscopus Rothomagensis.
ib. 534. Subrogatur Praetextatus 18us archiepiscopus Rothomagensis.
569. Natus est sanctus Wandregisilus.

10) Chronicon a. 1187—1268. quod legitur in D1. et auctius in B1^{v}. non est continuatio Roberti, quocum nil habet commune. Auctor eius Lemovici vixit, circa a. 1250.

582. Interficitur Praetextatus Rothomagensis archiepiscopus, cui succedit Melantius 19us licet indigne, quia, ut fertur de nece eius particeps fuit[a]. 581. A.Roth
593. Subrogatur Hildulfus 20us archiepiscopus Rothomagensis. 596. ib.
596. Transitus sancti Ebrulfi abbatis[a].
623. Sanctus Romanus, mire sanctitatis, fit archiepiscopus Rothomagensis 21us[a]. ib.
635. Defuncto sancto Romano ordinatus est sanctus Audoenus 22us Rothomagensis archiepiscopus[a]. 635. ib
652. Constructa sunt fundamenta ecclesie sancti Wandregisili[a. 1].
677. Sanctus Audoenus transit ad Dominum; cui succedit sanctus Ansbertus 23us Rothomagensis archiepiscopus. 680. ib.
695. Defuncto sancto Ansberto succedit Grippo 24us Rothomagensis archiepiscopus. ib.
719. Subrogatur Ravilandus 25us Rothomagensis archiepiscopus. ib.
722. Claruit Hugo sanctus 26us Rothomagensis archiepiscopus qui prefuit etiam ecclesiis Parisiacensi, Baiocensi, abbaciis eciam Gemmeticensi et Fontinellensi[a]. ib.
730. Defuncto sancto Hugone succedit Ratbertus Rothomagensis archiepiscopus 27us. ib.
741. Subrogatur Ragenfridus 28us Rothomagensis archiepiscopus. 739. ib.
755. Subrogatur Remigius 29us archiepiscopus Rothomagensis frater uterinus Pipini regis. 751. ib.
761. Mortuo Aedelbrith rege Anglorum regnavit Ecgfet. Ord. Vit. Hunt. IV.
772. Subrogatur Mainardus 30us archiepiscopus Rothomagensis. A. Roth
780. Subrogatur Willermus[2] 31us archiepiscopus Rothomagensis. ib.
794. Mortuo Ecgfrerd rege Anglorum regnavit Egfrid Pren tribus annis, et captus est et abductus a Cenwolfore. Hunt. IV.
798. Cudred rex Anglorum regni infulas optinuit novem annos. ib.

802. Obiit Remigius Rothomagensis archiepiscopus cui succedit domnus Hugo, filius Karoli augusti imperatoris et regis Francie.

806. Mortuo Cudred regnavit Baldred 28 annis. ib.

828. Beatus Hugo relicto archiepiscopatu Rothomagensi effectus est monachus Gemmaticensis[3]. ib.

834. Fugato Baldred cessavit regia stirps Cantuarie, et de alienis regnavit Athelwifus 19 annis[a]. ib.
836. Herio insula translatio sancti Philiberti 7. Id. Iun. quando Northmanni vastaverunt Britanniam et alias terras. ib.
837. Subrogatur Gumboldus 34us archiepiscopus Rothomagensis et obiit sanctus Hugo[4]. 838. ib.
842. Translatio sancti Audoeni archiepiscopi, quando vastaverunt Northmanni Rothomagum et succenderunt monasterium illius, Id. Mai. ib.
849. Subrogatur Paulus 35us archiepiscopus Rothomagensis. ib.
851. Bier filius Lotroci — disparuit. Gemmet. I, 5. 11. II, 11.
855. Mortuo Paulo subrogatur Wanilo 36us archiepiscopus Rothomagensis. A. Roth.
859. Sepulto Aedelbaldo apud Seyreburnam, regnavit frater eius Aetelbrith quinque annis, cuius duces Dacos vicerunt[b]. Hunt. V.
863. Mortuo Aetelbrith regnavit frater eius Alfred sex annis. ib.
865. Venerunt Northmanni mediate Iulii. Obiit Wanilo, cui successit Adalardus 37us archiepiscopus Rothomagensis. A. Roth
869. Obiit Adelardus, cui successit Riculfus 38us archiepiscopus Rothomagensis. ib. [5]
869. Mortuo Alfred, qui contra Dacos cum fratre suo mire conflixit, regnavit Alfredus frater eius viginti octo annis; qui fecit magna[b]. Hunt. V.
872. Obiit Riculfus, cui successit Iohannes 39us archiepiscopus Rothomagensis. A. Roth.
874. Obiit Iohannes, cui successit Witto 40us archiepiscopus Rothomagensis.
875. Obiit Witto, cui successit Franco 41us archiepiscopus Rothomagensis. ib.
876. Northmanni origine Dani — iterum repetens sibi copulavit. Gemm. I. II.
893. Capta civitas Ebroicensis; sed episcopus Sebar Deo auctore evasit. A. Roth.
899. Edwardus rex Anglorum — Merce[b]. Hunt. V.
908. Rollo primus dux — civitatem liberavit. ib.
912. Babtizatus Rollo — Longamspatam et Gerloch, filium scilicet Berengarii comitis Baiocensis, neptem vero Widonis comitis Silvanectensis. De hoc retro invenies plenius. Gemm.
915. Relatus est beatus Audoenus de Francia in Normanniam Kal. Febr. regnante Karolo. A. Roth.
917. Obiit Rollo primus dux Normannorum, cui successit Willermus Longaspata filius eius. ib.
919. Obiit Franco, cui successit Guntardus 42us archiepiscopus Rothomagensis. ib.
923. Edwardo filio — Bruneberi. Hunt. V.
934. Factum est prelium — fratri destinavit. Gemm. III, 2.
936. Mortuo Athelstan — dominio tenuit. Hunt. V.
938. Henricus presul — Rollonis. Gemm. III, 2.
942. Obiit Guntardus, cui successit Hugo, monachus habitu, non corpore, 43us archiepiscopus Rothomagensis. A. Roth.
Occiditur Willermus Longaspata dux Normannorum — qui vetus dicitur, quem de Sprota genuit. ib. Gemm. III, 10, 12. IV, 1.
Mortuo Edmundo — obtinuit. Hunt. V.
951. Edredo rege — regnum tenuit. ib.
955. Mortuo Edwi — Tedfordia. ib.

a) *postea additum in margine.* b) *Haec postea addita sunt, sed ab eadem manu.*

1) a. 645. id factum, dicunt Gesta abb. Font. c. 6. 2) *Guillebertum* vocant A. Roth., Ordericus et Acta Archiepiscop. Rothomagensium. 3) Haec non ex Ann. Rothom. hausit noster, qui Guilleberto subiiciunt Ragoardum a. 828; tum statim Gumboldum a. 838. Reliqui quoque, Acta Arch. Rothomagensium, Ann. Fontanellenses, Cadomenses, Ordericus, cum Annalibus Rothom. faciunt. 4) Apud Labbeum quidem haec desunt; sed quum et Annales Fontanellenses et Cadomenses, e Rothomagensibus excepti utrique, ea habeant, quumque Labbeus dicat, se vulgaria omisisse in editione sua, haec quoque in Ann. Rothom. affuisse sed a Labbeo omissa esse, dubium vix videtur. 5) Desunt quidem apud Labbeum; sed leguntur in Actis arch. Roth. et apud Ordericum.

A. Font. 960. Menardus abbas cenobium Fontinellam reedificat.

Mir. Wlfr. 5 [6] 964. Hoc tempore — reverentia. Progeniem autem eorum et patriam et vitam et passionem libet breviter intimare. Valentiniano — sepelierunt.

Gem. IV, 18. Emma uxor — Rothomagensis.

966. Hoc anno eiecit Ricardus marchisus et dux Normannorum clericos seculares de hoc monte, et aggregavit ibi monachos sub regula sancti Benedicti Deo perpetuo servientes [a].

Hunt. V. 971. Mortuo Edgaro — secuta est.

Gemm. IV, 7. 8. 972. Venit Aigroldus — corroboratus est.

Hunt. V. 975. Omnes obtimates — conterendi.

ib. 977. Occiso sancto Edwardo — labore.

A. Roth. 989. Subrogatur Robertus 44us archiepiscopus Rothomagensis.

ib. 996. Obiit primus — secundus. Ipse Ricardus apud Fiscannum, pater Willermus et Rollo avus apud Rothomagum requiescunt.

ib. 1001. Obiit Willermus primus abbas Fiscannensis.

Hunt. VI. A. Roth. 1006. Circa hoc tempus — in Anglia. Obiit Hildebertus abbas Sancti Audoeni, qui ipsum locum restauravit. Audi, quod nesciebas, quomodo coniuncti sunt ducatus Aquitanie et ducatus Pictavie. Willermus pius, dux Aquitanie, habebat cognatum unum Rainaldum comitem Pictavie, qui ex propria uxore habebat filium nomine Eblum. Quem, cum pater eius moreretur, tradidit eum nutriendum sanctus Geraldus Willermo pio, duci Aquitanie, cognato suo. Hic Willermus Aquitanie dux fecit monasterium Cluniacense; et uxor eius Eva post aliquantulum temporis, cum dux Willermus pius venisset ad extrema, dedit ducatum Aquitanie Eblo suo cognato, comiti Pictavie; et extunc una persona est dux Aquitanie et comes Pictavie [b. 7].

Gem. V, 13. Hunt. VI. 1012. Ricardus dux Normannorum, qui secundus dicitur — repatriando defunctus est. Mortuo Adelredo — occisus est cuius cognomen Edmundus Ireneside, id est ferreum latus [b].

Gem. V, 9. 1014. Mortuo Edmundo — viginti annis.

ib. VII, 22. A. Roth. 1017. Obiit Iudith — Ricardi.

Gemm. V, 7. ib. V, 16. 1024. Post mortem Iudith — de Archis. Idem Ricardus — coegit. Dedit etiam idem secundus Ricardus duas villas optimas in Normannia, scilicet Wellebum super Sequanam, et Cambainm in Oximensi pago [8], antecessoribus Symonis comitis Wilcasini, ut liceret exercitum Normannie pacifice transire per terram suam ad supradictam expeditionem peragendam.

A. Roth. 1026. Mortuo Ricardo secundo duce Normannorum, filio primi Ricardi, successit ei filius eius Ricardus tercius. Hic genuit Nicolaum postea abbatem Sancti Audoeni et duas filias, Papiam videlicet uxorem Walterii de Sancto Walerico, et Aeliz, uxorem Ranulfi vicecomitis de Baiocis. Hic tercius Ricardus eodem primo anno ducatus sui mortuus est et successit ei Robertus frater eius, qui genuit Willermum de Herleva non sponsata, qui postea Angliam conquisivit, et unam filiam nomine Aeliz de alia concubina.

Ord. Vit. Gemm. VII, 21. H. Henr. 34. Hunt. VI. 1027. Mortuo Balduino comite Flandrensi, successit ei Balduinus filius eius cum barba; qui duxit filiam Roberti regis Francorum, ex qua genuit Balduinum et Robertum Frisionem et Mathildem, quam Willermus dux Normannie duxit; de qua genuit Robertum, Willermum, Ricardum, Henricum, et filias Ceciliam, Constantiam, Aelith, Adelam, que nupsit Stephano comiti Blesensi. De potentia — regis magni.

1031. A. Rth. 1030. Obiit Gonnor comitissa, uxor primi Ricardi.

1032. Lanfrancus Papiensis et Garnerius socius eius, repertis apud Bononiam legibus Romanis, quas Iustinianus imperator Romanorum anno ab incarnatione Domini 530. abbreviatas emendaverat, his inquam repertis operam dederunt eas legere et aliis exponere; sed Garnerius in hoc perseveravit; Lanfrancus vero disciplinas liberales et litteras divinas in Galliis multos edoceus, tandem Beccum venit, et ibi monachus factus est sicut in sequentibus potest reperiri [c. 9].

Gemm. VI, 9. Hunt. VI. 1034. Herluinus — dimittimus. Mortuo Canuto — domina.

Gem. VI, 13. 1035. Obiit Robertus — Henrici.

1036. A. Rth. 1037. Obiit Robertus, cui successit Malgerius nepos eius 45us archiepiscopus Rothomagensis.

Hunt. VI. 1038. Haraldus — episcopus Estangle. Obiit Hugo Baiocensis episcopus, et successit Odo [10].

Gem. VII, 17. Hunt. VI. 1040. Fundamenta aecclesiae sancte Marie in Gemmetico innovata sunt ab abbate Roberto, postea Cantuariorum archiepiscopo. Mortuo — 24 annis.

ib. 1041. Edwardus — Flandrensem comitem.

Gemm. VI, 9. 1042. Lanfrancus — inveniri potest.

Hunt VI. 1046. Hoc anno — corpore minuit.

ib. 1049. Eo tempore — successor eius.

ib. 1051. Emma — fuerunt.

ib. 1052. Edwardus — Haraldi.

a) *Haec alia manus s. XII. ex. scripsit in margine. Desunt reliquis omnibus.* b) Audi — Pictavie *et* cuius — latus *in margine scripsit Robertus calamo eodem quo annum* 1185. *Desunt reliquis.* c) *Haec Robertus ipse exaravit calamo eodem, quo a.* 1165, *erasis quae prius scripta fuerant Sigeberti verbis:* Istius modi — replicare. *Desunt reliquis, qui habent verba Sigeberti.*

6) in Dachery Spic. II, 286. 7) cf. Martini historiam monasterii Novi Pictavensis in Martene Anecd. III, 1211. Bouq. XII, 118. 8) pays d'Yèmes. 9) Quae dubium moveant in hac Roberti narratione, exponit Savigny Geschichte des Röm. Rechts IV. c. 27, p. 21. 10) Annum de suo Robertus addit; Guillelmus Gemmeticensis habet: *Circa haec tempora Hugo* etc.

1054. Ex quo — Pratelli edificavit. Gemm. VII, 21. 22.
1055. Deposito Malgerio — Cantuariensis. ib. VII, 21.
1060. Sanctus Anselmus — inveniet. ib. VI, 9
1063. Lanfrancus — prelatione. Cum iam — crimen elegit ib. Hunt. VI
1064. Dominator — perdidit. ib.
1065. Dux Normannorum — 21. anno. ib.
1067. Obiit Conanus — ecclesie 46us. ib. A. Roth
1070. Deposito Stigando apostata, qui prius fuerat episcopus Halmeensis, que sedes postea ad Norwich translata est, et postea episcopus Wincestrensis, ad ultimum episcopus Cantuariensis, et hos tres honores non causa religionis sed cupiditatis simul tenebat, unde a papa Romano excommunicatus fuerat: Lanfrancus — 18 annis. V. Lanfr
1071. Rex Anglorum — subdiderunt. Hunt. VI.
1072. Secundus Balduinus — obitum possedit. H. Henr. 11
1073. Monachi Becci in vigilia festivitatis omnium sanctorum de prima veteri ecclesia sollemni processione et magne gaudio devotionis venerunt in novam, quam beatus Herluinus eiusdem loci gloriosus abbas, Lanfrancus et Anselmus, viri magne auctoritatis, edificaverunt [11].
1074. Congregatum est concilium — Sagiensi; in quodam de negotiis ecclesiasticis, quam de regni utilitatibus diligenter tractaverunt. A. Roth.
1075. Willermus [a], rex Anglorum et priuceps Normannorum, die sancto pasche in ecclesia Fiscanni obtulit filiam suam Ceciliam per manus Iohannis archiepiscopi Rothomagensis Deo consecrandam. Inibi namque legem instituit, ne aliquis scilicet aliquem hominem assalliret pro morte alicuius sui parentis, nisi patrem aut filium interfecisset. Instituit quoque alia aecclesiae et regno valde utilia. Idem rex — cum eo. Cad. 1071. Hunt. VI
1077. Ecclesia Becci — peractum est. Huic etiam dedicationi interfuerunt episcopi Odo Baiocensis, Gislebertus Luxoviensis, Gislebertus Ebroicensis, Robertus Sagiensis, Arnaldus Cenemannensis. De letitia — disserere. Gemm VI, 9.
1078. Beatus Herluinus — licet ex meritis. Defuncto itaque — Gisleberto. ib. Ord. Vit. V, 549.
1079. Successit — Cadomensis. Anni ab origine mundi secundum septuaginta interpretes 5664. A. Roth.
1080. Factum est concilium apud Lislebonam in presentia Willermi regis Anglorum — servantur maxime in Normannia. Idem rex — posuit. Hunt. VI.
1083. Obiit Mathildis — incepit. ib.
1084. Willermus rex — distulit. ib.
1085. Hoc anno — reservavit [b]. ib.
1087. Obiit Willermus rex Anglorum et dux Normannorum — completo. Hoc Willermo rebus humanis subtracto — apud Westmonasterium. His vero — Fiscanni. Robertus namque primogenitus — contradictione suscepit. Eodem anno obiit — tredecim annis. Gem. VII, 11. H. Henr. 2. Hunt. VI. H. Henr. 2. Gem. VII, 13.
1088. Omnes nobiliores — exulavit. Hunt. VII.
1089. Obiit piae — miseratio. Versus Anselmi archiepiscopi de Lanfranco decessore suo. Archiepiscopii — sedulus ipse laborat. Hoc anno terremotus fuit terribilis, portendens mala forsitan ventura, que propter hominum iniquorum peccata iam nostris temporibus vidimus impleta. V. Lanfr. 20. 34. 36. [12] Hunt. VII.
1090. Willermus — Fiscannum. ib.
1091. Rex Anglorum — remanerent. ib.
1092. Rex Anglorum — transmisit. ib.
1093. Sublato de hac vita — abbatem primum. Cui successit in eadem ecclesia Becci — Willermo. Eodem anno — occiderunt. Ead. v. Ans. Mil. v. Will. Hunt. VII.
1094. Rex Anglorum — Philippum. ib.
1095. Rex Anglorum — expugnaret. ib.
1096. Robertus — reddidit. H. Henr. 7.
1097. Cum igitur — Antiochiam. Hunt. VII.
1098. Cum Willermus rex Anglorum — Robertus de Belesme frater eius. Cenobium Cisterciense — emanaverunt [c]. ib. Orig. Cist.
1099. Comes Normannorum — bizanteos. Optulerunt igitur — perseverat [d]. Primus ibi tunc — conservata. Rex Willermus — Salesberie. De concilio Arvernensi — exaltetur. Vit. IX, 759. Hunt. VII. Fulcher. [13]
1100. Willermus — agebant. Hunt. VII. Fulcher. Hunt. VII.

a) *Hoc nomen in* E. *semper abbreviatum scribitur* Guil⁊mus *vel* Wil⁊mus; *sine abbreviatione semel tantum in a.* 1183. *scribit Robertus ipse* Guillermus; *quamobrem ubivis litteram* r *restituimus.* b) Provocaverat namque eum rex Philippus dicens: Tu iaces, inquit, quasi mulier puerperia; biberat enim potionem quia aegrotus erat. At ille remisit nuncios dicens: Dicite regi vestro quando ad missam iero centum millia candelas tibi libabo *addit* 2. c) *Haec ex Originibus ordinis Cisterciensis (apud Tissier et in Monastico Anglicano) excerpta, codex* 2. *multum ampliora exhibet verbis:* diuque locum — Benedicti persolvunt, *ex eodem fonte petitis.* d) *Omissis* Comes Normannorum — perseverat *codex* 2. *habet:* Quidam huius victorie tempus his quatuor versibus sic expressit. Virginis a partu Domini qui clarnit nrtu Anno milleno centeno quo minus uno, Undecies Iulio iam Phebi lumine tacto, Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

11) Annales Lirenses in codice civit. Ebroicensis n. 60, scripti paulo post a. 1136. haec habent: 1074. *rigilia omnium sanctorum,* 5. *feria, venerunt monachi Beccenses de veteri monasterio in novam ecclesiam.* 12) Carmen Anselmi apud Mabill. Acta SS. Ben. VI, 2, 659. 13) Fulcherius Carnotensis, apud Bongarsium I, 402. 399.

INCIPIT PROLOGUS ROBERTI IN EA QUE SECUNTUR, DE TEMPORUM DESCRIPTIONE, USQUE AD 1184. ANNUM[a].

De chronographia, id est temporum descriptione, in subsequentibus locuturi, primo detractoribus invidis et nostrum laborem inanem reputantibus breviter respondebimus; deinde amantibus benivolis, et id expectantibus, immo expostulantibus, rerum ordinem presenti prologo succincte aperiemus. Qui dicunt: Quid necesse est vitas vel mortes vel diversos casus hominum litteris mandare, prodigia celi et terre, vel aliorum elementorum scriptis impressa perpetuare? *noverint, bonam vitam et mores precedentium ad imitationem subsequentium proponi; malorum vero exempla, non ut imitemur, sed ut vitentur, describi. Prodigia autem vel portenta preterita, que famem vel mortalitatem vel aliqua alia flagella superne vindicte pro meritis filiorum hominum, cum videntur, significant, ideo per litteras memorie commendantur, ut si quando similia evenerint, peccatores, qui se iram Dei in aliquo incurrisse meminerint, mox ad remedia penitentie et confessionis, per hec Deum placaturi, festinent. Hac de causa, licet alie non desint, Moyses legislator in divina historia innocentiam Abel, Caim invidiam, simplicitatem Iacob, dolositatem Esau, maliciam undecim filiorum Israel, bonitatem duodecimi scilicet Ioseph, penam quinque civitatum per consumptionem ignis et sulphuris, manifestat; quatinus bonos imitemur, malorum esse pedisecos exhorreamus, prodigiosum autem incendium peccati fugiendo fetorem deritemus. Hoc non solum Moyses, sed et omnes divine pagine tractatores, et in historicis et in moralibus libris faciunt, virtutes commendando, vitia detestando, Deum timere simul et amare nos admonendo. Non igitur sunt audiendi, qui libros chronicorum, maxime a catholicis editos, neglegendos dicunt; in quibus tam utilis intentio, sicut et in celeris tractatibus, generaliter habetur.*

Hoc non ignorantes Cyprianus Cartaginensis episcopus et martyr, Eusebius Cesariensis, Ieronimus presbiter, Sulpicius Severus sancti Martini familiaris, Prosper Aquitanus sancti Leonis papae notarius, Gregorius Turonensis episcopus, et ut ad modernos deveniam, Marianus Scotus Fuldensis monachus, et Sigibertus Gemblacensis, omnes non inutiliter cronica ediderunt. Fecerunt hoc et alii plures tam religiosi quam seculares, quos causa brevitatis prelereo. His contra obloquentes dictis, benivolis attentionem nostram aperiamus.

Omnibus modernis chronographis Sigisbertum Gemblacensem prefereus et eius studium vehementer admirans, illius chronographie de serie temporum aliquid continuare conabor. Ille siquidem chronica Eusebii, que incipiunt a Nino rege primo Assyriorum, cuius 43. *imperii anno natus est Abraham, et extenduntur usque ad* 20. *annum imperii Constantini piissimi principis, secundum veracissima exemplaria describens, et illis nichilominus chronica Ieronimi subiungens, videlicet a* 20. *anno predicti principis usque ad* 13. *Valentis augusti, addens etiam ex ordine chronica Prosperi, id est a primo anno Gratiani usque ad quintum annum Valentiniani et Martiani augustorum, tandem propria supposuit; noluitque incipere ubi Prosper fuierat, sed ubi inceperat, id est a fine chronicorum Ieronimi, videlicet ab anno dominicae incarnationis* 381. *Quod propterea fecit, quia multa, utpote modernus et multarum historiarum diligens inquisitor, que Prosper necdum quando hec scripsit audierat, addere disponebat. Ponit autem in fronte pagine libri sui primum nomina regnorum diversorum, videlicet Romanorum, Persarum, Francorum, Britannorum, Wandalorum, Wisigothorum, Ostrogothorum, Hunorum. Postea supponit regnis nomina propria regum; deorsum vero per mediam paginam annos singulorum principum; in margine nomina Romanorum pontificum, et annos Domini respondentes recta fronte annis predictorum regum. De regno autem Britonum faciens mentionem, fere per annos centum duodecim nullum regum eiusdem insule nominat, nisi Aurelium Ambrosium. Similiter de Anglis, qui successerunt Britonibus, nonnulla locis oportunis commemorans, de illis regibus tantummodo loquitur, quos Beda presbiter et doctor Anglorum in historia sua nominat, cum plures reges in eadem gente fuerint post mortem Bede, quam ante. De ducibus Normannorum nichil aut parum dicit. Non tamen hoc fecit negligenter, sed quia carebat his tribus historiis.*

Ego vero quia his habundo, nomina et successiones et aliquando facta eminentiora eorundem ducum et omnia nomina archiepiscoporum Rothomagensium, et de episcopis eiusdem provincie aliquantos, locis convenientibus usque ad 1100um *annum incarnationis dominice, chronicis ipsius interserens, similiter et de regibus Anglorum, de quibus nullam mentionem facit, me facturum non despero.. Quod et de Britonum regibus proposueram facere, si tantummodo infra cronica Sigisberti competenter illos valerem comprehendere. Sed quia Brutus pronepos Enee, a quo et insula Britannia vocata est, primus ibi regnavit, si vellem omnes reges sibi succedentes ordine congruo ponere, necesse esset michi non solum per librum Sigisberti, verum etiam per totum corpus chronicorum Ieronimi, et per magnam partem chronographie Eusebii, eadem nomina spargere. Verum quoniam indecens est, scriptis virorum tantae authoritatis, Eusebii et Ieronimi dico, aliquid extraneum addere: ut satisfaciam curiosis, huic prologo subiciam unam epistolam Henrici archidiaconi, in qua breviter enumerat omnes reges Britonum a Bruto usque ad Cadwallonem, qui fuit ultimus potentum regum Britonum, fuitque pater Cadwalladri, quem Beda Cedwallam vocat. Quam epistolam, sicut in ea reperitur, cum Romam idem Henricus pergeret, me ei prebente copiam exemplaris totius historie Britonum, apud Beccum excerpsit.*

a) u. ad MCLXXXIIII. annum *in rasura scripsit alia manus, eadem quae infra annos* 1182—1184. *et paginam codici praefixam exaravit, ipsius scilicet Roberti.*

Igitur sicut iam dictum est, quia predictus Sigisbertus cronica sua incipit ab anno incarnationis dominicae 381, *et perduxit eam usque ad annum eiusdem divine incarnationis* 1100: *ego exinde, permittente et auxiliante Deo, sine quo nichil possumus facere, usque ad* 1182.[a] *annum, ea que in diversis provinciis, et maxime in Normannia et Anglia, evenerunt et ad meam noticiam pervenerunt, sub annis dominice incarnationis colligere aggrediar. Et hoc ideo libentius, quia volo gesta primi Henrici, strenuissimi regis Anglorum et ducis Normannorum, a quo habeo incipere, summatim per singulos annos annotare. Ad quod opus me adiuvabunt et historia, quam de ipso rege noviter defuncto edidi et gestis ducum Normannie adieci, et historia predicti Henrici archidiaconi, quam composuit de rebus Anglie, incipiens eam a Iulio Cesare, et texens ordinatim usque ad mortem predicti regis Henrici, id est usque ad* 1135um *annum dominice incarnationis.*

EXPLICIT PROLOGUS[b]

INCIPIT EPISTOLA HENRICI ARCHIDIACONI AD WARINUM DE REGIBUS BRITONUM.

Queris a me, Warine Brito, vir comis et facete, cur patrie nostre gesta narrans, a temporibus Iulii Cesaris inceperim, et florentissima regna, que a Bruto usque ad Iulium fuerunt, omiserim. Respondeo igitur tibi, quod nec voce nec scripto horum temporum sepissime notitiam querens invenire potui. Tanta pernicies oblivionis mortalium gloriam successu diuturnitatis obumbrat et extinguit. Hoc tamen anno, qui est ab incarnatione Domini 1139[c], cum Romam proficiscerer cum Theobaldo Cantuarensi archiepiscopo, apud Beccum, ubi idem archiepiscopus abbas fuerat, scripta rerum predictarum stupens inveni. Siquidem Robertum de Torinneio, eiusdem loci monachum, virum tam divinorum quam secularium librorum inquisitorem et coacervatorem studiosissimum, ibidem conveni. Qui cum de ordine historie de regibus Anglorum a me edite me interrogaret, et id quod a me querebat, libens audisset: obtulit michi librum ad legendum de regibus Britonum, qui ante Anglos nostram insulam tenuerunt; quorum excerpta, ut in epistola decet, brevissime scilicet, tibi, dilectissime, mitto. Aeneas — — reperies. Vale.

Item de eadem hystoria. Adhuc ad maiorem evidentiam rerum dictarum et dicendarum ponemus quandam partem historie Henrici archidiaconi, de qua iam epistolam ante positamexcerpsimus. Dicit itaque in primo libro eiusdem historie: Erat autem Britannia — invenitur.

Ex eadem ystoria de modernis sanctis Anglie: Quis Cantuarie — luculenter cradiant.

INCIPIUNT CRONICA ROBERTI.

Romanorum. Francorum. Anglorum.

Henricus, filius primi Willermi regis Anglorum et ducis Normannorum, occiso secundo Willermo fratre suo rege Anglorum, et sequenti die in ecclesia sancti Petri apud Winceastre sepulto, ibidem in regem electus, dedit episcopatum Winceastrie Willermo Giffard. Pergensque Lundoniam, sacratus est ibi a Mauricio Londoniensi episcopo, melioratione legum et consuetudinum optabili repromissa. His auditis, Anselmus archiepiscopus rediens in Angliam, desponsavit Matildem puellam nobilem, filiam Melcol regis Scotie et Margarite regine, Henrico novo regi. Quante autem sanctitatis utraque regina et scientie mater et filia fuerint, liber qui de vita ipsarum scriptus est plano sermone describit. Genuit autem ex ea idem rex Henricus filium unum, nomine Willermum, et filiam unam, sicut nomine, ita honestate matrem representantem. Hanc denique virginem vix quinquennem Henricus quartus imperator Romanorum augustus in coniugem per honorabiles legatos requisivit, et uxorem accepit. Capta urbe Ierusalem, ut diximus, et ingenti prelio postea victoriose patrato contra exercitum amiralii Babilonie, rediit Robertus dux in Normanniam mense Augusto, et cum leticia susceptus est ab omni populo. Thomas Eboracensis archiepiscopus, vir ingenii florentis et Musarum a secretis, hominibus apparere desiit. Cui successit Girardus cantor Rothomagensis. Hunt. VII. H. Hunt.

1101. Henricus 45. Philippus 41. Henricus primus 1.

Henricus rex Anglorum, cum ad natale tenuisset curiam suam apud Wemoster, et ad pascha apud Winceastre, commoti sunt principes Anglie erga regem, causa fratris sui Roberti cum exercitu advenientis. Misit igitur rex in mare navale prelium gesturos contra fratris sui adventum; sed quedam pars eorum subdidit se Roberto venienti. Cum ergo appulisset apud Portesmuthe ante Kalendas Augusti, et rex tenderet contra eum cum maximis copiis: principes utrinque fratrum bellum non perferentes, concordie fedus inter illos statuerunt eo pacto, quod Robertus unoquoque anno 3000 marcas argenti haberet ab Anglia, et qui diutius viveret, heres esset alterius, si alter absque filio moreretur. Hoc autem iuraverunt duodecim eximiores procerum utrinque. Robertus igitur in pace perendinavit usque ad festum sancti Michaelis in regno fratris sui, et ad propria rediit. Ranulfus autem perversus episcopus Dunelmie, quem rex Henricus posuerat in vinculis, consilio gentis Anglorum, cum a carcere evasisset, clamdestine perrexerat in Normanniam, consilio et ammonitione sua Robertum ducem promovens in fratrem suum. Conradus filius Henrici imperatoris, adhuc patri rebellis, in Italia moritur. Henricus imperator Henricum Lemburgensem adversantem sibi debellat, et expugnatis eius castellis, eum ad dedicionem cogit; sed imperator ei multa summa gratiam suam redimenti, etiam ducatum Lotharingie ei donat, et sic pacificantur. Capta est urbs Cesarea a christianis. ib. Sigeb. Fulcher.

1102. 46. 42. 2.

Henricus rex Anglorum quendam consulem nequissimum et perfidum, Robertum de Belesme, iure in eum exurgens exulavit. Obsedit namque prius castellum Arundel; quod cum gravissimum esset ad conquirendum, castellis ante illud constructis, ivit et obsedit Bruge, quousque castellum redditum est ei. Et Robertus de Belesme gemebundus in Normanniam migravit. Eodem anno ad festum sancti Michaelis tenuit Anselmus archiepiscopus concilium apud Lundoniam: Hunt. VII

a) *ita Robertus postea, alio atramento, correxit; primum fuerat MCL. quod habent etiam* 3. 7^b^. 8^d^. b) *ita rubro scriptum, Roberti fortasse manu, quae addit etiam:* consequentiam chronographie invenies inantea in duodecimo folio. Hic enim vicio scriptoris quedam, licet non indigna memoria, iuterponuntur *(scilicet libellus de immutatione ordinis monachorum, editus a Ducherio p.* 811 *sqq. Eundem* 8^d^. *hic exhibet,* 3. *post chronicon).* c) MXXX nonus E.

Romanorum Francorum Anglorum

Hunt. VII. in quo prohibuit uxores sacerdotibus Anglorum antea non prohibitas. Quod quibusdam mundissimum visum est, quibusdam periculosum. Ne, dum mundicias viribus maiores appeterent, in immundicias horribiles ad christiani nominis summum dedecus inciderent. In illo autem concilio multi abbates, qui adquisiverant abbatias sicut Deus noluit, amiserunt
Sigeb. eas sicut Deus voluit. Roberto Flandrensium comite urbem Cameracum obsidente, Henricus imperator contra eum
Fulcher. proficiscitur, et aliquibus eius castellis expugnatis, asperitate instantis hiemis redire compellitur. Occisus est Stephanus comes Blesensis 15. Kalendas Augusti apud Ramulam. Mortuus est et Hugo Magnus apud Tarsum; et successit ei Rodulfus filius eius.

1103. Henricus 47. Philippus 43. Henricus primus 3.

Hunt. VII. Robertus dux Normannorum venit in Angliam, et causis variis intercedentibus, et cauta regis prudentia condonavit ei 3000 marchas, quas rex debebat ei per annum. Eodem anno visus est sanguis ebullire a terra in Beschyre apud
Sigeb. Fulcher. Hamstude. Robertus comes Flandrensium in gratiam imperatoris recipitur. Capta est a christianis urbs Acchon, que antiquitus dicebatur Ptholomaida, quam quidam putant esse Accaron, sed non est. Illa enim Philistea; ista vero Ptholomaida dicitur. Accaron urbs est Philistea, prope Ascalonem; Acron vero, id est Ptholomaida, ab austro habet Carmeli montem. Boamundus commendavit principatum Antiochie Tancredo nepoti suo, et ipse navigavit in Apuliam, deinde venit in Franciam. Ebremadus successit Daiberto primo patriarche Ierusalem.

1104. 48 44. 4.

Hunt. Henricus rex Anglorum, et frater suus Robertus dux Normannorum, causis intercedentibus discordati sunt. Misit igitur rex milites in Normanniam, qui a proditoribus ducis recepti, praedis et combustionibus non minimam cladem rebus consularibus ingesserunt. Willermus vero consul Moretuil causa perfidie ab Anglia exhereditatus, a rege in Normanniam discedens, animo perfecto et exercicio ferventi vir probissimus indixit et infixit regalibus turmis werram calamitate refertam. Apparuerunt circa solem in meridie quatuor circuli albi coloris, rei signum venture.

1105. 49. 45. 5.

ib. Henricus rex Anglorum perrexit in Normanniam contra fratrem suum certaturus: conquisivit igitur Cadomum pecunia, Baiocum armis et auxilio Fulconis consulis Andegavensis. Cepit quoque plura alia castra, et omnes fere principes
Sigeb. Normannie regi se subdidere. His actis, mense Augusto rediit in Angliam. Ierosolimite innumerabilem paganorum multitudinem gloriosa victoria conterunt. Filius imperatoris Henrici a patre aversus, quoscunque potest ab eo avertit, et sub obtentu meliorande rei publice et restaurande ecclesie in eum insurgit.

1106. 50. 46. 6.

Hunt. VII. Robertus dux Normannorum venit ad regem Henricum fratrem suum, apud Norhantune, amicabiliter ab eo petens, ut ablata sibi fraterna redderet gratia. Cum vero Deus eorum concordie non assentiret; dux iratus perrexit in Normanniam: et rex ante Augustum secutus est eum. Cum ergo rex obsedisset castrum Tenerchebrai, venit dux Normannorum, et cum eo Robertus de Belesme, et consul de Moretuil, et omnes fautores eius. Rex vero secum omnes proceres Normannie, et robur Anglie et Andegavis et Britannie, non inprovidus habebat. Igitur cum cornua rauco strepuissent cantu, dux Normannie cum paucis multos audacissime aggressus est. Assuetusque bellis Ierosolimitanis, aciem regalem fortiter et horride, ut vir admirande et iamdudum probate probitatis, audacter reppulit. Willermus quoque consul de Moretolio aciem Anglorum de loco in locum turbans promovit. Tunc acies equestris Britannorum — rex namque et dux et acies cetere pedites erant, ut constantius pugnarent — aciem ducis ex adverso proruens, subito diffidit; et mole magnitudinis in brevi satis spatio gens ducis oppressa, dissoluta est et victa. Mira res! cui pater eius maledixerat, et qui regnum Ierusalem renuerat, durare non potuit. Robertus vero de Belesme simul hoc aspexit, fuga sibi consuluit. Captus est igitur dux fortissimus Normannorum, et consul de Moretuil. Reddiditque Dominus vicem duci Roberto; quia eum gloriosum reddidisset eum in actibus Ierosolimitanis, regnum Ierusalem sibi oblatum renuit, magis eligens quieti et desidie in Normannia deservire, quam Domino regum in sancta civitate desudare. Dampnavit igitur eum Dominus desidia perhenni et carcere sempiterno. Huius rei signum in eodem anno cometa apparuerat. Vise sunt etiam in cena
Ord. Vit. VII, 659. Domini due lune plene, una ad orientem et alia occidentem. Hoc anno impletum est quod Willermus rex, pridie quam moreretur, dixerat filio suo iuniori Henrico, de quo in presenti loquimur. Cum enim rex potentissimus thesauros suos ecclesiis et pauperibus dandos ante se a notariis describere faceret, et clero Medantensi supplex ingentia munera transmitteret, ut inde restaurarentur ecclesie quas conbuxerat; et Roberto primogenito ducatum Normannie, licet absenti, designaret, Willermo vero Rufo regnum Anglie, unde et epistolam de eo rege constituendo per eundem misit Lanfranco archiepiscopo: Henricus cum lacrimis ad patrem dixit: *Et mihi pater quid tribuis?* Cui rex ait: *Quinque milia libras argenti de thesauro meo tibi do.* Ad hec Henricus dixit. *Quid faciam de thesauro, si locum habitationis non habuero?* Cui pater: *Equanimis esto, fili, et confortare in Domino. Pacifice patere, ut maiores fratres tui precedant te. Robertus Normanniam, Willermus vero totius Anglie monarchiam habebit. Tu autem tempore tuo totum honorem, quem ego nactus*
Sigeb. *sum, habebis; et fratribus tuis divitiis et potestate praestabis.* Quarto Nonas Februarii stella per diem visa est in celo, longum ex se emittens radium, ab hora 3. usque ad horam 9, quasi cubito distans a sole. Henricus filius imperatoris contra ius nature et fas legum in patrem insurgens, quam indigne cum tractaverit, declarat epistola ex ore ipsius patris scripta ad Philippum regem Francorum. Imperatore Henrico morante Leodi, filius eius Aquisgranum venit, et volens venire Leodium contra patrem suum, quinta feria dominice cene, premisit suos preoccuparo pontem apud Wisatum, ne quis sibi venienti obstaret. Sed militibus patris concurrentibus ad exoccupandum pontem, milites filii a ponte repelluntur, aliis eorum captis, aliis in Mosam dimersis, aliis occisis; inter quos etiam Bruno comes occisus est. Sic filius contra patrem veniens, rediit inglorius. Coloniensibus fidem imperatori servantibus, at eorum archiepiscopo filium imperatoris contra patrem sunm animante, Colonia obsessa oppugnatur, sed non expugnatur. Igitur Henricus imperator Leodi moritur, eiusque filius ei Henricus succedit; qui postea duxit Maltildem puellam nobilem, vix quinquennem, regis Henrici Anglorum filiam. Dux Henricus, qui ab imperatore ad filium eius animo transiens, eum contra patrem suum consilio suo armavit, et a filio ad patrem rediens, partes filii debellavit: mortuo imperatore, se ut reuma maiestatis filio regis dedidit: et ab eo captus custodie traditur. De qua ipse per industriam suam evasit, ducatus vero eius datus est Godefrido Lovaniensium comiti.

1107. Henricus 1. 47. 7.

Hunt. VII. Henricus rex Anglorum, cum, deletis vel subiectis hostibus, Normanniam pro libitu disposuisset, rediit in Angliam; fratremque suum ducem magnificum, et consulem de Moretuil carceralibus ingessit tenebris. Igitur victoriosus, et tunc

a) rerum *E.*

Romanorum Francorum Anglorum

primum rex fortis, tenuit curiam suam ad pascha apud Winleshores; in qua proceres Anglie simul et Normannie cum timore et tremore affuerunt. Antea namque, et dum iuvenis fuisset et postquam rex fuerat, in maximo habebatur despectu; sed Dominus, qui longe aliter indicat quam filii hominum, qui exaltat humiles et deprimit potentes, Roberthum omnium favore celeberrimum deposuit et Henrici despecti famam per orbem terrarum clarescere voluit. Deditque gratis ei tria Dominus omnipotens munera, sapientiam, victoriam, divitias; quibus ad omnia prosperans, omnes suos antecessores precessit. Cuius bonitatis et magnanimitatis fama in omnibus pene gentibus patuit dilatata. Obiit Mauricius inceptor Londoniensis ecclesie, et Edgarus rex Scotie, cui successit Alexander frater suus, concessu regis Henrici. Boamundus remeavit de Gallia in Apuliam cum magno exercitu, et cepit vastare terram Alexii imperatoris Grecorum. Henricus exdux affectans repetere ducatum, occupat oppidum Aquisgrani contra Godefridum ducem. Sed hoc non ferens Godefridus, oppidum Aquense violenter irrupit, oppidanos a favore Henrici exducis exterruit, aliquos potentes comites et multos nobiles cepit. Ipse Henricus cum liliis suis vix fuga evasit. Uxorem eius capere dux indignum duxit. Comites et honoratiores eorum quos ceperat, per conditionem sub se militandi sibi conciliatos, ad fidelitatem suam adduxit. Hunt. VII. Sigeb.

1108. Henricus 2. Philippus 48. Henricus primus 8.

Henricus rex Anglorum, cum decessisset Philippus rex Francorum, transiit in Normanniam, contra Ludovicum filium Philippi, regem novum Francie, werram promovens maximam. Gerardo Eboracensi archiepiscopo defuncto, Thomas postea successit. Henricus imperator contra Robertum Flandrensem vadit, et pacto pacis magis utrinque simulato quam composito, pene inflicax rediit. Boamundus dux Apulie contracto undecunque exercitu accingitur ad invadendum Constantinopolitanum imperium. Hunt. VII. Sigeb.

1109. 3. 49. 9.

Missi sunt a Henrico imperatore Romano nuntii, mole corporis et cultus splendoribus excellentes, filiam regis Anglorum Henrici in domini sui coniugium postulantes. Tenens igitur curiam apud Londoniam, qua nunquam splendidiorem tenuerat, sacramenta depostulans ab imperatoris recepit legatis ad pentecosten. Obiit venerabilis memorie donnus Anselmus Cantuariensis archiepiscopus 11. Kalendas Maii, feria 4. ante cenam Domini. Ipso anno fuit ultimum pascha, hoc est 7. Kal. Mai. Scripsit vero idem vir reverendus nonnulla memorie digna, que subtus annectere curavimus. Dum adhuc prior esset in Beccensi cenobio, scripsit tractatus tres: primum de veritate, secundum de libertate arbitrii, tercium de casu diaboli. Scripsit et quartum, quem titulavit *de grammatico;* in quo discipulo, quem secum disputantem introducit, respondit, et multas dialecticas[a] questiones proponit et solvit. Fecit quoque libellum quintum, quem *monologion* appellavit; solus enim in eo et secum loquitur, ac tacita omni auctoritate divine scripture, quod Deus sit, sola ratione querit et invenit, et quod vera fides de Deo sentit, invincibili ratione sic nec aliter esse posse probat et astruit. Composuit etiam librum sextum, licet parvulum, sed sententiarum ac subtilissime contemplationis pondere magnum, quem *proslogion* nominavit. Alloquitur enim in eo opere aut se ipsum aut Deum. Scripsit et septimum librum epistolarum ad diversos, diversis eorum negotiis respondens, vel ea que sua intererant procurare mandans. Fecit et octavum de incarnatione verbi; quod opus epistolari stylo conscriptum, sancte Romane ecclesie summo pontifici Urbano dicavit, destinavit. Nonum librum edidit, quem *Cur Deus homo* appellavit. Decimum de conceptu Virginali. Undecimum de orationibus contemplativis, quem plurimi *meditationes* vocant; in quibus legentibus facile apparet, quanta dulcedo supernorum mentem eius repleverat. Duodecimus, qui et ultimus illi tractatus fuit, de processione Spiritus sancti. Confutaverat enim Grecos in Barensi concilio, negantes Spiritum sanctum a Filio procedere; unde sumpta materia, rogatu Ildeberti[b] Cinomanorum episcopi hunc librum composuit. Si de natione eius, vita et moribus queris, aliquantulum retro invenies. In parrochia Legiensi porca enixa est porcellum habentem faciem hominis. Natus est etiam pullus galline quadrupes. Imperator Henricus contra Hungaros vadit, sed facto pacto rediit. Obiit donnus Hugo abbas Cluniacensis, cui successit Pontius. Hoc anno sacro igne multi accenduntur, membris instar carbonum nigrescentibus. Philippus rex Francorum obit; Ludovicus filius eius post eum regnat annis viginti novem. Hunt. VII. Gemm. VI, 9. Sigeb.

1110. 4. Ludovicus 1. 10.

Data est filia regis Anglorum, Matildis nomine, imperatori Henrico, ut brevi dicam, sicut decuit. Idem rex Anglorum Henricus cepit ab unaquaque hida Anglie tres solidos. Cumque curiam suam tenuisset ad pentecosten apud novam Winleshores, quam ipse edificaverat, exhereditavit eos qui ei nocuerant, scilicet Philippum de Branse, et Willermum Malet, et Willermum Bainard. Helias vero consul Cenomanie, qui eam sub Henrico rege tenebat, vita privatus est. At consul Andegavensis Fulco, pater Gaufridi, suscepit Cenomanniam cum filia eius, et tenuit eam contra regem Henricum. Apparuit quedam cometa more insolito. Cum enim ab oriente insurgens in firmamentum ascendisset, regredi videbatur. Obiit Willermus, et successit Gaufridus Cenomannensis decanus, 49us archiepiscopus Rothomagensis. Rex Balduinus Ierosolimitanus cepit urbes Beritum, Sidonem. Gibelinus fit tercius patriarcha Ierusalem. In mense Iunio cometes apparuit, radios dirigens ad austrum, multis conitientibus, hoc signo portendi futuram regis Henrici expeditionem Italiam versus. Hunt. VII. A. Roth. 1109. Fulcher. Sigeb.

1111. 5. 2. 11.

Henricus rex Anglorum et dux Normannorum, pergens in Normanniam contra consulem Andegavensem Fulconem, qui Cenomanniam eo tenebat invito, werre leges in eum ferro et flamma constanter exercuit. Decessit autem Robertus consul Flandrie, qui Ierosolimitano clarissimus interfuerat itineri. Unde memoria eius non pertransiet in eternum. Post quem Balduinus, filius eius, consul effectus est, iuvenis omnino strenuus armis. Henricus imperator Romam vadit propter sedandam discordiam, que erat inter regnum et sacerdotium. Que cepta a beato Gregorio septimo papa Romano, qui et Hildebrandus, et exagitata a successoribus eius Victore et Urbano, et pre omnibus a Paschali, magno scandalo erat toti mundo. Rex enim uti volens auctoritate et consuetudine et auctoralibus privilegiis imperatorum, qui a Karolo Magno, qui primus de regibus Francorum imperavit Romanis, iam per trecentos et eo amplius annos imperaverant sub sexaginta tribus apostolicis, dabat licite episcopatus et abbatias, et per anulum et per virgam. Contra hanc maiorum auctoritatem censebant pape synodali iudicio, nec posse nec debere dari per virgam vel per anulum episcopatum aut aliquam ecclesiasticam investituram a laicali manu. Et quicunque ita episcopatum aut aliam ecclesiastici iuris investituram accipiebant, excommunicabantur. Propter hanc precipue causam imperator Romam tendebat. Et si qui Langobardorum quoquo modo ei resistere volebant, potenter eos proterebat. In reconciliatione autem, que facta est inter imperatorem et papam — nam ipsum papam cum episcopis et cardinalibus ceperat — die pasche Henrico in Hunt. VII. Sigeb.

a) dialeticas *E.* b) Ideberti *E.*

Romanorum Francorum Anglorum

Sigeb. imperatorem coronato, post lectum ewangelium tradidit ei papa Paschalis, qui et Ragimerius, ante altare apostolorum Petri et Pauli in oculis omnium principum privilegium de investitura episcopatuum vel abbatiarum, tam per anulum quam per virgam, scilicet ut regni eius episcopis vel abbatibus, libere preter violentiam et simoniam electis, investituram virge et anuli conferat; post investionem vero canonice consecrationem accipiat ab episcopo, ad quem pertinuerit confirmatio pacis inter apostolicum et imperatorem, dum in celebratione misse traderet ei corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi: *Domine imperator, hoc corpus Domini natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta et apostolica tenet ecclesia, damus tibi in confirmationem vere pacis inter me et te.* Datum est Idus Aprilis, indictione 4.

1112. Henricus 6. Ludovicus 3. Henricus primus 12.

Fulcher. Mortuus est Tanchredus miles fortissimus, qui tantum auxit principatum Antiochenum et dilatavit, quod omnes successores nequiverunt retinere, quod ille acquisivit. Huic successit Rogerius filius Ricardi, propinquus eius. Deo pec-
Sigeb. Hunt. VII. catis hominum offenso, ecclesia sancti Michaelis de periculo maris fulgurata divinitus arsit cum edificiis omnibus. Rex Anglorum Henricus exulavit consulem Ebroicensem et Willermum Crispinum Normannia, cepitque Robertum de Belesme,
Sigeb. de quo supra diximus. Valdricus episcopus Laudunensis, cives ipsius urbis a sacramento perperam iurate communionis revocare nisus, a seditiosis ad arma concurrentibus (quod dictu nefas est) gladio confossus interiit, feria 5. ebdomade paschalis 7. Kal. Mai, in letania maiore. Tumultuante etiam impetu confuse multitudinis, domus episcopi succenditur; unde etiam ipsa mater ecclesia sancte Marie, et sancti Iohannis baptiste ecclesia in abbatia sanctimonialium, cum aliis ecclesiis omnibus e vicino appendentibus, concremantur. In actores seditionis a rege Francorum tam severe est vindicatum, ut tam presentes quam futuros a simili scelere deterrere possit exemplum[a].

1113. 7. 4. 13.

Hunt. VII. Anno sequenti, non presenti, Henricus rex Anglorum dedit archiepiscopatum Cantuarie Rodulfo episcopo Roveecastrie. Tunc quoque Thoma Eboracensi archiepiscopo defuncto, Tustanus successit; inter Rodulfum vero et Tustanum archiepiscopos orta est magna dissensio, quia Eboracensis Cantuariensi de more subici nolebat. Causa autem sepe coram rege, sepe coram apostolico ventilata est, sed necdum definita. Henricus rex Anglorum duxit exercitum in Waliam, et Walenses subditi sunt ei secundum magnificentiam libitus sui. Cometa ingens in fine Mai apparuit. Rex vero transiit
Ans. Gembl. in Normanniam. Mense Maio siligenes et arbores sacro igne aduste, fructus sui spem sunt mentite; et quedam
Hunt. VII. silve insuper arefacte. Subsequuta est hominum valitudo gravis et diuturna cum prolluvio ventris et mortalitate. Hoc anno rex Anglorum Henricus rediens in Angliam, posuit Robertum de Belesme in carcerem perhennem apud War-
Anselm. han. Obiit Sigisbertus venerabilis monachus Gemblacensis cenobii, vir in omni scientia litterarum incomparabilis ingenii, descriptor in hoc libro precedentium temporum, 3. Nonas Octobris; et suis gravissimum absentie sue reliquit dolorem.

1114. 8. 5. 14.

1107. Mortuo Ricardo filio Ricardi, filii comitis Gisleberti, monacho Beccensi, qui fuit ultimus abbas in
1108. insula Heli, Henricus rex constituit ibi primum episcopum Herfeum. Et comitatus unus scilicet Cantebrigesire, subtractus episcopo Lincoliensi, subditus est huic novo episcopo. Lincoliensi vero remanserunt adhuc octo comitatus sive provincie, id est Lincolesire, Leicestresire, Hantonesire, Hunten-
Ord. Vit. XII, 810. donesire, Herefordsire, Bedefordsire, Buckingehansire, Oxinefordesire[13]. Decedente etiam in Norman-
Fulcher. nia Gisleberto viro religioso, Ebroicensi episcopo, successit ei Audoenus vir magne sanctitatis.[14] Terremotu pars urbis Mamistrie corruit, et duo castella haut procul ab Antiochia, Mariscum et Triphalech[b].

1115. 9. 6. 15.

Hunt. VII. Henricus rex Anglorum fecit omnes proceres patrie fidelitatem domino debitam Willermo filio suo iurare; et in Angliam
Fulcher. rediit. Desolata est Mamistria maiori terremotu. Eodem anno deposito Arnulfo patriarcha 4° per legatum apostolicum, idem patriarcha Romam adiit, et per Paschalem papam restitutus, pallium ab eo accepit.

1116. 10. 7. 16.

Hunt. VII. Henricus rex Anglorum ad natale interfuit dedicationi ecclesie sancti Albani, quam dedicavit Robertus venerabilis Lincoliensis episcopus, per Ricardum memorabilem eiusdem loci abbatem. Offa vero rex Merce, vir religiosus, transtulerat quondam eiusdem martyris corpus in priori monasterio, quod ibidem construxerat, multisque ditaverat.[15] Paulus autem monachus Cadomensis, quem Lanfrancus archiepiscopus ordinaverat abbatem, opere maiori monasterium idem renovavit. Quod successor eius Ricardus a Roberto Lincoliensi episcopo, presente Henrico rege, fecit dedicari. Gaufridus vero successor eorum, transtulit

a) *Post haec* 2. *addit:* Hoc tempore magister Guillelmus de Campellis qui fuerat archidiaconus Parisiensis, vir admodum litteratus, habitum canonici regularis assumens, cum aliquibus discipulis suis extra urbem Parisius, in loco ubi erat quedam capella sancti Victoris martyris, cepit monasterium edificare clericorum. Assumpto autem illo ad episcopatum Catalanensium, venerabilis Gelduvinus, discipulus eius primus, abbas ibi factus est, sub cuius regimine multi clerici nobiles, secularibus et divinis litteris instructi, ad illum locum habitaturi convenerunt. Inter quos magister Hugo Lothariensis et scientia litterarum et humili religione maxime efloruit; hic multos libros edidit. Hoc anno etiam exordium Savigneii fuit. *Haec, omnia exceptis ultimis* Hoc a. c. c. S. fuit, *ad verbum excepta sunt ex Roberti nostri libro de immutatione ordinis monachorum in Normannia. Cum his ad verbum conveniunt, quae in praefatione editionis Rothomagensis operum S. Hugonis anni* 1648. *afferuntur ex anonymo quodam Gemmeticensi:* Sub Gilduini regimine multi clerici nobiles, secularibus et divinis litteris instructi, ad istum locum habitaturi convenerunt. Inter quos Hugo Lothariensis, sic dictus a confinio Saxoniae, et scientia litterarum et humili religione maxime efloruit. Hic multos libros edidit, quos, quia vulgo habentur, non oportet commemorare. *Quivis videt, haec esse verba tractatus illius Robertini, exceptis* sic dictus a confinio Saxoniae, *quae verba, sensu carentia, anonymus iste Gemmeticensis de suo addidisse videtur. Hic igitur anonymus inter testimonia de patria S. Hugonis haberi vix potest, quibus eum annumerant omnes, qui ea de re scripserunt, et recentissime etiam Liebner in libro:* Hugo von St. Victor. *Lips.* 1832. *p.* 18. b) *Hic* 5. 7[b]. 8[d]. *addunt:* Alexius imperator Constantinopolitanus obiit, et successit ei Iohannes filius eius. *Idem* 2. *sub anno sequenti exhibet.*

13) De tempore cf. Eadmeri Hist. Novorum p. 95. 209. ed. Seldeni in fol. et in Actis SS. 21. Aprilis.
14) a. 1112. factum tradit Ordericus. 15) a. 793.

Romanorum Anglorum Francorum

corpus predicti martyris in feretrum mirabiliter auro et argento et gemmis choruscum, presente Alexandro episcopo Lincoliensi, anno 29. Henrici regis. Hic est Offa rex, qui dedit vicario beati Petri Romane urbis pontifici redditum statutum, quod vocatur Romescot, de singulis domibus regni sui in eternum. Erant autem illo tempore in Anglia sacerdotes adeo ab avaritia immunes, ut nec territoria ad construenda monasteria, nisi coacti, acciperent, reges in tantum religionis amatores erant, ut aut monasteria amplissima devote edificarent, aut etiam salubriter mundum declinarent. Sicut fecerunt reges Westsesxe, Cedwalla et Ine: quorum prior cum duobus annis potenter regnasset, regnum terrenum relinquens, Romam perrexit, et ibidem baptizatus, in albis mortuus est anno ab incarnatione Domini 688. Sequens vero cum 36 annis post Cedwallam regnasset, regnum relinquens Ahelardo cognato suo, Romam petiit, et ibi pro Dei amore peregrinus obiit. Hos etiam insecuti sunt duo contigui reges Merce Edelred, et qui ei successit Chinred cognatus eius. Siquidem anno incarnatione Domini 700, Edelred filius Pende factus est monachus 29. anno regni sui, et sepultus est apud Bardeneie. Cuius successor Chinred cum quinque annis regnasset, Romam pergens monachus ibi effectus, usque ad mortem inibi perseveravit. Cum quo etiam Offa, filius Sigheri regis orientalium Saxonum, rex si remansisset futurus, pari devotione Romam ivit, et monachatum suscepit. Celvulfus etiam rex Norhumbre, ad quem Beda historiam Anglorum scripsit, cum regnasset octo annis, anno ab incarnatione Domini 738, videlicet tercio anno post mortem Bede, monachus factus est. Edbrichtus vero cognatus eius, qui ei successit, anno regni sui 21. itidem factus est monachus. Cui in eodem regno successerunt octo reges, qui omnes a perfidis provincialibus aut proditi, aut expulsi, aut occisi sunt. Sibertus similiter rex Estangle, qui sanctum Furseum de Hibernia venientem honorifice suscepit, cuius dono et auxilio idem sanctus monasterium fecit in castro Cnobheribuc, quod deinde Anna rex et nobiles quinque ampliaverunt — hic, inquam, Sigbertus monachus factus, regnum suum cognato suo Ecgnico reliquit. Post multos annos coegerunt eum exire contra regem Pendam. Ille tamen non nisi virgam in manu habebat in prelio, ubi et occisus est cum rege Ecgnice et exercitu. Sebbi etiam rex orientalium Saxonum, monachi habitum ex devotione consecutus, in ecclesia sancti Pauli Londonie est sepultus. Isti ergo octo reges regna sua pro Christo sponte dimiserunt. Et ut ad illud unde digressus sum, redeam: ideo fortasse monasterium sancti Albani ab exactione predicti census quod vocatur Romescot, absolutum et quietum est, quia idem rex, scilicet Offa, et monasterium prius edificavit, et censum Romane ecclesie assignavit. Quem postea censum Canutus rex totius Anglie et Datie pergens Romam anno incarnationis dominice 1030. de omni regno Anglie sancte Romane ecclesie concessit; cum Offa tantummodo de regno suo, id est de illa parte Anglie, que Merce dicitur, illum censum prius dedisset.

Cum autem rex Henricus ad pascha transfretasset in Normanniam, fuit maxima inter eum discordia et regem Francorum Hunt. VII.
Ludovicum. Causa autem hec erat: Tebaldus consul Blesensis, nepos regis Anglorum Henrici, contra dominum suum regem Francorum arma promoverat; in cuius auxilium rex Anglorum duces suos militiamque misit, et regem non mediocriter afflixit.

1117. Henricus 11. Ludovicus 8. Henricus primus 17.

Henrico Anglorum regi gravissimus labor insurrexit. Iuraverunt namque rex Francorum Ludovicus, et comes Flandrensis ib.
Balduinus, et consul Andegavensis Fulco, se Normanniam regi Henrico ablaturos, et Willermo filio Roberti ducis Normannie eam daturos. Multi etiam procerum regis Henrici recesserunt ab eo, quod maximo ei fuit detrimento. Qui tamen non improvidus, in auxilio suo comitem Tebaldum predictum nepotem suum, et consulem Britannorum Conanum habebat, Venerunt igitur rex Francorum et dux Flandrensis cum exercitu in Normanniam. In qua cum una nocte fuissent, formidantes adventum regis Henrici cum Anglis et Normannis et Britannis, ad sua sine bello reversi sunt. Hoc eodem anno pro necessitate regia geldris creberrimis et exactionibus variis Anglia compressa est. Tonitrua vero et grandines in Kalend. Decembris affuerunt, et in eodem mense celum rubens, acsi arderet, apparuit. Vigilia enim nativitatis Domini factus est ventus vehemens, silvas eradicans et domos conterens. Passa est etiam luna eclipsim. Terremotus etiam maximus factus est in Longobardia, ecclesias, turres, domos et homines destruens. Dominus Pontius abbas Cluniacensis cum vellet ad unguem corrigere excessus et in cibo et in vestitu quorundam monachorum, qui exteriora eiusdem monasterii negotia tractabant: insurrexerunt in eum, et crescente simultate, accusaverunt eum in presentia Paschalis pape[16], de quibusdam gravissimis capitulis, licet falsis. Quibus cum dedignaretur respondere, dicens nec de accusatione eorum se curare, nec de abbatia — confidebat enim et in bona conscientia et in genere, utpote filius comitis Mergulensis — invito papa abbatiam relinquens, Ierosolimam perrexit. At illi durantes in malicia sua, elegerunt in abbatem Ugonem, priorem Marciniaci. Quo defuncto infra primum annum sui regiminis, elegerunt quendam strenue nobilitatis iuvenem nomine Petrum. Quomodo autem predictus Pontius de Ierosolimis rediens, iterum abbatie, cui renuntiaverat, preesse voluit, et quomodo scismate facto in eodem monasterio multum humani sanguinis effusum est, pudet dicere. Remansit tamen venerabili Petro regimen monasterii Cluniacensis, quod adhuc disponit, transactis exinde 32 annis. Pontius vero in monasterio, quod vocatur Cavea[17], ad ultimum mortuus est. Mortuus est autem etiam hoc 17
anno[18] vir religiosus et magne literature, Ivo Carnotensis episcopus. Hic dum esset iuvenis, audivit 18
magistrum Lanfrancum priorem Becci de secularibus et divinis litteris tractantem in illa famosa scola, quam Becci tenuit; in qua multi et nobilitate seculari et honestate morum convenerunt viri prediti, et qui postea ad summum apicem ecclesiastice dignitatis et religionis attigerunt. Postea vero idem Ivo

16) Errat Robertus; Calixtus II. fuit a. 1121 vel 1122. cf. Duchesne Bibl. Cluniacensis p. 552 et 1623.
17) La Cava. 18) cf. supra p.

Romanorum Anglorum Francorum

aliquandiu prefuit et profuit conventui canonicorum regularium sancti Quintini Belvacensis. Ad ultimum episcopus factus, rexit ecclesiam Carnotensem viriliter et religiose fere per annos 23. Reliquit autem multa monimenta industrie sue, religionis et sapientie, edificando scilicet monasterium canonicorum sancti Iohannis de Valle [19], in quo et sepultus est, et domos episcopii faciendo, et a malis consuetudinibus et exactionibus comitis Carnotensis idem episcopium liberando, et multa utilia scribendo.

1118. Henricus 12. Ludovicus 9. Henricus primus 18.

Hunt. VII. Henrici et Ludovici regum procerumque eorum longa debellatio gravissime regem utrumque vexavit, donec Balduinus strennissimus Flandrie consul, apud Oh in Normannia seditione militari funeste vulneratus, ad sua recessit. Porro Robertus consul de Mellent, sapientissimus in rebus secularibus omnium in Ierusalem degentium, et regis Henrici familiaris consiliarius, luce mundana carnit. Cui successerunt filii sui, Galeranus in Normannia factus comes Mellenti, et Rober-
A. Roth. tus in Anglia factus comes Leecestrie. Obiit secunda Matildis Anglorum regina, venerabilis uxor Henrici regis et mater imperatricis; de cuius bonitate largiflua et morum probitate multimoda dicere per singula si volumus, dies deficiet. Inter alia tamen bona multe in Anglia et Normannia ecclesie et in aliis
Fulcher. provintiis adhuc suis splendent beneficiis. Sepulta est autem in Westmonasterio [a]. Mortuus est etiam eodem anno Paschalis papa mense Ianuarii, cui successit Gelasius 165[us]. Obiit etiam Alexius imperator Constantinopolitanus, cui successit Iohannes. Mortuus insuper Arnulfus patriarcha Ierusalem, et alii proceres quam plures in mundo. Obiit etiam rex Balduinus Ierusalem primus, mense Aprilis. Iste fuit miles audacissimus, qui urbes has expugnavit et cepit: Achon videlicet, Cesaream, Beritum, Sydonem, Tripolim, Arsuth; et terras Arabum usque ad mare rubrum subdidit sibi. Qui decem et octo annis regnavit; et successit ei secundus Balduinus cognatus eius, comes Edessenus.

1119. 13. 10. 19.

Hunt. VII. Rex Henricus anno 52° ex quo Normanni Angliam obtinuerunt, regni vero sui anno 19, pugnavit contra regem Francorum gloriose. Preposuerat quidem rex Francorum aciem procerum, cui preerat Willermus filius Roberti ducis, fratris Henrici regis. Ipse vero cum maximis viribus in sequenti erat agmine. Rex vero Henricus in prima acie proceres suos constituerat, in secunda cum propria familia eques ipse residebat, in tercia vero filios suos cum summis viribus pedites collocaverat. Igitur acies prima Francorum agmen procerum Normannie statim equis depulit et dispersit. Postea vero aciei in qua rex Henricus inerat, collidens, et ipsa est dispersa. Acies itaque regales offenderunt sibi invicem, et acerrime pugnatum est utrinque. Dum haste franguntur, gladiis res agitur. Interim Willermus Crispinus, miles magnanimus, Henrici regis caput bis gladio percussit. Cumque lorica impenetrabilis esset, magnitudine tamen ictuum aliquantulum capiti regis inserta est, ut sanguis prorumperet. Rex vero animi fervore commotus, percussorem suum ita repercussit, ut cum galea esset impenetrabilis, mole tamen ictus equitem et equum prostravit. Qui mox ante regios pedes captus est. Acies vero pedestris, in qua filii Henrici regis inerant, nondum percutiens, sed mox percussura ex adverso surrexit. Quod Franci videntes, horrore insperato liquefacti, terga dederunt. Henricus autem rex victorie perstitit in campo, donec optimates hostium capti ante pedes eius sunt positi. Reversus vero Rothomagum, signorum sonitibus et cleri concentibus Deum et Dominum exercituum benedixit. Eodem anno papa Gelasius obiit, antea Iohannes Gaditanus vocatus, et sepultus est apud Cluniacum. Cui Guido Viennensis archiepiscopus successit, vocatus Calixtus papa 166[us]. Balduinus consul Flandrie per vulnus, quod in Normannia receperat, decessit. Cui successit Karolus cognatus eius, filius Cunt
Fulcher. Sancti regis Dacorum. Eodem anno Rogerius Anthiochie princeps cum septem milibus de suis iuxta Archasium oppidum trucidatus est a Turcis. Itaque rex Balduinus, mortuo principe Antiocheno, rex, addito altero regno, vel ut minus dicam, princeps efficitur.

1120. 14. 11. 20.

Hunt. VII. Rex Anglorum Henricus, omnibus domitis et pacificatis in Gallia, cum gaudio rediit in Angliam. In ipso vero maris transitu, divino Dei indicio, licet occulto, duo filii regis Willermus et Ricardus, et filia regis et neptis [b] necnon multi proceres, dapiferi, camerarii, die festivitatis sancte Caterine naufragati sunt.

Sic mare dum superans tabulata per ultima serpit,
Mergit rege satos, occidit orbis honos. [20]

1121. 15. 12. 21.

Rex Anglorum Henricus ad natale Domini fuit apud Brantune cum Tebaldo comite Blesensi nepote suo. Et post hec apud Windlesores duxit Aeliz filiam ducis Lovanie, causa prolis et pulcritudinis. Cum autem rex ad pascha fuisset apud Berchelea, ad pentecosten fuit diadematus cum regina sua nova apud Londoniam. In estate vero dum tenderet cum exercitu in Waliam, Walenses ei suppliciter obviantes, secundum magnificentiam libitus sui concordati sunt ei.

a) s. c. a. i. W. *in rasura correxit Robertus. Desunt* 7[b]. 8[d]. *qui habent:* Cuius misereatur a quo cuncta creantur. b) Guillelmus ex coniuge, et Ricardus ex concubina, et filia eius ex concubina, uxor comitis Pertici, et neptis eius, uxor comitis Cestrie, necnon multi *habet* 2.

19) prope Carnotum. 20) Adiicimus carmen, inedituin quantum sciam, quod inter alia carmina Marbodi Redonensis, Hildeberti, aliorum, legitur in codice Bruxellensi 8883. saec. XII.

Summersos equites, summersum regis alumnum
Anglia flet; multum nobilitatis obit.
Vita iocosa perit iuvenum, matura virorum,
Casta puellarum; tot simul nuda necat.
Filius hic regis summergitur unicus illi,
Unica spes regni, luctus uterque gravis.
Non super hunc flevit, nec lumina clausit amicus,
Confertur pompa nec tumulatur humo.
Ventrem piscis habet tumulum pro marmore; planctus
Murmur aquae, pelagi fetor aroma fuit.
Mors indigna fuit dignum plus vivere. Mortem
Dum mecum recolo, nil nisi flere iuvat.
Est commune mori. Mors nulli parcit honori;
Mors est vita piis, pena diurna malis.
Ibimus absque mora, sed qua nescimus in hora;
Est quia vita brevis, fluxa, caduca, levis.
Ecce satis scimus, quod non evadere quimus;
Sed quis erit finis? vermis et inde cinis.
Hic fortis miles nituit satis inter heriles.
Mortuus ipse tamen pace quiescat. Amen.

	Romanorum	Francorum	Anglorum
1122.	Henricus 16.	Ludovicus 13.	Henricus primus 22.

Henricus rex fuit ad natale apud Nordwic, et ad pascha apud Nordhantune, et ad pentecosten apud Winleshores, inde ad Londoniam et Chent; postea vero perrexit in Nordhumbreland ad Dunelmiam. Obiit Rodulfus Cantuariensis archiepiscopus, et Iohannes Batensis episcopus. Hunt. VII

1123.	17.	14.	23.

Rex Anglorum Henricus fuit ad natale apud Dunstaple, et inde perrexit ad Berchamestede. Inde ivit rex ad Vudestoc, ad locum insignem, ubi cohabitationem hominum et ferarum fecerat. Ibique Robertus Lincoliensis episcopus clausit diem ultimum. Unde: ib

Pontificum Robertus honor, quem fama superstes
Perpetuare dabit, non obiturus obit.
Undecima Iani mendacis somnia mundi
Liquit, et evigilans vera perhenne videt.

Postea vero ad festum purificationis dedit rex archiepiscopatum Cantuarie Willermo de Curbuil, qui fuerat prior apud Chycce. Ad pascha vero apud Wincestre dedit episcopatum Lincolie Alexandro venerabili viro, qui nepos est Rogerii Salesberiensis episcopi. Dedit etiam rex episcopatum Bathe Godefrido cancellario regine. Atque circa pentecosten mare transiit. Eodem anno Hugo de Montfort perfecerat quoddam castellum validissimum in eodem loco, quod cum rex interrogaret, noluit dare monitu uxoris sue, sororis Galerandi comitis Mellent, qui iam discordia propalata a rege discesserat. Quod castrum rex obsidens cepit. Deinde Pontaldemeri obsidens, castellum comitis cepit. Deinde Brionnium [21], sed non tam facile cepit. Posueratque rex proceres suos cum magna militum copia pluribus locis in Normannia. Que guerra plurimum patriam afflixit. ib.

Calixtus papa tenuit concilium Remis [22], cui interfuit Ludovicus rex Francorum. Postea in eodem anno idem papa venit in Normanniam loqui cum Henrico rege Anglorum, et locuti sunt insimul in castello Gisorz magnus rex et magnus sacerdos. Idem Calixtus successerat Gelasio, qui Gelasius ante papatum dicebatur Iohannes Gaditanus et fuerat cancellarius Paschalis pape, et de ore eius fluxerant multe littere litterate. Henricus rex circa turrem Rothomagi, quam edificavit primus Rieardus dux Normannorum in palatium sibi, murum altum et latum eum propugnaculis edificat, et edificia ad mansionem regiam congrua infra eundem murum parat. Ipsi vero turri propugnacula, que deerant, addit. In qua turre fenestra est, que vocatur Conani-Saltus, quia ex ea idem Henricus fecerat precipitari quendam traditorem Rothomagensis urbis predivitem, nomine Conanum, qui ipsam urbem volebat tradere hominibus Willermi regis Anglorum [23]; sed preventus est a fidelibus Roberti ducis, et maxime ab Henrico fratre ipsius, qui tunc partes ducis iuvabat, unde et ipsum digna morte multavit. Turrem nichilominus excelsam fecit in castello Cadomensi, et murum ipsius castelli, quem pater suus fecerat, in altum erevit. Murum vero circa Burgum, ita ut a Willermo rege patre suo factus fuerat, intactum reliquit. Item castellum quod vocatur Arehas [24] turre et menibus mirabiliter firmavit. Sic etiam fecit castellum Gisorz, Falesiam, Argentomagum [25], Oximum [26], Danfrontem [27], Ambreras [28], castellum de Vira, Waurei [29]. Turrem Vernonis similiter fecit. Vigilia sancti Martini thonitruus magnus factus est, et grando mire magnitudinis. Balduinus rex Ierosolimitanus captus est a Balac quodam amirato, qui etiam anno preterito ceperat Goscelinum de Turvaissel comitem Edessenum, et Galerannum cognatum eius. ib. Nov. Fulcher.

1124.	18.	15.	24.

Rex Anglorum Henricus fortunate glorificatus est. Willermus namque de Tancarvilla camerarius eius, cum aliis pluribus baronibus aciebus statutis confligens, cepit comitem Mellenti 7. Kalendas Aprilis, Galerannum tunc satis iuvenem, militem tamen armis fortem, et Hugonem de Monfort sororium eius, et Hugonem filium Gervasii et alios multos magne probitatis et magni nominis viros, in valle videlicet iuxta Bortorodum [30] in itinere munitionis castelli de Wateville. Rex Henricus tunc erat apud Cadomum; quod audiens credere non potuit, donec oculis suis vidit. Traditi igitur regi, positi sunt in carcerem, et sic magna illa patrie dissensio finem accepit et destructio. Hunt. VII.

Tirus capitur, quam moderni Sagittam vocant. Sidon vero contermina eius ab incolis modo Sur vocatur, et est metropolis. Capta Tyro, discordia facta est propter eam inter patriarchas Ierosolimitanum et Antiochenum: dicebat enim Antiochenus tempore antiquo Tyrum fuisse ecclesie sue subiectam; Ierosolimitanus vero nitebatur privilegiis Romanorum pontificum. Si dignitates et privilegia horum patriarcharum Ierusalem et Antiochie, et huius litis terminationem audire vel legere cupis, require in primo anno vel circa postquam Ierusalem capta est a christianis. Fulcher.

Antiochia civitas est pulcherrima et munitissima, copiosiorum reddituum opulentissima. Sunt infra ipsam quatuor montanee satis alte, in quarum una, subliniori scilicet, castellum est, quod omni civitati prominet, deorsum enim civitas est decenter edificata, et dupplici muro circumambita. Murós interior amplus et in aera porrectus est, et magnis et quadris lapidibus compactus et compaginatus. In qua muri compagine turres sunt quinquaginta quadringente, formosis venustate meniis, et defense propugnaculis. Murus exterior non tante celsitudinis, sed tamen admirande venustatis. Continet in se trecentas et quadraginta ecclesias. Pro suo magno primatu patriarcham habet, cuius patriarchatui subiciuntur 153 episcopi. Ab oriente quatuor clauditur montaneis. Ab occidente vero civitatis muros preterfluit fluvius, cui nomen Pharfar. Octoginta enim Ep. Cruc. [31]

a) *Initio huius anni* 2. *addit:* Aecclesia Savigneii dedicata est Kal. Iun. in honorem S. Trinitatis, ab abbate Vitale incepta et usque ad retro chorum expleta, deinde a Gaufrido abbate perfecta. Huic dedicationi interfuerunt episcopi quinque, Curgisus Abrincensis et Ricardus Constantiensis et Ricardus Baiocensis et Iohannes Sagiensis et Hildebertus Cenomannensis.

21) Brionne. 22) a. 1119. 23) a. 1090. cf. Ord. Vit. p. 690. 24) Arques. 25) Argentan. 26) Hiemes. 27) Domfront. 28) Ambrieres, inter Domfront et Mayenne. 29) Waure. 30) Burgus Turoldi, iam Bourgtheroude, prope Rothomagum. 31) i. e. Epistola Crueiferorum, edita Mon. SS. III, 14. Robertus ordinem verborum immutavit, verba ipsa retinuit fere omnia.

Romanorum Francorum Anglorum

et quinque reges eam constituendo sublimaverunt et nobilitaverunt, quorum maximus et primus emersit Antiochus, de
V. Will. cuius nomine Antiochia nuncupata est. Obiit donnus Willermus pie memorie, tercius abbas Beccensis ecclesie, vir gloriosus et honeste vite, qui 25. etatis sue anno predicti loci monachus effectus est, quindecimque annis in monachatu private peractis, in regimen eiusdem abbatie venerabili Anselmo successit. Quam cum 30 annis et dimidio, 6 diebus minus, strenue gubernasset, 70. etatis sue circiter anno, monachatus vero fere 46, migravit a seculo, 16. Kal. Maii. Cuius epitaphium decrevimus non silendum:

Hac tegitur tumba Willermus tercius abba,
Qui fuit eximius, sapiens et religiosus,
Celica suspirans, mundanaque cuncta relinquens,
Est Christum nudus devota mente secutus.
Ingenium, morum probitas, splendorque parentum
Omnibus hunc carum fecerunt ac venerandum.
Imperio dignam speciem vitamque gerebat;
Cordis mundiciam semper carnisque tenebat.
Beccum terdenos auxit rexitque per annos,
Mitis subiectis dominus, durusque superbis.
Dum sexagenum denum venisset ad annum,
Finem vivendi faciens, in pace quievit.
Tunc aries perdit consortia lucida Phebi,
Sextaque dena dies illucescebat Aprilis.
Huic Deus eternum tribuat conscendere regnum,
Qualinus angelicis turmis conregnet in eum

cf. H. Henr. Huic successit pius Boso, in novo et veteri testamento apprime eruditus, vir scientie admirabilis et doctrine incomparablis. Tantam insuper gratiam ei virtus divina contulerat, ut nullus tam tristis et egens consilio ad ipsum accederet, quin extemplo letus et consiliatus ab ipso recederet. Hic dilectus a Deo, et hominibus amabilis, regi Anglorum Henrico multum erat familiaris; quia veram religionem et admirandam sanctitatem et consilium incomparabile in ipso reppererat. Qui licet pene continua premeretur egritudine, tamen ipse per Dominum, immo ut credimus Deus pro ipso, omnia necessaria
Hunt. VII. conventui suo et supervenientibus, ut opus erat, affluenter tribuebat. Eodem anno obiit Teulfus Wigorniensis episcopus, et Ernulfus Rovestrie episcopus.

1125. Henricus 19. Ludovicus 16. Henricus primus 25.

ib. Rex Anglorum Henricus fuit in Normannia, et ibi dedit episcopatum Wigornie Symoni clerico regine. Sifrido quoque abbati Glastingebiri dedit episcopatum Cicestrie. Porro Willermus archiepiscopus Cantuarie dedit episcopatum Rovecestrie Iohanni archidiacono suo. Ad pascha etiam Iohannes Cremensis, cardinalis Romanus, descendit in Angliam, perendinansque per episcopatus et abbatias non sine magnis muneribus, ad nativitatem sancte Marie celebravit concilium sollenne apud Londoniam. Obiit Henricus imperator, qui duxerat Matildem filiam regis Anglorum Henrici. Opere pretium est audire, quam severus rex Anglorum Henricus fuerit in pravos. Monetarios enim fere omnes totius Anglie fecit ementulari, et manus dexteras fabricantes nequitiam abscidi, quia monetam furtive corruperant. Iste est in Anglia annus clarissimus omnium; in quo vendebatur onus equi frumentarium sex solidis. Henrico imperatori successit Lotharius. Mortuo Alexandro rege Scotorum, successit ei David frater eius, vir magne sanctitatis et religiosus; qui filiam Gallevi comitis et Iudith consobrine regis uxorem duxit; binosque comitatus Nordhantone et Huntendone, quos Symon Silvanectensis comes cum prefata muliere possederat, habuit. Illa vero peperit ei filium nomine Henricum, duasque filias, Clariciam et Hodiernam.

1126. Lotharius 1. 17. 26.

ib. Rex Anglorum Henricus ad natale et pascha et pentecosten moratus est in Normannia, et confirmatis pactis cum Francie
H Henr. principibus, qualia regem gloriosissimum decebat, circa festum sancti Michaelis rediit in Angliam. Adduxit siquidem secum filiam suam Maltildem imperatricem, tanto viro, ut predictum est, viduatam. Quam cum vellent in patria
Hunt. VII. illa animo libenti retinere dominam, noluit. Decessit Robertus episcopus Cestrensis. Obiit Calixtus papa[31]; cui successit Odo Hostiensis episcopus, et vocatus est Honorius papa 167[us].

1127. 2. 18. 27.

Hunt. VII. Rex Anglorum Henricus curiam suam tenuit ad natale apud Windleshores, pergens inde Londoniam. In quadragesima et pascha fuit apud Vudestoc, ubi nuntius dixit ei: *Carolus comes Flandrensis tibi dilectissimus nefanda proditione occisus est a proceribus suis in templo apud Bruge. Rex autem Francorum dedit Flandriam Willermo nepoti et hosti tuo. Qui iam valde roboratus, diversis cruciatibus omnes proditores Karoli multavit.* Super his igitur rex angariatus, consilium tenuit ad rogationes apud Lundoniam; et Willermus archiepiscopus Cantuarie similiter in eadem villa apud West-
H. Henr. 25. moster. Cum autem ad pentecosten fuisset apud Wincestre, misit filiam suam imperatricem in Normanniam desponsatam Gaufrido, filio Fulconis consulis Andegavensis, et post regis Ierusalem; mulierem videlicet pollentem moribus, benignam omnibus, largam in elemosinis, amicam religionis, honeste vite, dilectricem ecclesie, cuius habundantia beneficiorum maxime ecclesia Beccensis non modice splendet. De qua idem Gaufridus tres filios genuit, Henricum, Gau-
Hunt. fridum a), Willermum. In Augusto venit rex post filiam suam in Normanniam. Ricardus vero Londoniensis episcopus obierat. Cuius episcopatum dedit Gisleberto Universali, viro doctissimo. Decessit etiam Ricardus Herefordensis episcopus.

1128. 3. 19. 28.

ib. Henricus rex sapientissimus moratus in Normannia, perrexit hostiliter in Franciam, quia rex Francorum, tuebatur nepotem suum et hostem. Perendinans autem apud Esparlum octo diebus, tam secure ac si in regno suo esset, compulit

a) Graufridum E.

31) d. 24. Dec. 1124.

Romanorum Francorum Anglorum

regem Ludovicum, auxilia comiti Flandrensi non ferre. His igitur peractis, reversus est rex Henricus in Normanniam. Hunt.
Advenit autem a partibus Alemannie quidam dux Theodoricus Flandriam calumpnians, quosdam proceres Flandrie secum habens; et hoc suasu regis Henrici. Willermus autem comes Flandrensis aciebus ordinatis obviam venit ei. Pugnatum est igitur acriter. Willermus quidem consul numerum suorum, cum pauci essent, solus supplebat probitate inestimabili. Cruentatus igitur hostili sanguine, hostium cuneos ense fulmineo findebat. Iuvenilis tunc brachii robore hostes sunt territi et fuge dediti. Victoriosus igitur consul dum hostile castrum obsideret, et in crastino reddi deberet, Deo volente, parvo vulnere sauciatus in manu deperiit. Nobilissimus autem iuvenum, etate brevi famam promeruit eternam: unde:

Unicus ille ruit, cuius non terga sagittam,
Cuius nosse pedes non potuere fugam.
Nil nisi fulmen erat, quotiens res ipsa monebat.
Et, si non fulmen, fulminis instar erat.

Hugo de Paens, magister militum templi Ierusalem, veniens in Angliam, secum multos duxit Ierusalem. Inter quos Fulco Andegavensis comes, rex futurus, perrexit. Obierunt Radulfus Flambard Dunelmiensis episcopus, et Willermus Gifardus Wintoniensis episcopus. Obiit Gaufridus Rothomagensis archiepiscopus, mense Decembri. Successit Wil- A. Roth.
lermo comiti Flandrensi Terri de Auseisa.

1129. Lotharius 4. Ludovicus 19. Henricus primus 29.

Rex Anglorum Henricus in omni pene bono fortunatus, pacificatis omnibus, que in Francia, Flandria, Normannia, Hunt. VII.
Britannia, Cenomannia, Andegavi erant, cum gaudio rediit in Angliam. Tenuit igitur concilium maximum Kalend. Augusti apud Londoniam de uxoribus sacerdotum prohibendis. Intererant siquidem illi concilio Willermus Cantuariensis archiepiscopus, Tustanus Eboracensis archiepiscopus, Alexander Lincoliensis episcopus, Rogerius Salesberiensis, Gislebertus Londoniensis, Iohannes Rouecensis, Sifridus Sudsexensis, Godefridus Badensis, Symon Wigornensis, Evrardus Norwicensis, Bernardus Sancti Davidis, Herveus primus Heliensis episcopus. Nam Wintoniensis et Dunelmensis et Cestrensis et Herefordensis obierant. Illis quos Hugo de Paiens, de quo predictum est, secum duxerat ad Ierusalem, male contigit; Deum siquidem offenderant Sancte Telluris incole variis sceleribus. Ut autem scriptum est in Moyse et regum libris, non diu scelera locis illis sunt impunita. In vigilia sancti Nicholai a paucis paganorum multi christianorum devicti sunt, cum antea soleret e contrario contingere. In obsidione igitur Damascena, cum magna pars christianorum progressa esset ad victualia perquirenda, mirati sunt pagani christianos plures et fortissimos se muliebriter fugientes, et persequentes innumeros occiderunt. Eos autem, qui fuga salutem sibi quesierant, in montibus tempestate nivis et frigoris Deus ipsa nocte persecutus est, ita quod vix aliquis evasit. Ludovicus rex Francorum eodem anno fecit sublimari filium Philippum in regem. Dicam quod forsitan placeat lectori de successionibus Apulie. Primus Gem VII,30
in Apulia prefuit Normannis, dum adhuc ut advene Wimachi ducis Salerni stipendiarii essent, Tustinus cognomento Scistellus. Quo mortuo per venenum serpentis, quem ipse occiderat, successit ei in principatum Rannulfus, qui condidit Aversam urbem. Huic successit Ricardus filius eius princeps Capue, qui filio suo Iordani reliquit moriens eundem principatum; et Iordanis filio suo Ricardo iuniori. Post aliquantum temporis Constantiniensis Drogo, filius Tancredi de Altavilla, princeps Normannorum in Apulia factus est. Hunc Wazo comes Neapolis per traditionem in ecclesia sancti Laurentii occidit. Huic successit Hunfredus frater eius, totamque Apuliam Normannis subegit. Hic moriens Abaielardum filium suum Roberto fratri suo, quem pro versutiis Wiscardum cognominaverat, cum ducatu Apulie commendavit. Robertus fratres suos, qui omnes duces vel comites fuerunt, virtute et sensu ac sullimitate transcendit. Nam totam Apuliam, Calabriam, Siciliam sibi subiugavit; et transmeato mari maximam partem Grecie, Affrice invasit. Hic multa bona fecit; episcopatus et abbatias plures restauravit. Hic relicta priore uxore Normanigena propter consanguini- Ib. 13.
tatem, de qua susceperat filium Boamundum nomine, duxit primogenitam filiam Gaumarii principis Salerni, favente Gisulfo fratre predicte puelle. Minor vero soror eius nupsit Iordani principi Capue. Roberto morienti successit in ducatum Apulie Rogerius filius eius, natus ex secunda uxore, ex qua genuerat tres filios et quinque filias. Hoc etiam Rogerio deficiente, et filiis suis post ipsum, Rogerius patruelis ipsius, filius Rogerii comitis Sicilie, fratris Roberti Wiscardi, solus tam Apuliam quam Siciliam obtinuit. Hic factus est rex anno ab incarnatione Domini 1130. causa altercationis duorum apostolicorum, qui tunc Rome electi erant. Quorum Anacletus, qui Rome erat, concessit ei, ut regio diademate decoraretur. Audiat qui mira audire desiderat: venit in Normanniam de longinquis finibus avium innumerabilis multitudo; que gregatim volantes, et insuper longissima aeris spatia tenentes, ad invicem inter se pugnabant horribiliter, portendentes forsitan innumera mala post mortem regis Henrici ventura.

1130. 5. 20. 30.

Honorius papa decessit. Cui successit Gregorius cardinalis presbiter[b] Romane ecclesie, vocatus Innocentius papa 168[us]. Electus est etiam cum eo, imo intrusus per seditionem populi furentis et per violentiam parentele suc, alius cardinalis, videlicet Petrus Leonis, vocatus a populo Anacletus; et vixerunt ambo fere octo annis. Remansit autem Anacletus in urbe propter fratres suos, qui erant viri potentes, et habebant principatum castelli Crescentionis. Innocentius vero ad Cismontanos transiit. Unde dictum est monosticon ille: *Romam Petrus habet, totum Gregorius orbem.* Rex Anglorum Hunt VII.
Henricus fuit ad natale apud Wincestre, ad pascha apud Wudestoce. Ibi fuit accusatus Gaufridus de Clintone et infamatus de proditione regis, falso. Ad rogationes fuit apud Cantuariam ad dedicationem nove ecclesie. Mense Septembri transiit in Normanniam, et ad nativitatem sancte Marie fuit Becci, et adduxit secum Hugonem noviter electum Rothomagensem archiepiscopum, qui fuerat abbas Radingensis. Qui etiam sacratus est in festo exaltationis sancte crucis, die dominica, archiepiscopus Rothomagensis 50[us], quem consecravit Ricardus Baiocensis episcopus cum cocpiscopis suis, in ecclesia sancti Audoeni[c]. Occiso Arragois comite

a) *Hic alia manus, eadem quae ad a.* 1151, *non Roberti, addit*: Iacobus clericus de Venecia transtulit de Greco in Latinum quosdam libros Aristotilis, et commentatus est; scilicet Topica, Anal. priores et posteriores, et Elenchos; quamvis antiquior translatio super eosdem libros haberetur. *Desunt* 2. 7[b]. 8[d]. b) *ita primum* E. *et inde* 7[b]. 8[d]. *Postea correxit, incertum quae manus,* diaconus. *Ita* 8[c]. c) *Sequentia usque ad anni finem in rasura scripsit Robertus ipse; desunt* 2. *Eorum loco* 4. 7[b]. 8[d]. *habent:* Eodem anno Arageis comes Moraliae, cum Melcolmo, notho filio Alexandri fratris regis

Romanorum Francorum Anglorum

Morafie, rex Scotie David extunc habuit illum comitatum. Gratianus episcopus Clusinus coadunavit decreta valde utilia ex decretis, canonibus[a], doctoribus, legibus Romanis, sufficientia ad omnes ecclesiasticas causas decidendas, que frequentantur in curia Romana et in aliis curiis ecclesiasticis. Hec postmodum abbreviavit magister Omnebonum episcopus Veronensis, qui fuerat eius discipulus. Occiso Boamundo principe Antiochie, Raimundus frater Guillermi comitis Pictavensis duxit eius uxorem, et factus est princeps Antiochie.

1131. Lotharius 6. Ludovicus 21. Henricus primus 31.

Hunt. VII. Rex Anglorum Henricus apud Carnotum post natale recepit papam Innocentium, Anacleto subici recusans. Post pascha
H. Henr. 30. venit idem papa Rothomagum, et receptus est a rege Henrico honorifice; et eius auxilio receptus est per totas Gallias.
Hunt. VII. Post in estate rex Henricus rediit in Angliam, secum filiam suam adducens. Fuit igitur in nativitate sancte Marie magnum placitum apud Nordhantune; in quo congregatis omnibus principibus Anglie deliberatum est, quod filia sua redderetur viro suo consuli Andegavensi, eam requirenti. Missa autem post hec filia regis viro suo, recepta est fastu tanta viragine digno. Post pascha mortuus est Reginaldus abbas Ramesiensis, nove auctor ecclesie. In principio hyemis obit Herveus primus Heliensis episcopus. Eodem anno mense Octobris contigit etiam, quod filius regis Francorum Philippus iam rex factus, dum cornipedem ludens agitaret, obvium suem habuit; cui cum pedes equi currentis offenderent, occidit rex novus et fractis cervicibus expiravit. Ecce res insolita et admiratione digna! ecce quanta celsitudo quam leviter et quam cito adnichilata est! Eodem mense Innocentius papa sacravit fratrem suum Ludovicum in regem Remis, satis parve etatis infantem, cum idem papa ibi teneret concilium in festivitate Crispini et Crispiniani, die dominica. Qui Deum diligens et ecclesiam, plurimum vixit honeste.

1132. 7. 22. 32.

ib. Rex Henricus fuit ad natale apud Dunestaple; ad pascha apud Vudestoc. Post pascha fuit placitum apud Londoniam, ubi de pluribus, sed et maxime de discordia episcopi Sancti David et episcopi Clamorgensis de finibus parrochiarum suarum tractatum est. Obiit Balduinus secundus, rex Ierusalem tercius; et successit Fulco comes
32 Andegavensis, qui duxerat filiam predicti Balduini[32], ex qua genuit duos filios, Balduinum et Amauricum. Quidam scolaris clericus, dolore gravi anxius[32*], die ac nocte ciulans et flens ut mulier parturiens, quadam nocte pre dolore nec vigilans nec dormiens, vidit assistere sibi Virginem matrem Domini, quam quia invocaverat, presens sibi affuerat, albis inducta vestibus, que congruunt virginibus. Manum igitur porrigens, quo plus erat dolor angens, sanum reddidit penitus, qui semper erat anxius.

1133. 8. 23. 33.

Hunt. VII. Rex Anglorum Henricus fuit ad natale apud Winlesores infirmus. Ad caput ieiunii fuit conventus apud Londoniam, super episcopos Sancti David et Clamorgensis, et pro discordia archiepiscopi et Lincoliensis episcopi. Ad pascha fuit rex apud Oxineford in nova aula. Ad rogationes fuit iterum conventus apud Wincestre super rebus predictis. Post pentecosten dedit rex episcopatum Heliensem Nigello, et episcopatum Dunelmie[b] Gaufrido cancellario. Paulo ante
33 dederat Wintoniensem Henrico abbati Glastonie[33] nepoti suo, qui tamen abbatiam cum episcopatu tenuit usque ad mortem suam; Herefordensem vero episcopatum Roberto de Bectona Flandrensi, viro religioso; Cestrensem vero Rogerio archidiacono Lincoliensi, nepoti Gaufridi de Clintona. Decessor eius fuerat Robertus cognomento Peccatum; predecessor vero Robertus Normannus de Limesia. Hic secularibus intentus magis quam divinis, a rege Henrico Coventrense cenobium optinuit, ibique capitalem cathedram Merciorum constituit. Habet itaque ille episcopatus usque hodie tres sedes, Licifelden-
V Lanfr. 12. sem, Cestrensem, Coventrensem. Anno siquidem incarnationis dominice 1075. regnante Willermo rege Anglorum, anno regni eius 9. congregatum est Londonie concilium, presidente Lanfranco archiepiscopo Cantuariensi, totius Britannie insule primate, considentibus secum viris venerabilibus Thoma Eboracensi archiepiscopo, et ceteris episcopis ipsius insule, et abbatibus, nec non et multis religiosi ordinis personis; in quo multa utilia tam clericis, quam laicis instituta fuerunt. Concessum est etiam inibi regali munificentia et sinodali auctoritate tribus episcopis, de villis ad civitates sedes suas transferre; scilicet Hermanno de Sireburna ad Scriberiam; Stigando de Senlenge ad Cicestrum; Petro de Licifelde ad Cestrum. De quibusdam autem, qui in villis seu vicis adhuc degebant, dilatum est usque ad regis audientiam; videlicet Remigio Dorchacensi, Gisone Hermeacensi, Helfato Wellensi; quorum prior ad Lincoliam, secundus ad Batam, tertius ad Telford, munificentia regis et suggestione Lanfranci postea translati sunt. Elfato, qui fuerat capellanus Willermi regis, successit apud Teldfort Willermus de Belfou, vir genere nobilis et cancellarius eiusdem regis. Quo in brevi defuncto, successit ei dono Willermi iunioris Herbertus, vir magnanimus et admodum litteratus. Hic monachus et prior fuit Fiscannensis; et post patrem suum abbas Ramesiensis, ad ultimum vero episcopus Tedfordensis. Hic emit multa pecunia magnam partem ville Norwicensis, et evulsis domibus et loco complanato in maximum spatium, in optimo loco super Gerne fluvium perpulcram ecclesiam in veneratione summe Trinitatis ad memoriam illius, cuius monachus extiterat, edificavit; additis etiam officinis pergrandibus ad opus monachorum necessariis, quos et ibi posuit ad serviendum Deo in illa ecclesia,
Hunt. VII. quam constituit matricem et principalem sedem Nortfulcani episcopatus. Fecit etiam rex Henricus novum episcopatum apud Carluil, in finibus Anglie et Scotie; et posuit ibi episcopum primum Adalulfum priorem canonicorum regularium sancti Oswaldi, cui solitus erat .confiteri peccata sua. Hic autem episcopus

David, qui ante eum regnaverat, et cum quinque milibus armatorum Scotiam intravit; totam regionem sibi subiicere voluit. David rex tunc curie regis Anglorum intererat; sed Odwardus, consobrinus eius et princeps militie, cum exercitu illi obviavit, et Arageis consulem occidit, eiusque turmas prostravit, cepit atque fugavit. Deinde Morafiam defensore dominoque vacantem ingressus est; totusque regionis spatiose ducatus, Deo auxiliante, per Edwardum extunc David religioso subditus est. a) canoribus E. b) Dunelmie E.

32) Melisendem. 32*) Nota versus; carmen mains excerpsisse videtur noster. 33) Glastingbury.

Romanorum Francorum Anglorum

canonicos regulares posuit in ecclesia sedis sue. Passus est sol eclipsim 4. Non. Aug. Eodem die rex A. Roth.
Henricus transfretavit in Normaniam, non rediturus; multis hoc propter signum quod acciderat mussitantibus. Hoc etiam tempore vena argentaria reperta fuerat apud Carluil; unde investigatores, qui eam in visceribus terre querebant, quingentas libras regi Henrico annuatim persolvebant. Mense Marcii natus est Henricus Cenomanis, primogenitus filius Gaufridi comitis et Mathildis imperatricis.

1134. Lotharius 9. Ludovicus 24. Henricus primus 34.

Natus est Gaufridus secundus filius Gaufridi Andegavensis, mense Maio in pentecosten Rothomagi. Et infirmata est mater eius Matildis imperatrix propter difficultatem partus usque ad desperationem. Ubi prudentia eius evidentibus indiciis manifestata est. Nam thesauros suos orphanis, viduis et reliquis H. Henr. 28.
pauperibus et maxime ecclesiis et monasteriis, manu sicut larga, ita devota distribuit. Monasterium vero Beccense abundantiori benedictione in auro et argento et lapidibus pretiosis et multiplici ornatu ecclesie, quam reliqua monasteria cumulavit. Poposcit etiam patrem suum, ut ibidem sepeliretur. Quod cum ille prius renueret, dicens, dignius esse, ib. 29.
ut Rothomagi sepulta condiretur, ubi et antecessores eius, Rollonem et Willermum filium eius dico, requiesceret: dixit, animam suam nunquam esse letam, nisi compos voti in hac duntaxat parte fieret. Concessit pater quod petebat; sed Domino volente, sanitati restituta est. Hoc anno toto rex Henricus moratus est in Normanniam, pro gaudio nepo- Hunt. VII.
tum suorum Henrici et Gaufridi. Eodem anno rex Henricus donavit episcopatum Baiocensem Ricardo filio Roberti comitis Gloecestrie, episcopatum vero Abrincatensem Ricardo de Belfou. Obiit Robertus dux Normannorum, filius Willermi regis, qui Angliam sibi subdidit, primogenitus; et sepultus est apud Gloecestrie.

1135. 10. 25. 35.

Luna passa est eclipsim 4. Non. Ianuarii. Ventus vehemens factus est horribilis et mentes hominum valde deter- A. Roth.
rens, turres et domos deiciens, et silvas eradicans, in vigilia apostolorum Symonis et Iude[33], mortem magni principis Henrici et totius patrie excidium forsitan portendens. Hoc etiam toto anno rex Henricus continue Hunt. VII
moratus est in Normannia, et sepe non rediturus in Angliam redire proponebat; sed detinebat eum filia eius discordiis variis, que oriebantur pluribus causis inter regem et consulem Andegavensem, artibus scilicet filie sue. Quibus stimulationibus rex in iram et animi rancorem excitatus est; que a nonnullis causa naturalis refridationis, et postea mortis eius causa dicte sunt fuisse. Cum igitur de venatu rex idem redisset apud Sanctum Dionysium in Silva leonum, comedit carnes murenarum, que semper ei nocebant, et semper eas amabat. Cum autem medicus hoc comedi prohiberet, non adquievit rex salubri consilio, secundum quod dicitur: *Nitimur in vetitum, semper cupimusque negata.* Hec igitur comestio, pessimi humoris illatrix et consimilium vehemens excitatrix, senile corpus letaliter refridans, subitam et summam fecit perturbationem. Contra quod natura renitens excitavit febrem acutam, ad impetum dissolvendum materici gravissime. Cum autem restare nulla vi posset, decessit rex magnus, cum regnasset 35 annis et 4 mensibus, in prima die Decembris.

Quod modicum preśtent, quod opes magnum nichil extent, H. Henr. 33.
Rex probat Henricus. Rex vivens pacis amicus
Extiterat; siquidem pre cunctis ditior idem,
Occidue genti quos pretulit ordo regendi.
Quippe pater populi, rex et tutela pusilli
Dum pius ipse fuit, furit impius, opprimit, urit.
Anglia lugeat hinc, Normannica gens fleat illinc.
Occidis Henrice, tunc pax, nunc luctus utrique.
Quo dum dura febris prima sub nocte Decembris
Mundum nudavit, mundo mala multiplicavit.
Sensu, divitiis, adilu, feritate decenti,
Mire, plus dictu, vim perpessis, scelerosis,
Excellens, locuples, haud difficilis, reverendus,
Hic iacet Henricus rex, quondam pax, decus orbis.

Nomina castellorum, que in Normannia ex integro fecit rex Henricus in margine ipsius provincie, hec sunt: Drincurtis, ib. 31.
Novum castrum super Eptam, Vernolium, Nonanticurtis, Bonmolendinum, Colmič mons, Pons Ursonis, Castrum sancti Dionysii in Leons, Vallis Rodulii[34], turres Ebroicarum, turres Alentonii, turres Constantiarum[a]. Fecit ib. 32.
enim in Normannia et in Anglia monasteria plurima, scilicet monasterium Radingense, monasterium canonicorum regularium apud Cirecestre, monasterium de Prato apud Rothomagum, monasterium de Mortuo mari. Fecit etiam alia multa pietatis opera, que in libro de vita eius plenius enumeravimus. Defuncto rege Henrico apud Sanctum Dionisium Hunt. VIII.
in Silva leonum 4. Non. Decenbris, allatum est corpus eius in civitatem Rothomagum ab archiepiscopo et episcopis et comitibus et baronibus, qui multi convenerant, et in ecclesia sancte Marie apertum, et cor et lingua et viscera eius in monasterio Prati ante altare tumulata sunt; corpus vero reliquum sale multo aspersum coriis est involutum, et Cadomum translatum, et iuxta tumulum patris sui in monasterio sancti Stephani positum, usquequo ventum ad transfretandum convenientem exsequutores exequiarum eius haberent. Infra ergo duodecim dies natalis Domini sepultum est in monasterio sancte Marie Radingensi, quod a fundamentis ipse edificaverat, et ornamentis et possessionibus ditaverat. Interfuit exequiis eius Stephanus iam rex nepos eius, et archiepiscopus Cantuariensis Willermus, et alii proceres regni. Siquidem predictus Stephanus cum esset in comitatu suo Bolonie, audita morte avunculi sui transfretavit citissime in Angliam; vir magne stremitatis et audacie. Et quamvis promisisset sacramentum fidelitatis Anglici regni filie regis Henrici, tamen[b] regni diadema audatia sua invasit. Willermus Cantuariensis archiepiscopus, qui primus sacramentum filie regis fecerat, eum in regem benedixit, et post annum non vixit. Rogerius Magnus Sales-

a) turrem S. Iohannis iuxta montem S. Michaelis et alias plures, quas supra commemoravimus *addunt* 4. 7b. 8d. *Iisdem sequentia* Fecit — plurima *desunt.* Fecit — canonicorum re *in rasura Robertus circa a.* 1185. *correxit.* b) *ante et post* tamen *in* E. *erasum est aliquid;* fretus tamen vigore et prudentia regni 7b. 8d. fr. tamen vigore et impudentia, regni 2. *et Henricus Huntingd.*

33) d. 27. Oct. 34) Vaudreuil. BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum

Hunt. VIII. beriensis episcopus, qui secundus hoc idem fecerat et omnibus aliis predictaverat, diadema ei et vires auxilii sui tribuit. Unde postea, iusto Dei iudicio, ab eodem, quem creavit in regem, captus et excruciatus, miserandum sortitus est exterminium. Sed quid morer? Omnes qui sacramentum inierant, tam presules quam consules, ad quid inde venerint perH. Henr. 38. spicuum est. Audita morte regis Henrici, comes Andegavensis et uxor eius Matildis, filia eiusdem regis, absque nulla difficultate castella Normannie obtinuerunt, videlicet Danfrontem, Argentolium, Oximum, Ambreras, Gorram, Colmic montem. Ista tria ultimo nominata interim comes concessit Gihello de Meduana, hac conditione, ut ipse eum fideliter adiuvaret in adquirendo hereditatem uxoris sue et filiorum suorum. Dicebat enim idem Gihellus, illa oppida esse in terra sua. Reddite sunt etiam predicto comiti omnes firmitates Willermi Talevat comitis Pontivi, quas habebat in Normannia, quas rex Henricus habebat in manu sua ante mortem suam, et a quibus exulaverat eundem Willermum. Et ideo aliquanta discordia fuerat inter regem et comitem et imperatricem ante mortem ipsius regis, quia nolebat reddere Willermo cassamentum suum. Erat et alia causa ipsius discordie maior, quia rex nolebat facere fidelitatem filie sue et marito eius idem requirenti, de omnibus firmitatibus Normannie et Anglie. Hoc enim requirebant propter filios suos, qui erant legitimi heredes regis Henrici. Comes vero Gaufridus benigne reddidit easdem firmitates predicto Willermo. Mortuo rege, ut predictum est, optimates Normannie confestim miserunt propter comitem Tebaldum, ut veniens reciperet Normanniam. Venit itaque Rothomagum, et postea Luxovias in sabatho iciunii decimi mensis[35]. In crastino dum colloqueretur ipse et comes Gloecestrie Robertus, venit nuncius de Anglia, dicens, Stephanum fratrem suum iam esse regem. His auditis comes Gloecestris reddidit castrum Falesie, quod habebat, absportata prius magna parte thesauri regis Henrici, quod nuper allatum fuerat de Anglia.

1136. Lotharius 11. Ludovicus 26. Stephanus 1.

Hunt. VIII. Stephanus rex duxit magnum exercitum in Scotiam, et rex David pacificatus est cum eo. Hominium tamen non fecit ei, quia primus laicorum sacramentum fecerat imperatrici, sed Henricus filius ipsius David hominium fecit regi Stephano. Ad rogationes cum esset divulgatum, regem esse mortuum, cepit Hugo Bigog castellum Norwit, quod tamen reddidit regi. Item rex cepit castellum Bachentum, quia Robertus dominus eius a rege desciverat. Inde obsedit Excecestre, quam tenebat Balduinus de Revers. Reddito castello abstulit rex Vectam insulam eidem Balduino, et exulavit eum ab Anglia. Mense Augusto apud Argentomagum natus est Guillermus, tercius filius comitis Gaufridi.

H. Henr. Vigilia epiphanie factus est ventus maximus. Obiit Willermus Cantuariensis archiepiscopus. Et cessavit archiepiscopatus Cantuariensis per aliquantum temporis. Interim mala multa multiplicata sunt, non solum in

H. Henr. 42. Anglia, sed etiam in Normannia et multis aliis locis. Obiit pie memorie donnus Boso, quartus abbas Beccensis monasterii, vir magne auctoritatis, orbi clarus, sapientia, prudentia, precipueque spiritu consilii pollens. Hic anno etatis sue circiter 23° factus est monachus Becci sub sancto Anselmo, eius loci abbate. Annis 26 monachus sine prelatione fuit; deinde prior sub donno Willermo abbate, predicti Anselmi successore, 9 annis. Post quem electione totius congregationis abbas constitutus, rexit eandem abbatiam annis 12, diebus 12. Transiit autem nocte nativitatis sancti Iohannis baptiste, hoc est 8. Kalend. Iulii, anno etatis sue 71, monachatus vero 47.[36] Paucisque interpositis diebus, electus

H. Henr. est abbas donnus Thebaldus, vir nobilis et probus, qui tunc erat prior.

Lucta finita cum carne, vir Israhelita
Abbas Boso die requierit, qua Zacharie
Filius exoritur, quo maior non reperitur
Surgere cunctarum natos inter mulierum.
Hec pietate Dei tam lete festa diei,
Sint ingressus ei paradisiace requiei.

Abbas Beccensis, cuius sermo fuit ensis,
Abradens victum, quo datur exicium,
Boso pater magnus, tumidis leo, mitibus agnus,
Et dulcis populo, fit cinis hoc tumulo,
Fit cinis hac tumba, qui serpens atque columba
Ex probitate fuit, vivere dum potuit.
Ergo videns versus, atra ne sit Stige mersus,
Regi funde precem, quem necis esse necem
Credimus, et celis, scandit quo quisque fidelis,
Det pius esse, sibi, qui Deus exstat, ibi.

Iun. Comes Tebaldus nepos regis Henrici, conductus a Roberto comite Leicestrie, obsedit pontem sancti

H. Henr. Petri, et cepit eum super Rogerium de Toenio. Eodem anno obierunt plures ex principibus Anglie: Willermus Cantuarie archiepiscopus, Iohannes episcopus Roverecestrie, Willermus episcopus Exonie, Ricardus filius Gisleberti, Robertus filius Ricardi patruus eius, Ricardus filius Baldnini consobrinus eius, secundus Willermus de Warenna comes Surreie. Mense Septembris Gaufridus comes Andegavensis adduxit maximum exercitum in Nor-

37 manniam usque Luxovias, quando combusta est eadem civitas. In reditu cepit Sapum.[37] Eadem septimana Galerius comes Mellenti cepit apud Achimum Rogerium de Toenio, rapine et incendio vacantem.

35) Decembris. BOUQ. 36) cf. Vitam Bosonis auct. Milone, post Dacherii opera Lanfranci. 37) le Sap. inter fluviolos Touques et Charentonne.

	Romanorum	Francorum	Anglorum
1137.	Lotharius 12.	Ludovicus 27.	Stephanus 2.

Stephanus rex Anglorum in quadragesima transiit in Normanniam, et obsedit Lislebonam et cepit, quam tenebat Rabellus camerarius. Inde obsedit Grantsilvam. Locutus est etiam apud Ebroicas cum fratre suo comite Teobaudo, et pepigit ei duo milia marchas argenti per annum; quia comes Tebbaldus indignabatur, quod idem Stephanus, qui iunior erat, acceperat coronam, que sibi, ut dicebat, debebatur. Reddita igitur firmitate Grantsilve, concordatus est rex Stephanus cum rege Francorum. Et Eustachius filius eius fecit ei hominium de Normannia, que adiacet regno Francorum. Exinde cum Stephanus vellet ire in terram comitis Andegavensis, facta est discordia magna in exercitu eius apud Livarrou propter unam hosam vini, quam abstulerat quidam Flandrensis cuidam armigero Hugoni de Gornai. Facta est itaque magna dissensio inter Normannos et Flandrenses. Rediit ergo rex infecto negotio. Nec mora exinde, quod comes Andegavensis adduxit exercitum multo maiorem illo, quem antea anno preterito adduxerat. Intercurrentibus tamen nuntiis inter ipsum et regem Stephanum, idem dux dedit trevias usque ad tres annos, hac conditione, ut rex singulis annis daret ei duo milia marchas argenti; et de primo anno statim debitam summam accepit. Iste trevie uno anno utrinque duraverunt, id est usque ad festivitatem sancti Iohannis anni futuri. His itaque gestis, rex Stephanus in adventu rediit in Angliam. Hunt. VIII. Obiit Ludovicus senior rex Francorum, et successit filius eius Ludovicus, qui accepit filiam ducis Aquitanorum Alienor nomine, ex qua genuit duas filias. Aug. 1. Eodem anno mortuus est Lotharius imperator Romanorum, cui successit Conradus nepos Henrici quarti, mariti imperatricis, qui ante Lotharium imperaverat. Dec. 3. Kalend. Aug. quando rex Ludovicus decesserat, combustum est ipsa nocte monasterium Corbeie. Ipso anno tanta siccitas fuit, ut etiam stanna et flumina multa siccarentur, terra in multis locis diutissime arderet, arbores plurime in silvis et virgultis arescentes morerentur, et arderent nullo incendente. Tebaldus electus Beccensis ecclesie, vir magne probitatis et scientie, benedictus est abbas eiusdem ecclesiae, omni conventu animo libenti concedente, apud Rothomagum a donno Hugone archiepiscopo.

1138.	Conradus 1.	Ludovicus 1.	3.

Stephanus[a] rex Anglorum in natali obsedit Bedefort; qua reddita, exercitum promovit in Scotiam. Rex namque Scotorum David, qui sacramentum fecerat filie regis Henrici, quasi sub velamento sanctitatis per suos execrabiliter egit. Mulieres enim gravidas findebant, et fetus anticipatos abstrahebant; presbiteros super altaria detruncabant, et alia multa mala perpetrabant. Quecumque igitur Scothi attingebant, omnia erant plena horroris. Aderat clamor mulierum, eiulatus senum, morientium gemitus, viventium desperatio. Rex igitur Stephanus insurgens combuxit et destruxit australes partes regni regis David, ipso quidem non audente ei congredi. Post pascha vero exarsit rabies proditorum nefanda. Quidam namque Talebot nomine tenuit contra regem castellum Hereford in Walcs, quod rex per obsidionem in sua recepit. Robertus consul de Gloecestre tenuit contra eum Bristoud et Slede, Radulfus Luvelt castellum de Cari, Paganellus castellum de Ludclave, Willermus de Movim castellum de Dunestor, Robertus de Nicole castellum de Warhan, Eustachius filius Iohannis Mealtune, Willermus filius Alani Salopesbiri; quod rex quidem cepit armis, captorumque nonnullos suspendit. Walchelinus de Dovre hoc audiens, reddidit castrum Dovre regine se obsidenti. Occupato igitur rege circa partes australes Anglie, David Scotorum rex innumerabilem exercitum promovit in Angliam. Contra quem proceres borealis Anglie, ammonitione et iussu Tustani Eboracensis archiepiscopi restiterunt viriliter, fixo standart, id est regio insigni, apud Alvertune. Ibi duodecim milia Scotorum fama refert occisa, extra eos qui in segetibus et silvis inventi sunt perempti. Ceteri vero minimo sanguine fuso feliciter triumpharunt. Huius pugne dux fuit Willermus consul de Albemarle et Willermus Piperellus de Notingehan, et Walterius Espec et Ilbertus de Laci, cuius frater ibi solus ex omnibus equitibus occisus est. Cuius eventus belli cum regi Stephano nuntiatus esset, ipse et omnes qui aderant, summas Deo gratias exolverunt. Hoc bellum Augusti mense factum est. In adventu Domini concilium apud Londoniam Albricus ecclesie Romane legatus et Hostiensis episcopus tenuit, et ibidem, adnitente rege Stephano et regina, Tebaldus abbas Beccensis ecclesie, vir admodum venerandus, Cantuariensis ecclesie archiepiscopus effectus est, transactis duobus annis et dimidio, postquam abbas constitutus fuerat. Consilioque eius fuit abbatia Becci sine abbate sub Ricardo de Belfou priore, a nativitate Domini vel paulo ante usque ad pentecosten, quousque videlicet ipse a Roma rediret. Hunt. VIII. Hoc eodem anno, mense Octobri, Gaufridus comes Andegavensis obsederat Falesiam per 15 dies cum magno exercitu, et Robertus comes Gloecestrie cum eo, qui circa preteritum pascha concordiam cum eo fecerat. Hoc etiam anno Oximenses et Baiocenses subditi sunt ei[b]

1139.	2.	2.	4.

Rex Anglorum[c] Stephanus post natale castellum de Slede cepit obsidione. Post hec perrexit in Scothiam, ubi cum rem ib. Marte et Vulcano ducibus ageret, rex Scotie cum eo concordari coactus est. Henricum igitur filium regis Scotorum secum ducens in Angliam, cepit Ludelawe, ubi idem Henricus unco ferreo equo abstractus pene captus est; sed ipse rex ab hostibus cum splendide retraxit. Inde re perfecta Oxinefordiam petiit. Ubi res infamia notabilis et ab omni consuetudine remota comparuit. Rex namque Rogerium episcopum Salesbirensem, et Alexandrum Lincoliensem ipsius nepotem, violenter in curia sua cepit, nichil recti recusantes. Ponens igitur ibidem Alexandrum episcopum in carcerem, episcopum Salesbirensem secum duxit ad castellum eiusdem, quod vocatur Divise, quo non erat splendidius intra fines Europe. Angarians igitur eum fame, et filii eius, qui cancellarius fuerat, collo laqueum innectens, ut suspenderetur, sibi tali modo castellum extorsit, non satis recordans bonorum, que in introitu regni ille sibi pre aliis congesserat. Similiter cepit Sireburnam, quod parum Divisis decore cedebat. Accipiensque thesauros episcopi, comparavit inde Constantiam sororem Ludovici regis Francorum filio suo Eustachio. Inde rex rediens, similiter egit de Alexandro episcopo, donec reciperet castellum de Newerthan amenissimum. Similiter redditum est ei Eslaford castellum. Tunc satis proxime filia regis Henrici, que fuerat imperatrix Alemannie, cui Anglia iuramento addicta fuerat; et Robertus comes

a) *Hic incipit* 8b. b) Obiit Gaufridus secundus abbas Savign. *addit in 2. alia manus sec. XIII. in margine.* c) *Hunc annum praecedenti iungit* 8b.

Romanorum. Francorum. Anglorum.

Gloecestric frater eius, mense Augusto transierunt in Angliam. Invitaverat enim eos Willermus de Albinncio, qui duxerat Eliz quondam reginam, que habebat castellum et comitatum Harundel, quod rex Henricus dederat ei in dote. Appulerunt itaque apud Harundel, quia tunc alium portum non habebant. Exinde comes Robertus cum decem militibus et decem equestribus sagittariis per mediam terram Stephani regis perniciter venit Warengueford, et inde Gloecestric, et nuntiavit adventum imperatricis Brientio filio comitis et Miloni de Gloecestric, quam relinquerat cum uxore sua et aliis impedi-
Itont. VIII. mentis in castello Harundel, ubi rex Stephanus obsedit eam, sed postea abire permisit pacto quodam ad Bristout. Obiit Rogerius predictus episcopus Salesberiensis, tam merore a, quam senio confectus. Innocentius papa tenuit concilium Rome, cui interfuit Thebaldus Cantuariensis archiepiscopus. Electus est et constitutus abbas Beccensis ecclesie, ab omni equaliter congregatione, vir magne sanctitatis et scientie domus Lethardus, de Beccensi prosapia natus, in utroque testamento apprime eruditus, polleus consilio, affabilis eloquio, moderatus in verbis, discretus in disciplinis, tarde letus in terrenis, semper gaudens in eternis, diligens bonos, corrigens malos; qui pro qualitate temporis gregem sibi commissum optime rexit, licet in suo tempore assidua tempestate patria turbaretur[b].

1140. Stephanus[c] rex fugavit Nigellum episcopum Heliensem de episcopatu suo, quia nepos episcopi Salesbiriensis erat, a quo incentivum in progeniem eius traxerat. Ubi autem ad natale vel ad pascha fuerit, dicere non attinet; iam quippe curie sollennes, et ornatus regii scematis ab antiqua serie descendens prorsus evanuerant, ingens thesauri copia deperierat, pax in terra nulla, cedibus, incendiis, rapinis omnia exterminabantur; clamor, et luctus, et horror ubique[c]. Obiit comes Ebroicensis Amalricus, et successit frater eius Symon. Obiit Rabellus camerarius, et successit Willermus filius eius. Obiit Henricus comes de Ou, et successit Iohannes filius eius. Obiit Tustanus archiepiscopus Eboracensis, et successit Willermus thesaurarius eiusdem ecclesie. Obiit Audoenus episcopus Ebroicensis in Anglia, et successit Rotrodus vir religiosus, bonis ornatus moribus et dilectus ab omnibus, filius Henrici comitis de Warwic. Gaufridus comes Andegavensis obsedit et postea destruxit in Oximensi pago castellum Fontanetum, munitissimum et arte et natura, quia Rober-
38 tus Marmium, dominus ipsius castelli, tenebat contra eum Falesiam. Henricus[38] fit abbas Fiscannensis, nepos regis Stephani.

1141. 1140. Conradus 3. Ludovicus 3. Stephanus 5.

b. Rex Stephanus Lincolie urbem infra natale obsedit, cuius munitiones ingenio ceperat Rannulfus comes Cestrensis. Seditque ibi rex usque ad purificationem sancte Marie. Tunc namque Rannulfus predictus adduxit secum Robertum filium regis Henrici, socium suum, et proceres multos et milites validissimos, ad obsidionem regis dissolvendam. Cum autem consul validissimus et audacissimus paludem pene intransibilem vix transisset, in ipsa die aciebus dispositis regem bello agressus est. Ipse cum suis, ut vir admirande probitatis, aciem primam construxerat; secundam illi, quos Stephanus
Febr. 2. rex decheredi taverat; terciam Robertus dux magnus cum suis. Rex interea Stephanus curarum exestuans fluctibus, missam in tanta sollennitate audierat. Cum autem de more eorum rege dignum Deo offerens, manibus Alexandri episcopi imponeret, confractus est. Hoc fuit regi signum contricionis. Cecidit etiam super altare pixis, cui corpus Domini inerat, abrupto vinculo, presente episcopo. Hoc etiam fuit regi signum ruine. Proinde rex strenuissimus progreditur, aciesque cum summa securitate bello disponit. Ipse pedes omnem circa se multitudinem loricatorum, equis abductis, strictissime collocavit; consules cum suis in duabus aciebus equis pugnaturos instituit. Sed admodum parve equestres acies ille comparuerant; paucos enim secum fieti et factiosi consules adduxerant. Acies autem regalis maxima erat, uno tantum, scilicet ipsius regis, insignita vexillo. Principium pugne. Acies exheredatorum, que preibat, percussit aciem regalem, in qua consul Alanus et ille de Mellent et Hugo consul de Estangle et Symon comes et ille de Warenna inerant, tanto impetu, quod statim quasi in ictu oculi dissipata est, et divisio eorum in tria devenit. Alii namque eorum occisi sunt, alii capti, alii aufugerunt. Acies cui principabatur consul de Albemarle et Willermus Yprensis percussit Walenses, qui a latere procedebant, et in fugam coegit. Sed acies consulis Cestrensis percussit cohortem predictam, et dissipata est in momento, sicut acies prior. Fugerunt igitur omnes equites regis, et Willermus Yprensis, vir exconsularis et magne probitatis. Alii vero capti sunt, qui fuge non paruerunt. Res mira, nimis a multis miranda! cum rex Stephanus, rugiens ut leo, solus in campo persisteret, nullus ad eum accedere auderet, stridens dentibus, spumans ore, apri more, bipenni quadam crebris pulsans ictibus hostium precipuos, nimis ab omnibus admirabatur. O si centum similes essent, campum diutius defenderent! Cum solus ipse, vix patuit prede. Capitur igitur rex Anglorum Stephanus in die purificationis sancte Marie, et in Lincoliam ab hostibus diruptam miserabiliter introductus est. Dei igitur iudicio circa regem peracto, ducitur ad imperatricem, et in turri de Bristoud in custodia ponitur. Tunc imperatrix ab omni gente Anglorum suscipitur in dominam, exceptis Kentensibus, ubi regina et Willermus Yprensis contra eam pro viribus repugnabant. Suscepta prius est imperatrix a legato Romano Wintoniensi episcopo, et mox a Londoniensibus. Igitur sive subdolorum instinctu, sive Dei nutu, expulsa est a Londoniensibus; et regem tunc in compedibus poni iussit. Post autem dies aliquantos, cum avunculo suo rege Scotorum et fratre suo Roberto viribus coactis veniens, obsedit turrim Wintoniensis episcopi; episcopus autem misit pro regina et Willermo Yprensi et ceteris proceribus Anglie. Factus est igitur utrinque exercitus magnus. Venit tandem exercitus Londoniensis; et acti numerose, qui contra imperatricem contendebant, eam recedere compulerunt. Capti sunt igitur multi. Captus est et Robertus frater imperatricis, in cuius
Nov. turri rex erat, cuius sola captione rex evadere poterat. Absolutus est uterque. Sic rex Dei iustitia miserabiliter captus, Dei misericordia mirabiliter liberatus est. Fuerat autem Robertus captus in die exaltationis sancte crucis. Eodem anno in octavis pasche episcopus Luxoviensis Iohannes subdidit se Gaufrido comiti Andegavensi, et

a) mempre E. b) ab omni — turbaretur *desunt* 8b. *Post haec norum annum incipiunt* 2. 4. 7b. 8d. *atqur Henricus Huntingd., sequentem* Rex Stephanus Lincolie *etc. numerantes* 1141. 4. 4. 6. *et sic drinreps; quod unice verum. At* E. *et cum eo* 8b. *hoc loco in eodem anno pergentes, sequentem* Rex Stephanus Lincolie *etc. numerant* 1140. 3. 3. 5. *et sic porro. Quod quum falsum sit, tamen, quum nurtor ipse codirrm* E. *lustrans errorem non correxerit, nos quoque illum intactum censuimus reliquendum, et margini tantum veros numeros imponendos.* c) Stephanus — ubique *desunt* 7b.

38) de Sully.

Romanorum Francorum Anglorum

redidit ei civitatem, quam aliquantulo contra eum tenuerat. Subditi sunt etiam ei omnes potentes Luxoviensis comitatus. Circa pentecosten obiit predictus Iohannes episcopus. Hic multum episcopalem sedem edificiis et ornamentis accrevit. Urbem quoque, cuius muros Humbertus episcopus propter ecclesiam edificandam destruxerat, menibus ambivit. Successit ei Arnulfus nepos eius, Sagiensis archidiaconus, vir admodum callidus, eloquens, litteratus. Waleranus comes Mellent, qui omnibus Normannie primatibus, et firmitatibus et redditibus et affinibus prestabat, concordiam fecit cum comite Gaufrido Andegavensi, et concessum est ei castellum Montifortis, quod ex tempore mortis Henrici regis possederat. Subliderunt itaque se nobili principi etiam omnes Rothomagi, non cives urbis, sed hi videlicet, qui commanent citra fluvium Sequane usque flumen Risle. Reddita est etiam Falesia comiti Gaufrido Andegavensi. Inceptum est capitulum Becci, tam consilio quam auxilio Roberti Noviburgi.

1141. Conradus 4. Ludovicus 4. Stephanus 6. 1142.

Robertus comes Gloecestrie in estate transfretavit in Normanniam, ducens secum obsides, filios scilicet comitum et magnatum Anglie, qui imperatrici favebant, petentium quatinus illos comes Gaufridus retineret, et ad regnum Anglie subiugandum transfretans se prepararet. Quod comes ad tempus renuit, quia rebellionem Andegavensium et aliorum hominum suorum timebat. Tradidit tamen illi Henricum primogenitum filium suum, ut eum secum duceret. Nec mora, presente comite Roberto obsedit castellum Alnei [39] et cepit. Et maiori exercitu congregato, pergens ad Moritolium, redditum est ei, et Tenechebrai, Cereces, Tiliolum, scilicet quatuor castella propria comitis Moritoliensis. Inde Abrincatenses subdiderunt se eidem duci, et Constantinienses. Rex Francorum Ludovicus afflixit comitem Tebaldum, et vastavit terram suam, maxime in Campania, ubi combuxit castellum optimum, Vitreium scilicet; ubi multitudo maxima diversi sexus hominum et etatis concremati sunt. Innocentius papa interdixit tunc terram dominicam ipsius regis, quia nolebat recipere archiepiscopum Bituricensem; quem tamen postea recepit; et papa absolvit eum de sacramento, quod irrationabiliter fecerat. Ecclesia de Bellomonte datur ecclesie Beccensi. Rex Anglorum Stephanus construxit castrum apud Wintoniam. Tunc superveniens multitudo nimia hostium ex insperato, cum regii milites circuitionibus bellicis incepissent, et non potuissent resistere, regem in fugam compulerunt; multi autem de suis capti sunt. Captus est etiam Willermus Martel dapifer regis, qui pro redemptione sua dedit insigne castellum de Siresburna. Eodem anno rex obsedit imperatricem apud Oxineford, post festum sancti Michaelis, usque ad adventum Domini. In eo quippe termino haud procul a natali recessit inde imperatrix nocte per Tamasim glaciatam, circumamicta vestibus albis, reverberatione nivis et similitudine fallentibus oculos obsidentium. Abiit autem Warengum; et sic Oxineford tandem regi reddita est. Obiit Iohannes imperator Constantinopolitanus, cum nimis intenderet arcum cum sagitta toxicata, adeo ut in manu letaliter vulneraretur. Cui successit Emanuel filius eius. Hunt. VIII.

1142. 5. 5. 7. 1143.

Obiit Ricardus Baiocensis episcopus; cui successit Philippus de Haricuria. Obiit etiam Ricardus Abrincensis episcopus, et successit Ricardus eiusdem ecclesie decanus. Eodem anno comes Andegavensis obsedit Cesarisburgum, donec ei redderetur. Redditum est etiam Vernolium, et vallis Rodulii. Gauterius etiam Gifardus comes, et alii Caletenses, pacem eius adepti sunt. Mense Septembri eodem anno obiit Innocentius papa, et successit Guido de Castello, sancte[a] Romane ecclesie cardinalis, vocatusque est Celestinus, papa 159[us]. Sedit autem 5 menses et 5 dies [10]. Rex Stephanus interfuit concilio Londonie in media quadragesima, quod, quia nullus honor vel clericis vel ecclesie Dei a raptoribus deferebatur, et eque capiebantur et redimebantur clerici et laici, tenuit Vintoniensis episcopus, urbis Rome legatus, apud Londoniam, clericis pro tempore necessarium; in quo sancitum est, ne aliquis, qui clerico manus violenter ingesserit, ab alio possit absolvi, quam ab ipso papa, et in presentia ipsius. Unde clericis aliquantulum serenitatis vix illuxit. Stephanus rex eodem anno Gaufridum de Magnavilla in curia sua cepit apud Sanctum Albanum. Igitur ut rex liberaret eum, reddidit ei turrim Londonie et castellum de Walendene et illud de Plaiseith. Qui carens possessionibus, invasit abbatiam Ramesensem, et monachis expulsis raptores immisit. Erat autem summe probitatis, sed maioris in Deum obstinationis. Wintoniensis episcopus, et postea Cantuariensis archiepiscopus, Romam petierunt de legatione acturi, mortuo iam Innocentio papa. Decessit pie memorie Hugo canonicus Sancti Victoris Parisius, vir religiosus, et admodum tam secularibus quam divinis literis eruditus; relinquens multos libros in monumento sue scientie[b]. Sept. 24. Hunt. VIII.

1143. 6. 6. 8. 1144.

Stephanus rex Lincoliam obsedit, ubi cum munitionem contra castellum, quod vi obtinebat, consul Cestrensis construeret, operarii sui ab hostibus prefocati sunt fere octoginta. Re igitur imperfecta, rex confusus abscessit. Gaufridus consul de Magnavilla regem validissime vexavit, et in omnibus valde gloriosus effulsit. Mense autem Augusti miraculum, iustitia sua dignum, Dei splendor exhibuit. Duos namque, qui, monachis avulsis, ecclesias Dei converterant in castella, similiter peccantes simili pena multavit. Robertus namque Marmium, vir bellicosus, hoc in ecclesia de Conventre perversus exegerat. Porro Gaufridus in ecclesia Ramesensi, ut diximus, scelus idem patraverat. Insurgens igitur Robertus Marmium in hostes, inter suorum cuneos coram ipso monasterio solus interfectus est, et excommunicatus morte depascitur eterna. Similiter Gaufridus consul inter acies suorum confertas a quodam pedite vilissimo solus sagitta percussus est, et ipse vulnus ridens, post dies tamen ex ipso vulnere excommunicatus occubuit. Ecce Dei laudabilis omnibus Hunt. VIII.

a) *post hanc vocem erasum est* Marie. b) Decessit — scientie *in rasura ab alia manu, fortasse Roberti. Desunt* 7[b]. 8[d]. *qui eorum loco habent:* Emmanuel imperator Constantinopolitanus duxit neptem Conradi imperatoris Romanorum, sororem videlicet Friderici, qui eidem Conrado successit.

39) Aulnay. inter Caen et Vire 10) potius 12. nam obiit die 9. Martii 1141.

Romanorum .Francorum Anglorum

Hunt. VIII. sanctis predicanda eiusdem sceleris eadem vindicta. Dum autem ecclesia illa pro castello teneretur, ebullivit sanguis a parietibus ecclesie et claustri, indignationem divinam manifestans, sceleratorum vero exterminationem denuntians. Arnulfus vero filius consulis, qui post mortem patris ecclesiam in castella retinebat, captus est et exulatus. Princeps autem militum ab equo corruens effuso cerebro expiravit. Princeps peditum Rainerius, solitus ecclesias frangere et incendere, demum mare transiens, navis inmobilis facta est. Qui tercio sorte data et sibi sortita, missus est in scapha cum uxore

A. Roth. et pecunia; qui statim deperierunt. Navis vero ut antea peccata sulcavit equora. Gaufridus comes Andegavensis, congregato magno exercitu, post festum sancti Hylarii transiit Sequanam apud Vernum; et metatis castris apud Sanctam Trinitatem de monte Rothomagi, sequenti die, videlicet in festivitate sanctorum Fabiani

Ian. 19. et Sebastiani, receptus est a civibus Rothomagi sollenniter. In ipso tamen suo introitu, et per totum diem usque post nonam, fuit ventus vehementissimus, silvas eradicans et domos prosternens. Reddita urbe, homines comitis Warenne, qui regi Stephano favebant, noluerunt turrem reddere. Obsedit ergo eam comes Gaufridus et Galeranus comes Mellent, et ceteri principes Normannie, qui iam cum duce concordati erant. Factis igitur machinis multis, non potuerunt eam expugnare propter situm loci et ipsius arcis fortitudinem. In illa obsidione mortuus est comes Perticensis Rotrodus, relinquens duos filios parvulos, Rotrodum et Gaufridum[41]. Uxorem vero suam postea Ludovicus rex Francorum dedit Roberto fratri suo. Tandem deficiente alimonia intra arcem Rothomagi obsessis, reddiderunt se et turrem, videlicet Gaufrido antea Andegavensi comiti, iam exinde Normannorum duci. Anno preterito quedam pars eiusdem turris corruerat, ex ea parte videlicet, per quam dux Gaufridus urbem intraverat, cum ei reddita est, et in qua machinas suas posuit ad eandem turrim expugnandam. Ordinatis igitur in turre et urbe, que necessaria fuerunt, dux impiger ad anteriora se extendens, congregato maximo equestri exercitu, non solum suorum, sed etiam amicorum et dominorum — venerat enim comes Flandrensis sororius eius cum 1400 equitibus; venerat et Ludovicus rex Francorum cum copiis suis, — agressus est expugnare castellum Drincurtis, quod adhuc tenebant ei resistendo stipendarii comitis Warenne; qui videntes se ei non posse resistere, reddiderunt predictum castellum, licet inviti. Hugo etiam de Gornaco reddidit castellum de Leons, timens ne comes omnem terram suam exterminaret. Pacificatis itaque omnibus in Normannia, excepto castello de Archis, quod Willermus monachus Flandrensis adhuc tenebat, propter fidelitatem regis Stephani, licet homines ducis Gaufridi illud sine intermissione obsiderent, rediernnt quique in sua. Obiit Iohannes Salariensis episcopus; cui successit Girardus canonicus eiusdem ecclesie, vir iocundus et admodum litteratus. Iste Iohannes rem dignam memoria tempore Henrici regis effecit. Canonicos enim seculares sue aecclesiae regulariter et secundum sancti Augustini institutionem vivere fecit, additis officinis congruentibus et claustro. Hoc idem Iohannes Luxoviensis, avunculus eius, et Gaufridus Carnotensis episcopi temptare in suis ecclesiis voluerunt; sed in ipso conatu defecerunt. Mense

Mart. 9. Martio obiit Celestinus papa; cui successit Girardus civis Bononiensis, canonicus regularis et cancellarius Romane ecclesie et cardinalis tituli ecclesie sancte crucis vel Ierusalem, quod idem est; vocatus postea Lucius II., papa 170[us], qui sedit uno anno.

1145. 1144. Conradus 7. Ludovicus 7. Stephanus 9.

Hunt. Stephanus rex Anglorum prius in agendis circa discursus Hugonis Bigot occupatus fuit; sed in estate Robertus consul et omnis inimicorum regalium cetus castellum construxerant apud Ferendunum; sed rex non segniter viribus coactis advolat, et Londoniensium terribilem et numerosum adduxit exercitum. Assilientes igitur totis diebus castrum, dum Robertus consul et fautores sui copias maiores non procul ab exercitu regis expectarent; gloriosissima probitate, non sine magna sanguinis effusione, ceperunt. Tunc demum regi fortuna cepit in melius permutari, et in sublime protelari. Lincoliensis episcopus iterum Romam pergit, Alexander videlicet; qui cum pape gratia sequenti anno rediens, a suis

42 cum gaudio susceptus est. In estate redditum est castellum Arcense[42] duci Gaufrido, occiso Willermo monacho fortuitu in turre sagitta, qui illi preerat. Eodem anno per proditionem perdiderunt chri-

Ian. 3. stiani in principatu Antiochie civitatem Edessam, que antiquitus dicebatur Rages, a modernis vero Rohaics, et venit in potestatem Saracenorum; occisis christianis, quos ibi invenerunt. Goscelinus enim iunior de Torvaisel, comes ipsius civitatis, tunc aberat. Hoc eodem anno ceperunt homines prius apud Carnotum carros lapidibus onustos et lignis, annona, et rebus aliis, suis humeris trahere ad opus ecclesie, cuius turres tunc fiebant. Que qui non vidit, iam similia non videbit. Non solum ibi, sed etiam in tota pene Francia et Normannia et aliis multis locis, ubique humilitas et afflictio, ubique penitentie et malorum remissio, ubique luctus et contrictio. Videres feminas et homines per profundas paludes genibus trahere, verberibus cedi, crebra ubique miracula fieri, Deo cantus et iubilos reddi. Extat enim de hac re prius inaudita Hugonis epistola Rothomagensis archiepiscopi ad

Ezech. 1,20. Theodoricum episcopum Ambianensem, super hac re scicitantem. Diceres prophetiam impleri: *Spiritus rite erat in rotis.* Gaufridus dux pontem Rothomagi reficit firmissimum. Obiit Lucius

Febr. 25. papa mense Martio; cui successit Bernardus, abbas monasterii sancti Anastasii, quod est extra muros Rome, ubi Innocentius papa, qui quartus ante istum fuerat, abbatiam noviter fecerat de ordine monachorum de Cistelth; et Bernardus abbas de Claravalle, quando illuc misit conventum, hunc prefecerat; maxime quia papa Romanus aliquando antequam ad monachatum iste veniret, ad sacrum ordinem illum promoverat. Erat enim transmontanus, utpote civis Pisensis. Fuit autem ordinatus prima hebdomada mensis Martii, et vocatus est Eugenius, papa 171[us]. Inceptum est caput monasterii Beccensis ecclesie pridie Kal. Augusti, presente pie memorie domno Letardo abbate[a]

a) Inceptum — abbate *desunt* 8[b].

41) et Stephanum BOUQ. 42) Arques.

	Romanorum	Francorum	Anglorum	
1145.	Conradus 8.	Ludovicus 8.	Stephanus 10.	1146.

Rex Stephanus magnum congregans exercitum, castellum construxit inexpugnabile, situm contra Walingefort, ubi Ran- Hunt. VIII.
nulfus comes Cestrensis, iam regi concordia coniunctus, cum magnis interfuit copiis. Dehinc vero consul ipse ad regis curiam cum pacifice venisset apud Norhantone, rex nichil tale metuentem cepit et in carcerem intrusit, donec redderet ei clarissimum Lincolie castellum, quod ab eo dolose ceperat, et cetera quecunque fuerant ditionis sue castella. Sic igitur consul ejectus carcere in liberum constitutus est arbitrium. Visis miraculis, que fiebant in locis religiosis, et afflictione cum humilitate multimoda, carris venientibus; audita etiam conquestione christianorum de sanctis locis venientium super irruptione paganorum, predicatione etiam Bernardi abbatis de Claravalle, viri non contempnendae auctoritatis, cui papa Eugenius iniunxerat hoc officium; commoti Ludovicus rex Francorum, Conradus imperator Alemannorum, Fredericus etiam nepos eius dux Suevorum, Galeramnus comes Mellenti tercius, Willermus de Waremna comes frater eius, Theodericus etiam de Auseis[43] comes Flandrensis, et alii multi magne auctoritatis et dignitatis viri, Franci, Nor- 13
manni, Angli, et de aliis regionibus innumerabiles, non solum milites et laici, sed etiam episcopi, clerici, monachi, crucem in humeris assumentes, ad iter Ierosolimitanum se preparaverunt. Rex autem Francorum, et Robertus frater eius, et Gaufridus comes Mellenti, et alii multi, iuxta Vigeliacum die dominica in ramis palmarum crucem assumpserunt. Tornacensis ecclesia cepit habere proprium pontificem, cum a tempore sancti Eligii sub Noviomagensi episcopo egisset. Dux Gaufridus sarta tecta turris Rothomagensis et castelli, que per obsidionem corrupta fuerant, decenter restaurat. Rex Rogerius Sicilie Tripolitanam provinciam in Affrica super paganos cepit. Inventus est buffo unus inclusus in concavo lapide, in muro Cenomannis civitatis; quo occiso, buffones infra menia exinde fuerunt, cum antea ibi nunquam visi fuissent[a]. Facta est eclypsis solis 5. Kalendas Novem- 14
bris[44].

1146.	9.	9.	11.	1147.

Rex Stephanus ad natale Domini in urbe Lincoliensi diademate regaliter insignitus est, quo regum nullus introire, pro- ib.
hibentibus quibusdam superstitiosis, ausus fuerat. Unde comparet, quante rex Stephanus audatie et animi pericula non formidantis fuerit[b]. Henricus, filius ducis Gaufridi et imperatricis, de Anglia in Normanniam veniens[c], susceptus est a conventu Becci sollempni processione, die ascensionis Domini. Controversia inter monachos Becci et canonicos de Oxineford, pro ecclesia de Bellomonte, Parisius in presentia pape Eugenii terminata est. Eodem anno canonici regulares auctoritate pape Eugenii positi fuerunt in ecclesia sancte Genovefe Parisius, quoniam seculares canonici iniuriam fecerant hominibus pape in quadam processione; et habuerunt idem canonici primum abbatem Henricum, priorem ecclesie sancti Victoris, de qua ecclesia ordinem susceperunt. Ludovicus rex Francorum et regina Alienor, et socii sui, quos super memoravimus, presente papa Eugenio in expeditionem Ierosolimitanam ituri a Parisius recesserunt. Quas tribulationes et miserias in ipso itinere, dum per terram imperatoris Constantinopolitani transierunt, a fame, pestilentia, incursione paganorum, perpessi sunt, non est nostri studii enarrare. Quia enim de rapina pauperum et ecclesiarum spoliatione illud iter ex maiori parte inceptum est, nec in eos, qui se inhoneste habebant, vindicatum est: fere nichil prosperum, nichil memoria dignum in illa peregrinatione actitatum est. Occiso a Sarracenis Raimundo principe Antiochie, remansit uxor eius cum filio parvulo Boemundo tercio et cum filia Constancia[d].

1147.	10	10.	12.	1148.

Pervenerunt christiani quocunque labore ad sancta loca in Ierusalem, et circa Augustum mensem Damascum obsidentes, et dolo Ierosolimitanorum parum proficientes, repedare cicius studuerunt. Meliùs acciderat anno preterito christianis principibus in Hispania. Nam imperator Hispaniarum, cuius imperii caput est civitas Toletum, adiutus a Pisanis et Genuensibus, Almariam nobilissimam urbem 1148.
super paganos cepit. Rex Gallicie, fretus auxilio Normannorum et Anglorum et aliorum multorum,

a) Inventus — fuissent *Robertus ipse scripsit postea, erasis quae primo fuerant in codice* E.: In hac expeditione fuit, et multum profuit, Ricardus de Linghene, miles optimus, qui nuper de Baiocensi comitatu illuc perrexerat, et a rege Rogerio comitatum Andri insule, quam nuper idem rex super imperatorem Constantinopolitanum ceperat, dono acceperat. *Haec habent* 2. 7b. 8d. *quibus illa* Inventus — fuissent *desunt.* b) *Omissis sequentibus* Henricus — ordinem susceperunt 2. *hic addit:* Hoc anno donnus Serlo abbas Savigneii se dedit ordini Cisterciensi, cum omnibus abbatiis ad se pertinentibus, et hoc fecit in manu donni Bernardi abbatis Clarevallensis, in presentia venerabilis pape Eugenii et omnium abbatum Cisterciensis capituli; *alia manus in marg. addit:* Et concessus est ei et successoribus suis prioratus omnium aliorum abbatum post dompnum Cisterciensem et quatuor primos abbates. Et ab eo tempore obtinuit, quod continue sine interrupcione qualibet singulis annis unus erat diffinitorum abbas Savigneii. Et in hac possessione fuit abbas Savigneii anno Domini 1243, videlicet per nonaginta sex annos continue. Nec mirum, si in hoc abbatia Savigneii per consensum capituli honorabatur, que sua conversione ordinem Cisterciensem, tunc temporis substantia tenuem, plurium abbatiarum multitudine adaugens in Domino quam plurimum honoravit, dum zelo religionis suas consuetudines et summ capitulum generale apud Savigneium colebat, consuetum reliquit, ut in humilitate et sancta servitute Cisterciensis ordinis susciperet instituta. Unde bene cavere debent in posterum tam abbas Savigneii quam tota congregatio, ne in grave sui preiudicium istis iuribus suis fraudetur ecclesia Savigneii, nec propter hoc ipsis obici poterit aliquatenus conspiratio. Aliud est enim defendere culpam persone, aliud causam et ius ecclesie sue; ad quod tenetur ex professione, quam facit, cum in abbatem benedicatur aliquis. c) *Omissis sequentibus huius anni omnibus* 7b. *habet:* Obiit pie memorie domnus Hildiernus nonus abbas S. Marie Lire. d) Occiso — Constancia *alia manus, fortasse Roberti, postea addidit. Desunt* 2. 7b.

43) i. e. Alsatia sive Ellesath. 44) potius 7. Kal. Nov. 1147. BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum

1147. qui navali exercitu Ierusalem petebant, Lixebonam urbem Agarenis abstulit, sicut aliam civitatem, Santarein[45] scilicet, anno preterito super eosdem ceperat. Comes etiam Barcinonensis Tortosam urbem eodem anno cepit.

Eodem anno mortuo Ascelino Rofensi episcopo, Tebaldus archiepiscopus Cantuariensis fratrem suum Gauterium archidiaconum Cantuariensem eidem ecclesie subrogavit. Mortuo etiam Rogerio Cestrensi episcopo in itinere Ierusalem, successit ei[45*] Walterius prior, ecclesie Christi Cantuarie. Henricus etiam Murdarch, monachus Cistellensis, fit archiepiscopus Eboracensis. Eugenius papa in quadragesima

1148. concilium congregavit Remis, ad quod venit latenter et contra prohibitionem regis Stephani Tebaldus archiepiscopus Cantuariensis; unde et favorabiliter a papa susceptus est. Mortuo Roberto episcopo Herefordensi, successit Gislebertus abbas Gloecestrie. Willermus etiam de Sancta Barbara, decanus

1146. Eboracensis, anno preterito factus fuerat archiepiscopus Dunelmensis.

1148. 1148. Conradus 11. Ludovicus 11. Stephanus 13.

Circa adventum Domini dux Gaufridus obsedit in comitatu Luxoviensi castellum Roberti Bertranni Fag. et destruxit. Mira miranda Eudonis pseudoprophete et heretici patrata sunt, qui in concilio Remis dampnatus et in turre archiepiscopi retrusus, ut male cepit, ita deperiit. De cuius incantationibus et fantasiis et factis et dictis melius est silere, quam loqui[46]. Rainaldus de Castellione factus est princeps Antiochie, ducta uxore Raimundi principis[a].

1149. 1149. 12. 12. 14.

Obiit sancte recordationis domnus Letardus, sextus abbas Beccensis ecclesie. Vir quidem iste venerabilis Beccensis indigena monachatum suscepit sub donno Willermo abbate venerando, strenueque in eo vivens, laudabilis vite sue cursum virgo senex finivit 6. Nonas Iulii, sabbato infra octavas apostolorum Petri et Pauli, circa 10. horam diei, anno etatis sue 65, monachatus vero 50. Rexit autem abbatiam sibi commissam prudenter, utpote filius religionis et postea pater et pius amator, annis 10 et diebus 23.

Ad patriam, pro qua suspiria tanta dedisti,
Hinc, Letarde pater, carne solutus abis.
In patribus sextus, quoniam perfectus et ipse,
Premia cum patribus percipis ampla tuis.
Iulius a sexto Nonas properabat ad Idus,
Tuque datis septem partibus octo metis[b].

Huic sancto viro successit domnus Rogerius prior secundus, in utroque testamento aprime eruditus, necnon clericali ac seculari scientia decenter ornatus, et ab omni communiter congregatione electus, in ipsis octavis videlicet apostolorum Petri et Pauli; qui benedictus apud Sanctum Wandregisilum in die festivitatis sancti Iacobi apostoli, a venerabili Hugone Rothomagensi archiepiscopo, ab eodem coram conventu Beccensi in sede sua collocatus est; extunc supra gregem sibi commissum pro posse suo die ac nocte decenter invigilans[c]. Magister Vacarius gente Longobardus, vir honestus et iuris peritus, cum leges Romanas anno ab incarnatione Domini 1149 in Anglia discipulos doceret, et multi tam divites quam pauperes ad eum causa discendi confluerent; suggestione pauperum de codice et digesta excerptos novem libros composuit, qui sufficiunt ad omnes legum lites, que

17 in scolis frequentari solent, decidendas, si quis eos perfecte noverit[d. 47]. Eodem anno post pascha obierat donnus Bernardus, abbas Montis sancti Michaelis, monachus Beccensis; qui multum intus et foris idem monasterium emendavit[e]. Dux Gaufridus castellum Monasteriolum[48] in pago Pictavensi obsedit, et fecit ibi tria castella lapidea; et duravit illa obsidio per tres annos, usquequo Berlai[49] dominus castelli reddidit se comiti. Tunc etiam comes turrem et castellum funditus evertit. Eodem

Mart. anno turbo factus est horribilis, subvertens domos, nemora et virgulta confringens, in quo etiam demones in specie turpium animalium pugnasse asseruntur. In festivitate pentecostes David rex Scotorum accinxit armis militaribus Henricum primogenitum filium ducis Gaufridi et neptis sue Matildis imperatricis, qui anno preterito[50] de Normannia in Angliam transfretaverat. Eodem anno

a) Ainaldus (*ita* E.) — principis *in* E. *addit Robertus ipse; desunt* 8d. b) Premia — metis *in rasura scripsit Robertus. Posthaec* 7b. 8d. *addunt:*

Frumenti granum remanens in cespite sanum,
Donec putruerit, crescere non poterit.
Sic nisi nostra caro mortis tangatur amaro,
Percurrens stadium non recipit bravium.
Ergo scire datur, quod non decet ut doleatur,
Si patriam querat, qui peregrinus erat.
Tutet ab eterno Deus hunc miseratus Averno,
Detque sibi regnum celesti lumine plenum
Virgo Dei mater, ne spiritus atterat ater,
Obtineat rogitans regnum sibi luminis optans.

c) vir quidem iste — invigilans *desunt* 8b. d) Magister — noverit *in rasura Robertus.* e) monachus — emendavit *desunt* 8b.

45) Santarem. 45*) a. 1149. teste Gervasio. 46) cf. supra p. 390. 454. 47) cf. Savigny Gesch. des Röm. Rechts IV, c. 36. p. 351. 48) Montreuil-Bellai. 49) Gerardus de Berlai. 50) *anno gratie* 1149. *mense*

Romanorum Francorum Anglorum

circa Augustum rediit Ludovicus rex Francorum de Ierusalem. Fuit hyemps maxima tribus mensibus continua, tam horribilis, ut quidam hominum pre nimio frigoris dolore in membris suis lederentur; qua etiam remansit ex maxima parte vernalis agricultura, et inde subsequta est magna sterilitas. Iterum combustum est monasterium Corbeie[a].

1150. Conradus 13. Ludovicus 13. Stephanus 15. 1151.

Tebaldus comes Blesensis Gaufridum filium ducis Gaufridi armis militaribus decoravit. Everso castro Monasteriolo a duce Gaufrido, obsesso tribus castellis lapideis per tres annos, quod inauditum est post Iulium Cesarem, capto etiam Bellai domino castelli, contra voluntatem et prohibitionem etiam regis Ludovici, facti sunt inimici adinvicem rex et dux Normannie Gaufridus. Iam anno preterito[51] Henricus filius ducis de Anglia redierat, et pater suus reddiderat ei hereditatem suam ex parte matris, scilicet ducatum Normanie. Facta itaque discordia inter regem et comitem, venit rex cum magna milicia, et Eustachius filius regis Stephani cum eo in Normanniam ante castellum Archas. Affuit ibidem Henricus econtra dux Normannorum, cum admirabili exercitu Normannorum, Andegavensium, Britonum; sed principes exercitus eius, qui maturiores eo erant et consilio et etate, non permiserunt, ut cum rege domino suo congrederetur, nisi amplius illum in aliquo quam antea fecerat, opprimeret. Eodem anno, paulo ante, idem dux obsederat castellum Torinneium, sed propter adventum regis infecto negotio discesserat; combustis tamen domibus infra muros usque ad turrem et parvum castellum circa eam. Gaufridus comes Andegavensis cepit castellum de Nube super Robertum comitem Perticensem, quod anno preterito perdiderat per traditionem Iohannes filius Willermi Talevaz. Unde rex Ludovicus iratus, et Robertus frater eius, congregato ingenti exercitu, venerunt usque Sagium civitatem Willermi Talevaz, et eam combuxerunt. Iterum rex Ludovicus congregans exercitum de omni potestate sua, mense Augusti fecit illum deduci super ripam Sequanc, inter Mellentum et Medantam[52]. Nec segnius Gaufridus comes Andegavensis et Henricus filius eius, dux Normannie, suas catervas ordinantes, in margine ducatus Normannie sua defensuri consedерunt. Interim, credo dispositione divina, que videbat, negotium illud non posse finiri sine multa effusione humani sanguinis, si uterque exercitus hinc inde conveniret, rex Ludovicus in civitate Parisius acuta febre interceptus, lecto prosternitur. Hac de causa sapientibus viris ac religiosis intercurrentibus, ex utraque parte dantur et accipiuntur inducie, donec rex convalesceret. Quo convalescente, Dei misericordia serenitas pacis refulsit; reddito Geraldo Berlai, pro quo in maxima parte discordia erat, et rege assumente hominium Henrici ducis de ducatu Normannie. Cum igitur a civitate Parisius uterque, scilicet pater et filius, leti discessissent, et dux Henricus iussisset congregari omnes obtimates Normannie apud Luxovias in festo exaltationis sancte crucis proxime venturo, quatinus de itinere suo in Angliam cum eis tractaret: apud castrum Ledi[53] pater eius pluribus diebus gravi febre vexatus, viam universe carnis ingressus est, 7. Idus Septembris, vir magne probitatis et industrie, suis indefinite plangendus. Hic solus omnium mortalium intra muros civitatis Cenomanice sepultus est; conditus est enim in ecclesia sancti Iuliani, ante crucifixum. Aug. 26.

Huic Deus eternum tribuat conscendere regnum,
Quatinus angelicis turmis conregnet in evum.

Hic ante mortem Henrico duci Normannie, primogenito suo, concessit comitatum Andegavensem; Gaufrido vero secundo filio dedit quatuor castella. Eodem anno mortuus fuerat Sigerius abbas Sancti Dionisii, qui idem monasterium ornamentis, possessionibus et edificiis plurimum auxerat. Successit ei Odo monachus eiusdem loci, qui anno preterito fuerat abbas constitutus in ecclesia Compendii, quando rex monachos Sancti Dionisii ibidem posuerat. Decessit etiam Algarus episcopus Constantiensis, vir admodum religiosus, qui canonicos regulares posuit in ecclesia sancti Laudi de Constantia, et in ecclesia sancti Laudi Rothomagensis, et in ecclesia de Cesarisburgo. Cui successit Ricardus decanus Baiocensis. Fames pene inaudita tempore preterito, mortalitas, sacer ignis, humanum genus et maxime pauperiores admodum vexat. In adventu Domini inundaverunt flumina ultra solitum, deicientia pontes etiam lapideos et domos vicinas. Terremotus factus est in nocte festivitatis sancti Nicholai. Henricus dux Normannie receptus est in pace ab Andegavensibus, fidelitatem sibi facientibus; et sic factus est dux Normannorum et comes Andegavensium. 1152. Ian. 13.

1151. 14. 14. 16. 1152.

Obiit venerabilis comes Tebaldus Blesensis, nepos regis Henrici et frater Stephani Anglorum regis, princeps magne sanctitatis et largitatis in pauperes. Huic successerunt tres filii sui. Henricus primogenitus habuit comitatum Tricassinum et Campaniensem, et quicquid pater eius habuerat trans Sequanam; Tebaldus filius secundus comitatum Carnotensem, Blesensem, pagum Dunensem; Stephanus tercius filius honorem Sincerii[54] in pago Bituricensi. Eodem anno obiit Conradus imperator Romanorum, qui successerat Lothario, nepos Henrici IV. mariti imperatricis. Hic nunquam fuit Rome coronatus; ideo non recte vocatur imperator, sed rex Alemannorum. Huic successit Fredericus nepos eius, Ian. Mart. 15

a) Obiit Henricus Filgeriarum dominus, in ecclesia Savigneii factus monachus *add.* 2.

Maio mediante, dicit Gervasius Dorobernensis. Illud tamen dubium non est, Henricum arma accepisse a. 1149. 51) *anno gratie* 1150. .... *in principio mensis Ianuarii,* dicit Gervasius Dorobernensis. 52) Mantes. 53) St. Germain en Laye. 54) Sancerre. BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum

1152. dux Suevorum. Orta simultate inter regem Francorum Ludovicum et uxorem eius, congregatis religiosis personis in quadragesima apud Balgenceium, dato sacramento coram archiepiscopis et epi-
Mart 18. scopis, quod consanguinei essent, separati sunt auctoritate christianitatis. Post clausum pascha Henricus dux Normannorum et comes Andegavensis, apud Luxovias congregatis comitibus Normannie et aliis primoribus, de itinere suo in Angliam cum illis tractavit. Venerat enim in quadragesima pro eo Rainaldus avunculus eius, comes Cornubie. Circa pentecosten Henricus dux Normannie, sive repentino sive premeditato consilio, duxit Alienor comitissam Pictavensem, quam paulo ante rex Ludovicus propter consanguinitatem dimiserat. Quo audito rex Ludovicus commotus est contra eundem ducem. Habebat enim duas filias de ea, et ideo nolebat, ut ab aliquo illa filios exciperet, unde predicte filie sue exhereditarentur. Post festivitatem sancti Iohannis cum dux Henricus esset apud Barhefluvium[55], et vellet transire in Angliam cum manu armata, convenerunt in unum Ludovicus rex Francorum, Eustachius filius Stephani regis Anglorum, Robertus comes Perticensis, Henricus comes Campaniensis, filius Thebaldi comitis, Gaufridus etiam frater ducis Normannie, ut ei Normannie et Andegavi comitatum et ducatum Aquitanie, quem cum uxore sua acceperat, immo et omnem terram suam
56 auferrent, quam etiam inter se hi quinque diviserunt. Hac re cognita, audita etiam obsidione Novi-mercati[56], ubi omnes predicti principes convenerant, excepto Gaufrido fratre suo, qui eum in Andegavensi comitatu pro posse impugnare debebat, 17. Kalend. Augusti dux Henricus recessit a Barbefluvio, castello scilicet pro viribus subventurus obsesso. In ipsa nocte fulgor nimius, et postea quasi dracho ingens visus est in celo discurrere ab occidente in orientem. Interim dum dux ingentem exercitum electorum militum et peditum contraheret, redditum est castellum fraude observantium, quasi esset vi preceptum. Et dux Henricus, quem etiam omnes fere Normanni existimabant omnem terram suam in brevi amissurum, sapienter se habens, sua viriliter defendendo ab omnibus, etiam ab inimicis laudatus est. Circa vero finem mensis Augusti collocatis militibus ad custodiam Normannie, ipse in Andegavensem comitatum pergens, tandiu fratrem suum Gaufridum afflixit, donec cum eo concordatus est. Inde datis induciis inter eum et regem, preparavit se ad transfretandum in Angliam; in qua re potest admirari audatia eius.

Eodem anno cuidam in somnis dictum est, ut manus suas et pedes truncaret, et sic salvus fieret. Qui dum hoc faceret, expiravit. Michael monachus Becci factus est abbas Pratelli, in festivitate sancti Thome apostoli[a]. Eugenius papa Iohannem Romane ecclesie cardinalem presbiterum, cognomento Paparo, destinavit legatum in Hiberniam[57], cum quatuor palliis, quorum unum dedit episcopo Dunelme, et tria reliqua tribus aliis episcopis eiusdem insule; subiciens unicuique eorum, qui pallia acceperunt, quinque alios episcopos. Et hoc factum est contra consuetudinem antiquorum et dignitatem Cantuariensis ecclesie, a quo solebant episcopi Hibernie expetere et accipere consecra-
Mart. 3. tionis benedictionem. Eodem anno mortua est Matildis uxor Stephani regis Anglorum[b]. Iohannes monachus Sagiensis fit secundus episcopus insule Man, que est inter Angliam et Hiberniam, propinquior tamen Anglie, quam Hibernie; unde et episcopus eius subiacet archiepiscopo Eboracensi. Primus ibi fuerat episcopus Wimundus monachus Saviniensis; sed propter crudelitatem suam expulsus fuit et privatus oculis. Mortuus est Willermus episcopus Dunelmi. Mortuus est etiam Radulfus de Parrona, comes Viromandorum, relinquens parvulum filium nomine Hugonem, et unam filiam sub tutela Galeranni comitis Mellenti, nepotis sui. Hos infantes susceperat ex uxore sua iuniore, filia Willermi ducis Aquitanorum. Primogenitam namque Ludovicus rex Francorum duxerat, ex qua genuit duas filias. Moritur nichilominus Henricus filius David regis Scotorum. Moritur et iunior Willelmus de Romara, superstite adhuc Willermo patre suo, relinquens duos filios natos ex sorore Wil-
1151. lermi comitis de Albamarla. Anno superiore fuit vindemia rara et valde sera; unde et vinum nimis carum et duri saporis fuit[58]. Hoc autem anno fuit vindemia temporanea; sed vinum carius quam anno preterito; idcirco fiebant vulgo etiam in Francia taberne cervisie et medonis, quod nostra memoria in retroactis temporibus non fuit auditum[c]. Gaufridus Artur, qui transtulerat historiam de regibus Britonum de Britannico in Latinum, fit episcopus Sancti Asaph in Norgualis. Sunt itaque hodie in Gualia quatuor episcopatus, in Anglia decem et septem. In octo eorum sunt monachi in epi-

a) Michael — apostoli *desunt* S^{b}. b) *Hic* 2. *addit:* Hoc anno institutum est in capitulo Cisterciensi, ne aliquam novam abbatiam sine maiori consilio construerent, quia numerus earum, que constructae erant de illo ordine, usque ad quingentas fere abbatias processerat. Post huius anni capitulum domnus Serlo abbas Savigneii apud Claramvallem remansit, curam abbatiae suae volens relinquere, ex hoc sibi et ecclesiae putans consulere. Et quia hoc tamdiu desideraverat et quaesierat, utpote amator sanctitatis et quietis, ut inquietudines et vanas exaltationes refugeret, visum est Bernardo abbati de Claravalle, ut eius petitioni assentiret, si tamen monachi Savigneii consentirent. Misit ergo Philippum priorem suum, qui suasit eis, ut cederent et alium abbatem eligerent. At illi dixerunt, consilium abbatum, qui de illa domo exierant et citra mare erant, super hoc se velle habere. Convenientes igitur abbates habuerunt consilium, dominum Serlonem se nolle dimittere. Et tamen quia de reditu eius dubitabant, duas alias venerabiles personas elegerunt, ut vel unam earum haberent. Sed ambe renuerunt. Nolens ergo Bernardus abbas omnino desolatos esse monachos Savigneii, remisit eis dominum Serlonem, ut dominum conservaret, donec ipse illuc veniret, et ut tam ipsi quam domni consuleret. *Al* 7^{b}. *addit:* Deposito Vincentio abbate Castellionensi, subrogatur Silvester, monachus Lirae, vir venerande simplicitatis. c) Anno — auditum *desunt* S^{b}.

55) Barfleur, non procul a Cherbourg. 56) inter Gournai et Gisorz. 57) a. 1150. 58) cf. supra p. 396.

Romanorum Francorum Anglorum

scopalibus sedibus — hoc in aliis provinciis aut nusquam aut raro invenies; sed ideo in Anglia reperitur, quia primi predicatores Anglorum, scilicet Augustinus, Mellitus, Iustus, Laurentius, monachi fuerunt — in aliis octo episcopalibus sedibus canonici seculares; in una canonici regulares. Eodem anno Iohannes Romanus, qui fuerat monachus a puero Sancti Sabe, et post abbas Sancte Marie in Capitolio Romano, et relicta eadem abbatia factus fuerat monachus Becci, perrexit Romam, et inde rediens caput beati Felicis martyris, socii sancti Audacti, attulit secum, et gratuito dedit illud ecclesie Becci. Pullulante pernitiosa doctrina Henrici heretici, maxime in Guasconia, suscitavit Dominus spiritum puelle iunioris in illa provincia ad eandem heresim confutandam. Per triduum namque in unaquaque septimana iacebat absque voce, sensu, et etiam absque flatu; et rediens postmodum ad se, dicebat beatam Mariam orare pro populo christiano, et beatum Petrum docuisse se orthodoxam fidem. Exinde de fide nostra sapienter et catholice disserebat; et precipue heresim Henrici convincens, plurimos ab eo seductos ad sinum sancte matris ecclesie revocabat.

Tradita, ut predictum est, munitione Novimercati Ludovico regi Francorum, idem rex exercitum Iul. 16.
suum usque Calvummontem[59] revocavit. At Henricus dux Normannie, collecta non minima manu electorum militum et peditum, castrametatus est iuxta fluvium Andelle; ubi residens aliquandiu afflixit illam partem Wilcasini, que est inter Andellam et Ittam flumina, que ad ducatum Normanie pertinet. Sed Gaufridus comes Andegavorum post mortem Henrici regis Anglorum concessit eam ad tempus Ludovico regi Francorum, sicut et multa alia de dominicis terris ducatus Normannie concesserat quibusdam magnatibus eiusdem provincie, ut eos faceret hoc modo promptiores ad ferendum sibi auxilium in subiciendo sue ditioni predictum comitatum. Cotidie itaque dux Henricus in eam populatores mittebat ad querendum victualia hominibus et iumentis sui exercitus; destruxit etiam ibi et igni tradidit castellum Bascheriville, et duo alia castella Chitreium et Stripinneium combussit. Hoc idem significante fumo Francis, qui ex altera parte Itte fluminis castra posuerant, nec aliquid suis auxilium ferentibus, munitionem etiam Hugonis de Gornaco, quam Feritatem[60] nominant, assultu capiens 60
igni tradidit, excepta turre, que in alto monte sita est. Denegabat enim idem Hugo predicto duci debitum famulatum, et inimicos eius extra castrum Gornaci fovebat. Mediante autem mense Augusti, Ludovicus rex exercitum suum fecit transire Sequanam apud Mellentum; quod dux audiens, et ipse copias suas per pontem Vernonis traducens, concito gradu cum aliquantis expeditis militibus ad Vernolium, ad quod regem festinare ab exploratoribus audierat, tendebat. Cum subito Willermus de Paccio mandavit ei, quatinus Paceium[61] rediret, ad quod rex cum exercitu maximo veniebat. Ille 61
impiger et nescius more in subveniendo suis, retroacto capite equi tanta festinatione cum sociis remeavit, ut antequam Paccium pervenirent, plurimi equorum suorum aut mortui aut pene mortui in via remanerent. Audito ducis adventu rex maturiore consilio usus, noluit terram eius intrare; sed ipso die Medantum rediit. Dux vero vocatus a Gisleberto de Tegulariis, combuxit Brueroles castrum Hugonis de Novo castello, et alteram quandam munitionem, Malculfivillam cognominatam, sitam in Dorcasino pago. Exinde rediens in Normanniam, et affligens Richerium de Aquila, qui hostibus eius subsidium ferebat, coegit eum de pace tenenda obsides dare, et munitionem Bomolini, ubi raptores et excommunicatos receptabat, igni tradidit. Circa vero finem Augusti collocatis militibus ad custodiam Normannie, ipse in Andegavensem comitatum pergens, obsedit munitionem Montis Sorelli, ubi iugi obsidione coartans inclusos, Willermum dominum ipsius castri, qui partes fratris sui iuvabat, cum aliis pluribus militibus cepit. Hoc itaque infortunio et aliis pluribus Gaufridus frater eius coactus est cum illo reconciliari. Interea rex Francorum de absentia ducis nactus oportunitatem, instigante eum maxime comite Roberto fratre suo, qui duxerat relictam Rotronis comitis Moritonie, et cui idem rex
dederat castrum Dorcasinum[62], partem Burgi Tegulariensis, et quendam vicum castri Vernolii, voraci- 62
bus flammis tradidit. Castrum etiam Nannetiscurtis apparatu bellico cingens, nichil ei nocuit. Paucis exinde diebus evolutis, datis induciis inter regem et ducem, dux preparavit se ad transfretandum; sed antequam transiret, rex fecit reddere Treguas. Nichilominus tamen dux propositum transfretandi deserens, auram ad transcundum aptam iuxta navalia operiebatur; in quo potest animadverti probitas et audatia eius.

In capitulo Cisterciensi statutum est, ne amplius aliquam novam abbatiam construerent, quia numerus abbatiarum de illo ordine usque ad quingentas fere abbatias processerat. Mortuo Conrado imperatore Romanorum, ut predictum est, successit Fredericus nepos eius. Eugenius papa fecit transferri de Greco in Latinum librum Petrum Damasceni[a].

1152. Fredericus 1. Ludovicus 15. Stephanus 17. 1153.

Henricus dux Normannorum infra octavam epiphanie transiit in Angliam cum 36 navibus. Facta est eclipsis solis 7. Kalend. Februarii circa 8. horam, luna 27. Dux Normannorum obsidens castrum munitissimum Mammesberii, et homines regis Stephani in eo, ad deditionem coegit; licet idem rex cum Ian.
pluribus milibus armatorum in proximo esset. Obiit Gislebertus[63] filius Ricardi, et sepultus est apud Claram in cella, quam Gislebertus avus eius dederat monachis Becci. Successit autem ei Roge-

a) Eugenius — Damasceni *in* E. *alia manus addit, eadem quae ad a.* 1128. *Desunt* 7b. 8d. *neque vero* 8b.

59) Chaumont, prope Gisorz. 60) La Ferté. 61) Pacy, ad fl. Eure. 62) Dreux. 63) de Clara, filius Ricardi de Bienfaite.

Romanorum Francorum Anglorum

rius frater suus. Post octavam pasche Ludovicus rex Francorum cum magno exercitu summo mane veniens de Medanta ad Vernonem, burgum extra muros positum combuxit, et villam optimam et vinearum fertilem; quam Longam villam nominant. Irritaverat enim iram eius Ricardus filius Willermi de Vernone, non veritus depredari mercatores in conductu ipsius. Gondrada comitissa Warvicensis eiecit custodes regis Stephani de munitione civitatis Warvic, et tradidit eandem munitionem Henrico duci Normannorum. Mortuo Rogerio comite Warvicensi, successit ei Henricus filius suus, natus ex Gondreda sorore uterina Gaufridi comitis Mellenti. Mortuo etiam Symone comite Huntedonie, successit ei Simon filius eius, quem genuerat ex filia Roberti comitis Legecestrie. Decessit etiam David rex Scotie, vir admodum religiosus, et successerunt ei duo sui nepotes, quos Henricus filius eius, qui anno superiore obierat, ex filia Willermi comitis de Warenna, sorore videlicet uterina Gaufridi comitis Mellenti, genuerat. Primogenitus horum, scilicet Melcomus, regnum Scotie adeptus est; frater eius Willermus comitatum Lodonensem[a]. Mense Iulio, 7. Idus eiusdem mensis, viam universe carnis ingressus est venerabilis memorie Eugenius III. papa, vir admodum religiosus, in elemosinis largus, in iudiciis iustus, omnibus tam pauperibus quam divitibus affabilis et iocundus; ad cuius tumulum, qui ei in ecclesia beati Petri venerabiliter factus est, miracula post transitum eius statim apparuerunt. Iul. 9. Successit ei Conradus Sabinensis episcopus, apostolice sedis in urbe dumtaxat in agendis episcopalibus, dum papa deest, ex antiqua consuetudine, pro dignitate loci sui vicarius, qui erat natione Romanus, vir grandevus et apud Romanos auctoritate preclarus, exinde vocatus Anastasius IV, papa videlicet 172us.

Henricus dux Normannorum obsedit castrum Cravemense, quod rex Stephanus fecerat haud procul a Warengefort, quatinus milites ducis, qui in predicto castro erant, a transitu pontis Tamisie prohiberet. Capto pro maiori parte castello Cravemense, cum rex Stephanus illo appropinquaret cum non nimio apparatu bellico, ut suis secundum condictum subveniret, dux intrepidus, nec deserens obsidionem, acies e regione contra regem pugnaturus ordinavit. Verum intercurrentibus religiosis personis, et secreto cum summatibus, qui in exercitu ducis erant, tractantibus, ad hunc finem res deducta est, ut datis quinque dierum induciis, rex Stephanus proprium castellum quod obsidebatur everteret, eductis tantum 80 militum suorum, qui supererant; nam dux in quadam turre lignea 20 milites iam ceperat, exceptis 60 sagittariis, quos decapitari fecerat. Hanc conditionem cum dux cognovisset, licet sibi magno honori esset, graviter tulit, et in hac dumtaxat parte de infidelitate suorum, qui eandem conditionem interpositione sue fidei firmaverant, conquestus, ne fidem illorum irritam faceret, predictum pactum concessit. Soluta est itaque obsidio, que circa Walingefort ordinata fuerat, rege Stephano Cravemense subvertente. Nam anno preterito familia ducis Henrici, que Walingefort incolebat, non solum castrum Bretewelle, quod diu eos impugnaverat, verum etiam castellum, quod rex etiam Stephanus contra ius et fas erexerat apud abbatiam Radingis, pessumdederat. Exinde dux Henricus cum 300 militibus obviavit Willermo de Guerceio presidi Oxinefordensi, et Ricardo de Luceio, et Willermo Martello, et sociis eorum venientibus in terram suam, et fugavit eos usque Oxinefort, et cepit ex eis 20 milites; predam autem innumerabilem, quam velites et levis armature viri, qui eum prosecuti fuerant, ex circumiacente regione congregaverant, iussit eis reddi quorum fuerat, dicens, se non ad hoc ut raperet, sed ut a rapina potentum populum pauperum liberaret, venisse. Dux Normanie cepit castrum munitissimum et divitiis opulentum et cuiusdam comitatus capud, scilicet Stanfort. Circa finem Iulii mensis Lodovicus rex Francorum, congregans maximum exercitum ex omni potestate sua, obsedit castrum Vernonis fere per 15 dies. Cumque nichil proficeret nec crebris assultibus nec diversis machinis, et comes Morinorum, quos moderni Flandros nominant, in cuius multiplici militia rex maxime confidebat, vellet discedere, ne predictus rex inglorius recederet, si omnino nichil profecisset, egit secretis conventionibus et promissis cum Ricardo de Vernone, ut saltem vexillum eius in turre levaretur, et eadem turris Goello filio Baldrici custodienda committeretur, qui utrique, regi scilicet et Ricardo, beneficio casamenti obnoxius erat. Mense Septembri rex Francorum cum paucis veniens, et quasi latenter, combuxit quandam partem burgi Vernolii.

Mortuo Willermo de Paccio absque liberis, redditum est castrum Paccii Roberto filio Roberti comitis Legecestrie, quia pertinebat ad honorem Britolii[64], unde ille erat legitimus heres ex parte matris sue. Discordia inter Symonem comitem Ebroicensem et filios Ascelini Goelli, scilicet et Willermum Lupellum et Rogerium Balbum; qua invalescente, predictus comes fere totam terram eorum depopulatus est, absque firmitatibus[65]. Nonis Augusti facto tonitruo magno circa occubitum solis, fulmen cecidit Becci in summitate camini cuiusdam camere site super preterfluentem aquam; et dividens eundem caminum, mediam partem eius deiecit, reliqua medietate stante[b]. Mulier quedam religiosa de provincia Lothariensi, habens spiritum prophetie, misit litteras capitulo Cisterciensi valde obscuras et quasi per integumentum loquentes; in quibus tamen poterat animadverti, quod aliquantulum et teporem ordinis et frigus notaret caritatis. Hec predixerat Eugenio pape, quod circa octavum

a) *Hic* 2. *addit:* Anno presenti post pentecosten venit Savigneium donnus Gotsuinus abbas Cistercii, donnumque Serlonem secum reduxit; et electus est in abbatem Savigneii donnus Ricardus de Curceio, eiusdem ecclesie monachus, qui in eadem abbatia in prudentia et honestate ab adolescentia excreverat, atque in ea diu prior extiterat. *et paulo post:* Obiit et Gotsuinus quintus abbas Cisterciensis, cui successit Lambertus abbas. b) Nonis — stante *desunt* 8^b.

64) Bretenil, inter Evreux et Moulins. 65) i. e. exceptis castellis.

Romanorum Francorum Anglorum

annum sui sacerdotii et pacem habiturus esset et vite finem. Tercius Balduinus rex Ierosolimitanus, gratia Dei precurrente, diu obsidens civitatem Ascalonem, tandem cepit eam, et dedit eam Amalrico fratri suo, comiti Ioppensi. Rogerius rex Sicilie per ammiralios suos cepit Tonitam [66], urbem maximam in Affrica. Mortuo Ricardo episcopo Abrincensi in itinere Rome, cum illuc perrexisset causa altercationis duorum electorum abbatie Montis sancti Michaelis, Herbertus capellanus ducis Normanie factus est episcopus predicte sedis. Mense Augusti, circa octavas sancti Laurentii, moritur Eustachius filius Stephani regis Anglorum, quia predatus fuerat, ut quidam dicunt, terram sancti Edmundi regis et martiris in ipsa festivitate sancti Laurentii. In eisdem octavis nascitur filius Henrico duci Normannie ex uxore sua Alienor comitissa Pictavensi. Vocatus est idem puer Willermus, quod nomen quasi proprium est comitibus Pictavorum et ducibus Aquitanorum. Venerabilis Bernardus primus abbas Clarevallis, vir admirande religionis et doctrine efficacis, humane vite satisfecit moriendo 14. Kalendas Septembris, relinquens sapientie sue plurima documenta, maxime in commentariis in cantica canticorum. Cui successit Robertus Flandrita, qui erat abbas Dunensis. Decessit nichilominus Henricus Murdac archiepiscopus Eboracensis, monachus Cisterciensis. Aug. 10.

Stephanus rex Anglorum et Henricus dux Normannie, cognatus eius, 8. Idus Novembris, iusticia de celo prospiciente, concordati sunt hoc modo. Rex prius recognovit in conventu episcoporum et comitum et reliquorum obtimatum hereditarium ius, quod dux Henricus habebat in regnum Anglie. Et dux benigne concessit, ut rex tota sua vita, si vellet, regnum teneret; sic tamen, ut in presentiarum ipse rex et episcopi et ceteri potentes sacramento firmarent, quod dux post mortem regis, si ipse eum superviveret, pacifice et absque contradictione regnum haberet. Iuratum est etiam, quod possessiones, que direpte erant ab invasoribus, ad antiquos et legitimos possessores revocarentur, quorum fuerant tempore Henrici optimi regis; de castellis etiam, que post mortem predicti regis facta fuerant, ut everterentur; quorum multitudo ad 375[a] summam excreverat. Ranulfus comes Cestrie moritur, relinquens successorem sui honoris Hugonem filium, natum ex filia Roberti comitis Gloecestrie. Robertus de Monteforti cepit avunculum suum Gualerannum comitem Mellenti, in colloquio condicto haud procul a burgo Bernai. Obsesso castro Orbec [67] ab hominibus comitis Gualeranni, in quo idem comes tenebatur, tandem comes liber dimissus est, reddita prius predicto nepoti suo turre de Monteforti.

1153. Fredericus 2. Ludovicus 16. Stephanus 18. 1154.

Ludovicus rex Francorum duxit uxorem filiam Anforsi regis Hispaniarum. Caput regni huius regis civitas est Toletum; quem, quia principatur regulis Arragonum et Gallicie, imperatorem Hispaniarum appellant. Waleramus comes Mellenti, obsidens castrum Montisfortis, fugatus est ignominiose a nepote suo Roberto, eversis duobus castellis, que ipse prope Montemfortem erexerat. Rogerius rex Sicilie moritur 4. Kalendas Martii; huic successit Willermus filius suus, quem pater ante mortem suam sublimatum in regem consortem regni fecerat. Hic duxit filiam regis Navarrorum Garsie, sororem scilicet Sancii iunioris; et suscepit ex ea filium primogenitum, nomine Rogerium. Mortuo, ut predictum est, Henrico archiepiscopo Eboracensi, Anastasius papa restituit in eandem sedem Willermum, donans ei pallium, et consecrans Rome in presentia eius Hugonem de Puisat episcopum Dunelmi, nepotem Stephani regis Anglorum. Hunc Willermum Eugenius papa decessor Anastasii deposuerat. Circa pascha Henricus dux Normannorum transfretavit in Normanniam, et cepit revocare paulatim et prudenter in ius proprium sua dominica, que pater suus, urgente necessitate, primoribus Normannie ad tempus concesserat. Inde profectus in Aquitaniam, rebellionem quorundam repressit. Willermus archiepiscopus Eboracensis reversus in Angliam, dum divina misteria consummat, hausto in ipso calice, ut aiunt, veneno, moritur. Cui successit Rogerius de Ponte episcopi, archidiaconus Cantuariensis[b].

Mense Maio, 6. Kalendas Iunii, feria 5. infra octavas pentecostes, monasterium beati Michaelis de Periculo maris post tribulationem, quam per quinquennium fere iugem passum fuerat, Deo miserante aliquantulum respiravit, electo unanimiter ab omni conventu Roberto de Torinneio, priore claustrali Beccensis monasterii. Eodem mense dux Henricus rediens de Aquitania, Rothomagi in die festivitatis sancti Iohannis Baptiste gratanter assensum prebuit predicte electioni, quam archiepiscopus Rothomagensis Hugo, vir summe religionis et industrie, cum imperatrice matre ducis antea ut presentes libentissime confirmaverant. Sequenti vero mense, in festivitate sancte Marie Magdalene, predictus electus benedictus est in abbatem apud Sanctum Philibertum de Monteforti ab Herberto episcopo Abrincatensi et Girardo Sagiensi, presentibus abbatibus Rogerio Beccensi, Michaele Pratellensi, Hugone de Sancto Salvatore Constantini. Mense Augusto concordati sunt Ludovicus rex Francorum et dux Normannorum Henricus hoc modo. Rex reddidit ei duo castella, Vernum et Novum mercatum; et dux dedit ei duo milia marcarum argenti pro resarciendo dampno, quod rex passus fuerat in capiendo, muniendo, tenendo easdem firmitates. Reinaldus de Castelliolo factus princeps Antiochie,

a) *numerus erasus est in* E. b) *Post haec in* E. *alia manus, incertum an Roberti, inter hanc lineam et sequentem inseruit numeros* III. XVII. XIX. MCLIIII. *eademque sequens vocabulum* Mense *in rasura scripsit. Reliquis omnibus hi numeri desunt, quod unice rectum. Abhinc igitur, his omissis, chronologia codicis* E, *inde ab a.* 1140. *turbata, restituitur. Sequentia* Mense — Constantini *desunt* S[b].

66) Tunis. 67) inter Lisieux et L'Aigle.

Romanorum Francorum Anglorum

ducta Constantia relicta Raimundi principis, quem Turci eodem anno, quo rex Francorum Ludovicus de Ierusalem rediit, occiderant, contra eosdem Turcos viriliter agens, tria castella illis abstulit, que fuerant christianorum. Circa Kalendas Octobris Henricus dux Normannorum, sopita adversa valitudine, Deo miserante, qua periculose laboraverat, accitus a rege Francorum cum exercitu perrexit in Wilcasinum, et pacificavit cum rege Goscelinum Crispinum. Inde rediens, obsedit Torinneium fere per 15 dies, incipiens ibi tria castella. Reddito castello, et pacificato Ricardo filio comitis, qui illud municipium tenuerat, audito veridico nuntio de morte Stephani regis Anglorum, locutus cum matre sua imperatrice, convocatisque fratribus suis, Gaufrido et Willermo, et episcopis et optimatibus Normannie, venit Barbefluvium, et ibi per unum mensem expectavit ventum oportunum ad transfretandum. Obierat enim 8. Kalendas Novembris Stephanus rex Anglorum; cuius corpus tumulatum est in monasterio Fas-
68 sehan [68], quod Matildis uxor eius edificaverat, ubi ipsa et filius eius primogenitus Eustachius sepulti sunt. Interim pax summa erat in Anglia, timore et amore Henrici ducis, quem omnes venturum et regem futurum non dubitabant.

Obiit 6. Kalendas Decembris Anastasius papa Romanus; et successit ei Nicholaus episcopus Albanensis, papa videlicet 173us, vocatus Adrianus IV, vir quidem religiosus et natione Anglicus, qui prius fuerat abbas canonicorum regularium Sancti Rufi in Provincia, sed ab Eugenio predecessore suo factus fuerat episcopus Albanensis [a]. Moritur etiam Gislebertus episcopus Pictavensis, vir religiosus et multiplicis doctrine, qui psalmos et epistolas Pauli luculenter exposuit. Ludovicus rex Francorum gratia orationis perrexit ad Sanctum Iacobum de Gallicia, et ab imperatore Hispaniarum socero suo favorabiliter in Hispania susceptus est. Henricus dux Normannorum 7. Idus Decembris in Angliam transfretans, cum magno tripudio clericorum et laicorum exceptus est. 13. Kalendas Ianuarii, die dominica ante nativitatem Domini, apud Westmonasterium ab omnibus electus et in regem unctus est a Theobaldo archiepiscopo Cantuariensi. Affuerunt etiam episcopi omnes Anglici regni, Rogerius archiepiscopus Eboracensis, Ricardus episcopus Lundoniensis, Henricus Wintoniensis, Robertus Lincoliensis, Gualterius Cestrensis, Gislebertus Herefordensis, Robertus Batensis, Iohannes Wingorniensis, Robertus Exoniensis, Hilarius Cestrensis, Goscelinus Salesbericnsis, Galterius Roffensis, Nigellus Heliensis, Willermus Nothvicensis, Hugo Dunelmensis, Adalulfus Carlivensis. Affuerunt et de Normannia vir religiosus ac timens Deum venerabilis Hugo archiepiscopus Rothomagensis, Philippus Baiocensis, Arnulfus Lexoviensis, Herbertus Abrincensis episcopi. Affuerunt comites regni illius, et de regno Francorum Theodericus comes Flandrensis, et alii plures. Facta est eclypsis lune dominica [69] ante natalem Domini.

1155. Fredericus 3. Ludovicus 18 [b]. Henricus secundus 1.

Rex Henricus cepit revocare in ius proprium urbes, castella, villas, que ad coronam regni pertinebant, castella noviter facta destruendo, et expellendo de regno maxime Flandrenses; et deponendo quosdam
70 imaginarios [70] et pseudocomites, quibus rex Stephanus omnia pene ad fiscum pertinentia minus caute distribuerat. Factus est terremotus 15. Kalendas Februarii [c], maxime in Burgundia, adeo ut ter in nocte festivitatis sancte Prisce virginis sentiretur apud Cluniacum; et quoddam castellum, quod erat desertum, haud procul a Cluniaco situm, absortum iret in abyssum; et spatium, in quo castellum fuerat, repleretur aqua inestimabilis profunditatis. Natus est Lundonie pridie Kalendas Martii, feria 2, filius Henrico regi Anglorum ex uxore sua regina Alienor, et vocatus est Henricus. Henricus rex Anglorum exhereditavit Willermum Peurel de Nothingehan, causa veneficii, quod fuerat propinatum Ranulfo comiti Cestrie. In consortio huius pestis plures participes et conscii extitisse dicuntur. Hoc anno frequenter terremotus per totam quadragesimam accidit in Burgundia et Langobardia; 18. Kalendas Maii, feria 5. etiam apud Montem sancti Michaelis terremotum sensimus ante solis ortum. Mortuo Roberto Exoniensi episcopo, successit Robertus decanus Salesberie. Mortuus est Balduinus de Redivers, et successit Ricardus filius eius [d]. Dominica post octavam pasche, videlicet 4. Idus Aprilis, Henricus rex apud Warengefort fecit obtimates Anglici regni iurare fidelitatem Guillermo primogenito suo, de regno Anglie; et si idem puer immatura morte occumberet, Henrico fratri suo. Sopita discordia, que erat inter regem Anglorum Henricum et Rogerium filium Milonis de Gloecestria propter turrem Gloecestrie, Hugo de Mortuomari, vir arrogantissimus et de se presumens, munivit castella sua contra regem. Ilico rex Henricus obsedit omnia castella ipsius, id est Brugc, Wigemore, Cleoberei, quorum ultimum post aliquantulum temporis cepit et destruxit. 15. Kalendas Iulii, prima hora noctis, eclypsis lune accidit. Mense Iulio, Nonis eiusdem, Hugo de Mortuomari pacificatus est cum rege Henrico, redditis castellis Brugc et Wigemore. Garnerius abbas Maiorismonasterii moritur, et successit Robertus natione Brito. Mortuo Rogerio filio Milonis de Gloecestria, comite Herefordensi, successit ei Gauterus frater eius in paternam hereditatem tantum; nam comitatum Herefort et civitatem Gloecestrie rex Henricus retinuit in manu sua. Fredericus rex Alemannorum Romam perrexit, et ab Adriano papa contra Romanorum voluntatem receptus et in ecclesia beati Petri in impe-
Iun. 18. ratorem ab eo est consecratus. Volens autem ultra progredi, scilicet in Apuliam, - condixerant enim

a) vocatus — Albanensis *desunt* 8b. *Hic incipit Roberti opus in editione principe.* b) *ita* E. *rell.* c) *ita correctum ex* Marcii; *hoc habent* 7b. 8d. d) Mortuus — eius *desunt* 8b.

68) Feversham. 69) potius die Martis. 21. Dec. BOUQ. 70) imaginaire.

Romanorum Francorum Anglorum

sibi per legatos suos ipse et Manuel imperator Constantinopolitanus, qui duxerat sororem eius [a], ut venientes ex diversis partibus pessundarent regnum Apulie et regem eius Guillermum — mutata protinus voluntate in patriam suam se recepit. Nec tamen Guillermo regi Apulie bellum defuit. Nam Robertus comes de Basevilla, qui erat cognatus [b] eius, et Ricardus de Ling. comes Andrie, putantes regem mortuum, cum non esset, — egrotaverat enim, sed tamen postea convaluit — per regnum Apulie graviter debachati sunt. Circa festum sancti Michaelis Henricus rex Anglorum, habito concilio apud Wincestre, de conquirendo regno Hibernie et Guillermo fratri suo dando, cum obtimatibus suis tractavit. Quod quia matri eius imperatrici non placuit, intermissa est ad tempus illa expeditio. Henricus episcopus Winthonie, clam premisso thesauro suo per abbatem Cluigniacum, absque licentia regis et quasi latenter recessit ab Anglia. Ideo rex Henricus omnia castella eius pessundedit [c].

1156. Fredericus 5. Ludovicus 19. Henricus 2.

Rex Henricus transfretaturus apud Dovram mare intravit, et appulit apud Wisant. In purificatione sancte Marie fuit Rothomagi; et in sequenti ebdomada locutus est cum rege Francorum Ludovico in confinio Normannie et Francie. Inde rediens Rothomagum, venerunt ad eum Terricus Flandrensium comes, et uxor eius, amita ipsius regis, et Gaufredus frater eius. Sed Gaufredo non suscipiente ea que illi a rege offerebantur, recessit in Andegavensem pagum, et rex Henricus e vestigio illum subsecutus est [d]. Circa hoc tempus inundatione Tyberis facta non modica, Rome in quadam insula eiusdem fluminis, in ecclesiola antiqua, inventum est in quodam sarcofago corpus beati Bartholomei apostoli, totum integrum excepto corio, quod remansit Beneventi, quando Otho imperator capta eadem civitate corpus predicti apostoli transtulit Romam, sicut due tabule eree demonstrant, scripte litteris Grecis et Latinis, que reperte fuerunt cum corpore apostoli. Repertum est etiam in eadem ecclesia corpus Paulini Nolani episcopi. Gaufridus frater Henrici regis Anglorum, expulso Hoello comite Britannie, cepit Nanneticam civitatem, consentientibus civibus. Guillermus rex Sicilie civitatem Bar funditus evertit, preter ecclesiam sancti Nicholai; quia cives illius Grecis faventes, nequissime contra ipsum conspiraverant. Grecos etiam terra et mari idem rex superavit, et de spoliis eorum locupletatus est, et ea que perdiderat castella et civitates in ius proprium revocavit. Exhereditavit etiam comitem Robertum de Basenvilla cognatum suum, quia ab ipso desciverat. Nichilominus cum papa Adriano pacem fecit, concedendo ei consecrationes episcoporum regni sui et ducatus, sicut antiquitus eas habuit ecclesia Romana; unde discordia fuerat inter patrem suum regem Rogerium, et Innocentium et Eugenium Romanos pontifices. Idem vero apostolicus concessit ei regnum Sicilie et ducatum Apulie et principatum Capue [e]. In octavis pentecostes Hugo Rothomagensis archiepiscopus et Rotrocus Ebroicensis et Ricardus Constantiensis et Herbertus Abrincatensis episcopi apud Moretonium levaverunt corpus beati Firmati. Cum autem archiepiscopus inde ad Montem sancti Michaelis orationis et nos visitandi gratia venisset, et nos sua iocunda exhortatione et collocutione quatuor dies exhilarasset, altare crucifixi fecit consecrari ab Herberto Abrincatensi episcopo 6. feria; ipse vero sequenti sabbato altare beate Marie in cripta aquilonali noviter reedificatum consecravit. In quo altari reposuimus reliquias vestimentorum, ut putamus, ipsius domine nostre, quas in pixide plumbea in veteri ara ibidem reppereramus [f]. In pago Parisiacensi cappa Salvatoris nostri monasterio Argentoilo divina revelatione reperta est, inconsubtilis et subrufi coloris; quam, sicut litere cum ea reperte indicabant, gloriosa mater illius fecit ei, cum adhuc esset puer. 3. Kalendas Iunii, feria 4, vigilia ascensionis Domini, circa meridiem, per dimidiam fere horam circulus maxime latitudinis apparuit in circuitu solis, ignei et cerulei coloris. Obiit Guillermus primogenitus filius Henrici regis Anglorum, et sepultus est Radingis ad pedes Henrici regis proavi sui. Obiit nichilominus Adalulfus, primus episcopus de Carloil. Obiit etiam Gislebertus de Gant. Et Symon iuvenis, filius comitis Symonis, cum careret terra, dono regis Henrici accepit filiam eius unicam cum honore eius [g]. Henricus rex Anglorum cepit castrum Mirebellum, et Chinonem longa obsidione. Lobdunum vero est ei redditum, quando pacificatus est cum eo Gaufridus frater suus, hac conditione interposita; quod rex daret ei singulis annis mille libras Anglice monete, et duo milia libras Andegavensis; et ita Deo favente discordia, que diu duraverat inter eos, mense Iulio sopita est. Mortuo Alano episcopo Rodonensi, successit ei Stephanus abbas Sancti Florentii, vir religiosus et [h] litteratus et eloquens. Obiit etiam Ingelbaudus archiepiscopus Turonensis, et successit ei Gotho Britto episcopus Sancti Briocci. Conanus comes de Richemont veniens de Anglia in minorem Britanniam, obsedit urbem Redonensem et cepit, fugato Eudone vicecomite vitrico suo. Hoc anno fulgura et tempestates mense Iulio frequenter in Normania acciderunt. Unde in pluribus locis messis periit, et homines fulgurati interierunt. Subsecuta est habundantia pluvie, que cepit medio mense Augusti, que impedivit et collectionem mes-

a) q. d. s. c. *iam crasa sunt in* E. b) *ita correctum in* E. *Prius fuerat:* qui habebat in coniugio cognatam. c) *Hic desinit prima manus in* 8^{d}., *quae hucusque omnia scripsit.* d) *Hic desinit prima manus in* E. *Quae sequitur, ipsius videtur esse Roberti. Desinit quoque* 2. *in verbis* Andegavensem pagum, *quibus alia manus addidit:* eum ita coartavit, ut secum pacem facere compelleret, nullumque ex castellis quos tenebat ei reliquid preter Nannetensem urbem; pecuniam tamen per annos singulos se ei daturum promisit. e) *Post haec in* E. *atramentum paulo mutatur; manus eadem, sed quae mox in habitum incidit minus cultum.* f) Cum — reppereramus *desunt* $8^{b}.8^{h}$. g) Et Symon — eius *in* E. *postea additum, sed manu eadem. Extat quoque in* $8^{b}.8^{d}.8^{h}$; *deest* 7^{b}. h) r. c. *erasum deest* $8^{d}.8^{b}$.

Romanorum Francorum Anglorum

sium et subsequentem seminum sparsionem: Ex qua ingi inundatione pluviarum, que diu duravit, multe turres et ecclesie et antique macerie in Normannia et Anglia corruerunt. Radulfus de Fulgeriis cepit in quodam conflictu Eudonem vicecomitem de Porrehoit; et hac de causa maior pars Brittannorum receperunt comitem Conanum in ducem Brittannie, excepto Iohanne Dolensi, qui adhuc pro viribus Conano et coadiutoribus eius resistit. Fredericus imperator Alemannorum duxit filiam Guillermi comitis
71 Masconensis[71], et cepit cum ea civitatem Vesontionem et alias multas, quas pater eius tenuerat de duce Burgundie. Pars tamen illius honoris quedam remansit Rainaldo comiti, patruo eiusdem puelle[a].

1157. Fredericus 6. Ludovicus 20. Henricus 3.

Venerabilis Petrus Cluniacensis abbas, 8. Kalendas Ianuarii ingressus est viam universe car-
72 nis[72]. Guillermus rex Sicilie navali expeditione per admiralios suos cepit Sibillam civitatem metropolim, sitam inter Affricam et Babilonem. Est autem eadem civitas caput regni insule Gerp, in qua idem rex habitatores christianos inmisit, et eis archiepiscopum prefecit. Sabbato infra octavas pasche, in Abrincatino, villa que vocatur Landa Aronis, circa meridiem quasi de terra emergens turbo maximus, queque proxima involvit et rapuit; ad ultimum quasi quedam columpna rubei et cerulei coloris sub turbine ascendente in sublime stetit, et videbantur et audiebantur quasi sagitte et lancee in ipsa columpna defigi, licet non appareret intuentibus qui eas agitaret. In turbine qui stabat super columpnam, apparebant quasi diverse species volucrum in eodem volitantium. Subsecuta est illico in eadem villa mortalitas hominum, inter quos et dominus ville occubuit. Nec solum in illa villa, sed etiam in multis locis Normannie et finitimarum regionum, mortalitas hoc anno crassata est. Monachi claustrales Cluniaci tumultuaria electione, immo intrusione, quendam semilaicum Robertum Grossum, cognatum comitis Flandrie, pro parentela sua elegerunt, reclamantibus maturioribus viris et honestis personis, que de eodem monasterio ad pastoralem curam assumpti fuerant. Obiit Girardus episcopus Sagiensis.

Henricus rex Anglorum post octavas pasche apud Barbefluvium transivit in Angliam, et Malchomus rex Scotorum reddidit ei, quicquid habebat de dominio suo, id est civitatem Carluith, Castrum puellarum[b], Baenburc, Novum castrum super Tynam, et comitatum Lodonensem. Et rex reddidit ei comitatum Huntedonie. Similiter Guillermus filius Stephani regis, qui erat comes civitatis Constantiarum, id est Moritonii, et in Anglia comes Surreie, id est de Warenna, propter filiam tercii Guillermi de Warenna, quam duxerat, reddidit ei Penevesel et Norwith et quicquid tenebat de corona sua, et omnes munitiones proprias tam in Normannia, quam in Anglia; et rex fecit eum habere quicquid Stephanus pater eius habuit in anno et die, quo rex Henricus avus eius fuit vivus et mortuus. Hugo Bigotus castella sua regi reddidit Mortuo Ludovico primo abbate Sancti
73 Georgii Baucherii ville[73], successit ei Victor, monachus Sancti Victoris. Rogerius Aquila, vir religiosus ac timens Deum, monachus Cluniacensis, factus est abbas Sancti Audoeni Rothomagensis, Frelherio se demittente propter infirmitatem[c]. Terricus comes Flandrensis et uxor eius, amita Henrici regis Anglorum, perrexerunt Ierusalem, et dimiserunt Philippum filium suum et totam terram suam in manu Henrici regis Anglorum. Circa festivitatem sancti Iohannis baptiste rex Henricus preparavit maximam expedicionem, ita ut duo milites de tota Anglia tercium pararent, ad opprimendum Gualenses terra et mari[d]. Agareni civitatem Almariam in Hispania super christianos, quam amiserant, obsidione cum nonnullis castellis iterum ceperunt, fugato Anforsio imperatore Hispaniarum. Mors ipsius imperatoris subsecuta est pre dolore et pudore eiusdem fuge, et discordia inter filios suos facta est. Deposito Rotberto abbate Cluniacensi et mortuo et sociis suis in reditu a Roma, Hugo prior Claustrensis factus est abbas Cluniacensis[e].

Ruptis indutiis, que erant inter Balduinum regem Ierusalem et Loradi filium Sanguin, regem Halaprie, propter predam Sarracenorum, quam rex Balduinus inconsulte ceperat, pagani obsederunt civitatem Abilinam, que antiquitus dicta fuit Cesarea Philippi, et omnes vicos destruxerunt preter principalem munitionem. Sed tandem adventu vivifice crucis et exercitu christianorum, recedentibus paganis ad tempus, iterum venerunt, et regem Balduinum, qui iam copias sui exercitus dimiserat, nichil minus quam insidias sperantem, inparatum invenerunt; et trucidatis multis ex militibus templi, qui soli cum eo remanserant, idem rex vix cogi potuit ut recederet. Hunc casum christianorum terremotus subsecutus est; maxime in transmarinis partibus. Stolus etiam amiralii Babilonie per mensem unum obsedit Acaron, cum anno preterito et de Babilone et de Damasco rex Ierusalem habuisset tributum. Amalricus comes Ioppe, frater regis Balduini, duxit filiam Goscelini de Torvaissel, qui quondam fuerat, antequam eam Agareni cepissent, comes Rages, quam moderni nunc Rohais vocant. Henricus rex Anglie, subiectis ad libitum Walensibus, et restitutis terris et munitionibus baronibus suis, quas tempore Stephani regis Walenses super eos ceperant, extirpatis nemoribus et

a) duxit filiam — puelle *in* E. *postea additum, sed manu eadem. Adest quoque in* $8^{b}.8^{h}$. *at* Fredericus — puelle *deest* 7^{b}. b) puellarum *in* E. *erasum, deest* $8^{d}.8^{h}$. *adest* 7^{b}. c) mortuo — infirm. *desunt* $8^{b}.8^{h}$. d) *Ablinc in* E. *manus alia, et atramentum mutatur.* e) Deposito — Clun. *desunt* 8^{b}. *at non* 8^{h}.

71) Mâcon. Sed errat Robertus; Beatrix enim filia fuit Rainaldi III. comitis Burgundiae, fratris Guillelmi. 72) a. 1156. Robertus enim annum in natali Domini incipit. 73) St. Georges de Boscherville, prope Rothomagum.

Romanorum Francorum Anglorum

viis patefactis, castrum Rovelent firmavit, et dedit illud Hugoni de Bellocampo; et aliud castrum, scilicet Hasingewerche fecit, et inter duo hec castra unam domum militibus templi. Mense Septembri natus est Henrico regi Anglorum filius, et vocatus est Richardus[a].

1158. Fredericus 7. Ludovicus 21. Henricus 4.

Fredericus imperator Alemannorum, post pascha[71] transiens Alpes, obsedit urbem nobilissimam Me- 71
diolanensem, et post longam obsidionem reddita urbe et obsidibus datis, processit ulterius ad oppres- Sept. 8.
sionem, si posset, Willermi regis Sicilie. Mortuo Senche rege Hispaniarum, successit ei filius suus, natus ex filia Garsie regis Navarorum. Moritur etiam Gaufridus archiepiscopus Burdegalensis, vir religiosus et verbi Dei seminator egregius. Decessit nichilominus Tedbaldus episcopus Parisiacensis. In festivitate sancti Iohannis baptiste Henricus rex Anglorum militaribus armis accinxit apud Carluid Willermum filium regis Stephani, comitem Moritonii et de Warenna, quem comitatum habet propter filiam Willermi comitis de Warenna, quam duxerat. Qui Willermus mortuus fuerat in expeditione Ierosolimitana[b]. Mortuo Gaufrido comite Nannetensi, fratre Henrici regis Anglie, mense Iulio, Henricus rex mense Augusto transfretavit in Normanniam, et locutus cum rege Iul. 26.
Francorum Ludovico super Ettam fluvium de pace et de matrimonio contrahendo inter filium suum Henricum et filiam regis Francorum Margaritam, et prestitis hinc inde sacramentis, rex Anglie venit Argentomagum, et in festo nativitatis beate Marie ibidem iussit submoveri exercitum totius Normannie, ut essent apud Abrincas in festivitate sancti Michaelis, ituri super Conanum ducem Britannie, nisi redderet regi civitatem Nanneticam, quam invaserat. Exinde rex evocatus a rege Francorum, cum paucis venit Parisius, et inestimabili honore a rege Ludovico et a Constantia regina et a proceribus regni exceptus est, gaudentibus Francis et de pace duorum regum et de adventu tanti hospitis tripudiantibus. Ipse autem magnifice et dapsiliter se agens circa omnes, et maxime circa ecclesias et pauperes Christi, nusquam in aliqua ecclesia cum processione voluit suscipi, licet a rege Francorum, immo pene ab omnibus, et precibus et obsecrationibus ut id ageret urgeretur. Inde rediens filiam regis Francie secum adduxit, et eam ad custodiendum et nutriendum Roberto de Novo Burgo fideli suo tradidit.

a) *desinunt codd.* 3a.3b. b) *Post haec* 8h. *addit:* Anno ab incarnatione Domini 1157. 15. Kal. Iulii, processit conventus cum abbate suo Richardo de Blosevilla a Mortuo mari, missus a donno Stephano, tunc abbate Mortui maris, et venit in hunc locum, qui dicitur Botum, situm in territorio Rothomagensi. Multis namque precibus Matildis imperatrix, filia magni Henrici regis Anglie et mater illustris Henrici regis Anglie, a predicto Stephano abbate Mortui maris obtinuit, ut conventus inde mitteretur ad construendam abbatiam Cisterciensis ordinis, ad laudem et honorem Dei et beate Marie omniumque sanctorum. — *Quae autem apud Robertum sequuntur sub hoc anno, ea* 8g. *ita ampliavit, teste Bouquet:* Anno 1158 Gaufridus, filius secundus imperatricis, frater regis Anglorum et comes Britonum, universe carnis ingressus est viam 7. Kal. Augusti; qui in eadem urbe Nannetensium, cuius comes exstiterat, cum magno honore sepultus est. Henricus rex Anglorum, Wallia sibi subiugata et omni facta tributaria, vigilia assumptionis sanctae Mariae transfretavit in Normanniam. Qui citius veniens Rotomagum, accepit collocutionem a rege Francorum, videlicet 5. feria, 2. Kal. Septembris inter Gisors et Novum mercatum, et cum prelatis sanctae ecclesiae et baronibus utriusque provinciae. Iustitia igitur de celo prospiciente, rex Francorum Ludovicus coram predictis personis filiam suam ex secunda sua muliere primogenitam, nomine Constantiam, dimidium annum aliquantulum excedentem, dedit Henrico secundo filio regis Anglorum, tres fere annos habenti, cum toto Vengesim et munitionibus eiusdem, quod antiquitus olim fuerat regis Anglorum. Cuius tamen terrae et omnium munitionum rex Francorum retinuit custodiam usque ad nubiles annos puellae, hac tamen divisione, ut si filius regis Anglorum moriatur ante maritalem ipsius puellae copulationem, secundus vel tertius vel ceteri ducerent eam uxorem, sub dotis nomine a rege Anglorum recipientes in Anglia civitatem Lincolniensem et mille libras, et fiscum 300 militum; in Normannia civitatem Abrincatensem et duo castella et mille libras, et fiscum 200 militum. Cuius pactionis fideiussores exstiterunt episcopi utriusque partis. Mense Septembri Henricus rex Anglorum perrexit Parisius, ut filiam regis, quam suo filio acceperat, adduceret in Normanniam. Cui cum rex Francorum Ludovicus cum magno honore et comitatu veniret in obviam, in aula Parisiensi regia, ut tanto regi oportuit apparata, cum magno omnium tripudio eum suscepit. Qui cum die illa sero admirabili omnibus dilectione et dilectionis alternatione simul comedissent, rex Francorum in crastino eum cum filia sua usque Medantam conduxit, in adventu regis Anglorum et recessu omnibus necessariis ab eodem rege Francorum largiter attributis. Eodem mense natus est filius quartus regi Anglorum in Anglia, nomine Gaufridus. Henricus rex Anglorum eodem mense cum magno militum exercitu invadit Britones; qui adventu eius non modice attoniti, reddentes ei civitatem Nannetensium eorum precipuam, cuius frater eiusdem regis comes exstiterat, omnes eius dominio se subdiderunt. Incepto igitur castello Ursiponte, a Sancto Michaele duobus distante miliaribus, rex Henricus cum magno exercitu obsedit Thoars, castellum inexpugnabile in confinio Pictavorum et Andegavorum. Cui in triduo capto castello usque ad turrim, et turris reddita est, comite eiusdem expulso. Mense Novembri, cum rex Francorum ad orationes sancti Michaelis de periculo maris proficisceretur, rex Anglorum obvians ei, cum maximo honore recepit eum apud Paceium, apud Ebroicas et Novum burgum, ut videret filiam suam, quae ibi alebatur. Deinde apud Beccum solemni processione ambo reges susceptí sunt, in qua fuerunt tres episcopi et aliae plures personae; ibique illa nocte quieverunt, rex Franciae in aula maiori, et rex Angliae in alia. Hoc enim decreverat rex Angliae, ut semper rex Francorum decentiori hospitio quiesceret. Hoc in loco dixit rex Francorum, neminem se posse tantum diligere, quantum regem Anglorum. Mirabile dictu! Quis unquam audivit, reges Anglorum et Francorum tanta dilectione copulari? Inde cum discederent, rex Anglorum fecit societatem regi Francorum per civitates suas et castella usque Sanctum Michaelem, et per Rotomagum usque Franciam, inveniens ei in omni itinere affluenter necessaria. Eodem mense, obtentu regis Francorum, filii comitis Theobaldi fecerunt pacem regi Anglorum; nam antea inimici fuerant ad invicem.

71) d. 14. Innii fuit adhuc Augustae.

Romanorum Francorum Anglorum

Mense Septembri 9. Kalend. Octobris, natus est filius Henrico regi Anglorum, et vocatus est Gaufredus. In festivitate sancti Michaelis venit Conanus comes Redonensis et sui Britanni cum eo Abrincas, et reddidit regi urbem Nannetis cum toto comitatu Medie, valente, ut fertur, 60 milia solidorum Andegavensis monete. Inde venit rex ad Montem sancti Michaelis, et audita missa ad maius altare, comedit in refectorio monachorum cum baronibus suis. Quod ut faceret, vix abbas Robertus multis precibus extorsit ab eo. Postea in nova camera abbatis[a] concessit ecclesias Pontis Ursonis Sancto Michaeli et abbati et monachis eiusdem loci, presente Roberto abbate et Ranulfo priore et Manerio monacho et Gervasio clerico Thome cancellarii et Adam scriba Roberti abbatis. Ipsa die perrexit ad Pontem Ursonis, et divisit ibi ministris suis et ordinavit, quomodo castrum illud reedificaretur. Inde discedens cum manu armata perrexit ad suscipiendum urbem Nannetis. Qua accepta et disposita ad libitum, paucis interpositis diebus, cum innumerabili exercitu 3. feria obsedit castrum Toarci, et 6. feria eiusdem septimane cepit. Post aliquantulum temporis perrexit obviam Ludovico regi Francorum, venienti gratia orationis ad Montem sancti Michaelis de periculo maris. Quem, ex quo intravit in ducatum Normannie, deduxit et suis impensis decentissime procuravit. Robertus de Sancto Pancratio, monachus Sancti Michaelis de Monte, factus est abbas Cerneliensis[b]. In festivitate vero beati Clementis die dominica venerunt uterque rex ad Montem beati archangeli, et cum magno tripudio tam clerici quam populi, itum est regi Francorum obviam. In ipsa autem processione, excepto conventu monachorum et clericorum et plebe innumera, fuerunt duo summi pontifices, unus archiepiscopus et alter episcopus, et quinque abbates. Audita missa redierunt Abrincas, deducente illum rege, et innumeris regiis muneribus tam illum quam suos usque ad fines sui ducatus prosequente.

Mense Decenbri concordati sunt rex Henricus et comes Blesensis Theobaldus cognatus eius hoc modo. Comes Theobaldus reddidit regi duo castra, Ambazium et Fractam vallem; et Rotrodus comes Moritonie, sororius eius — siquidem unam sororum eius Odo dux Burgundie, aliam predictus comes Rodrocus, qui usitatius dicitur comes Perticensis, tertiam Willermus Goiet — hic inquam Rodrocus reddidit Henrico regi duo castra, Molinas et Bonum Molinum, que erant dominia ducis Normannie. Sed post mortem regis Henrici Rotrocus[b*] comes, pater huius Rotroci, occupaverat ea. Rex autem Henricus concessit eidem Rotroco Bellismum castrum, et ille fecit regi propter hoc hommagium. Eodem anno Robertus abbas Sancti Michaelis, meliorans auro et argento quedam antiquata in capsa sancti Auberti episcopi, invenit in ea ossa ipsius sancti, excepto capite, quod per se reservatur in eadem ecclesia in vase argenteo. Invenit etiam cum eodem corpore litteras testificantes id ipsum, et quandam tabulam viridi marmoris[c]. Repositum est iterum corpus beati confessoris et episcopi Auberti in eadem capsa in tribus ligaturis, et marmor, et vetus breve cum novo, in quo indicatur, sub quo anno dominice incarnationis et a quo abbate repositum fuit tunc idem corpus. Eodem anno inventa sunt corpora trium magorum, qui Salvatorem nostrum infantem adoraverunt in Bethleem, in quadam veteri capella iuxta urbem Mediolanum, et pro timore Frederici imperatoris Alemannorum, qui eandem urbem obsidere veniebat, levata et in civitate posita. Balduinus rex Ierosolimitanus cepit super paganos Cesaream magnam Palestine, haut procul sitam ab Antiochia. Cepit etiam castrum Harenc, quod commendavit Rainaldo de Sancto Valerico.

1159. Fredericus 8. Ludovicus 22. Henricus 5.

Rex[d] Henricus egit solennitatem natalis Domini cum regina Alienor apud Cesaris Burgum[75], que paulo ante transfretaverat in Normanniam. Henricus rex Anglorum, et Raimundus comes Barcinonensis,

a) comedit — abbatis *desunt* 8b. 8h. b) Rob. — Cern. *desunt* 8b. 8h. b*) rotocus E. c) *Hic in* E. *duae lineae erasae.* Eodem anno — corpus *desunt* 8b. 8d. 8h. d) *Hunc annum ita exhibet* 8g. *teste Bouquet:* Anno 1159, rex Anglorum Henricus in natali Domini tenuit curiam suam apud Cheresburg, ut tantum regem decebat, cum magno videlicet principum comitatu. Circa octavas epiphaniae Thebaldus episcopus Parisiensis, olim prior Sancti Martini de Campis, iura mortis pius pater exsolvit, et cessavit episcopatus aliquantulum. Deposito abbate Sancti Ebrulfi, preficitur abbas eiusdem loci Robertus de Blanzeio, monachus Becceensis, prima hebdomada septuagesimae. Henricus rex Anglorum, intrante quadragesima, cum optimatibus suis perrexit usque Pictavorum urbem, accepturus consilium, ut Tolosae civitatis sibi subderet dominium, quam Pictaviensium duces iure hereditatis antea possederant. Sed quia comes Sancti Egidii, qui sororem regis Francorum Constantiam duxerat et tres pueros ex ea susceperat, in munitionibus Tolosae civitatis, quae multae sunt, confidens, et regis Francorum auxilio fretus, obtemperare nolnit: apud civitatem Turonorum ab utroque rege super hoc celebrato concilio, non congruente utriusque voluntati, Henricus rex Anglorum exercitum Angliae et Normanniae, Cinomanensium et Andegavorum, Aquitanorum, Wasconiae et Britonum, ad festivitatem sancti Iohannis baptistae apud Pictavorum urbem congregari praecepit; de omnibus episcopatibus et abbatiis praedictarum provinciarum infinitam accipiens pecuniam, ut videlicet tantum exercitum circa urbem predictam regere posset usque festum omnium sanctorum. Pridie Nonas Maii combusta est civitas Rotomagensis. Rex Anglorum Henricus cum magno exercitu optimatum suorum fuit ad festum ascensionis Domini et ad solemnem processionem et missam apud Becum; et cum per tres dies ibi moraretur, recessit Rotomagum. 8. Idus Iunii, 7. et 6, inter regem Francorum et regem Anglorum, et episcopos et barones utriusque partis, fit collocutio apud Hilliricort, de conventionibus videlicet, quas inter se super matrimonio sobolis suae antea habuerant, et de exercitu regis Anglorum Tolosam ituro. Ubi ad concordiam non venerunt, quia rex Francorum nolebat concedere, ut Tolosam acciperet, propter sororem suam et nepotes. Quoddam genus latronum, retroactis temporibus inauditum, infestat Angliam sub habitu religionis; gerentes enim se ut

75) Cherbourg.

Romanorum Francorum Anglorum

apud castrum Blaviam [76] amiciciae fedus datis sacramentis hoc pacto inierunt, quod Ricardus filius [76]
regis filiam comitis tempore oportuno esset ducturus, et rex ducatum Aquitanie illis exactis nuptiis
concessurus. Siquidem hic Raimundus est [77] vir prepotens et dives, utpote qui regnum Arragonum [77]
habeat ex hereditate coniugis sue, ex paterna autem hereditate comitatum civitatis Barcinone. Ut enim
aliquantulum ad transacta redeamus: Santio rex Arragonum genuit tres filios, qui sibi vicissim
successerunt, Santionem, Anfortium, Remelium. Duobus vero primogenitis sibi invicem succedentibus
et absque filiis decedentibus, ne regnum illud ab extraneis occuparetur, Remelium monachum etiam
iam senem, licentia Romani pontificis a monasterio abstractum regem fecerunt; et ut heredem haberet,
Mathildem matrem Willermi vicecomitis Toarci illi associaverunt, ex qua genuit unam filiam, quam
Raimundus predictus comes duxit; de qua nata est ista puella, quam filio regis diximus copulandam,
et filius eius primogenitus Arragonum rex futurus. Siquidem ipse comes, quamvis haberet regnum
Arragonum, et posset rex fieri si vellet, omnino recusavit, regnum reservans filio suo, quod accidebat
ei ex materna genealogia. Hoc etiam anno, sicut et precedenti, Fredericus imperator Alemanorum
urbem Mediolanensem obsidet, quia rebellaverant adversus eum idem Mediolanenses. Papie et Placentie turres deiecit, et fere omnem Lungobardiam ad libitum sibi subiecit.

Mediante autem quadragesima rex fecit summoveri exercitum totius Normannie, Anglie, Aquitanie, et ceterarum provinciarum, que sibi subdite sunt, quia Raimundus comes Sancti Egidii nollet ei reddere civitatem Tolose, quam rex requirebat sicut hereditatem uxoris suo Alienor regine. Siquidem Robertus comes Moritonii, uterinus frater Willermi regis, qui regnum Anglie subiugavit, habuit unum filium Guillermum, qui ei successit, et apud Tenechebrai a rege Anglorum primo Henrico in bello captus est; et tres filias, quarum unam duxit Andreas de Vitreio, aliam Guido de Laval, terciam comes Tolosanus [78], frater Raimundi comitis Sancti Egidii, qui in expeditione Ierosolimitana viriliter se habuit. Genuit autem ex ea comes Tolosanus unam solummodo filiam, quam Guillermus comes Pictavensis et dux Aquitanorum, mortuo patre predicte puelle, cum hereditate propria, scilicet urbe Tolosa et comitatu Tolosano, duxit uxorem; ex qua genuit idem Guillermus filium Guillermum nomine, qui ei successit, qui pater fuit Alienor regine Anglorum. Si quis autem requirit, quomodo postea comes Sancti Egidii habuit civitatem Tolosam, noverit, quod predictus Willermus comes Pictavensis invadiavit eandem civitatem Raimundo comiti Sancti Egidii, patruo uxoris sue, propter pecuniam, quam idem Guillermus

monachi, viatoribus, dum in anfractibus viarum et nemorum sunt, deveniunt, suisque facto sono sociis, eos interimunt, denarios eorum et spolia diripientes. Malcolmus rex Scotiae cum 45 navibus 17. Kal. Iulii transfretavit in Normanniam; qui dum usque Pictavorum urbem, ubi regis Anglorum exercitus congregabatur, deveniret, ab eodem rege honorifice susceptus est. Rex Anglorum Henricus post festum s. Iohannis baptistae exercitum suum promovit a Pictavorum urbe, usque dum propinquarent Tolosae civitati; cuius exercitus magnitudinem, divitias et feritatem non est nostrae parvitatis evolvere. Magister Petrus Longobardus, vir magnae scientiae et super Parisiensium doctores admirabilis, electus est Parisiensis episcopus, et sacratus circa festum apostolorum Petri et Pauli. Circa easdem octavas Ludovicus rex Francorum cum rege Anglorum colloquium habuit, de obtinenda videlicet pace cum comite Sancti Egidii, prope Tolosam. Sed cum nihil pacis obtentum fuisset, orta inter eos simultate et tantae retrohabitae pacis discordia, malo totius patriae ab alterutro divisi sunt. Rex igitur Francorum intravit Tolosam, sibi et nepotibus suis concessam; fuitque ibi assidue cum eiusdem comite, quamdiu rex Anglorum mansit in provincia. Rex autem Anglorum, suorum principum usus consilio, noluit regem obsidere; sed castella circumposita obsidens, in brevi obtinuit, et universam provinciam miserabiliter vastavit, et cepit Montem regalem et civitatem Cahors cum subiacenti provincia. In qua provincia post recessum suum multitudinem magnam armatorum dimisit, ad custodiendam eam et cetera castella quae ceperat, quorum dux cancellarius regis fuit. Audita igitur utriusque regis discordia, Franci et Normanni miserabiliter compugnarunt in confinio Franciae et Normanniae. Tunc comes Theobaldus, qui erat in adiutorium regis Anglorum, fecit ei hominium, et iussu regis repedavit in Franciam, ad augmentum doloris Francorum. Kalendis Augusti Robertus de Novo Burgo, vicedominus incedens de tota Normannia, vir magnae prudentiae et honitatis, multatus infirmitate, factus est monachus Beccensis ecclesiae, sua omnia propria, quae magna fuerant, prius pauperibus largiter distribuens . . . 3. Kal. Sept. obiit Robertus de Novo Burgo, qui 5 fere hebdomadibus monachus existens Beccensis, suae abstinentiae admirandae, religionis et virtutum omnium in brevi, Dei virtute, ditatus auspitio, omnibus ecclesiae maioribus bene vivendi reliquit exemplum, cum antea dives, nunc quidem pauperrimus factus est christianorum. Kalendis Septembris Adrianus papa universe carnis ingressus est viam; cui successit Rollandus cancellarius Romanae ecclesiae, qui et Alexander dicitur, dum quidam de clero Octavianum cardinalem presbyterum elegissent, qui et Victor dicitur . . . . . Circa festum S. Michaelis rex Anglorum, suorum principum usus consilio, cum exercitu suo ad propria repedans, Estrepeneium iuxta Gisorz obfirmavit, quod rex Franciae antea diruerat. Recedente, ut dictum est, rege Anglorum a praedicta provincia, continuo rex Francorum repeditans ad propria, de ecclesiis et de terra sua multam accepit pecuniam. Omnes interea ecclesiae utriusque patriae enixius fundebant preces ad Dominum, ut ambos reges ad pristinam pacem reduceret. Audiens igitur rex Francorum, regem Anglorum supradictum castellum obfirmasse, timens de suis, cum suo exercitu illuc usque properavit. Interea malis in terra multiplicatis, circa festum s. Martini comes Ebroicensis omnia castella sua quae erant in Francia, regi Anglorum tradidit, in quibus rex custodes suos posuit, sicut Simon de Aneto fecit. Silvester abbas Castellionis tunc temporis migravit a seculo, et successit ei Gillebertus Ebroicensis monachus. Adventu interim Domini propinquante, obtentu magnorum virorum patriae, ambo reges inducias acceperunt usque ad octavas pentecostes. Dominica ante natale Domini, Frogerius, archidiaconus et elemosynarius regis Anglorum, ordinatus est episcopus Sagiensis. Hoc anno, inundatione pluviarum, quae a festo s. Ioannis baptistae usque ad festum s. Michaelis pene assidua facta est, Sequana et aliae aquae alveos ultra modum excedentes, magnum damnum genti circumpositae intulerunt.

76) Blaye, ad Garumnam. 77) Hoc scriptum esse oportet vivente Raimundo, quem noster infra a. 1162. mortuum dicit. 78) Guillelmus.

Romanorum Francorum Anglorum

79 in expeditione Ierosolimitana expendit [79]; unde idem Raimundus in libro eiusdem expeditionis nunc comes Sancti Egidii, nunc comes Tolosanus vocatur. Quo mortuo habuit eandem urbem Auforsius filius eius, qui apud Iernsalem mortuus est eodem tempore, quo Ludovicus rex Francorum gratia orationis illuc perrexerat. Similiter etiam Raimundus filius eius, qui ei successit, qui habuit in coniugio Constantiam, sororem Ludovici predicti regis Francorum, relictam scilicet Eustachii comitis, filii Stephani regis Anglorum. Rex igitur Henricus iturus in expeditionem predictam, et consulerans longitudinem et difficultatem vie, nolens vexare agrarios milites, nec burgensium nec rusticorum multitudinem, sumptis 60 solidis Andegavensibus in Normannia de feudo uniuscuiusque lorice, et de reliquis omnibus tam in Normannia quam in Anglia sive etiam aliis terris suis, secundum hoc quod ei visum fuit, capitales barones suos cum paucis secum duxit, solidarios vero milites innumeros. Ad illam vero expeditionem cum reliquis transmarinis venit Macomus rex Scotie, et a rege Henrico cingulo militie ibidem accinctus est. Duravit autem expeditio illa fere per tres menses. Et quamvis rex Henricus cepisset urbem Cadurci, et maior pars ducatus Tolosani sibi esset subdita vi vel timore, urbem tamen Tolosam noluit obsidere, deferens Ludovico regi Francorum, qui eandem urbem contra regem Henricum Anglie muniverat, et die ac nocte volens ferre auxilium Raimundo sororio suo custodiebat; unde graves inimicitie inter ipsum et regem Anglorum orte sunt, cum videret sibi regem Francie nocere, de cuius auxilio plurimum confidebat. Remisit itaque rex Henricus comitem Teobaldum, qui ei favebat, ut inquietaret regnum Francie. Sed Henricus episcopus Belvacensis, et comes Robertus dominus Dorcasini castri, fratres regis Francorum, ei restiterunt, et in margine ducatus Normannie aliquos flamma et rapina vexaverunt, Normannis sibi talionem reddentibus. Robertus de Blangeio, monachus Becci, factus est abbas Sancti Ebrulfi [a].

Mense Iulio Robertus de Novo Burgo, dapifer et iusticia totius Normannie, adversa valetudine tactus, gibbum cameli deposuit, videlicet innumeras divitias ecclesiis et monasteriis et pauperibus dividens; et ad ultimum in monasterio Becci, quod pre omnibus diligebat, habitum monachi sumens, per unum mensem ibi penitentiam fructuosam egit; et 3. Kalendis Septembris hominem exiit, sepultus in capitulo Becci, quod ipse propriis sumptibus mirifice edificaverat. Mortuo venerabili Milone episcopo Tarwennensi, electus est Milo archidiachonus eiusdem aecclesiae, canonicus regularis, sicut decessor eius fuerat. Quem cum Samson archiepiscopus Remensis vellet sacrare, clerici civitatis Bolonie, qui diu sub episcopo Tarwennensi fuerant, volentes amodo suum proprium episcopum habere, sicut antiquitus habuerant, prohibuerunt archiepiscopum sub appellatione apostolica, ne eum sacraret nisi tantummodo ad titulum Tarvennensis ecclesie. Quod predictus electus refutans, insacratus contra illos clericos Romam perrexit, et ibi sacratus est. Magister Bernardus Brito, cancellarius ecclesie Carnotensis, factus est episcopus Cornubie in minori Britannia. Magister etiam Petrus Lonbardus Parisiensem episcopatum adeptus est, convente Philippo eiusdem ecclesie decano, fratre regis Francorum; qui, ut dicunt, electionem suam concessit eidem Petro.

Kalendis Septembris mortuo Adriano pontifice, electi sunt duo et consecrati, Rollandus cancellarius presbiter cardinalis tituli Sancti Marci, vir religiosus, vocatus Alexander III, papa videlicet 174us, et Octavianus presbiter cardinalis tituli Sancte Marie in Cosmidum, dictus Victor III; hic per potentatum et parentes suos nobiles papatum invasit. Fregerius regis elemosinarius factus est episcopus Sagiensis. Galterius episcopus Cestrensis obiit. Obiit etiam Robertus episcopus Exoniensis [b], vir
80 religiosus et timens Deum. Terricus comes Flandrensis rediit de Iernsalem, et uxor eius Mabiria [80] remansit cum abbatissa Sancti Lazari de Bethania, invito coniuge suo. Mense Octobris Henricus rex Anglorum, munita civitate Cadurcorum et commendata Thome cancellario suo, et dispositis custodibus et auxiliariis in locis oportunis, confidens de auxilio Raimundi Berengarii comitis Barcinone, et Trecheuel comitis Neumausi, et Willermi de Montepessulano, et aliorum suorum fidelium, rediit in Normanniam. Inde perrexit cum valida manu in pagum Belvacensem, et destruxit munitissimum castellum Guerberrei, excepta quadam firmitate; quam ne caperent, hominibus regiis ignis et fumus prohibuit. Villas multas combussit et destruxit. Simon comes Ebroicensis tradidit Henrico regi Anglorum firmitates suas, quas habebat in Francia, scilicet Rupem fortem, Montem fortem, Esparlonem et reliquas. Quod magno detrimento fuit regi Francorum, cum non posset libere procedere de Parisius Aurelianis vel Stampis, propter Normannos quos rex Henricus posuerat in castris comitis Ebroicensis. Hac de causa treve capte fuerunt inter duos reges, a mense Decembri usque ad octavas pentecostes. In reditu expeditionis Tolose mense Octobris obiit Guillermus comes Moritonii; decessit autem absque liberis, et retinuit Henricus rex comitatum in manu sua.

1160. Fredericus 9. Ludovicus 23. Henricus 6.

Rex Henricus egit nativitatem Domini cum regina Alienor apud Falesiam; exinde eadem regina transfretavit in Angliam. Kalendis Ianuarii terremotus accidit in pago Constantino, castro Sancti
81 Landi [81], circa horam primam. Hardoinus decanus Cenomannensis factus est archiepiscopus Burdegalensis, cum decessor eius vix anno et dimidio vixisset. Mathilde imperatrice adversa valetudine percussa, dapsiliter, precunte consilio filii sui Henrici regis Anglorum, divitias suas aecclesiis,

a) Rob. — Ebrulfi *desunt* 8b. 8h. b) *Hic desinit* 4. *in verbis:* Obsoniensis episcopus et successit, *in summa pagina.*

79) Falsum; Raimundus enim iam quinquennio inter crucesignatos peregrinabatur, quum Guillelmus a. 1101. in Palaestinam profectus est. BOUQ. 80) Sibylla. 81) St. Lo.

Romanorum Francorum Anglorum

monasteriis et pauperibus distribuit; monasterium Beccense, sicut et in alia infirmitate sua fecerat, ceteris preponens. Ecclesia Baiocensi igne combusta, Philippus episcopus in eius restauratione iterum viriliter laborat. Maio mense pax facta est inter reges Henricum Anglie et Ludovicum Francie, revolutis prioribus pactis et confirmatis et pacificatis, qui partes utrorumque adiuverunt. Matheus filius comitis Flandrie inaudito exemplo duxit abbatissam Rummesie [82], que fuerat filia Stephani regis, et cepit cum ea comitatum Boloniensem. 82

Mense Iulio Henricus rex Anglorum congregavit omnes episcopos Normannie et abbates et barones apud Novum Mercatum; et Ludovicus rex Francorum adunavit suos Belvaci. Ibi tractatum est de receptione pape Alexandri et refutatione Victoris; et consenserunt Alexandro, reprobato Victore. Mense Septenbri obiit Herbertus episcopus Abrincensis, et sepultus est in aecclesia beate Marie Becci, sicut predecessor eius Ricardus de Bellofago. Predicto mense regina Anglie Alienor transfretavit in Normanniam iussu regis, adducens secum Henricum filium suum et filiam Mathildem. Mortuus est Philippus frater Ludovici regis Francorum, decanus Sancti Martini Turonensis [a]. Oct. 16.

Mortua est Constantia regina Francie labore partus, superstite filia, cuius causa mors sibi acciderat.

Mense Octobri rex Anglie et rex Francorum collocuti, pactum pacis mutue confirmaverunt; et Henricus filius Henrici regis Anglorum fecit homagium regi Francorum de ducatu Normannie, qui est de regno Francie. Paucis interpositis diebus, Ludovicus rex Francorum duxit filiam comitis Theobaldi senioris. Nec mora Henrico filio Henrici regis Anglie desponsata est apud Novum Burgum Margarita filia Ludovici regis Francorum; et Henricus dux Anglie cepit tria castella munitissima, scilicet Gisorz, Neafliam, Novum Castellum, sita super flumen Epte, in confinio Normannie et Francie; quia pepigerant inter se ipse et rex Francorum, quatinus inito matrimonio filiorum suorum rex Henricus haberet illas munitiones, que ad ducatum Normannie pertinent. Quo audito rex Francie graviter tulit ipse, et sororii sui, scilicet Henricus, Teobaldus, Stephanus. Exinde hi tres comites coadunatis viribus suis ceperunt firmare munitionem Calvi Montis, que erat de feudo castri Blesensis, ut exinde pagum Turonicum infestarent. Rex vero Henricus, quia illud castrum erat de casamento Hugonis filii Sulpicii de Ambazia, quod tenebat de comite Teobaldo — caput autem sui honoris, scilicet Ambaziam, tenebat de rege Henrico — rex inquam Henricus percepto exinde nuncio, non expectatis sotiis suis, illuc properavit, volens impedire opus illius castri, per quod licentius, si perfectum esset, discurrerent per terram suam. Audito autem adventu regis Anglie comes Tebaldus discesssit a Calvo Monte, munita firmitate et custodibus dispositis. Rex vero Henricus obsedit predictum castrum, et ilico cepit, in quo erant triginta quinque milites et quater viginti servientes, et reddidit eandem munitionem Hugoni de Ambazia, qui aversabatur pro posse suo comiti Tedbaldo, quia in carcere predicti comitis Sulpicius, ipsius Hugonis pater, nequiter extinctus fuerat. Exinde rex Henricus munitis turribus Ambazie et Fracte Vallis, et dispositis custodibus, egit festum natalis Domini cum Alienor regina Cenomannis [b].

1161. Fredericus 10. Ludovicus 24. Henricus 7.

Henricus rex munitiones comitis Mellenti et aliorum baronum suorum in Normannia in manu sua cepit et fidelibus suis commendavit. In margine etiam ducatus Normannie fere omnia sua castella, et maxime Gisorz, melioravit vel renovavit, parcum et mansionem regiam fecit circa fustes plantatos apud Chivilleium, iuxta Rothomagum. Domum leprosorum iuxta Cadumum mirabilem edificavit. Aulam et cameras ante turrem Rothomagensem nichilominus renovavit. Et non solum in Normannia, sed etiam in regno Anglie, ducatu Aquitanie, comitatu Andegavie, Cenomanie, Turonensi, castella, mansiones regias, vel nova edificavit, vel vetera emendavit. Castellum etiam in villa, que dicitur Amandivilla, super Vire fluvium edificavit. Achardus abbas Sancti Victoris Parisiensis factus est episcopus Abrincensis. Willermus Anglicus prior Sancti Martini de Campis, fuit abbas ecclesie Ramesensis in Anglia [c]. In capite iciunii apud Cenomannos Hugo archiepiscopus Dolensis cecitate debilitatus, presentibus Henrico rege Anglorum et duobus legatis Romane ecclesie, Henrico de Pisis et Guillermo de Papia, reddidit archiepiscopatum, quem fere per sex annos tenuerat, et in cuius reparatione plurimum laboraverat. In eius loco ibidem electus fuit Rogerius de Humez, archidiaconus Baiocensis. Bartholomeus archidiaconus Exoniensis factus est episcopus Exonie. Richardus Peccatum archidiaconus Cestrensis fit episcopus eiusdem ecclesie. Teobaldus archiepiscopus Cantuarie 2. feria pasche obiit. Post pascha rex Anglorum Henricus et Ludovicus Francorum, primo in Vilcasino, postea in Dunensi pago [83], instigante eos ad discordiam comite Teobaldo, congregatis exercitibus suis alterutrum terras suas defendendo, fere in comminus venerunt. Inde datis induciis post festum sancti Iohannis, Henricus rex Anglorum perrexit in Aquitaniam, et inter alia que strenue gessit, Castellionem supra urbem Agennum [84], castrum scilicet natura et artificio munitum, obsedit, et infra unam septimanam in festivitate sancti Laurentii admirantibus et perterritis Wasconibus cepit. Regina Alienor apud Donnumfrontem filiam peperit, quam Henricus presbiter cardinalis et legatus Romane ecclesie baptizavit, et Achardus episcopus Abrincensis, et Robertus abbas Sancti Michaelis de periculo maris, cum aliis multis, de fonte susceperunt; et vocata est Alienor de nomine matris sue. Mauricius archidiaconus Parisiensis fit eiusdem ecclesie episcopus. Mortuo Iuhello de Meduana, successit Gaufridus filius eius; hic duxit filiam comitis Mellenti [d]. 83 84

a) *Post haec* in E. *linea erasa.* b) *Abhinc in* E. *nova manus, Roberti, ut videtur.* c) Willermus — Anglia *desunt* S[b].S[b]. d) Mauricius — Mellenti *desunt* S[b].S[b]. 82) Mariam. 83) le Dunois, circa Orléans. 84) Agen.

ANNALISTA SAXO

EDENTE G. WAITZ PROF. PUBL. KILONIENSI.

Liber quem iam edituri sumus, omnibus est notissimus; sed ubi, vel a quo,
1 *denique quo tempore sit conscriptus, nemo recte indicavit*[1]*; neque in ipso opere quamvis longissimo quidquam hac de re legitur. Auctor amplam rerum gestarum narrationem orditur inde ab a.* 741, *desinit in a.* 1139. *Sed ex aliis fontibus pleraque esse descripta, primo aspectu patet. Quibus diligentius examinatis, sperari potest, fore ut de ipso libro eiusque auctore satius possimus iudicare.*

Quum annales condere sibi proposuisset, primo loco eiusdem argumenti opera, quaecumque ipsi ad manus fuerunt, consulenda duxit. Ita inde ab
2 *a.* 741. *praesertim Reginonis chronicon secundum annos digestum adhibuit*[2]*, quod ita in usus suos vertit, ut integrum fere tam ipsum chronicon quam continuationem*[3] *receperit. Accedunt Annales Fuldenses, sed varius exscripti*[4]*; praeterea minores illi, Lobienses et Corbeienses*[5]*. Saeculo X. et XI. quam plu-*
6 *rima ex Ann. Quedlinburgensibus sumsit*[6]*, eosque non solum prioribus annis*

1) Eccardum, quum hunc librum Ekkehardo Uraugiensi tribuendum esse censeret, falsum esse, satis constat; cf. diss. meam de chron. Ursperg. p. 8 et supra p. 1. Etiam quae Martene et Durand de pluribus auctoribus statuerunt (Coll. ampl. IV. p. 2.), ab aliis repetita, refutare supersedeo. Satius iam de hac compilatione indicarunt Semler Versuch p. 95—107. et praesertim Stenzel (Fr. K.) II. p. 110. 111. 2) cf. quae dicit a. 759. Praeter hunc nonnisi passionem S. Kiliani a. 850. Cosmam Pragensem a. 982. ipse nominat. 3) Hanc aliquot lineis auctiorem quam omnes quos novimus codices habuisse videtur; cf. quae notavi ad a. 967. 4) Post a. 867. eorum vestigia non reperi. 5) a. 836. 856. 857. 864. 948. 965. 990. Haec tamen non semper accurate cum iis conveniunt quae in Ann. Mon. SS. III. editis leguntur, ita ut alterum exemplar habuisse videatur, ex illis fortasse post descriptum et auctum, quod etiam a. 825. notitiam ipsi suppeditavit. — Res Corbeienses etiam a. 1091. 1107. 1138. tangit. 6) Non video, cur cum Pertzio (Mon. SS. III. p. 19.) inter Annalistae subsidia non ipsos Annales Quedlinburgenses, sed alios quos dicit Halberstadenses, iam deperditos, illorum fontem, referamus. Certe omnes quos affert auctores non solum usque ad a. 993. sed postea etiam Quedlinburgensibus innituntur, eaque recipiunt quae Quedlinburgi scripta esse primo aspectu apparet. Huc etiam chron. Halberstadense refero, quod a. 992. narrationem suam ex illis annalibus et Thietmaro compilavit. In Annalium Quedlinburgensium codice unico quem habemus saec. XVI. hoc loco duorum episcoporum nomina excidisse, non mirum, quum codex longe gravioribus mendis scateat. Quae a. 961. apud Annal. et Chronogr. Saxonem leguntur, ex Ann. Quedlinburg. sumta esse non contenderim, quum de eadem re alia eaque breviora in codice exstent. Certe vero ex Halberstadensibus illis, quos Pertz ex Hersfeldensibus haustos, in Quedlinburgensibus descriptos opinatur, repetita esse nequeunt. Nam ita propius ad alia Hersfeldensium annalium exemplaria accedere deberent; sed cum illorum narratione nihil habent commune. Quae quum ita sint et Ann. Saxo quam plurimis locis quam fidelissime Quedlinburgensem textum repetat (cf. iam a. 750. de origine Francorum), non est cur ad incertum quendam fontem ascendamus. Immo hunc quem habemus ex Annalista suppleri et restitui posse, iam alio loco dixi (Arch. VI. p. 689.); quibus nunc addere velim, quod etiam post a. 1025, ubi codex noster telam abrumpit, tam Chronographus quam Annalista eosdem longius continuatos habuerint.

	Romanorum	Francorum	Anglorum
1163.	Fredericus 12.	Ludovicus 26.	Henricus 9.

Mense Ianuario rex Henricus transivit in Angliam, ipse et regina, et cum magno gaudio susceptus est ab omnibus fere principibus patrie, qui eum in littore expectabant. Iam enim Henricus filius eius precesserat, et sicut in Normannia, sic in Anglia homagia et fidelitates baronum et militum suscepit. Archiepiscopo Lugdunensi [87] deficiente, clerus et populus coniventia Frederici imperatoris elegerunt [87] Guillermum filium comitis Teobaldi senioris, quod etiam papa Alexander concessit. Illa autem urbs, que eis Rodanum est, ad regnum Francie pertinet; sed quia Guigo[a] Dalfinus et Foroiulensis comites anno preterito fraude eam predicto archiepiscopo abstulerunt, nec per regem Francie eam rehabere potuit, ideo idem archiepiscopus transtulit se ad imperatorem; qui predictam civitatem eidem restituit, et extunc ab eo illam tenuit[b]. [88] Rotrocus episcopus Ebroicensis et Rainaldus de Sancto Walerio [88] fecerunt in Normannia recognoscere iussu regis, per episcopatus, legales redditus et consuetudines ad regem et barones pertinentes. Philippus episcopus Baiocensis mense Februario moritur, qui fuit vir prudens et astutus in augmentandis et revocandis rebus illius ecclesie, et multum ibi profecit; sed sapientia huius mundi stulticia est apud Deum. Hic se dederat monasterio Beccensi ad monachatum, sed non est in homine via eius. Preventus enim fuit morte, nec quod proposuerat implere potuit; librorum tamen septies viginti volumina illi iam dederat[c. 89]. Bellum Roberti de Monte Forti cum Henrico de Essessa pro fuga prelii contra Gualenses, in quo isdem Henricus defecit, et exheredatus, factus est monachus Radingensis. Walenses subditi sunt regi Henrico ad libitum. Malcomus rex Scotie fecit homagium Henrico, regis Anglorum filio, et dedit regi obsides, scilicet dedit fratrem suum minorem et quosdam de filiis baronum suorum, de pace tenenda et pro castellis suis, que rex volebat habere. Quidam gartio, coniventia monachorum ut creditur, occidit abbatem Sancti Maximini Aurelianensis; et papa Alexander et Ludovicus rex Francorum expulerunt inde omnes fere monachos, et per diversas abbatias disperserunt, et fecerunt ibi abbatem de Maiori Monasterio. Similiter anno preterito cum abbas Latiniacensis equitans invenisset quendam, qui ei forifecerat, et minaretur ut eum caperet et destrueret: ille emissa sagitta percussit abbatem in oculo usque in cerebrum, et occidit. Cui successit Hugo, naturalis filius comitis Theobaldi senioris. Iste fuit prius monachus Tironis [90]; et tempore Stephani regis patrui sui, per aliquantum temporis fuit abbas Hommensis [90] in Anglia; qua abbatia relicta fuit abbas Certesiensis. Iterum illa relicta venit in Franciam ad nepotes suos Henricum et Teobaldum; et sic, ut diximus, factus est abbas Latiniacensis. Gislebertus episcopus Herefordensis, mortuo Ricardo Lundoniensi episcopo, translatus est ad eandem sedem, et magister Robertus de Mileduno, genere Anglicus, et grandevus, factus est episcopus Herefordensis. Rogerius filius Roberti comitis Gloecestrie electus est ad episcopatum Wigorniensem[d]. Mense Martio obiit tercius Balduinus rex Ierusalem, vir per omnia plangendus; et successit ei Amalricus frater eius. Huic Balduino a superna clementia concessum est, ut Ascalonem caperet, et Agarenos expelleret et servitio divino manciparet; quod nec David propter sanctitatem suam, nec Salomoni propter sapientiam et divitias suas, nec Ezechie propter iustitiam suam, nec alicui antea regum permissum fuerat. In octavis pentecostes Alexander papa tenuit concilium Turonis, in quo excommunicavit Octavianum cum aliis scismaticis et complicibus suis. In illo concilio duo episcopi, quorum unus sacratus fuerat per manum Terrachonensis archiepiscopi metropolitani sui, alter per Toletanum archiepiscopum totius Hispanie primatem, expulsi sunt de ecclesia Pampulonensi, ad cuius titulum ambo sacrati erant, et tercius subrogatus est. Illis tamen duobus ordo episcopi mansit, et concessum est, ut si vacantes ecclesie eos vocarent, fierent earum presules[e].

1164.	13.	27.	10.

Terricus comes Flandrensis vadit Ierosolimam tercio, et filius eius primogenitus Philippus ei succedens, ducta altera filiarum Radulfi senioris comitis Viromandensis, et fratre uxoris sue iuniore Radulfo comite elephantia percusso, per uxorem fit dominus duorum comitatuum, scilicet Viromandensis et Montis Disderii. Rainaldus Coloniensis electus, cancellarius Frederici imperatoris Alemannorum, transtulit trium magorum corpora de Mediolano Coloniam; quorum corpora quia balsamo et aliis pigmentis condita fuerant, integra exterius, quantum ad cutem et capillos, durabant. Eorum primus, sicut mihi retulit, qui eos se vidisse affirmabat, quantum ex facie et capillis eorum comprehendi poterat, quindecim annorum, secundus triginta, tercius quadraginta videbatur. Beatus autem Eustorgius dono cuiusdam imperatoris transtulit illos Mediolanum de Constantinopoli, cum quadam mensa cui superpositi erant, in quodam vehiculo parvo, quod duc vacce divina virtute et voluntate trahebant. Transtulit etiam idem Rainaldus exinde corpus beate Valerie, matris sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, et apud Naboris martyris. Apud Rothomagum 3. Kalendas Februarii obiit Willermus frater Henrici regis; sepultus est in ecclesia sancte Marie. Circa octavas pasche rex Henricus fecit dedicari ecclesiam beate Marie de Radingis, et per tres dies regaliter procuravit conventum monachorum et hospites, data etiam dote non

a) G. *habet* E. b) archiep. Lugd. — tenuit *desunt* S^b. S^h. c) *Hic folio desinente, in* E. *manus habitum mutat.* Hic — dederat *desunt* S^b. S^h. d) Quidam gartio — Wigorniensem *desunt* S^b. S^h. e) *Hic pagina desinente, manus habitum paululum mutat.* In illo — Naboris martyris *desunt* S^b. S^h.

87) Heraclio BOUQ. 88) Hanc Roberti narrationem dubiam reddunt ea quae affert Bouquet XIII, 307, n.; cf. infra a. 1175. 89) quorum catalogum, primo codicis E. folio inscriptum, inde edidit Ravaisson Rapport au ministre. Par. 1841. 90) Tiro sive Tironium, dioecesis Carnotensis.

Romanorum Francorum Anglorum

minima eidem ecclesie. Hamelinus, naturalis frater Henrici, duxit comitissam de Guarenna, relictam Willermi comitis Moritonii, filii Stephani regis. Hec fuit filia tercii Willermi comitis de Guarenna, qui cum rege Francie Ludovico perrexit Ierusalem, et ibi obiit, superstite sola predicta comitissa. In pago Belvacensi cuidam plebeio apparuit in visu noctis sanctus Egidius, et quedam honeste persone cum eo, cui predixit, ut cum die crastina primum sulcum aratri duceret, inveniret parvam crucem ferream, et iussit ut ferret eam ad suam ecclesiam. Tunc rusticus quesivit ab eo, utrum ad Sanctum Egidium de Provincia deberet eam portare; cui sanctus Egidius respondit: *Non; sed ad Sanctum Egidium de Constantino, ubi est corpus meum.* Quod cum factum fuisset, multe ibi virtutes facte sunt. Apud Lucam civitatem obiit Octavianus scismaticus, per antifrasim vocatus Victor; et successit ei in eodem errore permanens Wido Cremensis, dictus Paschalis IV. Comes Carnotensis Tedbaudus despondit filiam Ludovici regis Francie, et rex ei concessit dapiferatum Francie, quem comes Andegavensis antiquitus habebat, unde etiam nostris temporibus Radulfus de Parrona pro eo serviebat; unde ei hommagium faciens ut dominum honorabat. Henricus autem frater eius primogenitus comes Trecensis iterum assumpsit filiam Ludovici regis, quam prius dimiserat. Fredericus imperator cum ad libitum suddisset [a] sibi Langobardiam, in qua sunt 25 civitates, inter quas sunt tres archiepiscopatus, scilicet Mediolanum, Ravenna, Ienua; et fiscum regium ad 50 milia marcharum summam in eodem regno reparasset, et pacem ibidem tam indigenis quam peregrinis reformasset: iterum Verona, et quedam alie civitates adversus eum rebellant [b]. Gualenses fidem Henrico regi non servantes, terras proximas latrocinando infestant, agente quodam regulo eorum, vocato Ris, et alio eiusdem perversitatis homine nomine Oeno, predicti Ris avunculo. Walterius Giffar comes de Bochingaham moritur absque herede, et comitatus eius in Anglia et terra eius in Normannia rediit ad dominium regis [c]. Richardus de Humet, conestalus Henrici regis, convocatis baronibus Normannie et Britannie, mense Augusto cepit castrum Conbort in Britannia in manu regis, quod Radulfus de Filgeriis habuerat post mortem Iohannis de Dol. Eodem mense sanguis pluit in Rethel, in episcopatu Dolensi. Robertus episcopus Carnotensis vir religiosus moritur [d]. Obiit Hugo venerabilis archiepiscopus Rothomagensis 4. Id. Octobris. Hic vir magne literature multa iocunde edidit; viduis et orphanis et aliis pauperibus largus extitit. Rexit autem ecclesiam Rothomagensem honeste et viriliter annis fere triginta [e]. Almarricus rex Ierusalem, conductus ab amiralio Babilonico, cum exercitu perrexit in adiutorium illius, liberare quandam civitatem ipsius nomine Barbastam, quam Salegon senescallus Noradin fraude occupatam contra ipsum tenebat. Obsessa igitur per aliquantulum temporis, tandem capta est et amiralio restituta civitas; firmatis autem inter eos amicitiis, et redditis multis captivis, duplicato etiam tributo — nam antea dabat amiralius regi singulis annis 30 milia aureorum — rex ad propria rediit. Sed interea Noradin intulerat christianis magnum dampnum; nam capto castro eorum, nomine Harenc, capto etiam Boamundo iuniore principe Antiochie, et multis interfectis, Habilina, id est Belinas, postmodum a Saracenis pervasa est.

1165. Fredericus 14. Ludovicus 28. Henricus 11.

Henricus rex Anglie in quadragesima in Normanniam transiens, in octabis pasche apud Gisorz cum rege Francorum locutus est. Inde rediens Rotomagum, Philippum comitem Flandrensem consobrinum suum regaliter excepit. Venerunt similiter ad eum legati Frederici imperatoris Alemanorum, Rainaldus scilicet archiepiscopus Coloniensis cancellarius ipsius, et multi alii magni potentatus viri, requirentes eum ex parte imperatoris, ut daret unam filiarum suarum Henrico duci Baioarie, et aliam filio suo, licet adhuc puerulo. Exactis itaque sacramentis et datis, rex postea misit suos legatos in Alemaniam, qui ab imperatore et satrapis suis eadem sacramenta de conventionibus, que inter eos convenerant, acciperent. Rotrodus episcopus Ebroicensis fit archiepiscopus Rotomagensis. Henricus decanus Salesbericnsis eligitur ad episcopatum Baiocensem. Mortuo Rogerio abbate Sancti Wandregisili, viro religioso, Anfredus sacrista eiusdem monasterii ei successit [f]. Regina Anglie Alienor evocata a rege venit in Normanniam, adducens secum filium suum Ricardum et filiam Mathildem. Redeunte vero rege in Angliam, et cum multo apparatu bellico super Valenses eunte, regina remansit in partibus cismarinis. Alexander papa Romanus relinquens Senonem, in qua fere duos annos moratus fuerat, veniens ad Montempessulanum navali subvectione, perrexit ad terram Willermi regis Sicilie, licet insidie piratarum imperatoris Allemanie ei in mari non deessent. Willermus frater comitis Tebaldi eligitur ad regimen ecclesie Carnotensis, data ei remissione a papa propter iuvenilem etatem, ut usque ad quinquennium differretur sacratio eius [g]. Mense Augusto, Ludovico regi Francorum ex uxore sua nascitur filius, et vocatus est Philippus. Regina Alienor mense Octobris Andegavis peperit filiam, et vocata est in baptismate Iohanna. Robertus abbas Montis in quodam brachio auro et argento optime parato iussit reponi reliquias sancti Laurencii, scilicet os brachii quod eschinum vocant, et alia quattuor minora ossa eiusdem martyris; sicuti antea reposuerat in quadam cuppa intus et extra deaurata caput Innocentii socii sancti Mauricii. Predictas reliquias et partem corporis sancti Agapiti mar-

a) *ita* E. Henricus autem — in qua *in rasura postea correxit eadem manus.* b) In pago Belvacensi — rebellant *desunt* Sb. Sh. c) Walterius — regis *desunt* Sb. Sh. d) R. e. C. v. r. m. *desunt* Sb. Sh. e) *Post haec in* E. *manus habitum mutat atque atramentum. In* Sh. *additur:* Obiit illustris comes Galerannus Mellenti, qui multa bona contulit ecclesie b. Marie de Voto, que sita est in territorio Caletensi, in terris, in silvis, in vineis et redditibus. f) H. decanus — successit *desunt* Sb. Sh. g) Willermus — eius *desunt* Sb. Sh.

Romanorum Francorum Anglorum

tyris, scilicet carnem cum costis quattuor, Suppo abbas Montis a monasterio sancti Benigni Fructuariensis, ubi prius fuerat abbas, et prece et precio ad monasterium sancti Michaelis adportavit. Est autem Fructuariense monasterium in Langobardia, in episcopatu Vercellensi [a]. Malcomus rex Scotie, religiosus invenis, obiit. Succedit ei frater eius Willermus. Fulmen cecidit in ecclesia sancti Michaelis in turre et in aliis locis, et tamen Deo miserante nichil nocuit. Obiit Robertus abbas Maioris Monasterii [91], et successit ei Robertus Blesensis [b]. 91

1166. Fredericus 15. Ludovicus 29. Henricus 12.

Henricus rex, munitis confiniis inter Anglos et Walenses, et castellis et militibus dispositis, in quadragesima transfretavit in Normanniam. Deinde locutus cum rege Francorum ea que ad pacem sunt; audito etiam quod rex Francorum statuisset de thesauris et redditibus suis, similiter et omnium hominum tam clericorum quam laicorum, qui in sua ditione erant, singulis annis usque ad quinquennium [c] de singulis 20 solidis singulos denarios mittere Ierusalem ad defensionem christianitatis: idem rex magnanimus fecit duplicare in omni potestate sua redditum primi anni, reliquis annis permanentibus ad solutionem unius denarii per singulos viginti solidos. Gualeranus comes Mellenti factus monachus Pratelli obiit; et successit ei filius eius Robertus, natus ex sorore Simonis comitis Ebroicensis [d]. Duxit autem idem Robertus filiam Rainaldi comitis Cornubensis. Obiit etiam Guillermus rex Sicilie, et successit ei Guillermus filius eius. Willermus Talavacius, comes Sagiensis, et filius eius Iohannes, et iterum Iohannes nepos eius, filius Guidonis primogeniti sui comitis Pontivi, concesserunt regi Henrico castrum Alenceium et Rocam Maberie, cum eis que ad ipsa castella pertinent. Et forsitan ideo predictas munitiones perdiderunt, quia malas consuetudines ipsi et eorum antecessores diu ibi tenuerant; quas rex Henricus statim meliorari precepit. Mense Septembri obiit Stephanus episcopus Redonensis. Obiit etiam in Anglia Robertus Batensis episcopus [e]. Quia vero obtimates Cenomanici comitatus et Britannice regionis, antequam rex transfretaret, minus obtemperaverant preceptis regine, et ut dicitur, sacramento se obligaverant, ut se communiter defenderent, si aliquis eorum gravaretur: rex ad libitum suum eos et castella eorum tractavit; et congregatis exercitibus fere de omni potestate sua citra mare, castrum Felgeriarum obsedit, cepit, funditus delevit. Inde facto conubio de Gaufrido filio suo et Constancia filia comitis Conani Brittannie et de Richemont, comes Conanus concessit regi, quasi ad opus filii sui, totum ducatum Brittannie, excepto comitatu de Gingamp, qui ei acciderat per avum suum comitem Stephanum. Rex vero accepit hominium fere ab omnibus baronibus Brittannie apud Toas. Inde venit Redonis, et per civitatem illam, que caput est Brittannie, totum illum ducatum saisivit. Et quia nunquam viderat Comborcht neque Dol, postquam in manus eius venerant, in transitu illa vidit. Causa vero orationis ad Montem sancti Michaelis veniens, apud Genecium illa nocte hospitatus est [f]. Illuc venerunt ad eum Guillermus rex Scotie, et episcopus insularum Man et aliarum 31, que sunt inter Scotiam et Hiberniam et Angliam. Illas 32 insulas tenet rex insularum tali tributo de rege Norwegie, quod quando rex innovatur, rex insularum dat ei decem marcas auri, nec aliquid facit ei in tota vita sua, nisi iterum alius rex ordinetur in Norwegia. Huius regis insularum venit legatus ad regem Anglie predictus episcopus. Est enim predictus rex consanguineus regis Anglie ex parte Mathildis imperatricis matris sue [g].

1167. 16. 30. 13.

In natali Domini fuit rex Henricus Pictavis, et venit ad eum Henricus filius suus de Anglia. Ante quadragesimam venit rex Rothomagum, et mortuo Rotgerio abbate Sancti Audoeni, viro summe religionis, eandem abbatiam dedit Haimerico cellerario Becci. Paulo ante obierant in Anglia Robertus Herefordensis et Robertus Linconiensis episcopi [h]. In quadragesima locutus fuit rex Anglorum cum comite Sancti Egidii apud Magnum montem. Post pascha duxit exercitum militum in Arvernicum pagum, et vastavit terram Guillermi comitis, quia data fide pepigerat stare iusticie, in presentia domni regis, nepoti suo, quem exheredaverat, iuniori videlicet comiti Arvernensi; sed inveteratus ille dierum malorum rupta fide, transtulit se ad regem Francorum, et seminavit discordias inter eos. Sed et de collectione pecunie deferende Ierusalem, que adunata fuerat Turonis, quam rex Anglorum volebat mittere per suos nuntios, utpote sumptam in suo comitatu, rex autem Francorum per suos, quia ecclesia Turonensis sua est, suggestione Iocii archiepiscopi Turonensis magna discordia inter Henricum regem Anglorum et Ludovicum regem Francorum mota est. Combusta est civitas Turonensis cum principali ecclesia. Almaricus rex Ierusalem evocatus ab amirario Babilonie, cui confederatus erat, obsedit Alexandriam, que caput est Egypti, et cepit, et reddidit eam amirario, qui pepigit ei singulis annis tributum de eadem civitate 50 milia Bizantiorum, exceptis 57 milibus, quos habet de Babilone. Idem etiam rex duxit uxorem neptem Manuel imperatoris Constantinopolitani cum infinitis thesauris.

Circa pentecostem Frederiens imperator Alemanorum, missis exercitibus suis, multos Romanorum occidit, ipse ab eisdem similia receptaurus. Circa mensem Iulium per semet ipsum Leoninam Romam

a) Robertus — Vercellensi *desunt* 8b. 8h. b) Fulmen — Blesensis *postea addidit manus eadem; desunt* 8b. 8h. c) quadriennium 8d. d) *Post haec tres voces erasit scriptor ipse in* E. Gualeranus — Cornubensis *desunt* 8b. 8h. e) *Pagina desinente in* E., *habitum manus mutat, sed paululum tantum.* Mense — episcopus *desunt* 8b. 8h. f) *Atramentum mutatur.* g) *Abhinc atramentum atque manus prorsus mutatur, orthographia quoque saepius differt a praecedenti.* h) Ante quadragesimam — episcopi *desunt* 8b. 8h.

91) Marmoutiers-les-Tours.

Romanorum Francorum Anglorum

obsedit et cepit, et quedam iuxta ecclesiam beati Petri destruxit, scilicet porticum et alia nonnulla. Antipapam etiam Widonem de Creme Romam adduxit, et per manum ipsius uxorem suam imperatri-
Aug. 1. cem fecit coronari. Subsecuta est e vestigio ultio divina. Nam Karolus filius Corradi, qui ante Fredericum imperaverat, consobrinus eius, mortuus est [a], et Rainaldus archiepiscopus Coloniensis cancellarius eius, cuius consilio multa mala faciebat [b], et episcopus Leodiensis, et multi alii tam episcopi quam consules, similiter perierunt. Dicitur enim, quod crassante mortalitate 25 milia hominum de exercitu suo mortui sunt. Longobardie civitates, que sunt numero 25, Mediolanum reedificant et ab imperatore deciscunt, preter Papiam et Vercellas [c]. In octavis pentecostes rex Anglorum et rex Francorum in Vircasino locuturi de pace convenerunt. Sed primoribus regni Francorum exacerbantibus lenitatem regis Ludovici, nihil profuerunt. Congregaverunt itaque uterque infinitum exercitum de omni potestate sua, et alteruter castella sua muniverunt. Cum autem rex Francorum aliquantas villulas in Marca, inter Medantam et Pascheium, combussisset, rex Henricus irritatus, licet multum deferret regi Ludovico, Calvum Montem castrum munitissimum et ditissimum, in quo rex Francorum congregaverat expensas et victualia ad opus belli, et plurimas villas in circuitu illius combussit. Quo audito rex Francorum graviter tulit, et collectis viribus suis, latos fundos quos Sanctus Audoenus habebat in Vircasino, scilicet Vadum Nigasii et alias villas, combussit; Andeliacum etiam burgum optimum, qui erat proprius Beate Marie et archiepiscopi Rothomagensis. Nonnulla etiam que pertinebant ad ecclesiam sancte Trinitatis Rothomagensis, vastavit. Sed non defuit festinata vindicta. Eadem namque die multi de exercitu eius cum redirent ad castra, siti, solis fervore, pulvere, formidine deficientes expiraverunt.

92 Sic etiam patri ipsius pridem [92] acciderat; nam initurus certamen cum Henrico seniore rege Anglorum, in quo inferior fuit, precedenti nocte in eodem vico hospitatus fuerat, et Franci, qui a ferocitate, teste Valentiniano Romanorum imperatore, vocati sunt, ecclesiam beate Marie Andeliaci stabulum equorum suorum fecerant. Unde alii eorum capti, alii vero in fugam elapsi sunt. Mense Augusto tregue sumpte et iurate sunt inter reges Henricum et Ludovicum, usque ad pascha. Inde perrexit rex Henricus in Britanniam, et subdidit sibi omnes Britannos, etiam Leonenses; nam Gnihunmarus, filius Hervei vicecomitis Leonensis, cuius filiam comes Guido habebat in coniugium, datis obsidibus submisit se regi, terrore exanimatus, cum videret castrum suum munitissimum combustum et captum, et alia nonnulla vel capta, vel reddita. Cum adhuc moraretur rex in Britannia, audivit nuntium de morte matris sue Mathildis imperatricis. Decessit enim 4. Idus Septembris Rothomagi, et sepulta est Becci. Thesauros infinitos pius filius distribuit ecclesiis, monasteriis, leprosis et aliis pauperibus, pro anima illius. Fecit autem predicta imperatrix monasterium de Voto in Caletensi pago iuxta Iuliam Bonam, et posuit ibi monachos Cistercienses. Fecit et monasteria canonicorum, unum iuxta Cesaris Burgum, et aliud in silva de Goffer. Ad montem etiam lapideum super Sequanam apud Rothomagum, a se inchoatum, multam summam pecunie dimisit.

93 Richardus abbas Sancti Petri super Divam [93] obiit, et successit Rannerus monachus Cadomi pro eo. Decessit etiam Michael abbas Pratelli [94], monachus Becci, et substitutus est pro eo Henricus monacus Becci, procurator hospitum [d]. Iocio archiepiscopus Turonensis concordatus est cum rege Anglorum.

95 Venerabilis Hugo abbas Cerasii [95] humane vite moriendo satisfecit; qui 50 fere annis rexit idem monasterium. Hnic successit Martinus monacus eiusdem loci [e]. Regina Alienor transfretavit in Angliam, ducens secum filiam suam Mathildem. In vigilia natalis Domini due stelle ignei coloris, quarum una erat magna, altera parva, apparuerunt in occidente, et erant quasi coniuncte; postea disiuncte sunt longo spatio, et apparere desiverunt. Natus est Iohannes filius regis Anglorum [f].

1168. Fredericus 17. Ludovicus 31. Henricus 14.

Ad natale fuit rex Henricus Argentomagi, et tenuit ibi magnam curiam in nova aula sua. Mathildis filia regis Henrici cum infinita pecunia et apparatu maximo ducta est in Alemaniam ad sponsum suum Henricum ducem Sansonie [g] et Baioarie; quorum ducatuum unum habebat ex patre suo, alterum ex matre. Pater ipsius fuit Henricus dux, qui fuit natus ex filia Lotharii imperatoris, qui ante Corradum imperaverat. Hic Henricus, scilicet iunior, qui filiam regis Anglorum duxit, super paganos, scilicet Sclavos et Vindelicos, tantum adquisivit, quod fecit ibi tres episcopatus. Obiit [h] Terricus comes Flandrensis, cui successit Philippus filius eius, qui iam diu comitatum illum rexerat, cum pater illius iter Ierusalem frequentabat. Stephanus de Filgeriis, capellanus regis Henrici, factus est episcopus Redonensis. Fiscanense monasterium combustum est [i]. Mense Februario accidit quoddam mirabile in Cenomanensi pago, castro Freernai, quod castrum est Roscelini vicecomitis Cenomannorum, qui habet in coniugio Mathildem filiam nothan primi Henrici regis Anglorum, materteram secundi Henrici regis Anglorum, ex qua genuit Ricardum, qui ei successit, et Guillermum, cui secundus Henricus rex Anglorum dedit in Brittannia filiam Rollandi de Rens cum terra ipsius. In hac itaque munitione fluvius Sartae, qui preterfluit, fere per horam et dimidiam siccatus est, ita ut calciati siccis vestigiis

a) *post hanc tres voces erasae.* b) *post hanc aliquot voces erasae.* c) Circa pentec — Vercellas *desunt* 8b 8h. d) Richardus — hospitum *desunt* 8b. 8h. e) Venerabilis — loci *desunt* 8b. 8h. f) N. e. I. f. r. A. *alia manus addidit; adsunt etiam reliquis.* g) *ita* E. h) *Haec vox in rasura plus quam dimidiae lineae scripta est in* E. i) *In fine quaternionis hic desinit manus. Redit prima codicis manus.*

92) a. 1119. 93) dioec. Sagiensis. 94) Préaux. dioec. Luxoviensis. 95) Cerisy. dioec. Baiocensis.

Romanorum Anglorum Francorum

possent transire, cum antea vix equi absque natatu possent transvadare. Hoc etiam accidit Londonie de Tamensi flumine, tempore primi Henrici regis Anglorum. 14. Kal. Marcii terremotus factus est, et globus ignens visus est per aera discurrere [a].

Pictavi et Aquitani ex maiori parte, id est comes de Marcha, comes Engolismensium, Haimericus de Lizenniolo, Robertus, et Hugo frater eius de Silleio, et alii multi, voluerunt rebellare contra regem; et incendiis et rapinis pauperum incumbentes, circunquaque crassabantur. Quod rex audiens impiger advolat; et eorum insanie obsistens, Lizennoium castrum munitissimum cepit, captum munivit, et villas eorum et municipia destruxit. Munitis castellis suis militibus et victui necessariis, relicta ibi regina cum comite Patricio Salesberiensi, avunculo Rotrodi comitis Perticensis: in octavis pasche inter Paceium et Medantum in Normania, locuturus cum rege Francorum et iniurias suas ab eo expostulaturus, accessit. Siquidem Pictavi ad regem Francorum venerant, et obsides suos contra regem Anglorum, cuius proprii erant, ei dederant. Unde cum hinc inde grandis altercatio fieret, nec rex Francorum obsides, quos contra iusticiam ceperat, reddere vellet, inducie date sunt usque ad octavas sancti Iohannis. Circa vero octavas pasche, dolo Pictavensium occisus est comes Patricius, et sepultus est apud Sanctum Hilarium. Successit ei filius, natus ex filia Guillermi comitis Pontivi, matre comitissae de Warenna. Antequam trigue date essent, rex Anglorum submonuerat Eudonem vicecomitem de Porrohoit, qui catinus umbratico nomine comes vocabatur, et cui tanta bona contulerat, ut ad servitium et adiutorium suum veniret; quod ipse renuit et quidam alii de Britannis ei confederati, scilicet Oliverius filius Oliveri de Dinam, et Rollandus consobrinus eius. Rex itaque non immerito adversus eos iratus, a capite, scilicet ab Eudone incipiens, vastavit et combussit eius terram, destructo imprimis castello Ioscelini, quod habebat precipuum. Comitatum etiam de Broerech abstulit ei, cuius caput est civitas Venetensium, quam rex in manu sua cepit, cuius portum Iulius Cesar mirifice extollendo collaudat in libro quem scripsit de bello Gallico [96]; dimidium [96] etiam Cornubie [97] ei abstulit. Obsedit etiam castellum Abrai; captum munivit. Vastata igitur Eudonis terra et ad libitum suum redacta, ad terram Dinannensium appropinquans, castrum Hedde a Gaufredo de Monteforti sibi redditum munivit, et Tintinniacum evertit. Inde Becherel munitionem Rollandi de Dinam firmissimam per aliquot dies obsidens, adhibitis machinis cepit et munivit. Lehun vero castrum [98], [98] in quo Rollandus maxime confidebat, quia erat natura et arte munitissimum, obsedisset, nisi brevitas termini eundi ad colloquium regis Francorum eum urgeret. Tradita itaque terra Rollandi rapinis et incendiis, citra Ricem flumen eadem egit in ulterioribus; nam transito amne per Lehun descendens, et aliquas perfundans, monachis Lehunnensibus pepercit. Dinam vero circuiens, quedam destruxit, quedam intacta reliquit. In pago Aletensi eadem gessit. In octavis sancti Iohannis ventum est ad Feritatem Bernardi, ubi de pace inter reges tractatum est, et infecto negocio discessum est. Nam Brittones, sicut et Pictavi, obsides regi Francorum dederant, et fide interposita paccionem acceperant, quod rex Francorum sine ipsis regi Anglorum non concordaretur. Unde et ipsi Brittanni, coniventibus quibusdam Cenomanensium, per quorum terram latenter transierunt, colloquio interfuerunt. Munitis autem marchis, ex utraque parte continuata est decertatio usque ad adventum Domini. Rex vero Henricus caute agens, cognatum suum Matheum comitem Bolonie sibi pacificavit, spondens ei se daturum per annum maximam partem pecunie, pro calumpnia [99] relaxanda comitatus Moritonii. Habe- [99] bat enim filiam regis Stephani, qui fuerat comes Moritonii [b]. Cum autem idem Matheus ad auxilium regis Anglorum, domini et cognati sui, veniret, Iohannes comes Pontivi non permisit eum transire per terram suam; unde necessitate cogente, navali subvectione ad regem cum multis militibus expeditis accessit. Quod rex audiens, rogatu eiusdem Mathei cum bellico apparatu in terram Iohannis perrexit, et Vimacensem [1] pagum Vulcano tradens, 40 et eo amplius comburens villas, voluntati suae [1] satisfecit. Rex Francorum veniens latenter ad quoddam municipium Normanniae, cognominatum Chesnebrut, illud combussit, et quatuor milites in eo cepit. Quo comperto, rex Anglorum illum insecutus est, multos milites cepit; inter quos etiam senescallum Philippi Flandrensium comitis aduncatus est. Tradidit etiam castellum Hugonis de Novo Castello flammis et incendiis, vocatum Brueroles, ut combustum ex re nomen haberet. Hoc etiam fecit Novo Castello per milites suos, ipso tamen absente. Vastata est similiter terra comitis Perticensis ex maiori parte, ipso agente [c]. Multa etiam fecit rex Anglie in hac guerra, que non audivimus, vel si audivimus, non occurrunt memorie.

Obiit Robertus comes Leycestrie, relinquens filium Robertum, qui accepit cum uxore sua hereditatem de Grentemesnill. Mortuus est autem in Brittannia Herveus de Lehun, cui successit Guihomar filius eius. Nichilominus obiit Rome Guido de Creme antipapa, et successit in scismate quidam pseudoclericus, cognominatus Calixtus. Archiepiscopo quoque Senonensi in fata secedente, Willermus electus Carnotensis ei successit, concesso tamen ei episcopatu Carnotensi per biennium a papa Alexandro. Venit ad curiam regis Henrici Anglorum, Saxonum et Baiocorum dux Henricus gener eius, et magnis ab eo honoratus muneribus in sua rediit. Longobardi edificant civitatem

a) Stephanus — discurrere *desunt* 8^{b}. 8^{h}. b) Habebat — Moritonii *desunt* 8^{b}. *sed adsunt* 8^{h}. c) *Sequentia* Multa — Alexandro, *et* Longobardi — Longobardie *desunt* 8^{b}. 8^{h}.

96) III, 8. Hodie est Vannes. 97) Cornuaille. 98) inter Dol et Dinan. 99) i. e. expostulatione. 1) le Vimeu, inter ostia Anciae atque Sumnae.

Romanorum Francorum Anglorum

haut longe a Vercellis, vocantes eam Alexandriam, ad honorem Alexandri pape, sumptis habitatoribus ex singulis civitatibus Longobardie.

1169. Fredericus 18. Ludovicus 32. Henricus 15.

Rex Henricus egit natale Domini apud Argentomagum. Obiit Bernardus episcopus Nannetensis [a]. In epiphania Domini concordati sunt rex Francorum et rex Anglie. Henricus filius Henrici regis Anglorum, fecit homagium regi Francorum socero suo de Andegavensi comitatu et de ducatu Brittannie, quem rex concessit eidem genero suo. Nam de Normannia fecerat ei antea homagium, et concessit ei rex Francie, ut esset senescallus Francie, quod pertinet ad feudum Andegavense. Richardus filius Henrici regis Anglorum fecit hommagium regi Francorum de ducatu Aquitanie. Willielmus Malet cepit Robertum de Sillcio [b]. In purificatione beate Marie fuit Henricus filius regis Anglorum Parisius, et servivit regi Francorum ad mensam, ut senescallus Francie. Hanc senescaltiam, vel ut antiquitus dicebatur, maioratum domus regie, Robertus rex Francie dedit Gaufrido Grisagonella comiti Andegavorum, propter adiutorium quod ei impendit contra Othonem imperatorem Alemanie. Dedit etiam ei quicquid habebat in episcopatu Andegavensi. Postea vero cum Gaufridus comes Perticensis et David comes Cenomanensis essent rebelles eidem Roberto regi Francorum, predictus rex Francorum, Gaufrido Grisagonella ferente sibi auxilium, obsedit municionem Moritonie et cepit. Et quia David comes Cenomannorum evocatus a rege ad eum venire contempsit, dedit rex Gaufrido Grisagonella homaginm illius, et ipsam civitatem, et quicquid habebat in episcopatu Cenomannensi. Henricus filius Henrici regis Anglorum fecit homagium Philippo filio Ludovici regis Francorum. Henricus rex Anglie locutus est cum Ludovico rege Francie, apud S. Germanum in Leia. Gaufridus filius regis Anglorum fecit homagium Henrico fratri suo de ducatu Brittannie, iubente patre eorum. Mortuo Hasculfo de Solinneio, successit ei filius suus Gislebertus. Mortuus est etiam Richardus de Hara, relinquens filias tres [c]. Rex Henricus perrexit in quadragesima Wasconiam, et destructis multis castellis, que contra eum erant, vel munitis, comites Engolismensium et illum de Marcha sibi pacificavit, et multos alios qui non erant tanti nominis. Gaufridus filius regis Anglorum mense Maio venit Redonis; et Stephanus Redonensis et Autbertus Aletensis episcopi, et Robertus abbas de Monte S. Michaelis, et alie religiose persone, receperunt eum cum summa veneratione in ecclesia sancti Petri. Ibi accepit hominia baronum Brittannie. Rex Henricus fecit fossata alta et lata inter Franciam et Normanniam, ad predones arcendos. Similiter fecerat in Andegavensi pago super Ligerim, ad aquam arcendam, que messes et prata predabat, quedam retinacula, que torsias vocant, per triginta fere miliaria, faciens ibi edificare mansiones hominum, qui torsias tenerent. Quos etiam fecit liberos de exercitu et multis aliis ad fiscum pertinentibus [d]. Obiit Hilarius Cestrensis et Nigellus Heliensis episcopi, et Petrus Gemmeticensis, Richardus Bernaicensis, Silvester Rothonensis abbates. Mense Augusto, pacificatis fere omnibus in Pictavensi pago, Wasconia, Henricus rex venit in Normanniam, et evocati Brittanni properaverunt ad eum. Catina civitas Siciliae terremotu concussa et prostrata est, et multi in ea perierunt [e].

Rex Henricus fecit castrum munitissimum et burgum pergrande iuxta haiam de Malaffre, quod vocatum est Bealveer. Cum Rogerius Malahranchia dolo cepisset urbem Biteriensem, quam cives ipsius contra eum tenebant, omnes tam viros quam mulieres vel suspendio vel alio tormento morti tradidit, et novis habitatoribus illam inhabitandam tradidit. Siquidem predicti cives dominum suum Guillermum [2] Trenchevel, patrem Rogerii Malebranche, in quadam ecclesia cum filio suo parvo crudeliter occiderant. Rex Henricus fecit molendina et piscatorias Andegavis in flumine Meduane. Cum Guillermus Goeth obiisset in itinere Ierusalem, et comes Theobaldus vellet habere in manu sua Montem Mirabilem et alias firmitates, que fuerant Guillermi Goeth, de quibus saisitus [3] erat Herveus de Iven, qui habebat in coniugio primogenitam filiam Guillermi Goeth, natam ex una sororum comitis Theobaldi; videns predictus Herveus, se non posse resistere comiti Theobaldo, cum rex etiam Francorum adiuvaret partes comitis Theobaldi, utpote sororius eius: idem Herveus, intercurrente magna pecunia et quibusdam pactionibus, tradidit Henrico regi Anglorum Montem Mirabilem et aliud castrum, scilicet Sanctum Anianum in Biturico. Unde discordia redintegrata est inter regem et comitem.

1170. 19. 33. 16.

Ad natale fuit rex Henricus in Brittannia apud Nannetes. Robertus archidiachonus Nannetensis consensu regis factus est episcopus Nannetensis, post Bernardum avunculum suum. In quadragesima excessit mare limites suos, unde messes que prope illud seminate erant, in multis locis perierunt a fluctibus absorte. Ossa cuiusdam gigantis in Anglia per alluvionem detecta sunt, cuius corporis longitudo, ut ferunt, 30 pedum erat. In eadem quadragesima transfretavit **rex** Henricus in Angliam, non tamen sine discrimine. Submerso in mari Gisleberto de Abrincate, **Fulco** Painel, qui habebat primogenitam sororem eius, successit ei. Vicecomites per Angliam, qui exactionibus et rapinis populum afflixerant, a rege correpti sunt. Post pentecosten rex Henricus evocato filio suo Henrico

a) O. B. e. N. *desunt* 8b. 8h. b) W. M. e. R. d. S. *desunt* 8b. 8h. c) Mortuo — tres *desunt* 8b. 8h. d) Similiter — pertin. *in rasura ita ampliavit Robertus. Adsunt* 7b. *Desunt* 8b. 8h. *cum sequentibus* Obiit — abbates. e) *Hic desinunt* 8a. 8b. *et manus secunda in* 8d. *et textus decurtatus in* 8c. 8h. *fortasse etiam in* 8c. 8g. *In* 8b. *sequitur brevis continuatio monachi Vallomontensis.* Combusta est Fiscannensis ecclesia 14. Kal. Iulii, 4. feria post octavam pentecostes *addunt* 8d. 8h.

2) corrige: *Raimundum.* BOUQ. 3) investitus.

Romanorum Francorum Anglorum

in Angliam, fecit eum coronari in regem, cum magna cleri populique leticia, Lundonie apud Westmonasterium. Hunc inunxit Rogerius archiepiscopus Eboracensis; nam Thomas Cantuariensis citra mare per continuum fere sexennium in Galliis morabatur. Huic consecrationi interfuerunt Gislebertus Lundonensis, Goscelinus Salesbiriensis, Walterus Rofensis, Ricardus Cestrensis, Bartolomeus Exoniensis, Hugo Dunelmensis episcopi; Rogerius Wigorniensis in Normannia morabatur, Henricus Wintonensis et Willermus Norvicensis infirmitate prepediti non affuerunt. Nam Adelulfus Carliensis, et Robertus Herefordensis, et Robertus Batensis, et Robertus Lincolnensis, et Hilarius Cicestrensis, et Nigellus Heliensis episcopi dormierant in Domino, et adhuc cathedre eorum vacabant. Interfuerunt vero de Normannia Henricus Baiocensis et Frogerius Sagiensis episcopi, qui cum eo venerant in Angliam. Quidam moleste ferunt, quod archiepiscopus Eboracensis unxerit in regem Henricum iuniorem. Sed noverint, quod primus Guillermus, qui Angliam armis subegit, ab Alveredo religiosissimo viro Eboracensi archiepiscopo inunctus et sacratus est, Cantuariensi archiepiscopo intra insulam Britannie manente, Stigando scilicet a papa excommunicato.

Margarita filia regis Francie, uxor Henrici iunioris regis, in Angliam transiit; nec tunc tamen fuit coronata, quia rex iam coronatus erat, et episcopi discesserant. Iohannes comes Aucensis moritur, et successit ei filius eius Henricus, quem genuerat ex filia Willermi de Albineio [3]; quem vocant comitem de Arundel. 3 Hic duxit Elizam reginam, relictam Henrici senioris regis Anglorum, ex qua genuit Guillermum primogenitum suum, et Godefridum, et istam comitissam uxorem Iohannis Aucensis, de quo sermo est. In die apostolorum Petri et Pauli terremotus horribilis factus est in transmarinis partibus, quo corruit civitas Tripolis, pars Damasci, Anthiochie plurimum. Agareni etiam non fuerunt expertes huius tribulationis; nam Halapre, que caput est regni Loradin, et quedam alie civitates Sarracenorum, non evaserunt hanc pestem. Mortuo Willermo comite Nivernensi ultra mare, Matheus frater Philippi comitis Flandrensium, comes Bolonie, duxit uxorem eius [4], sororem scilicet comitisse 4 Flandrensis. Hii itaque duo fratres duas duxerunt sorores, filias Rodulfi comitis Viromandorum, neptes Alienor regine Anglorum ex sorore, callide agentes in retinendo terram Radulfi de Parrona per quemlibet fratrum. Hic Matheus prius habuerat filiam regis Stephani, et susceptis ab eo duabus filiabus, rediit ad religionem, unde invita recesserat [5]. Circa Augustum rex Henricus rediit in Normanniam, 5 relicto iuniore Henrico in Anglia. Rex Henricus fecit pacem inter comitem Tedbaldum et Herveum de Iven. Mense Septembri rex Henricus infirmatus est pene usque ad mortem apud Motam de Ger [6], sed miseratione divina et supplicatione servorum Dei, quibus se humiliter commendabat, sopita 6 adversa valitudine sanitatem refovet. Egidius Rothomagensis archidiaconus electus est ad episcopatum Ebroicensem, Richardus archidiaconus Constantiensis ad Abrincatensem. Alienor filia regis Henrici Anglorum ad Hispaniam ducta est, et ab Amfurso imperatore solemniter desponsata. Huius imperatoris illa pars Hispanie, que Castella vocatur, regnum est. Huius imperii caput civitas Toletum est. Predicto regi propter infirmam etatem — nondum enim adimpleverat quindecim annos — adversantur duo reges, Fernandus Gallicie patruus eius, et Amfonsus Navarie avunculus eius. Mortuo Roberto filio Roberti comitis Gloecestrie, Amauricus primogenitus filius Symonis comitis Ebroicensis, iussu et voluntate Henrici regis Anglie, duxit primogenitam filiam Roberti comitis Gloecestrie. Dederat etiam ante idem rex Hugoni comiti Cestrie cognato suo filiam comitis Ebroicensis, cognatam suam ex parte patris sui. Urbs Cenomannorum flagravit incendio. Cella etiam sancti Victurii combusta est, sed Deo adiuvante in melius est restaurata.

Henricus rex Anglorum perrexit causa orationis ad Rocam Amatoris [7], qui locus in Cadulcensi 7 pago montanis et horribili solitudine circundatur. Dicunt quidam, quod beatus Amator famulus beate Marie et aliquando bainlus et nutricius Domini fuit, et assumpta piissima mater Domini ad ethereas mansiones, ipse Amator premonitus ab ea ad Gallias transfretavit, et in predicto loco heremiticam vitam diu transegit. Quo transeunte et in introitu oratorii beate Marie sepulto, locus ille diu ignobilis fuit, excepto quod vulgo dicebatur ibi beati Amatoris corpus requiescere, licet ignoraretur ubi esset. Anno ab incarnatione Domini 1166. quidam indigena illius regionis ad extrema veniens, precepit familie sue, divina forsitan inspiratione, ut in introitu oratorii corporis sui glebam sepelirent. Effossa itaque terra, corpus beati Amatoris integrum reperitur, et in ecclesia iuxta altare positum, integrum peregrinis illud ostendunt; et ibi fiunt miracula multa et antea inaudita, per beatam Mariam. Ad hunc ergo locum, ut diximus, rex Henricus causa orationis veniens, quia appropinquabat terre inimicorum suorum, congregata multitudine armatorum tam equitum quam peditum, ad orationem perrexit munitus sicut ad prelium, nulli malum inferens, omnibus et maxime pauperibus in elemosinis largiter providens. Thomas Cantuariensis archiepiscopus transfretavit in Angliam. Stephanus comes de Sancere, frater comitis Tebaldi, perrexit Ierusalem, ferens secum pecuniam, quam rex Francorum Ludovicus fecerat colligere in adiutorium Ierosolimitanae aecclesiae. Odo [8] dux Burgundie nepos eius perrexit cum eo. 8

1171. Fredericus 20. Ludovicus 34. Henricus 17.

Ad natale fuit rex Henricus ad Bur iuxta Baiocum.

Annus millenus centenus septuagenus
Primus erat, primas quo ruit ense Tomas.

3) Helisende. BOUQ. 4) Eleonoram. BOUQ. 5) abbatissa enim Rummesiae fuerat Maria, antequam Matthaeus a. 1160. eam duxit. 6) prope Domfront. 7) Rochamadour. 8) corr. *Hugo*. BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum

Quinta dies natalis erat, flos orbis ab orbe
Vellitur, et fructus incipit esse poli[a].

Agareni cum multis millibus armatorum venerunt ab Affrica in Hispaniam. Hamo episcopus Leonensis[9] crudeliter per consilium, ut dicunt, Guihomari fratris sui vicecomitis Leonensis et iunioris Guihomari nepotis sui occisus est. Conanus dux Brittannie moritur, et tota Brittannia et comitatus de Gippewis et honor[10] Richemundie, per filiam comitis Conani, que desponsata erat Gaufrido filio regis Henrici, transierunt. Haimericus abbas Sancti Audoeni moritur. Henricus rex venit in quadragesima ad Pontem Ursonis, et ibi per quindecim fere dies demoratus est. Hoc etiam fecit in rogationibus et in pentecoste, cum Guihomarus venit ad eum et reddidit se ei et sua castella, perterritus multitudine militum et aliorum armatorum, quos rex illo direxerat ad eum comprimendum, nisi regis voluntati obediret. Sequenti anno canonizatus est sanctus Thomas a papa Alexandro[b]. Castrum Pontis Ursonis combustum est. Urbs Norwicensis similiter combusta est, cum episcopali ecclesia et officinis monachorum. Humbertus comes Morienne misit abbatem Sancti Michaelis de Clusa ad Henricum regem Anglie, pro componendo matrimonio inter Iohannem filium regis et filiam suam, offereus ei totam terram suam. Fuit enim idem comes filius Amati comitis, et ditissimus in possessione urbium et castellorum; nec aliquis potest adire Italiam, nisi per terram ipsius.

Teobaldus comes Carnotensis plures Iudeorum, qui Blesis habitabant, igni tradidit. Siquidem cum infantem quendam in solempnitate paschali crucifixissent ad opprobrium christianorum, postea in sacco positum in fluvium Ligeris proiecerunt. Quo invento, eos convictos de scelere, ut supra diximus, igni tradidit, exceptis illis, qui fidem christianam receperunt. Hoc etiam fecerunt de sancto Willermo in Anglia apud Norwiz, tempore Stephani regis; quo sepulto in ecclesia episcopali, multa miracula fiunt ad sepulchrum eius. Similiter factum est de alio apud Glovescestriam tempore Henrici secundi regis. Sed et in Francia, castello qui dicitur Pons Isare, de sancto Ricardo impii Iudei similiter fecerunt; qui delatus Parisius, in ecclesia sepultus, multis miraculis choruscat. Et frequenter, ut dicitur, faciunt hoc in tempore paschali, si oportunitatem invenerint.

Obiit Guillermus Talavacius comes Pontivi, et successit ei Iohannes nepos suus in comitatu Pontivi, ex Guidone primogenito suo. In terra vero, quam tenebat de rege Anglorum in Normannia et in Cenomansi pago, successit ei Iohannes comes filius eius. Iste duxit filiam comitis Heliae, fratris comitis Gaufridi Andegavensis et ducis Normannorum. Rex Henricus senior fecit investigari per Normanniam terras, de quibus rex Henricus avus eius fuerat saisitus die qua obiit. Fecit etiam inquiri, quas terras et quas silvas et que alia dominica barones et alii homines occupaverant post mortem regis Henrici avi sui; et hoc modo fere duplicavit redditus ducatus Normannie. Ris rex Walensium pacificatus est cum rege Anglorum Henrico. Rex Oenus avunculus eius preterito anno obierat, et filii eius regi Henrico subditi sunt. Margarita uxor iunioris regis Henrici transfretavit in Normanniam.

Mense Iulio rex congregavit barones suos apud Argentonium, et cum ibi tractaretur de profectione sua in Hiberniam, legati comitis Ricardi veneruut ad eum, dicentes ex parte comitis, quod traderet ei civitatem Duveline, et Waterford, et alias firmitates suas, quas habebat causa uxoris sue, quae fuerat filia regis Duvelinensis, qui iam obierat. Rex itaque audito hoc nuncio, mandavit comiti, quod redderet ei terram suam in Anglia et in Normannia, et planam terram in Hibernia, quam acceperat cum uxore sua; et concessit ei, ut esset comestabuli vel senescallus tocius Hiberniae. Venerabilis Henricus episcopus Wintoniensis et abbas Glastonensis decessit in fata. Iste multa bona fecit ecclesiae Wintoniensi, in ornamentis auri et argenti et sericarum vestium. Divicias etiam suas ecclesiis et pauperibus larga manu distribuit. Ad augmentum virtutum etiam suarum, per aliquantulum temporis ante mortem suam lumine corporali privatus fuerat. Mense Augusto rex transivit in Angliam, et aggregatis tam militibus quam sumptibus, quae ad tantam expeditionem erant necessaria, vigilia beati
Oct. 17. Luce euangeliste transivit in Hiberniam. Quam autem prospere transfretavit, applicuit, receptus sit, litterae quas ad regem Henricum filium suum misit, indicant.

1172. Fredericus 21. Ludovicus 35. Henricus 18.

Henricus rex iunior ad natale fuit ad Bur iuxta Baiocum; et quia tunc primum tenebat curiam in Normania, voluit ut magnifice festivitas celebraretur. Interfuerunt episcopi, abbates, comites, baroues, et multa multis largitus est. Et ut appareat multitudo eorum qui interfuerunt: cum Willermus de Sancto Iohanne Normannie procurator, et Willermus filius Hamonis senescallus Brittannie, qui venerat cum Gaufrido duce Brittannie domino suo[c], comederent in quadam camera, prohibuerunt, ne quis miles comederet in eadem camera, qui non vocaretur Willermus; et electis aliis de camera, remanserunt 117 milites, qui omnes vocabantur Willermi, exceptis plurimis aliis eiusdem nominis, qui comederunt in aula cum rege[d]. Henricus dux Saxonum et Baiacorum, gener Henrici regis Anglorum, perrexit Ierusalem cum magno comitatu militum, et magna ibi incepisset, et forsitan incepta perfecisset, nisi

a) *desunt hi versus* 7b. b) Sequenti — Alexandro *in rasura, ab alia manu. In margine additur:* Canonizatus, id est sanctorum cathalogo annumeratus. Et preceptum fuit ut natalis dies festivus ab omnibus celebraretur, maxime ab Anglis. *Idem prorsus habent* 7b. 8d. *et praeter verba* canonizatus i. e. s. c. annumeratus *etiam* 8h. c) *tres voces post hanc erasae.* d) *hic manus mutatur.*

9) St. Paul de Léon, in Finisterre. 10) feudum vel manerium nobilius.

Romanorum Francorum Anglorum

rex et templarii obstitissent. Thesauros tamen, quos secum portaverat, larga manu distribuit pauperibus et ecclesiis Sancte Terre. Post pascha rex audiens, duos legatos, Albertum et Theodinum, ex parte domni pape Alexandri ad se missos pro causa pie memorie Thome quondam Cantuariensis archiepiscopi, cum esset in Hibernia, citissime venit de Hibernia in Angliam, de Anglia in Normanniam; et premissis ad eos honorabilibus personis, locutus est cum eis, primo Savignei, postea Abrincis, tercio Cadomi, ubi causa illa finita est, sicut litterae publicae testantur, quae inde factae sunt, et a multis personis quae illuc convenerant, retinentur [9]. Rex Henricus locutus est cum rege Francorum, et misit suum regem iuniorem in Angliam, ut Margarita filia regis Francie uxor eius consecraretur in reginam. Hanc inunxerunt ex consilio regis Francie Rotrodus archiepiscopus Rothomagensis et Egidius episcopus Ebroicensis, et coronaverunt regem et uxorem eius. Circa festum sancti Michaelis congregavit rex episcopos Normannie et Britannie, et venit ipse et legati Abrincis, tractaturi de aecclesiasticis negociis; sed obsistente regis infirmitate parum profecerunt. Huius conventus causa venerunt usque ad Montem ad nos honorabiles persone multe, inter quas fuerunt religiosissimi viri, dominus Stephanus Cluniacensis et dominus Benedictus Clusinus abbates; et mutua vice societatem suam nobis et sibi nostram impendimus, sicut litterе eorum, quae a nobis habentur, et nostrae quae ab ipsis asportatae sunt, testificantur. Hoc etiam fecerat nobis piae memoriae Willermus Vizeliacensis abbas in capitulo Vezeliacensi; et cum his tribus ecclesiis, scilicet Cluniacensi, Clusensi, Vizeliacensi, habemus specialem societatem, et multum nobis et illis placentem. Circa festum sancti Martini venit iunior rex cum uxore sua de Anglia, et locuti sunt cum rege Francorum, ipse apud Gisorz, ipsa vero apud Calvum Montem; quos rex letissime susccpit sicut filios suos. 9

1173. Fredericus 22. Ludovicus 36. Henricus 19.

Rex Henricus cum regina Alienor egit natalem Domini apud Chinum regaliter. Iunior vero rex cum uxore sua Margarita eandem festivitatem apud Bonam Villam celebravit. Exinde secutus est patrem suum in Andegavensem pagum, moraturum in illis partibus usque ad purificationem beate Marie, quando rex debebat loqui cum rege Arragonie et cum comite de Morienna et cum comite de Sancto Egidio, pro causa Tolosae [a]. Guillermus abbas Radingensis factus est archiepiscopus Burdegarensis. Comes de Sancto Egidio [10] pacificatur cum rege Anglie de Tolosa, facto sibi humagio et Ricardo filio suo duci Aquitanorum. Promisit ei se daturum equos magni precii, quotannis 40; et si necesse habuerit, inveniet ei unoquoque anno ad servitium suum per 40 dies 100 milites. In quadragesima, quia rex Henricus senior removerat a consilio et famulatu filii sui Asculfum de Sancto Hylario et alios equites iuniores, ideo ille iratus recessit a patre, et venit Argenthomagum, et recessit inde noctu, pergens ad regem Francorum, nescientibus ministris suis, quos pater suus servitio suo deputaverat. Quem secutus est comes Robertus Bellenti, relinquens castella sua sine custodibus; quc rex Henricus occupavit. Comes etiam Cestrie Hugo a Sancto Iacobo Galliciensi rediens, secutus est eum; et Willermus Patric senior, et tres filii eius, et multi alii minoris nominis; quorum omnium domos et virgulta et silvas rex evertit. Similiter regina Alienor et filii sui, Ricardus eomes Pictavensis et Gaufridus comes Britannie, alienati sunt ab eo. 10

Feria 4. ante cenam Domini prior Cantuariensis et alie persone honeste venerunt ad Sanctam Barbaram in episcopatu Luxoviensi, ad regem Henricum et ad legatos Romanos Albertum et Theodinum; et elegerunt Rogerium abbatem Becci ad archiepiscopatum Cantuariensem. Ille vero pretendens infirmitatem suam, noluit adquiescere electioni eorum. Qui inde redeuntes in Angliam, convocatis episcopis et aliis religiosis personis, elegerunt in archiepiscopum Ricardum priorem de Duvira monachum suum. Ricardus etiam archidiaconus Pictavensis electus est ad episcopatum Wintoniensem; Gaufridus filius regis Henrici naturalis, archidiaconus Lincoliensis, ad Lincoliensem; Gaufridus Ridel archidiaconus Cantuariensis ad Eliensem; Robertus Foliot archidiaconus Lincoliensis ad Herefordensem; Ragnerius [b] Lumbardus archidiaconus Salesberiensis ad Batensem; Goscelinus decanus Cistrensis ad Cicestrensem. Posita autem die, qua consecraretur electus Cantuariensis et conseceraret eque alios electos, in generali conventu episcoporum et aliorum qui convenerant, prior Cantuariensis protulit litteras Henrici regis iunioris, in quibus dicebat eos non esse sacrandos; et si quis imponeret eis manus, invitabat eum ad audientiam domni pape. Et ita infecto negocio recesserunt unusquisque ad propria. Prior Wintoniensis factus est abbas Glastonie.

Post pascha Bernardus de Feritate vertit se et castellum suum regi iuniori. Similiter Galerandus de Ibera, Goscelinus Crispinus, Gillebertus de Tegulariis, Robertus de Monteforti, Radulfus de Faic, Gaufridus de Lizenone, Hugo de Sancta Maura et ipsius filius, et Willermus camerarius de Tancharvilla veniens de Anglia. Philippus comes Flandrensis cepit castrum de Aubimare [11], et in eodem comitem Willermum dominum ipsius castri, et comitem Simonem [12]. Inde comes Ancensis Henricus subdidit se et castella sua regi iuniori et comiti Flandrensi. Post festum sancti Iohannis rex Francorum Ludoviens, coadunatis baronibus suis ex omni regno suo, obsedit castrum Vernolum fere per unum mensem. In quo exercitu, ut dictum est a nonnullis, fuerunt septem milia militum, excepta 11 12

a) *desinit haec manus; redit quae eam praecedit.* b) Rag̃ *cod.*

9) exhibet eas Bouq. XIII, 135. 10) Raimundus BOUQ. 11) Albemarle BOUQ. 12) Ebroicensem BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum
reliqua multitudine. Quibus restiterunt viriliter Hugo de Laci et Hugo de Bello Campo constabuli ipsius castri et milites eis subditi cum burgensibus. Innior rex Henricus et Philippus comes Flandrensis et Matheus frater eius comes Bolonie obsederunt novum castrum, quod dicitur Dringurt, cum magno exercitu. Cui castro preerant Donn Bardulfus et Thomas eius frater. Qui cum vidissent, se non posse resistere crebris assultibus eorum et suffossioni murorum, acceptis induciis perrexerunt ad regem Anglie dominum suum, nunciantes ei, quod non poterant resistere viribus inimicorum. Quare concessit eis rex, ut castrum redderent comiti Flandrensi. Matheus comes Bolonie, frater Philippi comitis Flandrensis, ex vulnere quod accepit in obsidione castri Dringcurt, mortuus est. Unde comes Flandrensis frater eius dolens, accinxit militaribus armis Petrum fratrem suum, qui electus erat ad episcopatum Kamaracensem. 3. Idus Augusti vir religiosissimus domnus Stephanus abbas
13 Cluniacensis viam universe carnis ingressus est [13]; et successit ei Radulfus prior de Caritate [14], consobrinus comitis Theobaldi. Obiit etiam Rogerius comes de Clara; cui successit Gillebertus filius eius, qui duxit filiam Guillermi[a] comitis Gloecestrie.

Rex Henricus, contracto magno exercitu tam equitum quam peditum, venit Britolium, volens hominibus suis in Vernolio a rege Francorum Ludovico obsessis ferre auxilium. Quod cum rex Francorum audisset, usus consilio sapientum, a castro recessit, relicta multa parte impedimentorum et victualium. Rex Henricus, convocatis baronibus Britannie, exegit ab eis sacramen-
15 tum sue fidelitatis. Quod cum alii utcunque observarent, Radulfus de Fulgeriis [15] infideliter agens, vocatus a rege parere noluit; sed castellum do Fulgeriis, quod ipse rex prius destruxerat, cepit reedificare. Quod audiens Hasculfus de Sancto Hylario et Willermus Patric et tres filii sui, leti effecti per diverticula venerunt ad eum. Comes etiam Cestrie [16] et comes Eudo [17] secuti sunt eos. Cum rex Anglorum Henricus misisset Brebenzones suos ad devastandam terram Radulfi de Fulgeriis, et hoc ex magna parte fecissent, magna pars eorum, qui victualia ad exercitum deferebant, cum non haberent ducem neque protectorem, occisa est inter Sanctum Iacobum et Fulgerium a militibus Radulfi de Fulgeriis. Radulfus de Fulgeriis castrum sancti Iacobi tradidit incendio; simi-
18 liter castrum Tilioli [18]. Rex Henricus latenter veniens Fulgerium, ut interciperet Radulfum, audito eius adventu fuge petiit remedium. Predam tamen tantam, quantam aliquis in nostro vix viderat, regis homines ceperunt. Siquidem Radulfus de Fulgeriis preceperat hominibus de omni terra sua, quod equos et armenta et pecudes et omnem substantiam suam ducerent in suam forestam; sed antequam intrarent nemoris latibula, ab inimicis intercepta sunt, et omnia sua amiserunt. Radulfus de Fulgeriis, delinitis custodibus precio et precibus, qui custodire debebant castrum de Cumburc et civitatem Dolensem ad opus regis Anglie, cepit illas munitiones. Quod rex audiens, misit Brebenzones suos et quosdam de militibus suis ad eorum auxilium, si necesse haberent. Quibus obviaverunt comes Cestrie, Radulfus de Fulgeriis, Hasculfus de Sancto Hylario, Willermus Patric, et universi milites de terra Radulfi de Fulgeriis, cum magna multitudine peditum. Qui quasi in momento dispersi, milites se fuge tradiderunt, et multi de plebe occisi sunt. Comes vero Cestrie, et Radulfus de Fulgeriis, et 60 milites cum eis, cum non possent effugere, quia inimici eorum obstruxerant viam fugiendi, incluserunt se in turri, excepto Hasculfo de Sancto Hylario et Willermo Patric et quibusdam aliis, qui capti ducti sunt ad Pontem Ursonis. Itaque obsessa est turris Doli a Brebenzonibus et militibus regis et plebe Abrincantina. Comes vero Eudo cum venisset de Francia, noluit morari cum Radulfo de Fulgeriis, sed abiit in Porroet, et firmavit castellum Goscelini, et cepit castellum Ploasmel. In sequenti opere potest videri probitas, industria et agilitas regis Anglie Henrici. Audivit nuntium de obsessione turris Doli, cum esset Rothomagi, nocte precedente diem Mercurii. Ipso vero die Mercurii, cum iam lux esset, recessit a Rothomago, et venit Dolum sequenti die circa terciam, et obsedit turrim. Et cum preparasset machinas ad turrem capiendam, inclusi sibi providentes reddiderunt turrim et se ad voluntatem regis. Inde rex misit eosdem per firmitates suas, ut ibi custodirentur. Quosdam vero, acceptis obsidibus, secum retinuit sub libera custodia.

Comes Robertus de Leecestria volens turbare regnum Anglie, ipse et uxor eius et Hugo de Novo Castello consobrinus eius, cum multis militibus transfretavit in Angliam. Sed interceptus ipse et uxor eius et Hugo de Novo Castello, capti sunt a fidelibus regis iuxta Sanctum Edmundum, et custodie traditi; et multi Flandrensium ibi occisi sunt, et multi alii capti et occisi; et forsitan ideo quia rapinam exercuerant in terra sancti Edmundi regis et martyris, quod non licuit alicui impune. Radulfus de Fulgeriis dedit obsides regi Anglie pro se filios suos, Ivellum et Willermum. Ipse vero nullatenus adquievit, ut se potestati regis traderet, sed fugiendo per nemora delitescit. Ganfridus de Pocntio, et Bonus abbas de Rugeio, et alii exhereditati de Media et de Andegavensi pago, et Radulfus de Haia Normannus, de nemoribus infestant terram regis, carentes munitionibus castellorum.
19 Siquidem Brebenzones regis destruxerant castrum Quirce [19], sicut ante pessumdederant Fulgerium,

a) G. *habet* E. Wilhelmus 8h.

13) Cum nostro facit Chron. S. Stephani Nivernensis apud Martene thes. III, 1387. Reliqui mortuum dicunt anno 1174, postquam anno 1173. sponte abdicasset. 14) la Charité-sur-Loire, d. Antissiod. 15) Fougères. 16) Hugo. BOUQ. 17) de Porhoët. B. 18) Tilly. B. 19) la Guerche. B.

Romanorum Francorum Anglorum

et ceteras munitiones Radulfi. Robertus de Vitreio obiit, et successit ei filius suus Andreas, natus ex sorore Rollandi de Dinam. Idem vero Rollandus, quia carebat alio herede, fecit heredem alium nepotem suum Alanum de omni terra sua, in presentia regis.

1174. Fredericus 23. Ludovicus 37. Henricus 20.

Rex Henricus egit natale Domini in Baiocensi pago apud Burum. Guillermus episcopus de Trigel[20] humane vite finem fecit, cui successit Ivo Brito, archipresbiter Turonensis. In loco etiam Haimonis episcopi Leonensis electus est quidam archidiaconus eiusdem ecclesie, non canonice, sed simoniace; et cum haberet gratiam tam cleri quam populi, non promeruit consecrationem, impediente morte Iocii archiepiscopi Turonensis; in cuius loco elegerunt Turonenses clerici decanum ipsius ecclesie Bartholomeum, iuvenem strenuum et genere nobilem. Guillermus Patric iunior moritur Parisius, et Guillermus Patric pater eius, cui successit Ingerrannus Patric filius eius, qui duxit filiam Richardi filii comitis. Obiit abbas Sancti Florentii[21], et successit ei Radulfus Normannus[a]. Similiter satisfecit vite humane Nutritus reclusus, vir honestus et magne religionis, ad cuius tumulum, ut quidam dicunt, qui est iuxta ecclesiam sancte Marie Ardevonensis, Deus magnificatur in curatione infirmorum. Obiit etiam anno superiore Hamo de Landecop monachus Saviniensis, qui propter religionem et bona opera in pauperes carus erat Deo et hominibus. Archiepiscopus Tarentasie[22], qui fuerat monachus de ordine Cisterciensi, per quem in nostris temporibus in exhibitione miraculorum Deus benedicitur, cum abbate Cisterciensi Alexandro missus a domno papa venit ad regem Francorum, pro reformanda pace inter regem Anglie Henricum et filium eius regem iuniorem; sed impedientibus hominum peccatis, parum profecit. Circa pascha Ricardus electus Cantuariensis, qui anno superiori perrexerat Romam, a papa Alexandro sacratus est Anagnie. Raginerum[b] electum Batensem, socium eius, sacravit archiepiscopus Tarentasie. Due regine ducuntur in Angliam. 21

Circa idem tempus Ludovicus rex Francorum congregavit Parisius omnes barones regni sui, qui ei parebant, et cum eis habuit secretum ministerii sui. Iuraverunt ergo comes Flandrensis, comes Theobaldus, comes de Claromonte et multi alii, quod transfretarent cum iuniore rege in Angliam circa festum sancti Iohannis, et pro posse suo subiugarent ei idem regnum. Alii vero qui remanebant, iuraverunt quod cum exercitu per Normanniam pergerent, et quecumque castella possent, caperent, et patriam vastarent, aut urbem Rothomagum obsidione cingerent. Quod et fecerunt, parum proficientes. Rex autem Henricus senior, qui multos de baronibus Francie oberatos habebat et magnis obsequiis et donis eos sibi familiares fecerat, hoc cognito per eos, castella sua que erant in finibus Normannie iuxta Franciam, armis, militibus et victualibus munivit. Removit etiam quosdam custodes castellorum, ne aliquam sibi fraudem facerent per receptionem inimicorum suorum et longam moram. Inde locutus cum baronibus Normannie, eos admonuit, obsecravit, ut viriliter agerent, et rememorarentur, quod parentes eorum multotiens Francos a finibus suis turpiter eliminassent. Inde assumptis paucis, immo fere nullis de baronibus Normannie, cum Brebenzonibus suis transivit in Angliam. Qua autem humilitate sepulcrum beati martyris Thome visitaverit, notandum est. Ut autem vidit ecclesiam Cantuariensem, desiliens equo, in veste lanea et nudis pedibus pedes usque ad illam per paludes et acuta saxa cum summa devotione perrexit. In oratione ad sepulcrum gloriosi martyris in lacrimis tam devotus extitit, ut videntes ad lacrimas cogeret. Feria sexta illuc venerat, et inpransus tota nocte ibi vigilavit. Mane autem facto, in capitulum monachorum pergens, subdit se verberibus eorum, imitatus Redemptorem, qui dorsum suum dedit ad flagella. Sed ille fecit propter peccata nostra, iste propter propria. Eadem autem die, qua recessit a sancto loco, captus est Guillermus rex Scotie apud Anvich a baronibus Eboracensibus; qui rex tota estate cum Rogerio de Monbrai et aliis complicibus suis vastaverat septemtrionales partes Anglie, pertingentes ad Scotiam. Quarta feria sequenti audivit rex nuntium tanti gaudii. Rex Henricus exhilaratus tanto nuntio, facta pace cum comite Hugone Bigoth, et positis in firma custodia Guillermo rege Scotie et Rogerio comite Leycestrie, cum comitibus suis transfretavit in Normanniam, relinquens Angliam in pace, quam fere perditam in triginta diebus recuperaverat. Veniens itaque Rothomagum, misit marchisos suos Walenses trans Sequanam, ut victualia que veniebant ad exercitum Francorum, in nemoribus diriperent. Franci igitur ex una parte timentes regem, ex alia Walenses, de pace locuturi ad regem conveniunt. Unde rex exhilaratus terminum de pace inter eos reformanda posuit ad nativitatem sancte Marie apud Gisorz. Quo termino elapso, ex utraque parte convenerunt; sed nichil profecerunt, nisi quod alium terminum circa festum sancti Michaelis posuerunt inter Turonum et Ambasium. Quo loco, Deo favente, pax provenit, et filii regis tres se patri suo humiliter subdiderunt, et rex Francorum et comes Flandrensis firmitates quas ceperant in Normannia, regi Anglie reddiderunt. Ego vero pacem istam ascribo Domine nostre Iesu Christi genitrici, quia in vigilia assumptionis eius universus exercitus ab obsidione recessit, et cives Rothomagenses letum diem egerunt in ecclesia ipsius, sicut debebant, ab obsidione liberati.

Post festum sancti Iohannis moritur Ammaricus rex Ierosolimitanus, et successit ei Baldewinus quartus filius eius. Obiit etiam Loradin rex Alaprie, et successit ei filius natus ex sorore comitis Sancti Egidii, quam acceperat captivam in itinere Ierosolimitano. Ipsa vero et filius, assumptis indu-

a) Guill. Patric — Normannus *in rasura manu eadem.* b) Rag̃ *habet* E.

20) Tregnier BOUQ. 21) Salmuriensis. 22) Petrus BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum

eiis usque ad septem annos, promiserunt se daturos plurimam summam auri regi Ierosolimitano. Saraguntat nepos ipsius Loradin occidit Amulanimm Babylonie, et factus est princeps Babylonie et Alexandrie. Mortuo Drogone abbate Sancte Trinitatis, successit ei Guillermus de Espervilla, monachus Becci, prior de Evermo. Mortuo etiam Roberto abbate Cormeliensi, successit ei Hardewinus monachus Becci, prior Sancti Theodemiri[a].

1175. Fredericus 24. Ludovicus 38. Henricus 21.

Rex Henricus egit natale Domini apud Argenthomagum. Fredericus imperator Alemannorum, cum uxore et liberis et cum maximo exercitu veniens in Italiam [23], obsedit Alexandriam usque ad pascha [24], nichil proficiens, sed multa detrimenta sustinens. Guarinus de Gelardun, abbas Pontiniacensis, factus est archiepiscopus Bituricensis, sicut abbas, qui idem monasterium ante illum rexerat [25], factus fuerat archiepiscopus Lugdunensis. Circa pascha iunior rex pacificatus est cum patre suo, accepto ab eo et fratribus suis sacramento, quod voluit. Inde rex misit ducem Ricardum filium suum in Aquitaniam; et Gaufridum filium suum comitem Britannie in Britanniam, assignans ei Rollandum de Dinam, ut esset procurator terre sue. Fredericus imperator Alemannorum recessit ab Alexandria, et tractatum fuit de reformanda pace inter domnum papam et ipsum; sed imperator nolnit adquiescere paci stante Alexandria, quam Longobardi noluerunt subvertere, et ita pax remansit. Ipse vero adhuc moratur Papie, non valens procedere nec reverti. Gaufridus dux Britannie ea que comes Eudo habebat de dominio suo, scilicet Venetum, Ploasmel, Aurai, medietatem Cornubie, revocavit in dicionem suam. Post pascha rex Henricus et filius suus rex iunior, transfretavit in Angliam. Quia vero clerici et laici, barones et milites, ceperant de cervis suis sine ipsius licentia, emunxit eos multo argento. Rex Scotie pacificatus est cum rege Anglie hoc modo. Fecit ei homagium et ligantiam de omni terra sua, ut proprio domino; et concessit, ut omnes episcopi terre illius, qui sunt numero decem, et abbates et comites et barones hoc idem facerent. Episcopi vero et abbates homagium non fecerunt; sed sacramento se constrinxerunt, se hoc observaturos, et quod forent subditi ecclesie Eboracensi et archiepiscopo, et illo irent causa sacrandi, quociens necesse esset. Insuper rex Guillermus tradidit munitiones suas, scilicet Rocheburc et Castrum Puellarum et tertium[b], regi Anglie, qui posuit in eis custodes suos; quibus etiam rex Scotie inveniet necessaria. Preterea rex Anglie dabit honores, episcopatus, abbatias, et alios honores in Scotia, vel ut minus dicam, consilio eius dabuntur. Prior Cantuariensis factus est abbas de Bello; Petrus prior Montis Acuti, Hydae; prior Bermendesie, Abbendonie; prior Wintonie, Westmonasterii. De quibusdam minutaribus abbatibus tacemus. Iohannes Oxenefordie, decanus Salesberiensis, electus est ad episcopatum Norwicensem. Obiit Raginaldus comes Cornubie, prioris Henrici regis filius naturalis, et sepultus est Radingie. Comitatum Cornubensem et totam terram, quam habebat tam in Anglia quam in Normannia et in Walis, retinuit rex in manu sua, ad opus Iohannis filii sui iunioris, excepta parva portione, quam dedit filiabus ipsius comitis. Robertus abbas Montis, scriptor horum temporum, pergens in Angliam promeruit a domno rege cartam et sigillum omnium elemosinarum ecclesie Montis, que date fuerant predicte ecclesie usque ad presens tempus et dabuntur in futurum[c]. Richardus filius comitis Gloecestrie obiit, et successit ei Philippus filius eius, natus ex sorore Roberti de Monte Forti. Obiit etiam Henricus, frater Lodovici regis Francorum, archiepiscopus Remensis [26]. Similiter comes Nivernensis [26]. Et quod dolendum est, et tacendum nisi ob memoriam iusti viri, abbas Clarevallensis Girardus a quodam pseudomonacho eiusdem ordinis nocte cultro ter appetitus, letaliter vulneratus est. Per triduum tamen quod supervixit, confessionem, penitenciam et sacramenta corporis Christi suscipere promeruit[d]. Richardus archiepiscopus Cantuariensis congregavit magnum concilium in Anglia, civitate Lundonensi. Et adhuc vetus querela de primatu Britannie inter ipsum et Rogerium archiepiscopum Eboracensem perseverat. Similiter Bartholomeus archiepiscopus Turonensis concilium habuit cum episcopis Britannie Redonis. Hugo Petri Leonis, legatus sedis Romane, transit in Angliam[e].

Apr. 11.

1176. 25. 39. 22.

Nix et gelu duraverunt a nativitate Domini usque ad purificationem beate Marie. Obiit Richerius de Aquila, et successit ei Richerius filius eius. Obiit Richardus comes de Streguel, filius comitis Gisleberti, relinquens parvulum filium ex filia regis Duveline. Iste adquisivit quasdam civitates in Hibernia, scilicet Duvelinam et Watrefelth et alias, quas Henricus rex Anglorum, cum in eandem insulam pergeret, accepit in manu sua. Hibernenses promiserunt regi Henrico tributum de omni insula, scilicet de unaquaque domo corium bovis vel duodecim argenteos. In vigilia pasche circa meridiem factus est ventus vehemens, dissipans domos et silvas eradicans[f].

1177. 26. 40. 23.

In septimana pentecostes Longobardi, maxime Mediolanenses, debellaverunt exercitum Frederici imperatoris Alemannorum, qui tunc morabatur in Papiensi urbe. Ipse vero vix fugiendo evasit. Guil-

a) *superscriptum ab eadem manu:* vel Himerii. *Hoc habet* 8^{h}. b) *post hanc vocem spatium nomini inscribendo relictum in* E. puellarum i. Edemesburch, et tercium i. Berewic 7^{h}. c) *habitus mutatur; nec tamen manus ipsa.* d) *manus habitus mutatur, non scriptor.* e) *post haec habitus manus mutatur.* f) *hic desinit quaternio et manus.*

23) Oct. 1174. 24) inde a d. 29. Oct. 1174. 25) Guichardus. BOUQ. cf. supra a. 1163. 26) Guido. BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum

lermus, frater comitis Thebaldi archiepiscopi Senonensis et episcopus Carnotensis, translatus est ad Remensem archiepiscopatum; et successit ei Senone prepositus Autisiodorensis et archidiaconus Senonensis, Guido nomine. In Carnotensi urbe Iohannes Salesberiensis, vir honestus et sapiens, qui prius fuerat clericus Thebaldi Cantuariensis archiepiscopi, et postea sancti Thome martyris, successoris eiusdem Theobaldi. Mortuo episcopo Belvacensi[27], successit ei Philippus, filius comitis Roberti, fratris regis Francorum. Guillermus rex Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, per honorabiles legatos requisivit Iohannam filiam Henrici regis Anglorum in uxorem, et accepit. Obiit Rogerius abbas Gemmeticensis, monachus Becci. Obiit etiam Radulfus abbas Salmuriensis, cui successit Manerius sacrista eiusdem loci. Obiit etiam Guillermus de Curcio, relinquens parvulum filium ex filia Richerii de Aquila. Cessit etiam in fata Willermus de Albineio, quem vocabant comitem d'Araundel, relinquens filios quatuor, scilicet Guillermum de Albineio primogenitum, et alios tres natos ex Aeliza regina, uxore primi Henrici regis Anglorum. Qui Guillermus duxit relictam Rogerii comitis de Clara, filiam Iacobi de Sancto Hilario, cum omni terra, quam idem Iacobus habuerat in Anglia. 27

Philippus comes Flandrensis accepta cruce Domini cum magna manu militum perrexit Ierusalem. Hasculfus de Sancto Hilario perrexit Ierusalem, et peregre mortuus est. Petrus frater Philippi comitis Flandrensium, accepta comitissa Nivernensi[28], que fuerat uxor domini Issoldunensis castri[29], mortuus est[30], et ideo forsitan, quia miliciam spiritualem, id est clericatum, dimiserat, utpote qui fuerat electus ad episcopatum Cameracensem, relicta spirituali milicia miles seculi factus fuerat. Hic ex eadem comitissa genuit unam filiam. Quam comitissam cum eodem comitatu[31] accepit comes Robertus, filius comitis Roberti, fratris Lodovici regis Francorum; et ita facta est quadrigama. Obiit venerabilis vir Robertus abbas Maioris Monasterii, et successit ei Petrus, monachus eiusdem loci. Deposito[32] Radulfo abbate Cluniacensi, consobrino comitis Thebaudi, Gauterius prior Sancti Martini de Campis successit ei, et ille exabbas factus est iterum prior Caritatis. Cessit etiam in fata Robertus de Blangeio, vir honestus et religiosus, monachus Becci et abbas Sancti Ebrulfi. Nichilominus etiam satisfecit humane vite Osbertus abbas Lire, cui successit frater eius Gauterius iunior; sicut et ipse successerat seniori fratri suo Guillermo; quod vix aut nunquam invenies, ut tres fratres sibi invicem succedant in regimine alicuius ecclesie. Obiit Hugo Bigot comes, et successit ei Rogerius filius eius. Rogerius de Cripta, monachus Sancte Trinitatis Cantuariensis, factus est abbas Sancti Augustini, electo Clarenbaudo electo illius monasterii, qui noluit accipere benedictionem a sancto Thoma, et ideo elongata est ab eo. Quinta feria in cena Domini occisus est sanctus Guillermus a Iudeis Parisius, qui concremati sunt igne. Benedictus prior Cantuariensis factus est abbas de Burc. In estate et autumpno fuit maxima siccitas, unde et satio terre, messis et fenum ex maiori parte periit, et collectio messium et vindimiarum solito cicius evenit. 9. Kalendas Augusti concordati sunt donnus papa Alexander et Fredericus imperator Romanus in civitate Venetie, in domo patriarche ipsius civitatis. Mense Augusto Henricus rex Anglorum senior et Gaufredus dux Britannorum, filius eius, cum maximo apparatu transfretaverunt in Normanniam, quibus obviaverunt iunior rex Henricus et Richardus dux Aquitanorum, filius eius, cum multis baronibus, cum gaudio magno et honore. Rex Henricus assumptis filiis suis Henrico iuniore et Richardo duce Aquitanorum, et congregatis baronibus suis apud Vadum sancti Remigii, cum rege Francorum loquutus est ea que ad pacem sunt, et de susceptione crucis ad servicium Dei. Inde donnus rex misit filium suum comitem Britannie cum ceteris Britonibus ad expugnandam superbiam Gnihomari de Leons. Mauricius episcopus Parisiensis iam diu est quod multum laborat et proficit in edificatione ecclesiae predictae civitatis, cuius caput iam perfectum est, excepto maiori tectorio. Quod opus si perfectum fuerit, non erit opus citra montes, cui apte debeat comparari. Mortuo Waleranno filio Guillermi Lupelli, turris Ibrcii venit in manum domni regis, quam multum cupierat; quam nec pater eius, nec avus habuerunt. 28 29 30 31 32

Rex Henricus perrexit in Bituricensem pagum, et accepit in manu sua castrum Radulfi de Dolis, quia erat de feudo eius, et filiam unicam domini eiusdem castri, cum tota hereditate ipsius, quam dicunt quidam tantum valere, quantum valet redditus totius Normannie. Isoldunense etiam castrum cum omnibus pertinentiis suis, quia Odo dominus eiusdem castri nuper decesserat et parvulum filium reliquerat, et ad comitatum Andegavensem pertinebat, barones, qui illud custodiebant, obtulerunt ei; quod noluit recipere, quia non habebat heredem, quem dux Burgundie, quia cognatus eius erat, furtim abstulerat. Castrum etiam munitissimum et arte et natura Turonium, vicecomes eiusdem castri reddidit ei. Totam etiam terram comitis de Marcha rex Henricus 6 milibus marcis argenti emit, valentem, ut idem rex dixit, 20 milia marcas argenti. Episcopus Lemovicensis[33], qui erat comes eiusdem civitatis, cum per decennium vixisset in cecitate, mortuus est. Castrum etiam iuxta predictam civitatem situm, in quo requiescit sanctus Martialis in monasterio suo, Richardus dux Aqui- 33

27) Bartholomaeo, qui obiit 16. Kal. Iun. 1175. BOUQ. 28) Mathilde, filia Raimundi comitis Burgundiae, primo nupta Odoni II. Issoldunensi, deinde Guidoni comiti Nivernensi. BOUQ. 29) Issoudun, in Berry. 30) a. 1176 secundum Contin. Sigeb. Aquicinct. 31) Falsum; comitatum hereditavit filius Mathildis atque Guidonis Guillelmus BOUQ. 32) alii eum iam a. 1176. sponte renuntiasse dicunt. 33) Geraldus BOUQ.

Romanorum Francorum Anglorum

tanorum abstulit vicecomiti eiusdem castri[34]; et merito, quia adiuvabat partes comitis Engolismensium[35], qui infestabat ipsum ducem. Obiit Ruandus Venetensis episcopus, vir religiosus, monachus Cisterciensis. Guihomarus de Leion venit ad dominum regem, promittens se de omni terra sua facere voluntatem eius. Iarnagen de Roca reddidit idem castrum domno regi et comiti Gaufrido filio eius. Sicut fuerat in estate maxima siccitas, ita fuit hieme maxima inundatio aquarum. Hoc anno circa festivitatem sancti Iohannis multi summersi sunt in fluminibus. In mari etiam multe naves periernnt, inter quas una, que portabat Gaufridum prepositum de Beverle, nepotem Rogerii archiepiscopi Eboracensis, cancellarium regis iunioris, et alios multos nobiles, apud Sanctum Valericum periit. Perierunt preterea naves multe, que afferebant vinum de Pictavensi pago, ut quidam dicunt, fere triginta vel eo amplius. In festivitate sancti Martini canonici Dolenses elegerunt in archiepiscopum Rollandum decanum Abrincensem, virum religiosum et litteratum; cui electioni interfuerunt Henricus Baiocensis et Richardus Abrincensis episcopi, et Rohertus abbas de Monte, et multi viri relligiosi. In nocte sancti Andree factus est ventus vehemens; et in ipsa festivitate et in predicta vigilia apparuit lux maxima mane, veniens ab oriente usque in occidentem; qua die pugnaverunt christiani cum paganis apud Sanctum Georgium de Ramula. Putabat enim Saaladin, qui duxerat uxorem Noradin iam defuncti, quod posset capere urbem Iernsalem defensoribus destitutam; quia comes Flandrensis duxerat fere omnes christianos milites ad obsidionem Harene. Sed tamen rex Ierusalem et patriarcha et alii religiosi viri, habentes paucos milites et servientes, per virtutem sancte crucis vicerunt innumerabilem exercitum paganorum; cuius crucis longitudo a terra usque ad celum paganis apparuit, sicut ipsi dixerunt. In hac victoria christiani auro et argento, equis et armis et victualibus locupletati sunt.

1178. Fredericus 27. Ludovicus 11. Henricus 25.

Rex Henricus senior tenuit curiam suam ad natale Andegavis; et ibi cum illo fuerunt iunior rex Henricus et Richardus dux Aquitanie et Gaufredus dux Brittannie, filii eius, et vix in aliqua festivitate tot milites secum habuit, nisi in coronatione sua, sive in coronatione filii sui regis iunioris. Obiit Stephanus vir honestus et litteratus, episcopus Redonensis. Huic accidit quedam visio mirabilis, quam ipse episcopus cuidam monacho familiari nostro ante mortem suam manifestavit. Quedam enim persona ei apparens, lexi sibilo hos versus ei dixit: *Desine ludere temere, nitere surgere propere de putrere.* Ipse enim multa ritmico carmine et prosa iocunde et ad plausus hominum scripserat; et quia miserator hominum eum in proximo moriturum sciebat, monuit eum, ut a talibus abstineret et penitentiam ageret. Scripsit etiam vitam sancti Firmati episcopi, et vitam sancti Vitalis primi abbatis Savigneii. Scripsit etiam michi quinquaginta versus de senectute, in quorum ultimo predictorum versuum unam clausulam posuit. Cui etiam mater misericordie apparuit in obitu suo, cui devote semper servierat. Obiit Gaufredus episcopus Andegavensis. In media quadragesima, 4. Kal. Aprilis, dedicata est ecclesia Becci a Rotrodo archiepiscopo Rothomagensi et Henrico Baiocensi et Richardo Abrincensi et Egidio Ebroicensi episcopis. Huic dedicationi interfuerunt reges Anglorum, pater et filius, et Iohannes minor filius regis. Dedit autem rex senior in dotem ecclesie 100 libras Andegavenses
36 annuatim, in molendinis suis de Roobec[36]. Robertus de Argentiis, cellerarius Gemmeticensis, factus est abbas eiusdem ecclesiae. Galterius subcellerarius Sancti Wandregisilii, factus est abbas eiusdem monasterii. Radulfus de Sancta Columba factus est abbas Sancti Ebrulfi, monachus eiusdem loci. Obiit Iordanus Tessun, et successit ei Radulfus filius eius, qui fecit hominium abbati Montis apud Montem de castello de Rocha et de Columba. Guillermus rex Sicilie fecit cartam fieri Iohanne regine sue uxori, de dotalitio suo; cuius partem hic posuimus: *Guillermus divina forente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, per hoc presens scriptum damus et in dotalitium concedimus Iohanne regine karissime uxori nostre, Henrici magnifici regis Anglorum filie, ciritatem Montis sancti Angeli, ciritatem Siponti, et ciritatem Vestae, cum omnibus instis tenementis suis et pertinentiis earum. In serricio autem concedimus ei de tenementis comitis Gofredi, Alesine, Peschizam, Bizum, Caprile, Baranum, et Silizum, et omnia alia que idem comes de honore eiusdem comitatus Montis sancti Angeli tenere dinoscitur. Concedimus etiam ei similiter in serricio Candelarium, Sanctum Clericum, castellum Paganum, Bisentinum, et Cognanum. Insuper concedimus, ut sint de tenemento ipsius dotarii monasterium sancti Iohannis de Lama, et monasterium sancte Marie de Pulsano, cum omnibus tenementis, que ipsa monasteria tenent de honore predicti comitatus Montis sancti Angeli. Ad huius autem donationis et concessionis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens pririleginm per manus Alexandri notarii nostri scribi, et bulla aurea tiparia impressa roboratum nostro sigillo iussimus decorari.* Huius carte et testes et regis sigillum invenies in principio libri
37 Origenis super Numerum[37].

Ludovicus rex Francie et Henricus rex Anglie conveniunt ad colloquium haut procul a Nonantiscurte; et ibi tractaverunt de pace et firma concordia inter eos, et de susceptione crucis, et de itinere eorum in Ierusalem; et si aliquis regum illorum cedat in fata in ipso itinere, quod Deus avertat, superstes omnem thesaurum et omnes homines suos et omnia mobilia sua habebit sicut propria, et iter perficiet pro se et pro defuncto. Heretici, quos Agenenses vocant, et alii multi convene-

34) Ademaro BOUQ. 35) Guillelmi BOUQ. 36) fluviolus Rothomagi. 37) scilicet in armario Montis S. Michaelis.

Romanorum Francorum Anglorum

runt circa Tholosam, male sentientes de sacramento altaris et de coniugio et aliis sacramentis, ad quorum confutationem Petrus legatus Romanus et multe alie religiose persone cum predictis regibus convenerunt, et parum profecerunt. Obiit Robertus de Monte Forti, et successit ei Hugo filius eius, natus ex sorore Radulfi de Fulgeriis. Civitas Carnotum combusta est, et monasterium beati Petri de Valle; remansit tamen Dei misericordia ecclesia sancte Marie, et claustrum clericorum.

1179. Fredericus 28. Ludovicus 42. Henricus 26.

Philippus comes Flandrensis rediit a Ierusalem. Manuel imperator Constantinopolitanus misit ad regem Francorum honorabiles legatos, ut daret filiam suam filio eius; quod rex concessit. 1178. Oct. Alexander papa misit Octavianum subdiaconum Romane accclesiae ad Rothomagensem provinciam, ut convocaret archiepiscopum et suffraganeos eius et abbates illius provincie. Et misit similiter alios subdiaconos ad orientem et occidentem, meridiem et septentrionem, ut convenirent ad concilium generale, quod erat futurum proxima quadragesima in civitate Romae. Episcopus de Trigel [38], cum pergeret Romam, ablatis rebus omnibus suis et equis, verberatus est, ita ut deficeret infra octo dies. In loco eius electus est Gaufredus Lois, filius cuiusdam burgensis eiusdem nominis de Guingamp. Henricus rex Anglorum senior circa nundinas Montis Martini transfretavit in Angliam. Radulfus frater vicecomitis de Bellomonte, cognatus germanus Henrici regis Anglorum, electus est ad episcopatum Andegavensem. Eclipsis solis facta est Idibus Septembris. Abbas Gresteni mortuus est, cui successit Guillermus de Exonia, monachus Becci. Obiit Richardus Constantiensis episcopus [39]. Eodem anno obiit Robertus abbas Maioris Monasterii, et successit ei Petrus, monachus eiusdem loci, qui mortuus est, cum vixisset in regimine abbatie fere per unum annum; cui successit Herveus de Villa Pirosa, monachus eiusdem loci. Hiemps facta est maxima, et duravit nix fere usque ad purificationem sancte Marie, que incepit infra 8 dies post natale Domini. Inundatio aquarum maxima fuit, et maxime aput urbem Cenomannensem, pontes et domos et molendina subvertens, et homines multos perimens. Hoc etiam accidit Andegavis, et in multis aliis locis. 1178. 38 39

Gaufredus filius regis Henrici, dux Britannie, viriliter egit. Nam Guihomarum vicecomitem Leonensem, qui nec Deum timebat nec hominem verebatur, et filios eius ita subegit, quod omnia castella eorum et terram in manu sua cepit, et duas tantummodo parrochias Guihummaro seniori permisit, usque ad proximum natale Domini, quo erant Ierusalem ituri ipse et uxor sua, et forsitan non rediturí. Guihummaro iuniori undecim parrochias de terra patris sui concessit, retento secum de familia sua Herveo fratre eius. Similiter fecit Richardus dux Aquitanie, frater ipsius Gaufredi, de Gaufredo de Rancun; nam castrum Talleborc, quod videbatur inexpugnabile, munitum arte et natura, obsedit, cepit, diruit; et similiter quatuor alia castella ipsius. Similiter fecit domno de Ponz, destruendo scilicet castellum suum Ponz; qui erat confederatus ipsi Gaufredo. Comes Richardus filius regis Henrici, post destructionem Tailleborc cum perrexisset in Angliam ad sanctum Thomam et ad videndum patrem suum, quidam Bascli et Navarenses et Brebenzones venerunt ad urbem Burdegalensem, et ipsam urbem vastaverunt in suburbiis flammis et rapina. Guillermus comes de Magna Villa, ducta filia Guillermi comitis Albemarle, factus est comes Albemarle. Richardus de Luce renunciavit seculo et regiis negociis, et successit ei Richardus nepos ex Gaufredo filio suo. Cum filia regis Francorum [40] duceretur ad coniugium filii imperatoris Constantinopolitani, hospitata est aput Sanctum Benedictum super Ligerim; cumque quidam ex famulis eius vellet accelerare ignem iniecto oleo, flamma exivit per foramina camini, et cecidit super tectum camini, et hoc casu tota abbatia combusta est. 40 40

Cum rex Francorum vellet coronare filium suum Philippum, posuit locum Remis, terminum assumptionem beate Marie; et congregatis que ad tantum negotium necessaria erant, et convocatis omnibus baronibus totius regni Francie, ut ad eundem locum convenirent, iuvenis coronandus obiter cum suis similibus in silvam venatum divertit, et amissis omnibus sociis, per unam noctem in silva vagabundus permansit. Tandem invento quodam homine, qui ad opus fabrorum carbones parabat, per eum ad socios suos reductus est. Ex solitudine tamen et pavore tantam infirmitatem incurrit, quod coronatio eius tunc remansit. Pater autem eius iratus, et pro se et pro filio rogaturus, ad memoriam beati Thome in Angliam perrexit, cui multam humanitatem exhibuit, cum in Galliis exularet. Dedit autem idem rex, ob amorem et honorem Dei et beati Thome, monachis in Cantuariensi ecclesia iugiter Deo famulantibus centum modios vini, singulis annis prefatis monachis accipiendos. Quo autem honore, quo gaudio, et quam multiplici donorum largitate rex Henricus cum susceperit, non est nostrum edicere. Manuel imperator Constantinopolitanus vindicavit se hoc anno de Solimano Iconii, qui anno superiori illum fugaverat, et multos de militibus suis ceperat, insuper et crucem dominicam ei abstulerat. Manuel enim imperator fugavit eum, et multos de militibus eius cepit, et ipse Solimanus urbem Iconii vacuam reliquit.

Sententia cuiusdam astrologi de plagis futuris: *Ab anno presenti incarnationis domini nostri Iesu Christi* 1179. *in septem annis, mense Septembri,* 12. *indictione, sole existente in libra, erit, si Dominus voluerit, coniunctio omnium planetarum in libra et cauda scorpionis. Ibi est admirabilis rerum mutabilium mutationis significantia: sequetur enim terre motus mirabilis, et destruentur loca consueta perdi-*

38) Ivo BOUQ. 39) d. 18. Nov. secundum necrologia: sed incertum, utrum hoc anno an a. 1178. BOUQ. 40) Agnes.

Romanorum Francorum Anglorum

tioni, per Saturnum et Martem manentes in signis aeris; et erit mortalitas et infirmitas. Ostendit etiam eadem coniunctio ventum validum denigrantem aerem et obscurum reddentem, et venenis infectum; et in vento vox terribilis audietur, et terrebit corda hominum, et a regionibus arenosis sabulanem accipiet; harenis civitates proximas in planicie cooperiet, et primo civitates orientales, Mecam, Baldas et Babiloniam, et omnes civitates proximas harenosis locis; nulla quidem evadet que harenis et terra non operiatur. Signa autem huius rei sunt hec et precedent. Erit in eodem anno antequam planete conveniant in libra, eclipsis solis, qua totum corpus eius obscurabitur, et oppositione precedente, luna tota patietur eclipsim; et erit eclipsis solis ignei coloris, et deformis, ostendens maiorum bellum futurum cum effusione sanguinis, prope fluvium, in terra orientis, similiter et occidentis. Tunc cadet dubietas inter Iudeos et Sarracenos, donec derelinquant penitus synagogas et mahummerias suas; et eorum secta inssu Dei adnichilabitur; unde vobis notum sit, ut cum eclipsim videritis, a terra exeatis cum omnibus vestris[a].

1180. Fredericus 29. Ludovicus 43. Henricus 27.

1179. Mart. 5. *De concilio quod Alexander papa tertius tenuit Rome.* Alexander papa III. tenuit generale concilium Rome media quadragesima. Cuius decreta, que ab eo et ab aliis coepiscopis eius ibi constituta sunt, apud nos habentur. Manuel imperator Constantinopolitanus dedit Rainerio filio Willermi principis Montis Ferrati filiam suam, natam ex priore uxore sua. Que cum diceret, se nunquam alicui nupturam, nisi esset rex: imperator exhilaratus, fecit se coronari et uxorem suam et Alexium filium suum iuniorem imperatorem cum uxore sua filia regis Francorum. Similiter fecit coronari Rainerium filium marchisi Montis Ferrati cum filia sua, quam ei dederat; et dedit ei honorem Thesolonicensium, qui est maxima potestas regni sui post civitatem Constantinopolitanam. Conradus, frater eiusdem
1179. Rainerii, cepit et incarceravit Christianum archiepiscopum Maguntiensem et cancellarium imperatoris Alemannorum. Rex Marroc, in cuius potestate est tota Affrica, et etiam Sarraceni, qui sunt in Hispania, mittebat filiam suam, ut quidam rex Sarracenorum duceret eam in uxorem. Quam stolus et galee regis Sicilie invenerunt et adduxerunt ad dominum suum; unde rex letus pacificatus est cum patre eius, illa reddita; et pater eius reddidit regi Sicilie duas civitates, scilicet Affricam et
1179. Sibiliam, quam Sarraceni abstulerant Willermo regi Sicilie, patri istius regis. Rex Ierusalem, princeps sanctus et honestus, a Deo flagellatus, quia flagellat Deus omnem filium quem recipit, adiutus a christianitate transmarina, fecit castrum munitissimum et arte et natura super fluvium Iordanem, quod vocatur Vadum Iacob, ubi luctatus est Iacob cum angelo; iocundum amenitate nemorum et pratorum et piscium et molendinorum, et proximum civitatibus Belinas et Damas. Et quia Agarenis per hoc vadum transitus est in terra christianorum, illud quam plurimo odio habent. Obiit Roge-
41 rius Wigornensis episcopus Turonis[41], vir genere et moribus honestus; siquidem pater eius Robertus comes Gloecestrensis fuit filius primi Henrici regis Anglorum, mater eius filia Roberti Belismensis; et Robertus filius Haimonis, dominus de Torigneio, fuit avus eius. Obiit Egidius Ebroicensis episcopus[42]. Obiit Rogerius abbas Becci, vir religiosus et honestus et literatus et timens Deum Nullus predecessorum suorum, excepto sancto Herluino primo abbate, tanta fecit in Becco monasterio, quanta ipse. Ecclesia siquidem fere tota edificata est in tempore suo, et dedicata; cuius pulchritudini nulla equatur in tota Normannia. Fecit cameras cum caminis, unam super alteram, ad susceptionem hospitum et personarum. Fecit etiam domum infirmorum ingentis pulchritudinis et magnitudinis. Melioravit dormitorium in maceriis, in vitreis et coopertura. Fecit et aqueductum, per quem adduxit fontem pulcherrimum de longinquo, qui dividitur per officinas monasterii; fecit et conquam pulcherrimam ad recipiendam aquam, et tectum desuper edificavit. Maximam summam pecunie dedit Roberto comiti Mellenti pro mercato quod fecit in villa Becci. Tempore ipsius assumpti sunt de Beccensi ecclesia duodecim abbates ad regimen ecclesiarum, quorum ego, qui hec scribo, secundus fui. Rexit
43 antem monasterium Beccense triginta et uno anno[43], decem diebus minus; cui successit Osbernus prior Bellimontis, monachus eiusdem loci. Isti tres supradicti, scilicet episcopus Vigornensis et episcopus Ebroicensis et abbas Becci, catartico impediente in fata cesserunt.

1179. Nov. 1. Philippus filius Ludovici regis Francorum fuit coronatus in regem Remis a Willermo Remensi archiepiscopo avunculo suo, et suffraganeis eius, in festivitate omnium sanctorum; et rex Anglorum senior misit ei magna exenia in auro et argento, et de venatione Anglicana. Huic sollempnitati interfuit iunior rex Anglorum cum magno comitatu equitum, qui tanta secum ex iussu patris sui tulit, ut nullius nec in ipsa festivitate nec in ipso itinere susciperet procurationem. Decedente venerabili viro Gisberto abbate Troarnensi[44], successit ei Durandus de Cuvervilla, monachus eiusdem loci. Et
45 Roberto Fontanetensi[45] abbati successit Robertus prior Sancti Petri super Divam. Obiit Walterius

a) *abhinc habitus manus paululum tantum mutatur, non manus ipsa.*

11) a. 1179. secundum Benedictum Petroburgensem. 42) a. 1180. secundum Benedictum Petroburgensem. 6. Id. Sept. 1179. ex Necrol. S. Lentfredi, quod affert Gallia Christ. XI, 579. 43) *triginta annis* habet Chronicon Beccense, quod ideo mortem Rogerii sub a. 1179. ponit. Quod falsum est; cf. supra a. 1149. 44) Troarn, dioec. Baiocensis. 45) Fontenay, dioec. Baiocensis.

Romanorum Francorum Anglorum

Cluniacensis abbas[46], qui quamvis in ecclesie illius regimine parum vixerit, anno scilicet et dimidio, tamen ecclesiam illam maximis debitis honeratam de debito quatuor milium marcarum exhoneravit. Huic successit Willermus monachus eiusdem loci, qui fuerat abbas Ramesiensis in Anglia. Hic fecit quoddam mirabile; nam residuum debiti ecclesie Cluniacensis, quod erat 14 milium marcarum, ex propriis thesauris quos adunaverat, et de mille marcis quas Henricus rex Anglorum ei dederat, ex maiori parte delevit. Fecit et aliud mirabile: priorem de Stallo deposuit, qui solebat ducere in comitatu suo quadraginta equos, et iussit ut esset contentus tribus equitaturis. Fecit et aliud mirabile, quia septies viginti procurationes, quas burgenses ex consuetudine habere solebant ex donis abbatum, penitus delevit. Inito conflicto christianorum contra Salahadin, ex utraque parte multi mortui sunt, plures tamen de christianis; et magister templi captus est. Quem cum Salahadin vellet reddere pro nepote suo, quem christiani captivum tenebant, magister templi noluit, dicens, non esse consuetudinis militum templi, ut aliqua redemptio daretur pro eis preter cingulum et cultellum, et ita in captione mortuus est. Aliud infortunium accidit nostris; nam Salahadin cum innumero exercitu obsedit castrum de Vado Iacob, quod machinis et vi cepit, et milites templi, qui intus erant, per medium serris per latera scidit; alios qui erant inferioris ordinis, decapitavit. Ipsum tamen castrum obtulit Salahadin, quod reficeret et munitum christianis redderet, si vellent christiani reddere ei nepotem suum, de quo supra diximus; quod utrum factum sit, nundum scimus. 46

1181. Fredericus 30. Ludovicus 44. Henricus 28.

Rex Henricus Anglorum tenuit curiam suam in Anglia ad natale apud Notinguchan[47]. Guillermus abbas Cluniacensis in crastino epiphanie[48] obiit aput Caritatem, vir plangendus de bonis que fecit in ecclesia sua; sed parum vixit, duobus fere annis. 47

Obiit Richardus abbas Sancti Audoeni; cui successit Samson vir venerabilis, prior Sancti Stephani Cadomi. 1180. Dec. 28.

Richardus de Humet constabularius regis, cum religiose vixisset anno uno et dimidio in abbatia de Alneto, quam ipse edificaverat, obiit; relinquens filios suos heredes sue terre, scilicet Guillermum, Emorrannum, Iordanum[a]. Ludovicus rex Francie cum incidisset gravissimam egritudinem, Philippus iunior rex filius eius, nescio quo consilio ductus, sacramento se obligavit, quod duceret loco et tempore filiam[49] Balduini comitis Henacensium in uxorem, natam ex sorore comitis Flandrensium; et ipse comes concessit ei, quod post mortem suam haberet in hereditatem comitatum Flandrensem, quamvis idem comes haberet masculos heredes de predicta sorore comitissa Henacensi. Et hoc fecit idem rex sine consilio regine matris sue et avunculorum suorum, Willermi Remensis archiepiscopi, Henrici comitis Trecensis, Teobaldi Carnotensis, Stephani Sancerriensis, et aliorum amicorum suorum. Unde illi commoti requisierunt auxilium Henrici regis Anglorum senioris, contra nepotem suum iuniorem regem Francorum Philippum. 1180. 49

Balduinus abbas Fordensis, Cisterciensis ordinis monachus, magne religionis et litterature homo, electus est ad episcopatum Vigorniensem. Obiit Robertus abbas Glastonie. Obiit etiam Iohannes episcopus Cicestrensis, cui successit Sefridus canonichus eiusdem ecclesie.

Ante pascha transfretavit rex Henricus senior in Normanniam, et tenuit curiam suam in festivitate pasche Cenomannis. Obiit Willermus abbas Cadumi[50]; et successit ei Petrus sacrista, monachus eiusdem loci. 50

In die ascensionis dominice Philippus iunior rex Francorum fecit consecrari in reginam uxorem suam, et coronati sunt ipse et ipsa ab archiepiscopo Senonensi, unde magis iratus est archiepiscopus Remensis, qui coronavit eum in regem. 1180.

Obiit Guarinus de Girardo archiepiscopus Bituricensis, qui prius fuerat abbas Pontiniacensis.

Obiit Iohannes episcopus Carnotensis, qui descripsit passionem beati Thome Cantuariensis archiepiscopi et martiris; fuerat enim cum eo conversatus in exilio[b]. 1181.

Teobaldus prior Crispeii, monachus Cluniacensis, successit Guillermo abbati Cluniacensi.

Obiit Ingerrannus de Humet, filius Richardi de Humet; cui successit filius eius Richardus, natus ex filia Guillermi de Similleio[c].

Obiit vir plangendus carissimus meus Gaufredus de Monte Forti in Britannia, cui successit filius eius, natus ex filia Rualendi de Saie.

Rex Ierosolimitanus Balduinus dedit sororem suam cuidam optimo militi, fratri Gaufredi de Lizenum, quam prius habuerat Willermus filius marchisi de Monte Ferrato; ex qua suscepit filium, qui servatur et nutritur ad suscipiendum regnum Ierosolimitanum, si vixerit.

Obiit Ludovicus rex Francorum, 1180. Sep. 18.

a) *hic* 8h. *addit*: Anno verbi incarnati 1181, episcopatus Alexandri pape 22, Rotroldi Rothomagensis archiepiscopi 16, 3. Non. Martii, dedicata est ecclesia sancte Marie de Voto, sita in territorio Rothomagensi, in honore eiusdem genitricis Dei Marie, a donno Henrico Baiocensi episcopo, assistentibus episcopis Richardo Abrincensi et Rainaldo Bathoniensi, astante illustri rege Anglorum Henrico, Mathildis imperatricis filio, anno regni sui 27. b) *atramentum mutatur in* E. c) *in rasura*.

46) Hic Robertus aperte errat in chronologia. Si enim Walterius abbatiam suscepit a. 1177, ut Robertus ipse supra dixit, mortuum esse oportet iam a. 1178. exeunte vel 1179. ineunte. Quod bene quadrat cum verbis nostri in sequentis anni initio. Sed chronicon Sancti Stephani Nivernensis apud Martene thes. III, 1387. Walterium obiisse dicit 8. Id. Sept. 1177, et Willermum mortuum esse iam a. 1180, non a. demum 1181, ut Robertus habet, charta probat a. 1180 data successori eius abbati Theobaldo, quam videsis in Biblioth. Cluniacensi p. 1439. cf. Galliam Christ. IV, 1142. Chronicon Cluniacense cautissime tantum adhibendum est ad tempora disponenda. 47) Benedictus Petroburgensis hoc a. 1180. tribuit, id est 25. Dec. 1179. 48) cf. notam paulo praecedentem. 49) Elisabetham. 50) a. 1179. secundum chronicon Sancti Stephani Cadomensis.

Romanorum Francorum Anglorum

vir religiosus et timens Deum, et sepultus est in quodam monasterio Cisterciensis ordinis[52], quod ipse edificaverat. Cui successit filius eius Philippus, sicut iam supra diximus. Gaufredus filius naturalis Henrici regis Anglorum senioris, relicta ecclesia Lincoliensi, ad quam electus fuerat, factus
1180. est cancellarius regis patris sui. Obiit Manuel imperator Constantinopolitanus, et successit ei Alexius filius eius, natus ex sorore Raimundi principis Antiochie. Hic duxit filiam Ludovici regis Francorum. Mansamuz rex Malsamitorum, qui fere dominatur totius Affrice, reedificare cepit Cartaginem antiquam, adintus ab omnibus Agarenis, qui terram illam incolunt. Obiit Solimanus Iconii, qui multum christianos diligebat et multa bona eis faciebat, et successit ei frater eius[a].

De muliere, que feria quarta moritur et sabbato resurgit. Erat quidam predives burgensis in loco
53 qui dicitur Roca Amatoris[53]. A quo monachi ecclesie sancte Marie et sancti Amatoris mutuo acceperant pecuniam, tradentes illi in loco pignoris cortinas ipsius ecclesie. Imminente autem festo genitricis Dei et virginis Marie, rogaverunt predicti monachi burgensem, ut quas aput se habebat cortinas, ad adornandam ecclesiam, tante sollempnitatis expleto tripudio ei restituendas, accommodaret. Ille vero aurem cordis habens obturatam, nulla quidem prece flexus est; sed responsum eis cum tumore animi dedit, dicens quod essent cortine ille circa lectum coniugis sue, que nuper ei puerum pepererat, nec aliquatenus inde possent amoveri. Quid multa? Transiit festus dies, et ecclesia prefata ornatum suum festivalem non habuit. Sequenti vero nocte beata Maria mater Domini nostri apparuit in sompnis uxori predicti burgensis, et dixit ei: *Vir tuus grande peccatum commisit, nec poterit impietatis excessus derelinqui impunitus. Tercia enim die infans tuus spiritum exalabit, et vir tuus debitum morti solvens in die octava mutabit hanc temporalem felicitatem suppliciis eternis; tu autem proficiscere ris ad ecclesiam meam que est in Betleem, et conspectis ibi tribus sepulcris, quorum quidem duo extrema vacua non sunt, medium tibi eliges in sepulchrum. Interim omni quarta feria circa horam nonam deficiet in te spiritus tuus, et decurret ab ore tuo et naribus sanguis multus, et usque ad horam nonam sabbati veluti mortua permanebis; sabbato hora nona spiritu redeunte duces utrasque manus tuas per faciem tuam, et continuo pristinus color et fortitudo in te remeabunt.* Hec locuta est beata Maria, et abscessit. Mulier vero pre timore turbata evigilavit, et ruminans sompnium suum, cum magna sollicitudine illud memorie commendavit. Crastina autem illucescente die, cepit sompnium suum coniugi suo per ordinem narrare. Miser sermonibus eius non adhibuit fidem, nec etiam cum videret spiritum deficere in puero, de agenda penitentia cogitatum habuit, sed morte preventus in die octava iuxta preostensam visionem, in supplicium lapsus est gehennale. Perturbatur mulier in alterutrius nece, et omnia sicut per sompnium monstrata fuerant, in se nichilominus intelligens accidisse, Romam sub festinatione proficiscitur, et rem summo revelat pontifici. Preterea constanter asseruit, quod in quinto anno ab illo maxima fames ingraueret, quod ex corruptione aeris innumerabilis hominum multitudo moritura esset, et quod clerum Romanum gravis animadversio feriret, nisi ab exercicio doli resipiscerent, sub quo a multis retro temporibus usque ad hodiernum diem laboraverunt. At domnus papa volens manifestius scire, si sermones mulieris veritati inniterentur, commendat eam duodecim nobilibus matronis, dans illis preceptum, ut cum illa in mortem obdormiret, plantis eius calentes subulas infigerent, et de sanguine ab illius ore manante vestes suas inficerent. O rem mirabilem! quarta feria, sicut predixerat, hora nona mulier expalluit et mortua est, ita ut nullus in ea remaneret vitalis spiritus, et ab eius naribus cepit defluere sanguis copiosus. Sed matrone preceptorum domni pape non immemores, pedibus mulieris calentes subulas infigunt, nec ob id illa movetur. Insuper de sanguine eius vestimenta sua tingunt, sed omnis infectio facta per sanguinem, in sabbato nusquam comparuit, cum spiritus vite in mulierem remearet[b].

1182. Fredericus 31. Philippus 1. Henricus 29.

54 Henricus senior rex Anglorum tenuit curiam suam in natali Domini Andegavis[54]. Radulfus de Vennevilla, archidiaconus Rothomagensis, renunciavit cancellarie regis, et rex dedit ei terras magnorum redditnum. Gaufredus filius regis, electus Licomensis, factus est cancellarius regis, et renuntiavit electioni Liconiensi; et rex dedit ei magnos redditus in Anglia et Normannia et Andegavia. Iohannes filius Luce, clericus regis, electus est in episcopum Ebroicensem. Guihenoc archidiaconus Redonensis electus est ad episcopatum Venetensem. Abbas Sancti Remigii Remensis[55] nichilominus electus est ad episcopatum Carnotensem. Obiit Henricus comes Trecensis[56], et successit ei Henricus filius eius, natus ex filia Ludovici regis Francorum. Obiit Simon comes Ebroicensis, et successit ei in comitatu Ebroicensi in Normannia Amalricus filius eius. Circa pascha Alienor filia regis Anglorum, uxor Anfulsi regis de Castella, peperit filium, et vocatus est Sanchius; pepererat
57 etiam ante filiam unam. Priorissa de Fonte sancti Martini[57], mulier religiosa et magni generis, utpote soror abbatis Savignei, qui fuit nepos Simonis comitis Ebroicensis, facta est abbatissa Sancte Trinitatis Cadomi. Circa finem mensis Iulii Henricus rex senior transfretavit in Angliam. Gaufredus dux Britannie, filius regis Henrici, desponsavit uxorem suam, filiam Conani comitis Britannie.

1181 Bened. Petroburg.

1182 idem

1181 Bened.

a) *Post hec duae lineae erasae* Obiit Henricus comes Trecensis, et successit ei Henricus filius eius, natus ex filia Ludovici regis Francorum *addit* 7b. b) *Post hec atramentum mutatur, manu prorsus eadem manente.*

52) Barbel, ad Sequanam. 53) Rochamadour. episcopus chartam quandam confirmavit. BOUQ.
54) *apud Wintoniam* Benedictus Petroburgensis. 56) 17 Mart. 1181. BOUQ. 57) Mathildis. BOUQ.
55) Petrus: sed iam mense Octobri anni 1181

Romanorum Francorum Anglorum

In sollempnitate pasche, aput castrum quod dicitur Mons Aureus[58], quedam mulier infamis cum 58
acciperet corpus Domini et Salvatoris in ore suo, non glutivit illud, immo tulit et posuit in archa sua involutum panno lineo. Cum autem quidam iuvenis amasius eius aperiret eandem archam, invenit hostiam dominici corporis transmutatam in effigie carnis et sanguinis. Hoc etiam accidit in quadam villa abbatis Sancti Petri Carnotensis cuidam sacerdoti, dum teneret corpus Domini in manibus suis ad missam. Simile miraculum accidit iterum in Carnotensi episcopio tempore Roberti episcopi Britanni, quod quidam rusticus posuit corpus Domini in hora capae suae, et ibi servavit illud usque ad mortem suam, et tunc ibi inventum est in specie carnis. Idem miraculum accidit cuidam mulierculc in Flandria, quod cum posuisset in cista sua, postea invenit in effigie carnis. Similiter evenit in Andegavensi civitate, cum quidam sacerdos cantaret missam, puer parvulus intererat misse, et vidit idem puer puerum parvum pulcherrimum in manu sacerdotis sacrantis corpus Domini; qui protinus exivit foras ecclesiam, clamans omnibus quos invenit, et dicens: *Venite et videte mirabilia Dei*, et intrantes in ecclesiam nichil viderunt preter speciem panis. Hoc etiam accidit cuidam sanctissimo presbitero iuxta Fiscannum, dum cantaret missam in die dedicationis ecclesie sancte Trinitatis Fiscanni; qui mittens diaconem suum, vocavit episcopos qui ad dedicationem convenerunt, et venerunt; et presbiter tulit in manibus suis in calice ita ut erat revestitus, et posuerunt illud in altari. Hec facit pietas Domini ad confirmandam fidem sacramentorum suorum in nobis, in quos fines seculorum devenerunt.

Mater soliani de Iconio veniens ad extrema, revelavit filio suo, quod semper celaverat, scilicet quod esset christiana, et rogavit eum, ut crederet in Christum, qui est Dominus et rex omnium seculorum, et quod amaret christianos. Quod ipse spopondit se facturum; sed dixit, quod non auderet aperte credere in Salvatorem propter paganos. Dixit ei mater sua: *Fili, cum mortua fuero, fac mihi excelsam sepulturam et pulchram sicut piramidem; et pone super eam signum crucis Christi.* Cui ille de luce se hoc facere non posse respondit. *Tu fac*, inquit mater eius, *de nocte.* Quod et factum est. In crastino cum Agareni vidissent signum illud, indignati sunt contra principem, et volebant eum occidere. Tunc quidam ex ipsis sullevatus per machinas, conabatur deponere crucem, qui voluntate Dei corruit et mortuus est. Similiter et alius interemptus est alia vice. Tercia die cum convenissent multa milia hominum ad deponendum edificium illud, inter quos erat unus promptior ad deponendum illud, venerunt fulgura et chorruscationes, et illo primitus perempto, multa milia perierunt igne divino. Tunc apparuit angelus Domini, et clarissimum signum crucis posuit super piramidem illam, ex quo multi crediderunt in Christum, et adhuc crucem illam venerantur et adorant[a].

Arnulfus Luxoviensis episcopus cum per 40 annos eandem ecclesiam rexisset, et in edificando ecclesiam et pulcherrimas domos laborasset, renunciavit episcopatui, et perrexit Parisius, suos dies dimidiaturus apud Sanctum Victorem in domibus pulcherrimis, quas ibi ad opus suum construxerat. Radulfus de Vennevilla, archidiaconus Rothomagensis, qui fuerat cancellarius regis, electus est ad predictum episcopatum[b]

Anno superiori 1181 obiit Alexander papa tertius; ad cuius litteraturam pauci de predecessoribus Aug. 30.
eius infra centum annos attigerunt. Fuit enim in divina pagina preceptor maximus, et in decretis et canonibus et in Romanis legibus precipuus. Nam multas questiones difficillimas et graves in decretis et legibus absolvit et enucleavit. Dedit etiam ei Deus hanc gratiam quod cum a beato Petro usque ad ipsum fuerint centum septuaginta quatuor pontifices Romani, tres tantum precesserunt eum in numero annorum, quo Romane ecclesie prefuerunt: beatus Petrus sedit 25 annis, Silvester primus 23, Adrianus primus totidem, ipse Alexander 22. Hic etiam tenuit concilium Turonis anno dominice incarnationis 1163. in quo Octavianum cum complicibus suis anathematizavit; cui concilio nos interfuimus. Item aliud concilium tenuit Rome anno incarnationis dominice 1180. Ad hoc multe convenerunt tam ecclesiastice quam seculares persone; inter quos venit quidam civis Pisanus, nomine Burgundio, peritus tam Grece quam Latine eloquentie. Hic attulit euangelium sancti Iohannis translatum ab ipso de Greco in Latinum, quod Iohannes Crisotomus[c] sermone omeliaco exposuerat. Hic etiam fatebatur magnam partem libri Geneseos a se iam translatam. Dixit etiam, quod Iohannes Crisotomus totum vetus et novum testamentum Grece exposuit. Papa Alexander prefatus tres scismaticos, qui sibi in scismate invicem successerant, fere per 20 annos sustinuit, scilicet Octavianum, Guidonem et Calixtum. Illis vero deficientibus, in pace ecclesie vitam finivit. Cui successit Hubaudus Hostiensis episcopus, dictus Lucius, 175us episcopus Romanus. Hic, videlicet Hostiensis episcopus, ex antiqua consuetudine ordinat et sacrat pontificem Romanum; que consuetudo exinde accidit, quod martyrizato beato Sixto et sancto Laurentio eius diacono, beatus Iustinus presbiter cum clero Romano elegit Dionisium in pontificem Romanum, quem sacravit Maximus Hostiensis episcopus. Ex hac consuetudine exinde Hostiensis episcopus ordinat et sacrat Romanum pontificem, et habet pallium solummodo ad ea, que pertinent in ordinatione et consecratione Romani pontificis. Eugenius papa coniunxit episcopatui Hostiensi Belitrensem, et sic fecit de duobus unum. Similiter fecit de episcopatu Portuensi, cui iunxit episcopatum Sancte Rufine, faciens de duobus unum.

a) *Atramentum atque habitus manus mutatur in* E. b) *Manus alia incipit.* c) *ita* E.

58) Montoire, prope Vendôme.

Romanorum Francorum Anglorum

1181 Obiit Rogerius episcopus Eboracensis vir litteratus et industrius in augendas possessiones terrenas; ecclesiam principalem et domos episcopales non solum Eboraci, verum in omnibus maneriis suis cum redditibus multum auxit[a] ac reedificando decoravit, in tantum ut archiepiscopatus Eboracensis archiepiscopatui Cantuarensi fere coequaretur. Multas divicias et non sibi profuturas reliquit. Obiit Philippus episcopus Redonensis, qui fuit primus abbas Claremontis. Hic per revelationem caput ecclesie Redonensis solo dirnit, et in ea diruptione multas pecunias invenit, de quibus cepit reedificare caput prefate ecclesie meliori scemate. Obiit Humfredus de Bohun prepositus in exercitu cum rege Henrico iuniore; quem exercitum prefatus rex in Franciam duxerat, coadiuvando partes Philippi regis Francie contra comitem Flandrensem. Obiernut[b] Henricus abbas Pratelli; et Guillermus abbas Sancti Michaelis ulterioris portus, monachi Becci.

Anno Domini 1181. 3. Idus, hora nona diei eclipsis solis, et erat pene tercia pars solis obscurata, et ab initio eclipsis ad finem spatium unius hore equalis et triginta octo minutorum. Eodem anno eclipsis lune 11. Kalendas Iamarii, scilicet feria 3. nocte sequente, hora tercia noctis, et paulo
59 minus quam medietas obscurata, et duravit obscuritas fere per duas horas. Anno Domini 1175[59] bis visa est eclipsis in luna, primo letania maiore, hora prima noctis, post diem ipsum Marci euangeliste, secundo 14. Kal. Novembris nocte sequente, fere tercia hora noctis. Anno Domini 1178[c] vidimus eclipsis[c'] in luna, 3. Nonas Martii, nocte sequente, hora prima noctis. Eodem anno fuit eclipsis in luna, 4. Kal. Septembris; et eodem anno et mense in sole, Idus Septembris, circa meridiem, toto fere obscurato. Anno etiam 1179. visa est luna eclipsimari 15. Kalendas Septembris, post octavam horam noctis dominice. Anno 1180. fuit eclipsis in sole 5. Kal. Februarii, feria tercia.

1182 Rex Henricus senior mense Marcio transfretavit in Normanniam cum magna auri et argenti copia, paratus in adiutorium regis Francie, ad componendam pacem inter ipsum et comitem Flandrie, sicut
1182 et fecit. Obiit Mabilia[60] comitissa Flandrensis absque liberis[d]. Andronius patruus imperatoris Constantinopolitani Alexii, indignatus quod ipse duxisset filiam regis Francorum in uxorem, et multos Latinorum[e] secum haberet sibi familiares, quia ipse erat Grecus, volebat eos ab imperio eius exterminare. Conducens ergo soldanum Hiconii et multos Sarracenorum, fraudulenter introierunt civitatem, et multos Latinos interfecit, et a Latinis multi Sarraceni interfecti sunt. Deo tamen volente, pax inter eos firmata est. Iohannes episcopus Pictavensis[f], vir magne litterature et eloquentie, electus ad episcopatum Narbonensem, cum Romam perrexixet[e'] propter predictam benedictionem: annuente papa Lucio clerici prime Lugdunensis elegerunt eum in archiepiscopum Lugdunensem, que sedes habet primatum super tres archiepiscopatus. Prima enim Ludunensis, id est Ludunum, est super Rodanum; secunda Ludunensis super Secanam, id est Rothomagus; tercia Ludunensis super Ligerim,
1182 id est Turonis; quarta Ludunensis, id est Senonis, super Icaunam. In hoc anno evenit bis vel ter terremotus circa festum sancti Michaelis. Hoc etiam anno magna discordia facta est inter regem et filios suos, propter castellum Clarevallis, quod erat de feudo Andegavensi; et Richardus comes Pictavensis latenter firmaverat illud, et adhuc discordia perseverat inter patrem et filios, propter eamdem causam. Rex Henricus senior misit exercitum in Britanniam, et obsederunt turrem Redonensem, et ceperunt, et combustam reedificaverunt et muniverunt. Postea comes Britannie magnam partem ipsius civitatis et abbatiam sancti Gregorii combuxit, et Becherel castrum Rollandi de Dinam. Audivimus a quibusdam, quod Iohanna uxor Guillermi regis Sicilie, filia Henrici regis Anglorum, peperit ei filium primogenitum, quem vocaverunt Boamundum. Qui cum a baptismate reverteretur, pater investivit eum ducatu Apulie, per aureum sceptrum, quod in manu gerebat. Et quia de filiabus domini mei regis Anglorum cepi loqui, non debeo pretermittere regem de Castella, quem vocant Anforsum parvum regem, quia adhuc Feirant patruus eius vivit; qui si moreretur, Anforsus predictus esset rex universarum Hispaniarum. Hic Auforsus gratia Dei et virtute sua duxit[g] carissimam dominam meam et filiolam in baptismate in uxorem, Alienor filiam regis Anglorum, cuius consilio et auxilio multa bona ei acciderunt. Nam primum urbem Conchas cepit, magnarum terrarum matricem; et, ut quidam dicunt, cepit Cordubam ex parte et munivit, et duas civitates regis Lupi, Valentiam et Muciam[e']; et multa alia bona fecit, que ad notitiam nostram non pervenerunt. Tercia vero filiarum regis, id est Matildis primogenita, nupxit Henrico duci Saxonum et Baioriarum et Suevorum. Nec est aliquis homo, qui tantas habeat possessiones, sicut iste, nisi fuerit imperator aut rex. Nam 40 urbes habet, et 67 castella, exceptis pluribus villis. Sed tamen cum esset proximus carne Frederici imperatoris Romanorum, ortis inter eos quibusdam simultatibus, consilio archiepiscoporum et episcoporum regni Alemannie, qui habent fere omnes civitates in dictione sua, illius regni imperator exulavit eum; quare venit in Normanniam ad regem Henricum socerum suum cum uxore et liberis, et rex maximas expensas fecit pro eo, cotidie scilicet 50 libras Andegavensium. Qui

a) axit E. b) obiit *primo scriptum; sed eadem manus postea correxit, et addidit verba* e. G. a. S. M. u. p m. B. *quae leguntur etiam in* 8d. 8b. Obiit Henricus abbas Pratelli, monachus Becci 7a. 7b. *qui hic desinunt, nil deperditum* c) MCLXVIII. *habet* E. c' *ta* E. d) *mutatur manus et orthographia.* e) *desinit* 8d. *ultimus foliis deperditis.* f) *desinit* 8e. g) *quaternione desinente in* E. *sequentia exaravit alia manus continua usque ad finem a* 1183 *Deinde habita paululum mutato eadem prorsus manus usque ad finem codicis pertingit*

59) corr. 1176. BOUQ. 60) Elisabeth.

Romanorum Francorum Anglorum

Deo auxiliante adhuc terram suam recuperabit per industriam et fortitudinem et divitias regis Anglie.

1182. Fredericus 30. Philippus 1. Henricus 27.

Rex Henricus tenuit curiam suam apud Cadomum, et prohibuit, ne aliquis baronum teneret curiam, sed venirent ad suam. Predictus dux Saxonum illo venit, et ibi convenerunt mille milites et eo amplius. Obiit Iohannes Carnotensis episcopus, et successit ei Petrus, qui fuerat abbas Sancti Remigii Remensis. Obiit Galterius episcopus Ronfensis, qui fuit frater Theobaldi archiepiscopi Cantuariensis; et successit ei Valcrannus Baiocensis archidiaconus. Obiit pater noster Richardus Abrincensis episcopus, vir magne literature tam secularis quam divine, morum honestate virgo ab utero laudandus. Obiit Fulco Paganellus, et successit ei Guillermus filius eius. Obiit Richardus abbas Montisburgi, et successit ei Robertus prior et monachus eiusdem loci. Iohannes Commin, clericus regis Anglorum, factus est archiepiscopus Duvelinc in Hibernia. Obiit Petrus Carnotensis episcopus; cuius loco electus est Rainaldus de Mocon, thesaurarius Sancti Martini Turonensis, nepos comitis Theobaldi. Galterius de Constantiis factus episcopus Liconiensis, sacratus fuit a Richardo Cantuariensi archiepiscopo Andegavis, in capella domni regis et in presentia eius.

Obiit Henricus tercius, karissimus dominus noster, iuvenis rex, filius Henrici secundi excellentissimi et illustrissimi regis Anglorum, apud castrum Martel[a], 3. Idus Iunii, in festivitate beati Barnabe apostoli, vir per omnia plangendus, non solum quia erat filius karissimi domini nostri Henrici excellentissimi regis Anglorum secundi, verum etiam quia erat pulcherrimus facie, honestus in moribus, dapsilis in muneribus, super omnes quos in nostra etate vidimus, qui terram nondum haberet assignatam, quamvis pater eius quindecim milia librarum Andegavensium monete et eo amplius quotannis daret. Sed hoc parum erat ad explendam latitudinem cordis eius. In officio militari tantus erat, ut non haberet parem, sed principes et comites et etiam reges eum timerent. Veniens ad extrema, quia consilio pravorum hominum per guerram fere per annum Deum et sanctam ecclesiam et patrem suum offenderat, penitenciam recepit a quodam sanctissimo episcopo et multis aliis, et patri suo in extremis per literas mandavit, ut quod offenderat in Deum et sanctam ecclesiam, pro eo emendaret, et matris sue regine Anglorum et uxoris sue sororis Philipi regis Francorum et militum suorum et servientium misereretur, quibus multa promiserat, nec eis aliquid preventu mortis dare poterat. Disposuerat ante mortem suam, ut corpus eius in ecclesia beate Marie Rothomagensis sepeliretur, ubi iacent primi antecessores eius, id est Rollo et Willermus Longa Spata filius eius, duces Normannorum, Guillermus etiam comes patruus eius, vir per omnia plangendus. Sed cum deducerent funus eius Richardus Cantuariensis archiepiscopus et multe alie ecclesiastice persone et multi consulares et excellentissimi nominis viri, venerunt Cenomannum, et in ecclesia beati Iuliani corpus eius posuerunt. In crastino Cenomanenses maxime cives sepelierunt eum in eodem loco contra voluntatem et appellationem eorum, qui corpus eius deducebant. Quo audito pater eius iratus, non solum pro eo quod corpus filii sui contra voluntatem eius ibi sepelierant, sed eo multo amplius, quod ab obsidione castri Lemovicensis recesserant sine licencia eius, ne dicam voluntate, iussit corpus effodi et in ecclesiam Rothomagensem deferri; ubi ab archiepiscopis Rothomagensi et Cantuariensi, et episcopis Normanie, et abbatibus, et aliis religiosis personis, ad sinistram partem altaris beate Marie, honorifice sicut tantum virum decebat, tumulatus est. 1183.

Obiit venerabilis vir Albertus Aletensis episcopus, quem moderni de Sancto Maclovio vocant, cuius episcopatus antiquitus civitas Aleta vocabatur. Magister Girardus, cognomento Puella, vir magne literature et honestatis, electus est in episcopatum Cestrensem, qui episcopatus habet tres sedes, Cestrensem, Covcitrensem, Licifellensem. Henricus, frater Egidii de Solercio, nepos abbatis Fiscanni, electus est ad archiepiscopatum Bituricensem. Iterum Andronius expulit nepotem suum Alexium iuvenem imperatorem de urbe Constantinopolitana, et captum tandem demersit in mare ipsum et matrem et sororem eius. Quibus de medio moriendo sublatis, Andronius, qui tirannice arripuerat imperium, precepit primogenito filio suo Manuel, ut acciperet uxorem Alexii imperatoris defuncti, sororem Philipi regis Francorum, et haberet cum eo dignitatem imperii. Quod cum vir honestus renueret, proiecit eum in vincula, et accepit illam, et contraxit incestum coniugium, si coniugium vocandum est, et fecit coronari secum filium suum minorem Caloiohannem. Cum autem Latini occiderentur per crudelitatem istius Andronii, quidam cardinalis Romane ecclesie, Iohannes nomine, quem Romanus pontifex miserat Constantinopolim ad peticionem Manuel imperatoris, — qui erat vir religiosus, et volebat per predicationem illius cardinalis revocare ecclesiam Grecorum ad instituta et subiectionem Romane ecclesie — hic inquam Iohannes, cum Latini occiderentur, erat in hospitio suo; venerantque ad eum quidam religiosi viri, suadere ei, ut discederet, ne occideretur. Quod cum audiret, dixit: *Absit hoc ne fiat. Ego hic sto pro unitate ecclesie et precepto domini mei Alexandri pape.* Tunc irruentes in eum Greci perfidi occiderunt eum, et ligantes canem cum eo, ita quod cauda canis esset in os eius, traxerunt per vicos civitatis, et facta fovea ibi combuxerunt eum; et postea viri religiosi de fovea tulerunt corpus eius, et obtinc sepelierunt illud, ubi fiunt crebro miracula. Christianus Maguntiensis archiepiscopus obiit, qui se non habebat secundum morem clericorum, sed more tiranni, exercitus ducendo et Braibenciones, et multa mala fecit ecclesie Romane, et hominibus

a) c. M. *in rasura. Hic desinit* 8[t].

Romanorum Francorum Anglorum

sancti Petri, et quibusdam civitatibus Langobardie, que erant contrarie imperatori Alemannie domino
1183. suo. Obiit carissimus dominus noster Rotrodus archiepiscopus Rothomagensis. Obiit Guillermus comes Gloecestrie sine heredibus, absque tribus filiabus quarum una est comitissa Ebroicensis; altera uxor Guillermi comitis de Clara; tercia est in manu Dei et domni regis, et cui voluerit dabit eam. Guillermus decanus Baiocensis electus est ad episcopatum Constantiensem. Guillermus decanus canonicorum Sancti Petri de Curte, que est capella regis apud Cenomanensem urbem, electus est ad episcopatum Abrincensem.

1183. Fredericus 31. Philippus 2. Henricus 29.

Rex Henricus tenuit curiam suam apud Cadomum. Obiit Richardus Cantuariensis archiepiscopus. Obiit etiam Girardus magne religionis et literature vir, Cestrensis episcopus. Anno superiori apparuit
1182. domina nostra, mater misericordie sancta Maria, cuidam fabro ligniario opus facienti in quadam silva, et obtulit ei sigillum iconie sue et filii sui Salvatoris nostri, cuius sic conscripcio erat: *Annus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem,* et iussit ei, ut ferret illud sigillum ad episcopum Podiensem, ut predicaret in provincia sua et aliis circumquaque, ut omnes qui vellent pacem tenere sancte ecclesie et filiis suis, facerent huiusmodi sigilla, et portarent in signum pacis, et facerent alba parva capucia ad ostentationem pacis et innocencie, et dato sacramento pacem tenerent, et inimicos pacis destruerent. Quod et factum est. Nam multi episcopi et consules et viri consulares et mediocres et pauperes hanc sectam tenentes, pacem tenent et inimicos pacis persecuntur[a]. Obiit Willermus de Vecie. Obiit Guillermus de Lancastre, magne honestatis et possessionis vir[b].

1184. 32. 3. 30.

Rex Henricus tenuit curiam suam apud Cenomannis. Dominus noster Galterus Liconiensis episcopus, factus est archiepiscopus Rothomagensis. Lucius papa in capite ieiunii, id est feria 4. cinerum, ordinavit plures cardinales, inter quos magistrum Meliorem presbiterum cardinalem, quem etiam fecit camerarium suum; et electum Dolensem diaconum et magistrum Radulphum Nigellum, karissimum amicum nostrum, magne honestatis et litterature et religionis virum. Fredericus imperator Romanorum fecit ordinari unum filiorum suorum, non primogenitum, sed secundum, in regem Ger-
61 manie[61]. Rex Anglorum Henricus sapientia et divitiis suis adquisivit sororem regis Portigalensis Hispanie, ad hoc ut fieret uxor Philippi comitis Flandrensis cognati sui. Venit ergo ad comitem Flan-
Aug. drensem in habundantia auri et argenti. Huius pater licet grandevus adhuc vivit[62], qui in iuventute sua super Agarenos, adiutus ab Anglis et Normannis, cepit civitatem Ulixiponam, quam vulgariter vocant Lislebonam. Ad quam transtulit de Valentia corpus beati Vincentii levite et martyris, ut quidam dicunt; sed Amoinus monachus de translatione corporis eiusdem sancti martyris tempore Karoli imperatoris facta aliter loquitur. Fecit eandem civitatem permissione pape archiepiscopatum, cui subdidit sex alias civitates quas adquisierat. Balduiuus Wigorniensis episcopus consecratus est in archiepiscopum Cantuariensem. Obiit Gualerannus Rofensis episcopus et capellanus archiepiscopi Cantuariensis; cui successit Gislebertus archidiaconus Lexoviensis. Iohannes de Neelfa, archidiaconus Lexoviensis, electus est in episcopatum Cestrensem[c]. Petrus Giraldi factus est episcopus Maclovieusis.

1185. 33. 4. 31.

Magna discordia facta est inter Philippum regem Francorum et Philippum comitem Flandrensium, propter comitatum Viromandensem. Sed rex Francorum ex omni potentatu suo congregavit infinitum exercitum, et coegit comitem ad faciendam voluntatem suam. Obiit Frogerius episcopus Sagiensis, qui multum emendavit matrem aecclesiam et totum dominicum suum. Reliquit etiam immensas
63 divitias in auro et argento, sibi non profuturas. Obiit Robertus electus Montisburgi,[63] et successit ei Guillermus monachus eiusdem loci. Iohannes minor filius regis Anglorum, quem vocant Sine terra, quanvis multas et latas habeat possessiones et multos comitatus, transivit in Hiberniam, gratia Dei permittente rex futurus in illa patria. Obiit Robertus episcopus Nannetensis, vir magne honestatis et amicus noster, cum rediret de Ierusalem. Obiit Gaufridus Cornubiensis episcopus. Abbas Ponteniacensis factus est episcopus Atrebatensis. Teobaldus abbas Cluniacensis factus est episcopus cardinalis Hostiensis; cui successit filius comitis de Claromonte. Hic prius fuit abbas cuiusdam abbatie ordinis Cisterciensis. Inde translatus est ad abbatiam Flaviacensem. Inde exortis quibusdam causis factus est abbas Sancti Luciani martiris, primi episcopi Belvacensis civitatis. Exinde, ut diximus, factus est abbas Cluniacensis. Iterum facta est magna commotio et disceptatio inter Philippum regem Francorum et Philippum comitem Flandrensium. Comes enim Flandrensis confusus pudore, quia fecerat voluntatem regis de comitatu Viromandensi, repletus ira et indignatione, vertit se ad regem Germanie, filium Frederici Romani imperatoris, ut iuvaret eum, et fecit ei hominium de Flandrensi comitatu. Unde magna tribulatio exorta est in toto regno Francorum.

a) *Hic desinit* 8[c]. b) *Post haec duae lineae erasae in* E. *Manus habitum mutat in maius, et ita pergit usque ad finem.* c) Iohannes — Cestrensem *desunt* 8[b].

61) Minus accuratus est Robertus; Henricus enim rex coronatus fuit iam d. 15. Aug. 1169; sed hoc anno 1184. prima arma accepit Magontiae, in pentecosten. 62) Alphonsus Henriquez, qui obiit a. 1185. 63) Montebourg dioec. Constantiensis.

Romanorum Anglorum Francorum

Anno preterito obiit Balduinus rex Ierosolimitanus, vir honestus et religiosus, et potens contra Sarracenos, licet elefantiosus. Nec hoc mirum est, quia flagellat Deus omnem filium quem recipit. Huic successit nepos eius Henricus [64], natus ex sorore sua, cuius pater fuit Willermus filius comitis 61
Montis Ferrati, qui fuerat natus ex nepte Frederici imperatoris Romanorum; et postea comes Iopensis [65] duxit matrem predicti Henrici regis, qui servat predictum iuvenem regem et regnum eius, usque- 65
quo perveniat ad perfectam etatem. Obiit Bartholomeus vir venerabilis episcopus Exoniensis. Obiit Iocelinus Saresberiensis episcopus. Obiit Lucius papa Romanus, cui successit Imbertus Medio- Nov. 24.
lanensis archiepiscopus, vocatus Urbanus tertius[a]. Donnus Walterus Rothomagensis archiepiscopus impetravit a domino nostro Henrico rege Anglorum, ut abbatia sancti Elerii, que est in insula Gersosii, quam Willermus filius Hamerici fecerat in eadem[b] insula, consilio et auxilio donni regis ingeretur abbatie de Voto, que est iuxta Cesarisburgum, quam imperatrix mater Henrici regis edificaverat. Erat autem tripliciter ditior tam in Normannia quam in Anglia, quam abbatia de Voto. Erat vero utraque de ordine canonicorum regularium. Facta est itaque abbatia de Voto mater et caput, habens et perhenniter possidens abbatiam de Insula et omnia sibi pertinentia. Predictus vero archiepiscopus Rothomagensis fecit in eadem abbatia abbatem suum capellanum, qui erat canonicus eiusdem ordinis. Quidam enim constabularius donni regis Henrici, Osbernus de Hosa nomine, qui castrum Cesarisburgi cum patria que ad illud pertinet, custodiebat, iussu donni regis Henrici edificavit in eadem abbatia de Voto domum pulcherrimam, officinas idoneas in se continentem, ad opus suum; in qua post amministrationem donni regis, quandiu vixit, satis honeste conversatus est Ipse vero ante octo dies mortis sue factus[c] [canonicus, permissione donni regis eidem abbatie dedit 32 marcas auri; dedit etiam predicte abbatie 100 libras Cenomanensium, ad augendas possessiones eiusdem abbatie; dedit etiam eidem abbatie 60 marcas argenti in plata, et totidem in vasis. Predictus archiepiscopus transtulit magistrum Willermum Hubaudum, qui erat abbas Grestensis et monachus Becci, ad abbatiam sancti Martini Pontisare, quamvis abbatia Grestem tripliciter esset ditior quam illa. Sed propter affinitatem vel familiaritatem, quam habebat erga illum, et quia erant compatriote, voluit ipsum habere iuxta se.

1186. Fredericus 34. Philippus 5. Henricus 32.

Donnus Henricus rex tenuit curiam suam ad natale apud Donnumfrontem. Henricus de Brachavilla, superior Toarni, factus est abbas Sagiensis. Apud urbem Parisiorum, in quodam monasterio sancti Stephani protomartiris, inveniuntur reliquie de capillis sancte Marie 32, brachium sancti Andree apostoli, caput sancti Dionisii martiris, eiusdem urbis episcopi.]

a) *Post haec tres lineae erasae in* E. papa Romanus 187us *addit* 8^{h}. b) H. f. i. e. *in rasura.* c) *Hic desinit* E. *in imo folio tertio ternionis; quartum et quintum, quae finem operis continebant, iam sunt deperdita. At* 8^{h}. *ostendit, cum illis foliis perpauca tantum interiisse; exhibet enim ea, quae uncinis inclusa hic dedimus; quae Roberti esse, dubium non videtur Simul autem apparet, in voce* episcopi *Roberti opus concludi, eaque, quae tunc in* 8^{h}. *sequuntur, annorum* 1187—1210, *ab alio auctore coaevo, Gemmeticensi ut videtur, fuisse adiecta.*

64) errat Robertus; fuit Balduinus V. filius Sibyllae, qui obiit 1186. 65) Guido de Lusignano.

ANNALES ERPHESFURDENSES.

Erfurdensis civitas, Thuringiae caput, originem suam ad septimum certe post Christum saeculum reducit. Dagobertus rex in monte qui a tritavo suo Merwigo rege Francorum antiquitus Merwigisburc vocaretur monasterium sancto
1 *Petro construxisse traditur*[1]*; urbem tamen saeculo octavo anteriorem Bonifacius archiepiscopus sedi episcopali deligendam Zachariae papae proposuit*[2]*, et Karolus Magnus anno* 805. *negotiatoribus Francorum et Sclavorum mercatum*
1 *esse constituit*[3]*. Locus saeculo nono*[4]*, decimo et undecimo conventibus regum et principum celeber, inde ab exeunte saeculo undecimo annalibus minoribus originem dedit, qui in monasterio sancti Petri, Lamberti ad exemplum, conscripti usque ad saeculum quartum et decimum decurrunt; quibus alii loco sepositis, hic tantum annales maiores Lothario Saxone imperante in Sancto Petro compositos, qui nunquam antea editi fuerunt, proponere iuvabit. Occurrerunt mihi in codice bibliothecae ducalis Gothanae, flagitanti mihi a bibliothecae eius praefecto V. S. Friderico Iacobs benignissime transmisso, et scriptura, cuius specimen in tabula II. dedimus, teste saeculo XII. medio circa ipsum Lotharii*
5 *tempus exarati sunt. Codex*[5] *membranaceus in folio librum Ekkehardi Uraugiensis insertis non paucis Lamberti locis ditatum exhibet, cuius ad finem annales nostri, Ekkehardi ad modum compositi et annis regni et imperii illigati, sequuntur. Auctor nomen suum latere voluit, monachus tamen Sancti Petri haud dubie agnoscitur, et rerum patriarum bene gnarus atque Lotharii in expe-*
6 *ditione Italica a.* 1133. *comes*[6]*, animo in imperatorem propitio scripsisse videtur. Paucis tamen locis aut ipse aut scriba codicis, si diversum ab auctore fuisse statuas, erravit. Historici huius Erfurtensium antiquissimi nomen fortasse fuit Werenherus, qui in charta traditionis monasterio sancti Petri anno* 1136. *oblata se ipsum* „Wernher dictator et conscriptor praesentis paginae“
7 *inter testes recenset*[7]*.*

Annales nostros anno circiter 1176. *monachus Bosoviensis et aliquanto tempore post chronici Sanpetrini auctor exscripserunt, quorum libris decerpti in alia quoque chronica transierunt. Nos nonnulla a monacho Bosoviensi mutata vel addita nec ad annales breves Sancti Petri referenda numero 2) signata in ima pagina adnotavimus.*

Anno Domini 1125.[a]

Anno Lotharii 1. Sept. 13. apud Mogontiam principum conventu habito[8], Saxonum dux Lotharius in regem electus, 89° loco ab Augusto, anno Urbis condite 876° suscepit imperium, et Aquisgrani benedictione regali sublimatus, regnavit annis 13.

a) a. D. 1125. *desunt* 1.

1) vide SS. III. 33. lin. 48 sqq. 2) Bonifacii et Zachariae epp. 3) Legg. T. I. p. 133. 4) a. 852. 932. 936 etc. 5) v. Annales nostros T. VII. p. 505 507. et SS. T. III. p. 21. 6) v. infra. 7) Schannat Vindemiae T. II. p. 2 8) d. 26. Aug.

Otto quidam, principatum gerens provintiae quae Merehern dicitur, regem Lotha- A. 1.
rium adiit interpellando, conquerens, se ducatu Boemiorum velut hereditaria dignitate iniuste privatum. Rex igitur Uodalrico, Boemiorum tunc temporis duci, post datas iudicio principum inducias, quas idem contempserat, publice bellum indicit. Ruggerus Magdeburgensis archiepiscopus obiit; pro quo Nortbertus. Anno Domini

1126.

bellum Boemiae inter regem Lotharium et Uodalricum ducem Boemiorum commissum 2.
est 12. Kal. Martii, in quo multi nobilium de exercitu ceciderunt regis. Adelbertus quoque marchio et Luodewigus comes* captivi abducti sunt; ubi et Otto dux de Merehern occubuit, qui causa totius belli extitit. Anno Domini

* de Lara *addit* 2.

1127.

rex Lotharius apud Marseburg pentecosten celebrans, Uodalricum ducem Boemiorum 3.
in amiciciam recepit, et filium eius de sacro fonte baptismatis suscepit, et mox Mai 22.
castrum Nuorinberg obsidet, habens secum in auxilium eundem ducem cum grandi exercitu Boemiorum. Devastata itaque omni circumposita regione per tres menses, dux praedictus cum suis ad propria revertitur, moxque rex a Cuonrado, fratre ducis Friderici, fugatur. Unde et Cuonradus idem nimia inflatus superbia, contra ius fasque regium sibi nomen usurpat. Karolus comes Flandrensis, vir iusti tenax, ob defensionem iusticiae a suis in templo Dei occiditur; sed populis inter se dissidentibus, duo mox comites loco eius subrogantur, Willihelmus de Anglia et Theodericus de Alsacia. Quibus contra se pugnantibus, immensa cede diversisque cladibus Flandrensium devastatur populus. Anno Domini

1128.

rex nativitatem Domini apud civitatem Wirziburg celebrans, Embrichonem Erphesfur- 4.
densem praepositum eidem civitati praefecit episcopum, eiecto atque dampnato Gebehardo, qui per vim iam dudum eundem episcopatum invaserat. Ubi et Cuonradus, qui regium sibi nomen usurpaverat, excommunicatur. Rursum idem Cuonradus a papa Honorio Rome excommunicatur. Spira civitas dolo capitur a Friderico duce Suevorum et fratre eius Cuonrado. Rex vero cum exercitu eandem occupat civitatem. Iamque capienda erat civitas, et postulantibus pacem rex dedit dextras, susceptisque ab eis obsidibus, discessit dimisso exercitu. Et mentiti sunt, ruptoque federe rursum rebellaverunt. Otto Halberstatensis episcopus a canonicis, qui et regulares dicuntur, Rome de symonia, ut multis visum est iniuste, accusatus, a papa Honorio deponitur. Anno Domini

1129.

Spira civitas a rege Lothario per novem menses continuos obpugnata, capitur. Dux 5.
Gothefridus de Brabantia a rege deponitur, et Pagínus pro eo dux constituitur. Cui scilicet Pagíno, ad peragenda ducatus sui officia descendenti, Gotefridus cum armatorum multitudine occurrit; set inito certamine, idem Gotefridus fugam iniit. Pagínus vero ducatum a Reno usque ad fluvium Getum[1] victor obtinuit. In episcopatu Halberstatensi duo episcopi per dissensionem clericorum et regularium statuuntur, set a rege et ab episcopo Adelberto[2] ambo reprobantur. Henricus marchio de Stadon obiit[3]. Uto comes de Saxonia[4] occiditur. Anno Domini

1130.

Honorius papa obiit, et mox duo per dissensionem loco eius constituuntur, scilicet 6.
Innocentius, qui et ante Gregorius, et Anacletus, qui et ipse dictus fuerat Petrus; Feb. 16.
ambo Romae uno die electi, uno die consecrati. Set Anacletus maioris potentiae Romam optinuit; Innocentius vero Galliam fugiendo devenit, ibique ab omni Gallicana aecclesia susceptus, etiam a totius Germaniae episcopis et a rege Lothario papa pronunciatur ac

1) Gete fluvius a septentrione Gemblaci ortus, urbem Thienen praeterlabitur et Demeram influit. cf. Ann. Sax.
2) archiepiscopo Mogontino. 3) cf. Ann. et Chron. Sax. a. 1128. d. 4. Dec. 4) d. 15. Mart. a. 1130.

A. L. confirmatur. In villa Halla occiduntur a civibus Cuonrat de Eichsteti, Adelbertus et Eribo duo fratres, cum suis militibus. Rex vero Lotharius adversus eandem villam cogit exercitum. Truncatis aliis aliisque cecatis, nonnullis diversorum tormentorum generibus excruciatis, multis quoque per diversa fugientibus, reliqui omnes, data infinita pecunia, ingenti rerum suarum dispendio dignas pro commisso scelere penas luunt.* — Burchardus comes Lukenheimensis[5], dolo domini sui Hermanni, principalis comitis Thuringiae**, occiditur; ob quod idem Hermannus a rege Lothario deponitur, et comes Luodewicus pro eo constituitur***, moxque Winzinburg castrum memorati comitis Hermanni ab exercitu regis obsidetur, expugnatur, capitur. Anno Domini

* Consecretalis Lotharii regis, comes Luchenheymensis de Saxonia 2.

** et Misnensis marchionis *addit* 2.

*** et comes Conradus de Witin pro eodem Hermanno marchio constituitur in Misna *addit* 2.

1131.

7. Hermannus comes regi Lothario 2. Kalend. Ianuar. se suaque omnia dedens, captivus abducitur, et in castro Blankenberg[6] custodiae mancipatur. Winzinburg vero ad solum usque destruitur[7]. Rex Lotharius congregato exercitu in Daniam proficiscitur, propter intestina bella quae gerebantur in ea. Filius[8] quippe regis Daniae[9] patrui sui[10] filium[11] occiderat[12], quia hunc quandoque se depulso regnaturum esse timuerat. Nam pater occisi antea rex fuerat. Hinc ergo rex Lotharius[13] ab occisi fratre[14] interpellatus, adversus tam immanem impietatem arma corripuit, ad ulciscendum sanguinem innocentem contra partes Daniae exercitum movit. Timore igitur exercitus regis Lotharii omnes Daniae finium populi velut arena maris innumerabiles ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum regis Lotharii quamvis modicum, sex tantum videlicet milibus instructum venientem, armorum fulgore splendentem conspiciunt, divinitus perterriti se suaque omnia dedentes dextras petunt, utque rex ipsorum proprium regnum a* rege Lothario suscipere mereretur exposcunt. Quod et profecto factum fuisset[15], ni pius rex Lotharius ei cuius erat frater occisus pepercisset, eo quod idem iam dudum raptis fascibus etiam nomen sibi regium usurpasset. Susceptis tamen pro ingenti sibi promissa pecunia obsidibus, ad propria cum triumpho glorioso revertitur rex Lotharius[16].

Sinodus apud Leodium civitatem sub papa Innocentio congregatur; ubi praesente rege Lothario residentibus 50 episcopis, cum innumeris diversorum ordinum personis, Otto Halberstatensis episcopus, dudum Romae ab Honorio papa depositus, rursum Halberstatensi aecclesiae annitentibus cunctis praeficitur, rursum episcopali investitura a papa Innocentio donatur. Statuitur quoque ab omnibus secundum decreta canonum illud antiquum, quod semper erit innovandum, presbiteros castos et sine uxoribus esse, missam[a] autem uxorati presbiteri neminem audire debere. Ibi et Adelbertus marchio de Saxonia** deponitur, et Heinricus*** comes, qui et ipse Saxo, loco eius marchio constituitur. Anno Domini

* ab ipso et ab omnibus ceteris imperatoribus suscipere debeat constituunt, et ut eidem suo regi idem beneficium impendere dignetur, humiliter obsecrant 2. ** gratia regis carens deponitur 2.

*** hactenus ab eodem Adelberto violenter expulsus, pro eo marchio constituitur in Lusiz 2.

1132.

8. sanctus Gothehardus anno dormitionis sue centesimo primo[17], ipsius anni die ultimo, 4. Non. Maii[b], in Hildenesheim e terra levatur; cuius signorum admirabili magni-
Sept. tudine omnis Germania illustrata letatur[18]. Rex Lotharius cum regina Richiza Romam

*) adlbertus *c.* a) *in margine codicis legitur:* Nullus debet audire missam presbiteri uxorati. b) May *codex.*

5) Loccum hodie coenobium est ab occidente Hannoverae prope lacum Steinhudensem situm. 6) castra eius vocabuli plura fuerunt, quorum Thuringense prope Rudolstadt, et Hassiacum in Wetteravia olim situm hic in calculum venire possunt. 7) castri ruinae hodieque prope villam Winzenburg a meridie oppidi Alfeld in dioecesi Hildesheimensi extant. 8) Magnus. 9) Nicolai. 10) Erici. 11) Kanutum Obotritarum regem; cf. Helmold. I, 49. 50. 12) die 7. Ian. huius anni. 13) Kanuti senior. 14) Erico postea rege, Emun, hoc est memorabilis, dicto. 15) igitur non factum esse dicitur. Helmoldus tamen Magnum immenso auro et hominio indemnitatem emisse narrat, et Saxo Gramm. lib. 13. (ed. Müller 2, 645.) Lotharium postulasse tradit, ut Magnus *„Romani imperii militem ageret. Qui cupide conditione usus, supplex Lotharium reneratus est“.* 16) cf. Helmoldum I. 50. 17) minime, quum 3. Non. Mai. a. 1038. obierit. 18) v. historiam translationis eius.

pergit, ad visitandum regnum Italicum suoque dominio mancipandum, ad restituendum papam Innocentium in sedem apostolicam, ad suscipiendam imperialem benedictionem, modicum quidem pro rerum negocio ducens exercitum, mille scilicet et quingentos armatorum tantum, set in Domino per omnia confisus; quod et rerum probavit eventus. Augusta civitas a regis exercitu destruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur, equidem digna satis ultione pro commisso multati scelere, quippe qui regem, ad se pacifice ingressum nichilque suspicantem tale, bello praesumpserint lacessere. Hinc montes rex transit, omnem Italiam suae dicioni subicit, solis Veronensibus et Mediolanensibus renitentibus. In eadem expeditione Heinricus[19] marchio de Stadon occiditur, set a militibus suis Saxoniam, unde oriundus extitit, sepeliendus reportatur. Anno Domini A. L. Dec. ex.

1133.

Anni imperii Lotharii

rex Lotharius Romam ingreditur. Innocentius papa in sede apostolica restituitur, rex quoque ab eo imperiali benedictione apud Sanctum Iohannem euangelistam Lateranis consecratur ac imperator efficitur. Hunc sibi locum ad suscipiendam imperialem benedictionem rex iudicat aptissimum, quoniam et illic regni et aecclesiae, ut cunctis cernentibus liquet[20], constat esse palatium, et in historiis priorum temporum plures inibi reperiuntur imperatores consecrati. Accessit etiam, quod Petrus, qui sibi nomen papae et dignitatem usurpaverat, aecclesiam beati Petri apostoli, ubi imperatores nostris temporibus benedici consueverant, cum multitudine armatorum, ne rex ibi benedictionem imperialem consequi posset, praeoccupaverat. Qui tamen locus ab exercitu regis facile poterat expugnari; set rex pius hoc prohibuit fieri, ne destrueretur aecclesia beati Petri. Lotharius autem imperator effectus, cum Roma digrediens ad clusas quae ad civitatem Brixam[21] transmittunt venisset, tyrannum quendam Adelbertum, cum 10 milibus transitum prohibentem, divina se gratia comitante gloriose devicit, ipsumque in proprio castro Lodrun[22] dicto, licet inexpugnabili, ad quod confugerat, cepit, captivum abduxit, sicque letus cum suis ad propria rediit. Eclypsis solis facta est 4. Non. Aug. mediante hora diei octava. Anno Domini 9. 1. Apr. 30. Iun. 4. Aug.

1134.

imperator pentecosten[23] Halberstat celebravit; ubi Magnus, Nycolay filius regis Danorum, ad acquirendam gratiam eius inmensum pondus auri et argenti optulit, eo quod priore anno, Lothario in expeditione Romana occupato, multos Teutonicorum, quos in Daniae partibus[24] repererat, alios occiderat, alios obtruncaverat, nonnullos vero diversis penis et cruciatibus affectos de finibus suis eiecerat, ob iniurias scilicet quas ipse dudum cum populo suo ab exercitu regis pertulerat. Quem tamen pius imperator benigne suscipiens, regem Danorum esse decernit, et inposito super caput eius diademate, cum die sancto pentecostes regio cultu vestitus imperator ipse procederet, eum sibi spatarium fecit. Qua ille gloria licet indignus, mente tumidus ad propria festinus rediit; congregataque multitudine armatorum, Erichum, filium patrui sui, cuius ante fratrem occiderat, persequi instituit, et ad civitatem Lundinam[25], ubi eum cum cuis demorari comperit, navibus applicuit. Cumque navibus egressus in unum conveniret exercitus, timor invasit omnes inmensus, et ut naves, quas Magnus, ne quis forte ex acie ad eas confugeret, a terra fecerat reduci, denuo litori[a] postulabant advehi. At Magnus: *Quit*, inquit, *timetis, milites fortissimi? Viginti sunt milia virorum fortium exercitus nostri, et si caput mundi Romam adire placuisset, tantae multitudini nullus obsistere potuisset!* Illis econtra, nulla consolatione recepta, set propriae vitae diffidentibus, David, adolescens egregius, Erichi sororis filius, in Lundina civitate obsessus, cum trecentis militibus Teutonicis fortissimis egressus, adversariorum exercitum comminus fertur in medium, 10. 2.

a) littori *corr.* litori *codex.*

19) Conradus de Plozeke. 20) eccc auctorem Romae praesentem. Cf. Legg. II, 81. 21) Brixen in Tyrolensi terra. 22) Lodron. 23) pascha potius d. 15. Aprilis: v. Annales Hildesheimenses SS. III. 116. Pentecosten d. 3. Iun. imperator Merseburgi celebravit. 24) Roskildiae praecipue, ubi tormentorum opifices naribus praecidit. Saxo p. 652; cf. Ann. Hildesh. a. 1133. 25) Lund; cf. Saxonem p. 654 sqq. et Helmoldum lib. I. 51.

A. l. disturbatisque cunctis atque fugientibus, Magnus in terram prostratus relinquitur solus. Quem superastans David adolescens: *O*, inquit, *latro sceleratissime et parricida infidissime, qui avunculum meum patrui tui osculans interfecisti filium, ut Iudas perfidus tradidit Dominum! Nunc te premunt peccata tua; nunc te Dei persequuntur iudicia! Hodie, inquam, accipies quod mereris, et impio capite tuo cum manibus scelestis absciso, pro tui magnitudine sceleris, toto seculo fabula eris!* Quo tali morte perempto, rex Nicolaus, pater Magni, timore correptus immenso, iamque se et a coessentibus sibi comminus morituram suspicatus, fugiendo cum multitudine armatorum iuxta civitatem Sleswich est castra metatus. Cives autem eiusdem civitatis in dolo ei pacifice loquentes, episcopum suum cum ceteris primatibus ad eum quasi pacis obsides emiserunt, et introductum ad se, statim pro foribus aecclesiae positum in oratione peremerunt, et loco eius Erichum, filium fratris eius, quem Magnus antea persequebatur, cum omni terrae populo regem constituerunt.

Imperator cum exercitu adversus ducem Fridericum et fratrem eius Cuonradum Sueviam ingreditur; villa Ulma funditus destruitur, castella, municiones plurimae evertuntur, tantaque clade tota Suevia percellitur, ut nichil ante simile factum a cunctis regibus memoretur. Anno Domini

1135.

11. 3. Mart. imperator media quadragesima generalem curiam Babenberg habuit, ubi Fridericus Suevorum dux gratiam imperatoris acquisivit, et ex sententia imperatoris et unanimi consensu principum pax esse decernitur decem annis per regnum universum, coniurantibus

Aug. 1. cunctis in id ipsum. Imperator curiam apud civitatem Marseburg ad Vincula sancti Petri habuit. Ubi ex praecepto imperatoris dux Polenorum[26] affuit, qui sepenumero anteriorum imperatorum impetitus bello, sepe rogatus, sepe suasus promissionibus, nunquam tamen ad eorum curiam venire consensit vocatus. Affuit etiam dux Boemiorum Uodalricus, qui cum esset ducis Polenorum infestissimus inimicus, reconciliavit eos invicem imperator Lotharius. Venerunt quoque ad imperatorem eodem tempore dux unus et episcopus a rege missi Gretiae[27], cum legatis ducis Venetiae[28], conquerentes atque iudicium postulantes adversus Ruoggerum quendam comitem Siciliae, qui et regi Gretiae Affricam, quae tercia pars mundi esse dinoscitur, armis expugnando cum paganis abstulit suoque dominio subdidit, ibique diadema regni sibi imponens, regium nomen usurpavit, Veneticos vero despolians, diversarum mercium quadraginta milium talentorum abstulit precium. Set et de imperio Romano totam Apuliam atque Calabriam subtraxit, aliaque perplura contra ius fasque perpetravit. Contra hunc igitur promittuntur a legatis ad supplementum exercitus imperatoris naves copiosae, militum legiones innumerae, auri et argenti ad omnem huiusmodi rerum sufficientiam pecuniae. Quantis ac qualibus donis eo tempore Dominus honoraverit imperatorem, quis explicare possit? Aurum, lapides preciosos legati attulerunt Greciae, cum diversorum colorum purpura, aromata multa nimis et in hac terra hactenus ineognita. Sed et dux Poloniae duxque Boemiae pelles grisas atque mardelinas cum variis auri et argenti aliarumque preciosarum rerum muneribus tanta afferebant copia, ut nullus superesset principum, qui vel ducum illorum vel imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus regis Ungariensis[29] nuncii imperatorem cum ceteris principibus letificarunt; qui dominum suum ad omnem imperatoris voluntatem cum suis omnibus paratissimum nuntiarunt.

Sept. 29. Rursum imperator curiam circa festum sancti Michahelis in Thuringia in villa regia Muolehuson habuit, ubi Cuonradus, frater Friderici ducis, qui sibi nomen regium usurpavit, gratiam imperatoris acquisivit. Quem imperator benigne suscipiens, omnia quae illius ante fuerant restituit, regiis donis honoravit, ad propria cum gloria redire permisit.

Ventus vehementissimus et actenus incognitus naves multas submersit, edificia plurima destruxit, arbores fructuosas atque silvestres innumeras deiecit, ita ut vix decima pars quarundam remansisset silvarum. Anno Domini

1136.

12. 4. Ian. 5. imperatore nativitatem Domini in Spira civitate celebrante, visus est sol in vigilia epiphaniae Domini nullis apparentibus nubibus quasi ex parte praeruptus; set et in

26) Boleslaus. 27) Iohannis Comneni. 28) Petri Polano. De altera eius legatione agit Andreas Dandulo in chronico Murat. XII. p. 278. 29) Belae II.

diversis terrarum locis alia non multo post apparuerunt prodigia. Lapis unus magnitudine humani capitis iuxta locum Altesleibon[30], in quo constructa est abbatia, cecidit de nubibus, qui et ibidem diligenter custodiebatur a fratribus. Per idem tempus imperatore in civitate Quitilingiburg existente, visum est desuper civitatem in aere quoddam in modum scalae transvolare, niveo quidem corpore, sed rubro rutilare capite. Testati sunt quoque non pauci, eodem tempore se vidisse quasi crucem rubeo colore coruscam de coelo ad terras descendisse, et non procul a terra aliquamdiu in aere pependisse; set rursus ad coelos remeante, tanta lucis aer resplenduit claritate, ut nullus intuentium ad hanc perspiciendam, tamquam solis contra radium, visum praevaleret obtendere. Luopoldus marchio in venatione occiditur. A. I. Mai.

Imperator in Italiam secundo proficiscitur, et divina rerum mirabili prosperitate fretus gratia, cum paucis quaquaversum victor progreditur. Apuliam quoque, quam Ruggerus Siculorum dux prius invaserat, armis cepit, eamque iuri sedis apostolicae restituit. In qua expeditione[31] Brun Coloniensis archiepiscopus moritur, et apud Barum Apuliae civitatem sepelitur. Anno Domini Sept.

1137.

Adelbertus senior Mogontinus archiepiscopus obiit; pro quo Adelbertus, patruelis eiusdem, Erphesfurdensis praepositus, post longas cleri ac populi dissensiones constituitur. 13. 5.

Monasterium sancti Martini in Mogontia cum magna parte eiusdem civitatis igne crematur.

Lotharius imperator de Italia revertitur; set cum Germaniae fines intraret, dumque principes apud Wirziburg illius praestolarentur adventum, infirmitate correptus diem clausit extremum, omni regno de morte sua relinquens iusticium. Corpus vero eius a Richiza imperatrice Saxoniam reportatur, et apud Luotrensem abbatiam[32] ab ipso constructam, praesentibus Saxoniae atque Thuringiae principibus, 2. Kalendas Ianuarii regio more sepelitur*. Dec. 3. Dec. 31.

* *Haec manus saeculi XIV. subiecit:* Anno Domini 1349. in die sancti Benedicti, hoc erat sabato ante dominicam Letare, Iudei sunt interfecti in Erphordia sine consensu consulum, et multi cum incendio ignis se personaliter interfecerunt; numerus vero Iudeorum 16 sexagene cum Iudeis 16. Eodem anno plura milia flagellatorum prodierunt in mundum secundum hos versus:

Gens antichristi, cur signaris cruce Cristi?
Achephalisti tu nequam secta fuisti;
Scismata fecisti, datur huic heresis, puto, sisti.
Clerum spreristi, lapidare quem voluisti,
Quem sanctum scisti; rogo dumpneris nece tristi.
Quos seduxisti, tecum pereant simul isti.
Conqueror hoc triste quod pitzonarius[a] *iste*
Hos subplantarit, sibi quos Deus associavit,
Sanctum Iohannem matrem Dominique Mariam.

a) *glossa:* id est flagellarius.

30) Alsleben ad Salam, aut Oldisleben ad Unstrutam fluvium. 31) a. 1137. initio. 32) Königslutter prope Helmstedt.

ANNALISTA SAXO

EDENTE G. WAITZ PROF. PUBL. KILONIENSI.

Liber quem iam edituri sumus, omnibus est notissimus; sed ubi, vel a quo,
1 *denique quo tempore sit conscriptus, nemo recte indicavit*[1]*; neque in ipso opere quamvis longissimo quidquam hac de re legitur. Auctor amplam rerum gestarum narrationem orditur inde ab a.* 741, *desinit in a.* 1139. *Sed ex aliis fontibus pleraque esse descripta, primo aspectu patet. Quibus diligentius examinatis, sperari potest, fore ut de ipso libro eiusque auctore satius possimus iudicare.*

Quum annales condere sibi proposuisset, primo loco eiusdem argumenti opera, quaecumque ipsi ad manus fuerunt, consulenda duxit. Ita inde ab
2 *a.* 741. *praesertim Reginonis chronicon secundum annos digestum adhibuit*[2]*, quod ita in usus suos vertit, ut integrum fere tam ipsum chronicon quam continuationem*[3] *receperit. Accedunt Annales Fuldenses, sed varius exscripti*[4]*; praeterea minores illi, Lobienses et Corbeienses*[5]*. Saeculo X. et XI. quam plu-*
6 *rima ex Ann. Quedlinburgensibus sumsit*[6]*, eosque non solum prioribus annis*

1) Eccardum, quum hunc librum Ekkehardo Uraugiensi tribuendum esse censeret, falsum esse, satis constat; cf. diss. meam de chron. Ursperg. p. 8. et supra p. 1. Etiam quae Martene et Durand de pluribus auctoribus statuerunt (Coll. ampl. IV. p. 2.), ab aliis repetita, refutare supersedeo. Satius iam de hac compilatione iudicarunt Semler Versuch p. 95—107. et praesertim Stenzel (Fr. K.) II. p. 110. 111. 2) cf. quae dicit a. 739. Praeter hunc nonnisi passionem S. Kiliani a. 850. Cosmam Pragensem a. 982. ipse nominat. 3) Hanc aliquot lineis auctiorem quam omnes quos novimus codices habuisse videtur; cf. quae notavi ad a. 967. 4) Post a. 867. eorum vestigia non reperi. 5) a. 836. 856. 857. 864. 948. 965. 990. Haec tamen non semper accurate cum iis conveniunt quae in Ann. Mon. SS. III. editis leguntur, ita ut alterum exemplar habuisse videatur, ex illis fortasse post descriptum et auctum, quod etiam a. 825. notitiam ipsi suppeditavit. — Res Corbeienses etiam a. 1091. 1107. 1138. tangit. 6) Non video, cur cum Pertzio (Mon. SS. III. p. 19.) inter Annalistae subsidia non ipsos Annales Quedlinburgenses, sed alios quos dicit Halberstadenses, iam deperditos, illorum fontem, referamus. Certe omnes quos affert auctores non solum usque ad a. 993. sed postea etiam Quedlinburgensibus innituntur, eaque recipiunt quae Quedlinburgi scripta esse primo aspectu apparet. Huc etiam chron. Halberstadense refero, quod a. 992. narrationem suam ex illis annalibus et Thietmaro compilavit. In Annalium Quedlinburgensium codice unico quem habemus saec. XVI. hoc loco duorum episcoporum nomina excidisse, non mirum, quum codex longe gravioribus mendis scateat. Quae a. 961. apud Annal. et Chronogr. Saxonem leguntur, ex Ann. Quedlinburg. sumta esse non contenderim, quum de eadem re alia eaque breviora in codice exstent. Certe vero ex Halberstadensibus illis, quos Pertz ex Hersfeldensibus haustos, in Quedlinburgensibus descriptos opinatur, repetita esse nequeunt. Nam ita propius ad alia Hersfeldensium annalium exemplaria accedere deberent; sed cum illorum narratione nihil habent commune. Quae quum ita sint et Ann. Saxo quam plurimis locis quam fidelissime Quedlinburgensem textum repetat (cf. iam a. 750. de origine Francorum), non est cur ad incertum quendam fontem ascendamus. Immo hunc quem habemus ex Annalista suppleri et restitui posse, iam alio loco dixi (Arch. VI. p. 689.): quibus nunc addere velim, quod etiam post a. 1025, ubi codex noster telam abrumpit, tam Chronographus quam Annalista eosdem longius continuatos habuerint.

integros, sed etiam fine auctiores habuisse videtur; et qui cum illis arcte cohaerent Hildesheimenses ab initio usque ad ultimas libri pagellas fideliter ab ipso transcripti sunt. His adiungo Ekkehardum Uraugiensem, quem Annalista tam presse secutus est, ut non semel utrumque opus eidem tributum videamus, uter vero alterum exscripserit plerique dubitaverint[7]. *Annalista duobus Ekkehardi operibus, praeterea chronico Wirziburgensi supra edito, usus esse videtur*[8]. *Adhibuit etiam Lamberti annales, sed praestantissimum illum medii aevi scriptorem non ea qua par erat diligentia consuluit*[9]. *Rerum vero Saxonicarum scriptores et gloriae Saxonicae assertores, Widukindum*[10] *dico, Thietmarum*[11] *et Brunonem*[12], *dignos habuit, quos ubique sequeretur; quorum verba tantum non omnia repetere ipsi ut ita dicam religioni fuisse videtur. Ut res Saxonicas quam accuratissime explicaret, etiam episcopatuum et monasteriorum chronica collegit; de episcopis Bremensibus ex Adamo eiusque scholiis*[13], *de Hildesheimensibus ex chronico eorum antiquo*[14] *plurima retulit; etiam Halber-*

15 Nescio quidem an breves quaedam notitiae a. 1026. 1027. huc referendae sint; sed quae a. 1028. 1029. de bellis contra Ungaros et Polonos gestis leguntur, quin ex hoc fonte repetenda sint, non dubito. Eadem exstant apud Chronographum, sed verbis paullo largioribus narrata, ita ut non ex Annal. sed ex communi fonte petita esse facile agnoscas, qualem his annis praeter annales illos nullum indicare possim. Etiam narrandi rationem eandem hic quam in priori parte deprehendere mihi videor. Denique verba apud Chronographum servata: *Talis ergo est rex Misecho* etc. Misecone vivo haec scripta esse ostendunt; id quod aptissime in fontem illum cadit. Post a. 1030. eius vestigia nulla reperiuntur W. — Minime l. c. Annalistam Annalibus Quedlinburgensibus non usum esse dixi, sed eos locos quos ipsi haud exhibent, fortasse ex eorum fonte, quem Halberstadensem fuisse suspicatus sum, fluxisse contendi. Quaestio simplex est. Annales quos novimus Quedlinburgenses non omnia exhibent quae in Annalista et Chronographo ad hunc fontem reduci putat Waitzius, immo anno 961. diversa; igitur, quod unum refert, utrosque, eos scilicet quos ego Halberstadenses, Waitzius item Quedlinburgenses vocat, et Quedlinburgenses, diversos esse constat. Nec magis quae contra omnium codicum auctoritatem de supplemento quodam Continuationis Reginonis disputat Waitzius, arrident. P. 7) cf. not. 1. Mone Archiv I. pag. 399 sqq. aliosque, quorum opiniones libris ipsis editis satis explosas recensere longum est. 8) Maxime illud sequitur chronicon quod E. dixi, id quod non solum loci ex Sigeberto huic additi et ab Annalista repetiti ostendunt, sed alia quoque quae textus ille singularia habet, e. gr. a. 749: *Hic est Folradus qui corpus sancti Viti martyris de Roma in Gallias translulisse legitur;* a. 769. 1084. 1106. 1115. 1119. 1123. Praeterea vero etiam historiam Karoli Magni, qualem Ekkehardus ex Einhardo confecit, ad verbum exscripsit, quam in codd. E. omissam, ex alio chronici exemplari sumserit oportet. Etiam a. 1097. locus: *Godefridus dux Lotharingiae* etc. non in Hierosolimita codd. E. sed in chronico tantum universali legitur. Cum eodem verba a. 1104: *in monasterio suo apud Sunnesheim sepultus est* conveniunt. Praeterea annis 1040—1056. etiam chronico quod dixi Wirziburgense Annalistam usum esse, loci in margine notati indicant; neque cum Ekkehardi chronico neque cum Ann. Hildesheimensibus hic tam accurate convenit. Codex vero quem secutus est ab edito diversus fuisse et propius ad Ann. Wirziburgenses, quos ex illo exscriptos supra p. 8. n. 84. dixi, accessisse videtur. Cum his enim iam 1047. (A. Wirz. 1048.) 1053. 1054. convenit, ita tamen ut apud Annalistam haec fusius quam in Annalibus legantur (cf. a. 1054: *piae memoriae*), et eodem modo etiam postea a. 1055. (de Annone Colon.), 1066. (de Cunone Trevirensi), 1081. 1085. (de abbate S. Albani), 1090. (de episcopo Adelberone), 1100. plura apud Annalistam leguntur, quorum quasi epitomen Annales illi exhibent. Ideo haec omnia uni eidemque fonti deberi, chronico illi Wirziburgensi auctiori et usque ad a. 1100. continuato, quod Annalista exscripserit, Annales in epitomen redegerint, recte statuere mihi videor. 9) cf. SS. V. p. 147. 10) v. SS. III. p. 415. 11) ibid. p. 729. n. 89. Plures ex Annalista enotatas lectiones cum codice Bruxellensi convenire, Bethmannus noster, codice iterum perlustrato, monuit*; e. gr. p. 752. n. f, p. 759. n. 10, p. 761. n. n, p. 764. n. p, p. 779. n. l, p. 781. n. f, p. 843. n. g. 12) v. SS. V. p. 328. 13) v. Lappenberg in Archiv VI. p. 828—830. 14) Chronicon apud Leibnitium (Vol. I.) editum ita exscripsit, ut omnia fere verba retineret, sed non ultra a.

*) In notis ad Thietmarum praeterea haec emendanda sunt: p. 735. n. 2. lege: *cocorum;* p. 755. n. l. lege: *frutectis* et adde: *alnus stat in frutectu* 2; p. 760. n. d. dele: *A. S. a.* 975; p. 761. n. k. adde: *abb. Nove Corbeie* 2; p. 770. n. o. adde: *Gunesheim* 2; p. 786. n. b. lege: *tegens;* n. e. dele: *que;* p. 806. n. e. codex 2. omittit verba *clandestinam et vero;* p. 807. n. k. A. S. legit: *in diuttuscos;* p. 812. n. b*. lege: *rediritun* 2; ibidem dele n. c; p. 813. n. c. adde: *uezemiscten* A. S.; p. 819. n. l. dele: *evanuit.* Codex 2. hic longius a textu genuino recedit; p. 822. n. h. adde: *venetici* A. S.; p. 823. n. l. *consecratur* legitur 2; p. 827. l. 43. lege: *timoratus,* l. 45: *Hiis,* l. 52: *ex*; p. 839. dele n. c; p. 851. n. m. adde: *mat. meae fil.* desunt 2; p. 860. l. 48. dele: *sancto A. S.;* p. 861. n. k. lege: *absalom*; p. 862. n. e. lege: *h. i. m. melius f. de f. t. q. gl. v. educeret;* p. 863. n. c. lege: *et calix ad dextram sac. pon.;* p. 862. n. b. lege: *premium.* Nonnullis locis codex 2. cum his convenit quae 1^c. tribuuntur.

stadense, Magdeburgense, Harsefeldense aliaque ipsi ad manus fuisse, infra videbimus. Res Boemicas Cosmas Pragensis ipsum docuit[14]*; paparum historiam ex libello, quem vulgo Liudprando tribuunt, sed quem in Saxonia scriptum esse facile est intellectu, hausit*[15]*; postea brevem nescio quem catalogum secutus est. Neque vitas sive episcoporum sive aliarum personarum neglexit; sancti Kiliani*[16]*, Gengulfi*[17]*, Bonifacii*[18]*, Willehadi*[19]*, Mathildis reginae, Godehardi episcopi, Heinrici imperatoris*[20] *historiam ex talibus illustravit, fortasse etiam vitam sancti Udalrici*[21]*, translationem S. Epiphanii*[22] *aliasque*[23] *novit. Praeter Ekkehardum in historia belli sacri etiam „Gesta Francorum expugnantium Hierusalem“*[24] *exscripsit. — Hi fere sunt fontes quos etiamnum habemus et singulis locis aperte indicare possumus. Sed multa apud Annalistam leguntur, quae sane non ex propria cognitione hausit, sed ex libris iam deperditis sumsisse putandus est, sive codices habuerit auctiores*[25]*, sive historias plane ignotas. Ita, ut de his praecipua referam, res Fuldenses saeculi IX. ex domesticis eius monasterii fontibus acceperit oportet*[26]*; etiam Gandersheimensia nescio quae monumenta ipsi ad manum fuisse videntur*[27]*; annales in Alamannia scriptos, quales quibusdam Herimanni Augiensis codicibus insertos esse Pertz supra docuit*[28]*, Annalista exscripsit*[29]*. Herimanni chronicon si habuit, certe vix semel aut bis adhibuit*[30]*. Sed Herimannus praeterea Conradi et Heinrici III. gesta scripsit*[31]*, quae deperdita lugemus. Huic libro versus ab Ottone allatos Frisingensi fuisse insertos non negarim, integrum vero metrice fuisse*[32] *compositum, mihi persuadere non possum. Sed annis* 1037—1043.[33] *apud Annalistam nostrum diligenter examinatis, plura ibidem legi, quae in aliis eius temporis fontibus desiderentur, coaevo vero debeantur scriptori, patet; quae si cum Herimanni chronico contuleris, saepe easdem res, illic accurate et fuse, hic breviter et compendiose expositas deprehendas, eundem narrationis ordinem, idem auctoris ingenium, nisi fallor, agnoscas. Ideo ex Gestis illis ab Herimanno scriptis haec sumta esse, satis firmiter contenderim*[34]*. Paulo post de vita Gregorii VII. Annalista plura retulit*[35]*, quae in eius temporis fontibus invenire haud potui et cuius certam originem indicare non ausim, quamvis plura ad epistolas*

1079. id adhibuit, quo, primum eius auctorem operi finem dedisse, statui posse videtur. Annalista vero de rebus Hildesheimensibus etiam quae ibi frustra quaeras refert, quamvis haec eiusdem originis esse videantur; cf. a. 815. 847. 852. 1013. A. 1038. cum breviori episcoporum catalogo convenit. Equidem omnia haec ex eodem fonte repetierim, ita ut Annalistae chronicon episcoporum Hildesheimensium, edito et antiquius et auctius, ad manus fuerit. 14*) cf. a. 982. 15) cf. ut unum afferam luculentum exemplum a. 758. Etiam locum a. 775. de fundatione episcopatus Osnabrugensis ex hoc fonte sumsit. 16) a. 750. 17) a. 759. Locus est ex vita Act. SS. Mai. II. p. 645. 18) a. 741. 750. 753. 19) a. 790. 20) ex Adalboldi vita; cf. SS. IV. p. 682. 21) cf. a. 925. 973. 22) a. 981. 23) De vita S. Leonis v. notam ad a. 1048, de vita S. Meinwerci v. infra. 24) apud Bongars I. p. 561 sqq. Habet etiam alia de prima cruciferorum expeditione, quorum fontem neque ipse reperire potui neque a Sybel (Gesch. des ersten Kreuzzuges) indicatum video. 25) cf. quae dixi de Continuatore Reginonis (n. 3.), Ann. Quedlinburgensibus (n. 6.), Chronico Wirziburgensi (n. 8.), Hildesheimensi (n. 14.). 26) a. 745. 840. 869. 891. 27) a. 870. 907. cf. a. 1027. Nescio quo referenda sint a. 891. 902. 906. 943. — Anni 992. notitia ex Verdensi quodam fonte hausta esse videtur. 28) SS. V. p. 73. 29) a. 779. 823. 1035. 1040. Alibi haec non facile discerni possunt, quum Ekkehardus eadem habeat. — Fortasse etiam locus a. 917. huc referendus est. 30) Praeter a. 839. et 952. nihil afferre possem A. 1052. Herimanni mortem notavit. 31) Bertholdi ann. SS. V. p. 268: *Gesta quoque Chounradi et Heinrici imperatorum pulcherrime descripsit.* 32) cf. SS. T. V. p. 68. et 268. 33) Post hunc annum eiusmodi nihil invenio. 34) Sunt quidem quae auctorem Fuldensem indicare videantur; cf. 1010. 1042. de Bardone. Sed haec etiam Herimanno coaevo bene comperta esse poterant. Mirum est, quaedam etiam apud Chron. Saxonem legi verbis ita mutatis, ut non ex Ann. sed ipsius fonte descripta putes: cf. praesertim a. 1037. (1038. 1042.) Sed hic etiam a. 1038. verba ex Ann. Hildesh. petita ampliavit. 35) a. 1074. 1075. 1077. 1078. 1079.

Gregorii actaque conciliorum referenda esse primo pateat aspectu[36]. *Inde ab* 36
hoc tempore magis magisque apud Annalistam modo breviores modo longiores occurrunt narrationes, quae res maxime in Saxonia gestas illustrant et ex variis monumentis congestae esse videntur. Ita, ut unum afferam, a. 1088 *Burchardi episcopi Halberstadensis mors ita narratur, ut de coaevo auctore dubitare nequeas; quae librum de vita Burchardi a successore Herrando scriptum suppeditasse, facile est demonstratu*[37]. *Quae a.* 1085—1087. *leguntur, ex eodem fortasse fonte repeti possunt*[38]. *Praeterea breviorum annalium fragmenta inde* 38
ab a. 1077. *inveniuntur*[39] *plura. — Monasteriorum in Saxonia fundatorum saepe mentionem facit, praesertim Harsefeldensis sive Rossefeldensis, in Bremensi agro siti, cuius tam origines et quae cepit incrementa, quam res a fundatoribus, comitibus scilicet Stadensibus, gestas, accurate exponit, in his, nisi valde fallor, chronico quodam eius coenobii adiutus*[40]. *Eodem modo de mona-* 40
sterio, quod primum Thancmaresfelde, postea Nienburg constructum est, multa ita narrat abbatumque ordinem tam accurate recenset, ut etiam haec ex libro quodam scripto sumsisse videatur[41]. *Brevius fundationes aliorum memorantur monasteriorum, Groninge*[42], *Gerbestede*[43], *Walbike*[44], *Helmwardeshusen et Hildewardeshusen*[45], *Ballenstide*[46], *Hasungun*[47] *in Francia, Hirsaugiae*[48] *in Suevia* 48
siti; coenobii Hildeslebe bis mentionem facit[49]*; praeterea Magdeburgensia et quae ab episcopis Halberstadensibus condita sunt coenobia Huysburgense et Ilsenburgense diligentius recenset. Eodem modo episcoporum Saxonicorum rationem habet; de Bremensibus et Hildesheimensibus supra dixi; Osnabrugenses quidem*[50] *et Mindenses aliosque*[51] *prorsus negligit*[52], *Paderbornenses*[53] *et Verdenses*[54] *brevius recenset. In Magdeburgensi vero et Halberstadensi histo-* 51
ria enarranda eum ubique maxime occupatum videmus. Illam ut recte expo-

36) a. 1075. 1078. 37) Winnigstadt nempe (Chron. Halberstad. apud Abel, Samml. alter Chroniken p. 289.) Burchardi passionem ab Herrando scriptam chronico suo inserit, quam accuratissime cum Annalistae loco a. 1088. convenire, cuique legenti patebit. 38) Quadam sermonis similitudine ut haec statuam permoveor, quamvis magis annalium quam vitae cuiusdam speciem illa referre videantur. 39) a. 1077. 1079. 1081. 1083. 1084. 1089. 1090. 1094. 40) Hoc verba a. 969: *cuius fundamenta et valli usque hodie discerni possunt,* a. 1016: *Mater Friderici comitis nuper defuncti* ostendere videntur. Fortasse eius vestigia in Alberto Stadensi, quin etiam in chron. recenti Harsefeldensi agnoscere licet (cf. quae notavi a. 979. 1010. 1088. et Lappenberg Arch. VI, 334.) Etiam Chronogr. Saxo eiusmodi opus habuisse videtur; nam etiamsi a. 1102. et 1103. Annalistae locum a. 1101. exscripserit, a. tamen 1109. et 1114. quaedam de Rossefeldensi coenobio refert, quae apud hunc frustra quaesieris. — Sed cave ne annalium fragmentum a V. Cl. Wedekind (Noten I. p. 349—367.) editum huc referas. Locus enim a. 1101. (*Hoc idem monasterium* etc.), quo duce vir doctissimus monasterio Rossefeldensi annales illos adscribendos putat, satis inepte ex Chronogr. Saxone (a. 1103.) exscriptus est, verbis praecedentibus (nam quae in editione inter utramque notitiam leguntur, in cod. autographo post addita sunt), quibus monasterium S. Mariae in Rosenvelde nominatur, omissis. Annales illi ex Ann. Wirziburgensibus (fortasse Chron. Wirziburg., quocum a. 1057. ad verbum conveniunt, longius producto), Annalista et Chronographo Saxone compilati sunt. Cui tribuenda sint monasterio, abbatum nomina a. 1062. 1077. 1085. 1130. ostendent; nisi fallor, S. Michaelis Luneburgensi. Nam qui a. 1085. nominatur Ezico qui et Rizierus huic coenobio praefuit (v. Wedekind Noten II, p. 327, qui Azikonem et Ruzierum duos habet), ibique etiam codex repertus est. 41) a. 965. 970. 975. 978. 1030. 1061. 1085. cf. Chron. Sax. a. 990. 1018. qui fortasse etiam a. 971. 1061. non Annalistae libro sed fonte illo antiquiori usus est. 42) a. 965. 43) a. 985. 44) a. 992. 45) a. 1000; cf. a. 1029. — De chronico Amelunxbornensi cf. a. 1009. 46) a. 1123. 47) a. 1019. 1021. 48) a. 830. 1048. 49) a. 999. 1110. 50) Episcopatus fundationem ex historia paparum sumsit (v. supra n. 15.). 51) Episcopatus Naumburgensis translationem narrat a. 1002. 52) De locis non dico, quibus episcopos quidquam in rebus publicis egisse narrat, sive fontibus notis sive aliis qui nos lateant usus sit; e. gr. ubi narrat, Reinhardum Mindensem in Helmwardense monasterium fugisse (a. 1086.) 53) a. 794. 804. 851. 877. 900. Haec cum cap. 1. vitae Meinwerci satis conveniunt. Attamen hac Annalistam usum esse, ut statuamus, neque haec neque locus a. 1031. efficere possunt. Nam hic quidem eandem rem sed aliis narrat verbis. Si fontem tam copiosum prae manibus habebat, certe plura inde sumsisset. 54) a. 962. 1049. 1070. 1097. cf. a. 992

neret, diplomata consuluit[55], praeterea etiam chronicon antiquius, saeculo XI. nisi fallor scriptum, cuius fragmenta tam apud Chronographum Saxonem quam in chronico posteriori Magdeburgensi agnoscimus, ante oculos habuisse videtur[56]; quibus alia ex propria rerum cognitione adiecit[57]. — Eodem modo etiam antiquius Halberstadense chronicon ipsi multa suppeditasse non negarim. Quod superest chronicon saeculo XIII. ex Annalibus Quedlinburgensibus, Thietmaro, Ekkehardo aliisque fontibus conflatum, saepe ad verbum cum Annalistae narratione[58] convenit, ita ut vel ex huius libro[58] vel potius ex communi fonte[59], antiquiori illo chronico, haustum sit oporteat.

Sunt vero quae ut ipsum Annalistam Halberstadensem dicam mihi persuadeant. Ne ea afferam quae ex chronico illo ad verbum more consueto descripta esse possint[60], etiam in his quae certo certius ipsi Annalistae propria sunt praecipue res Halberstadenses tangit. Ita a. 1040. in genealogia quadam duos memorat canonicos S. Stephani Halberstadensis, a. 1070. fundationem coenobii Hugsburch accuratissime narrat, a. 1100. 1105. et 1138. Ilsenburgensis coenobii mentionem facit, his annis res a Reinhardo episcopo gestas maiori diligentia exponit[61], denique opere iam absoluto, margini magnam epistolarum aliorumque documentorum collectionem intulit, quae tantum non omnia ad Halberstadensem spectant episcopatum[62]. Fortasse etiam hoc afferri potest, quod a. 1115, quum principes ad curiam Goslariensem evocatos recenseret, mutato eo ordine quem in Ann. Hildesheimensibus invenit, Reinhardum episcopum Halberstadensem primo loco ante ducem Liuderum posuit.

Quibus si addas, quod pleraeque, quarum originem et genus exponit, familiae nobiles in hac regione vel bona habebant hereditaria vel officia publica gerebant, quod praeter episcopos Halberstadenses maxime Magdeburgensium, qui loco erant proximi et dignitate superiores, rationem habet: sane Annalistam nostrum Halberstadensem clericum fuisse, sive in ipsa episcopii sede sive in quodam dioeceseos monasterio vixerit, non sine causa statui posse concedes. Certe quae attuli magis hanc quam illorum confirmant sententiam, qui Annalistam Magdeburgi scripsisse putarunt[63], quamvis ipse ne verbo quidem hanc patriam indicaverit. Ultimis annis res Halberstadenses brevius narrari, concedo; attamen quae notatu dignae erant memorantur[64], neque Magdeburgenses fusius exponuntur[65], ita ut, utri ecclesiae historia nostra adscribenda sit, hi anni ostendere nequeant, et nihil obstet, quominus opinioni illi insistamus, et Annalistam Halberstadensem fuisse, quamvis certo destituti testimonio, contendamus.

Fortasse, si opus usque ad auctoris tempora deductum exstaret, accuratius ipsius patriam originemque perspicere possemus. Nunc vero in a. 1139. codex desi-

55) a. 937. 962. 968. 969. Alia diplomata a. 945. 949. 992. adhibuit. 56) a. 968. 1023. 1049. Longiorem fundationis narrationem Annalista non recepit. 57) a. 1051. 1077. 1082. 1099. etc. Certe haec neque apud Chronographum leguntur, neque cum chronico edito conveniunt. 58) Ita Schatz in nova chronici editione (Halberstadii 1839.), qui singulos locos satis accurate annotavit. 59) Ita a. 803. in terminorum descriptione *Scuntra* apud Annalistam deest, in chron. exstat; hic etiam locus a. 816. accuratius legitur, a. 968. reliquiae singulae recensentur. 60) Eiusmodi sunt a. 781: *ubi hodieque honorifice fulget et usque in diem — confirmabitur;* a. 968: *Versa in luctum nostrorum finium cithara* etc. *huic ecclesiae — constitutus intrarit;* a. 1058: *in domo Domini et in atriis Dei nostri plantatus ut palma effloruit.* 61) cf. praesertim a. 1113. 1123. 62) Pleraeque editae sunt a Martenio Coll. I, et in nostra Epistolarum collectione suo loco ex codice descriptae iterum edentur. 63) Ita princeps de Fürstenberg et Mabillon, qui chronici Magdeburgensis nomine librum inscripserunt. Loco ab illo allato nihil effici, quippe qui ex Brunone sit descriptus, iam Eccardus (Praef.) monuit. 64) a. 1127. 1131. 1136. 1138. 65) cf. a. 1129. 1134. 1136.

nit, sive auctor scribendo finem fecerit sive reliqua libri pars, magno sane historiae damno, deperdita sit[66]. *Nam Annalistam etiam post a.* 1150. *in libro suo scribendo occupatum fuisse, genealogiae principum usque ad hunc fere annum tantum non omnes deductae*[67] *ostendunt, praesertim vero nota confirmat ipsius manu post addita, qua Wichmannum archiepiscopum Magdeburgensem nominat*[68], *quem a.* 1152. *archiepiscopum electum esse satis constat. Quod vero haec postea adiecit, quod, ut dixi, non ultra a. circiter* 1150 *illa stemmata progrediuntur, ut auctorem his fere annis scripsisse statuamus, cogunt. Utrum vero ab a.* 741. *inceperit an prima libri pars deperdita sit, ex codice qui exstat unico non satis discerni potest, sed ex nota a.* 760. *nihil deesse videtur.* 66 68

Qua sollertia Annalista fontes collegerit, ex supra dictis apparet. Undecumque comportavit, quae magnae compilationi conducere poterant, neque omnes hos libros in monasterii bibliotheca invenisse putandus est; sed Saxoniam ipse perlustrasse et ita episcoporum catalogos, monasteriorum chronica, praeterea annales, historias cuiusque generis aliaque monumenta historica collegisse videtur. Nam praesertim res patrias, dico Saxonicas, ipsi curae fuisse, satis patet, ideoque summo iure Annalista Saxo *a primo editore dictus et a posteris est dicendus. Quae invenit, in unum volumen congessit, ex multis variisque libris quam uberrimam rerum gestarum historiam effecit, in qua augenda et retractanda ipsum per plures annos occupatum fuisse videmus*[69]. *Secundum annos haec omnia divisit, sed nescio an valde curaverit, ut verum annum indicaret, ut certum inveniret. Nam initio quidem nonnunquam scriptores inter se discrepare annotat*[70], *semel Cosmam Pragensem erroris arguit*[71], *postea vero his neglectis fideliter auctores suos exscribit, quae sine certa temporis indicatione invenit, ubi occasio se praebet, immiscet, saepe easdem res ex diversis fontibus bis narrat, alia, quae inter se nullomodo cohaerebant, sine causa coniungit, nimia rerum et fontium mole paene obrutus. Aliorum verba ubique fere retinuit, etiamsi se ipsos quaedam vidisse, audiisse, legisse testarentur. Quae nimis longa ipsi videbantur contraxit, hinc inde sermonem correxit vel mutavit. Sed quod pluris faciendum est, etiam de suo non pauca addidit, quibus singulas res explicaret, ducum et comitum genus exponeret, aliaque explicaret. Praesertim in nobilium familiarum stemmatibus exponendis cum immoratum esse, iam saepius dixi. Qua in re quamvis interdum errores commiserit, plurima tamen memoriae tradidit quibus aegre careremus, quippe quae his illustrandis etiamnum fundamento poni debeant. Cum praeterea ex fontibus deperditis multa servaverit, historiam Lotharii fusius narraverit, non possumus quin Annalistae compilationem magni faciamus. Sed in rebus saeculi X. et XI. exponendis ipsum tamquam fide dignum et accuratum rerum scriptorem sequi nullo modo licet*[72]. *Quae ex aliis fontibus superstitibus compilavit ex his repetamus, annorum ordinem ex coaevis annalibus stabiliamus oportet; etiam quae adiecit non sine cauta diligentia adhibeamus. Sunt fortasse qui in Monumentis nostris haec tantum edenda esse dicant. Sed primum quaecumque ex fontibus deperditis descripta sunt adiicienda erant; praeterea omnia plerumque tam arcte inter se cohaerent, ut aut opus prorsus divellere et frag-* 69 70 71 72

66) cf. quae infra de codice autographo dicturus sum. 67) Quod ut perspicias conferas velim tabulas a V. Cl. Raumero editas. 68) a. 1036. 69) v. infra. 70) a. 759. 821. 831. 837. 838. 854. 892. 904. 71) a. 982. 72) cf. Semler l. l. Adelung Dir. p. 81. Stenzel II. p. 111.

menta tantum incohaerentia edere, aut integrum recudere oporteret. Hoc elegimus, spe ducti, fore ut hac editione publici iuris facta etiam recentiores illi qui hucusque Annalistae librum semper quasi uberrimum fontem et gravissimum scriptorem, sive incuria sive ignorantia ducti, adierunt, quibusque huic compilationi incubare dulcissimum fuit, nunc ad genuinos fontes in margine indicatos accedere eorumque limpidam et genuinam narrationem huic turbidae compilationi praeferre velint.

Codex, quem secuti sumus, mbr. s. XII. ex. fol. mai., liber magnae molis,
74 *quippe qui foliis constet* 237[74], *duabus columnis, litteris maioribus scriptus, in bibliotheca regia Parisiensi inter mss. Sangermanensia Nr.* 440. *asservatur; quem auctoris esse autographum, quam plurimae correctiones et additiones in margine scriptae apertissime docent*[75]*; quin codice accuratius examinato, Annalistam saepius et non vulgari diligentia librum retractasse, apparet. Multa enim exstant folia ut dicunt palimpsesta, quae scriptura primaeva deleta alterum textum receperunt. Sed etiam quae erasa sunt ad hoc olim pertinuisse chronicon, fragmenta ex rasuris collecta, ex iisdem fontibus hausta, immo eadem manu scripta, ostendunt. Ita enim Annalista opus instituisse videtur, ut novis fontibus acceptis quaecumque posset margini inferret, ubi vero moles nimis excresceret, priori textu reiecto novum conderet; sed ne membranas perderet, scriptura erasa iisdem, prout occasio se praeberet, in altero libri textu scribendo uteretur. Ita fit, ut folia aliquot, quae olim res saeculo IX. gestas continerent, iam in illa parte, qua saeculi XI. historia secundis curis scripta est, adhibita videamus. Scriptura et atramentum pro tempore quo scripsit paullo differunt, ita ut ex his et ex quaternionum dispositione, quae auctor ex primaeva libri forma retinuerit, quae post addiderit, intelligi possit. Fasc.* 1—3. *(fol.* 1—26. *a.* 741—838.*) ad priorem libri formam pertinent; scriptura non semper eadem, modo fuscior, modo nigrior; secunda manu plura adiecta praesertim quae ex Annalibus Hildesheimensibus et Historia pontificum desumta sunt. Fasc.* 4—8. *(folia* 27— 60. *a.* 839—949.*) secundis curis scripta sunt, ita tamen ut auctor singula folia ex priori textu retineret, f.* 35—38. *(a.* 874—878.*),* 52—55. *(a.* 937—939.*), quae ita cum novis foliis coniunxit, ut quaedam initio vel fine era-*
76 *deret*[76] *et vel hoc loco vel sequenti folio alia eorum loco poneret. Ne hi fasc. quidem (*4—8.*) uno tempore scripti; sed primo* 4. *et* 5, *post* 6—8. *exarati esse videntur. Quaterniones* 9—21. *(fol.* 61—164. *a.* 950—1065.*) primae sunt originis; additiones et emendationes ubique in margine scriptae*[77]*. Sed annorum* 1066—1081. *historiam auctor funditus retractasse videtur, fortasse Brunonis libro de bello Saxonico postea accepto. Haec iam in quaternione*
78 22. *et* 23. *et primis fasciculi* 24. *foliis*[78] *(fol.* 165—185.*) manu tam diversa scripta sunt, ut auctor haec dictasse aut pluribus annis post exarasse videatur. Reliquam libri partem intactam reliquit, omniaque, fasciculorum numeris adscriptis, eo modo disposuit quo nunc coniuncta sunt, ita ut librum hoc modo secundis tertiisve curis retractatum absolvisse et edidisse videatur.*
79 *In foliis vero palimpsestis*[79] *etiam primaevi textus fragmenta colligi possunt,*

74) duo sunt excisa, alterum inter f. 145. et 146., quod anni 1023. finem, a. 1024. initium continebat, alterum post fol. 149., quo historia a. 1033. et 1034. legebatur. 75) cf. Archiv VII. p. 547—549. 76) ita f. 35. a. 871; f. 55'. a. 940. 77) Quas semper in notis indicavi. 78) Huius fasciculi folia priora (f. 182. 183.) erasit, alia duo inseruit (f. 184. 185.), et initio fol. 186. eraso, utrumque textum conmugere voluit, pauca tamen verba negligentius omisit. 79) Haec quae nunc

Sigeberti chronica

c. Corbiensis.

Hic liber sci Petri corbeiensis cenobii, anno ·M·C·lxiii scriptus est. 1
quis illum quolibet ingenio ab ecclesia alienare voluerit iram dei

L. C. Bethmann

c. S. Martini Tornacensis

ecclesia dam... confirmatione vere pacis et concordie inter me et te. Datum ... Indictione iiii.
Deo peccatis hominum offenso multa eveniunt vi iii xii xii
hoc anno. In monte castriloco ecclesia sce Waldetrudis cum aliis duabus ecclesiis minoribus et cum toto pene oppido arsit. Ecclesia sci Michaelis de periculo maris fulgurata divinitus arsit. cum

G. Waitz

c. Bellovacensis.

an cviii. iii xlviii viii In parrochia legiensi porca enixa est porcellum habentem faciem hominis. Natus est etiam pullus galline quadrupes.
Imperator henricus contra hungaros vadit. sed facto pacto redit.
Philippus rex francorum obiit. Ludovicus filius eius pro eo regnat annis xxviii.
Obiit domnus anselmus archiepiscopus cantuarie V kalendas pascha. vii. kl mai.
Obiit etiam domnus hugo abbas cluniacensis. Cui succedit pontius.

G. Waitz

Gesta abb. Gemblacens. cod. Lips.

man. Sigeberti f. 39' ecclesie audacter semper restituit. stipendia fratrum fideliter adauxit. et ne per singula currere opus sit. utilitate ecclesiastica intus et extra nihil caruisse unquam habuit. Ipse etiam ante et retro oculatus. sciens interiorem hominem sine exteriori non posse subsistere. quecumque

f. 47' do maior solito ei cura urgebat. horam prandii in refectorio anticipabat. aut post fratrum refectionem cum paucis cibum sumebat. Ecclesiam villa dion cum dominica curte a Guilelmo de bellorivo incensam. domnus abbas Lie

G. Waitz

Annalista Saxo. c. San German. 440.

f. 8. Anno dominice incarnationis dcclxxiii. Rex Karolus duxit ad hiemandum in theodonis
Adrianus papa primus huius nominis sedit annos xxiii menses x. dies xviii.

f. 80' seducti manibus datis accedit videlicet stephanus ruotbertus wicbertus thiebaldus comites. albricus et frater eius ste

f. 147' cum clamore valido frequentabat. Ita heinricus cognomento auceps communi consensu francorum alamannorum bauuariorum et saxonum electus

f. 161' sociata uuigmanno comiti de seburch, (pater uuigmanni magadaburgensis archiepiscopi) genuitque ex ea geronem comitem, et hathuuigam abbatissam de geronrothe. Imperator ascensionem domini paderbrunne peregit. pentecosten vero nativitatemque sci iohannis niumago. ubi filio imperatoris hein

huius uuigmanni comitis frater erat uuillehelmus comes de lutisburh. et horum pater fuit ... comes frater gebehardi de quernuorde.

f. 165' Quicquid in ornatibus quelibet episcopus magis decorum videbat habere precepto vel precibus acceptum suo monasterio studebat conferre. Cetera li

f. 182' (hanno venit in boemia ... pseudo episcopus nomine rodbertus qui se in wasconia ... tempore ... rexisse ducebat ... testimonium exhibere quod a ...) in ipsa ebdomada pasche kl aprilis descendit nix maxima et tantum frigus nimium glaciei inhorruit quantum raro contigit in media hieme. Conradus comes de wer

G. Waitz

scriptura erasa ope chemici liquoris restituta, quae illum modo breviorem, modo vero auctiorem, modo aliter fuisse dispositum ostendunt. Codicis ultima duo*

*) *Fragmenta quae legere potui haec sunt:*

f. 29. A. D. 850. Godescalcus quidam hereticus a Rabano iam archiepiscopo Mogontino ordinato A. Fuld.
rationabiliter convincitur sed tamen in suo . . . . . Wigberti dedicata A. Hersf.
est a Rabano archiepiscopo 5. Kal. Novembr.

A. D. 851. Baduradus episcopus Patherb. obiit; cui Liuthardus successit. Obiit Irmingardis
regina . . . Lotharii imperatoris, venerabilis et Deo acceptabilis matrona, quae 3 filios Lotha- Reg.
rio genuerat, Lodowicum, Lotharium et Karolum.

f. 178′. (A. D. 867.) . . . . . Deum timentibus, filium persecutus, Reg.
cum absque difficultate cepit oculisque erutis in carcerem misit. Deinde evocato omni regno 868.
suo, filium minorem regem constituit, interminatus coram omnibus similia fore passurum, si
aliquando a recto tramite deviaret. His ita peractis, deposito cingulo et resumpto religionis
habitu, monasterium ingressus in sancta conversatione reliquum vite presentis tempus duxit.
. . . . . Erispoius rex Brittonum a suis interficitur, et Salomon dux in locum eius subrogatur. Reg.
Erat enim idem vir strenuus et bellicosus et tam forma quam anima ad regni gubernacula 866.
coaptatus. Karolus itaque tercio super Britones cum . . . . .

f. 39′. (A. 869.) . . . . . Ansgarius primus Hammanburgen-
sis episcopus, et coadunatio facta est Brem. atque Hammanburg. parrochiarum. Thiodo Ful-
densis cenobii abbas, pro eo quod regem contempnens offenderat, deponitur, et in locum eius
Sigehardus, eiusdem monasterii monachus, a fratribus electus 7. Idus Mai aput castrum Rege-
nesburc a rege abbas est constitutus.

A. D. 870. Lotharius rex reversus Benevento Romam venit, et ab Adriano papa honorifice Reg.
susceptus est.

f. 32′. (A. 872.) . . . . . Samniticam exercitum transfert, peti- ib.
turus harum provinciarum caput Beneventum, ditissimam et opulentissimam civitatem; Adal-
gisus adventante . . . . . .

f. 169. . . . . in civitatibus quas ceperat locat
et sic (Bene)ventum proficiscitur, ubi aliquantisper . . . . . .
. . . . . .inperator dextras sibi dari petit pacemque ob . . . . . .

f. 169′. (A. 873. *vel* 874.) . . . . . multitudini provisuri. Circa horam nonam ib.
——— finitimis generavit. (*ut nunc a.* 874.) Lodewicus . . . . . Romam —— coactus fece-
rat nec sacramentum (*ut nunc a.* 873.).

f. 51. (A. 890.) . . . . . supradictam superare nequiret, depulsis
proh dolor his munitionibus —— in propatulo claruit machinabantur (*ex Ekkehardo*). Igitur
gens Ungariorum —— Nullum scelus apud eos furto gravius quippe (*ex Reginone*) ——

f. 51′. —— Horum itaque violentia effugati exquirendas quas possent in . . . . . .

f. 56. *in marg.* . . . . . suo decedente adhuc a matre S. Adelheida
regina in utero gestabatur. Cui cum regnum Galliarum hereditario iure deberetur, Odonem[a]
propter sapientiam et fortitudinem suam elegerunt, alienarum gentium incursum dedignantes.
Unde factum est, ut Karolo adulto inter ipsum et Odonem et postea inter posteros eorum super cf. Wid.
eodem regno contencio gravis haberetur. Et quia Odo regnum ab Arnulfo imperatore obti- I, 29.
nuerat, qui super Teutonicos regnat, hec fuit causa sequentis iurgii Karolingorum et Teutoni-
corum super Lotharingie regno.

f. 57′. . . . . erat Liudolfus, vir premagnificus, qui cum sua
coniuge Oda Romam petiit et a beato Sergio papa reliquias sanctorum Anastasii et Innocen-
tii detulit. Ex quibus Brun cum ducatum administrasset tocius . . . . . (*Haec in textu edito non
ita leguntur.*)

f. 58′. (A. 891.) . . . . . usque in eam horam gesserat infirmum terre-
bat. Preciosus martir Vitus veste fulgida indutus, vultu angelico conspicuus, e templo celle
in qua eger iacebat contiguo procedens, et immunde turbe manu fugam indixit, et iuxta illum
stans consolabatur eum, et quis esset protinus intimavit, et imposita manu capiti eius bene-
dixit, et cum sanum surgere iussit, per quem et hec mandata predicto abbati misit: „Videsis

a) utonem *corr.* odonem.

per totum volumen dispersa sunt, si accuratius exa- f. 32. 169. 35. 36. 37. 38. 170. (27?)
minemus, ita coniuncta fuisse videntur:
f. 29. 34. 177. 178. 39. 30. f. (49?) 51. (56?) 57. 58.
(Duo desunt folia
in hoc quaternione.)

folia (f. 236. 237.) novi quaternionis initium effecisse videntur, ita ut fortasse plura, quae textum longius deducerent, deperdita sint habenda; id quod eo confirmari videtur, quod manu saeculi XIII. ex. fol. 237. scriptum legitur: Hic liber continet (C)CCCII annos[80], *quos si inde ab a.* 741. *numeramus, historiam olim usque ad* 1143. *continuatam evincimus. Attamen cur haec in hac pagina, nisi iam tunc ultima fuisset, scripta essent, non tam facile est dictu. Fortasse codex iam eo tempore Wirceburgi fuit, ubi saeculo XIV. plures tam initio quam postea margini additae sunt*[81] *notationes historicae***.

commonitus, ut tot admonitiones nostras sic iniuriose non accipias, ne in posterum vacua lamentatione gemas. Pro vero enim assero, si amplius mihi inobediens fueris, a Deo contemneris et te adhuc superstite alium in tua sede dominum videbis.“ Hec abbas negligens, omnia postmodum persensit. Nam eo adhuc vivente superpositus est ipsius rogatu abbas Bovo, ut omni laude dignissimus.

f. 55. Anno dominice incarnationis 940. Stephanus papa VIII[us] huius nominis sedit annos 3, menses 4, dies 15. Burchardus Wirciburgensis episcopus obiit. Berengarius iunior, Berengarii senioris ex filia nepos, timens Hugonem regem se persequentem, eo quod contra eum Italie regnum affectaret, ad Herimannum Suevorum ducem et per eum ad Ottonem [fugit].

Alia in notis ad a. 869. 1071. *referemus.*

**) *Quae hoc loco cum lectoribus communicare iuvat:*

De autumpno dicto divite anctumpno.

i. XXXIII cum CCCM.
Annis[1] millenis tria C duo iuncta tricenis[a]
Ex vitum venis copia magna[b] venit.
i. plaustrum capiens i. IIII.
Vas plaustri nicre tetra talenta fere
Solverat, at natis . . . tis modo fertilitatis
Fructibus hinc gratis vina dedere satis.
Est tung de castro turrisque repleta mero
i. in vineis
Vinetis ruppis vina manc stupis.

1) a. 1332; v. Michaelem de Leone ap. Böhmer, Fontes rerum Germanicarum I. p. 468.

De obsessione Herbipolis per dominum Albertum de Hohenloch.

Annis in millenis tria C. L. quatuor aptis
Cum . ufis truphis[c] cives tunc Herbipolenses
Clerum diffidunt[d] multis nugisque repellunt.
Hoenloch Albertus presul tunc Herbipolensis
Vineas abscidit; quia cives canonicare
Vellent in summo, natos proprios Kylianus
i. humilitatem
Pessima vach[e] plaga mox cives sternit ad humum.
Id numquam visum fuerat Frankonibus ullis,
Armis quod tantis urbs hec foret exsuperata;
s. triduo
Solo vexillo fuit obsessa Kylyani.
Hos rex Romanus Iacobi veniens fecit unum
Cartis et pactis plus clerum securizando,
Solventes Hauge curias succensas ab ipsis.
i. per novi operis denunciacionem
Hinc turres muri ruitant lites male cepte.
Finita lite, transacto tempore rite
i. trium mensium
Tremestri, castra mox presul tunc emit octo
Construxitque novum mox Ursberg tunc vocitatum.

a) triceis *c.* b) māgna *c.* c) *c. bis* trufis (*aut* crufis?) ciues. d) dilli: unt *c.* e) vach *c.*

80) Eadem manu additur: *(A)nni a quibus in pri...is S. Bonifacius Mogon(t)iace civitatis archi(epi)scopatum adeptus est DL..I. Hoc autem scriptum est (an)no Domini* 1292., et in prima folii 1. pagina catalogus regum et imperatorum: — *Post illum electus fuit Lutherus sive Lothuvius,* quae ad hanc quaestionem solvendam nihil faciunt. 81) Praeterea quaecumque de hac urbe leguntur signis et verbo *Wirceburch* in margine adscripto notantur.

Ceterum auctor librum suum non magna diligentia exaravit, saepius tam singulas litteras quam verba omisit, interdum telam narrationis ita abrupit, ut eum plura addere voluisse sed oblitum esse pateat[82], *nonnumquam etiam primae secundaeque recensionis textum coniungere neglexit*[83]. *Haec menda leviora tollere, codicis scriptura in notis relata, meum putavi, ceterum vero textum quam fidelissime potui ad codicis autographi fidem restitui. Usque ad a.* 907. *tamen nonnisi genuina cum codice contuli. Primaevam lectionem numero* 1., *quae auctor post adiecit numero* 2. *indicavi.* 82

Additiones illae tantum non omnes et alia plura omittuntur in codice chart. s. XVII, qui una cum altero codicis Sangermanensis apographo, quem Eccardus exprimendum curavit, in bibliotheca regia Hannoverana asservatur. Sed etiam breviorem hunc textum ex codice autographo, qui solus[84] *ex medii aevi* 84

Gerdrudis festo facti magni memor esto
Anno milleno tria C.L.X bene iuncto,
Urbis recturam potenter agit peragendam
Herbipolim vulgus, mactare volens locupletes,
Presulis officium supplicat alterutrum
Claves cum portis turres semper retinere.

De locustis.

Annis[1] millenis trecentenisque tricenis
Cum novem grande dampnum fecere locuste,
Et veluti nubes umbram fecere volantes;
Franckonicus nive necat hos lux crastia[a] luce.

1) a. 1338, Michael de Leone l. l.

De flagellationibus Swevorum cronica.

i. sine capite
Hiltegardis dixit: azephala gens mala fingens
i. estate
Exit cum muscis mox evolat illa locustis
In perus[a] inventa tradunt cronica scripta
Secta flagellandi nugis cum creaturis horum,
Non confirmata sede fuit anni chil'ata,
M. numero Domini bis C.L. collige novem.
Secta[2] set istorum male revixit laycorum,
M. Cristi numero . . . C . ter quater X quoque nono.

2) v. ibidem p. 476.

Has cronicas metricavit Andreas Cirkenbach Herb. ecclesie vicc' (*alia manu:* de Yphoven natus).

f. 1a. Nota de Adelberone Herbi. episcopo . . . . . [b] post Brunonem statim sedente in monasterio Laubach . . . . . [c] quod fundaverat sepulto.

Adelbero presul urbis sed ter fuit exul,
Brunonis nepos, XL mox rexerat annos.
Herbi. novam congregat ecclesiam.
Laubach . . . . . [c] proprium sepeliverat illum.
Meinhart post Einhart illuc sibi substituuntur.

alia manu additur: Nota opidum Yphoven numquam ab ecclesia discessesse[a] in cunctis adversitatibus merito gratia dignum.

In f. 180. *haec exstant:*

Herbipolis.

Nota ubique in ista et aliis cronicis et litteris antiquis Wirzburgensis episcopus scribitur. Hoc autem nomen Herbipolis Iohannes Gallicus scholasticus Herb. in curia sua Kulnberg Herbipoli in sequentia adoranda et hystoria quam de sancto Kyliano fecit istud nomen composuit, quia corruptum Theutonicum scivit et loquebatur; inde wurze et wirze idem sibi videbantur, unde potius eam nominasset Praxispolis, quia praxis dicitur vinum dulce non digestum, inde Praxispolis pocius diceture, quia Hassones Saxones Thuringi forte hoc nomen sibi dedere, cum vinum Franconicum et Wirzburgense ad ipsos in praxi dulce et indigestum sepius deducatur et in veritate Herbipoli sint dulcia vina. Ipse idem Babenberg montem in metro suo vocavit Mons Pavonum, cum pocius arborum mons diceretur, vel ab aqua Beginz vel ob Cinberg[d] a castro canonicorum.

a) *ita c.* b) *rec. manu:* Bavaro. c) *rec. manu:* Bavariae. d) *vel* Einberg? *fortasse:* Obeinberg? Obernberg?

82) v. a. 936. Huc etiam locus a. 1081. referri potest. 83) v. a. 1009. 1081. 84) Nam qui

fluctibus ad nostra usque tempora pervenit, esse exscriptum, facile est demon-
85 *stratu*[85], *ita ut scriba nonnisi brevitatis causa plura omisisse, alia paucis ver-*
bis reddidisse[86] *videatur. Aliud codicis exemplar a Martenio prelis paratum*
nunc in bibliotheca Turonensi exstat[87]. *Horum omnium in editione adornanda*
nullam rationem habui. Neque ex medii aevi scriptoribus, qui Annalistae libro
usi sunt, multa attuli.

Inter quos tum tempore tum gravitate primum locum tenent annales in
coenobio S. Iohannis Magdeburgensis ut videtur scripti, qui vulgo Chronographi
Saxonis nomine indicantur. In eos quam plurima ex Annalistae libro trans-
88 *iisse, negari nequit*[88], *quamvis auctor saepissime iisdem usus sit fontibus*[89]
eosque compilationi illi praetulerit. Quod quum in illis locis, quorum originem
magis divinare quam aperte ostendere licet, non semper satis perspici possit,
interdum variam eorum lectionem attuli, ut penes lectorem sit iudicium, utrum
haec ex Annalista mutatis verbis exscripta, aut, quod mihi quidem praeferen-
dum videtur, ex communi fonte sumta esse putet. Aliud Annalium Luneburgen-
sium, nisi fallor[90], *fragmentum a Wedekindo editum non solum ex Chronogra-*
phi sed etiam ex Annalistae compilatione haustum esse[91], *iam dixi. Auctor*
quoque chronicae regiae Sancti Pantaleonis, ubi Ekkehardus desinit, ad Anna-
listam se convertit suamque narrationem hoc plerumque duce instituit[91*]. *Prae-*
terea chronicon vernacula lingua scriptum, quod Saxonicae originis esse etiam
nomen indicat, Eccardus vero Luneburgo adscripsit, ex eodem fonte plura rece-
92 *pisse videtur*[92]. *Recentioris vero aevi chronographi Saxonici, qui interdum easdem*
res similibus verbis narrant, utrum his ipsis annalibus an aliis libris ex Annalistae
compilatione derivatis usi sint, vix perspici potest. Inter recentiores primus Ma-
billon hunc librum accepisse videtur singulosque locos tam in Actis SS. Ord. S.
Benedicti quam in Annalibus Ord. S. Bened. aliisque operibus publici iuris fecit.
Postea Martene integrum librum collectioni suae inserendum statuerat[93], *sed*
Eccardus ipsi palmam praeripuit, qui alterum apographum Hannoveranum,
Leibnitio ea conditione ne ab ipso ederetur a Benedictinis transmissum, post
94 *huius mortem publici iuris fecit (Corpus histor. I, 133—678.)*[94]. *Inde ab hoc*
tempore plurimi hunc auctorem laudaverunt, adhibuerunt, exscripserunt; etiam
Bouquet eiusque continuatores longiora excerpta collectioni suae inseruerunt

praeterea afferuntur codices regius Parisiensis, Zwifaltensis (Adelung Dir. p. 82.), Ekkehardi chronicon continent. Codex S. Godehardi Hildesheimensis, quem Meibomius vidisse dicitur (Eccardi praef.) nescio quid continebat (cf. Mon. SS. I. p. 542.). 85) Nam non solum singulae lectiones cum codice accurate conveniunt, sed haec etiam annotantur: *Scriptum est autem in fine folii* 164. *scil. ms.: folium unum deest,* et: *NB de anno* 1033. *et* 1034. *nihil notatur. Iterum unum folium def. in msto.,* id quod in codicem Sangermanensem cadere supra monui. Idem dicendum est de alia nota a. 1081: *„crus ita etc.“ et sic est finis huius anni in ms. postea iterum hunc annum inceptum est per alium scriptorem,* quibuscum conferas velim quae annotavi l. l. 86) Ita a. 1005. narrationis ex vita S. Godehardi haustae loco haec tantum dat: *cui succedit Godehardus,* a. 1012. breviter notat: *Thagino archiepiscopus Mogadaburgensis,* a. 1137. ita incipit: *Imperator natale Domini Cassan celebravit.* Quae alibi quam plurima omisit, annotare longum est. 87) cf. Hänel catal. p. 483; Archiv. VII. 550. Inde Parisios transmissum vidi a. 1839. Alia apographa sunt quod dominus de Plotho possedit (Boysen hist. Mag. III, 188.) et quod in bibliotheca comitis de Plettenberg Nordkirchensi asservatur (Arch. VI, 35). 88) Ii vero errarunt, qui Chronographi librum ab initio usque ad finem ex Annalista descriptum dixerunt. 89) Ita Reginonem, Widukindum, Thietmarum, Chron. Magdeburgense, Ann. Quedlinburgenses, Hildesheimenses, Ekkehardi chronicon tam primae quam ultimae recensionis et fortasse alia, de quibus dixi n. 6. 34. 40. 41, habuit, et Annalistae libro praesertim in saeculi XI ex. et XII in. historia usus est. 90) v. supra n. 40. 91) cf. e. gr. a. 1086. 1088. 1090. 91*) Non omittendum est Chronicon Montis Sereni, quod ex nostro hausit. PERTZ. 92) cf. Eccardus corp. hist. I. praef. n. XIX. Archiv VI, 386. 93) cf. collectio IV. p. 1 sqq. 94) Fragmentum de Welpone duce eiusque posteris, a Ludewig (Rel. mss. VIII, 150. ex cod. Plothoniano (eodem quem supra attuli n. 87.) editum, ex Annalistae loco (a. 1106.) excerptum est, non descriptum.

(VI, 217. VII, 216. VIII, 223. X, 228. XI, 213. 640. XIII, 714.), codicis lectione nonnumquam sed rarius quam par erat restituta. Qua fideliter expressa, id praecipue egi, ut fontes in margine accurate indicarem, genuinam vero libri partem quam brevissime explicarem. Ne longis commentariis iam nimis longam narrationem augerem, sane cavendum fuit; ideoque ad familiarum Saxonicarum originem illustrandam lectores plerumque ad stemmata a V. Cl. G. W. de Raumer confecta[95] *remisi, et nonnisi praecipuas his de rebus scriptas commentationes singulatim attuli.*

G. WAITZ.

Anno dominicae incarnationis 741. Karolus, filius Pipini, maior domus et bellicosissimus dux Francorum, obiit anno 26. principatus sui, postquam Gothis superatis, Saxonibus et Fresonibus subactis, expulsis Sarracenis, provincialibus receptis, pacem et quietem regno Francorum reddiderat. Reliquit filios tres, Pippinum, Karlomannum et Griphonem. Quorum Gripho, qui ceteris natu minor erat, matrem nomine Suanehildem habebat, neptem Odilonis ducis Bawariorum. Haec illum maligno consilio ad spem totius regni incitavit, in tantum ut sine dilatione Laudunum civitatem occuparet ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto, Laudunum obsidentes, fratrem in deditionem accipiunt, atque inde ad ordinandum regnum ac provincias, quae post mortem patris a Francorum societate desciverant, recuperandas, animos intendunt, et ut in externa profecti domi omnia tuta dimitterent, Karlomannus[a] Griphonem in novo castello, quod iuxta Arvernum situm est, custodiri fecit, in qua custodia usque ad id tempus, quo idem Karlomannus Romam profectus est, dicitur permansisse. Eo tempore Bonifacius, vir sanctissimus, a praesule sedis apostolicae Mogontiacae civitati metropoli Germaniae archiepiscopus ordinatus, et legatus Germanicus Romanae ecclesiae in Franciam missus, et nominis, quod est Bonifacius, accepit dignitatem. Nam antea Winfrid dicebatur. Qui Hessorum gentem a variis superstitionibus correxit. Apud quos etiam arborem quandam mirae magnitudinis, quae appellata erat robur Iovis, in loco qui dicitur Geismere, succidit. Thuringorum etiam et Austrasiorum populos ad fidem rectam, a qua diu aberraverant, convertit; monasteria quoque monachorum et virginum primus in partibus Germaniae instituit. Quendam etiam scismaticum heretica pravitate deceptum, nomine Ernulfum, iuxta canonum decreta dampnavit. Generalem synodum sub Karlomanno et Pippino gloriosis ducibus Mogontiae adunavit, ubi et ecclesiae privilegia redintegravit et canonum instituta renovavit. Consulens etiam suae imbecillitati, duos bonae industriae viros ad ordinem episcopatus promovit, Willibaldum et Burchardum; et Willibaldo suae gubernationis parrochiam commendavit in loco cuius est vocabulum Eestad; Burchardum vero in loco cuius est vocabulum Wirceburch, ubi et sedem episcopalem constituit, annuente Karlomanno et auctoritate apostolici papae. Reg. A. Hild. Ekk. Vita Bonif.

A. d. i. 742. Zacharias papa sedit annos 10, menses 3, dies 15. Hic episcopis ducibus comitibus omnibus Deum timentibus per Gallias et Francorum provincias constitutis epistolam scripsit, in qua eos monuit, ut falsos et scismaticos, homicidas et fornicarios sacerdotes ab ipsis expellerent. Sunt[b] igitur a temporibus beati Petri apostoli usque ad hunc Zachariam anni 703, menses 8, dies 26, quibus si addamus 15 annos Octaviani, 23 Tiberii, 3 Gai, similiter 3 Claudii, quia quarto Claudii anno Petrus apostolus Romam venit et ipse iam annus 1. pontificatus eius computatur, colliguntur anni 747. Supercrescunt itaque anni pontificum annos principum Romanorum 29 annis. Quid horum potius sequendum sit, prudens lector videat. Illud tamen pro certo scitur, quod nec augustorum nec antistitum numerus annorum ciclis Dionisii concordat; siquidem in alio plus, in alio minus invenitur. Nam secundum Dionisium anno dominicae incarnationis 741. Karolus princeps moritur et Pippinus suscepit principatum. Potest autem fieri ut vicio scriptoris numerus sit depravatus annorum. *Leo imperator Constantinopolitanus impius obiit. Pippino natus est filius Karolus Magnus. Karlomannus et Pippinus Alamannos cum duce eorum Theobaldo rebellare temptantes mira celeritate contemnunt[c]. Karlomannus et Pippinus duxerunt exercitum contra Hunaldum Aquitanorum ducem et ceperunt castrum quod vocatur Lucas, et in eodem itinere diviserunt regnum Francorum inter se in loco qui dicitur Vetus Pictavis. Karlomannus Austriam et Alamanniam atque Thuringiam sortitur, Pippinus vero Burgundiam, Neustriam atque Provinciam. Neustria vero pars est Galliae Celticae, illa scilicet quae Sequanae Ligerique interiacet. Omnis namque Gallia in tres partes distincta est, in Belgicam, Celticam et Aquitanicam. Quarum Belgica a Rheno, qui Germaniam ab oceano determinat, quae multarum gentium ferax a germinando nomen accepit, porrigitur usque in fluvium Matronam, ab utroque vero latere, hinc quidem Alpibus Appenninis, inde vero mari[d] vallatur, cuius circumfusione insula Britannica efficitur. Celtica vero a Matrona per longum in Garumnam distenditur, cuius latera oceani Britannici et insulae Britannicae limites efficiunt. Quicquid vero a Garumna protenditur in Pyreneum, Aquitanica appellatur; hinc Rhodano et Arari atque inde mediterraneo mari collimitans. Constat itaque, totius Galliae spatium ab oriente quidem Rheno, ab occidente Pyreneo, a septentrione mari Britannico, ab austro vero mari mediterraneo cingi. Omnes ergo Galliarum populi innata audacia plurimum efferuntur, calumniarum impatientes; si incitantur, caedibus exultant, efferatique inclementius adoriuntur; semel persuasum ac rationibus approbatum vix refellere consueverunt. Belgae rebus disponendis sunt insigniores, robore atque audacia non impares, maxima quaeque magis ingenio quam viribus appetunt, et si ingenio in appetendis cassantur, viribus audacter utuntur. Cibi etiam atque potus adeo sunt parci. Celtae vero atque Aquitani consilio simul et audacia plurimi, rebus seditiosis accommodi, Celtae tamen magis providi, Aquitani vero praecipites aguntur, plurimumque in ciborum appetitu rapiuntur, quod sic eis est innatum, ut praeter naturam non appetant. Hinc Sulpicius Severus: „Edacitas, inquit, in Grecis est gula, in Gallis natura.“ Hos omnes Galliarum populos etiam in paganismo fere per omnia prospere egisse, tradunt historiae; post vero a sancto Remigio baptizati, contra omnes gentium exterarum impetus clara semper atque illustri victoria emicuisse referuntur. Quorum rex christianus primus fuisse traditur Clodoveus, vir audax et strenuus, et quo nullus post eum pietate bellisque umquam magis enituit. Hic tempore Hist. pont. Reg. * fol. 2. Ekk. Lamb. A. Fuld. Reg. Ekk.

a) *Quum usque ad a.* 907. *pauca tantum cum codice contulerim, hinc inde quaedam probabili coniectura vel fontibus collatis emendavi.* b) Sunt — deprav. ann. *post addita esse videntur.* c) comprimunt *A. Fuld.* d) maris Alpibus v. *ed.*

95) Historische Charten und Stammtafeln zu den Regesta hist. Brand. Fasc. 1. Berolini 1837.

Ekk. quodam bellaturus contra Alaricum regem Gothorum, cum venisset Turonum, multa munera obtulit ecclesiae sancti Martini cum equo suo velocissimo, quem multum amabat, et expetito auxilio eius contra gentem incredulam, promittebat
*fol. 2'. adhuc plura, si per eius intercessionem victor rediret. Cumque *interfecto Alarico reverteretur cum victoria, veniens ad eandem ecclesiam, pro solvendo voto dona obtulit plurima, pro equo vero, quem ibi dimiserat, dedit matricularibus ecclesiae solidos centum, ut eum reciperet. Quibus datis, equus se nullatenus movit. At ille ait: *Dentur alii centum.* Quibus itidem datis, statim equus solutus abiit. Tunc rex cum laetitia ait: *Vere beatus Martinus bonus est in auxilio et carus in negotio.* Ab hoc ergo Clodoveo per succedentia tempora imperatoribus egregiis res publica Francorum gubernata disnoscitur, usque ad haec propinqua tempora Pippinorum et Karolorum, in quibus per levitatem regum aliquantum dilapsa, per hos egregios viros, de quibus nunc sermo est, ad pristinam dignitatem magnificentius est reducta. Denique ut de Pippino et Karlomanno fratribus scribere coepimus, mox ut de Aquitania domum sunt regressi, Karlomannus Alamanniam, quae et ipsa a Francorum societate defecerat, cum exercitu ingressus, ferro devastavit et igni. Hildericus rex Francorum regnare coepit.

Reg. A. d. i. 743. Karlomannus et Pipinus contra Odilonem ducem Bawariorum duxerunt exercitum, et inierunt pugnam, et victores effecti. Karlomannus absque fratre in Saxoniam perrexit et cepit castrum quod dicitur Hocseoburch per placitum et pacis conditionem, et Theodericum Saxonem obsidem accepit. Qui sacramentis datis in patriam permissus est
Ekk. redire, sed posthabito sacramento fefellit. Constantinus, filius Leonis, 64° loco ab Augusto Romanum suscepit imperium, regnavitque annis 34, mensibus 2, diebus 26. Hic erat perniciosissimus ferus et agrestis, persecutor legum a patribus traditarum, tirannice non legitime usus imperio, primo quidem a Deo et ab intemerata genitrice eius et omnibus sanctis abscedens, magicis maleficiis et luxuriis ac cruentis sacrificiis et invocationibus demonum delectatus, molliciebus quoque ac omnibus animas corrumpentibus[a] a tenera aetate convivens, persecutionibus etiam sanctarum ecclesiarum ac peremptionibus monachorum ac violationibus monasteriorum malisque variis supercrescens, non minus quam Diocletianus ceterique antiqui tyranni.

Reg. A. d. i. 744. Iterum Karlomannus et Pipinus Saxoniam cum exercitu ingressi sunt, et rursus captus est supradictus Theodericus.

A. Fuld. A. d. i. 745. Inicium sumpsit Fuldense cenobium in solitudine Boconiae, quod construxit a fundamento Bonifacius archiepiscopus, tradente sibi Karlomanno et quibusdam nobilibus predia per circuitum a
Reg. meridie et occidente, oriente et septentrione per tria milia passuum. Karlomannus confessus est fratri Pippino, quod mente disposuisset pro amore Dei terrenum regnum deserere, ut in futura vita centuplicatum reciperet. Et hoc anno nullam fecerunt expeditionem, sed praeparabantur, Karlomannus ad iter quod decreverat, Pippinus, ut fratrem ad locum destinatum honorifice cum muneribus et debita munificentia prosequeretur.

fol. 3. A. d. i. 746. Karlomannus Romam perrexit, ibique se totondit, et in Soracti monte monasterium aedificavit in honore sancti Silvestri, ibique per aliquod tempus moram faciens, exinde ad Sanctum Benedictum in Cassinum usque pervenit, et ibi monachus effectus est. Fertur de hoc sancto viro exemplum memorabile. Cum adhuc Romae positus in monasterio, quod ibi aedificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem, et quod maius est, propter contemptum regni terreni veneraretur et laudibus extolleretur, timens vir Deo plenus favorem laudis humanae, qui tanta pro Christo relinquerat, fugam magis arripere disposuit, quam vanae gloriae subiacere; et hoc tantummodo uni fido socio confessus, quem ab infantia fidelem probaverat, cum eo noctu omnibus insciis aufugit, et ad Cassinum montem pervenit, nihil secum portans ex his quae corpori erant necessaria, nudus Christum secutus est. Et iuxta morem portam monasterii pulsans, colloquium patris monasterii expetiit, in cuius praesentiam cum venisset, mox in terram corruit, se homicidam, se reum omnium criminum esse protestans, misericordiam exposcit, poenitentiae locum exquirit. Pater cum hominem peregrinum esse cognovisset, interrogat, cuius patriae aut gentis esset; at ille confessus est, se Francum esse et ex Francia pro tali scelere migrasse, exilium libenter ferre paratum, tantum ut patriam coelestem non amitteret. Spiritualis pater eius precibus annuens, praecepit eum in cella noviciorum recipi una cum suo collega, ibique probari secundum quod regula iubet, et tanto arcius quanto barbarae et ignotae gentis homo erat, iuxta illud apostolicum: *Probate spiritus, si ex Deo sunt.* Itaque probatus in omni patientia, sociatus est congregationi una cum collega, post emensum anni circulum, professus stabilitatem, conversionem morum, obedientiam secundum regulam sancti Benedicti. Coepit autem irreprehensibiliter inter fratres conversari, omnibus virtutibus pollens[b]. Accidit autem, ut iuxta quod mos est ad coquinae officium ebdomadarius deputaretur, quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet, coecus vino aestuans ei alapam dedit dicens: *Ita te fratribus deservire oportet?* Cui ille nil motus placito vultu respondit: *Indulgeat tibi Dominus, frater, et Karlomannus;* neque enim nomen suum cuiquam prodiderat, ne ex vocabulo nosceretur. Rursus cum in quibusdam cibariis administrandis errasset, iterum a coco percussus est, cui eadem quae supra imprecatus est. Et cum tertio a coco crudeliter caederetur, indignatus ille comes individuus peregrinationis suae, quod tantus vir a tam vili persona tam contumeliose afficeretur, iam ferre non valens, arripuit pilum unde panis in olera fratrum mittendus conterebatur, et eum cum omni annisu percussit dicens: *Nec tibi Deus parcat, serve nequam, nec Karlomannus indulgeat.* Fratres hoc audito felle commoti sunt, quod homo alienigena et pro misericordia receptus talia facere praesumpsisset. Protinus itaque custodiae mancipatur, ut die sequenti talis praesumptio acrius vindicaretur. In crastinum productus de carcere in medio conventu sistitur; percunctatus cur manus extendere in fratrum ministrum
*fol. 3'. ausus fuisset: *Quia,* inquit, *vidi servum *nequam virum meliorem et nobiliorem omnium quos in terra conversari scio, non solum verbis dehonestare, sed etiam plagis afficere.* Furore nimio exagitati, quod cum qui peregrinus venerat ceteris praetulisset, interrogant, quis esset ille, qui bonitate et nobilitate omnes anteiret, cur saltem patrem monasterii non excepisset. Ille necessitate compulsus celare non valens quod manifestari iam Deus volebat, ait: *Iste est Karlomannus quondam dux Francorum, qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi dereliquit, qui de tanta excellentia se humiliavit, ut modo a vilissimis personis non solum contumeliis afficiatur, verum etiam verberibus affligatur.* Quo audito tremefacti, a sedibus surgunt, pedibus eius se prosternunt, veniam postulant de contemptu, ignorantiam profitentur. Ille econtra in terram provolutus, cum lacrimis negare coepit, haec non esse vera, non se esse Karlomannum, sed se esse hominem peccatorem et homicidam, collegam suum timore perterritum propter commissum piaculum haec excogitasse. Quid plura? cognitus ab omnibus cum magna reverentia est observatus. Haec non passi sumus praeterire, nunc ad chronica revertamur.

Ekk. A. d. i. 747. Gripho fugit in Saxoniam, subiectus fratri esse nolens, quamvis sub eo honorifice viveret. Et Pippinus
Reg. iter faciens per Turingiam, in Saxoniam introivit usque ad fluvium Missaha in loco qui dicitur Scanigge; et Gripho
Ekk. collecta manu una cum Saxonibus super fluvium Obacro sedit in loco qui dicitur Horheim, praelium tamen inter eos

[a] de c. *ed.* [b] *deest ed.*

non est commissum, sed ex placito discesserunt. Rachis rex Langobardorum dum Romam veniret et eam inquietare Ekk.
niteretur, a Zacharia papa non solum a malo reprimitur, sed etiam eius instinctu eum uxore et filiis Romam veniens, monachus efficitur. Cui Haistulfus, frater eius, rex substituitur.

A. d. i. 748. Gripho Saxonum fidei diffidens, cum copiis quae ad eum de Francia confluxerant, de Saxonia egressus, Ekk. et
in Bawariam pervenit, ipsumque ducatum sibi subiugavit, Hiltrudem, Pippini sororem, cum Tassilone filio parvulo, Reg.
cepit et suae ditioni subiecit. Suidger in solatium Griphonis venit. Haec audiens Pippinus, cum exercitu in Bawariam venit, omnesque supra nominatos sibi subiugavit. Griphonem et Lantfridum secum abduxit in Franciam. Tassilonem ducem Bawariorum constituit, Griphoni vero more ducum in partibus Neustriae 12 comitatus dedit; sed ille tali beneficio non contentus, fugiens Wasconiam eodem anno petiit, et inde ad Waifarium ducem Aquitanorum pervenit.

A. d. i 749. Burchardus Wirceburgensis primus episcopus et Folradus archicapellanus missi sunt Romam ad fol. 4.
Zachariam papam, ut interrogarent de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regiam potestatem reges Reg.
tamen vocabantur, si bene esset an non. Hic est Folradus, qui corpus sancti Viti martyris de Roma in Gallias trans- Ekk.
tulisse legitur. Solebant enim Franci ex antiqua regum stirpe reges habere, quorum genealogia usque ad Hildericum tunc temporis eorum regem permansit, in quo etiam defecit. Sed licet in illo finita posset videri, iam antea tamen nullius vigoris erat, nec quicquam clarum in se praeter inane regis vocabulum praeferebat. Nam et opes et potentia regni penes palatii praefectos erat, qui maiores domus dicebantur et ad quos summa imperii pertinebat, nec aliud quicquam regi permittebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba summissa, solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos undecumque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa quae doctus erat aut iussus ex sua velut potestate redderet, cum praeter inutile regis nomen et precarium vitae stipendium, quod ei praefectus aulae prout videbatur exhibebat, nil aliud possideret; quamquam unam et eam perparvam reditus villam, in qua domum et ex qua famulos necessaria sibi ministrantes atque obsequium exhibentes paucae numerositatis haberet. Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod iunctis bobus et bubulco more rustico agente trahebatur; sic ad palatium, sic ad publicum conventum, qui Kalendis Maii ob regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire solebat, et coram tota gente praesidens omnesque salutans, et ab eis salutatus debitisque obsequiis honoratus, sic domum redibat, sicque secum usque ad alium Maium domi residebat. At regni administrationem praefectus aulae procurabat. Quo officio tunc cum praedicti legati Romam mittebantur, Pippinus velut hereditario iure fungebatur. Zacharias papa mandavit Pippino, melius sibi Reg.
videri illum regem vocari qui potestatem haberet, quam illum qui sine regali potestate manebat; et ne perturbaretur christianitatis ordo, per auctoritatem apostolicam iussit Pippinum regem creari et sanctae unctionis oleo inungi.

A. d. i. 750. Pippinus secundum morem Francorum electus in regem et per manum sanctae memoriae Bonifacii Mogontiensis urbis archiepiscopi elevatus est a Francis in regnum in Suessionis civitate. Hildericus vero, qui falso rex vocabatur, attonsus est et in monasterio missus. Igitur Franci primo a Sicambria egressi venientesque in Germaniam, A. Quedl.
iuxta Renum fluvium duos super se principes habebant Priamum et Antenorem; qui rebellantes contra Romanos, victi sunt sub Valentiniano imperatore ab Aristarco principe militiae et tributo subiecti, occisis utrisque praedictis principibus. Post haec mortuo Sunnone, filio Antenoris, et Marcomire, filio Priami, *qui super Francos defunctis patribus regnaverunt, *fol. 4.
elegerunt Faramundum, Marcomiris filium, et eum elevaverunt super se regem crinitum. Exhinc Franci crinitos reges habere coeperunt usque ad Hildericum regem, cuius Pippinus, de quo nunc sermo est, regnum simul cum nomine abstulit. Mortuo Faramundo, regnavit Claudio; post hunc Merongus, a quo Franci Merongi vocati sunt; post Merongum filius suus Hildericus, pater Clodovei regis inclyti, regnavit. Hic a beato Remigio cum omni exercitu suo baptizatus, expulit Egidium consulem Romanum, filiumque eius Siagrium occidit, tulitque Romano imperatori Martiano quicquid Romani intra Renum et Ligerim fluvios possidebant. Post mortem Clodovei quatuor filii eius regnum inter se diviserunt, Clodomirus, Hildebertus, Lotharius et Hugo Thiedericus, de concubina genitus; qui data Turingiorum terra maxima ex parte Saxonibus, qui remanserant Turingos regiis territoriis fecit tributarios in porcis. Mortuo Thiederico, regnavit Theobertus; post illum Theobaldus; mortuo Theobaldo, regnavit Lotharius; post hunc Helpericus; post quem Lotharius, pater Dagoberti. Hic Lotharius, occiso Bertoaldo duce Saxonum et pervagata omni terra eorum, nullum hominem longiorem in ea viventem reliquit, quam gladius suus fuerat, quem spatam vocant. Mortuo Dagoberto, regnaverunt post eum filii eius Sigebertus et Clodoveus; post Clodoveum regnavit Lotharius; post quem fratres eius Theodericus et Hildericus. Erat autem ipse Hildericus levis nimis; sub cuius tempore Pippinus, filius Angisi, maior domus erat. Post haec procurationem aulae filius eius Carolus suscepit. Quo mortuo, Pippinus, filius eius, ultimo Meringorum Hilderico regno[a] sublato, Zachariae papae iussu ex palatino comite in regem ungitur. Hic beatus Zacharias papa in venerabili Ekk. a. 752.
patriarchio repperit caput beati Georgii martyris in capsa reconditum, quod in Romanam urbem transtulit. Translatio sancti Kiliani et sociorum eius his temporibus facta est. Nam ut in libro passionis eius legi- Ekk.
tur*, sceleratissima mulier, quae illos extinxerat, stabulum equorum in loco ubi humati fuerant fieri iusserat, ne *Act. SS. Iul.
quo indicio sacra corpora proderentur. Ferunt tamen ab his qui tunc fuere posteris relatum, quod animalia super II. p. 612.
sepulcra eorum nec stercora nec urinam iacerent, honorem martyribus exhibentia. Illustrante autem Domino merita eorum, consilio et praecepto Zachariae papae, mediante Bonifacio archiepiscopo et Burchardo Wirceburgensi episcopo, de tumulo, quo indecenter positi fuerant, sublevati sunt. Hisdem temporibus sanctus Bonifacius, Lullo V. Bonif.
prob se archiepiscopo ordinato, per omnem Fresiam pergens, verbum Dei praedicabat, et multa milia hominum cum commilitone suo corepiscopo Eoban baptizavit, quem ad subveniendum suae senili aetati Fresonis, iniuncto sibi episcopio in loco qui vocatur Trehet, subrogavit presbiteros Wintrug, Waltere et Athalbere, levitas vero Hainund et Scirbald et Bosa deputavit, Wacar et Gundacar, Illehere et Batoulf monastico ordine sublevavit; qui aeternae vitae semen cum eodem sancto Bonifacio Deo patrocinante late diffamaverunt, et cum eo ad coronam martyrii pervenerunt.

A. d. i. 751. In Mesopotamia dirupta est terra, et ascendit ex ea animal mulinum in contaminatum, humana voce fol. 5.
loquens, pronuntians incursionem gentium ab heremo adversus Arabes. Gripho Italiam cupiens penetrare, a Theodoino Ekk.
comite in valle Morienna opprimitur, idemque Theodoinus in ipso certamine occiditur. Pippinus rex in Saxoniam iter A. Hild.
fecit cum magno exercitu, et Hildegarius episcopus occisus est a Saxonibus in castro qui dicitur Wigberg, et quamvis Reg.
Saxones obstinatissime resisterent, Pippinus tamen victor extitit, et pervenit usque ad locum qui dicitur Rimiae iuxta Ekk. a. 751.
fluvium Wisaram, et reversus est in Franciam. Ubi nuntiatum est ei, quod Gripho, germanus eius, occisus esset. Hoc Reg.
anno natale Domini in Theodonis villa, pascha in Carisiaco rex celebravit.

A. d. i. 752. Zacharia[c] papa defuncto, Stephanus secundus huius nominis sedit annos 5, dies 23. Hic ordinavit cf. Ekk.
episcopos 15, presbiteros 2, diaconos 2. Waltfredus abbas claruit in Italia. Hist. pont. Reg.

a) r. s. *desunt cd.* b) pro se a. o. *in margine add. cod.* c) *Hic annus in loco raso manu* 2. *quae etiam numerum* 751. *scripsit.*

V. Bonif. A. d. i. 753. Sanctus Bonifacius archiepiscopus in Fresonia interfectus est hoc modo: Secus ripam fluminis quod dicitur Bordne[a], quod est in confinio eorum qui rustica dicuntur lingua Ostor- et Westerche, suorum tantum stipatus clientum numero, erexerat tentorium, et festum confirmationis neophitorum diem se celebraturum indixerat. Cumque dies illuxisset, ingens hostium vibrantibus hastis in castra irruit multitudo; pueris ex adverso insilientibus vir Dei pugnam interdixit, cumque ad martyrium discipulos incitaret, furens paganorum tumultus felici sanctorum corpora caede multavit; cumque manubias partirentur, iurgia inter eos exorta sunt, ita ut arma, quibus martyres iugulaverant, in se verterent. Fama de interemptione martyrum per pagos vicosque volitante, congregati christiani infidelium aggrediuntur terram, et e diverso obviantes ingenti strage prostraverunt. Corpora martyrum trans flumen quod dicitur Elmera deducta sunt ad urbem quae dicitur Trecht, ibique condita, donec a Mogontia fideles fratres a Lullo archiepiscopo directi, sancti viri corpus ad monasterium, quod eo vivente construxerat, iuxta ripam fluminis quod dicitur Wulda, transtulerunt. Sedit
Ekk. 754. annos 33, menses 6. Ea tempestate Stephanus papa multa mala passus ab Haistulfo Langobardorum rege, in Franciam
Reg. venit, quaerens adiutorium et solatium pro iustitia sancti Petri. Nec superfluum iudicavimus epistolam eiusdem papae de hac causa scriptam hic inserere, quae continet hunc modum: *Stephanus episcopus servus servorum Dei. Sicut nemo se debet iactare de suis meritis, sic non debet opera Dei, quae in illo per suos sanctos fiunt sine suis meritis, silere, sed praedicare; quia sic angelus admonet Tobiam. Unde ego pro oppressione sanctae ecclesiae a rege atrocissimo et blasphemo et nec dicendo Haistulfo ad optimum et sancti Petri fidelem domnum Pippinum christianissimum regem in Franciam*
*fol. 5'. *veni, ubi aegrotavi usque ad mortem et mansi[a] aliquot tempus aput pagum Parisiacum *in monasterio sancti martyris Dionisii, quo, cum iam me medici desperarent, fui sic in oratione in ecclesia eiusdem beati martyris subtus campanas, et vidi ante altare dominum Petrum et magistrum gentium dominum Paulum et tota mente illos recognovi de illorum surcariis, et ter beatum dominum Dionisium ad dextram domini Petri subtilem et longiorem. Dixit bonus pastor dominus Petrus: „Hic frater noster postulat sanitatem", et dixit beatus Paulus: „Modo sanabitur." Et appropinquans misit manum suam ad pectus Dionisii amicabiliter et respexit ad dominum Petrum, et dixit dominus Petrus ad dominum Dionisium hilariter: „Tua gratia est sanitas eius." Et statim beatus Dionisius turibulum incensi et palmam in manu tenens, cum presbytero et diacono, qui in parte stabant, venit ad me et dixit mihi: „Pax tecum, frater; noli timere, frater, non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris; surge sanus et hoc altare in honore Dei et apostolorum eius Petri et Pauli, quos vides, dedica, missas gratiarum agens." Moxque sanus factus sum, et volebam implere quod mihi praeceptum erat, et dicebant qui ibi aderant, quod dementarem. Quapropter retuli illis et regi suisque omnibus ex ordine quae videram et quomodo sanus fuerim, et implevi quae iussa sunt mihi omnia.* Gesta sunt autem haec anno ab incarnatione Domini 753. 5. Kal. Augusti. Quo die Christi roboratus virtute, inter celebrationem consecrationis praefati altaris et oblationem sacrificii unxit in reges Francorum regem Pippinum et duos filios eius Karolum et Karlomannum; sed et Bertradam, coniugem ipsius, indutam cicladibus regiis, gratia Spiritus sancti septiformis consignavit in Dei nomine, atque Francorum principes apostolica benedictione sanctificans, auctoritate sancti Petri sibi a Christo tradita obligavit et obtestatus est, ut numquam de altera stirpe per succedentia tempora ipsi vel eorum posteri regem super se praesumant constituere, nisi ex eorum progenie, quos Dei providentia ad sedem apostolicam tuendam eligere et per eum, videlicet sancti Petri vicarium immo domini nostri Iesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare et unctione consecrare. Pippinus rex per apostolicam invitationem Italiam ingressus est, iustitiam sancti Petri quaerens. Haistulfus eandem iustitiam contradicens, claustra Italiae petiit obviam Pippino, et commisso acerrimo praelio, intercedente beato Petro, Pippinus victor extitit. Eodem anno Stephanus papa ad suam sedem reductus est per legatos Pippini, Folradum et alios plurimos. Haistulfus inclusus in Papia civitate, necessitate ductus, iustitiam sancti Petri pollicitus est faciendam, cuius promissionis Pippinus rex obsides quadraginta recepit, et sacramento firmato reversus est in Franciam. Karloman-
Ekk. nus autem, frater regis, qui cum Bertrada regina in Vienna civitate remansit, correptus febre, priusquam reverteretur,
Reg. obiit. Venerat autem per iussionem abbatis sui in Franciam, quasi ad conturbaudam petitionem apostolicam; invitus
Ekk. tamen hoc fecisse putatur, quia nec ille abbatis sui iussa contemnere, nec abbas Haistulfi regis praecepto audebat resistere. Corpus eius ad monasterium sancti Benedicti, ubi monachus erat, iussu regis relatum est[b].

fol. 6. A. d. i. 754[c].

Reg. A. d. i. 755. Cum audisset Pippinus rex, non esse impleta quae Haistulfus promiserat de iusticiis sancti Petri,
Ekk. iterum Italiam ingressus, Papiam obsedit, Haistulfum obsidione cinxit et ad implenda promissa coegit, et insuper Ravenna
Reg. nam cum Pentapoli et omni exarchatu ad Ravennam pertinente conquisivit et sancto Petro dedit. Cum autem reversus esset Pippinus in Franciam, meditabatur Haistulfus fallere quae promiserat. Quadam ergo die, cum venationibus inser-
Ekk. viret, percussus Dei iudicio, vitam cum regno finivit; cui Desiderius successit. Constantinus imperator Constanti-
nopoli synodum 330 episcoporum congregat, ubi edicto promulgato de imaginibus Dei et sanctorum eius deponendis, ecclesiam Dei nimis scandalizat, et contra orthodoxos tirannizat.

Reg. A. d. i. 756. Constantinus imperator misit Pippino regi cum aliis donis organum; quae ad eum in Compendio villa
Ekk. venerunt, ubi tunc populi sui generalem conventum[d]. Illuc Tassilo venit dux Bawariorum, fidelitatemque tam ipsi regi
Reg. quam filiis eius Karolo et Karlomanno iureiurando promisit supra corpus sancti Dionisii et sancti Martini, et similiter eius homines meliores fecerunt.

Ekk. A. d. i. 757. Pippinus rex cum exercitu in Saxoniam iter fecit, et quamvis Saxonibus validissime resistentibus,
Reg. munitiones per virtutem introivit, et in loco qui dicitur Sitnia multae strages factae sunt de populo Saxonum, et tunc promiserunt se omnem voluntatem regis facturos, tributum etiam praesentare, equos scilicet trecentos per singulos annos.
Ekk. His more Saxonico, ut rata essent, confirmatis, in Galliam rediit.

Reg. A. d. i. 758 Natus est Pippino regi filius, cui rex nomen suum imposuit. Sed puer immatura morte tertio nativi-
Ekk. tatis suae anno discessit. Eodem anno celebravit natalem Domini rex in Longolare, et pascha in Iopila. Stephano[e] papa
Reg. Hist. pont. 6. Kal. Mai defuncto, in electione populus Romanus divisus est. Nam alii Teophilactum archidiacanum[f], alii Paulum volebant habere pontificem. Sed pars quae maior ac validior fuit Paulum elegit, et ita ceteris dispersis Paulus sedem optinuit. Sedit annos 10, mensem unum.

Ekk. A. d. i. 759. Sanctus Gungulfus in Burgundia a quodam clerico occisus est pro uxoris suae sibi adamato adulte-
V. Geng. rio. Hic parentum alto genere ortus, regi Pippino militari coniunctus officio inserviebat, qui hunc inter fortissimos sui exercitus deputabat, quia erat acer animo, fortis viribus, strenuus in armis et omni militari exercitio instructissimus;

a) Borone *ea.* b) *Una et dimidia linea erasae:* Sanctus . . . . . c) *Plures lineae vacuae relictae sunt, id quod saepe in fine annorum fit.* d) habuit *deest cod.* e) *Sequentia manu 2. in loco raso.* f) *ita cod.*

cuius rei indicium facit insignis eius armatura, quae adhuc conservatur in ecclesia eius honori et nomini dicata, quamque sacra eius illustrat praesentia, ubi habentur reposita galea, lorica gladiusque eius et brachialia. Corpus ad locum possessionis eius, Varennas dictum, coruscantibus miraculis delatum *et in sua ipsius basilica, in honore apostolorum principis dicata, est sepultum. V. Geng. *fol. 6'.

Huc[a] usque inter scriptores magna est diversitas in computatione annorum ab anno scilicet 741. usque ad annum 760. dominice incarnationis, quamvis in ipsis rebus gestis in nullo discrepent. In quibus nos Reginonem Prumiensem quondam abbatem, utpote de Francorum hiac suae gentis principibus scribentem, secuti sumus, cetera quae huic deerant eo quo singula invenimus loco adnotata sunt.

A. d. i. 760. Waifarius dux Aquitaniae cum res ecclesiarum, quae in sua potestate erant et ad ecclesias sub manu regis constitutas pertinebant, reddere noluisset, et regem pro his per legatos suos commonentem audire contempsisset, rex iniit consilium cum Francis, ut pergeret in Aquitaniam et supradictas iusticias quaereret, et pervenit usque ad locum qui dicitur Theodoad. Quod cum cognovisset Waifarius, timore perterritus, mittit legatos Otherium et Dawinum, et dedit obsidem Adalgarium suum propinquum, et mandavit Pippino, se omnia redditurum quae rex quaerebat in causis ecclesiasticis. Quibus acceptis, rex a bello abstinuit, domumque rediit, et celebravit natale Domini in Carisiaco, et pascha similiter. Sanctus Othmarus in insulam quae dicitur Stein relegatus, migravit ad Dominum. Ekk. Reg. Ekk.

A. d. i. 761. Waifarius minime cogitans de obsidibus et sacramentis datis, ut se vindicaret de iniuria, quam a Francis praeterito anno fuerat perpessus, exercitum misit. Qui usque ad Cabilonem civitatem venerunt vastantes omnia. Et cum rex Pippinus synodum teneret in villa quae dicitur Duria, nuntiatum est ei, quid Waifarius perpetrasset; protinus exercitum movit, et Aquitaniam ingressus, multa castella cepit, scilicet Burdellum, Clarum montem, Cantelam, Arvernum, et pervenit usque Lemodicas vastando omnia. In qua expeditione fuit cum eo Karolus, primogenitus eius, ad quem post obitum patris omnis imperii summa pervenit. Et celebravit rex natale Domini in Carisiaco, et pascha similiter. Reg. Ekk. Reg.

A. d. i. 762. Tertio Pippinus Aquitaniam cum exercitu vastavit, et cepit civitatem Bituricas et castrum quod dicitur Toarciis. Et celebravit natale Domini in villa Gentiliaco, et pascha similiter. Ekk. Reg.

A. d. i. 763. Rex Pippinus habuit conventum in Nivernis, et quarto ingressus est Aquitaniam. Tassilo dux Bawariorum, postpositis sacramentis, fraudulenter se inde substraxit, omnia beneficia oblitus, quae rex, avunculus eius, ipsi praestiterat, et Bawariam ingressus, amplius noluit videre faciem regis. Rex autem Aquitaniam perlustrans usque ad Cadurciam venit, et per Lemodicas reversus est in Franciam. Et facta est hiems valida. Et celebravit rex natale Domini in Longolare, et pascha similiter. ib.

Rotgangus Metensis urbis episcopus postulavit a Paulo papa corpora sanctorum martyrum Gorgonii, Naboris et Nazarii, abduxitque ab urbe Roma cum honore, et condidit sanctum Gorgonium in monasterio, quod ipse construxerat, cui vocabulum est Gorzia; sanctum Naborem in monasterio quod dicitur Novacella; sanctum vero Nazarium in monasterio Lauresheim recondidit; quorum merita in praefatis locis multis miraculis clarescunt. A. Hild.

A. d. i. 764. Rex Pippinus habuit conventum populi sui in Wormacia, et causam diligenter pertractavit inter Waifarium et Tassilonem, dilataque in futurum expeditione, illo anno se domi continuit. Et celebravit natale Domini in Carisiaco, et pascha similiter. fol. 7. Reg. Ekk.

A. d. i. 765. Rex generalem conventum habuit aput Attiniacum, et eodem anno sicut et superiori nusquam profectus est. Celebravit autem natale Domini in Aquis villa, et pascha similiter. Reg. Ekk.

A. d. i. 766. Rex Pippinus perrexit in Aquitaniam, et placitum suum habuit in Aurelianis civitate, et restauravit Argentomachum castrum, quod Waifarius destruxerat, ibique Francos dimisit ad continendam Aquitaniam, et similiter in Bituricas fecit. Et celebravit natale Domini in Salmoniaco, et pascha in Gentiliaco. Turci egressi a Caspiis portis, cum Avaribus bellum inierunt, multique ex utrisque perierunt. Reg. Ekk.

A. d. i. 767. Rex Pippinus, orta quaestione de sancta Trinitate et de sanctorum imaginibus inter orientalem et occidentalem ecclesiam, id est inter Romanos et Grecos, in villa supradicta synodum habuit, ventilataque quaestione, Aquitaniam ingressus est per Narbonam. Cepit autem Tolosam et Gavaldanam; et celebravit pascha in civitate Vienna. Eodem anno in mense Augusto iterum Aquitaniam ingressus est, usque Bituricas venit, ibique conventum habuit; exinde profectus usque ad Garonnam pervenit, multas rupes et speluncas cepit, necnon etiam castella Scoraliam, Torvinam et Petrociam, et reversus est Bituricas, ubi nuntiatum est ei de obitu Pauli papae; ibi etiam natale Domini celebravit. Reg. Ekk. Reg.

A. d. i. 768. Rex natale Domini in Biturica celebravit. Post haec cum exercitu iter faciens, Remistagnum cepit, et ad Santonas usque pervenit, ubi cepit matrem Waifarii et sororem et neptes eius. Inde perrexit in locum qui dicitur Montes, ubi Herevicus venit ad eum, qui habebat aliam sororem Waifarii. Inde reversus, pascha celebravit[b] in castro quod dicitur Sels. Post haec assumens secum Bertradam reginam, ad Santonicas civitatem pervenit, ibique dimissa uxore ac familia, ad persequendum Waifarium animum intendit, nec tamen, ut voluit, cepit; sed ille semper vastationi et fugae intentus, tandem dolo Warationis peremptus, et fugae et tirannidi finem dedit. Quo interfecto, in territorio Petragorico Pipinus cum triumpho victoriae ad Sanctonas reversus est, ibique moram faciens, post aliquot dies aegrotare coepit. Et inde profectus Turonis venit, et ad orationem ad Sanctum Martinum perrexit; inde egressus Parisius ad Sanctum Dionisium vix pervenit, ibique diem clausit extremum 8. Kal. Octobris, corpusque eius in basilica sancti Dionisii humatum est. Filii eius Karolus et Karlomannus ambo reges consensu omnium creati sunt, praemissa conditione, ut totum regni corpus ex aequo partirentur, et Karolus eam partem, quam pater eius Pipinus tenuerat, Karlomannus vero eam, *quam patruus eorum Karlomannus possedit, susciperet. Igitur 7. Idus Octobris Karolus in Noviomo civitate, Karolus vero in Suessiona regni insignia susceperunt. Karolus, qui maior natu erat, natale Domini Aquis, pascha in Rotomacho celebravit. Susceptae sunt autem conditiones utrimque, et pars regni divisi iuxta modum sibi propositum ab utroque recepta est, mansitque ista quamvis cum magna difficultate concordia, multis ex parte Karlomanni societatem separare volentibus, adeo ut quidam etiam bello committere sint meditati. Sed in hoc plus suspecti quam periculi fuisse, ipse rerum exitus probavit, cum, defuncto Karlomanno, uxor eius cum primatibus quibusdam Italiam fuga petiit, et nullis existentibus causis, spreto mariti fratre, sub Desiderii Langobardorum regis patrocinium cum liberis se contulit. Constantinus[c] papa sedit annum unum. Ekk. A. Hild. Ekk. Reg. Ekk. *fol. 7'.

A. d. i. 769. Karolus Magnus, Pippini filius, diviso cum fratre regno, regnare coepit, et 46 annis regnavit, annis tribus cum fratre, 43 postea solus. De cuius nativitate atque[d] infancia, dicit actuum eius scriptor Einhardus ab eodem principe educatus, quod neque scriptis unquam aliquid declaratum sit, nec quisquam suo tempore inventus sit, qui horum noticiam se habere dixerit; de actibus vero ceterisque vitae illius partibus multa praeclara et omnium pene impe- ib. p. 161.

a) *manu 2. in superiore margine.* b) *deest ed., ubi supra* Cantonas. c) *Haec add. 2.* d) a. i. *add. 2.*

Ekk. ratorum gestis excellentiora digessit. Cuius anno primo Hunoldus quidam Aquitaniam, quae in sortem Karoli cesserat, invasit et provincialium animos ad nova excitans, bellum, quod Pippinus occiso Waifario consummasse visus est, renovavit. Contra quem Karolus profectus, fratris auxilium postulavit, sed impedientibus malis hominibus, habere non potuit;
Reg. colloquio tamen cum eo habito, Aquitaniam cum exercitu intravit, et totam Aquitaniam et Wasconiam auxiliante Deo in deditionem recepit, et Hunoldi iniqua consilia dissipavit. Inde digressus ad Ecolensinam civitatem venit, et inde assumens plures Francos, cum armis et utensilibus eorum abiit super fluvium Dorhdoniam, et aedificavit castrum quod dicitur Frontiacus, ibique Francos in praesidio collocavit. Deinde misit ad Lupum Wascouum ducem mandans, ut Hunoldum, qui ad eum fugerat cum uxore, sibi repraesentaret; adductus est igitur Hunoldus cum uxore ad praenominatum castrum; quem cum recepisset, Lupo duce cum tota Wasconia sibi obediente, in Franciam reversus est, et cele-
II. pont. bravit natale Domini in Duria, et pascha in Leodio vico publico. Stephanus[a] papa sedit annos 3, menses 5, dies 27. Hic ordinavit episcopos 10, presbyteros 5, diacones 4.

Reg. A. d. i. 770. Karolus rex synodum habuit in Wormacia civitate. Berta vero, mater regum, cum Karlomanno minore
Ekk. filio aput Salussam consistens, pacis causa in Italiam proficiscitur, peractoque negotio, adoratis etiam Romae sanctorum
A. Hild. apostolorum liminibus, ad filios rediit, filiamque Desiderii regis Langobardorum Karolo filio suo sociandam de Italia
Reg. adduxit. Et rex Karolus celebravit natale Domini in Magontia, et pascha in Heristellio. Corpus sancti Othmari in insula,
Ekk. qua defunctus est, post 10 annos incorruptum invenitur, ablatumque in basilica sancti Galli sepelitur.

fol. 8. A. d. i. 771. Karolus rex conventum habuit ad Valentiniauas, et eodem anno Karlomannus rex in[b] villa Salmoniaco
Reg. defunctus est et Remis sepultus 2. Non. Decembris. Venit autem rex Karolus ad villam Carboniacum, ubi venerunt ad
A. Hild. Ekk. cum Willarius episcopus Sedunensis et Folcarius et Folradus capellani cum aliis episcopis et sacerdotibus, Werinus
Reg. et Adalardus comites cum aliis primatibus, qui fuerunt Karlomanni. Uxor vero Karlomanni cum paucis Francis ad partes Italiae discessit, et celebravit rex natale Domini in Attiniaco, et pascha in Heristellio.

Reg. A. d. i. 772. Karolus rex generalem conventum habuit in Wormatia, et inde perrexit in partes Saxoniae. Et primo impetu Heresburch castrum cepit, et ad Hermensul usque pervenit, et ipsum fanum destruxit, et aurum et argentum, quod ibi repperit, abstulit. Erat autem siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supradicto loco, et dum vellet ibi rex duos aut tres dies manere, ut fanum funditus destruere posset, et aqua exercitui deesset, subito divina largiente gratia
Ekk. omnibus insciis in quodam torrente aquae effusae sunt largissimae, ita ut omni exercitui sufficerent. Destructo fano
Reg. rex super Wisaram fluvium accessit, ubi cum Saxonibus placitum habuit, et acceptis duodecim obsidibus, in Franciam discessit. Et celebravit natale Domini in Heristellio, et pascha similiter.

II. pont. A. d. i. 773. Adrianus[c] papa primus huius nominis sedit annos 23, menses 10, dies 18. Rex Karolus dum iret
Reg. ad hiemandum in Theodonis villam, adiit eum legatus Adriani papae nomine Petrus, invitans eum, ut pro amore Dei, sancti Petri iusticias defensurus, adversus Desiderium regem et Langobardos veniret. Venerat idem legatus per mare usque Massiliam, inde per terram usque ad regem; qui ideo per mare venit, quia Romanis viae clausae fuerunt a Langobardis. Tunc rex fideles suos consuluit, utrum petitionibus apostolici assensum praeberet. Omnibus hoc collaudantibus, in partes illas profectus est, Genevamque civitatem veniens, synodum tenuit, et exercitum divisit in duas partes. Ipse cum una parte per montem Cinisium perrexit; cum reliqua parte Bernhardum avunculum suum per montem Iovis misit. Coniunxerunt autem se uterque exercitus ad clusas. Quod cum cognovisset Desiderius, regi et Francis cum armatis occurrit. Tunc rex castra posuit ad easdem clusas, et misit occulte unam turmam per montana. Hoc sentiens Desiderius, statim clusas reliquit, et quam citius potuit Papiam ingressus est; rex autem cum omnibus, auxiliante Domino et intercedente beato Petro, sine laesione Italiam ingressus est, et cum ad Papiam pervenisset, Desiderium intrinsecus
Ekk. latitantem obsedit, ibique in suis castris natale Domini celebravit, et pascha Romae. Adrianus papa ad reprimendam rabiem hereticorum imagines Dei sanctorumque eius execrantium nimis laboravit, et libro adversus eos edito multis
ib. a. 767. scripturarum inductiouibus roborato, errores eorum infirmavit fidemque rectam solidavit. Qua tempestate Constantinus imperator et Habdallas amiras rex Sarracenorum pari vesania in orthodoxos saeviebant, multique pro Christo perempti sunt. Constantinus insuper aegre ferens gloriam sanctorum miraculis coruscantium, etiam lipsana eorum ubique iubet effodi et in profundum iactari.

fol. 8. A. d. i. 774. Karolus[d], ordinata circa Papiam obsidione, ut nullus posset ingredi aut egredi, orationis causa ad
A. Hild. Reg. limina sancti Petri Romam venit, quem Adrianus papa cum magna gloria suscepit. Interea Saxones occasione accepta, postpositis sacramentis in fines Francorum impetum fecerunt, et usque ad castrum quod nominatur Buriaburch venerunt, quorum adventum incolae loci persentientes, in eandem munitionem se receperunt. Igitur cum praefata gens saeviens coepisset forinsecus villarum aedificia concremare, venerunt ad quandam basilicam in loco qui dicitur Fridislar, quam sanctae memoriae Bonifacius martyr consecravit, atque per prophetiae spiritum praedixit, quod numquam incendio cremaretur; coeperuntque omni intentione certare adversus basilicam, ut eam quomodolibet ingenio cremare potuissent. Tunc apparuerunt quibusdam christianis, qui erant in castello, similiter et quibusdam paganis de exercitu, duo iuvenes in albis vestibus, qui basilicam ab igne prohibebant, unde nec interius nec exterius ignem potuerunt accendere. Interea nutu Dei territi in fugam conversi sunt, nemine persequente. Inventus est autem unus ex eisdem mortuus, flexis geni-
cf. II. pont. bus acclinis, supra pedes habens ignem et ligna in manibus, velut ore flaret basilicam crematurus. Interea Carolus Rome commorans ibique pascha celebrans, inter cetera quae ibi gessit partem aliquam Saxonie in provincia Westfalia, quam ad fidem converterat, ut idem papa precepit et docuit, feria secunda pasche in basilica sancti Petri inter cetera, quae ad manum pape offerebat, Deo in sacrificium optulit, et in loco Osbrugge vocato episcopatum construere et decimis noviter ad fidem conversorum, si sanus et incolumis redisset, papa ita dictante et privilegiis con-
Reg. firmante, dotare devovit. Post hec igitur a Roma Papiam venit, et civitatem armis cepit regemque Desiderium cum uxore et filia et omnem tesaurum palatii; venientesque Langobardi de cunctis civitatibus, eius se subdiderunt dominationi. Adalgisus, filius Desiderii, fuga lapsus, mare introiit, et in Greciam ad Constantinum se contulit, ibique in
Ekk. patriciatus honore vitam finivit. Karolus custodiam Francorum in Papia dimittens, cum venisset in locum qui dicitur
Reg. Hengilinheim, misit quatuor turmas in Saxoniam. Tres cum Saxonibus pugnam inierunt, et Deo adiuvante vicerunt.
A. Hild. Quarta non habuit pugnam, sed cum magna praeda reversi sunt in Franciam. Eodem[f] anno celebravit rex dedicatio-
Reg. nem eclesie sancti Nazarii et translationem corporis eius in monasterio Laurecsheim die Kal. Septembris. Et celebravit natale Domini in Karisiaco, et pascha similiter.

A. d. i. 775. Rex habuit synodum in villa quae dicitur Duria, et inde pergens in Saxoniam, Sigiburh castrum cepit, Heresburh reaedificavit, super Wisaram fluvium venit in loco qui dicitur Brunesberh, ubi occurrerunt ei

a) *Haec add.* 2. b) in v. S. *add.* 2. *ex Ann. Hild.* c) Adrianus — 18. *add.* 2. d) Karolus — Interea *manu* 2. e) Rome — Post hec igitur *in marg. add.* 2. f) Eodem — Sept. *add.* 2. *in margine.*

Saxones, volentes ripam fluminis defendere; auxiliante Deo et Francis decertantibus fugatis Saxonibus, Franci ambas Reg.
occupaverunt ripas, et multi Saxonum occisi sunt. Tunc rex sumpsit secum partem, et perrexit ad Obacrum fluvium, ubi orientales Saxones, venientes cum Hassinon duce eorum, dederunt obsides iuxta quod placuit regi, et iuraverunt sacramenta. Similiter eo revertente veneruut Angarii in loco qui dicitur Bucki cum Brunone duce suo, et fecerunt sicut orientales Saxoues fecerant. Interea cum Francis qui super Wisaram remanserant Saxones pugnam commiserunt, et Deo largiente Francis victoriam, plures ex Saxonibus interfecti sunt. Haec audiens rex, iterum super Saxones irruens, multam stragem fecit, et copiosam praedam cepit de Westfalais, et coacti obsides dederunt. Obsidibus acceptis et praeda multa capta, rex in Franciam reversus est. Ubi nuntiatum est ei, quod Rotgaudus Langobardus postponens fidem et sacramenta, rebellare disponeret, statimque in partes illas iter arripuit. Et celebravit natale Domini in Sclezistat[a], et pascha in Elizatio. Constantinus imperator, filius Leonis, persecutor christianorum, ecclesiarum legumque destructor, Ekk.
plaga pessimi incendii divinitus percutitur, et clamans adhuc vivus: *Igni inextinguibili sum traditus*, miserabiliter moritur. Corpora sanctorum Gordiani et Epimachi de Roma in Alamanniam translata sunt.

A. d. i. 776. Karolus rex Italiam ingressus, Foroiulianorum partes petivit, Rotgaudum rebellem captum decollari fol. 9.
iussit, deinde ad Tarvisium civitatem veniens, pascha celebravit, et ordinatis rebus, derelictisque custodibus ex Francis Reg.
in civitatibus quae adversus eum senserant, in Franciam cum prosperitate reversus est. Interea Saxones, cognita absentia regis, more solito ruptis sacramentis, in unum congregati, Heresburg castrum aggrediuntur, fraudulenter Franeis suadent, ut de castro exeant et cum pace in patriam pergant. Sed cum illi fallacibus monitis minime assensum praeberent, machinas praeparant, munitionem obsidione cingunt, summis viribus certant, sed nihil proficiunt. Quadam itaque die cum iterum redivivo certamine bellum parassent, apparuit gloria Dei manifeste supra domum ecclesiae, quae erat infra ipsum castrum, videntibus multis tam christianis quam paganis. Nam duo scuta apparuerunt supra praefatam basilicam, sanguineo colore flammantia et velut in praelio quibusdam motibus agitantia. Itaque pagani hoc signum aspicientes, timore repleti mox in fugam conversi sunt et in tantam amentiam, ut strictis gladiis mutuo se confoderent; quantoque illi plus paventes fugerunt, tanto magis christiani confortati omnipotentem Deum laudabant, qui salvos facit sperantes in se. Ex praedicto igitur loco cum tanta confusione discedentes, venerunt ad aliud castrum quod appellatur Desuburg, ubi voluerunt similia facere, sed Deo auxiliante Francisque viriliter resistentibus, nihil praevaluerunt. Oppidani vero prosequentes eos usque ad flumen quod Lippa dicitur, multos ex eis interfecerunt. Itaque rex Wormatiam veniens, synodum placitumque publicum ibi tenuit, et concilio soluto, mox Saxonum fines penetravit, et velut ingens tempestas omnia prosternit, munitiones irrumpit. Saxones perterriti, ad locum ubi Lippa oritur venerunt, ibi se suamque patriam regi tradiderunt, et spoponderunt christianos se esse debere. Tunc rex restauravit Heresburg castrum et aliud castrum super Lippam, ubi venientes Saxones cum uxoribus et parvulis innumerabilis multitudo baptizati sunt in nomine sanctae Trinitatis. Post haec obsides, quantos rex expetiit, dederunt, reformatisque castellis custodibusque dispositis, Karolus in Franciam revertitur. Et celebravit natale Domini in Heristellio, et pascha in Niumago. Leo, filius Ekk.
Constantini persecutoris, 65° loco ab Augusto Romanum suscepit imperium, regnavitque annis 5. Hic ad breve tempus visus est esse pius sanctaeque Dei genitricis et monachorum amicus; unde et metropolitanos ex monachis in primis sedibus collocavit, multosque in urbe ordines bene ampliavit. Quapropter principes omnes cum multitudine populi copiosa ingredientes, petierunt filium eius Constantinum imperatorem fieri. Qui cum diceret, illum sibi unicum esse et parvulum, seque vereri super hoc, si forte contingeret, quod humanum est, illum ab eis interfici et alium promoveri, iuraverunt omnes, non se admissuros alios imperatores praeter Leonem et Constantinum et ex semine ipsorum, et hoc scripto confirmaverunt; et sic in sancto die paschae coronatus est imperator.

A. d. i. 777. Rex Saxoniam ingressus placitum tenuit in loco qui dicitur Padorbrunna, ubi omnes convenerunt Reg.
excepto *Widikindo, qui cum paucis Saxonibus in partes Nortmanniae confugit. In eodem loco venerunt ad eum Sarra- *fol. 9.
ceni de partibus Hispaniae, quorum haec sunt nomina, Ibinalarabi et filius Devizefi, qui latine[b] Ioseph nominabatur, et gener eius; ubi etiam multitudo Saxonum baptizata est, et sacramenta secundum consuetudinem dederunt, ut perderent ingenuitatem et omnem hereditatem, nisi servarent susceptam christianitatem et promissam fidelitatem regi et filiis eius et regno Francorum. Rex in Franciam reversus, celebravit natale Domini in Duciaco, et pasca Domini in Aquitania in villa quae dicitur Casinogilo.

A. d. i. 778. Widikindus[c] Saxo tirannidem in Saxonia contra regem Karolum molitur. Rex Karolus cum A. Hild.
exercitu Hispaniam ingressus est, venitque ad Pampalonam civitatem eamque[d] cepit; cui Abitaurus Sarracenorum rex Reg.
dedit obsides fratrem suum et filium, et reddidit civitates quas tenebat. Deinde ad Caesaraugustanam urbem perrexit, A. Hild. Reg.
ubi iunumerabilis multitudo de partibus Burgundiae et Austrasiae vel Bawariae seu Provinciae vel Septimaniae, pars etiam Langobardorum in auxilium Francorum convenerunt. Obsidione itaque cincta civitate territi Sarraceni, obsides dederunt et immensum pondus auri. Eiectis itaque Sarracenis de Pampalona murisque civitatis dirutis Wasconibusque subiugatis, in Franciam victor revertitur, quamvis in ingressu Hispaniae, fraude Wasconum, plerique aulicorum per Ekk.
insidias interfecti essent. Interea Saxones audientes, quod rex cum Francis tam longo terrarum spatio ab eis esset Reg.
separatus, suadente Widikindo, secundum consuetudinem rebellare conati sunt, et ad Duciam usque castrum venerunt, quod Coloniae civitati contiguum est, rapinis et incendiis vastantes omnia. Quod cum nuntiatum esset regi revertenti et iam commoranti Autissiodoro civitate, misit agmen ex electis viris, ut eorum violentiae resisteret. Saxones audientes incolumitatem regis et adventum Francorum, in fugam conversi sunt; quos Franci e vestigio sequentes, reppererunt eos super fluvium cuius vocabulum est Adarna, in loco qui dicitur Lihesi; ubi pugna inita, Franci auxiliante Deo vicerunt et multitudo Saxonum occisa est. Et celebravit rex natale Domini in Heristellio, et pascha similiter. Eo tem- A. Fuld.
pore monachi Fuldensis coenobii propter Saxonum timorem, assumptis secum Bonifacii martyris ossibus, fugerunt de monasterio per milia passuum 14.

A. d. i. 779. Karolus in villam quae dicitur Compendium venit, ubi se obtulit Hildebrandus Spolitanorum dux Reg.
cum multis muneribus, eiusque se dominationi subdidit. Eodem anno synodum tenuit in Duria, et post haec Saxoniam ingressus usque ad Lippam venit. Conati sunt autem Saxones resistere in loco qui dicitur Buochol, sed nihil praevaluerunt. Aperta autem via Westfalaos subiugavit et omnes Saxones qui ultra Wisaram commorabantur. Veniens autem in loco qui dicitur Medofulli, accepit obsides et sacramenta a Saxonibus qui ab eo defecerant, et reversus est in Franciam. Et celebravit natale Domini in Wormacia civitate, et pascha similiter. Sturmus abbas Fuldensis coenobii A. Fuld
moritur; cui successit Bougolf, eiusdem monasterii monachus. Fames mortalitasque Franciam vastavit. Herim. Aug. cod. 4.

A. d. i. 780. Karolus Saxoniam ingressus ad Heresburch venit, et inde ad locum ubi Lippa consurgit, et ibi fol. 10.
Reg.

a) Selexeistat *ed.* b) Lamme *edit.* iam *Reg. SS. I. p.* 559, *ubi fortasse ex Ann. Laur. emendandum est:* latine.
c) W. — molitur *add. 2. in marg.* d) eamque — tenebat *add. 2. in marg.*

Reg. synodum tenuit. Inde progressus ad Albiam fluvium venit, et in ipso itinere Bardongavenses et multi de Nortliudis baptizati sunt in loco qui dicitur Horheim, ultra Obaerum fluvium; et pervenit ad locum ubi Ora confluit in Albiam. Dispositis itaque tam Saxonibus quam Sclavibus, in Franciam reversus est. Inito autem consilio, ut Romam pergeret
Ekk. orationis causa una cum coniuge Hildegarda, celebravit natale Domini in Papia civitate. Leo imperator obiit.

Reg. A. d. i. 781. Karolus Romam veniens ab Adriano papa honorifice suscipitur, et cum ibi pascha celebraret, baptizatus est filius eius Pippinus ab Adriano papa, qui et ipse eum de sacro fonte suscepit, et duo filii eius ab eo inuncti sunt in reges, Pippinus super Italiam, Lodovicus super Aquitaniam. Inde reversus venit Mediolanum, ubi baptizata est filia eius Gisla ab archiepiscopo Thoma, qui et ipse eam a sacro fonte levavit. His peractis reversus est in Franciam. Per idem tempus legati apostolici Formosus et Damasus episcopi cum legatis Siculfo cappellano et Ewardo magistro pincernarum directi sunt ad Tassilonem ducem, commonentes et contestantes ex auctoritate apostolica, ut recordaretur priorum sacramentorum, quae iuraverat Pippino et filiis eius. His admonitionibus consensit Tassilo, et sumptis obsidi-
Ekk. bus, venit Wormatiam, ubi renovavit sacramenta et dedit 12 obsides; sed ubi domum rediit, non diu promissa servavit.

cf. A. Quedl. Eo[a] anno in Saxoniam rex Karolus veniens, divisit eam in 8 episcopatus, Bremensem, Halberstadensem, Hildinisheimensem, Verdensem, Paderbrunnensem, Mindensem, Monasteriensem, Asenbruggensem, et terminos eisdem episcopiis constituit. Sanctoque Stephano
cf. Chr. Halb. martiri in loco qui vocatur Saligenstide — nunc autem vulgo Asterwic nuncupatur —
1 monasterium construens, dedicari fecit. Cumque[1] diu longe lateque fidelem ac prudentem dispensatorem quereret, quem constitueret super familiam Dei, ut daret illi cibum in tempore, sanctum Hildegrimum Catalaunensem episcopum, a sanctis parentibus, sci-
2 licet patre Thiatgrimo, matre vero Liasburga[2], editum, fratrem quoque sancti Liuderi, primi Mimigardevordensis episcopi et confessoris, Adriano papa Romano iubente, in hoc opus destinavit. Sanctus autem Hildegrimus statim eodem anno divina disponente gratia sedem episcopalem de Seligenstide in oppidum quod vocatur Halberstad transtulit, ubi hodieque honorifice fulget, et usque in diem consummationis huius seculi, intercedente eodem patrono beato Stephano protomartire cum omnibus celi civibus, in bono confir-
Reg. Ekk. mabitur. Celebravit autem rex natale Domini in Carisiaco, et pascha similiter. Constantinus, filius Leonis, cum matre sua Hirene regnum suscepit et annis 17 regnavit. Huic filia Caroli et Hildigardis reginae Rotrudis nomine
A. Fuld. desponsata fuerat, sed mater eius aliam ei invito coniungebat. Eodem anno multa signa in coelo et in terra apparuerunt, inter quae etiam sanguis e terra ac de coelo perhibetur fluxisse, et in vestimentis hominum signum visum est.

'fol. 10'. A. d. i. 782. Karolus Coloniam veniens, Rhenum transiit, et synodum' tenuit ubi Lippa consurgit, ubi omnes
Reg. Saxones convenerunt, exceptis sociis rebellis Widikindi. Illuc etiam venerunt legati Godefridi regis Nortmannorum
Ekk. Altdeni et Hosmundus; legati etiam Avarorum missi a Caeano et Iugurro. Cumque soluto conventu in Franciam redis-
Reg. set, Widikindus in patriam reversus Saxones rebellare persuasit. Rex ea tempestate miserat Adalgisum et Geilonem
Ekk. atque Conradum, ut ducerent exercitum Francorum et Saxonum super Sorabos Sclavos, qui campos inter Albiam et Salam iacentes incolebant, eo quod fines Thuringorum ac Saxonum sibi confines praedandi causa fuissent ingressi. Qui Saxonum motum audientes ad illos diverterunt, sed incaute agentes a Saxonibus circumventi, et pene omnes interfecti
cf. Reg. ib. sunt. Duo[b] quoque ex ducibus Francorum ceciderunt Geilo et Conradus in monte qui dicitur Suntdal. Hoc audiens rex, cum Francis[c] quos sub celeritate congregare potuit, illuc perrexit, et venit usque ad locum ubi Alara confluit in
Ekk. Wisaram. Iterum omnes Saxones convenientes subdiderunt se potestati regis, et Widikindum huius sceleris auctorem proclamabant. Sed illum, quia aufugit, tradere non valentes, ex his qui ei consenserant quatuor milia quingentos tradi-
Reg. derunt, qui omnes una die iussu regis decollati sunt; et rex in Franciam reversus est. Widikindus[d] autem fugit ad partes
Ekk. Nortmannie. Et celebravit natale Domini in Theodonis villa, et pascha similiter. Constantinopoli quidam lapideam arcam invenit, et in ea virum iacentem cum hac scriptura: *Christus nascetur ex Maria virgine, et credo in eum. Sub Constantino et Hirene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.*

Ekk. A. d. i. 783. Cum ad expeditionem Saxonicam se rex praeparasset, antequam exercitum moveret, Hildegardis
ib. p. 163. regina obiit 2. Kal. Maii, quod evenit tunc in vigilia ascensionis Domini. Haec erat de gente Suavorum praecipuae nobilitatis femina, de qua rex tres filios, Karolum, Pippinum, Lodowicum, totidemque filias, Rothrudem, Bertham et
Reg. Gislam, genuerat. Igitur rex Saxoniam ingressus est, eo quod Saxones iterum rebellassent, et cum paucis Francis ad Thietmalli venit; ibi Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter. Tunc rex cum Francis super eos irruit, et magnam stragem ex eis fecit, ita ut perpauci fuga laberentur. Post peractam pugnam pervenit rex ad Patherbrunna, ubi coadunato exercitu denuo super Saxones irruit, qui se sociaverant super fluvium cuius vocabulum est Asa. Ibi iterum pugna
Ekk. p. 161. inita, non minor numerus Saxonum cecidit, quam in superiori praelio ceciderat. Plures[e] tamen eo bello ex nobilibus
Reg. tam Francorum quam Saxonum et functi summis honoribus viri consumpti sunt. Tunc rex Wizaram transiit, et ad Albiam usque pervenit, et post haec reversus est in Franciam, et cum Wormatiam pervenisset, sociavit sibi in matri-
Ekk. p. 163. monium Fastradam reginam, quae de orientalium Francorum, scilicet Germanorum, gente erat, de qua genuit duas filias,
ib. p. 167. Theodoradam et Hiltrudam. Erat[e] autem filia Ratolfi comitis orientalis Francie. Eodem anno obiit Berta regina, mater
Reg. Ekk. p. 163. eius, quae in magno aput eum honore consenuerat. Colebat enim eam magna reverentia, ut nulla umquam invicem sit exorta discordia, nisi in causa repudii filiae regis Desiderii, quam illa suadente acceperat. Decessit tandem post mortem Hildigardae, cum iam tres nepotes suos totidemque neptes in domo filii vidisset. Quam rex in eadem basi-
Reg. lica, in qua et pater situs est, aput Sanctum Dionisium magno honore fecit humari. Et[f] celebravit rex natale Domini in Heristellio, et pascha similiter.

'fol. 11. A. d. i. 784. Karolus ingressus est Saxoniam, eo quod iterum rebellassent et cum eis aliqua pars Fresonum, et pervenit usque Huculvi circueundo et vastando omnia. Erat autem nimia aquarum inundatio. Ipse igitur per Thuringiam ab orientali parte intravit super Ostfalaos, porro filium Karolum dimisit cum valida manu contra Westfalaos.

a) Eo 2. b) Duo — Suntdal *add.* 2. *in marg.* c) *ita* 2. Saxonibus 1. d) W. — Nortmannie *add.* 2. *in marg.*
e) Plures — sunt *et* Erat — Francie *add.* 2. *in marg.* f) Et — similiter *add.* 2.

1) Praeter Ann. Quedl. et Thietmari (IV, 45) locos hoc antiquissimum huius rei est testimonium; cui tamen Vita S. Liudgeri repugnat. 2) *Liafburga* legendum esse, Vita S. Liudgeri cap. 5. ostendit. P.

Ipse per Thuringiam venit usque ad flumen Albiae, et inde ad Tagnofort, deinde ad Scainingge; ex quo loco reversus est in Franciam. Westfalai vero congregaverunt se iuxta Lippam, quibus occurrit filius regis in pago qui dicitur Dragini, et inierunt pugnam. Quibus viriliter superatis, reversus est ad regem Wormatiam. Rex consultis fidelibus suis, iterato hiemis tempore Saxoniam intravit, et celebravit natale Domini iuxta Kidrioburh Wizzagawi villa super fluvium Ambrae in loco qui dicitur Liuhidi. Reg.

A. d. i. 785. Rex usque Adrine pervenit super fluvium Wizaram, ubi confluit Wachna, et propter nimiam inundationem aquarum inde reversus est Heresburch, ubi uxorem suam Fastradam cum filiis et filiabus venire iussit, et ibi tota hyeme resedit; ibi etiam pascha celebravit, et multis vicibus scaras super Saxones misit, et eorum castra depraedatus est. Mense Maio synodum ad Patherbrunno tenuit, et inde pergens, nullo contradicente, totam Saxoniam circuivit. Venit autem in Bardengawi, et inde misit post Widikindum et Albionem, eosque ad se fecit venire; quos sacramento firmavit, ut in Franciam ad eum venirent. Qui acceptis obsidibus ad Attiniacum ad regem venerunt, ducente Amalwino, et baptizati sunt, quievitque Saxonicae perfidiae cervicositas per aliquot annos. Et in eadem villa celebravit rex natale Domini, et pascha similiter. Ekk. Reg.

A. d. i. 786. Audiens rex, Anglos et Saxones Britanniam invasisse, misit cum exercitu Audolfum praepositum mensae regiae; ubi multa castella ceperunt Franci, et eorum primates repraesentaverunt regi Wormatiae in publico conventu. Tunc rex videns se ex omni parte pacem habere, Romam perrexit orationis causa, et ut ibi cum legatis Constantinopolitani imperatoris colloquium haberet. Volebat[a] preterea partem Italie que est circa Beneventum sue potestati subicere, cuius maiorem partem, capto Desiderio, iam subdiderat. Et eodem anno multa prodigia visa sunt. Signum enim crucis in vestimentis hominum apparuit. Sanguis quoque e celo terraque profluxit, et eclipsis solis facta est 15. Kal. Oct. hora quasi secunda. Et celebravit natale Domini in Florentia Tusciae civitate. Lullus secundus archiepiscopus Mogontiacensis obiit. Sedit annos 22. Cui Ricolfus successit. Ekk. Reg. Lamb. A. Quedl. Reg. A. Quedl.

A. d. i. 787. Karolus Romam venit, et a pontifice Adriano honorifice susceptus est; ubi per aliquot dies moratus est. Quod cum audisset Herigisus dux Beneventanorum, timore perterritus, misit Romaldum filium suum cum magnis muneribus ad regem, postulans pacem, et promittens se omnem voluntatem regis facturum. Sed his suasionibus minime apostolicus credidit, et hortatus est regem, ut Beneventi fines intraret, quod et fecit; et cum Capuam venisset, Herigisus reliquit Beneventum, et in Salernam secessit, ibique se munivit. Exinde misit filium suum Grimaldum — nam Romaldum rex secum retinebat — cum magnis muneribus, offerens obsides et promittens omnem fidelitatem, tantum ut ab impugnatione cessaret. Tunc rex cum consulto *fidelium et sacerdotum, ne penitus episcopia et monasteria devastarentur, elegit 12 obsides et 13[um] filium supradicti ducis Grimaldum, et accepit munera, et iuraverunt ei omnes Beneventani, et reversus est Romam, ibique celebravit pascha cum praesule sedis apostolicae. Venerunt etiam in[b] eodem loco legati Tassilonis ducis Bawariae Arnus episcopus et Hunricus abbas, rogantes papam, ut pacem faceret litemque terminaret inter regem et Tassilonem. Quod cum ille obnixe faceret, ait rex, hoc se per multa tempora quaesisse, sed obtinere minime potuisse, ne tamen esse inobediens videretur monitis apostolicis, asseruit, se in eius praesentia cum eisdem legatis pacem velle firmare. Illis renuentibus atque dicentibus, non se audere pro seniore suo[c] definitivam proferre sententiam, neque se ad hoc destinatos esse, videns apostolicus ficta mendacia et[d] instabilitatem ducis, iratus anathematisavit Tassilonem et omnes illi faventes, nisi fidelitatem, quam regi Pippino et filio eius Karolo promiserat, per omnia observaret, contestans per eosdem legatos et monens eundem Tassilonem, ne per eius obdurationem et perfidiam christianorum sanguis funderetur et terra devastaretur. Quodsi ipse obedire nollet, rex Karolus et exercitus eius absoluti essent a Deo et sancto Petro, ut quicquid in ducatu eius perpetratum esset in incendiis et homicidiis vel qualicumque malitia, totum hoc in Tassilonem et socios eius convertatur, et rex et Franci persistant innoxii. His verbis absolutis legatis Tassilonis, rex oratione ad limina apostolorum completa et benedictione ipsius percepta, in Franciam gressum dirigit, et Wormatiae Fastradam reginam cum filiis et filiabus suis expectantem invenit. Ibi habito generali conventu vel[e] synodo, manifestavit sacerdotibus et optimatibus regni causas itineris sui et quomodo versutia Tassilonis ducis coram apostolico esset deprehensa. Misit itaque ex consulto fidelium suorum legatos ad eundem Tassilonem, monens, ut apostolicis adhortationibus obtemperaret. Qui cum nollet obedire, rex in partes Bawariae exercitum movit, et venit in[f] loco qui dicitur Lechfeld super civitatem Augustam, et venerunt orientales Franci, Thuringi quoque et Saxones super Danubium fluvium. Porro Pippinus rex de Italia cum exercitu venit Trientum. Tunc perspiciens Tassilo, se ex omni parte esse circumdatum, videns etiam quod Bawarii magis essent fideles Karolo quam sibi, undique[g] coartatus, supplex venit ad eum, tradens se manibus eius ad servicium, reddensque ducatum a Pippino rege sibi commissum, veniam de ante gestis sibi donari rogavit; et denuo renovans sacramenta, dedit duodecim obsides electos et filium suum Theodonem. Quibus rex acceptis, reversus est in Franciam, et celebravit natale Domini in Inglenheim, et pascha similiter. Eclipsis solis facta est 15. Kal. Octobris. Ekk. Reg. Ekk. Reg. A. Fuld.

A. d. i. 788. Rex congregavit synodum in eadem villa, et Tassilo dux, sicut et ceteri primates regni, adfuit, ubi a Bawariis accusatus est, quod post datos obsides fidem non servaverit, sed suadente uxore sua Liutburga, Desiderii regis filia, Avares in dissipationem regni vocaverit. Obiecta vero Tassilo denegare non potuit, et ad ultimum confessus est dixisse, si decem filios haberet, omnes malle amittere, quam ita manere sicut iuraverat; misisse[h] quoque ad Avares, et in vitam fidelium regis consiliatus fuisse. Ex his et aliis multis diiudicatus est ad mortem. Et cum omnes in eum capitalem sententiam proclamarent, rex misericordia motus, eo quod consanguineus eius esset, obtinuit ab ipsis Dei et suis fidelibus ne moreretur. Interrogatus ergo a rege quid agere vellet, terrae prostratus, licentiam monasterium intrandi expetiit; similiter et Thiodo, filius eius, fecit. Igitur attonsi sunt et in monasterium missi. Pauci[i] Bawarii qui cum Tassilone senserant in exilium sunt missi. Eodem anno commissum est bellum inter Grecos et Langohardos, ducibus Hildebrando Spolitano et Grimaldo Beneventano et Winegiso a rege directo cum Francis, et fugati sunt Greci, viceruntque Franci et Langobardi. Per idem tempus pugna commissa est inter Avares et Francos qui in Italia habitabant, et victoriam obtinuerunt Franci. Tertia pugna gesta est inter Avares et Bawarios in campo Ibore, et fuerunt ibi legati regis Grahamannus et Odacer cum aliquibus Francis, et Deo auxiliante victoria fuit a parte Bawariorum. Haec autem supradictus Tassilo et uxor eius Liutburgis terminaverant. Quarta fuit pugna contra Avares, qui voluerunt vindicare eos qui in praelio superius dicto ceciderunt; sed Deo adiuvante victoria christianis cessit. Post Karolus Ratisponam venit, ibique marcas et fines Bawariorum disposuit, indeque reversus est in Franciam, et celebravit natale Domini in Aquis palatio, et pascha similiter. Aput Constantinopolim iustantia Tharasii patriarchae et Adriani papae in Nicea universalis synodus trecentorum quinquaginta episcoporum congregatur, in qua fides catholica in praesentia Hirenes et filii eius Constantini cunctorum subscriptione roboratur et heresis execrantium imagines Dei in perpetuum anathematizatur. Reg. Ekk. Reg. fol. 12. Reg. Ekk. Reg. Ekk.

a) Volebat — secunda *add.* 2. *in marg.* b) in c. l. *add.* 2. c) *add.* 2. d) et i. d. *add.* 2. e) v. s. *add.* 2. *ex Regin.* f) in loco *erasa sunt.* g) u. c. *add.* 2. h) misisse — fuisse *add.* 2. *in marg.* i) pauci — sunt missi *add.* 2. *in margine.*

Reg. A. d. i. 789. Rex Renum Coloniae transiit, et Saxoniam ingressus, ad Albiam fluvium venit, ibique duos pontes construxit, et ex utraque parte pontis castella fecit ex lignis et terra, et inde progressus, Slavorum fines intravit, et Slavos qui vocantur Wilzi suo dominio subiugavit. Fuerunt cum eo in hac expeditione Franci et Saxones. Fresones vero per Habolam fluvium navigio venerunt. Fuerunt etiam cum eo Slavi Surbi et Abodriti, quorum princeps vocabatur Witzan. Itaque obsidibus acceptis, reversus est in Franciam, et celebravit natale Domini in Wormatia, et pascha simi-
Ekk. liter. Hirene imperatrix, soluta pace nuptialis foederis cum Francis, misit et adduxit puellam de Armenia nomine Mariam, et coniunxit eam filio suo Constantino imperatori, invito tamen propter affectum, quo erga filiam Karoli flagrabat, quam antea despousaverat.

*fol. 12'. A. d. i. 790. Nullam expeditionem rex fecit, sed sedens in civitate *Wormatia, legatos Hunorum audivit suosque ad
Adam I, 9. eorum principes misit. Sanctus Willehadus, primus Bremensis episcopus, migravit ad Dominum; qui missus a Karolo rege in Saxoniam, primus omnium doctorum maritimas et boreales eius provinciae partes ac Transalbianos populos ad
Vit. Will. c. 9. christianam fidem provocavit. Hic a aput Bremam domum Dei mire pulcritudinis construxit, ubi et sedem constituit episcopalem, ac dedicavit eam Kal. Nov. in honore Domini sub patrociniis sancti Petri apostoli. Sexto Idus Novembris die dominico post solis ortum in Christo requievit; mansit autem in episcopatu annis 9, mensibus tribus, diebus 26. Nam predicavit in eadem parrochia ante episcopatum presbiter annis 7. Requieseit Bremis, sepultus in ecclesia quam con-
Reg. struxit. Rex celebravit natale Domini in Wormatia, et pascha similiter.

A. d. i. 791. Karolus ad partes Bawariae perrexit, et Ratisponam pervenit, ubi et exercitum suum convenire iussit, ibique cum consilio optimatum regni disposuit ire in Avarorum regnum propter malitiam intolerabilem, quam in Galliarum populos gesserunt et ecclesiam Dei. Venit ergo cum exercitu usque ad Anisam fluvium, ubi triduanum ieiunium cum letaniis fecerunt, postulantes adiutorium Dei pro salute exercitus et vindicta inimicorum. Rex itaque litora Danubii de australi parte tenuit, Saxones autem cum quibusdam Francis et plurima multitudine Fresonum de aquilonali; et ita procedentes, pervenerunt ubi iam dicti Avari habebant munitiones paratas, de australi parte ad Cuverbereb, de aquilonari vero ripa in loco qui dicitur Camp; sic enim nominatur ille fluvius qui ibi influit in Danubium. Itaque Avari cum ex utraque ripa vidissent exercitum et classem per medium fluvium venientem, tantus timor Deo faciente illos invasit, ut dimissis praesidiis munitionum, fugae latibula quaererent; et sic Christo duce uterque exercitus absque laesione Pannoniam introivit. Pervenit autem rex usque ad fluvium qui dicitur Raba, omnia incendiis, caedibus rapinisque
Ekkeh. p. 162. devastans. Terra Hunorum, qui et Avares dicuntur, ut antiquorum temporum relatores testantur, novem circulis, quos Teutonici haga vocant, cingebatur, qui singuli ita stipitibus quernis seu faginis vel abiegnis erant exstructi, ut de margine ad marginem 20 pedum spatio tenderentur in latum et totidem subrigerentur in altum, cavitas autem universa aut durissimis lapidibus aut creta tenacissima repleretur, superficies vero vallorum integerrimis cespitibus tegeretur. Inter quorum confinia plantabantur arbusculae, quae abscisae atque proiectae, ut cernere solemus, comas caudium foliorumque proferunt. De primo usque secundum 20 miliaria Teutonica protendebantur, sicque ad tertium, et ita usque ad nonum, quamvis iidem circuli *alius alio multo contractiores fuissent. Inter hos aggeres ita vici villaeque erant locatae, ut de aliis ad alias hominis vox posset audiri. Contra eadem vero aedificia inter inexpugnabiles muros portae non satis erant latae constitutae, per quas latrocinandi gratia non solum exteriores, sed etiam interiores, solebant exire. De circulo quoque ad circulum sic erant possessiones et habitacula undiqueversum ordinata, ut clangor tubarum inter singula cuiusquo posset rei significantius audiri. Ad has munitiones per ducentos et eo amplius annos omnium occidentalium divitias congregantes, cum et Gothi et Wandali quietem hominum turbarent, orbem occidnum pene vacuum reliquerant.
Reg. A. Fuld. Ekk. Rex autem reversus Ratisbonam, celebravit ibi natale Domini, et pascha similiter. Palatium Wormatiense incendio consumptum est. Sanctus[b] Burchardus primus Wirceburgensis episcopus obiit. Sedit annos 40.

fol. 13. A. d. i. 792. Heresis cuiusdam Felicis episcopi dampnata est, qui Christum secundum hoc quod homo est adoptivum Dei filium dicebat. Quem Felicem Engelbertus in praesentiam Adriani summi pontificis adduxit; et post confessionem heresim abdicavit. Karolo a nativitate Domini per totam aestatem Ratisponae commorante, quibusdam Francis agentibus conspiravit contra eum Pippinus, filius eius ex concubina, itemque alii, propter Fastradam reginam, cuius crudelitatem se ferre non posse Franci dicebant. Quae conspiratio cum per Fardulfum Langobardum detecta fuisset, ipse ob meritum fidei servatae monasterio sancti Dionisii donatur. Pippinus autem attonsus in monasterium mittitur, auctores vero coniurationis partim gladio caesi, partim patibulo suffixi sunt. Rege autem propter bellum contra Hunos susceptum in Regenesburch commorante, persuasum est ei a quibusdam, posse percommode a Danubio in Rheuum navigari, si inter Radantiam et Alemonam fluvios eiusmodi fossa duceretur, quae esset navium capax, quia horum fluviorum alter Danubio, alter Rheno misceretur. Confestim rex ad locum huic operi aptum cum omni comitatu suo venit, ac magna multitudine hominum congregata, totum tempus autumni in eo consumpsit. Ducta est itaque fossa inter praedictos fluvios duum milium passuum longitudine, trecentorum passuum latitudine, sed frustra; nam propter iuges pluvias et terram, quae palustris est naturaliter, opus quod fiebat stare non potuit, sed quantum terrae a fossoribus interdiu egestum, tantum
Reg. noctibus humo iterum relabente subsidebat. Eodem anno nulla expeditio facta est, sed tantum pons super naves ad flumina transeunda compactus est, anchoris et funibus ita cohaerens, ut iungi et dissolvi possit. Et celebravit rex natale Domini Ratisponae.

A. d. i. 793. Karolus a Ratispona proficiscens, ad fossatum magnum inter Alemonam et Radinzam fluvios venit, ubi summi pontificis legati cum magnis muneribus in praesentiam eius venerunt. Ibi etiam nuntiatum est ei, Saxones iterum more solito fidem et promissa violasse. Inde navigio per Radinzam Mogonum fluvium ingressus, natale Domini
Ekk. A. Hild. celebravit in Wirceburg apud Sanctum Kilianum. Eodem anno misit filios suos Pippinum et Lodowicum in Beneventum cum exercitu; fuitque fames valida, ita ut nec in quadragesima a carnibus abstineretur. His temporibus Alcwinus rethor Britannicus, diaconus et abbas monasterii sancti Martini, sanctitate et doctrina clarus habetur.

Reg. A. d. i. 794. Rex celebravit pascha in Franconevord, ubi congregavit synodum magnam episcoporum Gallorum, Germanorum, Italorum; ubi fuerunt legati apostolici Theophilus et Stephanus episcopi. Ibi tertio condempnata est he-
Ekk. resis Feliciana, et liber contra eam communi episcoporum auctoritate compositus est, in quo omnes subscripserunt. Synodus etiam, quae ante paucos annos in Constantinopoli congregata sub Hirene et Constantino septima et uniuersalis appellata est ab eis, ut nec universalis nec septima nec aliquid diceretur, quasi supervacua abiudicata est. Mortua est
ib. p. 163. ibi Fastrada regina, et Mogontiae apud Sanctum Albanum sepulta est. Habuit[c] ex ea duas filias Theodcratam et Hiltrudam. Post hanc Liutgardam Alamannam duxit uxorem, de qua liberos non habuit. Erat ei unica soror nomine Gisla, quam ut matrem magna coluit pietate. Erat enim a puellaribus annis religiose conversationi mancipata, quae paucis
*fol. 13. ante ipsius obitum annis in monasterio, quo conversata fuerat, decessit. Rex diviso in *duas partes exercitu, Saxoniam
Reg. ingressus est; ipse per Thuringiam; Karolus vero, filius eius, Coloniae Rhenum transiit. Tunc Saxones congregantes se

a) Hic — quam construxit *add.* 2. *in marg.; desunt* 3. b) Sanctus — annos XL *add.* 2. c) Habuit — decessit *add.* 2.

in loco qui dicitur Finisfelt, praeparaverunt se ad pugnam. Cum vero audissent, se ex duabus partibus esse circumdatos, dissipavit Deus consilia eorum, et quamvis fraudulenter, christianos se esse et fideles regi promiserunt. Rex Patherbrunensi ecclesie, quam edificaverat, Hathumarum primum episcopum constituit. Et reversus in Franciam, celebravit natale Domini in Aquis palatio, et pascha similiter. Reg.

A. d. i. 795. Saxones[a] fidem Christi relinquentes, item rebellant. Rex venit Mogontiam. Ibi conventum generalem habuit in villa quae dicitur Cufstein, in suburbio eiusdem civitatis. Audiens vero, quod Saxones promissionem, quam de observanda christianitate et[b] fidelitate regis fecerant, irritam haberent, hostiliter Saxoniam intravit, et usque ad fluvium Albiam pervenit in loco qui dicitur Hliuni, in quo iisdem diebus Witzan Abodritorum rex a Saxonibus occisus fuerat. Ibi venerunt ad eum legati Thudun, qui in gente et regno Avarorum magnam potestatem habebat, quod cum terra et populo suo regi se dare vellet affirmantes, et eius ordinatione christianam fidem suscipere. Rex itaque, afflictis magna ex parte Saxonibus eorumque terra vastata, acceptis tercia[c] parte virorum obsidibus, in Franciam rediit, et celebravit natale Domini Aquis, et pascha similiter. Reg. A. Hild. Reg.

A. d. i. 796. Adrianus papa obiit 7. Kal. Ianuarii[d], et Leo mox in pontificatu successit. Sedit annis 20, menses 5, dies 16, statimque misit ad regem Karolum legatos cum muneribus, cui et claves confessionis sancti Petri et vexillum Romanae urbis direxit, et ut aliquem de optimatibus suis ad confirmandum sibi per sacramentum populum Romauum mitteret, rogavit. Missus est ad hanc rem Angelbertus abbas monasterii sancti Richarii. Henricus dux Foroiulanorum, missis hominibus suis cum Wonomiro Sclavo in Pannoniam, Iringum Avarorum principem, longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter se principibus, improviso[e] exspoliavit. Caganus[f] et Iugurro intestina clade interempti sunt. Tesaurum priscorum regum multa seculorum prolixitate collectum idem dux Karolo ad Aquis palatium misit. Quo accepto, peracta largitori omnium bonorum gratiarum actione, magnam eius partem Romam ad limina apostolorum misit per eundem Angelbertum abbatem. Porro reliquam partem optimatibus clericis sive laicis ceterisque fidelibus suis largitus est. Per idem tempus Thudun secundum promissionem suam cum magna parte Avarorum ad regem venit, et se cum populo suo et patria regi tradidit, et ipse et populus eius baptizatus est; et muneribus susceptis redierunt ad sua. Eodem tempore rex cum exercitu Saxoniam intravit, et Pippinus rex Pannoniam hostiliter invasit. Venitque legatio Pippini ad patrem in Saxoniam, referens, Avaros post interfectionem priorum ducum regem sibi constituisse nomine Kaiam, et quod Pippinus contra eum certare disponeret. Rex peragrata Saxonia, in Franciam se recepit, et in Aquis palatio filium suum Pippinum, fugatis ultra fluvium Tizara Hunis, e Pannonia redeuntem et partem tesauri quae remanserat adducentem, lactus aspexit. Et celebravit in eodem loco natale Domini, et pascha similiter. Sic[g] igitur octavo quam coeptum est anno bellum Hunorum est consummatum. Quantum sanguinis in eo fusum sit, testatur Pannonia pene habitatore vacua, et locus in quo regia Cagani erat ita desertus, ut nec vestigium in eo humane habitationis appareat. Tota hoc bello Hunorum nobilitas et gloria decidit, nec ullo bello Franci magis ditati sunt, quippe cum prius pene pauperes viderentur. H. pontt. Ekk. Reg. Ekk. Ekk. Reg. Ekk. p. 162.

A. d. i. 797. Barcilona civitas Hispaniae, quae iam pridem a Francis desciverat, per Thatun praefectum ipsius Francis est reddita. Nam ipse ad palatium veniens, civitatem regi tradidit. Post haec expeditio facta est in Saxoniam, et usque ad oceanum trans omnes paludes et invia loca transivit exercitus. Et rex de Adulohog — hoc enim loco nomen est, ubi oceanus Saxoniam alluit — tota Saxonum gente in deditionem per obsides accepta, Aquis palatium reversus est, ubi Abdellam Sarracenum, filium Ibinmage regis, qui a fratre regno pulsus in Mauritania exulabat, ipse semet ipsum commendante suscepit. In eodem loco et legatus Nicetae, qui tunc Siciliam regebat, nomine Theophilus, venit, Constantini imperatoris epistolam portans; quem honorifice suscipiens, post aliquot dies absolvit. Ipse vero mediante Novembri mense ad hyemandum cum exercitu Saxoniam intravit, positisque castris iuxta Wisaram fluvium, locum castrorum Heristellium vocari iussit. Illuc legati gentis Avarum cum magnis muneribus venerunt. Indeque Abdellam Sarracenum cum filio suo Lodovico in Hispanias ire iussit, et filium suum Pippinum in Italiam remisit. Ipse vero ad disponendam Saxoniam totum hyemis tempus impendens, ibi natale Domini celebravit, et pascha similiter. Hoc anno Geroldus comes et Bawariae praefectus, commisso cum Avaris bello, interficitur cum[h] duobus tantum, qui cum obequitantem ac singulos cohortantem sequebantur; de quo in visione Wictini monachi legitur, quod inter martyres sit annumeratus. fol. 14. Reg. ib. 799. Ekk. Reg.

A. d. i. 798. Venit ad regem legatus Haldifonsi regis Galliciae et Asturiae, nomine[i] Frola, papilionem mirae magnitudinis portans. In ipso paschae tempore Nortliudi trans Albiam sedentes, seditione commota, legatos regios qui tunc ad iusticias faciendas apud eos conversabantur comprehenderunt, quosdam ex eis trucidantes, quosdam ad redimendum servantes. Rex collecto exercitu, de Heristelli ad locum qui Minda dicitur perrexit, et habito consilio, in desertores arma corripuit, et totam Saxoniam inter Albiam et Wisaram depopulando peragravit. Nortliudi, contra Transachonem Abodritorum ducem et Ebroinum legatum regis commisso praelio, victi sunt. Caesa sunt ex eis in eo bello 4 milia, ceteri, qui aufugerant, de pacis conditione tractare coeperunt. Rex acceptis Saxonum obsidibus, in Franciam reversus est, et Aquis perveniens, legationem Grecorum a Constantinopoli missam suscepit. Erant enim legati Michael patricius quondam Frigiae et Theophilus presbiter, epistolam Hirenae imperatricis ferentes. Nam filius eius Constantinus imperator a suis comprehensus et excaecatus est. Haec autem legatio tantum de pace fuit; quos cum dimisisset, absolvit etiam cum eis Sisinnium, fratrem Tharasii Constantinopolitani episcopi, iam dudum in Italia praelio captum. Adefon rex Galliciae et Asturiae, praedata Olisipona ultima Hispaniae civitate, loricas, mulos captivosque regi per legatos Froiam et Basiliscum hyemis tempore misit. Et celebravit rex natale Domini in eodem loco, et pascha similiter. Hoc anno sidus Martis in toto coelo non comparuit. Insulae Baleares a Mauris et Sarracenis depraedatae sunt. Constantinus imperator, filius Leonis et Hirenae, postquam caecatus est consilio matris suae, post breve tempus obiit; sicque mater de cetero per 5 annos regnavit. *Obscuratus est autem eo tempore sol per dies 17, ita ut oberrarent naves in mari, et putaretur ab omnibus, quod propter imperatoris excaecationem sol obscuratus sit. ib. Ekk. *fol. 14.

A. d. i. 799. Romanis in sua securitate gloriantibus, levatum est cor eorum secundum consuetudinem eorum; voluerunt que ea quae imperialis sunt potestatis sibi vendicare. Resistente autem Leone papa, quidam ex cognatis beatae memoriae Adriani[k] papae seditionem moventes in populo, concitaverunt eum adversus papam. Unde factum est, ut in laetania maiore, cum processurus de Lateranis ad ecclesiam sancti Laurentii quae ad Craticulam vocatur equo sedens pergeret, in insidias a Romanis positas iuxta eandem ecclesiam incidit; deiectusque equo, et erutis, ut sibi videbatur, oculis linguaque amputata, nudus ac semivivus in media platea dimissus est. Quidam dicunt, quod alium sibi tantum oculum eruerint, alii vero neutrum, sed rasoriis per medios oculos inciderent, nec tamen visum auferrent. Deinde iussu eorum, qui huius facinoris auctores erant, in monasterium sancti Erasmi martyris in custodiam est missus, noctu per murum evasit, et ad legatos regis, qui tunc apud basilicam sancti Petri erant, Wirindum scilicet abbatem et Winegi- Reg.

a) *manu 2. in marg. nescio unde.* b) et f. r. *add. 2. in marg.* c) t. p. v. *add. 2. in marg. ex A. Hild.* d) VII. Kal. Ian. *et* sedit — dies XVI *manu secunda.* e) *add. 2.* f) Cananus 1. Caganus 2. g) Sic — viderentur *add. 2.* h) cum duobus — sequebantur *add. 2. in marg. inferiori.* i) n. F. *add. 2.* k) leonis *corr.* adriani *cod.*

Ekk. sum Spolitanorum ducem veniens, Spoletum deductus est. Cuius rei nuntium dum rex accepisset, ipsum quidem ut vicarium sancti Petri cum summo honore ad se praecepit adduci, iter tamen suum, quod in Saxoniam disposuerat, non intermisit. Reg. Rex Saxoniam ingressus, apud Paderbrunna castris positis consedit, et inde diviso exercitu, Karolum filium suum Ekk. cum medietate ad Albim, propter quaedam negotia cum Wilzis et Abodritis disponenda, et ad recipiendos Saxones, qui Reg. Ekk. ex Nordliudis venerunt, in Bardengowi direxit. In eodem loco dum adventum filii expectaret, Leo pontifex ad eum venit, susceptusque ab eo honorifice, mansit aput eum dies aliquot, intimatisque regi omnibus propter quae venerat, per Reg legatos regis cum honore reductus atque in locum suum restitutus est. Rex vero, recepto cum prosperitate filio, Aquis repedavit, ubi legatus Michaelis Siciliae praefecti, nomine Daniel, ad eum venit, atque cum magno honore ab eo dimissus est. Eo anno gens Avarorum a fide quam promiserat defecit, et Heinricus dux Foroiulanorum post tot victorias Ekk. prospere gestas iuxta Tarsicam Liburniae civitatem insidiis civium oppressus est. Hi[a] duo soli, Geroldus scilicet, de quo p. 162. supra dictum est, et Heinricus, ex proceribus Francorum in hoc Hunorum bello perierunt; ceterum incruentum pene Reg. Francis fuit, et prosperrimum exitum habuit, tametsi diucius sui magnitudine traheretur. Insulae Baleares, quae a Mauris depraedatae fuerunt, postulato et accepto a Francis auxilio, a praedonum incursu defensatae sunt, signa quoque Maurorum in pugna sublata et regi praesentata sunt. Wido comes, qui marcam contra Britones tenebat, cum sociis Britanniam ingressus totamque perlustrans, in deditionem recepit, et regi de Saxonia revertenti arma ducum qui se tradiderant, inscriptis singulorum nominibus, praesentavit. Tota itaque Britannia, quod numquam antea fuit, Francis subiugata est. Eodem anno monachus quidam ex parte patriarchae Ierosolimitani multas regi reliquias attulit. Azan praefectus civitatis quae dicitur Oscaclavis regi munera misit. Et celebravit rex natale Domini in eodem palatio.

fol. 15. A. d. i. 800. Rex, absoluto praefato monacho Ierosolimitano, misit cum eo Zachariam presbiterum palatii, per quem multam pecuniam misit per loca sancta, ubi Dominus est corporaliter conversatus. Ipse vero mediante Martio de Aquis egressus, litus oceani Gallici perlustravit, et in ipso mari, quod tunc a piratis infestabatur, classem instituit, praesidia disposuit. Pascha aput Sanctum Richarium celebravit, indeque iterum per litus oceani ad Rothomagum civitatem pervenit, ubi Sequana amne transmisso, Turonis ad Sanctum Martinum orationis causa profectus est. Ibi aliquot dies moratus est Ekk p. 163 propter adversam valetudinem Liutgardae coniugis, quae ibidem defuncta et humata est. Hanc genere Alamannam post mortem Fastradae duxerat, sed liberos ex ea non habuit; post cuius mortem tres concubinas habuit, Gersuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adaldrud nata est, Reginam, quae ei Drogonem et Hugonem genuit, Adelindam quoque, Reg quae Theodericum procreavit. Obiit autem Liutgardis regina 2. Non. Iunii. Inde rex per Aurelianis ac Parisius Aquis palatium venit. In eodem anno 2. Non. Iulii contra morem et naturam aspera et gelu concreta fuit pruina, et 7. Idus Iulii similiter, sed tamen nullam incommoditatem fructibus attulit. Mense Augusto Moguntiae placitum tenuit, et inde cum exercitu Ravennam venit, ubi 7 dies moratus, Romam gressum direxit, filio suo Pippino cum exercitu in Beneventum misso. Itaque cum Romam venisset, occurrit ei pridie Leo papa et senatus Romanorum aput Nomentum 12° ab Urbe lapide, et cum summa humilitate summoque honore suscepit, prandens cum eo in eodem loco. Igitur statim eum ad Urbem praecessit, et in crastinum in gradibus basilicae beati Petri apostoli stans, missis obviam Romanae urbis vexillis cum crucibus atque reliquiis, ordinatis etiam atque dispositis per congrua loca tam peregrinorum quam civium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipse cum clero et episcopis ante gradus ecclesiae humiliter eum suscepit, dataque benedictione, in basilicam sancti Petri apostoli cunctis psallentibus introduxit. Haec facta sunt 8. Kal. Decembris. Post 7 dies rex concione vocata, cur venisset patenter indicavit, et quotidie ad ea quae venerat facienda operam dedit; inter Ekk. quae, quod maximum et difficillimum erat, de discutiendis criminibus, quae summo pontifici obiecta erant. Ut enim se Reg. quasi absolutiores redderent eius calumniatores, mortiferum ei crimen imposuerunt. Causa itaque ventilata, cum nullus probator aut testis legitimus appareret, qui locum controversiae subire praesumeret, pontifex coram omni populo in domo sancti Petri apostoli euangelium portans ambonem ascendit, invocatoque sanctae Trinitatis nomine, iureiurando ab obiectis se criminibus expurgavit. Eadem die praedictus Zacharias presbiter cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de Bethleem, Romam venit, quos episcopus Ierosolimorum ad regem direxit; qui benedictionis causa claves sepulcri Domini ac loci calvariae, claves etiam civitatis cum vexillo detulerunt; quos rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, et mense Aprili remuneratos absolvit. Et celebravit rex natale Domini Romae.

fol. 15'. A. d. i. 801. Karolus Magnus, Pippini filius, anno regni sui 33°, eum ipso die natalis Domini ante confessionem Ekk. Reg. sancti Petri ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto populo Romano ter acclamatum est: *Karolo augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria!* Et post laudes more Ekk. antiquorum principum adoratus est, et ablato patricii nomine, imperator et augustus appellatus est. Sicque Romanum imperium, quod a temporibus Constantini Magni, Helenae filii, aput Constantinopolim in Grecorum imperatoribus mansit, ex hoc iam ad reges immo imperatores Francorum per Karolum transiit. Suscepit autem imperator unctus[b] a Leone papa Reg. anno ab Urbe condita 1552°, ab Augusto autem loco 67°, imperavitque annis 14. Post paucos autem dies iussit eos, qui pontificem anno superiori deposuerant, exhiberi; et habita de eis quaestione secundum legem Romanam, ut maiestatis rei capitali sententia dampnati sunt; pro quibus tamen papa pio affectu aput imperatorem intercessit. Nam vita et membrorum integritas eis concessa est, ceterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Huius factionis fuere Pascalis numenculator et Campulus saccellarius et multi alii nobiles Romani, qui omnes eadem sententia dampnati sunt. Quidam Ekk. dicunt, quod de maioribus eorum uno die in Lateranensi campo trecenti decollati sunt. Innocentiam Leonis papae ita Dominus approbavit, ut clariores oculos ei postea donaverit; sed in signum virtutis pulcherrima cicatrix in modum Reg. tenuissimi fili turturinas acies niveo candore decoravit. Ordinatis Romanae urbis et Italiae tam publicis quam ecclesiasticis et privatis negotiis, missaque iterum super Beneventanos cum Pippino filio hostili expeditione, ipse post pascha 4. Kal. Maii a Roma venit Spoletum; et 2. Kal. Maii hora noctis secunda terrae motus ingens factus est, quo Italia graviter concussa est, et tectum basilicae beati Pauli apostoli magna ex parte cum suis trabibus corruit. Eodem anno loca quaedam circa Rhenum et in Gallia et Germania terrae motu tremuerunt, et pestilentia propter mollitiem hiberni temporis facta est. Imperator a Spoleto Ravennam veniens, post aliquot dies Papiam[c] perrexit, ubi nuntiatum est ei, legatos Aaron[d] Amirmunmilin regis Persarum portum Pisae intrasse; quibus obviam mittens, intra Vercellis et Eboreiam eos sibi fecit praesentari. Erat unus ex eis Persa, legatus regis Persarum, alter Sarracenus de Africa, legatus[e] admirati Habraham, qui in confinio Africae in Fossato praesidebat; qui Isaac Iudeum, quem imperator ante quadriennium ad regem Persarum cum Lantfrido et Sigimundo miserat, venisse nuntiaverunt. Nam Lantfridus et Sigimundus in itinere defuncti sunt. Misit itaque rex Erkenbaldum notarium in Liguriam ad naves parandas, ubi elephans et ea quae deferebantur subveherentur. Ipse vero celebrato die nativitatis sancti Iohannis baptistae aput Eboreiam, Alpes transgressus, in Galliam rever-

a) Hi — traheretur *add.* 2. *in marg.* b) u. a. L. p. *postea addita.* c) Ravennam *corr.* Papiam *cod.* d) *add.* 2. e) legatus — dampnati sunt *postea scripsit in loco raso.*

sus est. Ipsa aestate capta est Barcilona civitas Hispaniae, iam tunc minus plus biennio obsessa. Zatun praefectus eius et alii quam plures Sarraceni capti sunt. Et in Italia Teate civitas similiter capta est et flammis exusta, eiusque praefectus Rothelinus[a] comprehensus est; castella, quae ad illam civitatem aspiciebant, in deditionem recepta sunt. Zatun et Rothelinus[a] exilio dampnati sunt. Mense Octobri Isaac Iudeus de Africa cum elephante regressus, Portum Veneris intravit, et quia propter nives Alpes transire non potuit, Vercellis hyemavit. Imperator Aquis natale Domini celebravit. Paulinus patriarcha Foroiuliensis obiit. Reg. A. Hild.

A. d. i. 802. Hirene imperatrix de Constantinopoli misit legatum, nomine Leonem, ad imperatorem de pace confirmanda inter Francos et Grecos, et imperator Constantinopolim misit Iesse episcopum Ambianensem et Helingaudum comitem pro eadem causa, et ut postularent Hirenem imperatricem, ut illi iungeretur in coniugio. Quae in hoc consensisset, si non eius patricius inhibuisset, praevalens et imperium ad fratrem suum Nicephorum transferre satagens. Nam cum adhuc in urbe essent legati Karoli, Nicephorus imperium invasit, et Hirenen in monasterium, quod ipsa construxit in insula quadam, relegavit. Rex pascha celebravit in eodem palatio. Eodem anno 13. Kal. Augusti venit Isaac cum elephante et ceteris muneribus a rege Persarum missis in praesentiam imperatoris. Nomen[b] elephanti Ambulath erat. Ortona civitas in Italia in deditionem recepta est. Luceria quoque frequenti obsidione fatigata, et ipsa in deditionem venit, praesidiumque Francorum in ea positum est. Imperator aestatis tempore in Arduenna venationibus operam dedit, et misso in Saxoniam exercitu, Transalbianos Saxones vastavit. Grimaldus dux Beneventanorum in Luceria Winegisum comitem Spoleti, qui praesidio praeerat, adversa valetudine fatigatum obsedit et in deditionem accepit, captumque cum magno honore tenuit. Imperator Aquis natale Domini celebravit. Eodem anno Baugolfus abbas Fuldensis coenobii, relicta quam habuit potestate, Ratgarium successorem accepit. fol. 16. Reg. Ekk. Reg. A. Fuld.

A. d. i. 803. Terrae motus Aquis palatio factus est, et mortalitas subsecuta est. Winegisus comes Spoleti a Grimaldo redditur. Legati imperatoris a Constantinopoli sunt regressi, et venerunt cum eis legati Nicephori imperatoris, qui tunc rem publicam regebat, quorum haec sunt nomina: Michahel episcopus, Petrus abbas, Calixtus et Candidatus; qui venerunt ad imperatorem in Germania super fluvium Sala in loco qui dicitur Salz, et pactum faciendae pacis in Christo susceperunt. Inde dimissi, cum epistola imperatoris Romam venerunt, indeque Constantinopolim sunt reversi. Reg.

In eodem palatio inperator Karolus sancto Hildegrimo Halberstadensi primo episcopo suam parrochiam certis undique circumscripsit terminis suoque augustali inperio et inprevaricabili privilegio firmavit, anno inperii sui 3°, ordinationis autem Hildegrimi episcopi 23°, indictione 12ª, Idus Mai. Hi sunt autem termini: fluvius Albia, Sala, Unstrada, fossa iuxta Grone, altitudo silvae quae vocatur Hart, Ovacra, Dasanek, Druchterbike, Elera, Isunna, palus quae dividit Hardengaos et Witingaos, Ara, Milda, Precekina et iterum Albia[2]. cf. A. Quedl. a. 781. (et Chr. Halb.) Eodem quoque tempore[c] in eodem loco et in eodem palatio inperator omnes Saxones antiqua libertate donavit, eosque pro conservanda fide catholica ab omni solvit tributo, excepto quod omnes eos, divites scilicet ac pauperes, tocius sue agriculture ac nutriture decimas Christo ac sacerdotibus eius fideliter reddere iussit. A. Quedl.

His dispositis, Bawariam profectus, ac Pannoniorum causis compositis, Aquis reversus est; et ibi natale Domini celebravit. Reg.

A. d. i. 804. Imperator Aquis hyemavit. Aestate vero in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnes qui trans Albiam in *Wicmodi habitabant Saxones cum mulieribus et infantibus transtulit in Franciam, et pagos Transalbianos Abodritis dedit. *fol. 16. Illo tempore imperator Hammanburh civitatem Nordalbingorum, exstructa ibidem ecclesia, Heridago cuidam sancto viro, quem loci episcopum designavit, ad regendum commendasse fertur. In qua re ad perfectum ducenda et mors Heridagi presbiteri et occupatio regni Karolum imperatorem, ne desiderata compleret, impedivit; nam eandem ecclesiam disponebat cunctis Sclavorum Danorumque gentibus metropolim statuere. Adam I, 12. Eodem tempore Godefridus rex Danorum venit cum classe sua et omni equitatu regni sui ad locum qui dicitur Slieswic in confinio regni sui et Saxoniae, promisitque se ad colloquium imperatoris venturum, sed consilio suorum territus, propius non accessit, sed quicquid voluit per legatos mandavit. Nam imperator super Albiam sedebat in loco qui Holdunsteti dicitur, et missa ad Godefridum legatione pro captivis retentis, mediante Septembri Coloniam venit. Deinde Arduennam ingressus, venationum iocis exercitatus, Aquis reversus est. Mediante Novembri nuntiatum est ei, Leonem papam cum eo natale Domini velle celebrare, ubicumque sibi placuisset; quod et gratanter suscepit. Et statim mittens filium Karolum ad Sanctum Mauritium, cum honorifice suscipere praecepit. Ipse vero in Remorum civitatem obviam illi profectus est, ibique susceptum ad Carisiacum usque perduxit, et cum eo ibi natale Domini celebravit. Deinde hunc Aquis perduxit, et honoratum magnis muneribus, per Bawariam ire volentem, a suis deduci fecit usque Ravennam. Causa autem adventus eius haec fuit: Nuntiatum est imperatori, Iesu Christi domini nostri sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum, et imperator ad papam direxit, rogans ut veritatem rei perquireret; qui accepta occasione Roma exeundi, primo in Langobardiam quasi pro inquisitione praedicta profectus est, deinde arrepto itinere subito ad imperatorem usque pervenit, mansitque cum illo dies 8, et sicut dictum est, Romam repedavit. Hathumarus episcopus Patherbrunnensis obiit; cui Baduradus successit. Alcwinus abbas monasterii sancti Martini obiit 14. Kal. Mai. Reg. A. Hild.

A. d. i. 805. Caganus princeps Avarorum imperatorem adiit, postulans sibi dari locum ad inhabitandum inter Sabariam et Carantanum, quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus manere non poterat; quem imperator benigne suscepit, eiusque precibus favit. Eodem tempore misit exercitum cum filio suo Karolo super Sclavos qui dicuntur Boemii; qui omnem terram eorum depopulantes, ducem eorum, qui appellabatur Lecho, occiderunt. Imperator Theodonis villam venit, indeque ad Romarici montem profectus, venationibus exercitatus est. Inde Theodonis villam reversus, natale Domini celebravit. Reg.

A. d. i. 806. Venerunt Beatus et Willarius duces Venetiae, necnon Paulus dux Iaderae atque Donatus civitatis eiusdem episcopus, legati Dalmatiae, in praesentiam imperatoris cum magnis donis, et ordinatis tam Venetiis quam Dalmatiis, eorumque missis absolutis, imperator cum primoribus et optimatibus Francorum de pace constituenda et conservanda inter filios suos et de partitione regni placitum habuit. Et divisione in tres partes facta, imperium suum partitus est inter tres filios suos, ut scilicet unusquisque sciret, quam partem tueri et regere deberet, si illum superviveret. De hac divi- fol. 17.

a) Rotzelnus? Rotselnus *Reg.* b) n. e. A. e. *add.* 2. *in marg.* c) t. habito conventu in palatio 1. *quod correxit* 2.

1) Cf. alteram s. XI. factam terminorum descriptionem in Chron. Halberstad. ed. Schatz p. 25. Singula interpretatus est Cl. Wedekind Noten I. 69 sqq.

Reg. sione testamentum fecit, et sacramentis interpositis a Francis confirmatum est, et Leoni papae transmissum, ut haec decreta manu sua confirmaret; quod et factum est. Post haec imperator, dimisso utroque filio in regnum sibi deputatum, Pippino scilicet et Lodovico, de Theodonis villa profectus, navigio per Mosellam Rhenum ingressus, ad Niumagam venit, ibique tota quadragesima fuit, et sanctum pascha celebravit. Inde Aquis rediens, Karolum filium in terram Sclavorum quae dicitur Sorabi super Albiam fluvium cum exercitu misit. In qua congressione Miliduch Sclavus occisus est, duoque castella ab exercitu constructa sunt, unum super ripam fluminis Sale, alterum super Albiam. Sclavisque compressis ex hac parte, Boemos cum Bawariis et Alamannis aggreditur, eorumque terram ex proxima parte vastavit. Eodem anno in Corsicam insulam contra Mauros, qui eam vastabant, de Italia classis a Pippino missa est; cuius adventum Mauri non expectantes, abcesserunt. Unus tamen ex Francis, nomine Atbemarus, comes civitatis Genuensis, cum imprudenter pugnaret, a Mauris occisus est. In Hispania vero Navari et Pampilonenses, qui superioribus annis ad Sarracenos trausierant, in fidem recepti sunt. Classis a Nicepboro imperatore, cui Getra patricius praecrat, ad recipiendam Dalmatiam mittitur; et legati, qni fere ante quatuor annos ad regem Persarum missi sunt, per ipsas Grecarum navium stationes trausvecti, ad Tarvisiam nullo adversariorum sentiente pervenerunt. Imperator natale Domini Aquis celebravit. Eodem anno fuit eclipsis lunae 4. Non. Septembris; statio solis erat tunc in 16ª parte Virginis, luna autem morabatur in 16ª parte Piscium.

A. d. i. 807. Eclipsis solis facta est 3. Idus Februarii, stante utroque sidere in 25ª parte Aquarii, et in eodem mense 4. Kal. Martii eclipsis lunae facta est, et in eadem nocte apparuerunt acies in coelo mirae magnitudinis, sole morante in 11ª parte Piscium et luna in 11ª parte Virginis. Iterum 11. Kal. Septembris eclipsis lunae facta est bora noctis 3ª, sole posito in 5ª parte Virginis et luna in 5ª Piscium. Ratbertus missus imperatoris, qui de oriente revertebatur, defunctus est. Legatus autem regis Persarum, nomine Abdella, et monacbi de Ierusalem, qui legatione Thomae
a) *ita c.* patriarchae fungebantur, quorum nomina fuere Gregorius[a] et Felix — Georgius vero abbas erat de monte Oliveti, natione Germanus, et a parentibus Engilbaldus vocatus — pervenerunt Aquis ad imperatorem, munera deferentes, quae praedictus rex imperatori miserat, papilionem scilicet et tentoria atrii, vario colore respersa, mirae magnitudinis et pulcritudinis. Erant enim omnia bissina, tam tentoria quam et funes eorum diversis tincta coloribus. Fuerunt etiam munera praefati
* fol. 17'. regis pallia oloserica multa et *valde pretiosa, et odoramenta et balsamum atque unguenta. Misit praeterea horologium ex auricalco arte mechanica mirifice compositum, in quo 12 horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem aereis pillulis, qui ad completionem borarum decidebant, et casu suo subiectum sibi cimbalum resonare faciebaut, additis in eodem horologio eiusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exibant, et in cursu egressionis suae totidem fenestras, quae prius erant apertae, claudebant, necnon et alia multa in eodem borologio. Fuerunt etiam inter praedicta munera duo candelabra ex auricalco mirae magnitudinis et proceritatis; quae omnia Aquis reposita sunt. Imperator igitur legatum et monacos aliquamdiu secum retinens, postmodum in Italiam direxit, atque ibi tempus navigationis expectare iussit. Eodem anno Burchardum comitem stabuli sui, quod corrupte constabulum appellamus, cum classe misit in Corsicam, ut eam a Mauris defenderet, qui praedas illic exercebant. Qui iuxta consuetudinem suam de Hispania egressi, primo Sardiniam appulsi sunt, ibique cum Sardis praelio commisso et multis suorum amissis — namque tria milia ibi cecidisse perhibentur — in Corsicam recto cursu pervenerunt. Ibi iterum in quodam portu eiusdem insulae cum classe, cui Burcbardus praecrat, praelio decertarunt, victique ac fugati sunt, amissis tredecim navibus et plurimis suorum interfectis. Adeo illo anno in omnibus locis adversa fortuna fatigati sunt, ut ipsi sibi idcirco haec accidisse testati sint, eo quod anno priore contra omnem iustitiam de Patalaria insula 60 monacbos asportatos in Hispania vendiderunt; quorum aliqui per liberalitatem imperatoris iterum in sua loca reversi sunt. Niceta patricius, qui cum classe Constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta cum Pippino rege, et induciis usque ad mensem Augustum acceptis,
A. Hild. statione soluta, Constantinopolim regressus est. Imperator Aquis natale Domini celebravit, et pascha similiter. Grimoldus dux Beneventanus moritur; et mortalitas magna Fuldae in monasterio sancti Bonifacii extitit, ut fratrum iuniorum plurimi morerentur.

Reg. A. d. i. 808. Hyems mollissima et pestilens erat. Vere inchoante imperator Niumagam adiit, et celebrato ibi pascha, iterum Aquis repedavit; ubi nuntiatum est ei, Godefridum regem Danorum copias in Abodritos traiecisse; adversus quem filium suum Karolum misit, iubens vesano regi resistere, si Saxoniae terminos aggredi temptaret. Godefridus, expugnatis aliquantis Sclavorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento in patriam reversus est. Nam licet Drasaconem ducem Abodritorum et duas partes vectigales fecisset, optimos tamen militum suorum et manu promptissimos amisit, et cum eis filium fratris sui, nomine Reginbaldum, qui in oppugnatione cuiusdam oppidi cum plurimis Danorum principibus peremptus est. Imperatoris filius Albiam ponte iunxit, et exercitum cui praecrat in Linones et Smeldingos, qui et ipsi ad Godefridum regem defecerant, quanta poterat celeritate transposuit, populatisque circumquaque eorum agris, transito iterum flumine, cum incolumi exercitu in Saxoniam se recepit. Fuerunt cum Godefrido Sclavi in eadem expeditione qui dicuntur Wilzi, qui propter antiquas inimicitias, quas cum Abodritis habere solebant, sponte se
* fol. 18. eorum copiis iunxerunt, *illoque in regnum revertente cum praeda, quam in Abodritis ceperant, et ipsi domum reversi sunt. Godefridus vero, priusquam reverteretur destructo emporio, quod in oceani litore constitutum erat et lingua Danorum Rerich dicebatur et magnam regno illius commoditatem vectigalium persolutione praestabat, translatisque inde negotiatoribus, soluta classe ad portum qui Slieswic dicitur cum universo exercitu venit. Ubi per aliquot dies moratus, limitem regni sui, qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit, eo modo ut ab orientali maris sinu, quem illi Ostarsalz dicunt, usque ad occidentalem oceanum per totam Egidorae fluminis aquilonalem ripam munimentum valli praetexeret, una tantum porta dimissa, per quam carra et equites mitti ac recipi possent. Diviso itaque opere inter duces, domum reversus est. Interea rex Nordanhumbrorum de Britannia insula, nomine Eardulf, regno et patria pulsus, ad imperatorem, dum adhuc Niumago moraretur, venit, et patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur; Romaque rediens, per legatos Romani pontificis et imperatoris in regnum suum reducitur. Fuit autem legatus apostolici Adulfus diaconus de ipsa Britannia, natione Saxo, et cum eo ab imperatore missi abbates duo Rotfridus notarius et Nantarius de Sancto Othmaro. Imperator, aedificatis per legatos super Albiam duobus castellis, praesidioque in eis contra Sclavorum incursiones disposito, Aquis natale Domini celebravit, et pascha similiter.

A. d. i. 809. Classis de Constantinopoli missa primo Dalmatiam, deinde Venetiam appulit, cumque ibi hyemaret, pars eius ad Cumaculam insulam venit; commissoque praelio contra praesidium quod in ea positum erat, a civibus victi ac fugati sunt. Dux autem qui classi praecrat, nomine Paulus, cum de pace inter Francos et Grecos constituenda, quasi sibi hoc esset iniunctum, aput Pippinum regem agere moliretur, Willario et Beato ducibus Venetiae omnes conatus eius impedientibus atque ipsi etiam insidias parantibus, cognita eorum fraude, discessit. Dum haec in Italia aguntur, Lodovicus rex in occiduis partibus cum exercitu Hispaniam ingressus, Tortosam civitatem super ripam Hiberi fluminis

sitam obsedit, consumptoque in expugnatione illius aliquanto tempore, postquam eam tam cito non posse capi vidit Reg
dimissa obsidione, cum incolumi exercitu in Aquitaniam se recepit. Postquam Eardulfus rex Nordanimbrorum in regnum
suum restitutus est, cum missi reverterentur, Adulfus diaconus captus est a piratis, sed postea redemptus, Romam rever-
sus est. In Tuscia Populonium civitas maritima a Grecis qui Orobitae dicuntur depraedata est. Mauri quoque de
Hispania egressi et Corsicam ingressi, in ipso sabbato sancto paschae civitatem quamdam depraedati sunt, et praeter
episcopum et paucos senes nichil in ea reliquerunt. Interea Godefridus Danorum rex per quosdam negociatores man-
davit duci qui Fresiam praevidebat, audisse se, quod imperator ei esset iratus, eo quod in Abodritos duxisset exercitum
et suas ultus esset iniurias, addens, velle se denegare quod ei obiciebatur, promissum videlicet foedus irruptum; petivit
etiam, imperatorem trans Albiam legatos suos iuxta terminos regni sui mittere, quibus ipse cum suis obviam veniret,
invicemque causis *discussis, quae emendatione digna esse iudicarentur, absque ulla ibi contradictione corrigerentur. Quod *fol. 18'.
cum imperatori nuntiatum esset, non abnuit, et colloquium habitum est cum primoribus Danorum trans Albiam, multisque
hinc inde prolatis, minime ad effectum res perducta est. Trasaco dux Abodritorum, postquam filium suum postulanti
Godefrido obsidem dederat, collecta manu et auxilio a Saxonibus, vicinos suos Wilzos aggressus, agros eorum ferro et
igne vastavit. Reversusque domum cum ingenti praeda, accepto iterum a Saxonibus validiori auxilio, Smeldingorum
maximam civitatem oppugnat, atque his prosperis successibus omnes qui ab eo defecerant ad suam societatem redire
coegit. Imperator itaque, cum ei multa de iactantia et superbia regis Danorum nuntiarentur, statuit trans Albiam civi-
tatem aedificare Francorumque in ea ponere praesidium; eumque ad hoc per Galliam et Germaniam homines congre-
gasset armisque ac ceteris ad usum necessarium rebus instructos ad locum destinatum per Fresiam duci iussisset, Tra-
saco dux Abodritorum in emporio Rerih ab hominibus Godefridi dolo peremptus est. Imperator autem, postquam locus
civitatis constituendae fuerat exploratus, Egbertum comitem huic negotio exequendo praeficiens, Albiam traicere et locum
iussit occupare. Est autem locus super ripam fluminis Sturiae, vocabulo Essesfeld. Occupatus est itaque ab Egberto et
comitibus Saxonibus, et circa Idus Martii muniri coeptus. Dum haec circa Danos geruntur, Aureolus comes, qui in con-
finio Hispaniae atque Galliae trans Pirenem contra Oscam et Caesaraugustam residebat, defunctus est, et Amoroz
praefectus locum eius obtinuit, missaque ad imperatorem legatione, se cum omnibus suis eius obsequio serviturum pro-
misit. Eclipsis lunae accidit 7. Kal. Ianuarii. **Hoc anno sanctus Liuderus ad superna migravit, qui effere genti Saxonum cum fratre suo Hildegrimo Halberstadensi episcopo iugum Christi imposuit.** Igitur magnus imperator Karolus cum tantus in ampliando regno et subigendis exteris nationibus Ekk. p. 163.
existeret et in eiusmodi occupationibus assidue versaretur, opera tamen plurima ad regni decorem et commoditatem per-
tinentia diversis in locis inchoavit, quaedam etiam consummavit. Inter quae praecipua non immerito videri possunt
basilica sanctae Dei genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa, et pons aput Mogontiam in Rheno quingentorum
passuum longitudinis; nam tanta est ibi fluminis latitudo; qui tamen uno anno antequam decederet incendio conflagra-
vit, nec refici potuit propter festinatum illius discessum, quamquam in ea meditatione esset, ut pro ligneo lapideum
restitueret. Inchoavit et palatia operis egregii, unum haud longe a Mogontiaca civitate iuxta villam cui vocabulum est
Ingilinheim, alterum Noviomagi super Vahalem fluvium. Praecipue tamen aedes sacras ubicumque in toto regno vetu-
state collapsas repperit, pontificibus et abbatibus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur, imperavit, adhibens
curam per legatos, ut imperata perficerent. cf. Vitam Liudg.

A. d. i 810. Amoroz colloquium imperatoris expetiit in confinio Gallici et Hispanici limitis; in quo colloquio se fol. 19.
promisit cum suis omnibus imperatoris manibus commendaturum; quod licet imperator annuisset, multis tamen inter- Reg.
venientibus causis remansit infectum. Mauri de tota Hispania, maxima classe collecta, primo Sardiniam, deinde Corsi-
cam applicuerunt, et nullo in ea invento praesidio, insulam pene totam depopulati sunt. Dum haec aguntur, Pippinus
rex, perfidia ducum Venetiarum incitatus, ipsam insulam bello terra marique vastabat. Due[1] sunt autem Venetie. Pri- Chron. Sag
ma est illa quae in antiquitatum historiis continetur, quae a Pannonie termino usque ad Addam fluvium protelatur, cuius
et Aquileia extat caput, in qua beatus euangelista Marcus Christum predicavit. Secunda vero est illa quae Adriatici
maris collecta sinu, interfluentibus undis, positione mirabili, multitudine populi feliciter habitatur. Qui videlicet[a], quan-
tum ex nomine datur intelligi et libris annalibus conprobatur, ex priori Venecia ducit originem, qui Langobardorum olim
rabiem metuens, ad proximas insulas transiit, sicque Venetiae nomen, de qua exierant, eisdem insulis indiderunt. Pippinus Reg.
igitur, subiecta Venetia et ducibus eius in deditionem receptis, eandem classem ad Dalmatiae litora vastanda misit. Sed
cum Paulus Cefaloniae praefectus cum orientali classe ad auxilium Dalmatis ferendum adventaret, regia classis ad pro-
pria revertitur. Rotrudis, filia imperatoris, quae natu maior erat, 8. Idus Iunii moritur. Imperator Aquis morabatur,
ubi nuntiatum est ei, classem ducentarum navium de Normannia in Fresiam applicuisse ternaque praelia cum Fresonibus
commisisse, Danosque victores tributum victis imposuisse, et iam 100 libras argenti a Fresonibus esse solutas, regem-
que Godefridum haec omnia agere. Qui nuntius imperatorem adeo concitavit, ut missis in omnes circumquaque regiones
nuntiis ad congregandum exercitum, ipse sine mora palatio exiens, illas in partes tendere coepisset. Transito itaque
Rheno flumine in loco qui Lippia dicitur, copias quae nondum venerant statuit operire. Ubi cum aliquot dies morare-
tur, elephans ille, quem ei Aaron rex Sarracenorum miserat, subita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta
potuit celeritate ad Alarum fluvium contendit, castrisque positis, minarum Godefridi regis praestolabatur adventum. Nam
ille tyrannus superbiae spiritu inflatus, iactavit arroganter, se imperatori congredi velle. Sed cum imperator in loco
memorato resideret, diversarum rerum legationes ad eum perferuntur; nam et classem quae Fresiam vastabat domum
reversam, et Godefridum a quodam suo satellite interemptum, sive[b], ut quidam verius aestimant, a proprio filio, cuius Ekk. p. 162.
matrem abiecerat; et castellum vocabulo Huobboki Albiae flumini contiguum, in quo Odo legatus imperatoris erat, et Reg.
orientalium Saxonum praesidium erat, a Wilzis captum; et Pippinum, filium eius, regem Italiae 8. Idus Iulii de corpore
migrasse; duasque legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantinopoli, alteram de Corduba, causa pacis
adventare nuntiabatur. Quibus ille acceptis, disposita pro temporis conditione Saxonia, Aquis revertitur. Tanta in ea
expeditione fuit boum pestilentia, ut pene nullus tanto exercitui superesset, sed omnes usque ad unum perirent. Et non
solum ibi, sed etiam per omne regnum huius generis animalia perierunt. Mense Octobris Aquis veniens, memoratas
legationes suscepit, *pacemque cum Nicephoro imperatore et cum Abulaz rege Hispaniae fecit. Venetiam siquidem Nice- *fol. 19.
phoro reddidit, et Heinricum comitem, dudum a Sarracenis captum, Abulaz remittente, suscepit. Eo anno sol et luna

a) *excidit hic vox* populus *P.* b) sive — abiecerat *add. 2. in marg.*

1) *Due — indiderunt.* Ex chronico Sagornini ad verbum desumta sunt. PERTZ.

Reg. bis defecerunt, sol 7. Idus Iunii et pridie Kal. Septembris, luna 11. Kal. Iulii et 18. Kal. Ian. Corsica insula iterum a Mauris vastata est. Amoroz ab Abdiraman, filio Abulaz, de Caesaraugusta expulsus et Oscam intrare compulsus est. Godefrido, ut diximus, rege Danorum defuncto, Hemmungus, filius fratris eius, in regnum successit, pacemque cum imperatore fecit. Hoc anno castellum Hodenburh Albiae flumini impositum est ab imperatore contra Danos. Haec sunt
Lamb. Ekk. p. 162. bella, quae rex potentissimus per annos 46 — tot enim annis regnavit — in diversis terrarum partibus summa prudentia ac felicitate gessit, quibus Francorum regnum, quod post patrem Pippinum magnum quidem et forte susceperat, ita nobiliter ampliavit, ut pene duplum reliquerit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Galliae, quae inter Rhenum et Ligerim fluvium oceanumque ac mare Balearicum iacet, et pars Germaniae, quae inter Saxoniam et Danubium ac Salam fluvium, qui Thuringos ac Sorabos dividit, postea incolitur a Francis qui orientales dicuntur, et praeter haec Alamanni atque Bawarii, ad regni Francorum potestatem pertinerent: ipse per bella memorata primo Aquitaniam et Wasconiam totumque Pyrenei montis iugum et usque ad Hiberum amnem, qui apud Navarros ortus et fertilissimos agros Hispaniae secans, sub Tertosae civitatis moenia Balearico mari miscetur, deinde Italiam totam ab Augusta Praetoria usque in Calabriam minorem, in qua Grecorum ac Beneventanorum constat esse confinia, tum Saxoniam, quae Germaniae quidem pars est magna, et eius quae a Francis incolitur duplum in lato habere putatur, cum ei in longitudine possit esse consimilis, utramque Pannoniam et appositam in altera Danubii ripa Datiam, Histriam quoque et Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas ob amicitiam et ictum cum eo foedus Constantinopolitanum imperatorem habere permisit, deinde omnes barbaras et feras nationes ac insulas, quae inter Rhenum et Danubium fluvios oceanumque positae, lingua quidem pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret. Auxit etiam gloriam regni sui, quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi iunctis. Adeo namque Adelfonsum Galliciae atque Asturiae regem sibi societate devinxit, ut is, cum ad eum litteras vel legatos mitteret, non aliter se apud illum quam proprium summa appellari iuberet. Scotorum quoque reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, ut eum numquam nisi dominum seque subditos et servos eius pronuntiarent. Cum Aaron rege Persarum, qui excepta India totum pene tenebat orientem, talem habebat in amicitia concordiam, ut is eius gratiam omnium qui in toto orbe erant regum ac principum amicitiae praeponeret solumque honore ac munificentia sibi colendum iudicaret. Imperatores etiam Constantinopolitani, Nicephorus, Michael et Leo, ultro eius amicitiam expetentes, complures ad eum misere legatos; cum quibus tamen propter susceptum a se imperatoris nomen et ob hoc, quasi qui imperium eis praeripere vellet, valde suspectum, foedus firmissimum statuit, ut nulla cuiuslibet scandali remaneret inter eos occasio[b]. Erat enim semper Romanis et Grecis Francorum suspecta potentia.

fol. 20. Reg. A. d. i. 811. Absoluto atque dimisso Arsafio spatario[c], legato Nicephori augusti, eiusdem pacis confirmandae gratia legati, ab imperatore Karolo Constantinopolim mittuntur Haido episcopus Basiliensis et Hugo comes de Turonis et Aio Langobardus de Foro Iulii, et cum eis Leo quidam spatarius, natione Siculus, et Willarius dux Venetiae; quorum alter ante annos 10 Romae ad imperatorem, cum ibi esset, de Sicilia profugit, et redire volens, ad patriam remittitur, alter propter perfidiam honore spoliatus, Constantinopolim ad dominum suum duci iubetur. Condicta ab imperatore et Hemmungo rege Danorum pax propter hyemis asperitatem, quae inter partes commeandi viam claudebat, in armis tantum iurata servatur, donec redeunte vere, viis apertis, advenientibus ex utraque parte, Francorum scilicet et Danorum, duodecim principibus super fluvium Egidoram, datis vicissim secundum ritum ac morem suum sacramentis, pax confirmaretur. Proceres autem de parte Francorum hi fuere: Walah, Burchard, Bernhard, Egbertus, Theoderus, Avo, Osdach, Wigman, omnes comites. De parte vero Danorum inprimis fratres Hemmungi Anewin, Anganseo, deinde ceteri honorabiles inter suos viri, quorum nomina superfluum duximus annotare. Imperator itaque, pace cum Hemmungo firmata et placito generali Aquis habito, secundum consuetudinem in tres partes regni sui totidem exercitus misit; unum trans Albiam in Linones, qui et ipsos vastavit et castrum Hobuochi superiori anno a Wilzis destructum restauravit; alterum in Pannoniam ad controversias Hunorum ac Slavorum finiendas direxit; tertium super Britones ad eorum perfidiam puniendam misit. Qui omnes rebus prospere gestis domum reversi sunt. Ipse autem imperator ad classem videndam, quam praecedenti anno fieri et fabricari iussit, ad Bononiam venit, ratumque ibi ad navigantium cursus dirigendos antiquitus constitutum restauravit, et in summitate nocte igne accendit. Inde ad Scalt fluvium veniens, in loco qui dicitur Gant naves ad eandem classem aedificatas aspexit, et circa medium Novembr. Aquis venit, ubi obviaverunt ei legati Hemmungi regis Anewin et Ebbi, munera regi et verba pacifica deferentes. Fuerant etiam Aquis adventum eius praestolantes, qui de Pannonia venerunt, Canizave princeps Avarorum et Thudun et alii principes ac duces Sclavorum circa Danubium habitantium, qui a ducibus Francorum, qui in Pannonias missi fuerunt, ad praesentiam imperatoris iussi sunt venire. Karolus, filius imperatoris, qui natu maior erat, obiit 2. Non. Decembris. Item obiit filius eius Pippinus monachus.
Ann. Hild. Ekk. p. 163. Iste Pippinus ex concubina editus, facie quidem pulcher, sed gibbo deformis erat. Is cum olim pater suus bello cum Hunis suscepto in Bawaria hyemaret, cum quibusdam e primoribus Francorum, qui cum vana promissione illexerant, adversus patrem coniuravit. Quem post fraudem detectam et coniuratorum dampnationem detonsum in coenobio Prumia religiosae vitae iam volentem vacare permisit. Facta fuerat et alia prius contra eum in Germania valida coniuratio, cuius auctores partim luminibus orbati, partim incolumes, omnes tamen exilio deportati sunt; neque ullus ex eis interfectus
fol. 20'. est, nisi tres tantum, qui eum se, ne comprehenderentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, cum aliter cohercri non possent, interempti sunt. Harum tamen coniurationum Fastradae reginae crudelitas causa et origo dicitur extitisse, et idcirco in ambabus contra regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens, a suae naturae benignitate ac solita mansuetudine credebatur exorbitasse. Ceterum per omne vitae suae tempus ita cum summo omnium amore atque favore domi conversatus est, ut numquam ei vel minima iniustae crudelitatis nota a quoquam fuisset obiecta. Amabat peregrinos, et in eis suscipiendis tantam habebat curam, ut multitudo non solum palatio, sed et regno videretur onerosa. Ipse tamen prae magnitudine animi huiuscemodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac mercede bonae famae compensaret. Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen non excederet — nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse mensuram — apice capitis rotundo, oculis praegrandibus ac vegetis, naso paululum mediocritatem excedenti, canitie pulcra, facie laeta et hilari. Unde formae auctoritas et dignitas tam stanti quam sedenti plurima adquirebatur. Quanquam enim cervix obesa et brevis venterque videretur proiectior, tamen haec ceterorum membrorum celabat aequalitas. Incessu erat firmo totaque habitudine virili, voce clara quidem, sed quae minus corporis formae conveniret, valetudine prospera, praeter quod antequam decederet per 4 annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum etiam uno pede claudicabat. Erat eloquentia copiosus et exuberans, poteratque quicquid volebat apertissime exprimere, nec patrio sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam dabat, in quibus Latinam ita didicit, ut ea ac patria lingua orare sit solitus, Graecam melius intelligere quam pronuntiare poterat. Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus, magnis

a) s. a. i. *desunt edit.* b) Erat — potentia *add.* 2. c) spatacio *c.?*

extulit honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconum senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum Ekk.
cognomento Alcwinum, item diaconum de Britannia, virum undecumque doctissimum, praeceptorem habuit, aput quem et rethoricae et dialecticae, praecipue tamen astronomicae ediscendae plurimum et temporis et laboris impertivit. Discebat et artem computandi, et intentione sagaci syderum cursum curiosissime rimabatur. Temptabat et scribere, tabulas et codicellos ad hoc in lecto secum sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiandis assuesceret; sed parum successit labor praeposterus ac sero inchoatus. Assidue exercebatur equitando ac venando, quod illi gentilitium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, quae in hac arte Francis possit aequari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu se exercens, cuius adeo peritus fuit, ut nullus ei iuste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam exstruxit, ibique extremos vitae annos usque ad obitum perpetim duxit. In cibo et potu erat temperans, sed in potu temperantior, ita ut super coenam raro plus quam ter biberet; cibo adeo abstinere non poterat, ut saepe quereretur, noxia suo corpori esse iciunia. Convivabatur rarissime, et hoc praecipuis tantum festivitatibus, tunc tamen cum magno hominum numero. Coena quotidiana quaternis tantum ferculis praebebatur, praeter carnem assam, quam venatores verubus inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio *cibo vescebatur. Inter * fol. 21.
coenandum aut aliquod acroma aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiae et antiquorum res gestae, delectabatur etiam libris sancti Augustini, praecipue his qui de civitate Dei praetitulati sunt. Circa pauperes sustentandos et gratuitam liberalitatem, quam Greci elemosinam vocant, devotissimus erat, ut qui non in patria solum et in regno suo id facere curaverit, verum etiam trans maria in Siriam et Aegyptum atque Africam, Hierosolymis, Alexandriae, Cartagini, ubi christianos in paupertate compererat degere, penuriae illorum compatiens, pecuniam mittere solebat, ob hoc maxime transmarinorum regum amicitias expetens, ut christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio proveniret. Colebat prae ceteris sacris locis aput Romam beati Petri apostoli ecclesiam, in cuius donaria magnam vim pecuniae congessit; neque ille toto regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut urbs Roma sua opera suoque labore veteri polleret auctoritate, et ecclesia sancti Petri per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam operibus suis prae omnibus ecclesiis esset oruata atque ditata. Quam cum tanti penderet, tamen inter 46 annorum quibus regnavit spatium quater tantum illo votorum persolvendorum ac supplicandi causa profectus est. Ultimi adventus sui non solum hae fuerunt causae, verum etiam quòd Romani Leonem pontificem multis acceptum iniuriis, erutis scilicet, ut quidam dicunt, oculis linguaque amputata, lidem regis implorare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis erat conturbatus, ecclesiae statum, ibi totum hiemis tempus extraxit. Quo tempore imperatoris et augusti nomen accepit, quod primo in tantum aversatus est, ut affirmaret, se ea die, quamvis praecipua festivitas esset, ecclesiam non intraturum, si praescisset pontificis consilium. Invidiam tamen suscepti nominis, Constantinopolitanis imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe praestantior erat, mittendo ad eos crebras legationes et in epistolis fratres eos appellando. Post susceptum imperiale nomen cum multa adverteret legibus populi sui deesse — nam Franci duas habent leges, in plurimis [rebus vel[a]] locis valde diversas —, cogitavit, quae deerant addere et discrepantia unire, prava quoque perperam prolata corrigere. Sed de his nil aliud ab eo factum est, nisi quod pauca capitula et ea imperfecta legibus addidit. Omnium tamen nationum quae sub eius dominatu erant iura, quae scripta non erant, scribi ac litteris mandari fecit; item barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit et memoriae mandavit. Inchoavit et grammaticam patrii sermonis; mensibus etiam iuxta propriam linguam vocabula imposuit, qui ante id temporis aput Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronuntiabantur, et Ianuarium appellavit wintirmanoth, Februarium hornung, Martium lentimanoth, Aprilem osternmanoth, Maium vunnemanoth, Iunium bragmanoth, Iulium hewemanoth, Augustum arnemanoth, [Septembrem witemanoth, Octobrem windemanoth[b],] Novembrem herbistmanoth, Decembrem heilicmanoth. Item ventos 12 propriis nominibus insignivit, cum tamen non amplius quam 4 vocabula possent inveniri; et subsolanum vocavit osterwint, eurum ostsundroni, euroaustrum sundostroni, austrum sundroni, austroaffricum sundwestroni, affricum westsundroni, zephirum westroni, chorum westnordroni, circium nordwestroni, septentrionem nordroni, aquilonem nordostroni, vulturnum ostnordroni. *Religionem christianam, qua ab infantia fuerat imbutus, cum summa pietate excoluit, ac propter hoc plu- * fol. 21'.
rimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani exstruxit auroque et argento luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis adornavit; ad cuius structuram cum columnas et marmora aliunde habere non posset, Roma ac Ravenna devehenda curavit. Ecclesiam mane et vespere, item nocturnis horis et sacrificii tempore, quoad valitudo eum permiserat, impigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quae in ea gerebantur cum maxima fierent honestate, aedituos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum vel inferri vel in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex auro et argento vestimentorumque sacerdotalium tantum in ea procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne ianitoribus quidem, qui ultimi ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit; erat enim utriusque admodum eruditus, quamquam ipse nec publice legeret, nec nisi submisse et in communi cantaret. Fuit autem consuetudo, ut in basilica magister scolae designaret pridie singulis, quod responsorium quis cantare in nocte deberet. Lectiones vero nullus cuiquam recitandas iniunxit, nullus ad terminum vel ceram imposuit, vel unguibus saltem quantulumcunque impressit; sed cuncti omnia quae legenda erant ita sibi nota facere curarunt, ut quando inopinate legere iuberentur, inreprehensibiles aput eum invenirentur. Digito autem vel baculo porrecto vel ex latere suo ad procul sedentes aliquo directo, demonstravit quem legere voluisset; finem vero lectionis sono gutturis designavit, ad quem universi ita suspensi sunt, ut sive fiuita sententia, sive in media distinctione, rege signante finem lecto imponerent. Sed nunc ad cronica redeamus. Eodem quo[c] supradiximus anno facta est Fuldae conspi- A. Fuld.
ratio non minima in monasterio sancti Bonifacii, et fratres 12 ex ipsa familia perrexerunt pariter cum abbate Ratgario ad iudicium imperatoris Karoli, nec tamen ita commotio illa quievit. Postea Ricolfus archiepiscopus Mogontinus et Bernharius episcopus civitatis Wangionum et Hatto episcopus Augustensis et Wolgarius episcopus Wirceburgensis ad eandem causam convenerunt iussu imperatoris, eamque sanaverunt.

A. d. i. 812. Hemmungus rex Danorum moritur; cui cum Sigefridus, nepos Godefridi, et Anilo, nepos Herioldi, Reg.
succedere voluissent, neque inter eos de divisione regni conveniret, comparatis copiis et commisso praelio, ambo moriuntur. Pars tamen Anilonis, adepta victoria, fratres eius Herioldum et Reginfridum reges sibi constituit, quam necessario pars victa secuta, eosdem sibi imperare non abnuit. In eo praelio 10 milia et 940 viri cecidisse memorantur. Nicophorus imperator Constantinopolitanus post multas et insignes victorias in Moesia provincia, commisso cum Bulgaris praelio, moritur, et Michael, gener eius, imperator factus, legatos domini imperatoris, qui ad Nicephorum imperatorem missi fuerunt, suscepit in Constantinopoli et absolvit; cum quibus et suos legatos direxit, Michaelem scilicet episcopum et

a) *In ed.; auctor ita vocabulum quod scripserat correxisse ridetur.* b) *Haec desunt in Eccardi apographo, fortasse etiam in cod., supplevi ex Ekkehardo, quo duce etiam nomina veriter correxi.* c) quae *ed.*

Reg. Arsaphium atque Theognostum protospatarium, et per eos pacem a Nicephoro coeptam confirmavit. Nam Aquisgrani ubi ad imperatorem venerunt, cum scriptum pacti ab eo in ecclesia suscepissent, more suo, id est Greca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes, et in revertendo Romam venientes, in basilica sancti Petri apostoli eundem pacti seu foederis libellum a Leone papa denuo susceperunt. Quibus dimissis, imperator generali con-
fol. 22. ventu Aquis sollempniter habito, Bernhardum, filium Pippini, nepotem suum, in Italiam misit, et propter famam classis, quae de Affrica et Hispania ad vastandam Italiam ventura dicebatur, Walonem, filium Bernhardi patruelis sui, cum illo esse iussit, quousque rerum eventus securitatem suis afferret. Haec classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam venit; et ea quidem pars quae in Sardiniam venit pene delcta est. Nortmannorum classis Hiberniam insulam aggressa, commissoque cum Scottis praelio, multi ex eis interfecti, ceteri fuga lapsi sunt. A Grimoaldo duce Beneventanorum 25 milia solidorum auri pro tributo imperatori soluta sunt. Eodem anno expeditio facta est in Wilzos, et ab eis obsides accepti. Herioldus et Reginfridus reges Danorum, missa ad Karolum imperatorem legatione, pacem petunt, et fratrem suum Hemmingum sibi remitti rogant. Hoc anno Idus Maii post meridiem solis eclipsis fuit.

A. d. i. 813. Imperator Aquis hiemavit, et incipiente vernali tempore Hamalarium, qui episcopatum Trevirensem tenebat, et Petrum abbatem de Nonantulis ad pacem cum Michaele confirmandam Constantinopolim misit, ac deinde
Ekk. p. 164. habito generali concilio, cum iam morbo et senectute premeretur, evocatum ad se Lodowicum filium suum, Aquitaniae regem, qui solus filiorum Hildigardae reginae supererat, congregatis sollempniter de toto Francorum regno primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni et imperialis nominis heredem constituit; impositoque capiti eius diademate, imperatorem et augustum iussit appellari. Susceptum est hoc eius consilium ab omnibus qui aderant cum magno favore; nam divinitus ei propter regni utilitatem videbatur inspiratum; auxitque maiestatem eius hoc factum, et exteris nationibus non minimum terroris incussit. Dimisso denique in Aquitaniam filio, ipse more solito, quamvis senectute confectus, non longe a regia Aquae nisi venatum proficiscitur, exactoque in huiusmodi negotio quod reliquum
Reg. erat autumni, circa Kalend. Novembris Aquisgrani reversus est, ibique hiemavit. Concilia quoque iussu eius super statu
A. Hild. ecclesiarum per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt; quorum unum fuit Mogontiae, ubi praesedit Ricolfus Mogon-
Reg. tinus et Hildibaldus Coloniensis archiepiscopi; alterum Remis; tertium Turonis; quartum Cabillonis; quintum Arelatae congregatum est; et constitutiones, quae in singulis factae sunt, ab imperatore confirmatae sunt; quas qui nosse voluerit, in supradictis civitatibus invenire poterit, quamquam et earum exemplaria in archivo palatii habeantur. Eodem tempore missi sunt trans Albiam quidam Francorum et Saxonum principes ad terminos Nortmannorum, qui pacem cum eis secundum petitionem ipsorum facerent et fratrem regum eis redderent. Iuramentis itaque datis, pax firmata est. Tamen ea tempestate reges domi non erant, sed ad Westerfalt cum exercitu perrexerant, quae regio ultima regni illorum erat, inter septentrionem et occidentem sita, contra aquilonem Britanniae summitatem respicit; cuius principes ac populus
Ekk. eorum dominationem dedignabantur. Quibus perdomitis cum reversi essent et fratrem ab imperatore remissum recepissent, filii Godefridi regis et nonnulli ex primoribus Danorum, qui iam relicta patria aput Sueones exulabant, attractis undique copiis, bellum eis intulerunt, et confluentibus ad se passim ex omni Danorum terra populorum turmis, commisso cum eis praelio, regno paterno expulerunt. Michael imperator Constantinopolitanus Bulgares bello appetens,
Lamb. haud prosperis successibus utitur, ac perinde domum reversus, deposito diademate, monachus efficitur; in cuius locum Leo, filius Bardae patricii, constituitur. Ricolfus archiepiscopus Mogontinus obiit anno episcopatus sui 16°; cui
Ekk. Heistolfus successit. Pons Rheni aput Mogontiam, quem imperator per 10 annos ingenti labore et opere mirabili de ligno ita construxit, ut perenniter durare posse videretur, mense Maio ita tribus horis fortuito incendio conflagravit, ut praeter hoc quod aqua tegebatur ne una quidem astula ab incendio residua foret.

fol. 22'. A. d. i. 814. Hierosolyma vastata est a Persis, et persecutionem magnam in orientalibus partibus christiani habe-
A. Hild. Ekk. p. 165. bant. Karolus imperator cum Aquis hyemaret, mense Ianuario febre valida correptus, occubuit, statimque, ut in febribus solebat, cibi abstinentiam sibi indixit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli vel certe mitigari; sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Greci pleuresin dicunt, illoque adhuc inediam retinente neque corpus suum aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo postquam decubuit die, sacra communione percepta, die sabbati decessit, anno aetatis suae 72° et ex quo regnare coeperat 46°, indictione 7ª, 5. Kal. Februarii, hora diei 3ª. Cuius corpus more sollempni lotum et curatum, cum maximo totius populi luctu ecclesiae illatum est atque humatum. Dubitatum est primo, ubi reponi deberet, eo quod ipse vivens nihil de hoc praecepisset. Tandem omnium animis sedit, nusquam honestius cum tumulari posse, quam in ea basilica, quam ipse propter amorem Dei et domini nostri Iesu Christi et ob amorem sanctae et perpetuae virginis Mariae próprio sumptu in eodem vico construxit. In hac sepultus est eadem die qua et defunctus est, arcusque supra tumulum deauratus cum imagine et titulo exstructus est; qui titulus hoc modo descriptus est: *Sub hoc conditorio situm est corpus Karoli magni atque orthodoxi imperatoris, qui regnum Francorum nobiliter*
ib. p. 170. *ampliavit et per annos ferme quadraginta sex feliciter rexit.* Dum de morte imperatoris nuntium Lodowicus, filius eius; in Aquitania accepisset, 30° postquam id acciderat die Aquisgrani venit, summoque omnium Francorum consensu ac favore patri successit. Habito autem Aquisgrani generali conventu, ad iustitias faciendas legatos in omnes regni partes misit, duosque ex filiis suis Lotharium Bawariae, Pippinum praefecit Aquitaniae. His etiam post aliquantulum
Ekk. a. 822. temporis uxores coniunxit, Lothario quidam Irmingardem, Hugonis comitis filiam, de qua ille suscepit Lotharium postea excommunicatum, Lodowicum quoque post se regnantem et Karolum; Pippino vero filiam Theoderici comitis Matricen-
Thegan. c. 4. sis iunxit. Ipse autem habebat uxorem filiam nobilissimi ducis Ingorammi, qui erat filius fratris sancti Hrotgangi Metensis episcopi. Hec vero Irmingardis dicebatur, quam consilio et consensu patris sui reginam constituerat, atque ex
Ekk. ea tres filios adhuc vivente patre habuit; hos videlicet, Lotharium et Pippinum et praeterea Lodowicum. Defuncta
A. Hild. Irmingarda, Iudith sumpsit uxorem, de qua genuit Karolum cesarem. Eodem anno placitum suum cum Francis Lodowicus habuit in Kalend. Augusti mensis, et legati Grecorum auxilium petebant ab eo contra Bulgares et ceteras bar-
cf. Ekk. baras gentes. Coepit autem regnare Lodowicus anno ab Urbe condita 1565°, 68° loco ab Augusto, a. d. i. 814.

fol. 23. A. d. i. 815. Allatum est regi Lodowico, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem papam
ib. conspirasse, hocque indicio ad pontificem delato, omnes illius factionis auctores iussu illius trucidatos fuisse. Quod cum moleste ferret, Bernhardum nepotem suum, regem Italiae, ad se vocavit, eumque ad investigandum quod dictum est
A. Hild. misit. Lodowicus rex placitum suum cum Francis in Saxonia ad Padherbrunnen habuit, et illuc venerunt filius eius Lotharius rex Bawariae et Pippinus rex Aquitaniae, Bernhardus quoque, filius Pippini fratris eius, rex Italiae, Kal. Iulii
Ekk. mensis. Bernhardus rex cum Romam venisset, egritudine decubuit. De rebus vero propter quas venerat per Heroldum comitem, qui ad hoc ei legatus fuerat datus, regi Lodowico remandavit quicquid compererat. Quem legati pontificis subsecuti, de his quae domino suo obiciebantur regi Lodowico per omnia satisfecerunt. Ut autem ad superiora parumper redeam, Karolus Magnus imperator, postquam diu infrenem et christiani nominis

tunc inmunem Saxoniam, longo tandem mollitam bello, fidei catholice inpressit sigillo, inter cetera Saxonie loca, quae episcopalibus sublimanda sedibus decrevit, Aulicam villam[3], ab insigniente eundem locum regis aula appellatam, et ubi Sala[4] fluvius parvus sed pisco- 4
sus Leine influit sitam, sede episcopatus dignam iudicavit, tum propter delicatam ipsius loci amenitatem, tum propter confluam negotiandi conmoditatem, quippe cum naves Fresie de Wisara per Leinam ascendentes[5] eundem locum locupletare, publicus etiam usitatissimusque viarum transitus[6] celeberrimum possent reddere. Quo decreto Karolus Aulicensis ecclesie 6
primam fundamenti petram ipse ponens, eandem ecclesiam, quasi primicias Saxonie et desudati Christo triumphi titulum, fundato super petram, quae Christus est, celi clavigero dicavit. Et subsequenter morato ibidem pio inperatore, ad primam usque cementarii staturam murus eiusdem surrexit eclesie. Karolo autem, quoad vixit, ad promovendas ordinandasque in episcopatus et hanc et alias quas construxit eclesias inpedito et ex negotiis bellorum et penuria prediorum, Aulicensis interim eclesia per directos prefectosque sibi a suo conditore sacerdotes, qui Saxoniam, solidioris cibi tunc minime capacem, lacte eclesiastico inbuerant, per hos, inquam, gubernata, adiacenti provincie eclesiastice legis[a] erat magistra et religionis christiane evidens forma, loco quem nunc Hildinisheimensis illustrat eclesia, deformem adhuc situm passo, domesticis adhuc paludibus obducto, silvis horrido, venatui tantum apto. Karolo eundem regni quem et vite finem sortito[b], Lodowicus, tam paterne religionis quam potestatis heres, cum totus esset in promovendo Aulicensem eclesiam in caput et arcem episcopatus, et cum haec disponendi gratia eundem locum incoleret frequentius, contigit eum, transita Leina, venandi affectum, in loco quem nunc Hildinisheimensis occupat eclesia tentorium fixisse, ibique allatis regie capelle reliquiis missam audivisse. Erant autem ex Dei providentia eedem reliquie sancte Dei genitricis Marie. Rege autem dehinc de venatu Aulicam regresso, ibique tunc missarum sollempnia aduturo, cappellarius reliquias altari impositurus, demum recoluit, se oblitum eas dimisisse ubi missa celebrata est pridie. Revertitur sollicitudinis stimulo concitus, invenitque eas ubi et suspenderat, in ramo scilicet arboris puris- fol. 23'.
simum fontem obumbrantis; approperat hilaris, et o stupenda Dei magnalia! o divine dispositionis abissus multa! quas facili manu ibi suspenderat, nullo conatu auferre suffecit. Recurrit, inperatorem mirando affecturus nuncio. Ille avidus audita experiri, acceleratissime multis stipatus venit, reliquias de loco cui semel inheserant nolle moveri sensit. Instructus igitur hoc nutus esse divini, sacellum ibidem Dei acceleravit genitrici, altari eundem locum obtinente quem et suspense reliquie. Locum igitur hunc novitate miraculi illustratum, hunc tantopere Dei genitrici placuisse probatum, rex Lodowicus toto affectu promovere aggressus, principalem episcopii cathedram, quam prius aput Aulicensem eclesiam a patre suo fundatam et a se tantopere celebratam honori principis apostolorum attribuere decrevit, sacello Dei genitricis concessit, eique probate religionis Guntarium primum episcopum prefecit. Sic Hildinisheimensi eclesia principalem sedem obtinente, sic principe apostolorum genitrici Conditoris Redemptorisque sui locum dante, optinuit Aulicensis eclesia, ut esset mater et filia, filia scilicet eclesie episcopalis, mater vero eclesiarum quarundam ultra, omnium autem secum cis[7] Leinam positarum. Sacel- 7
lum autem Hildinisheimense a rege Lodowico constructum et sancte Marie dicatum, perduravit in sibi digno religionis cultu, non adiuncto sibi alio opere usque ad Altfridum quartum presulem ipsius eclesie. Guntarius enim, primus eius episcopus, episcopalem eclesiam, in qua principalis fratrum clerus Deo serviret, cum duabus altissimis turribus remotius a dicto sacello in meridiano eius latere construxit et principaliter in honore sancte Cecilie virginis dedicavit. Sed hanc eclesiam fratrum celebritas et canonicalis religio non incoluere nisi presidentibus tribus episcopis, Guntario et Reinberno, qui per 20 annos illi eclesie prefuerunt, tercio Ebbone, prius Remense[c] archiepiscopo, post Hildinisheimensi episcopo. Preceptum est ab imperatore Lodowico, ut omnes monachi cursum sancti Bene- A. Hild. Quedl.
dicti decantarent.

a) erat e. l. erat *c.* b) passo *corr.* sortito *c.* c) *ita e corr. c.*

3) Eltze a meridie Hannoverae. P. 4) Etiamnum Saale dicitur. 5) Hodie non Aulicam usque ascendunt, sed Hannoverae subsistunt. P. 6) Hodie quoque viae Berolino ad Rhenum et Hannovera Gottingam ducentes hic concurrunt. P. 7) Quum Aulica ab occidente Leinae sita sit, Annalista etiam aut in ea Saxoniae parte vixisse, aut totam hanc narrationem ab auctore eius regionis antiquiore accepisse credendus est. P.

Ekk. A. d. i. 816. Domnus Leo papa anno pontificatus sui 21° de corpore migravit 8. Kal. Iunii. [Cui successit Stephanus a.] Hic ergo, post consecrationem suam nondum exactis duobus mensibus, quam maximis potuit itineribus ad regem Lodowicum venire contendit, missis interim duobus legatis, qui quasi pro sua consecratione regi suggerrrent. Quod ille audiens, Remis ei occurrit, missis obviam his qui eum illo deducerent, honorifice eum suscepit. Pontifex vero adventus sui causam insinuans, celebratis missarum sollempniis, cum diadematis impositione coronavit Romanumque imperatorem pronuntiavit, anno

cf. Chr. Halb. regni sui secundo, secundum alios septimo. Lodowicus inperator consensu Stephani pape Aquisgrani magnam sinodum congregavit, in qua sancti patres regulam canonicorum, ex dictis Gregorii,

A. Lob. Augustini et aliorum sanctorum patrum excerptam, observari censuerunt. Legati regnorum et provinciarum, quae pater eius tenuerat, Aquisgrani palatio ad imperatorem venerunt, eius se ditioni et dominio subdentes.

A. Hild. Biego de amicis regis, qui et filiam imperatoris nomine Elpheid duxerat uxorem, eo tempore defunctus est.

A. Fuld. cf. Adam, 16. Ratgarius Fuldensis abbas accusatus a fratribus et convictus, deponitur. Ansgarius episcopus Suevos convertit

fol. 24. A. d. i. 817. Stephanus papa, tertio mense postquam Romam venerat nondum exacto, 8. Kal. Febr. obiit; cui

Ekk. Pascalis successor electus, post completam sollempniter ordinationem suam munera et excusatoriam imperatori epistolam misit, sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti pontificatus honorem impactum asseverans. Pascalis igitur 98us papa sedit annos 7, iuxta alios 9. Imperator generalem conventum Aquisgrani habens, filium suum primogenitum Lotharium nominis atque imperii sui consortem constituit, ceteros reges appellatos, unum Aquitaniae, alterum Bawariae

A. Fuld. Ekk. praefecit. Monasterio Fuldensi, Ratgario degradato, Egil abbas electus et ordinatus est. Nuntiatum est imperatori, Bernhardum nepotem suum, regem Italiae, quorundam pravorum hominum consilio tyrannidem meditatum fuisse, iamque omnes introitus Italiae, quos clusas dicunt, impositis praesidiis firmasse, atque omnes Italiae civitates in eius verba iurasse. Ad quos motus comprimendos imperatore cum exercitu celeriter veniente, Bernhardus rebus suis diffidens, armis

A. Lob. depositis, aput Cabillonem imperatori se tradidit. Imperator iussit renovari omnia praecepta et concessiones patrum suorum et ipse manu propria resignavit. Venerunt etiam legati Beneventanorum, eius se dominio subdentes, multa milia aureorum per annos singulos se promittentes persolvere.

Reg. A. d. i. 818. Bernhardus, filius Pippini, rex Italiae, Aquis vocatus, ab imperatore dolo capitur, et primo oculis, post vita privatur. Habuit autem iste Bernhardus filium nomine Pippinum, qui tres liberos genuit, Bernhardum, Pippinum et Heribertum. Iste est Heribertus, qui Rodolfum comitem, filium Balduvini, postmodum interfecit, et non multo post

Ekk. occisus est a Balduvino, satellite Balduvini ducis Flandriae, fratris Rodolfi. Lodowicus imperator, detecta fraude coniurationis, et seditiosis omnibus in suam potestatem redactis, Aquisgrani revertitur, transactoque quadragesimali iciunio, paucis post pascha diebus coniurationis auctores iudicio Francorum capitali dampnatos sententia, luminibus tantum iussit

A. Fuld. orbari. Irmingardis regina 5. Non. Octobris obiit, quae genuit imperatori Lotharium, Pippinum et Lodowicum. Basilica sancti Bonifacii martyris in coenobio Fuldensi ab Heistolfo archiepiscopo Mogontino dedicata est, et eodem die translata

A. Hild. sunt ossa sancti Bonifacii Kal. Novembr. Lodowicus imperator in Britannia Mormannum regem vicit.

A. Lob. A. d. i. 819. Misit Lodowicus imperator diligenter investigare per omnia regna sua, ne aut imbecillior a potentiore aut pauperior a divite, tam in publicis quam in ecclesiasticis opprimeretur, mittens unicuique provinciae archiepiscopum

Ekk. unum, plures comites. Conventus Aquisgrani post natale Domini habitus est; in quo multa de statu ecclesiarum tractata sunt, legibus etiam capitula quaedam pernecessaria, quae deerant, addita sunt. Quo peracto, inperator, inspectis plerisque nobilium filiabus, Welphi sive Etichonis, de principibus Bawariorum egregie libertatis viri, filiam, nomine Iudith, duxit uxorem; quae genuit ei Karolum Calvum.

fol. 24'. A. d. i. 820. Propter iuges pluvias et aerem nimio humore resolutum magna incommoda contigerunt. Nam et homi-

A. Lob. num et boum pestilentia grassata est; frumenta quoque et legumina corrupta sunt. Lodowicus imperator habuit generale placitum in finibus Saxoniae, ubi Dani postulaverunt pacem. Et expeditio in Slavos directa est contra Liutwidum regem Wilzorum[7].

Ekk. A. d. i. 821. Lodowico imperatori nuntiatum est de morte Leonis imperatoris Constantinopolitani, quod anno praeterito in basilica sanctae Dei genitricis intra palatium episcopatus occisus sit conspiratione quorundam optimatum suorum et praecipue Michaelis comitis domesticorum, qui praetorianorum militum studio infulas imperii suscepit, et 9 annis

A. Fuld. Thegan. regnavit. Eigil Fuldensis abbas defunctus, Rabanum successorem accepit. Exercitus[9] item contra Liutwidum dirigitur.

cf. Ekk. A. Lob. Invenitur secundum quosdam, quod hoc anno Leo papa decesserit, eique Stephanus successerit, quodque in Franciam veniens, et in Remensi urbe honorifice susceptus, Lodowicum in imperatorem consecraverit; item quod sequenti anno Stephanus papa defunctus, quibusdam miraculis clāruerit, eique Pascalis successerit.

cf. Lamb. A. d. i. 822. Inchoatum est monasterium in Nova Corbeia per[b] Adelhardum, antique Corbeie in Francia abbatem.

Thiet. cod. 2 SS. III p. 840. 860. Lodowicus enim, electis probatissimis monachis de Gallia cum venerabili viro Adelhardo, datis reliquiis sancti Stephani, Corbeiense coenobium in Saxonia construi et dedicari fecit. Ipse Lodowicus inperator ad idem coenobium tradidit donationes, abbatias scilicet Eresburg, Meppiam et multa predia iu aquilone, villam quoque Huxeri cum terminis suis. Filius quoque ipsius iunior Lodowicus tradidit abbatiam Visbike, decimas quoque cum decimalibus ecclesiis in episcopatu Asenbruggi, et piscationem in Wisara quae dicitur Huoewar. Insuper reges et principes et ceteri nobiles ipsum locum multis diviciis et prediis ditaverunt, et Romani pontifices magnis privilegiis et honoribus extulerunt. Hic requiescit inclitus martir Vitus, septennis puer, translatus eo de Francia per Warinum, eius loci primum abbatem. In hoc coenobio primo monastica disciplina in Saxonia floruit, et postmodum pluribus in locis eius patrie, quorum omnium Corbeia non immerito caput et mater et quodammodo tocius patrie decus cum suo[c] Vito habetur; qui ex quo hanc venit patriam, ex eo Saxonia in Teutonico regno principatur, quia eius precibus et meritis apud Deum, ut speramus,

Ekk. in omnibus adiuvatur. In regione Thuringorum quodam in loco iuxta fluvium quendam cespes longitudine pedum 50, latitudine 14, altitudine sesquipedali, de terra sine manibus praecisus et sublatus, ab eo loco in quo sumptus est 25 pedum spatio distans inventus est. Item in parte orientalis Saxoniae, quae Soraborum finibus contigua est in, quodam loco deserto, iuxta lacum qui dicitur Arnsee, in modum aggeris terra intumuit, et limitem unius lengae longitudine porrectum sub unius noctis spatio absque humani operis molimine instar valli surrexit. Lodowicus imperator filium suum Lotharium pro disponendis regni negotiis in Italiam, Pippinum vero in Aquitaniam misit.

fol. 25. A. d. i. 823. Mense Maio conventu habito apud Franconevord, inter ceteras barbarorum legationes venerunt ad imperatorem duo fratres de regno Wilzorum, controversiam habentes, Milegast et Ceadrogo, filii Liutvidi regis Wilzo-

a) *Haec desunt* 1. 3, *supplevit Eccardus.* b) p. A. a. C. i. F. a. *add.* 2. c) *alia manu corr.* saneto.

7) cf. genealogiam Welforum infra a. 1126. 8) Hic error ex Ekkehardo a. 823. natus est. 9) Haec nescio unde sumserit. W. Ex Thegano. B.

rum. Qui cum orientalibus Abodritis pugnans cum interiisset, populus Wilzorum filium eius[a] Milegastum maiorem natu regem sibi constituit; sed cum is secundum ritum gentis non digne administraret, illo abiecto, honorem regni minori deferunt. Quamobrem ad praesentiam imperatoris ambo venerunt. Qui cum audisset gentis voluntatem proniorem ad iuniorem fratrem, statuit, ut is regnum teneret, ambos tamen muneribus donatos et sacramentis confirmatos in patriam dimisit. Pascalis papa corpus sanctae Ceciliae virginis, ipsa revelante, invenit, aureis velatum vestimentis, sanguine ipsius adhuc infusis, et ipsam et corpora Valeriani sponsi et Tiburtii et Maximi, Urbani quoque papae in ecclesiam a se eis aedificatam transposuit. Lotharius, disposita Italia, cum iam redire statueret, rogante Paschali papa Romam venit, et honorifice ab eo susceptus, in sancto[b] paschae die apud Sanctum Petrum et regni coronam et imperatoris et augusti nomen suscepit; sicque mense Iunio ad patrem venit. Lodowicus imperator Drogonem fratrem suum, in Metensi ecclesia sub canonica vita degentem, clero eiusdem urbis consentiente atque eligente, ad pontificatus gradum inibi promoveri censuit. Ceadrogo Abodritorum princeps cum quibusdam populi sui primoribus ad imperatorem venit, dilatique per tot annos adventus sui rationem unde incusabatur non improbabiliter reddidit, et licet in quibusdam causis culpabilis esset, per merita parentum suorum tamen non solum impunitus, verum etiam muneribus donatus, redire permissus est. Hoc anno prodigia quaedam extitisse narrantur, in quibus praecipua erant terrae motus in Aquensi palatio; et in territorio Tullensi iuxta villam Commerciacum puella quaedam annorum circiter 12 post sacram communionem, quam in pascha de manu sacerdotis accepit, sine omni victus desiderio plenum biennium usque in tertium annum dimidium complevit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Coepit autem ieiunare anno dominicae incarnationis 823. a pascha, et in 825. circa initium Novembris, peracto ieiunio, cibum sumere ac ceterorum hominum more vivere coepit. In Saxonia quoque in pago Firichsaze 23 villae igne coelesti crematae sunt, et fulgura in sereno visa sunt atque interdiu de coelo ceciderunt. In territorio[c] Cumetensi Italiae civitatis in vico Grabadona in ecclesia sancti Iohannis baptistae imago sanctae Mariae puerum Iesum gremio continens, in absida eiusdem ecclesiae depicta, et ob nimiam vetustatem obscurata peneque deleta, tanta claritate per duorum dierum spatia effulsit, ut omnem splendorem novae picturae suae venustatis pulchritudine penitus vincere videretur. Imagines etiam magorum munera offerentium iuxta eam erant depictae, quas praeter munera quae offerebant claritas illa minime irradiabat. Nix magna a Kal. Octobris usque 2. Idus Aprilis permansit. cf. Herim. Aug. cod 4.

A. d. i. 824. Lodowicus imperator, ut quidam asserunt, venit in Burgundiam Cabillonis, ibique Bernhardum custodiae mancipavit; domestici vero imperatoris absque scientia ipsius eum excaecaverunt. Episcopi depositi, laici condempnati, qui pariter conspiraverant. *Paschalis papa vita decessit. In cuius loco cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius presbyter tituli Sanctae Sabinae, vincente nobilium parte, papa 99us ordinatur, seditque annos 3. Legati Michaelis imperatoris Constantinopolitani ad imperatorem Lodowicum pro pace confirmanda cum muneribus et litteris venerunt, condignoque responso absoluti sunt. Inter cetera munera detulerunt imperatori libros Dionisii Areopagitae, ab eo conscriptos de ierarchia, id est sacro principatu, petente ipso Lodowico de Greco in Latinum translatos. Qui libri Parisius in ipso sancti martyris festo missi, cum gaudio suscepti sunt. Quod gaudium virtus sancti martyris auxit, 19 aegrotis in ipsa nocte ibi sanatis. Hoc anno paucis post aestivale solstitium diebus in territorio Augustotudinensi, aere in tempestatem subita mutatione converso, ingens fragmentum ex glacie simul cum grandine decidisse narratur, cuius longitudo pedes quindecim, latitudo 7, crassitudo duos habuisse dicitur. Lodowici imperatoris expeditio secunda contra Wiomarcum Britanniae regem fuit, et Britanniam vastavit. Eodem anno Heistolfus Moguntinus archiepiscopus obiit, eique Otgarius [successit[d]. Eugenius papa obiit; cui Va]lentinus successit, adhuc diaconus. Quo post paucos dies mortuo, Gregorius pontificatum suscepit.

A. d. i. 825. Habito Aquisgrani conventu, legati Bulgarum pro constituendis terminis inter Francos et Bulgares ad imperatorem venerunt, responsoque accepto, rediernnt. Wiomarcus in domo sua occisus est ab hominibus Lamberti. Sanctus Adelhardus Corbeiensis abbas obiit; cui Warinus successit.

A. d. i. 826. Hiltwinus, abbas monasterii sancti Dionisii apud Parisium sacrique palatii archicapellanus, Romam mittens, annuente precibus eius Eugenio sanctae sedis apostolicae tunc praesule, corpus beatissimi martyris Christi Sebastiani accepit, et illud aput Suessonam civitatem in basilica sancti Medardi collocavit; ubi dum adhuc iuhumatum in loculo, quo allatum fuerat, iuxta tumulum[e] sancti Medardi iaceret, tanta signorum multitudo enituit, ut a nullo mortalium aut numero comprehendi aut verbis valeat enarrari; quorum quaedam tanti stuporis esse narrantur, ut humanae imbecillitatis fidem excederent, nisi certum esset, Dominum, pro quo ipse passus est, omnia posse. Eodem anno[10] adventus fuit sancti Viti in Saxoniam ad Novam Corbeiam.

A. d. i. 827. Eugenius papa mense Augusti decessit; in cuius locum Valentinus diaconus a Romanis papa 100us ordinatus, vix unum mensem in pontificatu complevit, qui etiam 8us Leo dictus est. Quo defuncto, Gregorius, presbyter tituli Sancti Marci, papa 101us electus est, sed ante non est ordinatus, quam Lodowici imperatoris legatus Romam veniens, electionem examinaret. Sedit[f] hic Gregorius IV. annos 16. Hic civitatem Hostie, quae vetustate diruta erat, a fundamento renovavit, ne Agareni eo tempore circumvagantes christianis inibi nocere possent, eamque Gregoriopolim nominari iussit. Hic ordinavit episcopos, presbiteros, diaconos per diversa loca 185. Hic festum omnium sanctorum per omne regnum Lodowici agi instituit. Corpora sanctorum Marcellini et Petri de Roma in Germaniam translata sunt mense Novenbri et miraculis clarificata sunt. Sarraceni fines Barcinonensium et Gerundensium vastant. Sanctus Hildegrimus, primus Halberstadensis episcopus, 13. Kal. Iulii ad Christum migravit, anno ordinationis sue 47°. Hic eclesiasticas institutiones in conmissa sibi parrochia rite ordinavit, 35 eclesias plebeias in episcopatu suo Halberstadensi constituit. Eclesiam preterea a fratre suo Liudero confessore et episcopo inceptam perfecit, et in honore martirum Iohannis et Pauli consecravit. Cui Thiatgrimus, nepos eorundem episcoporum Liuderi et Hildegrini, ab inperatore Lodowico substituitur.

A. d. i. 828. In regione Wasconia trans Garonnam in pago Aginensi annonam de coelo quasi pluviam descendisse ferunt, similem frumento, sed paululum breviora ac rotundiora grana habuisse, de qua domino imperatori ad Aquisgrani palatium allatum est. Wittinus Augiensis monachus in spiritu raptus, admirabilem vidit visionem. Expeditio facta est contra orientales Saxones et Sclavos, omnisque terra eorum vastata est et subiugata.

cf. Ekk. a. 827.

ib.

cf. Chr Halb.

fol. 25'. Ekk.

fol. 26. Ekk.

a) f. c. *desunt ed.* b) octavo *ed.* c) cimiterio *ed.* d) *Haec desunt ed. De codice non constat; supplevi ex Ekkehardo; cf. a.* 827. *Fortasse hoc loco scripta nunc erasa sunt.* e) *deest ed.* f) Sedit—substituitur *artius et fort. in loco raso scripta.*

10) Ann. Corb. a. 836; cf. infra eundem annum.

Ekk. A. d. i. 829. In ipso quadragesimali ieiunio, paucis ante sanctum pascha diebus, Aquisgrani terrae motus factus est noctu, ventusque tam vehemens exortus, ut non solum humiliores domos, verum etiam sanctae Dei genitricis basilicam, quam capellam vocant, tegulis plumbeis tectam, non modica ex parte denudaret. Tancradus secundus abbas monasterii Prumiensis obiit, vir prudens et sacrae religioni deditus.

Ekk. A. d. i. 830. Michael imperator Constantinopolitanus obiit. Secundum quosdam invenitur*, quod in hoc
*A. Quedl. A. Lob. Lodowicus imperator a filiis suis regno depositus fuerit. Eodem anno habuit generale placitum Attiniaco, ibique Lothario regnum dedit Italiae. Corpus[a. 11] sancti Aurelii confessoris de Mediolanensi civitate translatum est, et Hirsaugia primum fundata. Que per multa tempora sub constitutis patribus effloruit; postmodum expulsis monachis, canonici pro his sunt constituti.

A. Hild. A. d. i. 831. Hun abbas Herfeldensis et Rabanus abbas Fuldensis fundamentum ecclesiae sancti Wicberti in Herfeldia fodere coeperunt 6. Idus Iulii feria 2. Lodowicus imperator magnum conventum in Noviomago habuit. Amularius librum de officiis ecclesiasticis ad Lodowicum imperatorem scripsit. Angelomus etiam ad eundem tractatus in libros regum dedit. Corpora sanctorum Valentis, Senesii et Theopontii in Augiam insulam delata sunt. Theophilus, filius
Ekk. *A. Lob. Michaelis, regnavit Constantinopoli annis 12. Item secundum quosdam invenitur*, quod hoc anno imperator miserit Romam Adelongum et Hunfridum ducem, in quorum praesentia Paschalis papa supradictus de obiectis se purificaverit, quodque eodem anno obierit eique Eugenius successerit; qui error scriptoribus imputetur. Idem
Hist. pontt. Pascalis papa scripsit Mediolanensi eclesie de simoniaca heresi epistolam valde utilem. Walandus episcopus Leodicen-
A. Lob. sis obiit; cui Erardus successit.

Adam. I, 17. A. d. i. 832. Lodowicus Pius inperator votum parentis sui inplere cupiens, Hammanburch civitatem Transalbianorum metropolim statuit omnibus barbaris nationibus Danorum, Sueonum, Sclavorum et aliis in circuitu coniacentibus populis, eique cathedre primum archiepiscopum ordinari fecit Ansgarium, anno Willerici Bremensis episcopi 43°.
A. Lob. Legati Bulgarorum cum muneribus venerunt, et Heroldus rex Danorum cum uxore baptizatus est, qui a sacro fonte susceptus sunt ab imperatore et imperatrice. Eodem anno pugnatum est cum Sarracenis et triumphatum. Lodowicus,
A. Hild. filius imperatoris, anno regni eius 20° coniurationem fecit cuntra patrem suum apud Langobardonheim.

Ekk. A. d. i. 833. Lodowicus imperator dedit filio suo Karolo ex Iudith nato Alamanniam, Rhetiam et partem Burgundiae, indignantibus ceteris filius eius, Lothario, Lodowico et Pippino.

*fol. 26'. A. d. i. 834. Pippinus *venit Compendio palatio ad patrem dolose, voluitque eum a regno expellere. Eodem anno
A. Lob. imperator a filio suo Lothario sacramentum fidelitatis exegit.

A. d. i. 835. Lodowicus imperator abiit obviam filiis suis, dolose ad se venientibus in campo magno, qui est inter Argentinam et Basileam; sed nihil horum quae petebant concessit. Adfuit illic Gregorius papa, munerans imperatorem, et munerandus ab ipso.

Reg. A. d. i. 836. Britones[b] foedera violant, et rebellare incipiunt cum duce suo nomine Murmanno; contra quos impe-
A. Lob. rator exercitum produxit, sed non adeo praevaluit. Iudith imperatrix vi velata, a privignis custodienda dirigitur ad Diertonam Italiae civitatem. Lodowicus imperator comprehenditur, et Pippino discedente in Aquitaniam, Lodowico in Ba-
cf. A. Corb. wariam, a Lothario tertio Aquas usque deducitur, ibique recluditur. Adventus[12] sancti Viti fuit in Saxoniam
13 ad Novam Corbeiam. Corpus sancti Liborii episcopi de Gallia in Saxoniam translatum est[13].

A. Lob. A. d. i. 837. Lotharius timore fratris sui Lodowici ad Compendium cum patre divertit; quem insecutus Lodowicus cum Drogone Metensi episcopo et ceteris fidelibus, fugam inire compulit, et patrem Aquis reductum in sede sua restituit,
cf Chr. Hild. Remensem archiepiscopum Ebbonem, degradatorem eius, custodie mancipavit; quamvis alibi inveniatur, quod anno dominice incarnationis 835° Ebbo sit depositus et Hildinisheim clementia inperatoris relegatus. In hac diversitate eligat quisque, quid sequatur. Prefuit autem Hildinisheimensi ecclesie annis 12, et episcopalem ordinem, ut sibi videbatur, exercuit. Hatto Basiliensis ecclesiae
Reg. episcopus obiit. Murmanus rex Brittonum moritur, et Numonoio apud Ingelinheim ducatus ipsius gentis traditur.
Adam. I, 19 20. Willericus secundus Bremensis episcopus moritur; cui Leudricus ordine tercius successit.

A. Lob. A. d. i. 838. Lodowicus imperator coniugem suam recepit. Lothario filio suo indulsit, sacramento ab eo accepto,
Ekk. ut Italiam iret nec inde superstite se ulterius rediret. Pippinus, filius imperatoris, obiit. De quo ferunt, quod eum
Reg. a. 851. pater suus Lodowicus imperator, dum adhuc puerilis esset aetatis, voluerit ad clericatus officium promovere, ac Drogoni Metensi episcopo, fratri suo, patruo scilicet pueri, commendare erudiendum liberalibus simul et ecclesiasticis disciplinis; sed paternis votis Lotharius, eiusdem pueri frater, obvius, nequaquam permisit eum attondi, sed vi abstraxit de manu patris. Erat enim, ut aiunt, mirae pulchritudinis; cui postmodum Lodowicus imperator, pater suus, cum inter filios suos imperium divideret, Aquitaniam tantum provinciam concessit. Sed non ei in prosperum cessit, quod a servitio Dei subtractus est. Ebrietatibus enim et comessationibus die noctuque vacans, ad extremum mente captus, in maniacam incidit passionem, et praesentem vitam cum dedecore amisit, successorem relinquens filium Pippinum. De hoc anno apud
Reg. quosdam invenitur sic: Lodowicus a suis imperio privatur, et privatus custodiae traditur, regnique monarchia Lothario, filio eius, per electionem fratrum[c] datur, rursumque a Lodowico filio et a Francis de custodia eruitur, et in
A. Hild. sedem imperialem restituitur. Fuit autem haec deiectio ex maxima parte propter multimodam fornicationem Iudith, uxoris eius. Iterum coniuratio facta est apud Franconevord Lodowici iunioris; sed conversum est regnum ad patrem eius.

fol. 27. A. d. i. 839. Lodowicus imperator, quod reliquum vitae sibi superfuit divinis cultibus mancipavit, utilitati eccle-
cf Ierim. siarum, iusticiis pauperum, commodis regnorum suorum indulgens. Puoto diaconus palatii in iudaismum lapsus est.
A. Hild. Ventus ingens innumera aedificia subvertit, et multa dampna effecta sunt 6. Non. Novembris.

A. d. i. 840. Thiatgrimus Halberstadensis secundus episcopus, postquam multis virtutibus sanctorum patrum exemplo claruit, 6. Idus Februarii febre dissolutus, ad predecessorem suum Hildegrimum et consanguineum in Werdunensi monasterio corpus eius appo-

a) Corpus — constituti *post add. c.* b) Britones — praevaluit *post* Corbeiam *scripta, ab auctore postea huc relata sunt.*
c) Francorum *Reg.*

11) cf. locum ex cod. (3?) Lamberti a. 832. editum Mon. SS. III. p. 45. Sed hunc annum etiam cod. traditionum Hirsaugiensium tuetur; cf. Staelin hist. Wirtemb. I. p. 195. n. 2. 12) cf. etiam supra a. 826. 13) v. Mon. SS. IV. p. 149.

situm, diem tremendi iudicii expectat. Lodowicus imperator filium Lodowicum trans Rhenum prosequitur, venitque ad Herolfesfelde 6. Idus Aprilis. Eclypsis solis facta est 3. Non. Maii hora ante nonam. Imperator morbo gravatus, et in navim missus, per Mogonum flumen in Rhenum deducitur, ibique in insula iuxta Inglinheim 12. Kal. Iulii vita decessit. Inde ad Mediomatricorum civitatem deportatus, in basilica sancti Arnulfi honorabiliter sepelitur, statimque Lotharius de Italia regressus, imperium arripuit. Hemmo, Herolvesfeldensis monachus, magis in detrimentum quam ad profectum, a Lodowico, filio imperatoris Lodowici, tercius Halberstadensi eclesie est missus episcopus. Nam decimas super totum Fresionoveld ab Halberstadensi eclesia, cui iure offerende sunt, ad Herolvesfeldensem transtulit. Rhabanus Fuldensis abbas, relicta potestate, ultra Renum in regnum Lotharii se contulit, post quem revocandum quidam de fratribus mittuntur. Illo renuente, Hattonem super se abbatem eligunt. Rhabanus post paucos dies rediens, cum concordia abbatis et fratrum, concessis sibi quos ipse elegerat locis, ad orientalem plagam eiusdem monasterii montanus efficitur[a]. Reg. A. Hild. Reg. cf. Chr. Halb.

A. d. i. 841. Lotharius reversus de Italia, et Pippinus, filius Pippini fratris eius, de Aquitania, voluerunt Karolum, filium Iudith, cognomine Calvum, ea parte regni, quam sibi pater concesserat, privare, et secundum testamentum, quod avus eorum Karolus Magnus statuerat, inter se in tres partes regna dividere. Adalbertus comes occisus est. Lodowicus et Karolus indigne ferentes, quod regno paterno per omnia privati essent, exercitum undecumque contrahunt, et apud Autisiodorensem pagum, in loco qui dicitur Fontanith, grave praelium inter eos commissum est. In qua pugna ita Francorum vires attenuatae sunt ac famosa virtus infirmata, ut non modo ad amplificandos regni terminos, verum etiam ad proprios tuendos in posterum vix sufficerent. Tandem non sine gravi dispendio suorum Lodowicus et Karolus vicerunt 7. Idus Martii. Theophilus imperator Constantinopolitanus obiit; cuius filius Michael regnavit annis 26. Rex Bulgarum ad ebristianismum cum sua gente conversus, missis ad eum a sede apostolica ministris sacri ordinis, acceptis etiam a rege Lodowico subsidiis, adeo in fide solidatur, ut non multo post, filio maiore in regnum ordinato, ipse abrenuntians seculo, monachus factus sit. Sed cum filius eius iuveniliter agens, ad gentilitatis cultum vellet redire, militiae cingulo et regio cultu resumpto, filium persecutus cepit, et oculis eius effossis, eum in carcerem trusit, et filio iuniore in regnum locato, sacrum habitum recepit, et in eo usque ad finem vitae perseveravit. Ekk. Ekk.

A. d. i. 842. Lotharius expulsus est de regno, et Rhabanus de Fuldensi coenobio. Erardus Leodiensis episcopus obiit; cui Harchärius successit. Supradicti fratres imperium Francorum inter se diviserunt, et Karolo quidem occidentalia regna cesserunt, a Britannico oceano usque ad Mosam fluvium; Lodowico vero orientalia, scilicet omnis Germania usque ad Rheni fluenta et nonnullae civitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum propter vini copiam. Porro Lotharius, qui et maior natu erat et imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens, regnum sortitus est, quod ex eius vocabulo Lotharii appellatur, totamque Provinciam et omnia regna Italiae cum ipsa Romana urbe, quae et nunc ab omni sancta ecclesia propter praesentiam apostolorum Petri et Pauli speciali honoratur privilegio, et quondam propter invictam Romani nominis potentiam orbis terrarum domina dicta fuerat. Pippino[b] autem, Pippini filio, Lodowicus imperator Aquitaniam concesserat. fol. 27'. A. Hild. A. Lob. Reg. cf. Ekk.

A. d. i. 843. Gregorius papa IV. eius nominis obiit; post quem Sergius II. sedit annos tres, menses duos, dies 15. Hic ordinavit episcopos 25, presbyteros 8, diacones tres. Mauri Beneventum occupaverunt. H. pont.

A. d. i. 844. Lotharius imperator cum orientalibus Francis venit in Slaviam, et ibi regem Gestimulum occidit ceterosque sibi subegit. Karolus rex Pippinum regem nepotem suum cepit, ipsis Aquitanis eum prodentibus, eo quod pace soluta eadem provincia a suis indigenis devastaretur et multa illic mala impune perpetrarentur, et captum cum consilio episcoporum ac procerum attondit, et habitu monachico indutum Suessionis in monasterio sancti Medardi misit. Inde, duobus monachis opem ferentibus, fuga elapsus est. Qui iterum captus, in Silvanectis castro munitissimo custodiae mancipatur. A. Hild. Reg. a. 854.

A. d. i. 845. Heresfeldenses monachi cum Otgario archiepiscopo Mogontino reconciliati sunt. Et eodem anno Lodowicus rex ad idem monasterium venit 2. Kal. Novembris, et privilegia et immunitates monachis dedit et sigillo munivit. A. Hild.

A. d. i. 846. Sergius papa obiit; post quem Leo IV. eius nominis sedit annos 8, menses 3, dies 6. Hic octavam assumptionis sancte Marie devotissime primum celebravit et semper celebrandam firma institutione mandavit. Lodowicus rex Germaniae Pannoniam subegit, et Behemos domum rediens vastavit. Hetti Trevcrorum episcopus ex hoc seculo transivit, et Thietgaudus cathedram eius obtinuit. H. pont. A. Hild. Reg.

A. d. i. 847. Iudith imperatrix, mater regis Karoli Calvi, obiit. Eppone, primum Remensi archiepiscopo deinde Hildinisheimense episcopo, defuncto, Altfridus quartus ordinatur episcopus. Qui instructus sacerdotem et eclesiam tali vinculo federari quo virum et uxorem, secundum hanc spiritualis[c] matrimonii sanctissimam legem administrata ab antecessore suo eclesiastica sacramenta cassavit, utpote post amissum priorem episcopatum ad alterum promoto, iterando scilicet eclesiarum consecrationes et clericorum, si qui digni videbantur, consecrationes. Qui et duas curtes sue proprietatis Saligenstad et Esnedi eclesie sue condonavit, in quibus abbacias Saligenstad monachorum et Asnede virginum coadunavit. Otgarius Moguntinus archiepiscopus 11. Kal. Maii obiit; in cuius locum saepedictus Rhabanus ordinatus est 8. Kal. Iulii. Ekk. Chr. Hild. A. Fuld.

A. d. i. 848. Lodowicus rex Germaniae apud Moguntiam habuit concilium synodale, ibique Godescalcus hereticus convictus et dampnatus est. Qui Godescalcus a Rhabano iam archiepiscopo ordinato rationabiliter convictus est, sed tamen in suo perseveravit errore. Monasterium in Brunesteshusae inchoatum est a Liudolfo[d] duce Saxonie. A. Hild. A. Fuld. cf. Chr. Hild.

A. d. i. 849. Leudericus, Bremensis eclesie tertius episcopus, obiit; cui successit Ansgarius monachus, Hammenburgensis primus archiepiscopus; sub quo coadunatio facta est Bremensis et Hammanburgensis parrochie. fol. 28. Adam. I, 23. 24.

a) *rec. manus addidit:* et dicitur ille mons Rabenhusberg prope montem sancti Petri in Fulda hodierna die. b) *Haec alio atramento addita.* c) spalis *cod.* specialis *ed.* d) *add. sed del.* de *c.*

A. Hild. A. d. i. 850. Ecclesia sancti Wigberti in Heresfelde dedicata est a Rhabano Mogontinae ecclesiae venerabili archiepiscopo 5. Kal. Novembris.

Reg. A. d. i. 851. Obiit Irmingardis regina, filia Hugonis comitis, coniunx Lotharii imperatoris, venerabilis et Deo acceptabilis matrona, quae tres filios Lothario genuerat, Lodowicum, Lotharium et Karolum. Baduradus Paderbrunnensis episcopus obiit; cui Liuthardus successit.

A. Fuld. A. d. i. 852. Habita est synodus in civitate Mogontia de diversis quaestionibus, praesidente Rhabano archiepiscopo cum omnibus episcopis atque abbatibus orientalis Franciae, Bawariae atque Saxoniae. Luidolfus dux Saxonie cum sua

Vita Godeh. c. 17. coniuge Oda Romam peciit, et ab apostolico reliquias sanctorum presulum Anastasii et Innocentii inpetratas detulit, et in honore eorum monasterium et cenobium virginum, ante 4 annos in Brunesteshuse inchoatum, in Gandersheim anti-

Chr. Hild. quiori loco construxit. Cumque domnus Altfridus Hildinisheimensis episcopus eclesiam ibidem edificare cepit, et Hathumodam, eiusdem ducis filiam, primam abbatissam ibidem ordinavit, decimas etiam ex proprietate sue eclesie ibidem pro exhibendo sibi servimine et censu in beneficium prestitit, et cetera ibi Christo famulantibus profutura ex suo paterna pietate providit. Idem eclesiasticus presul cum religiosissimo sui clero triduanum egit ieiunium, celos pulsante precum instancia, Deum orans, locum sibi demonstrari in Hildinisheimensi civitate, quem mediator Dei et hominum dignaretur eclesia in sui sueque genitricis honore construenda. Cumque quartus dies illucesceret, visi sunt designati et quasi ad fodiendum eclesie fundamentum artificioso metientis orthigonio limites descripti instar vernalis pruine, directi quidem a primitivo sancte Marie sacello occidentem versus, lati quippe et longi inter seque distantes, prout muri spissitudo et eclesie longitudo ac capacitas poscebant. Revelatum est preter hoc eidem presuli eadem qua ieiunium finierat nocte, quia in cripta, quam adiuncturus erat sacello a Lodowico inperatore olim constructo, duo deberet altaria dedicare, alterum Iohanni babtiste, alterum Stephano protomartiri. Mox illustris presul sue intentioni divinam aspirare dignationem letificatus, posito ut sibi revelatum est fundamento, eclesiam tam honesti quam firmi sed arti edificii construxit.

Reg. A. d. i. 853. Nortmannorum classis Ligeris fluminis primum adiit littora. Qui Nortmanni Britannicum mare navigio girantes, ostia Ligeris occupaverunt, et repentina irruptione civitatem Namnetis invadunt, omniaque caedibus, incendiis ac rapinis depopulantes, ipso sancto die sabbati paschae pontificem civitatis, cum baptismum ex more celebraret, in basilica interficiunt, clerumque trucidant, omnem circumquaque regionem devastantes, primum Andegavensem, deinde Turonicam occupant urbem, ac velut unanimis tempestas cuncta prosternunt, templum etiam praecellentissimi pontificis Martini incendio cremant. Hi siquidem a Scithia inferiori egressi, Nortmanni lingua barbara, quasi homines septentrionales, dicti sunt[14]; eo quod primum ab illa mundi

ib. parte venerint. Egil monasterii Prumiensis abbas constituitur. Hemmo, Halberstadensis eclesie

cf. Chr. Halb. tertius episcopus, 6. Kal. Aprilis obiens, sepultus est in eclesia Halberstadensi, et Hildegrimus iunior, vir summe prudentie et pietatis, a Lodowico rege quartus eclesie factus est episcopus.

fol. 28. A. d. i. 854. Benedictus papa, ut quidam volunt, hoc anno factus est, et post hunc Paulus, post eum Stephanus per annos 4 sedisse inveniuntur[15].

Ekk. A. d. i. 855. Terrae motu et insolita aeris commotione, turbinibus et multis incommodis homines quassantur, quidam quoque homo igne coelesti consumptus est, veste illaesa manente. Ecclesia quoque sancti Kiliani in Wirceburh

A. Hild. fulminibus exusta est. Corpus sancti Martini levatur de tumulo. Expeditio Lodowici regis Germaniae fuit contra

Reg. Ratzidum Marahensium regem in[a] Morawiam. Lotharius imperator, convocatis primoribus, filio Lodowico Italiam tradidit, et imperatorem constituit; Lothario regnum quod ex suo nomine vocatur concessit; Karolo, qui inter fratres iunior natu erat, Provinciae regnum largitus est, et valedicens suis, reliquit seculum, et in Prumia monasterio attonsus, in sanctae religionis professione diem clausit extremum 4. Kal. Octobris.

ib. A. d. i. 856. Lotharius rex, filius Lotharii imperatoris, Thiethergam reginam sibi in matrimonio sumpsit. Ex qua coniunctione maxima ruina non illi solum, sed etiam omni eius regno accidit, sicut in subsequentibus luce clarius apparebit. Mense Februario, 4. die eiusdem mensis, defunctus est Rhabanus archiepiscopus Mogontinus, habens in episcopatu

A. Fuld. annos 8, mensem 1, dies 4; cui Karolus successit. Decessit et Hatto abbas Fuldensis 2. Idus Aprilis; in cuius locum

cf. A. Corb. Huodo subrogatus est. Warinus etiam, Nove Corheie secundus abbas, 12. Kal. Octobris obiit; cui Adalgarius successit. Leo papa IVus eius nominis obdormivit in Domino 16. Kal. Augusti; post quem Benedictus sedit[b].

Ekk. A. d. i. 857. Hildigart regina obiit. Signa multa prodigiosa, et Treveris in sede pontificali canis visus est. Karo-

A. Corb. A. Hild. lus archiepiscopus aput Mogontiam magnam synodum congregavit.

H. pont. A. d. i. 858. Nicolaus papa primus huius nominis sedit annos 9, menses 6. Hic constituit, ut nulli christiano liceat de propria consanguinitate sive cognatione uxorem accipere, usque dum generatio cognoscitur aut memoria retinetur.

Reg. Karolus rex Provinciae, filius Lotharii imperatoris, moritur, et de regno quod tenuerat facta est non modica controver-

Adam. I, 27. sia inter fratrem eius Lotharium regem et patruum eius Karolum. Eodem anno Bremensis atque Hammaburgensis parrochie coadunatio facta est, ultimo tempore sancti Ansgarii, ex auctoritate Nicolai pape, qui tam ipsum quam eius successores legatos et vicarios apostolice sedis constituit in omnibus gentibus Sueonum, Danorum atque Selavorum; quod

A. Hild. et ante Gregorius papa concessit. Lodowicus rex Germaniae filium suum Lodowicum cum magno exercitu ad Abodritos in expeditionem misit.

a) in Morawiam — IIII. Kal. Oct. *manu 2. in loco raso.* b) *dimidia linea erasa c. Eccardus add.:* 6. dies 10.

14) cf. Liudprandum V, 15. et Rodulfum Glabrum I, 5. 15) Nescio ubi. Nam haec aperte falsa esse, neminem fugit.

A. d. i. 859. Reges Lodowicus, Karolus et Lotharius cum iuramento invicem pacem firmaverunt. Lotharius Hucberto abbati ducatum inter Iuram et montem Iovis commisit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate coniunctus propter sororem Thietbergam. A. Hild. Reg. Hildegrimus iunior Halberstadensis episcopus monasterium, quod a prioribus inceptum invenit, perfecit, et cetu multorum episcoporum conbenedicentium comitante, Non. Novembris dedicavit in honore salvatoris Ihesu Christi et in memoria sancti Stephani protomartiris. In supremo altari reconditus est sanguis sancti Stephani et dens sancti Innocentii pape et de corporibus martirum Dionisii, Rustici et Eleutherii et de corpore sancti Viti martiris. cf Chr. Hall.

A. d. i. 860. Hybernum tempus asperum nimis et solito prolixius erat, frugibusque et arborum proventibus pernoxium, nixque sanguinolenta in plerisque locis cecidisse reperta est. Egil abbatiam Prumiensem sponte dimisit, et Ansbaldus in regimine successit, vir omni sanctitate et bonitate conspicuus. His temporibus Lodowicus rex Germaniae plurima bella strenuissime gessit adversus Sclavorum gentes. Siquidem Marahensium regna ingressus, armis cuncta perdomuit, capto eorum principe Rastiz, cui etiam propter violata foedera oculos erui iussit. Ea tempestate inter principes Karoli magnum discordiarum ac litium efferbuit incendium; denique Lambertus, qui ducatum inter Ligerim ac Sequanam tenebat, Vivianum potentem virum dolo interfecit, rursusque Lambertum Gausbertus comes cum aliis aeque dolo trucidavit; qui Gausbertus iussu Karoli decollatus est. Destitutam terram consilio et principibus perspicientes Brittones, arma corripiunt, fines Francorum invadunt, Ligerim transeunt, et usque Pictavis progrediuntur, caedibus, rapinis, incendiis omnia populantes, oneratique ingenti praeda ad propria redeunt. Ad compescendam hanc insolentiam Karolus cum ingenti exercitu Britanniam intravit. Pugna committitur; Saxones, qui conducti erant, ad excipiendos velocium equorum anfractuosos recursus in prima fronte ponuntur, sed primo impetu, spiculis Brittonum territi, in acie se recondunt. Brittones more solito huc illucque cum equis ad huiusmodi conflictum exercitatis discursantes, modo confertam Francorum aciem impetunt, ac totis viribus in medium spicula torquent, nunc fugam insequentium nibilominus pectoribus spicula figunt. Franci, qui cominus strictis gladiis pugnare consueverant, attoniti stabant novitate inexperti discriminis, nec ad insequendum idonei, nec in unum conglobati tuti. Nox superveniens bellum diremit; multi ex Francis interfecti, quam plurimi vulnerati, innumerabiles equi perierunt. Sequenti die item pugna inchoatur, sed graviori infortunio finitur. Quod cernens Karolus, nimio terrore dissolutus, nocte inscio exercitu clam aufugit, relicto papilione, tentoriis et omni regio apparatu. Mane facto cum exercitus fuga lapsum regem comperisset, nimia formidine repletus, nil aliud quam de fuga meditatur. Brittones cum clamore irruunt, castra Francorum referta divitiis invadunt, omnemque belli copiam capessunt, fugientia agmina insequuntur, obvios aut ferro caedunt aut vivos capiunt; reliquos fuga servavit. Ditati itaque Brittones opibus Francorum armisque instructi, in sua se recolligunt. fol. 29. A. Fuld. Reg.

A. d. i. 861. Udo, Ernust, Bernger comites et Waldo abbas honoribus sunt depositi. Karolus placitum habuit aput Compendium, ibique cum optimatum consilio Rodberto comiti ducatum inter Ligerim et Sequanam adversum Brittones commendavit, quem cum ingenti industria per aliquod tempus rexit. A. Hild. Reg.

A. d. i. 862. Fames magna et morbus in Germania et in aliis Europae partibus fuit. Sanctus Meginhardus heremita occisus est. Nomeneius rex Brittonum moritur, divino nutu percussus. Nam cum ecclesias Dei devastaret et confluia crudeliter depopularetur, eo quod Karolo debitam fidelitatem servarent, quadam die cum equum ascendere vellet, ut coeptam malitiam consummaret, repente vidit ante se sanctum Maurilionem episcopum astare sibique haec torvo vultu et terribilibus oculis ingeminantem: *Desine, crudelis praedo, ecclesias devastare.* His dictis, baculo quem manu gestabat cum in capite percussit; qui a suis domum reportatus, vitam cum regno finivit. Fuit *iste Maurilio episcopus Andegavensis civitatis, cuius termini cohaerebant finibus Britanniae, et ideo ab eis graviter vastabantur. Filius Nomenei Herispoius regnum paternum obtinuit. A. Hild. Ekk. Reg. *fol. 29

A. d. i. 863. Karolus Moguntinus archiepiscopus 2. Non. Iunii defunctus est; cuius cathedram regendam Liutbertus accepit. Rex Karolus item cum immenso exercitu fines Brittonum invasit, sed minime ut optaverat praevaluit; novissime cum eis pacem fecit, datisque ex utraque parte obsidibus et sacramentis, Herispoius ad eum venit, eiusque se dominationi subdidit. Karolus vero magnis muneribus honoratum in regnum eum abire permisit, et in Franciam rediit. A. Fuld. Reg.

A. d. i. 864. Lotharius rex coepit occasiones quaerere, qualiter Thietbergam a suo consortio separaret, quam exosam habebat propter Waldradam, quae eius fuerat concubina, cum adolescens in domo patris esset. Hanc diabolo inflammante nimio diligebat amore. Guntarium itaque Coloniensem archiepiscopum, qui tunc erat archicapellanus, primo per submissos, deinde per se super discidio omni arte aggreditur, et ut facilius assensum praeberet, promisit neptem eius matrimonio accepturum, tantum ut Thietbergam eius allorumque episcoporum auctoritate repudiare posset. Qui ut erat levis animo et inconsideratus actione, omni intentione in rem inducitur. Idem Guntarius Thietgaudum Treverensem archiepiscopum hac de causa alloquitur, sciensque virum simplicem nec adeo in canonicis sanctionibus exercitatum, ex utriusque testamenti paginis quasdam sententias, aliter quam ecclesiastica pagina docet, edisserens, virum improvidum secum in foveam trahit, caecus caeco ducatum praestans. Quid plura? facta sunt omnia, quae huic commento videbantur necessaria. Concilium Mettis convocant, reginam quasi canonice vocatam in medio statuunt, testes una cum scriptis producunt, qui gravia crimina imponentes, protestati sunt, quod eadem Thietberga confessa fuisset, semet ipsam fratris germani incestuoso concubitu fuisse pollutam; continuo patrum statuta de incestuosis recitantur, et non solum a legitimo viro separatur Thietberga, verum omnis ei maritalis copula inhibetur; poenitentia iuxta modum culpae indicitur, et tam nefaria machinatione diu exoptata voluntas regis impletur. Non multo post iterum conventum synodalem Aquis adunavit, ubi libellum suae reclamationis obtulit, ubi continebatur, quod in quadam femina Thietberga factiosis perfidorum hominum argumentis fuerit defraudatus, immo non mediocriter repetivit, quod iudicio episcoporum discidii sententiam pertulisset; quae si idonea esset coniugali thoro et pestifera incestus pollutione foedata non fuisset nec vivae vocis confessione publice condempnata, sponte eam retineret; porro se incontinentem esse professus est, et sine copula iuvenilis aetatis ardorem ferre non posse. Quibus recitatis, hanc definitivam sententiam protulerunt: *Credimus illam dignam non fuisse ac legitimam coniugem nec a Deo praeparatam, quae publica confessione incestus crimine denotata probatur; quocirca glorioso principi nostro pro sua in divino cultu devotissima affectione atque victoriosissima regni tuitione, cui non solum nos verum omnis canonica auctoritas interdixit incestuosum coniugium, legitimum matrimonium non denegamus iuxta indulgentiam dicentis apostoli: „Melius est nubere, quam uri."* His ita patratis, Waldrada iam in publicum procedit[a], stipata obsequentium multitudine, omnisque regia resultat Waldradam reginam esse. Guntarii neptis accersitur, ac semel,

a) prodit *ed.*

Reg. ut aiunt, a rege constupratur, et cum cachinno et omnium derisione ad avunculum remittitur. Igitur agentibus fratri-
A. Corb. bus Thietbergae, haec omnia ad notitiam Nicolai papae deferuntur. Adventus sancte Luttrudis Corbeie eodem anno.
fol. 30. A. d. i. 865. Missi sunt Hagano et Rodoaldus apostolicae sedis legati in Galliam ad discutiendum, utrum ita se
Reg. res haberet, sicut summo pontifici nuntiata fuerat; qui pecunia corrupti, magis faverunt iniquitati quam aequitati. Tamen ad regem venientes, cum declarassent legationis suae causas, responsum acceperunt, nihil se egisse, nisi quod episcopi regni ipsius in generali synodo agendum praemonstrassent. Dederunt autem ei consilium, ut episcopos qui synodo praefuerant ad sedem apostolicam destinaret, qui verbis et scriptis papae satisfacerent. Legati ditati opibus, Romam regressi sunt, nuntiaveruntque praesuli in Galliis quae viderant et audierant, adicientes, nullum se episcopum in regno Lotharii invenisse, qui ad liquidum canonicis esset disciplinis institutus. Interea Guntarius et Thietgaudus archiepiscopi Romam profecti sunt ea intentione, ut et regem innoxium demonstrarent, et[a] se cum coepiscopis ecclesiastica et apostolica exercuisse decreta; stultitiae quidem elogio denotandi, qui Petri sedem pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quae nec fefellit nec ab aliqua umquam heresi falli potuit. Cum in praesentiam Nicolai papae venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta sinodalia, quae in Mediomatricorum urbe vel Aquis ab eis gesta fuerant. Quae cum a notario coram omnibus recitata essent, interrogavit pontifex, si haec verbis confirmarent. Responderunt, inconveniens videri, ut quod manibus roboraverant infirmare verbis mallent; et sic nec repulsa nec admissa eorum assertione, iussi sunt ire ad hospitia sua, quousque vocarentur. Paucis diebus interiectis ad synodum sunt accersiti, ubi eorum dampnata et anathematizata sunt scripta, et ipsi, omnibus adiudicantibus episcopis, presbyteris ac diaconibus, depositi et omni ecclesiastica dignitate privati. Qui tam turpiter dehonestati, Lodowicum imperatorem, fratrem Lotharii regis, adeunt, qui tunc in Beneventi partibus morabatur, scriptis ac dictis vociferantes, se iniuste depositos, ipsi imperatori et omni ecclesiae iniuriam factam, cum numquam auditum sit vel uspiam lectum, quod ullus metropolita sine conscientia principis vel aliorum praesentia metropolitanorum fuerit degradatus; adiecerunt multa alia, eundem papam blasphemantes, quae superfluum est enumerare, existimantes, se imperatoris adminiculo et intercessionis ope et criminis obiecti abolere notam et pristinae dignitatis recuperare statum; sed spes eorum frustrata est, quamvis imperator omnibus votis illis opitulari voluisset. Thietgaudus depositionis suae sententiam patienter ferens, nil iuxta praecedentem consuetudinem de sacro ministerio contingere praesumpsit; Guntarius vero superbiae spiritu inflatus, vetitum sibi officium usurpare non expavit, parvipendens apostolicam excommunicationem. Revertuntur igitur in Franciam, debita confusione respersi. Et dum iterum ac tertio sedem apostolicam ob restitutionis gratiam adissent, novissime in Italia infirmitate praeventi, peregrini
Ekk. et exules moriuntur, communione laicali tantum sibi concessa. Huni christianitatis nomen aggressi sunt. Sanctus
cf. Adam I, 31. Ansgarius Bremensis archiepiscopus, quondam Corbeiensis monachus, obiit; cui Rimbertus, et ipse Nove Corbeie monachus, successit.

Reg. A. d. i. 866. Arsenius episcopus, apocrisiarius et consiliarius Nicolai papae, vice ipsius directus est in Franciam; qui tanta auctoritate usus est, acsi ipse papa advenisset. Convocato denique episcoporum conventu, Lotharium regem alloquitur, ut unum e duobus eligat, aut propriae reconcilietur uxori, abdicato Waldradae pellicis consortio, aut protinus anathematis gladio feriretur ipse omnesque in hoc scelere favorem praestantes. Hac necessitate constrictus, vellet
fol. 30'. nollet, Thietbergam reginam matrimonio recepit, interposito iurisiurandi sacramento, se illam ita in reliquum habere, sicut aequitatis iura dictant legitimam uxorem esse tenendam, nec eam a se separaret, nec ea vivente aliam super eam induceret. Post haec Waldradam ex auctoritate domni apostolici Romam ire iubet, ut pro se rationem reddere debeat. Engildrudam quoque, uxorem quondam Bosonis comitis, a sede apostolica excommunicatam esse omnibus declaravit, quia[b] proprium deseruerat maritum, et Wangerum suum vassallum in Gallias secuta est: quam excommunicationem cum omnibus qui aderant episcopis renovavit. Post haec Engeldrudis se ei Wormatiae praesentavit, in quo loco praefatus Arsenius Lodowico regi occurrerat, iuravitque in praesentia eius iuramentum continens: *Ego Engeldrudis, filia quondam Matfridi comitis, quae fui uxor Bosonis, iuro tibi, domino Arsenio episcopo, misso et apocrisiario apostolicae sedis, et per te domino meo Nicolao universali papae, iuro per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per haec quatuor Christi euangelia, quae ore osculor et manibus tango, quia*[b] *relicta malitia, quam in Bosone viro meo exercui, ut ovis perdita, ad sanctam catholicam et apostolicam sub obligatione, quam domnus Nicolaus summus pontifex me obligavit, revertor ecclesiam, et in Italicum regnum aut vobiscum aut ante vos, quoquomodo provideritis, ibo,*[c] *vel perficere non recusabo.* Sed tam horribile iusiurandum non adimplevit. Siquidem usque Danubii fluenta cum eodem Arsenio perrexit, ibique ad quempiam consanguineum caballorum adminiculo ire condixit, et ad Augustam civitatem ad eum se reversuram pollicita est. Tali occasione gressum retorquens, ex Alamannia in Franciam repedavit. Quod cum Arsenius recognovisset, epistolam misit archiepiscopis, episcopis omnibusque sanctae ecclesiae fidelibus Galliae, Germaniae ac Neustriae commorantibus, obtestans per auctoritatem Nicolai papae, ut nullus eam in sua parrochia reciperet, sed eam praedicarent excommunicatam, donec de pestiferis factionibus suis atque perpetrato periurio ante apostolici praesentiam dignam reciperet poenitentiam. Legatus apostolicae sedis, compositis in Gallia rebus, Romam reversus est; rursusque Waldrada eiusque complicibus decertantibus, Lotharii regis animus adversus Thietbergam commovetur. Excitantur irae, et in sopitis discordiarum et odiorum cineribus denuo copiosus ignis accenditur. Despicitur, abhominatur, reicitur, adulterii crimen impingitur, omnique ingenii arte exquiritur, qualiter puniri ut rea possit. Illa providens imminere sibi periculum, latenter fugiens ad regem Karolum, eius se tuitioni commisit. Quae cum Nicolaus papa cognovisset, misit Karolo epistolam collaudatoriam, haec continentem: *Inter alios sanctae ecclesiae propugnatores et veritatis strenuos defensores neminem magis super Thietbergae gloriosae reginae contritione sollicitum, quam vestrae pietatis affectum recolimus.* Et post congruam exhortationem addidit. *Excellentiam vestram nolumus ignorare, Lotharium regem Thietbergam adeo diversae afflictioni subdidisse contra iuramenta, ut nunc coacta nobis scripserit, regia se velle dignitate exui seu copula, et sola privata vita fore contentam; cui nos rescripsimus, non haec aliter fieri posse, nisi Lotharius idem elegisset. Verum sicut didicimus, Lotharius conventum celebrare disponit et eam examini et proprio iudicio subicere. Et, si quidem eam falsis praestigiis vel argumentosis ambagibus potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima uxor, vult eam a se penitus sequestrare; sin autem, vult quidem ut propriam uxorem accipere, deinde, quasi moechata fuerit, insimulare, ac pro hoc hominem suum hominemque Thietbergae ad monomachiam impellere, et si homo reginae ceciderit, hanc sine dilatione perimere. Quae quam sint divinae legi contraria, prudentia vestra advertat. Nam de retroacta controversia Thietberga non debet ad iteratam responsionem provocari, quoniam quod bene semel definitum est et interpositis sacramentis deli-*
fol. 31. *beratum, nulla debet iteratione, ni fortassis ubi maior auctoritas fuerit, retractari.* Et post pauca: *Illud vero, quod Lotharius Thietbergam de adulterio criminatur, quis non videat dolo esse plenum? Si enim, ut ipse iactat, uxor eius non est, quid pertinet ad eum illi de adulterio calumniam texere, cum nec moechari potuit, si alicuius uxor non fuit.*

a) *deest ed.* b) et *ed.* c) *Ex Reginone supplenda sunt:* et quicquid domnus apostolicus iusserit vel terminaverit adimplebo.

Porro si a Lothario accusatur et conviclue ultio praeparatur, necesse est, futeatur uxorem. Et quibusdam interpositis: Reg.
Praetexea sive de coniugii foedere, seu de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratione patet, Thietbergam cum Lothario posse legalem inire conflictum, nisi ad tempus suae fuerit reddita potestati et suis consanguineis libere sociata. Inter quos etiam locus providendus est, ubi nulla sit vis multitudinis formidanda et non sit difficile testes producere vel ceteras personus, quae tam a sanctis canonibus quam a Romanorum legibus in huiuscemodi controversiis requiruntur. Verum hoc non, ut fiant, dicimus, quae sine ordinatione nostra non posse fieri supra docuimus. Accensus itaque idem sanctissimus pontifex zelo, quo vides[a], Waldradam die purificationis sanctae Mariae in basilica eiusdem excommunicavit et ab omni christianorum consortio separavit, destinavitque epistolam episcopis per Galliam et Germaniam constitutis, hunc in fine sui sensum continentem: *Igitur quia eadem Waldrada retro est conversa post satanam, et Thietbergae reginae coepta interitus meditatione non cessat, idcirco nos eam de factis suis excommunicavimus, donec ecclesiae Christi nobisque, qui eius principaliter curam gerimus, quique causam ipsius exequi et investigare coepimus, satisfecerit, donec etiam omnem sinistram suspicionem consilio nostro adimat, a pretiosi corporis et sanguinis Domini perceptione atque ab omni consortio sanctae ecclesiae iudicio sancti Spiritus beatorumque apostolorum Petri et Pauli nostraeque auctoritatis extraneam facimus prorsus cum universis complicibus, communicatoribus, fautoribus suis. Hanc sententiam 4. Non. Februar. a nobis promulgatam meminimus, quam scripto vobis destinavimus. Et ne labor noster inanis constituatur, spirituulia nobiscum vestra fraternitas arma sustollut, et in parrochia sua excommunicatam hanc fautoresque suos viva voce denuntiet, donec nostro iudicio dignae se poenitentiae submittat.* Direxit et Lothario epistolam, in qua[b] quibusdam praemissis haec subiungit: *Didicimus, te, qui prolixo tempore in scelere permanens ecclesiae Dei non modicum nocuisti, nocere adhuc, et qui in sordibus eras, sordescere adhuc; siquidem, ut opinamur, tibi non sufficit udulterium perpetrasse, nisi upponas, animas hominum periurii laqueis irretitas in extremum mergere interitum. Sed quid mirum, si paucorum animabus propter periurium exitium adquisisti, quando in tanta sublimitate positus per exemplum moechiae tuae tot hominum milia in perditionis cahos praecipitasti. Illud autem, quod Thietberga, quasi Wuldradue testimonium dicens, eum fuisse tuam legitimam uxorem, volens aut invita frustra conatur astruere, cum illius nullo prorsus hinc testimonio quis indigeut; cum magis nos ita sentiamus quod iustum est et intelligamus quod aequum est, ut etiam Thietberga mortua, tu nullis legibus, nullis regulis Waldradam in uxorem possis assumere. Utrum ergo Wuldrada tua legitima fuerit aliquando coniunx, ecclesia Dei sutisfuctione Thietbergae non indiget. Unum tumen scimus, quoniam nec nos nec ecclesia Dei auctore Deo, qui adulteros iudicabit, te, si Waldradam quandoque resumpseris, etiam Thietberga decedente, non dimittet modis omnibus impunitum.* Et post pauca. *Itaque summo studio Thietberyam coniugem tuam ut propriam carnem fove ac dilige, et ne illam a te separare ullo pacto consentias, attende. Nam si vult a te discedere, corripe, immo corrige eam. Iam vero si amore pudicitiae separationem quaerat, certum est, apostolo dicente, quoniam mulier sui corporis potestatem non hubet, sed vir. Verum si et ipse pudicitiam sectatus religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum, ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum: „Quod Deus coniunxit,* fol. 31. *homo non separet", Deus tamen et non homo separat, quando divini amoris intuitu consensu utriusque coniugis matrimonia dissolvuntur. Porro si sterilitas accusatur, cogita Saram nonagenariam, Annam quoque et Elizabeth; quam tamen sterilitatem fortasse non facit infoecunditas, sed iniquitas. Igitur consilium nostrum accipe, et monita nostra tanquam affectuosi patris amplectere, alque ab omni pravitate mentem, linguam corpusque refrena, praecipue Waldradae pellicis tuae communionem declinans, et eius consortium perpetuae oblivioni tradens. Excommunicata est enim, et usque ad praesentiam nostram ab omni christianorum contubernio sequestrata, sicut totus iam novit occidens, et iam iamque per missos nostros cum plagis ceteris oriens non ignorabit. Quamobrem cavendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiae, ac pro unius mulierculae passione ac parvissimi temporis desiderio vinctus et obligatus, ad sulphureos foetores et perenne traharis incendium.* Et paucis interpositis: *Haec autem nos tibi nunc scripsisse, et quasi inter nos et te nostra verba excessus tuos corripientia discurrisse sufficiat. Ceterum praecave, ne quando nobis secundum Domini praeceptum duos aut tres testes adhibeamus, immo vero ne hoc sanctae ecclesiae dicamus, et, quod non optamus, de cetero fias sicut etnicus et publicanus.* Circa haec tempora Lodowicus rex Germaniae fratris sui Karoli regnum cum exercitu ingressus est, gestiens occidentalia regna suo subicere dominatui, oblitus germanitatis ac consanguinitatis foedera, oblitus pacti quod pepigerant, immemor etiam sacramentorum, quibus se cum magnis execrationibus coram Deo obligaverant. Karolus enim, ut praedictum est, quosdam ex nobilioribus regni aut publice adiudicatos gladio percussit, aut dolo deceptos perdidit. Ceteri formidantes ne similia paterentur, Lodowicum regem trans Rhenum commorantem sollicitant adque obtinendum fratris regnum illiciunt, promittentes semet ipsos una cum regno ei subdituros. Hac persuasione, ut animi regum semper inexplebiles sunt, cum valida manu terminos eius intravit, regnumque obtinuit, et usque Senonis civitatem pervenit; dimissoque exercitu in Germaniam, cum optimatibus illius regni coepit negotia disponere; sed subito fortuna mutatur. Nam principes qui eum introduxerant, videntes quod longe aliter erga eos incederet quam existimaverant, poenitudine tacti, ad Karolum revertuntur. Karolus ex desperatis rebus vires se recepisse congaudens, contractis copiis, fratrem bello aggredi parat. Ille intuens se destitutum, maturius fugam arripuit, et cum debita confusione regni fines excessit. Hac tempestate Hucbertus abba, frater Thietbergae reginae, contra Lotharium regem rebellare exorsus est, collectaque praedonum valida manu, rapinas coepit exercere. Interfectis aut fugatis Lotharii fidelibus, qui finitima possidebant loca, agros villasque eorum suae factionis sectatoribus dedit. Ad quam temeritatem comprimendam Lotharius tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum ducibus armatorum multitudinem direxit, sed minime hanc praesumptionem extinguere potuit, quia loca inaccessibilia inter Iuram et Alpes Appenninas seditiosis munitissimum praebebant receptaculum, et exercitui propter concava vallium et praerupta montium artissima itinera difficilem ingressum. Attamen idem acephala Hucbertus novissime a Conrado comite peremptus est iuxta castrum quod Urba dicitur.

A. d. i. 867. Apud Constantinopolim Basilius, occiso domino suo Michaele, regnavit annis 20. Lodowicus rex fol. 32. Germaniae episcoporum atque optimatum suorum consilio Hermenricum archiepiscopum cum aliis episcopis, presbyteris ac diaconibus ad gentem Bulgarorum catholicam fidem praedicare destinavit; sed Romanorum episcopi iam tunc totam terram illam baptizando et praedicando repleverunt. Illi vero, accepta a rege licentia, cum pace ad loca propria remearunt. Fertur de eodem rege, quod a tanta perfectione post perceptam babtismi gratiam ceperit, ut diebus ornamentis regiis indutus procederet, noctibus sacco vestitus super pavimentum ecclesiae, substrato sibi tantum cilicio, prostratus in oratione iaceret. Herispoius rex Brittonum a suis interficitur, et Salomon dux loco eius subrogatur, vir strenuus Reg. et bellicosus et tam forma quam animo ad regni gubernacula coaptatus. Karolus rex Galliae tertio super Brittones

Ekk. A. Fuld. Reg. a. 869.

a) *lege* Fines. b) *deest ed.*

Reg. cum exercitu irruere disposuit, sed cum ad terminos gentis appropinquasset, audito quod ad resistendum totis viribus parati essent, subito mutata voluntate, magis elegit pacem suscipere quam bellum inferre. Facta itaque pactione cum
A Hild. Salomone, quam dudum cum Herispogio fecerat, discessit. Ventus ingens cum turbine multa aedificia stravit.

A. d. i. 868. Fames valida et vehemens tam Germaniam quam ceteras Europae provincias nimium afflixit. Nortmanni
Reg. oram Ligeris fluminis occupantes, Namnetensem, Andegavensem, Pictaviensem atque Turonicam provinciam iterato depopulari crudeliter coeperunt; contra quos Rodbertus, qui marcam tenebat, et Ramnolfus dux Aquitaniae aciem dirigunt. Illi hoc sentientes, ad classem repedare accelerant, sed appropinquante multitudine, cernentes se effugere non posse, villam quandam ingrediuntur, ubi se, quantum hora permisit, communiunt. Erat ibi basilica pergrandis lapidea, quam maxima pars eorum introivit cum duce suo Hastingo. Rodbertus et Ramnulfus irruentes, omnes extra basilicam repertos trucidant. Ad basilicam vero venientes, cum vidissent locum munitum, et animadvertissent non modicam turbam paganorum intus latitantem, parumper deliberantes, castra in circuitu figunt, ut crastino aggeribus et machinis eos expugnarent. Rodbertus calore exestuans, galeam et loricam deposuit, ut paulisper refrigeraretur. Cum in positione castrorum unusquisque intenderet, repente Nortmanni a munitione exiliunt, et cum clamore super Rodbertum sociosque eius impetum faciunt; qui arma quantocitius corripiunt, hostes viriliter excipiunt, cedentesque in basilicam compellunt. Rodbertus absque galea et lorica accurrens, cum incautius inimicos insequeretur, interfectus est in introitu ecclesiae, corpusque eius Nortmanni intrinsecus rapiunt. Ramnulfus eminus stans, a quodam Nortmanno per fenestram basilicae sagitta graviter vulneratus et ex certamine eductus, vix triduo supervixit. Exercitus amisso capite errore ac moerore repletus, solvit eadem hora obsidionem, et ad propria revertitur. Nortmanni ovantes classem repetunt. Non multo post Hugo abba loco Rodberti substituitur, vir omni morum honestate fundatus; siquidem Odo et Rodbertus, filii Rodberti, parvuli erant, quando pater extinctus est. Per idem tempus gens Sarracenorum in Beneventum ex Affrica veniens, uni-
' fol. 32'. versam pene regionem caedibus, rapinis, incendiis omnia depopulati sunt. Contra ' quos imperator Lodowicus, filius Lotharii senioris, exercitum contrahens, ad Lotharium fratrem in Gallias misit, ut sibi virtute Francorum opitularetur. Qui nil cunctatus, cum ingenti industria exercitum contrahit, fratrique quanta potuit celeritate in adiutorium venit. Ubi plurima bella gesta sunt, non solum fortiter, sed et feliciter, Deo opem ferente. Inter haec exercitus Lotharii ex insueto calore et intemperie aeris dissolutus, dissenteriae vel clienteriae morbo corripitur, quorum innumerabilis multitudo extincta est, plurimi etiam arearum morsibus perierunt, ut iam daretur intelligi, quod propter duritiam cordis et cor impoenitens Deus non solum Lothario, sed omni regno eius adversaretur. Revertitur itaque in Franciam cum gravi dispendio suorum.

A. d. i. 869. Nicolaus sanctus papa post multa pro sanctae ecclesiae inviolabili statu certamina migravit ad Dominum. Denique post beatum Gregorium nullus praesul in Romana urbe illi videtur aequiperandus. Regibus ac tyrannis imperavit, eisque acsi dominus orbis terrarum auctoritate praefuit; episcopis ac sacerdotibus religiosis humilis, blandus, pius ac mansuetus apparuit; a recto autem tramite exorbitantibus terribilis atque austeritate plenus extitit, ut crederetur
H. pont. alter Helias exsurrexisse, etsi non corpore, tamen spiritu et virtute. Huic Adrianus in pontificatu successit, seditque annos 3, menses 9, dies 10. Hic constituit, ut si quispiam episcopum occiderit, a Deo et sanctis omnibus sit anathe-
Reg. ma. Haec cum Lotharius comperisset, ei talia verba direxit: *Infausta relatio acriter nostrae serenitatis transverberavit aures, quod beatae recordationis dominus Nicolaus vocante Christo decesserit.* Et post pauca: *Sed quod lugubriter replicamus, plus apud sanctitatem illius valuerunt aemulorum nostrorum insidiae et simulatae deceptiones, quam nostra simplex et pura defensio. Nos enim litteris et verbis indesinenter proclamantes et diversis legationibus eadem repetentes, humiliter postulavimus, ut nos et accusatores nostri iuxta divinas et humanas leges eius pontificii audientium mereremur, ut ratio docet, nostram praesentiam exhibendo. Sed semper repulsi sumus.* Et post pauca: *Sed quia Deus omnipotens princeps pastorum in sede illa vestri pontificatus apicem sublimavit, si tempus arriserit, vestrum multiformiter desideramus conspectum et vestris Deo dignis animari colloquiis ac melliflua benedictione potiri.* Et in fine ipsius epistolae: *Interea modis omnibus obsecramus, ut de optabili vestra prosperitate litteris vestris celsitudinem nostram certam reddentes, carae filiationis munus nobis impertiri dignemini.* Ad haec supradictus papa rescripsit, sedem beati Petri semper paratam esse dignam satisfactionem recipere, nec quod divinae humanaeque leges iuste decernunt, umquam reppulisse; itaque si se immunem ab obiectis sciret, cum omni fiducia sedem apostolicam oporteret adire, ut expetitam benedictionem acciperet; si autem culpam recognosceret, nihilominus absque haesitatione venire festinaret, condignae poeni-
A. Hild. tentiae remedia suscepturus. Thiodo * Fuldensis abbas a Lodowico rege depositus est; pro quo vir venerabilis Sigehart electus est.

fol. 33· A. d. i. 870. Lotharius Romam profectus, ab Adriano papa honorifice susceptus est; a quo interrogatus, si monita
Reg. pii patris Nicolai hactenus conservasset et insiurandum custodisset, ab illo deceptus qui in veritate non stetit, respondit, se ita omnia servasse, acsi divinitus sibi essent imperata. Cumque proceres et optimates eadem testificarentur, nec ulla opposita persona inveniretur, quae adversus regiam auctoritatem legitimum auderet controversiae inire conflictum, papa prosequitur: *Si vestrae testificationi veritas suffragatur, cum omni alacritate Deo gratiarum actiones referimus. Restat ergo, fili carissime, ut ad confessionem sancti Petri accedas, ubi hostiam salutarem pro corporis et animae tuae incolumitate immolabimus, ex qua te nobiscum participari oportet, ut membris Christi, unde abscisus videbaris, merearis incorporari.* Finitis igitur missarum sollempniis, invitat regem ad mensam Christi, acceptoque in manibus corpore et sanguine Domini, eum alloquitur: *Si innoxium te recognoscis ab interdicto tibi a domino Nicolao adulterii scelere, et hoc fixum habes, ut Waldradae pellicis tuae numquam miscearis nefario concubitu, sacramentum salutis aeternae tibi ad remissionem peccatorum profuturum accipe; si autem tua conscientia te letali vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire disponis in moechiae volutabrum, nequaquam sumere praesumas, ne fidelium remedium ad iudicium et condempnationem tibi eveniat.* Qui mente captus obduratusque et coecatus, absque retractatione communionem de manu pontificis sumpsit. Deinde conversus praesul ad sequaces ac fautores regis, unicuique communionem obtulit in haec verba: *Si domino ac regi tuo Lothario in obiecto adulterii crimine favorem non praestitisti neque consensum praebuisti, et Waldradae aliisque ab hac sede excommunicatis non communicasti, corpus et sanguis Domini prosit tibi in vitam aeternam.* Igitur quisquis in his laesum se sciens communionem sub tali contestatione porrectam sumere praesumpsit, Dei iudicio mor-

* *In priore libri editione auctor h. a. ita scripserat:* (Obiit) Ansgarius primus Hammanburgensis episcopus, et coadunatio facta est Bremensis atque Hammanburgensis parrochiarum. (*cf. a.* 865. 858.) Thiodo Fuldensis cenobii abbas, pro eo quod regem contempnens offenderat, deponitur, et in locum eius Sigehardus, eiusdem monasterii monachus, a fratribus electus, 7. Idus Mai aput castrum Regenesburc a rege abbas est constitutus.

tuus est, antequam subsequentis anni rediret principium. Perpauci vero, qui se a communione substraxere, vix mortis Reg.
periculum evaserunt. Lotharius Roma egressus, morbo corripitur, et Placentiam perveniens, diem clausit extremum 6.
Idus Augusti. Tanta autem strages in populo eius facta est, ut non peste sed hostili gladio corruisse virtus ac nobilitas regni videretur, quae eo tempore tantae fecunditatis erat, ut in modum densarum segetum pullulans velut quodam examine fines imperii repleverit. Karolus rex Galliae comperiens Lotharium obiisse, regnum illius occupare nititur, Mettisque veniens, ab Adventio episcopo et nonnullis primoribus in regnum sublimatur. Inde Aquisgrani palatium ingressus est, ubi multo plures ad eum confluxerunt. Carebat autem urbs Treveris et Colonia Agrippina praesulibus, quia, ut praemissum est, ambo praesules in Italia defuncti erant. Karolus Bertolfum, nepotem Adventii episcopi, Treverensi ecclesiae praefecit, interventu Adventii, qui plurimum apud eum valebat, eo quod illi assentando in adipiscendis regni negotiis ambitiosius faveret. Porro Coloniae Hilduinum abbatem praeferre temptavit, fecitque eum a Francone Tungrensi episcopo in Aquis palatio presbyterum ordinari ad titulum Sancti Petri praedictae metropolis. Lodowicus autem rex Germaniae infirmitate detentus in Bawariae finibus, lecto decumbebat, audiensque a fratre saepedictum *regnum invasum, aegre *fol. 33'.
tulit, et legatos cum festinatione direxit, qui eum obnixe rogarent, ut regno discederet, quod utrisque hereditario iure aequaliter competebat, quousque Deo sibi sanitatem reddente pariter colloquerentur et de eiusdem regni statu pari voluntate decernerent. Interim Liutbertum Moguntiae archiepiscopum occulte Coloniam dirigit, hortatus omni arte ordinationem Hilduvini praevenire et ex civitatis clero episcopum per electionem civium consecrare. Qui, assumptis secum aliis episcopis, Diuzam castrum pervenit, et formidans ne insidiae sibi a Karoli fautoribus tenderentur, Rhenum non transiit, sed destinans legatos mandavit, ut honestiores ex clero et nobiliores ex populo illuc sibi occurrerent. Quos venientes ex parte regis alloquitur, ut sibi consulerent, et quantocius ex proprio grege praesulem eligerent; se ad hoc destinatum, ut electum ab eis statim consecraret. Ad haec illi respondent, Hilduvino iam episcopatum datum, iamque presbyterum ad ipsam sedem ordinatum, omnesque pene datis manibus eius dominationem suscepisse. Quibus ille: *Si electionem,* inquit, *vobis a rege concessam despicitis, in potestate regis erit, quem vobis dare velit episcopum. Tamen pro certo scitote, quod ante triduum alium quam Hilduvinum habebitis episcopum.* His auditis, unanimiter elegerunt Willibertum venerabilem virum, quem nimium renuentem ordinavit Liutbertus archiepiscopus cum aliis consacerdotibus; et Rhenum transfretans, cum honorifice pontificali sedi imposuit, et sub celeritate recessit. Karolus, comperta ordinatione, furore accenditur, ac mox Coloniam proficiscitur; quippe dum haec agerentur, Hilduvinus aput Aquis palatium in regis obsequio morabatur. Willibertus episcopus et omnes qui eius ordinationi consenserant Rhenum transeuntes, saevitiam regis declinaverunt. Rex cum neminem repperisset, in quem suas iniurias ultum ire posset, via qua venerat reversus est. Iterum legati a Lodowico mittuntur, orantes, ut a regno discederet aut sibi pugnandum cum fratre sciret. Qui cum tanta ingenii arte tantaque constantia aggressi sunt, ut absque dilatione recederet seque in suo regno reciperet. **Eodem anno defuncta Hathmoda, Gandersheimensi prima abbatissa, Gerberga soror eius successit.**

A. d. i. 871. Lodowicus et Karolus reges cum optimatibus suis ad Marsanam iuxta Mosam venientes, regnum quon- Reg.
dam Lotharii aeque inter se diviserunt. Karolus ad Haristallium perrexit, quia idem ei palatium in sorte acciderat. Lodowicus ad Aquis palatium rediit, ubi duobus fere mensibus lecto decubuit. Denique cum a partibus orientis ad Ribuariorum fines venisset et in villa regia Flamersheim solarium ascendisset, stipatus obsequentibus, repente solarium vetustate et putredine resolutum corruit, et rex tantum attritus est, ut duae eius costae a sua compage disiungerentur, et ultra quam credi potest dissimulato languore, fratri sequenti die ad Marsanam obviam profectus est. Tantae fuit animositatis, ut cum fragor costarum ad invicem se collidentium a nonnullis audiretur, nemo tamen audierit eum suspirium emittentem. Per idem tempus Karolus rex filium suum Karlomannum oculis privavit. Thiodo Fuldensis quondam abbas obiit. A. Hild.

A. d. i. 872. Adrianus papa migravit ad Dominum, et Iohannes summi pontificii culmen adeptus est; ad quem Iohan- fol. 34.
nes Romanae ecclesiae diaconus vitam primi Gregorii scribit in quatuor libellis. Hic statuit, ut nulli ducum liceat quemlibet Reg.
episcopum in praesentiam Romani praesulis introducere, vel census ab eo ad sumptus publicos seu dona quaelibet exigere, Ekk.
sed nec coram laicis episcopum stare concessit. Adalgisus dux Beneventanus, Grecorum suasione corruptus, adversus Reg. H. pont.
Lodowicum imperatorem manum levavit; cuius hortatu plurimae civitates provinciarum Samnii, Campaniae et Lucaniae a Lodowico recedentes, Grecorum dominationi se subdiderunt. Imperator in provinciam Samniticam exercitum transfert, petiturus harum provinciarum caput Beneventum opulentissimam civitatem. Adalgisus vero territus, ad callida argumenta convertitur, et Benevento egressus, imperatori ultro se offert, numquam se defectoribus consensisse iuramento confirmat; deinde muneribus imperatorem concilians, in gratiam recipitur. Imperator ad civitates quae defecerant copias transmisit, quas absque difficultate recepit, excepta Capua, quae quadro lapide constructa audaciam repugnandi praebuit. Cingitur itaque obsidione, omnisque aditus intercluditur, regio in circuitu hostiliter vastatur, novissime vites, oliveta ceteraeque fructiferae arbores radicitus exciduntur. Capuani desperatis rebus episcopum civitatis adeunt, corpus sancti Germani episcopi in feretro levant, et sic portis apertis castra imperatoris supplices petunt. Augustus ut totus pietatis visceribus affluebat, misericordia motus, excessus indulsit, praecepitque exercitui, ut ab excidio manum retraherent. Expulsis itaque Grecis, custodes ex suis in civitatibus quas receperat locat, et sic Beneventum proficiscitur, ubi aliquantisper decreverat immorari. Exercitus longa civitatum obsidione fatigatus, genitale solum coepit suspirare, et hac ex causa quotidie paulatim diffluere. Interea Adalgisus ut callidissimus imperatorem alloquitur, cur vires suorum, nullis existentibus causis, profligaret; oportere, ut fessis requies concederetur et regio iam pene devastata clementia principis salvaretur. His flexus imperator, exercitum ex maxima parte redire permisit. Ipse vero cum paucis in eodem loco permansit, nihil mali suspicatus. Quem Adalgisus destitutum suorum viribus cernens, conceptam iniquitatem parturit, et cum suis sectatoribus palatium, in quo imperator meridie quiescebat, occupare nititur. Imperator clamore irruentium excitatus, lecto desilit, arma corripit, et cum paucis corporis custodibus procedens aditumque ferro intercludens, hostem a liminibus arcet. Adalgisus sentiens, non sine discrimine ostia domus esse penetranda, ab introitu pedem retrahit, palatiumque flammis iubet exuri. Imperator dextras sibi dari petit, pacemque obnixe deposcit; cui responsum est, non aliter impetraturum, nisi iureiurando devovisset numquam se diebus vitae suae Beneventi fines intraturum, neque ex calumnia, quam tunc patiebatur, vindictam aliquando exacturum. Allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus, sacramentum quod exigebatur iuravit, statimque a Benevento postera die exivit. Aestatis fervor immanis et siccitas nimia totos pene A. Hild.
perdidit fructus; plurimaeque quoque domus cum hominibus et animalibus fulminibus incensae et exustae sunt. Et eodem anno indictione 5. in Kal. Novembr. dedicatum est principale monasterium *sancte Marie in Hildensheim ab Altfrido *fol. 34'.
eiusdem ecclesie episcopo et Rimberto Bremensi, Liuthardo Padlherbrunnensi ac Theoderico episcopis cum interventione Corbeiensis abbatis Adalgarii, sub titulo Cosme et Damiani, Tiburtii et Valeriani martirum et Cecilie virginis. Chr. Hild.

A. d. i. 873. Lodowicus imperator Romam venit, ibique conventum celebrans, coram summo pontifice multa super Reg.
Adalgisi tyrannide conquestus est. Tunc a senatu Romanorum Adalgisus tyrannus atque hostis rei publicae declaratur,

Reg. bellum etiam adversus eum decernitur. Iohannes autem papa imperatorem a iuramento, quo se obligaverat, auctoritate Dei et sancti Petri absolvit, affirmans, nichil sibi obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem rei publicae, quamvis cum multis execrationibus fuerit prolatum. His exhortationibus principis animum ad rediviva certamina provocat. Tamen ne a suis periurus diceretur, nequaquam ipse contra tyrannum procedit[a], sed reginam cum exercitu misit. Adalgisus certis indiciis colligens, bellum adversum se summis viribus parari, hostemque se ac tyrannum esse denuntiatum, suae nequitiae conscius, metu percellitur, et spem vitae in fuga ponens, in Corsicam insulam secessit, ibique ad tempus latuit. Fames magna invaluit in Germania. His temporibus rex Karolus Karlomannum filium oculis privavit. Nam ex Irmindrude regina tres filios susceperat, Karolum, Karlomannum et Lodowicum; ex his duo infeliciter perierunt. Nam Karolus temptare volens Albuini constantiam, vespertinis horis impetum in eum fecit, quem ille non agnoscens interfecit; postquam audiens filium regis esse, fugiens mortem devitavit. Porro Karlomannus iussu patris adhuc puerulus clericus factus et post diaconus ordinatus est. Post hoc per apostasiam recedens, collectis praedonibus, ecclesias vastabat et inaudita mala perpetrabat. Pro quibus crebro a patre frustra correptus, novissime autem iussu eius oculis orbatus, Lodowicum patruum suum adiit. Qui miseratione motus Epternacum monasterium sancti Willibrordi ad subsidium ei vitae praesentis concessit; ubi non multo post mortuus et sepultus est.

A. Hild. Reg. a. 870.

Reg. A. d. i. 874. Locustarum inaestimabilis multitudo mense Augusto ab oriente veniens, totam pene pervastavit Galliam, quae maiores erant quam ceterae locustae, habebantque sena alarum remigia, et mirum dictu! ut castrorum acies distinctis ordinibus per aera ferebantur, vel terrae incumbentes castra metabantur. Duces cum paucis exercitum praeibant fol. 35. itinere dici unius, quasi loca apta multitudini provisuri. Circa horam 9. ubi duces pridie venerant *insidebant, nec a loco occupato movebantur, quousque sol oriretur. Tunc per turmas proficiscebantur, ut in parvis animalibus militarem cerneres disciplinam. Segetibus vescebantur, quae ab eis ita depastae sunt, ut tempestate consumptae viderentur. Spatium diurni itineris quatuor aut quinque milibus extendebatur. Pervenerunt vero ad mare Britannicum, ubi Deo volente violento flatu in profundum asportatae demersae sunt; aestu vero ac refusione oceani reiectae, littora repleverunt, tantaque ex his congeries facta est, ut instar montium cumulatae coacervarentur. Ex earum autem foetore atque putredine aer corruptus diram pestem finitimis generavit. Per idem tempus rex Karolus Andegavensem obsidebat urbem. Denique Nortmanni postquam Rotbertum et Ramnolfum et alios nonnullos generosae stirpis viros, qui patriae terminos armis tuebantur, Deo adversante habitatores terrae, occiderunt, cum nemo inveniretur qui eorum violentiae resisteret, sollicitati paucarum civitatum vel regionum direptione, et ex praeda singularum, quantae opes universarum essent, prospicientes, Andegavis civitatem, civibus fuga lapsis, vacuam reperientes, ingrediuntur; quam cum munitissimam et pro situ loci inexpugnabilem esse vidissent, in laetitiam effusi, hanc suis suorumque copiis tutissimum receptaculum adversus lacessitas bello gentes fore decernunt. Protinus navibus per Medanam fluvium deductis muroque applicatis, cum mulieribus et parvulis, veluti in ea habitaturi, intrant, diruta reparant, fossas vallosque renovant, et repentinis incursionibus circumiacentes regiones devastant. Cumque Karolo tam pernitiosa pestis in visceribus regni interclusa nuntiata esset, ilico ex omnibus regnis, quae suae ditioni parebant, veluti ad commune incendium extinguendum, exercitum colligit, et castris in circuitu positis, urbem obsidione cingit; et quia Medana fluvius a partibus Britanniae urbis muros alluebat, Salomoni regi Brittonum mandat, ut contractis auxiliis citius adventaret, ut communem hostem communibus viribus expugnarent. Qui, assumptis secum multis Brittonum milibus, super ripam fluminis Medanae tentoria figit. Igitur ex omnibus partibus urbe obsidione circumdata, multis diebus undique summa virtute dimicatur, nova et exquisita machinamentorum genera applicantur, sed tamen regis conatus effectum prosperitatis non obtinuit, quia et loci facies non facilem praebebat accessum, et paganorum valida manus, quia pro vita res erat, summo resistebat conamine. Exercitus immensae multitudinis cum longae obsidionis taedio, fame et gravi pestilentiae morbo atteretur, cernentes Brittones urbem inexpugnabilem, conati fol. 35. sunt fluvium a suo alveo derivare, ut *exsiccato naturali meatu, naves Nortmannorum invadere possent. Coeperunt itaque fossam mirae profunditatis ac latitudinis aperire; quae res tantam formidinem Nortmannis ingessit, ut absque dilatione ingentem pecuniam Karolo pollicerentur, si soluta obsidione eis ex suo regno liberum praeberet egressum. Rex turpi cupiditate superatus, pecuniam recepit, et obsidione soluta hostibus vias patefecit. Illi conscensis navibus in Ligerim revertuntur, et nequaquam, ut spoponderant, ex regno eius recesserunt; sed in eodem loco manentes, multo peiora et inmaniora quam antea fecerant perpetrarunt.

Ekk. A. d. i. 875. Lodowico regi Germaniae apparuit in somnis pater suus Ludowicus olim imperator, adiurans eum per nomen sanctae Trinitatis, ut eum eriperet a tormentis, in quibus detinebatur, ut tandem aeternam requiem mereretur habere. Ob hoc ad diversa monasteria destinans elemosinas, obnixe filius succurrebat patri. Unde dabatur intelligi, quia, licet idem imperator multa hominibus placita fecisset, plura tamen Deo contraria in regno fieri consensit; in quibus graviora videbantur, quod heresi Nicolaitarum non restitit, et monita Gabrielis archangeli 12 capitulis comprehensa, Chr. Hild. quae Marcus ei legenda et observanda obtulerat, servare non studuit. Altfridus, Hildinisheimensis 4us episcopus, plenus dierum, 18. Kal. Septembris in consortium sanctorum migravit, et Asnede in sua eclesia, quam ipse construxit ac dedicavit, sepultus est; ubi miraculorum virtutibus per plurima sanitatum insignia, ut ibi commanentes perhibent, innotescit. Post hunc Liudolfus, Nove Corbeie monachus, designatur, sed subita morte preventus aufertur. Marquardus dehinc 5us Ekk. episcopus successit. In Italia Brixiae triduo sanguis pluisse fertur. Cometes solito rutilantior apparuit. Lodowicus Reg. Italiae imperator moritur, vir pius et misericors, simplex, iustitiae deditus, ecclesiarum defensor, orphanorum et pupillorum pater, elemosinarum largitor, servis Dei humiliter se submittens, ut iustitia eius maneret in seculum seculi. Eodem anno Karolus, patruus eius, rex Galliae, Romam perrexit, et datis apostolico Iohanni magnis muneribus, imperator cf. Ekk. Reg. creatur 70o loco ab Augusto, anno ab Urbe condita 1506o, anno dominicae incarnationis 875o. Eodem anno Salomon rex Britanniae a Pastiquano et Vurfando ducibus suis dolo interficitur; post cuius mortem cum hi duo regnum eius inter se dividere vellent, sed in divisione dissentirent, eo quod maxima pars Pastiquani partibus faveret, bellum ab utrisque summis viribus instauratur. Pastiquanus quamquam maiore multitudine *abundaret, Nortmannorum tamen auxilia pecunia conducit, eaque ad supplementum virium suo exercitui miscet, et mox contra aemulum ad pugnam proficiscitur. Vurfandi satellites videntes vires regni ad Pastiquanum concessisse, coeperunt ab eo diffugere, ut vix mille cum eo in acie[b] remanerent, qui et ipsi coeperunt suadere, ut secederet mortisque periculum declinaret; se cum paucis innumeram multitudinem sustinere non posse. Ad hoc ille respondit: *Absit, optimi commilitones, ut hodie faciam quod numquam, ut inimicis meis terga vertam, et gloria nominis mei infametur. Melius est nobiliter mori quam ignominia vitam serrare, nec diffidendum de victoria. Fortunae vires cum hostibus experiamur; neque enim salus est in multitudine, sed in Deo.* Huiusmodi exhortationibus animatis sociis, super 30 et eo amplius, ut ferunt, milia adversariorum irruit. Clamor in coelum

fol. 36.

a) *deest ed.* b) usque manu *ed.*

tollitur, pugna summa virtute conseritur. Vurfandus cum suis confertissimam hostium aciem irrumpit, et veluti herba Reg.
pratorum recisa ante acumen falcis cadit et uberrimae segetes procella tempestatis desaeviente proteruntur, ita ferro caedit sternitque omnia. Pastiquanus ut mactari suos more pecudum vidit, cum paucis qui superfuerant fugit. Porro Nortmanni, qui in auxilium fuerunt evocati, monasterium sancti Melanii episcopi ingressi sunt, ibique se more solito com-
5 muniunt; et succedente nocte fuga dilapsi, ad naves revertuntur. Fuit hoc praelium gestum in campis iuxta civitatem Redonis. Erat hic Vurfandus genere inter suos clarus, sed virtutum experimentis nobilitate clarior, quae tanta in illo fuit, ut animi magnitudine viriumque gloria nulli videretur esse secundus. Nam cum Salomon rex aliquando hyemis tempore contra Nortmannos castra posuisset, ut ab eorum incursione fines regni sui tueretur, ibique multis diebus resideret, quadam die cum sermo tereretur inter socios de audacia et duritia Nortmannorum, praedictus Vurfandus ultra vires
10 praesumens arroganter iactavit, si rex cum exercitu recederet, se audere cum suis tantummodo sociis in eodem loco post discessum regis tribus diebus immorari. Distabant vero castra Brittonum a classe Nortmannorum tantum 8 milibus. Nuntiata sunt verba, quae Vurfandus quasi leviter protulerat, nescio a quo, Hastingo Nortmannorum duci. Non multo interiecto tempore, datis quingentis vaccis Salomon fecit pacem cum Nortmannis, et acceptis obsidibus, cum redire in regnum disponeret, legatus Hastingi eum taliter alloquitur: *Nuntiatum est domino meo, te talem virum habere, qui se iactet,*
15 *quod te recedente solus cum suis hoc in loco audeat remanere. Si ergo tantus est, quantus* *sibi videtur, incunctanter * fol. 36'.
remaneat, quia dominus meus vult eum videre, et audacis viri vult notitiam habere. Interrogatus Vurfandus a rege, utrum tale aliquid professus esset, respondit, se dixisse et eadem factis velle probare, protinusque licentiam ibi remanendi petere. Cum a principe obiurgaretur, cur tam fatua obstinatione detentus pro verbis inaniter prolatis vellet mori suosque morti tradere, nullatenus adquievit, asserens, nisi manendi licentiam daret, nequaquam illi fidelis in reliquum
20 foret. Sed cum Salomon inrevocabilem eius animum perspexisset, dare ei solatium ex suis satellitibus voluit; qui renuit suscipere, affirmans, si alios quam suos secum haberet, iam non esset verum quod spoponderat. Rex cum omnibus copiis in regnum recessit, Vurfandus in eodem loco cum ducentis fere viris remansit, ibique 5 diebus expectavit. Quinta nocte Hastingus quendam captivum a vinculis absolvit, et eum ad Vurfaudum direxit, mandans, ut sibi ad vadum cuiusdam torrentis inter tertiam et secundam supervenientis diei horam occurreret, ut mutuis colloquiis fruerentur. Qui nihil cunc-
25 tatus, arma corripere sociis imperat, et ad condictum locum absque mora pergit; perspiciensque vadum torrentis inter suos et adversarios quasi limitem fore, nullo modo ibi consistere voluit, sed transvadato gurgite, ultro obviam hostibus procedit. Nortmanni amnirantes animositatem atque audatiam viri, ab eo declinaverunt, nec eum bello lacessere ausi sunt. Ille usque in sextam horam intrepidus expectans, cum neminem adversae partis venire cerneret, cum suis ad propria reversus est. Nec illi animus minus in mortem invictus quam in hostem fuit. Denique post peractam victoriam
30 morbo gravatus ad extremum ducitur Cuius invalitudinem cum persensisset Pastiquanus, resumptis viribus, fautores ipsius bello aggredi parat. Qui timore perterriti, ad ducem confugiunt, et cum lacrimis ei minas Pastiquani apperiunt, petentes contra periculum imminens consilium At ille hortatur, ut adversus hostem audacter procedant suum vexillum ferentes, polliceturque victoriam. Qui cum respondissent, sine eius praesentia non audere cum adversariis congredi, spiritum, qui una cum viribus corporis iam pene effugerat, resumens, quia nec pedibus nec equo poterat ire, iubet se in
35 lecto portari et ante aciem inimicorum expoui et sic subiri certamen. Quod cum satellites fecissent, mox hostes in fugam versi sunt. Patrata victoria, cum eum reportare vellent domum, inter manus militum spiritum, qui in solo pectore palpitabat, exhalavit. Paucis interpositis diebus Pastiquanus et ipse defunctus est. Post horum duorum continuas mortes Iudichel, ex filio Herispoi regis natus, et Alanus, frater memorati Pastiquani, Britanniam inter se partiti sunt. Inter
*quos multa iurgia et bella fuerunt. Sed Iudicheile in praelio, quod contrà Nortmannos magis audacter quam provide * fol. 37.
40 gesserat, interempto, in ditionem Alani omnis Britannia concessit.

A. d. i. 876. Subita et nimia aquarum inundatio facta est in Iunio, ita ut in Saxonia villa quaedam longe a tor- Ekk.
rentibus et fluminibus remota in momento cum hominibus et bestiis, cum arboribus et aedificiis, cum ecclesia et altari, penitus absorpta sit, ut nullum habitationis remanserit vestigium. Lodowicus rex Germaniae apud Franconevort pala- Reg.
tium diem clausit extremum 5. Kalendas Septembris, sepultus est in monasterio sancti Nazarii, quod Lorasham nuncupatur.
45 Fuit autem iste princeps christianissimus, fide catholicus, secularibus et ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus; quae religionis, quae pacis quaeque iustitiae sunt, ardentissimus executor; ingenio callidissimus, consilio providentissimus, in dandis sive subtrahendis publicis dignitatibus discretionis moderamine temperatus, in praeliis victoriosissimus, armorum quam conviviorum apparatibus studiosior, cui maximae opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem quam auri fulgorem. Aput quem nemo inutilis valuit, in cuius oculis perraro utilis displicuit, quem nemo muneribus corrumpere
50 potuit, apud quem nullus per pecuniam ecclesiasticam sive mundanam dignitatem obtinuit sed magis ecclesiasticam probis moribus et sancta conversatione, mundanam devoto servitio et fidelitate. Habuit autem hic gloriosissimus rex, cuius memoria in benedictione est, reginam nomine Hemmam, quae nobilis genere fuit, sed quod[a] magis laudandum, nobilitate mentis multo praestantior; ex qua tres filios habuit praestantissimae indolis, Karlomannum, Lodowicum et Karolum, qui felici sorte post discessum patris imperii moderati sunt gubernacula. Karolus audito quod frater recessisset a seculo,
55 nimia, ut aiunt, exultatione perfusus est, arbitratus, portionem regni Lotharii in suos libitus concessuram. Exercitum quanta potuit celeritate adunavit, et cum omnibus viribus Aquis palatium venit, ubi paucis diebus moratus, Coloniam venit. Dum haec in regno Lodewici aguntur, Karlomannus, primogenitus Lodewici, Italiae fines intraverat, cupiens eam paterno suoque subiugare dominatui. Nam Lodewicus Italiae imperator iam, ut diximus, ab hac luce subtractus erat, et Karolus, patruus eius, imperatoris nomen reportans, ex Italia excesserat. Karolus, frater suus, in Alamannia morabatur. Porro
60 Lodewicus, qui ad patris obitum fuerat funerisque eius obsequia condigno honore *celebraverat, apud Franconefort orien- * fol. 37'.
talis regni sedem residebat; cui cum nuntiatum esset, quod Karolus, patruus eius, iam regni paterni termiuis occupatis circa Rheni fluenta castra posuisset, nimio furore succenditur, statimque legatos ad eum dirigit, orans, ut memor esset germanitatis et consanguinitatis, memor esset domini Iesu Christi, cuius mentionem coram nonnullis testibus facientes ipse et frater, quando regnum inter se diviserunt, terribili essent alternam pacem pacto polliciti, et pertimescens tantum
65 nomen in vanum accipere, redderet domino iuramenta sua, foedus, quod alterutrum pepigerant, inviolabile manere sineret, parceret gladio, et humanum sanguinem fundere tam dira cupiditate infectus exborresceret; foret sua sorte contentus, et funiculo hereditatis sibi divinitus collato pacifice frueretur, aliena iura non invadens, non subtrahens, non perturbans, ne esset in tanto viro vanae gloriae tiphus, sed iustitia, caritas et concordia summum inter illum et nepotes teneret fastigium. Sed huiuscemodi monita Karolus sprevit, asserens, se cum fratre non cum nepotibus foedus pepigisse. Inte-
70 rim Lodewicus exercitum ex Saxonia, Thuringia et orientali Francia congregat, atque ut[a] in filio non tantum paternum vul-

a) *deest ed.*

Reg. tum quantum animi subtilitatem artiumque ingenia recognosceres, castra e regione Coloniae contra castra Karoli super ripam fluminis magno apparatu collocat. Ipse autem cum omni virtute inter Confluentes et Andrenacum Rhenum transit. Non defuit, qui ad aures Karoli perferret, nepotem cum omnibus copiis Rhenum transisse. Tunc primum animadvertit Karolus, se a castris Lodewici esse illusum, movit tamen absque mora exercitum, et cum quinquaginta et eo amplius, ut ferunt, milibus in pago Meginense, non longe ab Andrenaco castro, adversus eum ad pugnam procedit; sed non salvatur rex in multa virtute. Siquidem inito certamine, Reginarius comes, qui vexillum ferebat, primo impetu extinguitur; confertissimae acies a Lodewici sociis irrumpuntur, et sicut ignis in stipula iminissus in momento cuncta devorat, ita vires adversariorum conteruntur et prosternuntur[a]. Exercitus Karoli graviter caesus terga vertit, et Lodewici victoria fuit. Karolus videns suos fugere, et ipse fuga vitam servavit, sero secum revolvens, quanti discriminis sit, aequitatis iura, divinarum humanarumque legum institutionibus roborata, immoderatae cupiditatis ambitione violari. Acta est autem haec strages 8. Idus Octobris. Post haec convenerunt supradicti tres fratres in loco qui dicitur Sualivelt, et ibi diviserunt paternum regnum. Karlomannus sortitus est Bawariam, Pannoniam et Caruntum, quod corrupte Carantanum dicitur, necnon et
*fol. 38. regna Slavorum Behemensium et Marahensium; Lodewicus orientalem Franciam, *Turingiam, Saxoniam, Fresiam et partem regni Lotharii; porro Karolo Alemannia in partem cessit et aliquae civitates ex regno Lotharii.

A. d. i. 877. Karolus senior secundo Romam profectus est, ubi iam imperatoris nomen a praesule sedis apostolicae Iohanne ingenti pretio emerat, regnumque Italiae magis transeundo vidit, quam fruendo potitus est. Ab urbe Roma in Langobardiam reversus, Bosoni, germano Richildis reginae, Irmingardem, filiam Lodewici imperatoris, in matrimonium iungit. Dies nuptiarum tanto apparatu tantaque ludorum magnificentia celebratus est, ut huius celebritatis gaudia modum excessisse ferantur. Dedit insuper eidem Bosoni Provinciam, et corona capiti imposita regem appellari iussit, ut more priscorum imperatorum regibus videretur dominari. Evolutis deinde paucis diebus, Papiam ingreditur; ubi cum in disponendis publicarum rerum negotiis animum intenderet, repente nuntiatum ei, Karlomannum cum ingenti armatorum multitudine Langobardorum terminos introisse. Mox pavore solutus, Ticianum Padumque transiit, et summo annisu Gallias repedare contendit; sed priusquam Alpium praeminentia iuga angustaque itinera attingeret, aegritudine pulsatur, quam protinus mors subsecuta finem vitae imposuit. Est autem fama, quod a quodam Iudeo nomine Sedechia poculum mortis acceperit, qui ei familiarius adhaerebat, eo quod in medendis corporum passionibus singularem experientiam habere diceretur; porro hic sicophanta erat, et magicis praestigiis incantationibusque mentes hominum deludebat. Obiit pridie Non. Octobris. Corpus levatum in feretro a suis extra Italiam deportatur; sed quia foetor intolerabilis ex putredine cadaveris portantes gravabat, compulsi sunt illud terrae mandare. Post aliquantos annos ossa eius translata sunt, et Parisius in monasterio sancti Dionisii honorifice sepulta; cui successit in regnum filius eius Lodewicus. Adalgarius Corbeiensis abbas obiit; Tancmarus successit. Quo post 8 menses defuncto, Avo pie memorie successit. Liutbertus[b] episcopus Patherburnensis obiit; cui Biso successit.

Reg. A. d. i. 878. Eclipsis lunae facta est mense Octobri die 16°. Item eodem mense eclipsis solis accidit die 29° circa horam nonam. Paucis diebus interiectis Lodewicus rex, filius Karoli, qui Balbus appellabatur, eo quod impeditioris et tardioris esset eloquii, ab hac luce subtractus est. Fuit vero iste princeps vir simplex ac mitis, pacis, iusticiae, religionis amator; habuit autem, cum adhuc iuvenilis aetatis flore polleret, quandam nobilem puellam, nomine Ansgard, sibi
*fol. 38'. coniugii foedere copulatam, ex qua duos liberos suscepit elegantis formae ac ingentis animi virtute *praestantes. Horum unus Lodewicus, alter Karlomannus vocabatur. Sed quia hanc sine genitoris conscientia et voluntatis consensu suis amplexibus sociaverat, ab ipso patre postmodum est ei interdicta et interposito iurisiurandi sacramento ab eius consortio in perpetuum separata. Tradita est autem eidem a patre suo Adelheidis in matrimonium, quam gravidam reliquit idem rex, cum obiret; quae tempore expleto enixa puerum, nomen avi ei imposuit, eumque Karolum vocari fecit.

cf. A. Corb. A. d. i. 879. Avo Corbeiensis abbas obiit; cui Bovo fratrum amator successit. Boso, cuius supe-
Reg. rius mentionem fecimus, audita morte Lodewici, a Provincia egressus, totam Burgundiam occupare nititur; denique nonnullos episcopos partim minis partim suasionibus in societatis foedera collegit, et Lugdunum ingressus, ab Aureliano eiusdem urbis metropolitano et aliis pontificibus in regem super praefatum Burgundiae regnum inungitur, pro nihilo ducens adolescentes filios Lodewici et velut degeneres despiciens, eo quod iussu Karoli eorum genitrix spreta atque repudiata fuerit. Quae res illi magis attulit continuum cladium ac periculorum dispendium quam gloriae et dignitatis emolumentum. Siquidem iam dicti adolescentes Lodewicus et Karlomannus industria ac studio Hugonis abbatis et aliorum procerum in regnum sublimati sunt, eundem Bosonem diebus vitae suae omni sunt instantia persecuti. Nec solum ipsi, verum et alii reges Francorum per succedentia tempora adeo nomen eius graviter tulerunt atque exosum habuerunt, ut pro inrecuperabili eius deiectione ac mortis exitio non modo principes ac duces, sed etiam satellites sacramentis et execrationibus se obligarent. Fuit autem tam perspicacis ingenii, ut cum a multis, ut dictum est, regibus et regnis assidue sit insectatus, a nullo tamen aut capi aut circumveniri aliquando potuerit; tantae moderationis, ut cum sibi faventes proscriptionibus dampnarentur bonisque omnibus privarentur, numquam insidiis suorum militum sit petitus, numquam fraude proditus, cum utrumque hostes saepe temptassent. Per idem tempus Lodewicus, qui Austrasiis imperabat, cognita morte aequivoci sui, regnum illius invadere disponit, et transvadata Mosa, imperii fines occupavit. Cui occurreruut duo fratres memorati cum valida manu, sed intercurrentibus vicissim legationibus, nequaquam pugna committitur, sed pax roboratur; adolescentes quippe agebant, ut foederatus ab eis recederet Lodewicus, et portionem regni Lotharii, quam avus eorum paterque tenuerat, ex integro illi concesserunt, addita insuper Attrebatis abbatia sancti Vedasti. Facta itaque hac pactione datisque sacramentis, cum in regnum idem rex reverteretur, repente obviam habuit
*fol. 39. Nortmannorum innumerabilem multitudinem iuxta Carbonariam, in loco qui dicitur Thimum, cum *ingenti praeda classem repetentem. Cum quibus mox confligens, maximam eorum partem prostravit; reliqui dilapsi in supradicto fisco regio se communiunt, ubi Hugo, regis ex pellice filius, graviter vulneratus rapitur et inter adversariorum manus animam reddit. Rex existimans, quod adhuc ab hostibus servaretur, exercitum ab impugnatione iussit cessare, ut quocumque pacto incolumem illum reciperet. Interea nox superveniens regem adire ad castra compulit. Nortmanni cadavera suorum flammis exurentes, noctu ad classem fugiunt. Rex diluculo consurgens, cum filium extinctum reperisset, nimio
Wid. I, 16. dolore afficitur. Corpus eius in loculo compositum ad Loresheim monasterium imperat deferri ibique tumulari. Hoc
Thiet. II, 15. tempore Bruno, filius Liudolfi ducis Saxonie, cum ducatum tocius Saxonie administrasset, missus[c] a Lodowico rege,
Wid contra Danos duxit exercitum, quorum inundatione circumventus, non[d] habens pugnandi locum, cum duobus episcopis
Thietm. Wid. Marquardo Hildinsheimensi et Teoderico ceterisque militibus occisus est 4. Nonas Februarii; Ottoni fratri iuniori, sed virtute multo potiori, ducatum relinquens.

a) prostrantur *ed.* b) *lege* Liuthardus. c) m. a. L. r. *add.* 2. d) n. h. p. l. *add.* 2.

A. d. i. 880. Karlomannus rex Bawariae paralisi dissolutus, obiit 7. Non. April., sepultus honore debito in Bawaria, loco qui dicitur Hnodingas. Fuit litteris eruditus, religioni deditus, iustus, pacificus omnique morum honestate decoratus; pulchritudo corporis eius insignis, vires quoque in homine admirabiles fuere, nec inferior animi magnitudo; plurima quippe bella in regnis Slavorum gessit, semper triumphavit; alloquio blandus, humilitate ornatus, in ordinandis regni negotiis singulari sollertia praeditus, porsus ut nihil ei deesse regiae maiestati competens videretur. Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles, sed ex quadam nobili femina filium elegantissimum suscepit, quem Arnulfum vocavit ob recordationem sancti Arnulfi Metensis episcopi, de cuius sacro germine sua aliorumque regum Francorum prosapia pullulaverat. Hic postmodum solus de tam numerosa regum posteritate idoneus inventus est, qui imperium Francorum susciperet. Lodowicus rex orientalis, comperto quod frater obisset, Bawariam ingressus, Regenesburh venit, ubi omnes optimates regni confluentes, eius se ditioni subdiderunt. Concessit autem Arnulfo Carantanum, quod et pater ei concesserat, in quo situm est castrum munitissimum Mosaburh, eo quod palude impenetrabili locus vallatus difficillimum adeuntibus praebeat accessum. Wighertus Hildinsheimensi ecclesie sextus ordinatus est episcopus; qui suo tempore medicine artis peritissimus fuit, et bibliothecam, que adhuc in monasterio servatur, propria manu elaboravit. Ipse omnem substantiam ecclesie[a] per villas, curtes, familias, decimas distribuens, terciam partem ad prebendam fratrum instituere decrevit; sed obitu preventus, eam inscriptionem successori suo complendam reliquit. Sol hora nona diei ita obscuratus est, ut stellae in coelo apparerent. Reg. Chr. Hild. Ekk.

A. d. i. 881. Karolus[b], filius Lodowici regis quondam tocius Germanie, Karlomanni regis Bawarie et Lodowici regis Ostrofrancie frater, cui in divisione regni Alamannia in partem cesserat, egressus de Alamannia, Langobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit. Et Romam perveniens, a praesule apostolicae sedis Iohanne et senatu Romano favorabiliter exceptus, cum magna gloria imperator creatus est, 71° loco[c] ab Augusto, anno ab Urbe condita 1612°. Per idem tempus Nortmannorum classis per Wal fluvium Nimago palatio Lodowici regis applicuit, ibique castra fixerunt. Quod ubi ad notitiam Lodowici perlatum est, absque dilatione cum exercitu venit, et munitionem obsidione clausit. Conserto nonnullis diebus certamine, non adeo praevaluit, quia palatium ingentis magnitudinis mirique operis hostibus tutissimum praebebat habitaculum. In qua congressione captus est ab adversariis Everhardus Saxo, filius Meginhardi comitis, quem postea mater Evesa magno pretio dato incolumem recepit. Postremo rex, accepta pollicitatione, quod, si ab obsidione cessaret, Nortmanni continuo regno eius discederent, cum omnibus copiis recessit. Tunc pagani palatium una cum munitione flammis exurentes, navibus ascensis ostia Rheni repetunt. Eodem anno mense Novembr. duo reges Nortmannorum Godefridus et Sigefridus cum inaestimabili multitudine equitum et peditum considerent in loco qui dicitur Haslon iuxta Mosam, et primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium civitatem, Treiectum et Tungrensem urbes incendio cremant; secunda incursione Ribuariorum finibus effusi, caedibus, rapinis et incendiis cuncta devastant, Coloniam Agrippinam et Bunnam civitates cum adiacentibus castellis, scilicet Tulpiacum, Iuliacum et Niusa, igne comburunt. Post hec Aquis palacium, Indam et Malmundarias et Stabulaus monasteria in favillam redigunt. Aquisgrani palacium usque ad tempora Ottonis inperatoris per annos 80 vastum permansit. Destructor eius dicebatur Ordwig princeps. fol. 39′. Reg. Ekk. Reg. Adam sch. 8.

A. d. i. 882. Nortmanni Arduennam percurrentes, Prumiam monasterium ingrediuntur ipso die epiphaniae Domini, ubi triduo commorantes omnem in circuitu regionem depopulati sunt. In quo loco innumera multitudo peditum ex agris et villis in unum agmen conglobata, eos quasi pugnatura aggreditur. Sed Nortmanni cernentes ignobile vulgus non tantum inerme quantum disciplina militari nudatum, super eos cum clamore irruunt, tantaque caede prosternunt, ut bruta animalia mactari viderentur. His patratis, onerati praeda ad castra redeunt. Illis discedentibus, ignis qui in diversis habitaculis accensus remanserat, cum nullus esset qui eum extingueret, monasterium consumpsit. Dum haec aguntur, rex Ostrofranciae Lodowicus morbo apud Franconevord moritur 13. Kal. Septembris, sepultus iuxta patrem suum in Lorasheim coenobio. Habuit ex Liutgarde regina filium unicum nomine Lodowicum; sed cum post obitum fratris Karlomanni ad obtinendum regnum Bawariae Regenesburh moraretur, idem puerulus de fenestra palatii cecidit, et fractis cervicibus expiravit; quae non tantum inmatura quam inhonesta mors, non solum regi et reginae, sed et omni domui regiae maximum luctum ingessit. Nortmanni, audita morte regis, nimio exultant tripudio, et iam non de conflictu sed de praeda cogitant. Igitur cum omnibus viribus a munitione exiliunt, et Treverim nobilissimam civitatem Galliarum Non. Aprilis die sacratissimae coenae Domini occupant, in qua usque in sanctum diem paschae fessa de itinere corpora recreantes, omne territorium urbis ad solum demoliti sunt; deinde civitatem exurentes, Mediomatrico dirigunt aciem. Quo comperto, Walo civitatis episcopus, adiuncto sibi Bertolfo episcopo et Adalhardo comite, illis obviam ad bellum procedit. Inito certamine, Nortmanni vicerunt. Walo episcopus in praelio cecidit, ceteri fugerunt. Pagani iter quod coeperant deserentes, cum ingenti celeritate praeda onerati ad classem revertuntur. Ea tempestate Karolus imperator in Italia morabatur, ubi diversis legationibus Germaniae ac Galliae pulsatur, ut ad suscipienda regna sibi hereditario iure competentia festinaret et periclitanti imperio succurreret, quod capite amissoludibrio hostibus erat. Qui nihil moratus, cum omnibus copiis in Franciam venit, et cum Langobardis, Bawariis, Alamannis, Thuringis, Saxonibus, Fresonibus Nortmannos in supradicto loco obsidere oxorsus est; sed conatus eius parum profecit, quamquam ex diversis regnis et gentibus inaestimabilis multitudo in unum confluxisset, indignatione coelesti super populum Christi religionem profanantem desaeviente[d]. Novissime Godefridus rex Nortmannorum ea conditione christianum se fieri pollicetur, si ei ab imperatore Fresia concederetur et Gisla, filia regis Lotharii, in uxorem daretur. Haec adeptus, baptizatur, et ex sacro fonte ab imperatore suscipitur. Sigefrido et reliquis Nortmannis immensum pondus auri et argenti expositum est, et tali tenore fines regni excedunt. Defuncto Iohanne papa, Marinus sedit annum 1, menses 5. fol. 40′. Reg. fol. 40.

A. d. i. 883. Lodowicus, filius Lodowici, rex Galliae, moritur apud Sanctum Dionisium, ibique honorabiliter tumulatur; quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati sunt. Fuit enim vir virtutis, regnumque a paganorum infestatione potenter defendit. Inter cetera quae strenue gessit illud praecipue praelium commendatur, quod cum Nortmannis in loco qui dicitur Sodalcurt summis viribus exercuit, ubi, ut ferunt, plus quam octo milia prostravit. Karlomannus, frater eius, regnum illius obtinuit. Eo tempore Bertolfus Treverensis episcopus migravit ad Dominum 4. Idus Februarii; cui successit Ratbodus reverentissimus antistes 6. Idus Aprilis. His etiam diebus Rothertus praesul ab eodem archiepiscopo Ratbodo in Metensi ecclesia consecratur 10. Kal. Maii. Circa haec tempora Hugo, filius Lotharii, in spem recuperandi regni paterni ab aliquibus discordiarum ac litium sectatoribus introducitur, omnesque qui iustitiam et pacem execrabantur ad eum confluxerunt, ita ut in paucis diebus innumera multitudo praedonum eius dominationi se submiserit. Inter quos etiam nonnulli ex primoribus regni, vana spe seducti, manibus datis accedunt, videlicet Stephanus, Reg.

a) e. distribuens *c.* b) Kalolus *c.* c) LXXI loco — MDCXII *add* 2 d) *deest cd.*

Reg. Ruotbertus, Wicbertus, Thiebaldus comites, Albricus et frater eius Stephanus; tantaque rapina et violentia ab his in regno fit, ut inter horum et Nortmannorum malitiam nil differret, praeter quod a caedibus et incendiis abstinerent. Sic Deus iratus regno Lotharii adversabatur, et talibus incrementorum eladibus vires eiusdem regni radicitus exterminabat, ut prophetia sancti Nicolai papae et maledictum quod super idem regnum protulerat adimpleretur. Hoc tempore idem Hugo Wicbertum comitem . . .[a*] sibi fidelissimum dolo trucidari iussit, pulchritudine captus ipsius uxoris; quam absque momento sibi in matrimonium iungit. Vocabatur autem mulier Friderada, quae antequam Bernario sociaretur, copulata fuerat Engelgrammo potenti viro, ex quo filiam peperit, quam postea Richwinus comes in matrimonium accepit; quam idem
Chr. Hild. propter stuprum commissum decollari iussit. Wichertus, Hildinisheimensis[a] 6[us] episcopus, consummatam in Gandersheim ecclesiam dedicavit, et Gerberga abbatissa defuncta, sororem eius Cristinam instituit. Huic Wicberto Walbertus 7[us] episcopus successit, qui preposituram et prebendam fratrum, ut antecessor suus pretitulavit, fideliter instituit, et ambobus eterne retributionis premium coram Deo adquisivit. Ipse etiam, Cristina Gandersheimensi abbatissa defuncta, Rotswindam abbatissam ordinavit.

fol. 41. A. D.[b] 884. Karlomannus rex Galliae Nortmannos ab Haslon per Somnam fluvium ingressos pecuniis temptat,
Reg. incursiones non sustinens. Mox avidae gentis animi inardescunt, 12 milia pondera probati argenti exigunt, totidem annis pacem promittunt, et marina littora repetunt. Interea rex in venatu ab apro vulneratus, in brevi moritur; sepultus est apud Sanctum Dionisium. Aiunt autem, ab invito satellite suo vulneratum rem celasse, ne innoxius puniretur. Nortmanni protinus redeunt; Hugo abba et proceres per legatos fidem violatam proclamant. Illi respondent, se cum solo Karlomanno foedus pepigisse, tantumdem pecuniarum a successore poscunt. Territi optimates, imperatorem ultro invitant, venienti ad Gundolfivillam manibus sacramentisque datis, eius ditioni se subiciunt. Nortmanni a Somna regressi in regnum Lothariense, in Lovon castrum utraque regna infestant. Imperator semel et iterum exercitum misit, tamen nil memoriae dignum contra eos actum est. Nortmanni, qui in Chinheim ex Denimarca venerant, Godefrido assentiente Rhenum ascendunt, in Diusburh per hiemem resident. Contra quos Heinricus dux castra ponens, praedas agere non permisit. Redeunte verni tempore castra exurunt, maritimis locis se recipiunt. Marino papa defuncto, Adrianus tertius sedit annum 1, menses 4.

Reg. A. D. 885. Hugo ad Godefridum occulte mittens, hortatur in patriam mittere, auxilia contrahere; et si eius industria regnum paternum evindicaret, ipsius medietatem pro munere pollicetur. Quo veluti veneno infectus, misit Gerulfum et Gardulfum Fresonum comites, mandans imperatori, si vellet ut in eius fidelitate perseveraret finesque regni sibi commissos ab incursione propriae gentis defensaret, largiretur sibi Confluentes, Andrenacum, Sincicha et nonnullos regios fiscos propter vini copiam, cuius Fresia ferax non esset; intendens, ut suos immiscere regni visceribus et varios eventus speculari posset, si autem negaretur, iustas rebellionis causas susciperet. Quod sentiens imperator, cum Heinrico viro prudentissimo pertractat, quo ingenio hostem extinguat. Legatos responso suspensos ad Godefridum remisit, asserens per suos missos responsa reddere sibi et Godefrido decentia, tantum ut in incepta fidelitate perseveraret. Willibertum Coloniae episcopum, ut fraus quae struebatur occultaretur, cum Heinrico misit. Heinricus satellitibus clam imperans, ut per Saxoniam non agmine facto sed sparsim et quo die et loco sibi occurrerent, cum paucis Coloniam, inde cum archiepiscopo Batuam adiit. Godefridus in Herispich occurrit, ubi Rhenus et Wal uno alveo se resolvunt et ab invicem longius recedentes Batuam cingunt. Ingressi episcopus et comes cum eo, multa audiunt, multa ex parte imperatoris respondent, hospicia repetunt, in crastinum reversuri. Heinricus episcopum hortatur, Gislam coniugem Godefridi extra insulam evocare, ad pacis studium provocare; ipse de causa Everhardi comitis acturus, cuius possessiones diripiebantur a Godefrido, suasit, ut de iniustitia quam patiebatur surgens in medio proclamaret, illoque contumeliose utpote barbaro . . .[c], summo annisu in capite percuteret, antequam a terra elevari potuisset. Quid plura? Percussus et confossus moritur, omnesque Nortmanni qui in Batua erant trucidantur. Hugoni quoque ad Gundolfivilla promissionibus attracto ab Heinrico oculi eruuntur, omnes faventes dehonestantur. Missus in monasterio sancti Galli, inde ad patriam revocatur, novissime sub Zuendibolcho rege in Brumia attonsus, ibidem moritur et sepelitur. Stephanus V.
cf. Hist. pont. Adam schol. 11. sedit annos 6, dies 8. Hic Herimannum Coloniensem archiepiscopum et Adalgarium Hammenburgensem de Bremensi ecclesia contendentes Wormaciam ad sinodum venire et a Folcone Remensi episcopo sua vice causam eorum examinari nec tamen finiri precepit. Liudgardis regina obiit 2. Kal. Decembris; in Asscafaburh honorifice condita iacet.

cf. Chr. Halb. A. D. 886. Karolus inperator, sancto Hildegrimo tertio Halberstadensium episcopo
Reg. a. 888. defuncto, Eiulfum Hersfeldensem successorem destinavit. Hic sane Karolus, tercius huius nomi-
fol. 41. nis, Deum timens, sanctionibus ecclesiae devotissime parens, elemosinis et psalmorum melodiis infatigabiliter intentus, spem et consilia sua Deo committens, regna Francorum, quae edecessores multa sanguinis effusione acquisierant, sine conflictu percepit. Supererat tamen puer Karolus, filius Lodewici regis, quem moriente patre ad-
A. Hild. huc regina Adelheidis utero gestabat; cui regnum Galliarum iure debebatur. Vulfarius Fardensis episcopus occisus est a Slavis cum aliis multis. Sanctus Ansbaldus Prumiensis abbas migravit 4. Idus Iulii;
Reg. Farabertus successit.

A. D. 887. Karolus Heinricum ducem contra Nortmannos, qui per Sequanam Parisius applicuerant eamque obsederant, verni temporis misit, sed tunc minime praevaluit. Denuo aestivo tempore cum exercitibus utriusque regni venit. Foderant illi foveas latitudinis unius pedis, profunditatis 3, et quisquiliis et stipula operuerant, in circuitu castrorum semitas discursui necessarias reservantes, circumstantibus legionibus. Heinrico vero cum paucis situm loci aditumque contemplante, latrunculi, qui latitabant in concavis viis, surgunt, virum telis et voce lacessunt. Ille animi magnitudine prae indignitate rei super eos irruit, caecis foveis equo impegit. Hostes advolantes, antequam a loco elevaretur, ducem trucidant, arma auferunt. Exercitus impetu facto vix cadaver eruit. Suessionis deportatum a suis, in basilica sancti Medardi sepelitur. Exercitus duce amisso ad sua revertitur. Hugo abba etiam, vir potens et prudens, Aurelianis moritur, Autisiodoro ad Sanctum Germanum sepelitur. Ducatus eius Odoni, filio Rodberti, ab imperatore datur, Parisiorum tunc comiti, qui eam contra Nortmannos totis viribus tuebatur cum episcopo Goscelino; cui et in ipsa obsidione a seculo migranti Haischericus episcopus ab imperatore substitutus est. Karolus Gallias perlustrans, Parisius cum immenso exercitu venit; sed nil dignum imperatoriae maiestati gessit, regiones ultra Sequanam sibi non obtemperantes Nortmannis ad depraedandum concessit. Reversus in Alamanniam, Liwardum episcopum Vercellae, unicum consiliarium suum, quod secretorum reginae familiarior erat obiecto adulterio, repulit, reginam quoque in contionem vocavit, ipse toto decennio carnali coitu cum ea se non miscuisse testabatur. Illa virginitatem se approbare Dei iudicio, si marito placeret, aut

a*) *desunt quaedam; v. Regin* a) hildinismensis *c.* b) *ita c. inde ab hoc folio.* c) *deest vocabulum.*

singulari certamine aut ignitorum vomerum examine, affirmabat; factoque discidio, in Andelam[16] monasterium ancillarum Dei in Alsacia, quod ipsa exstruxerat, Deo famulatura recessit; in quo sepulta multis miraculis praefulget. Karolo in festum sancti Martini conventum generalem convocante apud Triburias, cernentes optimates regni corporis et animi vires sensusque ab eo diffugere, facta conspiratione ad Arnulfum, filium Karlomanni, certatim transeunt, ut in triduo vix aliquis remaneret Karolo, qui officia humanitatis impenderet. Ex Liupperti archiepiscopi sumptibus cibus et potus ei ministrabantur. Qui post Karolum Magnum maiestate, potestate, divitiis nulli Francorum regum postponendus esset, fortunae spectaculo in ostentationem humanae fragilitatis factus ex imperatore egenus, misit ad Arnulfum, subsidia vitae suppliciter exposcens, Bernardum, filium suum ex pellice, illius fidei cum xeniis commendans. Erat ei fortunae temptatio non ad purgationem, sed quod maius est ad probationem, quam patientissime toleravit, in adversis sicut in prosperis gratiarum vota Deo persolvens. Concessit ei Arnulfus rex nonnullos fiscos in Alamannia; ipse vero, compositis in Francia feliciter rebus, in Bawariam redit. Arnulfus itaque rex potens principabatur Bawariis, Alamannis, Francis orientalibus, et post mortem Karoli Crassi[a] Lotharingis et Saxonibus. Witgarius episcopus Augustensis obiit. Adelbero vir nobilis et prudens successit. Apud Constantinopolim Basilius imperator regno decessit. Leo et Alexander, filii eius, regnum tenuere annis 22. Reg. ib. a. 888. ib. a. 887. Ekk. Reg. Ekk.

A. D. 888. Karolus Crassus ex imperatore augusto superborum abiectio factus, omnia fallentis fortunae ludibria expertus, 2. Idus Ianuarias animam reddit, in Augia est monasterio sepultus, et regna quae eius ditioni paruerant a sua compage resolvuntur, velut herede legitimo destituta. Multos Francia principes genuerat, qui nobilitate, fortitudine, sapientia regnis imperare possent, sed aequalitas dignitatis et generositatis discordias augebat, nemine praecellente, cui reliqui se submittere dignarentur. Italiae pars Berengarium, Everhardi Foroiulanensis ducis filium, pars Widonem, Lamberti Spolitani ducis filium, coronandos decernunt, regnoque in se diviso, multo utrimque sanguine fuso, Widone victore, Berengarius pulsus, Arnulfum supplex adiit, patrocinia exposcens. Galliarum vero regno, assentiente Arnulfo, Odo, filius Rodberti, dux et comes Parisii, forma, viribus, sapientia praestantissimus, unanimi electione adeptus, contra Nortmannos viriliter rexit. In regno Lotharii Rodolfus, Conradi filius, ducis Hugonis abbatis nepos, apud Sanctum Mauritium coronam sibi imposuit, quosdam primorum et sacerdotum secum habens, ceteros omnes in sui favorem omni arte demulcens. Illico Arnulfo super eum cum exercitu irruente, artis itineribus in tuta rupium loca praeoccupata fugit, inter Iuram et Alpes Apenninas securus degens omnibus diebus vitae suae. Arnolfus et Zuendiboldus, filius eius, hunc persequentes, laedere non potuerunt, quia loca inaccessibilia sequentes acies ab ingressu prohibebant. Nortmanni Parisium diu obsidentes et inexpugnabilem sentientes, ad penetrandam Burgundiam classem per Sequanam sursum evehere in Hionnam sunt aggressi. Civibus omni instantia prohibentibus ascensum fluminis, inaudita seculis virtute naves per siccum plus quam duorum milium passibus trahunt, et declinato periculo, iterum Sequanae immergunt, et relicta Sequana, per Hionnam celeriter Senonis applicuerunt, quam 6 mensibus omni machinamentorum ingenio oppugnantes, Deo protegente, non obtinuerunt. Burgundiam tamen pene totam caede, rapina, incendio sunt demoliti. Inter has angustias Everhardus metropolita ad Christum migravit; Waltarius successit. fol. 42. Reg.

A. D. 889. Arnulfus, defuncto Liutberto Mogontino archiepiscopo, annuente Poppone Thuringorum duce, Sunzonem Fuldensem monachum substituit. Arn Wirceburgensis venerabilis episcopus hortatu Popponis ducis pugnans contra Slavos, occiditur, sociis omnibus per martyrium praemissis. Rodolfus nobilis, sed stultus, frater Gebehardi et Conradi comitum, successit. Nortmanni a Senonis Parisium redeuntes, descensu fluminis a civibus prorsus inhibito, totis ea oppugnant viribus, sed Dei gratia non praevalent. A Sequana Matronam flumen ingressi, Trecas civitatem cremant, usque Virdunum et Tullensem urbes omnia devastant.

A. D. 890. Arnulfus rex Zuendibolh Marahensium Slavorum regi ducatum Boemiae concessit. Nam etiam ante regnum regi familiaris fuerat, et filium eius de pellice a sacro fonte susceptum Zuendibolc appellari fecerat. Unde Boemii, suae gentis principes habere soliti, fidem Francis devotissime servatam reliquerunt, et Zuendibolh de adiectione alterius regni praesumens, rebellavit. Arnulfus in auxilium vocavit gentem scelestissimam Ungarorum, retro seculis ignoratam, a Scithia, quam Tanais sua refusione in immensum porrigit, tunc egressam. Scithia in orientem extensa, includitur ab uno latere Ponto, ab altero Ripheis montibus, a tergo Asia et Itasi fluvio, multum in longitudine et latitudine pateus. Habitatoribus eius nulli inter se fines, nec domus vel tectum vel sedes; imbrium et hiemis causa coriis pro domibus utuntur, lanae vestiumque usum nesciunt, continuis frigoribus afficiuntur, pellibus tantum ferinis et murinis induuntur, armenta et pecora semper pascunt, per incultas solitudines errantes, uxores liberosque secum in plaustris vehunt. Nullum scelus apud eos furto gravius; nam quid eis superesset, *si furari liceret? Non aurum et argentum appetunt, venationum et piscationum exercitiis inserviunt, lacte et melle vescuntur, laboribus et bellis asperi, vires corporis immensae, ab alieno imperio perpetuo invicti. Asiae imperium ter adquisierunt. Non virorum magis quam mulierum virtutes clarucre. Ipsi enim Partos et Bactrianos, illae vero Amazoniae regna condiderunt, Darium Persarum regem fugaverunt, Cirum cum exercitu trucidaverunt, Alexandri Magni ducem Zophirionem deleverunt. His alendis genitale solum non sufficit, quia septentrionalis plaga quanto ab aestu solis remotior, tanto corporibus propagandis est salubrior, econtra meridiana quanto ferventi soli est vicinior, eo morbis abundat, minus educandis mortalibus apta. Universa regio Thanai tenus usque ad occiduum, licet loca singula propriis nominibus vocentur, iure tamen a germinando generali vocabulo Germania vocatur; inde turmae innumerabiles meridianis populis pretio distrahuntur, inde frequenter transeuntes, Asiam et Europam afflixerunt. Inde Hungarorum gens a finitimis sibi Pecenacis expulsa, valedicentes patriae, primo per Pannoniorum et Avarum solitudines venatu ac spatione victum quaerebant, deinde Carantanorum, Marahensium et Bulgarum fines irruperunt, paucos gladio, sagittis multa milia perimentes, quas corneis arcubus tanta arte dirigunt, ut praevideri non possint. In acie praeliari et urbes expugnare nesciunt. Intolerandi essent, si quantus impetus, tanta eis perseverantia esset. Pugnant procurrentibus equis aut terga dantibus; saepe fugam simulant, nec pugnare diu possunt, praelia in ardore certaminis deserunt, quae paulo post ex fuga repetunt, ut cum vicisse te putes, tunc discrimen subeundum sit. Vivunt non hominum sed bellnarum more carnibus crudis et sanguinis haustu; corda hominum quos capiunt particulatim dividentes, pro remedio devorant; nulla miseratione flectuntur; capillum usque ad cutem ferro caedunt; super equos ire, consistere, colloqui et meditari solent; liberos ac servos suos equitare et sagittare magna industria docent. Ingenia tam viris quam feminis tumida, seditiosa, fraudulenta, procatia; semper in externos motus aut domesticos inquieti, natura taciti, ad faciendum quam dicendum promptiores. Ab eis non solum memoratae regiones, sed etiam Italiae regnum est vastatum. Usque ad Arnulfum interpositionibus quas clusuras vulgus nominat separati, nec ad occidentalem plagam nec ad meridianam habuerant exeundi facultatem. His depulsis, Arnulfus per Ungaros Zuendibolh vicit, cum exercitu Marahense regnum ingressus, cuncta quae extra urbes repperit demolitus est. Cumque fructiferae arbores radicitus ex- fol. 42'. Ekk. Reg.

[a] Calvi *Ekk.*

16) Haec ex a. 1045. historia sumta sunt

Ekk. ciderentur, Zurndiboth pacem poposcit, et dato filio obside, sero promeruit. Arnulfus secure potitus est imperio. Ungari
Reg. observato exitu et contemplati regiones, malum cordibus, quod post in propatulo clarnit, machinabantur. Nortmanni a
Matrona fluvio Parisium redeunt, descensu fluminis per pontem inhibito, tertio eam obsident. Civibus qui iam bellis in-
duruerant audacter reluctantibus, desperatis rebus, naves per terram cum sudore alveo immergentes, Britanniam petunt.
In Constantiensi territorio castellum quod ad Sanctum Loth dicebatur, siti subegerunt, obsessis vitam sub pacto promi-
serunt, egressis fide violata, omnes cum episcopo Constantiensi peremerunt. Occasionem itaque nacti, quod Alanus et
Iudecheil duces de partitione regni Brittonum dissidebant, super eos irruunt, nolentibus illis invicem auxilium ferre,
aestimantibus bellum singulorum, non commune fore. Caeduntur igitur passim, et usque ad Blavittam fluvium eorum
possessio diripitur. Tunc intelligentes, per discordiam sibi perniciem, hostibus vires ministrari, per internuntios se invicem
confirmant, tempus et locum in unum coeundi condicunt, bellum communibus viribus[a] instruunt. Iudecheil, qui erat ado-
lescentior, cupiens gloriam sui nominis exaltare[a], non expectato Alano, cum sociis praelium conserit, multis milibus hostium
caesis, reliquos in quendam vicum compulit, et improvide persequens, ab ipsis extinctus est; ignarus, quia vincere est bo-
num, supervincere bonum non est; periculosa est enim desperatio. Alanus, coadunata omni Britannia, vovensque, si per
divinam virtutem vinceret, decimas bonorum omnium Britanniae Deo et sancto Petro Romam destinare, tanta strage
hostes praelio fudit, ut ex 15 milibus vix 400 ad classem refugerent. Sancto Williberto, in rebus divinis et humanis
prudentissimo, ab hac luce subtracto, archiepiscopatum Coloniae suscepit Herimannus. Constantiensem episcopatum post
Salomonem suscepit Salomon, abbas de Sancto Gallo, vir nobilis et sapiens, tertius huius nominis pontifex eiusdem urbis.

fol. 43. A. D. 891. Arnulfus rex in extremitatibus Bawariae morabatur, insolentiam Slavorum reprimens; et Nortmannis,
Reg. duobus in Britannia praeliis attritis, praedas iterum in Lotharii regno agentibus, misit super Mosam exercitum transitum eis
prohibere; sed antequam ad condictum locum iuxta Traiectum colligeretur, Nortmanni superiora tenentes, iuxta Leodium
Mosam transierunt, et hostibus a tergo relictis, in silvis et paludibus Aquis palatio contiguis dispersi, obvios perimunt,
plurima plaustra et vehicula, quibus alimenta exercitui ferebantur, capiunt. Exercitus, hac fama in nat. sancti Iohannis
baptistae audita, non tam tremore quam stupore occupatur, principes non tam de periculo quam de re dubia consulunt,
utrum per Ribuariorum fines Coloniam aut per Prumiam Treverim gressum dirigerent, vel certe transvadata Mosa ad
classem festinarent. Concionem nox superveniens dissolvit. Illuescente aurora omnes armantur, et levatis vexillis, per
descensum fluminis ad pugnam procedunt, et torrente Gulia transito, acies pariter substiterunt. Ne autem omnis exerci-
tus ineassum fatigaretur, placuit, ut unusquisque procerum 12 ex suis mitteret, qui in unum agmen redacti, hostes in-
vestigarent. Inter haec apparuerunt speculatores Nortmannorum; quos cum omnis multitudo inconsultis ducibus confuso
ordine insequeretur, peditum turmas in quadam villa offendit, quae conglobatae sparsim supervenientes facile retrorsum
pellunt, deinde perstrepentibus pharetris clamor in coelum tollitur, et equites Nortmannorum festinato advolant. Ingravato
praelio, christianorum exercitus terga vertit, Sunzo Moguntinus archiepiseopus et Arnulfus comes occumbunt, et innumera
multitudo nobilium virorum, 7. Kal. Iulii. Nortmanni castra divitiis referta invadunt, trucidatis quos in bello ceperant,
ad classem revertuntur. Rex in Bawaria his auditis, pro amissis fidelibus nimium contristatur, querelam cum gemitu
depromit, quod Franci eotenus invicti adversariis terga darent. Tunc indignitatem rei animo versans, in hostem accen-
ditur, et congregato ex orientalibus exercitu, mox Rheno transmisso, circa littora Mosae castra statuit, et Nortmannis ex
superiori pugna elatis ad praedandum cum omni virtute progressis occurrit. Qui mox super fluvium Thilia ligni et terrae
congerie suo more se muniunt, cachinnis et exprobrationibus agmina lacessunt, ut memorarentur Guliae turpisque fugae
caedisque, post modicum similia passuri. Rex felle commotus, exercitum iubet descendere et pedestri congressione de-
certare; qui dicto citius equis desilientes, clamore exhortationis dato, praesidium inimicorum irrumpunt, Dei auxilio ad
Ekk. internecionem caedunt, ut ex innumerabili multitudine vix esset residuus, qui haec ad classem nuntiaret. Ratispona in-
cendio flagrat. Stella quedam apparuit mire magnitudinis, quam multi ferunt cometam fore.
Erat enim deorsum radios magnos emittens, et multis noctibus per zodiacum ascendens,
visa est 12. Kal. Aprilis mediante quadragesima. Stephano papa defuncto, Formosus sedit
annos 5, menses 6. Abbaciam Fulde consilio regis et optimatum Sigehart sponte dimisit,
et Hugo prepositus, presentibus legatis regis Thiotbaldo et Poppone electus, Ratispone eam a
A. Corb. rege suscepit. Corpus sancti Iustini translatum est Corbeiam; ibi abbate Bovo mortuo, Godescalcus successit.
Thietmar. IV, 48. Sub eo quidam monachus, nomine Alfricus, admodum religiosus, acriter migraneam paciens in capite, iussus est pro re-
medio in capite secari. Est autem migranea aut ex gutta aut ex vermibus. Sed de die in diem dolor augebatur, ut
iam desperaretur, et easu omnibus egressis solus iacens, vidit ex cloaca 7 demones teterrimos procedere; 6 portabant
singuli 6 libros, id est omnes 36, septimus inmense magnitudinis volumen gestans, sedensque gravi lectione de his que
ab infantia cogitando, loquendo, agendo usque in ipsam horam gesserat, infirmum terrebat. Et ecce preciosus martir
Vitus veste fulgida indutus, vultu angelico conspicuus, ex templo celle, in qua eger iacebat, contiguo ingreditur, spiritu-
bus immundis manu fugam indicit, et stans iuxta illum seque nominans, imposita capiti manu benedixit, sanum surgere
iussit, demandans per eum abbati Godescalco: *Sis commonitus, ne tot admoniliones nostras in vano accipias; si amplius*[b]
mihi inobediens fueris, a Deo contempneris, teque adhuc superstite alium in sede tua dominantem videbis. Quod et factum
est; permanens enim negligens, suo rogatu Bovonem iuniorem, meliorem se, sibi superpositum vidit.

Reg. A. D. 892. Arnulfo post peractam feliciter victoriam Nortmannorum caedem in Bawariam reverso, mense Februario
Nortmanni, qui ad naves remanserant, transita Mosa, Ribuariorum pagum ingressi, crudelitate ingenita omnia devorantes,
pervenerunt Bunnam, et inde ad Laudolfestorp villam; ubi occurrit eis christianorum exercitus, sed nil dignum quod
fol. 43'. virtuti asscribatur egit. Nocte Nortmanni recedentes, nec se ausi committere locis planioribus vel campestribus, sed
semper silvas tenentes, hostes a laeva vel post tergum relinquentes, celeriter Prumiae monasterio irruerunt, abbate et
congregatione fuga elapsis. Nortmanni ingressi, omnia depopulantur, monachis quibusdam interfectis, familia plurima tru-
cidata, reliquis captis, Arduennam intrant, aggressique castrum in quodam monte praeminenti noviter constructum, in
quod vulgi innumera multitudo confugerat, expugnant, caesisque omnibus, cum ingenti praeda ad classem redeunt. Arnul-
fus rex Zuendibolcho filio suo est honores comitis Meingaudi ex parte largitus. Nam mense Augusto Meingaudus comes,
nepos Odonis regis, interfectus est ab Albrico et sociis eius in monasterio sancti Sixti quod vocatur Rottila; cuius cor-
pus Treverim deportatum, apud Sanctum Maximinum est sepultum. Poppo dux Thuringiae dignitatibus exspoliatur. Duca-
tus eius Conrado commendatur; quem paulo post sponte reddidit; deinde Burchardo comiti commissus est, qui eum
strenue aliquandiu gubernavit. Farabertus abbatiam Prumiensem concessu regis deposuit; Regino successit, qui non diu

a) *deest cd.* b) amplus *c.*

immoratus, aemulis agentibus, Richardum, fratrem comitum Gerhardi[a*] et Matfridi, invidiosum successorem sustinuit. In regno Galliarum mense Iulio comes Waltgarius, nepos Odonis regis, filius Adalhelmi avunculi eius, adversus Odonem rebellionis arma levavit, et Lugduunm Clavatum ingressus, omni annisu regiae potestati contraire nititur. Rex Odo civitatem obsidens, mox in deditionem recepit, et omnibus primoribus adiudicantibus qui aderant, Waltarium decollari iussit, eo quod in conventu publico contra regem et dominum suum gladium evaginasset. Post haec in Aquitaniam proficiscitur contra Ramnulfum et fratrem eius Gozbertum et Ebulonem abbatem de Sancto Dionisio et alios nonnullos, qui eius imperiis obtemperare renuebant Interea Francorum principes ex maxima parte ab eo defecerunt, et agentibus archiepiscopo Heriberto et Pippino comitibus, in Remorum civitate Karolus, filius Lodewici ex Adelheide, in regnum elevatur. Reg.

A. D. 893. Arnulfus e Bawaria egressus, Franconevord venit, et Rhenum transiens, civitates regni Lotharii ex maxima parte circuivit, et ab episcopis dona ingentia oblata suscepit. Haec fuit causa litigii Karolingorum et Teutonicorum regum super Lotharingiae regno. Certantibus interim Odone et Karolo de Galliae regno, Odo, compositis rebus, ex Aquitania in Franciam revertitur, et cum Rotberto fratre Karolum fugat, defectores persequitur. Ebulo abbas de Sancto Dionisio cum quoddam castrum in Aquitania ardentius expugnaret, ictu lapidis occubuit. Tunc Odo monasterium sancti Dionisii ad suum servitium revocavit. Karolus vires Odonis ferre nequiens, Arnulfi patrocinia supplex exposcit. Arnulfus siquidem aestivo tempore conventum publicum in Wormacia celebravit. Ubi Karolus venit, Arnulfum multis muneribus concilians, regnum quod usurpaverat ex eius manu percepit. Iussum est etiam, ut episcopi et comites, qui circa Mosam residebant, illi auxilium ferrent et in sedem regiam intronizarent; sed neutrum horum quicquam ei profuit. Denique Odo rex haec audiens, cum exercitu super ripam Axani fluminis sedit, et copias Arnulfi intrare non permisit. Duces regis cernentes Odonem viriliter paratum ad pugnam, ab eo declinaverunt, et ad propria reversi sunt. Karolus in Burgundiam secessit, et Odone Parisius revertente, rursus regni fines occupat, et Odonis fideles insectatur; sicque alternatim ex utraque parte multi pereunt, ingens malitia et innumerabiles rapinae et assiduae praedae fiunt. Zuendibolh rex Marahensium Slavorum, vir inter suos prudentissimus et ingenio callidissimus, diem clausit extremum. Non desunt scripta quedam, quae de ipso testantur, quod rebellionis sue penitencia ductus, spreto seculo, patriam reliquerit, ac divinis obsequiis se subiciens, in cetu religiosorum vite reliquum egerit. Ludelmus venerabilis vir in Tullensi eclesia a metropolitano Rathbodo ac suis[a] suffraganeis episcopus consecratur. Mogontinum archiepiscopatum post Sunzonem Hatto regebat, antecessori moribus longe dissimilis; nam Sunzo vir religiosus ac simplex, sacris litteris in Vulda sub abbate a puero sufficienter imbutus; Hatto autem obscuro genere natus, ingenio acutus et qui non facile discerni posset, utrum consilio[b] peior an melior foret. Regnum Zuendebalchi filii eius pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris omnia populantibus. cf. Wid. I, 29. Reg. Cosmas I. Reg. a. 895. Reg. a. 890. Wid. I, 22. Reg.

A. D. 894. Arnulfus cum valido exercitu Langobardorum terminos intravit, et circa purificationem sanctae Mariae Pergamum castrum armis cepit, Ambrosium comitem civitatis ante portam in quadam arbore suspendit. Unde tantus timor in reliquas civitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, sed omnes obviam procederent venienti. Pervenit autem Placentiam. Inde conversus, per Alpes Appenninas Galliam intravit, et ad Sanctum Mauricium venit. Rodolfum, quem quaerebat, nocere non potuit, quia montana conscendens in tutis se absconderat. Sed regiones inter Iurum et montem Iovis graviter attrivit, deinde Wormaciae placitum tenuit, volens Zuendibolh filium suum regno Lotharii praeficere; sed optimates regni assensum non praebuerunt. Inde Lauresheim veniens, Lodowico, filio Bosonis, matre illius Irmingarde interveniente, quasdam civitates cum adiacentibus pagis, quas Rodolfus tenebat, dedit; qui tamen eas nullo modo de manu Rodolfi tollere valuit. Rex Ildigardam, filiam Lodowici regis fratris Karlomanni et Karoli, accusatam regiis possessionibus privavit et in puellarum monasterio Chemisse[c] exilio destinavit. Sed paulo post in gratiam rediit, et sua ex maiori parte recepit. Wido, qui nomen imperatoris in Italia tenebat, moritur. Filius eius Lambertus Romam veniens, diadema imperii sibi imponi fecit. Sinodus magna 26 episcoporum cum abbatibus celebrata est Triburiae, qui plurima decreta super statu sanctae ecclesiae scripto roboraverunt contra plerosque saeculares, qui auctoritatem pontificalem imminuere temptabant; in qua Wicbertus Hildensheimensis episcopus multum viguit. Post haec Arnulfus Wormaciam venit, optimatibus ex omnibus regnis suae ditionis occurrentibus, conventum publicum celebravit, omnibus collaudantibus Zuendibolh regno Lotharii praefecit. Odonem regem cum muneribus venientem honorifice suscepit. Odo, impetratis pro quibus venerat, cum reverteretur, sui mansionarii Folconem episcopum et Adolongum comitem a Karolo cum muneribus missos in via offenderunt. Super eos cum clamore irruunt, sarcinas diripiunt, episcopo fuga elapso, Adolongus mortaliter sauciatur, et Trigorio in villa quae Beltolmus dicitur sepelitur. Zuendibolh amplificare cupiens termiuos regni sui, quasi Karolo adversus Odonem laturus auxilium, tum immenso exercitu Lugdunum Clavatum obsedit, nec tamen capere potuit, quamvis multis diebus summis viribus dimicatum sit. Audiens autem, Odonem cum exercitu advenire, qui per id tempus in Aquitania morabatur, cum copiis omnibus recessit, et in proprio regno se recepit[d] fol. 44.

A. D. 896. Arnulfus secundo Italiam ingressus, armis Romam cum consensu Formosi papae capit, res retro seculis inaudita, excepto quod Galli Senones Brenno duce multo ante incarnationem Christi eam ceperant. Mater Lamberti, a filio ad praesidium relicta, cum suis latenter aufugit. Ingressus, multos Romanorum principes obviam sibi properantes ulciscendo papae iniuriam decollari praecepit, cuius etiam hortatu venerat; magnoque honore susceptus et ante confessionem sancti Petri coronatus, imperator efficitur. Causa simultatis inter papam et Romanos erat, quod post mortem Stephani papae quaedam pars eorum Sergium ecclesiae Romanae diaconum, pars vero non infima natu Formosum[e] pro religione et scripturarum scientia papam fieri anhelabat. Cum in eo esset ut Sergius ordinari debuisset, pars altera non sine militari tumultu et iniuria Sergium ab altari expulit, Formosum papam constituit. Sergius in Tusciam ad suffragia potentissimi marchionis Adalberti se contulit. Imperator Arnulfus a Roma revertens, paralisi gravatus, diu languescit; Lambertus rex vocatus, vita decessit, et a Langobardis invitatus Lodowicus, filius Bosonis, de Provincia Italiam intravit. Albericus comes, qui Meingaudum comitem occiderat, a Stephano, fratre Walonis, interficitur circa festum sancti Andreae. Ekk. Reg. Ekk. Reg.

A. D. 897. Dignitates ab Arnulfo perceptas Stephanus, Odacar, Gerhardus et Matfridus comites perdunt, et Zuendibolh Treverim cum exercitu veniens, terras illorum inter suos dividit, monasterium ad Horrea et monasterium sancti Petri, quod Metis situm est, sibi reservans. Post haec patrem super uxore, quam desiderabat, consulens, eius hortatu Ottonis comitis filiam [Odam[f]] nomine in coniugium petivit. Pater puellae gratanter eam dedit, nuptias post pascha celebravit. Imperator Wormaciam venit; Zuendibolh ad colloquium occurrit. Interventu imperatoris Stephanus, Gerhardus et Matfridus cum filio reconciliantur. Inter Rodolfum Wirceburgensem episcopum, fratrem comitum Conradi et Gebehardi, et filios Heiurici ducis, Adelhardum, Adelbertum et Heinricum, implacabile odium ex minimis rebus oritur, et velut Reg.

a*) geuchardi *ed.* a) suo suffraganeo *corr.* suis suffraganeis *c.* b) ingenio *corr.* consilio *c.* c) Cremisse *ed.* d) *deest annus* 895. e) *deest ed.* f) *ita ed.*

Reg. ex scintilla incendium succrescens dietim dilatatur, cum de nobilitate carnis, de parentum multitudine, de magnitudine potestatis ultra quam decet se extollunt, in caedes plurimas ruunt, truncationes manuum ac pedum fiunt, regiones his subiectae rapinis et incendiis vastantur. Formoso papa defuncto, Bonifacius sextus sedit dies 15. Post hunc quoque sedit Sergius annum 1 menses tres.

fol. 44′. Reg. A. D. 898. Rex Odo aegritudine pulsatus mense Ianuar., die mensis 3. diem clausit extremum. Apud Sanctum Dionisium cum debito honore sepultus est, et principes congregati pari voluntate Karolum regem constituunt. Zuendibolh rex Reginarium sibi fidissimum a se reppulit, honoribus eius et hereditatibus interdictis, in 14 diebus e regno secedere iubet. Ille, adiuncto sibi Odacro comite et quibusdam aliis, cum omni familia et supellectili in loco tutissimo Durfos se communivit; quem Zuendibolh cum exercitu expugnare conatus, propter paludes et nimias Mosae refusiones non potuit. Ut ergo ab obsidione recessit, praedicti principes Karolum adeunt, in regnum cum exercitu introducunt. Zuendibolh intelligens se circumventum, cum paucis fugit. Karolus recto itinere Niumagum perrexit. Zuendibolh, cum Francone Leodicensi episcopo et paucis suorum Mosa transita, ad Floricingas venit, ubi regni proceres illarum partium ad eum confluxerunt. Ex desperatis rebus resumpta fiducia, contra aemulum proficiscitur. Karolus a Niumago Prumiam et inde adversus Zuendibolh copias transfert; pugna tamen non committitur, sed intercurrentibus legatis, sacramentis pax firmatur. Karolus, transvadata Mosa, in regnum suum revertitur. Everhardus dux, filius Meinhardi, venatum pergens, a Waltario Fresone, filio Gerolfi dolo trucidatur. Ducatus quem tenuerat Meinhardo, fratri eius, ab Arnulfo committitur. Romanus papa sedit menses 3, dies 22. Inter Lodowicum et Berengarium in Italia multa certaminum discrimina vicissim succedunt. Novissime Lodowicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, a pontifice Romano coronatus, imperator appellatur. Post Romanum Theodorus sedit dies 20. Post hunc quoque Iohannes nonus sedit annos 2, dies 15.

A. D. 899. Rex Zuendibolh cum Arnulfi et Karoli suisque optimatibus apud Sanctum Goarem colloquium habuit. Aderant ex regno Arnulfi Hatto Mogontinensis[a] archiepiscopus, Conradus et Gevehardus comites. Ex parte Karoli Haischericus Parisii[a] episcopus et Odacar comes. Quid sine regis praesentia seorsum ibi tractatum sit, postea rerum eventus luce clarius manifestavit. Zuendibolh denuo cum exercitu Durfos oppugnans, nilque proficiens, episcopis iussit Reginarium et Odacrum et socios eorum anathematizare; sed cum recusarent, minis exprobrationibus et contumeliis utitur, Ekk. et soluta obsidione quisque ad sua recessit. Magna fames homines se invicem comedere coegit. Richarius, Reginone Reg. cedente, abbas Prumiae statutus est. Odilbaldus sanctus vir, Traiectensis episcopus, migravit ad Christum; Ratbodus succ- Ekk. essit. Arnulfus imperator longa aegritudine dissolutus, vel ut quidam ferunt afflictus a minimis vermibus, quos Reg. pediculos vocant, in corpore eius scaturientibus, ita ut nulla medicorum arte minui possent, migravit a seculo 3. Kal. Thietmar. Decembris; apud Hnodingas, ubi et pater eius, honorifice conditus iacet. Ipse construxit monasterium sancti Emme- VI, 28. rammi martiris in Ratispona.

Reg. A. d. i.[b] 900. Proceres et optimates, qui sub Arnulfi ditione fuerunt, in Foracheim congregati, Lodowicum, ex legitimo coniugio Arnulfo genitum, coronatum in fastigio regni sublimant. Zuendibolh propter assiduas depraedationes et bella, quae in regno fiebant, et quia cum mulieribus et ignobilibus regni negotia disponens, honestos nobilesque deiciebat et dignitatibus spoliabat, odiosus omnibus efficitur. Certatim igitur priores regni eius Lodowicum introducunt, in Theodonis villa manibus datis eius dominationi se subiciunt. Lodowico trans Rhenum eunte, Zuendibolh, coadunatis quoscumque potuit, civitates regni circuit, incendiis et rapinis omnia devastat, arbitratus hos qui propter immanem eius maliciam ab eo defecerant, inmaniora faciens ad se revocare posse. Lodowicus iterum in regnum accersitur, et a comitibus Stephano, Gerhardo et Matfrido in praelio circa Mosam Zuendibolh interficitur Idibus Aug. Odam, uxorem eius, Ger- Ekk. hardus comes coniugem duxit. Francone Leodicensi episcopo mortuo, Stephanus subrogatur, vir sanctitate et scientia a. 903. clarus, qui passionem sancti Lamberti ad Herimannum Coloniae archiepiscopum urbanius edidit, cantum de ipso et sancta Trinitate et inventione protomartiris Stephani dulci modulamine composuit. Bis[c] Patherbrunnensis episcopus moritur; Teodericus successit.

Ekk. Reg. A. D. 901. Arnulfi morte intellecta, incursio Ungarorum ad excidium gentium ad meridiem et occasum degentium Ekk. exoritur, quorum infausto auxilio Arnulfus potiebatur imperio, destructo ingenti vallo in Pannonia, quo Karolus Magnus Wid I, 19. barbaras nationes circumcluserat. Quibus Bawariam vastantibus, Lodowicus, coacto magno exercitu, iuxta Licum fluvium Ekk. plus quam mille ex eis interfecit, protracta ad horam septimam pugna. Milites ignari doli, fugientes simulate Ungaros impetu validissimo persequebantur, et ecce omni ex parte prodeunt insidiae. Qui victi putabantur, victores interimunt. Rex ipse e victore victum se miratur, fitque inopinatus gravior casus. Ungari Bawariorum, Suevorum, Francorum regna Reg. percurrunt, omnia vastant et incendunt, Langobardiam quoque ingressi, caedibus incendia miscent. Cumque incolae terrae conglobati resistere conarentur, plurimi episcopi et comites cum innumerabili hominum multitudine sagittarum ictibus trucidantur. Liutwardus Vercellensis episcopus, assumptis thesauris, quibus supra modum abundabat, fugiens incidit super eos, moxque interficitur, et opes, quae secum ferebantur, multae et incomparabiles diripiuntur. Stephanus comes, frater Walonis, qui Albericum comitem peremerat, in secessu nocturnis horis residens, a quodam per fenestram cubiculi sagitta toxitata graviter vulneratus, eadem nocte extinguitur. Benedictus papa quartus huius nomi- nis sedit annos 3, menses 2.

fol. 45. Ekk. A. D. 902. Ungarii Charentaniam invadunt, et commisso in sabbato paschae praelio occiduntur. Sarraceni ex Affrica a rege suo missi in Italiam sub ditionem illius Apuliam et Calabriam fortiter redegerunt, et Romam versus girantes, Galerianum montem sibi muniunt, unde multas Italiae urbes debellant. Ostensa sunt hoc anno portenta; stelle velud pluvie per maximam noctis partem cadentes; Rhenus et multi Saxonie fluvii, ut testantur navigantes et molendini[d] naturalem cursum in ipsa nocte, hoc est in 5. Kalend. Octobris, non habuerunt. His temporibus Adalbertus magnus heros, cuius pater Heinricus Ekk. dux, mater Baba dicebatur, idemque sororis filius Heinrici postea regis, nepos vero Ottonis Saxonum ducis, cum fratribus suis contra Conradum, patrem Conradi postea regis, totum Lodowici regnum inimiciciis turbabat, nec ante Reg. illum ullus regum quiverat tam ingens bellum inter eminentes viros ortum sedare. Adalbertus, Adalardus fratres et Heinricus ex castro Babenberch adversus Conradum et Gebehardum ad pugnam processerunt. Illi, viriliter impetu exceptо, ferro aciem irrumpunt, obvios prosternunt, tandem ad fugam agmen compellunt. Heinricus interfectus est, Ada-

a) *supra lineam c.* b) *ita hoc anno c.* c) *ita cod. pro:* Biso. d) *lege:* molendinarii.

lardus captus et post modicum iussu Gebehardi interfectus. Eberhardus confossus vulneribus cecidit, inter cadavera occisorum inventus, domum reportatur, et in brevi moritur. Reg.

A. D. 903. Adalbertus Rodolfum episcopum de Wirceburgensi ecclesia fugat, possessiones ecclesiae crudeliter depopulatur, Everhardi filios, sicut et patrem, hereditatibus et regiis honoribus expulsos, ultra Spehtheshart secedere cogit. Cumque et Lodowico regi rebellis esset, quamquam procul etiam a castello praeparavit venienti bellum. Regis enim milites praecuntes, pugnae praeludio eum elicere et interficere proposuerant, sed ipse huius praeludii non ignarus, immo deviatus, tam longe a castro processerat, ut milites eum adversarium esse non cognoscerent, quousque mucrone in eorum cervices desaeviret. In regno Karoli Baldevinus comes Atrabatis, id est abbatiam sancti Vedasti, nullo sibi concedente, invaserat; quam Karolus ei auferens, Folconi Remorum episcopo in beneficium largitus est. Ad quem Baldevinus comes Winimarum satellitem suum misit, obsecrans, ne honores quos hactenus possederat cupiditate ductus sibi usurparet, ingentia etiam dona pollicens, si eius interventu praefatam possessionem obtinere posset. Sed cum episcopus amarius quam oportebat responderet, ille furore nimio succensus, ab eo divertit in silvam cum sociis. Cumque episcopus a Compendio palatio a rege rediret, irruens super eum, trucidavit. Cui Hireneus succedens, cum multis episcopis Winemarum perpetuo anathemate ob inauditum scelus condempnavit. Ekk. Reg.

A. D. 904. Leo papa sedit dies 40. Christoforus papa sedit menses 7. Sergius III. papa sedit annos 7, dies 16. Intelligi forsitan licet hunc fuisse, de quo exstant scripta veracia*, quod post Formosi pape et Arnulfi regis finem, expulso eo cui Formosi successio convenerat, per Adalbertum Tuscie marchionem papa constitutus sit. Sive iste sive alius ante istum tali modo sublimatus, Formosum sepulcro extractum in sede ac veste Romani pontificii decollari fecit, dicens: *Cum Portuensis esses, cur ambitionis spiritu sedem Romanam usurpasti?* Exutum sacris vestibus, abscisis tribus digitis, in Tiberim iactari praecepit; quos ordinaverat, gradu proprio depositos iterum ordinavit. Quantae autem auctoritatis et religionis Formosus fuerit, intelligi licet, quia cum a piscatoribus inventus et ad beati Petri ecclesiam deportatus esset, sanctorum quaedam imagines se inclinantes hunc in loculo positum venerabiliter salutaverunt, quod religiosissimi urbis Romanae testati sunt. *Hist. pont. Ekk.

A. D. 905. Lodowicus imperator dictus, filius Bosonis, Italiae regnum, expulso Berengario, obtinens, et nullum resistere posse vel audere videns, de securitate praesumpsit, quae pacis et quietis sunt cogitare coepit, absoluto exercitu, cum perpaucis Veronam, adhortante Adalhardo ipsius episcopo, intravit. Quod cives Berengario in Bawaria exulanti summa festinatione notum fecerunt. Ille nil moratus, contractis copiis, Veronam venit, et qui parti eius favebant portas aperuerunt. Nocturno tempore intra muros receptus, inprovidum virum dolo cepit luminibusque privavit, et regnum Italiae multis caedibus cruentatum, infortunatis praeliis diu quaesitum, huiusmodi triumpho obtinuit. Mense Maio cometes stella apparuit, et in mense Augusto haec mutatio regni facta est. Reg.

A. D. 906. Conradus postea rex missus a patre Conrado cum manu magna, insuper exercitu alio sibi associato de Lotharii regno, irruere super Gerbardum et Matfridum fratres comites, eo quod honores suos et fratris sui Gebehardi, videlicet possessionem Sancti Maximini et Sanctae Mariae ad Horrea invasissent, pervenerunt usque in pagum Blesiacum, ipsorum satellitumque eorum possessiones rapinis et incendiis populantes. Gerhardus et Matfridus a castro, in quo se munierant, legationem mittentes, pacem petierunt; qua concessa, datis ex utraque parte sacramentis, usque in octavas paschae, ad propria discesserunt. Conradus senior interea in Frideslar Hessiae cum manu peditum et equitum, *Gevehardus vero in Wedria[a] cum omnibus quos sibi associare poterat Adalberti repentinam praestolabantur irruptionem. Nec eos fefellit per omnia rerum eventus; Adalbertus enim, viribus adversariorum in tribus partibus divisis, diu expectatum tempus advenisse gaudens, cum sociis arma corripit, simulans copias contra Gebehardum transferre, ut et illum bello terreret et fratrem eius securiorem redderet. Deinde quanta potuit celeritate aciem adversus Conradum direxit, qui licet sero cognosceret, in tribus ei turmis incunctanter occurrit. Et commissa pugna, duae turmae, una peditum, altera Saxonum, terga verterunt; quos cum Conradus clamore ingenti hortaretur, ne hostibus cederent, sed pro suorum salute et defensione patriae certarent, cum tertia turma, animatis sociis, in hostes irruit, primoque impetu multis vulneribus confossus extinctus est. Adalbertus victor innumeram fugientium multitudinem gladio prostravit, regionem toto triduo perlustrans, caedibus et rapinis demolitus est, et oneratis ingenti praeda sociis, Babenberh reversus est. Peracta est haec caedes 3. Kal. Martii. Lodowicus rex mense Iulio Triburiae generali conventui Adalbertum adesse mandavit, ut in praesentia optimatum regni pro se rationem redderet, pacis conditionem prius exosam susciperet, et a violentia sero quiesceret. Cernens obduratum eius animum, in castro Terassa eum obsedit. Egeno, Adalberti comes individuus, a societate defecit, cum omnibus suis ad regis castra processit. Protracta paulo prolixius obsidione, Adalbertus animo fractus, omni ingenio excogitare coepit, qualiter obsidione soluta dolos quos pectore volvebat longe lateque effundere posset. Portis apertis, cum perpaucis ultro se regi obtulit, veniam de commissis poscens, emendationem promittens; sed a suis fraude quae strucbatur prodita, custodiae mancipatur, et in praesentia totius exercitus vinctis manibus adductus, omnibus adiudicantibus, sententiam capitalem suscepit 5. Idus Septembr.; licet alii codices hanc necis eius rationem huic satis contrariam reddant: Cum septennio ferme Adalbertus heros rebellionem exerceret, sciens Lodowicus tergiversatione quadam oportere fortitudinem eius vinci, Hattonem Mogontinum archiepiscopum consuluit. Et ille: *Ego te securum,* ait, *meis sollicitudinibus reddam; ego, ut ad te veniat, providebo; tu ne redeat curato.* Hatto animi confidentia, qua nonnullas res ex infortunio secundas fecerat, Adalbertum alloquens, in dolo suasit ei, cum rege pacem facturum, aut incolumem suo loco restituturum. Adalberto consentiente, rogatus ut dignaretur prandere, negavit, urbemque egressi sunt, episcopo Adalberti dexteram tenente. Dehinc episcopus fertur clamasse: *Proh! quam saepe petit, qui oblata spernit. Taedet me viae et horae; ieiuni toto die non possumus ambulare.* Adalbertus eius genibus inclinatur. Pontifex rogatus ut prandeat, cum eo revertitur, deputans se liberatum a vinculo iuramenti, quod incolumem illum restituisset loco suo. Post haec cum pontifice exiens, regi praesentatur, habito iudicio decollatur in Tarissa[b] suo castello[c]. Possessiones eius in fiscum redactae dono regis nobilioribus distribuuntur. Rex, in orientali Francia rebus compositis, Mediomatrico venit, ubi Gerhardum et Matfridum proscriptione dampnavit. Inde Strasburh adiit, episcopum et plebem inter se dissidentes ad concordiam revocavit, et Rheno transmisso, in Alamanniam perrexit. Baltramnus Strazburgensis episcopus et Ludelmus Tullensis migraverunt a seculo. Otbertus Baltramno, Drogo Ludelmo successerunt. Ungari a Marahis caeduntur. Beringer, Reinold et Gerhard germani fratres occiduntur. Ekk. Reg. Ekk.

Eodem[d] anno Ungari fines Saxonie 8. Kal. Iulii depopulati sunt, multosque interfecerunt, mulierum quoque turbam innumerabilem nobilium, liberalium et ancillarum, nudam et

a) Hessia *corr.* Wedria *c.* b) tatissa *c.? ed.* c) decollatur *add. 2. in loco raso.* d) *Inde ab hoc loco omnia ex codice emendavi.*

per crines catervatim veluti loris per capita connexam et mamillis perforatam, cum pueru-
lis secum captivam abduxerunt.

Cont. Reg. A. D. 907. Liutbaldus dux Bawarie ab Ungaris est in prelio occisus, et Bawarii multa cede sunt prostrati. Arnul-
Thietm. I, 15. fus, Liutbaldi filius, in ducatu successit, vir animo et corpore spectabilis, qui omnes episcopatus Bawarie sua manu
Wid. I, 16. distribuere solus omnium Bawarie ducum singularem cepit potestatem. His temporibus clarebat in Saxonia Otto,
cf. Thietm. filius Liudolfi ducis, frater Brunonis ducis; ab hoc regalis propago Heinrici processit, quem[a] ei Hathwiga genuit, qui
I, 2. Wid. I, 17. potestate libera primus in Saxonia regnavit. Cui cum essent et alii filii Thanemarus et Liudolfus, ante patrem suum
I, 21. obierunt. Qui cum de predii particione tractarent, quo pater eorum Gandersheimensem eclesiam indotaverat, predium videlicet 11 milium[a] mansorum abscidere conati sunt. Quos ad cor nequiens Heinricus revocare, maluit eclesie suam portionem contradere, quam excommunicationi cum ipsis subiacere. De reliquis bonis nullam sortitus est communionem, immo tamquam infortunatus exheredari pacienter sustinuit. Et ecce fratribus defunctis, tota hereditas in ipsum iam ducem derivatur.

fol. 46. A. D. 908. Burchardus dux Thuringorum cum aliis multis occisus est ab Ungariis. Otto Saxonie dux per-
A. Hild. Wid. I, 17. pendens Heinrici prudentiam, adsignavit ei exercitum adversus Dalmantiam, quam Teutonici Deleminci, Slavi autem[b] Glo-
Thietm. I, 2, 3. maci appellant. Trahit nomen a fonte nomine Glomaci, qui est miliaribus duobus ab Albia, paludem faciens, quem incole plus quam eclesias venerantur et timent. Cum enim aqua refertus est, pacem bonam futuram fructumque tritici, avene et glandinis sine dubio pollicetur; quando belli tempestas inminet, sanguine et cinere indicium premonstrat. Inde provincia ab Albia usque in Caminizi Glomaci vocatur. Non longe ab hoc amne Arn, Wirceburgensium nonus episco-
v. a. 889. pus, in pago Cutizi est passus. Nam, ut superiora repetam*, sub Arnulfo rege ab expedicione Boemica reversus, et iuxta plateam in parte septentrionali fixo super collem tentorio, missam canens, vallatus ab hostibus, premissis omnibus per martirium sociis, cum oblationibus consecratis optulit se ipsum Deo, ubi sepe accensa videntur luminaria; et sanctos Dei martires hos esse, nec Slavi dubitant. Is unam in Wirceburh eclesiam, in episcopatu vero novem per 10 annos fecit, quarum maximam cum benediceret et sancti Kiliani reliquie circumferrentur, Dominus per eum 70 operatus est
c. 2. miracula. Heinricus, predicta provincia vastata et incensa, victor ad patrem rediit. Qui conduxerunt adversus eum
Wid. I, 17. c. 20. Avares; qui, multa strage in Saxonia facta, cum infinita preda Dalmantiam reversi, obvium invenerunt alium exercitum Ungarorum, qui comminati sunt bellum inferre amicis eorum, quod auxilia eorum sprevissent, dum hos ad tantam predam duxissent. Unde factum est, ut secundo vastaretur Saxonia, et dum prior exercitus secundum expectaret in Dalmantia, in tantam penurie pervenit miseriam, ut aliis nationibus eo anno, relicto proprio solo, pro annona serviret.

Ekk. cf. Adam. I, 42, 43. A. D. 909. Leo imperator Constantinopolitanus obiit. Adalgario Bremensi archiepiscopo mortuo, Hoierus
Wid. I, 16. Cont. Reg. successit. Rex Lodowicus Liutgardam Saxonem, sororem Brunonis et magni ducis Ottonis, accepit uxorem, sine liberis tamen decessit. Ungari Alamanniam sunt aggressi[c].

A. Hild. Cont. Reg. A. D. 910. Lodowicus pugnavit contra Ungaros in confinio Bawarie et Francie, et Franci miserabiliter aut vieti sunt vel[d] fugati. In quo prelio Gebehardus comes interiit, relictis duobus liliis Udone et Hermanno, qui postea clari
Ekk. et nobiles in Francia extiterunt. Hic Lodowicus iuxta quosdam Karolorum ultimus in Teutonico regno imperantium, iuxta quosdam vero Conradus, qui post hunc regnavit, ultimus computatur, a quibus et pater huius Conradus, ab Adelberto interfectus, frater huius Lodowici fuisse estimatur.

Wid. I, 16. A. D. 911. Defuncto rege Lodovico, cum non esset ei filius, omnis Saxonum et Francorum populus querebat Ottoni duci diadema regni imponere; sed ipse quasi iam gravior onus inperii recusavit; tamen eius consilio supra memoratus Conradus, quondam dux Francorum, unctus est in regnum; penes Ottonem tamen summum semper et
Ekk. ubique vigebat inperium. Sub hoc Conrado potentissimi principes erant Arnoldus in Bawaria, Burchardus in Suevia, Eberhardus comes potentissimus in Francia, Gisilbertus dux in Lotharingia; inter quos Heinricus Saxonum et Thurin-
Thietm. I, 1. gorum dux prepotens clarebat. Qui juvenili[e] deceptus amore Hathewigam uxorem accepit, quamvis velatam viduam esse sciret. Hec erat filia Erwini senioris, qui civitatis[f] Aldenburh maximam partem tenuerat, et filium non habens, geminis filiabus magnam hereditatem moriens reliquid. Ob pulcritudinem et hereditates amata, multorum consiliis cedit; nuptiis peractis, Heinricus cum ipsa Mersburh venit, tam illustris ex familiaritate habitus, ut universi partium illarum illustres ut amicum diligerent et ut dominum honorarent. Postquam Sigismundus Halberstadensis episcopus illicitum conubium audivit, zelo Dei fervens, per bannum et apostolicam autoritatem[g] commixtionem interdicens, ambos ad sinodum vocavit. Heinricus rumore turbatus, ad regem Conradum properans, quae voluit impetravit. Nam legato ad episcopum misso, ut vinctum solveret et rem ad suam presentiam differret, effecit; sed nato demum filio Tammone
vel Tancmaro[h], ab Hathewige amore destitit, et[i] cuiusdam virginis Mahtildis nomine amore secreto flagrans, pec-
V. Maht c. 1. c. 2. casse se iniusto conubio professus est. Mahtildis Widekini[g] egregii ducis stirpe processerat; pater eius nomine Theodericus in occidentali regione comes gloriosus, mater eius Reinildis Danorum et Fresonum germine procreata erat. Quorum filiam mater Theoderici Mahtildis, Herivordinensis tunc abbatissa, suscepit nutriendam, ut doceret sacras lectio-
c. 3. nes et manuum operationes. Illuc ergo precepto ducis Ottonis Thietmarus comes accelerans, adminiculo matronarum eidem puelle iussu abbatisse servientium cubiculo clam se inferens, perspexit formam virginis, et caute consideratis omnibus que desiderabat, domino suo reportavit hilaris que viderat. Missi ergo ab Ottone cum Heinrico Thietmarus ac iuvenes non pauci genere et specie elegantes, castra metantur in campo. Pauci quasi causa orationis ingressi, viderunt virginem sedentem, psalterium manu tenentem, honestissimam habitu, reverendam vultu. Heinricus amore succensus, in castra rediit, et cum multo comitatu oratorium ornatus denuo intravit; susceptus ab abbatissa, postulavit prece instanti, virginem sibi despondi[g]. Que cum diu in responso hesitaret, et adolescens in peticione perseveraret: *Dignum est*, ait, *ut integra fide restituatur his ex quibus est nobis commendata; quin et versat*[k] *dubio, si eam alterius viri decreverint talamo; nam eam desiderabant plures genere et forma illustres. Tamen si Dei aderit voluntas, nostra de parte non tardamus nuptias pro excellentia vestri generis; et id non est minima pars federis, quod*[l] *iter ad nos ipsi direxistis.* Haud mora, paratis ornamentis que congrua erant desponsationi virginis, sequenti die Heinricus secum duxit virginem in partes Saxonie. Circumducebatur ergo per civitates Ottonis ducis a comite Thietmaro, donec in Walehuse[m] nuptie

a) *ita cod.* b) aũ *i. e.* aut *c.* c) ingressi *corr.* aggressi *c.* d) et *corr.* vel *c.* e) *vocabulum erasum in c.* f) urbis *corr.* civitatis *c.* g) *ita c.* h) v. T. *superscripta c.* i) *reliqua huius anni in loco raso c.* k) *vocabulum erasum in c.* l) ipse *erasum c.* m) walehuhuse *c.*

prepararentur. Conubio confirmato, Heinricus, consentiente patre, tradidit nupte in dotem omne quod attinet ad eandem civitatem; ipse quoque Otto tribus quos supervixit annis eam in vicem filie enutrivit. Heinricus autem tantam humilitatem exhibebat subditis[a], ut ei, si fieri posset, regale solium eciam exoptarent.

A. D. 912. Conrado regi supradicti principes rebellaverunt. Karolus, iam tandem occidentalium[b] rex, regnum etiam Lothariense recepit. Ungri iterum, nullo sibi resistente, Franciam et Thuringiam vastaverunt, et comete apparuerunt. Oda, mater Ottonis Saxonum ducis, obiit anno 107° vite sue. fol. 46'. Ekk. A. Lob. C. Reg. A. Quedl.

A. D. 913. Ungari partes Alamannie vastaverunt, et iuxta Ein fluvium a Bawariis et Alamannis sunt occisi. Hiems magna nimis. Karolus cum iam totum colligeret regnum, cepit quendam Haganonem ex mediocribus extollere et supra omnes principes diligere, adeo ut, magnatibus procul absistentibus, ipse regio lateri solus hereret multaque regii iuris ad suum ius retorqueret. Unde primates indignati, cum eum nullatenus possent ab illius dilectione avertere, querebant illum de regno abicere. Einhardus episcopus Spirensis a Werinhario et Conrado comitibus exsecatus est. Otbertus Strazburgensis episcopus occiditur. C. Reg. Ekk. C Reg

A. D. 914. Otto magnificus Saxonum dux vita discessit. Rex vero Conradus Heinrici virtutem sepe expertus, veritus est ei tradere omnem potestatem patris; ficte tamen pro laude optimi ducis multa locutus, maiora promisit. Saxones vero suadebant duci suo, ut, si eum paterno honore sponte rex non honoraret, invito eo que vellet optinere posset. Rex videns vultum Saxonum erga se solito austeriorem, nec posse publico bello Heinricum conterere, suppeditante illi exercitus multitudine, egit, ut dolo interficeretur, habens huic negocio, ut fertur, idoneum supradictum Hattonem archiepiscopum Mogontinum. Hic ducem aggressus dolo, fecit ei fabricari torquem auream, et ad convivium invitavit. Considerandi autem operis gratia ingressus ad aurificem, et visa torque, ingemuisse fertur. Gemitus causam cum aurifex requisisset, respondit, quia optimi sibique carissimi viri Heinrici ducis sanguine torques illa deberet intingi. Aurifex audita silentio texit; opere perfecto et reddito, missionem accepit, obviansque duci eunti ad illa negocia, indicavit que audivit. Qui vehementer iratus, legato pontificis, qui aderat invitandi eum gratia, ait: *Vade, dic Hattoni, quia durius collum non gerit Heinricus quam Adelbertus, et quia melius rati sumus, domi*[c] *sedere ac de eius servicio tractare, quam comitatus nostri multitudine eum gravare.* Mox omnia que iuris ipsius erant in omni Saxonia vel Thuringia occupavit, Burchardum et Bardonem, quorum alter regis gener erat, afflixit, ut terra cederent eorumque possessiones militibus suis ipse divideret. Hatto vero calliditatibus suis finem videns impositum, tristicia et morbo confectus, interiit. Bando[d] papa sedit menses 6. Salomon Constanciensis episcopus, prius abbas .....[e]. A. Quedl. Wid. I, 21. Ekk. C. Reg.

A. D. 915. Rex Conradus fratrem suum misit ad vastandam Saxoniam; qui appropians urbi Heresburh, superbe locutus dicitur, nil ei maioris cure esse, quam quod Saxones pro muris se ostendere non auderent; et ecce Saxones occurrerunt ei miliario uno ab urbe, et inito certamine, tanta cede Franci multati sunt, ut a mimis clamaretur, ubi tantus ille infernus esset, qui tantam cesorum multitudinem capere posset. Eberhardus liberatus est a timore absentie Saxonum — nam eos presentes vidit —, et ab ipsis turpiter fugatus discessit. Audiens rex Conradus a fratre male pugnatum, cum omni virtute Francorum perrexit ad requirendum Heinricum. Quo comperto in Gruona, temptavit oppugnare presidium; cumque pro spontanea dedicione misisset, amicum se non hostem pollicens, intervenit Thietmarus comes, vir discipline militaris peritissimus, qui calliditate ingenii multos mortales superaverat; et presentibus legatis regis, interrogavit ducem, ubi vellet exercitum castra metari. Ille iam Francis cedere persuasus, credens de exercitu ita esse, de numero legionum interrogavit. Quo respondente, ad 30 legiones se producere posse — ficte autem loquebatur; cum quinque enim tantum viris venerat —, delusi legati ad regem regressi sunt. Vicit illos calliditate Dietmarus, quos Heinricus ferro vincere non posset. Nam antelucanum relictis castris Franci, unusquisque rediit in sua. Ungari totam Alamanniam gladio et igne vastaverunt, totamque Thuringiam et Saxoniam pervaserunt et usque ad Fuldam pervenerunt. — Circa hec tempora, secundum quendam Gallicum scriptorem, Karolus in Saxoniam secessit, urbes sedesque regias perlustrans, nullo resistente obtinuit, Heinricum regio genere inclitum ac inde oriundum, omnibus donavit. Iohannes decimus sedit annos 13, menses 2, dies 3. Hoierus Bremensis episcopus obiit; cui Reinwardus succesit. Wid. I, 23. c. 24. C. Reg. Ekk. cf. Adam I, 45. 46.

A. D. 916. Reinwardo Bremensi archiepiscopo defuncto, Unni successit. Hac tempestate Raginerus princeps nobilis, parcium Karoli fidissimus tutor, finem vite accepit; cuius exequiis Karolus interfuit; Gisilberto, filio eius iam adulto, paternum honorem coram principibus qui confluxerant liberaliter contulit. Hic opibus inclitus, temeritate princeps, pro abiectione Karoli multa moliebatur. Karolus a Celtica est egressus contra Belgas, quorum dux erat Gisilbertus. Belge non ausi resistere, oppidis et municipiis se includunt. Rege promittente eis se omnia daturum que a Gisilberto prius in beneficium habuerant, per sacramenta ad eum redeunt, et contra Gisilbertum pariter surgunt. Illo in oppido Harburh, quod hinc Mosa et inde Gullo fluviis vallatur, alias autem immani hiatu multoque horrore vepriam tutissimum videbatur, clauso, rex cum copiis properat obsidionem, locat hinc et inde navalem, alias vero equestrem. Gisilbertus clam per murum elapsus, fluvium natando transmeavit, et cum duobus clientibus Rhenum transiens, apud Heinricum in Saxonia annis aliquot patrimonio privatus exulavit. Post hec Heinricus egit apud regem, ut Gisilbertus reciperetur in gratiam, ea tamen condicione, ut beneficiis, que ipse insolenter diduxerat queque rex faventibus sibi postea contulerat, quamdiu possessores eorum viverent, careret; ea vero, quorum possessores per annos exilii sui excesserant, regis miseratione reciperet. Recepit itaque Traiectum, Vippilam[f], Harstallium, Marsnam, Lutam[f], Capremontem, que a defunctis derelicte vacabant; ceteros qui sua habebant ingenti cede vexabat, donec omnia sua reciperet. Postea multa contra regem machinans, Heinricum, socerum postmodum suum, adiit, regi adherere plurimum dissuasit, asserens, Celticam solam ei sufficere, Belgicam vero et Germaniam rege alio plurimum indigere; unde ut ipse rex creari non abnueret, multiplici permovebat suasione. Heinricus cum illicita eum suadere adverteret, admodum restitit, et ut a nefariis quiesceret, crebro admonuit. cf. Adam I, 46. 47. Ekk.

A. D. 917. Arnoldus dux Bawariorum regi Conrado rebellans, terrore ipsius cum uxore ac filiis ad Ungarios fugit; ubi usque ad obitum Conradi permansit. Burchardus dux constituitur. Karolus, Galliarum urbibus firmiter obtentis, cum pascalis sollempnitas immineret, Aquisgrani palacio se recepit; ex omni Gallia principes confluunt, mediocres etiam multo favore conveniunt; adsunt eciam duces ex Saxonia Heinricus, ex Gallia Ruotpertus. Cottidie secus fores regii cubiculi manent, egressum regis a penetralibus aule prestolantes. Cum nullum responsum per dies quatuor daretur, Heinricus molestissime ferens, dixisse fertur, aut Haganonem cum Karolo regnaturum aut Karolum cum Haganone ad rerum mediocritatem deventurum; indignansque rege inconsulto discessit. Quod rex moleste ferens, eum revocare

a) subditis *corr.* substitis *c.* subditis *Vita Mahthild.* b) orientalium *c.* c) domo *corr.* domi *c.* d) *ita c.* e) *quaedam erasa c.* captus est. *C. R.* f) *ita c.*

Ekk. cupiebat per metropolitanum Remensem Hireneum[a]; cuius luculenta et amica oratione persuasus, ad regem rediit, mul-
C. Reg. toque ambicionis honore ante eum admissus, in precipue gratie loco familiarissime recipitur. Ungari in Alamanniam
A. Quedl. per Alsatiam et usque ad fines Lothariensis regni perveniunt. Erenger dux et Bertolfus[b] fratres et Liutfridus capite plectuntur 12. Kal. Febr.

C. Reg. A. D. 918. Conradus rex nativitatem sancti Iohannis babtiste Herolvesfeld celebravit. Paucis quos[c] regnavit annis, multis laboribus a Bawariis et Alamannis et Saxonibus sibi rebellantibus est fatigatus, quos ante obitum suum Deo propicio superavit.

Wid. I, 25. A. D. 919. Rex Conradus profectus in Bawariam, dimicavit cum Arnoldo, et ibi, ut quidam tradunt, vulneratus, in patriam rediit. Cumque se morbo sentiret laborare pariter cum defectione, vocans fratrem, qui eum visitandi gratia adierat, alloquitur: *Sentio,* inquid, *frater, diutius me istam vitam tenere non posse, ipso qui me creavit ita inperante gravique morbo id cogente. Quapropter considerationem tui habeto, et quod ad te maxime respicit, Francorum regno consulito, mei, fratris tui, attendendo consilio. Sunt nobis, frater, copie exercitum congregandi, sunt urbes et arma cum regalibus insigniis et omne quod decus regium deposcit, preter fortunam atque mores. Frater, fortuna cum nobilissimis moribus Heinrico cedit, rerum publicarum penes Saxones summa est. Sumptis igitur his insignibus, lancea sacra, armillis aureis et clamide et veterum gladio regum ac diademate, ito ad Heinricum, et facito pacem cum eo perpetuam, ut eum federatum possis habere. Quid est necesse, ut cadat populus Francorum tecum coram eo? ipse enim vere rex erit et inperator populorum multorum.* His dictis, lacrimans frater se consentire respondit. Moritur itaque Conradus rex, vir fortis et potens, domi et milicia optimus, largitate serenus, omnium virtutum insigniis clarus. Adeo studuit publice utilitati, ut hanc quo-
Wid. l. l. que in hoste, que tamen rara virtus est, comprobaret. Sepultus est in civitate sua Wilinaburh cum merore et lacrimis omnium Francorum.

fol. 47′. Prenotato iam anno, dominice videlicet incarnationis 919, ab Urbe condita 1571, Heinricus primus huius nominis
Ekk. cf. Wid. I, 17. V. Mahth. c. 4. cepit potestate libera primus de Saxonum natione regnare, ab Augusto loco 75°, et summa regni Teutonici, que Francorum eatenus fuerat, ad Saxones transivit, seu pacis an belli occasione fieret, incer-
Thietm. I, 5. tum est, Dei tamen ordinatione gestum esse, non est fas dubitari. In vita denique sancti Odalrici Augustensis episcopi, quem ad pontificale decus Heinricus postmodum sustulit, ubi legitur, Christi martirem Affram dilecto suo presuli multa in visu ostendisse, inter que et duos enses, unum cum capulo, alterum sine eo, opinati sunt non-
Ekk. nulli, ensem sine capulo Heinricum regem consecrationis expertem demonstrasse. Quidam vero ad Arnoldum Bawarie ducem id referunt, qui eodem tempore ab Ungaria cum uxore ac filiis rediens, non solum honorifice a Bawariis susceptus, sed eciam ut rex fieret est vehementer exoratus. Super cuius denotacione sine capulo gladium ostensum putant, qui rex fieri frustra cupiens, invasor regni extitit, et pro hac ambicione destructis eclesiis, earum
Wid. I, 26. reditus militibus suis in beneficium concessit. Igitur Everhardus, frater Conradi regis, peractis regis exequiis in Wilineburh, Heinricum adiit, seque cum omnibus tesauris illi tradidit, pacem fecit, amiciciam promeruit, quam fideliter et familiariter usque in finem obtinuit. Deinde congregatis principibus et natu maioribus exercitus Francorum, et
Thietm. I, 5. contione in Frideslere celeriter posita, Heinricum coronaverunt, et credita sibi regni insignia sub Christi et eclesie testimonio iam regi et domino suo non sine lacrimis conmendaverunt. Qui primo, ut decuit, divine pietatis munus, postea tante caritatis universalem affectum humili devocione suscipiens, Deo gratias egit, seque ad hec atque omnia que conmuni expetissent consilio assensurum promisit. Exhibitam sibi more priorum ab Herigero Mogontino archiepiscopo episcopalis unctionis benedictionem nec desideravit nec suscipere voluit, sed se ad hoc prorsus indignum affirmavit,
Wid. l. l. *Satis,* inquiens, *michi est, ut pre maioribus meis rex dicar et designer, divina annuente gratia et vestra pietate; penes meliores nobis vero unctio ae diadema sit; tanto honore nos indignos arbitramur.* Placuit sermo coram universa multitudine,
C. Reg. et dextris in celum levatis, nomen novi regis cum clamore valido frequentabant. Ita Heinricus, cognomento Auceps, communi consensu Francorum, Alamannorum, Bawariorum et Saxonum electus, seculari dignitati Dei cultum pretulit, inopum et viduarum fautor mestorumque consolator, inicium regni sui disciplina
Ekk. servande pacis inchoavit. Unde et nullam operam dedit, ut, effugatis ab Italia tirannis, qui quasi conducticii mercennarii, alter alteri succedentes, inperium dilaniabant, benedictionem imperialem percipere posset. Regni primo anno
Wid. l. l. abiit ad pugnandum contra Burchardum Alamannie ducem, qui licet esset bellator intolerabilis, sentiens tamen, cum valde prudens esset, congressionem regis se sustinere non posse, tradidit ei se ipsum cum universis urbibus et populo suo.

Ekk. A. D. 920. Heinricus cum inter regni principes sibi obtemperantes Arnoldum solum resistere cerneret, cum exercitu prevalido in Bawariam tendens, eum iuxta quosdam in presidio urbis Ratispone obsedit; qui regi se resistere non posse perpendens, egressus, tradidit se cum regno suo, et honorifice susceptus amicus regis appellatus est. Asserunt quidam, quod non passus sit Arnoldus prestolari adventum regis in Bawaria, sed obviam processerit ad pugnam. Cumque in eo esset, ut pugnam inire deberent, Heinricus, ut vir sapiens Deumque timens, cogitans ex utraque parte dampnum inreparabile posse accidere, Arnoldo, ut solus loquatur cum solo, denuntiat. Qui putans se acciri ad singulare certamen, ad condictum solus pervenit. Quem Heinricus, ut erat vir prudens animo et potens eloquio, potenti sermone alloqui-
tur, increpans, cur Dei ordinationi resisteret, cum se ab omni populo electum sciret, quod nisi Deo disponente non fieret; affirmans, quia si populus eque illum communiter eligeret, se primum fore, qui in eius electione acclamaret; sicque copioso dicendi genere animum eius demulcens ad suos rediit. Arnoldus rediens ad suos, indicavit eis Heinrici sermones. Qui dixerunt, verum esse quod audisset; nam sapientiam per Salomonem dixisse: *Per me reges regnant et prudentes iusticiam decernunt;* neque enim in Heinrici electione tocius populi animum potuisse fieri unum, nisi hunc a Deo constaret esse electum. Unde sibi equum et bonum videri, ut a ceteris non dissentiens hunc regem eligeret, ea tamen condicione, si hoc sibi quod decessores eius non habuerant concederet, scilicet ut tocius Bawarie pontifices sue potestati subiacerent, unoque defuncto, alterum sibi ordinare liceret. Conivens igitur huic suorum consilio, miles Heinrici efficitur, et ab eo, ut dictum est, concessis sibi tocius Bawarie pontificiis honoratur.

fol. 48. A. DI 921. Heinrico partes[d] regni per Germaniam summae[e] industria procurante apud superio-
C. Reg. Ekk. rem Franciam graves et intestine discordie fervebant, Gisilberto agente et pro abiectione Karoli multa moliente. Erat et contencio ipsi Heinrico cum Karolo propter regnum Lotharii, quod situm est inter Mosam et Rhenum, quia Karolus et Odo, antecessor eius, ab Arnulfo id susceperant, quod Heinricus, qui regnum Arnulfi possideret,
V. Mahth. c. 4. inre successionis a Karolo exigendum iudicabat. Interea vero assiduis eius profectibus augebat etiam

a) *ita pro* Heriveum *c.* b) beltolfus *c.* c) iohis *c.* d) partes — procurante *in loco raso c.* e) sūmma *c.*

Dei gratia honorem dignitatis, cooperante Mahtilde regina in omni opere bono, moribus quoque et vita. In publico quidem procedebat ornata gemmis et serico, gestans tamen[a] interius preciosius ornamentum, cor scilicet[a] maternum in subditos; tamque humilis et in federe coniugii tam pudica manebat, ut omnibus esset amori pariter et honori. Noctis tempore se a latere regis subtrahens, derelicto talamo, orationi intendebat, quasi rege ignorante; ipse autem intelligebat, sed quasi se nescire simulabat. Et quia veraciter noverat omnia eius opera bene existere, faciles illi assensus prebuit ad omnia que desideravit. Divicias non concupivit, paupertatem non timuit, manus eius larga paupperibus et ab elemosinis raro vacua fuit. Sin autem quempiam intellexit aliqua vi opprimi aut pro criminibus carcere includi seu populari examine morti deputari, nil habuit hilaritatis, antequam reconciliavit exacerbationem regis. Si quando abscessit non exaudita, cogente vulgari sentencia, rex tacitus secum ingemuit, quod petentem perturbasset, et sepe egressus a iudicio, quasi ipsam mulcendo, arbitris reliquid quae fuerant legaliter punienda; ipse autem ad eclesiam vel aliquod opus bonum se conferebat. Sed quia hominum quilibet proclivior est ad labendum, quam sua natura muniatur ad stan- Thietm I,11.
dum, ut alibi ad terrorem aliorum de ipso Heinrico scriptum est, in cena Domini quandoque inebriatus, nocte uxori multum repugnanti illicite coniunctus est; quod humane salutis irretitor, satanas, cuidam bone matrone sic prodidit: *Mahtildis regina nuper hortatu meo maritali consentiens voluptati, concepit filium, sine omni dubio meum; tu vide, ut optime celes tantum commissum.* Illa tristis hoc adnunciavit clam regine, admonens, ut semper episcopos aut presbiteros secum haberet, et in pueri nativitate babtismate ablueret, quod de eo demon iactaret. Videns daimon, id est omnia sciens, se prorsus delusum, matronam increpavit, talia subnectens: *Etsi mea voluntas tuis frustratur blasphemiis, tamen omnibus de lumbis illius progredientibus non deerit comes discordia, nec proveniet eis pax firma.* Hunc iuniorem V.Mahth.c.6
filium Heinricum[b] — nam ante regiam dignitatem Ottonem genuerat — mater quasi unicum specialiter dilexit ipsumque regnare desideravit; unde et inter fratres sequens discordia excrevit et temporibus Heinrici ac filii eius crebra fuit Thietm.I,14.
commocio et quietis parva certitudo, donec in diebus tercii Heinrici, iam regis, illa filex iniquitatis exaresceret, et tunc demum bone pacis flos virens enituit. Stephanus Leodicensis episcopus obiit. A. Lob.

A. D. 922. Rex Heinricus stabiliende paci ac reprimendis Slavorum motibus acerrime insistebat. Cumque esset C. Reg.
satis severus extrancis, in omnibus causis clemens erat civibus. Unde quemcumque videbat furum vel latronum manu Wid. II, 3.
fortem aut bellis aptum, a debita pena ei parcebat, collocans in suburbano Mesaburh; datisque armis et agris, iussit civibus quidem parcere, in barbaros quantum auderent latrocinia exercere. Urbes ad honorem regni et eclesias Deo Thietm I,10.
pro remedio anime devoto animo fabricavit. In Nova Corbeia altare sancti Viti martiris hortatu regine auro et gemmis variis mirifice ornavit; vicum Goslarie construxit. Antiquum opus Romanorum in Mersburh lapideo muro decoravit; eclesiam, que ibi mater est aliarum eclesiarum, lapidibus construi et 14. Kal. Iunii dedicari fecit. Montem iuxta Albiam densitate arborum occupatum excoluit, ibique urbem faciens, de rivo preterfluente nomen ei Misni imposuit, presidiisque munivit; ex qua Milzienos subactos censum persolvere coegit. Urbem Liubuzuam diu obsidens, ad dedicionem compulit; illa vero multis annis deserta permansit. Leodio contendentibus de episcopio Hildiwino[c], qui A. Lob.
factione Gisilberti ducis a fidelitate Karoli refragantis illud adeptus erat, et Richario, qui a Karolo illud consecutus erat, auctoritate pape Hildwinus[c] abicitur, Richarius voto et electione omnium Leodicensium episcopus constituitur.
Per id tempus Gisilbertus in Celticam secessit, et in Neustriam transiit, et quia regnum pararet[d] sibi non potuit, cum Ekk.
Rotberto Celtice duce, fratre regis Odonis, de eodem negocio pertractans, suggessit de regni susceptione et Karoli abiectione. Exultat tirannus et sine mora suadenti favet. Deliberant ergo sibique per sacramenta consentiunt, collectisque principibus rex efficitur.

A. D. 923. Rex Heinricus, adiunctis sibi Rotgero archiepiscopo et Gisilberto duce, Metensem urbem obsedit, et C. Reg.
Wiggerum, licet diu reluctantem, sibi obedire coegit. Cumque regnum ab antecessoribus suis ex omni parte confusum Wid I, 27.
civilibus et externis bellis colligeret, pacificaret, adunaret: castra movit contra Karolum eiusque sepe fudit exercitum. Wid. I, 30.
Sucessionis inter Karolum regem et Rotbertum invasorem regni tanta pugna commissa est, ut pene utrimque victo- C. Reg.
res esse viderentur. Karolus tamen ori sacrilego Rotberti ita lanceam infixit, ut diffusa lingua, cervicis posteriora penetraret. *Occisa sunt ex parte Rodberti 11449, ex Karoli parte 7118. Karolus Alsatiam et partes Francie iuxta *fol. 48'.
Rhenum usque Mogontiam sibi usurpaturus, usque Paternisheim villam iuxta Wormaciam hostiliter pervenit; sed fideli- Ekk. C. Reg.
bus regis Wormacie coadunatis, aliter quam decuerat regem, aufugit. Preciosissimus tesaurus sanguinis Domini venit in Augiam, forte qui de imagine Domini fluxit, in qua secundo a Iudeis priora passus erat. Herimannus sanctissi- Ekk. C. Reg.
mus[e] Coloniensis archiepiscopus obiit; Wigfridus successit. Haico Fuldensis abbas obiit; Hildebertus successit. A. Hild.
Sigismundus, Halberstadensis sextus episcopus, 19. Kal. [Febr.[f]] obiit, positus in dextra parte altaris Christi protomartiris, Thietm.I,12.
non iacens, sed supra cathedram sedens. Qui adhuc egrotans viderat in somnis baculum pastoralem suis manibus elapsum Bernardum cappellanum suum levasse et in aperto portasse, misitque eum ad optinendam regis et optimatum gratiam. Unde Bernhardus rediens, illo iam[g] mortuo, volente Heinrico successit, vir nobilis et sanctus ac regni principum primus.

A. D. 924. Reges Heinricus et Karolus apud Bunnam confederantur, et Karolus reddidit Heinrico regi Lotharin- Ekk.
giam, episcopis et comitibus utrimque rem iurando confirmantibns. Hugo, filius Rotberti, apud quos potuit, maxime apud Heribertum nobilem magnatem, cognatum suum, contra Karolum agens, se promoveri ob necem patris nolens, effecit, ut convocatis principibus Rodolfus, Richardi Burgundionis filius, satis reclamans, rex levaretur, vir strennuus et liberalibus artibus eruditus, qui Bertam, Burchardi ducis Alamannie filiam, sibi copulaverat. Heribertus Karolum dolo captum in custodiam posuit; Lodowicus, Karoli filius, ad regem Adelstanum avunculum suum in Brittanniam discessit. Rex Heinricus audiens casum Karoli, condoluit, et humane mutabilitatis communem fortunam miratus, iudicavit abstinere ab armis, et Lotharingos, ut bellis assuetos mobilesque ad rerum novitates, arte superare. Civilibus Wid. I, 32.
bellis cessantibus, Ungari tantis incendiis et cedibus Saxoniam percurrunt, ut ultimam depopulationem comminarentur. Rex in presidio Werle consistens, rudi adhuc militi et bello publico insueto contra tam sevam gentem non credebat. Contigit, quendam de principibus Ungariorum capi vinctumque ad eum deduci. Ungarii vero ipsum in tantum diligebant, ut pro redemptione illius innumera auri et argenti pondera offerrent. Rex aurum spernens, expostulat pacem, redditoque captivo cum muneribus, in annos novem pax firmata est. Affricani qui per municionem Galeriani montis Ekk.
totam Italiam laniabant, commissa pugna per miliciam Iohannis pape et Romani imperatoris Grecorum, universi trucidati sunt vel capti, nec unus superfuit; testantibus multis, apostolos Dei Petrum et Paulum auxilio christianis visos fuisse, Herigerus Mogontinus Deo dignus archiepiscopus obiit; Hildebertus successit. C. R. a. 926

a) *superscriptum c.* b) *superscriptum c.* c) *ita c.* d) papare *c.* e) *superscriptum c.* f) *deest c.* g) *vocabulum erasum c.*

Wid. I, 33. A. D. 925. Heinrico ad dilatandum imperium super Lotharios tendenti legatus Karoli cis Rhenum occurrit, verbisque humillimis *Domino meo*, inquid, *ab inimicis circumvento nil iocundius vel dulcius est, quam de tuo magnifico profectu, fama quoque tuarum virtutum consolari; et hoc tibi signum fidei et veritatis transmisit* — protulit de sinu manum preciosi martiris Dionisii, auro et gemmis[a] inclusam — *hoc*, inquiens, *habeto pignus federis perpetui, amoris vicarii, hanc partem unici sotacii Francorum in Gallia, postquam sanctus martir Vitus nos ad nostram perniciem deseruit et ad vestram pacem perpetuam[b] Saxoniam visitavit. Eo enim anno Dani et Nortmanni regionem nostram invaserunt, bella civilia et externa ultra non cessaverunt.* Rex divinum munus omni gratiarum accione suscipiens, sanctis reliquiis prosternitur et
Ekk. deosculans summa devocione veneratur. Rodolfus Burgundio iam rex in Italiam ad regnandum contra Berengarrum vocatus, victo illo in pugna et expulso, regnum Italie tribus annis tenuit; ubi a Samsone quodam comite dono accepit lanceam, nova arte et figura elaboratam, quam Constantini Magni, sancte Helene filii, fuisse dicebant. Iuxta mediam spinam habuit utrobique quasi fenestram, et in media spina cruces ex clavis manibus et pedibus salvatoris nostri domini Ihesu Christi affixis. Heinricus hoc audito, ut erat totius religionis amator, legatis directis, Rodolfum premiis temptavit; quem sic emollire nequiens, minis terruit; nam regnum eius cedibus et incendiis depopulari minitabat. Quia vero munus quod petebatur illud erat, quo celestibus terrena coniunxerat, Deus Rodolfi regis cor emollivit: iusto regi iuste iusta petenti dedit, quia pace presente simultati locus non erat. Heinricus Dei voluntate sacram adeptus est lanceam. Quo amore dilexerit, tum in multis rebus, tum in hoc presertim claruit, quod huius datorem non solum auri et argenti, verum etiam Suevie parte non minima honoravit. Per hanc ipse de hostibus sepe triumphavit, ipsam decedens Ottoni filio cum regno reliquid, hancque esse credimus, que ex tunc hodieque in imperatorum tutela solet
C. Reg. manere. Wiggerus Metensis episcopus obiit; Benno ex ordinariis Strazburgensibus, in Alpibus quondam heremiticam vitam ducens, successor eligitur. Hiltine Augustensis episcopus obiit; pro quo, Deo ordinante ac rege
Ekk. Heinrico cooperante, Odelricus, vir sanctissimus, signorum et revelationum testimonio clarus, Deo dignus episcopus subintravit.

fol. 49. A. D. 926. Rex Heinricus Nortmannos et Danos armis fecit obtemperantes sibi, et ab errore pristino revocatos
Thietm. I, 9. iugum Christi ferre edocuit. Fertur, quod in pago Selon, in loco nomine Lederun, qui capud illius regni est, post novem annos mense Ianuario post tempus epiphanie convenire solerent, ibique diis suis 99 homines et totidem equos cum canibus et gallis et accipitribus immolare, putantes sic erga inferos servire et commissa crimina apud eos placare;
C. Reg. quem ritum Heinricus inhibuit et humano sanguini parci fecit. Ungari totam Franciam, Alsaciam, Galliam et Alamaniam igne et gladio vastavere. Berengarius ex duce quodam Foroiulensi rex Italie levatus, per annos
Ekk. 13 cum Widone et Lodowico prius conflictatus, deinde solus 20 annis regno potitus, ab Italiensibus peremitur; Rodolfus nichilominus ab ipsis regno arcetur. Schardus Hildinsheimensis 8[us] episcopus, turrim
Chr. Hild. occidentalem in Gandersheim dedicavit, et Rotsuindam, defuncta Wendelgarda, abbatissam ordinavit. Ungari Salardo
Ekk. duce Italiam pervagantes, Papiam obsident et incendunt.

C. Reg. A. D. 927. Rex Heinricus ducatum Alamannie Herimanno dedit, occiso in Italia Burchardo. Rodolfus enim rex
Ekk. contra Italienses denuo resistentes socerum suum Burchardum in auxilium accersivit; quo ab eis interfecto, Italiam
C. Reg. reliquit, Burgundiamque revisit. Karolus rex Francorum sub Heriberti custodia exul et martir moritur. Omnes
Wid I, 35. etiam ab eius filio in Hibernia exulante deficientes, Rodolfo regi se subdiderunt. Heinricus post pactum pacis ab Ungariis accepte in munienda patria contra barbaras nationes mira prudentia invigilans, ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in urbibus habitare fecit, ut ceteris octo confamiliaribus habitacula construeret, frugum omnium terciam partem exciperet et servaret, ceteri octo seminarent et meterent et nono colligerent suisque locis reconderent. Concilia, conventus et convivia in urbibus voluit celebrari, quibus exstruendis die et nocte operam dabant, ut in pace discerent, quid in necessitate agendum esset. Tali lege ac disciplina cives assuefaciens, irruit super Slavos Hevellos, preliisque multis[c] fatigans, hieme asperrima positis super glaciem castris, cepit Brannceburh fame, ferro, frigore; eumque illa potitus regione, signa vertit contra Dalmantiam, obsidensque urbem Grane, vicesimo die
C. Reg. cepit; preda militibus tradita, puberes omnes necati, pueri ac puelle sunt captivati. Benno, qui et Benedictus, episcopus a Metensibus execratur[d], habitaque sinodo apud Diusburgum, auctores facti excommunicantur, et pro eo episcopus Adalbero, vir nobilis, constituitur.

Wid. I, 35. A. D. 928. Rex Pragam Boemiorum cum exercitu adiit, urbem et regem in dedicionem accepit, Boemios tribu-
V Wenz. 7. tarios faciens, reversus est in Saxoniam. Regnabat autem in Praga Wenezlaus Deo et hominibus acceptus, qui inter cetera que de ipso predicantur mirabilia, tormentorum genera et patibula suspendiis hominum preparata dirui fecit, ne
Ekk. inmanitas iudicum excresceret, nec reparari suo tempore permisit. Hugo Arelatensium comes ab Italiensibus, repudiato Rodolfo rege, vocatus, regnum accepit; in quo Lotarium genuit ex uxore Alda de Ostrofrancorum stirpe; sed ambobus postea pulsis, Berengarius iunior[e] regnavit. Lodowicus, filius Karoli, insidiantes sibi fugiens, iterum mare
C. Reg. transiit. Hiemps magna fuit. Leo VII papa sedit annis 7. Rotgerus Treverensis archiepiscopus obiit; Rot-
Chr. Hild. hertus successit. Schardus Hildinsheimensis episcopus obiit; Thiethardus, Hersfeldie abbas, successit, qui tabulam principalis altaris auro et gemmis ornavit.

cf. C Reg. A. D. 929. Rex Heinricus Gerbirgam filiam suam Gisilberto duci Lotharingie in coniugium dedit; nam qui-
Wid. I, 30. dam Lotharingus, nomine Cristianus querens maiori apud regem honorari gratia, simulata infirmitate vocavit Gisilbertum, venientem cepit et sub custodia regi misit. Quem letus suscepit, arbitratus, per ipsum totum Lotharii se regnum habiturum; et sciens valde industrium, genere, potestate et diviciis clarum, liberaliter cepit habere; et desponsata ei
Ekk. Gerbirga, affinitate et amicicia sibi innxit, sublegato omni pariter Lotharii regno. Rex Hugo quosdam Italiensium sibi suspectos consilio et virtute Sansonis comitis substravit[f]. Ratherius Lobiensis monachus vir nimie simplicitatis, sed experientia liberalium artium nominatus, qui cum Hilduwino[g] Leodicensem episcopatum ambierat, profectus ad Hugonem, Verone episcopus ab eo constituitur, Hildwino[g] Mediolani archiepiscopo subrogato. Stephanus VII
Wid. I, 36. papa sedit annos 2, mensem 1. Regi cum essent tributarii facti Apodriti, Wilzi, Hevelli, Dalmantii, Boemii, Redarii, et pax esset, Redarii a fide defecerunt, urbem Wallisleve in magna multitudine[h] ceperunt, habitatorum innumera multitudine captis et interfectis; unde omnes barbare nationes erecte rebellare ause sunt. Hortatur
Thietm. I, 7. recordatio ipsius civitatis, miram rem hic inserere, que in ipsa recedificata post excidium est gesta. In ipso diei orientis crepusculo solitus erat presbiter ecclesie matutinam canere. Cum ergo ad atrium defunctorum venisset,

a) gemis *c.* b) p. p. pacem *c.* c) *bis scriptum c.* d) ecccalur *c.* e) *superscriptum c.* f) subtravit *c.*
g) *ita c.* h) m . . . . . *c*

videns in eo magnam multitudinem oblationes offerentem sacerdoti stanti coram templi foribus, primo substitit, postea Thiet. I, 7.
se signo sancte crucis muniens, per omnes illos, nec uno saltem agnito, oratorium trepidus adiit. Quem una de seculo
nuper egressa, ut sibi nota, cur venisset, interrogavit; edocta ab eo quare venerit, hec omnia ab eis completa esse fol. 49'.
parvumque temporis eundem victurum predixit. Quod post vicinis rettulit, veraque hec esse probavit. Ne cui incredibile hoc videatur, in Magedaburh, que paucis postea annis fundata est, custodes in mercatorum eclesia
nocte vigilantes his que dicta sunt convenientia visu et auditu percipientes, optimos civitatis adduxerunt. Qui cum
longe ab atrio cadaverum starent, lucernas candelabris superpositas viderunt, duos invitatorium canere, omnes matutinas laudes ordinatim persolvere; accedentes autem nichil omnino intellexerunt. Tempore quoque Balderici presulis, qui
80 annos vel plures Traiecti tenuit sedem, in loco qui Deventere dicitur eclesiam senio dirutam renovans, benedixit ac
suo presbitero commendavit. Qui una dierum valde diluculo ad eam pergens, vidit mortuos in eclesia offerentes et
cantantes audivit; quod episcopo rettulit, et iussus ab eo in eclesia dormire, sequenti nocte cum lecto iectus est. Ob
hoc trepidanti et episcopo conquerenti precepit episcopus, ut cum sanctorum reliquiis signatus et aqua benedicta aspersus, suam custodire eclesiam non desisteret. Iussus ergo dormire in eclesia voluit, sed pre metu vigilans iacuit, et
ecce solita hora venientes elevaverunt eum, coram altari ponentes, et igne corpus in favillam tenuem resolventes. Hoc
presul audiens, penitentia ductus indixit ieiunium, ut sibi et anime defuncti succurreret. Ut dies vivis, sic nox putatur
concessa defunctis. Valent hec contra Slavos et stultos maliloquos, qui cum morte temporali putant omnia finiri.
Astruunt enim ista, futuram esse mortuorum resurrectionem et operum retributionem, quamvis et in presenti vita
retributio boni vel mali operis quandoque non dormitet. Nam in palatio huius de quo agitur Heinrici ib. c. 16.
regis quidam canis eminus hostem suum consedentem agnoscens, ex improviso dextram eius manum rabido morsu
abstraxit, et quasi optime fecisset, cauda reverberante mox rediit. Mirantibus omnibus et stupentibus, interrogatus
quid fecisset, confessus est, se illius dominum fessum et dormientem occidisse ipsumque canem se persequentem
tunc vix evasisse, clarissimum ipse documentum factus, neminem Dei circumspectionem latere nec ultionem evadere
posse.

A. D. 930. Rex ad reprimendam barbarorum ferocitatem Bernhardum, cui Redariorum provincia subiugata erat, Wid. I, 36.
cum exercitu et militari presidio misit legatum, addens Thietmarum collegam; iubenturque obsidere urbem Lunkini.
Quinto obsidionis die venerunt custodes nunciantes, barbarorum exercitum adesse; et legatus, dictante collega, conventui
qui erat circa tentoria precepit, tota nocte in armis esse, aliis formidantibus bellum, aliis desiderantibus; nam pro qualitate morum inter spem et metum singuli versabantur. Nox tenebrosior solito adest cum ingenti pluvia nutu divino, ut
pessimum consilium impediretur barbarorum, et Saxones in armis erant. Primo diluculo signo dato et accepto sacramento, ad preseus bellum primo ducibus, dehinc unusquisque alteri suam operam sub iuramento promittebant. Orto
sole — nam post pluviam clara rediit serenitas — in prima fronte legatus adversus innumerabiles cum paucis inpetum
faciens, nec prevalens, recurrit ad aciem, referens, habere barbaros non multos equites, peditum vero innumerabilem
multitudinem, sed nocturna pluvia ita impeditam, ut vix ab equitibus ad pugnam cogeretur. Igitur sole cadente in
humida vestimenta barbarorum, fumum ascendere fecit usque ad celum, fiduciam prestans populo Dei, cuius facici
claritas et serenitas circumfulsit illos. Dato signo et hortante legato, legiones cum clamore valido ruunt in hostes; quos
pre densitate pertransire non valentes, dextra levaque ferro, quos a sociis secernebant, morti dabant. Ingravato bello,
cum hinc inde multi caderent et barbari adhuc ordines tenerent, collega, postulante legato ut legionibus auxilio essent,
prefectum cum 50 armatis lateri hostili immisit, ordines conturbavit; ex hoc cedi et fuge tota die hostes patebant, cum
per omnes agros cederentur, ad urbem vicinam fugere temptabant. Collega hoc precavente, proximum mare ingressi
sunt; ita nimia multitudo illa aut gladio consumpta est aut mari mersa; peditum nullus, equitum rarissimus superfuit,
deponiturque bellum cum casu omnium adversariorum. Postera die signa movent urbi; deponunt urbani arma, salutem
poscunt et merentur, deponere arma iussi; servilis condicio cum uxoribus et filiis, pecunia et omni suppellectili captivitatem subibant. Ceciderant tamen ex nostris in prelio duo comites Lotharii dicti, milites optimi, genere clarissimi,
decus et solamen patrie, et alii nobiles viri nonnulli. Legatus cum collega et principibus Saxoniam reversi, a rege
honorifice suscepti satisque laudati sunt, quod Deo favente parvis copiis[a] 200 hostium, ut ferebatur, milia peremerant.
Captivi omnes postera die ex pacto sunt obtruncati. Augebant hanc leticiam regales nuptie, que celebrabantur tunc Wid. I, 37
magnifica largitate. Rex enim filio Ottoni dedit coniugem filiam Ethmundi regis Anglie, sororem Adelstani, que genuit
ei Lindolfum, virum magnum, populis carum, et Liutgardam, que nupsit Conrado Francorum duci.

A. D. 931. Rex Daniam ingressus cum exercitu, Wurm regem perterruit ac vicit, et apud Sliaswic, que nunc Adam. I, 48.
Heidiba dicitur, regni terminum ponens, marchionem ibi statuit et Saxonum[b] coloniam habitare precepit. Eodem C. Reg.
anno rex ab Everhardo aliisque Francie comitibus seu episcopis in Franciam vocatus, singillatim ab unoquoque eorum
in domibus suis vel eclesiarum sedibus regem decentibus est conviviis et muneribus honoratus. Iohannes papa XI
huius nominis sedit annos 4, menses 10.

A. D. 932. Rex Heinricus regnum Germanie divina et humana ope reformatum divinis fol. 50.
iam et humanis institutis roborabat. Babtizatis enim per eius diligentiam Apodritarum et Danorum regi- C. Reg.
bus, divino cultui propagando etiam operam dedit. Quociescumque contra Deum et antecessorem Thietm. I, 9.
suum, dum vixit, se umquam superbiendo erexerat, tociens humiliata sua potestate ad condignam emendationem
se inclinavit. Pro eadem causa, ut ipse interrogantibus confessus est, cum orationis gratia loca orationis peteret,
plus pedibus, quam equo laborabat. Porro in exaltando suam gentem animosus erat; nam rarus fuit aut nullus Wid. I, 39.
nominatorum in Saxonia, quem preclaro munere aut officio aut aliqua questura non promoveret. Et cum Avares
sepe insurgentes expelleret, una dierum attemptans eos impari congressu et victus, in urbe Bieni mortis periculum fuga evasit; unde urbanos maiore gloria, quam prius habuerant vel comprovinciales hodie habeant, et super
hoc dignis muneribus honoravit. In conviviis licet satis iocundus esset, nil tamen regalis discipline minuebat. Tantum Wid. l. l.
favorem pariter et timorem militibus infundebat, ut eciam ludenti non crederent ad aliquam lasciviam sibi dissolvendum.
In exerciciis ludi tanta eminentia superabat omnes, ut ceteris eciam terrorem ostentaret. In venatione acerrimus erat, ut
una vice 40 aut eo amplius feras caperet. Et cum ingenti prudentia polleret ac sapientia, accessit et moles corporis,
regie dignitati omnem addens decorem. Thiedo Wirceburgensis episcopus obiit. Ekk.

A. D. 933. Ungari per orientales Francos et Alamanniam multis civitatibus igne et gladio consumptis, inxta Wor- C. Reg.
maciam Rheno transito, Galliam etiam multis plagis usque ad mare oceanum devastantes, per Italiam rediernnt. Rex cf. Wid. I, 35.

a) *add. sea. del.* ut ferebatur *c.* b) *add.* 2. *in margine.*

A. Quedl. itaque Heinricus per novem annos induciarum, quas Ungari pepigerant, qua industria domi et milicie subditis prospexerit, quibus consiliis contra omnium nationum vim Saxoniam premunierit, quibusque artibus manum militum prius rudem ad confiden-
Wid. I, 38. tiam animaverit, dicto vel scripto explicari non facile potest. Postremo cum haberet equestrem manum prelio probatam, certamen contrà Ungaros presumens, convocato omni populo, tali eos oratione affatur: *Olim ex omni parte confusum imperium nostrum a quantis periculis modo sit liberum, vos ipsi melius nostis. Qui civilibus discordiis et externis bellis tociens attriti laborabatis, nunc, propicia nobis summa divinitate, nostro labore, vestra virtute, pacatum et collectum cernitis, barbaros superatos et servituti subiectos. Quod superest, necesse habemus, ut contra*[a] *communes hostes Ungaros pariter consurgamus. Huc usque vos filiosque et filias vestras spoliavi et erarium eorum replevi, nunc templa templorumque ministros ut spoliem cogor, absque nudis corporibus nulla nobis alia remanente pecunia. Consulite vobis ipsis; quid super hac re vobis sit faciendum, eligite. Tesaurum divinis officiis sanctificatum tollamne et dabo pro vestra redemptione Dei inimicis? an certe addam cultui divino honorem, ut ab ipso pocius redimamur, qui vere noster extat creator et redemptor?* Ad hec levavit populus voces in celum: se a Deo vivo et vero redimi modis omnibus desiderare, quia fidelis et iustus est in omnibus viis suis et sanctus in omnibus operibus suis. Operam suam deinde promittens regi contra gentem acer-
Ekk. rimam, dextris in celum levatis pactum firmavit; sicque dimisit rex multitudinem. Arnoldus dux Bawariorum in Italiam contra Hugonem regem veniens, a Veronensibus suscipitur, cum Hugone confligens superatur. Unde Ratherius episcopus per Hugonem episcopatu pulsus, quia Bawariis faverat, Papie exiliatur; ubi et librum de suis erumpnis luculenter edidit. Scripsit alia multa legentibus utilia.

C. Reg. Wid. l. l. A. D. 934. Rex Heinricus Veranos[b] Slavos hostiliter invasit et vicit sibique tributarios fecit. Interea legati Ungarorum pro solitis muneribus eum adierunt, sed ab eo spreti vacui redierunt. Nil morati ergo Ungari cum gravi manu festinabant in Saxoniam, et iter agentes per Dalmantiam, ab antiquis opem petunt amicis. Illi vero scientes Saxones ad pugnandum cum eis paratos, pinguissimum pro munere canem proiciunt. Cum vero non esset vindicandi locus ad aliam pugnam festinantibus, cum ridiculosa satis vociferatione prosecuti sunt amicos. Igitur quam potuerunt repentino inpetu intrant Thuringorum fines hostiliter pervagantes; ibi divisis sociis, Saxoniam ab occidente et meridie nitebantur intrare. Sed Saxones cum Turingis[c] congregati, inito certamine cum his qui in occidente erant, cesis ducibus eorum, ceteros per totam regionem errare fecerunt. Quorum alii fame consumpti, alii frigore dissoluti, alii vel capti, ut digni erant, miserabiliter perierunt. Qui vero in oriente erat exercitus, audivit de sorore regis, que nupserat Widoni Thuringo, — erat autem nata ex concubina, — quod vicinam urbem inhabitaret et multa pecunia ei esset auri et argenti; tantaque vi urbem oppugnare ceperant, ut, nisi nox visum pugnantibus inpediret, mox eam caperent. Ea vero nocte audientes de casu sociorum regisque super eos adveutu cum valido exercitu — nam rex castra metatus erat iuxta locum qui dicitur Riede, — timore perculsi, relictis castris, more suo igne et fumo ingenti agmina diffusa collegerunt. Rex vero postera die producens exercitum, exhortatus est, spem suam divine clementie committerent, divinum sibi auxilium quem-
'fol. 50'. admodum in aliis 'preliis adesse non dubitarent; communes omnium hostes Ungaros esse; unde ad vindictam patrie parentumque solummodo cogitarent; hostes cito vertere terga viderent, si viriliter certando resisterent. His optimis verbis erecti milites, inperatoremque in primis mediis et ultimis versantem[d] videntes, coramque eo Angelum, — hoc enim vocabulo effigieque signum maximum erat insignitum, — acceperunt fiduciam et magnam constanciam. Rex veritus, quemadmodum evenit, ut hostes viso armato milite fugam arriperent, misit legionem Thuringorum cum raro milite, ut illi inermes persequentes usque ad exercitum protraherentur. Actumque est ita. Sed nichilominus videntes armatum exercitum, fugerunt, ut per 8 miliaria vix pauci cederentur vel caperentur. Castra vero invasa et omnis captivitas
c. 39. liberata est. Rex victor reversus, modis omnibus gratiarum actiones divino honori, ut dignum erat, persolvebat, tributum quod hostibus dare consuevit divino cultui mancipavit pauperumque largitionibus deservire constituit. Deinde pater patrie, rerum dominus et inperator ab exercitu appellatus, famam potentie sue virtutisque gentibus et regibus longe lateque diffudit. Unde et aliorum regnorum proceres eum adierunt, gratiam in eius conspectu invenire cupientes, fidem talis ac tanti viri probatam habentes dilexerunt. Inter quos Heribertus, gener Hugonis, cum ei rex Rodolfus adversaretur, ut ei apud dominum suum presidio esset, supplicavit. Ipse enim rex talis erat, qui nichil negaret amicis. Per-
C. Reg. rexit igitur in Galliam, rex regem alloquitur, et perfecto negocio in Saxoniam revertitur. Eclesia sancti Maximini turbine cecidit. Electione ibidem monachis clementia regis concessa, Ougo, ante prepositus, abbas eligitur; monachi non regulariter viventes expelluntur.

Wid. I, 40 A. D. 935. Heinricus rex victoriosissimus cum omnes in circuitu nationes subiecisset, Danos, qui navali latrocinio[f] Fresones incursabant, cum exercitu adiit vicitque, et tributarios faciens, regem eorum nomine Nubam babti-
C. Reg. zari fecit. Postremo Romam proficisci statuit, sed infirmitate corporis preceptus iter intermisit. Sinodus in Erpisford
Ekk. Thuringie celebratur a compluribus episcopis. In urbe Genuensi fons sanguinis largissime effluxit, portendens forte ipsius urbis imminentem ruinam, que eodem anno ab Affricanis cum classe illuc venientibus capta, cunctis civibus, exceptis parvulis et mulieribus, captis aut occisis, evacuata est. Nothingus Constantiensis episcopus obiit; cui Conradus successit.

Vita Mahth. c. 7. A. D. 936. Rex Heinricus ac regina inclite fame Mahctildis Dei omnipotentis inspiratione desiderabant monasteria construere et adminicula prebere illic commorantibus de regiis facultatibus, quatenus sui et suorum parentum vel nepotum memoria ibi perpetim haberetur; et principibus populi convocatis, postulabant sibi consilium dari, qua parte regionis decenter possent hec adinpleri. Principes responderunt, intra Winethusun esse sanctimoniales regulari disciplina carentes, que diucius illic demorari non possent, nisi sustentarentur adiuvamine regali, et consilium dabant, eas in Qui-
60 telingeburh transferri. Post hec rex adiit Botfeld[g], ubi sepe exercebatur venatu; ibi paucis diebus interpositis languore correptus, vi febrium laborabat, sed parumper sedato dolore, ad Erpesford iter direxit; ibi cunctos regni principes con-
Ekk. venire precepit, ut se invicem coadunarent, quem suorum filiorum eligerent regale solium possidere. Ceteris ergo filiis predia cum tesauris distribuens, Ottonem maximum natu Francorum omni imperio prefecit[h]; in quo quante sapientie et religionis fuerit, probari potest, quod eum, quem potissimum et religiosissimum noverat, licet in imperio natus non esset,
Vita Mahth. c. 7. c. 8. regem constituit. Venit et Demot Winethusinensis abbatissa, precepto regis evocata et rogata, ut suas sanctimoniales in Quidelingeburh consentiret transpoui, regis peticionem gratanter suscepit. Inde perrexit rex ad Imilebi, secum paucis comitantibus; ibi eius est iterata infirmitas. Cum sentiret ergo corporis dissolutionem instare, reginam vocans, multis

a) *bis scriptum c.* b) *ita pro* Ueranos *c. cf. a.* 954. c) truringis *c.* d) *in marg. add. c.* e) latronio *c.* f) batfeldhun *corr.* botfeld *c.* g) .. pfecit *c.*

secretis cum ipsa disputatis, ad ultimum *O*, inquid, *fidissima — nam nullus omnium umquam virorum fide firmiorem sibi mulierem adiunxit —, Deo gratias ago, quod te superstitem relinquo. Gratias habeas! iratum sepe mitigasti, in omni re utili consilium mihi dedisti, revocasti ab iniquitate aut iusticiam, seduto monuisti ut vi oppresso facerem misericordiam. Nunc te et filios nostros omnipotenti Deo commendamus et electis Dei simul cum anima iam recessura.* Cum haud minus illi regina gratias egisset, merore plena eclesiam intravit; interea Heinricus rebus humanis excessit. Adaldagus solus ex presbiteris casu adhuc ieiunans, ad nutum anxie regine dominici corporis hostiam pro anima eius immolavit; cui et regina duas armillas aureas brachiis suis avulsas dedit, exhibens ei gratiam quamdiu vixit; quin etiam in Bremis ei episcopalem cathedram apud Ottonem regem impetravit, numquam tradens oblivioni, quod primam missam anime regis Heinrici decantasset. Post hec ad filios super corpus lacrimantes ac principes ingressa, postquam coniugem amarissime humi prostrata defleverat, convocans filios, ad concordiam hortatur, dicens inter cetera: *Nolite iam contendere pro transitoria dignitate; talem finem capit omnis mundana gloria. Omnis qui se extollit humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.* Obiit[a] igitur Heinricus anno regni sui 17mo, vite autem 60mo. Unni Bremensis archiepiscopus obiit; Adaldagus successit. Post hec paratis omnibus, que funeri regio necessaria erant, cum maximo honore corpus Quidelingeburh a filiis transportatur, ubi ipse decreverat, et in basilica sancti Petri ante altare honorifice sepelitur cum planctu multorum. Tunc regina Demot abbatissam vocavit et congregationem eius illuc transferri admonuit; illa primo renuit, postmodum inperante Ottone, filio eius, consensit. Igitur regina cenobium in monte Quidelingeburh sancta devocione construere cepit; tricesima die congregationem ibi statuit, non viles personas, sed summe ingenuitatis tirunculas, canonice religioni deservituras collegit, quas materno more usque in finem vite copiis commodorum spiritalium et carnalium enutrivit. Hoc regnum esse gentibus voluit, hoc totis virihus fovit. Ipsa post obitum mariti flagrans Christi amore, memor cuiusvis discipline, ad misericordiam facilis, in omni actu et confabulatione admirande dignitatis, tamque honesta perseverabat in pudore, ut virginem crederet, qui fecunditatem prolis eius non vidisset. Noctis tempore lecto se collocans et parumper[a] dormiens, postquam persensit dormire omnes qui erant secum in cubiculo, spreto fulgenti stratu clam surrexit, cubicularem puellam tacita excitavit, eclesiam intrans suspenso gradu, sine turbarum obsequiis, sine humano favore, pernox in oratione manebat. Ad altare vacua numquam accessit, nec rege vivente nec in viduitate. Ante galli cantum finierat psalterium, nisi brevitate noctis impediretur; circa horam matutinalem cum silencio et nesciente aliquo iterum se collocavit in lecto, quasi totam noctem dormiendo egisset ac numquam pedem inde movisset. Dato vero signo surgens, matutinarum laudibus intento corde aderat; postea omnibus egressis, sola intus ianuis clausis spiritum usque ad lucis auroram non relaxabat; postmodum ingressa cubiculum, paulisper ad dormiendum lassa membra reclinavit. Interim[b]

Defuncto patre patrie et regum maximo Heinrico, omnis populus Francorum ac Saxonum Ottonem a patre designatum notantes, universalis electionis locum in palacio Aquisgrani esse iusserunt; duces ac prefectorum principes cum manu principum ac militum congregati in siceo, basilice Magni Karoli coherenti, collocarunt novum ducem in solio ibi constructo, manus ei dantes, ac fidem pollicentes et operam suam contra omnes inimicos. At Mogontinus pontifex interim cum universo sacerdotali ordine et omni plebe prestolabatur infra basilicam processionem novi regis. Procedenti pontifex obvius, leva sua tangit dexteram regis, suaque dextera lituum gestans, linea indutus stola planetaque infulatus, progressusque in medium usque fani, constitit, et conversus ad populum qui circumstabat — nam erant deambulatoria infra et supra in illa basilica in rotundum facta, quo ab omni populo cerni posset — *En*, inquid, *adduco vobis a Deo electum et a domino rerum Heinrico olim designatum, nunc vero a cunctis principibus regem factum Ottonem; si vobis electio placeat, dextris in celum levatis significate.* Ad hec omnis populus dextras in celum levans, cum clamore valido inprecati sunt prospera novo regi. Ita more Francorum Otto rex creatus, regnare cepit ab Augusto loco 76°, anno ab urbe Roma condita 1688, ab incarnatione Domini 936. Proinde procedit pontifex cum rege, tunica stricta more Francorum induto, pone altare, super quod insignia regalia posita erant, gladius cum balteo, clamis cum armillis, baculus cum sceptro ac diademate. Ipse autem pontifex Mogontinus, Hildibertus nomine, Francus genere, monachus professione, nutritus vel doctus in Fulda monasterio, et ad id honoris merito progrediens, ut pater eiusdem monasterii constitueretur, deinde summi pontificatus Mogontiace sedis fastigium mereretur. Hic erat vir mire sanctitatis, et preter naturalem animi sapientiam, litterarum[c] studiis clarus; qui etiam inter cetera gratiarum dona spiritum prophecie accepisse predicatur. Et cum esset questio inter pontifices in consecrando rege, Treverensem videlicet et Coloniensem, — etenim Treverensis asserebat, quod eius sedes antiquior esset et tamquam a beato Petro apostolo fundata, Coloniensis vero, quia ad eius diocesim locus pertinebat; et ob id uterque sibi convenire arbitrati sunt huius consecrationis honorem, — cessit tamen uterque cunctis note Hildeberti almitati. Ipse autem accedens ad altare, assumpsit inde gladium cum balteo, et conversus ad regem, ait: *Accipe hunc gladium, quo Christi eicias universos adversarios, barbaros quoque et malos christianos, auctoritate divina tradita tibi omni potestate locius inperii Francorum, ut firmissimam pacem omnium christianorum.* Deinde sumptis armillis et clamide induit eum: *Iis cornibus*, inquiens, *huni tenus dimissis monearis, quo zelo Dei ferveas, et perdurare in pace tuenda usque in finem te debere scias.* Exinde sumpto sceptro baculoque: *Iis signis*, inquid, *monitus paterna castigatione subiectos tuos corripias. Primum ergo Dei omnipotentis ministris et viduis ac pupillis misericordie manus porrigas; numquam oleum miserationis deficiat, ut Deo tibi propicio, in presenti pariter et in futuro sempiterno premio coroneris.* Perfususque ilico oleo sancto et coronatus diademate aureo ab ipsis pontificibus Hildiberto ac Wicfrido, ac omni legitima consecratione completa, ab eisdem pontificibus ducitur ad solium, ad quod per cocleas ascendebatur, et erat inter duas marmoreas mire pulcritudinis columpnas constructum, unde ipse omnes videre et ab omnibus videri posset. Divina deinde laude dicta, sacrificioque sollempniter[d] celebrato, descendebat rex ad palacium, et accedens ad mensam marmoream regio apparatu ornatam, resedit cum pontificibus et omni populo; duces vero ministrabant. Lotharíorum dux Gisilbertus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat, omnia procurabat, Everhardus mense preerat, Herimannus Franco pincernis, Arnoldus equestri ordini et eligendis locandisque castris preerat; Sigefridus vero, Saxonum optimus et a rege secundus, gener quondam regis, tunc vero affinitate coniunctus, eo tempore procurabat Saxoniam, ne qua hostium interim irruptio accideret, nutriensque iuniorem Heinricum secum tenuit. Rex autem post hec unumquemque principum iuxta munificentiam regalem congruenti sibi munere honorans, cum omni hilaritate dimisit multitudinem. Interea barbari ad novas res moliendas deseviunt, percussitque Bolizlaus fratrem suum nomine Wenezlaum ducem Boemiorum, virum christianissimum et Dei cultura dignissimum; timensque sibi vicinum subregulum, eo quod paruisset imperiis Saxonum, indixit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad expostulanda sibi auxilia. Mittitur autem ei Asic cum legione Mesaburiorum et valida manu Hassingorum, additurque ei exercitus Thuringorum. Erat namque illa legio collecta ex latro-

Vita Mahth. c. 8.

fol. 51. Wid. I, 11. Adam I, 52. II, 1. V. Mahth. I. I. Ekk.

V. Mahth. c. 3. A. Quedl. a. 937.

V. Mahth. c. 10.

fol. 51'. Wid. II, 1.

Ekk.

Wid.

fol. 52.

a) paruper *c.* b) *in c. tres lineae et una columna vacuae exstant, quibus reliqua de Mahthilde regina ex vita eius cap. 10. desumenda inscribeventur.* c) litterum *c.* d) sollepniter *c.*

Wid. II, 3. nibus. Rex quippe Heinricus, cum esset satis severus extraneis, in omnibus causis erat clemens civibus; inde quemcumque videbat furum aut latronum manu fortem et bellis aptum, a debita pena ei parcebat, collocans in suburbano Mesaburch, datis agris atque armis, iussit civibus quidem parcere, in barbaros in quantum auderent latrocinia exercere. Huiuscemodi hominum collecta multitudo plenam in expeditionem[a] produxit legionem. Bolizlaus autem audiens de exercitu Saxonico, et quia Saxones seorsum et seorsum Thuringi irent contra se, divisis et ipse sociis, sicuti erat acerrimus consilio, utrique exercitui occurrere[b] disposuit. At Thuringi, ut hostes improvise sibi occursitare viderunt, fuga periculum declinaverunt. Asic autem cum Saxonibus et ceteris auxiliariis nichil cunctatus in hostes ruit, maximamque partem ex eis armis fudit, ceteros fugere compulit, victorque ad castra reversus est. Et cum ignorasset de exercitu qui insecutus fuerat Thuringos, minus caute usus est victoria perpetrata. Bolizlaus autem videns exercitum nostrum dispersum, et alios in extrahendis spoliis cesorum, alios in suis corporibus reficiendis, alios in paleis equorum congregandis occupatos, fugatum reversumque coadunans exercitum, super improvisos ac recenti victoria securos subito irruit, et ducem cum omni exercitu delevit. Pergensque inde ad urbem subreguli, primo eam inpetu cepit et usque in hodiernum diem
c. 4. solitudinem fecit. Rex autem audito huiuscemodi nuntio minime turbatur; sed divina virtute roboratus, cum omni exercitu intrat terminos barbarorum ad refrenandam illorum seviciam. Datum quippe erat illis et antea a patre suo bellum, eo quod iugulassent legatos Tancmari filii sui, de quo in sequentibus plenius dicturi sumus. Placuit igitur novo regi, novum principem milicie constituere; elegitque virum nobilem et industrium satisque prudentem nomine Herimannum. Quo honore non solum ceterorum principum, sed etiam Wihmanni offendit invidiam. Erat namque Wihmannus vir for-
Adam II, 4. tis et potens, magnanimis, belli gnarus, et tante scientie, ut a subiectis supra hominem plura nosse predicaretur. Fuerunt autem ambo nobilibus, sed pauperibus orti natalibus, sicut a senioribus comperimus; et Herimannus, ut aiunt, primo 7 mansis totideinque colonis ex hereditate parentum fuit contentus. Deinde quod erat acris ingenii, decore forme, tum pro merito fidei et humilitatis, quam dominis et paribus exhibuit, facile notus in palatio, ad familiaritatem pervenit ipsius regis. Qui comperta iuvenis industria, suscepit eum in numero ministrorum, deinde nutricium precepit esse filiorum, mox etiam succedentibus prosperis[c], commisit ei vices prefectorum. Quibus officiis strennue administratis, dicitur servientes suos pro furto in iudicium delatos, data sententia simul omnes dampnasse ad mortem. Cuius novitate facinoris et tunc carus in populo et clarissimus deinceps factus est in palatio. Postquam vero ducatum Saxonie promeruit, iudicio et iusticia gubernavit provinciam, et in defensione ecclesiarum sanctarum studiosus permansit usque in finem. Nam et Bremensi ecclesie ac matri Hammanburh fidelis et devotus extitit multa bona faciens in fratres et in omnes Saxonie
Wid. II, 5. congregationes. Igitur Wigmannus simulata infirmitate animovit se ab exercitu. Herimannus autem cum esset in prima acie, in introitu regionis in hostium pugnam incidit, eosque fortiter vicit, et ob hoc maiori invidia inimicos accendit. Inter quos Ekkihardus, filius Liudolfi, in tantum egre passus est fortunam Herimanni, ut se promitteret maiora facturum aut vivere nolle. Unde collectis ex omni exercitu fortissimis viris, interdictum regis rupit, et paludem, que erat inter urbem hostium et castra regis, cum sociis transiit, statimque hostes offendit, et ab his circumfusus cum omnibus suis
*fol. 53. periit. *Erant autem qui cum eo ceciderant electorum ex omni exercitu virorum decem et octo. Rex autem, cesa hostium multitudine et ceteris tributariis factis, reversus est in Saxoniam. Acta sunt autem hec 17. Kalendis Octobris. —
Thietm. II, 1. Confortatus in Deo et in regno sceptriferorum maximus Otto, coniugem suam Ediht, filiam Ehtmundi regis Anglorum, bene timoratam precepit consecrari. Erat hec magni aput Deum meriti, ut in quibusdam rebus claruit. Nam quadam nocte rege absente, cerva indomita veniens sepiusque hostium pede pulsans, dominam tandem ut intromitteretur evicit, et recto gressu ad eam usque perveniens, procubuit, tanquam suam locutura miseriam. Iussu itaque regine, considerantis aliquem inesse dolorem, venator Albim transiens, cerva preeunte, hinnulum eius illaqueatum invenit; quo eruto, cerva letior suis lustris recondita est. Aliud quoque memorabile cum ipsa Dominus fecit. Cum in elemosinis pauperum largissima esset, rex constantiam eius experiri volens, ipsam a tanta expensione velud iratus prohibuit. Quadam igitur precipua festivitate induta veste preciosa, curcebold[d], ad eclesiam processit; quam rex, cuiusdam pauperis vestibus indutus, ignorante ipsa callide precesserat. Et in foribus templi residens, eam venientem tenuit sibique misereri postulavit. Illa vero dicens preter vestes nil se habere, audivit, ipsarum vestium particula pauperem posse iuvari. Deinde regina pudore acta, illum se constanter tenentem pallio suo circumplexum, manicam preciose vestis abrumpere permisit. Quam pauper qui putabatur in sinu suo abscondit, et illa cum truncata veste, sed pallio occultata, ad hospicium rediens, integra veste induta, scissam abscondit; sicque ad mensam venientem rex contemplatus requisivit, cur vestem, quam mane induerat, commutasset. Cumque illa occasiones pretenderet, ipse priorem vestem deferri precepit. Qui semel et iterum cum falli mutatoriis non posset, illa anxiata vestem e latibulo extractam produxit. Quam expansam rex utrasque manicas habere conspexit, ipseque quod abruperat proferens, cunctis audientibus rem aperuit, ac
c. 22. deinceps reginam in magna veneratione habuit. Hildebertus Mogontinus archiepiscopus obdormivit in Christo 2. Kal. Iunii. Hic in fine suo Deo gratias egit, quod eclesiae sue nil umquam iniuste adquisierit[e] vel per-
Wid. I, 35. diderit. Huic Fridericus[f] succedens, Deo placuit et seculo. Rex autem non contentus paterno regno, abiit in Bur-
Thietm. II, 2. gundiam, et regem cum regno accepit in suam potestatem. Quecumque ei publice provenere nocentia, divina miseratione ac intercessione sanctissime[g] contectalis sue Ediht assidua securus evasit. Cuius instinctu Magedaburgensem edificare cepit civitatem, ad quam reliquias Christi martiris Innocentii cum magno adduxit honore. Nam urbem hanc ob
*fol. 53'. eterne remunerationis *gratiam patrieque communem salutem[h] et adquisivit et construxit. Iuvit eum ad hoc beate memorie Ediht quibus potuit; que innumera virtute predita, ut signis post obitum claruit, inducias vite istius sibi concessas

a) epeditionem *c.* b) *deest c.* c) *deest c.* d) *haec vox voci* preciosa *superscripta est in c.* e) adquierit *c.* f) fidericus *c.* g) sue s. *c.* h) saletem *c.*

Deo hominibusque accepte perduxit. Decrevitque idem rex eodem anno, 9.ª Kal. Octob., hoc est in proximo die post festum sancti Mauricii, congregationem monachorum fieri in eadem urbe, ob amorem Dei et patris sueque anime et sanctissime contectalis sue et Rodolfi regis, qui ei sanctum transmisit Innocentium, omniumque debitorum suorum remedium construens monasterium in honore sancti Petri apostolorum principis et sancti Mauricii atque Innocentii, tradens ad eundem locum predia multa in diversis locis, et ipsum locum Romano subiciens mundiburdio, fratribusque concedens liberam electionem abbatis, peragens omnia cum consilio Friderici Mogontini et Adaldagi Bremensis archiepiscoporum aliorumque episcoporum complurium[17]. Monasterium sancti Galli et monasterium[b] sancti Bonifacii igne comburuntur. Graves et intestine discordie inter Heinricum, fratrem regis, et Eberhardum ducem Francorum nascuntur ob exortas inter vassallos eorum inimicicias. Rodolfus rex Gallie moritur; post quem Lodowicus, Karoli filius, in regnum patris consilio Hugonis ducis, filii Rodberti, ex transmarinis partibus ad Gallias reducitur; cui idem Hugo tamen postea adversatur. Arnoldus[c] dux Bawariae mortuus est, et filii eius ambitione ducatus regi rebellant. Post hec antiqui hostes Ungarii venerunt virtutem probare novi regis. Intrantes autem Franciam, statuerunt, si possent ab occidentali plaga invadere Saxoniam. Rex autem audiens, nichil moratus, cum exercitu valido occurrit illis, fugavitque et a terminis suis abegit. Cessantibus autem externis bellis, civilia oriri ceperunt. Nam Saxones imperio regis facti gloriosi, dedignabantur aliis servire nationibus, questurasque quas habuerunt, alterius nisi solius regis gratia habere contempserunt. Unde iratus Eberhardus contra Bruniggum, collecta manu, incendio tradidit civitatem ipsius vocabulo Elmeri, interfectis omnibus eiusdem civitatis habitatoribus. Qua presumptione rex audita, condempnavit Eberhardum equis centum talentorum estimatione, omnesque principes militum, qui eum ad hoc facinus adiuvabant, dedecore canum quos portabant usque ad urbem regiam quam vocamus Magadaburh. Rex autem, ut erat clementissimus, dum turbatores pacis merita pena afflixit, ilico cum pietate suscepit, et unumquemque eorum regio munere bonorans, dimisit in pace. At illi nichilominus duci suo adherebant ad omne nefas, quia ille quidem erat iocundus animo, affabilis mediocribus, largus in dando, et his rebus multos Saxonum sibi associavit. Mortuus est Sigefridus comes Saxonum optimus, *qui secundus a rege procurabat Saxoniam. Cuius legationem cum sibi vendicasset Thancmarus, eo quod propinquus eius esset — nam mater eius filia erat matertere Sigefridi, de qua genuit rex Heinricus Thancmarum —, regali autem dono cessisset Geroni marchioni, afflictus est Thancmarus tristicia magna.

C. Reg. Ekk. C. Reg. Wid. II, 5 sq. Ekk. *fol. 54. Wid I, 1

A. d. i. 938. Ungarii per Austrasiam et Alamanniam multis civitatibus igne et gladio consumptis, Wormatie Rheno transito, usque ad oceanum Gallias et Burgundiam vastant, et per Italiam redeunt. Rex filios Arnoldi debellaturus, in Bawariam ibat; sed non ut voluit eos pacificare valens, revertitur in Saxoniam, concesso ducatu fratri Arnoldi Bertoldo. Dissensio autem que facta est inter Eberhardum et Bruningum ad hoc pervenit, ut cedes publice fierent depopulationesque agrorum agerentur et ab incendiis nusquam abstinerent. De legum quoque varietate facta est contentio; fueruntque qui dicerent, quia filii filiorum non deberent conputari inter filios hereditatemque legitime sortiri inter filios, si forte patres eorum abissent aliis superstitibus. Unde exiit edictum a rege, ut universalis populi conventus fieret apud villam que dicitur Stele; factumque est, ut causa inter arbitros iudicaretur debere examinari. Rex autem meliori consilio usus, noluit viros nobiles ac senes populi inboneste tractari, sed magis rem inter gladiatores discerni posse constituit. Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant inter filios, et confirmatum est, ut equaliter cum patruis hereditatem dividerent pacto sempiterno. Ibi quoque pacis turbatores facti sunt manifesti, qui hactenus se negabant contra regiam potestatem aliquid fecisse, sed iniuriam tantummodo in socios vindicasse. Rex autem se contemptum ab eis animadvertens — neque enim ad placitum iuxta iussum venire dignati sunt —, arma distulit, venie locum dedit, proxima[d] sibi semper usus clementia. Sed hec dilatio ad maiorem pernitiem multos pertraxit. Fiebant preterea multa nefaria a sediciosis, homicidia, periuria, depopulationes, incendia; equum pravumque, sanctum periuriumque illis diebus parum procedebant. Iunctus est autem et Thancmarus Eberhardo, collectaque valida manu oppugnat presidium quod dicitur Balebike[e], in quo erat Heinricus iunior, dataque preda urbis suis conmilitonibus, abiit, secum abducens Heinricum quasi vile mancipium. Interfectus est autem ibi Gebehardus, filius fratris Herimanni ducis; ob cuius necem, Deo omnia ordinante, duces Francorum inter se sunt divisi. Tantis igitur spoliis Tancmari milites divisis, iam ad omnia parabantur. Post hec cepit urbem que dicitur Heresburh, et collecta valida multitudine sedit in ea, multa inde exercens latrocinia. Eberhardus autem secum tenuit Heinricum. Eo quoque tempore occisus est Dedi ante *portas urbis que dicitur Larun, in qua erant milites Everhardi. Wichmannus autem, qui se primo alienavit a rege, audiens tantum facinus sediciosorum, conversus pacem fecit cum rege, quia prudentissimus erat; et utilis ac fidelis in finem permansit. Thancmarus autem, filius Heinrici regis, natus erat ex matre nobili, manu promtus, acer ingenio, bellandi peritus, sed inter arma minus honeste usus pudicicia. Erat autem mater eius multam habens possessionem; qui licet a patre aliis pluribus sit ditatus, materna tamen se hereditate privatum egre valde tulit; et ob hanc causam arma sumpsit ad perniciem sui suorumque contra dominum suum regem. Rex autem, licet invitus, audiens rem ad tam ingens periculum procedere, ad edomandam Thancmari insolentiam cum multo comitatu perrexit Eresburch. Cives autem urbis illius cognoscentes de rege, quia super se cum valida manu propinquaret, apertis portis introduxerunt exercitum, qui obsederat urbem. Tancmarus autem fugit in ecclesiam a Leone papa Petro apostolo consecratam. Exercitus autem persecutus est eum usque in templum, et maxime satellites Heinrici, dolentes ac vindicare contendentes iniuriam domini sui. Nec veriti ianuas ferro incidere, cum armis ingressi sunt sacram edem. Thancmarus autem stabat iuxta altare, depositis desuper armis cum torque aurea. Cumque ex adverso telis urgeretur, Thiadolfus quidam, notus Cobbonis, cum conviciis ei vulnus inflixit, ilicoque ab eo recepit[f], ex quo vita cum terribili insania in brevi caruit. Quidam autem militum, Meinzo vocabulo, per fenestram altari contiguam lancea a tergo perfossum ibi secus aram extinxit Thancmarum. Ipse autem fraterne fautor discordie in Biertanico postea bello vitam cum auro ab altari nequiter rapto miserabiliter perdidit. Earum rerum rex ignarus et absens cum audisset, super temeritate militum dedignatus est, sed fervente adhuc bello civili, non potuit eos contristare. Miseratus autem fratris fortunam, suique ingenii ostendens clementiam, pro laude eius ac industria pauca locutus, Thiadericum ac tres

Ekk. *fol. 54'.

a) XI. *legendum esse videtur; v. n.* 17. b) *vocabulum erasum c.* c) *ante* Arnoldus *vocabulum erasum c.* d) proxima *c.* e) *ita c.* f) suscepit *superscr.* vel re(cepit) *c.*

17) Haec sumta sunt ex diplomate regis dato 11. Kal. Oct. 937. v. Meibom I, 741.

Wid. I. amite illius filios, qui Thancmaro manus iunxerant, lege Francorum dampnatos strangulo fecit deficere. Inde vertit militem, avidum pugne et preda urbis ditatum, in Larun. Illi autem urbis prefecto auctore acriter resistentes, lapides lapidibus, tela telis obicere non cessabant; aggravatique bello, super consulto ducis inducias deposcunt. Quibus concessis, ducis eis presidium negatur. Unde urbe egressi, potestati regie se tradiderunt. Ea pugna Tammo pincerna, multis rebus
c. 16. bene gestis olim famosus, factus est clarus. Eo tempore quo erat bellum Eberhardi cum rege, missus Hadaldus, qui erat super cubiculum regis, ad Gisilbertum ducem pro concordia et pace, cum adhuc ad neutram partem declinaret, indigne suscipitur, et responsio de die in diem differtur. Ipse autem simultates ducis sentiens, nec ultra talibus versutiis
*fol. 55. contentus, *Imperium tibi*, inquid, *regale facio presente populo tribunuli *regis condicto die presentari, ut certe hostem te scias iudicari.* Simili autem modo idem dux et pontificem Bernhardum, a rege missum, inhonoratum et responsi incertum a se dimiserat. Fertur etiam regalium litterarum sigilla sepius corrupisse. Post hec verba legatum meliuscule cepit
c. 11. habere et cum honore transduci fecit. Eberhardus autem audiens de nece Thancmari et defectione suorum militum,
c. 12. fractus animo, prosternitur captivo suo, veniam petit ac nequiter promeretur. Heinricus eo pacto solvit eum crimine, quo coniuratione secum facta contra dominum suum et fratrem, sibi diadema, si possibile esset, imponeret. Fedus itaque invicem percusserunt. Inde liberaliter Heinricus ad regem reversus, puriori fide et caritate susceptus est quam ingressus. Suasione quoque optimi viri et omni religione probatissimi Friderici, successoris Hildeberti Mogontinia archi-
c. 13. episcopi, Eberhardus adiit regem, supplex veniam deposcit, se suaque omnia ipsius arbitrio tradens. Ne tamen ingens
c. 14. scelus inemendatum maneret, quasi in exilium in Hildenesheimensem urbem mittitur. Interea antiqui hostes nostri Ungarii subito irruunt in Saxoniam, et castris super litus Bode fluminis collocatis, inde in omnem regionem diffunduntur. Dux autem missus a castris cum parte exercitus, eo die ad vesperam signa movit contra urbem que dicitur Stedieraburch. Urbani autem videntes hostes et ex itinere et ex pluvia que ingens erat segniores, audacter erumpunt portis, et clamore primum territantes, demum autem in adversarios repente irruentes, plurimis ex eis cesis et copiosa equorum multitudine cum aliquibus signis capta, ceteros fugere compulerunt. Urbes quas obvias habuere, illorum fugam animadvertentes, armis eos locis omnibus urgebant, et maxima ex eis parte prostrata, ducem ipsum in quendam luti puteum cogentes, oppresserunt. Altera autem pars eorum exercitus ad aquilonem versa et arte cuiusdam Slavi in locum qui dicitur Thriminig deducta, difficultate locorum ac manu circumfusa armatorum periit, timoremque nimium ceteris incussit. Dux autem illius exercitus cum paucis elapsus conprehenditur, et ad regem deductus precio magno redimitur. His
Ekk. auditis, castra hostium turbata, fuga salutem quesierunt, nec ultra per plurimos annos in Saxonia apparuerunt. Inger rex Ruscorum, sciens exercitus Grecorum esse ductos contra Sarracenos et ad insularum[b] custodias dispersos, ad expugnandam Constantinopolim cum mille et eo amplius navibus venit, adeo de victoria iam securus, ut Grecos non occidi sed capi preciperet. Quibus Romanus Grecorum imperator cum paucis viriliter occurrens, circumcirca Greco igne iniecto, pene omnes cum navibus exussit, paucis evadentibus; omnes captivos decollari iussit.

fol. 55. A. d. i. 939. Otto rex Bawarios iterum aggressus, omnes sibi subdidit preter unum filium Arnoldi. Eberhardus
Ekk. ab exilio remittitur, totumque regnum inimiciciis et rebellionibus confunditur. Eberhardus enim et Gisilbertus cum Heinrico, fratre regis, adversus regem rebellant, suggerentes ei, regnum magis conpetere illi in patris regno nato quam Ottoni ante regnum nato. Sed et quidam ecclesiastici viri nequam et Deo odibiles illis factione concordant, omniaque passim pacis et concordie iura turbabant. Heinricus autem eo tempore nimis adolescens erat, et regnandi cupiditate fervebat. Eberhardus sane Gisilbertum ducem a regis fidelitate disiunxerat, cuius adiutorio regi non modice resistebat. Qui Gisilbertus quamquam sororem regis uxorem haberet, maluit tamen et ipse suscipiendi regni spe regi resistere, quam ei, ut debuerat, adiutorio esse. Habuit autem rex maximas et fortissimas copias, Herimannum Suevorum ducem, qui Burchardo successerat, fratremque eius Utonem atque Conradum cognomine Sapientem. Qui quamvis affinitatis linea Eberhardo iungerentur, maluerunt tamen iuste, si necessitas ingrueret, cum iusto rege occumbere, quam cum consanguineo iniuste triumphare. Eberhardus itaque haud secus valuit Gisilbertum a regis fide seiungere, donec ei promitteret, se illum regem facturum. Gisilbertus vero hac arte voluit decipere Heinricum, ut dum suo adiutorio regem vinceret, ipse regni solium obtineret. Verum Eberhardus longe aliter disposuerat. Voluit enim, si regem posset devincere, utrosque de regno privare illudque sibi usurpare, sicut ex verbis ipsius, que paulo antequam occideretur, uxori sue dixerat, possumus conicere. Quam dum foveret in sinu, *lorundare*, inquid, *in gremio comitis, in*
Wid. II, 15. *brevi telatura in amplexibus regis.* Igitur Heinricus ardens cupiditate regnandi, celebre parat convivium in loco qui dicitur Salaveldun. Cumque esset magnus ac potens, maiestate ac potestate regali plurimis plurima donavit, et factioni huiuscemodi plurimos ob id associavit. Fuere tamen multi, qui rem celare potius arbitrati sunt, ad hoc tantum, ne rei fraterne discordie invenirentur. Dabant tamen consilium, quo facilius bellum solveretur, ut videlicet ipse relinqueret Saxoniam sub presidio militari et sese inferret Lotharingis, generi hominum imbelli. Denique ita factum est, ut primo impetu eos rex devinceret et uno certamine fatigaret.

cf. C. Reg. Wid. II, 16. 5 A. d. i. 940. Rex Otto contra fratrem in Lotharingiam exercitum duxit; nam ille commilitonum consultu urbibus Saxonie vel Thuringie militari praesidio traditis, cum amicis Lotharios adierat; unde omnes fama perculsi sunt, quia tam subitanee recessionis a rege causam penitus ignorabant. Rex audita fama primo non credidit: postremo certum de belli negocio probans, nil morans cum exercitu persecutus est fratrem. Ut appropiavit urbi nomine Trotmanni, milites Heinrici, qui erant in ea, memores fortune Thancmari, non ausi regem expectare, sed egressi urbe, tradiderunt se ipsos regi. Erat autem Agina procurator urbis; qui a rege vehementi iuramento constrictus, quatenus, si posset, dominum
c. 17. suum ad pacem revocaret vel certe ad regem ipse reverteretur, dimissus est. Heinricus et Gisilbertus copias belli pa-
Ekk. rantes, decreverunt ad Rhenum occurrere regi. Cum iam regis milites fluvium transmeare cepissent, insperato Heinri-
Wid. II, 17. cus cum suis in tanta vicinitate erat, quod ab eis videri poterat. De navibus egressi perpauci, vix equos ascendere seque armis induere poterant, et legiones adverse cernuntur presentes. Agina memor iurisiurandi[c] precedens exercitum, transito Rheno, regi se presentavit, et salutato eo verbis humillimis, ait: *Frater tuus, dominus meus, salvum te et incolumem magno latoque imperio regnare exoptat, tuumque ad servicium demandat quantocius festinare.* Rege interrogante, bellum pacemne cogitaret, prospiciens vidit multitudinem nimiam erectis signis tractim procedere, et ad sui exercitus partem, que Rhenum iam transierat, tendere. Et conversus ad Aginam, *Quidnam*, inquid, *vult illa multitudo aut que est?* At ille satis ociose, *Dominus meus*, inquid, *est frater tuus, et si mee suasioni dignaretur animum inclinare, aliter venisset; modo ut ipse iuravi veni.* Rex his auditis, dolorem animi motu corporis non celabat, eo quod non adessent naves, per quas Rhenum transire posset; et aliud iter ingens flumen non prebebat, nec tempus subitanei certaminis in ulteriori ripa constitutos aliud sinebat cogitare, nisi aut coram hostibus cadere debere aut vitam armis defendere. Unde ad Deum supplices extendens manus, *Deus*, inquid, *omnium rerum auctor et rector, respice populum tuum, cui me presse voluisti,*

a) mogotini *c*. b) insulararum *c*. c) iuris iuris iurandi *c*.

ut erepto ab inimicis, sciant omnes gentes nullum mortalium tue dispositioni contraire posse, qui omnia potes, vivis et regnas in eternum. Protinusque de equo descendens, clamansque cum omni populo, ante lanceam, in qua victoriosi clavi manibus et pedibus nostri Redemptoris infixi erant inclusi, prostratus, probavit, quantum viri iusti oratio valeat. Nam qui in ripa ulteriori erant, sarcinas et inpedimenta in locum nomine Xantum mittentes, se invicem cohortantur in hostes; et quia piscina erat inter eos et hostes, Saxones divisi, una pars ex adverso, altera a tergo irruentes et hostes in medio deprimentes, pauci urgebant plures; neque enim super centum adfuisse perhibentur, hostium vero satis ingens erat exercitus; sed cum a fronte et tergo premerentur, qua parte potissimum cavere deberent, in promptu non erat. Ex nostris etiam qui Gallica lingua loqui ex parte sciebant, clamore in altum Gallice levato exhortati sunt adversarios ad fugam, et illi socios clamasse arbitrati, fugam inierunt. Ex nostris multi vulnerati, aliqui cesi sunt, inter quos Adalbertus cognomine Candidus, telo ducis Heinrici vulneratus, in paucis diebus defunctus est. Hostes omnes fugati, cesi vel capti, sarcine et suppellex[a] eorum divisa est. Heinricus, quamvis loricе triplicis fortitudo usque ad carnem non admitteret ensis aciem, brachium tamen eius pondere percussionis acerbe in livorem est conversum, ut nullis medicorum curis ita mederi posset, quin toto anno dolorem magnum sentiret. *Ex parte Lothariorum bene pugnasse predicabatur illo certamine Godefridus Niger, qui illo certamine periit; Meinzo quoque, cuius supra mentionem fecimus, eo die cecidit. Dadi Thuring mandavit prefectis urbium Heinrici in oriente de victoria regis et quia Heinricus in bello cecidisset, egitque callide, ut omnes se traderent regie potestati; quod factum nequaquam Heinricus reliquit inultum. Ipsi tamen ex omnibus due tantum remanserant urbes, Mesburh et Scitiggi. Regi autem visum est persequi fratrem cum genero. Ille vero audita defectione suarum urbium, fractus animo, cum novem tantum armatis iam tarde Saxoniam adiens, Mesburh ingressus est. Quo rex comperto, et ipse reversus est, fratremque ibi obsedit. Ille cum non posset fortiori resistere, post duos ferme menses tradita urbe egressus est ad regem; cui date sunt inducie 30 dierum, et cum militibus sibi coherentibus secederet a Saxonia; si quis vero illorum regem adiret, venie locum haberet. Quievitque Saxonia ab intestinis bellis paucis diebus. Barbari vero labore nostro elati, ab incendio ac cede non vacabant; Geronem, quem sibi praefecerat rex, dolo interficere cogitabant; ipse dolo dolum preoccupans, convivio delibutos ac vino 30 principum ex eis una nocte extinxit. Sed cum non sufficeret contra tot nationes — nam Apodriti rebellaverant, et ceso exercitu nostro, Haicam ducem quoque extinxerant —, ab ipso rege ductus sepe exercitus in ultimam eos calamitatem adduxit. Illi nichilominus bellum quam pacem malebant, utpote durum genus, laboris paciens, victu levissimo assuetum, et quod nostris oneri est, pro voluptate ducens. Nostris pro gloria et inperio, illis pro libertate multo tempore certantibus, patiebantur Saxones hostes ab oriente Slavos, ab aquilone Danos itemque Slavos. Quidam itaque Slavus a rege Heinrico relictus, nomine Tugumir, Hevellorum de paterna successione dominus, pecuniis et promissionibus corruptus, venit in regionem Saxonum; et quasi occulte elapsus, Brandeburh adiit, et a populo agnitus, ut dominus susceptus, nepotem suum, qui solus de principibus gentis supererat, ad se invitavit, dolo captum interfecit, urbemque cum regione regie dicioni tradidit; quo facto omnes barbari usque in Oderam tributis se subdiderunt. Berengarius, Berengarii ex filia nepos, timens Hugonem regem Italie, persequentem se eo quod regnum contra eum affectaret, ad Herimannum Alamannie ducem et per eum ad Ottonem fugit.* Stephanus papa VIII. huius nominis sedit annos 3, menses 4, dies 15. Burchardus Wirceburgensis episcopus obiit[b].

Ekk.

(Wid. I, 1.)

Wid. II, 17.

Ekk.

*fol. 51'. Wid II, 17. sq.

Ekk.

Ekk.

A. D. 941. Rex, discedente a Saxonia Heinrico et cum Gisilberto morante, iterum Lotharingiam petit. Gisilberti regio igni traditur; ipse obsessus in Kievermont fuga elabitur. Cumque melius pugnare arbitraretur Immonis comitis artibus quam armis, ille meliori consilio usus, maiori se subdit, arma contra ducem sumit; quod omnium ille laborum gravissime tulit, eum adversum sibi sustinere, cuius consilio ac fidei maxime credebat. Augebat eius indignationem, quod, subulci sui cum contra portas urbis transirent, Immo porcellum pro porta agitari fecit et omnem gregem porcorum apertis portis intra urbem recepit. Dux iniuriam non ferens coacto exercitu obsedit Immonem. Ille vero plurima apum examina frangens proiecit contra equites, que aculeis equos stimulantes in insaniam vertebant, ut etiam equites periclitarentur; quod Immo prospiciens de muro, eruptionem cum sociis minitabat. Dux huiuscemodi artibus sepius ab Immone delusus, solvit obsidionem, et discedens fertur dixisse: *Immone mecum sentiente Lotharios omnes facile captos tenui, modo hunc cum omnibus Lotharüs solum capere non possum.* Hugo rex Italie, misso sibi Greco igne a Grecorum inperatore, Fraxinetum oppugnat, et navibus Sarracenorum exustis, eos inde fugat.

Wid II, 22.

Ekk.

A. D. 942. Rex Otto Kievermontis obsidionem solvit; Lodowicum regem, Karoli filium, Alsacia expulit, quam consilio inimicorum regis suh obtentu requirendi Lothariensis regni invaserat; ubi quoque potuit, plus hostiliter quam regaliter gessit. Quo expulso, rex Brisacam castellum munitissimum obsedit, ubi quam plura utrimque bellica gesta sint, posterorum futura successio non ignorabit. Est in confinio Alsacie inde adiacens pagus, Brisagowe appellatur; fertur olim illorum fuisse qui dicebantur Harlunge; tunc vero milites Eberhardi ex ipso magnam provincie partem sibi vendicantes, regis fideles laniabant. Everhardus igitur iure spreto iuramentorum cum Gisilberto conspirat, nec contenti occidentali regno, in Reni orientalem agrum populandum cum exercitu convertuntur. Hec dum audiuntur in castris regis, multi se eruebant, nec ultra spes erat regnandi Saxones. Rex vero in ea turbatione tanta constancia et inperio usus est, licet raro milite stiparetur, acsi nil ei difficultatis obviasset. Summi pontifices, relictis tentoriis ac suppellectili[c], ipsi etiam defecerunt a fide; causa defectionis erat Fridericus Mogontinus pontifex, successor Hildebrandi[d] sancti viri, et ipse, quantum ad humanum iudicium, bonis operibus deditus, nisi quod adversariorum Dei partibus favebat; quod quidem fama commendabat, ipse vero summo annisu negabat. Hic a rege pro concordia et pace ad Everhardum missus, pacto mutuo suum iuramentum interposuerat, et ideo se ab eo non posse desipere fertur dixisse. Rex autem per pontificem officio suo congrua dirigens responsa, nil ad se pertinere voluit, quicquid archiepiscopus egisset sine suo inperio. Regis itaque milites considerantes discessionem pontificum, suadebant, ut et ipse Saxoniam repeteret. Qui inperterritus, ut Iudas Machabeus quondam suis, *Nolite,* inquid, *talia loqui, et si appropiavit tempus nostrum, moriamur omnes in virtute et non inferamus crimen glorie nostre. Melius est pro vera iusticia mori, quam fugiendo[e] turpiter vivere.* His et aliis talibus eos a fuge proposito revocavit, et vehementer ut pugnarent animavit. Comitis cuiusdam multitudo regis aciem condecorabat; hic reputans, nil sibi tunc a rege negari propter instantem necessitatem, petivit suorum usibus abbatiam Lauresheimensem. Rex intelligens, quid portenderet hec peticio, *Obedire,* inquid, *oportet Deo magis quam hominibus. Quis sanum sapiens ignoret, hec te non humilitatis peticione, sed comminationis auctoritate dixisse? Sanctum canibus me dare iudico, si Deo militancium predia seculo militantibus tradidero; tibi tam provocanter iniusta petenti sub testimonio totius populi testificor, nec hoc nec aliud unquam a me accepturum. Si tibi cordi est cum infidelibus aro-*

Wid. II, 24.

Wid. II, 25.

Ekk.

a) suppellex *eraso priore* p. c. b) *rec. manus add.*, secundus. c) suppellectili *eraso primo* p. c. d) *ita* c. *pro* Hildeberti. e) moriendo *corr.* fugiendo c

Ekk *lare, quanto cicius, tanto melius.* Ille rubore perfusus ad pedes regis corruit, seque peccasse coram omnibus penituit. Everhardus et Gisilbertus apud Andernacum Rhenum transeunt; Udo, frater Herimanni ducis Alsacie, et Conradus cognomento Sapiens, copiis illorum impares occurrere[a] non ausi, tamen spoliis oneratos pone sequebantur. Quidam sacerdos flens obviavit; interrogatus ab eis cur fleret, *Ab istis predonibus,* inquid, *paupertatis mee unicum solacium ablatum est iumentum.* Quem cum interrogarent de Gisilberto et Everhardo, ubi essent: *Cunctis,* inquid, *cum preda transmissis,*
Wid. II, 26. *soli cum electis suis, quod nequaquam bene vertat, cibum capiunt.* Mox super Rheni litus super eos irruunt; maior exercitus pars aberat; circumfusus Everhardus, acceptis multis vulneribus ac viriliter redditis, perfossus telis corruit. Gisilbertus vero fugiens, navem ascendit cum plurimis; qua onere pregravata, dux cum ceteris mersus, numquam est inventus;
Ekk. ceterorum nullus superfuit, qui caperetur aut necaretur. Rex iuxta consuetudinem mane ad ecclesiam longe a castris tendens, accepto huius rei nuncio, equo descendit, cum lacrimis Deo gratias agens, se in orationem dedit, post hanc ad ecclesiam pertendit. De casu Gisilberti Gallicus quidam scriptor aliter narrat, dicens: „Multam itaque predam Otto adduˇfol. 57ᶜ. cens Rhenum transiit. At Gisilbertus dux iniuriam ultum ire festinans[b], ˇcollecto exercitu post hostem accelerat, transiensque Renum, terram illam solotenus incendiis vastat, armentorum et pecudum predam nimiam abducit. Iam flumen ingredi parabant, et ecce Otto copias accelerantibus induxit. Et post pauca: Cum Gisilbertus suos defecisse, adversarios autem illesos arbitraretur, in tanta confusione rerum fuga periculum evadere nitebatur, in fluentum equo desiluit, sed enatare non valens, vi undarum periit. Belge interitum ducis ignorantes, totis viribus deceertabant, donec post execrabilem et innumerabilem interitum eorum qui relicti fuerant alii caperentur, alii mergerentur.“ Hec sunt verba Gallici scriptoris. Rex sequenti die directis nunciis ad Bertoldum Bawarie ducem, toto conamine regie parti faventem, volens letitie sicut et tribulationis participem esse, omnia ei aperuit; demandans sub iuramento, si sororem suam, viduam Gisilberti, posset habere, illi eam copularet; sin vero, filiam Gisilberti ex eadem genitam, quam penes se habebat fere iam nubilem, ei iungeret. Bertoldus immenso gaudio affectus, maluit nondum nubilem filiam expectare, quam matrem tollere. Fridericus archiepiscopus 10 diebus ante prenominatorum necem discedens a rege, Mogonciam, nilque ibi moratus, Metensem adiit urbem, ubi cum eo Heinricus disposuerat, redeuntibus Eberhardo et Gisilberto, regi maximum bellum preparare; sed insperate occurrentes ei nuntii, mortem prenominatorum indicaverunt. Qui consternatus animo, quid ageret, ignorabat. Interea rex Alsaciam deserens, Franciam occupabat, cuius metu a Mogontinis archiepiscopus intra menia non
C. Reg. Wid. II, 25. receptus, a quodam fidele regis capitur et in eius presentiam ductus, Fuldam custodiendus mittitur. Rothardus Strazburgensis episcopus Corheiam dirigitur; in brevi vero utrisque clementer ignoscens, in gratia recepit et honori pristino
Ekk reddidit. Heinrico Kievermont ingredi volente, soror eius vidua Gisilberti prohibuit eum, dicens: *Non te miseriarum mearum, quas marito peremptο pacior, piget? quin etiam munitionibus meis te includendo regis iram super hanc regionem velud aquam effundas? Non paciar, nec tanta michi vecordia erit innata, ut ex meis incommodis commoda tua compares.* His auditis, Lotharios deseruit, et in regnum Lodwici[c] secessit. Ignorans ergo quid aliud ageret, assumptis quibusdam episcopis, quorum iuvaretur auxilio, die quadam nudis pedibus ad regis Ottonis pedes venit, ipso ignorante, supplex veniam implorans. Cui rex *Indignum,* inquid, *facinus tuum veniam non meretur; verum quia video te humiliatum coram me, non inducam malum super te.* Iubensque eum ad palacium in Gilinheim[d] proficisci, sollerti cura custodiri mandavit, quoad remota mentis egritudine, quid super eum[e] faceret, sapientum consilio definiret. Prefecit vero regioni Lotharіorum Ottonem, filium Richwini, ut et regnum procuraret et nepotem suum, Gisilberti filium, bone spei puerulum, nomine Heinwid. II, 28. 39. ricum, nutriret. Mater vero pueri copulata est coniugio Lodowico regi, cui genuit tres filios, Karolum et Lodowicum et
c. 30. Karolum Karlomannum. Eo tempore bellum barbarorum fervebat. Et eum milites ad manum Geronis presidis conscripti crebra expedicione attenuarentur et donativis vel tributariis premiis minus adiuvari possent, eo quod tributa passim negarentur, sedicioso odio in Geronem accenduntur. Rex vero ad communes rei publice utilitates Geroni semper iuxta erat. Unde factum est, ut nimis exacerbati, odia sua in ipsum quoque regem vertissent.

fol. 58. C. Reg. A. D. 943. Hiemps asperrima fuit, quam secuta est fames validissima. Rege natalem Domini Franconevord celebrante, Heinricus per Rodbertum, Mogontinae ecclesie diaconum, custodiam noctu clam effugiens, antelucano tempore regis ecclesiam adeuntis pedibus accubuit, et concessa venia, misericordiam, quam precabatur, obtinuit, et
Wid. II, 29. c. 31 aliquantis urbibus concessis, permissus est intra regionem Lotharіorum habitare. Non latuit eum militum odium contra regem et Geronem pro expedicionum difficultatibus conciatum. Et ut solet fieri, dum amaris animis dulce aliquid offertur: facile persuadebat huiusmodi homines sibi concordare, spemque iterum habens regnandi, legatis intercurrentibus et munusculis invicem missis, omnes pene orientalium parcium milites sibi colligavit; ita ut coniuratione valida facta, in pascha que instabat, cum Heinricus palacium adisset, regem cogitarent occidere, ipsi vero diadema regni imponere. Earum rerum dum esset nullus proditor publicus, semper protegente se summa divinitate, note sunt facte regi insidie modicum ante pascha. Qui die ac nocte fidelium militum vallatus manu, nilque decoris vel maiestatis regie coram populo minuens, nimium hostibus intulit timorem. Post diem vero sollempnem consilio maxime Francorum, Heremanni scilicet, Utonis et Conradi qui dictus est Rufus, qui eo tempore sibi astabant, secrete proditos iubet comprehendi vel occidi. Inter quos Erich cum armatos ad se properare intelligeret, conscius causarum, equum ascendit, arma sumit, et circumfusus hostium turmis, memor pristine virtutis et nobilitatis, elegit mori quam inimicorum dominationi
A. Quedl. a 941. subici. Nam lancea perfossus occubuit, vir omni industria et virtute civibus clarus et carus. Ceteri insidiarum conscii,
Wid. l. l. Reinward, Wirin, Escherich, Bacco, Hereman, in alteram ebdomadam differuntur, et secundum leges suis sceleribus
Thietm. I, 14. meritas capite ceduntur. Lutarium comitem perdere quidem voluit, sed vetus familiarium principum consilio, bonis eius late distributis, duci Bertoldo in Bawariam mittitur usque in annum integrum, tuncque regis gratiam et sua omnia
VI, 30. eum magna pecunia et predio in Sunterslevo et Wodeneswego iacenti adquisivit. Quod vero in dominum suum regem taliter deliquerat abluere sedulo cogitans, monasterium in loco qui dicitur Wallebizi in honore sancte Dei genitricis
Wid. l. l. C. Reg. construxit, concedens usui fratrum decimam partem hereditatis sue. Heinricus iterum regno fugiens cessit. Fridericus archiepiscopus, quia conspirationis particeps videbatur[f], examinatione publica, perceptione corporis et sanguinis Domini,
Wid. II, 32. se coram populo in ecclesia purgavit. Comete sunt vise a 15. Kal. Novenbris usque in ipsas Kal., multique territi, pestilentiam vel regni mutationem metuebant, quoniam ante Heinrici regis excessum eadem monstrata erant, ut solis splendor foris aere absque nubilo pene nullus appareret, intrinsecus vero per fenestras domorum rubeus tamquam sanguis inundaretur. Monsque Quidelingeburh, in quo rerum dominus sepultus est, fama prodidit, quia multis locis flammas evomeret. Hominis etiam cuiusdam sinistra manus ferro amputata, post annum fere integrum est restituta dormienti, que pro signo miraculi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur. Sed cometas inundatio, inundationem

a) occurre *c.* b) festinas *c.* c) lotharii *alia manu corr.* lodwici *c.* d) *ita c. pro* Ingilenheim. e) *bis scriptum c.* f) *bis scriptum c.*

pestilentia boum est secuta. Banna castello preclara sinodus habita est ab episcopis 22. Marinus papa sedit annos 3, menses 6, dies 14. Rex Lotharingie ducatum, defuncto Heinrico puerulo et Ottone preside, Conrado concessit; cui et unicam filiam Liutgardam desponsavit, et Liudolfus, regis filius, dilectione nimia illi est astrictus. Erat enim acer, domi et milicie optimus et commilitonibus suis carus. *Immo comes, revera nescio an falso, arma sumit contra regem, et media hieme circumdatus exercitu, se pariter cum urbe tradidit, ac deinceps fidelis et utilis permansit. Nepotes quoque Gisilherti servituti regie se subdebant, urbibus quas tenebant nichilominus receptis, Kievermont etiam ab Ansarnardo[a] tenebatur. Ad quos Immo mandatum dirigens, *De me*, ait, *non sentio nisi quod vos sentitis; de vobis notum est, quia huius gentis principes estis. Nulli dubium, quin duabus manibus quisque magis valeat quam una. Certum est itaque, tres unum fortitudine precellere. Et nunc que necessitas eogit, ut serviamus Saxonibus, nisi discordia nostra? Quando vos armis circumdederunt, num victoria letati sunt? Victoribus certe turpe est servire. Optimum omnium mortalium, qui me a puero nutrivit et inter amicos semper habuit et magna potestate clurificavit, nostrum communem dominum deserui, et Saxonie periculo capitis mei me sociavi; modo, ut scitis, pro merito honoris contumelia ab eo affectus, armis circumdatus, pene ex libero servus sum factus. Ut noveritis, me ex fide communi utilitati consulere, tibi, Ansfrid, unicam filiam meam desponsabo. Date locum mutui colloquii, et ex me ipso probabitis, que per nuncium nondum potestis.* Illi quamvis ferrei pectoris et illum olim suspectum habentes, tamen suasibilibus verbis cesserunt. Et ille oportunis locis armatos habens, dolo ambos cepit regique misit, demandans: *Elatior est mollior, vinculis aut verberibus non indiget, minis pandit universa que scit; Ansfrid durior ferro est, hunc si tormenta acerrima rimentur, magnum est.* Quos rex ubi aliquandiu custodie mancipatione castigavit[b], postea sue gratie lenitate sibi associans in pace dimisit.

C. Reg. Wid II, 33. Ekk.

Wid. l. l. c. 27

*fol. 58'.

c. 28.

A. D. 944. In Italia cometa mire magnitudinis apparuit, portendens famem que secuta est. Rex apud Diusburgum in rogationibus placitum cum primoribus Lothariorum et Francorum habuit, ubi factione Conradi ducis Rotbertus Treverensis et Richarius Leodicensis episcopi apud regem infidelitatis arguuntur, sed in brevi ab obiecto crimine liberantur. Corpus etiam sancti Servatii a Traiectensibus clericis apportatum est ob multimodas ab Immone comite illatas sibi iniurias. Ungari a Carantanis tanta cede mactantur, ut numquam antea tantum a nostratibus infirmarentur. Bertoldus dux Bawarie victor de Ungaris existens triumpho[c] celebris fuit. Grecorum rex Ottoni regi xenia misit. Sol horribilem eclipsin passus est feria sexta, hora diei quarta. Quo die in Hispania Addaram rex Sarracenorum a Radamiro christianissimo rege Galiciae in bello superatus est. Stephanus et Constantinus inperatores Constantinopolitani, filii Romani inperatoris, egre ferentes iusta patris sui severitate se a iuvenili levitate cohercri, dispositis in palacio insidiis, ignorante altero Constantino, Leonis inperatoris filio, patrem de palacii solio deponunt, et tonso ei, ut moris est, capite, ad vicinam insulam, in qua cenobilite philosophantur, transmittunt. Rex Otto Hugonem alterum armis edomuit ac subiectum sibi fecit, cuius fibulam auream sibi dono concessam, gemmarum varietate mirabilem, in altari videmus protomartiris Stephani rutilantem. Adalbertus comes, filius Matfridi comitis, occisus est ab Udilone[c'].

Ekk. C. Reg.

Wid. II, 34. A. Quedl. Ekk.

Wid. II, 35.

C. Reg.

A. D. 945. Ottoni regi, Lotharicnsibus omnibus subactis, Adalbero Metensis episcopus, frater Friderici ducis, resistere conatus, in Theodonis villa capellam Pii Lodowici imperatoris[d] instar Aquensis inceptam, ne pro munimine perficeretur, destruxit; non tamen diu in rebellione permansit. Regnum enim omne velud ex ipsis fidei visceribus ad regem conversum est, et extinctis hostibus, pax et concordia renovatur. Rex Herimannum et Conradum duces inter se dissidentes reconciliavit in Casella. Cuidam suo fideli Christiano marchioni quotas proprietates in pago Seronunti, loco nomine Steno et in loco nomine Quicma donavit in comitatu eiusdem Christiani[18]. Igitur rex monitu pie matris sue recordatus fratris multis laboribus fatigati, Bertoldo duce defuncto, prefecit eum regno Bawariorum. Erat autem Heinricus copulatus matrimonio Iudhithe[e], filie ducis Arnoldi, femine egregie forme mirabilisque prudentie. Fratrem ergo concordia, Deo acceptabilis et hominibus amabilis, fit orbi celebris, dum unanimes res publicas augent, hostes delent, civibus potestate paterna presunt. Nam ducatu accepto, nequaquam desidia torpuit, sed abiens Aquilegiam cepit, Ungaros his vicit, vicinum mare[f] transnatavit, preda magna intra regionem hostium capto, exercitum incolumem reduxit. Talium igitur mores, habitum et formam summa clementia ad delicias omnemque destinavit decorem. Ipse dominus rerum natu maximus optimus, inprimis pietate clarus, opere omnium mortalium constantissimus, preter regie discipline terrorem[g] semper iocundus, dandi largus, dormiendi parcus, et inter dormiendum semper aliquid loquens, quo eum vigilare semper putes, amicis nil negans, et supra hominem fidelis, ut etiam quidam criminis manifesti ipsum nullo modo credulum, eciam advocatum haberent, et ab eo post positi sunt, tamquam nil in eum peccassent. Ingenium ei mirandum; nam post mortem Edidis regine, cum litteras nesciret, in tantum didicit, ut pleniter libros legeret et intelligeret. Lingua Romana et Slavonica loqui sciebat, sed his uti raro dignabatur. In venationibus creber, tabularum ludos amabat, equitatus gratia regiam dignitatem interdum exercens. Accedebat moles corporis regie dignitati, capite cano, sparso capillo, oculi rutilantes et in modum fulguris cita repercussione splendorem quendam emittentes, facies rubicunda, barba prolixa contra morem antiquum, pectus quasi leoninis quibusdam sparsum iubis, venter conmodus, incessus quondam citus, postmodum gravior, habitus patrius, et qui numquam fuerit peregrino usus. Quociensciunque opus erat corona portanda, ieiunium precedere ferebatur. Heinrico vero tanta inerat pulcritudo, ut quisquam virorum tunc temporis vix posset ei comparari. In armis et fiducia patri similis, in adversitatum cautela matrem preferens, moribus gravis, ideoque ignotis minus clemens iocondusque predicabatur; constanti animo, admodum fidelis amicis, ut militem mediocris substantie matrimonio coniugis sue sororis honoraret sociumque sibi et amicum faceret. Erat corpore prestanti, et qui in adolescentia omnem hominem ad se egregia forma inclinaret. Iunior vero fratrum domnus Bruno magnus erat ingenio, magnus scientia et omni virtute ac industria. Quem cum rex prefecisset, ut postea dicetur, indomite genti Lotharіorum, regionem a latronibus purgavit, disciplina legali instruxit, gregem sibi commissum dilexit, multos ab errore eripuit, quosdam assiduis disputationibus ad meliora ducens, quosdam doctrine maturitate sanctiori desiderio accendens, in sermone mitis, in doctrina humilis, malorum destructor[h], veritatis assertor, subditis blandus, tumidis severus; que alios docuit, prior inplevit. Multa quoque in suo archiepiscopatu monasteria exstruxit. Richarius Leodicensis episcopus obiit; cui Ougo, abbas Trevirensis, successit. Apud Constantinopolim Stephanus et Constantinus, videntes post patris sui depulsionem filium Leonis inperatoris ab omnibus sibi preferri et se iam

fol. 59. Ekk. C. Reg. a. 939.

ib. a. 945.

Wid. II, 36.

V. Mahlh. c. 6.

Wid. l. l.

V. Mahlh. c. 9.

*fol. 59'. C. Reg. Ekk.

a) ansarbardo *corr.* ansarnardo *c.* Ansfrido et Arnaldo *Wid.* b) custodiuit *corr.* castigauit *c.* c) triumphis *corr.* triumpho *c.* c') Ydone *Cont. Reg.* d) *superscriptum c.* e) *superscriptum c.* f) Ticinum *Wid.* g) decorem *corr.* terrorem *c.* h) destuctor *c.*

18) V. diploma apud Bekmann hist. Anhalt. p. 382. et de situ locorum Schultes director. I, 61.

Ekk. vix in secundis haberi, cum deliberarent hoc quod de patre fecerant etiam de Constantino facere, publicato eorum consilio per diabolum incentorem ipsius consilii, cum ad convivium ex condicto consedissent et de prioratu sedendi inter se consulto decertarent, dato signo a viris Constantini ambo fratres solio deturbantur et tonsis capitibus ad idem monasterium, quo patrem transmiserant, philosophaturi mittuntur. Ita evacuato palacio abusivis inperatoribus, Constantinus ipse et Romanus, filius eius ex Romani inperatoris filia, inperaverunt annis 16.

A. D. 946. Rex Otto cum rege Lodowico legatorum interventu reconciliatur, quod Lodowico plurimum pro-
Vita Mahth. fuisse probatur. His diebus Mahtildis venerabilis regina suorum calumpnias filiorum mira pacientia sufferebat, custos oris sui, ne incongruum quid proferret. Nam ad aures illorum pervulgatum erat, quod innumerabiles pecunias regalium censuum consumpsisset; reposcebantur a rege que pauperibus distribuerat; mittebantur exploratores spoliare et contumeliis afficere nuncios eius, qui munera indigentibus portabant. Conpellebant eam, dotales regiones relinquere et sacro velamine se consignare; ferret vero minus moleste iniurias, si Heinricus, quem unice amaverat, fratri non concordasset. *Rex Otto*, inquid, *calumpniatur nobis exigentibus meritis nostris; noverit illum Deus, qui contra nos excitavit nostrum amabilem filium Heinricum, cuius solamine sperabamus enatare quicquid triste accidisset; nil tamen de illo inclemencius dici audiemus, quia precordialiter diligitur a nobis, nunc cum inimicus putatur.* Videns autem, molestias eorum non minui, sed in dies plus augeri, relinquens quicquid Heinricus rex in dotem dederat, in occidentali regione Angarinensem adiit, parcens filiis, et non minus quam consueverat bona opera exercens. Regi vero supervenere Dei flagella, retroversis victorie triumphis aliisque rebus secundis; Heinricum vero gravis morbus invasit, sed quasi voto matris moderatio divina satisfaciens feriendo pepercit. Rege usque ad mortem contristato, ingressa Edith regina hortatu sacerdotum et principum, *Revocetur*, ait, *sanctissima vestra mater; regnum, ut convenit, prima possideat, et omnia vestra, ut speramus, in pristinum restituentur.* Rex penitentia compunctus, missis episcopis, ducibus et comitibus et prudentissimis militum, matri inter cetera mandavit: *Supplicium quodlibet libenter patimur, tantum ut vestra gratia fruamur; nos et omnia nostra dicioni vestre subdimus; quicquid iniuste abstraximus, restituemus; nil nobis iocundum erit, antequam vos videre contigerit.* Mox regina, omnibus que pertulerat oblivioni traditis, iter ad Gruonam hilaris acceleravit; rex cum regina Edith obviam tendit, appropinquans equo desiluit, flexoque genu: *O decus*, inquid, *et solacium nostri laboris, cuius meritis deputamus, quod solium possidemus, sumite de*[a] *nobis supplicium quodcumque vultis, tantum redire liceat nobis in gratiam reconciliationis. Ex quo abscessistis a vestra dotali regione, nostre vires fracte, prosperitas omnis est retroversa.* Que flens osculum pacis prebuit: *Si nostra*, inquid, *non exegissent merita, nutta vobis obviassent adversa.* Nec minori Heinricus penitentia compunctus: *O venerabilis*, inquid, *domina, et si fas est dicere, mater karissima, veniam postulamus a vestra materna dulcedine quam non meremur.* Que lacrimas supplicantis compescens, osculum a filio poposcit; amborum satisfactione percepta, in dotales regiones a rege et duce introducitur, mira pacis tranquillitas, unanimis voluntas
Wid. II, 37. in pauperes et ecclesias a matre et filiis usque in finem servatur. Igitur cum bella interna externaque cessarent, leges divine atque humane auctorali vigore pollerent, gravis persecutio monachis oritur; in illis diebus affirmantibus quibusdam pontificibus, melius arbitrari, paucos vita claros quam plures negligentes inesse monasteriis oportere; obliti, nisi fallor, sententie patrisfamilias prohibentis servos zizania colligere, sed utraque crescere oportere usque ad messem. Quo factum est, ut plures proprie infirmitatis conscii, deposito habitu et relictis monasteriis, grave onus sacerdotum devitarent. Fuerunt autem quidam qui summum pontificem Frithericum hoc non pure sed ficte fecisse arbitrati sunt, quatinus venerabilem virum regique fidelissimum Vuldensem abbatem Hadumarum quoquomodo posset dehonestaret. Ipse enim erat vir magne prudentie ac industrie; sub eius temporibus templum famosum Vuldense igne consumptum est, et ab eo restauratum et multo maiore decore perfectum. Hic pontificem sub custodia tenuit coniurationis culpabilem, primum honorifice, sed cum litteras ab eo scriptas reprehendisset, severe satis. Pontifex vero dimissus dum ultionem querit, nec contra tantum virum prevalet, humillima monasteria temptavit, ut ad excellentissima equaliter procederet. Sed huiusmodi simultates incassum profuse sunt. Nam abbas in gratia et amicicia regis permansit, et causis intercurrentibus pontifex quod cogitavit non implevit. Agapitus II papa sedit annos 10, menses 6, dies 10.

Ekk. A. D. 947. Berengarium a Suevia reversum in Italiam videns Italie rex Hugo ab Italiensibus se deserto recipi, Lotharium filium suum, ut saltem Berengario conregnet, Italiensium fidei commendat; ipse Arelatum, unde venerat,
Wid. II, 41. rediit. Ille annus notabilis fuit casu calamitoso tocius populi, de morte scilicet beate Edidis regine; cuius dies extrema 7. Kal. Febr. celebrata est cum gemitu et lacrimis omnium Saxonum. Hec nata ex gente Anglorum non minus sancta religione quam regali potencia claruit. Decem annis regni consortia tenuit, 11° obiit; Saxoniam 18 annis habitavit. Reliquit filium nomine Liudolfum, omni virtute[b] animi et corporis ea etate nulli mortali secundum, filiam quoque nomine Lutgardam, quam desponsaverat Conradus dux. Sepulta est autem in civitate Magedeburch in basilica nova,
Thiet. II, 2. latere aquilonari ad orientem. Rex autem in venatione, ubi se sperabat paululum refocilari, turbabatur vulnere letali, inauditumque substituit merorem, quem adventu dilecti compescuit filii. Qui ramosam Samii Pitagore litteram humane motus vite signantem, laudabili puer simplicitate, percurrit; ad bivium et dextrum iter aggressus, de die in diem ut virens hedera exsurrexit, et in omnibus patrissans, nobilitatem moribus in tantum ornavit, ut cunctis primatibus, quod laus est non minima, placeret. Unde sibi patris gratia in tantum arrisit, ut hunc communi tocius senatus electione
cf A. Lob. honoris consortem atque laboris decerneret successoremque firmaret. Ougo Leodicensis episcopus obiit; Farebertus
A. Quedl. successit. Privilegium a papa Agapito Quidelingburgensi[c] ecclesie defertur[d]. Rex in Gallicam proficiscens expe-
Wid. III, 2. dicionem, coacto apud Cameracam urbem exercitu, festinat intrare regnum Karoli, vindicande causa iniurie generi sui Lodwici. Quo audito Hugo, iurat per patris sui animam, qui iam olim periit Deo regique proprio repugnando, quia tanta sibi esset copia armorum, quantam hactenus rex numquam vidisset; addiditque contemptum, vane tumideque super Saxones loquendo, quia inbelles essent, et quia facile posset unam pocionem telorum Saxonicorum semper absorbere. Ad quod rex famosum satis reddidit responsum, sibi fore tantam multitudinem femineorum[e] pilleorum, quos ei presentari oporteret, quantam nec ipse nec pater suus umquam viderit. Et revera cum esset magnus valde exercitus 30 scilicet et duarum legionum, non est inventus, qui non femineo uteretur pileo, nisi Corbeiensis abbas cum tribus suis
Ekk. sequacibus. Dimissus igitur Lodwigus occurrit regi, iungiturque cum sociis exercitui illius. Occurrit quoque eis cum magna expedicione Conradus rex Gevannorum, quem Lodwigus etiam vocavit in auxilium. Iuncti ergo pariter Lugdu-
Wid. III, 3. num adeunt, eamque armis temptant. Inde Parisium rex cum exercitu perrexit, Hugonemque obsedit, memoriam quoque sancti Dionisii honorans digne veneratus est. Ductus est inde exercitus ad urbem Remensem, ubi erat nepos Hugonis contra ius fasque omne subrogatus episcopus, legitimo pontifice adhuc superstite. Urbem autem armis capiens,

a) do *c*. b) *add.* spro *c*. c) *ita c*. d) a defertur *c*. e) *ita c*.

iniuste constitutum expulit sacerdotem, legitimum ecclesie sedique proprie restituens. Exinde collecta de omni exercitu electorum militum manu, Rothun Nortmannorum urbem adiit, sed difficultate locorum, asperiorique hieme ingruente, plaga quidem eos magna percussit; incolumi exercitu infectoque negotio, post tres menses in Saxoniam reversus est, urbibus Remensi atque Lugduno cum ceteris armis captis ac Lodwigo regi redditis. Wid. III, 1.

A. D. 948. Bovo Corbeiensis abbas obiit, vir sapiens et clarus. Huius patris avus Bovo Grecas litteras coram Conrado rege legendo factus est clarus, et hic eiusdem nominis erat, ut natu maior, omni virtute pocior. Sed et iste nepos erat Warini, qui ex milite factus est monachus, et primus apud Novam Corbeiam regulariter electus est in patrem; qui Saxonie preciosum intulit tesaurum, reliquias videlicet sancti martiris Viti. Hugo expertus potentiam regis virtutemque Saxonum, non passus est ultra terminos suos hostiliter eum intrare, sed pergenti iterum in eandem expeditionem occurrit iuxta fluvium qui dicitur Car, manus dedit, iuxtaque imperium regis pactum iniit, utilisque deinceps permansit. Concurrentibus autem undique ad regem proceribus, venit et vir ditissimus Suevorum dux Herimannus, qui post congratulationis affabilitatem, talibus aggressus est regem sermonibus: *Non clam domino meo est, me prediorum latitudine ac pecuniarum immensitate predivitem absque liberis esse, nec est preter unicam filiam meam parvutam, qui mearum rerum heres existat me decedente. Placeat itaque tibi domino meo regi, filium tuum Liudolfum michi adoptare in filium, quatinus unice mee copulatus, mearum, rerum fiat hereditate magnificus.* Placuit regi consilium ducis, et quod poposcerat, sine dilatione complevit. Conradus dux, regi tunc temporis pene pre omnibus carus, Lutgardam, filiam regis, in matrimonium sumpsit. Liudolfus, filius regis, tali ut decuerat apparatu Idam, filiam Herimanni ducis, sibi coniugio copulavit. Sinodus Inglenheim a 34 episcopis habetur; cui presidente Marino episcopo, Romane ecclesie legato, incliti reges Lodwicus et Otto affuerunt. In qua multis eclesiastice utilitatis rebus discussis, causa quoque Hugonis, filii Heriberti, qui Artaldum archiepiscopum expellens, sedem eclesie Remensi invaserat, ventilatur, et omnium qui affuerant episcoporum iudicio condempnatur. Hugone rege Italie mortuo, Lotharius filius eius in Italia solo nomine regnabat; Berengarius rex, actu et potestate cunctis acceptus, per Italiam tyrannizabat, homo ferus et avarus, et qui omnem iusticiam pecunia venderet. Hic ad eundem regem Ottonem venerat quondam, Hugonem regem Italie fugiens, benigneque ab eo tractatus, cum multam pecuniam Hugo pro eo dare vellet, non est redditus. cf. A. Corb. Wid. III, 2. * fol. 60′. c. 5. Ekk. C. Reg. Ekk.

A. d. i. 949. Waldo Curiensis episcopus obiit; cui Harthertus successit. Udo comes obiit, qui permissu regis, quicquid beneficii aut prefecturarum habuit, quasi hereditatem inter filios divisit. Hermannus dux, socer Liudolfi regis filii, obiit 4. Idus Decembris, omni possessione cum ducatu derelicta genero. Liudolfo Machtildis filia nata est. Brandenburgense episcopium per testamentum a rege Ottone confirmatur[19], Thietmaro primo antistite ibi presidente, quod 30 annis ante Magedeburgensem episcopatum legitur ab ipso fuisse constructum. Taxis rex Ungariorum Italiam veniens, 10 modios nummorum a Berengario pro reditu accepit. Idem Berengarius veritus virtutem singularis prudentie regine Adelheidis, a Lothario, Hugonis filio, relicte, 12. Kal. Mai captam Cumis depredavit, et in custodia media lacrimabiliter afflixit, quo tanti decus splendoris aut exstingueret aut certe obscuraret. Hec autem filia fuit Rodulfi regis Burgundionum, qui etiam in Italia reghavit, et domne Berchte regine, Burchardi Alamannorum ducis filie, quam defuncto Rodulfo rex Hugo in coniugium sumpsit, filiamque illius filio suo Lothario copulavit. C. Reg. Wid. III, 6. C. Reg. Thiet. II, 14. III, 10. Ekk. Thietm. II, 3. Ekk.

A. D. 950. Rex purificationem sancte Marie Franconevord celebravit, indeque Wormatiam adiit; ubi viduam Hermanni ducis ad se venientem benigne suscepit, et filio suo Liudolfo ducatum Alamannie commisit. Fliam suam, Conradi uxorem, a quodam Cononc, eo quod sibi satisfacere noluisset, late diffamatam, et coniugem suam clam fore ab eodem dictam, idem rex graviter ferens, sic expurgavit. Convocatis omnibus regni sui principibus, primo secretis allocutionibus eandem, si huius rei culpabilis esset, diligenter inquirit, posteaque cum illam adhibito Christi testimonio et sacramentis se nimis excusare vidisset, presentibus cunctis indixit, si quis ex numero sibi familiarium eam armis defendere voluisset, quod se perpetuo firmum amicum potuisset acquirere. Burchardus comes hec audiens, in medium prosiluit, et Cononem per omnia mentitum fore, coram omnibus dixit. Ille cum id verum esse sacramentis affirmaret, cum eodem congressus, primo conflictu dexteram mendacem perdidit, et iniusticiam suam devictus innotuit, et misericors Dominus hanc a falso crimine eripuit, que innocentia vite sibi placuit. Liudolfus igitur, accepta potestate, animum tranquillum, quem in puero gessit, exuit; armatumque militem in Italiam ducens, aliquantis ibi urbibus captis et sub custodia traditis, ipse rediit in Franciam. Illo quoque tempore rex proficiscitur in miliciam contra Bolizlaum regem Boemiorum, et cum capienda esset urbs que nuncupabatur Nova, in qua clausus obsidebatur Bolizlavi filius, prudenti rex consilio diremit prelium, ne miles in rapiendis hostium spoliis aliquod periculum incideret. Considerata itaque virtute regis ac innumera multitudine exercitus, Bolizlavus urbe egressus, maluit tante maiestati subici, quam ultimam perniciem pati. Sub signisque stans, ac regem audiens responsaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria gloriosus factus rex Saxoniam regreditur. Rothardus Strazburgensis episcopus obiit; cui Udo, filius Udonis comitis, in episcopatu successit. Richgowo Wormatiensis episcopus obiit; cui Anno successit. Rodbertus archiepiscopus pro acquirenda abbatia sancti Maximini multum laboravit, sed Deo auctore non prevaluit. Bellum magnum factum est inter Ungarios et Bawarios. Per loca Gallie et Germanie plurimi et magni terre motus extiterunt. fol. 61. C. Reg. Thielm. II, 24. Wid III, 6. c. 8. C. Reg. A. Hild. A. Quedl. Ekk.

A. d. i. 951. Rex Otto in Italiam ire volens, multo se ad hoc iter apparatu prestruxit, quoniam Adelheidam a vinculis et a custodia, in qua tenebatur a Berengario, liberare sibique eam in matrimonium assumere nitebatur. Cum quo perrexit Conradus, gener ipsius, atque Fridericus Mogontinus archiepiscopus, ceterorumque innumerabilis multitudo ex omni regno suo. Quod iter filius eius Liudolfus cum Alamannis anticipans, patrique, si quid ibi ad ingressum suum fortiter ageretur, placere desiderans, nichil tale quod speraverat [peregit[a]], sed potius inconsultum patrem[b] offendens, tocius inde rebellionis et discordie seminarium sumpsit. Patruus enim eius dux Heinricus, omnium et prosperitatum et bonorum invidus, de Bawaria per Trientum legatos suos in Italiam premisit, omniumque quos potuit Italicorum ab eo mentes avertit, in tantum ut nec civitas, nec castellum, que subsequenter regis pistoribus et cocis patuerant, filio regis aperiretur, omniaque ibi incommoda et plena molestia pateretur. Mox subsequenter rex regnum Italicum ingreditur[c]. Cui iter agenti mulier quedam occurrit, de raptore suo quod ei vim intulisset querimoniam movens. Cui rex ait: *Revertens ad te, vita comite, iniuriam tuam meam reputabo.* Qua dicente, eum oblivioni traditurum, ipse eclesiam digito demonstrans, dixit, hanc C. Reg. A. Quedl. C. Reg.

a) *deest c.* b) ppatrem *c.* c) *Auctor pergere voluit:* Rege contra, *sed haec delevit.*

19) V. dipl. apud Gercken hist. Brandenb. p. 335.

A. Quedl. fore notam memorie. Igitur invictissimus rex Otto Adelheidam reginam, Deo amabilem, vultu decoram, consilio providam, morum omni honestate[a] valde preclaram, et regali avorum attavorumque prosapia ortam, coniuge
C. Reg. illustrissimo, rege scilicet Lothario, iam tunc viduatam, connubiali sibimet sociandam acquisivit, Deoque sibi assistente, tocius Italie possessor efficitur, et Mediolanenses subiugans, monetam eis innovavit, qui nummi
*fol. 61'. usque hodie Ottelini dicuntur. *Tunc Liudolfus ea que prescripsimus egre ferens, inconsulto patre, Fri-
C. Reg. A. Quedl. derico archiepiscopo comite, in patriam revertitur. Eodem anno Heinricus, filius Heinrici ducis, est natus.
C. Reg. Wid. III, 10. A. d. i. 952. Rex, expulso Berengario, cum suis fidelibus in Italia Papie natale Domini celebravit, et celebratis iuxta magnificentiam regalem nuptiis, sicque dispositis iuxta magnificentiam regiam negotiis, proficiscitur inde cum novi
C. Reg. matrimonii claritate, acturus proximum pascha in Saxonia. Ducem autem Conradum ad persequendum Berengarium in Italia reliquit. Quanto cicius itaque reditus eius innotuit, ita quisque cum alio stabili fide concordavit, ut nichil rex ad indicandum inveniret. Intuens autem eclesiam prefatam memorque mulieris, hanc sibi presentari et querimoniam suam prosequi imperavit[b]. Illa autem, que statim post accusationem factam raptori suo legitime iuncta per ipsum filios genuerat, modo de ipso nichil querebatur. Econtra rex affirmat per barbam Ottonis — quod suum iurasse fuit —, raptorem preiudicatum de illa sua[c] bipenni sapere debere[d]. Ilico peticionem inplevit non volentis, benefecit invite, iudicavit ingrate. Liudolfus dux de Italia revertens, regio ambitu natale Domini Saleveld celebravit, ubi Fridericum archiepiscopum omnesque qui in promtu erant regni maiores secum detinuit. Quod convivium multis suspectum cepit haberi, et plus ibi
Wid. III, 10. destructionis quam utilitatis ferebatur tractari. Persuasus autem rex Berengarius a Conrado duce, cui Papia cum presidio militari relicta erat custodienda[e], regem subsecutus est in Germaniam, pacem cum eo facturus et omnibus que imperavisset obtemperaturus. Cui regie urbi appropinquanti occurritur miliario ab urbe a ducibus et prefectis palatinorumque primoribus, et regulariter susceptus ductusque in urbem, iussus est in hospicio sibi parato manere. Neque
C. Reg. enim faciem regis intra tres dies videre promeruit. Nichil tamen de his que voluit obtinuit; sed machinatione Heinrici
Wid. l. l. ducis vix vita et patria indulta, in Italiam rediit, dedicionis et spontanei federis diem locumque apud Augustam designans. Quod egre ferens Conradus dux, cum Liudolfo unum secum sentiente a debita regi fidelitate offensus defecit. Qui suspectum super causa Heinricum, fratrem regis, habentes, quasi antiqua stimulatum invidia, devitaverunt eum. Heinricus autem sciens adolescentem maternis destitutum suffragiis, contemptui cepit eum habere, in tantum ut a conviciis
C. Reg ei quoque non parceret. Tunc Fridericus archiepiscopus et Conradus dux amici facti sunt; nam antea[f] inimici erant ad invicem. Eodem anno mediante Augusto mense conventus Francorum, Saxonum, Bawariorum, Alamannorum et
*fol. 62. Langobardorum publicus [apud[g]] Augustanam urbem Rhetie provincie agitur, *ubi prescriptus Berengarius cum filio
Thietm. II, 3. suo Adalberto regie se per omnia in vassallicium dedidit dominationi; simul et regine iram supplici venia placavit, et
C. Reg. Italiam iterum dono et gratia regis accepit regendam. Marca tantum Veronensis et Aquileiensis excipitur, que Heinrico fratri regis committitur. Berengarius autem in Italiam revertens, omnia hec in episcopos et comites ceterosque Italie
Adam II, 2. principes retorsit, omnibusque eos odiis et inimiciis insequens, inimicissimos sibi fecit. Igitur rex divino fultus auxilio, postquam omnia regna, que post mortem Karoli defecerant, suo imperio subiugavit, in Danos arma[h] corripuit, quos ante pater suus bello compresserat. Illi vero tunc rebellare moliti, apud Heidibam legatos Ottonis cum marchione trucidarunt, omnem Saxonum coloniam funditus extinguentes; ad quam rem ulciscendam rex cum exercitu statim invasit Daniam. Transgressusque terminos Danorum apud Sliaswig olim positos, igne et ferro vastavit totam regionem usque ad mare novissimum, quod Nortmannos a Danis dirimit et usque in presentem diem Ottinsand[i] dicitur. Cui egredienti Haroldus, filius Worm, apud Slaswig[i] occurrens, bellum intulit; in quo utrisque viriliter concertantibus, Saxones victoria potiti sunt, Dani victi ad naves cesserunt. Tandemque condicionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subicitur, et ab eo regnum suscipiens, christianitatem in Dania suscipere spopondit. Nec mora, babtizatus est Haroldus cum uxore Gunhild et filio parvulo, quem rex a sacro fonte susceptum Sueinotto vocavit. Eodem tempore Daniam cismarinam, quam Iudland incole appellant, rex Otto subiciens tributo, in tres divisit episcopatus et Hammaburgensi
de situ D. c. 208. archiepiscopatui subiecit, unum constituens apud Sliaswig, que et Heidiba dicitur, quam fretum quoddam brachium alluit, quod incole Sliam vocant, unde et civitas nomen trahit. Ex eo portu naves emitti solent in Slavoniam vel in Suediam vel ad Semland usque in Greciam. Alterum fecit episcopatum in Ripa, que civitas alio cingitur alveo, qui ab oceano influit, et per quem vela torquentur in Fresiam aut certe in Angliam vel in Saxoniam. Tercium voluit episcopatum esse in Arhusan[k], et hanc fretum quoddam a Fune dirimit brevissimum, quod ab orientali pelago ingrediens longis anfractibus inter Funem et Iudland protenditur in borcam usque ad eandem civitatem Arhusan; a qua navigatur
Adam II, 3. in Funem aut[l] Seland sive in Sconiam vel usque in Norwegiam. Servantur in Bremensi eclesia precepta regis, que
Ad. schol. (cf II, 10. de s. D. c. 217.) signant, Ottonem regem in sua ditione regnum Danicum tenuisse, adeo ut etiam episcopatus ipse donaverit. Aldemburh, civitas magna Slavorum qui Waigri dicuntur, sita est iuxta mare quod Balticum vel barbarum dicitur, itinere diei ab
Adam II, 8. Hammanburg, in qua rex Otto fecit episcopatum, subiciens illum Hammaburgensi metropoli, eo quod vicinior illi
*fol. 62'. de s. D. c. 217. eclesie esset quam Magadaburgensi. *De Baltico mari. Sinus quidam ab[m] occidentali oceano orientem versus porrigitur. Sinus ille ab incolis appellatur Balticus, eo quod in modum baltei longo tractu per Sciticas regiones tendatur
Adam l. l. usque in Greciam; idem sinus mare Barbarum seu pelagus Sciticum vocatur, a gentibus quas alluit barbaris. Occidentalis autem oceanus ille videtur, quem Romani Brittannicum scribunt, cuius latitudo immensa terribilis et periculosa conplectitur ab occasu Brittanniam, que nunc Anglia dicitur; a meridie Fresios tangit cum ea parte Saxonum qui diocesi pertinent Hammaburgensi; a solis ortu habet[n] Danos ostiumque Baltici maris et Nortmannos, qui ultra Daniam consistunt; ab aquilone vero idem oceanus insulas preterlabitur Orcadas, deinde infinitis orbem terre spaciis ambit, sinistrorsum habens Hiberniam, Scottorum patriam, que nunc Irland dicitur, dextrorsum vero scopulos. Affirmant autem Dani, longitudinem huius ponti sepe a pluribus expertam, secundo flatu aliquos a Dania pervenisse in Ostrogart Ruzzie. Latitudo illius ponti nusquam centum milia passuum excedit, cum in multis locis contractior inveniatur. Quod in ostio eiusdem sinus videri potest, cuius ab oceano introitus inter Aldenburch promunctorium Danie scopulosque

a) hononestate *c.* b) Intuens autem eclesiam prefatam *in c. iterum scripta sed deleta.* c) sua a. *c.* d) debebere *c.* e) custodianda *corr.* custodienda *c.* f) e antea *c.* g) *deest c.* h) a arma corripuuit *c. altero u deleto.* i) *ita c.* k) arhuhusan *c.* l) iaut *c.* m) oli *corr.* ab *c.* n) Ihabet *c.*

Nortmannie tam strictus invenitur, ut facili saltu per noctem carbasa traiciantur. Item egressus limitem Danorum idem pontus late brachia tendit, que denuo contrahit e regione Gotorum, qua a latere Wilzos habent, qui alio nomine Lenticii vocantur. Deinde quanto interius vadit, tanto latius hinc inde diffunditur. Hunc sinum multe circumsedent nationes; Dani siquidem ac Sueones, quos Nortmannos vocamus, septentrionale litus et omnes in eo insulas tenent; ad litus australe Slavi, Haisti alieque diverse incolunt nationes, inter quas precipue sunt Welatabi, qui et Wilzi dicuntur. Dani et Sueones ceterique trans Daniam populi ab historicis Francorum omnes vocantur Nordmanni, cum tamen Romani scriptores eiusmodi vocent Yperboreos, quos Martianus Capella multis laudibus extollit. Transcuntibus insulas Danorum alter mundus aperitur in Sueoniam vel Nortmanniam, que sunt duo latissima regna aquilonis et nostro adhuc orbi fere incognita. De his narrabat Suein scientissimus rex Danorum, quod Nortmannia vix queat transiri per mensem, cum Sueonia non facile duobus mensibus percurratur. Hec tria regna Danorum, Sueonum, Nortmannorum, cum Slavis qui in illis partibus sunt, Waigris, Abodritis vel Reregis, Polabingis, Linogibus, Warnabis[a], Chizzinis, Circipanis, Hammaburgensi metropoli subiecta sunt cum omnibus ecclesiis suis ecclesiastico iure. Eodem anno mense Augusto aput Augustanam urbem mire magnitudinis lapis grandinis tonitru ac tempestate turbulenta de celo iactus ingens miraculum multis videntibus prebuit. Dani erant antiquitus christiani, sed nichilominus idolis ritu gentili servientes. Contigit autem *alterationem super cultura deorum fieri in quodam convivio, rege presente, Danis affirmantibus, Christum quidem esse deum, sed alios eo maiores esse deos, quippe qui potiora mortalibus signa et prodigia per se ostenderent. Contra hec clericus quidam, nunc vero religiosam vitam ducens episcopus, nomine Poppo, unum verum Deum Patrem cum Filio unigenito Domino nostro et Spiritu sancto, simulacra vero demonia esse, testatus est. Haroldus autem rex, utpote qui velox traditur ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogat, si hanc fidem per semet ipsum declarare velit. Ille incunctanter velle respondit. Rex vero custodiri clericum usque in crastinum iubet. Mane facto, ingentis ponderis ferrum igne succendi iubet, clericumque ob fidem catholicam candens portare iussit. Confessor Christi indubitanter ferrum rapit, tamque diu portat, quo ipse rex decernit. Manum incolumem cunctis ostendit, fidem catholicam cunctis probabilem reddidit. Ad hec rex conversus, Christum deum solum colendum decrevit, idola respuenda subiectis gentibus inperat, Dei sacerdotibus et ministris honorem debitum deinde prestitit. Rex Otto, ut hoc audivit, vocatum ad se venerabilem virum Popponem, si pugil Christi esset, interrogat, et sacerdotali honore sublimat. Circa hec tempora rex Otto, audita Ratisponensis episcopi morte, eo perrexit, et ut episcopatum[b] non alii daret nisi qui[c] primus sibi occurreret, in somnis est admonitus. Crastino die illucescente, rex ad monasterium sancti martiris Emmerammi, monachis hoc nescientibus, cum paucis venit, et paulatim ostium pulsans, a quodam Gunthero, eclesie pervigili custode et per omnia venerabili patre, est intromissus. Quem intuens, ad adorandum primo processit, deindeque talibus aggreditur: *Quid mihi, frater, pro adipiscendo episcopatus honore vis dare?* Senior ad hec subridens *Calceos*, inquid, *meos*. Hunc autem cum ceteris fratribus ad electionem antistitis ad Sanctum Petrum venientem rex, explicato cunctis somnio ceteroque rei eventu, sacerdotem constituit cum consilio cleri ac tocius populi. Qui accepta benedictione, sedit tantum menses 6, et conpressus egritudine valida, ad modicum convaluit; sumptoque in manu cinere, locum quo de seculo migrare voluit signo sancte crucis ipse spargendo signavit, solotenusque positus, illud beati Iob carmen beatus et ipse cecinit: *Auditu auris audivi te Domine* etc. Et continuo confessione cum lacrimis peracta, tradidit spiritum. Inpletum enim in eodem est, quod intercessor suus eiusdem habitus ei predixit: *Tu debes, frater, post secundus hanc eclesiam regere, sed parvo tempore vives, Deo tantum te misericorditer coronante.* Quod[d] quamdiu hic peregrinatus est, iuxta Dei voluntatem[e] idem fieri semper optavit. Hec ideo protuli, ut probetur, quod celestis gratia inperatori sepe aperiret, quid sibi in humanis fieri placeret. Qui audito obitu tanti patris, Michahelem *huic succedere fecit. Qui procedenti tempore cum commissa sibi optime regeret, commoventibus iterum orientales Ungris, cum ceteris Bawariorum principibus his ad succurrendum venit; sed exorta inter eos pugna, proh dolor! nostri ab illis victi atque prostrati sunt. Episcopus autem, abscisa sibi auricula et ceteris sauciatus membris, cum interfectis quasi mortuus latuit; iuxta quem inimicus homo iacens et hunc vivere solum, ab insidiantium laqueis iam securus, cernens, hastam sumpsit, et eundem necare conatus est. Tunc ille confortatus in Domino, post longum mutui agonis luctamen victor hostem prostravit, et per multas itineris asperitates ad notos fines pervenit. Unde gaudium gregi suo et omni Christum cognoscenti exoritur. Excipitur bonus miles ab omni clero, conservatur bonus pastor populo. Fuit enim eius militatio non ad dedecus, sed ad honorem. Ignitus[f] lapis quasi massa candentis ferri ab occidente volitans venit, et draco est visus.

A. d i. 953. Rex natale Domini Franconevord celebravit, indeque in Alsatiam progrediens, socrui sue Berte, matri scilicet domne Adelheidis[g], abbatiam in Erestein dedit. Tunc iam animositates et consilia contra eum occulte facta palam ceperant apparere, et unusquisque eorum que in corde contexerant aperire. Redeunte enim illo de Alsatia et in Glinheim[h] pascha celebraturo, Liudolfus, filius eius, et Conradus dux, nequam fautoribus et maxime iuvenibus de Francia et de Saxonia et de Bawaria sibi coadunatis, conspiraverant, et quascumque poterant munitiones et castella future sedicioni munichant. Nec enim iam clam agebatur quo tendebant, sed aperta rebellionis signa monstrabant. Rex igitur in Glinhem[h] perveniens, paucis suorum fidelium secum habitis, non tutum ratus inter medios hostes pascha celebrare, Mogontiam inde secessit, ubi aliter quam[i] regem decebat, diutius ante portas expectans, Friderico archiepiscopo iam cum illis conspirante, vix urbis ingressum obtinuit. At pontifex revocatus, ubi austeriorem vitam more solito cum heremitis ac solitariis ante pascha agebat, suscepit regem Mogoncie, ibi ei aliquamdiu ministrans. Tunc Liudolfus et Conradus ibi ficta ad eum humilitate venerunt, ut post claruit, nichilque talium in eum se egisse dicebant; sed si Heinricus frater eius in pascha Inglinheim[k] veniret, illum se comprehensuros non negabant. Quod rex tranquille ac modeste suscipiens, navigio Coloniam attigit, indeque progrediens, Drotmanni vico pascha celebravit. Post pascha, coadunatis suis fidelibus, Coloniam iterum rediit, ihique Metensem episcopum, in quo maxima spes et fidutia Liudolfo et Conrado esse videbatur, omnesque Lotharienses, exceptis paucis quibus prede et rapine cordi erant, obvios habuit, et ab inimicis suis deficientes benigua ad se venientes caritate suscepit, *et in sua fidelitate firmos et stabiles coadunavit. Quibus dispositis, in Saxoniam venit, ubi maternis gaudiis et officiis decenter curatus, regem, quem in Francia pene perdidit, in patria magnifice recepit. Nam confortatus amicorum gentisque proprie presentia, irritum fecit pactum, quod coactum se inisse confessus est; edictumque est Liudolfo et Conrado, auctores sceleris puniendos tradere aut certe hostes publicos nosse. Tunc Fridericus pontifex pactis pristinis intercessit, tanquam paci et concordie consulturus. Ob id regi fit suspectus, amicis regalibusque consiliariis omnino spernendus. De eo nostrum nequaquam arbitramur, iudicare aliquid temere; sed

cf. Adam II, 12. c. 228.

c. 229.

Adam II, 16.

cf. C. Reg. Wid. III, 11. III, 65.

*fol. 63.

*fol. 63.

C. Reg.

cf. Herim. Aug.

Wid. III, 13.

C. Reg.

*fol. 64. Wid. III, 14

c. 15.

a) wanabi *c.* b) epatū *c.* c) qu *c.* d) Qet di *c.* e) uoluntem *c.* f) Ignitus—visus *alio atramento post addita c.* g) adeheidis *c.* h) *ita c.* i) aliter *addit, sed post delevit c* k) *ita h. l. cod.*

Wid. I. 1. quod de eo probamus, quia magnus erat oratione die noctuque, magnus elemosinarum largitate, precipuus verbo predi-
c. 16. cationis, non silere dignum duximus; ceterum de accusatis causis qui iudicat Dominus est. Earum rerum dum ibi finis
non fieret, universalis populi conventus esse iubetur apud villam que dicitur Fridesleri, super his causis discutiendis.
Ubi cum frater regis Heinricus adesset, multas ac graves causas summo pontifici obiciebat; propterea que regis et tocius
pene exercitus offensam incurrit, dum eum penitus culpabilem ex illius dictis censerent. Preterea rex severiorem ani-
mum gerens ex recenti iniuria, eminentissimos viros ac sibi quondam caros et in Biertanico bello fideles fratri traditos
exilio dampnavit[a], dum accusati rationem redderent ac se expurgare non sufficerent. Hi erant Thuringi genere, pote-
C. Reg. statis pretorie, Dadanus et Willehelmus. Hoc facto multi scelerum conscii satis perterriti sunt. Rex, firmatis in
Saxonia et stabilitis rebus suis, iterum in Franciam cum hostili manu revertitur. Quo audito, Fridericus archiepiscopus
Mogontia secessit et civitatem inimicis regis tuendam commisit. Ipse Brisaeam castellum, latibulum semper Deo regique
Ekk. rebellantium, intravit, totamque ibi pene estatem, rei eventum expectaturus, permansit. Interea bellum factum est
Wid. III, 17. super Mosam inter Raginerum Haginoensium[b] comitem et Conradum ducem. Lotharii enim cum regem duci Conrado
sensissent offensum, cum iam olim ei infesti essent, eo quod ducatum super eos administraret ipsis invitis, arma contra
eum sumunt. Ille vero inperterritus, leoninum exerens animum, signa signis contraria invexit, incredibilem multitu-
dinem ex eis propria manu fudit, dum sanguine amici, quem in prelio amisit, Conradi scilicet Everhardi filii, ut fera
sevissima acueretur. Itaque illi fortissimo suppeditante fortium militum manu, adverso autem exercitui dum novus sem-
per additur exercitus, a meridie usque in vesperum protrahitur bellum. Nocte prelium dissolvitur, nullus victoria
C. Reg. letatur. Rex audiens, Mogontiam, metropolim Francie regiamque civitatem, inimicis suis deditam, *qua potuit celeritate
*fol. 64r. eam adiit, collecta fidelium suorum multitudine tam Francorum quam Saxonum et Lothariensium. Sed et Heinricus,
frater eius[c], de Bawaria, auxilium ei collaturus, advenit, licet ibi plus incommodi quam utilitatis sibi conquisiverit.
Wid. III, 18. Rex igitur circa Kal. Iulii movens exercitum, obvias urbes partis adverse aut cepit aut in dedicionem accepit, quousque[d]
Mogontiam perveniret, quam filius cum exercitu intraverat, patremque, dictu miserabile, expectabat. Ibi plus quam
civile et omni calamitate acerbius bellum est ceptum. Multe machine muris admote, sed ab urbanis destructe vel
incense; crebre ante portas pugne, raro forinsecus staciones fuse. Cunctando enim res universas variabant, dum domi-
natorem regni foris, intus successorem metuebant. Obsidio itaque dum sexaginta ferme dies excederet, sermo fit de
pace; unde datus est in urbem obses consobrinus regis Ecbertus, quo libera via cuilibet pateret in castra crimen pur-
gandi, de pace atque concordia tractandi. Filius cum genero castra ingressi, regalibus vestigiis prosternuntur, pro
scelere omnia sustinere parati, tantum ut amici auxiliatores in fide suscepti nichil adversi paterentur. Rex autem non
inveniens, quomodo meritas penas filio inferret, fautores insidiarum expostulat. Illi autem iuramentis vicariis obligati,
hoc omnino negabant. Ingens interea oritur letitia in castris, et a castris circumquaque est fama diffusa[e], numquam
urbe egressos, nisi omnibus essent a rege inperatis obtemperaturi. Ea spes in cassum cessit. Nam cum obedirent
edictis regis, motus Heinricus adversus adolescentem, *Nichil te*, inquit, *iactitas contra dominum meum regem fecisse, et
ecce omnis exercitus usurpatorem te regni invasoremque novit. Ipse ego si accusor reus criminis, si culpabilis existo, quare
non contra me legiones ducis? Signa adversum me move*, — et festucam de terra sumens — *Huius*, inquit, *precii a me
meaque potestate tollere non poteris. Quid tibi visum est sollicitare huiuscemodi rebus patrem tuum? Contra summam
divinitatem agis, dum domino patrique tuo repugnas. Si aliquid scis vel vales, in me furorem tuum evome; ipse enim tuam*
c. 19. *non timeo iram.* Ad hec adolescens nichil respondit, sed audito rege, urbem cum suis ingressus est. Consobrinus
autem regis Ecbertus cum obses datus esset in urbem, suasibilibus verbis regi fit adversus, cum et ante ei esset iratus,
c. 20. eo quod argueretur incauti certaminis, ubi oculum perdiderat. Igitur proxima nocte Bawarii comites Heinrici, relicto
eo, iuncti sunt Liudolfo. Qui pergens cum eis, cepit urbem regiam que dicitur Reinesburch cum ceteris in ea urbe
munitissimis, omnemque pecuniam Heinrici diripuit et suis militibus divisit; Iudhitam[f], coniugem eius, cum filiis non
c. 21. solum urbe sed et regione excedere compulit. Arnolfus[g], filius Arnoldi ducis, *cum fratribus hoc consilium
*fol. 65. machinatus est, eo quod Heinricus patris eorum regno subrogaretur, ipse autem honore patrio privatus esset. Que eius
C. Reg. incommoda rex suis preponens, Mogontiam obsidione absolvit. Porro exercitus diutino labore fatigatus missionem petiit
Wid. c. 21. sqq. et accepit, rege cum paucis admodum filium in Bawariam subsequente. Multitudine denique deficiente a fide, rari
admodum erant, qui regis partes adiuvarent; inter quos erat quidam Adalbertus et alii cum eo admodum pauci. Mili-
tante adversus Mogontiam rege, Herimannus dux Saxoniam procurabat. Cumque novus exercitus a Saxonia ad supple-
mentum mitti debuisset, Theodericus dux ac iunior Wichmannus ei prefuere. Attingentes terminos Francorum, a Liu-
dolfo duceque Conrado subito circumfusi, in desertum quoddam coguntur castellum. Quod cum oppugnare nituntur,
ictu rote signifer ante portam brachium perdidit. Quo facto, bellum est sedatum, inducieque eis concesse trium die-
rum in Saxoniam revertendi. Theodericus a Liudolfo magnis promissionibus est temptatus, Wichmannus autem admo-
dum corruptus. Patruum exin suum, ducem videlicet Herimannum, arguere, paterne hereditatis raptorem[h]
dicere et suorum tesaurorum predonem dicere cepit. Herimannus autem[i] consilii nequaquam ignarus, quanta
sapientia quantaque prudentia contra propinquos hostes manifestos vigilaverit, difficile est edicere. Iungitur quippe
Ekbertus Wichmanno, eademque sententia consurgunt in ducem, nullumque ei dant quietis locum. Ille autem nobili
C. Reg. patientia invenum furorem frangens, cavebat tumultum aliquem rege absente illis in partibus accrescere. Rex autem
Wid. III, 26. in Bawariam iter dirigens, Ratisponam obsedit, in qua obsidione pene usque ad natale Domini permansit. Bawarii
sqq. autem repentino eius adventu nec ad bellum nec ad pacem vertebantur, nec publicum bellum presumebant, sed
clausi muris grandem exercitui laborem sueque regioni solitudinem parant. Unde minus procedente negotio, absque
animabus a nulla re exercitus abstinebat, sed omnia vastabant. Fridericus archiepiscopus interea, ut ipse aiebat
timore regis, officio pontificali amisso, eremiticam cum solitariis ducebat vitam. Non minima quoque ceteris pontifi-
cibus erat cunctacio in Bawariam, nunc regi assistendo, nunc alienas partes adiuvando, quia nec sine periculo aliena-
bantur a rege, nec sine sui detrimento ei adherebant. Agens ergo tres integros menses in illis regionibus, demum
circa Kal. Ianuarii, infecto negotio, amissis duobus principalibus viris ac potestate claris, Immede et Meinwereo, quorum
C. Reg. uterque ictu sagittarum periit, alter Mogontie, alter in itinere Bawariam pergentibus, revertitur in Saxoniam. Eodem
anno Wicfridus Coloniensis ecclesie archiepiscopus obiit; cui Bruno, frater regis, vir gloriosus in episcopatu
*fol. 65v. *succedens, tocius Lothariensis regni ducatum et reginen cum episcopatu suscepit. Ita cum magna religione usus est
Ekk. officio sacerdotis, et exigente necessitate functus est virtute magnanimi ducis. Nemo autem super hac re illum culpabi-
C. Reg. lem dicat, cum Samuelem sanctum et alios plures sacerdotes pariter legamus et iudices. Liutgarda filia regis obiit.

a) cilio dapnavit *c.* b) haginensium *c.* c) *add. iterum* Heinricus *c.* d) quosusque *c.* e) diffusa *duabus*
litteris c. f) *superscriptum c.* g) alnollus *c.* h) raptore *c.* i) ante *c.*

Hec quamvis a a viro suo sepe despiceretur et laboribus crebris fatigaretur, tamen virili pacientia hec sufferens, honorem innatum servare nitebatur. Cum autem hanc vitam finiret, in eclesia Christi martiris Albani in Mogontia flebiliter est sepulta. Cuius fusum argenteum in eius memoria ibidem est suspensum. Thiet. II, 24.

A. d. i. 954. Rex in Saxonia natale Domini celebravit. Causas dicentibus coram rege Herimanno duce suisque nepotibus, omnes iusti tenaces sententiam ducis laudaverunt, adolescentes castigandos iudicantes. Rex autem amans parcebat illis, sub custodia militari tantum intra palatium tradens Wigmannum. Interea audivit, quia Avares intrantes Bawariam iungerentur adversariis, disponerentque publico bello eum temptare b. At ille satis inperterritus tali necessitate, numquam se gratia Dei dominum ac regem oblitus est, sed collecta valida manu, obviam procedit acerrimis hostibus. Illi autem diverterunt ab eo, acceptisque ducibus a Liudolfo, omnem Franciam pervagati sunt, et tantam stragem dederunt, primum ex amicis, ut cuidam, Emusto c vocabulo, sui iuris familias supra millesimum numerum captivassent, deinde ceteris omnibus, ut dictu fidem excedat. Deinde ante pascha Wormacie eis est publice ministratum, et in muneribus auri et argenti plurimum donatum. Inde Galliam profecti, per aliam viam in patriam revertuntur. Rex iterum appropinquante quadragesima in Bawariam remeavit. Bawarii civili exercitu externoque fatigati, coacti sunt de pace tractare. Factumque est, ut pax daretur usque in d 16. Kal. Iulii, et locus esset apud Einnam c rationis dande et responsionis reddende. Ad condictum locum dum universalis populi conventus fieret, rex taliter exorsus est: *Paterer* e, inquit, *si indignatio filii mei ceterorumque insidias tendentium me solum torqueret et non totum christiani nominis populum perturbaret. Parum esset urbes meas more latronum invasisse* f *regionesque meas a mea potestate rapuisse, nisi propinquorum et carorum meorum sanguine satiarentur. Ecce sine filiis sedeo orbatus, dum filium gravissimum hostem patior. Ille quem plurimum amavi et a mediocri loco ad summum gradum summumque honorem* g *provexi, unicum filium meum habet adversum me. Tolerabile hoc utcumque foret, si non Dei hominumque inimici his causis introducerentur. Modo regnum meum habent desolatum, populum captum vel interfectum, urbes destructas, eclesias incensas, sacerdotes extinctos. *Adhuc madent sanguine platee; auro meo et argento, quibus filium genetumque ditavi, hostes Christi donantur et in suas sedes redeunt referti. Quid ergo supersit sceleris, quid perfidie, excogitare nequeam.* His dictis, tacuit rex. Heinricus autem laudans sententiam regis, subiunxit, quia hostes secundo victi publico certamine, maligne ac pessime conducerentur, quo via eis iterum ledendi iterum aperiretur; omnem calamitatem omnemque laborem consultius velle pati, quam communem hostem umquam in fide susciperet. His dictis, Liudolfus procedens ait: *Conductos adversum me pecunia, fateor, obtinui, ut neque me neque subiectos lederent. Si in hac parte culpabilis predicor, sciat me omnis populus hoc non voluntate, sed ultima necessitate coactum fecisse.* Postremo Fridericus pontifex rationem redditurus intravit, promittens, se quocumque rex inperavisset iudicio significaturum, numquam se contra regem sensisse vel velle vel fecisse; timore coactum a rege defecisse, offensum sibi eum quia intellexisset, innocentem gravissimis accusationibus obrutum; de cetero iuramentorum omnibus argumentis fidem servaturum. Ad hec rex *A vobis* inquit *non exigo iuramentum, nisi pacis et concordie* h *consilium in quantum possitis adiuvetis.* Et hoc dato, in pace ac fide eum dimisit. Pontifex cum duce Conrado, cum adolescentem non possent inclinare, quatenus patri subderetur eiusque sententiam secutus sustineret, discesserunt ab eo, regi sese iungentes. Proxima nocte Liudolfus cum suis a rege discedens, urbem Reinesburch cum suis militibus intravit. Rex autem sequens filium, urbemque offendens que dicitur Horsedal, obsedit eam. Factum est certamen circa murum, quo durius nemo viderat mortalium. Multi ibi ex utraque parte cesi, plures sauciati, noctis tenebre prelium diremere. Saucius ancipiti bello postera i die ducitur iude exercitus, diutius non morari visum ad maiora tendentibus. Trium dierum proinde iter ad Reinesburch; castrorum loca occupata munitionibusque circumsepta, obsidio urbis diligenter est incepta. Sed cum multitudo machinas urbi applicari non sineret, satis dure interdum ab utrisque pugnatum est pro muris. Diu tracta obsidio cogit clausos de belli negotiis aliquid cogitare; arbitrati sunt enim fame peius torqueri, si ad id cogerentur, quam in acie fortiter mori. Iussum est itaque, occidentali porta erumpere equites, quasi impetum in castra facturos; alios naves ascendere et per flumen urbi contiguum propinquare, ut dum in equestri prelio pugnaretur, castra armatis deserta invaderent. Urbani signo nole congregati condicta peragere. Quod in castris usu non ignotum; quapropter et ipsi non segniter preparantur. Moram facientibus in erumpendo equitibus, classis ab urbe longius elabitur, exilientesque de navibus irruunt in castra, offendentesque armatos, dum trepidi fuge consulunt*, circumfusi undique ceduntur. Alii naves ingressi, nimio timore deviantes, flumine absorbentur; alii naves plures equo ingressi, dimerguntur. Factumque est, ut vix pauci de pluribus superessent. Equites vero ab equitibus fatigati devictique, plures saucii in urbem revertuntur. Milites regis victores in castra reversi, unum solummodo vulnere letali percussum pro portis secum revehunt. Pecus omne urbis loco herboso delatum, qui erat intra Rain et Donau fluvios, a fratre regis Heinrico captum et inter socios divisum est. Urbani crebris preliis territi, fame quoque periclitari k ceperunt. Unde egressus urbe Liudolfus cum principalibus viris, pacem postulat, sed non inpetrat, quia patri obedientiam negat. Ingressus vero, portam orientalem obsidentem armis temptat Geronem, tot victoriis quot preliis clarum; a tercia hora usque in nonam acriter pugnatum ante portam urbis. Ubi, equo cadente, ascensor Arnolfus armis exutus ilicoque telis perfossus occubuit. Post biduum a muliere famem urbis fugiente mors illius notificatur, dum antea nesciretur. Cuius nece urbani satis confusi, iam de pace tractabant. Interventu proinde principum iterum Liudolfus cum sociis urbe egressus dum mense integro obsideretur et dimidio, pacem obtinuit usque ad condictum diem, dum de his causis diiudicaretur; locusque concilii aput Frideslare notabatur. Rex in patriam reversus est; Heinricus vero Novam urbem obtinuit; Reinesburch pene tota proxima nocte incensa est. Exercitandi gratia venationem agente rege in loco qui dicitur Suveldun, filius nudis plantis patri prosternitur, intima tactus penitentia, oratione flebili, patris primum, deinde omnium presentium lacrimas extorquet. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, spondet se obtemperaturum consensurumque omni paterne voluntati. Interea Fridericus pontifex egrotare nuntiatur ac desperari. Quapropter regis placitum modice est dilatum. Igitur Fridericus archiepiscopus mortuus est, vir in sancta religione strennuus et valde laudabilis, nisi in hoc l tantum videbatur m reprehensibilis, quod sicubi vel unus inimicus regis emersit, ipse se secundum apposuit. Cuius finem, qui interfuerunt, satis laudabilem predicant. Cui n Willehelmus, filius regis ex matre quidem nobili sed Slavonica, in archiepiscopatu successit, a populo in Arnestat concorditer electus. Eodem anno Conradus dux cum Lothariensibus duce Brun archiepiscopo in Blesensi pago aput villam Rimilinga erat congressurus; sed in ultimo, quia contra regem erat, Deo volente ne fieret, remanebat. Opere precium videtur hic annectere de eodem archiepiscopo Brunone o, qui quamvis sapientissimus esset, depravatus iniquorum consilio, pro bono

Wid. III, 29. C. Reg. c. 30. C. Reg. Wid. III, 31. c. 32. *fol. 66. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. *fol. 66'. c. 37. c. 38 c. 39. c. 40. c. 41. C. Reg. Wid. I. I. C. Reg. Thiet. II, 22. C. Reg. Thiet. II, 15.

a) quauis *c.* b) teptare *c.* c) *ita c.* d) KŁ. XVI. KŁ. *c.* e) pateret *c.* f) invasisisse *c.* g) gradum *c.* h) concordi *c.* i) popostera *c.* k) periclita *littera erasa c.* l) ho *c.* m) *ter scriptum c.* n) *add.* successit *c.* o) *superscriptum c.*

Thiet. II, 15. mala regi suo et germano restituere meditabatur. Vocavit namque ad se generum regis, regi tunc nimis infidelem, ad
* fol. 67. convivium, et cum corona artificiose gemmata regnum ipsi committere, *consanguinitatis et iuramenti immemor, voluit. Qui cum in sancto die sollempnis paschę, paratis omnibus instrumentis, generum promissa femineo expetentem desiderio voluisset coronare, divine miserationis gratia sapientieque bene cuncta volventis freno puduit incepti et penituit. Accersito itaque clam suo secretario nomine Folcmaro, quod in mente latebat vulnus aperuit, qualiterque curaretur, diligenti consilio quesivit. Sed humilium consolator Deus huic in mentem celitus misit, ut curam sui senioris talibus responsis mitigaret: *Sanctus*, inquid, *Spiritus tibi, domine carissime, suggessit, ut non amplius prevaleret adversum vos tanti auctor sceleris inimicus, quem sic confundi teque autumo posse honorari. Coronam, quam genero tuo cras daturum te promisisti, vobis consedentibus presentabo, ut tua fides in conspectu omnium clarescat, et quasi invitus*[a] *corruens, dirumpam eandem, ut fraternus amor modo frigidus recalescat.* Placuit hoc archiepiscopo, et sic expleri votis exultantibus divinas postulavit suppliciter aures. Mane autem facto, dicta hec ut factis sunt impleta, archiepiscopus magnum simulavit merorem. Dux autem et sui tanta spe frustrati, inconsolabilem sustinuere dolorem, consummatisque festivis diebus, aliis quam ratus sit donis honoratus, rediit. Post hec fratres, rex inquam et episcopus, reconciliati invicemque in studio pietatis perseverantes, omnem inimicicie scrupulum amovere curabant. Tales insidiantium laqueos com-
Wid III, 50. pluresque alios in regni et inperii cura rex Otto, Christo se in omnibus protegente, securus evasit. Igitur ut supra retulimus, cum deficeret in reddenda ratione Wichmannus contra patruum suum, intra palatium custoditur. Cum vero rex in Bawariam proficisci vellet, simulata infirmitate ipse iter negavit; unde monitus ab inperatore, quia destitutus patre et matre loco filii ab eo assumptus sit, quodque ab eo liberaliter educatus sit eumque honore paterno promoverit, rogavitque eum, ne ei molestus esset, cum aliis pluribus gravaretur. Ad hec nichil utile audiens inperator discessit, commendato eo Iboni comiti. Aliquantis diebus cum eo degens, petit post hec, ut venandi gratia in silvam ire liceret. Ibi absconditos socios secum sumens, perrexit in patriam, et occupatis aliquibus urbibus, iuncto sibi Ekberto, arma
c. 41. sumit contra inperatorem. Industria autem ducis Herimanni facile eos oppressit et trans Albiam coegit. Defuncto, ut dictum est, Friderico pontifice, universalis conventus populi celebratus est; Mogontia post annum et dimidium
G. Reg. regi tradita cum omni Frantia; filius ac gener in gratiam susceptus sunt. Liudolfus vassallos quos habuit et ducatum patri reddidit; cui Burchardus in ducatu successit; Conradus etiam omnium quas habuit diviciarum nudus, amisso
Ekk. ducatu, in gratiam regis intromittitur, vita et patria et predio contentus. Liudolfo filius Otto nascitur. Ratherius bis episcopatu Veronensi depulsus, Leodicensium episcopus per Brunonem archiepiscopum ordinatur post Farabertum.
* fol. 67'. Chr. Hild. Lodewico Francorum* rege mortuo, Lotharius, filius eius ex Gerberga sorore Ottonis regis, regnavit annis 32. Thiethardo Hildensheimensi episcopo defuncto, Otwinus, Parthenopolitanus abbas, decimus episcopus ordinatur. Qui pluralem utilitatem sue ecclesie per 30 annos previdit, specialiter tamen curtem Gisenheim in usum fratrum adquisivit[b]. Vinum etiam in summis festivitatibus per 16 dies instituit. Ipse etiam aurum preciosum et gemmas et lapides et margaritas in constructionem calicis et patene collegit, sed infirmitate preventus, sub sigillo et fide Christi successori suo
Wid. III, 42. reservavit Ipse etiam, Wendelgarda defuncta, Gerbergam abbatissam in Gandersheim ordinavit. Eo anno Slavi qui dicuntur Vehrei[c], a Gerone cum magna gloria sunt devicti, cum ei presidio esset dux Conradus a rege missus. Preda
c. 43. ingens inde abducta; Saxonie leticia exorta. Proximum agens rex pascha cum fratre, ducit exercitum post hec contra Reinesburch[d], iterum armis machinisque urbem torquens; ubi dum presidio Saxonum destituitur ac fame vexatur, portis urbani egressi, cum urbe tradiderunt se ipsos regi. Qui principes exilio dampnans, reliquę multitudini pareit, victo-
c. 44. riaque gloriosus remeavit in patriam, omni regione Bawarica fratri restituta. Ingressusque Saxoniam[e] circa Kal. Iulii, obvios habet legatos Ungariorum, tanquam ob antiquam fidem ac gratiam eum visitantes; re autem vera, ut quibusdam videbatur, eventum belli civilis considerantes; quos cum secum aliquantis diebus retinuisset, aliquibus munusculis dona-
Ekk. tos dimisit. Igitur Liudolfo ad gratiam patris reducto, Conradus dux, Dei et regis perfuga, ad Ungarios se conferens, eos in Lotharingiam usque ad Carbonariam silvam perduxit; et virtute Dei aput Lobias contra eos ostensa, ultra prodire prohibiti impune redeunt.

Ekk. A. d. i. 955. Ratherio ab episcopatu Leodicensium electo, Baldricus, adnitente Raginero avunculo suo comite Mon-
G. Reg. tense, episcopus substituitur. Ungari cum tanta multitudine exeuntes, ut nisi terra dehisceret aut celum eos obrueret[f],
Ekk a nullo se vinci posse dicerent, a rege iuxta Augustam Alamannie urbem bello sunt excepti; Conrado ad eum ab Ungariis penitendo refugiente et orante Deum, ut pro pena perfidie sue in ipso bello ab Ungariis perimere-
Wid. III, 41. tur. Igitur rex, sumptis secum paucis ex Saxonibus, eo quod iam bellum Slavonicum urgeret, castra posuit in confinio Augustane urbis; ubi occurrit ei exercitus Francorum et Bawarorum. Cum valido quoque equitatu venit in castra Conradus dux, cuius adventu erecti milites, iam optabant non differri certamen. Nam erat natura audacis animi, et quod rarum est audacis, bonus consilio, et dum eques et dum pedes iret in hostem, bellator intolerabilis, domi militiaque
* fol. 68. sociis carus. Igitur ab utriusque exercitus latrocinantibus agminibus *notificabatur, non longe exercitus ab alterutro fore. Ieiunio in castris predicato, iussum est, omnes in crastinum paratos esse ad bellum. Primo diluculo surgentes, pace data et accepta, operaque sua primum duci, deinde unusquisque alteri cum iuramento promissa, erectis signis procedunt castris, numero 8 legionum. Ducitur exercitus per aspera et difficilia loca, ne daretur hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus utuntur acerrime, arbustis ea protegentibus. Primam et secundam terciamque direxerunt Bawarii, quibus prefuerunt prefecti ducis Heinrici. Nam ipse bello interim aberat, eo quod valitudine corporis laboraret; qua et mortuus est. Quartam ordinaverunt Franci, quorum rector ac procurator erat dux Conradus. In quinta, que erat maxima, que et dicebatur regia, ipse princeps vallatus electis ex omnibus militum milibus alacrique iuventute, coramque eo Angelus, penes quem victoria, denso agmine circumseptus. Sextam et septimam construxerunt Suevi, qui-
bus prefuit[g] Suevorum dux Burchardus, cui nupserat filia Heinrici fratris regis. In octava erant Boemii electi milites mille, armis plus instructi quam fortuna; in qua erant[h] et sarcine omnes et impedimenta queque, quasi ipsa esset tutissima, que et novissima. Sed aliter res acta est quam arbitrabantur. Nam Ungarii nichil cunctantes, Lech fluvium transierunt, circueuntesque exercitum, legionemque sagittis lacessere ceperunt. Et inpetu cum ingenti vociferatione facto, aliis cesis vel captis, sarcinis omnibus potiti, ceteros illius legionis fugere conpulerunt. Similiter sextam ac septimam aggressi, plurimis ex eis fusis, in fugam verterunt. Rex autem cum intellexisset, bellum ex adverso et post tergum novissima agmina periclitari, misit Conradum ducem cum quarta legione, captivos eripuit, predam excussit, latrocinantiaque agmina hostium perturbavit. Fusis latrocinantibus undique adversariorum agminibus, cum signis victricibus dux Conradus ad regem revertitur. Mirum in modum cunctantibus veteranis militibus gloria victorie assuetis, cum novo

a) inuitus *c.* b) adquisuit *c.* c) *ita pro* uehri *c. cf. a.* 934. 955. d) reinesbuch *c.* e) bauariam *corr.* saxoniam *c.* f) absorberet *corr.* obrueret *c.* g) profuerunt *corr.* prefuit *c.* h) erant *c.*

milite et fere belli ignaro triumphum peregit. Postera die, id est in festivitate sancti Laurentii Christi martiris, rex Thietm. II, 1.
solum se pre ceteris culpabilem professus atque prostratus, lacrimis profusis votum fecit, si Christus dignaretur sibi eo
die tanti intercessione patroni victoriam dare et vitam, ut in civitate Mersburgensi episcopatum in honore victoris ignium
construeret, domumque suam magnam noviter inceptam sibi ad eclesiam edificaret. Nec mora, erectus a terra, post
missc celebrationem sacramque communionem ab egregio porrectam Odelrico confessore suo, processit adversus hostes.
Interim eo militante adversus Ungaros, varie pugnatum est adversus barbaros[a] a preside Thiaderico. Cum capere nisus Wid. III, 45.
esset quandam *urbem illorum, usque ad introitum porte persecutus est adversarios, cogens illos intra murum, oppido *fol. 68'.
potiti et incenso, et omnibus que foras murum erant captis vel interfectis; cum iam extincto incendio reverteretur, et
paludem, que erat urbi adiacens, medietas militum transisset, Slavi videntes nostros in arto[b] sitos ob difficultatem loci,
nec copiam habere pugnandi nec locum adeo fugiendi, insequebantur a tergo revertentes clamore magno, peremeruntque
ex eis ad 50 viros, feda fuga nostrorum facta. Ingens interea pavor omnem Saxoniam trepidam pro rege et exercitu c. 46.
pro hac re adversa invasit. Terrebant hos preterea portenta inusitata. Templa denique plerisque in locis tempestate
valida concussa videntibus[c] et audientibus horrorem nimium incusserunt, et sacerdotes utrinsque sexus ictu fulminis
interierunt, et alia multa illo tempore contigerunt dictu horrenda et ideo nobis preterennda. Nunc ad inceptum
redeamus. Igitur rex exhortandi gratia allocutus est socios hoc modo: *Opus esse nobis bonorum animorum in hac necessitate, milites mei, vos ipsi videtis, qui hostem vestrum coram positum toleratis. Hactenus enim impigris manibus vestris ac armis semper invictis gloriose usus, extra solum et imperium meum ubique vici; et nunc in terra mea et in regno meo terga vertam? Superamur quidem multitudine, non virtute, non armis. Maxima enim ex parte nudos armis illos cognovimus, et quod maximi est nobis solatii, auxilio Dei. Illis est sola pro muro audatia, nobis spes et prolectio divina. Pudeat iam nunc dominos tocius Europe inimicis manus dare. Melius est ut in bello, mililes mei, gloriose moriamur, quam subiecti hostibus vitam serviliter ducamus, aut certe more malarum bestiarum strangulo deficiamus. Plura loquerer, milites mei, si nossem verbis virtutem vel audalium animis vestris augeri. Modo melius gladiis quam linguis colloquium incipiamus.* Et
his dictis, arrepto clipeo ac sacra lancea, ipse primus equum in hostem vertit, fortissimi militis et boni ducis officia
simul gerens. Hostium audatiores primum resistere, deinde, ut socios viderunt terga vertere, obstupefacti nostrisque
intermixti, extinguuntur. Ceterorum vero alii, equis fatigatis, villas proximas intrant, circumfusique armatis, cum meniis
pariter excremantur; alii fluvium contiguum transnatantes, dum ripa ulterior ascendentes non sustinet, flumine obvolvuntur et perennt. Eo die castra invasa, captivique omnes erepti, secundo die ac tercio a vicinis urbibus reliqua multitudo
in tantum consumpta est, ut nullus aut rarus quis evaderet. Sed non adeo incruenta victoria de tam seva gente. Con- c. 47.
radus quippe dux fortiter pugnans, animi fervore solisque ardore, qui eo die nimius erat, accensus estuabat, vinculisque
solutis dum auram captat, vulnere sagitte adverso gutture defixe cadit; cuius corpus iuxta regis imperium honorifice
*collectum transportatur Wormaciam, ibique sepelitur vir omni virtute animi et corporis magnus atque famosus, cum *fol. 69.
luctu et planctu omnium Francorum. Post longum tempus imperator Merseburch veniens, a quodam proditore conperit, Thiet. II, 24.
exuvias eiusdem a Slavis in Zuencowa sub Euchavico seniore sibi multum dilecto haberi, et cum auxilio illius hos in
singulari prelio devictos suspendi precepit, predaeque maximam partem restituit. Sed incertum est, utrum hanc inter-
emptores eiusdem sumpserint, an sic casu accidente necis eius inculpabiles invenerint, et quia hoc ullatenus celare pre-
sumpserunt, digna morte[d] penas persolverint. Interea rex nuntios sancte premiserat matri, qui cuncta ex ordine pan- ib. II, 4.
derites, tam curam eius solverent, quam mentes fidelium in laude Christi pariter accenderent. Tres duces gentis Ungarie Wid. III, 48.
capti ducique Heinrico presentati, mala morte, ut digni erant, perierunt; suspendio namque crepuerunt. Triumpho cele- c. 49.
bri rex gloriosus factus, ab exercitu pater patrie imperatorque appellatus est. Neque enim tanta victoria quisquam regum
ante eum intra ducentos annos letatus est. Heinricus frater regis, desperatis rebus suis recuperatis, receptoque Bawa- C. Reg.
rie ducatu, obiit; cuius filio Heinrico pius rex ducatum et marcam dedit. Otto, filius regis, nascitur. De prefato fratre Thiet. II, 25.
regis quedam feruntur, que impie fecit in regno suo; in quibus valet considerari, quod supradictis omnibus a nullo potest
contradici. Patriarcham de Aquileia castrari et archiepiscopum Salzburgensem precepit excecari. Causas exponere nolo,
quia ad hec promerenda non esse idoneas scio. Is cum in fine suo a Michahele episcopo[e] Ratispouensi de tali con-
misso admoneretur, se in priori peccasse solum fatetur, in archipresule vero nichil, ignoraus, quam parva res est in qua
flagicium deest; unde David supplex loquitur: *Ab occultis meis munda me, Domine.* Huius coniunx, Iuditha nomine, cum
presens adesset, hanc confessionem audivit, et mox viro suo moriente, corpus eiusdem in eclesia, quam ipse in honore
sancte Marie semper virginis construxit, cum magno merore deposuit, et in quocumque animam eius umquam deliquisse
scivit vel ab aliis conperit, lacrimis et ineffabilibus emendavit elemosinis. Hec in viduitate sua continenter vivens, cum
Habraham Frisiensem episcopum pre ceteris diligeret, invido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniabatur. Que cum de
hac luce migraret, in die depositionis sue ab eodem antistite missam cantante sic expurgata est. Ante communionem
versus ad populum, que merita eius fuerint, circumstantibus indixit, *Hoc*, inquiens, *delictum, quo infamata fuit, si hec umquam commisit, faciat omnipotens Pater, Filii sui corporis et sanguinis salutare remedium michi provenire ad iudicium et ad dampnationem animeque illius ad perpetuam salvationem.* Tum vero cum mentis[f] et corporis innocentia sumpsit uni-
cum cunctorum fidelium remedium. Credidit populus, quamvis sero, et cum detractione* iniusta plus ei profuit, cum *fol. 69
nocere studeret. Interim rex Saxoniam letus revisens, a cunctis principibus a longe sibi occurrentibus summo studio ib. II, 5.
excipitur, diuque expectatus a venerabili sua matre, profusis pre gaudio lacrimis, amplexatur. Quibus ilico suum ape-
riens promissum, qualiter hoc ad unguem produceret, eorum obnixe petiit consilium et auxilium. His collaudantibus
pieque peticioni aspirantibus, statuit rex abbatiam in Magdaburgensi civitate, incipiens ecclesiam mirum in modum in
loco ubi sancta requiescit Edith, iuxta quam post obitum suum ipse pausare desiderabat. Ibi episcopatum etiam facere
conatus, aput Bernhardum, sancte Halberstadensis eclesie antistitem 7um, in cuius diocesi urbs prefata iacuit, quamdiu
vixit, impetrare non potuit. Quicquid in prediis vel in aliis rebus in tempore sibi contraxit concesso, totum hoc Deo
militique eius Mauricio in hereditatem concessit. Dum hec aguntur, ex parte Slavorum bellum ingruit horridum hor- c. 6.
tatu Wigmanni et Ekberti[g]. Qui cum sensissent, se duci Herimanno resistere non posse, sociaverunt sibi duos subregu- Wid. III, 50.
los barbarorum, Saxonibus iam olim infestos, Nacconem et Stoinnegin, fratrem eius. Ductus exercitus invenit eos in c. 51.
urbe que dicitur Suithleiscranne. Et pene erat ut cum urbe caperentur, nisi clamore cuiusdam citarentur et ad arma
prosilirent; cesis tamen ante portam urbis quadraginta armatis, cesorumque spoliis potitus, dux Herimannus discessit.
Erant autem qui eum adiuvarent Heinricus preses cum fratre Sigefrido, viri eminentes et fortes, domi miliciaque optimi
Facta sunt autem hec in inicio quadragesimalis ieiunii. Barbari post hec proximum pascha irruunt in regionem, ducem c. 52.
habentes Wigmannum ad facinus, non ad imperium. Nullam moram agens et ipse dux Herimannus, cum presidio

a) *vocabulum quoddam erasum c.* b) artos *c.* c) udentibus *c.* d) *vocabulum erasum c.* e) arcpiepo *c.* f) me-
tis *c.* g) eberti *c.*

Wid. III, 52. militari adest, videnque exercitum hostium gravem sibique parvas admodum copias fore, civili bello urgente, arbitratus est consultius, differre certamen rebus in dubio constitutis, multitudinique inperare[a], que maxima in unam urbem confluxerat, dum ceteris diffiderent, ut liberi cum uxoribus et natis supra murum ascenderent, condicione servili et omni suppellectili in medio urbis hostibus relicta. Cumque intra urbem irruerent barbari, quidam illorum suum mancipium agnoscit[b] in cuiusdam liberti uxore. Quam cum rapere de manu viri niterctur, ictum pugne accipit, irritumque pactum ex parte Saxonum proclamitat. Unde fit, ut omnes ad eedem verterentur nullumque relinquerent, sed omnes perfecte
c. 53. etatis neci darent, matres cum liberis captivas ducerent. Quod scelus inperator ulcisci gestiens, victoria iam de Ungariis patrata, regiones barbarorum hostiliter intravit. Consultum est de Saxonibus, qui cum Slavis conspiraverant; iudicatum est, Wigmannum et Ekbertum pro hostibus publicis haberi oportere, ceteris vero parci, siquidem remeare voluissent ad
* fol. 70. suos. *Aderat et legatio barbarorum, tributa socios ex more velle tenere; hoc pacto pacem velle, alioquin pro libertate armis certare. Inperator ad hec respondit, pacem quidem eis non negare, sed omnimodis dare non posse, nisi iniuriam perpetratam digno honore ac emendatione purgarent. Omniaque vastando et incendendo per illas regiones duxit exercitum, donec tandem castris positis super Taxam[c] fluvium, ad transmeandum paludibus difficillimum, ab hostibus circumfunduntur. A tergo namque arborum robore obstruitur, eademque armatorum manu vallatur. Ex adverso fluvius, fluvioque contigua palus et cum ingenti exercitu Slavi bellatores et ab opere et ab itinere prohibentes. Vexabatur autem et aliis incommodis exercitus, morbo pariter et fame. Dum talia agerentur per plures dies, mittitur ad principem barbarorum Stoinef Gero comes, dux[d] et marchio, quatenus inperatori se dedat; amicum per id adepturum, non
c. 54. hostem experturum. Erant quippe in Gerone multe artes bone, bellandi pericia, in rebus civilibus bona consilia, satis eloquentie, multum scientie, et qui prudenciam suam magis opere ostenderet quam ore, in adquirendo strennuitas, in dando largitas, et quod optimum erat, ad cultum divinum bonum studium. Igitur Gero preses super paludem et flumen, cui palus adiacens erat, barbarum salutabat. Cui Slavus equalia respondit. Ad quem preses[e]. *Satis tibi esset, ut bellum gereres contra unum nostrum de servis domini mei, et non contra dominum meum regem. Quis tibi exercitus, que arma ut talia presumas? Si aliqua vobis virtus adsit, si artes, si fiducia, date nobis locum ad vos transeundi, sive nos vobis huc veniendi, et equato loco fortitudo appareat pugnatoris.* Slavus barbarico more frendens, et multa convicia evomens, irrisit Geronem inperatoremque et omnem exercitum, sciens eum multis molestiis aggravatum. Gero ad hec commotus, ut erat animi ardentissimi, *Crastinus*, inquit, *dies declarabit, tu et populus tuus fortes viribus sitis, an non. Cras enim nos vobiscum congredientes procul dubio videbitis.* Gero denique olim licet multis gestis insignis et clarus haberetur, iam tamen magnus ac celebris ubique predicabatur, eo quod Slavos qui dicuntur Vehri[f], cum magna gloria cepisset. Gero reversus in castra, retulit que audierat. Inperator vero de nocte consurgens, iubet sagittis et aliis machinis ad pugnam provocare, et quasi vi flumen paludemque transcendere velle. Slavi autem hesterna comminatione nichil aliud arbitrati, ad pugnam pariter conspiravere, iter totis viribus defendentes. At Gero cum amicis Ruianis miliario fere uno a castris descendens, hoste ignorante, tres pontes celeriter construxit, et misso nuntio ad inperatorem, totum exercitum revocavit.
fol. 70. Quo viso barbari, et ipsi obviare legionibus contendunt. Pedites barbarorum dum longiorem viam currunt et certamen
c. 55. ineunt, fatigatione dissoluti, militibus cicius cedunt; nec mora, dum fuge presidium queruut, obtruncantur. Stoinef autem a colle eminenti cum equitibus eventum rei expectabat. Qui socios inire fugam cernens, fugit et ipse, lucoque quodam cum satellitibus repertus, a viro militari, cui vocabulum erat Hoseb[g], certamine fatigatus armisque nudatus, capite cesus est. Satellitum alius vivus captus, inperatorique cum capite et spoliis reguli ab eodem presentatus est. Ex hoc Hoseb insignis et clarus est habitus. Merces tam famosi gesti donativum inperiale cum reditu 20 mansorum. Eo die castra hostium invasa, et multi mortales interfecti vel capti, cedesque in multam noctem protrahebatur. Postera luce caput subreguli in campo positum, circaque illud 700 captivorum capite cesi, eiusque consiliarius oculis erutis lingua est privatus, in medioque cadaverum inutilis relictus. Wigmannus vero et Ekbertus, scelerum conscii, in Galliam pro-
c. 56. fecti sunt, fuga elapsi ad Hugonem ducem. Crebris victoriis inperator gloriosus factus atque famosus, multorum regum ac gentium timorem pariter ac favorem promeruit. Unde legatos plurimos suscepit, Romanorum scilicet, Grecorum Sarracenorumque, per eosque diversi generis munera, vasa aurea et argentea, erea quoque et mira operis varietate distincta, vitrea vasa, eburnea etiam, et omni genere modificata stramenta, balsamum[h] et tocius generis pigmenta, animalia Saxonibus antea invisa, leones et camelos, simias et strucioncs, omniumque christianorum[i] res atque spes in illo
Ekk. site. Ratherio[k] ab episcopatu Leodiceusium electo, Baldricus, annitente avunculo suo Montense comite, episcopus substituitur.

C. Reg. A. d. i. 956. Iohannes duodecimus sedit annis 7. Rex in pace et otio degens, maximo suorum fidelium conventu Colonie placitum regale habuit. Ea tempestate gravis per omnes regni partes pestilentia grassabatur, que innumeram populi multitudinem passim extinxit. Ex qua Rodbertus archiepiscopus Trevirensis et Hadamarus abbas Fuldensis obierunt; quibus Heinricus in archiepiscopatu et Hatto in abbatia successerunt. Abbatia[l] sancti Nazarii in
Ekk. Laureshan electioni restituitur. Bruu archiepiscopus Coloniensis, frater regis, cenobium sancti Pantaleonis construxit.
C. Reg. Eodem[m] anno Liudolfus in Italiam ad comprimendam Berengarii tirannidem dirigitur, et in brevi, expulso Berengario, tocius Italie possessor efficitur.

C. Reg. Wid. III, 57. A. d. i. 957. Rex iterum Slavos hostiliter invasit. Liudolfus, filius regis, cum fidem vult servare amicis, patria cessit, Italiamque cum eis adiit. Quo agens annum fere totum, diem extremum obiit, toto Francorum inperio relinquens morte sua vulnus durum. Funus autem eius a militibus debito honore curatum et ab Italia Mogontiam translatum, in basilica Albani martiris sepultum est, cum luctu et planctu omnium Francorum. Reliquit post se filium patris vocabulo
c. 58. insignitum. Littere autem obitus eius allate sunt inperatori, cum esset in milicia contra Redarios. Quapropter plurimum
C. Reg. lacrimarum pro eius interitu fudit; de cetero, qui adhuc ordinaret inperium suum, rectori omnium Deo fideliter commi-
* fol. 71. sit. Willerus Trevirensis* abbas[n] obiit; cui Wiggerus successit. Ea tempestate rex clementissimus abbatiam sancti Petri in Wicenburh, multis retro temporibus ab antecessoribus suis electionis et privilegii dono privatam, studio sancte
Ekk. religionis[o] dignitati pristine restituit, et virum venerabilem Geilonem eidem cenobio abbatem prefecit. Brun archiepiscopus Coloniensis plures Nortmanorum cum principibus eorum babtizari fecit.

C. Reg. Ekk. A. d. i. 958. Rex pascha in Inglenheim celebravit; inde navigio Coloniam, ibi placitum acturus, venit. Brun archiepiscopus et dux Lotharingie secundas partes in regno fratris sui potenter et industrie administrans, Raginerum Montensem comitem, qui Longicollus cognominabatur, aput Valentinianas evocatum cepit, et irrevocabili exilio dampna-

a) inpetrare *c.* b) *deest c.* c) *ita c.* d) d. et m. *superscripta c. a* 2. e) *vocabulum* (respondit?) *erasum c.* f) *ita c.; cf. supra.* g) *ita c.* h) balsama *corr.* balsamum *c.* i) *add. etiam hoc loco* in illo *c.* k) ratherio — substituitur *a* 2. *in imo margine add. Eadem initio anni leguntur.* l) Abbatiam *c.* m) Eodem — efficitur *add.* 2. n) *bis scriptum c.* o) electionis *corr.* religionis *c.*

vit aput Slavos, eo quod regnum bellis inquietabat, vel quod verius fuisse dicitur, pro eo quod, mortuo Gisilberto consanguineo suo, ea que ipse uxori sue Gerberge, sorori regis, in dotem contulerat, violenter auferre presumebat. Bonis Ragineri ad fiscum publicatis, filii eius Raginerus et Lambertus ad Lotharium Francorum regem confugerunt. In octavis pasce consensu Heroldi archiepiscopi cecati aput Inglenheim in presentia regis, habita ibi 16 episcoporum sinodo, Salzburgensi eclesie episcopus ordinatur. Alewicus Augiensis cenobii abbas obiit; cui Ekkihardus successit. Gralo abbas cenobii sancti Galli obiit; cui Burchardus successit. Eodem tempore Wigmannus sciens Saxoniam bellatoribus vacuam, a Gallia profectus Saxoniam intravit, domum coniugemque revisit, inde se iterum alienigenis immersit. Ekbertus vero interventu magni pontificis Brunonis in gratiam recipitur. Ductus exercitus contra Wigmannum tercia vice, vix obtinuit, ut in fide Geronis filiique[a] sui susciperetur, ipsique pro eo sponderent, contra inperatorem inperatorisque regnum numquam aliquid iniquo consilio aut actu facturum. Ita fide data in pace est dimissus, et bonis promissionibus ab inperatore erectus. Eo anno prodigiose res apparuere, note scilicet crucis in vestimentis plurimorum. Quibus visis, plurimi salubri timore perculsi, adversa formidabant, ideoque vicia sua ex parte emendabant. Fuerunt et qui lepras vestium interpretarentur, eo quod subsequens lepra multos mortales corrumperet. Sapientiores autem signum crucis salutem victoriamque prefigurasse predicabant, quibus et nos assensum prebemus. Ea tempestate inperator et ipse egrotare cepit, sed meritis sanctorum, quibus fidele obsequium iugiter prebebat, maximeque patrocinio incliti martiris Viti, cui aperuit os suum, convalescit, et ut sol lucidissimus mundo post tenebras ad omnem decorem et delicias condonatur. Ekk. C. Reg. Wid. III, 59. c. 60. c. 61. c. 62.

A. d. i. 959. Rex iterum Slavos invasit, ubi Thetmarus occiditur. Legati Helene regine Rugorum, que sub *Romano inperatore Constantinopolitano aput Constantinopolim babtizata est, ficte, ut post claruit, ad regem venientes, episcopum et presbiteros eidem genti ordinari petierunt. Quos ille benigne suscipiens, et multum gavisus, consensit deprecationi eorum, ordinavitque ad hoc venerabilem et catholicum virum Libutium. Hagano Heresfeldensis abbas paralisi percutitur. C. Reg. *fol. 71. A. Quedl. C. Reg.

A. d. i. 960.[b] Aput Constantinopolim Romano inperatore defuncto, Niceforus inperavit annis 10. Rex natale Domini Franconevord celebravit, ubi Libutius, ex cenobitis Sancti Albani, a venerabili Adaldago archiepiscopo Bremensi Rugorum genti ordinatur episcopus. Guntherus rogatu Haganonis pro ipso abbas Heresfeldensis constituitur. Eodem anno rex iterum pergit in Slavos. Legati ab apostolica sede venerunt Iohannes diaconus et Azo scriniarius, vocantes regem ad defendendam Italiam et Romanam rem publicam a tirannide Berengarii. Waldbertus etiam archiepiscopus Mediolanensis et Waldo Cumanus episcopus et Opertus marchio Berengarium fugientes, in Saxonia regem adeunt; sed et reliqui pene omnis Italie comites et episcopi litteris eum ac[c] legatis, ut ad se liberandos veniat, exposcunt. Geilo Wizenburgensis abbas obiit; cui Gerricus successit. Igitur Otto rex fortissimus universos Slavorum populos suo inperio subiecit, et quos pater eius uno grandi bello domuerat, ipse tanta deinceps virtute constrinxit, ut tributum et christianitatem pro vita simul et patria gratanter susciperent; babtizatusque[d] est totus gentilium populus, ecclesie in Slavonia edificate, monasteria etiam virorum ac mulierum Deo servientium plurima constructa. Tunc Slavonia in duodeviginti pagos dispertita est, qui dicuntur ad christianam[e] fidem omnes, exceptis tribus, fuisse conversi. Pax fuit continua; Slavi sub tributo servierunt. Ekk. C. Reg. Adam. II, 3. c. 17.

A. d. i. 961. Regnante[20] piissimo rege Ottone, anno regni eius 25, presentibus legatis domni apostolici et universalis pape Iohannis XII, Iohanne scilicet sanctae Romane eclesiae archidiacono et Azone protoscriniario, archiepiscopis vero Waltberto Mediolanensi, Willehelmo Mogontiensi, Friderico Salzburgensi, episcopis quoque Othelrico Augustensi, Popone Wirceburgensi, Michahele Ratisponensi, Hartberto Curiensi, Adalberto Lauriacensi, Abraham Frisiensi, Lanwardo Mindunensi, Petro Novanensi[21], Ricberto Sabinensi, Landelao Basiliensi, in vigilia nativitatis Domini corpus sancti Mauricii et quorundam sociorum eius defertur. Quod maximo, ut decuit, honore Partenopolim transmissum, unanimi indigenarum et comprovincialium conventu ibidem susceptum est, et ad salutem patrie hactenus veneratum est. Insuper plurimorum reliquie sanctorum, apostolorum scilicet, martirum, confessorum atque sanctarum virginum eodem die gloriosissimo regi Ratispone allate sunt. Thiet. II, 11. A. Quedl.?

Ubi celebrante eo nativitatem Domini, Poppo Wirceburgensis episcopus, regi percarus, 16. Kal. Martii[f] diem clausit extremum; cui proximus suus Poppo in episcopatu successit. Libutius priori anno quibusdam dilationibus ab itinere suspensus, 15. Kal. Martii obiit anni presentis; cui Adalbertus, ex cenobitis Sancti Maximini, machinatione et consilio Willehelmi archiepiscopi, licet meliora in eum confisus fuerit et nichil in eum umquam deliquerit, peregre mittendus in ordinatione successit; quem piissimus rex solita sibi misericordia omnibus quibus indigebat copiis instructum, genti bonorifice destinavit. Rex itaque in Italiam ire disponens, maximam suorum fidelium multitudinem Wormatie coadunavit; ubi consensu et unanimitate regni[g] procerum tociusque populi filius eius Otto rex eligitur; indeque progrediens, convenientia[h] quoque et electione omnium Lothariensium Aquis rex ordinatur. Ordinato filio pater in Saxoniam rediens, dispositis regni negotiis, filium Willehelmo archiepiscopo tuendum et nutriendum commisit; sicque per Bawariam et Trientum in Italiam se admisit, ubi omnes pene Italie episcopos et comites obvios[i] habuit, et ut decuit ab eis honorifice susceptus, potestative et absque ulla resistentia Papiam intravit, et palatium a Berengario destructum reedificari precepit. Berengarius vero et Willa filiique eorum quibus poterant[k] munitionibus aut castellis includebantur, et nusquam forinsecus contra regem quid audentes progrediebantur. Eodem anno Godefridus Spirensis episcopus obiit; cui Otgerus successit. Eclipsis solis fuit 16. Kalend. Iunii. Rex Hattonem[l] abbatem Fuldensem ad construenda sibi habitacula Romam premisit. C. Reg. C. Reg.

A. d. i. 962. Amalungus Fardensis episcopus obiit, frater Herimanni ducis, eique[m] Bruno, Corbeiensis monachus, cognatus eiusdem ducis, successit. Reginbertus Dei servus obiit. Iste construxit abbatiam sancti Blasii in Suevia. Rex natale Domini Papie celebravit. Inde- C. Reg. C. Reg.

a) filiisque *c.* b) Poppo Wirceburgensis episcopus obiit *erasa sunt c.* c) at *c.* d) batizatusque *c.* e) christiana *c.* f) *in loco raso c.* g) regum *corr.* regni *c.* h) conuientia *c.* i) et . . . . . *erasa c.* k) poterat *c.* l) archiepiscopum *add. sed del. c.* m) *vocabulum erasum c.*

20) cf. Chron. Sax. h. a. 21) i. e. Novariensi.

Cont. Reg. que progrediens, Rome favorabiliter susceptus, acclamatione tocius populi et cleri ab apostolico Iohanne inperator et augustus vocatur et ordinatur. Papa quoque multa illum secum caritate detinuit, et diebus vite sue numquam se ab eo defecturum promisit. Que tamen promissio longe dissimilem quam pretendebatur effectum obtinuit. Iste Iohannes, filius Alberici, 12us illius nominis, petente inperatore Ottone, quem ipse benedixerat, primum decrevit fieri in urbem Magadaburch archiepiscopalem sedem, licet postea alienasset se ab inperatore propter perfidiam suam, et successor eius Iohannes 13us illius nominis hoc perfecisset quod ipse primitus inchoavit. Dedit[a] tamen super hac re privilegium quod in margine descriptum est: *Iohannes[b] episcopus, servus servorum Dei, reverentissimis confratribus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, monachis, primatibus, omni[c] clero et populo in[d] Gallia, Germania, Bawaria constitutis. Quociens ad profectum nove christianitatis concessionis firmitatisque privilegium a sancta Romana eclesia, cui Deo auctore deservimus, exposcitur, tociens omni diligentia omnique amore impertiri opere precium duximus, ne quod erga pia desideria propensius impendi convenit, callidi hostis invidia ob desidiam indesinenter subripiat. Totis ergo viribus, karissimi fratres[e], certandum est, ut christianitatem, quam Deus omnipotens per servos suos celesti tropheo cottidie extendit et provehit, nostro quoque per eum adiutorio in eodem solidetur et maneat. Nunc vero Dei operante clementia carissimus et christianissimus filius noster rex Otto, devictis barbaris gentibus, Avaribus scilicet aliisque[f] quam pluribus, ut, ad defensionem sancte Dei eclesie triumphalem victorie[g], inperii culmen per nos a beato Petro apostolorum principe susciperet coronam, summam et universalem, cui Deo[h] presidemus auctore, adiit sedem. Quem paterno affectu suscipientes, ob[i] defensionem sancte Dei eclesie in inperatorem cum beati Petri[k] benedictione unximus. Cumque in eclesia beati Petri apostoli de statu et regimine tocius christianitatis tractantes, que utilia sunt utiliter secundum Deum tractarentur, prefatus piissimus inperator Otto, qualiter Sclavos, quos ipse devicit, in catholica fide noviter fundaverat, nostre innotuit[l] paternitati, deprecans et obnixe postulans, ne oves, quas ipse in[m] Christo adquisierat, ob pastoris defectionem antiqui serpentis versutia dominarentur. Ad hanc itaque peticionem assensum, frutres karissimi, merito prebuimus. Totis ergo medullis cordis, prout dignum est, ut novella hec[m] plantacio super verticem montis in petra que Christus est fundetur, intendamus. Dabit vires, qui neminem vult perire. Cuius annuente clemencia, volumus et per hanc privilegii paginam iubemus, ut Magdaburgense monasterium in regno Saxonum iuxta Albim constructum, quod prelibatus sanctissimus inperator ob novam christianitatem construxit, quia vicinius id locorum gentibus est, in archiepiscopalem[n] transferatur sedem, que per subditos suffraganeos totum Dei gregem regere et gubernare valeat. Volumus et per hanc privilegii paginam iubemus, ut Mersburgense monasterium, quod ipse piissimus inperator, quia Ungros prostravit, futurum Deo devovit, in episcopalem debeatur[o] sedem, que Magedaburgensi sit subdita sedi. Et quia tot gentes sub uno pastore regi minime possunt, volumus et per nostre auctoritatis privilegium censemus, ut censum et decimationem omnium gentium, quas idem[p] piissimus imperator babtizavit vel per eum suumque filium equivocum regem successoresque eorum[q] Deo annuente babtizande sunt, ipsi successoresque eorum potestatem habeant distribuendi, subdendi, Magedaburgensi, Mersburgensi, vel cuique velint future[r] sedi. Volumus etiam, karissimi confratres, et ex beati Petri[s] apostoli iussione precipimus, ut Magontiensis, Treverensis, Coloniensis, Salzeburgensis[t], Hammaburgensis[u] archipresules, Magedaburgensis monasterii in archiepiscopalem et Mersburgensis translationem[v] in episcopalem sedem totis cordis corporisque viribus consentanei fautores[w] persistant. Cum vero Deus[x] omnipotens per pretaxatum servum suum invictissimum inperatorem suumque filium regem successoresque eorum vicinam Slavorum gentem ad cultum christiane fidei perduxerit, per eos[y] in convenientibus locis secundum oportunitatem episcopatus constitui, et in eisdem[z], per consensum predictorum quinque archipresulum successorumque eorum, ab archiepiscopo Magdaburgensi episcopos consecrari volumus suffraganeos; sed[*] tamen si prefati filii nostri piissimi inperatoris suique filii[a] equivoci regis successores eorum statuta frangere temptaverint, aut predictarum eclesiarum ceterique[b] presules successoresque eorum Magedaburgensi archiepiscopo[c] suisque[d] successoribus eorumque suffraganeis et eorum successoribus[d*] adiutores consentaneique non fuerint, anathematis mucrone feriantur, ad[e*] summoque Retributore damnationem sine fine recipiant. Omnipotens itaque Deus serenissimo inperatori Ottoni suoque nato equivoco[e] regi, spiritualibus filiis nostris, longevam tribuat vitam, quatenus in hoc seculo tranquille viventes, in futuro inmarcescibilis[f] glorie percipiant palmam. Scriptum per manum Leonis scriniarii ancte sedis apostolice in mense Februario, indictione 5. Data[g] 2. Idus Februar. per manum Georgii secundicerii sancte sedis apostolice, anno Deo propicio pontificatus domni Iohannis summi pontificis et universalis pape 7. inperii domni piissimi augusti Ottonis a Deo coronati magni imperatoris anno* 22 *1, in mense et indictione factum 5. Quod[22] antique eclesie a novis nec decimis nec ulla possessione sunt spoliande. Quod dotes eclesie non auferantur. Quod eclesiastica statuta et privilegia, ab apostolis et reliquis magistris eclesie tradita, integra serventur, et prevaricatores eorum excommunicentur. Quod consuetudines eclesiastice pro lege sunt tenende. Quod tricennalis possessio firma sit. Sicut diocesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non admittit. Ideoque basilice, que novae condite fuerint, ad eum procul dubio episcopum pertinebunt, cuius conventus esse constiterit.*

[*] fol. 72 Inperatore augusto ab urbe Romana redeunte et Papie pascha celebrante[*], Berengarius in quodam monte, qui dicitur Ad sanctum Leonem, plurimis undequessecus copiis attractis, se munivit, et Willa in lacu Maiore in quadam insula, que dicitur Ad sanctum Iulium, se inclusit; filii vero eorum Adalbertus et Wido huc illucque incerti vagabantur. Quasdam tamen municiones cum suis sequacibus adhuc possidebant; hoc est Gard castellum et Travallium et insulam in lacu Cumano. Tunc Willa inprimis hostiliter aditur, et adempto omni de lacu exitu, fundibulariorum et sagittariorum aliorumque belli instrumentorum impugnationibus fatigatur, et non plenis duobus mensibus obsessa capitur, et ad ultimum clementia imperatoris dimissa, quo vellet ire permittitur. Que quanta potuit velocitate Berengarium adiit, et ne se inperatori dederet, omnimodis persuasit. Eodem anno Adalbertus[h], Rugis ordinatus episcopus, nichilque in his propter

a) Dedit — est *inter lineas* magadeburch — post *et* ea — perfidiam *scripsit* 2, *ipsumque diploma et sequentia usque ad* conventus esse constiterit *in marg. fol.* 71. *et* 72. *exhibet.* b) *Legitur etiam apud Sagittarium (Boysen hist. Magaz. p.* 124.*), cuius praecipuas addidi lectiones.* c) cuncto *Sag.* d) *add.* Saxonia *Sag.* e) confratres *S.* f) caeterisque *S.* g) victorem et imp. *S.* h) d. a. p. *S.* i) ad *S.* k) p. apostoli *S.* l) pat. i. *S.* m) *deest S.* n) episcopalem *S.* o) *fortasse* evehatur BETHMANN. p) praedictus *S.* q) successoresque eorum b. s. i. successoresque e. Deo annuente b. s. i. successoresque eorum p. h. *c.* r) cuicumque v. f. unicuique *S.* s) ap. P. *S.* t) Salsaburg. *S.* u) H. ecclesiae a. *S.* v) M. in ep. translationis *S.* w) fautoresque *S.* x) o. d. *S.* y) eosdem *S.* z) eidem *c.* *) sic *S.* a) *deest S.* b) caeterosque *S.* c) episcopo *S.* d) suisque suffraganeis successoribusque eorum adi. *S.* d*) *deest S.* e) r. acq. *S.* f) inmarcescibili gloria *S.* g) *reliqua desunt S.* h) adabertus *c.*

22) Haec in codice ita subiecta cuiusdam concilii acta aut decreta papae esse videntur.

que missus fuerat proficere valens, et inaniter se fatigatum videns, revertitur, et quibusdam ex suis in redeundo occisis, C. Reg.
ipse cum magno labore vix evasit, et ad regem veniens, caritative suscipitur, et a Deo amabili Willehelmo[a] archiepiscopo
pro retributione tam incommode ab eo sibi machinate peregrinationis, bonis omnibus et commodis quasi frater a fratre
amplectitur et sustentatur. Missis etiam pro eo ad inperatorem litteris, reditum ipsius in palatio operiri iubetur. Eodem
anno Adalbero, vir venerabilis, Metensis episcopus obiit; pro quo Theodericus, consobrinus inperatoris, episcopus subro-
gatur. In ipso anno reliquie sanctorum martirum Fabiani, Eustachii, Pantaleonis, Ypoliti, A. Quedl.?
Eugei, Miniatis, Valentis, et corpus sancte Laurentie virginis a predicto inperatore Qui-
delingeburgensi civitati transmisse, ibi religiosissime suscepte sunt.

A. d. i. 963. Inperator iterum Papie natale Domini et pascha celebravit. Interim Adalbertus huc illucque discur- C. Reg.
sans, quoscumque poterat sibi undique attraxit; sed et Corsicam, ibi se tueri nitens, intravit. Romanum etiam pontifi-
cem multipliciter in suum adiutorium sollicitavit. Dum hec igitur aguntur, inperator a Papia movens iter, Berengarium
in monte sancti Leonis obsedit, totamque ibi estatem sedens, sepe montem undique circumdedit, et ne aliquatenus pate-
ret exitus vel introitus, prohibuit. Interim Iohannes papa promissiones inperatori factas oblivioni tradens, ab eo defecit,
et Berengarii seu Adalberti partibus favens, Adalbertum Romam intromittit. Quas dolositates eius inperator audiens,
relicta circa montem obsidione, Romam versus pergit. Cuius ipsi metuentes adventum, plurimum tesaurum sancti Petri
rapientes, fuge subsidia petunt. Tunc Romani in plura divisi, partim inperatori faventes — multis enim a predicto
papa ininriis se opprimi conquerebantur —, partim apostolico blandientes, licet diversa sentirent, inperatorem tamen
cum honore debito in urbem intromittunt, seque per omnia, datis obsidibus, illius ditioni subiungunt. *Inperator vero, *fol. 73.
plurimorum episcoporum collecta multitudine, sinodum coadunavit, et consilio eorum missa legatione, canonica aucto-
ritate aufugam apostolicum ad sedem pontificalem et apostolicam revocavit. Illo tamen hoc omnimodis renuente, plebs
Romana Leonem protoscriniarium, virum strennuum et industrium, conmuni consensu in locum eius elegit et ordinavit.
Cui sinodo interfuerunt omnes pene Romanie et Italie episcopi, Engelfridus[b] etiam Aquileiensis patriarcha, qui tunc
temporis etiam ibidem obiit; sed et de nostratibus adfuerunt Heinricus Treverensis[c] et Adaldagus Bremensis[c]
archiepiscopi, Lantwardus et Otgerus episcopi. Postea Iohannes, qui et Octavianus, videns se esse depositum, sera
penitentia ductus, ab Adelberto disiungitur; Adalbertus vero in Corsicam revertitur. Eodem anno Gard castellum in
Italia capitur. Interim Gero, orientalium Saxonum marchio, Lusizi et Selpuli, Miseconem quoque cum sibi sub- Thietm. II, 9.
iectis inperiali subdidit dicioni. Herimannus dux Seluberem et Mistui cum sibi subditis inperatori tributarios fecit.
Corpus[d] sancti Gerontii de Italia allatum est per manum Otkerii episcopi 12. Kal. Augusti, A. Quedl.?
iubente Ottone inperatore, et perlatum 9. Kal. Octob. in metropolim Saxonie Magdaburg,
et a Bernhardo Halberstadensi[e] episcopo, in cuius parrochia civitas sita erat, honorifice
susceptum est.

A. d. i. 964. Inperator Rome natale Domini celebravit. Berengarius enm suis in monte sancti Leonis obsessus C. Reg.
vincitur, et id ipsum castellum inperatoris dicioni subditur, et Berengarius cum Willa in Bawariam mittitur; et[f] post- Ekk.
modum in castello Babenberh vitam presentem finivit. Romani iterum ab inperatore solito more deficientes, plurimis C. Reg.
aliis castellanis per coniurationem extrinsecus adiunctis, eum occidere nitebantur. Sed insidiis eorum patefactis, eodem
die quo eum extinguere moliti sunt, necem sibi paratam anticipans, 3. Non. Ianuarii cum paucissimis suorum eos evasit,
et non modicam illorum multitudinem infra muros urbis prostravit. Die vero sequenti Romani iterum venientes, centum
obsides dederunt, et supra corpus sancti Petri sub iurciurando fidelitatem imperatori et pape promiserunt. Tunc inpe-
rator plena adhuc ebdomada aput illos manens, Spolitanum ducatum et Camerinum ordinaturus exivit, et ad preces
Leonis pape obsides Romanis remisit. Quibus ipsi beneficiis ingrati, non longe illo ab urbe adhuc posito, Iohannem,
qui et Octavianus, urbi intromittunt, et fidem inperatori et pape promissam adnichilare non metuunt. Leo vero papa
vix cum paucis, facultatum omnium nudus, evasit, et inperatorem in Camerino ducatu positum adiit, ibique pascha
celebravit. Iohannes autem, qui et Octavianus, Iohannem diaconem et Azonem scriniarium crudeliter detruncavit, et
Otgerum Spirensem episcopum conprehensum et flagellatum aliquamdiu licet incommode secum detinuit, sed postea eum
spe inpetrande ab inperatore venie remisit. Que spes divina cum ordinatione fefellit; nam pridie Idus Maii rebus
humanis excessit. Tunc Romani non modice metuentes inperatoris adventum, Benedictum quendam, Romane eclesie
diaconum, fidei et electionis domni Leonis* inmemores, eligunt, et ordinatum sedi apostolice imponunt. Quo audito, *fol. 73'.
inperator collecta undequessecus fidelium suorum multitudine, Romam adiit, et firma eam[g] obsidione ex omni parte,
ne quis pateret exitus, munivit. Sed predictus Benedictus diutius ut inperatori resisterent, Romanos animavit, ipsique
imperatori suisque fidelibus excommunicationem conminans, muros urbis ascendit, et elatiori se fastu quam apostolicum
decuerat continuit. Ad ultimum Romani, fame et obsidione constricti[h], se errasse et contra inperatorem deliquisse
penitentes, 9. Kal. Iulii, hoc est in vigilia precursoris Domini, portas urbis aperiunt, et inperatore cum honorificentia
debita intromisso, Benedictum sacrilegum et periurum inperatorie potestati reddunt, et domnum Leonem in sedem apo-
stolicam restituunt. Tunc Leo apostolicus, coadunata multorum episcoporum sinodo, eundem Benedictum Romane sedis
invasorem iudicio omnium ab invaso gradu deposuit, et pontificale pallium, quod sibi imposuerat, abscindit, ferulam-
que pastoralem manu sua[i] eius arreptam, coram omnibus in frusta confregit, et ad preces inperatoris diaconatus eum
tantum gradu uti concessit. Idem[k] Benedictus ab apostolica sede deiectus, Adaldago Bremensi archiepiscopo ab A. Hild.
inperatore commissus est, a quo in Saxoniam perductus, illic[l] vitam finivit. Celebrata vero beati Iohannis nativi- C. Reg.
tate et sanctorum apostolorum festivitate, inperator ab urbe Romana revertitur, et infeliciori quam speraverat omine
in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum eius pestis et mortalitas invasit, ut vix vel sanus quis a mane usque
ad vesperam vel a vespera usque ad mane se victurum speraverit. Ex qua pestilentia obierunt Heinricus Treviren-
sis archiepiscopus et Gerricus abbas Wizeburgensis et Godefridus dux Lothariensis, aliorumque innumera multitudo
tam nobilium quam ignobilium. Tandem miseratione divina pestilentia cessante, inperator in Liguriam pervenit, ibi-
que autumnali tempore pace et ocio vacans, venatione se exercitavit. Eodem anno Dodo, palatii cappellanus, ab
Adalberto conprehenditur, et flagellis cesus, in Corsicam deducitur, sed non longo post tempore dimittitur. Ea
tempestate Waldo Cumanus episcopus insulam in Cumano lacu cepit, et munitiones in ea a solo destruxit; quod

a) uuellehelmo *c.* b) Angelfridus *corr.* Engelfridus *c.* c) *superscr.* 2. d) Corpus — susceptum est *add.* 2.
e) habersfadensi *e.* f) et — finivit *add.* 2. *in imo margine.* g) eum *c.* h) costricti *c.* i) *deletum videtur c.*
k) Idem — finivit *add. in marg.* 2. l) illi *c.*

C. Reg. Udoni comiti inicium malorum fuit. Nam Hattonem, eiusdem insule tutorem, in suam fidem suscepit, et destructa insula, non, ut speraverat, cum imperatore reconciliari potuit. Quod indigne ferens, totum in Waldonem episcopum detorsit, et inimiciciis in eum, si posset, ulcisci disposuit. Erkenbertus in locum fratris sui Gerrici Wizenburgensis
A. Quedl. ? cenobii abbas constituitur. Corpus sancte Stephane virginis Quidelingeburgensi[a] urbi transmissum est.

A. Corb. C. Reg. Thiet. II, 10. A. d. i. 965. Gerbernus Corbeiensis abbas obiit; cui Liudolfus successit. Udo Strazburgensis episcopus[b] obiit; cui Erkenboldus successit. Per hec tempora multa sanctorum corpora ab Italia inperator ad Magadaburch per Dodonem cappellanum suum transmisit. Eiusdem inperatoris temporibus extiterunt
fol. 74. duo fratres de loco *qui Wimineri dicitur, in Thuringia, Willehelmus comes, et Poppo ipsius cesaris cappellanus. Hic venerabilis sacerdos quam iuste et sancte vixerit, Deus
Thiet II, 10. in fine ipsius declaravit. Is cum inperatori diu fideliter serviret, nimis infirmatus et in extasi effectus, in montem excelsum ducitur, ubi civitatem magnam et pulcra eius edificia conspicatur. In cuius summitate Christum cum sanctis omnibus sedentem videre meruit. Ibi Brun archiepiscopus Coloniensis[c] ob inanem philosophie executionem a summo iudice accusatur, et a beato Paulo defensus, iterum intronizatur. Tunc iste vocatus, simili de causa redarguitur, sed supplici sanctorum intercessione suffultus, talem vocem audivit. *Post tres dies ad me veniens, hanc quam ego nunc demonstro tibi cathedram possidebis.* Hec omnia sacerdos, cum evigilaret, inperatori ad se accersito explicuit, et non esse somnium, sed veram affirmans visionem, gratias ei rettulit pro bonis omnibus que in eum fecit; et sicut ei indictum est, facta confessione, indulta a presentibus remissione, derelinquens aliena, petiit sua cum pace bona, flentem consolans regem. Frater vero illius Willehelmus venerabili senectute vivens usque ad tempora Hein-
C. Reg. rici imperatoris de Bavenberch perduravit. Igitur inperator natale Domini Papie celebravit, et peracta festivitate, statim in patriam, dispositis in Italia regni negotiis, commeavit. Cui filii sui Otto rex et Willehelmus archiepiscopus in confinio Francie et Alamannie in villa Heimbogesheim occurrerunt, et cum magna eum ibi alacritate susceperunt. Inde Wormatiam progressus, fratrem suum Brun archiepiscopum in purificatione sancte Marie sibi obvium habuit; sicque totam quadragesimam in Francia conmorans, in Inglenheim pascha cum magno gaudio celebravit; indeque navigio Coloniam attingens, matrem suam domnam Machtildam et sororem suam Gerbirgam reginam filiumque eius regem Lotharium sibi obvios condigno ibi amore et honore tractavit, sicque in Saxoniam iter direxit. Benedictum etiam illum depositum ab urbe Romana secum in Franciam advexit, quem Adaldago archiepiscopo[d] custodiendum commisit. Duas quoque
Thiet. II, 11. filias Berengarii in palacio cum inperatrice decenti sibi honore detinuit. Preciosum quoque marmor cum auro et gemmis ad Magdaburch precepit adduci; in omnibus columpnarum[e] capitibus sanctorum reliquias diligenter includi iussit. Corpus egregii comitis Christiani et[f] aliorum sibi familiarium iuxta supra memoratam posuit eclesiam, in qua sibi sepultu-
Ekk. ram, quamdiu vixit, preparari concupivit. Pentecostem Aquisgrani celebravit, concurrentibus ibi a Frantia sororibus suis, regina scilicet Gerberga, matre Lotharii regis et Karoli ducis, et Hathwide, uxore Hugonis Parisiorum comitis, quorum filius fuit Hugo, qui post regnavit in Frantia. Ubi omnis illa regalis prosapia tanto ad invicem congratulationis
fol. 74'. adinbilo affecta est, ut in omni vita eorum vix aliquid gaudii huic leticie poterit equiperari*. Eodem anno quidam
C. Reg. ex Langobardis more solito ab inperatore deficiunt, et Adalbertum in Italiam reducunt. Tunc inperator Burchardum ducem Alamannorum in Italiam[g] misit ad congrediendum ei, ubicumque inveniretur. Qui cum Langobardis inperatori fidelibus et Alamannis per Iusum[h] et Padum navigavit, et illis ubi eum audierat esse partibus navim applicuit. Quos in primo fluminis egressu[i] Adalbertus insiluit; ubi et frater eius Wido cum aliis multis occubuit; ipse vero Adalbertus vix fuga elapsus evasit, et montana quedam, ubi inperatorem lateret, intravit. Hac victoria letus dux in patriam repedavit, et que sibi acciderant inperatori significavit. Interim Wido Mutinensis episcopus vulpina calliditate inperatori fidelem se simulans, ipsique fideles se prodituruni iactitans, Adalberti legatione fungens, inperatorem in Saxonia aggreditur, nec tamen visu, aut collocutione ipsius participatur, sed cum dedecore redire permissus, infra Alpes ultra Curiam conprehenditur, et in Saxoniam remissus, in Slavis custodie mancipatur. Eodem anno domnus Leo papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet protoscriniarius et Marinus Sutriensis eclesie episcopus, inperatorem pro instituendo quem vellet Romano pontifice in Saxonia adeuntes, honorifice suscipiuntur et remittuntur; et Otgerus Spirensis et Liuzo Cremonensis episcopi cum eisdem Romam ab inperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Iohannes, Narniensis eclesie episcopus, eligitur, et sedi apostolice pontifex intronizatur. Iste Iohannes in Magdaburh perfecit, quod ante-
C. Reg. cessor suus incepit. Qui statim maiores Romanorum elatiore animo quam oporteret insequitur, quos in brevi inimicissimos et infestos patitur. Nam ab urbis prefecto et quodam Retfrido[k] conprehenditur, et ab Urbe expulsus, in Campania[l] custodie mancipatur. Hoc demum anno inperatore ab Italia redeunte, Heinrico Treverensi archiepiscopo eiusdem eclesie diaconus Thiedericus, et Adalberoni Metensi episcopo Theodericus, consobrinus inperatoris, successores
Ekk. instituuntur. Brun archiepiscopus, germanus inperatoris, vir ducatu pariter et episcopatu dignissimus, in Franciam pergens ad pacificandos nepotes suos Lotharium regem et filios Hugonis, ubi Compendium venit, febre correptus Remis
C. Reg. rediit; ibi, quicquid habuit in re mancipi per testamentum eclesiis sanctorum delegato, mortuus est 8. Idus Octo-
Ekk. Thiet. II, 16. bris. Corpus eius a Theoderico Metensi episcopo Coloniam refertur. Inperator autem fraterna clade turbatus, Folc-
A. Quedl.? maro, eiusdem familiari cappellano, ob amorem eius episcopatum et anime eius curam fideliter commendavit. Eodem
C. Reg. anno predictus inperator corpus sancte Iuste virginis honorifice transmisit in Saxoniam. Lo-
Wid. III, 61. tharius rex domnam Hemmam sibi coniugio copulavit. His temporibus Wigmannus patrie, ut supradictum est, donatus, equanimiter se continuit, donec inperatoris adventum speravit. Cum autem eius reditus differretur, ad aquilo-
fol. 75. nales* partes se contulit, et cum rege Danorum Haroldo bellum ab integro machinatur. At ille mandavit ei, si ducem necasset vel alium quemlibet principum, nosset sine dolo sibi eum sociari velle; aliter rem fraudulenter agitari non dubitaret. Interea ab emptore pretereunte latrocinia eius produntur, sociorumque aliqui comprehensi et tanquam contra
c. 66. rem publicam agentes a duce dampnati strangulo vitam perdiderunt; ipse autem cum fratre fugit[m]. Gero igitur non inmemor iuramenti, cum Wigmannum accusari vidisset reumque cognovisset, barbaris, a quibus eum assumpsit, restituit. Ab eis libenter susceptus, longius degentes barbaros crebris preliis contrivit. Misacam regem, cuius potestatis erant

a) quidelingeburgeburgensi *duabus lineis c.* b) *bis scripsit c.* c) frater imperatoris viuens *recentior manus superscripsit.* d) Bremensi *add. rec. manus.* e) colupnarum *c.* f) *add.* 2. g) *add. sed del.* reducunt *c.* h) iusuu per p.. *Cont.* i) ingressu *corr.* egressu *c.* k) *ita c.* l) campanie *c.* m) *add.* 2.

Slavi qui dicuntur Licikaviki, duabus vicibus superavit, fratremque ipsius interfecit, et predam magnam ab eo extorsit. Wid. III, 66.
Eo quoque tempore Gero preses Slavos[a] qui[b] dicuntur Lusiki potentissime vicit et ad ultimam servitutem coegit, non c. 67.
sine suo tamen gravi vulnere nepotisque optimi viri casu ceterorum quoque quam plurimorum nobilium virorum. Hoc A. Quedl. ?
anno 2. Kal. Aprilis[c] Halberstadensis ecclesie basilica corruit. Gero, marchionum sui temporis opti- C. Reg.
mus et precipuus, obiit. Hic morte unici filii sui turbatus Sigefridi, Romam pergens emeritus iam senex, coram altari Thiet. II, 13.
principis apostolorum Petri arma victricia deposuit, et apud domnum apostolicum brachium sancti Ciriaci inpetrans, ad
Deum cum omni hereditate sua confugit, construens monasterium in saltu, quod suo signatur nomine, et nati sui viduam
prius velatam a Bernhardo episcopo statuit ibi abbatissam, et firmatis omnibus, 13. Kal. Iunii feliciter migravit ad Domi-
num. Huius frater Sigefridus partem hereditatis sue tradidit sancto Vito, construens ei
monasterium in loco qui dicitur Gronigge[23]. Soror eorum Hidda nomine sancta mulier, cf. Thietm. II, 16.
que causa orationis Iherosolimam petens ibidem obiit, genuit Thietmarum marchionem
et Geronem Coloniensem archiepiscopum, qui in predio suo iuxta Salam fluvium abba-
ciam construxerunt in honorem sancte Dei Genitricis et sancti Cipriani martiris, inperante
secundo Ottone.

A. d. i. 966. Inperator Colonie natale Domini celebravit, cunctaque ibi Lothariensis regni negotia, prout videbatur, C. Reg.
disposuit. Erkanbertus Wiceburgensis cenobii abbas obiit, et inperator electione monachorum Adalbertum, Rugis ordinatum
episcopum, eidem monasterio prefecit. Starkandus Ruhilocensis ecclesie episcopus obiit; cui Reginboldus successit in episcopatu.
Udo comes coniurationem cum Adalberto, Berengarii filio, habens, et in Italiam ad excecandum Waldonem Cumanum episcopum
ire disponens, inperatorie maiestatis reus esse convincitur, et sacramento, ne aliquatenus ullas regni partes presumat ingredi,
regno expellitur. Wikkerus Treverensis cenobii abbas obiit; cui Asolfus in abbatia successit. Inperator iterum in Italiam
ire disponens, assumptionem *sancte Marie Wormacie[d] celebravit, ibique habito cum omnibus[e] regni maioribus concilio, *fol. 75.
inde per Alsatiam et Curiam Alpes transcendens, Italiam intravit, et Sigalfum[f] Placentinum episcopum[g] quosdamque ex
comitibus Italicis propter Adalbertum priori anno a se deficientes, in Transalpinas partes Francie vel Saxonie direxit
custodiendos. Tunc Romani inperatoris metuentes adventum, Rotfredo iam mortuo, a custodia qua tenebatur Iohannem
apostolicum absolvunt, et veniam pro malis que ei ingesserant poscentes, in locum et sedem suam illum restituunt.
Eodem anno, antequam rex iret in Italiam, Machtild, unica filia eius, decus sanctimonia- A. Quedl. ?
lium, communi consensu cleri et populi religiosissime congregationis sancti Servatii in
abbatissam electa est, ac presentibus patre Ottone inperatore et matre[h] Athelheida impe-
ratrice aviaque sua Machtilde regina necnon rege Ottone fratre suo cunctisque optimati-
bus regionis illius utriusque sexus, non uno, uti moris est, benedicente episcopo, sed
cunctis regni archiepiscopis et episcopis in hoc opus collectis, benedicta est. Eodem C. Reg.
etiam anno Berengarius, quondam Italie rex, exul moritur, et in Bavenberch regio more sepelitur. Cuius vidua Willa,
antequam sepeliretur, velum sibi sanctimoniale assumpsit. Eberhardus[6] comes obiit. Udo comes sacramenti oblitus,
Franciam ingreditur; unde iterum absque omni utilitate revertitur.

A.[i] d. i. 967. Idus Iulii dux Boemie, cui agnomen sevus Bolizaus, male mercatum fraterno sanguine, scilicet[k] Cosmas I.
beati martiris Wenezlai, Boemie ducatum cum vita amisit; cui filius eius equivocus suus in principatu successit,
multum dissimilis patri, moribus bonis et conversatione spirituali. Erat enim vir christianissimus, fide catholicus, pater
orphanorum, defensor viduarum et clericorum et peregrinorum, precipuus quoque ecclesiarum fundator. Nam, ut in pri-
vilegio ecclesie sancti Georgii in Praga legitur, 20 ecclesias erexit, et eas omni ecclesiastica utilitate ampliavit. Huius fuit
soror nomine Mlada, virgo sacra, litteris erudita. Que cum orationis causa Romam venisset, a papa Iohanne XIII.
huius nominis benigne suscipitur, ibique aliquandiu degens, monasticis disciplinis inbuitur. Debinc papa consilio
cardinalium, immo volens nove ecclesie subvenire, consecrat eam abbatissam, mutato nomine Mariam, dans ei sancti Bene-
dicti regulam et abbatialem virgam. Que Pragam rediens et a fratre suscepta, obtulit ei litteras apostolici, quarum for-
mula hec fuit: *Iohannes, servus servorum Dei, Bolezlao, catholice fidei alumpno, apostolicam benedictionem. Iustum est
benivolas aures iustis accommodare peticionibus, quia Deus est iusticia, et qui diligunt Deum iustificabuntur*[l], *et omnia diligen-
tibus Deum cooperabuntur in bonum. Filia nostra, soror tua, inter ceteras haud abnegandas peticiones, cordi nostro dulces
intulit ex porte tui preces, scilicet ut nostro assensu in tuo principotu*[m] *ad Dei laudem et gloriam ecclesie liceret fieri epi-
scopatum. Quod nos utique leto animo suscipientes, Deo gratias rettulimus, qui suam ecclesiam semper et ubique dilatat et
magnificat in omnibus nationibus. Unde apostolica auctoritate et sancti Petri potestate, cuius licet indigni tamen vicarii
sumus, annuimus et collaudamus atque incanonizamus, ut ad ecclesiam sancti Viti et sancti Wenezlai*[n] *martirum fiat sedes
episcopalis, ad ecclesiam vero sancti Georgii martiris sub regula sancti Benedicti et obedientia filie nostre Marie sororis tue
constitualur congregacio moniolium. Verumtamen non secundum rilum aut sectam Bulyorice gentis vel Ruzie aut Slovonice
lingue, sed mogis sequens instituta et decreta apostolica, unum pociorem ad placitum ecclesie tocius eligas in hoc opus cleri-
cum, Latinis adprime litteris eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentilium scindere et triticum bone operationis serere
atque manipulos frugum vestre iusticie Christo reportare sufficial. Vale.* Statim, ut iussum fuerat, consilio ducis et
abbatisse ecclesia sancti Viti decernitur futuro episcopo, et ecclesia sancti Georgii martiris ad presens datur abbatisse, sorori
ducis, Marie. Igitur quidam de Saxonia vir eloquens ac litteratus, ordine presbyter ac professione monachus, nomine Diet-
marus, olim causa orationis venerat Pragam; qui duci cognitus et amiciciam eius adeptus, presertim quia Slavonicam lin-
guam perfecte sciebat, hunc per legatos evocat. Tunc clerum et primates terre ac populum convocans, precibus et moni-
tis efficit, ut eum sibi in episcopum eligant. Qua re postera die peracta, dux ad inperatorem Ottonem eum direxit,
orans per literas, ut in episcopum Boemiis ordinaretur. Quod inperator consilio principum et presulum, consulens chri-
stiane novitati, fieri iussit. Qui a Mogontino archiepiscopo consecratus in civitate Praga, modulante clero et duce populo-
que concinente susceptus, ecclesias a fidelibus in multis locis constructas consecravit et multos gentiles babtizavit.

a) *vocabulum erasum c.* b) quidam *corr.* qui *c.* c) aplilis *c.* d) *add.* 2. e) *vocobulum erasum c.* f) *ita c.*
g) *ita vocabulo eroso c.* h) m. inperatrice a. i. *c.* i) Anno — gentiles babtizavit *add.* 2. *in margine f.* 75 *et* 76.
k) f. *c. quod alibi* sancti *legendum est.* l) iusticabuntur *c.* m) primipatum *c.* n) uuezlai *c.*

23) Grüningen.

C. Reg. A. d. i. 967. Inperator natale Domini Rome celebravit, et excepto prefecto urbis, qui aufugerat, 13 ex maioribus Romanorum, qui auctores expulsionis domni Iohannis pape videbantur, suspendio interire iussit. Inde progrediens per Spoletum, Ravennam adiit, ibique paschа celebrans cum domno Iohanne papa, plurimos ibi ex Italia et Romania episcopos coadunavit, et habita sinodo, multa ad utilitatem sancte eclesie adinvenit, et apostolico Iohanni urbem et terram Ravennatium aliaque complura multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata reddidit, eumque inde Romam cum magna leticia remisit; ipse in partes Tusciae et Lucanie secessit. Interim papa Iohannes et Otto inperator regi Ottoni litteras invitatorias miserunt, et ut cum ipsis natale Domini celebraturus Romam veniret iusserunt. Tunc rex puer[a] pro disponendis regni negotiis ante suum in Italiam iter Wormaciam venit, ibique in primo suo placito Deo propicio plurima future prudentie simul et clementie sue indicia premonstravit, sicque nativitatem precursoris et apostolorum festivitatem Franconevord celebravit; postea, iter suum acceleraturus, in Saxoniam remeavit. Ea tempestate Asulfus Treverensis abbas presenti vite subtrahitur; cui Thietfridus successor eligitur. Tunc etiam domnus Willehelmus archiepiscopus aliqnantula infirmitate detentus, in brevi Deo miserante convaluit. Domno inperatore in Italia conmorante, *fol. 76. legati Nicophori Grecorum inperatoris* Ravenne ad eum venerunt, honorifica secum munera ferentes et pacem ab eo vel amiciciam poscentes. Qui filio suo uxorem privignam[b] ipsius Nicophori, Romani scilicet Constantinopolitani Thietm. II,9. quondam imperatoris filiam, ab inperatore Constantinopolitano desponsare desiderans, nuntiis eiusdem suos fideliter conmisit principes hanc legationem ferentes. Quos in ipso itinere Greci solita calliditate ex inproviso irruentes, alios occiderunt, alios vero captos domino suo presentabant. Pauci vero ex eis fugientes, inperatori suo eventum rei aperiunt. Qui detrimentum suorum graviter ferens, milites optimos Gunteruni ac Sigefridum ad ulciscendum tale facinus misit in Calabriam. Qui Danaos priori victoria elatos et sibi occurrentes occiderunt, alios autem in fuga conprehensos naribus obtruncant, tributum a Grecis in Calabria et Apulia extorquentes, spoliisque ditati, cum gaudio remeabant. Constantinopolitani autem funere suorum et captivitate tristes effecti, adversus dominum suum conspiravere, doloseque inpe- C. Reg. ratricis consilio per quendam militem peremerunt, eundem loco illius designantes inperatorem. Eodem anno intrante Septembre mense Otto rex Romam iturus decenti comitatu egressus memoriam sancti Michahelis in Augusta civitate celebravit; indeque[24] progressus per Trientinam vallem, Verone patri suo occurrit. Cele- Nov. 1. brata vero ibi sanctorum omnium festivitate, per Mantuam indeque navigio Ravennam Dec. 21. digressi, actis ibi aliquot diebus Romam tendentes, 12. Kal. Ianuarii pervenerunt, et tercio ab Urbe miliario maximam senatorum multitudinem cum crucibus et signis et laudibus obviam habuerunt. Domnus autem papa in gradibus beati Petri residens, eos Dec. 25. honorifice suscepit, et sequenti[25] die Ottonem regem acclamatione tocius Romane plebis ante confessionem beati Petri cesarem et augustum ordinavit; factaque est non modica nostratium et Romanorum leticia de iocundissima duorum augustorum cum domno papa Widk. III, 68. conventione. Erant Herimanno duci Saxonie duo subreguli. His erant inimicicie a patribus vicarie relicte; alter vocabatur Selibur, alter Mistav. Selibur preerat Waariis, Mistav Apodritis. Dum invicem aput ducem sepe accusantur, victus tandem[c] ratione Selibur, condempnatus[d] est 15 talentis argenti a duce. Eam dampnationem graviter ferens, arma sumere contra ducem cogitavit. Sed cum ei belli copie non sufficerent, missa legatione postulat presidium ab Wigmanno contra ducem. Ille nichil iocundius ducens quam aliquam molestiam inferre patruo, cito cum sotiis adest Slavo. Ut autem susceptus est in urbem Wigmannus, statim urbs vallatur ab Slavo, huius inimico. Ductus quoque exercitus a duce urbem obsedit. Interim, casu nescio an prudenti consilio, Wigmannus cum paucis urbe est egressus, quasi ad contrahenda sibi de Danis auxilia. Pauci dies intererant, dum obsessis victus et pabula iumentis deficerent[e]. Fuerunt etiam qui dicerent, Slavum quidem belli speciem gessisse, non verum bellum; incredibile *fol. 76. omnimodis fore, *hominem a puero bellis assuetum bellicas res tam male preparatas habuisse; sed id consilii machinatum ducem, ut quoquo[f] pacto posset nepotem vinceret, ut saltem in patria salutem recuperaret, quam inter paganos penitus perdidisset. Fame itaque urbani ac fetore pecorum gravati, urbe egredi sunt coacti. Cumque dux Slavum austerius alloquens de perfidia et nequam eius actibus argueret, hoc ab eo responsi accepit: *Quid me,* inquid, *de perfidia arguis? Ecce quos nec tu nec dominus tuus inperator vincere potuistis, mea perfidia inermes assistunt.* Ad hec dux conticuit, eum sue dicionis regione privans, filio ipsius, quem antea obsidem acceperat, omni ipsius potestate tradita. Milites Wigmanni variis penis afflixit, urbis spolia repperit, magnum spectaculum populo prebuit, victorque in patriam remea- c. 69. vit. Audiens autem Wigmannus urbem captam sociosque afflictos, ad orientem versus, iterum se paganis immersit, egitque cum Slavis qui dicuntur Vulini, quomodo Misacam, amicum inperatoris, bello lacesserent; quod eum minime latuit. Qui misit ad Bolizlavum regem Boemiorum — ex genere enim ipsius erat —, accepitque ab eo equitum duas acies. Cumque ex iussu ducis paulatim coram Wigmanno fugerent, a castris longius protrahitur, equitibus a tergo immissis, signo fugientes ad reversionem hostium monet. Cum ex adverso et post tergum premeretur Wigmaunus, fugam temptavit inire. A sociis igitur arguitur sceleris, quia ipse eos ad pugnam instigaverit, fidensque equo, cum necesse fuerit, fugam facile inierit. Coactus itaque equo cessit, pedestris cum sociis certamen iniit, eoque die viriliter pugnans armis defenditur. Ieiunio autem et longiori via, qua per noctem armatus incessit, mane cum paucis admodum aream cuiusdam iam fessus intravit. Optimates autem hostium, cum eum reperissent, ex armis cognoscunt, quia vir eminens esset. Interrogatusque ab eis quisnam esset, Wigmannum se esse professus est. At illi arma deponere eum hortati sunt. Fidem deinde spondent, salvum eum domino suo presentari, hocque aput eum obtinere, quatenus incolumem inperatori restituat. Ille licet in ultima necessitate constitutus, non immemor nobilitatis ac pristine virtutis, dedignatus est talibus manum dare, petit tamen, ut Misaco de eo adnuncient; illi velle arma deponere, illi manus dare. Dum illi ad Misacam pergunt, innumerabile vulgus eum circumdat atque acriter inpugnat. Ipse autem quamvis fessus, multis ex eis fusis, tandem gladium[g] sumit et potiori hostium cum his verbis tradidit: *Accipe,* inquit, *hunc gladium et defer domino tuo, quo pro signo victorie illum teneat, inperatorique amico illum transmittat, quo sciat aut hostem occisum irridere vel certe propinquum deflere.* Et his dictis, conversus ad orientem, ut potuit patula voce Dominum exoravit, animamque multis miseriis et

a) *add.* 2. b) privignam — filiam *in margine add.* 2. c) *bis scriptum c.* d) condempnus *c.* e) defecerent *c.*
f) quq° *c.* g) *deest c.*

24) Haec etiam a continuatore Reginonis scripta, sed in codd. omissa esse fere putarim. Certe unde Annalista haec acceperit, non video. 25) Ideo supra *IX. Kal. Ian.* scribendum erat.

incommodis repletam pietati Creatoris omnium effudit. Is finis Wigmanno talisque *omnibus fere, qui contra inperatorem arma sumpserunt. Inperator itaque acceptis armis Wigmanni, de nece eius iam certus factus, scripsit epistolam ad duces et prefectos Saxonum in hunc modum: *Otto divino nutu inperator Augustus Herimanno et Thiaderico ducibus ceterisque rei publice nostre prefectis omnia amabilia. Deo volente salus omniaque prospera plane succedunt. Ceterum nuntii Constantinopolitani regis dignitate satis insignes nos adeunt, pacem, ut intelleximus, admodum querentes. Quoquomodo tamen res agatur, bello nos Deo volente temptare nullo modo audebunt. Apuliam et Calabriam provincias, nisi convenerimus, dabunt. Si vero voluntati nostre paruerint, presenti estate coniugem cum equivoco nostro in Franciam dirigentes, per Fraxinetum ad destruendos Sarracenos Deo comite iter arripiemus, et sic ad vos transire disponimus. Preterea volumus, ut, si Redares, sicut audivimus, stragem tantam passi sunt — scitis enim quam sepe fregerint fidem, quot iniurias attulerint —, nullam vobiscum pacem habeant*[a]. *Unde hec cum Herimanno duce ventilantes, totis viribus instate, ut in destructione eorum finem operi inponatis. Ipsi si necesse fuerit ad eos ibimus. Filius noster in nativitate Domini coronam a beato apostolico in inperii dignitatem suscepit. Scripta* 15. *Kal. Februarii in Campania iuxta Capuam.* His litteris lectis in conventu populi in loco qui dicitur Werla, coram principibus et frequentia plebis, visum est, pacem iam datam Redariis oportere stare, eo quod tunc bellum adversum Danos urgeret, et quia copie minus sufficerent ad duo bella pariter conficienda. *fol. 77. Wid. III, 70.

Hereditatem[b] Wigmanni inperator divisit in duas partes, et unam ex his tradidit monasterio quod Herimannus dux in Liuneburh construxerat, alteram concessit abbacie que dicitur Keminada[26] iuxta Wisaram fluvium. Hec duo cenobia dono inperatoris maxime fundata sunt et regali auctoritate corroborata.

A. d. i. 968. Quidam inperatoris Ottonis familiaris Rome ante oculos omnium arreptus a diabolo, ita ut se ipsum dentibus decerperet, iussu imperatoris ad Iohannem papam adductus, ut catena sancti Petri collo circumdaretur, dum a fallacibus clericis semel et bis alia catena furenti adhiberetur, ne quicquam remedii proveniret, ubi nichil erat virtutis, tandem vera sancti Petri catena allata et collo furentis circumdata, diabolus spumans et multum clamans abcessit. Quam catenam Theodericus Metensis episcopus arreptam cum diceret nisi manu abcisa non dimissurum, tandem inperator sedato litigio a papa Iohanne optinuit, ut anulum huius catene exsectum episcopus mereretur. Willehelmus, filius inperatoris, Mogontinus archiepiscopus, cui cura ab inperatore domino et parente suo commissa fuit Partenopolim disponendi ceteraque regni necessaria regendi, cum finem egrotantis Machtildis regine avie sue[c] expectaret, in Rednlverothe 6. Nonas Martii moritur. Huius obitum nimia corporis infirmitate oppressa venerabilis regina, nullo adhuc certa nuntio, presentibus cunctis intimavit, *Filius,* inquiens, *meus Willehelmus, proh dolor! iam exspirans memoria indiget salutari.* Et Liudolfus, abbas Corbeiensis egregius, corporaliter sibi occurrentem illum nocte qua transiit videns, obstupuit, et hunc mortuum esse confratribus nuntiavit. Cuius mater, licet peregrina, nobili tamen erat genere procreata. Gillulsus[d] abbas Herfeldensis ab inperatore missus de Italia Fuldam veniens, constituit, ut fratres Fuldenses eligerent Wirinharium in abbatem post Hattonem; indeque adiens Mogontiam, perfecit, ut clerus et populus eundem Hattonem virum venerabilem archiepiscopum acciperent. Quo post annum subtracto, successit Rotbertus. Ekk. Thiet. II, 12. Wid. III, 74. A. Hild. A. Quedl.?

Bernardus, Halberstadensis venerandus anstites, natus[e] ex nobilissimo Saxonum, sicut adhuc perspicuum est in his qui ex eius genere descenderunt[f. 27], et primus inter principes regni, plenus dierum, vir summe abstinentiae et religionis egregie, 48. ordinationis sue anno, in ipso die, id est 3. Nonas Februarii, obdormivit in Domino, et in eclesia beati Stephani corpus eius est humatum. Hic inter innumera probitatis sue facta brachium sancti Sixti pape et martiris cum plurimis sanctorum reliquiis de Roma attulit. Versa in luctum nostrorum finium cithara et organo nostre spei in vocem flencium, iusticia Domini letificans corda atque preceptum Domini lucidum illuminans oculos, lucernam que luceret omnibus qui in domo Dei sunt, super candelabrum posuit, videlicet Hildiwardum, aureum decus priorum presulum, presentibus normam, posteris sancte vite exemplum[g]. Qui regulariter unanimi tocius cleri ac populi consensu electus, octavus huic eclesie ab Herimanno Saxonum duce in[h] Werlaon castello constitutus[i] intravit episcopus. Nam inperator Romam pergens predicto duci regende interim Saxonie commisit potestatem. Qui ab Hattone Mogontino archiepiscopo, qui Willehelmo successerat, 12. Kal. Ian. ordinatur. cf. Thietm. II, 12. cf. Chr. Halb.

Post hec sancta Machtildis, illustris regina, pridie Idus Martii migravit ab hoc seculo, sepultaque est coram altari Christi presulis Servatii iuxta seniorem suum regem[k] Heinricum, quia quem viventem dilexerat, huio se mortuam coniungi, quamdiu vixit, semper imploravit. Hec piis intenta studiis, ut pauca e plurimis referantur, cenobium sanctorum Dionisii et Servatii in monte Quidelingeburch situm, alterumque in villa[28] sub honore sanctorum Iacobi apostoli et Wigberti confessoris in curte regia, tercium sancte Marie Dei genitrici et sancte Cruci in Norhthusen, quartum in Aggeri[29] sancto Dionisio, quintum iterum sancto Servatio[l] in Palithi[30], plena religione construxit. Et licet omnium statum eclesiarum, quas vel nuntiis invisere vel per semet ipsam adire potuerat, opibus totisque viribus sustentare curaret hec tamen que prediximus monasteria quasi propiori affectu sibi suoque nomini asscripta, singulariter omnigeneris commodo- Thiet. II, 12. A. Quedl.?

a) habeat *c.* b) Hereditatem — corroborata *add.* 2. c) a. s. *add. c.* d) Gillulsus — Quo post *duabus lineis erasis* 2. *scripsit.* e) natus — principes regni *add.* 2. *in margine.* f) descederunt *c.* g) exemplum *c.* h) in niuuerlaon c. *alld.* 2. *in margine.* i) constutus *c.* k) r. h. *add.* 2. l) servatii *c.* m) *add.* 2.

26) Kemnade. 27) familia comitum de Hadmersleben. 28) scilicet Quidelingburgensi. 29) Engern. 30) Polde.

Wid. III, 71. rum usibus fovere non destitit. Quis digne possit explicare eius vigilantiam erga divinum cultum? Omnibus modis et omni genere cellulam suam divinorum carminum melodia inplebat. Erat enim ei cellula ecclesiae proxima, in qua modice requiescebat, de qua omnibus noctibus consurgens, et in via et pro foribus triformiter constitutis, qui divinam clementiam collaudarent atque benedicerent, ipsa intra ecclesiam in vigiliis et orationibus perseverans, missarum sollempnia expectabat. Deinde infirmos ubicumque audivit in vicino, visitavit et necessaria prebuit; deinde pauperibus manum porrigebat; deinde hospites, qui semper aderant, cum omni largitate suscipiebat, neminem sine affatu blando
*fol. 78. dimittens, nullum fere sine munusculis vel necessariis adiumentis vacuum *relinquens. Sepe viatoribus, quos longius a cella prospexit, necessaria transmisit. Talia opera licet valde humiliter diebus ac noctibus exerceret, tamen nichil de honore regio minuebat. Et sicut scriptum est, quamvis sederet tanquam regina circumastante populo, erat tamen merentium consolatrix. Domesticos omnes variis actibus famulos et famulas litteris instituit. Nam et ipsa litteras novit, quas post mortem mariti[a] satis lucide didicit. Igitur plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis et elemosinis, cunctis diviciis regalibus distributis servis Dei et ancillis ac pauperibus, animam Christo reddidit. Piam famam super his nemo nos vituperet prodidisse, dum veri periculo non succumbimus. Audivimus enim a quodam solitario, in spiritu an manifesta visione nescio, animam Bernhardi episcopi et regine infinita multitudine angelorum cum ineffabili gloria
c. 75. in celos deferri vidisse. Imperator, audita morte matris et filii ceterorumque principalium virorum, indicavit ab expe-
Thiet. II, 11. ditione Fraxinetis abstinere. Urgebat eum ad hoc timor mortis propinque, et quod Deo in rebus promisit anxiis, oportuno tunc tempore conplere studuit. Electum namque a cuncto sancte Halberstadensis ecclesie clero et populo Hildiwardum prepositum et a domino suo Bernhardo ad hoc presignatum, Romam venire precepit; cumque eodem quod diu latebat secretum mentis resolvit, scilicet facturum se in urbe Parthenopolitana archiepiscopatum semper studuisse ob spem remunerationis eternae defensionis[b] celestis patrie, seque ad omnia quecumque umquam ab eo expetisset promisit paratum, si consentiret sibi hoc perficere votum. Hic autem, ut erat vir sapiens, peticioni pie annuit, partemque parrochie, que sita est inter Aram et Albim et Bodam fluvios et insuper viam que Friderici dicitur, Deo concessit sanctoque Mauricio ac imperatori. Insuper caritative rogatus ab eodem augusto cesare, dedit Deo sanctoque Laurentio parrochiam iacentem inter fluvios Willerbici et Salsum mare et Salam ac Unstrod et Helmana et foveam que est iuxta Walehusen. Tali muneri imperator arridens, per manus suscepit eundem, curamque ei cum baculo committens pastoralem, *Accipe*, inquid, *precium patris tui.* Hunc enim, Ericum nomine, cum ceteris, sicut superius dictum est[31], in Quidelingeburch in pascha cum occidere conantem decollari preceperat. Igitur[c] imperator eodem tempore multa bona Halberstadensi ecclesie et sancto Stephano contulit. His ita transactis imperator vocavit ad se Richarium, Magadaburgensis ecclesie abbatem tercium — nam antecessores eius Anno Wormatie, Otwinus Hildensheim episcopi prefuerunt — volens hunc dignitate sacerdotali decorare; sed visa quadam epistola, que clam deferebatur, omisit, Adalbertumque Treverensem, professione monachum, Rugis prius ordinatum presulem et hinc a gentilibus expulsum, ad archiepiscopatus promovit apicem, inclitum patrem et per omnia probatum, quem et Romam pro pallio a domno papa suscipiendo direxit. Domnus autem papa Iohannes illius nominis XIII, et prius Narniensis episcopus, instis peticionibus annuens, nichilque tarditatis
*fol. 78'. impendens, privilegio apostolice *auctoritatis eum dignum archiepiscopum decernens, pro amore beati Mauricii et Innocentii et[d] sanctorum, qui Magadaburch requiescunt, et predicti imperatoris, pallium ad missarum sollempnia celebranda dedit anno dominice incarnationis[e] 968. indictione 12, 15. Kal. Novenbris, hoc est in festivitate sancti Luce ewangeliste, anno pontificatus ipsius domni Iohannis universalis pape quarto[32]. Tunc imperator misit eum ad sedem suam cum magno honore, precipiens universis Saxonie principibus, ut proximum natale Domini cum eo essent. Iste imperator singulis diebus habuit huiusmodi cibum, sicut scriptum invenitur: Mille porcos et oves, 10 carradas vini, 10 cervisie, frumenti maltra mille, boves 8 preter pullos et porcellos, pisces, ova, legumina, aliaque quam plura.

A. Lob. A.[f] d. i. 969. Otto imperator natale Domini in Apulia, pascha vero in Calabria[g] celebravit. Adalbertus archi-
Thietm. l. l. episcopus a clero et omni populo magnifice susceptus, in his festivis diebus consecravit Bosonem, Mersburgensis ecclesie pastorem primum, Burchardum, Misnensis ecclesie provisorem primum, Hugonem, Cirensis ecclesie primum episcopum. His confratribus coaptavit imperator tres[h] prius consecratos, hoc est Dudonem Havelbergensem, Dudelinum Brandeburgensem, et Iordanem Poznaniensem, omnes subiectionem episcopo suisque successoribus promittentes. Monachi autem qui prius ibidem[32*] conversabantur, transpositi sunt in montem, qui dicitur ad Sanctum Iohannem, in suburbio eiusdem civitatis 5. Idus Augusti, hoc est in vigilia sancti Laurentii martiris. Qui multis retro annis ob devotionem et recordationem eiusdem transpositionis nudis pedibus eadem die facere solebant processionem in urbem, suppliciter inplorantes sancti Mauricii ceterorumque sanctorum patrocinia[33]. Permansit autem talis institutio usque ad adventum Hirsaugiensis ordinis[34]. Quo autem anno hec transpositio facta fuerit, certum non tenemus, nisi quod legimus, imperatorem tradidisse ad idem monasterium anno dominice incarnationis 965. indictione 8. anno imperii sui 4. regni

a) *add.* 2. b *vocabulum erasum c.* c) Igitur — contulit 2. *in marg. addit c., signo post* patris tui *ea inserenda esse indicans.* d) *add.* 2. e) incanationis *c.* f) Anno — celebranit *in loco raso* 2. g) cabria *c.* h) t. p. *c. add.* 2. *in marg.*

31) a. 943. 32) V. diploma Iohannis apud Sagittarium p. 134. 32*) apud S. Mauritium in Magdeburg. 33) cf. quae in chron. Magdeburgensi (Meibom. I. p. 273.) et apud Chronogr. Sax. a. 969. ex antiquiore chronico referuntur. 34) Sub Hildeboldo abbate a. 1099—1114; v. his annis.

autem 30. omnem decimam mellis de provincia Sclavorum Nizizi nominata[35]. Si eodem anno an in superioribus factum sit, in dubio est. Interim dux Herimannus Saxoniam regebat, posi- Thiet. II, 18.
taque ad Magadaburh contione, susceptus est ab archiepiscopo, mannque deductus est ad eclesiam, accensis luminaribus cunctisque sonantibus campanis. Ibi comitem Hrinricum de Stadhe, tante resistentem superbie, dolo capere dux nisus, non potuit, quia hunc militum magna caterva vallabat. Precepit tamen ei, ut Romam post inperatorem pergeret. Quod libentissime conplens, transcensis Alpibus ut primum ad inperatorem venit, videns eum a longe, solotenus se prostravit; interrogatusque, quid hoc cause esset, lacrimabiliter respondit, quod accusatus aput eum, gratiam eius pietatemque solitam se perdidisse timeret. Quem protinus elevatum inperator osculatur, singulaque sagaciter perquirens, de susceptione ducis et quomodo is in medio episcoporum ad mensam* loco inperatoris sederet lectoque dormiret, perdidicit. Ob hoc *fol. 79.
cesar augustus mascula bile succensus, Athelberto mandavit archiepiscopo, ut tot sibi equos mitteret, quot duci campanas sonare vel quot coronas accendi preceperat. Inperatoria archipresul peragens edicta, quibuscumque valuit modis se per legatos suos excusare contendit. Comes prefatus tam ingeniosus erat, ut cesarem iratum pre ceteris principibus placare potuisset facilius; et quia eius fuit consanguineus, gratiam inperialem usque in exitum vite sue fideliter obtinuit. Habuit[a] uxorem nomine Iudhitam, sororem Udonis ducis, qui postmodum in Calabria sub Ottone Rufo cum multis occubuit; que genuit ei tres filios, scilicet Heinricum, Udonem et Sigefridum, et tres filias, de quibus omnibus in suo loco dicetur[36]. Ipse construxit castrum in loco qui Herseveld dicitur[37], cuius fundamenta et valli usque hodie discerni possunt. Sepultus est cum coniuge sua in Heslinge[b.38]. Teodericus Metensium episcopus, inpe- Ekk.
ratori sanguine, dilectione ac familiaritate ceteris coniunctior, dum in Italica expeditione per triennium militaret, sub eo multa corpora et pignora sanctorum de diversis Italie locis quocumque potuit modo collegit, et hec cum parte catene sancti Petri apostoli cum capillis eiusdem et sanguine sancti Stephani protomartiris et parte de craticule sancti Laurentii martiris a papa Iohanne sibi donata, in Galliam hoc anno transtulit et in eclesia sancti Vincentii martiris a se in insula urbis Metensis constructa locavit. Fuit in diebus istius cesaris quidam comes, Hed nomine, qui eclesiam in Thiet. II, 26.
honore Christi adlete Viti in Heslinge constructam, quia heredem non habuit, maxima proprietatis sue parte donavit, et congregatione sanctimonialium ibidem facta, eandem abbatiam mundiburdio Atheldagi Bremensis archiepiscopi subdidit. Sed prepositae huic sedi gemine matrone venerabiles, quibus unum erat vocabulum Windilgard, cito, proh dolor! obiere. Heinricus autem predictus[d] comes de Stadhe cum filiam suam Hathui nomine ibi educatam prius ac traditam cum eis succedere rogasset, ab archiantistite prefato inpetrare non potuit. Postea vero archipresul a cesare patrino suo rogatus, eandem, cum iam 12 esset annorum, 2. Kal. Maii velavit, die dominica, et in proxima die ad abbatissam in patris presentia ordinavit; quod postea eum multum penituit[e]. Hatto Mogontinus archiepiscopus obiit; A. Hild.
cui Rodbertus successit.

A. d. i. 970. Inperator natale Domini Papie, pascha Ravenne celebravit. Egilolfus Herveldensis abbas obiit; cui A. Lob. A. Hild.
Ruothertus successit. Boso Mersburgensis episcopus obiit. Hic a prefato inperatore constitutus episcopus, curam sibi Thiet. II, 23.
commissam annum 1 et menses 10 et dies 3 regens, in patria obiit Bawarie Kal. Novenbris, sepultusque est Merseburch in eclesia sancti Iohannis babtiste coram[f] summo altari. Hic in monasterio Christi martiris Emmerammi, quod extra urbem Ratisbonam in australi parte situm est, monachus conversatione nutritus est, et inde ad servicium regis assumptus, beneficium Cicensis eclesie pro magni laboris sui remuneratione debita percepit, et iuxta predictam civitatem in quodam saltu, quod[g] construxit ac suo nomine vocavit, templum Domino de lapidibus edificavit consecrarique fecit *Beneficium *fol. 79'.
autem omne, quodquod ad eclesias in Merseburh et Mimenleve positas et ad Torneburh et Kireberge pertinens fuit, antequam ordinaretur, obtinuit. Et quia is in oriente innumeram Christo plebem predicatione assidua sacro babtismate vendicavit, inperatori placuit, electionemque de tribus constituendis episcopatibus ei dedit, Misnensis, Cicensis et Merseburgensis. Pre his omnibus, eo quod pacificaverat, Merseburgensem expetens eclesiam ab augusto, quamdiu vixit, studiose eandem rexit. Hic ut sibi commissos eo facilius regeret vel instrueret, Slavonica verba scripserat, et eos kirieleison cantare rogavit, exponens eis huius utilitatem. Qui vecordes hoc in malum irrisorie mutabant, urivolsa, quod nostra lingua dicitur: alnus que stat in fruteetis, dicentes: *Sic locutus est Boso,* cum ille aliter dixerit. Inperator huic paucas villas ad predictam urbem pertinentes et in pago Cutizi positum quoddam castellum quod Medeburu vocatur dedit. Interpretatur autem hoc: mel prohibe. Concessit quoque ei filius suus et equivocus eclesiam in Helpethi positam, quam pater eius in honore sancte Radegundis constructam, Bernardum consecrare precepit antistitem. Quo defuncto, intercessione Annonis Wormatiensis episcopi inperator Gisilero, moribus et natura nobili, episcopatum dedit. Hic consecratus est in Magadaburh ab Athelberto archiantistite, Iunio mense. Gero, Coloniensis eclesie post Folmarum[h] archiepiscopus, eiusque germanus Thietmarus marchio tradiderunt ad eclesiam sancte Dei genitricis in Thancmaresfelden partem hereditatis sue. Actum publice in prenominata eclesia 4. Kal. Septembris[39]. Hic, archiepiscopo Folcmaro antecessore suo 15. Kal. August. Thiet. II, 16.
de medio decedente, a clero et ab omni populo electus est, et hoc inperatori mox annuntiatur. Hic quia prefato fratri suo Thetmaro[h] marchioni ob multas causarum species iratus fuit, dare huic episcopatum noluit. Interea idem Gero, quia capellanus tunc erat, in una dierum missam celebrans in Papia civitate, vidit solus sanctum Petrum et sanctum Ambrosium sancto se benedicentes oleo, et nulli tunc prodidit, sed divine pietatis munus equa mente portavit. Inperatori autem in sancto die resurrectionis dominice apparuit angelus Domini evaginato gladio, cum iam preparatus eclesiam excepta corona adire volnisset, dicens: *Nisi in Gerone hodie compleveris electionem, securus non evades hanc sedem.* Expavescens hoc cesar, *Vocate,* inquit, *dominum Geronem.* Cui venienti curam pastoralem cum baculo conmisit, et indulgentiam humiliter efflagitavit. Hic a suffraganeis consecratus, ut signis hodie declaratur, nomen et officium Deo et hominibus accepte, dum vixit, tota mentis devotione portavit[i]. Cuius sancta mater, Hilda nomine, Hierusalem orationis causa petens, illic-

a) Habuit — Heslinge *in marg. add.* 2. b) hesunge *c.?* c) craticula *corr.* craticule *c.* d) *superscriptum c.* e) *duae hucae evasae c.* f) cora *c.* g) quodam *c. Recentior manus in marg. addidit:* monasterium Busouwe nomine. h) *ita c.* i) *In c.* Inperatori — gladio *iterum scripta sed deleta.*

35) cf. diploma in Orr. Guelf. IV. p. 557. 36) cf. praesertim a. 1056. 37) Harsefeld. 38) monasterium in finibus Bremensibus. 39) Diploma legitur apud Leuckfeldi Antiqq. Halberstad. p. 658.

Thiet. l. l. que infirmata, hanc legationem suis pedissequis commendavit: *Egrediente anima mea, corpus meum matri terre commen-*
*fol. 80. *date, et mox euntes, hec filio meo Geroni nuntiate, ut *peregrine genitrici sue talem in terris non deneget honorem, qualem ei in celis pius dare dignatus est Deus, et altare michi statuat in eclesia sancte Cecilie*[a]. Talibus preceptis devote obtemperantes famule, post hec feliciter exspirantem sepelierunt dominam suam, et statim recedentes, subsecutam non inscie miseriam effugerunt. Nam Sarraceni Hierosolimam tunc invadentes, nil reliquerunt victis; quod sancta Hilda illis clam predixit, cum se mortuam iussit propere tumulari et suas abire. Venientes autem hc Coloniam, cuncta archiepiscopo ex ordine pandunt. Quas idem benigne suscipiens, Deo gracias egit, et iuste eiusdem peticioni satisfecit. Sed quia pauca dicta sunt de laude tanti presulis, libet in consequentibus cetera disserere, ut virtus eiusdem valeat enucleatius apparere. Otto[40] inperator hereditatem Wigmanni, a Slavis, ut supra diximus, occisi, divisit in duas partes, et unam ex his tradidit monasterio quod Herimannus dux in Luninburh construxerat, alteram concessit abbatie que dicitur Keminada iuxta Wisaram fluvium. Hec duo cenobia dono eiusdem inperatoris maxime fundata sunt et regali

Ekk. auctoritate corroborata. Aput Constantinopolim Nicephorus inperator timens a filiis suis inperio expelli, quia senex erat, volebat eos eunuchazare[b]. Quorum mater regina, quia nullo alio modo poterat eos liberare, suasit Iohanni Nicephorum[c] occidere et inperare. Iohannes itaque occulte cum funibus intravit palatium, et occiso Niceforo, inperavit.

A. Lob. A. d. i. 971. Inperator natale Domini Rome, pascha Ravenne celebravit. Honorabile palatium[d] in Thorn-
A. u edl.? burh exustum est una cum regiis tesauris. Everacus[b] Leodicensium episcopus obiit. Iohannes inpe-
A. Lob. Thietm. II, 9. rator Greeorum cum magnificis muneribus comitatuque egregio non virginem desideratam, sed neptem suam, Teophanu vocatam, inperatori trans mare mittens, suos absolvit, amiciciamque optatam cesaris augusti promeruit. Fuere nonnulli, qui hanc coniunctionem fieri prohiberent et aput inperatorem inpedire studerent, eandemque remitti consulerent. Quos cesar non audivit, sed eandem dedit filio suo Ottoni.

A. Lob. A. d. i. 972. Inperator natale Domini Ravenne, pascha Rome celebravit. Notkerus Everaco Leodicensium
A. uedl.? episcopo successit. Otto inperator filio suo Ottoni Grecam, illustrem ingenio, facundam, vultu elegantissimam, Teophanu Constantinopolitanam in pascha fecit adduci Romam, celebratisque ibi regalibus nuptiis in octava pasche nurum filio iunxit, arridentibus

Thiet. II, 10. cunctis Italie Germanieque primatibus. Multa sanctorum corpora inperator ab Italia ad Magadaburh
A. Hild. per Dodonem capellanum suum transmisit. Eodem anno inperator venit de Italia. Interea[e] Odo venerabilis
Thiet. II, 19. marchio Miseconem, inperatoris fidelem tributumque usque in Vurta fluvium persolventem, collecto exercitu petivit. Ad cuius auxilium comes Sigefridus, filius Lotharii, tunc iuvenis, veuit cum suis. In die igitur saneti Iohannis babtiste adversus eum pugnantes primoque vincentes, a fratre eius Cediburo, exceptis tantum comitibus prefatis, omnes optimi milites prefati oppecierunt in loco qui dicitur Cidni. Hac de fama miserabili turbatus inperator, de Italia nuncios misit, precipiens Odoni et Miseconi, si gratiam suam habere voluissent, usque dum ipse veniens causam discuteret, in pace permanerent.

A. Lob. A.[f] d. i. 973. Inperator natale Domini Franconevord, pascha in Quidelingeburh celebravit. Igitur inperator
Wid. III, 75. Thiet. II, 20. egressus de Italia, cum magna gloria superatis Grecis victisque Sarracenis, Bawarieque invisens regionem, ibique cunctis sapienter dispositis, recto itinere ad Magadaburgensem pergens civitatem, palmas ibidem festivo duxit honore. Namque solebat in sollempnitatibus universis ad vesperas et ad matutinas atque ad missam cum processione episcoporum venerabili deindeque ceterorum ordine clericorum, cum crucibus sanctorumque reliquiis ac turibulis ad eclesiam usque deduci, ibique cum magno Dei timore stare[g] atque sedere, usque dum finita essent universa, nil loquens nisi divinum; indeque ad cubiculum suum cum luminaribus multis comitatuque multo sacerdotum, ducum et comitum remeabat. Pro remedio autem anime sue tradidit postera luce ineffabilia Deo munera, invictissimoque eius militi Mauricio in prediis, in libris ceteroque apparatu regio, confirmans omnia legitima advocatorum presentia traditioneque scripturarum et laude inperatricis et filii atque sub omnium testimonio Christo fidelium. Dehinc ivit ad Quidelingeburh, proximum pascha divinis laudibus humanisque peragens gaudiis. Illuc confluebant inperatoris edicto Miseco et Bolizlaus duces et legati Grecorum, Beneventanorum, Ungariorum, Bulgariorum, Danorum, Slavorum, cum omnibus regni tocius primariis, consummatisque pacifice cunctis, ditati muneribus magnis reversi sunt ad sua letantes. Herimannus autem

Wid. III, 75. dux ibi tunc moriens Kal. Aprilis, inperatoris gaudia turbavit; qui prudentie ac iusticie mireque vigilantie in rebus
Thietm. l. l. civilibus et externis cunctis retro mortalibus eternam reliquit memoriam. Huius corpus dum ad Luniburh a filio suo Bernhardo deferretur, contigit ibi Brunonem Fardensis eclesie antistitem in proximo esse. Hic quia Herimannum, dum vixit, banno constrictum tenuit, suppliciter rogatur a filio, ut solutionem saltem defuncto inpenderet, ut in eclesia

c. 21. eundem sepeliri liceret; sed is quod postulat nequaquam inpetrat. Fuit hic Bruno consanguineus prefati ducis, Nove Corbeie monachus et ob venerationem sui inperator eundem Amulungo successorem statuit episcopo. Qui ecclesiam in Ferdun, cui rationabiliter postmodum prefuit, de lignis egregiam fecit, quia lapis illi defuit, magnitudine et qualitate ceteris precellentem, et benedixit, et in senectute bona proficiens, obiit 3. Nonas Mai. Sed dum senio et infirmitate assidua gravaretur et tardaret, rogatus a cesare, ut Herimannum suum capellanum, Folcmari episcopi fratrem, pro filio nutrire et ad iuvamen et heredem voluisset sibi eligere, hanc legationem gementi animo suscipiens, ita respondit: *Curam, quam mihi dominus meus indigno committere dignatus est, studiose hactenus rexi, et quamdiu hic degere debeo, sine aliquo tali iuvamine degere concupisco. Humilitatis ac superbie non est equa societas, nec umquam consortem patitur potestas. Quodcumque in alio placet seniori meo, devotus inplebo; non spes iuveni in morte senis decrepiti, quia pec-*
*fol. 81. *catum est. *Reminiscatur, quod sepe pendet rudis vituli pariete pellis.* Talia dicens, ad ecclesiam Christi virginis Cecilie se portari inbet, humoque prostratus, se indigne ei servisse, sic effusis lacrimis queritur: *A Deo et a te repudiatum me infelix agnosco, cum alienus michi preponitur et servituti tue ut dignior assumitur. Unde hinc tristis nunc abscedere volo, et Christi gratiam et tuam intercessionem sanctum expectare volo. Vellem, ut, sicut ego iniuste aliena non appeto, ita nullus umquam de meo gaudere presumeret detrimento. Nunc a Deo, quid sibi placeat et ecclesie mee prosit, supplex*

a) lie *c.* b) *ita c.* c) necephorum *c.* d) templum *corr* palatium *c.* e) Interea — permanerent *aliis erasis c.* f) Anno — pascha in *pro parte in marg. c.* g) stare — essent *bis scripta erant c.*

40) V. eadem fere verba a. 967.

exoro. Finita hac oratione, surrexit, et discedens tamdiu in sua morabatur parrochia, quoadusque de nece supra memorati iuvenis certus efficitur; et tunc convocatis in unum sociis, dixit: *Dominum non habetis novum; me ad monasterium meum deferte, diem iudicii ibidem absque omni vagatione expectaturum. Discite vos mortales, omnia, que vobis sunt salubriter profutura, non volentis nec currentis, sed miserentis esse*[a] *Dei. Simus vobis in exemplum, quod nemo confidens in Deum desolatur nec in se sperans utiliter exaltatur. Ponite, filii, in Deo spem vestram, et cum auxilio Unigeniti eius et Paracliti consubstantialis vincile timorem noxium. Propicium rogate Deum, ut quod ego in vobis vel vos in me unquam humana fragilitate deliquimus, emendetur, deinceps in melius, et ut post me Deo carum et vobis utilem habere possitis seniorem et tempora prospere arridentia.* Post hec verba ad predestinatum perveniens locum, quamvis multa senectutem eius circumvenirent incommoda, tamen affabilis et laudande fuit conversationis. Igitur inperator manens Quidelingeburch 10 et 7 non amplius diebus, descendit inde, ascensionem Domini aput Mersburh celebraturus. Tristis autem loca illa perambulabat propter obitum optimi viri ducis Herimanni. Ascensionem autem Domini Merseburh celebrans, quicquid de promissione remanserat, devota mente ibidem conplere studuit, ac susceptos ab Affrica legatos, eum cum regio honore et muuere visitantes, secum fecit manere. Tercia autem feria ante pentecosten in locum devenit qui dicitur Miminleve. Proxima nocte iuxta morem diluculo consurgens de lecto, nocturnis et matutinis laudibus intererat, post hec paululum requievit. Missarum officiis deinde celebratis, pauperibus more suo manum porrexit; paululum gustavit, iterumque in lecto requievit. Cum autem hora esset, processit, letus et hilaris ad mensam resedit. Peracto ministerio, vespertinis laudibus interfuit; peracto cantico ewangelii, estuare atque fatigari cepit. Quod cum intellexissent principes circumstantes, sedili eum inposuerunt. Inclinantem vero caput, quasi deficeret, refocillaverunt; expetitoque sacramento divino corporis et sanguinis Christi et accepto, sine gemitu cum magna tranquillitate ultimum spiritum cum divinis officiis pietati Creatoris omnium tradidit. Transportatur inde in cubiculum; et cum esset iam sero, nunciatur populo mors eius. Huius[b] vitam Widikindus Corbeiensis monachus descripsit, qui etiam historiam Saxonum usque in hunc annum perduxit. Itaque defunctus est Nonas Mai, 4. feria ante pentecosten*, inperator Romanorum et rex gentium, divinarum humanarumque rerum multa ac gloriosa seculis relinquens monimenta. Sequenti vero nocte viscera eius soluta in eclesia sancte Marie sunt tumulata. Quantum vero pro liberatione anime sui senioris Athelheidis inperatrix invigilaverit usque in finem, dictis non valet comprehendi nec factis imitari. Quicquid enim sibi honoris vel provectus secularis unquam provenit, non ullo sui merito, sed Christi laudibus asscribebat, *Non nobis, Domine, non nobis,* inquiens[c], *sed nomini tuo, Domine, da gloriam.* Si qua in me facundia, scientia et memoria convenirent, in explicanda laude huius cesaris[d] deficerent. Sicut dominus, sic et principes eius fuerunt. Non eos ciborum seu aliarum rerum superflua varietas, sed in omnibus delectabat aurea mediocritas. Omnes que leguntur virtutes his corpore degentibus floruerunt, his obeuntibus marcuerunt. Hi etsi corporaliter non vivunt, anime immortales supersunt, bonorum provectu operum beata eternitate gaudentes. Sed ut concludam sermonem, post Karolum Magnum regale solium numquam tantus patrie rector atque defensor possedit. Precedentibus, ut dixi, mortem eius plurimis optimatibus, omnes qui superfuerunt tante iocunditatis haud immemores, novam normam, que postea secuta est, nec voluerunt nec sequebantur, sed ad exitum vite sue ab recta antique veritatis et iusticie semita sua sponte non deviabant. Inpleri namque videbant, quod a quodam sapiente presago futurorum scriptum est: *Primum est aureum seculum, dehinc ereum, postque ferreum sequitur.* Audiat unusquisque fidelium veridica beati Gregorii monita: *Cum augentur dona, rationes crescunt donorum,* et in commissis se ipsum peccasse horrescat, et pro inperatoris anima Deum supplici mente deposcat, ut delicta servi sui, que in tot subditis sibi rebus precaveri nequiverant, clementer ignoscat, regnorumque dominator omnium populis presentibus atque futuris pervigil custos assistat.

Thietm. l. l. Wid. III, 75. Wid. l. l. Ekk. Wid. III, 76. *fol. 81'. Thiet II, 27. c. 28.

Mane facto spei unice tocius eclesie, inperatoris filio, licet iam olim unctus esset in regem et a beato apostolico designatus in inperatorem, certatim ut in inicio manus dabant, fidem pollicentes et operam suam contra omnes adversarios sacramentis militaribus confirmantes. Igitur ab integro ab omni populo electus in principem, transtulit corpus patris in civitatem, quam ipse magnifice construxit, vocabulo Magdaburh. Ibi honorabiliter atque lacrimabiliter susceptum marmoreoque impositum sarcophago, sepultum est ab archiepiscopis Gerone Coloniense atque Athelberto Magdaburgense, ceterorumque auxilio episcoporum et plebis tocius. Equivocus autem eius iunior Otto iterum collaudatur a cunctis in dominum et regem. Qui iuvenis viribus corporis cluens eximiis, primo que sunt proterva sectatus, largitusque plurima pietatis opere, absque temperamento, matura fugit consilia, deindeque castigatus a multis, imposito sibi laudande virtutis freno, nobiliter in diebus suis est conversatus. *Pie genitricis sue instinctu, cuius gubernaculo vigebat, Minenleve, ubi pater suus obiit, iusto adquisivit concambio, decimasque que ad Heresfeld pertinebant; et congregatis ibi monachis, liberam fecit abbatiam, datisque rebus necessariis, apostolico confirmavit privilegio. Insuper licentiam archiepiscopum eligendi confratribus Magdaburh Deo famulantibus precepto inperiali, presente Archelberto e archiepiscopo dedit, et cum uno libro, qui hodie ibidem est, in quo sua et inperatricis Teophanu imago auro splendet formata, munus affirmavit. Quod gratia cesaris et in presentia eius archiepiscopus, preparatus ad missam, cum peracto ewangelio more solito optime predicasset, recitato coram precepto inperiali, quo electio continebatur, ostendit, eumque, qui temerarius hoc umquam auderet infringere, terribili dampnationis excommunicatione, cunctis prosequentibus *Amen, fiat, fiat!* consolidavit. Episcopatum Mersburgensem largiflua pietate respexit, et eius provisori Gisilero, quia hunc multum dilexerat, primo abbatiam in Palathi, deinde Suenconam civitatem cum adpertinentibus cunctis ad servitutem sancti Iohannis babtiste tradidit; et quicquid Merseburgensis urbis murus continet, cum Iudeis et mercatoribus ac moneta et forsto[e] inter Salam et Mildam fluvios et Suisuli et Plisne pagos iacenti, Chorin et Nircove, Butizi et Cotowe ac Borinthizi et Guntorp permisit, et hec omnia scriptis manu propria corroboratis confirmans. Benedictus papa sedit annum 1, menses 6. Eodem[f] anno sanctus Othelricus Augustensis episcopus e corpore migravit ad Christum anno etatis sue 73[g], ordinationis autem 54, mense Iulio, 4. Nonas eiusdem mensis in 6. feria.

Thiet. II, 27. c. 28. III, 1. *fol. 82. V S. Oud.

A.[h] d. i. 974. Inperator Otto secundus huius nominis, cognomento Rufus, vivente adhuc patre in inperatorem augustum consecratus, regnavit post patrem solus annis 10, anno ab Urbe condita 1175, loco ab Augusto 75. Eodem itaque tempore Raginerus, iunior filius Ragineri Longicolli, paulatim resumptis viribus, a Francia rediit, et cum Warnhero comite, qui comitatum patris sui ab inperatore acceperat, aput Perronam conflixit, eoque cum multis interfecto, hereditatem paternam recepit. Gelu magnum fuit a Kal. Novembris usque ad equinoctium vernale. Inperator natale Domini in villa publica Traiecto, pascha in Quidelingeburch celebravit. Ratherius Lobias moritur, cuius est de se monosticum hoc: *Ratherius presul, sed ter Ratherius exul.* Qui hoc epitafium tumulo suo inscribi fecit: *Conculeate pedes*

Ekk. A. Lob. Ekk.

a) est *c.* b) Huius — perduxit *add. in ima margine* 2. c) *add.* 2. d) *vocabulum erasum c.* e) *ita c.* f) Eodem — feria *add.* 2. g) 83. *vita S. Oudalr.* h) Anno - Eodem itaque tempore 2. *aliis erasis.*

Thietm III,2. *hominum sal infatuatum.* Gero, Agrippine sedis provisor egregius, obiit, de quo quia pauca prelibavi, cetera paucis dicentur. Hic crucifixum, quod nunc stat in eclesia ubi ipse pausat, ex ligno fabricari studiose fecit. Huius caput dum fissum videret, hoc summi artificis et ideo salubriori remedio nil de se presumens sic curavit. Dominici corporis portionem, unicum in cunctis necessitatibus solatium, et partem unam salutifere crucis coniungens, posuit in rimam, et prostratus nomen Domini flebiliter invocavit, et surgens humili benedictione integritatem promeruit. Qui dum clara
'fol. 82'. iam luce capellam suam intraret, sanctum Victorem, ut post suis 'intimavit fidelibus, cum diabolo[a] dimicantem atque vincentem vidit. Huius obitum cuidam abbatisse Gerburge, quam propter castitatem mentis et corporis isdem multum dilexerat secumque sepe detinuit, diabolus bonorum invidus omnium, sicut prius solebat in ceteris, prodidit: *Vellem tibi meum aperire secretum, nisi te scirem cuncta hactenus numquam servasse commissa; sed si fideliter hoc te continere michi promittis, dicam ea ratione, ut, quandocumque id alicui vis aperire, vitam tibi me non dubites tollere. Gero tuus familiaris in hoc anno tantam incidet infirmitatem tribus diebus, ut mortuus credatur, et si ab aliquo hoc spacium custoditur, securus potest evadere periculum.* Sed ancilla Christi talibus obstupefacta verbis, fideli se silentio promisit omnibus hec occultare. Hec cum eundem videret evanescere, directo mox itinere, archiepiscopo universa narravit. Quod diabolus intelligens, in tantum eam cecidit, ut post paucos dies vitam hanc fragilem vita mutaret eterna. Archiepiscopus autem in die depositionis eius missam celebrans, meritum eius cunctis astantibus edixit, indulgentiamque ei ab his postulavit, et ipse fecit. Post hec infirmitate predicta gravatus, se Evergero custodiendum commisit. Qui eundem acri dolore defatigatum, quasi mortuum lavari, feretroque inpositum, ad eclesiam portari posteraque die sepeliri iussit. Hic, ut aiunt populi, tercia nocte quasi de gravi somno expergiscens, audivit sonantem campanam, et ut aperirent ei velociter, terna exclamatione rogavit. Obstupefactus is qui audivit, Evergerum custodem, ut episcopo laboranti succurreret, interpellavit. Qui eundem per omnia fuisse mentitum affirmans, magno percussit baculo. Sicque quievit divine memorie presul 3. Kal. Iulii. Apparuitque mox Liudolfo Nove Corbeie[b] abbati, dicens: *Requiem eternam nobis cantate!* et evanuit ab oculis eius. Huius vice Warinus electione et inperatorio munere eligitur. Domnus papa sedit annum 1, menses 6.

A. Lob. A. d. i. 975. Inperator natale Domini in villa Polida; pascha Grani palatio celebravit. Heinricus Bawariorum dux
Thietm III,3. A. Quedl.? captus est, et ad Engelenheim ductus caute custoditur. Hic[c] erat filius Heinrici ducis, fratris primi Otto-
A. Hild. nis, natus ex filia Arnoldi ducis quondam Bawarie, nomine .....[d] Hiems fuit dura et
Thiet III, 3. inportune longa, adeo ut Idus Maii nix magna noviter lapsa totam terram operuerit. Rodbertus Mogontine sedis presul obiit. Et inperator cancellarium suum nomine Willegisum, hoc multis ob vilitatem sui generis renuentibus, eidem prefecit eclesie. Sciebat enim, Petro attestante, quod non est personarum acceptor Deus, sed omnes se ex corde diligentes pre ceteris amat, incomprehensibili honore remunerans. Qualiter autem hunc pastorem futurum divina pietas presignaverit, non est silendum. Huius mater, paupercula quamvis esset, tamen, ut in consequentibus
'fol. 83. apparebit, bona femina, dum eundem 'in utero portaret, vidit somnium, quod sol e sinu suo fulgens, totam radiis flammantibus terram inpleret. Et in ea nocte, qua hec talem peperit infantem, simili procreatione omne iumentum, quod ipsa in domo sua habuit, quasi congratulando domine respondit. Ille, qui tunc natus erat, sol fuit, quia sancte predicationis sue radiis multorum corda a Christi karitate torpentium illuxit. Et idcirco in eius nativitate masculini sexus mirabilis multitudo gignitur, quia vir Dei ad salutem patrie tocius summa predestinatione regnaturus exoritur. Felix mater, quam Dominus pre ceteris contemporalibus suis in tantum visitavit, ut prolem nobilioribus coequalem et multis meliorem pareret et ostense sibi visionis speciem oculis et re ipsa veram esse probaret. Isto anno translata est religio monastici ordinis de Thancmaresfeld in quoddam castellum Nigenburh dictum, in ripa fluminis Sale, in pago Northuringa situm. Nam ipsis ac conpluribus Christi fidelibus loci ipsius asperitas ac omnigena incommoditas inibi Christo
Thiet. III, 4. militantibus obstare videbatur. Bonifacius papa sedit annum 1, mensem 1. Inperator prima expeditione sua Buschuch civitatem cepit; secunda Danos sibi rebelles petens, ad Sleswic properavit. Ibi etiam hostes suos foveam, que ad defensionem patrie parata est, et portam que Wieglesdor vocatur, armis preoccupare videns, consilio Bernhardi ducis et Heinrici comitis de Stadhe omnes has munitiones viriliter exsuperat. In hoc itinere prima male irrisionis in clericos exclamatio attollitur, et a malis hominibus hodie servatur. Admodum miserabile est, cum aliquid boni a iustis in usu ad modicum habetur, statim ut detestabile a maxima multitudine repudiatur; quod autem Deo displicet et hominem ad promerendam reatus sui penam protrahit, hoc discit et ruminando firmat. Quamvis enim multi irrisiones non serio faciunt, tamen sine peccati macula has nullo modo peragunt. Bruno Fardensis[e] presul supra memoratus 7. Idus Martii obiit; et Erp, prepositus Bremensis, intercessione Atheldagi archiprestulis ordinatur.

A. Lob. A. d. i. 976. Inperator natale Domini in Herestein, pascha in Altstede celebravit. Benedictus VII. sedit
A. Quedl.? annos 9, menses 6. Gero et Helmricus servi Dei obierunt. Heinricus dux Bawariorum honore
Thietm.II,5. et conmunione privatus, Boemiam fugit; quem inperator ibidem valido petens exercitu, cum Bolizlavo duce manentem, nil ibi prorsus in neutro horum profecit, sed magnam Bawariorum catervam, sibi ad auxilium huc venientem et iuxta Plisni urbem castra metatam, dolo cuiusdam militis Bolizlavi sic perdidit. Vespere facto, Bawarii se lavantes nulla custodum securitate fruuntur, et ecce hostis loricatus adveniens, nudos eosdem in tentoriis et in virentibus pratis occur-
'fol. 83'. rentes prostravit, et cum omni preda letus et incolumis revertitur. Inperator 'autem[f], audita strage tantorum virorum, et quod nulla sibi via redeundi patuit, recto itinere ad civitatem suam que Camma dicitur venit, et in proximo anno prefatum ducem ad Pataviam fugientem subegit.

A. Lob. A. d. i. 977. Inperator natale Domini Colonie, pascha in Engelenheim celebravit. Heinricus quondam dux
A. Hild. cum consilio minoris Heinrici, filii Bertoldi, Pataviam civitatem invasit, ibique, ut dictum est, ab inpera-
11 tore obsessus, tandem coactus eius se subdidit potestati. Heinricus[g] iste[11] cognomento Minor, qui

a) zablo *superscripto* diabolo *c.* b) *ita cum codice* 2. *Thietmari.* c) Hic — nomine *add. in marg.* 2. d) *supple* Iuditha. e) *add.* 2. f) *vocabulum erasum c.* g) Heinricus — Heinricum *add. in marg.* 2.

11) Hunc errorem post Mascovium satis refutavit Giesebrecht Jahrbücher II, 1, p. 139. Heinricus dux filius fuit Bertoldi ducis Baioariae, Heinricus marchio filius Bertoldi comitis. Hic Minor cognominatus est.

postea marchio in Bawaria fuit, hoc habuit genus. Lotharius comes senior de Walbike, postquam Ottonem inperatorem, ut predictum est[42], conatus est occidere, captus et in Bawariam missus, Bertoldo comiti conmittitur; deinde receptus in gratiam cesaris, eidem Bertoldo filiam Eilam coniugem dedit, que genuit ei hunc Heinricum.

Lotharius rex Francorum Lotaringiam recipere volens, Aquisgrani palatium et sedem regiam presumpsit invadere sibique versa aquila designare. Hęc stat in orientali parte domus, morisque fuit omnibus hunc locum possidentibus, ad sua cam vertere regna. Quem abeuntem Otto inperator celeriter insecutus, usque Parisius nullo sibi obsistente pervenit, devastatis omnibus atque incendio consumptis. In redeundo autem circa Axonam fluvium partem inpedimentorum amisit. In quo itinere multis infirmitate nimia compressis, Brun comes Arneburgensis, miles per omnia laudabilis, 2. Kalend. Decembr. obiit. Et quia nil pensi neque moderati habuerunt, quin etiam eclesias sanctorum depopularentur, quidam famulus Dei reclusus predixit, quod nullus auctorum huius mali usque ad septennium vivendo duraret. Ottoni inperatori et Theophanu auguste filia nata est, quam nomine matris sue inperatricis insignivit. Ekk. Thietm III,6. Ekk. Thietm I 1. Ekk. Thietm. I. 1. Ekk. A. Quedl.?

A. d. i. 978. Inperator natale Domini Thorenburh, pascha in Quidelingeburh celebravit. Heinricus quondam dux cum Heinrico Minore et Ekbertus comes apud inperatorem accusati iussu inperatoris Magdaburh capti sunt et exilio longo deputati. Thietmarus marchio, frater[a] Geronis Coloniensis archiepiscopi, obiit et Nuwenburh sepelitur. Hic[b] habuit coniugem filiam Herimanni ducis nomine Suanehildam[43], que genuit illi Geronem marchionem. Adelheidis inperatrix cum filia Athelheidhe abbatissa in Italiam profecta est propter quasdam discordias inter se et filium factas. Ignee acies in celo per totam noctem visa sunt 5. Kalend. Novembris. Eo anno inperator Galliam invasit ac devastavit. A. Lob. Thiet. III, 5. A. Quedl.? Ekk. A. Hild.

A. d. i. 979. Inperator natale Domini in Franconevord, pascha in Trotmannia celebravit. Accusatus aput inperatorem Gero comes de[c] Alesleve a Waldone, et in loco qui Sumeringe dicitur captus, hortatu Athelberti archiepresulis et Theoderici marchionis, et Sigefrido comiti et Lothario fratri eius, filiis Lotharii de Waldebike, firmiter est commissus. Deinde convocatis in Magdaburh cunctis regni principibus, congressi sunt hi duo iudicio in insula quadam singulari certamine. Vulneratus Waldo bis in cervicem, ardentius insequitur hostem, percutiensque ictu valido in caput, prostravit eum. Interrogatus autem Gero comes ab eo, si plus posset pugnare, coactus est confiteri, quod iam defecisset. Waldo egressus, aqua refocillatur, armis depositis, et post tergum[*] mortuus cecidit. Tunc Gero iussus est decreto iudicum et voce inperatoris a carnifice quodam decollari 3. Idus Augusti. Hec pugna nulli nisi tantum Adhelberto archiepiscopo et Thiderico marchioni placuit. Correptus est quoque inperator ab Ottone Bawariorum duce, filio Liudolfi, eodem die veniente, et a comite Bertoldo, quod ob tam vilem causam tantus vir umquam dampnari debuisset. Libet paucis exponere Liudolfi[d] Nove Corbeie abbatis meritum, cui multum vigiliis ieiuniisque laboranti plurima Deus dignatus est revelare. Hic in die prefati certaminis cum diluculo missam humiliter et timorate, ut semper solebat, celebraret, vidit super altare caput comitis Geronis; finitaque hac, aliam pro defunctis cantavit, exutisque sacerdotalibus[e] vestimentis cum silentio exivit, et congregatis fratribus obitum eius indicavit, orationemque conmunem pro eo fieri suppliciter exoravit. Decollatio autem eius in ipso solis occasu fiebat. Pro huius memoria soror eius Tetta et coniunx eius Athela monasterium in loco qui Alesleve dicitur, ubi ipse requiescit, construentes, decimam[f] partem tocius sue hereditatis tradidere Deo eiusque precursori dilecto, hoc privilegio inperiali precepto ea ratione firmantes, ut abbatia ibidem liberaliter facta inperatoris suorumque successorum potestatem ac tutelam respiceret. Comitis prefati corpus post tres annos cum iuxta illud contectalis sua poneretur, integrum una cum vestimentis inventum est. Filia eius Athela nupsit Sigefrido, filio Heinrici comitis de Stathen, qui genuit ex ea Liutgerum comitem et Irmingardem et Bertam abbatissas de Alesleve. Ipsa comitissa Athela predia contulit Magdaburgensi eclesie pro redemptione capitis patris sui. Insuper duobus monasteriis, scilicet in Alesleve et Hersevelden constitutis, dedit bona que sunt Trebenezi[44]. A. Lob. Thiet. III, 7. A. Quedl.? fol. 84. 44

A. d. i. 980. Inperator natale Domini in Polida, pascha in Engelenheim celebravit. Lotharius rex Gallie cum filio suo ac muneribus magnificis ad inperatorem venit, ipsique satisfaciens, amiciciam eius firmiter adquisivit. Hoc anno inperator in Italiam pergens, numquam has regiones amplius invisit. Hildewardus venerabilis episcopus sanguinem sancti Stephani protomartiris cum articulis duobus, donante Theoderico Metensi episcopo, ad Halberstadensem eclesiam transtulit, ubi cum maximo honore et gloria a clero et populo simul suscipitur, et sanctitas eius signis evidentibus divinitus declaratur. Facta est autem hec translatio 7. Idus Mai, sue vero ordinationis anno 12. Otto tercius inperator futurus hoc anno natus est. Otto inperator Apuliam et Calabriam, ad ius regni Grecorum pertinentes, transferre ad inperium Romanum conatur propter affinitatem, quam per uxorem suam Theophanu cum inperatore Grecorum habebat. A. Lob. Thietm. II,7. cf. Chr. Halb. A. Quedl.? Ekk.

A. d. i. 981. Inperator natale Domini Ravenne celebravit. Pasca vero Rome peregit[g], presente matre sua cum Teophanu inperatrice, cum sorore inperatoris abbatissa Quidelingeburgensi, convenientibus quoque regibus Conrado ex Burgundia et Hugone ex Gallia, absque principi- fol. 84'. A. Lob. A. Quedl.?

a) f. G. C. a. *add.* 2. b) Hic — marchionem *add.* 2. *in margine.* c) de A. *add.* 2. d) liudolfo *c.* e) sacerdobus *c.* f) *ita etiam cod.* 2. *Thietmari.* g) *una fere linea erasa c.*

42) a. 943. 43) Postea nupsit Ekkehardo marchioni; cf. infra a. 1002. 1029. 44) cf. Alb. Stad. a. 1144. et chron. Harsefeld. seu Rosenfeld. ap. Vogt Mon. ined. I, 120.

Thiet. III, 8. bus et optimatibus perpluribus. Post hec Athelbertus Magedeburgensis primus archiepiscopus, imperatore iam Rome commorante, 13. sue ordinationis anno, suos docendo et confirmando et Gisileri presulis, quia tunc cum cesare fuit, diocesim perlustrans, 13. Kalend. Iulii in Merseburh missam celebravit. Proximam vero noctem cum Hamezone venerabili laico in Crouwate letus duxit, crastinoque die exsurgens, tristis nimium capitis queritur dolorem, et tamen abibat. Cumque Cirmini villam, ad Frekenleve pergere cupiens, preterisset, ni cito a suis sustentaretur, ex equo paulatim declinans, in terram cecidisset. Is vero tapeto superpositus, completisque omnibus que a clericis dicenda erant, fideliter migravit ad Christum 12. Kalend. Iulii. Huius corpus ad Givikinstein delatum atque sacerdotali[a] apparatu vestitum, navigio ad Magadaburh usque deductum est, flebiliterque a confratribus et maxime a monachis susceptum est. Conmendatum vero est ab egregio sancte Halberstadensis ecclesie episcopo Hildewardo, favente sibi Hartwigo abbate, in medio ecclesie coram altari apostolorum Philippi et Iacobi. Quanta sollicitudine idem archiepiscopus sibi commissis[b] invigilaverit gregibus, lector attende. Sepenumero ad ovele[c] sancti Iohannis babtiste sanctique Mauricii noctis silentio venit, duobus tantum comitantibus, qualiterque confratres ad matutinas convenirent, vel qui in dormitorio remanerent, ex inproviso perspexit; et si bene fuit, Deo gratias egit, sin autem, culpabiles digna castigatione redarguit. Sed clerus et populus tanti patris funere turbatus, Ochtricum confratrem et tunc inperatori fideliter servientem, communiter elegerunt in dominum et archipresulem, quamvis hoc nullo modo posse fieri, dum adhuc viveret beneque valeret, multis ex eorum numero publice prediceret. Cum enim episcopus et Ochtricus numquam convenirent moribus, magna fratrum et hospitum caterva bene elaborata, quia magister scole fuit, maluit inde exire quam in monasterio permanere. Huic cesar cum aput archiepiscopum licentiam sibi serviendi vix inpetraret, contigit in die sancte resurrectionis episcopum ad missam paratum, subdiacono, ut moris est, sanctam crucem tenente, ambabus eam complectens manibus, ut Ochtricus et Ico sedem suam numquam possiderent, lacrimis profusis postulat. Peracto autem divino pleniter ministerio, cum idem ad mensam sederet, prefatos sibi numquam successuros presentibus cunctis innotuit. Qualiter autem hoc sibi revelatum fuerit, non aperuit. Post mortem quoque suam Walthardo sibi dilecto, qui et Todico dicebatur, ut ipse pro vero narravit, in somnis idem, cuncta que in hac re vivus prenuntiaverat compleri, talibus affir-
*fol. 85. mavit. Hic in lecto *positus in excessu mentis vidit archiepiscopum in ecclesie australi ianua, que cimeterium respicit, stantem, et eundem quasi Romam eum baculo suo pergere cupientem, bis exasperavit verbis: *Mi Dodico, ut quid alii meum prebetis honorem?* Cui respondens ait: *Nonne in tristi meo habitu non voluntatem, sed obedientiam solum, senior carissime, vales considerare?* Ad hec archiepiscopus prosequitur, dicens: *Pro certo scias, Ochtricum sedem meam numquam possessurum.* Universus autem clerus et populus, ut supra memoravi, completa electione, miserunt Ekkihardum, qui dicebatur Rufus, cum consortio aliorum fratrum et militum, qui hanc inperatori nuntiarent et de promissis admonerent. Qui cum Italie partes, ubi tunc inperator erat, itinere attingerent, Gisileri Mersburgensis[d] episcopi suffragium, qui aput inperatorem tunc plurimum valebat, inplorantes, legationis sue secretum ei aperiunt. Promissa est his ab eo fidelis intercessio, completurque proxima sibi hironia[e] in omnibus benivolentia. Namque ut audita cesaris auribus instillavit, pedibus supplex advolvitur, promissa et diu expectata longi laboris premia postulans, Deo hoc consentiente, protinus inpetrat. Egressus autem, interrogatur[f] a nuntiis, et maxime ab Ochtrico, qui se fidei eius firmiter commendaverat, si quid in sibi creditis proficeret; respondit, quod vix suis necessitatibus in hoc subveniret. Corruptis pecunia cunctis optimatibus, maximeque Romanis iudicibus, quibus omnia venalia sunt, qualiter ad archiepiscopatum aliqua ratione veniret, primum secreto revolvit, deindeque palam domni pape Benedicti septimi, qui sic vocabatur ex numero precedentium equivocorum, obnixe petit auxilium. Quod cum tocius consilio senatus si posset inpendi, paratum se fore, et hic promisit. Positum est Rome concilium generale; sapientissimi conveniunt, inpleturque illa Iheremie prophetia: *Quomodo obscuratum est aurum* et cetera. Nam cum iudices ab apostolico interrogarentur, si liceret Gisilerum[g] promoveri ad archiepiscopatum, qui certam non haberet tunc sedem, sed ab episcopo Hildiwardo iniuste, ut semper questus sit, ablata caruisset hactenus quam possederat: tunc auctoritate canonica iure meritoque hoc percipere, verbis affirmabant et exemplis, Davitica transgredientes monita: *Recte iudicate filii hominum;* et illud: *Corruptus iudex nescit discernere verum.* Piget atque pudet hoc verbis exponere, quod hi ad presentem futurumque pudorem noluerunt omittere. Merseburh, que usque huc libera dominabatur, episcopali sede destructa, Halberstadensi ecclesie subditur, et Gisilerus, eius non pastor sed mercennarius, ad maiora semper tendens, desiderata 4. Idus Aprilis percepit, proverbii non immemor illius: *Quanto altior gradus, tanto gravior fit casus.* Certe si voluisset is in cura sibi credita persistere, omnem scrupulum in aliquo sibi resistentem inperatoris auxilio potuisset expellere, magnamque securitatem ac rerum affluentiam cunctarum sibi successoribusque suis efficere. Sed quia Dei iudicia omnibus occulta sunt, numquam autem
*fol. 85'. iniusta, non illi soli, sed communibus nostris peccatis hec *inputamus, quibus domesticis iure asscribitur, quicquid adversi accidit. Ochtricus vero Beneventum postea veniens infirmatur, viditque, uti Huswardus, qui tunc aderat, postea rettulit, Athelleken, prepositum quondam Magadaburgensem, sed tunc defunctum, sibi assistere, atque annonam sibi sancti Mauricii eminus porrigentem. Et expavescens ad hanc visionem, *Cernis*, inquit, *frater, aliquid?* Et exponens ei cuncta per ordinem, dixit: *Ve michi misero et peccatori, quod umquam monasterium meum et obedientiam ob ambitionem dereliqui. Et si divina largitas aliquam michi sanitatem concedere dignatur, supplex illuc veniam, et numquam inde recedam.* Talia prosecutus, infirmitate validiori opprimitur, et post paucos dies in prefata civitate Nonas Octobris
c. 9. moritur ac sepelitur, nullam sapientia atque facundia relinquens sibi similem. Gisilerus autem, accepta ab inperatore licentia, Magadaburh 2. Kal. Decembris, Theoderico Metensis ecclesie episcopo comitante, venit. Fuit hic amicus cesaris et valde carus, unusque ex numero corruptorum, qui mille talenta auri atque argenti pro veritatis obumbratione ab archiepiscopo percepit. Cui quidam, cum ab eo iussu inperatoris ad matutinos ioculariter benediceretur, inquit: *Saciet te Deus in futuro, quem omnes hic non possumus, auro.* Tunc omnia Mersburgensem ecclesiam respicientia divisa sunt miserabiliter ritu Slavonice familie, que accensata venundando dispergitur. Pars episcopatus iacens inter Salam et Elstram ac Mildam fluvios, et Pisni, Vedu, Tuschurini pagos, cum villis Passini et Piscini, Friderico Cicensi episcopo datur; Folcoldo autem Misnensis ecclesie antistiti pars illa conceditur cum adpertinentibus villis Wissepuic, Zlostatawa, que ad Gutizi orientalem pertinet ac fluviis Kaminizi Albiaque distinguitur. Sibi autem retinuit urbes 9, quarum hec sunt nomina, Scudici, Cotug, Wircin, Bichni, Ilburh, Dibin, Pauc, Libanici et Gezerisca. Precepta, que munera regalia seu inperialia continebant, aut igne conbussit, aut mutato nomine ecclesie sue designari fecit. Mancipia et quicquid Mersburh respicere debuit, ne umquam colligeretur, sponte dispersit. Abbatiam ibi statuit, eique Hotradum, venerabilem monachum de Sancto Iohanne, prefecit, postque Heimonem de eodem monasterio constituit. Sed que res hanc

a) sacerdoli *c.* b) *add.* 2. c) *ita c.* d) m. e. *add.* 2. e) *ita super lineam add.* 2. f) intergatur *c.*
g) gililernm *c.*

destructionem secutae sint, sequentia declarabunt. Mortuus a est hoc anno dux Slasvinc, pater sancti Adalberti Pra- Cosm I.
gensis episcopi, qui omni vite sue tempore feliciter vixerat, honestate et iusticia prudentiaque et pietate insignis. Huius metropolis fuit Lubic, sita ubi amnis Cidlina nomen suum perdit in fluvium liberioris aque Labe. Habuit principatus sui hos terminos: ad occidentem contra Boemiam rivulum Surina et castrum situm in monte Oseca iuxta flumen Nisam; ad austrum contra Teutonicos orientales has urbes habuit terminales, Hinou, Duplebi, Netolici usque ad mediam silvam. Ad solis ortum contra Moraviam castrum sub silva situm nomine Lutomisi, usque ad rivum Suitava, qui est in media silva. Ad aquilonem contra Poloniam castellum Cladzco situm iuxta flumen nomine Nizam.

A. d. i. 982. Inperator natale Domini in Salerna, pasca in Tarento celebravit. Interim Romanum sic regebat A. Lob. Thiet. III, 12.
inperium, ut quod patrem suum respiciebat omne detineret et Sarracenis sua impugnantibus viriliter resisteret et a suis finibus longe effugaret. Calabriam a crebra Grecorum infestatione et Sarracenorum depredatione magnam vim perpeti conperiens, ad supplementum exercitus sui Bawarios et Alamannos vocavit; ipse autem cum Ottone duce, fratris sui Liudolfi filio, ad urbem Tarentum, quam Greci iam *presidio munitam optinuerant, festinavit, eamque viriliter in brevi *fol. 86.
tempore oppugnatam devicit. Sarracenos quoque valido exercitu sua populantes superare contendens, cautos illo speculatores misit, qui certa de hostibus referrent. Quos primo infra urbem quandam devictos coegit, postque eis in campo ordinatis, innumeram multitudinem stravit. Sed illi ex inproviso collecti nostros unanimiter incurrunt, eosque paululum resistentes prosternunt, 3. Idus Iulii, Richarium signiferum, Udonem ducem, comitesque Thietmarum, Bezelinum, Gebehardum, Guntherum, Ezelinum, eiusque fratrem Bezelinum, cum Burchardo et Dedone et Conrado ceterisque innumerabilibus, quorum nomina Deus scit. Inperator autem cum Ottone duce ceterisque effugiens, ad mare venit, vidensque a longe navem, salandriam nomine, a[b] Constantinopoli, Calamini Iudei, equo sedens ad eam properavit. Sed hec preteriens, suscipere illum recusavit. Ille autem littoris presidia petens, invenit adhuc Iudeum stantem et senioris sui eventum sollicite expectantem. Cumque hostes adventare conspiceret, quid fieret tristis hunc interrogans, et haberc se amicum aput eos cuius auxilium speraret animadvertens, iterum equo concitus in mare prosiliens, ad alteram salandriam, que sequebatur, tetendit, et ab Heinrico tautum milite, qui Slavonice Zolunta vocatur, agnitus, intromittitur, et in lecto senioris eiusdem navis positus, tandem ab ipso etiam cognitus, si esset imperator, interrogatur. Quod cum diu dissimulare studuisset, tandem confessus, *Ego sum*, inquid, *qui peccatis meis promerentibus ad hanc miseriam veni. Sed quid modo sit faciendum, diligenter accipite. Optimos ex inperio meo perdidi, et propter hunc doloris stimulum neque terras has intrare nec horum amicos umquam possum vel cupio videre. Eamus tantum ad urbem Rossan, ubi coniunx mea meum prestolatur adventum, et pecuniam, quam habeo infinitam, cum eadem sumentes, visitemus inperatorem vestrum, fratrem scilicet meum, certum, ut spero, in necessitatibus meis amicum.* His dulcibus colloquiis dominus navis delectatus, consensit, et perdius ac pernox ad condictum pertingere locum properavit. Quo cum appropiaret, miles ille binomius ab inperatore premissus, inperatricem et qui cum ea erat presulem Metensem[c] supramemoratum Theodericum cum somariis plurimis quasi pecunia sarcinatis vocavit. Greci autem ut primo inperatricem cum tantis muneribus de prefata urbe exire viderunt, anchoram ponentes, Theodericum antistitem cum paucis intromittunt. Cuius rogatu inperator vilia deponens vestimenta et induens meliora, viribus suis et arte natandi confisus, ut stetit in prora, mare velociter insiluit. Quem cum quidam ex circumstantibus Grecis apprehensa veste detineret, perfossus gladio Liupponis egregii militis, retrorsum cecidit. Fugientibus his in alteram partem navis, nostri quibus huc veniebant puppibus incolumes cesarem sequebantur, eos iam littoris securitate expectantem premiaque promissa Grecis inplere cupientem. Qui perterriti et promissioni diffidentes, abierunt, patrios *fines repetentes, quique dolo omnes nationes vicerant, simili *fol. 86'.
modo tunc se delusos sentiebant. Est autem salandria navis mire longitudinis et alacritatis, et utroque latere duos c 13.
habet ordines remorum et 150 nautas. Duabus hoc unum nomen erat navibus, que iussu basilei Nicaphoris, Constantinopolitanid imperatoris, Calabriam petierant, gratia colligendi tributi. Que licet Romano specialiter inperio serviat, ne tamen aliquam molestiam a Grecis patiatur, auri debitum singulis annis persolvit Constantinopolitanis. Inperator autem has venientes, et inextinguibilem ab omni re preter acetum ignem ferentes, sibi coniunxit, et in mare ad conburendas Sarracenorum naves conductas direxit. Quarum una, ut predixi, suscipere devictum eum recusavit, seu ob ignorantiam sui, seu ob metum venientis inimici. Altera autem, que hunc instinctu Heinrici militis suscepit, sicut prefatus sum, invita perdidit. Quanta autem leticia a presentibus et postea venientibus inperator susceptus c. 12.
sit, explicari non potest. Omnes Saxonici principes, conperta tam miserabili fama, conveniunt dolentes, et ut eum c. 14.
sibi liceret videre, per epistolas unanimi supplicatione poscebant. Quorum legationem cesar ut audivit, desideranti animo conseusit. Ponitur conventus in Berna civitate, et omnis huc convocatur principatus, ut multa ibi neccssaria tractarentur. Solus dux Bernhardus in media revertitur via. Namque una ex urbibus eius, quam inperator contra Danos opere ac presidio firmaverat, dolo ab his denuo capta et occisis defensoribus eius incensa est. Otto dux A. Quedl. ?
egregius, filius Liudolfi, fratruelis Ottonis secundi, nuper reversus a prelio Sarracenorum, immatura morte obiit. Interea omnibus pro infortunio et pudore rei publice animo consternatis, Ekk.
sola inperatrix Teophanu feminea et Greca levitate insultabat eis, quod ab exercitu sue nationis victi essent Romani. Quod verbum altius ac rata erat in pectus omnium descendit, ac per hoc cepit primatibus exosa haberi. His[e] temporibus mortuus est Thietmarus, Pragensis ecclesie primus episcopus. Interea rediens philosophie[f] de castris, ubi decem aut plus militaverat annis, non modicam librorum copiam referens, aderat spectabilis heros nomine Wogtech[g], qui postea dictus est Adalbertus, adhuc ordine subdiaconus, qui, velud tener aguus inter oves de sui pastoris morte[h] merentes, sedulus exhibebat exequias funebres, orationibus diuruis instans et nocturnis et largis elemosinis instans. Quem dux Bolizlaus et eius optimates in tam bono opere devotum cernentas, iuvenem nimis renitentem rapiunt, et adducunt in medium, dicentes: *Notis velis, noster episcopus eris.* Facta est autem hec electio non longe[i] ab urbe Praga in oppido Levigradco 11. Kal. Marcii, eodem anno quo obiit Tbietmarus episcopus, qui 4. Non. Ianuarii decessrat. Ea tempestate rediens de bello Sarraceno, adiit Veronam inperator Otto secundus. Ad quem Slavonica manus cum electo pergit episcopo, ferens a duce legationem et cleri ac populi peticionem, quo eorum confirmet electionem. Igitur serenissimus inperator eorum annuens peticioni, 3. Non. Iunii dat ei anulum et pastoralem curam, et Willegisus Mogontinus archiepiscopus, qui ibi forte aderat et cuius suffragaueus erat, iussu inperatoris consecrat eum in episcopum, vocans eum Adalbertum. Nam archipresul Magdaburgensis Adalbertus olim eum crismate confirmans, hoc nomine vocitaverat. Consecratus 3. Idus Iunii, venit in civitatem Pragam nudis pedibus, et omni plebe modulante, episcopalem cathedram insedit. Huius preclari pastoris consilio et sororis sue Marie interventu dux Bolizlaus, quicquid presul Pra-

a) Mortuus — Nizam *add.* 2. *in ima margine.* b) a. c. *add.* 2. c) *add.* 2. d) C. i. *add.* 2. e) His temporibus — acciderit *add. in marg.* 2. f) pholosophie *c.* g) *ita c.* h) de morte *c.* i) loge *c.*

Cosm. l. l. gensis hodieque possidet, vel quicquid abbatissa Maria optavit dari suo cenobio, gratuita utrisque pietate concessit et canonum auctoritate confirmavit. Sciendum quod Cosmas Pragensis eclesie decanus, cuius hec verba sunt, hanc electionem et consecrationem anno dominice incarnationis 969. asscribit, cum conventus illé post bellum Sarracenorum Verone ab Ottone secundo habitus, cuius ipse in eodem loco meminit, dominice incarnationis anno 983. acciderit.

Thiet. III, 13. A. Quedl.? Thietm. l. l. A. d. i. 983. Inperator Verone placitum habuit, et Henricus Minor, filius[a] Bertoldi, exilio solutus, dux Bawarie constitutus est, patruele[b] inperatoris Heinrico adhuc in custodia permanente. Filius inperatoris Otto tercius ab omnibus in dominum eligitur. Post placitum quoque et conventum Saxonum, Suevorum, et Lothariorum, Bawariorum, Italicorum aliorumque, natione lingua et habitu dissimilium, occursum Verone gloriosissime habitum, idem inperator augustus Romam revertitur, ac domnum apostolicum digno cum honore Romane prefecit eclesie. Iohan-

Thiet. III, 10. nes XIV. sedit menses novem. Folcmarus Patherburnensis episcopus obiit. Gentes Slavorum[c], que suscepta christianitate regibus et inperatoribus tributarie serviebant, superbia Teoderici ducis aggravate, presumptione

Adam II, 30. unanimi arma conmoverunt. Illo tempore principes Winnulorum erant Mistowi et Wizzidrog, quorum ductu sedicio inflammata est. His ducibus Slavi rebellantes, totam primo Nordalbiam ferro et igne depopulati sunt; deinde reliquam peragrantes Slavoniam, omnes eclesias incenderunt et ad solum usque diruerunt, sacerdotes autem et reliquos ecclesiarum ministros

*fol. 87. variis suppliciis enecantes, nullum christianitatis vestigium trans *Albiam reliquerunt. Quod comiti Sigefrido, filio

Thiet. III, 10. Lutharii, priusquam fieret, sic revelatum est. Vidit in somnis aerem nube densa contractum, et pre admiratione percunctatus quid hoc esset, audivit vocem talia prosequentem: *Nunc illud conpleri debet vaticinium: „Pluit Dominus super iustos et iniustos“.* Quod scelus 3. Kal. Iulii, percusso in Havelburh[d] presidio, primum exoritur; ubi[e] et episcopalem cathedram destruxerunt. Transactis autem trium dierum spaciis, Slavorum conspirata manus episcopatum Brandeburgensem, 30 annos ante Magdaburgensem constitutum, cum iam prima sonaret, invasit, et fugiente prius eius tercio antistite Folmaro et defensore eius Theoderico ac militibus ipsa die vix evadentibus, clerus ibidem capitur, et Dodilo, eius sedis antistes secundus, qui a suis strangulatus 3 annos iacuit sepultus, e tumulo eruitur, et integro adhuc eius corpore ac sacerdotali eius apparatu, ab avaris canibus predatur, et iterum temere reponitur. Omnis eclesie tesaurus distrahitur, et multorum sanguis miserabiliter effunditur. Vice Christi et piscatoris eius venerabilis Petri deinceps varia cultura demoniace heresis veneratur, et flebilis hec mutacio non solum a gentilibus, verum etiam a christianis extollitur. Temporibus his Cicensis eclesia a Boemiorum exercitu, duce Dedone, filio Teoderici, qui postea comitatum

c. 11. VI, 34. qui inter Wipperam et Salam et Saltam et Willerbike[f] fluvios iacet obtinuit, quique Thietburgam Theoderici ducis[g]

III, 11. et marchionis filiam duxit, capta est et depredata, Hugone primo tunc episcopo hinc effugato. Qui[h. 45] Dedo natus ex Teoderico, egregie libertatis viro, fratrem habebat Fridericum, virum valde

Thiet. VI, 34. prudentem. Dedo quidem serviebat Riddago marchioni, et in hac depredatione Cicensis eclesie matrem suam hostis, non filius, cum cetera captivam turba abduxit; postmodum reconciliatus, tercii Ottonis inperatoris homo effectus est, et in tempore parvo gratiam et familiaritatem eius promeruit. Cuius etiam posteri inter principes Saxonie,

III, 11. ut de singulis post dicetur[46], nobilissime floruerunt. Nunc ad cepta redeamus. Postea vero Mistowi[i] dux Abdritorum et sui monasterium sancti Laurentii martiris, in urbe que Calvo dicitur situm, desolantes, nostros sicuti fugaces cervos insequebantur. Mistowi Apodritorum dux Hammaburh, ubi sedes episcopalis tunc fuit, incendit atque vastavit. Quid ibi Christus mirabilium operatus sit, attendat universitas christianitatis. Venit de supernis aurea dextra, in medium collapsa incendium expansis digitis, et plena cunctis videntibus rediit. Hoc mirabatur exercitus Slavorum[k] et Mistowi stupebat. Post hec Mistowi in amentiam versus, in vinculis tenetur, et aqua benedicta inmersus, inquid: *Sanctus Laurentius incendit.* Et antequam liberaretur, miserabiliter obiit. Aput

Adam II, 30. Hammaburh eo tempore ac deinceps multi ex clero et civibus in captivitatem abducti sunt, plures[l] etiam interfecti sunt propter odium christianitatis. Narravit rex Danorum, qui omnes barbarorum res gestas acsi scriptas in memoria tenebat, Aldinburh civitatem populosissimam plenam[m] de christianis inventam esse: *Sexaginta,* inquid, *presbiteri, ceteris more pecudum obtruncatis, ibi ad ludibrium servati sunt. Quorum maior loci prepositus Oddar nomen habuit, noster consanguineus. Hic cum ceteris tali martirio consummatus est, ut cute capitis in modum crucis incisa ferro cerebrum singulis aperiretur. Deinde ligatis post tergum manibus, confessores Dei per singulas civitates Slavorum tracti sunt usque dum deficerent. Ita illi spectaculum facti et angelis et hominibus, in stadio medii certaminis exhalaverunt victorem spiritum.* Multa

c. 31. in hunc modum per diversas Nordalbingorum provincias tunc facta memorantur, que scriptorum penuria nunc habentur

*fol. 87'. pro fabulis. Omnes igitur Slavi qui inter Albiam et Oderam habitant, per plures annos *christianitatem coluerunt, talique

II, 8. modo se absciderunt a corpore Cbristi et eclesie, cui antea coniuncti fuerant. Et quoniam occasio se locorum prebuit, utile videtur exponere, que gentes trans Albiam Hammaburgensi pertinentes sint diocesi. Hec clauditur ab occidente oceano Brittannico, a meridie Albia flumine, ab oriente Pene fluvio, qui currit in mare Barbarum, ab aquilone vero Egdore fluvio, qui Danos dirimit a Saxonibus. Transalbianorum Saxonum populi sunt tres. Primi ad oceanum sunt Tietmarsgoi, et eorum eclesia mater in Melintorp. Secundi Holcete, dicti a silvis quas incolunt; eos Sturia flumen interfluit[n]; eorum eclesia Scanafeld. Tercii et nobiliores Sturmarii dicuntur, eo quod sedicionibus ea gens frequenter agitatur. Inter quos metropolis Hammaburh caput extollit, olim viris et armis potens, agro et frugibus felix, nunc vero peccatorum vindicte patens, in solitudinem redacta est; et quamvis decorem amiserit urbis, vires adhuc retinet

c. 10. metropolis. Quoniam mentio Slavorum tociens incidit, non ab re arbitramur, si de natura et gentibus Slavonie historico aliquid dicamus compendio. Slavonia igitur, amplissima Germanie provincia, a Winulis incolitur, qui olim dicti sunt Wandali, decies maior esse fertur quam Saxonia; presertim si Boemiam et eos qui trans Oderam sunt Polanos, quia nec habitu nec lingua discrepant, in partem adieceris Slavonie. Hec autem regio cum sit armis, viris et frugibus

a) f. b. *add.* 2. b) patruele — permanente *add.* 2. *in marg.* c) *add.* 2. d) *ita c.* e) ubi — destruxerunt *add.* 2. *in marg.* f) uuillerke *c.* g) ducis et *add.* 2. h) Qui — redeamus *add.* 2. *in marg.* i) m. d. a. et sui *add.* 2. k) *add.* 2. l) plures — christianitatis *add.* 2. *in marg.* m) *add.* 2. n) interluit *c.*

45) cf. infra a. 1009. eadem fere verba. 46) cf. praesertim a. 1070. 1103. Rauner tab. VII.

opulentissima, firmis undique saltuum vel fluminum terminis clauditur. Eius latitudo est a meridie in boream, hoc est ab Albia fluvio usque ad mare Sciticum. Longitudo autem illa videtur, que inicium habet ab Hammaburgensi parrochia et porrigitur in orientem infinitis aucta spaciis usque in Bawariam, Ungriam vel Greciam. Populi Slavorum multi; quorum primi sunt ab occidente confines Transalbianis Waigri. Eorum civitas Aldinburch maritima. Deinde secuntur Abodriti, qui nunc Reregi vocantur, et civitas eorum Magnopolis. Item versus Hammaburh Polabingi, quorum civitas Razisburh dicitur. Ultra illos sunt Lingones et Warnabi. Mox habitant Chizini et Circipani, quos a Tholosantibus et Retheris separat flumen Penis et civitas Dimine. Ibi est terminus Hammaburgensis parrochie. Sunt et alii Slavorum populi, qui inter Albiam et Oderam degunt, sicut Heveldi vel[a] Heruli, qui iuxta Habolam fluvium sunt, et Doxani, Leubuzzi, Wilini vel[b] Walani, et Stoderani cum multis aliis. Inter quos medii et potentissimi omnium sunt Retharii; civitas eorum vulgatissima Rethre, sedes idolatrie. Templum ibi magnum constructum est demonibus, quorum princeps est Redegast. Simulacrum eius auro, lectus ostro est paratus. Civitas ipsa 9 portas habet, undique lacu profundo inclusa; pons ligneus transitum prebet, per quem sacrificantibus aut responsa petentibus via conceditur. Ad quod templum ferunt a civitate Hammaburh iter esse 14 dierum. Ultra Leuticios, qui alio nomine Wilzi dicuntur, Odera flumen occurrit, ditissimus amnis Slavonice regionis. In cuius ostio, qua Sciticas alluit paludes, nobilissima civitas Vimne[c] celebrem prestat *stationem barbaris et Grecis, qui sunt in circuitu. De cuius fama urbis magna quedam et vix credibilia memorantur. Est sane maxima omnium quas Europa continet civitatum, quam incolunt Slavi cum aliis gentibus Grecis et barbaris. Nam et advene Saxones parem cohabitandi legem acceperunt, si tamen christianitatis titulum ibi morantes non publicaverint. Omnes enim paganicis ritibus oberrant, ceterum moribus et hospitalitate nulla gens honestior aut benignior poterit inveniri. Hec mercibus omnium septentrionalium nationum locuples, nichil non habet iocundi aut rari. Ibi est olla Vulcani, quod incole Grecum ignem vocant, de quo etiam meminit Solinus. Ibi cernitur Neptunus triplicis nature. Tribus fretis alluitur illa insula, quorum aiunt unum esse viridissime speciei, alterum subalbide, tercium motu furibundo perpetuis sevit tempestatibus. Ab illa civitate brevi remigio traicitur hinc ad Diminem urbem, que sita est in hostio Peanis fluvii, ubi et Runi habitant. Inde ad Semland provintiam, quam possident Pruci. Iter eiusmodi est, ut ab Hammaburh vel ab Albia flumine 7. die pervenias ad Vimne[c] civitatem per terram; nam per mare navem ingrederis ab Sliaswig vel Aldinburh, ut pervenias Vimne. Ab ipsa[d] urbe vela tendens, 14. die ascendes in Ostrogard Ruzie. Cuius metropolis civitas est Chiwe, emula sceptri Constantinopolitani, que est clarissimum decus Grecie. Odera flumen oritur in profundissimo saltu Marahorum, ubi et Albia principium sortitur; nec longis ab invicem spaciis, sed diverso currunt meatu. Alter enim, id est Odera, vergens in boream, transit per medios Winnulorum fines, donec perveniat usque ad Vimne, ubi Pomeranos dividit a Wilzis. Alter vero, id est Albia, in occasum ruens, primo impetu Behemos alluit cum Sorabis, medio cursu paganos dirimit a Saxonibus, novissimo Hammaburgensem parrochiam scindens a Bremensi, victor oceanum ingreditur Brittanicum. Nunc ad inceptum redeamus. Igitur desolatis omnibus preda et incendio urbibus ac villis usque ad aquam que Tongera vocatur, convenerunt e Slavis peditum et equitum plus quam 30 legiones, que sine aliqua lesione residua queque suorum auxilio deorum devastare non dubitarent, tubicinis precedentibus. Non latuit hoc nostros; conveniunt episcopi Gisilerus[e] et Hildiwardus cum Teoderico marchione ceterisque comitibus, Ricdago, Hodone, Binizone, Friderico, Dudone, Sigefrido, aliisque quam pluribus. Qui, ut dies sabbati primum illuxit, missam omnes audiunt, corpus animamque celesti sacramento muniunt. Hostes igitur obvios fiducialiter irrumpentes, paucis in unum collem effugientibus, prostraverunt, inf[f] loco qui Belxem dicitur. Laudatur a victoribus in cunctis operibus suis Deus mirabilis, approbaturque Pauli doctoris veridicus sermo: *Non est prudentia, non est fortitudo, non est consilium adversus Dominum.* Derelicti sunt, qui prius Deum spernere contempserunt idolaque manufacta et prorsus inania Creatori suo stulti preposuerunt. Appropiante nocte, nostrisque a longe castra metantibus, illi furtim evasere. Omnes autem *nostri, exceptis tribus, crastino gaudentes remeabant, applaudentibus cunctis quos obvios habuerunt vel quos domi invenerunt. De Slavis autem ceciderunt 30 milia 754[g]. Post[h] hec pro destructione eclesiarum in Brandeburh et Havelberga Teodericus dux et marchio, qui partium illarum defensor extabat, dignitatem suam perdidit, et Lotharius de Waldbike marcam ab imperatore suscepit. Inperator cum Romam venisset, relicta venerabili matre sua in Papia civitate, graviter infirmatur, et ut extrema persensit adesse, omnem suam pecuniam in quatuor partes divisit, unam eclesiis, secundam pauperibus, terciam matri ac uniee sorori pro commendatione debite caritatis, quartam militibus, qui vitam et patriam suo amori et obsequio postposuerant; factaque latialiter confessione coram apostolico ceterisque coepiscopis atque presbiteris, 7. Idus Decembris ex hac luce subtractus est, terreque commendatur, ubi introitus orientalis paradisi domus sancti Petri cunctis patet, et imago dominica honorabiliter formata venientes quosque stans benedicit. Destructionis episcopatus Mersburgensis[i] hic extitit maximus auctor. De quo talem visionem cuidam sapienti Deus ostendit. Nocte in tempesta, quando altus sopor solet occupare homines, vidit ipsum de quo agimus regem Ottonem aureo solio sedentem, sub pedibus eius argenteum scabellum, episcoporum et astantium procerum circa ipsum seriem longam aspexit. Intravit autem decora facie ad instar ignis iuvenis, quem nivea vestis ambigebat et purpurea stola in pectore cingebat. Nec stat via, vadit, argenteum scabellum sub pedibus cesaris cum indignatione subtraxit, et averso vultu ianuam petiit. Quod egre ferens, post illum cucurrit, qui tale somnium cernere meruit, *Queso*, inquid, *domine mi, dedecus ne fatias, suppedaneum reddas, quisquis es qui tantum audes, regem coram populo ne confundas.* Hec potentis Laurentii persona erat, sicut postea Deus palam manifestavit: *Inmo*, inquid, *si meum dedecus non emendat, maiora faciam subtracto scabello, ipsum deponam.* Huius visionis terrores cum cognovisset rex, facinus non correxit, sive amor hominis suasit, sive ira Dei ita iusssit. Hunc dum patruus suus Bruno Coloniensis archiepiscopus a primis infantie annis educans magna disciplina coherceret, ipse puer quiddam non puerile peregit. Nam quadam nocte

Adam l. l. — c. 11. — c. 12. — c. 13. — *fol. 88. — Thiet. III, 11. — *fol. 88'. — Thiet III, 14. — Brunonis v. Adalb. 12. *

a) vel h. *superscr.* 2. b) vel uualani *superscr.* 2. c) *ita c.* d) *add. sed del.* die *c.* e) gisiserus *c.* f) in — dicitur *add.* 2. g) DCCCLIIII *ultimo* C *deleto c.* h) Post hec — suscepit *add.* 2. *in marg.* i) c. m. episcopatus *c.*

*) Igitur Adalberti quoque vita inter fontes Annalistae supra pag. 544. enumeratos referenda est. PERTZ.

presule nocturnas horas celebrante, puerum in urbe defunctum lecto suo inponens[a] et sua veste operiens, quasi se exanimem subtraxit et abiit. Reversus presul ad lectum nepotis inventoque cadavere, illum credidit emigrasse, et pre nimio dolore ciathicam passionem incurrit. Interim, quem omnes deflebant, puer vivus superveniens, requirenti presuli, cur eum illusisset, respondit: *De nimia verberum calumpnia ulcisci conmodius non poteram.*

Thiet. III, 15. A. d. i. 984. Otto, filius Ottonis secundi, natus in silva que Ketil vocatur, in ipso dio natalis Domini ab Iohanne
*fol. 89. archiepiscopo Ravennate et a Willegiso Mogontino in regem consecratur *Aquisgrani. Et conpleto hoc officio, mox tristi nuntio perturbans talia gaudia, legatus de[b] morte inperatoris advenit. Movit multorum corda ineffabilis dolor; virtus sublata queritur, quam sepissime incolumem homo fragilis et dubius prosequitur. Regnavit hic post obitum patris sui annos decem. Solvitur interim a Traiectensi custodia dux Heinricus[c], et ab eo rex tenellus ad nutriendum sive ad degradandum a Warino Coloniensi archiepiscopo, cuius firme fidei ab inperatore is commissus fuit, assumitur.

ib. IV, 1. Interim domna inperatrix Theophanu novitate diri vulneris et unici absentia filii perculsa, ad Athelheidam inperatricem Papiam civitatem veniens, magno suscipitur luctu caritativoquo lenitur solatio. Prefatus vero dux cum Poppone venerabili episcopo Traiectensi[d], sub cuius potestate diu tenebatur, et cum Ekberto comite monoculo, Agrippinam veniens, regem patronus legalis a Warino, ut dictum est, archipresule suscepit, eiusque auxilium cum omnibus, quos ad sui gratiam convertere poterat, firmiter est adeptus. Dispositis igitur prout sibi placuit cunctis, dux ad Corbeiam cum eis venit, ibique Teodericum et eius fratrem comites nudis pedibus veniam postulantes dedignatur suscipere. Quod illi egro ferentes abierunt, cognatos suos et amicos a ducis ministerio toto mentis annisu amovere studentes. Qui cum palmarum sollempnia celebrare voluisset in Magadaburh; omnes regionis principes huc convenire rogavit atque precepit, tractans, quomodo se sue potestati traderent regnique eum fastigio sublevarent. Huic consilio maxima pars procerum hoc dolo consensit, ut licentiam a domino suo, cui iuraverant, prius peterent, postque securi novo regi servirent.

c. 2. Quidam autem ob eius indignationem digressi, astuciis occultis meditabantur, qualiter hoc numquam fieret. Indo egressus dux Heinricus, proximum pascha Quidelingeburh festivis peregit gaudiis. Quo magnus regni primatus colligitur, a quibusdam autem illo venire nolentibus ad omnia diligenter querenda nuntius mittitur. In hac festivitate dux a suis publice rex appellatur laudibusque divinis attollitur. Huc Miseco et Mistui et Bolizlavus duces cum ceteris innumerabilibus confluebant, auxilium sibi deinceps ut regi et domino cum iuramento affirmantes. Multi ex his pristinam fidem violare ob timorem Dei non presumentes, paululum evaserunt, et ad civitatem Hesleburh, quo socii eorum adversus ducem palam conspirantes convenerunt, festinavere, quorum hec sunt nomina: ex oriente hi comites cum Bernhardo duce et Teoderico marchione, Ekkihardus, Bio, Esic, Bernhardus et clericus Sigefridus eiusque filius, Fridericus et Ciazo fratres; conprovincialium autem Teodericus et Sibraht fratres, Hoico, Ekkihardus et Bezzeco germani, Bruninc et sui; milites quoque Sancti Martini iussu archipresulis Willegisi, quibus adherebat occideutalium maxima multitudo. Quod dux conperiens, suos magnis muneribus ditatos cum gratia dimisit; ipse autem cum valida manu ad perturbandam
*fol. 89'. hanc coniurationem seu pacificandam properans ad Werlo, Popponem episcopum misit, ut adversantes *disiungere aut reconciliare studeret. Qui cum cepto itineri insisteret, hostes congregatos iamque ducem petere paratos inveniens, vix pacem in loco qui Sueson dicitur ad condictum diem pepigit. Ad quam dux, Bawariam continuo petens, cum veniro aut noluisset, aut propter Heinricum, filium[e] Bertoldi, qui tunc Bawariis prefuit munere prefati inperatoris, non potuisset, hostilis inmanitas urbem Ekberti comitis que Ala dicitur obsedit; destructisque protinus muris intrantes, Adelheidam, inperatoris filiam, que hic nutriebatur, cum pecunia plurima ibi collecta rapiunt, gaudentesque redeunt.

c. 3. Dux autem, conversis ad se omnibus Bawariorum episcopis comitibusque nonnullis, Francorum terminos his fretus sociis adiit, et in pascuis ad Bissinstide pertinentibus ad alloquendos regionis illius principes consedit. Mogontine tunc provisor eclesie Willegisus cum duce Conrado ceterisque optimatibus huc convenit. Hos dux quibuscumque modis valuit sibi coniungere temptans, eosque a promissa regi suo cum sacramentis fide numquam vita comite recessuros, unanimiter respondentibus, coactus est futuri timore duelli cum sacramentis affirmare, ut in Kalend. Iulii ad locum qui Rara vocatur veniret puerumque matri sue illisque redderet. Tunc unusquisque remeavit ad sua, mente diversa pre gaudio

c. 4. atque tristicia. Post hec Heinricus Bolizlaum ducem Boemiorum, in cunctis necessitatibus sibi semper paratum, cum suis adiit, honorificeque ab eo susceptus, cum exercitu eius a finibus suis per Miseni et Deleminci pagos usque ad Mogelin ducitur. Deinde cum nostris obviam sibi venientibus ad Medeburun proficiscitur. Wagio vero, miles Bolizlavi ducis Boemiorum, qui Heinricum ducem cum exercitu comitabatur, cum ad Misni redeundo veniret, cum habitatoribus eius pauca locutus, Fridericum, Ricdagi marchionis tunc in Merseburh commorantis amicum et satellitem, ad eclesiam extra urbem positam venire ac cum eo loqui per internuntium postulavit. Hic ut egreditur, porta post eum clauditur, et Ricdagus, eiusdem civitatis custos et inclitus miles, iuxta fluvium qui Tribusa dicitur ab his dolose occiditur. Urbs

c. 5. autem predicta, Bolizlavi mox presidio munita, eundem cito dominum et habitatorem suscepit. A quo Folcoldus antistes vulgi varii instinctu expellitur, et ad Willegisum archiepiscopum veniens, benigne ab eo suscipitur. Nam eundem archiepiscopum pro filio nutritum, et cum ad eoas[f] ordinaretur partes, secundo Ottoni, cui magisterio prefuit, diligenter vice sui habendum commisit. Hoc semper archiepiscopus in animo tenuit et maximo honore recognovit, et tunc maxime, cum sibi necesse fuit; et in Erpesforde, quod ipse desideravit, procurari[g] summo studio precepit. Sciendum autem, in eadem regni turbatione principumque dissensione inperatricis Theophanu odium, quod in eam quidam ex primatibus habebant, in causa fuisse, eo quod de victoria Grecorum in Calabria Greca levitate nostratibus insultaverat. Hi siqui-
*fol. 90. dem ad predictum Heinricum, primi Ottonis fratruelem, inperium transferre gestiebant. Prevaluit tamen *illa pars, quae Adhelheidhe et Theophanu imperatricibus adherebat. His etiam presertim iustam causam tuentibus Conradus rex Burgundie, frater Athelheidho inperatricis, adnitebatur, quamvis sepedictus Heinricus filie ipsius Gisle matrimonio con-
Thiet. IV, 6. iunctus fuisset, ex qua etiam illustrem virum Heinricum imperatorem genuit. Interim regis fautores Wilehelmum de[h] Thuringia comitem, duci[i] nimis familiarem, in Winmeri obsidentes, conperto eius adventu, illo festinant, ac iuxta villam quo Eteri dicitur convenientes, castra metati sunt, crastino contra eum bellaturi. Quod cum ducem non

a) inpones *c.* b) de m. i. *add.* 2. c) *quaedam super linea addita post erasa sunt c.* d) *add.* 2. e) f. B. *add.* 2. f) eoas *corr.* eas *c. ubi littera ante* ordinaretur *erasa.* g) curari summo — Heinricum inperatorem genuit 2. *in loco raso.* h) de T. *add.* 2. i) regi *corr.* duci 2.

lateret, Gisilerum misit archiepiscopum, qui voluntatem eorum perquireret pacemque si posset ulla ratione firmaret. Thietm. l. l.
Hic cum senioribus congregatis legationis sue aperiret secretum, dictum est ab his, si regem suum ac dominum reddere nilque de rebus suis preter Mersburh et Wallebike et Frasu ad supramemoratum diem sibi detinere voluisset, idque sacramentis credibilibus approbaret, quod securitate ex eorum parte consolidata hunc abire liceret; sin autem, quod eundi redeundique nullus vivo pateret locus. Quid plura? Quicquid exposcunt, crastino inpetrant, eumque ad Mersburh, ubi ductrix Gisla longo eius[a] abcessu tristis sedebat, hi discedentes ire permittunt. Is vero cum fidelibus suis singula queque discutiens, seque ob Dei timorem patrieque salutem a proposito suo veraciter recessurum indicans, grates auxilii sui ac bone voluntatis refert condignas, et ut cum illo ad condictum pergerent diem, omnes caritative postulat. Ventum est ad Rara ab inperatricibus, hucusque humiliter divinam consolationem prestolantibus, et ab universis inperii principibus; fidelisque promissio ducis conpletur, data cunctis qui ad regnum pertinebant gratia sui abeundique licentia. Tunc cernentibus cunctis media die clara stella refulsit. Fit unus laicorum atque clericorum in Christi laude concentus[b], ac prius repugnantium supplex affectus, et dissona turba in unum dominium convenit. Rex puer[c] ab avia sua et matre diligenter susceptus, Hoiconis comitis magisterio committitur. Inter regem et ducem pax firmatur usque ad supramemorata Bissinstide prata, utrisque sua petentibus. Convenientibus autem illis, malorum instinctu in malo discesserunt, sicque multum temporis stetit intervallum. Orta est quoque inter hunc et Heinricum, qui Minor dicebatur, magna sedicio, que Herimanni comitis consilio postmodum finita est. Otwinus antistes Hildensheimensis obiit Kal. Decembris. c. 7.
Theodericus etiam[d] Meteusium episcopus obiit, et secundum prophetiam viri Dei vix aliquis principum, qui in bello Gallico evaserat, diu supervixit. Ekk.
Episcopatum Metensem suscepit Adalbero, vir sanctus et nobilis, filius Friderici ducis. Otwinus, de quo iam diximus, ille est, qui sanctum Epiphanium de Papia civitate Hildinisheim[e] adduxit[46], et hic fuit secundus abbas Magdaburh in urbe ad Sanctum Mauricium.

A. d. i. 985. Otwino pontifici Osdagus 11[us] episcopus successit, qui ex sua hereditate et adquisitione curtem maioris Alecrimesheim cum 30 mansis in utilitatem fratrum instituit. fol. 90'. Chr. Hild.
Lothario rege Francorum mortuo, Lodevicus, filius eius, regnat in Francia anno uno. Ekk.
Saxones Slavoniam invaserunt, quibus ad supplementum Miseco cum magno exercitu venit, qui totam terram illam incendiis et cedibus vastaverunt. A. Quedl.
Interim supramemoratus dux Heinricus divino instinctu ad se reversus, et vana exaltatione se deiectum conspiciens, veniente rege in Franconevord, illuc ipse adveniens, in conspectu tocius populi, complicatis manibus, humilis habitu et actu, vera conpunctus penitentia, regie se tradidit potestati. Quem digno honore susceptum et ductoria itidem dignitate sublimatum, inter fidelissimos, ut ius propinquitatis exigebat, eum deinceps habebat.
Celebrata est proxima pascalis sollempnitas in Quidelingeburch a rege, Thiet. IV. 7.
ubi quatuor ministrabant duces, Heinricus ad mensam, Conradus ad cameram, Hecil ad cellarium, Bernhardus equis prefuit. Illuc etiam Bolizlavus et Miseco cum suis convenerunt, omnibusque rite peractis, muneribus locupletati discesserunt.
Theodericus et Ricdagus marchiones preclari obierunt. Hic Ricdagus[f] cum sorore[g] sua nomine Eilsuit construxit et fundavit cenobium quod Gerbizstidi[47] dicitur. Ubi eadem soror illius sanctimonialibus prefuit, ibique sepultus est ipse cum filio suo Karolo et plurimis[h] de eadem cognatione. A. Quedl.
Huic successit Ekkihardus, Guntharii filius, vir magne industrie, qui cum patre suo diu ab honore proprio suspenso multa pericula sustinuerat.
Factus autem marchio, Misnam civitatem a Bolizlao duce recepit. Thiet. IV, 26. IV, 5.
Tunc Folcoldus Misnensis episcopus a Willegiso archiepiscopo reversus est. Cumque in Praga cenam Domini celebraret, sequenti die, que est parasceue, cum memoriam dominice passionis ageret, paralisi percussus asportatur, et in hac infirmitate usque ad finem vite, quamvis interdum convalesceret, permansit.

A. d. i. 986. Iohannes papa 15[us] sedit annos 10, menses 7. Ekk.
Mortuo Lodowico rege Francorum, Lotharii regis et Gerberge sororis primi Ottonis filio, Ekk.
Francis regnum ad Karolum ducem, patruum defuncti regis, transferre volentibus, dum ille inconsulte rem ad consilium differt, regnum Francorum usurpat Hugo, filius Hugonis Parisiorum comitis ex Hathwige, A. Quedl.
item sorore primi Ottonis inperatoris, et regnavit annis 9.
Otto rex adhuc puerulus cum magno exercitu perrexit in Slavoniam, ibique ad eum venit Miseco dux Polanorum cum multitudine nimia, obtulitque ei unum camelum et alia xenia multa, se ipsum etiam subdidit[i] potestati illius, et tunc simul pergentes, devastaverunt totam terram incendiis et depredationibus multis. Thiet. IV, 35.
Iste inclitus dux a Boemia regione nobilem sibi uxorem, senioris Bolizlavi sororem, duxerat, que, ut sonuit in nomine, apparuit veraciter in re. Dobrowa enim Slavonice dicebatur, quod Teutonice Bona interpretatur. Enimvero dum Christo fidelis coniugem suum vario gentilitatis errore implicitum esse perspiceret, angusta mentis deliberatione revolvit, qualiter hunc in fide sibi sociaret. Igitur omnimodis ei placere contendebat non propter triformem mundi huius appetitum, quin potius propter future mercedis laudabilem et universis* fidelibus desiderabilem fructum. Hec aliquando sponte sua male fecit ad tempus, ut postea diu operari *fol. 91.
posset bene. Namque in quadragesima, que coniunctionem predictam proxima sequebatur, cum abstinentia carnis et maceratione corporis sui decimationem Deo acceptam offerre conaretur, dulci promissione a viro suo propositum frangere rogatur. Illa autem ea ratione consensit, ut alia vice ab eodem exaudiri facilius posset. Quidam dicunt, eam in una quadragesima carnem manducasse, alii vero tres. Audisti delictum eius, nunc considera fructum elegantem pie voluntatis illius. Laboravit enim pro conversione coniugis sui, et exaudita est a benignitate Conditoris sui. Cuius bonitate faciente, persecutor suimet studiosus resipuit, dum frequenti dilecte uxoris hortatu innate infidelitatis toxicum evomuit, et in sacro babtismate nevam originalem detersit. Et statim caput suum et seniorem dilectum membra populi hactenus debilia subsecuntur, et nuptiali veste recepta, inter ceteros Christi adoptivos numerantur. Iordan, primus antistes eorum, multum in eis sudavit, dum eos ad superne cultum vinee sedulus verbo et opere invitavit. Peperit hec viro suo filium multum sibi dissimilem et multarum perniciem genitricum, quem fratris sui Bolizlavi ducis Boemici nomine appellavit, de quo in consequentibus dicetur. Qua obeunte anno dominice incarnationis 977. dux c. 36.
Miseco quandam sanctimonialem de monasterio quod Calva dicitur, filiam Teoderici marchionis, absque canonica auctoritate duxit. Oda fuit nomen eius, et fuit magna presumptio illius. Spreverat enim celestem sponsum, preponens ei virum militarem. Quod cunctis ecclesie rectoribus et maxime antistiti ipsius venerabili Hildewardo multum displicuit; sed propter salutem patrie et corroborationem pacis necessarie non venit hoc ad discidium. Namque ab ea augebatur

a) *add.* 2. b) centus *c.* c) *add.* 2. d) *add.* 2. e) hidinisheim *c.* f) *add.* 2. g) sorrore *c.* h) plurimis — permansit 2. *aliis erasis.* i) sudidit *c.*

46) V. Translationem S. Epiphanii Mon. SS. IV. 248. 47) Gerbstedt in ditione Mansfeldica.

Thiet. IV, 36. omnis Christi servitus, captivorum multitudo ad patriam reducitur, vinctis catena solvitur, reisquo carcer aperitur, et forsitan ei magnitudo perpetrati facinoris remittetur, dum in ea tante pietatis dilectio cognoscitur. Legimus tamen, quod ille frustra Deum placare studeat, qui incepte nequicie propositum non abiciat. Hec genuit viro suo filios Miseconem, Zuentepulcum et . . . . . [a], cum magno bonore ibi degens usque ad finem viri, accepta cum quibus fuit, et proficua
A. Quedl. de quibus venit. Machtildis abbatissa, filia Ottonis magni regis, construxit monasterium in honore sancti Dei genitricis Marie in monte occidentali, ob recordationem dilecti fratris sui, sub religione regule sancti Benedicti. Ida, uxor Ludolfi filii primi Ottonis, obiit.

A. Quedl. A. d. i. 987. Saxones iterum Slavoniam invaserunt, et ad ultimum Slavi dicioni regis subduntur, * et castella iuxta
* fol. 91. Albiam flumen restaurata sunt; et in proxima[b] hieme aque nimium inundaverunt, et ventus ingens plurima edificia stra-
Ekk. vit. Estas postea ferventissima ac pluribus perniciosa, unde et fruges minorate sunt. Karolus, frater Lotharii regis, dux Lothariensium, regnum Francorum paterna et avita successione sibi debitum contra Hugonem regem suum nepotem repetit, eumque bello perurgens, Laudunum capit. Hugo rex Karolum in Lauduno obsidet, sed secundo obsidionis mense mira Dei virtute et inaudito modo obsessi prosilientes, castra obsidentium incenderunt, et ipse rex Hugo, plurimis suorum interemptis, turpiter fugiens vix evasit. Liudolfus Augustensis episcopus ordinatus est. Stre-
Cosm. zizlava, mater sancti Adalberti Pragensis[c] episcopi, obiit, venerabilis et Deo acceptabilis matrona, digna tante sobolis mater dici et esse.

A. Quedl. A. d. i. 988. Estatis fervor nimius ac repentinus ab Idus Iulii usque Idus Augusti inmanissime exardescens fruges
Ekk. absumpsit. Rex puer in Engelenheim pasca celebravit. Ferunt annonam pluisse de celo in Hasbanio, alii etiam pisciculos parvos de coelo pluisse ferebant. Karolus dux Montem Acutum expugnat, Suessionem usque vastando acce-
Adam II, 19. dit, inde Remim aggreditur, et Laudunum cum multa preda revertitur. Adeldagus Bremensis archiepiscopus obiit,
Thiet. IV, 12. qui sedit annos 53. Huic Lievizo successit, qui papam Benedictum exulem huc secutus, erga Deum et regem hunc
IV, 40. honorem promeruit. Huius Benedicti pape ossa iussu senioris sui Razo de Bremin Romam transtulit. Qui cum in exilio esset in Christi studiosus servicio, cumque adhuc aquilonalis plaga secura pace gauderet, *Hic*, inquit, *fragile corpus meum debet resolvi, et post hec omnis ista regio gentili gladio desolanda ferisque inhabitanda relinquetur, et ante translationem meam omnis huius indigena pacem firmam non videbit. Postquam vero domum revecta fuerint ossa mea,*
II, 18. *paganos requieturos spero intercessione apostolica.* Hunc venerandum patrem Otto cesar, ut quidam ferunt, iniuste
IV, 11. accusatum, deponi consenserat et in illas partes exilio relegaverat. Quem Lievizo de patria sua, que sita est in confi-
VI, 53. nio Alpium et Suevorum, secutus, quesivit, et ne ad eum perveniret, a multis itinerantibus retardatus, non adquievit. Tandem perveniens et eum in divinis officiis studiosissimum videns, quamdiu vixit studiose ei adhesit. Cumque de hoc seculo ad celestia ille migrasset, Lievizo item Adaldago archiepiscopo vice servi famulabatur. Quod ipse considerans, pauperes suos eius fidei commisit; dehinc camerarius eius effectus, fideliter commissa sibi custodivit. Quo defuncto,
Vit. S. God. c. 17. conmuni electione et regali munere idem Lievizo successit. His[d] temporibus, cum Gandersheimense territorium semper ab inicio sui ad Hildensheimenses[e] episcopos per 240 annos pertineret, nullus Mogontinus presul quicquam inde vel sibi vel sue eclesie vendicavit usque ad hec tempora Willegisi archiepiscopi. Hic vir in omni catholica pietate preclarus, in hoc solo periculose[f] temerarius fuit, quod suadente Sophia, sorore inperatoris, que iuvenili iactantia et dignitate generis elata, a palligero tantum velari gestivit, eundemque locum sibi usurpare temptavit; que tamen machinatio, in conspectu regis et principum Osdago episcopo veritatis ei et iusticie voce resistente, disperiit, quando vix obtentu regis eiusque matris licentiam ab eodem episcopo obtinuit, ut ibi in natali sancti Luce ewangeliste missam celebraret archiepiscopus et predicte Sophie velationem simul ageret, de ceteris vero velandis virginibus Hildinisheimensis presul[g] suo iure provideret.

fol. 92. A. d. i. 989. Comete apparuerunt, quas pestilentia grandis hominum et iumentorum subsecuta est et maxime
A. Quedl. Ekk. boum. Karolus dux iterum Remim occupat, archiepiscopum, quem Hugo rex prefecerat, et quosdam primates capit et
A. Hild. Lauduno relegat. Theophanu inperatrix, mater regis, Romam perrexit, ibique natale Domini celebravit, et omnem
Ekk. regionem regi subdidit. Eodem anno Osdagus Hildenesheimensis episcopus obiit. Hugo Wirceburgensis episcopus
A. Hild. a. 990. obiit. Hoc[h] anno Saxones Abodritos bis grandi irruptione vastaverunt, multique illorum et penitus nominatissimi[i] interempti sunt, alii in flumine necati. Saxones autem cum Dei gratia et victoria redierunt. Misaco etiam et Bolizlavus duces Slavorum magnis inimiciciis inter se conflixerunt. Et eodem anno eclipsis solis facta est, quam non modica sequebatur mortalitas hominum et iumentorum, 12. Kal. Novenbris.

A. Quedl. Ekk. A. d. i. 990. Eclipsis solis facta est hora[k] 5. Karolus dux[l] moritur; cui Otto filius eius successit. Gerda-
Chr. Hild. gus Hildensheim duodecimus episcopus ordinatur 14.[m] Kal. Febr., qui etiam ex sua proprietate et adquisitione curtem minnris Alegrimesheim et Sigebrechtesheim fratribus suis ad 40 mansos donavit. Qui tercio sue ordinationis anno Romam
Cosm. adiit, et inde rediens, 7. Idus Decembris ad Dominum migravit. Sanctus Adalbertus Rome ad Sanctum Alexium, inscio abbate quis esset, factus est monachus. Nam videns quod grex sibi commissus semper in precipicium iret nec eum ad rectam viam convertere quiret, timens ne et ipse cum pereunte plebe periret, non ausus est cum eis amplius stare, nec passus est suam ulterius incassum predicationis operam dare. Sed cum iam Romam iter arripere vellet, forte
ib. a. 929. ipso tempore Ztrahquaz[n], filius Bolozlai, qui sanctum Wenezlaum fratrem suum interemerat, atque ad placandum hunc
Cosm. l. l. de quo loquimur abbati Sancti Emmerammi martiris Ratispone inbuendum voverat et tradiderat. Qui venicbat cum sui abbatis licentia de Ratispona post multos annos visere patriam et cognatos et[o] fratrem suum Boemie ducem. Cum quo vir Dei presul Adelbertus secretum peciit, et multa conquestus est de infidelitate et nequitia populi, de incesta copula et inlicito discidio inconstantis coniugii, de inobedientia et negligentia cleri, de arrogantia et intolerabili potentia comitum. Ad ultimum intentionem sui cordis aperit, quod vellet Romam apostolicum consultum ire et ad gentem apostatricem numquam redire. Inter hec et ad hec addidit: *Et bene est*, inquid, *quod tu frater nosceris esse ducis; te plebs ista mavult dominari et tibi magis obedire quam michi. Tu consilio et auxilio fratris superbos conprimere, negligentes arguere, infideles increpare, inobedientes corripere poteris. Tua dignitas et scientia, tui habitus sanctimonia multum concordant ad hec regimina. Quod ut fiat, ego tibi cum Dei voluntate et mea potestate concedo, et ut liceat, me vivente, ut sis episcopus, aput apostolicum votis omnibus intercedam.* Et quem manu forte tenebat, episcopalem baculum ponit ei in sinum. Quem ille quasi furibundus in terram proiecit, et hec insuper verba adiecit: *Nolo dignitatem in mundo, episcopatu me indignum*

a) *spatium vacuum in c.* b) proima *c.* c) *addit, sed deletum,* postmodum *c.* d) His — provideret *artius fortasse in loco raso scripta.* e) hidensheimenses *c.* f) pericule *c.* g) presu *c.* h) Hoc anno — Novenbris *add. 2. cf. a. 990. in fine.* i) nōiatissimi *c.* k) hora V^a *superscripta c.* l) *bis scriptum c.* m) XIIII. Kal. Feb. *add. 2.* n) *litterae* Zra *bis scriptae in c.* o) e *c.*

iudico, pastorali cure non sufficio. Monachus sum, mortuus sum, mortuos sepelire non possum.* Ad hec presul respondit: *Scias, frater, scias, quod modo non facis cum bono, facies postea, sed cum malo tuo.* Post hec presul, ut proposuerat, Romam iter arripit, et gentem suis preceptis inobedientem reliquid. Eo tempore Miseco Polanorum et Bolizlavus Boemiorum duces invicem sibi plurimum nocuerunt. Bolizlaus Liuticios, suis parentibus et sibi semper fideles, in auxilium sui invitat. Miseco autem Teophanu imperatricis auxilium postulat. Que cum tunc in Magadaburh fuisset, Gisilerum archiepiscopum comitesque hos, Ekkiardum, Esiconem, Binizonem, Sigefridum, cum Brunone et Udone ceterisque compluribus, eo misit. Qui proficiscentes vix cum quatuor legionibus, ad pagum qui Selpuli dicitur venerunt, et iuxta unam paludem, supra quam pons longus erat porrectus, consederunt. Et ecce, in noctis silentio unus ex sociis Willonis, qui pridie ad perspicieudum suum predium precedens captus est a Boemiis, evadens, periculum inminens Binizoni primo indixit comiti. Tunc nostri eius admonitione celeriter surgentes, se preparant, et in ipso iam venientis aurore crepusculo missas audiunt, quidam stando, alii super equos sedendo; et in ortu solis exeunt e castris, solliciti de eventu futuri certaminis. Tunc Bolizlaus cum suis venit turmatim 3. Idus Iulii, et utrimque nuntii mittuntur, et ex parte Bolizlai quidam miles nomine Zlopam ad perspiciendum agmen nostrorum accessit, et reversus inde interrogatur a domino, qualis esset exercitus hic, si cum eodem pugnare posset an non. Hortabantur enim hune satellites sui, ut nullum de nostris vivum abire sineret. A quo sic ei responsum est: *Exercitus hic quantitate parvus, sed qualitate optimus est; pugnare tibi cum eo potis est, sed si tibi hodie victoria evenit, sic prosterneris, ut fugiendo Miseconem inimicum te persequentem vix aul nequaquam evadas, et Saxones libi hostes in perpetuum adquiris; si autem victus fueris, finis esl de le el omni regno ad te pertinente. Non enim remanet spes ulla evadendi, inimico te undequessecus vallante.* His furor eius sedatur, et per legatos principes nostros alloquitur, ut qui contra eum venerunt, cum eo ad Miseconem pergere et in restituendis suis rebus aput eum adiuvare vellent. Annuentibus illis, Gisilerus archipresul cum Ekkihardo, Esicone, Binizone comitibus profectus est, ceteris eum pace* domum revertentibus. Advesperascente iam die, his omnibus arma sumuntur, et mox cum iuramento firmatis redduntur. Venit Bolezlaus cum illis ad Oderam et ad Miseconem nuncius mittitur, qui se diceret in potestate sua auxiliatores ipsius habere; si regnum ablatum sibi redderet, hos incolumes habire sineret, sin autem, omnes perderet. Ad hec Miseco respondit: si voluisset, rex suos adquireret salvos[a] aut ulcisci faceret perditos, et si hoc non fieret, propter eos nichil omnino perdere voluisset. Hoc Bolizlaus[b] ut audivit, salvis omnibus nostris, quecumque potuit ex locis circumiacentibus predatur et incendit. Inde reversus, unam urbem[c] obsedit, et hanc cum domino eius, urbanis nil repugnantibus, *adquisivit, eumque Liuticis ad decollandum dedit. Nec mora, *fol. 93. diis, ut ipsi dicebant, fautoribus hec ostia offertur, et de reversione ab omnibus tractatur. Tune Bolizlaus, sciens nostros ex parte Liuticiorum incolumes non posse domum sine eo pervenire, crastino dimisit eos crepusculo, admonitos ut multum properarent. Quod ut Liutici compererunt, pone sequi maxima eorum multitudo mox nitebatur. Quos Bolizlaus vix compescuit, dicens: *Vos, qui in meum huc venistis auxilium, videte, ut perficiatis quod cepistis bonum, pro certo scientes, hos, quos in fide mea suscepi, vita mea superstite nullum hodie perpeti malum. Non est nobis honor nec consilium, hactenus amicos familiares nunc effici manifestos hostes. Scio magnas inter vos inimicicias esse, sed has ulciscendi evenient tempora, his multo aptiora.* His Liutici sedati, duos dies ab eo ibi detenti sunt, et tunc invicem se salutantes, antiquumque fedus renovantes, discesserunt. Tune vero isti infideles 200 milites elegerunt, qui nostros insequerentur, quia pauci erant. Quod nostris mox a quodam satellite Hodonis comitis intimatum est. Unde in ipsa accelerantes hora, Deo gratias! Magdaburh incolumes pervenerunt, hostibus in vanum sic se laborantibus. Hoc ut primum inperatrix audivit, prosperitati eorum arrisit. Liudolfus Corbeiensis abbas obiit, vir venerabilis; cui multum vigiliis ieiuniisque laboranti plurima Deus dignatus est revelare, quorum unum proferam, quod frater meus Brun episcopus, in Nova Corbeia educatus et eiusdem altaris servus, michi indicavit. Erat quidam iuvenis, germanus eiusdem abbatis[d], et regularis monachus in eadem congregatione. Qui cum in commisso sibi officio moraretur et reliquias preciosorum martirum Crispini et Crispiniani solito more secum veheret incurioseque tractaret, persensit in pena subsequenti celeriter, quod peccavit in martires Christi. Nam subito moritur corporaliter, qui sanctis Dei neglexit servire spiritualiter. Et ipsi martires sancti, ut hoc predicto abbati venerando innotescerent, nocte ante ianuas eclesie exeunti obvii fuere. Quos ut vir clarus primum aspexit, timore magno perculsus modeste substitit silentiumque servavit. Cui illi dicunt: *Cur, venerande pater, non interrogas, qui simus aut quare[e] venerimus?* Auditoque ab illis nomine eorum et causa adventus ob negligentiam fratris illius et quod hec noxa non relinqueretur inulta, mox abierunt. Discedentibus his, abbas hec fratribus indicavit, dicens: *Mortuus est ille iuvenis, qui in nostra nunc erat obedientia ob incustoditam sanctorum, quos secum habuit, reverentiam; heu michi talia umquam consentienti!* Nec longo post venit nuntius, qui hec vera esse affirmaret, et corpus eiusdem adduci intimaret. Venerabilis autem vir nec huic obviam exire voluit, nec fratres more solito illud suscipere sivit; sed iratus ad truncum corporis talia fatur: *Quare tu proterve eos, qui[f] cum unigenito Dei vivi filio in magno honore habentur, negligenter tecum ducere, vel post tale facinus huc ausus es absque supplici interventu ullatenus* venire?* Decanus autem defunctum fratrem pro sua possibilitate excusans, tale a patre responsum acce- *fol. 93. pit: *Mi frater amate, scis que hic servus ad oculum in luo aspectu egerit; quid vero absentialiter fecerit, ignoras. Ego autem oplime perpendo el intime ingemisco, quia hunc in tormentis gravibus cruciari intelligo. Nunc igitur pia intercessione nostrorum patronorum supplex peto, ut per hos divina pietas mee humilitati innotescat, quando ei a se laxato liceat michi peccatori absolutionem facere et communionem dare. Enimvero asperum nimis est aculeo recalcitrare, et hominibus indecens, quibus divina maiestas irata est, indulgentiam exhibere.* Post hanc vocem pius abbas ad oratorium speciale, suum in rebus anxiis asilum, nudis pedibus venit, et more solito in se et in aliis humanam fragilitatem defleus, placavit Deum et solvit reum. Et protinus cum multis gratiarum actionibus exsurgens, per divinam potestatem coram fratribus cunctis defuncto crimen remisit et eclesie communionem et corpori sepulturam dedit. Predictorum martirum reverentiam in antiquioribus libris satis lucentem adhuc accipe. Regnante tercio Ottone, Albi, filius Guncelini, a satellite suo in quadam silva ob inutilem causam occisus est. Cuius comitatum cum beneficio iuxta Mildam iacenti Gisilerus archipresul accepit. Huius camerarius Gunterus, mortuo Dodone Asnebrucgensis eclesie episcopo, carus inperatori et sepe fideliter serviens, Italiam venit. Cumque ibidem clementer susciperetur et in omnibus clementer exaudiretur, in sequenti nocte vidit Christi martires Crispinum et Crispinianum ad se venientes, et si eorum vellet episcopatum accipere interrogantes. Quibus cum responderet: *Si Deus vult el vobis placet,* perfixus est ab eis duabus hastis. Et mox evigilans, nullatenus per semet ipsum potuit exsurgere. Crastino autem cesar ut eius infirmitatem conperit, fidele promissum conplevit. Post hec idem convalescens, domum rediit, acceptaque consecratione, cum dolore magno pene annos quatuor vixit. Nescio

Cosm. l. 1. *fol. 92'. Thiet. IV. 9. c. 10. A. Corb. Thiet. III, 7. IV, 47. c. 46.

a) *add. sed del.* sin autem *c.* b) bolizaus *c.* c) urbe *c.* d) confrater suus, *i. e.* monachus? *Thietm.* e) unde *corr.* quare *c.* f) qu *c.*

Thietm. l. l. si quid Deo vel sanctis suis in eo displicebat; hoc constat, quod vir iustus et bene timoratus fuit, mitis et castus, et sicut hi cum quibus modo requiescit asserunt, plurimum eum aput Deum valere, plurimis signis probatur. Nam revera
A. Hild. Deus non iudicat bis in id ipsum. Hoc[a. 48] anno Saxones bis Abodritos grandi irruptione vastaverunt, multique ex ipsorum nominatissimis interempti sunt, alii in flumine necati. Saxones autem Dei gratia cum victoria redierunt. Eodem anno facta eclipsi solis, non modica secuta est mortalitas hominum atque iumentorum 12. Kal. Novenbris.

Ekk. A. d. i. 991. Remis sinodo tocius Francie congregata, Arnulfus, nepos Karoli ducis, quem ipse Karolus episcopum Remis substituerat, omnium iudicio exordinatus dampnatur, et Adelgarius presbiter, qui urbem prodidit et portas Karolo aperuit, insolubiliter excommunicatus dampnatur. Gerbertus episcopus Remorum subrogatur, cuius est hoc de se monasticum: *Scandit ab R. Gerbertus ad R., post papa viget R.;* insinuans, se de Remensi presulatu ad Ravennatium presulatum scandere, post etiam papam Romanum fore. Theophanu inperatrix cum filio *inperatore tercio Ottone pascale
A. Quedl. *fol. 94. festum inperiali gloria aput Quidelingburh peregit; ubi[b] marchio Tuscanorum Hugo et dux Polanorum Miseco cum pluribus regni principibus adfuere, diversa munera ad obsequium inperatoris deferentes; e quibus Miseco aliique quam plurimi honorifice donati in patriam redierunt. Hugo vero cum eadem inperatrice filioque suo, quocumque proficiscuntur, famulando prosequitur, usque dum Niumagun perventum est. Ibi ergo dum quasi conpede totum sua ditione collegisset inperium, consummato in bonis vite sue cursu, quod est dictum miserabile, immatura morte dissolvitur 16. Kal. Iulii, indeque lugubri inperatoris filii sui ceterorumque suorum fidelium comitatu evecta, ad urbem defertur Agrippinam,
Thiet. IV, 10. et in eclesia sancti Pantaleonis martyris, ut ipsa decreverat, sepulta est, ab Evergero Coloniensi archiepiscopo, presente filio ac multa pro remedio matris fratribus largiente. Quod cenobium datis impensis Brun archipresul, ibi[c] requiescens,
c. 8. construi preceperat. Hec quamvis sexu fragilis, modeste tamen fidutie, et quod rarum in Grecia est, egregie conversationis fuit, regnumque filii sub custodia virili servabat, demulcens in omnibus pios, terrens et superans erectos. Huius piis monitis domnus inperator, factus iam vir, postquam evacuavit que erant parvuli, semper Mersburgensis eclesie destructionem deflens, quomodo hec renovaretur, sedula mentis intentione volvebat, et quamdiu in corpore vixit, hoc voto perficere studebat. Nam eadem inperatrix talia, ut michi post Meinsuit rettulit, sicut ab ipsa percepit, in somnis vidit. Apparuit ei in tempeste noctis silentio sanctus Christi adleta Laurentius, dextro mutilatus brachio, dicens: *Ego sum,* et nomen innotuit. *Cur non interrogas, quis sim?* Et illa, *Non audeo,* inquid, *domine mi.* Ille autem prosequitur dicens: *Quod in me modo consideras, tuus effecit senior, eius persuasu seductus, cuius culpa electorum Christi magna multitudo discordat.* Post hec filii sui fidei eadem conmisit, seu vivente Gisilero seu moriente fieri posset redintegratio illius episcopatus, patris sui animam in novissimo die ad eternam requiem revocaret. Hec quoque de fructu ventris sui decimas Deo obtulit filias suas, unam Quideliggeburh, Adelheidam nomine, alteram Gandersheim, que Sophia dicebatur.
c. 38. Tercia Machtild nomine Herimanni comitis palatini filio Ezoni nupsit; et hoc multis displicuit. Sed quia non valuit emendari legaliter, sustinuit hoc unicus frater eius pacienter, dans ei quam plurima, ne vilesceret innata sibi a summis
c. 10. parentibus gloria. Inclita imperatrix Adelheidhis, postquam de inperatricis Theophanu morte conperit, tristis protinus effecta, regem tunc 7 annos regnantem visitando consolatur ac vice matris secum tam diu habuit, quoadusque ipse pro-
A. Hild. tervorum consilio iuvenum depravatus tristem illam dimisit. Ignis de Rheno ascendens villas prope positas combussit.
fol. 94'. Pirate etiam Staverun depredando vastaverunt, aliaque in littore loca perdiderunt. Otto rex cum magno exercitu Saxonum ac supplemento Misaconis Brandeburh obsedit et vicit. Illo autem inde digrediente, Saxo quidam nomine Kizo Liuticorum auxilio eandem urbem audacter satis contra regem invasit, atque predictorum Slavorum pertinatia contra ius
A. Quedl. et fas dicioni proprie subiecit, et crebras latrociniorum irruptiones in Saxoniam molitus est. Eodem anno Erkenbaldus Strazburgensis, Fridericus Salzburgensis et Bilegrimus episcopi obierunt. Managold quoque, non infimus Suevie, in Saxonia obiit, ac propter fidele servicium inperatrici Athelheidhe exhibitum, ipsa comitante, Quidelingeburgensem advehitur civitatem, ibique honorifice sepelitur.

A. Quedl. A. d. i. 992. Gloriosissima dedicatio Halbestadensis eclesie facta est 17. Kal. Novembris a venerabili suo episcopo Hildewardo anno sue ordinationis 24; quam secum 12 episcopi consecraverunt, quorum hec sunt nomina: Willigisus archiepiscopus Mogontinus, Gisilerus Magadaburgensis, Lievizo Bremensis, Aio Capuanus, Iohannes Placentinus archiepiscopi[49]. Preterea Liudolfus Augustensis, Hildoboldus Wormaciensis, Hretrius Patherburnensis, Erp Fardunensis, Ursus Paduanus, Hugo Cicensis, Hildericus Havelburgensis[49], Reginbreht Racisburgensis, Reinwardus Tridentinus episcopi. Abbates vero hi adfuerunt: Manso Cassinus, Thietmarus Corbeiensis, Liutzo Luneburgensis, Ochtradus Mersburgensis, Lambertus Longhelus, presente rege sereno tercio Ottone suaque avia Adelheidhe atque amita sua Machtilde abbatissa, duce quoque Bernhardo, et Liudolfo Capuano comite, et prefectis ac proceribus innumeris, atque incomparabili multitudine cleri ac populi in laudem Dei conclamantibus, dedicantes prefatam eclesiam orando iuve-
Thiet. IV, 12 runt. Festivitas autem erat eadem Christi confessoris Galli, in cuius monasterio predictus presul edoctus fuerat, et ideo semper studuit in hac celebritate suum perficere desiderium. Hunc adiuvit in omnibus fidelis suus cappellanus Hildo, et prudentissime cuncta disposuit. Omnes Saxonie principes huc convenientes caritative suscepti sunt. Numquam fuit ante nec post in divinis laudibus et negotiis secularibus in omnia plenius cunctisque acceptius peracta festivitas.

cf. Chr Halb. Maximum[d] altare consecravit domnus Hildewardus episcopus sancte Trinitati primoque suo militi Stephano, adornans illud quasi caput sponse pro 12 lapidum compositione 12 episcoporum unctione. Sub quo recondidit particulam sancte crucis et de presepio eius et de monumento ipsius, barbam etiam sancti Petri apostoli et de corpore illius et particulam vestis sancti Iohannis euangeliste, Philippi et Bartholomei omniumque apostolorum reliquias; sanguinem quoque sancti Stephani cum sui corporis articulis duobus, et reliquias sanctorum martirum Laurentii, Felicissimi, Agapiti, Ianuarii, Marcellini, Petri, Pancracii, Georgii, Nicasii, Urbani, Bonifacii, Anastasii, Dionisii, Eleutherii, Ciriaci, Ipoliti, Blasii; confessorum autem Martini, Servacii, Liuderi; virginum autem Liutrudis, Vincentie, Eufemie. Ad meridianam plagam huius Gisilarius Magadaburgensis archiepiscopus consecravit aram in honore sanctorum martirum Mauricii ac sui exercitus, quam et dota-

a) Hoc anno — Novenbris *add.* 2. b) ub *c.* c) ubi *c.?* d) Maximum — munere regio honoravit *in ima margine f.* 94'. *et f.* 95. *addit* 2.

48) Eadem etiam a. 989. leguntur. 49) cf. quae dixi in praefatione.

vit veste sancti Mauricii, reliquiis vero Exsuperii, Candidi, Innocentii, Vitalis, comnilitonum eius. Ad aquilonalem maximi altaris partem Libucius Bremensis archiepiscopus consecravit aram in honore beatorum martirum Viti, Iustini, Ciriaci, in qua et sepelivit reliquias eiusdem sancti Ciriaci et Eustachii martirum, Longini quoque militis, qui lancea latus Domini perforavit, et sancti Willehadi episcopi et confessoris. Ad ianuam monasterialis claustri, in austro scilicèt eclesie, Erpo Fardensis episcopus consecravit altare in honore sancti Clementis pape et martiris et sancte Cecilie virginis, in quo et recondidit reliquias sancti Clementis, sanctorum quoque martirum Georgii, Marci et Marcelliani. In septentrione eclesie ad ianuam episcopalis cubiculi Retharius Paderbrunensis episcopus benedixit altare in honore sancti Dionisii martiris et sociorum eius sanctique Liborii confessoris, quod reliquiis sancti Dionisii, Proti et Iacincti martirum et sancte Madalberte virginis consecravit. Ad occidentem eclesie, videlicet medio chori, consecravit altare ipse Hildiwardus episcopus in honore beatorum martirum Sixti pape et sociorum eius. Ad huius altaris meridiem Hildibaldus consecravit altare in honore Laurentii, Ipoliti, Pancracii martirum, Vincentii quoque et Ciriaci; quam et dotavit reliquiis Vincentii et Ipoliti martirum et veste sanguinea sancti Wenezlai martiris. Ad aquilonem vero eiusdem medii altaris Dodo Augustensis episcopus dedicavit aram in honore sancti Sebastiani martiris, sancti Bonifacii Mogontini archiepiscopi et confessorum Liudegeri et Odelrici et sancte Affre; cui commisit reliquias Sebastiani, Pantaleonis, Iuliani et Basilisse. Supremum oratorium Willigisus Mogontinus archiepiscopus dedicavit in honore sanctorum angelorum Michahelis, Gabrielis, Raphahelis et omnium civium supernorum et in memoria beati Martini Turonensis episcopi et sancti Galli confessoris; in quo sepelivit reliquias Georgii, Blasii atque Castorii martirum. Interfuit huic dedicationi Otto rex, corona ceterisque regalibus indumentis sollempniter vestitus, qui et sceptrum suum aureum ad manum pontificis sacrificii tempore obtulit. Avia quoque sua Adelheidis augusta cum filia sua, gemma regie stirpis perlucida, Machtilda Quidelingeburgensi abbatissa et nepte sua Hathewiga Gerenrodhensi abbatissa, fama bonarum actionum illustri, sanctum hoc altare et precibus almis consecravit et munere regio honoravit. A. Quedl.

Duodecimo Kal. Novembris totum celum ter in nocte visum est rubrum fuisse. Miseco dux Polanorum iam senex febricitans, ab hoc exilio ad patriam celestem transivit, relinquens regnum suum plurimis dividendum. Quod postea filius eius Bolizlaus, noverca et tribus fratribus expulsis, excecatisque familiaribus suis Odilieno et Pribwudio, vulpina calliditate contraxit in unum, atque ut tantum solus dominaretur, ius et fas omne postposuit. Duxit hic Ricdagi marchionis filiam, postmodum dimittens eam. Post hanc ab Ungaria *sibi sumpsit uxorem, de qua habuit filium, nomine Besfrim, similiter expellens eam. Tercia fuit Erminildis, filia venerabilis senioris Debromiri, que Christo fidelis ad omne bonum instabilem sui coniugis animum declinavit, et immensa elemosinarum largitate et abstinentia utriusque maculas abluere non destitit. Peperit hec duos filios Miseconem et alium, quem dilecti sui senioris nomine pater vocavit, filias quoque tres, quarum una fuit abbatissa, secunda nupsit Herimanno comiti, tercia filio regis Ruzorum[a] Wolodemiri. A. Quedl. Thiet. IV, 37. *fol. 95.

Otto rex cum valida suorum manu iterum Brandeburh adiit, venitque ad eum Heinricus dux Bawariorum et Bolizlaus Boemiorum princes cum ingenti multitudine in auxilium regi; Bolizlaus vero, Miseconis filius, per se ipsum ad regem venire non valens — inminebat quippe ei[b] grande bellum contra Ruscianos —, suos satis fideliter milites in ministerium regis direxerat. Verum rex bonis Slavorum promissionibus confidens suisque principibus resistere nolens, pacem illis iterum concessit, et inde in patriam remeavit; sed illi more solito mentiti sunt per omnia. A. Hild.

Postea Kizo nostrorum blandiciis delinitus Brandeburh urbem regie potestati cum semet ipso tradidit. Unde Lintici nimio furore succensi, eum cum omnibus quas habebant catervis ilico petebant. Interea rex in Magdaburh fuit, et cum hoc comperiret, quos tunc habebat eo celeriter misit, Ekkihardum marchionem, tres filios comitis Heinrici de Stadhe, cum Friderico comite palatino et Luthario marchione de Waldbike. Thiet. IV, 15.

Hi cum suis venientes, divisi sunt ab hostibus se acriter irrumpentibus, et una pars ex nostris in urbem venit, alia que remanserat, cesis militibus nonnullis, rediit. Tunc rex, collectis undique sociis, illo properat, et hostes nostri magnam vim defensoribus urbis inferentes, cum ultimam legionem vidissent, amotis castris fugerunt. Nostri autem in ereptione interius gaudentes, kirieleyson canunt, et advenientes unanimiter respondent. Munita urbe presidio, rex abiit, et eam in sua potestate diu habuit. Post hec Kizo cum Quidelingeburh veniens maneret, civitatem cum satellitibus suis et uxore perdidit, que omnia, excepta urbe, postea recepit Unus enim ex suis militibus Boliwit nomine, cuius consilio, quamvis absens esset, hoc agebatur, ibi dominabatur. Kizo autem cum in his partibus post latenter nocere voluisset, optimus miles cum suis interfectus est. Ekk.

In Burgundia Odilo ex clerico Brivatensi monachum professus, in Cluniacensi cenobio preficitur, quod per annos 56 miro religionis fervore rexit et provexit; qui preter cetera pietate etiam insignis, non solum vite exemplis, sed etiam miraculis in vita sua claruit. Hic vitam sancte Adhelheidhis inperatricis descripsit. — Adelheidhis inperatrix augusta debito materne dilectionis filie sue Machtildi abbatisse curtem, que in Saxonie finibus sita Walbike dicitur, cum appendiciis hereditatum eo pertinentium dono dedit, et sive propriis usibus *aptandi, sive quolibet alio pro velle arbitrio illius committens, per cirographi inscriptionem imperatorio anulo signati stabili pactione firmavit[50]. Hec nimirum divini amoris ut erat estu ferventissima, largitatis ac *fol. 95'.

a) *add.* 2. b) ea *c.?*

50) cf. diploma Ottonis hoc confirmans d. 8. Idus Iun. 993. ap. Erath. cod. diplom. Quedl. p. 23. Adel-

benivolentie studio prona, non sibi, quo aput seculum dicior videretur, quippiam reservari cupiens, sed totis desideriis ad superna semper anhelans, heredem sibi eum, cuius regni et inperii status caret termino, humili adoptione providit, atque inibi cenobium in honore sancti Andree apostoli collectione virginum sub regula
A. Quedl. a. 995. sancti Benedicti monastice degentium construi precepit. Eodem anno construxit venerabilis Hildiwardus Halberstadensis episcopus in castello Stuterlingeburh monasterium sanctimonialium. Bis[51] a nostris hoc anno contra Slavos pugnatum[a] est, primum 14. Kal. Iulii, in quo prelio Thiethardus Fardensis eclesie diaconus signifer cum multis occubuit; aliud 11. Kal. Septembris, in quo Halegred signifer Bremensis presbiter occisus est. Ger-
A. Hild. dagus Hildinesheimensis episcopus causa orationis Romam petens, cum reverteretur, 7. Idus Decembris Cumis
Thiet. IV, 7. obiit, et corpus eius per singula divisum membra, in scriniis duobus ad monasterium suum a consociis est lugubriter delatum. Hos duos antistites Osdagum et Gerdagum Gisilerus Magdaburgensis[b] archipresul, casu ibi
A. Quedl. veniens, terre commendavit. Hildewardus[c. 52] Halberstadensis episcopus in castello Stuterlingeburh monasterium sanctimonialium construxit.

A. Hild. A. d. i. 993. Bernwardus, regis cappellanus, 13us Hildinisheimensis episcopus constituitur; ordinatus[d] est
Chr. Hild. in episcopum 18. Kal. Febr. Qui ab exordio promotionis sue quicquid adquirere potuit, utilitati sue eclesie prudenter impertivit. Aurum namque et lapides, quos beate memorie Otwinus, ut predictum est, reservavit, in calicem et patenam mire pulcritudinis fabricavit, et plurima utensilia sue eclesie contulit. Monasterium quoque sancti Michahelis construxit et ex parte dedicavit, in quo abbatiam et congregationem monachorum instituit. Quorum utilitati predia et curtes et familias ad 300 mansos condonavit. Fratrum etiam utilitatem in prebenda et vestitura clementer ampliavit,
A. Quedl. quibus curtem Hemedesderon cum sua possessione in familiis et decimis ad hec inplenda delegavit. In nocte natalis sancti Stephani in primo gallicantu lux ut dies ex aquilone effulsit, ut plurimi dicerent diem oriri. Stetit autem per
Thiet. IV, 12. unam pleniter horam, et postea rubente aliquantulum celo, in solitum conversum est colorem. Fuere[e] nonnulli qui
A. Quedl. dicerent, eodem anno se vidisse tres soles et tres lunas, et stellas invicem pugnasse. Post hec Ekbertus Treverensis
cf. Thietm. IV, 12. archiepiscopus obiit; cui Liudolfus successit. Mortuus est etiam Dodo[f] Mimigardevordensis episcopus; cui Suidgerus
VIII, 12. successit. Hic genere Saxo in Halberstad et Magdaburh a puero nutritus, a rege Ottone 3° prefate civitati est prelatus;
*fol. 96. quam divino munere eum omni diligentia rexit, pollens multis virtutibus, quarum duas tantum hic proferemus. *Camerarius suus cum pilleum quendam furto subtractum celare voluisset, diligenterque a pio seniore interrogatus nil profiteretur, cultellum supra mensam positum et ex animo benedictum illum sumere precepit, quem quasi ignitum celeriter proiecit, seque nimis reum esse confessus est. Alio tempore quidam maligno spiritu arreptus, in presentiam predicti patris magna vi perductus est. Quem solvi protinus iubens, baculoque ad se solum acriter irrumpentem viriliter ammovens, facto sancte crucis signo, divina potestate hostem exire fecit. Qui hec non suis meritis, sed divine virtuti asscribens, vixit in Christo dies huius vite sibi concessos ministrans illi fidelis servus in omni studio. Mortuus quoque est
IV, 12.
VII, 27. Erpo Fardensis episcopus; cui Bernharius, tunc ibi prepositus. successit. Sub hoc Erpone episcopo quidam iuvenis nomine Goltrin in monasterio Fardensi in clericali ordine educatus, ad diaconatus gradum indignus pervenit. Postquam vero predictus antistes obiit, ipse fuga lapsus, nomen et ordinem, ut ille demonis exemplar Iulianus apostata cesar, abiciens, vocabulum solum christianitatis professus, sed in multis huic alienus, ad terram arctoam, id est septentrionalem
c. 26 plagam, venit. Que hoc nomen sortitur ab arcturis, id est ursis duabus, maiore et minore, quas serpens circumflexus
c. 27. in se continet, ut astrologi asserunt. Pars terre illius tantum frigida, quantum a calore solis est aliena. Mentes etiam incolarum a gemina caritate frigidiores sunt. Hac mundi parte Scite incertis sedibus vagantur, genus hominum ferum, moribus beluinum, qui sua habitacula de pellibus aut pilis animalium secum vehunt, crudis ferarum carnibus et equino lacte pascuntur. Hue ille Goltrin ad suos veniens, ubi primo ab eis est agnitus, ilico suscipitur et in regnum hereditario honore sublimatur. Rex iste, servus peccati, filius mortis, non ut putabat dominabatur, sed cottidie iniquitatis pondere gravabatur. De talibus Dominus per Esaiam clamat: *Filios enutrivi et exaltavi, ipsi*
A. Quedl. *autem spreverunt me.* Rex pascha in Engelenheim celebravit. Et post hec a nativitate sancti Iohannis babtiste usque in 5. Idus Novembr. pene per omnem estatem et autumnum siccitas nimia et fervor inmanis fuit, ita ut innumerabiles fruges non pervenirent ad temporaneam maturitatem propter solis ardorem. Post hec non modicum secutum est frigus, et magna nix cecidit, magnaque pestis simul et mortalitas hominum atque iumentorum evenit. Et eodem anno Saxones tribus vicibus expedicionem paraverunt in Slavos, et nichil profecerunt. Econtra Slavi crebris latrociniis Saxoniam fatigabant.

A. Quedl. A. d. i. 994. Hiemps durissima 3. Idus Novembris exorta usque 3. Idus Mai fuit, rarissimis intermissa diebus;
*fol. 96'. deinde pestiferis et frigidis flantibus ventis, noctibus plurimis pro rore hibernum cecidit frigus, ad ultimum *Non. Iulii grande factum est gelu, tantaque siccitas fluminum et penuria facta est pluviarum, ut in plerisque stagnis et pisces morerentur, et in terris arbores plurime penitus arescerent, et fruges perirent et linum. Subsecuta quoque est grandis pestilentia hominum, porcorum, boum et ovium; prata etiam in plerisque locis ita exaruerunt, veluti igne exusta fuissent.
Ekk. Slavi insuper omnes, exceptis Sorabis, a Saxonibus defecerunt. Hugone rege Francorum defuncto, Rodbertus, filius
A. Quedl. Thiet. IV, 14. eius, regnavit in Francia annis 35. Liudolfus Treverensi eclesie ordinatur archiepiscopus. Ea tempestate Heinricus, qui marchiam[g] habebat, Evekerum, Bernwardi Wirceburgensis eclesie episcopi militem egregium sed nimis superbum, cepit, et ob illatas sibi iniurias in loco qui Lindilog dicitur excecavit. Rex autem ab internunciis episcopi id lugubriter conquerentibus comperiens hocque graviter ferens, predictum comitem exilio relegavit, postea gratiam suam illi dedit et aput antistitem digna emendatione reconciliavit. Post hec predictus presul Liuppoldum[h] marchionem orientalis Bawarie et nepotem eius eundem Heinricum ad missam sancti Kiliani, que est 8. Idus Iulii, ad se vocans,

a) pugnatu *c.* b) *add.* 2. c) Hildeuuardus — construxit 2. *addidisse videtur.* d) ordinatus — febr. *add.* 2. e) *c. pergit*: Post hec obiit Ekbertus treuiren, *sed haec delerit.* f) dolo *c.* g) *una fere linea erasa c.* h) lippoldum *c.*

heidis charta deperdita esse videtur. 51) Huius loci fontem ne divinare quidem potui. 52) Eadem iam supra, in sexta abhinc linea, leguntur.

eum magna caritate eos habuit. Ubi Liuppoldus marchio in sacra nocte post matutinam ludens eum suis militibus, ex uno foramine ab excecati amico sagitta volante vulneratus est, et facta confessione, 6. Idus Iulii exspiravit, innocens a predicte actionis in facto et consilio. Qui postera die ibidem sepultus merito defletur, quia se prudentiorem et in omnibus actibus meliorem nullum reliquid. Filii comitis Heinrici de Stadhe, Heinricus, Udo et Sigefridus, piratis sua populantibus 9. Kal. Iulii navibus occurrunt, factoque certamine, Udo decollatur, Heinricus cum fratre suo Sigefrido et comite Ethelgero devictus, dictu miserabile, a pessimis hominibus captus abducitur. Quod fama volante undique statim dilatatur. Bernhardus dux, qui proximus fuit, nuncios quam propere misit, qui precium pro redemptione eorum illis promitterent, et conveniendi pacifice colloquendique locum peterent. Qui parati firmam pacem dare, ineffabilem pecuniam pepigerunt. Execranda vero piratarum turba eum maximam partem collecte pecunie inmenso sui ponderе percepissent, Heinrici vice filium eius unicum Sigefridum nomine cum Gerwardo et Wolframmo, Ethelgeri autem loco avunculum eius Theodericum et amite sue filium Olef vocatum suscipientes, ut quod de promisso eis tesauro restabat, colligeretur, eos abire permisit, Sigefrido solo remanente. Hic quia filium non habuit, a sorore sua Cunigunde, coniuge Sigifridi comitis de Waldbike, unius filiorum eius remedium postulavit. Que tam necessarie petitioni satisfacere desiderans, nuncium ad abbatem Riddagum celeriter misit, ut filium suum Sigefridum, ad Sanctum Iohannem in Magedaburh sub habitu monachico degentem, accepta licentia reduceret. Hic quia vir *valde prudens fuit, cunctis sollicite perquisitis, iniuste legationi restitit, et propter curam a Deo sibi creditam quod hoc facere non presumeret, respondit. Nuncius autem, ut ei iussum fuerat, ad Ekkihardum, qui tunc custos eclesie sancti Maurieii et magister scole fuit, veniens, ut filium suum Thietmarum ob rem necessariam matri remitteret, supplex rogavit. Qui cum laicali habitu, quo inter piratas conversari debuit, profectus est. In ipsa autem die Sigefridus de pervigili custodia hostium, qua multum vulneratus detinebatur, divino auxilio sic evasit. Nam in angustia vehementi positus, eum Nothaldo et Edicone quomodo evaderet plurimum semper versans, precepit eos velociter in navicula, quantum his qui eum detinebant satis valuisset, ministrare de vino et de ceteris adpertinentibus sibi[b] deferre. Quibus sine mora completis, canes avari saturantur; factoque mane, presbiter ad missam paratur, et comes, cunctis absque custodibus hesterno vino gravatis, ad proram lavaturus insiliens, puppi parate insiluit. Extollitur clamor, presbiter quasi consiliator capitur, anchore levantur, remiges hos velociter fugientes insecuntur. Quos comes vix evadens, cum littoris securitatem attingeret, ut prius ipse preceperat, paratos invenit equos, et ad civitatem suam Hersevelt dictam, ubi frater suus Heinricus et uxor eius Athela tanti gaudii inscii manebant, pergere properavit. Hunc hostes pone secuti, urbem, quae littori vicina stabat, nomine Stetu, incurrunt, eum curiose in abditissimis querentes locis, et non invenientes, feminis inaures vi rapiunt, tristesque recedunt. Tunc furore[c] nimio succensi, crastino clericum et filium Heinrici comitis, cum universis obsidibus, auribus et naribus obtruncant, foris eos in portum proicientes. Tunc fugientibus piratis, unusquisque a suis rapitur, merore inaudito surgente. Eodem anno Ecbertus comes, prudentibus sapientior et fortibus audatior, Non. Aprilis e medio excessit[d]. Fames etiam hoc anno magna facta est plurimis in locis Saxonie. Thiet. l. l. IV, 16. *fol. 97.

A. d. i. 995. Saxonibus peior annus priore exoritur. Nam tanta in eos qui vocantur Osterluidi pestilentia[e] exarsit, ut eorum non solum domus sed etiam ville plurime, mortuis habitatoribus[f], vacue remanerent. Fame insuper magna compressi, tam assiduis Slavorum incursionibus fatigabantur, ut peccatis suis promerentibus iuste de eis illud prophetieum dictum videatur: *Mittam super eos tria iudicia mea, pestem, gladium et famem.* Gevehardus Constantiensis episcopus obiit; cui Lampertus successit. Baldricus Traiectensis episcopus obiit; cui Ansfridus comes et laicus bone fame viteque honeste suecessit. Hie alto progenitorum germine, cum adhuc esset puerulus, tum omni lege mundana[g] a patruo suo Ruodberto, Treverice civitatis episcopo, tum divina *adprime est institutus. Inde a patre suo Ansfrido, 15 comituum strenuo comite, domno Brunoni Agrippinensi archiepiscopo traditur ad res militares. Sic bone indolis adolescens penes ipsum cottidie proficiebat, donec magni inperatoris Ottonis, adversus Romam exercitum moventis, accessit servicio. Cui in inicio milicie archiepiscopus iniunxit, ut tentorium suum, quod adeo pulcrum videbatur, cottidie poneret contra inperiale et spatam suam duceret, ut in hoc probaret, si se agiliter palatinis iniciaret. Hoc ideo tam gratanter suscepit, quia psalmos oris eius dulcissimos, per devia hunc sequens quasi aviculis insidiando delectationis causa, sine detractione frequentare poterat. Cesare Romam ingrediente, non minimum confisus in iuvene, fecit eum spataferium suum, dicens: *Dum ego hodie ad limina apostolorum perorabo, tu gladium continue super caput meum teneto. Nam fidem Romanam antecessoribus nostris semper suspectam fuisse non ignoro. Sapientis enim est, adversa queque longe adhuc posita cogitando prenoscere, ne fortasse valeant inprovisa superare. Deinde redeundo ad montem Gaudii, quantum volueris, orato.* Igitur a Roma reversus, abbatiam que dicitur Torna de hereditate propria construxit, in qua filiam suam abbatissam plurimarum Deo devotarum sanctimonialium assensu pontificis constituit, sanctoque Lamberto pro remedio anime sue ex integro tradidit. Cuius Dei famule quia mentionem fecimus, quod per eam Dominus operatus est, silentio non preteribimus. Hospitalitatis et benignitatis circa peregrinos tante erat et egenos, ut quadam die nil de vino sibi vel sororibus beneficientie communicationisque causa relinqueret. Hoc dum celleraria sibi nuntiasset, ait: *Equo animo esto, cara, et confortare; Dei enim gratia satis nobis poterit dare.* Statimque solito more ante crucem prostrata, in oratorio sancte Marie cepit orare, vinumque in vase funditus pridie exhaustum crescere cepit, quoadusque superfluxit. De quo non tantum sanctimoniales, sed alii quam plures diu ad laudem Domini biberunt circummanentes vel adventantes. Interea contigit, ut eiusdem comitis reverenda coniunx, nomine Hersuit, in curte sua nomine Gilisa cepit egrotare. Que statim, velut mortis presaga future, festinavit ire ad Torna. Quo dum pre nimio dolore nequiret pervenire, in domo cuiusdam maioris mansit in itinere. Qui, sicut ipse nobis rettulit, nimie ferocitatis canes habuit, quorum latratum egra graviter sustinuit. Hospes ut audivit, rogatus ab ipsa, hos libentissime voluit capere vel ad ultimum, si potuisset, etiam occidere. Horum dum neutrum potuisset, mirabiliter accidit, quod nullus eorum quivit latrare, donec ancilla Dei requievit in pace. Quam secus monasterium sui communis laboris comes in secretario sepelivit. Huius cameraria multis annis fuit idropica. Huic visum est in vigilia natalis Domini, quod ad sepulcrum domine sue candelas deberet afferre; quod et fecit. Mox dum matutine laudes celebrarentur, exivit, solutionem habuit, sana coram omni populo rediit. Post decessum huius domine felix *comes, non de terreno casu desperatus, sed in virtutis volatu eo ipso sublevatus, mente disposuit, ut monasterialem vitam subiret, sicubi[h] maiori obedientie regulam inveniret. Quod dum in exordio per intentionem agitur, a rege[i] ad episcopatum Traiectensem per Notgerum Leodii pontificem summa necessitate vocatur. Quod ubi audivit, capellam Aquensem introiit, et mundi Dominam exoravit, ut, si esset a Deo, canonice perficeretur, si non, clementer adnullaretur. Sed postquam Evergerus Coloniensis archiepiscopus suffraganeorum consensu regi sibique in medium consuluit, vellet A Quedl. A. Hild. Thiet. IV, 22. *fol. 97'. c. 23. c. 24. *fol. 98.

a) innonens *c.* b) sib *c.* c) forore *c.* d) sexcessit *c.* e) tanta p. *c.* f) habitoribus *c.* g) mudana *c.* h) sucubi *c.* i) ab inperatore *corr.* ab rege *c.*

Thietm. l. l. nollet ad episcopum acclamatur. Non multo post 5 curtes de sua proprietate terbeato Martino tradidit, fideli, inquam, fideiussori talionis earum. In senectute ergo sua caligantibus iam oculis, factus est monachus. Septuaginta duos pauperes propria manu cottidie pavit. Illorum quippe infirmioribus camerario precedente, cecus ipse ab imo vallis ad summa montis balneum portans preparavit in nocte, et mutatoria ceteraque necessaria corporis prebuit, iubens eos in pace recedere, ut sic sua opera celare posset. In eodem monte monachorum ordinavit congregationem, a quorum prioribus scopis est sepius castigatus, dum auderet resistere eorum iussionibus. Quicquid ad ultimum adquirere potuit, manibus pauperum tribuit. Aviculis etiam in hieme manipulos super arbores ad manducandum intuitu pietatis in monte suo poni fecit. Sub clamidis absconso continue vestiebatur cilicio. De cuius felici fine in sequentibus dicemus[52]. A. Quedl. Rex cum exercitu terras Slavorum invadens, Abodritos vastavit, urbes et oppida destruxit, licet motum eorum A. Hild. nullo modo compresserit. Occurritque ei in auxilium Bolizlai filius Misaco cum magno exercitu, necnon Boemii[a] cum A. Quedl. filio alterius Bolizlai venerunt, recepitque se rex in Saxoniam cum exercitu incolumi. Reversus ab expeditione, in Quidelingeburgensi civitate ab amita sua Machtilde abbatissa venerabiliter suscipitur; ubi Adelheid, ipsius soror, pro Christi amore spretis terrenis[b] nuptiis, sub iugo regulari canonice degendum elegit, astante fratre suo rege, et sese propriam devovit obsequio sanctorum Dionisii et Servatii pontificum, atque eadem hora accepit sacrum velamen a Hildiwardo Thiet. IV, 13. antistite Halberstadensi, multis episcopis coram astantibus. Post hec rex in Magedaburh cum principibus colloquium habuit; ad quod Heinricus, Bawariorum dux inclitus, venit, et cum inter hunc et Ratisponensem episcopum Gebehardum longa haberetur contentio, cum bono ibidem finitur colloquio, et pius ille dux, qui omne delictum suum continuis mundavit elemosinis, inde pergens, cum ad Ganderheim venisset, ubi domna Gerburh soror sua fuit abbatissa, egritudine premitur subitanea; qui vocans ad se filium suum, talibus eum instruit verbis: *Vade celeriter ad patriam, ac dispone regnum, ac numquam regi ac domino resistas tuo; multum enim me penitet umquam fecisse. Patris memor sis tui, quia* *fol. 98'. *numquam hunc in hoc seculo amplius videbis.* Moxque *filio abeunte, dux preclarus in infirmitate sua semper kirieleison ex corde clamans, migravit ad Christum 5. Kal. Septembris; sepultus ibidem in medio ecclesie coram summo altari. Hic A. Quedl. postquam penitentia ductus regnum respuit et Bawarie ducatu donatus est, ita in eo pro componenda pace ultra priores Thietm. l. l. cf. A. Quedl. suos efloruit, ut ab illius terre incolis Heinricus pacificus et pater patrie appellaretur. Quo mortuo, filius eius Heinri- Cosm. I. cus, rex futurus, Bawariorum electione et auxilio bona patris et ducatum rege donante obtinuit. Post discessum beati Adalberti a Boemia, quia dux Boemie non erat sue potestatis, ducis comites versi in Dei odium, patrum iniquorum pessimi filii, valde iniquum facinus operabantur. Nam quodam die festivo irrumpunt urbem Lubic, in qua fratres sancti Adalberti et milites urbis universi velut oves innocentes adsistebant sacris missarum sollempniis. Et velut lupi immanes masculum et feminam usque ad unum interficientes, quatuor fratribus sancti Adalberti ante ipsum altare decollatis, urbem incendunt, plateas sanguine perfundunt, et preda onerati hilares recedunt. Interfecti sunt autem 5 fratres sancti Adalberti, quorum nomina sunt hec: Sobebor, Spitimir, Dobraczlau, Porei, Caslau. His ita peractis, dux Bolizlaus, inito consilio cum clericis, Mogontinum archiepiscopum his sollicitat verbis: *Aut nostrum pastorem Adalbertum ad nos revoces, quod magis volumus, aut alium nobis eius loco ordina.* Tunc archiepiscopus sollicitus, ne populus nuper Christo adquisitus in antiquum ritum relaheretur[c], mandat apostolico, ut aut Pragensi ecclesie suum antistitem remitteret aut alium ordinari sineret. Et quia in cenobio sancti Alexii vir sanctus manebat, hunc dominus papa et suus abbas sic allocuntur: *Frater amantissime, per caritatem Dei te deprecamur, ut ovilium tuarum regimen dignanter recipias. Si te audierint, Deo gratias; si non, fugientes te fugias, ne cum pereuntibus pereas, et ad exteras nationes predicandi licenciam habeas.* Exhilaratus presul de data sibi docendi exteras gentes licentia, non sine magna fratrum mesticia discessit. Et cum viro summe discretionis nomine Nothario presule[d] adieus archiepiscopum in palatio, rogat experiri, si suus eum[d] grex recipere vellet. Quo facto, quid ille grex responderit, aut quam ob causam eum non receperit, vel ad quas gentes inde transierit, quante frugalitatis omnibus diebus episcopii sui fuerit, quanta morum honestate nituerit, scire poterit qui eius vitam legerit. Tunc Ztrahquaz, frater ducis, de quo supra meminimus, videns hunc quasi regulariter repudiari, tumido fastu[e] exarsit in episcopatum. Quem populus nequam statim in episcopalem levat cathedram, mente tumidum, veste compositum, oculis vagum, verbis vanum, moribus ypocritam, tocius erroris mandritam atque in operibus malis iniquorum archigerontam. Ventum erat ad Mogontinum archiepiscopum; ubi peractis omnibus que agenda erant, dum choro melodiam modulante archipresul infulatus procumbit ante altare, et post hunc inter duos suffraganeos Ztrahquaz prosternitur in medio, atroci arripitur demonio, et quod illi vir sanctus clam *predixerat, palam fit coram clero et omni populo. A. Quedl. Hactenus hec inseruisse sufficiat. Eodem anno in territorio Halberstadensis ecclesie, nomine Horedorp, natus est infans, nichil corporis a posterioribus habens deorsum, sed tantum modo dimidius homo, habens posteriora quasi auce sine plumis, aurem dextram maiorem sinistra, et oculum similiter sinistrum maiorem; dentibus vero crocei coloris horribilis; sinistro brachio absque quatuor digitis, solo pollice integro, dextro penitus erat brachio privatus. Ante babtismum attonitis videns oculis et post[f] babtismum nichil, quarto nativitatis die infandum monstrum moritur. Commune dampnum in pestilentia pecorum et boum omnem Germaniam vexat. Teodericus comes palatinus et frater eius Sigibertus Saxo- A. Hild. nes preclari obierunt. Iohannes Placentinus et Bernwardus Wirceburgensis episcopi Constantinopolim ex latere regis, ut illi sponsam inde peterent, directi sunt. Legati etiam apostolice sedis cum unanimitate Romanorum atque Langobardorum regem Romam invitant. Slavi frequenter irruptione Saxoniam vastant.

A. Quedl. A. d. i. 996. Lux clara sancte Augustensis ecclesie Liudolfus episcopus 8. Kal. Augusti huic mundo subtractus, Thiet. IV, 17. celesti adnumeratur familie; cui Gebehardus, Elewangensis abbatum egregius, successit episcopus. Hildewardus Halberstadensis episcopus cum ecclesiam et gregem sibi commissum 28 annos verus Israhelita gloriosissime rexisset, cumque ipse in agone iaceret exitus sui, vidit gloriam Dei, et vocato ad se cappellano suo Wulfario, inquid: *Vides, frater, aliquid?* Ille nichil se videre respondens, audivit hec ab eo: *Caminata hec, in qua nunc iaceo et in qua duo antecessores mei obierunt, maiestate Domini plena est.* Et hec dicens, hostia Christi inmaculata ad Deum, quem sitivit anima sua, ut eum videret multipliciter, et caro sua ut in resurrectione iustorum resurgat, 7. Kal. Decembris ab huius seculi vanitate assumptus est. Corpus autem suum instinctu spiritus humilitatis non in monasterio, sed in claustro cum fratribus suis terre, quia suum erat, commendari precepit. Cum vero fratres eius in electione convenire non possent, prepositus est his de capella regis Arnulfus, et Idus Decembris ordinatur. Sic etenim ille vir sanctus, antecessor eius, dum adhuc valeret, predixit cunctis tunc presentibus, *Hunc*, inquiens, *hospitem honorate, et in quantum potestis, illi servite; hic* A. Quedl. *enim providere vos debet post me.* Hic erat illustri prosapia exortus, sed nobilior moribus et sincera largi-

a) bemii *c.* b) terenis *c.* c) r. r. ritum *c.* d) *superscr. c.* e) fastum *c.* f) *deest c.* 53) V. a. 1010.

tate preclarus. Hic civitatem Halberstat, quam invenit ex antiquitate collapsam, renovare cepit, et multis civitatibus inconparabilem perfecit, atque in 6. feria ante nativitatem Domini in honore omnipotentis Dei et sancti Stephani protomartiris cum multis, missalibus indutus vestibus, circueundo aspersit et benedixit, et suo banno civitati pacem et immunitate[a] insolubili locum sanctum firmavit* Civitates etiam omnes, quas in sua possessione invenit dirutas, in melius renovavit. Ad hec fratrum suorum stipendia bene auxit, et 5 solidis vestitum illorum augmentavit. Adquisivit quoque sancto Stephano non rapinis, sed divina favente clementia, mille mansos et ducentos, exceptis mancipiis utriusque sexus. In molendinis, in areis, pratis, silvis, in fossis salinariis quantum adquisierit, explicare nequimus. Tesaurum sancti Stephani in palliis, in indumentis missalibus ad omnes ordines pertinentibus, sine numero multiplicavit. Tabulam vero altaris supremi auro puro et gemmis decoravit. Thuribulum aureum et thuris receptaculum aureum et calicem magnum aureum cum patena et varia ornatuum genera sancto Stephano obtulit. (cf. Chr. Halb.) *fol. 99'.

Huius anni vernali tempore rex Otto, composita inter Saxones et Slavos pace, ad Italiam diu desideratus perrexit, et in urbe Papia pascha celebravit. Iohannes papa interim obiit. Unde rex in Italia iam positus, rumore incitatus, premissis quibusdam principibus, publico consensu et electione fecit ordinari apostolicum suum nepotem Brunonem, Ottonis filium qui marcam Veronensem servabat, inposito nomine Gregorii. Deinde Romam veniens, in ascensione Christi, que tunc erat 12. Kal. Iunii, anno etatis sue 15, regni autem 13, indictione 8. ab eodem unctionem percepit imperialem et advocatus eclesie sancti Petri efficitur; et post hec imperium illud maiorum suorum more gubernavit, etatem suam moribus industriaque vincens. Habitoque cum Romanis placito, quendam Crescentium, quia priorem papam iniuriis sepe lacceraverat, exilio statuit deportari; sed ad preces novi apostolici omnia illi remisit. Sed non multo post inperatore urbe excedente, idem Crescentius domnum apostolicum nudum omnium rerum suarum urbe expulit. Inperator, Italico regno disposito, in Francia hiemavit. Postquam signifer Christi presul Adelbertus retibus fidei cepit Pannoniam simul et Poloniam, ad ultimum dum in Pruciam seminat verbum Dei, cuspide perfossus, 9. Kal. Mai capitis abscisione optatum semper martirium solus ex suis percepit, absque omni gemitu, ut in somnis in ipsa nocte vidit suisque fratribus predixit, *Putabam*, inquiens, *me missam celebrare solumque communicare.* Sed nefandi sceleris auctores eum iam exspirasse credentes, ad augmentum sui sceleris divineque ultionis corpus beatum pelago merserunt, caput sude conviciando figentes ac exultando redeuntes. Quod Bolizlaus dux Polonie conperiens, data pecunia mercatur incliti martiris cum capite membra. Inperator autem Rome certus de hac re effectus, dignas Deo[b] supplex retulit laudes, quod suis temporibus talem sibi per martirii palmam assumpsit famulum. Bernwardus Wirceburgensis eclesie antistes ab inperatore in Greciam missus, in Achaia cum[c] maxima sociorum suorum caterva moritur, per quem quia plurima Deus faciat mirabilia, plurimi testantur[d]. A. Quedl. A. Hild. Thiet. IV, 18. A. Hild. A. Quedl. A. Hild. Cosm. I. Thiet. IV, 19.

A. d. i. 997. Gregorius papa, aput Ticinum adunato complurium episcoporum concilio, prefatum Crescentium anathemate perculit. Interea Iohannes Placentinus episcopus a Constantinopoli remeans, Romam intromissus, apostolicam sedem factione Crescentii invaserat; unde ab universis episcopis Italie, Germanie et Gallie excommunicatur. Qui[e] Iohannes, genere Calabritanus, Teophanu inperatricis comes quondam dilectus fuerat. Hac presumptione Crescentius inperium usurpavit, memor nullatenus iuramenti, quod Ottoni inperatori iuraverat, et magne pietatis ab ipso sibi collate. Ab eodem etiam invasore nuncii inperatoris capti, custodie traduntur. Inperator natale Domini Colonie celebravit. Slavi innata sibi perfidia provincie fregerunt pactum, terminosque Saxonicos latrociniis corroserunt furtivis. Contra quos commotus inperator Stoderaniam, que vulgo Heveldun dicitur, egregiam inter Slavonicas terram, cum magno invasit exercitu, vicit, predavit; victorque Magadaburh, precipuam Saxonie urbem, gloriose intravit. Interim autem, dum inperator Heveldun vastando decucurrit, prelium bis in Bardonga contra Slavos una die commissum est. Nam congregati Wlotabi Bardangao provintiam inprovisi rapinis aggressi sunt et incendiis. Quod videntes Westfali, quos inperator in expeditionem pergens ad custodiendam provinciam reliquerat, celeriter Liuticos fortiterque excipiunt, ipsique cum pauci essent, paganos maxima cede prosternunt. In hoc certamine Ramwardus episcopus Mindensis fuit, qui socios, arrepta in manibus cruce sua, sequentibus signiferis precessit, et ad hec facienda potenter consolidavit. In illo die Gardulfus comes cum paucis occubuit, ex hostibus autem maxima multitudo; ceteri relicta preda fugerunt. Renovatio maioris eclesie in Quidelingeburch iussu domne Machtildis abbatisse eodem[e*] omni studio perfecta est. Quam cum ab avo suo aviaque Heinrico rege[f] et Mahtilda regina[g] constructam, artiorem quam tante celsitudinis ius exigebat, propter confluentis populi frequentiam cerneret, innata sibi benivolentia ad augmentum eiusdem in honorem sancti Servatii latioris et altioris structure edificium apponere curavit; quod consensu cleri et tocius populi ab Arnulfo Halberstadensi[h] episcopo et aliis episcopis 6. Idus Martii dedicari fecit. Preterea Walbicensis eclesia in ipso patris sui Ottonis augusti die anniversario eodem anno ab eodem Arnulfo episcopo cum maximo cleri plebisque tripudio Nonas Mai honorifice dedicari fecit. Sepememoratus dux Boemie[i] Bolizlaus, videns Pragensem eclesiam pastore desolatam, misit ad inperatorem legatos, rogans, ut Boemiensi eclesie episcopum meritis dignum daret; ne grex noviter Christo mancipatus redeat ad pristinos vanitatis ritus et iniquos actus. Quippe profitetur, non haberi in tota Boemia tunc temporis clericum episcopatu dignum. Forte tum aderat in regali curia cappellanus uomine Thietdagus, magne virtutis et scientie, genere Saxo, perfecte sciens linguam Slavonicam. Hunc omnes palatini et ipse cesar valde letificatus in pontificem Pragensis eclesie elegit, et mittens ad Mogontinum archiepiscopum, quod eum in episcopum consecraret, mandavit. Bernwardo Wirceburgensi episcopo Heinricus, clarissimi cancellarii Heriberti frater, clarus et ipse substituitur episcopus. *Memi- nisse etiam libet Franconis Wormatiensis episcopi brevem vitam. Qui iuvenis omni probitate morum cluens, cesari augusto multum placuit. Cumque eum familiaritati sue convinctum in divinis pollere sedulo vidisset, mortuo civitatis predicte episcopo Hildibaldo, eundem succedere fecit. Qui unum dumtaxat sedens annum, in Italia obiit, ibique sepultus est. Voluit quoque inperator Erponem de Halberstat et Razonem de Bremin episcopali gradu sublimare; quibus oppressis gravi infirmitate, pastoralem baculum in lecto iacentibus dedit, sed uterque sine unctione sacerdotali decessit. Hi quamvis iusti et pii, tamen inter episcopos debent nullatenus asscribi, quia in benedictione sacra his consortes fieri c. 40. A. Quedl. *fol. 100'. Thiet. IV, 39.

a) immunitatem *corr.* immunitate *c.* b) do *c.* c) cum m. s. s. c. *add.* 2. *in margine.* d) *una et dimidia lineae erasae c.* e) Qui — traduntur *add.* 2. *in margine.* e*) anno *excidit.* f) regem *c.* g) regna *c.* h) haberst. *c.* i) *add.* 2.

Thiet. IV,50. non valuerunt. Razo ille est, qui pape Benedicti ossa de Hammaburh Romam revexit. Fuit quoque in Magadeburch[a] quidam canonicus nomine Conradus. Hic archiepiscopi Geronis avunculus fuit, et ad peragendum divinum servicium assidue, quantum in homine esse potest, voluntas bona et constans efficatia, in eo pariter convenerunt. Audivi namque ab eodem sepissime, quod postquam aliquid cantando vel legendo officii conplesset, iterum se id facturum studiosus optavit. Numquam prepositis suis inobediens factus est; sed eis caritate continua pre ceteris fratribus subdi studebat. Sed tam venerabilis persona inperatori ubi primum fit nota, mox ab illo efficitur amata et propinquitati[b] illius sociata. Sed ne dignitatem ab eo sibi propositam perciperet, mors immatura impedivit eumque ex hac vita 5. Kal. Septemb. abstulit. Hic genitus in Saxonia, pausat in Italia, quem filium spiritualem agnoscit Partenopolis inclita. Igi-
c. 21. tur Crescentius per Iohannem apostolicum inperium sibi usurpavit, immemor iuramenti et pietatis ab inperatore[c] sibi
A. Quedl. collate. Insuper nuntii apostolici Gregorii ab eodem invasore capti custodie diligenti traduntur. Hic Iohannes natione Grecus, conditione servus, astu callidissimus, ad inperatorem secundum Ottonem sub paupere adiens habitu, interventu Teophanu inperatricis regia primum alitus est stipe; deinde satis clementi ab eo gratia habitus, pene inter primos clarus habebatur. Post huius mortem, regnante tercio Ottone, prefatus Iohannes ingenita sibi eo liberius callebat astucia, quo regis infantia et primatum illius permittebatur incuria. Defunctoque Placentine eclesie episcopo, et illius successore electo, iste non pastor, sed lupus vastandam suscepit eclesiam. Quam cum aliquot annis teneret, in tantum se elevavit super se, ut ipsam beati Petri sedem anticbristi membrum effectus, fornicando magis fedaret, quam venerando inse-
deret.

fol. 101. A. Quedl. A. Hild. A. Quedl. Thiet. IV,21. A. Quedl. Thiet. l. l. A. Quedl. Thiet. l. l. et A. Quedl. cf. A. Hild. Thietm. l. l. IV, 26. *fol. 101'. cf. supra a. 983. Thiet. IV,25. Cosm. l. Thiet. IV,25.

A. d. i. 998. Inperator, tantis presumptionibus per internuncios conpertis, secundam profectionem parabat in Italiam, summa[d] rerum amite suc Machtildi Quidelingeburgensi abbatisse delegata, in qua ultra sexum mira virtute enituit. Cui venerabilis papa Gregorius Papie obviam veniens, cum ei pessima Iobannis et Crescentii gesta narraset, augustus divino zelo commotus, quantocius cum apostolico properat Romam. Iohannes autem supplantator his appropinquantibus fugit. Tunc quidam non tantum inperatoris quantum Cbristi amici insequentes eum, conprehenderunt, et timentes, ne, si eum ad augustum destinarent, impunitus abiret, linguam ei et nares abciderunt et oculos penitus eruerunt. Hoc ita multato, domnus apostolicus Gregorius sedem suam honorifice recepit et usque ad obitum suum libere obtinuit. Crescentius autem presidio, quod veterem Romam et Leonianum castellum coniungit, se cum suis inclusit, et inperatori resistere frustra temptavit. Igitur inperator augustus Romam veniens, dominicam resurrectionem illic celebravit, statimque post albas scalis et machinis domum Theoderici, ubi ille perversus sedebat, hactenus omnibus inexpugnabilem, Ekkihardum marchionem impugnare iussit. Qui eandem perdius et pernox lacessere non desistens, tandem per machinamenta alte constructa ascendit, et eundem decollatum voce inperatoria per pedes laqueo suspendit cum[e] aliis duodecim, et timorem cunctis presentibus ineffabilem intulit; et inperator deinceps sine ulla lesione dominabatur. Iste Ekkihardus ex nobilissimis Thuringie australis ortus, cum gradatim ad virilem etatem pertingeret, parentelam suam omni morum et actuum gravitate decorabat. Et post multas bellorum asperitates, quas cum patre suo Guntherio ab honore suo diu suspenso perpessus est, ad gratiam inperatoris secundi Ottonis et ad patriam honorifice cum rediret, Thietmari marchionis[f] viduam, Bernhardi ducis sororem, nomine Suanehildam, in matrimonium[g] sibi copulavit, et ex ea Liutgardam primogenitam filiam suscepit. Lutarius autem ex clara Thuringie septentrionalis prosapia editus, cum vir factus esset, etatem virtutibus superavit. Cumque Ottoni secundo valde carus esset, eius auxilio quandam matronam nomine Godilam, ex occidentali regione nobiliter natam, in coniugem sumpsit. Hec peperit ei 13° etatis sue anno filium primogenitum, vocans eum sui patris nomine Werinharium. Cumque due propagines iste puer et puella ex tam nobili radice emersissent, iam paulatim ad maturitatem virtutum pertingere inditis earum sibi gradibus nitebantur. Sed Lutharius comes, ut puelle illius formam et conversationem bonam primo persensit, qualiter eam sociaret filio suo, mentis secreto semper volvit. Et ad ultimum erumpens, per fideles nuntios Ekkihardo iam tunc marchioni desiderium diu latens aperuit, et celeriter inpetravit. Convenientibus itaque in unum familiaribus eorundem, promisit legitime Ekkihardus Luthario, eam se filio eius daturum in uxorem, more suo et iure presentibus* cunctis optimatibus affirmans. Cumquo ab inperatore diligeretur Ekkihardus et apud eum inter primores plurimum valeret, nescio qua de causa immutatus, pactum firmissime stabilitum interrumpere conabatur. Quod mox Lutharium non latuit, et ut hoc non fieret, auxia mente volvebat. **Iste est Lutharius, qui Theoderico duci et marchioni successit, qui eandem dignitatem perdidit, postquam Slavi eclesias in Brandeburh et Havelbergen[h] destruxerunt et relapsi sunt denuo ad paganismum[i].** Eodem anno Gisilero archiepiscopo incuria sui miserabile dampnum accidit. Inperator enim ob defensionem patrie Hornaburb civitatem opere muniens necessario, eam buic quatuor ebdomadas ad tuendum conmisit. Qui fraude ignota ad placitum a Slavis vocatus, cum parvo comitatu exiit. Alii namque precesserunt, aliquos in urbe reliquit. Ecce autem unus ex sociis eiusdem a silva hostes erumpere prodidit. Congredientibus vero ex utraque parte militibus, archiepiscopus, qui curru adveuerat, equo fugit allato[k], ex suis mortem paucis evadentibus. Slavi victores 6. Nonas Iulii preda interfectorum sine periculo potiuntur, et archiepiscopum sic elapsum esse conqueruntur. Custodivit tamen, licet lugubriter, urbem ad condictum diem, tristisque reversus, obvium habuit marchionem Lutharium, cuius curam civitas predicta tunc respiciebat, firmiterque illi eam committens abiit. Accessit autem Lutarius, et ut urbem vidit incendio fumigantem, archiepiscopum per internuntium remeare frustra petivit. Ipse autem ignem iam in duobus locis ascendentem extinguere temptans, cum nichil omnino proficeret, portam hostibus patentem derelinquens, domum mestus rediit, et accusatus postea ad inperatorem, imputatam culpam sacramento purgavit. Thietdagus episcopus consecratus Nonas Iulii, a clero et populo Pragensis eclesie honeste recipitur, atque cum magno gaudio ad cornu altaris sancti Viti intronizatur; gaudet dux Bolizlaus, quia pastor bonus gregi suo arridet, et grex letus novo pastori alludit. Cunigund comitissa, uxor Sigefridi de Waldbiuc, obiit in civitate Germersleve 3. Idus Iulii. **Hec[l] erat soror Heinrici, Sigefridi et Udonis, qui contra piratas pugnantes victi erant[54]. Hec genuit viro suo 5 filios, Thietmarum, Sigefridum, Brunonem,**

a) magaburch *c.* b) *in c. superscr.* vel familiaritati. c) eo *corr.* inperatore *c.* d) summa — enituit *add. 2. in marg.* e) cum aliis XII *add.* 2. f) comitis *superscr.* marchionis *c.* g) matrimonum *c.* h) *add. sed del.* perdiderunt *c.* i) *Hacc hoc loco erasa sunt:* Inperatore autem et Ekkihardo partim in Italia commorantibus, predicta puella [in civitate] Quidelingeburch apud venerabilem abbatissam Machtildam educabatur, cui summa rerum in his partibus delegata ab inperatore fuerat; in quo ultra sexum mira prudentia enituit. *ex Thietm. l. l. et A. Hild.* k) *ita c.* l) Hec erat — administrauit *add. 2. in marg.*

54) a. 994.

Heinricum, Fridericum, quorum tres episcopi facti sunt; Heinricus comitatum patris obtinuit; Fridericus prefecturam in Magdaburh administravit. Mense Iulio terre motus horribilis est A. Quedl.
factus per Saxoniam, duoque lapides igniti ex tonitruo ceciderunt, unus in ipsa civitate Magadaburgensi, alter ultra
Albiam[a] fluvium. Eodem anno quedam mulier in Bawaria in uno partu quinque filios enixa est. His temporibus A. Hild.
Heribertus post Evergerum Colonie ordinatus episcopus, multa sanctitate clarebat. Ekk. a. 995.

A. d. i. 999. Gregorius papa, bene dispositis Rome omnibus, pridie Non. Februarii obiit; cui successit Gerbertus. Thiet.IV,27.
Fuit hic natus de occiduis regionibus, a puero liberali arte nutritus, et postremo ad regendam Remensem ecclesiam iniuste IV, 61.
promotus. Optime callebat astrorum cursus discernere et contemporales suos varie artis noticia superare. Tandem a
finibus suis expulsus, Ottonem petiit inperatorem, et cum eo diu conversatus, in Magadaburch orologium fecit, recte
illud constituens, considerata per fistulam quadam stella nautarum duce. Post hec Gregorio papa defuncto, is gratia
inperatoris eidem successit Silvester vocatus Sedit annos 4, mensem 1, dies 10. Quidam transito Silvestro Aga- Ekk. a. 993.
pitum hoc in loco ponunt, quod non ociose factum creditur. Quia enim Silvester non per ostium intrasse dicitur —
quippe qui a quibusdam etiam nicromantie arguitur; de morte quoque non recte tractatur; a diabolo enim percussus
dicitur obisse; quam rem nos in medio relinquimus —, a numero paparum merito exclusus iudicatur. Unde te, lector,
queso, ut hic et alibi, si qua dissonantia te offenderit de nominibus vel annis vel temporibus paparum, non nobis inpu-
tes, qui non visa, sed vel audita vel lecta scribimus. Inperatore in Italia commorante et Machtilde abbatissa rerum Thiet.IV,26.
summam procurante, predicta[b] puella, marchionis Ekkihardi filia, Quidelingeburh apud eam educabatur, patre ipsius
interim in Italia commorante. Factus est autem publicus conventus in Darneburh abbatisse et tocius senatus. Interim
Werenharius non consilio patris, sed ob amorem virginis et metum manifesti dedecoris, cum patruelibus suis Hein-
rico et Friderico, filiis Sigefridi, aliisque optimis militibus, urbem prefatam ascendit, sponsamque suam reluctan-
tem et clamantem vi auferens, cum suis ad Wallebike letus et incolumis pervenit. Quod cum abbatissa ab certo nuntio
comperisset, graviter commota, cunctis hoc principibus obortis lacrimis queritur, rogans ac precipiens, ut armati omnes
publicos hostes insequerentur, et ut captis eis seu occisis virginem reducere conarentur. Nec mora, milites armati ius-
sum accelerare contendunt, et priusquam urbem suam attingerent, eosdem per compendiosa itineris interruptos vi capere
vel occidere seu effugare anhelabant. Compertum autem est a viatoribus, quod bi quos insequebantur, clausis portis iam
in notis presidiis gauderent; nulli patere ingressum; aut velle mori, aut se ibi defendere, et nulli umquam sponsam
reddere. Quo audito, admodum tristis effectus revertitur. Lutarius autem cum Alfrico seniore et milite comitis Ekki-
hardi Thietmaro proficiscentes, voluntatem sponse perquirunt, seque tunc ibidem malle manere quam reverti, satis certi
ab ea effecti, domine abbatisse ceterisque principibus hec responsa intimabant. Consulenti de talibus abbatissae dictum
est ab his et decretum, in Magadaburh fieri conventum, huc sponsum cum sponsa venire, auxiliatores quoque omnes
ante se reos ibi presentari * aut dampnatos fugere. Sicque factum est. Confluente etenim illuc ineffabili multitudine, * fol. 102'.
Werinbarius cum suis cooperatoribus nudis pedibus provolvitur; uxorem reddit, veniam de conmissis sibi suisque auxilio
principum promissa emendatione promeruit[c]. Sed venerabilis in omnibus Machtildis, finito colloquio, Liutgardam secum
duxit non pro retentione, sed pro amoris magni confirmatione. Bone autem sue voluntatis propositum preventu subitance
mortis est interruptum. Hec insignis abbatissa, magni Ottonis inperatoris filia, postquam virescentis rudimenta infan- A. Quedl.
cie, dehinc iuventutis florida tempora sub nutricum cura transcendit, corpore sensibusque plus ceteris id etatis matures-
cens, nilque sibi commissi extra regiminis disciplinam errabundum relinquens, amabilis, affabilis, pia, cunctis largior
quam sibi degebat. Undecimo ortus sui anno, licet inpar oneri, inperatorum consultu parentum, communi quidem elec-
tione et antistitum benedictione, metropolitane abbatie regimen suscepit. Cum vero ad Pitagorice perventum est bivium
littere, sine mora, sine tedio, spei, qua non confundit, fiducia arrepta, se susque ab non esse ad verum esse conata est
tota animi diligentia transferre. Hec, fratruele suo inperatore Romam proficiscente, conmissum sibi regnum non levitate
femineа gubernans, barbarorum principum induratos vertices artificioso paterni avitique ritu ingenii ita subiugabiles pla-
cabilesque reddiderat, ut huiusce pacis fundamenta, qua nunc sancta Dei eclesia pro parte fruitur, post effrenem barba-
rie motum, post tantam vastationem provinciarum, prima posuerit; nullis bellicorum apparatuum instrumentis, quamvis
ad hec precipienda satis esset idonea; sed continua vigiliarum, orationum, inedieque instantia Dei solius docente et con-
fortante subsidio. Novissimis[d] suis temporibus, colloquio, ut diximus, Partenopoli habito, conventu episcoporum cum
duce Bernhardo et principum concursu senatus et plebis, confluentibus etiam exterarum gentium legatis, difficile[e] relatu
est, quam se irreprehensibilem exhibuerit, quam mira discretione cuique sua tribuerit, quanta veneratione presulum per-
sonas pre ceteris cunctis tractaverit, quanta sollertia optimates et iudices pro consolidanda re publica, pro privatis etiam
causis monuerit, quanto moderamine pios lenierit, reos terruerit, quantaque industria patrie providerit. His ordinatis,
suas oviculas, adventus sui expectatione sollicitas, materno amore revisit, et ab illis magnifice excepta, paucis diebus
superstes, modica febre pulsata, inopinata cunctis, sed sibi longe ante provisa morte, 7. Idus Februarii Deo animam red-
didit, atque in medio basilice sancti Petri et sancti Stephani iuxta tumulos avie sue, Heinrici regis et Machtildis regine,
cum heiulatu et planctu sepelitur. Res digna lacrimis cum orba sanctorum Dionisii et Servatii * presulum catervula et * fol. 103.
sancte Dei genitricis Marie in monte occidentali et sancti Andree ex Walbicensi cenobio vernule, quarum ipsa ab inicio fun-
datrix extiterat, cum ceteris sancte Pusinne in Winethhusen, sanctoque Wigberto in plano iuxta curtem regiam famulan-
tibus, quarum licet prima constructix non fuerit, pro memoria tamen avie sue Machtildis materno more omni eos soller-
cia foverat, spiritualem matrem suam, pridie viventem, valentem ac populis inperantem, noverant inopine subtractam,
suisque obtutibus numquam nisi in eterna visione redituram deflerent, seque cum ea mori quam superesse malle amenti
vociferatione clamarent. Peractis omnibus, sanctemoniales femine cum episcopis, quos divina clementia exequiis eius
inprovisos adesse disposuerat, Arnulfo et Bernwardo et duce Bernhardo convenientes, fratruelem defuncte Aethelheidam,
quam sibi adoptaverat, quam unice dilexerat, quam pro filia delicate nutrierat, ob doloris sui remedium in dominam ac
matrem unanimiter eligunt, legatosque ad inperatricem Adelheidam, deinde ad inperatorem Romam hec portaturos, sub
omni celeritate transmittunt. Qui augustam venientes, licet ante presagientem animo inperatricem viscerotenus sauciant,
assumptisque secum ipsius legatis, Romam veniunt, et inperatorem recenti obitu nepotis sui Gregorii mestum repperien-
tes, ex mesto mestissimum reddunt. Nec solum inperator, sed omnes eius comites, ubicumque mortis eius fama sonuit,
unanimiter lugebant. Resumpto tandem inperator animo, pro obsequiis amite sue exhibitis et pro electione sororis gra-
tes sancte congregationi per[f] Beccelinum demandat innumeras, eamque succedere non ut potuit imperando, sed ut decuit cf. Thietm.
rogando deliberavit. Quod et factum est. Nam in festo sancti Michahelis electione iterata, ab Arnulfo episcopo, astan- IV, 27. A. Quedl.

a) abiam *c.* b) predicta — non consilio 2. *in loco raso.* c) sustinuit *corr.* promeruit *c.* d) Nomissimis *c.* e) dif-
ficilem *c.* f) per B. *add.* 2.

A. Quedl. tibus episcopis et sorore sua domna Sophia et nepte sua Hathwiga Gererodensi[a] abbatissa, cunctisque regni primatibus, coram altari sancti Petri et sancti Stephani benedicitur, atque in trono matris ac domine sue sub commissione regule sublimatur. Eodem anno imperatrix Athelheidis obiit. Hec uxor Ottonis magni fuit, et cum eodem statum imperii non minus meritis moribusque insignierat egregiis, quam ille viribus et triumphis. Post cuius obitum et ipsa totum seculo moriens, quasi non sibi nata, sed inopum usibus tantum divinitus esset provisa, regium censum et quicquid habere potuit manibus pauperum, in celestes tesauros deportandum, commendare non destitit. Vidimus eam creberrime sed secretissime, more rusticarum succinctam, ambabus pro dextera utentem manibus[b], tam diu huic pio institisse labori, quo usque vacillante incessu, non largitate sed corpore deficiens, necessario se reclinaret, id tamen semper habens in voto, ne vel sedens vel stans vel quibuslibet occupationibus detenta, umquam a familiarissimo sibi misericordiarum opere
*fol. 103'. Thiet. IV, 27. cessaret. Interim *urbem que Celsa dicitur edificans, collectis ibi monachis, omnibusque perfectis, emerite admodum
A. Quedl. etatis, ad eum quem semper sitiverat 16. Kal. Ianuarii remuneranda migravit, atque in basilica Salisensi, quam ipsa in
Thietm. l. l. honore apostolorum principis construxerat, honorifice sepelitur. Cuius fideli servicio[c] insta reconpensans premia Deus, plurima hodie miracula operatur. Habuit[d] eadem inperatrix ex priore marito suo Lothario rege Italico filiam, ex qua Lotharius rex Francorum genuit Lodowicum regem, qui sine libe-
IV, 41. ris mortuus, regio more Conpendio dinoscitur fuisse sepultus. Temporibus eiusdem inperatoris multi obiere piorum; de quorum numero erat quedam matrona nomine Cristiana, que predii sui, quod in Stuwi civitate habuit, maximam partem Sancto Mauricio in Magdaburh dedit. Hec bona sua conscientie secreto tegens, matronabus que aput modernos[e] sunt longe dissimilis fuit. Qua obeunte, Gisilero archipresuli Quidelingeburh commorauti sic manifestatum est. Apparuit ei quidam dicens ad eum: *Scisne, quod omnis milicia celestis se preparat in adventum Christo fidelis anime?* Qui cum evigilasset, Walthardo preposito primum innotuit. Cumque ille venerabilem matronam eadem
c. 38. nocte qua hec presul viderat migrasse audiret, eidem retulit, et visionem completam esse dixit. Ipsius inperatoris temporibus Conradus egregius dux Suevorum et Heribertus comes, frater eius, et Odo inclitus marchio, proh dolor! momentanea morte depressi sunt. Sigefridus, predicti marchionis filius, in Nova Corbeia[55], ubi pater suus requiescit, inter mouachos diu in eodem habitu conversatus, cucullam proiecit, laicalem recipiens[f] vestem. Qui ab eodem, ab abbate suo et Gisilero archipresule vocatus, ad sinodum Magdaburh venit, et quamvis invitus, pristino habitu indutus, iudiciali sententia, 12[us] ipse, sacramentis exsolvit, exemplo unius qui Rome, simili sententia se in conspectu eiusdem
c. 42. cesaris purgavit. In diebus illis nupsit Machtild sanctimonialis, filia Teoderici marchionis, cuidam Slavo nomine Brebizlavo. Que post a Brandeburgensis civitatis iniusto provisore Bolvitto capta, in tantum constricta est, ut neque dominicam nativitatem vel alias sollempnitates vel ieiunio congruenti prevenire vel festivis gaudiis potuisset celebrare. Ubi et quendam puerum genuit, quem lugubriter educavit. Postea vero tante miserie absolutionem et abhatiam in Magdaburh indigna percepit. Maritus vero eius a geminis fratribus Ugione et Uffeone ante occisus erat. Cuius frater Liudolfus, deposito clericatu, arma sumpsit ultricia et nostratibus graviter nocuit. Captus autem ab inperatore, iterum gradui pristino restitutus est. Iisdem temporibus monasterium sanctimonialium in Hidesleve[56] ab Slavis est miserabiliter incensum et destructum, eductis inde sanctimonialibus; et eodem
c. 38. die ex christianis plurimi, proh dolor! a paganis interempti sunt. Waic rex Pannonie, gener Heinrici ducis Bawarie, hortatu inperatoris in regno suo episcopales cathedras faciens, coronam et benedictionem accepit.

fol. 104. IV, 28. A. d. i. 1000. Otto inperator Gisilerum archiepiscopum Magadaburgensem, eo quod duas teneret parrochias, in sinodo accusans Romana, iudiciali eum sententia ab officio suspendi et ab apostolico Romani vocari per internuntios fecit. Qui tunc paralisi percussus, cum illuc venire nequiret, Rotmannum misit, qui iuramento, si aliter non crederetur, se excusaret. Datis tunc induciis, differtur usque dum inperator eum conprovintialibus episcopis hoc discutere valuisset.
A. Quedl. Interim comperto inperator matris sue obitu, ultra quam credi potest merore afficitur, conspiciens lapsu trium columpnarum, hoc est domni apostolici Gregorii et avie sue atque amite sue discessibus, celesie statum vacillare ac sibi
Thietm. l. l. soli iam inniti. Tunc his que in eclesiasticis et publicis causis agenda erant rite dispositis, patriam adire desiderat, comitantibus secum Ziazone patricio et Rodberto oblationario cum cardinalibus. Nullus inperator maiori gloria umquam
A. Quedl. a Roma egreditur nec revertitur. Transcensa[g] vero Alpium difficultate, ex Gallia, Francia, Suevia agmina turmatim occurrunt, et germane sue Sophia et Athelheida cum Saxonie et Thuringie principibus unanimi gratulatione suscipiunt,
Thiet. l. l. et quamdiu incepti itineris acceleratio patiebatur, debita caritate eum eo morantur. Huic Gisilerus obviam pergens, gratiam eius quamvis non firmam promeruit, et eum comitatur. Inperator itaque, auditis mirabilibus que per dilectum sibi martirem Deus fecit Adalbertum, orationis causa eo pergere festinavit. Cumque ad Cicensem venisset urbem, ab Hugone, eiusdem urbis episcopo, decenter suscipitur; deinde recto itinere ad Misnensem tendens civitatem, a venerabili Eido, eiusdem civitatis episcopo, et a marchione Ekkihardo, qui aput eum inter precipuos habebatur, bonorabiliter excipitur. Decursis tunc Milcini terminis, Bolizlaus dux Polonie ad Diedesi pagum venienti inperatori parato in loco qui Ilva dicitur suo hospicio, multum hilaris occurrit. Qualiter autem ab eo honoraretur et per sua usque ad Gnesin deduceretur, dictu incredibile est. Videns autem a longe civitatem desideratam, nudis pedibus suppliciter advenit, et ab epi-
scopo civitatis Ungero venerabiliter susceptus, eclesiam introducitur et ad Christi gratiam sibi inpetrandam martiris Christi intercessionem profusis lacrimis invitat. Nec mora, fecit ibi archiepiscopatum[h], ut spero legitime, sine consensu tamen prefati presulis et sui metropolitani, cuius diocesi omnis hec regio subiecta est, committens eundem predicti martiris fratri, qui et Gaudentius, subiciens ei Reinbernum Salse Colberiensis eclesie episcopum, Popponem Cracuensem, Iohannem Wrotizlaensem, Ungero Poznaniensi excepto, factoque ibi altari, sanctas in eo honorifice condidit reli-
*fol. 104'. quias. Perfectis omnibus, inperator a prefato duce magnis muneribus decoratur, et quod maxime *placuit, trecentis militibus. Dispositis igitur in Slavia 7 episcopiis, a Bolizlao usque Magdaburh comitatu deducitur egregio, ubi palmarum sollempnia celebriter peracta sunt. Secunda feria archiepiscopus Gisilerus episcopatum priorem inperatoris
A. Quedl. edicto recipere rogatus, data internuntiis magna pecunia, inducias usque Quidelingeburh vix inpetravit. Nam illic pascha celebraturus erat, et in ipso monte, ubi sanctimoniales femine ritu canonico Deo deserviunt, propter amorem dilecte sue sororis cenam Domini, parasceuen quoque et sabbatum sanctum ac dominice resurrectionis noctem festive peregit. Unde

a) *add.* 2. b) manbus *c.* c) *bis scriptum c.* d) Habuit — sepultus *add.* 2. *in marg.* e) modenos *c.* f) proiciens *c.* g) Transcenssa *c.* h) archepiscopatum *c.*

55) Error scriptoris. Nova urbe, Nienburg, actum tradit Thietmarus. 56) Hildesleve? Hillersleben.

in ipsis horis matutinalibus ad curtem suam rediit. Fit ibi magnus senatorum concursus, et habita ibi sinodo, iterum Gisilerus vocatur. Qui infirmitate valida oppressus, cum a predicto excusaretur et in multis a Walthardo preposito defenderetur, indicitur ei concilium Aquisgrani. Inperator autem illam septimanam regalibus inpendens officiis, regendo, indulgendo, largiendo, remunerando transegit; ac in octava pasce inde profectus, remunerato Bolizlao, sorore sua Adelheida comitante, celebritatem pentecostes Aquisgrani feriavit; ubi etiam aliquantum temporis parando, que cepto itineri congrua videbantur, quievit. Quo Gisilerus archiepiscopus cum suis veniens, iterum ab archidiacono Romane sedis impetitur. Qui sapienti consilio usus, generale sibi postulat dari concilium, sicque indiscussa dilata sunt hec omnia. Imperator pentecosten[a] Aquisgrani celebrans, admirationis causa Aquisgrani Karoli Magni inperatoris ossa contra ecclesiasticam disciplinam scire volens ubi requiescerent, rupto clam pavimento, ubi ea[b] esse putavit, usque dum hec inventa sunt in regio solio, fodere iussit; qua tunc in abdito sepulture mirificas rerum varietates invenit. Crucem auream, que in collo eius pependit, cum parte vestimentorum adhuc imputribilium sumens, cetera cum veneratione reposuit. Sed ut postea claruit, ultionem eterni iudicis[c] incurrit. Nam predictus inperator ei apparuit, et ei predixit, quod[d] sine herede esset moriturus. Nec silendum est miraculum sub eodem inperatore Rome celitus actum. Nam cum ducis Herimanni milites monachorum Sancti Pauli prata vi sua conprehenderent, ab his sepe suppliciter rogati, discedere noluerunt; et continuo nubes varie ascenderunt, fulmina micuerunt, terrorem dominicum monstrantes, et tonitruis terribilibus aer mugire cepit, et ex eorum numero quatuor occidens ceterosque fugans, pauperes Christi in hoc mundo non esse contempnendos ostendit. Fuit isdem temporibus in urbe Partenopoli quidam decanus nomine Eppo, hilaris homo, valde utilis in monasterio et[e] maxime in choro. Qui cum iam senex et in cunctis actibus suis maturus esset, paralisi subito percussus obmutuit, sed postmodum auxilio summi medici psalmos optime potuit cum fratribus canere, ad cetera vero parum valuit aspirare; *et in hoc laudanda virtus Christi est, que sibi servienti fideliter vires suggerere probabatur. Cumque hic venerabilis pater in relicto habitu monachico se nimis peccasse facta confessione ingemuisset, idque hortatu fratrum in receptione eiusdem emendare voluisset, non longe post obiit, sepultus ad Sanctum Iohannem cum ceteris fratribus, cum quibus vivere debuerat, si sic humana fragilitas fieri sineret. Predicte ecclesie custos Ekkihardus cognomine Rufus, arte gramaticus et tunc magister scole, cum in una dierum altare maius, auro, gemmis et optimo electro inconparabiliter adornatum, considerare voluisset, si aliquid in eo deesset, ex improviso ab eodem deprimitur; et ex hac collisione tardatus, pecuniam a se diu congregatam larga manu distribuendam Waltbardo preposito conmisit, et post paucos dies spiritum fidelem exalavit. Quem non in aliqua re accuso, sed hoc veraciter scio, quod si quis sanctum Mauricium offendit, subsequens periculum inminere sibi non ignoret. Huius tesaurum quidam iuvenis instinctu diabolico cum nocte tenebrosa furari voluisset, atque in primo aditu trepidare incipiens, iam desistere cepisset, ut ipse post rettulit, quandam[f] vocem ad hec peragenda audenter exhortantem se audivit. Tunc miser ille, sumpta ibidem corona, celeriter in ipsa captus est ecclesia, fractisque cruribus rote superpositus. Meminisse etiam volo cuiusdam fratris nostri Huswardi constantiam. Ad quem iuxta me tunc dormientem cum diabolus insidiator callidus in nocte crebro accederet ac prope cum iacendi locum frustra peteret, ad ultimum, ut sibi pro accipienda mercede servire voluisset, suppliciter rogavit. At ille, ut sibi promissum premium inprimis ostenderet, postque suum responsum perciperet, postulavit. Tum ille dixit: *Consimili bravio, quo meum nuper in occidente ministrum ditavi, te michi consentientem remunerabo.* Talibus auditis, presbiter alloquiis, ut semper solebat, signo sancte Crucis et increpationibus asperis hunc effugavit. Cumque in occiduis partibus quendam clericum ob criminis sui magnitudinem laqueo suspensum esse comperisset, fratribus suis et antecedens et consequens iutimavit. Et mirum, cum omni dominica die, ni vera crux domini Ibesu portaretur, qnomodo ille malignus talia facere ausus fuerit. Qui in eodem anno victor, ut spero, effectus, de commissis suis penitentia facta, seculi pericula evasit. Nec tacebo Marquardi confratris nostri visionem. Hic, ut ipse gemens retulit, ductus est in cimiterium commune, ubi sepulcrum nimis incensum vidit, quem ductor suus sic alloquitur: *In hanc ardentem foveam tu cito debes proici, et Rothulfus te deberet sequi, nisi modo in limine Liudegeri conversus staret.* Ambo enim hi fuerant monachi in monasterio confessoris predicti, qui locum Helmanstide vocatum de sua proprietate construxerat tempore Karoli regis, eratque frater Hildegrimi Catalaunensis episcopi, primi Halberstadensis eclesie rectoris, *qnique primus Mimigardensis episcopus a Karolo effectus, locum quoque qui Wirdina dicitur ex propriis inpensis construxit. Predictus autem presbiter eodem anno quo hec vidit habitum pristinum resumere et obedientiam vovit, et non longe post obiit. Hec de confratribus meis, non arguendo, sed ut cauti simus et bonos imitemur obsecrando, locutus sum. Nunc ad cronica redeamus. Inperator antiquam Romanorum consuetudinem iam ex parte magna delectam suis cupiens renovare temporibus, multa faciebat, que diversi diverse sentiebant. Solus ad mensam quasi semicirculus factam loco ceteris eminentiori sedebat. Cenobium quod dicitur Helmwardeshusen et sibi vicinum Hildwardeshusen, in superiori parte fluminis[57] situm, ab Ekkihardo comite fundantur. Magnus terre motus hoc anno factus est. Inperator cum nec cursum desideratum[g] longius protrahere, nec Athelheidam sororem suam, quam maxime diligebat, dimittere posset, promisso tandem Romam post se veniendi firmiter pacto, paululum lenito merore, ille, ut decreverat, in Italiam ultima, prob dolor! profectione acceleraturus, illa monasterium cui preerat revisura, utrique cassa spe ulterius se in hac luce videndi discedunt. At inperator, emensis iterato Alpibus, peragrata Italia, Papie aliquamdiu moratus est. Hac tempestate obiit Bolizlaus dux Boemie, secundus huius nominis. Qui post obitum patris 32 annis ducatum rexit, fuitque iusticie et catholice fidei et christiane religionis ardentissimus exsecutor. Adpropinquante autem termino ipsius, filium suum et equivocum, astante Hemma coniuge sua et proceribus, alloquens, inter cetera intulit hec: *Eclesie,* inquit, *limina frequenter visita. Deum adora; sacerdotes eius honora. Formam denarii parce dilige. Res enim publica nunc satis adaucta, per formam nummismatis falsam ad nichilum erit redacta. Est aliquid, fili mi, quod Karolus rex sapientissimus, cum filium suum Pippinum post se regnaturum disponeret, terribili eum sacramento constrinxit, ne in regno suo prava et subdola taxatio ponderis aut monete fieret. Non clades, non pestilentia, non si hostes terram vastarent, magis populo Dei nocerent, quam frequens mutatio et fraudulenta peioratio nummi. Atqui post hec senescente iusticia, surgent non duces populi Dei, sed fures sine misericordia, homines Deum non timentes, ter vel quater in anno mutantes monetam, et per legum insolentiam coangustabunt huius regni terminos, quos ego ditatavi usque ad montes qui sunt ultra Crakou.* Plura locuturus erat, sed os ciush in morte diriguit, et planctus super cum factus est magnus. Mortuus est autem 7. Idus Februarii; qui

Thietm. l. l. A. Quedl. A. Hild. A. Quedl. Thietm. l. l. A. Hild. Thietm. l. l. A. Hild. Thietm. l. l. A. Hild. Thiet. IV, 38. c. 43. *fol. 105. c. 44. c. 45. *fol. 105'. c. 29. A. Quedl. Cosm. I.

a) p. A. c. *add.* 2. b) *bis scriptum c.* c) *ter scriptum c.* d) *haec verba etiam in Ann. Hild. olim scripta fuisse videntur. cf. SS. III. p.* 92. *n.* b. e) ex *c.* f) audivit quandam *c.* g) c. d. cursum *c.* h) *bis scriptum c.*

57) Wiserac.

Cosm. l. l. ducatus terminos quantum ampliaverit, docent littere apostolice in privilegio Pragensis eclesie. Cui filius eius tercius Bolizlaus successit, sed non eisdem rerum successibus terminos adquisitos obtinuit. Nam a dux Polonie mox urbem Krakou abstulit, omnibus Boemiis quos ibi repperit gladio extinctis. Fuerunt autem iuniori Bolizlao duo filii Iaromir et Odelricus. Iaromir quidem in domo patris, Odelricus autem in aula inperatoris manebat. Post hec Bolizlaus a duce Polonico, data fide et iuramentis firmata pace, ad colloquium invitatur. Qui[b] vocans nobiliores ex suis, dixit: *Si quid michi preter spem in Polonia evenerit, hunc meum filium Iaromir vestre fidei committo et meo loco ducem vobis relinquo* Profectus igitur, inter prandium capitur et oculis privatur, suorum aliis trucidatis, aliis carceri traditis. Erat in Boemia quedam generatio, que appellabatur familia Wrissovici, quorum primus erat vir sceleratissimus, nomine Kocan. Hos beatus Adalbertus excommunicaverat[c] publice in eclesia. Hi cum Iaromir in venationem egressi, ut audierunt que de duce gesta sunt, aspernati dominium, Iaromir nudum et resupinum per pedes et brachia ligneis clavis affigunt humi, ludentes et transq corpus heri in equis saltantes. Interim prodente quodam servo, ab amicis de Praga venientibus vivus eripitur. Interea[d] dux Polonie veniens, urbem Pragam invasit, eamque per biennium fere optinuit.

fol. 106. A. Hild. A. d. i. 1001. Inperator natalem Domini Rome celebravit, et illo Bernwardus Hildinsheimensis episcopus in epiphaniis super multis infestationibus archiepiscopi Willigisi et maxime de sinodo, quam in sua id est[e] Gandersheimensi eclesia cum extraneis episcopis habuit, conquestum advenit, totamque eiusdem metropolitani inlicitam usurpationem in

A. Quedl. presentia Silvestri pape et inperatoris tercii Ottonis sinodali auctoritate prorsus adnullavit[f]. Interim hostis antiquus, omnis doli repertor, inter Romanorum precordia serpens, ut manus inprobas sine causa inferre illi moliantur, persuadet.

Thiet. IV,30. Nam Gregorius, qui cesari valde carus erat, dolo eum capere nisus, occultas tendebat insidias. Cumque ex inproviso

A. Quedl. Thietm. l. l. super eum cum suis insurgeret, inperator de porta cum pancis evasit, mestus, ut ferunt, maxima caterva suorum sociorum inclusa, et vulgus numquam suis contentum dominis, malum ei pro ineffabili pietate restituit. Igitur inperator per internuntios omnes sibi familiares convenire rogat, demandans singulis, si umquam de honore vel incolomitate sua curarent, ad ulciscendum eum armato milite properarent. Romani autem manifesti sceleris culpam erubescentes, seque invicem supra modum redarguentes, omnes inclusos emiserunt, gratiam inperatoris et pacem omnibus modis suppliciter expetentes. Quos ubicumque vel in ipsis vel in rebus suis inperator ledere potuit, nocere non tardavit, quia verbis

A. Quedl. Thietm. l. l. eorum mendacibus non credebat, et pro ulciscenda iniuria assiduo tractatu instantem penitus consummavit annum. Omnes tamen regiones, que Romanos et Langobardos respiciebant, subditas habebat, sola Roma excepta, quam pre

Adelbold. c. 3. Thietm. l. l. ceteris dilexerat et coluerat. Interea convenientibus cum Heriberto Coloniensi archiepiscopo Leodicensi, Augustensi, Constantiensi episcopis, et Ottone, Heinrico, Witmanno comitibus, cum plurima fidelium suorum turba, inperator letatur. Sed quamvis vultu exterius se semper hilarem simularet, tamen conscientie secreto plurima ingemiscens facinora, noctis silentio vigiliis atque intentis orationibus, lacrimarum quoque rivis abluere non desistebat. Sepe omnem ebdomadam, excepta quinta feria, ieiunus perducens, in elemosinis largus erat. Adpropinquantem eius terminum multa prevenere importuna. Nam nostri duces et comites non sine conscientia episcoporum multorum contra[g] eum conspirare nituntur, Heinrici ducis, postea regis, ad hoc auxilium postulantes. Hic ultima patris sui monita, qui in Gonnesheim

A. Hild. obiit ac requiescit, memori servans in pectore, et sibi hactenus in cunctis fidelis, nullum his prebuit assensum. Gerberga Gandersheimensis abbatissa Idus Novembris obiit

fol. 106'. Thiet. IV,30. A. d. i. 1002. Inperator natalem[h] Domini Tudertine cum domno apostolico celebravit. Inde Romam adiens, Salernum oppidum adiit. Interea machinationes principum adversum se comperiens, patienti animo ferebat, et Paterne, quod

) q. e. c. R. ex Adelb. est castellum Romanie, pustellis interiora prementibus et interdum erumpentibus infirmatur. Qui facie clarus, ac fide precipuus, 9. Kal. Februarii exivit ab hoc seculo, suis insuperabilem relinquens merorem, quia eo tempore non fuit

A. Quedl. ullus largior ac per omnia clementior illo. Quod ne procacitati hostium cicius intimaretur, hi qui aderant occultando tegebant, quousque, convocatis qui per castella dispersi vagabantur sociis, funebri agmine, funebri profectione domini sui corpus efferentes, improvisi prorumpunt, pluribus tamen ibi pro penuria equorum heu sine spe evadendi relictis. Cum vero diutius res latere nequiret, Romani hostes execranda commovent bella, et qui eos privilegio amoris cunctis pretulerat[i] populis, mortuum distrahere et iniurie subicere tribus preliis pertemptant[k], sed tociens repulsi et

Thiet. IV,31. cedibus multati fugerunt. Igitur tristis turba dilecti senioris corpus comitata, 7 dies continuos bellorum asperitates passa, nullam securitatis certitudinem habuit, donec ad Bernam perventum est civitatem. Exin cum ad Pollingun, curtem Sigefridi presulis Augustane, venirent, ab Heinrico duce suscepti, lacrimis eius vehementer iterum commoti sunt. Quos singillatim, ut se in dominum et regem eligere voluissent, multis promissionibus hortatur. Qui omnes, excepto antistite Sigefrido, neque consentiebant, neque omnino denegabant; sed quo melior et maior populi pars se inclinaret, libenter

Ekk. assensuros pronuntiabant. Alii tamen codices de hisce rebus sic habent: Otto inperator, quem uxor predicti Crescentis spe regnandi ad amorem suum pellexerat, dum invitus ab invita suasu exercitus sui abstractus decedit ab Italia, veneno ab ea sibi transmisso consumptus, inter reueandum in Italia moritur 5. Kal. Februarii. Veneficio eiusdem mulieris etiam papa Romanus gravatus asseritur, ita ut loquendi usum amiserit. Milites Transalpiani corpus inperatoris defuncti cum insignibus inperii ad Galliam referentes, crebris Italorum incursibus lacessiti, armis sibi viam parant. Sed cum res in tuto esse putaretur, Heinricus Bawarie dux cum magna militum manu occurrit, et iniuriato Coloniensium archiepiscopo, a cuius ore omnes pendebant, insignia regni ab eo violenter extorsit quasi iure hereditario

Thiet. IV,31. sibi competentia. In hac diversitate penes lectorem erit, cui magis credatur. Igitur Heinricus dux corpus inperatoris cum apparatu inperiali, lancea dumtaxat excepta, quam Heribertus presul clam premiserat, in suam sumpsit[l] potestatem. Archipresul autem custodia parumper detentus, relicto ibi pro vadimonio fratre suo, abiit, et

'fol. 107. sacram lanceam mox remisit. Dux vero cum his omnibus Augustanam attingens urbem, dilecti 'senioris intestina, duabus lagunculis prius diligenter reposita, in oratorium sancti presulis Othelrici, quod in honorem eius Liudolfus eiusdem eclesie episcopus construxit, in australi parte monasterii sancte martiris Affre, sepulture honorabili tradidit, et ob anime sue remedium centum mansos proprie hereditatis concessit. Deinde dimissa populi multitudine, cum pace ad civitatem suam que Nova vocatur corpus cesaris prosequitur. Postea vero ab equivoco suo Heinrico, cuius sororem vivente adhuc

IV, 33. inperatore duxerat, rogatus, valedicentibus singulis, corpus ad loca destinata dimisit. Quod cum usque Coloniam perductum esset, primo susceptum est ab archiepiscopo Heriberto; deinde secunda feria post palmas defertur ad monasterium sancti Severini 3. feria ad Sanctum Pantaleonem, 4. die ad Sanctum Gereonem, in cena Domini ad Sanctum Petrum portatur. Ubi penitentibus more eclesiastico introductis et indulgentia resolutis, anime presentis corporis ab archipresule

a) Nam dux — fere optinuit *add.* 2. b) Qui *c.* c) excommunicauera *c.* d) Inter *c.* e) sua e *c.* f) *linea et dimidia erasae c.* Inperator natale Domini celebrau..... g) multra *c.* h) *deest c.* i) pretulerat *corr.* prefuerat *c.* k) perteptant *c.* l) supsit potestetatem *c.*

remissio datur; a consacerdotibus autem memoria exposcitur, lacrimabiliter autem a populo supplici impenditur. Sexta feria illucescente funus elevatum, ad Aquasgrani sancto perducitur in sabbato, die vero dominica in ecclesia sancte Marie semper virginis in medio sepelitur choro, inpensa ab eo cunctis pietas obnixas orationes fletusque suasit producere concrepantes. Dominice resurrectionis festa, angelorum et hominum gaudia communiter gratulanda, propter fragilitatem convenientium non valuerunt digna veneratione compleri, quia peccatis suis promerentibus agnoverunt vindictam Dei. Maxima pars procerum, qui his exequiis intererant, Herimanno duci auxilium promittunt ad appetendum regnum, Henricum mentientes ad hoc non esse idoneum propter multas rerum qualitates. Hic erat dux Alamannie, Alsatie, bene timoratus et humilis homo, sed seductus est ab his, quibus lenitas eius placebat. Langobardi autem, audito inperatoris obitu, de futuris nil solliciti, Hartwigum quendam episcopicidam *, pocius gnarum artis destruende rei publice quam regende, ut ex divino iudicio ipsis huius rei auctoribus postmodum claruit, in regem sibi elegerunt. Eodem[a] anno Odelricus, filius Bolezlai ducis Boemie, qui in custodia ab inperatore ob gratiam Bolizlai Polonici ducis tenebatur, incertum utrum fuga an iussu inperatoris, absolutus, patriam repetiit, et castrum munitissimum Drevic intravit. Inde premisso in urbem Pragam quodam fideli sibi milite, qui noctu clangore bucine et clamore hostes perterreret, urbem eandem, fugientibus Poloniis, multis etiam in precipicio pontis, qui ad hostium perniciem clam destructus erat, pereuntibus, aliis in quadam prerupta via pre angustia exitus compressis, sagaciter recepit. Dux vero cum paucis vix evasit[b].

Thietm. l. l. c. 31. c. 2. c. 31. *) q. e. ex Adelboldo. Cosm. I.

Principes Saxonie, comperta inperatoris morte, ad Frasam curtem regiam, quam tunc Guncelinus comes ex inperatoris dono in beneficium tenebat, tristes conveniunt, Gisilerus archiepiscopus Magdaburgensis cum episcopis, Bernhardus dux, Lutharius, Ekkihardus et Gero marchiones, cum optimatibus terre, de statu rei publice tractaturi. Lutharius autem marchio ut primo persensit Ekkihardum velle exaltari super regnum, archiepiscopum Gisilerum et meliorem procerum partem in secretum colloquium foras evocavit, dans illis consilium, ut iuramento firmarent, nullum sibi in dominum vel regem communiter vel singulariter electuros ante constitutum in Werlo colloquium. Quod ab omnibus excepto Ekkihardo laudatum et constitutum est. Hic Ekkihardus marchio paululum se a regni fastigio dilatum graviter ferens, in hanc vocem erupit: *O Luthari, quid adversaris?* Et ille inquit: *Num currui tuo quartam deesse rotam non sentis?* Sic interrupta est electio, et vera fit antiquorum relatio, quod unius noctis intermissio fiat unius anni dilatio et illa usque in finem huius vite prolongatio. Interea Lutharius marchio profectus occulte ad Bavenberh cum avunculo suo Ricperto, quem a comitatu suo inperator deposuit et Liudigero Arnulfi presulis militi dedit, ducis Heinrici gratiam ac spem retinendi et augendi beneficii, quamvis servato adhuc sacramento manus eidem non applicuit, tamen cum sui nepotis Heinrici marchionis auxilio adeptus est. Huius consilio dux quendam militem ad locum qui Werlo dicitur, ad consorores neptes suas Sophiam et Adelheidam et ad omnes qui illuc convenerant regni primates misit. Qui legationem suam omnibus in unum collectis aperuit, et ad regnum adquirendum domino suo auxiliantibus bona plurima promisit. Cui mox a maxima multitudine una voce respondetur, Heinricum Christi adiutorio et iure hereditario regnaturum, se paratos ad omnia que illi scirent esse placita. Hocque dextris elevatis affirmant. Hereditarium dicimus, quia, ut ab his qui genealogias computare noverunt didicimus, a Karolo Magno ex[c] parte patris decimam septimam, ex parte matris decimam sextam lineam propagationis tenebat. Insuper tercius Otto, post cuius obitum in regem eligebatur, et ipse tercium ad invicem consanguinitatis gradum tenebant. Mater autem eius erat filia Conradi Burgundionum regis, fratris Athelheidhe inperatricis. Ekkihardus autem cum suis, simulata tunc patientia, hoc pertulit, quia quod a multis delinquitur inultum est. Vespere autem facto, cum prefatis sororibus inperatoris, quarum una Gandersheimensem, altera Quidelingeburgensem regebat abbatiam, in magna domo sedilia parata et mensa esset variis cibis referta, Ekkihardus eandem preoccupans, cum Arnulfo episcopo et Bernhardo duce ibi epulatur. Ante ruinam enim exaltatur cor et ante gloriam humiliatur. *Quod mentem dominarum prius tristem aliosque complures qui tunc interfuere graviter commovit, renovaturque in eum odium diu celatum, sed cito, proh dolor! finiendum. Nam cum predictus marchio omnia aliter quam sperabat ibi provenire conspexisset, optimum ratu duxit, occiduas regiones invisere, et[d] Herimannum ducem cum ceteris optimatibus de rei publice et sui commoditate alloqueretur. Salutatis itaque postera[e] die suis familiaribus[f] et inimicis caute notatis, cum Bernwardo antistite Hildinshem venit, ubi ut rex suscipitur et honorifice tenetur. Deinde ad Patherbrunnan veniens, clausas invenit portas; et iussu venerabilis Retharii presulis intromissus, primo ecclesiam orationis causa intrat, dehinc ad domum ubi episcopus cenabat veniens, caritative susceptus est. Ubi ei dictum[g] est, quod colloquium in Diusburh constitutum, cuius gratia hue venerat, nullo modo fieri potuisset. Insuper animadvertit, multum displicere antistiti de inconvenienti eius incepto. Quapropter inde abiens, cum ad Northeim, Sigefridi comitis curtem, venisset, diligenter susceptus est, atque ut ibi pernoctare vellet rogatur. Intimavit quoque ei occulte comitissa, quod Sigefridus et Benno, sui seniorum[h] filii, cum fratribus de Catelenburh Heinrico et Udone aliisque suis conspiratoribus de nece eius positis insidiis tractarent, suppliciter efflagitans, ut aut ibi usque in crastinum maneret seu alio diverteret. Talia marchio benigne suscipiens, respondit, propositum iter propter eos nec velle nec posse irrumpere. Inde igitur discedens, caute suos per totum diem illum circumspexit, et ut optimus miles erat, ne terrerentur admonuit. Quod eminus hostes ex latentibus insidiis considerantes, quia non utile erat, ut his videbatur, cum tunc aggredi, in sequenti nocte si possent cepta perficere, dextris confirmabant. Pervenit ergo marchio ad locum destinatum, qui Paliti dicitur, et facto vespere comedit, et in lignea caminata cum paucis dormitum ivit. Ceteri vero quam plurimi in proximo solario quiescebant. Quos cum sopor oppido lassatos gravaret, inimica manus incautos opprimens invasit, ipsumque immensis clamoribus excitavit. Qui celeriter a lecto surgens, cum bracis suis et quibuscumque aliis rebus potuit igni vires suggerit, et fractis fenestris, quod tunc premeditari non potuit, maiorem nocendi aditum hostibus quam sibi defendendi opem patefecit. Nec mora, pro foribus occiditur miles Herimannus, et exterius ad auxilium domino properans Adulfus, ambo viri fortes ac usque ad mortem fideles. Vulneratur insuper Erminoldus, inperatoris defuncti camerarius. Solus igitur repugnabat marchio Ekkihardus, vir domi milicieque laudabilis. Cui Sigefridus hasta fortiter emissa nodum cervicis confregit, terramque oppetere compulit. Quo casu perspecto, protinus alacriter omnes irruunt, caput amputant, et quod miserum est, funus predantur. Facta sunt autem hec 2. Kal. Mai. Peracto tandem inmani scelere, percussores leti et incolumes *redeunt. Hi autem, qui in solario erant ignavi, nec laborantem dominum in aliquo adiuvabant, nec mortuum ulcisci conabantur. Abbas vero loci eiusdem, Alskerus[i] nomine, vir bone compassionis, corpus visitavit et commendationem anime summa devotione perfecit. Que vero sit causa, que eos ad tale facinus perpetrandum traxerit, pro certo nescitur. Quidam dicunt, Heinricum, ab inperatore flagellis cesum instinctu

Thietm. V, 3. fol. 108'. V, 1. fol. 109. V, 5.

a) Eodem — vix evasit *add.* 2. b) *Reliquae huius paginae lineae et sequens pag.* 107'. *vacuae exstant. Pergit historia uno folio exciso in novo quaternione.* c) ex p. p. *add.* 2. *in margine.* d) *ita c.* e) posteram *c.* f) famiaribus *c.* g) interdictum *corr.* dictum *c.* h) seniores *c.* i) *ita c.*

predicti marchionis, hec sepius in eum meditatum fuisse. Alii autumant, ob contumeliam sororibus illis in Werlo illatam, sicut iam dictum est, quia isti libenter illis serviebant et propter convicia minasque ab ipso illis manifestatas hec eos incepisse. Hoc constat, quod decus regni, solatium patrie, spes sibi commissis, terror inimicis, et per omnia perfectissimus fuit, et si in humilitate persistere voluisset, cursum huius vite probabiliter egisset. Hic aput domnum suum imperatorem sui beneficii maximam partem in proprietatem adquisivit. Milzienos a libertate inolita servitutis iugo constrinxit. Bocmiorum ducem Bolizlaum, qui cognominabatur Rufus, in militem sibi, et alium in amicum familiarem blandiciis et minis adeptus fuit. Super omnem Thuringiam communi electione tocius populi ducatum meruerat. Comites vero oricntales, paucis tantum exceptis, regnumque in spe habuit, que omnia ad hunc tam miserabilem finem devenere. Huius rei fama longe propagata domnam Suanchildam, coniugem eius, venire fecit obviam, filiique eius Herimanni turbavit leticiam. Hic namque iussu patris Willehelmum comitem, senectute et omni bonitate conspicuum, ob vindicandam Widikindi et Herimanni necem a filio suo eis illatam, cum in Wimmerc cum manu valida obsideret, emeritumque senem in presentiam predicti marchionis venire et quicquid ipse ab eo exposcerct inplere iuramento constringeret, accepta morte patris inprovisa, cum matre occurrit, patrisque corpus ingenti luctu suscipiens, in sua urbe[a] nomine Gene in parrochia Mogontiensi, in loco ubi Sala et Unstrod confluunt, sepeliri fecit. Sed post plures annos inde translatus est cum multis aliis de eadem progenie in civitatem Nuenburh, non procul a priori loco in descensu fluminis Sale. Quam urbem devotio succedentium heredum cum omni hereditate sua ad servicium Dei eiusque genitricis et sancti Petri aliorumque sanctorum tradiderunt, carnali posteritate deficiente. Ex quo tempore episcopalis sedes, que fuit in urbe Cicensi, translata est in eandem urbem. Peracto autem tricesimo die, domna Suanehildis cum filiis ad Misni proficiscitur. Hec erat filia Herimanni ducis de Liuniburh, soror Bennonis ducis, qui et Bernhardus, et Liudigeri comitis et Machtildis comitisse, que[58] nupserat Baldwino Flandrensi comiti et post eius mortem Godefrido duci. Nupserat autem hec Suanehildis primum Thetmaro marchioni, fratri Geronis Coloniensis archiepiscopi, genuitque ex eo Geronem marchionem[59]. Postea ex Ekkihardo predicto marchione *genuit Herimannum et Ekkihardum et Gunterum. Bolizlavus interim, Miseconis filius, dux Polonie, de morte letatur Ekkihardi marchionis, moxque collecto exercitu Geronis marcham citra Albim iacentem, deindeque Budizin civitatem cum omnibus adpertinentibus, premissis obsidibus, comprehendens[b], Strelam urbem invasit; Misnenses quoque pecunia corrumpere clam temptavit. Qui novis semper gaudentes, cum in una dierum presidii magnam partem ob adquirendam equorum annonam abesse scirent, per portam orientalem irruunt, et Beccionem, Herimanni comitis satellitem, occidunt, et ad caminatam eius omnes armati conveniunt, fenestram lapidibus grandibus impugnant, dominum urbis, Osernm nomine, sibi ad occidendum reddi vociferantes. Sed Thietmarus miles ex cubiculi municione perclamans ait: *Quare sic agitis? Cur in tantum scelus itis? Cur obliti beneficiorum Ekkihardi marchionis spontaneeque invitationis, sic in perniciem filii eius assurgitis? Si causam tanti facinoris seu publice seu clam cuiquam nostrum vultis aperire, commissi emendationem vobis complacitam futurique timoris vestri securitatem ex domini mei nostrorumque parte firmiter, qualitercumque vultis, vobis promitto. Hunc, quem vobis in mortem dari inclementer exposcitis, quamdiu supersumus, non accipitis. Pauci quidem sumus, aut communiter hic moriemur, aut incolumes ex hac urbe egrediemur.* Tum illi, his auditis sermonibus, colloquuntur, abcundique copiam illis concedunt. Itaque ducem Bolizlaum per internuntios invitant, et apertis portis eum suscipiunt. Congregantibus se interea ad hec prohibenda nostratibus, dolosus ille et venenatus coluber Bolizlaus legatos obviam misit, qui se hec omnia cum gratia et licentia Heinrici ducis incepisse protestaretur, in nullo se iucolis nociturum, sed in omnibus benigne acturum, et si quando dux in regnum elevaretur, voluntati eius in cunctis assensurum, sin autem aliter vellent, quod eis tunc placeret libenter facturum. Tunc illi verbis phaleratis inconsulte crediderunt, et inhoneste ad eum quasi ad dominum profecti, honorem libertatis ingenite supplicatione et iniusta servitute Slavi mutabant. Ille autem omnes terminos regionis illius usque ad Elstram fluvium preoccupavit suisque presidiis munivit. Alter vero Bolizlaus Boemiorum dux, cognomento Rufus, impietatis inmense auctor, suo more paululum relaxato, Heinrico duci aspiravit. Intrante igitur Iunio mense, dux Heinricus, rex cito futurus, de Bawaria et orientali Francia collecta multitudine non modica, Wormaciam venit, causa Rhenum ibidem transeundi atque in Mogontia benedictionem accipiendi. Interim Theodericus Lothariorum dux, vir sapiens et militaris, quo se pars populi maior et melior inclinaret, securus expectabat. Sed dux Herimannus, adunatis Alemannis et quibusdam Francis et Alsatiensibus, Wormatiam ad prohibendum[c] transitum venit, et facile resistere poterat, qui Rhenum adiutorem habebat. Erant autem cum duce Heinrico viri illustres et sapientissimi, archiepiscopus Mogontinus, archiepiscopus Salzburgensis, episcopus Brixiensis, episcopus Wirceburgensis, episcopus Regeneburgensis, episcopus Strazburgensis, episcopus Bataviensis, episcopus Frisiensis, abbas Vuldensis et comites plurimi. Cum his dux habito consilio, reditum in Bawariam simulavit, et quasi transitum desperans, Lurisheim venit; inde Mogontiam festinans, sine impedimento transivit.

Igitur 7. Idus Iunii in regem eligitur, acclamatur, et a Willegiso presule benedicitur et coronatur. Francorum et Musellensium primatus manus tunc regi applicans, gratiam eius promeruit. Erat hic Heinricus filius Heinrici ducis, qui fuit natus de Heinrico duce, fratre primi Ottonis. Iste[60] quondam orans in eclesia Ratispolitana, audivit vocem dicentem sibi: *Lege scriptum in pariete*[d]. Scriptum autem erat: *Post* 6. Quo lecto — litteratus enim fuit —, abiit secum admirans; metuensque die sexta se moriturum, interim orationibus ieiuniisque et elemosinis summopere insudabat. Quid plura? Sextam ebdomadam, sextum mensem, sextum annum sic observavit. Sexto igitur anno mortuo Ottone tercio, ut prescriptum est, rex levatur.

Thietm. l. l. — Thietm. l. l. — Thietm. V, 6. — Adelbold. c. 6. — Thietm. V, 7. — V, 2. — Adelb. c. 6. — Thietm. V, 7.

a) *vocàbulum in c. erasum.* b) comprchedens *c.* c) prohibendam *c.* d) *vocabulum erasum in c.*

58) cf. infra a. 1037. 59) cf. supra a. 977. 60) cf. Vitam S. Wolfgangi c. 42. et quae dixi Mon. SS. IV. p. 524. n. 42.

De quo post mortem inperatoris cuidam venerando patri revelatione dominica dictum est: *Recordaris, frater, qualiter cecinit populus*[a]*: „Deo nolente voluit dux Heinricus regnare“. Nunc autem debet Heinricus divina providentia vel predestinatione regni curam providere.* Omnia que ad divina vel humana pertinebant, hunc pre ceteris suis contemporalibus ad regnum, vellent nöllent, promovebant. Hic domnam Cunigundam, felicis memorie virginem, sororem Teoderici Metensis episcopi et Heinrici postmodum ducis Bawarici, consortem regni factam quasi in matrimonium sibi copulavit, quam tamen voto castitatis, que utrisque placuerat, numquam cognovit, sed ut sororem dilexit. Considerans vero, se continenter viventem filios non habiturum, constructa Bavenbergensi eclesia Deum bonorum omnium datorem heredem, ut in sequentibus dicetur[61], habere elegit. Celebratis igitur diebus ordinationis sue, et omnibus huc confluentibus in miliciam receptis, rex novus Rhenum iterum transiit, et cum maxima multitudine per orientalem Franciam iu Alamanniam, et cum depopulatione terre illius Herimannum ab ceptis conatur avertere. Dux autem ut audivit a rege sua esse predata, contra regem exaltans se, Argentinam civitatem, caput ducatus sui, quia episcopus eius civitatis Wicelinus sibi resistere presumpsit, cum Conrado suo germano, milite petit armato, et ascendens muros, nicbil victis reliquit. Sed Alamannorum turba ad predas promptissima, inscio duce, maiorem eclesiam sancte Dei genitricis Marie intrepide intrans, omnem tesaurum diripit, et quod peius est, igne domum Domini consumpsit. Tunc antistitis militibus Reinwardo auctore viriliter repugnantibus, maxima caterva hostium *propriis bastilibus perfossa, corruit. Quod Herimannns insolabili questns merore, discessit, *fol. 110. et quia maior civium numerus restiterat, inultum reliquit. Interim rege aput Augiam insulam nativitatem sancti Iohannis babtiste conmoranti, fama nuntiavit, ducem Herimannum adventare causa litem duello finiendi. Qui statuit, hinc descendere adventumque ducis cum iudicio pugne in pratis virentibus exspectare. Ibi tunc celebrans apostolorum[b] Petri et Pauli festa, longamque certitudinem prestolans, ducem in incepto persistere nec velle nec posse, conperit. Consultum est ei a malesuadis bomiuibus, ut in civitate Constantia dampnnm Argentine inpleret. Nam eius civitatis episcopus Lambertus, cum Curiensi episcopo Odelrico, Herimanno duci favebat, non tantum ex animo, quantum in civitatis contiguo. Sed rex de Dei timore sollicitus et de illis adquirendis certus, horum profana consilia sprevit, curtesque ducis vastando circuiens, ad ultimum clamorem pauperum miseratus sciensque in duricia ducis nichil eos deliquisse, ab Alemannia recessit, et in Franciam terram unice sibi dilectam venit. Et ecce Heinricus marchio, Bertoldi filius, regi hucusque fidelis adiutor in adquirendo regni fastigio, animadvertens regis sibi paululum alienam dignationem, per optimos eius exercitus viros diu firmiterque promissum Bawarie ducatum sibi dari postulavit. Quibus tale fertur rex dedisse responsum: *Nonne scitis, hoc in hac expeditione non posse fieri? Bawarii ab inicio habent liberam potestatem eligendi sibi ducem; non decet, eos tam subito abicere, neque constitutionis antique ius absque*[c] *consensu eorum infringere. Sed si vult expectare usque dum ego veniam ad has regiones, cum communi principum*[d] *eorum consilio ac voluntate sibi libenter in hoc satisfaciam.* Quod ubi Heinricus ab internuntiis accepit, in maiorem promissi muneris desperationem veniens[e], paulatim se a regis familiaritate subtraxit; comitatur tamen eum ab Alemannia proficisceutem in Franciam posteaque in Tburingiam. Cui Willebelmus Thuringorum potentissimus obviam pergens, et cum magna gratulatione suscipiens, miles eius efficitur. Ubi rex ab eodem comite et a primis illius regionis et ab omni popnlo rogatur, debitum censum porcorum illis dimittere; quod et fecit. Qui census a tempore Theoderici, filii Clodovei qui et Lodowicus dicebatur, usque ad hunc regem singulis annis regiis stipendiis impendebatur per annos quingentos 82. Inde Mersburh veniens, susceptus est ab Heimone abbate, et a fideli suo comite Esicone, qui urbem hanc et Altstide et Thorneburch cum appertinentiis viriliter usque in presentiam optati senioris custodivit. Huc conveniunt archiepiscopi Lievizo Bremensis et Gisilerus Magadaburgensis, cum episcopis Rethario Patberbrunnensi, Arnolfo Halberstadensi[f], Bernwardo Hildensheimensi, Ramwardo Misnensi, Bernhario Fardense, Hugone Cicense, ducibus autem Bernhardo Saxonie, Bolizlao Polonie, cum *marcbionibus Lutario et Gerone ac palatino comite Friderico aliisque quam pluribus tam episcopis, quam comitibus, quorum nomina longum est enarrare per singula. Hi omnes regem supplici devotione suscipiunt. Crastina itaque die, id est 8. Kal. Augusti, Bernbardus dux cum consensu omnium coram rege voluntatem plebis confluentis aperiens, omniumque necessitatem ac legem specialiter exponens, quid eis misericordie dictis promittere seu factis vellet inpendere, diligenter inquirit. Tunc rex, *Deo*, inquid, *primo vobisque condignas grates persolvere nequaquam sufficio. Notum etenim michi est, quam fideliter vestris regibus semper ubique obaudientiam et solatium prestare studueritis; ideo vos magis in omnibus libet honorare, diligere et ad regni provectum conservare, quia non renuentibus vobis, sed quasi invitantibus, hac regali dignitate honoratus appareo. Legem igitur vestram non in aliquo corrumpere, sed in omnibus malo clementer adimplere, et vestre rationabili voluntati, in quantum valeo, ubique animum adhibere; et ut certi de his sitis, quomodo vobis placet, salvo honore regni affirmo.* Protinus vox una omnium levatur, laudes illi et grates referentium. Tunc Bernhardus dux, accepta in manibus sacra lancea, ex parte omnium curam regni illi fideliter conmittit. Rursus tolluntur voces omnium, laudes Deo referentium. Omnes igitur qui priori inperatori servierant„ Ludigero solo remanente, regi manus complicant, fidele auxilium per sacramentum confirmant. Bolizlaus interim innumerabili pecunia Misnensem urbem tantummodo adquirere cupiebat, et quia regni oportunitas non erat, aput regem optinere non valuit; tamen inpetravit, ut hec fratri suo Guncelino daretur, redditis sibi Liudizi et Milzieni regionibus. Hunc Heinricus marchio oppido diligens, quocumque modo potuit, libenter et amicabiliter eum adiuvabat. Quem dum bene muneratum et cum licentia regis abeuntem comitaretur, concurrentem vidit armatam multitudinem et sine regis consilio et conscientia adversum se insurgentem. Qui cum causam tanti tumultus investigare et ne plus dampni oriretur voluisset conpescere, vix securus, fracta exteriori porta, amicum educit. De sequentibus autem militibus nonnulli a comprimente turba sunt predati, quidam autem admodum sauciati, mortem Bernhardi ducis auxilio evaserunt. Hi namque curiam regiam armati intrantes et de bac exire nolentes, culpa sua tale periculum merito sustinuerunt. Bolizlaus autem boc factum esse dolo mali consilii autumans, gravi merore afficitur, regi quod non promeruit imputando. Salutato ergo Heinrico marcbione et si umquam indigeret auxilio suo firmiter promisso patriam celeriter revisit. Cumque pervenisset ad Strelam urbem, protinus eam incendens, magnam multitudinem conprovincialium secum abduxit, nuntios quoque quosdam remittens, quoscumque potuit, regi avertere contendit. *Post hec rex Corbeiam venit, ubi ei inclita coniunx sua Cunigundis occurrit. Ubi ambo a venerabili abbate Tbietmaro cum omni honore suscipiuntur, ibique in divinis honorati, Patherbrunnan leti proficiscuntur. Postera luce, que festiva erat

Ekk. Adelb. c. 7. Thietm V, 7. Thietm. V, 1. V, 8. Adelb. c. 8. Thietm. l. l. V, 9. cf. A. Quedl. SS. III, 32. Thietm. V, 9. *fol. 111. V, 10. *fol. 111'. V, 11.

a) popolus *c.* b) apostorum *c.* c) abque *c.* d) eorum p. eorum *c.* e) ueniens p. ueuiens *c.* f) habberst. *c.*

61) a. 1007.

Thietm. l. l. beati Laurentii martirio, domna Cunigundis et coronam a Willegiso archiepiscopo suscepit. Sed et Sophia, inperatoris
A. Hild. Ottonis soror, ad Gandersheimense regimen electa, licentiam Bernwardi episcopi a palligero benedicendi obtentu prin-
Thietm. l. l. cipum ibidem obtinuit. Interim publicum gaudium admodum turbavit insatiabilis avaricia Bawariorum. Hi namque pau-
cis domi semper contenti, exterius vero propemodum insaciabiles, cum vicinorum fruges vi diriperent eosque hoc pro-
hibentes cederent, pugna gravissima inter eos exoritur. Domestici regis supervenium, indigene cum adventiciis preve-
niunt et subsequuntur. Fit magnus conflictus congredientium, devictumque agmen Bawariorum in regalem curtem fugit.
Hic Heinricus, frater Eilberti cancellarii, qui ad mensam regi iugiter serviebat, hasta vulneratus occubuit. Quapropter,
qui prius aberant, collecti Saxones, iterum insecuntur, et nisi dux Bernhardus cum validiori manu medius interveniret,
nnmerus militum infinitus corruisset. Castigati tamen sunt omnes, quicumque inveniri poterant huius sceleris auctores.
V, 12. Mesticiam autem regis placavit Bokinevorde ipsi tradita. Rex ergo recto itinere hinc ad Diusburch perveniens, Lotha-
rios diu tardantes expectat. Leodicensis vero et Cameracensis presules primi huc venientes, archiepiscopum Colonien-
sem diu morantem exspectant. Quem cum altius quam quisquam crederet custodia, qua paululum, sicut iam dixi, deti-
nebatur, in mentis secreto morderet, simulabat se ob hoc tam sero ad regis gratiam accessisse, quod in accipienda
benedictione Mogontinum sibi voluisset rex preponere. Hi siquidem coepiscopi regem eum pariter eligentes et sacra-
mentis fidem firmantes, usque ad Aquasgrani eum comitantur. Ubi in nativitate sancte Marie a primatibus Lotariorum
in regem conlaudatur et in sedem regiam more antecessorum suorum exaltatur et magnificatur. Inde Franciam revisere
Adelb. c. 13. atque imminentem hiemis asperitatem ibi deducere decrevit, et quia in singulis regnis antecessoris sui, excepta Italia
Thietm. l. l. et Alamannia, collaudatus in regem et electus erat, primo vere exorto, Herimannum ducem in Cisalpinis partibus solum
62 sibi resistentem persequi cogitabat. Erat hic Herimannus filius Udonis ducis[62], qui aput Calabriam
cum multis occubuit, quando imperator Otto secundus contra Sarracenos pugnavit. Qui de
vindicta Dei, quam in Argentina promeruit, multum timidus, populumque pro se laborantem non amplius sustinens, per
V, 13. fidos intercessores sibi suisque fautoribus regis gratiam postulat. Sed antequam id ab eo deliberatum esset, *Gerhar-
*fol. 112. dus comes Alsatie, accepto a rege quodam comitatu eiusdem ducis, cum domum rediret, iuxta unam urbium eiusdem
castra metatus est. A quo urbani pacem vix unam noctem inpetrantes egressi sunt, quasi ad colloquendum, sed revera
ad explorandum. E quibus unus calliditate eque et velocitate sepe probatus, propius accessit, signiferamque lanceam,
qua beneficium ducis idem comes a rege perceperat, coram tentorio eius affixam elevando circumspexit, ad ultimumque
cum ea urbem securus, cunctis incassum pone sequentibus, intravit. In urbe[a] mox exultatio magna extollitur, porta
clauditur; comes quasi honore privatus irridetur. Qui eandem primo dulcibus promissis temptans recipere, sed illis
V, 14. redditum negantibus, tristis abiit, tam vacuus a beneficio quam a militari signo. Fuerunt quoque in civitate munitissima
Brizach dicta ad presidium Argentinensis et Basiliensis episcopi, quorum milites cottidie ob adquirenda equorum pabula
armati exire solebant. Quod amici ducis caute considerantes, eo tempore quo hi paululum processerant, simili habitu
sarcinatisque equis ad urbem cantantes pergunt, et pro sociis a custodibus intromittuntur. Proiectis ilico oneribus,
magna voce se hostes manifestant, episcopisque vix elapsis, omnia diripiunt. Post hec Herimannus dux divina com-
punctione Kalend. Octobris Brusele regi humiliter presentatus, misericorditer eius gratiam inpetravit, et in beneficio et
in omnibus iusti desiderii satisfactionem persolvens, excepto Argentine dampno, quod idem iussu et consilio regis de
sua proprietate et abbatiam in eadem urbe sitam reparavit, miles regis efficitur. His ita dispositis, rex ad Bawariam
perrexit. Quem Ratisponam venientem Gebehardus, eiusdem presul egregius, cum cleri tociusque populi tripudio susce-
V, 15. pit, ibique festum sancti Martini celebrantem in multis honoravit. Interim Bolizlaus Boemiorum dux Iaremirum
fratrem suum eunuchizans, iunioremque Othelricum in termis suffocare cupiens, una cum matre eos patria expulit,
solusque vice noxii basilisci regnans, populum ineffabiliter constrinxit. Qui eius facinora diutius ferre non valentes,
Wlodoweium a Polonia clam vocantes, aspidem venenosam, absque omni legis pietate suos tractantem, deiecto Bolizlao,
hunc in eius sedem consanguinitatis linea et pietatis affectu unanimiter conlocarunt. De quo rem incredibilem dicimus,
quod numquam sine potu unam horam perdurare valuerit. Sed Bolizlaus, que sola fuge via patuit, ad Heinricum mar-
chionem, qui proximus ei tunc erat, confugiens, propter illatas sibi iniurias ab eo captus est; postmodum, quia hospes
eo venerat, dimissus, ad Bolizlaum, amite sue filium, in sceleribus conparem, licet in facultatibus disparem, vite dum-
taxat amore perrexit. Wlodoweius autem potiori usus consilio, ad regem Ratispone adhuc commorantem proficiscens,
cum humili subiectione et fideli promissione hunc in dominum elegit, et que postulavit ab eo in beneficium adquisivit,
*fol. 112'. et habitus in omnibus caritative, dimissus, rediit cum bona pace. *Huius Heinrici regis frater erat Brun, Augusten-
Ekk. sis postea sedis episcopus, qui felicibus fratris actibus invidens, multas ei adversitatum iniurias, in quantum potuit,
inferebat. Cui frater non solum talionem non reddidit, verum etiam fraterne dilectionis et patientie bono illum vincere
studuit. Horum sororem Gislam, bone memorie feminam, rex Ungariorum, qui postea Stephanus in babtismo est dictus,
in coniugium expetiit; sed eam ducere non promeruit, donec se christiane religionis rudimenta et sacri babtismatis
sacramenta cum omni gente sua susceperum promisit. Quod ubi conplevit, religiosus Deoque devotus postea in exse-
Thiet. V, 16. cutione bonorum operum permansit. Dum hec in Teutonicis partibus aguntur, Hartwigus, de quo superius diximus,
de prosperitate et adventu Heinrici regis curiosus, omnes introitus Langobardie, qui ab incolis cluse vocantur, vigilanti
custodia firmabat. Qui, ut superius dixi, electionis sue consiliatores et fautores, ut digni erant, tractare non desistebat.
Inter quos Brixiensem episcopum, aliqua que sibi displicebant loquentem, capillis arripiens et solo tenus ut bubulcum
deiciens, cunctis effrenatam manifestavit iram. Unde nonnullos priores tunc sibi suppositos conmissi penituit, et per
internuntios et per litteras Heinricum regem ad defendendum se venire rogabant, aut eo in aliis[b] negotiis[c] occupato,
principes suos mittere. Horum necessitati ad succurrendum Otto Carentinorum dux et Veronensium comes, filius Con-
radi[d] ducis qui ad fluvium Lech contra Ungarios pugnans sub Ottone Magno imperatore occisus
est, habuitque ex Liutgarda, filia eiusdem inperatoris, filium hunc de quo loquimur Ottonem, qui morum gravitate et
actuum probitate parentelam suam decorabat. Et cum post mortem inperatoris Ottonis tercii prefatus Otto iure consan-
guinitatis et etatis, virtutum quoque maturitate ab Heinrico tunc duce in regem eligeretur inperii onus humiliter recu-
sans, eundem primus per internuntios et per se ipsum quasi ad hec aptiorem sibi preposuit fideliterque semper adiuvit.
Hunc ergo cum Heriberti comitis filio Ottone, et Ernesto, Liuppoldi marchionis filio, cum aliis paucis, ob spem maio-
ris auxilii ab Italis promissi, rex in Italiam direxit. Quem cum Hartwigus in medio positus et linceis oculis omnia
collustrans, ex parte regis venientem, archiepiscopumque Ravennatis Fridericum cum marchione Thiedolfo ceterisque

a) urbbe. b) alii *c.* c) *bis scriptum c.* d) *vocabulo eraso* Conradi *recentiori manu scriptum c.*

62) Annales Eremi a. 997. cum minus recte, ut videtur, filium Conradi ducis antecessoris dicunt.

regis fidelibus ei ad auxilium venientem cum conperisset, ad irrumpendos eos Veronam cum magna multitudine venit, Thiet. V, 16.
clusasque ab episcopo civitatis eiusdem huc usque munitas expugnando cepit. Audiensque Teutonicos in Tridenti planicie
consedisse, illo properat, et eos non inveniens, iterum velociter se in campaniam Veronensem recepit.

A. d. i. 1003. Hartwigo[a] nativitatis dominice festa in quodam castello celebrante, Otto dux, omnia eius acta ut fol. 113.
primo intellexit, legatos licentiam sibi transeundi aut ex sua parte accipiendi postulantes misit. His ex profunda calli-
ditate animi Hartwigus respondit: *Hic pernoctate, ut cum meorum amicorum consilio vos crastino de his omnibus certos*
remittam. Ipse autem, legatis ignorantibus, per omnem eam noctem singillatim suos in castris positos perlustrans, ad
preliandum mane contra Teutonicos mentem corroborare et arma preparare monet. Proxima primum oriente aurora,
legati ducis responsi gratia tirannum aggressuri, cum Langobardos armata manu pugne intendere cernerent, ipsum quid
hoc significaret interrogantes, certam eius adversus ducem congressionem iussi abire perceperunt. Quos Hartwigus cum
exercitu pone secutus, ad Ungaricum montem, ubi dux cum suis legatos expectabat, sole iam mediante, pervenit, et
Teutonicos, quamvis ad custodiendas undique vias divisos, tamen ad resistendum paratos invenit. Confligunt itaque
utrimque fortia agmina impetu vehementi, et nisi Teutonicorum aciem, hostium numerositate inparem, fuga Ottonis,
germani Gebehardi presulis, turbaret et inpediret, victricem eam Langobardus hostis sensisset. Tum vero ex maxima
parte mutilata ceditur et victorie honore privatur, sed non sine magno Hartwigi detrimento. Rex Heinricus incarna- V, 17
tionem Domini Franconevorde celebravit, ubi multorum legationes suscipiens, legatos cum muneribus et dignis responsis
remisit. Herimannus dux etiam iam ante iugum pati nescius, eidem celebrationi interfuit, et ut oportuit, per omnia Adelb. c. 18.
regie maiestati obediens fuit. Inde rex discedens, Muselenorum pagum visitavit, et ad Theodonis villam veniens, gene- Thiet. V, 17.
rale ibi conloquium cum comprovincialibus habuit. Cumque omnibus aliqua necessitatibus benigne legem dare cuperet,
Herimannus ac Theodericus solo nomine duces temptabant hoc inpedire; sed frustra. Nam continuo animadvertentes,
auctori iusticie se subiecerunt. Nam rex quoddam castellum ducis Mulsberh dictum ob instantem tocius populi neces-
sitatem destrui, et ut nunquam reedificaretur, firmiter precepit. His absque dilatione peractis, rex ad Aquasgrani iter
disposuit, ut anniversarium antecessoris sui summa diligentia conpleret et Luthariensis unanimiter convenirent. Quem
quamvis tardaret interim innata infirmitas, tamen ad perficiendum iusti desiderii propositum vires illi inspiravit ineffa-
bilis Christi pietas. Dein Traiectum amore sancti presulis Servatii veniens, de prelio nostrorum in Italia[b] male pugnato
ibi certum comperit, et quamvis graviter, tamen sapienter audita sustulit incommoda. Inde Leodium ob impetranda
Christi adlete Lamperti patrocinia veniens, colica passione ibi admodum gravatus, predicti martiris intercessionis suffra-
gio liberatur. Hinc ad *Aquasgrani rediens, purificationem Dei genitricis ibidem venerabiliter peregit. Inde ad Niuma- *fol. 113'.
gun commeans, plurimis diebus quadragesime ibi commoratur, primo regnum Dei iusticiamque eius querere, postea
humane fragilitati studens necessaria suggerere. Mortuo interim Boemiorum duce Wlodoweio, fratres predicti cum V, 18.
matre expulsi, a Boemensibus penitentia ductis revocantur. Quos Bolizlaus dux Polonie collecto undique exercitu
petens, iterum expulit, et equivocum suum exulem pristinis honoribus prefecit, seque domum latentibus insidiis suis
alta mentis intentione recepit. Sciebat enim, nepotem suum nimis vindicaturum in fautoribus sue expulsionis, sperans
se tunc meliori occasione forte introducendum. Quod et ita accidit. Enimvero cum Bolizlaus Boemensis cerneret
populum suum, execrando ritui deditum, in maxima securitate constitutum, impietatem suam ad infringenda federa
pacis, quam sacramentis firmaverat, in tantum armavit, ut, collectis in unam domum coram se cunctis optimatibus,
primum generum suum, gladio in caput eius merso, ipse occideret ceterosque inermes in ipsa sancta quadragesima, vir
sanguinum et dolosus nec sibi concessos dignus umquam dimidiare[c] dies, cum sue malicie fautoribus interficeret. Ob
hoc residuus populus multum formidans, ad ducem Polonie nuntios clanculum misit, qui perpetrati facinoris magnitu-
dinem edicerent et futuri timoris ereptionem ab eo poscerent. Quibus libenter auditis, mox nepotem per legatum
fidelem in aree quadam ad tractanda cum eo quedam necessaria communis utilitatis cum paucis ad se postulavit venire.
Qui mox consentiens, ad condictum locum avunculo occurrit, caritativeque ab eo primo susceptus, in sequenti nocte
erutis sibi oculis, exilio longo deputatur. Sequenti die Bolizlaus ad Pragam velociter properans, ab incolis, semper de
nova dominatione gaudentibus, introducitur communiterque in dominum laudatur. Accrescente itaque sibi seculari
potentia, infrenate mentis contumatia attollitur. Hec omnia rex dictante fama comperiens, honesta gravitate animi V, 19.
patientis tulit, suis dumtaxat peccatis inputans quicquid in regno suis temporibus incommodi accidit. Itaque quod
oportunum sibi maxime videbatur, dissimulatis omnibus, nuntios ad Bolizlaum misit, mandans ei, si terram nuper a
se occupatam de sua gratia more antiquorum retinere ac sibi fideliter in omnibus vellet servire, se eius voluntati in
his assentire, sin alias, se armis illi velle contraire. Hanc legationem, etsi iustam ac bene compositam, tamen Boliz-
laus indigne suscepit. Rex festum paschale Quidelingeburh antecessorum suorum more honorabiliter celebravit Ibi
tunc iniquam presumptionem Bolizlai et aspirationem Heinrici dissimulans, familiaribus suis, ut tantam festivitatem dece-
bat, arrisit. Ibi etiam Ottonem ducem et Ernestum a prelio male pugnato revertentes, regiis donis honorat paternisque
adminiculis consolatur. *Nuntios quoque Redariorum et Liuticiorum misericorditer suscepit, hactenusque rebelles mune- *fol. 114.
rum dulcedine promissionumque iocunditate sedavit et de inimicis familiarissimos effecit. Paucis interpositis diebus, A. Quedl.
Athelheide abbatisse precibus exoratus, cum regina iterum Quidelingeburch veniens, sancti Servatii sollempniis interfuit.
Post hec rogationum dies in Mersburch peregit, ubi ei de aperta rebellione Bolizlavi ducis et Heinrici marchionis Thiet. V, 20.
intimatum est. Proximum pentecosten in Halberstad celebravit. Post hec ad Bawariam tendens, Heinricum marchionem
primo devincere posteaque insidiis amovere conatur. Conperit quoque adhuc aliam presumptionem, quod scilicet
Ernestus, ab eo nuper honoratus, et domnus Bruno, frater eiusdem regis, cum Heinrico conspiraverint. Unde familia-
ribus suis undique collectis, intrante Augusto bona marchionis Heinrici invadens, vastavit. Huius marchionis pater
genitori regis sepe restitit inperatorumque partem, ut ipse testabatur, ob confirmatam sacramentis gratiam fideliter
adiuvit; fidelis et iste ultimo Ottoni usque ad eius finem fuit, seniorique suo usque ad hec infelicia tempora strenue
militabat. Sed regi secreto mentis latebat repositum patris sunsque zelus non bonus et par odium. Sed hoc pro Christi
amore semper inultum relinqueret, si hunc cum ceteris sibi contrariis tam crudeliter et aperte sibi resistentem non
cerneret. Heinricus vero quamvis in hoc crimine culpabilis solus appareret, tamen absque consilio aliorum hoc non
est aggressus. Et quia pro magno dedecore in hoc proditor haberetur, maluit hoc gementi conscientia celare, quam
suum dampnum aliorum augere detrimentis, ideoque qui prius viriliter patriam suam ab hoste defendere studuerat, in
rapinam modo huic eam aperuit. Mittiturque ei clam a Bolizlao auxilium, nichil omnino sibi proficuum. Veniente V, 21.
autem rege ad locum qui Hatheresbrugge dicitur, Magnus, miles Heinrici, cum suis tesaurum regis precedentem corri-
puit; quem inter se dividentes, ad Amardelam civitatem leti redeunt. Quos rex insecutus obsedit; compositisque bellicis

a) Hartunigus *corr.* Hartunigo *c.* b) male in l. male *c.* c) dimiare *c.*

Thiet. V, 21. instrumentis, eos vitam solam, reddita urbe et preda, fidis intercessoribus postulare compulit. Tum vero destructa funditus eadem, divisaque inter suos Poleniorum multitudine, rex ad Crunzi castellum, in quo Buggo dominam suam Gerbergam, coniugem Heinrici, cum filiis custodire debebat, proficiscitur. Interim Heinricus exercitum exterius impugnabat, quosdam vulnerabat, alios incaute frumentum equis congregantes peremit. Quod ne amplius ficret, rex curiose previdit, positis presidio[a] militibus 400, hostemque secretiora cuiusdam vallis petere coegit. Quem ibi castra metantem rustici unius incontinens lingua custodibus prodidit. Qui medii fervore diei illo latentibus insidiis tendentes, ut primum visis tentoriis cognovere, alta voce per kirieleison socios convocantes, hostes relinquentes, ibi omnia sua, capto solo Ernesto[b]
*fol. 114'. effugaverunt. Quibus redeuntibus, tristes eorum sodales redduntur letiores, et presentato regi *captivo et capitali sententie a iudicibus adiudicato, Willigisi archiepiscopi Mogontini intercessione supplici et quc regi placuit redemptione liberatur. Tunc audita marchionis sui fuga, Buggo comes gravi doloro concutitur, et quid sibi esset faciendum, socios consuluit; a quibus diversa responsa percepit. Quidam enim dicebant, ob fidem domino suo promissam et ignaviam perpetuo eis inproperandam malle mori quam urbem cum tali pignore regi umquam dare; superstite domino suo, auxilium adhuc se sperare adfuturum. Alii autem, qui magis sanum sapiebant, testabantur, arduum esse rivo torrenti contraire, viroque potenti devictos raro aut numquam veniam promereri; se potius incolumes et nullo vulnere tardatos cum domina sua ceterisque bonis et hospitibus abeundi licentiam aput regem imploraturos affirmabant. Horum consilio Buggo cum Ottone germano suo dominam alloquitur, eiusque suffragio urbem regie potestati tradidit; ipse autem cum omnibus sibi commissis securus abiit. Confestim urbs radicitus dirui a rego iubetur, sed parcentibus huius rei auctoV, 22. ribus, magna ex parte cum edificiis reservatur. Interea cum rex urbem Crunzi obsideret, Bolizlaus eum in aliquo ledere[c] summopere nisus, clam exercitum collegit; et per nuncios suos Guncelinum fratrem hortatur, ut memor firme promissionis urbem Misnensem sue dicioni redderet, amiciciamque pristinam renovarent. Qui sciens, ingressu illius a gratia regis et dignitate[d] sua se penitus excludendum, mandatis istis taliter respondet[e]: *Omnia que preter hec, frater, a me expetis, libenter inpendo, et si umqaam hec*[f] *faciendi oportunitas michi acciderit, non recuso. Sunt enim mecum seniores mei satelliles, qui*[g] *talia fieri non paciuntur, et si voluntas hec publicatur, vita mea cum omnibus que possideo periclitatur.* Hac legatione Bolizlaus accepta, nuntios custodiri et legionem ad Albiam properare iussit. Hic qualitatem vadorum secreto perquirens, mane facto ipse subsequitur, et ad Strelam civitatem, que dos erat filie sue, demandat, ut nec sibi quicquam timerent neque clamore aliquo vicinos de hac re certos facerent. Nec mora, exercitus iussu ducis in quatuor dividitur, et ad Zirin castellum convenire precipitur. Duce autem phalanges premisse, ne sui aliquam a marchione molestiam paterentur, previdere volebant. Notus hic pagus Glumizi, optime excultus, in una hac die igne, gladio et habitatorum captivitate flebiliter desolatur. Tamen a quibusdam Mogoline[h] urbis civibus idem Slavus sic illusus est. Hi enim cum a legione ad se missa impugnarentur, *Cur sic facitis?* inquiunt. *Dominum vestrum piissimum scimus, et hunc nostro preponere cupimus, tantum precedite, et nos cum familiis et possessionibus universis subsecuturos, non dubitetis.* Illi abeuntes, illos adventare, Bolizlao pro certo nunciabant. Cum vero commilitones sero confluere et ad illos domi sedere dux cerneret, iratus mendacibus sociis penas minatur. Postera die orto iam sole preda innumera-
*fol. 115. bilis *premittitur, et magna pars hostium suorum Albie immergitur. Ceteri illesi domum redeuntes, predam dividunt, optima quque duci suo assignantes. Fuit autem captivorum numerus amplius quam tria milia. Heinricus marchio
V, 23. animadvertens iam se defecisse, ad urbem Grana dictam properat, ibique Sigefridum, filium Sigefridi comitis, auxilio collato se expectantem inveniens, nec sibi nec illi ullam spem rebellionis in his partibus promisit. Tandem cum eo multa locutus, urbem incendit, seque ad Boemiorum invasorem Bolizlaum cum domno Brunone residuisque fautoribus contulit. Segefridus vero spe palam resistendi frustratus, non eos comitatur, sed commissi emendationem facere tractans, revertitur. Rex autem ad Granam fugientem hostem insecutus, lenivit in hoc animum suum, quod in destruenda illa hostem se preoccupasse cognovit. Misit igitur Heinricum Wirceburgensem episcopum et Erkenbaldum Fuldensis cenobii abbatem, ut Suinvorde castellum incenderent atque diruerent. Quos advenientes mater Heinrici marchionis Eila, ut tales decebat personas, suscipiens et salutans, ubi precepta regalia intellexit, perturbatur, concitoque cursu ad eclesiam properans, ibidem ignis concremationem sustinere malle quam exire testatur. Unde pontifices predicti, secularem timorem propter Christum postponendo, decretam sententiam immutant, muros urbis et edificia solo tenus destruentes, tristem matronam promissis mulcebant, si quando cum gratia regis fieri potuisset, se ex suis rebus quod destruxeranti renovaturos. Rex autem devastata omni proprietate marchionis et[k] late in beneficium divisa, ad Bavenberh venit, ibique, exercitu in pace dimisso, nativitatem Dei genitricis festivis gaudiis celebravit. Inde ad silvam Spechteshart, que Bawa-
Adelb. c. 28. riam a Francia dirimit, veniens, post laborem expeditionis delectationem exercuit venationis, ibi ad recreationem sibi
Thiet. l. l. suisque iocunditatem plenam exhibuit. Completa ibi autumpnali iocunditate, per Franciam transiit in Saxoniam, indicens
A. Quedl. his proxima hieme transacta expeditionem in Milzaniam. Eodem anno Herimannus dux Suevorum obiit. Stephanus
A. Hild. rex Ungarie super avunculum suum regem Iulum cum exercitu venit; quem cum comprehendisset cum uxore et filiis duobus, regnum eius vi ad christianitatem conpulit. Iohannes papa XVII[us] sedit menses 5.

Thiet. V, 23. A. d. i. 1004. Iohannes papa XVIII[us] sedit annis 5. Rex natale Domini in Palitbi more priorum divini-
A. Hild. tus ac humanitus honorando peregit. Illuc ad eum episcopus Veronensis et alii quidam Italici primores regni cum regiis
Thiet. V, 24. muneribus venerunt. Deinde Torneburh veniens, Willigisum archiepiscopum cum suis familiaribus ad Gisilerum archiepiscopum misit tunc nimis infirmum, ut memor domini Ihesu, quicquid in destructo Mersburgensi episcopatu hactenus deliquit, hunc resumendo iniustamque sedem relinquendo, saltem in extremis emendare voluisset. Eundem archiepiscopum propter Herimannum ducem rex primum odivit, quod cum sibi preponere conabatur, postea vero data illi sua
*fol. 115'. *gratia, inter familiarissimos habuit, conmissisque ei suis rebus in Saxonia, fidelem in his provisorem persensit. Tandem vero zelo Dei instinctus, iniusticiam tantam amplius ferre non valens, perfecto odio hunc persecutus, nuntios quos diximus ad eum misit. Quibus pre infirmitate vix talibus respondit: *Dentur michi trium vel quatuor dierum indutie, ut michi liceat abire; quibus transactis, certa vobis referam.* Hoc aput regem inpetrans, et in curru, ut diu tum solebat, exiens, ad Triburi curtem suam venit, ibique duos dies commoratus, 8. Kal. Febr. migravit a seculo. Quo audito, rex corpus archiantistitis precedens, usque Magadaburh venit, premittens eo cappellanum suum Wicbertum, ut de electione Taginonis unanimem fratrum voluntatem inpetraret. Prepositus vero eclesie Walthardus, convocatis in unum fratribus, obitum pontificis et adventum regis indicavit eis, obsecrans, ut aliquem inquirerent, cum quo antiquam eligendi consuetudinem retinerent. Cui ab omnibus ilico respondetur, eum se velle in dominum divina favente gratia habere. Quod cum magna, ut decuit, humilitate suscipiens, veniam prostratus petiit. Delatum est corpus archiepiscopi ad

a) presi . . . . *c.* b) *deest c.* Ernesto milite *rec. manus supplevit.* c) ledere sommopere lede *c.* d) dignate *c.*
e) res *c.* f) he *c.* g) qua *c.* h) q. in mog. *c.* i) destruxerat *c.* k) e *c.*

Sanctum Iohannem, ubi proximam noctem dignis honoribus servatur. Postera autem die cum ad Sanctum Mauricium Thiet. V, 21.
portaretur, a rege ibidem superveniente et omni clero et populo suscipitur et secundam noctem diligenter custoditur.
Mane iam facto, Arnuifus episcopus a rege ad fratres et ad ministeriales admodum tristes gratia eligendi Taginonem
mittitur. Cui legationem pandenti Walthardus pre omnibus respondens inquit: *Scimus, quid vester senior intendat.*
Volumus, si licet fieri, potestatem eligendi habere, et me licet indignum electum volunt unanimes in vacuum succedere.
Detrimentum eclesie nostre timemus, quod ne accidat, pietatem regiam vestrique intercessionem petimus. Non enim sumus
immemores proverbii cuiusdam sapientis, scilicet libertatem populi, quem regna cohercent, libertate dominantis perire, tan-
tumque umbram eius servare, si eius omnibus preceptis velit obtemperare. His presul auditis, egreditur, et omnia regis
auribus instillavit. Qui mox prepositum advocans, multis promissis sui licentiam et fratrum omnium gratiam in electione
Taginonis inpetravit. Confestim in maiorem eclesiam cunctis convenientibus, rex Heinricus baculo Arnulfi presulis
clerum et populum cum reddenda summo Iudici ratione Taginoni venerando patri commisit, et eum in cathedram
episcopalem ipse constituit, presentibus omnibus laudes Deo canentibus. Celebrata pro defunctis memoria, corpus
archiepiscopi coram australi altari sepelitur. Libet quedam de eodem, qui tunc successit[a], Tagino edicere. Hic fuit V, 25.
clericus pontificis Wolfgangi, qui habitu, conversatione monachus Ratisponensem bonus pastor eclesiam rexerat. Huic
tam carus erat iste, ut vice filii a primis annis nutritum iamque adultum bonis suis omnibus cum preficeret, insuper
ducis et inperatoris gratiam in tantum ei adquisivit, ut quando divina iussione ex hac luce ipse subtraheretur, hunc
sibi successurum esse non dubitaret. Qui venerabilis pontifex, consummato cursu huius exilii in *admirabili sanctitate, *fol. 116.
cum iam ad mortem usque egrotare cepisset, accersitum ad se Taginonem ita alloquitur: *Pone,* inquit, *fili carissime,*
os tuum super os meum, et accipe a Deo inspirationem spiritus mei, ut ubicumque ardore iuventutis in gemina caritate es
frigidus, a summa potestate Spiritus sancti accipias temperamentum, et si meis forte honoribus privaberis, post 10 annos,
cum mea aput Deum fuero conmissa, maioribus pro certo letaberis. Post hec vir sanctus cum finem suum adesse in
spiritu presciret, iussit se in eclesiam portari, expletisque ibi orationibus et ceteris que facienda erant a fratribus, se
et sibi conmissos Deo commendans, pridie Kalend. Octobris in pace spiritum emisit. Igitur ille electus ab universis
ad inperatorem venit, sed promissa non percepit, dato ab inperatore Ottone tercio episcopatu cappellano suo Gebehardo.
Huic Tagino fideliter committitur, et quamvis ab eo honorabiliter haberetur, tamen quia bonum et malum non sunt ad
aliquid, non diu cum eo ob morum suorum inequalitatem est moratus; adhesit namque Heinrico tunc duci, et propter
castitatem mentis et corporis ei in omnibus conplacuit, et usque ad id tempus malis moleste et bonis accepte perdius
et pernox ei servivit, sua specialiter omnia sic inpendere satagens, ut et Deo placerent et hominibus. Unde pro amore
sancti viri a se unice dilecti — nam et nutritor ipsius regis fuerat, — veridicum vaticinium inpletur, decursis
tunc 10 annorum curriculis. Qui carissimum suum dominum regem et reginam et ceteros socios multiplicibus muneri-
bus, ut par erat[b], honorat, nequaquam sue adhuc benignitati suppetentibus. Rex igitur adhuc a Magadaburh cum V, 26.
eodem ad castellum ipsius Givikinstein dictum pergens, omnia que ibidem a Gisilero archiepiscopo collecta sunt, singu-
lariter perspexit, et hec esse superflua testatur. Dehinc Mersburh, diu pastore suo viduatam, consolationis gratia
adiens, eandem pristinis honoribus restituere conatur. Ibi Tagino 4. Nonas Febr. in epiphauia Domini, ab Hilderico
Havelbergensi episcopo accepta licentia, qui primus in ordine horum fratrum fuit, a Willegiso archipresule Mogontino
consecratus est, presente rege et Romane sedis legato, ceteris episcopis ad hec faventibus. Et quia, ut scriptura eius
testatur, ab solo ordinandus apostolico, huc venire propter instantem necessitatem non potuit, ibidem sacri crismatis
delibutione tercium numerum inplevit, et Walthardo episcopatum post se omnem conmisit. Rex autem, quia aliter
fieri non potuit, aput Arnulfum presulem concambio centum mansorum super solum Mersburgensem burchwardum
episcopale bannum redemit. Quicquid autem ab archiepiscopo Taginone exposcebat, bone voluntatis habuudantia
largiente, percepit. De Misne et Citbze episcopatibus regia potestate decrevit ad integrum redire, quod antiquitas hinc
demptum esse valuit explicare. Convocans igitur omnes ad se regni primates, dedit episcopatum Mersburgensis eclesie VI, 1.
cuidam cappellano suo Wigberto nomine cum archiepiscopi Thaginonis baculo, *cum quo ipse quicquid antecessor suus *fol. 116.
huic eclesie iniuste abstulerat, renovationi eius arridens, reddidit, consentiente Arnulfo presule, Egido quoque et Hild-
wardo episcopis, quibus illa diocesis distributa fuerat, omnique populo applaudente. Ductis igitur mox cum divina[c]
iubilatione Wicbertus presul ad sedem suam, ab archiepiscopo suo et confratribus Wigone et Hilderico eodem die
consecratur. Bolizlaus interea suo furore et Heinrici marchionis instinctu magnam vim Bawariis omnibusque finitimis VI, 2.
intulit. Ob quam causam rex, indicta prius expeditione, Miizine fines hostiliter invasit, et nisi superflua nivis effusio
celeriter resoluta eum inpediret, omnis hec[d] regio vastata habitatore caruisset. Inde tristis reversus, Guncelino mar-
chioni ceterisque patrie defensoribus positis presidiis auxiliatur. Deinde Merseburch veniens, fratrem suum ad Ungario-
rum regem gratia adquirende venie fugisse, Heinricum autem multum incepti penituisse, a fidis intercessoribus ab eo
missis conperit. Quorum legationem per archiepiscopi Thaginonis et Bernhardi ducis supplicationem, etsi invitus, suscipiens, prefato marchioni gratiam sui ea ratione indulsit, ut predium sibi suisque fautoribus et incolatum redderet, et
quamdiu vellet, ipsum in custodia detineret. Heinricus vero se nimis in omnibus culpabilem lacrimabiliter professus,
more et habitu penitentis regi se tradidit, eiusque iussu ab archipresule predicto in castello Givikinstein detruditur.
Ubi preter aliud bonum opus in una die psalterium cum 150 veniis cantavit. Rex Italice non immemor iniurie, VI, 3.
omnes suos fideles ad hanc ulciscendam hortatur, et instanti quadragesima ipse eo cum armato milite destinavit pergere.
A Merseburh ergo veniens Magdaburch, sancti Mauricii intercessione aput Deum itineris prosperitatem petiit. Inde per
Thuringie orientalisque Francie fines transiens, Ratisponam venit. Ubi habito regali placito, Heinrico, fratri regine,
12. Kal. Aprilis cum omni presentium favore, cum hasta signifera ducatum Bawarie dedit. Dehinc Augustanam
urbem itinere attingens, a Sigefrido eius antistite honorabiliter introducitur. Ibi tum duas noctes commoratus, regine
diligenti salutatione licentiam dedit ad Saxoniam abeundi, et eam archiepiscopo commisit Taginoni. Ipse autem cum
exercitu usque ad locum qui Tonga dicitur progreditur; ibi domnus Bruno, frater eius, cum Ungaricis intercessoribus
regi presentatur, quem, data illi sua gratia, misericorditer suscepit. Archiepiscopus Tagino cum regina Gerenroth
venit, ibique cum venerabili abbatissa Hathwi palmas sollempniter[e] peregerunt. Quarta autem feria regina Magdaburch
veniens, cenam Domini et subsequentem dominice resurrectionis sollempnitatem celebravit. Rex autem per multas VI, 4.
itineris asperitates ad Tridentum veniens civitatem, palmas celebravit, et exercitum nimii laboris necessitate afflictum
*hac celebri sollempnitate paululum respirare permisit. Quem adventantem Hartwigus presciens et multum expavescens, *fol. 117
ad munitiones sepe memoratas nuntios probatos misit; ipse autem collectis agminibus in Veronensi planicie consedit,
sperans presentia preteritis prosperitatibus forte respondere. Quem ubi rex Heinricus aut vix aut nullatenus expugna-

a) sussessit *corr.* successit *c.* b) *add. iterum* multiplicibus *c.* c) divino *c.* d) hec ..... *c.* e) sollepniter *c.*

Thiet. VI, 4. bilem conperit, alio se vertens, cum suis familiaribus tractat, si clusas hinc longe remotas, Carrentanis auxiliantibus, ullatenus intercipere valeret. Quod consilio prudenti, quamvis arduum multis videretur, effectum est. Carrentani namque regalibus iussis ilico obtemperantes, in binas legiones ilico dividuntur, quarum una ante ipsum dici crepusculum montem clusis superpositum cum peditibus clam preoccuparet. Altera iam facto mane ad has expugnandas subsequitur, audito a premissis commilitonibus signo tam vehementi, ut ex latentibus insidiis audiri potuisset. Tunc hostes opinati, a tergo se esse securos, venientibus armati obviam procedunt. Sed nostri in eos ex latere irruentes, alios effugant, quosdam vero inundatione Brenti[a] fluminis, plures etiam precipitio interire compellebant. Sic igitur victores clusas usque ad adventum regis sollicite tuebantur. Hec omnia rex ut ab internuntiis audivit, relictis omnibus inpedimentis, exceptis optimis satellitibus, cum magna difficultate eas pertransiit, et iuxta litus predicti fluminis in quadam grata planitie castra metatus est, ut ibidem cenam Domini et crismatis consecrationem, passionem quoque et resurrectionem dominicam summopere veneraretur. Interdicitur quoque per bannum regalem a palatino comite fuga, et resistentibus viriliter promittitur consolatio futura. Rex autem in tercia feria aquam predictam transiens, fixis tentoriis iterum
VI, 5. requievit, prestolans exploratores, qui missi erant ad exquirendum sollicite Hartwigi hostis conversationem. Langobardorum vero mens hactenus in malo unanimis, divine pietatis instinctu dividitur, et ab iniusto supplantatore disiuncta, a Deo coronato regi Heinrico securum fugiens ingressum patefecit. Verona namque prima illum suscipiens, exultat in domino venisse defensorem patrie, auctorem vero recessisse tocius miserie. Huic diu expectato occurrunt Thiadolfus marchio cum predictis auxiliatoribus, gaudens tempus advenisse, quo secretum bone voluntatis sibi liceret aperire. Rex tali comitatu vallatus Brixenam venit, et ab archiepiscopo Ravennate atque ab ipsius urbis episcopo Athalberone ceterisque conprovincialibus dignissime suscipitur. Inde Pergamam itinere attingens, Mediolanensis urbis archipresulem, fide sacramentis firmata, recepit. Post hec Papiam urbem visitans, ab archiantistite eius et a primis illius regionis decenter suscipitur et cum admirabili laudis cantu ad ecclesiam deducitur, et communi electione sublimatur inque solium regale
VI, 6. collocatur. Sed inter tot concordie gaudia subito fremuit inimica pacis [*]discordia, et a superflua vini ebrietate de vili
[*] fol. 117′. causa miserabiliter interrupta est fidei et sacramentorum connexio. Cives enim adversus noviter electum regem armantur, ad palatium properant, hi maxime, quibus iusticia Heinrici regis displicebat, Hartwigi autem umquam relaxatio placebat. Rex, audito clamore, quid hoc esset explorari cicius iussit. Cui respondetur, plebeios furore subitaneo inflammatos et servili presumptione animatos, commotionem hanc primum incepisse, ceteros quoque omnes in detrimentum regis et dedecus se illis coniunxisse. Quos iam irrumpentes Heribertus Coloniensis archiepiscopus sedare conatus, de fenestra cum causam presumptionis inquireret, lapidum imbre et sagittarum effusione repellitur. Palatium autem impugnatum, a domesticis regis facile numerandis est defensum viriliter. Tandem audito clamore, ad regem gregatim sui properant, hostesque adhuc insanientes paululum repellunt, sed imminente iam nocte sagittis atque lapidibus obviis tardantur. Qui ut providerent pericula, urbis menia incendunt. Qui autem foris erant, urbis propugnacula fortiter ascendunt, et adversariis viriliter resistunt. Ibi tunc egregius iuvenis Gisilbertus, frater regine, ab hostibus vulneratus occubuit, et sociorum tristiciam vehementer adauxit. Quem Wolframmus, miles regis, in medium agmen prosiliens, et unum ex his per galeam in iugulum feriens, securus vindicavit. Sic igitur prelii asperitate noctis mutabant quietem. Nonnullos vero ex hostibus, quos vi capiebant nostri, vivos regi presentabant. Interea una domus, que Teutonicos tuebatur, a Langobardis incensa ruit, et eos nulla spei certitudine potitos alacriores pugne reddidit. Alemanni interea cum Francis et Lutariis, hec mala demum rescientibus, fractis muris, intrant, et in tantum cives persecuti sunt, ut ne unus e munitione domuum suarum egredi auderet, in quarum summitatibus stantes, emissis iaculis nostros gravabant, sed inlato incendio cito perierunt. Difficile dictu est, quanta strages ibidem diversis modis sit facta. Igitur milites regis victoria potiti, sine ulla offensione spoliis interemptorum utuntur. Hoc miserabili aspectu rex ad misericordiam flexus, ut residuis parcerent precepit, se vero ad munitionem sancti Petri contulit, et hostibus veniam suppliciter inplorantibus misericorditer indulsit. Tunc absentes quique, accepta regis victoria, aut per se venerunt, ut talia declinarent,
VI, 7. aut obsides miserunt, fidem, auxilium et subiectionis debitum ei promittentes. Sedatis itaque Papie calamitatibus, rex ad pontem longum venit, et residuum agmen Langobardorum per manus suscepit. Habito itaque ibidem cum omnibus colloquio, rebusque maximis prudenter ordinatis, Mediolanum petiit; moxque ad pratum predicti pontis reversus, presentem populum, conquerentem de subito eius discessu, celeri reditu promisso, aliisque multis consolationibus placavit. Insistentem vero pentecostes sollempnitatem in loco qui Grommo dicitur celebravit, et hinc procedens in Diuttuscos,
[*] fol. 118. obvios sibi [*]in consortium servientium sibi accepit. Patriam deinde festinans revisere, Alamannie fines, Herimanni ducis sui gubernatione nuper destitutos, filio eius adhuc puerulo ad regendum commisit. Inde Argentinam Alsatie petens, venerandam nativitatem Christi precursoris ibi celebravit. In cuius vigilia domus, in qua rex populo iura dabat, subito cecidit, unum dumtaxat presbiterum opprimens, cum quadam excommunicata domina sepius quam liceret commorantem. Rex igitur ab Argentina discedens, sancti Martini presulis limen Mogontie supplex adiit, ibique apostolorum Petri et[b] Pauli
VI, 8. sollempnia venerabiliter coluit. Post hec per Franciam orientalem iter faciens, Saxoniam revisit, et ad compescendam seviciam arrogantis Slavi Bolizlai expedicionem Augusto iam mediante indixit. Statuto igitur tempore in Mersburh fit exercitus collectio et in hostem tandem secreta promotio. Assimulato namque in Poloniam itinere, naves in Borue et Nisani glomerantur, ut ficta suorum benivolentia non fieret inimico circueundi aliqua facultas. Bolizlavo inter hec quadam die unus e nostris adsistens, cappellanus scilicet Reinberni presulis sui, de adventu exercitus alloquitur, et ab eo auditus, quid dixerit inquiritur. Illo verba eadem repetente, tirannus refert: *Si reperent ut rane, iam poterant huc advenisse.* Interim magna inbrium effusione in transeundis fluminibus exercitui fit difficilis progressio, sed cicius quam quis conicere potuit in Boemiam rex transiit. Cuius adventum leo rugiens subsequenti cauda inpedire satagens, in silva que Miriquidu dicitur montem quendam cum sagittariis, omni prorsus aditu intercluso, firmavit. Rex autem id conperiens, clam premisit electos milites, armis adprime instructos, qui invitis hostibus viam arduam irrumpentes, facilem sequentibus paraveruut. Adiuvit etiam regem comitatus exulis Iaromiri, et eius optatus adventus Boemiorum agmen delinivit. Horum consultu et vocatione regi introitus patefactus est, et in ipso regionis introitu unum castellum sponte illi redditur. Rex autem propter Bawarios nondum adventantes tardato paululum itinere, ad urbem que Satzi dicitur venit, et concives hos portas sibi ilico aperientes et Polonios intus presidio positos occidentes conperit. Videns rex tantam stragem, conmovetur, et superstites in una ecclesia retrudi precepit. Adest etiam, qui Bolizlaum a conprovintialibus interemptum nuntiaret; letantur familiares regis in Deo, corrupti vero eius fautores contristantur. Nam invicem musitantes dicebant: *Si rex*, inquiunt, *unquam in bona securitate constiterit, ad nichilum ultra valebimus, multaque ab eo pati contraria debemus.* Quapropter latente igniculo sub cineribus, sepissime in hoc itinere et postea hostem illum Bolizlaum regi

a) i. inbrenti *c.* b) c *c.*

suo preposuerunt, ignorantes, quod speculator astans desuper *vicarium suum in terris ab eorum fraude liberaturus *fol. 118'.
erat de celis. Tunc Iarimirus iussu regis cum militibus Teutonicis et accolis sibi adherentibus ad capiendum seu occi- Thiet. VI, 9.
dendum Bolizlaum precessit et Pragam venit. Quem preoccupantes nuntii corruptorum, de exercitu Bolizlavo rem ex
ordine pandunt, prius tamen de hoc periculo securo. Qui commonitus, clam se preparat, iamque subsequenti nocte
mediante, audit in urbe proxima que Wessegrode dicitur campanas sonitu cives ad bellum hortantes, et cum prima
legione exiens, ad patriam tendebat. Quem Zebizlovo, frater Christi martiris Athalberti presulis, persecutus, in ponte
vulneratus oppetiit, et magnum hostibus gaudium, suis autem luctum ineffabilem reliquit. Crastina autem die Iarimi-
rus adveniens, populis iura veniamque commissi poscentibus ante portam urbis dedit, ilicoque intromissus, pristinis
honoribus magna iocunditate intronizatur, depositisque vilibus indumentis, preciosioribus ornatur. Igitur quicquid unus-
quisque hostium fugitivo vel occiso spoliorum abstulit, illi presentatur. Quibus et aliis multis muneribus delectatus,
Wessegrodam introducitur, ibique in dominum declamatur, et ipse regis indulgentiam et secum huc usque perseverantibus diu elaboratum bravium spopondit. Confluit igitur tam vulgi quam nobilium ad percipiendam novi ducis gratiam
turba[a] innumerabilis multitudo[a], et ut gloriosi regis adventum prestolarentur. Igitur rex Heinricus adveniens, ab
antistite Pragensi Thietdago et duce Iarimiro cum immenso cleri totiusque populi tripudio suscipitur, et ad ecclesiam
sancti Georgii deducitur. Confestim Iarimirus cunctis paternis dignitatibus a rege honoratur coram omnibus convocatis
indigenis. Cumque ibidem rex sancte Dei genitricis ortum celebraret, Godescalcus Frisungensis venerabilis episcopus, VI, 10.
nomen cum re possidens, missam canere et populos instituere ab eo precipitur et ab episcopo Thietdago[b] permittitur.
Lecto ewangelio, gradum ascendens, presentes admonet de timore divino, de conservando gemine dilectionis vinculo,
de obedientia Dei, de honore sublimium potestatum. Deinde regem blande alloquitur, ut semet ipsum agnosceret et
quicquit honoris aut commoditatis unquam percepit, divine pietati, non suis meritis asscriberet. Insuper et misericordie mentionem fecit, que unicum salutis est presidium, summum fidei ornamentum, et remissio peccatorum, in cuius
operatione servanda unicuique fidelium tria sunt adoptanda, velle, posse, perficere. Que cum a cunctis sint inplenda,
maxime tamen ab his qui nullum ledentes sibi cavent[c] similia a Domino reconpensari, et ut acceptabile Deo ab his
votum fiat, ex corde debent queque petita largiri et omnibus suis debitoribus debita remittere. Et hec concludens
inquit: *Te ergo, gloriose rex, obtestor per nomen et amorem eius, qui suo debitori decem milia talentorum, id est conversis suorum transgressionem mandatorum indulsit, ut Heinrici, quondam marchionis, nunc autem, ut spero, vere penitentis, domine carissime, miserearis, vincula *solvas, et gratiam tuam dones, ut libero animo hodie Deum interpelles: „Dimitte* *fol. 119.
nobis debita nostra, sicut et[d] nos debitoribus nostris“. Qua lacrimabili exhortatione rex et ipse lacrimatus placatur, et
sic se facturum firmiter spopondit, et post hec domum rediens, misericorditer inplevit. Dispositis omnibus in Praga, VI, 11.
Bawarios domum remisit; ipse vero cum Boemiorum duce novo Milzanie terminos per ineffabilem itineris difficultatem
adiens, Budizin urbem obsedit. Cumque in una dierum singulos ad pugnam hortaretur, ab uno sagittariorum iaculo
appetitur, quod ei qui proximus astabat nocuit, et in alio propositum inimici peregit. Urbs vero prefata igne adportato
exusta ruisset, nisi Guncelini iussio infausta prohibuisset. Vulnerantur invicem multi et nonnulli sunt perempti. Ex
nostris autem unus nobilis et genere et animo, Hamuzo nomine, cum urbanos sepe provocatos pene usque ad muros
persequeretur, ictu dimidii molaris lapidis per galeatum caput prosternitur, et ab insidiantibus inimicis in urbem trahitur.
Cuius corpus Heinricus comes, filius Sigefridi de Waldbike, quia miles eius fuerat, precio conparavit et ad
patriam reduxit; alter vero, qui ob assiduum venationis exercicium indomitus Thammo vocabatur, dum in Sprevia flumine
hostibus fortiter restitit, torrentis lapidum lubricatione corruit, optimaque protectus lorica, tardo vulnere tandem oppetiit.
Quem unus suorum satellitum cum protegere voluisset, ne ab aliquo lederetur vel corpus a Slavis subtraheretur, cuspide
confossus super eum corruit. Urbs itaque predicta belli asperitate iam pene devicta, iubente per nuntium suum Bolizlao,
regie potestati traditur, salvis defensoribus, presidioque novo munitur. Post hec rex cum exercitu itinere et inedia iam
defatigato domum rediit, et marchiones regni sui, ubicumque opus habebant, solitis adminiculis adiuvit. Cumque in VI, 12.
Mersburch optate quieti indulgeret, Esiconem dilectum comitem, longa infirmitate vexatum, in Liubizici obiisse conperit.
Cuius corpus adveniens ipse suscepit, et iuxta ecclesiam sancti Iohannis babtiste in septentrionali parte honorifice sepeliri
fecit. Pro cuius anime remedio quoddam eius predium Uphusen nominatum cum duobus argenteis candelabris altari
sancto et fratribus Deo ibidem famulantibus tradidit. Insuper Wicberto antistiti mercatores et Iudeos ab Gisilero adquisitos et diu commutatos reddidit. Comitatum[e] super Mersburh et beneficium ad ipsum pertinens Burchardo dedit, et
Thietberno cuidam super quatuor urbes iuxta Mildam positas beneficium concessit. Omne autem Esici predium sibi
iudicio retinuit. Post hec marchionem Heinricum absolutum a custodia abire precepit cum gratia. In Patherbrunna VI, 13.
monasterium et omnis apparatus, qui erat permaximus, vorax flamma iniquitatum ultrix consumens, multorum fidelium
corda commovit; quos amor divine remunerationis ad hec renovanda conmuniter accendit.

A. d. i. 1005. Rex natalem Domini Thornburh feriavit, et in partibus Saxonie usque ad tempus quadragesime, in fol. 119'.
quadragesima[f] autem Thiele degebat; pascha vero Aquisgrani celebravit. Bernharius abbas Hersveldensis obiit. Qui A. Hild. V. S. Godeh. c. 7.
licet esset vir venerabilis genere et dignitate, populari tamen fame nimis intentus, fratres debito fovit indulgentius, ita
ut morem canonicorum in privatis edificiis et cultioribus vestimentis et ceteris mundane glorie pompis usurparent. Quo
ante obitum suum biennium egrotante et ultra Fuldam flumen in lenioribus locis cum suis militibus morante, fratres
contemptos se putantes, querimonias crebras ad regem perferunt, sibi necessaria negari et res ecclesie per inutilia
dissipari. Quod rex prudenter intelligens et eorum vitam non nesciens, tandem modificato sermone respondit: abbatem,
si convalesceret, de omnibus admoniturum; sin autem, pastorem illis[g] secundum Dei timorem[h] provisurum. At memorato abbate paulo post defuncto, Godehardum eis patrem gubernatoremque[i] preposuit, quem et de singulis prudenter
admonuit; qui per Willegisum archiepiscopum inductus, primitus eis iuxta regulare duriora et aspera mandata preposuit[k],
et licentiam eis aut hec secum tenendi aut quo vellent discedendi[l] ad preces metropolitani[m] concessit. Qui unanimiter
conspirantes, paucis tantum senioribus vel pueruli remanentibus, egressi, per diversa loca sunt dispersi. Quos tamen
postea saniori consilio, et eorum qui remanserant, industriam eius ac mansuetudinem eius intelligentium, auxilio, quosdam cicius, quosdam vero serius, pene omnes ad ovile revocavit. Civitatem vero ipsam et claustrales habitationes a
superfluis et ineptis edificiis ilico purgavit et in condignam monachice necessitatis habitudinem honeste reformavit. Posita Thietm. l. l.
est in loco qui dicitur Trotmanni magna sinodus, ubi rex, episcopis et omnibus presentibus, plurima [questus[n] est]
ecclesie inconvenientia, et communi eorum consilio hec statuit deinceps prohiberi, et optimo nove institutionis decreto
gravem peccatorum sarcinam relevari. Actum est hoc decretum Nonas Iulii in conspectu regis Heinrici et coniugis eius

a) *ita c.* b) thietdogo *c.* c) avent *Th.* d) *bis scriptum c.* e) Comitatatum *c.* f) quadragesime *c* g) p. i. pastorem *c* h) d. t. dei *c.* i) g. eis *c.* k) pposuit *c.* l) d. licentiam eis *c.* m) m. eis *c.* n) *desunt c.*

Thiet. VI,13. Cunigunde et archiepiscoporum Heriberti Coloniensis[a], Lievizonis Bremensis, Thaginonis Magdaburgensis; episcoporum quoque Suicgeri Mimigardevordensis, Theoderici Metensis, Bernharii Fardensis, Bernwardi Hildenesheimensis, Retharii Patherbrunnensis, Burchardi Wormatiensis, Notgeri Leodicensis, Ansfridi[b] Traiectensis, Thietmari Asnebruggensis, Wicberti Mersburgensis. In obitu cuiusque supra nominatorum singuli episcoporum infra 20 dies, nisi infirmitas impediat, missam pro defunctis celebrent et unusquisque presbiterorum similiter faciat; presbiteri vero forenses tres missas peragant; diaconi et ceteri inferioris ordinis 10 psalteria. Rex et regina infra 30 dies mille quingentos denarios pro anime
*fol. 120. redemptione erogent et totidem pauperes pascant. Episcopi singuli 300 pauperes pascant, et 30 denarios expendant, *et totidem lumina accendant. Dux autem Bernhardus quingentos pauperes pascat, et 15 solidos expendat. Vigiliam sancti Iohannis babtiste et vigiliam apostolorum Petri et Pauli et vigiliam sancti Laurentii et omnium sanctorum in pane sale et aqua decernimus ieiunare. Viliam assumptionis sancte Marie et omnes vigilias apostolorum, sicut in quadragesima; quatuor tempora sicut in quadragesima, excepta sexta feria ante natale Domini, quam in pane sale et aqua decernimus
VI, 14. ieiunare. Fresones rex navali expeditione adiens, ab incepta contumatia desistere et magnum zelum Liutgarde, sororis regine, placare coegit[c]. Precepit etiam in palatio et in omnibus regni comitatibus expeditionem in Poloniam et conventum in Liezica per bannum indicari. Convenit exercitus 17. Kal. Septembris in condicto loco, et rex sancte Marie assumptionem in Magdaburh celebrans, in ipso die post missam et caritatem expletam, comitante regina, Albiam trans-
VI, 16. navigavit. Dein ordinatis legionibus, progreditur, et regina celeriter reversa, in Saxonia sollicite ipsius prestolabatur adventum. Exercitum autem cum prosperitate ad locum qui Dobraluh[d] dicitur in pago Liudice venientem, Heinricus, frater regine, et Larimirus duces ad supplementum eius cum suis[e] venientes, letificant. Sed a ducibus corruptis et sua defendere cupientibus per solitudines et paludes circumductus exercitus, admodum gravatur, et ne cito ad hostem ledendum perveniret, invida eorum malignitate tardatur. Itaque provinciam Nize vocatam itinere attingentes iuxta[f] Spreviam flumen castra metati sunt. Cumque Slavos ex abdito exercitum ledentes Thietbernus miles inclitus comperiret, ob amorem laudis optimos e sotiis clanculo eligendo convocans, eos dolo intercipere temptat. At illi satis providi, ut insequentes melius lederent, inter lignorum iacentium densitatem fugerunt, et sagittis, quibus maxime defenduntur, remissis, primo ipsum, dehinc Bernhardum, Isin et Bennonem, Arnulfi presulis milites inclitos, cum multis aliis 8. Idus Septembris incautos prostraverunt et spoliaverunt. Ob hoc rex et omnis exercitus gravi dolore concutitur, et Bolizlaus doluisse a veracibus dicebatur. Post hec Liutici, pridie quam[g] Oderam flumen attingerent, exercitui sociati sunt, deos
VI, 19. suos se precedentes secuti. Inde mox imparibus ducibus inequales turme usque ad Oderam flumen pervenientes, fixerunt tentoria iuxta amnem, qui Slavonice Pober, Latine Castor dicitur. Quos Bolizlaus, munitis littoribus prefati fluminis, cum grandi exercitu in Crozne sedens, nullomodo transire permisit. Cumque rex ibidem 7 dies commorans, naves atque pontes pararet, missis interim speculatoribus suis, optimum vadum repperit. Quem 6 legiones in ipso diei crepusculo iussu regis intrantes, incolomes transierunt. Quod eminus Bolizlai custodes agnoscentes, triste et incredibile nuntium domino suo celeriter detulerunt. Qui tandem per tres et amplius nuntios de his certus effectus, castris animotis, cum
*fol. 120'. suis propere aufugit, relictis ibidem plurimis rebus suis. Id rex caute considerans, cum *omnibus, gratias Deo agens, securus flumen transiit. Illi autem qui precesserant hostes in tentoriis improvisos oppressissent, nisi Linticios diu tar-
VI, 20. dantes exspectarent. Profectus inde rex usque ad abbatiam que Meteerize dicitur pervenit, et annuam Tebaide legionis festivitatem quam maxime venerabiliter potuit celebravit, et ne monasterium et mansiones absentium monachorum — fugerant enim — aliquam molestiam paterentur, sollerter prohibuit. Dehinc hostem in nulla suarum urbium pernoctare presumentem proxima queque vastando persequitur, et non amplius quam per duo miliaria ab urbe Poznani a primatibus suis rogatus consedit. Exercitus autem in colligendis frugibus ceterisque necessariis divisus, magnam cladem ab hostibus insidiantibus sustinuit. Bolizlaus interea per fidos intercessores regis gratiam petiit, cuius benivolentia exaudiri mox meruit. Unde Thagino archiepiscopus cum aliis familiaribus regis ad civitatem predictam a Bolizlao rogatus
VI, 21. venit, et cum iuramentis ac emendationibus dignis firma pacis federa aput eum pepigit. Itaque exercitus letus revertitur, quia itineris longitudine cum intermixta belli asperitate magnum laborem sufferebant. Post hec rex nequitie auctores eruens, Brunitionem inclitum satellitem in Merseburh, e Slavis autem optimos Borisen et Vezemisclen cum ceteris fautoribus in Weleresleve laqueo suspendi precepit. Sepe cum Slavis in Wirbeni iuxta Albim sitam, conventione habita, vellent nollent, necessaria regni sui potenter tractavit atque finivit. Arneburch prius devastatam ob defensionem patrie renovavit, et que diu hinc iniuste ablata erant restituit. Sinodali iudicio iniustas fieri nuptias et christianos gentilibus venundari, presens ipse canonica et apostolica auctoritate prohibuit.

A. Hild. Ekk. A. d. i. 1006. Rex natale Domini Palithi egit, pascha in Niumago celebravit. Burchardus Wormatie ordinatur episcopus, qui in scripturis studiosus, magnum illud canonum edidit volumen, scripturarum sententciis undique compilatis
A. Hild. V.S.God c.8. Thiet. VI,22. defloratum. Gunterus, vir nobilis ac potens de Thuringia, consilio Godehardi abbatis renuntians omnibus que possedit, in Altaha monachus est factus. Interea Balduwinum ducem Flandrensem iuventus et rerum affluentia ac mala iniquorum inflatio adversus regem armavit, et Valentianam[h] urbem possidere, in marcha Frantie et Lotharingie sitam, volebat. Quod rex ubi primum conperit, ipse cum signis militaribus accedens, cripere eandem assidua impugnatione temptavit, sed nil proficiens, abiit, expedicionem suam in proxima estate super Balduwinum orientalibus et occidentalibus
Ekk. firmiter indicens. Hilpericus librum de ratione conputi scripsit.

fol. 121. A. Hild. A. d. i. 1007. Eclipsis solis facta est hora diei 2. Rex item natale Domini Palithi celebravit, epiphaniam vero in Gandersheim, ubi odibilem dissensionem inter Willegisum archiepiscopum et Bernwardum antistitem de eadem eclesia prudenti ingenio diremit. Ubi Bernwardus episcopus[i] in presentia regis et archiepiscopi ceterorumque regni primorum
Vita S. God. c. 17. eandem eclesiam dedicavit, et omnem ibi episcopalem provisionem sine cuiusquam interdictu potestative celebravit. Nam Willegisus archiepiscopus publice estimationis sue culpam professus, iuri et repeticioni eiusdem loci abrenuntiavit, et in testimonium huius rei ferulam episcopalem Bernwardo episcopo, ut postea in Franconevordensi concilio claruit, coram clero et populo condonavit. Archiepiscopus vero, hac lite sedata, Bernwardum episcopum omni honore et caritate dein-
Thiet. VI,22. ceps dilexit, et in Hildenesheim fraternitate honorifice adquisita, summam dilectionem loco et fratribus exhibuit. Rex Heinricus, collecto grandi exercitu, ad Sceldam fluvium contra Balduwinum venit. Ibi se Balduwinus cum armata manu presentans, transitum regi prohibere frustra nititur. Nam regis milites navibus alio transvecti, presumptionem eius ex inproviso irruentes confundunt. Quo fugiente, rex in Christo letatus flumen transgreditur regionemque contiguam populatur. Cum autem ad abbatiam que Gent dicitur veniret, a fratribus illius loci susceptus, loco eidem et bonis adpertinentibus cunctis pepercit. Interim Balduwinus necessitate coactus humili supplicatione veniam inpetrat, et non longe

a) colonieniensis *c.* b) auffridi *aut* auffridi *legi videtur c.* c) precepit *corr.* coegit *c.* d) dobramh *c.* e) sus *c.* f) iux *c.* g) quamquam *c.* h) *ita c. hic et infra.* i) archieps *corr.* eps.

post per manus miles regis effectus, Walecorn et Valentianam in beneficium adipiscitur. Igitur pacificatis occiduis partibus, generale conrilium in Franconevorde a rege ponitur, et hoc omnibus Cisalpinis episcopis aditur. Nam rex Heinricus a puero civitatem suam Bavenberh, in orientali Francia sitam, unice dilexerat et coluerat, et eam coniugi sue Cunigundi in dotem dederat. Postquam autem ad regni curam divina miseratione est promotus, ibidem episcopatum constituere semper gestiebat. Et quia dimidium facti qui cepit habet, novam ibi ecclesiam cum duabus criptis[a] inchoavit et perfecit. Omia quoque que ad divinum cultum et ministerium pertinent paulatim congregans, Heinricum Wirceburgensem episcopum sepe rogavit, ut proposito animi sui aspirare voluisset, et parrochiam, in pago qui a Radinzea fluvio nomen sortitur positam, insto concambio sibi concederet. Qui dilecti senioris iustas peticiones benigne suscipiens, ea ratione concessit, ut suc ecclesie pallium permittens, Babenbergensem episcopum sibi subiceret. Hocque, baculo suo regi dato et quodam predio pro commutatione prefata tradito, clam firmavit. Cum vero archipresulatum se nullatenus adipisci posse sentiret, promissa conplere renuit, et ad predictum concilium vocatus venire noluit. Consedentibus igitur per ordinem archiepiscopis cum suis suffraganeis, rex Heinricus humo tenus prosternitur, et a Willegiso archiepiscopo, in cuius diocesi sinodus habebatur, elevatus, cunctis presentibus talia fatur: *Domini et putres, a meu puvvitute huc asciti convenistis, et quum ob rem vos ascierim, aperiam, precorque omnium* *clementium, *ut in his que divina grutia michi, ut* *fol. 121'. *spero, inspiravit, pro eius amore faveutis. Num quia in sobole habendu nulla michi spes superest, Christum heredem elegi. Episcopatum in Bavenberh cum licentia episcopi mei facere hactenus concupivi, et hodie perficere statui. Ob hoc serenissimum pietatem vestram interpello, ne eius absentia, qui aput me voluit optinere quod michi non licuit concedere, propositum meum vuleat inpediri. Ecce baculus, in quo mutue confirmationis signum clarescit, quod non propter Deum, sed ob dignitatis nullatenus adipiscende dolorem fugerit. Moveut corda omnium presentium, quod augmentum sancte matris ecclesie cum nugigeruta legatione adnullare presumit. Ecce ad hec coniugis mee presentis et unici frutris mei et coheredis larga benivolentiu aspirat; meque placita sibi redditione illis restituere uterque pro certo sciat. Sicque episcopus venire et promissa dignatur suscipere, parutum me ad omne quod vobis placuerit inveniet.* Tunc Beringerus, Heinrici Wirceburgensis episcopi cappellanus, surrexit, dicens, timore regis antistitem suum non venisse, detrimentum ecclesie a Deo sibi commisse in aliquo fieri numquam eum laudasse; obsecrat omnes presente per amorem Christi, ne talia fieri eo absente sibi futurum in exemplum pariantur. Privilegia quoque eiusdem ecclesie alta voce ibi recitantur. Inter hec, quotiens rex auxiam iudicum sententiam nutare perspexit, tociens humiliatus solo tenus prosternitur. Tandem arrhiepiscopo Willigiso, quid de his faciendum esset iudicio perquirenti, Thagino archiepiscopus primus respondit: *Iustu voluntus et peticio regis consensu omnium vestrum legatiter potest inpleri.* Cunctisque presentibus sermonem eius confirmantibus, rex gloriosus Eberhardo cancellario suo curam pastoralem commisit, quem prefatus archipresul Willigisus eodem die consecravit. Post hec Heinricus episcopus auxilio Heriberti archipresulis regis gratiam et adinpletionem sibi placitam adquisivit. Itaque eundem episcopatum in honore sancti Georgii et sancti Petri apostoli constituit, locumque ipsum prediorum divitiis et omni ornatus decore, ut in presentiarum cernitur, copiosissime ditavit. In meridiana quoque parte civitatis monasterium in honore sancti Stephani protomartiris sub ordine canonico construens; ex altera vero, hoc est aquilonari, aliud monasterium sub monachili regula in honore sancti Michahelis archangeli sanctique Benedicti constituens, sibi sueque civitati, supra petram apostolice firmitatis fundate muroque et propugnaculis meritorum sancti Georgii ceterorumque sanctorum munite ac exornate, contra incentivos viciorum iactus turrim fortitudinis in Stephano et coutra refrigerantes flatus illius, qui in aquilone, unde malum omne panditur, sedem ponere disposuit, refugium certum in angelico preparavit presidio, ut a dextris et a sinistris iusticie armis vallate in nullo sulliciat prevalere. Aliis quoque sanctorum locis per regni latitudinem munifirentie sue inpertivit largitatem, quedam dilapsa *in melius restituens, quibusdam que minus suppetebant *fol. 122. adiciens. Rex pascha aput Ratisponam celebravit, ubi[b] ab Liuticis et ab his qui erant in civitate magna Luvirni[c] et Thiet. VI,24. lariuiro duce nuntii venientes, Bolizlaum sibi multa contraria moliri, asserebant, seque ad hec perficienda verbis et pecunia temptari affirmabant. Intimabant quoque ei, si eum amplius in pace et gratia sua haberet, servicium eorum devotum habere non posset. Hec ergo rex cum primatibus caute considerans et ab eis diversa consilii responsa percipiens, inique voluntati eorum in hoc consensit, ut Herimannum marchionem, Bolizlai generum, illuc mittens, condicta pacis federa interdiceret. Quam legationem ab internunciis ille comperiens, prefatum comitem, quamvis prius ad se invitatum, indigne suscepit, et percepta legatione, in multis se excusavit, *Sciat,* inquiens, *testis iustus omnium Christus, quicquid deinceps facturus sum, invitus faciam.* Post hec collecto exercitu, pagum qui Morizine dicitur, iuxta Magdaburh iacentem, populatur, et fraternitatem, quam in Christo cum Partenopolitanis prius coniunxerat, hostili asperitate disrupit. Inde ad urbem que Zirwesti dicitur veniens, urbanos terrore gravi et hortatu dulci devictos secum vehebat. Hec omnia principes Saxonum conperientes, nimis tarde conveniebant, et morosius eos insequebantur. Horum primicerius fuit Thagino archiepiscopus, qui hec presciens parum caute res agebat. Cumque ad locum qui Iutriboch appellatur venissent, visum est prudentioribus, non esse consilium, hostes cum tam parva multitudine persequi; unde et reversi sunt. Bolizlaus autem Liudize et Zara et Selpuli denuo occupat. Nec longe post Budizin civitatem, presidio Herimanni comitis munitam, socer malignus obsedit. Mittensque nuntios suos, urbanos postulat, ut urbem sine labore utrorumque sibi redderent et nullam a domino suo ereptionem sperarent. Facta pace ad 7 dies, Bolizlaus parat impugnationes, illi per legatos a domino suo et principibus regni auxilium suppliciter poscunt, alios 7 dies se hosti posse resistere, dicentes. Venit marchio Herimannus Magadaburch, Walthardum prepositum interpellans, omnesque singulariter principes per legatos evocat, quos diu tardasse querebatur; tamen milites suos interim per legatos animabat. Qui cum assidua Slavi inpugnatione laborarent viriliterque diu resisterent, videntes nonnullos ex sociis animo nutare dominumque suum ad se liberandum non venisse, licentiam abeundi cum omnibus que habebant aput Bolizlaum inpetrant, urbemque ei reddentes, tristes ad patriam redierunt. Rex hec audiens, animo dolet, hortaturque suos, ne id inultum ferrent, sed huiusmodi A. Quedl. affectum nescio quo obstaculo nullus sequebatur effectus. Herimannus comes, frater Arnulfi episcopi, obiit Kal. Iunii. Gisla, venerabilis matrona, mater regis, obiit 12. Kal. Augusti et Ratispone sepelitur. Thiet. VI,23.

A. d. i. 1008. Rex natalem Domini Paliti, pascha Mersburh, pentecosten vero Agrippine celebravit. Stella fol. 122'. paschalis ebdomade feria 2. media die visa est. Mortuo post pascha Liudolfo, Trevirensis ecclesia venerabili archi- A. Hild. episcopo, cappellanus eiusdem Athalbero, frater regine, iunaturus iuvenis, plus timore regis quam amore religionis, con- A. Quedl. Thiet. VI,25. muniter eligitur. Rex autem ut hoc audivit, non immemor prioris in germano illius Theoderico Metensi episcopo non premeditate constitutionis, coniugem dilectam ceterosque suos familiares de arrhiepiscopatu eidem inpetrando sollicitos sprevit, et Meingaudo, Willigisi archipresulis camerario, nobili secundum carnem viro, Trevirensem episcopatum dedit. Propter hoc subdole generationis furor accenditur, palatium a Lotharicnsibus contra regem firmatur, ac terra hec hactenus pacifica crebris concremationibus quatitur. Tali presumptione rex commotus, illo cum exercitu properat, arrhianti-

a) *add. iterum* ecclesiam *c.* b) ub *c.* c) luuirui *c.*

Thietm. l. l. stitem intronizatum consecrari, Athalberonem vero exconmunicari iussit. Deinde obsidione continua per sedecim ebdomadas eos qui palatium tuebantur in tantum constrinxit, ut fame et assidua impugnatione defatigati, aut interius perire aut in potestatem regis deberent inviti procedere. Quod ne fieret, Heinricus dux Bawarie, frater regine, inprovisa calliditate intercepit, eosque exire illesos aput regem obtinuit. Postquam vero de his rei certitudinem rex inquisivit,
A. Hild. gravitate mentis id tunc sufferens, postea ultus est. Notkerus Leodicensis episcopus, et prius monasterii sancti Galli prepositus, ad Christum migravit, cui Baldericus, Ratisponensis vicedomnus, moribus preclarus, successit. Gunterus
cf. A. Quedl. monachus Altahensis, sancta conversatione in monasterio probatus, heremita est effectus. Hildericus Havelbergen-
Thiet. VI,31. sis episcopus, ut sibi diu ante revelatum fuerat, in Cbristo spiritum exbalavit. Nam quondam in Magadaburh nimia infirmitate[a] invalescente, a quodam[b] egregio viro in somnis sibi apparente sic est admonitus: *Quod finis nunc instet tibi, ne solliciteris. Quatuor annos et duas vel tres ebdomadas adhuc expectabis. Tu vero tempus a Deo tibi concessum non negligas, sed quicquid boni possis instanter operare, ut eternam vitam promerearis.* Preterea Thietmaro Magdaburgensi canonico, qui[c] Wicberto Mersburgensi episcopo post parvum temporis in episcopatum successit, in ea ebdomada qua recordatio fratrum a cunctis fidelibus universaliter celebratur, paulo antequam ordinaretur episcopus, quidam per somnium talia revelavit dicens: *In hoc anno presul Hildericus et Meinricus decanus et tu ipse mandatum Dei inplere debetis.* Cui ille respondit: *Sicut est voluntas in celo, sic fiat.* Et in ipso mense episcopus morte
A. Quedl. subitanea lineam supremam huius vite conclusit. In sequenti nocte lux magna a multis visa apparuit. Subita et nostris temporibus insolita aquarum refusio facta est 3. Idus Ianuarii feria 2. luna 10, dampnum inferens et 7 diebus in sua rabie persistens.

fol. 123. A. d. i. 1009. Papa Iohannes Phasianus, id est gallus, positus, obiit, cuius privilegii auctoritate Mersburgensis
Thiet VI,61. eclesia noviter renovata, roborata est. Sergius IV[us], qui dicebatur Bucca porcus, sedit annis 2, mensibus 9; qui
VI,27. etiam episcopii consolidator fuit Mersburgensis. Rex natale Domini in Palithi celebrans, cum simnista suo Thaginone tractavit, qualiter post mortem Wicperti presulis Mersburgensem eclesiam bono provisori commendaret. Hic enim longa infirmitate detentus, diem supremum sollicitus prestolabatur. Cui ille inquit: *Est in meo[d] monasterio quidam frater nomine Thietmarus, quem vos nostis; hunc sua modo prudenter disponentem ad hoc largiente Deo spero idoneum.* Ad hec rex ait: *Utinam hanc voluisset suscipere! nam me fautorem certissimum ad ea quibus indigeret non dubitaret habere.* Mittitur ilico Theodericus, ipsius nepos, qui bec illi ex parte regis et archiepiscopi intimaret et ad hec facienda pro posse suaderet. Qui in Magdaburh positus postquam legationem suscepit, taliter respondit: *Deus omnipotens domino et patri nostro vicissitudinem tribuat, quod mentionem mei[e] aticubi in bonum facere dignatur. Me ad hec immeritum iudico. Potens est etiam Deus episcopum adhuc viventem de manu mortis eruere. Si autem prorsus recuso, ab solita eius gratia me repudiari vereor; non est michi preter hanc atiquod auxilium, a quo vel hec promereri[f] vel maiora valeam percipere. Post*
A. Quedl. *mortem presulis, quod Deo placet et potestatibus ab eo constitutis, libenter implebo.* Retharius Patherbrunnensis episcopus pridie Nonas Martii obiit; cui Meinwercus, regis cappellanus, successit. Sanctus Bruno, qui et Bonifacius, archi-
cf. Thietm. VI, 58. episcopus gentium, primum canonicus Sancti Mauricii in Magdaburh, 16. Kal. Marcii martir inclitus celos petiit. Pater huius Bruno dicebatur, mater Ida, frater vero eius Gevehardus dicebatur. Gebehardus genuit Burchardum et Idam, Burchardus[g] genuit Gevehardum, patrem Conradi archiepiscopi Magadaburgensis; Ida[63] peperit Gebehardum, patrem Lotharii inperatoris. Fuit igitur hic beatus martir Bruno ex genere clarissimo editus, sed divina miseratione
Thiet. VI, 58. pre ceteris parentibus suis inter filios Dei dilectus. Hic ab Ida venerabili matre sua unice dilectus, magisterio Geddonis philosophi traditus est, et omnia quibus indigebat cum habundantia ei prebebantur. Qui cum mane ad scolam ire debuisset, antequam ab hospicio exiret, veniam petiit, et sociis ludentibus in oratione ipse fuit. Otto negocium preposuit, et sic fructificans ad maturitatem pervenit. Ad Ottonem inperatorem tercium diu desideratus venit, quem non longe post deserens, solitariam vitam quesivit, et de opere manuum suarum vivebat. Regnante autem secundo Heinrico Mersburh veniens, benedictionem episcopalem cum licentia domni pape ab eo petiit, et eius iussu ab archiepiscopo Thaginone consecrationem, et quod ipse huc detulit, pallium ibidem suscepit. Debinc ob lucrum animarum laborem
*fol. 123'. grandis et diverse vie subiit, castigans et crucians corpus suum inedia et vigiliis. Multa a Bolizlavo *aliisque divitibus bona suscepit, que mox eclesiis et familiaribus suis et pauperibus, nil sibi retinendo, divisit. Duodecimo anno sue inclite conversationis ad Pruciam pergens, steriles eius agros semine divino fecundare studebat, sed spinis pullulantibus, horrida non poterant facile molliri. Cum igitur in confinio Ruscie et Litue predicaret, primo ab incolis prohibetur, et plus ewangelizans capitur, et amore Christi, qui eclesie caput est, 16. Kal. Martii mitis ut agnus decollatur, cum 18 sociis suis. Quorum corpora insepulta iacuerunt, quoadusque Bolizlaus id comperiens ipsa mercatus est et domui sue futurum solatium adquisivit. Pater eiusdem antistitis longe post infirmatus, ut ipse narravit, precepto filii monachicum
c. 26. habitum suscepit. Wicbertus Mersburgensis episcopus obiit 9. Kal. Aprilis. Hic ex optimis parentibus australis Thuringie originem duxit; in Magadaburh vero ab Ochtrico discipline regimen sumpsit. Hunc egregie educatum Gisilerus archiepiscopus sibi in servicium familiariter ascivit, et multo tempore secum habuit, singulari beneficio et archipresbiteratus officio eum demulcens. Sed iniquorum susurratione assidua quedam ei subtrahens, mentem eius in tantum abalienavit, ut, relictis omnibus suis, regi Heinrico adbereret et ei optime placeret. Erat enim egregius statura, et facundia et voce pulcberrima, sapiens in consilio, iocundus in colloquio, et largitatis immense. In diebus sibi hec sue eclesie adquisivit: Sidagesbusen et Wiribeni, in Derdelunge 9 mansos, in Dalewi 7, in Nienstide 3. De sua vero proprietate concessit eclesie in Upbusen 7 mansos et saltum qui Pulcher mons dicitur. In libris et in aliis divinum servicium respicientibus plurimum contraxit. Non minus quam 10 annos, toxicata lesus potione, crebram passionem corporis et in mense Martio magnum sustinebat laborem. Predicatione assidua commissos a vana superstitione erroris reduxit, lucumque Zudibure dictum, ab accolis ut Deum in omnibus bonoratum et ab evo antiquo numquam violatum, radicitus eruens, sancto martiri Romano in eo eclesiam construxit. Preter hanc terciam et quartam in Magdaburch multasque alias ipse dedicavit. Quinque annos et 6 ebdomadas et dies 5 in episcopatu sedit. Flebiliter peracta confessione ab episcopis
c. 27. Wigone Brandeburgensi, et Herico Havelbergensi, qui Hilderico successerat, percepta remissione, ad Cbristum migravit. Rex autem in Franconevord, audita eius morte, memoriam pro eo debitam fieri precepit. Iam tunc quorun-

a) infirmitatem *c.* b) quodem *c.* c) paqui *c. ubi saepius aliorum verborum initia teguntur, quae auctor alia scribens delere neglexit.* d) mō *c.* e) mī *c.* f) promerer *littera erasa c.* g) burcharc *duabus litteris erasis c.*

63) cf. Wedekind Noten II. p. 117; qui Idae maritum Lutharium fuisse ostendit.

dam instinctu voluit Ethelgero cuidam bene merito episcopatum dare. Quod[a] cum Thagino archiepiscopus resciret, summopere renuit, et cum assidua supplicatione Thietmarum[b] cum gratia regis per Gezonem prepositum vocavit. Ea nocte vidit in somnis baculum episcopalem iuxta lectum suum stare, et quendam interrogantem, si vellet episcopatum Mersburgensem suscipere. Qui ait: *Si Deus vult et archiantistes, qui me iubet venire.* Ille autem prosecutus, inquit: *Precave tibi quam cautissime, quia quicumque sancto Laurentio cerebrum moverit, statim insanit.* Cui ille respondit: *Tuea-* *fol. 124. *tur me custos hominum Christus, ne in hoc vel in aliquo offendam maiestatem divinam aut sancti[c] intercessionem michi avertam.* Interim legatus archiepiscopi ingreditur, et ostensis illi duabus epistolis, in sabbato magno ad Augustanam urbem precepit eum venire. Venitque Partenopolim, et in die palmarum cum licentia prepositi et fratrum inde pro- fectus est. Hoc anno dominica palmarum die gutte sanguinis in quibusdam locis vestimentis hominum instillabant. A. Quedl. Sol nebula horribili obscuratus et colore stupendo mutatus[d], mirantibus intuentium oculis velut sanguineus ac minor se visus, terrorem incussit 3. Kal. Mai, feria 6. luna 1, duobus diebus tales minas ostendens, 3. die proprio vix lumine vestitur. Pestilentia et mortalitas graviter secute sunt. Rex pascha celebravit in civitate Augusta. Ibi[e] cum electione A. Hild. Thiet. VI,27. omnium presentium pastoralem curam Mersburgensis eclesie in 3. feria post pascha cum baculo Thietmaro dedit. Huius c. 30. avus Lotarius, postquam in dominum suum Ottonem primum imperatorem deliquit, nevam hanc abluere sedulo cogitavit. Unde monasterium in loco qui latine Silvaticus Rivus, teutonice Waldbike dicitur, in honore sancte Marie construxit, et Willigisium ibi prepositum statuit, concedens his fratribus ad victus vestitusque necessaria decimam partem hereditatis sue. Quo vita discedente, uxor illius Machtildis votum dilecti sui scnioris, faventibus ad hec duobus filiis suis Lothario et Sigefrido, perficere anhelavit, et post obitum egregii patris Willigisi Reinbertum de orientali Frantia natum succedere fecit. Hic post multorum annorum curricula, mortuo iam Sigefrido et Machtilde matre eius, auxilio Lotharii Antique civitatis a tertio Ottone antistes est effectus. Tunc quidam clericus nobilis genere, nomine Theodericus, suasu Lotharii, decem mansis hanc preposituram ab ipso conparavit. Post hec idem de[f] quo loquimur Thietmarus, mortua iam matre sua, predii medietatem, quod prefatum cenobium respiciebat, a fratribus suis in bereditatem accepit. Deinde patruum suum sepe alloquebatur, ut sibi liceret curam eius cenobii subire, si non dono, saltem mediocri precio. Qui post lon- gam deliberationem, posthabito caritatis et affinitatis debito, magna ab ipso poposcit, et quia in germanis suis nullo fruebatur adminiculo, desiderio eius consensit, suscepitque curam cenobii, anuuente antecessore suo, ob acceptam com- mutationem sibi placitam. Post hec mortua uxore fratris sui, rogatus est ab eo, ut sepulturam optatam illi prepararet. Qui cum sciret, Willigisum venerabilem prepositum ibi tumulatum, primo renuit, tandem rectum et pudorem voluntati eius postposuit[g], et quod gentibus nefas videtur, ille christianus in deiectione sepulcri et ossuum operabatur. Calicem quoque argenteum, quem ibi invenit, in elemosinam pauperibus reservari precepit, quem nullatenus postea conperit. Sed in subsequenti* infirmitate agnovit, quia per hoc in Dominum nimis peccaverit. Sed cum hanc divino adiutorio *fol. 124'. superasset, orationis causa Coloniam petiit. Quadam autem nocte audiens clamorem immensum, quid hoc esset per- cunctatus est. Et vox de contra infit: *Et ego Willigisus hic sum, qui tui culpa hic vagor.* Qui expergefactus obstupuit, et quamdiu supervixit, hec se fecisse gemebat. Factus episcopus Wiligisum fratrem suum ex patre ipsius altaris servum c. 31. conmuni fratrum electione eidem monasterio preposuit. Rex ab Augusta discedens, proximo sabbato Novam urbem c. 27. advenit. Ibi Thietmarus in octavo dominice resurrectionis die ab archiepiscopo Tbaginone, Hildewardo Cicense et aliis non minus quam quatuor aspirantibus in presentia regis crismate in sacerdotem perunctus est 8. Kal. Mai. Inde rex per Danubium fluvium navigio Ratisponam venit. In diebus illis in Saxonia maxima fames fuerat. Interea dux Hein- c. 28 ricus, frater regine, rebellionis gratia Bawariam clanculum intrare presumens, interclusum sibi aditum a provida regis sollertia ut primo persensit, mox fugiendo rediit. Quapropter optimi Bawariorum regali edicto Ratisponam conveniunt, et quamvis duci suo sponte omnes iurassent, se per tres annos alium aliquem non eligere, tamen a rege obiurgati, blan- diciis et minis ab eius famulatu et auxilio abducuntur sibique specialiter assumuntur. Fratres quoque de monasterio Cbristi martiris Emmerammi, quod Arnulfus inperator in urbe Ratispona construxit ibique pausare corporaliter elegit, unanimiter regis pedibus provoluti, ex parte presulis sui Gerbardi multa flebiliter querebantur, et laici presentes magnis lamentationibus bos subsccuntur. Difficile est enarrare, quanta de eo populus presens ad vanam supersticionem anime- que sue detrimentum pertinentia dissereret. Optime prius culta destruens, novis insudabat multis laboribus. Patriam cum conmissis deserebat, aliena quamvis longinqua supervacuis cultibus excolebat. Si interiora exterioribus concorda- rent, aut ceteris esset melior aut longe inferior. Rex pentecosten Mersburh celebravit; deinde Magadaburb venit. c 29. Ibi marchio Werinharius a rege in multis accusatus, gratiam eius et beneficium suum instinctu Dedouis comitis perdi- c. 32. disset, nisi infirmitas eius subitanea id inpediret, et nisi Burchardus palatinus comes hoc differri prudenti consilio sata- geret. Erat hic Dedo de quadam tribu, que Butzieci dicitur. Pater eius erat tempore primi Ottonis, c. 34. nomine Theodericus, egregie libertatis vir, qui genuit hos fratres, comites Dedonem et Fridericum[64]. Dedo marchioni Ricdago et filio suo Karolo ab infantia serviebat, et gemina cordis ac cor- c. 34. poris virtute pollebat. Hic Boemios insurgentes ad Cicensem civitatem perduxit, et cum bis vastando circum- quaque[h] perlustrans, ad ultimum matrem suam, hostis, non filius, captivam cum ceteris abduxit. Post hec recon- ciliatus inperatori Ottoni tercio, in parvo tempore gratiam eius et familiaritatem promeruit. Interim Bio comes Mersburgensis in expeditione obiit, et Gisilerus archipresul *huius comitatum inter Wipperam et Salam et Sal- *fol. 125. tum et Willerbike fluvios iacentem, huic Dedoni adquisivit. Insuper Zurbike Burcwardum, quem antecessores sui in beneficium possederunt, sibi et fratri suo Friderico vendicavit. Thietburgam quoque, Teoderici marchionis[i] fili- am, duxit, et ob hec omnia adeo superbia intumuit, ut regi molestiam in occulto et aliis multis nobilioribus in- ferret in aperto[k]. [Tbiedricus Mettensium episcopus] dotem et patrimonium regine Cunegundis, que soror sua Ekk. erat, eclesie Bavenbergensi a rege delegari dolens, contra ipsum rebellat. Rex a Partenopoli digressus, instabiles Thiet. VI,32. mentes occidentalium probare, et ne solito commoverentur, sedare temptavit. Hos plerique laudant quasi iniusticiam dominorum suorum pati nolentes, nos autem quasi ignavos econtra vituperant. Sed probabiliores multo sunt, qui Deo potestatibusque ab eo constitutis se humiliant et cedunt, quam hi qui equitatis freno a Deo inposito regi nullatenus curant, sed vitia sua aut viribus corporis aut arte aut eloquentia defendere nituntur. Igitur rex dolore et ira motus in A. Quedl. Frantiam venit, et in pluribus locis multa dampna perpetrata sunt, ibique peracta estate, rediit in Saxoniam sine pace.

a) Quo *c.* b) tbietmum *c.* c) sancto *c.* d) mutatatus *c.* e) Ibi — senioris faventibus ad *usque ad columnae finem in loco raso c.* f) *deest c.* g) posuit *c.* h) u. c. uastando *c.* i) marchonis *c.* k) *Auctor sequentia ita incepit:* Rex a Partenopoli discedens instab... *his vero erasis, pergit ut editum est, quaedam in raso loco addere oblitus, quae ex Ekk. supplevi.*

64) cf. supra a. 983.

Thiet. VI,35. In diebus illis Teodericus Metensis episcopus et dux Heinricus, frater eius, cum conspiratoribus suis regi et suis familiaribus magnam molestiam inferens, sibi suisque successoribus inexorabile detrimentum promeruit. Quedam enim ecclesia, que extra Metensem civitatem stabat, et congregatio ibi Deo serviens, ab Slavis Deum non timentibus devastatur. Hoc dampnum rex cum iuramentis ex magna parte de sua proprietate restituens, ne quid huic simile accideret, cunctum exercitum suum cavere precepit; vineas tantum et edificia cum frumento ceterisque utilitatibus lesit Octingenta mancipia sancti Stephani propter famem et alias necessitates a patriis finibus egressa sunt, absque consensu prepositorum, c. 33. exceptis his qui cum licentia eorum abierunt. Satius esset huic eclesie, si natus non fuisset homo ille. Dedo comes interea Werenhario marchioni magnum dedecus verbis et operibus inferebat, et seminarium mali rursus excitavit, quod eum oblitum fuisse putavit. Eius enim consilio et auxilio urbs patris ipsius, que Teutonice Walmarstide dicitur, Slavonice autem Usture, eo quod Ara et Albia fluvii hic conveniunt, incensa est et depopulata. Hec ergo omnia animosum pectus egregii iuvenis commoverunt. Cumque hostem de civitate Tongeremuthe dicta, quia Tongera fluvius ibidem in Albiam cadit, equitare veraciter comperisset, Fridericum, filium patrui sui Sigefridi, cum 20 militibus armatis secum assumens, in summitate unius campi ad Mosum villam pertingentis, qua eminus aspici potuit, eum viriliter aggreditur, et mox fugientibus plus quam 40 sociis, fortiter resistentem cum Eilhardo suo milite occidit, et post hec iuste perdidit. A. Quedl. quod ipsius Dedonis instinctu prius irrationabiliter pene amiserat. Incendia multa facta sunt, ita ut homines in quo- *fol. 125'. dam vico exusti* interirent. Monasterium quoque Mogontiacense, constructum a Willigiso archi- A. Quedl. episcopo cum maximo decoris studio in honore sancti Martini, cum omnibus edificiis sibi cohcrentibus, sola veteri eclesia remanente, miserabiliter igne consumitur 3. Kal. Septembris anno regni Heinrici secundi 8. Tonitrua[a] et coruscationes hiemali tempore sepe fiebant. Sub eodem Heinrico civitas Goslaria hoc modo fertur fundata fuisse. Locum[64] hunc Heinricus II. frequentare venatus gratia consuevit; nam nemorosus erat et ursorum, cervorum caprarumque venatu insignis. Erat in eodem loco homo pauper, vite agrestis, nomine Gundelcarl, cuius tugurium rex post venationem intrare solebat; cui idem spe maioris mercedis focum et mensam preparare, cibos coquere et ei post laborem solebat offerre. Nam et reges in tali negotio servitia servulorum vel rusticorum non repudiant. Quod cum sepe faciens substantiolam suam expendisset, regem, ut servitii sui memor esset, admonuit, sibique aliquid, quo inopem vitam tueretur, concederet, quod tamen regie magnificentie conveniret. Tunc rex, *Cum oportunum*, inquit, *fuerit*, *servitii tui premia recipies.* Sed, ut solet, pauperis memoria a corde potentis cicius elapsa est. Post hec rursum rex ad prefatum locum veniens, rustici casam more suo intravit, cui ille tocius anni victum undecumque contractum expendit. Quod cum sepius fecisset et nichil ab eo consecutus fuisset, quadam die pedibus regis prosternitur, et ut aliquid mercedis consequeretur, precatur. Qui optionem quid vellet petendi illi dedit. Ille nil aliud se velle dixit, quam ut mons sibi contiguus, qui Rammesberch dicitur, in beneficium sibi daretur. Tunc rex liberalissimus, que illi magis expedirent, petere iussit. Sed ille nichil aliud se velle affirmabat, forte non ignarus, quid utilitatis mons ille sibi conferre potuisset. Tandem rex victus inportunitate hominis, montem concessit, dicens, se tamen velle, quod utiliora sibi petivisset. Nec mora, homo iam dictus Franconiam adiit — erat enim et ipse Franco —, et plures gentis sue assumens socios, locum Goslarie edificare cepit, primusque venas metallorum argenti, cupri seu plumbi ibidem repperit. Qui multis morer? Homo ille ultra modum cum suis ditatus est, multique mortales locum incolere ceperunt, resque suas, ut ab ipsis emerentur, deferre. Hoc modo forum rerum venalium quam maxime celebratum habuit inicium. Itaque, sicut fieri solet, illis ex diviciis superbia crevit, et undecumque illuc adventantes spreverunt multisque iniuriis affecerunt. Res ad principes Saxonie perlata est. Qui eis per legatos mandant, si quietam et tranquillam vitam vellent agere, cessarent illo adventantes iniuriis lacerare. Sed illi de divitiis confidentiores facti, ut consueverant, venientes illuc opprobriis affecerunt. Unde principes Saxonie conmoti, suos illo miserunt, et multos eorum necaverunt; alii vero manus furentium vix evaserunt. Sic locus ille prius ab alienigenis inhabitatus, Saxonibus cessit. Rem taliter esse gestam, ab his qui tunc fuere cognovimus; verum utrum constet an contra sit, minus conpertum habemus. Nam et montem a primis incolis illius loci Frankenesberch[65] nominatum dicunt.

fol. 126. A. d. i. 1010. Rex natale Domini Palithi celebravit, ubi Theoderico, Dedonis occisi filio, comitatum patris et omne
Thiet. VI,34. reliquum beneficium iure et hortatu regine et principum suorum dedit. Insuper et marcam, et quicquid Werinharius ex parte regis tenuit, Bernhardo, eiusdem Theoderici avunculo, concessum est. Hic erat filius Teoderici ducis et

a) tonitrua — fiebant *add. 2. in marg.*

64) Eandem prorsus narrationem, sed ad Heinricum I. relatam, ex chronico quodam Amelunxbornensi affert Engelhusius (ap. Leibnit. II. p. 1073.), sive hoc ex Annalista hauserit, sive Annalista ipse usus sit. Supra a. 922. primam urbis constructionem Heinrico I. tribuit. 65) locus postea coenobio ibi condito Frankenberg nomen dedit. P.

marchionis, qui eandem dignitatem perdidit, succedente sibi Lothario, eiusdem Werinharii patre, postquam Slavi eclesias in Branneburch et Havelbergan destruxerunt et relapsi sunt denuo ad paganismum[66]. Heinricus comes, filius Heinrici de Stathe, destruxit castrum Herseveld, quod pater suus exstruxerat[67], et fecit ex eo monasterium et congregationem canonicorum. Erat hic venerabilis comes litteratus, et in divino servicio valde studiosus, adeo ut ter se daret in proprium servum sancte Dei genitrici Marie tociensque se redimeret cum libris et reliquis ornamentis eclesiasticis[68]. Herimannus comes, filius Ekkihardi marchionis, gener Bolizlai, et Guncelinus marchio invicem dissidentes, in Saxonie regionibus inusitato more conflixerunt. Nam Guncelinus Strelam civitatem a militibus Herimanni custoditam expugnare temptans et nil proficiens, Rocholenci urbem, iuxta Mildam flumen sitam, non bene provisam, incendio consumi precepit. Quicquid tamen incommoditatis eidem comiti inferre potuit, quia semper patrui in fratrum filios seviunt, facere non distulit. Econtra Herimannus comes et Ekkihardus, frater eius, castellum quoddam iuxta Salam situm, quod Guncelinus unice dilectum sibi muris et presidio firmaverat bonisque innumerabilibus repleverat, ex inproviso circumdantes, expugnant, et divisa inter se omni illa congerie, radicitus illud deiciunt et incendio consumunt. Hec omnia ad aures regis pervenerunt. Nec mora, ipse Merseburh veniens ad ea discutienda, cum predictorum comitum sententias advertisset, culpam omnem Guncelino marchioni imputat, quia se prius in multis spreverat et de illato sibi dedecore ultorem non exspectaverat. Adiecit quoque his, quod familias multorum sepe id sibi conquerentium Iudeis vendidit, nec iussu suo has reddere mandavit, nec latrocinia a sua potestate aliquando compescere curavit. Questus est etiam, maiorem aput Bolizlaum fratrem suum gratiam habere eum hactenus quam deceret aut sibi placere deberet. Aderant ibi presentes quidam, qui cum propria vita eum esse reum maiestatis affirmare voluerunt. Inter tot querimonias et ipsius suorumque excusationes commune consilium principum a rege queritur, a quibus diu hoc secrete volventibus ita respondetur: *Scimus equidem, eum aput vestram dignitatem non esse inexcusabilem, et ut vestre pietati omni reluctatione remota tradatur, bonum nobis videtur. Misericors autem Deus vos admonere per suum spiritum dignetur, ut non qualitate sui meriti, sed quantitate vestre clementie, quam magnam esse compertum est, in eo faciatis.* Eorum itaque consilio rex benignus aspirans, eum suscepit, et Arnulfo antistiti firmiter custodiendum commisit. Misne *vero presidii continuatione ab hostibus muniens, Friderico eam ad tempus providendam commendavit. Proxima vero messe interventu regine et instinctu archiepiscopi Taginonis, cum consilio etiam et laude principum aliorum, Herimanno comiti marcham dedit. Eandem urbem interea Brun comes, frater Guncelini, ordine vicis sue custodiebat. Et ecce priori die quam Herimannus adventaret, magna Poloniorum caterva in primo dici crepusculo Albiam transgressa, usque ad portam civitatis sibi prorisse latenter accessit; sed cum facilis ei propter intus positos milites non pateret ingressus, reversa est tristis, proh dolor! illesa, nemini tamen nocens. His ductores erant duo Wenetici ex suburbio. Ili namque sanguine suo talem presumptionem merito persolverunt. Bolizlaus autem inter spem et metum sollicitus, Budizin eos expectabat, quos ubi adventantes comperit, delusum se esse, graviter sustinuit. Post hec Herimannus marchio per regalem nuntium introducitur, et debitoribus suis quicquid in eum deliquerant dextra affirmans remisit. Ansfridus episcopus Traiectensis, de cuius vita in priori libro aliqua dicta sunt[69], postquam Creatori suo humiliter obediendo divinis se mancipavit preceptis, virtutibusque enituit insignis, calcatis terrenis, inter angelicos choros eternis fruitur bonis. A natali Domini usque ad inventionem sancte crucis infirmabatur. Appropinquante iam carnis eius dissolutione, crucem in fenestra, que ibi post caligationem oculorum eius facta fuit, vidit et circumstantibus se videre manifestavit, laudans Deum et dicens: *In circuitu tuo, Domine, lumen est, quod numquam deficiet.* Tandem sacra viatici perceptione munitus, doctus tota expectatione iudicem diligere, atque, ut ita dixerim, timendo presentialiter, rennuit timere perpetualiter. Multum in sancte Dei genitricis intercessione, cui se suaque dederat, confisus, tam diu signaculo sancte crucis sese signavit, quoadusque dormiens in pace, mente simul et manu quievit. Post cuius obitum Traiectenses nudis pedibus et armatis manibus venerunt, flentes, orantes et domesticis eius dicentes: *Pro Dei nomine date nobis pastorem nostrum, quo portetur ad sue sedis tumulum.* Quocontra venerabilis abbatissa, eius videlicet filia, sacratissima, cum cappellanis et militibus respondit: *In eodem loco debet sepetiri, ubi vita presenti a Deo permissus est exui.* Prope erat, ut armati ex utraque parte periculosissime conveuire et plures vita deberent carere. Sed domna abbatissa se in medio eorum prostravit, et pacem inter illos ad momentum impetravit. Interea videbatur militibus, quod ex illa parte qua fratrum fuerant officine, ab aqua Ema nominata ad montis supercilium ipsius traherent sarcophagum. Quod dum niterentur, corpus a Traiectensibus sustollitur, et levissime, sicut ipsi testati sunt, traus aquam ducitur. Sic fortior pars militum delusa est. Post translationem corporis sacri fragrantia[a] miri odoris per viam ultra tria miliaria veracium hominum, sicut ipsi testati sunt, nares perfudit et pectora. Huic Adelboldus successit. Basilica in Vungerestorp fulmine terribiliter interiit cum sibi pertinentibus. Sed enim comete tunc vise sunt. Rex in hac estate et proxima hieme consilio et virtute pacificatis hostibus, contumelias et dampna a Bolizlavo sibi inlata ulturus, post pascha expeditionem suam atroci iussione indixit.

Thiet. VI, 36. — fol. 126'. — c. 37. — A. Quedl. — Thiet. VI, 24. — A. Hild. A. Quedl. Thiet. VI, 37.

A. d. i. 1011. Rex natalem Domini Franconevord celebravit; et in capite ieiunii Corbeiam venit; ubi Bernhardus pius dux 5. Idus Februarii obiit, et in Luniburch cenobio beati Michahelis magno exequiarum planctu sepultus, quod ipse a fundamento construxerat et in quo monachorum congregationem adunaverat. Willigisus Mogontinus archiepiscopus ad Christum migravit, in cuius locum Erkenbaldus Fuldensium abbas successit; quem Bernwardus Hildenesheimensis episcopus[b] Kal. Aprilis consecravit. Mortuo duce Bernhardo, filius eius Bernhardus in ducatu successit. Huius frater erat Thietmarus comes, qui interfectus est postmodum in duello coram Heinrico inperatore[70]. Octavo decimo die mortis supradicti ducis mortuus est Ludigerus, frater eius. Et eodem anno Hildigardis ductrix obiit; Machtildis quoque abbatissa, filia Liudolfi filii Ottonis Magni inperatoris. Pestilentia et mortalitas ubique gentium monasteria, castella et oppida devastabant. Post hec convenit exercitus regis in Belegori, quod pulcher mons dicitur, in predio Geronis marchionis; multeque miserie eidem marchioni tunc acciderunt. Nam vice amicorum iuimici ei fuerunt, exceptis dumtaxat quibusdam mancipiis, omnia consumentes, quedam etiam igne exurentes. Tunc Bernhardus

fol. 127. A. Hild. — A. Quedl. — Thiet. VI, 31.

a) flagrantia *c.* b) archiepiscopus *corr.* episcopus *c.*

66) Eadem verba v. supra a. 998. 67) v. supra a. 969. 68) cf. Albertum Stadensem a. 1144: *ter se redemit praediis, ornamentis et aliis possessionibus.* 69) cf. supra a. 995. 70) v. infra a. 1020.

Thiet. VI,38. dux et Walthardus prepositus Magadaburgensis gratia convertendi Bolizlaum precesserunt, ac nil ibi quod sibi placeret invenientes, reversi sunt. Venit etiam huc Iarimirus Boemiorum dux inclitus et regi per omnia fidelissimus. Hinc ad Liutize pagum venerunt, in cuius fronte est urbs quedam Geronstat, a Gerone, qui magnus fuit, sic vocata. Ibi tunc capti sunt duo fratres predicti ex provincia Hevellun et urbe Brandeburch, qui ut Bolizlaum contra regem instigarent ierant; sed revertentes, palam laqueum inciderunt, quem clam tetenderunt. Ili de multis interrogati, nilque de his omnibus volentes confiteri, in uno colle periere suspendio. Infirmabatur interea rex et Thagino archiepiscopus. Tunc principes angusto in pectore versabant, quid de incepta expeditione fieri deberet. Tandem decretum est ab eis, ut rex cum episcopis quibusdam et infirmiori multitudine rediret; Arnulfus autem Halberstadensis et Meinwercus Patherbrunnensis episcopi cum duce Iarimiro et marchionibus Gerone et Herimanno ceterisque compluribus Cilensi et Diedesi vastarent. Sic ergo ut decreverunt factum est. Predicti seniores cum urbem Glogowa dictam, ubi Bolizlavus erat ac eos perspicere poterat, gregatim ac loricati transirent, militum hec a muris cernentium animos provocant; moxque ducem suum, cur talia pateretur, alloquentes, sibi eos adtemptandi licentiam poscunt. Quibus ille ait: *Exercitus quem videtis numero parvus est, virtute magnus et e militibus ceteris electus. Hunc si aggrediar, sive vincam, sive superabor, in posterum depressus sum. Regi possibile est, alium exercitum itico congregare; multo melius est, vos hoc modo pacienter ferre, et alias, si*
*fol. 127. *fieri possit, absque magno nostri detrimento *his superbientibus nocere et nostras iniurias vindicare.* Sic insolens animus militum sedatur, et in hoc itinere nulla eorum voluntas in Saxonum adversitatibus saciatur. Quamvis autem crebra inundatione inbrium Saxones aliquantum tardarentur, tamen late magnum hostibus dampnum intulerunt. Tandem vastatis omnibus circumquaque iacentibus, Boemii ad sua, Saxones autem leti ad Albiam remeabant. Premissisque ad regem veredariis, se cum omni prosperitate advenire indicant. Qui iam bene convalescens, legationem istam et eos pone sequentes amicabiliter suscepit, in Mersburh ad se venientes. Archiepiscopus autem Thagino de Strela prius a rege
c. 39. divisus, sanctam Thebeorum sollempnitatem Magadaburh celebravit, et ad regem Mersburh incolumis venit. Tractatis igitur patrie laborantis plurimis necessitatibus, rex iterum occidentales regiones adiit; fluctivagos habitatorum animos
A. Quedl. sapientie freno edomans. Eodem anno 3. Kal. Augusti feria 2. luna 26. cecidit glacialis grando ingens et horrenda. Ventus ingens plurima edificia subito turbine subvertit et multa alia dampna intulit. Asico presbiter inclusus obiit.
Thiet. VI,35. Item Adhela Rome inclusa ad Christum migravit. Eodem anno rex habuit concilium in Mogontia civitate, ubi Theodericus Metensis episcopus et Heinricus dux, fratres regine, interfuerunt. Cumque omnia ibi iuxta suum placitum eis respondere non potuissent, revertebantur frati, pace tamen ad tempus facta. Et cum eos Heimo episcopus Wirdunensis et dux Theodericus, nil male sperantes, eadem via sequerentur, illi latentes in insidiis ex inproviso irruunt, et paucis effugientibus cum episcopo, interfecti sunt innumerabiles viri. Dux Theodericus graviter vulneratus, quia amicus eorum fuerat, captus abducitur, et multos dies custoditur. Post hec datis obsidibus solvitur, et ob hoc a regis gratia
Ekk. non animovetur. Eodem anno inter milites Balderici Leodicensis episcopi, eo presente, et Lambertum comitem Lovaniensem aput villam Hugardis dictam prelio conserto, episcopus, Lamberto vincente, multis suorum captis aut occisis,
A. Quedl. gravi atteritur infortunio. Fuerat hoc anno hiems insolita, pruinarum asperitate importune longa, ita ut a solis calore insolubilem multo tempore glaciem retineret ac multa hominum corpora languida redderet. Suicgerus Monasteriensis episcopus venerabilis sedens annos 16, magna infirmitate, que omnigenam virtutem perficit, gravatus, in Christo obiit 14. Kal. Decembris[a].

fol. 128. A. d. i. 1012. Rex natale Domini in Palithi festiva iocunditate celebravit. Benedictus papa VIII^us huius
Thiet. VI,39. nominis sedit annos 12. Hic Gregorio cuidam in electione prevaluit. Ob hoc ille in nativitate Domini ad regem
c. 61. in Palithi venit, cum omni apparatu apostolico, expulsionem suam lamentando omnibus innotescens[b]. Huius crucem rex in suam custodiam suscepit, et a ceteris abstineri precepit, promittens, cum ipse eo venisset, hec secundum morem
c. 39. Romanum diligenter finiri. Post hec dilectam sibi Mersburch invisit, et firmata ibi ad 5 annos pace, cum consilio paucorum urbem Liubuzuam edificari et confirmari precepit; de qua multi predixere futurum malum, quod in brevi agnitum est non falsum. Venerunt itaque missi a rege in fine mensis Ianuarii, et ibidem purificationem sancte Marie peragentes, in 14 diebus opus impositum conpleverunt, et presidio urbem munientes, redieruut. Iuxta hanc in parte aquilonari stat civitas, quam a predicta urbe una tantum vallis dividit. In hac 12 porte sunt. Hanc[c] si quis diligenter lustraverit, opus Iulii Cesaris et magnam Romanorum structuram mirabitur. Hec plus quam decem milia hominum
c. 40. capere potuisset. Minor autem, que tunc perfecta est, a primo Heinrico usque ad illud tempus vacua steterat. Peracta in civitate Bavenbergensi maiori eclesia, cum natalicius dies regis instaret et 35us iam inciperet annus, pridie Nonas Maii omnis senatus ad dedicationem illius aule congregatur, et hec sponsa Christi per manus Iohannis patriarche Aquileiensis et aliorum 36 episcoporum consecratur; que, ut summo regi decuit, in omnibus ornata fuit. Post hec sinodus fit ibidem magna, in qua Gebehardus Ratisponensis episcopus ab archiepiscopo suo arguitur, et Metensis presul Theodericus a rege increpatur, quod in epistola sua iniuste hunc ad papam accusaret. Hec omnia et multa alia consilio pru-
c. 41. denti finita sunt. Rex[d], omnibus in orientali Francia dispositis, pentecosten in Mersburh celebravit, atque in primo mane ipsius diei archiepiscopus Thagino infirmari cepit et missam canere non potuit. Tunc iussus est Thietmarus eiusdem urbis episcopus huic officio succedere. Postera die archiepiscopus ad modicum convaluit, et ad regem ambulans, se multum commovit, atque in tantum tardatus est, ut per se nichil amplius posset. Accersitoque Sigefrido abbate, fratre Thietmari episcopi, et Erico Havelbergensi episcopo, peccatorum confessionem his fecit. Cumque abire vellet, iuxta caminatam regis solio suo portatur, et dormientem regem alloquitur: *Gratias tibi condignas, domine mi, referat omnipotens Deus de cunctis miserationibus tuis, quibus me peregrinum hactenus visitasti et consolatus es.* Tunc ad eclesiam veniens, missam audivit, presentes ipse benedicens. Inde portatus ad navim, Ivicanstein deductus est. Ibi sabbato requiescens, die dominica iuxta urbem suam Spuzni vocatam navigio venit. In secunda feria cum in ipso itinere iam pene defecisset, Walthardum prepositum vocavit, eiusque fidei se suosque committens, 5. Idus Iunii ad Christum, quem semper amavit, letus abiit. Fit oratio a confratribus cum intermixtis fletibus, et Bodo miles hec ei indicare ad regem mittitur. Corpus autem ipso die ad Frasam venit, ubi sacerdotali veste preparatum, ad sedem suam transfertur, et cum ingenti tristicia
c. 42. suscipitur. Rex, audita morte archiepiscopi, misit Ericum Havelbergensem episcopum ad fratres, precipiens, ut electio
*fol. 128'. non fieret, sed tantum consensus *unanimis, et hic ei indicaretur. Illi autem, ne perderent quod ab antecessoribus regis acceperant, concorditer elegerunt cum episcopis suffraganeis Eido, Wigone, Erico, Thietmaro, Walthardum prepositum, et miserunt Redingum custodem eclesie ad regem, ut memor Domini et antique promissionis, familiam[e] sancti Mauricii
c. 43. orbatam tanto patre consolari voluisset. Corpus autem archiepiscopi benedictum usque ad locum sepulcri cum cantu et planctu defertur, ac positum est in occidentali parte in choro, quam ipse fecit et consecravit, et in se, quamdiu vixit,

a) *dimidia fere columna vacua exstat.* b) intotescens *c.* c) Hac *c.* d) ex *c. littera initiali omissa.* e) ut f. *c.*

rogavit, coram altari sepeliri, ubi et lacrimabiles sepe effudit orationes. Sed Walthardus locum hunc in quo nunc pau- Thietm. l. l.
sat, quia non erat dedicatus, anime salubrem et introeuntibus cunctis conspicabilem, dilecto suo seniori providit. Erat hic archiepiscopus iustus et timoratus ac mire caritatis, largus et fidelis, castus ac mitis, prudens et stabilis, canonicus habitu, sed monachus in omni conversatione sua. Vicia omnium ob meliorationem aspere carpebat, bona quequc laudans. Non fuit aput modernos ullus pastor, qui fratribus suis familiarior esset; hos amavit, hos coram populis laudavit regibusque et principibus. Primo ordinationis sue anno templum Domino edificare cepit. Presbiteris et diaconibus vestitum 8 siclis, subdiaconibus autem et infantibus 4 adauxit. Nisi infirmitas obsisteret, omni die missam et psalterium cantavit. Et quia ob lassitudinem ieiunare non potuit, hoc elemosinarum multitudine redemit. In vigiliis supra modum laborabat. Nobiles genere et moribus amavit; ignobiles autem non contempsit, sed in familiaritate non habuit. Omnia sibi divinitus commissa excolebat et lucrari contendebat; antequam divinum perageret ministerium, serius fuit; quo peracto, omnibus hilarem se prebebat, et sepe cum suis kirieleyson canebat. Arnaburch et Frasam ac Pretim urbes cum curte una, que Esiconis fuit comitis, sue adquisivit eclesie. Apparatum episcopalem satis egregium et affluentem congregavit. Sedit annos 8, menses 4, dies 8. Eodem die Vungerus Posnaniensis episcopus 30. ordinationis sue anno obiit[a]. Redingus c 44.
autem ad regem veniens, legationem suppliciter profert, et, quamvis arduc, desiderata impetrat, ac Walthardum prepositum per internuntium vocat. Qui in exequiis dilecti senioris sui studiosus, iam viginti talenta excepto victu distribuerat. Ergo profectus a Magdaburh, in sabbato Gronam venit, comitante Thietmaro Mersburgensi episcopo cum ceteris confratribus, et mox in presentiam regis venientes, et misericorditer suscepti, rege pauca pro tempore locuto, ad hospicium ire sunt permissi. Nam extra urbem[b] hospitati erant iuxta lucum eclesie[c] sancti Alexandri. Crastino erat dies dominica et festivitas sancti martiris Viti. Tunc, audita missa, vocati sunt ad regem, solusque intromittitur Walthardus, et usque ad terciam horam soli colloquebantur. Deinde omnes in presentiam venientes, examinatione regis, ipso cum primitus eligente, in patrem elegerunt, et optimi quique aspirabant. Accepto a rege baculo, et sacramento regie potestati exhibito, introductus est in eclesiam et laus a presentibus Deo canitur[d]. Rex generum suum, hoc est regine fratrem, iterum cum exercitu petere volens, cum presentibus principibus, qualiter Bolizlaus ab eis invaderetur, tractavit. Hec omnia novo* archiepiscopo suasque curias in Saxonia positas commendavit. In proximo sabbato Arnulfus Halber- *fol. 129.
stadensis episcopus iussu[e] regis archiepiscopum intronizavit, et uterque cum honore et iocunditate susceptus est. Postera die unctus est ab Eido Misnensis eclesie venerabili episcopo cum adiutorio fratrum suorum Wigonis Brandeburgensis, Hilliwardi Cicensis, Erici Havelbergensis ac Thietmari Mersburgensis. Adiuvit etiam eos Arnulfus presul. Tunc Redingus ab archiepiscopo constitutus est in prepositum cum communi electione fratrum. Interim a Bolizlai nuntiis roga- c 45.
tus, Ziciani causa pacem faciendi venit; ubi magnifice susceptus, duas noctes mansit, nilque proficiens, cum muneribus magnis revertitur. Adfuit mox expedicionis statuta dies, id est 9. Kal. Augusti, et exercitus iuxta locum qui dicitur Zribenz convenit, et sic sursum usque prope Belegori ascendit. Tunc visum est principibus, non esse bonum, perfici iter inceptum, sed optimis marcam firmari presidiis. In consequenti nocte archiepiscopus capite nimis infirmatur, et quia inventio protomartiris Stephani tunc fuit, missam cantavit, proh dolor! ultimam. Quinta die Ivicanstein veniens, Bernwardum Hildinsheimensem[f] episcopum benedictionis et, cuius peritus fuit, curationis causa vocavit. Erat quoque ibi Fridericus, frater Dedonis comitis, et Eid Misnensis episcopus, multum pro eo in oratione continua laborans. Venerunt etiam adhuc eo vivente Arnulfus et Hilliwardus cum Meinwerco, Erico et Thietmaro coepiscopis. Omnes ei indulgentiam faciebant; Thietmarus autem unxit eum oleo sanctificato. Qui, cum iam finis adesset, videns ad levam aliquid quod sibi displiceret, signo crucis dextra potenter se muniit, et aversus corpore et vultu, contraxit faciem quasi ploraturus, et mox remisit letus. Iamque semianimem a lecto elevaverunt ac tapeto superposuerunt. Accensisque luminaribus, vocatur Thietmarus episcopus; iamque stola induto crux sancta fuit pectori superposita, in manibus cinerem et subtus cilicium habebat, ut Eid episcopus monstrabat. Et cum sol die iam mediante declinaret, adhibito incenso, 2. Idus Augusti transiit anima eius ad Creatorem unde erat. Post hec solutis visceribus et intra eclesiam et caminatam sepultis, corpus preparatur et altari presentatur[g]. Factaque pro defunctis memoria, corpus ad Conri eodem die, crastino ad villam iuxta montem sancti Iohannis sitam defertur. Adfuit ibi flens omnis clerus et Iudeorum pars magna et, quorum pater erat, orphanorum multitudo lamentantium, amici quoque cum hereditariis omnibus cum luctu corpus suscipiunt. Mox con- c. 46.
fratres, excepto Bennone, conservande electionis gratia Theodericum elegerunt, licet ob iuventutem electionem in eo impleri diffiderent. Vesperi Arnulfus episcopus venit. Crastino tumulatur corpus ad dextram antecessoris in australi manica in vigilia assumptionis sancte Marie. Fuit hic homo timoratus, bene morigeratus, pollebat gemina[h] dilectione summaque religione, creber in vigiliis, orabat cum lacrimis, largus in elemosinis, opem ferens miseris. Sciebat hec omnia in se compleri debere, sed speravit in maiori tempore. Sarcophagum magnum ad includendas sanctorum reliquias fecit de argento. Eclesiam rotundam post incendium magnum illius civitatis dilapsam a fundamento erexit, ibique canonicorum congregationem facere proposuit. Non fuit hic verbosus, sed conscientie secreto congruis manifestanda declarabat. Librorum copiam et sacerdotalem apparatum cum plurimis* secularia respicientibus [contraxit[i]], que in eius *fol. 129'.
fine multorum inutiles manus distraxerunt. Sedit 7 ebdomadas et 2 dies. Rex Metensem urbem obsedit, donec iusti- Ekk.
cia mediante pax inter eos convenit. Regina autem, ut primum hec omnia comperit, per Gezonem pincernam sunm Thiet. VI, 46.
regi iuxta Metensem urbem cum exercitu sedenti nuntiavit. Qui vehementer admiratus et de singulis requirens per eundem, ut regnum ipsa procuraret usque ad suum adventum, ei celeriter demandavit. Bolizlaus interea de morte archi- c. 48.
episcopi certus, congregato exercitu, Libuzuam, de qua supra diximus, quia sciebat ob inundationem Albie nullum a Saxonibus auxilium advenire posse, obsedit. Hortatusque milites, accessit, et defensores ad modicum restiterunt. Magnam enim hanc urbem mille tantum homines tuebantur, cui vix tria milia suppeterent. Bolizlaus interim ad prandium sedebat, et satellites suos victores letus cernebat. Porta aperitur, et multorum sanguis effunditur. Capiuntur ex eis optimi Guncelinus et Wiso et urbis infelix custos Isich vulneratus. Hic namque urbem, quamcumque umquam tuendam accepit, non ignavia sui, sed infortunio semper amisit. Omnes in presentiam superbi triumphatoris ducuntur, cuius iussu ad custodiendum mox abducuntur. Ex suis tamen sociis non minus quam quingentos amisit. Divisa ergo immani preda, et urbe incensa, 13. Kal. Septembris victrix turba cum duce letissima rediit. Regina Mersburh manens, ab internuntiis festine comperit c. 49.
hec omnia, iussitque comprovinciales iuxta Mildam congregatos sedere et usque ad adventum regis patriam tueri. Rex ab expeditione occidentali reversus, Geronem suum archiepiscopum facere conatur. Cui presul Ericus legationem pro Theoderico electo aperiens, non exauditur. Theodericus autem Gronam vocatus venit, et a rege per manus suscipitur, et in vice Geronis deinceps habetur. In natale sancti Mathei Sehusen venit. Postera die Magadaburh venit, et in refectorio fratres omnes convenire fecit. Ibi regis petitione, et salva in posterum electione, Gero communiter eligitur. Itaque in eclesia se primum

a) *deest c.* b) ubem *c.* c) eclā *c.* d) *c. pergit* Quem Arnulf *haec vero relinquens alia addit.* e) inssus *c.*
f) hidinsheimensem *c.* g) preparatur *c.* h) p. g. pollebat *c.* i) *deest c*

Thietm. l. l. altari tradens et communio[a] fratrum 10 mansis adquirens, baculum pastoralem a rege accepit. Mox intronizatus ab Eido episcopo unctus est, coepiscopis cum adiuvantibus. Rex inde Mersburh veniens, diu ibi manebat, et procurationem regni cum summis tractabat. Erluvinus Cameracensis episcopus[b] obiit. Conradus quoque et Herimannus puer,
A. Quedl. egregii duces, obierunt. Hoc anno quadragesimali tempore monacho cuidam in extasi rapto ostensa est visio mirabi-
Thietm l. l. lis; quam interim dum ipse loquebatur, presentes scripto notaverunt, et pro maximo habetur miraculo. Que quantum
A. Quedl. terribilis inpiis, tantum laudabilis predicatur piis. In quadam villa Saxonie Suevie, Cokstiden nomine, nati sunt gemini fratres cum dentibus os habentes quasi auce, alter vero dextrum brachium dimidium quasi ala auce. Tercia die nativi-
Thietm. l. l. tatis dicuntur inter se risisse, quos civili consensu contigit mori; quia diu eos vivere omnibus erat timori. In Frantia
71 quidam miles dum bona sancti Clementis Budineveldun[c. 71] per vim raperet et iusticiam inde facere nollet, una dierum ab innumerabilibus muribus intra cubiculum impugnatur. Qui[d] primum fuste arrepto eos prohibere temptans, posteaque evaginato ense eos aggressus, sed nil omnino proficiens, arca quadam, ut ipse rogavit, inclusus, in medium fune suspenditur. Cumque plaga exterius sedaretur, iamque liber solvi debuisset, intus ab aliis usque ad mortem corro-
Thiet. VI,50. sus iuvenitur. Interea Iarimirus dux Boemiorum regis gratiam suppliciter petens, pro misericordia et restitutione exilium et custodiam Atbelboldi presulis, Ansfridi successoris, accepit. Qui pro inmensa cede Bawariorum ad Bolizlaum sine licentia[e] regis ac sua cum muneribus tendentium et truciditatione ibidem sibi commissorum, et non aliqua regis infidelitate, hanc ultionem meruit. Hoc regis inimici audientes, irriserunt, provintiales autem ut sibi futurum timuerunt. Postea Odelricus, frater eius, Mersburh venit a rege vocatus, et regnum, quod iniuste usurpaverat, gratuito
A. Quedl. munere suscepit. Eadem tempestate a piratis magna vastatio facta est in partibus aquilonis provintia Unna, multisque
Thietm. l. l. interfectis et captis incensisque omnibus, pauci nudi evaserunt. Quo tempore inundante Danubio et stagnante Rheno[f], ita ineffabilis populi ac pecoris edificiorumque et silvarum impetu erutarum multitudo periit, ut habitatores illarum
A. Quedl. partium sua vel antecessorum memoria id numquam accidisse firmarent. Terre motus quoque per loca fiebant, et ingens
Thiet. VI,51. commotio aeris cum tonitru et fulgure. Rex a Mersburh navigio Arneburh venit, et cum Slavis confluentibus multa
A. Quedl. discutiens, rediit, et omnium sanctorum festa in Helmanstidi celebravit; deinde ad occidentales abiit regiones. Post festum sancti Martini Confluentie siuodum babuit, Theodericum Metensem episcopum ceterosque suos rebelles causa
Thiet. VI,53. dampnandi, si nollent converti. Quod regis decretum illi aliquantulum timentes, legatos de pace miserunt. In eodem
A. Quedl. concilio ab omnibus adsidentibus episcopis Teoderico interdictum est, ut ante purgationem missam non celebraret. Rex recenti iuiuria saucius, pacem poscentibus per omnia non satisfecit; tamen Mogontie se videndi licentiam dedit. Quo quidam ex illis venire neglexerunt; alii regio imperio parentes, sine securitate suspensi adhuc redierunt. Expulsio
Thiet. VI,51. Iudeorum a rege facta est Mogontie et quorundam hereticorum refutata est insania. Liudgard, uxor Wernharii marchionis, mortua et Wallebike sepulta, a viro suo multum defletur. Ipsa enim fuit vite eius et anime et rerum diligens custodia. Divino quoque famulatui insudans, ieiuniis in frigore et oratione continua [peractis[g]] magis pro illo quam
A. Hild. pro se, ab hostium insidiis eum hactenus protegebat. Godebardus, relicta[h] Hersfeldensi[i] abbatia, remeavit ad Altaha.
fol. 130. A. d. i. 1013. Rex natale Domini iu Palithi festivis peregit gaudiis. Duc lucerne ardentes mundo subtracte
Thiet. VI, 53. A. Quedl. [reconduntur[k]] celo, Lievizo archiepiscopus Bremensis et Wonleph presbiter et solitarius. Archiepiscopus namque vi febrium detentus, cum laboris sui[l] premium morte imminente a Deo speraret, ut erat nimie caritatis, providebat suis portum salutis. Erat inter ceteros clericos Otto quidam ei specialius familiaris. Quem nobiliter episcopatu dignissimum esse predicans, ipse primus in boc opus elegit; deinde cleri ac populi uuanimiter acclamantis eadem vota persensit,
cf. Adam. II, 32. ac sic letus obdormivit in Christo 2. Nonas Februar. Erat hic[m] unus ex eorum numero quos ut nubes et quasi columThiet. VI,53. bas ad suas fenestras volare propbeta miratur. Ipse enim ob vigiliarum et ieiunii assiduitatem, dum adbuc valeret, quasi mortuus ignotis videbatur. Ad altare Domini sine oblationibus numquam accessit; assiduus erat populi monitor et omnibus arridens, hilaris dator. Suis precibus aput Deum meruit, quod inter continuas[n] incursiones furentium pira-
VI, 54. tarum sedes sua[o] intacta permansit. Rex interea de Alctide[p] discedens, postquam epiphaniam Domini celebravit, et Bolizlavi nuntios, pacem poscentes et confirmationem cum filio eiusdem Mesicone fieri promittentes, audivit, ibique Lievizonis obitum conperit, recordationem eius summopere faciens. Post hec purificationem sancte Marie in Magadaburh celebravit, et in ipsa die predictus Otto, clericis ac laicis comitantibus, supplex venit, et regis gratiam ad completionem electionis per fidos intercessores postulavit. Quos rex nullateuus audivit, sed cappellano suo Unwano cum laude advenientium, etsi non spontanea, archiepiscopatum dedit, Ottonem per manus suscipiens et promissa sibi pietate demulcens. Tunc iussu regis in presentia eiusdem a Gerone archipresule et auxilio episcoporum Ekkibardi et Thurgati
Ad. schol. 35. Unwanus ungitur. Hic archiepiscopus in plerisque pasche festivitatibus septem episcopos secum habuit, insuper abbates,
Thiet. l. l. nec minus ducem et aliquos huius provincie comites, magno honore singulos amplectens. Interpositis paucis diebus, Miseco, Bolizlai filius, cum magnis muneribus veniens, regis miles efficitur et fidem sacramentis firmat. Dehinc cum
A. Hild. honore magno remittitur, et ut iterum veniat delectatur. Principale templum Hildinsheimensis eclesie, diabolo insidiante, per noctem igne succensum, sed solo divine miserationis subsidio velociter est extinctum. Sed boc nobis restat
Thiet. l. l. lugendum, quia in eodem incendio cum preciosissimo missali ornamento inmensa periit copia librorum 12. Kal. Februarii. Interea pervenit ad aures regis, quod Wernbarius, Lotharii filius, cum Ekkihardo, Herimanni marcbionis fratre, ad Bolizlaum sine sui licentia pergerent, ibique multa sue gratie contraria loquerentur, eiusque sepe nuntios in secreto haberent. Hec omnia rex graviter suscipiens, utrosque in sui presentiam venire iussit, Qui cum venire non auderent, conprehensis omnibus eorum bonis, quod regie potestati resisterent, diffamantur. Tandem Werinharius gratiam et incolatum cum predio suo et auro multo comparavit. Ekkihardus vero longe post cum fideli interventu revertitur.
A. Hild. Wanlief beremita verus Israhelita 15. Kal. Aprilis in Domino obdormivit. Cristianus Pataviensis episcopus obiit; cui
A. Quedl. Thiet. VI,55. Beringerus, eiusdem loci decanus, successit. Obiit quoque Ekwardus presbiter et monachus in claustris. Rex in
*fol. 130'. quadragesima Werlu *veniens, diu colica passione laborans infirmatur, et multa sibi per visionem monstrata sunt.
A. Quedl. Statuerat autem, sanctum pascha se Aquisgrani acturum; quod repentina infirmitas distulit; que divinitus tantum ei
Thietm. l. l. timorem incussit, ut alios diguitate exutos, alios gratie sue dulcedine privatos remittendo priori redderet loco. Sed lacrimis et orationibus multorum convalescens, quia ad predestinatum locum pervenire non potuit, paschale festum

a) *ita c.* b) *Sequentia artius in folii fine et inferiori margine scripta.* c) *ita in cod. 2. Thietmari super lineam scriptum est.* d) Qu *c.* e) licentiam *c.* f) rhero *c.* g) *deest c.* h) relecta *c.* i) herfeldensi *c.* k) *deest c.* l) su *c.* m) Rex de hic *c.* n) contínas *c.* o) suas *c.* p) aletide *c. hic et infra, sed alibi semper fere* alestide *pro* altstide *scribit.*

71) Bodenfelde ad Wiseram intelligi videtur; sed de alio loco sermonem esse, ostendunt Ann. Quedlinburg., qui haec in Francia non longe a Colonia factum asserunt.

Patherbrunne cum Meinwerco episcopo celebravit; quod eatenus regibus fuit insolitum. Tempestatis valide horrida tenebrositas homines[a] subito perterruit, quam fragor et ignis subsequuntur, et in locis quibusdam eclesias subvertentes, multa alia dampna commoverunt, Idus Mai, luna 1, feria 6. Rex pentecosten Mersburh celebravit. In cuius vigilia Bolizlaus cum securitate obsidum quos secum detinuit eo venit, cum apparatu diversorum munerum, et optime susceptus est. In sancto die manibus applicatis miles regis efficitur, et post sacramenta regi ad eclesiam ornato incedenti armiger habetur. In secunda feria regem et reginam magnis muneribus oblatis placavit. Ipse vero regia largitate his maiora et meliora cum beneficio diu desiderato suscepit, et obsides cum honore et leticia remisit. Post hec Rusciam, Teutonicis auxiliantibus, Bolizlaus petiit, et magna regionis illius parte vastata, cum conmotio inter suos et hospites Pezineigos fieret, eos, quamvis sui essent fautores, iussit omnes interfici. Regnabat in bac terra Wlademirus. Hie duxerat a Grecia uxorem Helenam, tercio Ottoni desponsatam, sed ei fraudulenta calliditate subtractam. Cuius hortatu christianitatis fidem suscepit, sed eam iustis operibus non ornavit. Erat enim fornicator inmensus et crudelis, magnam vim Danais imbellibus inferens. Tres vero habens filios, uni eorum Bolizlai ducis filiam in matrimonium iunxit. Cum qua missus est a Polonia Reinbertus presul Salsecolbergensis. Qui in pago Hasegun dicto natus liberalique scientia a prudentibus magistris doctus, gradum episcopalem dignus ascenderat. Nam fana idolorum destruens incendit, et mare demonibus sacratum, immissis quatuor lapidibus sacro crismate perunctis, et aquam spargens benedictam[b], novam Domino propaginem in iufructuosa arbore, id est in populo nimis insulso, sancta predicatione eduxit. Vigiliarum et abstinentie ac silentii assiduitate corpus suum affligens, cor ad speculum divine contemplationis infixit; quem predictus rex, audiens filium suum hortatu Bolizlai clam velle sibi repugnare, conprehendit cum filio proprio et uxore eius et in singulari custodia clausit. Ubi cum se lacrimis assidueque orationis ex contrito corde prolate hostia summo sacerdoti reconciliaret, ex arto corporis carcere solutus, ad libertatem perennis glorie gaudens trausiit. Bolizlaus autem hec omnia conperiens, in quantum potuit, vindicare non destitit. Post hec rex ille pleuus dierum obiit, integritatem hereditatis sue duobus filiis reliquens, tercio adhuc in carcere posito; qui postea elapsus, coniuge ibidem relicta, ad socerum fugit. Predictus rex lumbare venereum habuit, innate fragilitatis augmentum; sed Cbristus cum lumbos precingi iuberet[c], continentiam et non aliquod provocamen innotuit. Sed quia idem rex a suis *predicatoribus de lucerna ardente audivit, peracti criminis maculam assidua elemosinarum largitate detersit. Cumque diu regnum illud[d] tenuisset, decrepite iam etatis obiit, sepultus in civitate magna Cuiewa iuxta Helenam coniugem suam in eclesia Christi martiris Clementis, sarcophagis eorum in medio templi stantibus. Rex sapiens Heinricus, stultorum forsitan depravatus consilio, Fuldensis monasterii bona miserabiliter diripuit, dum sibi fratrum vita displicuit; data occasione corrigendi, invaluit potestas destruendi. Branhago eiusdem cenobii abbas deponitur, et succedente sibi Poppone Lauresheimensi tunc pastore, hoc monasterium, fratribus late discedentibus, proh dolor! a priori statu mutatur. Conmotio aeris valida hoc anno fiebat, ut in plurimis locis edificia ruerent et res quedam preciose a fulmine interirent. In civitate Bernhardi ducis Luniburch dicta horribilis hiatus terre patuit, ipsi templo minas ruendi prebens et incolis timore perterritis spem effugii ad tempus auferens. Eodem anno Arnulfus Halberstadensis antistes Gerenrothe a venerabili eiusdem loci abbatissa Hathwi ad festivitatem Cbristi martiris Ciriaci invitatus venit, et in die sancto cum post missam de eclesia ambularet, vidit clericum quendam accipitrem in manu tenentem, et zelo commotus, eundem per brachium apprebendit, et secum duxit, non ut puniretur, sed verbis mansuetis corriperetur. Fama volans Geronis marchionis satellites congregat, quorum primus Hugal nomine ad episcopum veniens, cur dominum suum sic inhonorare voluisset, interrogat. Et antistes inquit: *Quid feci? Vidi abhominationem Christi, que quia in meo facta est episcopatu, sustinere non potui. Nil mali factum est. Ponamus diem vobis placitam, si a communibus amicis culpabilis invenior, digna emendatione restituo.* At ille prosequitur, dicens: *Non sic esse[e] debet, nec fieri ita valet. Hodie aut sacramentis vos expurgate, aut domno meo et nobis dignam emendationem promittite.* Ad hec presul infit: *Sancta soltempnitas me iurare prohibet et vos illud suscipere, multumque est miserabile, quod iusticia michi soli a vobis denegatur.* Post hec ille iratus egreditur, et milites armati ignorante marchione glomerantur. Cumque iam episcopus eenare vellet, videt omnes appropinquantes, et domus in qua fuit firmiter obseratur et munitur. Cumque eam impugnare voluissent, dictum est illis pro vero, quod episcopus alia via declinans, ibidem non inveniretur. Itaque in monasterio et in claustro queritur, et sine dedecore latens atque hec omnia cernens, nullatenus invenitur. Tandem sedato furore, illi ad hospicium pergunt, et domum suam tristes revisunt. Convocatis postera luce militibus suis, episcopus ad propriam remeavit sedem, abbatissamque nimis flentem consolatur. Rex hec omnia conperiens, bos conspiratores sibi presentari precepit. Quem cum marchio predictus nimis iratum cerneret, per internuntios eum placare nititur. Quos rex ea ratione audivit, ut prius 300 pondera talentorum episcopali dicioni solverent, et quia in hoc facto culpabiliores deputarentur, aut sacramento 11 amicorum suorum expurgarent, aut secundum canonicam auctoritatem ei satisfacerent. Facta itaque inter eos mutua pace, post pascha inducie ponuntur. Huc utrorumque *amici conveniunt, et episcopus in occidentali monasterii parte venit, sedens in solio summi gradus. Ibi solus marchio iuramento satis credibili expurgat, satellites vero sui more penitentium de manu predicti antistitis singulariter suscipiunt ea ratione ieiunium, ut si quando admonerentur, onus subirent inpositum. Hoc tempore Odelricus Boemiorum dux Bosionem, inclitum suum militem, ceterosque conplures interfici precepit; eo quod eos fratrem suum exulem a falsis criminationibus adiuvare audierit, ut omnes caute in his cladibus diseerent, qualiter sibi in futurum precavere debuissent. Boemii quoudam, regnante Zuentepulcho, principes vicinarum gentium fuere. Huic census multo tempore vel annis solvebatur, et hic in regione sua Marierim dicta episcopos habuit; que omnia hic et eius successores propter sui arrogantiam perdiderunt. Sine maximo timore in his provinciis nemo dominatur, quia, pura caritate inde exclusa, regnat ibi periurium cum fraude socia. Rex ad occidentis regiones pergens, iter suum in Langobardiam disposuit, et iterum Mersburb repedavit, et inde 11. Kal. Octobris discedens, per Bawariorum fines atque Suevorum transivit. Mox inundatio nimia facta est aquarum, multa dampna inferens, 19. Kal. Ianuarii, luna 9, feria 3. Quod rex parvipendens, iter quod ceperat peregit. Ad quem exercitus undique[f] confluxit, et bene iuvantium voluntas patuit. Ad supplementum huius itineris Bolizlaus antea invitatus, nil aspiravit, et in bene promissis solito mendax apparuit. Insuper antea domno pape questus est per epistolam, quod sibi non liceret propter latentes regis insidias promissum censum principi apostolorum persolvere. Tum missis eo tacite nuntiis rimatur, quomodo rex in his partibus haberetur, quoscumque potuit ab eius gratia per eosdem ammovere conatus. Tantus huic impio respectus Dei erat; sic piorum interventum quesivit; ita cluebat militis incliti firma fides, et de sacramentis terribilibus adeo curavit. Inter hec scelera cum se peccasse graviter aut ipse sentiebat, aut aliqua fideli castigatione perpendebat, canones proferri, qualiterque id debeat emendari, queri faciebat, et secundum hec scripta scelus commissum purgare contendebat. Sed maior erat illi consuetudo pernitiose peccandi, quam in salutari penitentia perdurandi. Huius conpar et quasi collega

Thietm. l. l. A. Quedl. Thietm. l. l. Th. VII, 52. *fol. 131. A. Quedl. Thiet. VI, 56. A. Quedl. Thiet. VI, 59. c. 60. *fol. 131'. c. 56. A. Quedl. Thietm. l. l. c. 57.

a) *bis scriptum c.* b) benedicta *c.* c) iubere? *c.* d) d. r. i. diu *c.* e) esset *c.* f) *bis scriptum c.*

Thietm. l. l. Hartwigus a Langobardis falso rex appellatus, adventum magni regis et potentiam exercitus doluit, et suis viribus huic ad nocendum diffidens, in castelli cuiusdam municionem se protinus recepit, hoc solum ingemiscens, quod rex vocatus ad maiorem honorem tunc accessit. Itaque post longam animi estuantis deliberationem, legatos ad regem misit, qui comitatum quendam dari sibi peterent et coronam suam cum filiis ei redditurum veraciter promitterent. Quod quia, consilio quorundam consentiens, rex facere noluit, ad magnum suis familiaribus dampnum id provenire, postea persen- 5
Th. VII, 50. sit. Huius Heinrici temporibus Rome in una ecclesia in dextra parte altaris ab uno foramine pavimenti per integrum diem, multis cernentibus, oleum manavit. De quo Iohannes, Crescentii filius, ampullam plenam regi transmisit. Hic Iohannes, apostolice sedis destructor, muneribus suis et promissionibus phaleratis regem in palam honorificavit, sed
*fol. 132. imperatorie *dignitatis fastigium eum ascendere multum timuit, omnimodisque id prohibere clam temptavit. Rex enim erat zelo Dei fervens, et ecclesiarum predationes fortis armatus ubique vindicabat, et omnibus iuste iudicabat. Ille vero 10
terrenus natura et actibus cenulenta voragine traxit in predam, quod multorum devota manus ad aram apostolorum concesserat.

A. Quedl. A. d. i. 1014. Rex Heinricus natale Domini Papie honorifice celebravit. Item diluvium fuit. Rex Ravennam properans, habita sinodo, Arnoldum fratrem suum, episcopali dignitate prius donatum, et quorundam vi redire coactum, auctoritate pape ac cuncti senatus consilio revocat, eumque archipresulem digno honore stabilivit; deinde Romam venit. 15
It obviam tota civitas, licet dissono voto, tamen, ut par erat, suo domino, dant laudum precouia, extollentes ad sidera.
Thiet. VII, 1. Anno regni sui 13° 6. Kal. Martii, die dominica, Heinricus rex inclitus, 12 senatoribus vallatus, quorum sex rasi barba, ceteri prolixa cum baculis mistice incedebant, cum regina Cunigunda ad ecclesiam venit sancti Petri, clero et populo expectante. Antequam ab apostolico introduceretur, interrogatur ab eo, si Romane ecclesie patronus et defensor, sibi autem et suis successoribus per omnia fidelis esse vellet. At ille devota professione, id se facturum, respondit, et sic 20
ab eo unctionem imperialem et coronam cum coniuge sua suscepit. Priorem autem coronam super altare principis apostolorum suspendi precepit. Eodem die papa eis cenam copiosam Lateranis fecit. In octava vero die inter Romanos et Teutonicos in ponte Tiberino magna contentio oritur, et utrimque multi corruerunt; tandem nox eos diremit. Huius rei auctores tres germani extiterunt, Hugo, Hezil et Ezelinus, qui capti sunt et in custodia detenti. E quibus unus in
c. 2. his partibus evasit, secundus ad Fulduª ductus est, tercius autem in castello Givikinstein diu servatus. Arnoldum fratrem 25
suum inperator ab apostolico consecrari fecit. Supplantatorem autem eius Adelbertum, iniuste diu ibi sedentem, primo degradare voluit, sed assidua piorum intercessione devictus, Aricine prefecit ecclesie. In Ravenna duos et Rome totidem sinodali iudicio papa deposuit, ab archiepiscopo Leone iam muto consecratos. Sanctorum patrum instituta, diu in his partibus neglecta, cum excommunicatione redintegrata renovantur. Prohibent namque canones, ut ante 25 annos
c. 3. diaconus, presbiter autem et episcopus ante 30 annos aliquis nullatenus ordinetur. Inperator dominicam resurrectionem 30
in Papia celebrans, instabilem mentem Langobardorum caritate cunctis exhibita firmabat. Dehinc sedatis cunctis tumultibus, reversus est ab Italia. Ob id Hartwigus admodum gavisus, Vercellensem civitatem invasit, Leone eius episcopo
A. Quedl. vix effugiente. Omnem hanc civitatem conprehendens, iterum superbire cepit. Multi quoque obsides et alii Romanorum
Thiet. VII, 3. custodie traditi, inperatore redeunte, callide fugam inierunt, violantes pacem et belli rursus consilia captantes. Inperator episcopatum in Bobia civitate, ubi confessores inclyti Columbanus et Attala corporaliter requiescunt, quod erat 35
tercium ornamentum devotionis ipsius, communi consilio et licentia comprovincialium episcoporum construxit. Post
*fol. 132. hec cum magna gloria Alpinas difficultates superavit, et *nostre regionis serenitatem adiit, et peutecosten Bavenberch
A. Hild. festive peregit; ubi privilegia eiusdem loci iussit inscribi, firmata sigillo sue auctoritatis et iure apostolico Romani pon-
Thiet. VII, 4. tificis. Karolus comes, filius Riedagi marchionis, obiit 4. Kal. Maii. Qui omne suum beneficium turgida inflatione
iniuste accusantium et nulla sui culpa prius amiserat, et illatum facinus equanimiter toleraverat. Eodem die Machtildis 40
nobilis virgo, que in saltu Geronis cum domna Hathwi abbatissa iure consanguinitatis nutriebatur, animam exalavit. Quam quia sibi successuram venerabilis matrona semper optavit, insolabili merore flevit. Quam sibi proximo mense Iulio 4. Nonas eiusdem mensis subsecuta est. De cuius laudabili vita quedam perstringendab sunt. Hec erat Machtildis regine inclite neptis et in tercio decimo etatis sue anno Sigefrido, Geronis marchionis filio, nupserat, et ei per 7
tantum annos couiuncta fuit. Post cuius excessum ob Dei amorem et mariti solacium sacrum velamen a Bernhardo 45
Halberstadensi antistite et mox consecrationem suscepit, ut dictum est. Sedit vero 55 annos, tam assidua in Dei servicio ut Anna viduæ, et tante largitatis ut Sareptena, castitate et abstinentia similis Iudith. Ecclesiam vero sibi commissam diversis et multis ornatibus decoravit. Huius obitum ista signa prenuntiabant. Vivarium, quod in orientali parte urbis est situm, usque in mediam diem sanguineum apparuit, et post in viridem colorem est mutatum. Multis quoque visum est, quod neptis eius Machtildis cum palma virginitatis eam precederet. Sepulta est autem a Bernhardo Antique civita- 50
tis episcopo, non ubi petiit, sed ubi gemens congregatio rogavit, scilicet in medio ecclesiec ante altare sancte Crucis.
Ubi postmodum per eius merita cuidam viro diu debili et cum scabellis reptanti omnipotens Deus rectum gressum
A. Quedl. tribuitd. Inperator hoc anno Corbeiam venit ad visitandos fratres, quorum sibi vita displicuit, et eam inperiali auctoritate corrigere voluit. Unde plures illorum instituta patrum defendentes et plus insto contra iuv inperii sevientes, eheu! misere desipiunt, cum percussi in maxillam non prebent alteram, sed sine consilio rebelles male parant pugnam. 55
Quid deinceps actum sit, nostris temporibus magis est stupendum quam stilo commendandum. Res miseranda nimiumque stupenda contigit 3. Kal. Octobris in partibus occidentalium regionum Walacheri et Flanderi. Horrende nubes apparuerunt, que per tres noctes miro modo immobiles, minas intuentibus dederunt. Tercia vero die tonitrui inauditus fragor turbavit maria, ita ut terribiliter intumescerent et incredibiliter crescendo nubibus cohererent. Cumque gementes
incole repentine calamitatis miseriam in tante inundationis mole conspicerent, et sicut post mortem Iuliani apostate 60
naves ad prerupta montium penderent, timore mortis terga vertere ceperant; sed peccatis prepedientibus, multa milia hominum interierunt, quia vultum Domini iratum effugere non potuerunt. Inperator dedit Athelheide Quidilingeburgensi abbatisse monasterium Geronroth et Fretunensium congregationem. Hoc etiam anno sol et luna dant metum
*fol. 133. tristium signorum, que mox pestilentia seva et mors subitanea secute sunt. Eodem *anno[e] Werinharius quondam
Thiet. VII, 5. marchio instinctu malesuade iuventutis, et dolosarum machinamento mulierum, pacis obtentu dominica die ad urbem 65
Bichlinge dictam venit cum paucis, et domnam eius urbis Reinildam, a se prius desideratam, fraudatis custodibus, invitam rapuit. Inperatori namque, ut nulli marito absque eius scientia et consilio umquam sociaretur, hec antea firmiter promiserat, et ob hoc cum clamore et ciulatu deducitur. Hoc audientes satellites, cum reliqua clientela armati conveniunt; e quibus unus Willurd nomine diro vulnere tardatur. Sed una ex ancillis cum se pariter abduci rogaret, et
iussu domini sui hanc sumere Alewinus nobilis voluisset, undique vallatur, et Werinharium iam egressum in auxilium 70
revocat, sed antequam ei succurreretur occubuit. Werinharius autem adveniens, infra clauditur et ab uno servorum

a) Culdu *c.* b) perstrinda *c.* c) eccl̃e *c.* d) *duae lineae erasae c.* e) anno — pacis *in loco raso c.*

sauciatur. Quem protinus lancea perfossum muro affixit, et ceteros, ut sibi propius non auderent accedere, terruit. Thietm. l. l.
Cumque suos longe cum matrona iam abisse, sibi autem nullum evadendi locum patere vidisset, relicto protinus equo, a muro se dimisit, et a lapide sequenti admodum depressus, vix ad socios pervenit. A quibus usque ad villici cesaris domum portacus, ibi cum paucis dimissus est. Dominam autem cum magna festinatione avexerunt, nunc hic, nunc illic cum ea latitantes, et adventum domini sui sollicite prestolantes. Sed villicus iniquitatis hospitem infirmum inperatori mox prodidit, eumque satis hilarem fecit. Nox erat, et Bernhardus ac Guncelinus et Willehelmus comites cum suis militibus ab imperatore missi, ubi egrotus iacuit veniebant. Quos adesse, Werinharius a suis presciens, Willehelmum sibi familiarem salutat, ceteris duobus indicens, si gladium elevare potuisset, quod numquam in eorum potestatem incolumis venire voluisset. Willehelmus vero eius vulnera ligans, quod Mersburh, ut sibi iussum fuerat, venire nullo modo valuisset, intellexit, et a suis ad villam proximam Elerstide dictam eum portari fecit, ibique in domo lapidibus nimis munita custodiri precepit. Ipse vero cum suis ad inperatorem reversus est. Tunc optimi quique consilium dederunt, ut, conprehensis omnibus eius bonis, domina revocaretur, et huius rei auctores aut capti presentarentur, aut si fugerent, usque ad mortem persecutionem paterentur. Ipse autem comes, superata infirmitate, si culpabilis efficeretur, capite privaretur. Si autem hec omnia cum consensu matrone acta fuissent, sponsa optime uteretur. Comes Heinricus, filius Sigefridi de Waldbike, ad hec implenda ilico mittitur, et ut Alcstide[a] ad publicum colloquium venirent, iubetur. Illo itaque discedente, predicti comites advenerunt, et inperatori que facta sunt nuntiaverunt. Postera die, id est in festivitate sancti Martini, Werinharius pacienti animo adversa queque hactenus sustinens, exspiravit, nullum hostibus luctum, suis autem dampnum invincibile relinquens. Ob hoc inperator admodum tristatur, et Theodericus hostis eius lacrimatur. Hoc Thietmarus Mersburgensis episcopus comperiens, Theoderico nepoti suo ab rege abeundi licentiam petiit, et corpus cognati per satellites suos de Mimenleve, ubi tunc abbatia erat, et Reinoldus eius loci provisor debita hoc humanitate procuraverat, Hepethi, ubi *hoc Thietmarus episcopus expectabat, reduxit. Sed eo nimis fetente, iussit * fol. 133'.
viscera eius exsolvi et iuxta ecclesiam sepeliri, et ipse usque Walbike prosequitur, ponens illud ad levam dilecte coniugis sue. Post 14 dies Suanehildis[b], socrus eius, obiit 6. Kal. Decembris. Interim inperator in Alcstide[c] populis iura VII, 6.
dabat, et ut presentes affirmabant, amicis prefati episcopi hec denegabat. Insulam que Porci dicitur, qua prius comes Bernhardus predictum voluit occidere Werinharium, per iniustos iudices sibi precepit assignari. Hoc Wigmannus comes prohibet iniustumque esse affirmat; omnes populi mussitant, et christum Domini peccare, occulte clamitant. Ibi tunc stella multis in medio die apparuit. Miseco, filius Bolizlai ducis Polanorum, ab Odelrico Boemico duce captus est. A. Quedl.
Nam Bolizlaus, mille arcium scientia plenus, eundem filium suum ad Odelricum misit, ut memores mutue consanguini- Thiet. VII, 7.
tatis se invicem pacificarent, et cunctis hostibus suis maximeque inperatori resisterent. Ille vero hec[d] omnia in detrimentum sui esse composita, a veracibus accipiens, eum conprehendit, et ex sociis eius optimos quosque interfecit, ceteros cum Misecone capto reduxit et in carcerem proiecit. Quod cum inperator comperiret, per Theodericum cappellanum suum mandavit, ut satellitem suum sibi redderet, et si de gratia sua aliquid curaret, hanc nullatenus perderet. Cui Odelricus fertur dixisse: *Senioris mei in omnibus iussa sequi tam posse quam velle, michi admodum necesse est. Eripuit me indignum nuper omnipotens Deus de ore leonis, eiusque catulum in perniciem meam missum michi tradidit, et si hunc liberum abire permitto, certos hostes in patre et filio semper habebo. Sin autem retineo, aliquem cum eo fructum me adquisiturum spero. Videat inperator de his omnibus, iubens quod sibi placeat, michi tamen aliquatenus prospiciat; et hec devotus implebo.* Theoderico cum hac legatione reverso, alius mox remittitur, promittens ex parte iuperatoris, omnem sollicitudinem eius excludi et bonam pacem firmari. Tunc Odelricus, volens nolens, captivum reddidit[e], et inperatorem multum placavit. Bolizlaus autem de ereptione filii gavisus, per legatos suos condignas grates inperatori egit; postulans, ut eum sibi ad honorem, inimicis autem suis ad dolorem[f], remitteret et futuram utriusque remunerationem veraciter agnosceret. Quod inperator tum non posse fieri respondit, cum vero Mersburh veniret, cum communi consilio principum satisfacturum promisit. Hoc ille ut audivit, non bene suscepit, qualiterque filium in suam potestatem reduceret, cogitavit. His temporibus Simeon[g] monachus de monte Siua claruit, qui Iherosolimam veniens, longam pere- Ekk.
grinationem suscepit, et cum Poppone Trevirensi archiepiscopo ad Gallias perveniens, Treveris in altitudine turris inclusus, post multas demonum temptationes, post multas hominum tribulationes, beato illic fine quievit; cuius merita frequens miraculorum gratia declaravit. Hoc tempore Richardus comes Nortmannorum, dimissa Chnud regis Dano- Adam II, 37.
rum sorore, propter metum Danorum exulans a patria, Iherosolimam profectus, ibique defunctus est. Cuius socii 40 et schol.
revertentes, in Apulia resederunt, et ex illo tempore Nortmanni possederunt Apuliam. Reliquit autem in Nortmannia filium nomine Rodbertum, cuius filius fuit Willehelmus, quem Franci Bastardum vocant.

A. d. i. 1015. Inperator natalem Domini Palithi celebravit, et duces Boemiorum et Polanorum in pascha Mersburh fol. 134.
venturos determinavit. In quarta feria ante pascha Mersburh veniens, fidem et auxilium Bolizlai fidelibus suis innotuit, A. Hild. Thiet. VII, 6.
et ut ab eis ad emendationem vocaretur, poposcit. In cena Domini crisma in eius presentia Thietmarus episcopus benedixit. In vigilia pasce Redbaldus abbas Wirdunensis obiit, et Heithenricus, eiusdem cenobii prepositus, eligitur. In sancto die Gero archiepiscopus missam cantavit. Interim Odelricus Boemie dux venit, et bos dies sollempnes hilares duxerunt. Herimannus marchio pascha cum Bolizlao socero duxit; postque ad inperatorem cum nuntio eiusdem Stoignevo diu expectatus venit. Isdem Stoignevus, mentiri semper solitus, nuper in occiduis partibus ad imperatorem plus ad disturbandum, quam, ut simulabat, ad pacificandum a Bolizlao missus venerat. Quem familiaribus suis committens, fratres imperatricis nudis pedibus gratiam querentes misericorditer suscepit, et ut hec nugigerulus cerneret, presentari eum iussit, tuncque publice domino eius respondit. Sed quia alia quam inperator iusserat domum rettulit, cum Herimanno marchione pacem firmare cupienti remissus, in conspectu inperatoris et principum fallax et invicem disturbans esse convincitur. Iterum Bolizlaus ad excusandum vocatus, venire noluit; sed coram suis principibus hec fieri postulavit. Sed inter hec inperator, de Mesicone quid faciendum esset, optimates consuluit. E quibus Gero archiepiscopus primus VII, 8
ait: *Cum tempus fuit et vestro honore id fieri potuit, me ista hortantem non audistis; nunc a vobis mens Bolizlai ob longam filii custodiam est aversa, et vereor, si hunc sine obsidibus et confirmationibus remittitis, in posterum fidelis servicii amborum careatis.* Sic loquentem presentium plurimi consequuntur; sed pars corrupta, id cum honore fieri, ingeminat. Vicit pecunia consilium, et Bolizlao filius remittitur, moneturque, ut ipse et filius, memores Christi et sue fidei, nullum amplius imperatori incommodum inferrent. Huic dulci hortatui fistule blandientis more respondetur. quod factis minime impletur. Inperator hec agnoscens, a Mersburh discessit, et proximos rogationum dies in Capungun fuit, quo ipse curtem suam de civitate sua Cassulun dicta transtulit, ubi cum consilio Heriberti Coloniensis archipresulis Heithenrico Wirdunense cenobium commendavit. Et tractatis ibi rebus necessariis, in vigilia pentecostes ad Immedeshusen venit. Illic cum antistite Meinwerco hanc sanctam sollempnitatem festive peregit. Ibi Wal Corbeiensis abbas, prius ab cura VII, 9.

a) aletide *c.* b) sunehildis *c.* c) *ita c.* d) he *c.* e) redddidit *c.* f) d. eum *c.* g) *e corr. c.*

A. Quedl. sua suspensus, deponitur, et cenobii privilegia et consuetudines, quas Lodowico Pio dante habuerant, potestative ab
Thiet. VII, 9. inperatore mutantur, et ex Laureshelmensi cenobio Druchtmarus sine fratrum consensu abbas assignatur. Quo ad sedem
A. Quedl. suam in hac ebdomada veniente, illi vitam suam, que cunctis pene monachis exemplo claruerat, vilescere gementes,
Thietm. l. l. omnis congregatio, exceptis 9, flens abiit. Sic enim Liudolfus venerabilis abbas futurum predixerat. Sed multis iterum
A. Quedl. Th. VII, 10. Dei gratia conversis, placuit se subdere regule, quam miserabiliter in seculo vagari. His diebus pentecostes Ernost, 5
inclitus dux Alamannie, successor Herimanni pueri, cum in silva quadam inlicite venaretur, ab uno militum suorum,
*fol. 134′. quamvis nolente, ut cervum sagittare debuit, vulneratur. Qui mortem sibi *inminere videns, socios vocat et reo parcere
supplicat. Et quia presbiter cui peccata confiteretur non erat, unum ex militibus eius vice iussit accedere. Quo
astante ait: *Omnes accedite, et commortalis vestri et peccatoris facta aure cordis percipite, et ut curentur, unanimiter
succurrite; absentibusque fidelibus peccatricem animam meam commendate, et uxorem meam, ut pudiciciam suam conser-* 10
vet et mei non obliviscatur, admonete. Hec dicens, in quocumque umquam se peccasse meminit, cunctis presentibus
innotuit. Mox de hac luce 2. Kal. Iunii discessit, sepultus Wirceburh iuxta patrem suum marchionem Liuppoldum, ut
ipse rogavit. Iste iuvenis felicem habuit animam, qui, sicut ipse vivens testatus est, maluit coram multis erubescere,
VII, 11. quam in conspectu Dei reus apparere. Ad eandem festivitatem in Immedeshusen quidam rusticus, de occiduis veniens
partibus, novam inperatori legationem detulit, et banc nulli nisi illi soli aperire voluit, portans adhuc illum stimulum, 15
quo tunc pecus arans minavit, cum hoc ei celitus per columbam iussum fuit; et hic fuit tante longitudinis, ut qui eum
viderant nimis admirarentur. Ipse vero rediens, cunctis interrogantibus dixit, iussu inperatoris se ad Aquasgrani post
expeditionem venturum et responsum ab eo accepturum. Et quia hanc admonitionem et alias multas inperator sprevit,
vindictam sensit. Inperator in nativitate sancti Iohannis babtiste, que tunc proxima erat, Goslariam veniens, Ernesti
ducatum nepti sue et filio eius dedit; et Magdaburh veniens, interventum Cbristi militis Mauricii ad exsuperandam 20
A. Quedl. hostis Bolizlai contumatiam suppliciter rogavit. Addidit inperator hoc anno legationem mittere ad Bolizlaum pro resti-
Thiet. l. l. tuendis regionibus quas abstulerat. Dehine ad locum, qui Sclancisvord dicitur glomerato exercitu perrexit; ubi 8. Idus
Iulii collectio facta est exercitus, et his habitatoribus[a] illata est ab his pro defensione predatio. Cumque Albiam trans-
issent, regina cum Thietmaro[b] episcopo reversa Mersburh, adventum inperatoris expectabat. Qui cum ad pagum
Liudizi venirent, ab his qui ex Cianis presidio erant, urbe egressis, temptabantur. Quorum multos occiderunt, et 25
Horicum, qui Superbus dicebatur, qui de Saxonia ob homicidium illo fugerat, captum inperatori presentant. Inpera-
tor ad Oderam profectus, ad locum qui Crozna dicitur optimos de exercitu ad Mesiconem ibi turnatim sedentem misit,
ut eum de promissa fide admonerent[c], et ne provintiam vastari sineret, sed id sua dedicioue[d] preoccuparet. Quibus
ille[e] respondit: *Agnosco me gratia cesaris ereptum fidemque promisisse; libenterque adimplerem, si liber existerem. Nunc
patris dominio subditus, quia ille hoc prohibet et milites eius hic presentes non patiuntur, invitus omitto. Patriam meam* 30
volo, si possum, usque ad adventum patris mei defendere, tum vero ad imperatoris gratiam eum inclinare cupio. Hoc illi
reversi inperatori detuleruut. Interim Bernhardus dux cum suis fautoribus, episcopis et comitibus, et profanorum Liuti-
VII, 12. ciorum turba ab aquilone Bolizlaum petiit, et hunc presentem munitum undique Odera habuit. Inperator autem in
inventione Christi protomartiris Oderam transmeans, resistentem Poloniorum multitudinem prostravit; de ipsius autem
*fol. 135. exercitu Hodo inclitus iuvenis cum Ekkrico et alio comitis Guncelini satellite cecidit. Hic cum *Sigefrido, Hodonis 35
marchionis filio, ab inperatore accusatus, eo quod Bolizlavo nimis familiaris fuisset, eo die se viriliter expurgavit, et a
suis longe digressus, cum hostes fugientes solus insequeretur, sagitta per caput accepta, primo oculum et post vitam
perdidit. Corpus eius Miseco agnoscens, quia in captivitate custos eius et sodalis fuerat, deflevit, et bene procuratum
suis remisit. Hostium vero plus quam 600 perierunt, predam ineffabilem relinquentes. Quod Bolizlaus ut rescivit,
quamvis[f] illo ire cuperet, tamen presentibus inimicis introitum patefacere ausus non est. Nam quocumque hostes 40
navibus declinabant, illuc cum suis equo sequebatur alato[g]. Tandem erectis velis per integrum diem nostri navigabant,
et inimicis comitari non valentibus, litus comprehendunt et proxima queque incendunt. Bolizlaus autem fugit. Dux
Bernhardus . cum inperatori ad auxilium venire nequivisset, per pedites clam missos necessitatem inobedientie edicens,
vastatis circumiacentibus locis, domum rediit. Odelricus quoque Boemiorum dux, qui cum Bawariis venire debuit, ob
multas causarum qualitates omisit; uterque tamen fidele servicium sua vicinitate ostendit. Nam Odelricus urbem magnam 45
Businc, captis non minus mille viris absque mulieribus et liberis, incendit, et sic rediit. Heinricus autem marchio
cum Bawariis, audiens[h] Bolizlai milites iuxta se predam fecisse, insequitur et 800 resistentes occidit predamque rece-
VII, 13. pit. Inperator rediens de Polonia, ad pagum qui Diadesisi dicitur venit, in angusto castra metatus; ubi nullus,
excepto apum magistro, qui tunc interfectus est, sedit. Bolizlaus audiens, inperatorem alia quam venerat via exiturum,
iuxta Oderam omnimodis sua firmavit. Sed cum hunc abisse comperisset, multitudinem peditum ad locum ubi exerci- 50
tus consederat premisit[i], iubens, si oportunitas accidisset, aliquam eius partem lederent. Insuper abbatem suum nomine
Thuni simulata pace ad inperatorem misit; qui explorator cognitus, detinetur, quousque omnis pene exercitus preiacen-
tem paludem factis priori nocte pontibus transiret. Tunc ille monachus habitu, sed dolosa vulpis in actu, et ob hoc
amatus a domino, rediit, et inperator Geroni archiepiscopo et Geroni marchioni et Burchardo palatino comiti residua
committens, progreditur, proutque solita cautius se circumspicerent, hortatur. Post hec ab hostibus prope in silva laten- 55
tibus magnus clamor ternis vagitibus attollitur, et inperatoris agmen sagittariis intercurrentibus appetitur. Quibus primo
et secundo conflictu fortiter resistunt, et multos eorum palantes occidunt. Sed quibusdam ex nostris fugientibus, illi
conglomerati, eosque incurrentes, dissipant, sicque sagittis fallentibus perdunt. Gero autem archiepiscopus et Burchar-
dus comes vulnerati, vixque evadentes, hec inperatori nuntiant. Liudolfus quidam iuvenis cum paucis capitur; Gero
VII, 14. marchio et Folcmarus marchio cum 200 militibus occisi spoliantur. Inperator ut hoc triste nuntium audivit, ad tollenda 60
corpora redire voluit; sed multorum tardatus consilio, Eidum antistitem, qui eis sepulturam impenderet et Geronis
marchionis corpus impetraret, remisit. Qui voluntarie consentiens, concitus revertitur, et ut miserabilem stragem
aspexit, flebiliter pro his oravit. Quem victores in preda occupati ut viderunt, de sequentibus timidi primo fugerunt,
dein propius accedentem salutaverunt et abire permiserunt. Qui a Bolizlao quod postulabat impetrans, sine mora rediit,
*fol. 135′. et corpora sociorum cum magno labore inimicis faventibus sepelivit. Corpus vero marchionis *Misne fecit reduci. Quod 65
Herimannus marchio flebiliter suscipiens, usque ad Novam urbem, ubi pater et patruus[k] ipsius abbatiam construxerant,
eum suis fratribus comitatur. Quem archiepiscopus Gero terre commendans, domnam Athelheidam filiumque eius Thiet-
VII, 15. marum mestosque amicos et milites solatur. Interim inperator ad Strelam urbem pervenit, et Miseconem cum exercitu
subsequi sciens, Herimannum marchionem ad defensionem Misne remisit, ipse vero Mersburh tetendit. Miseco instru-
ctus a patre, ubi hostes abisse et nullam post se custodiam reliquisse persensit, Idus Septembris Albim iuxta Misne in 70

a) habitaribus *c.* b) theitmaro *c.* c) admonerē *c.* d) dodicionē *c.* e) illle *c.* f) quamis *c.* g) allato *c.*
h) audies *c.* i) *ita e corr. c., presedit fuisse videtur.* k) ptrnus *c.*

ipsa aurora transiit, quosdam suorum proxima loca vastare[a], alios urbem precipiens impugnare. Quod Wenenici viden- Th. VII, 15.
tes seque tueri posse desperantes, superpositam civitati munitionem, relictis pene omnibus suis, ascendunt. Hostes gavisi suburbium intrant relictum, quod ablatis rebus omnibus incendunt, et superius castellum in duobus locis accen-
sum infatigabiliter aggrediuntur. Herimannus videns, suos admodum paucos iam defecisse, Christi pietatem et sancti
5 Donati martiris intercessionem prostratus postulans, mulieres ad succurrendum hortatur, que propugnacula ascendentes, lapidibus viros adiuvant, et deficiente aqua, ignem medone extinguunt[b]. Hoc Miseco de monte iuxta posito cernens, socios adventantes expectabat. Qui omnia usque ad Ganam fluvium concremantes, sero lassis revertuntur equis, ibique cras ad urbem pugnaturi pernoctarent, nisi Albim crescere viderent. Unde fatigati milites cum securitate inopinata rédeunt et ducis sui cor anxium hac securitate relevant. Inperator ut hec audivit, quoscumque tunc colligere potuit,
10 ad succurrendum Herimanno propere misit, et suburbium redintegrari precepit. Quo archiepiscopus Gero et Arnulfus et Thietmarus episcopi cum comitibus 8. Idus Octobris convenientes, et in 14 diebus incepta ad unguem perducentes, abierunt, commissa urbe Friderico comiti ad quatuor ebdomadas. Interim Hardwigus, nomine tantum rex, perdita VII, 17.
urbe Vercelli, quam expulso Leone episcopo diu iniuste tenuerat, infirmatur, radensque barbam et monachus factus,
3. Kal. Novembris obiit, sepultus in monasterio. Eid episcopus a Polonia cum muneribus reversus, egrotare cepit, VII, 18.
15 et in urbe Libzi fidelem animam Christo 13. Kal. Ianuar. reddidit. Tunc Hildewardus Cicensis episcopus vocatus, domum in qua obierat optimis odoribus redolere sensit, et corpus Misnam prosecutus, auxilio Willehelmi comitis[c], qui ordine suo civitatem tum custodiebat, coram altari sepelivit. Iste de his ex quibus vivere debebat sibi subtrahens, 200 mansos eclesie sue adquisivit. Oculi eius ob nimiam fletus effusionem iam caligabant. Contemporalibus suis eius con-
versatio displicuit, et illi eorum. Viginti et tres annos in maximo labore vivens, finem suum sibi imminere predixit,
20 et ob metum future desolationis, ne Misne sepeliretur, rogavit; sed in loco Colidizi, ubi Magnus Christi martir requie-
scit, tumularetur. Sed comes Herimannus, sperans eius precibus Misnam adiuvari, ibi eum poni fecit. Inperator VII, 17.
occidentales invisens regiones, que ibi emendanda erant corrigebat. In vigilia nativitatis Domini Meingaudus Treve- VII, 19.
rice civitatis antistes obiit in Confluentia urbe sua. Corpus eius ad sedem[d] suam delatum honorifice ad antecessores
suos locatur. Inperator audiens de tantorum morte patrum turbatur, et qualiter loca vacua bene suppleret, cum suis
25 familiaribus tractavit. Eila, filia[e] Lotarii de Waldbike, mater Heinrici marchionis, 14. Kal. Septem- VII, 13.
bris obiit[f], sepulta in monasterio, quod in Suinvorde ipsa construxerat.

A. d. i. 1016. Inperator natale Domini Patherbrunne celebravit, et Popponem, Liuppoldi marchionis filium, Babeu- fol. 137c.
bergensem prepositum, Treverensi eclesie prefecit. Qui cum ab Erkenbaldo Mogontino archiepiscopo iussu inperatoris VII, 19.
et licentia Verdunensis episcopi, qui in ordine suffraganeorum primus erat, consecrari debuisset, a Teoderico Metensi
30 episcopo, eo quod a se id iustius fieret, assidua acclamatione et humili peticione in cassum prohibebatur. Nam inpe-
rator scripta monstrantem et banno interdicentem hunc non audivit, sed unctionem compleri precepit. Eilwardus quo-
que Misnensi eclesie vice Eid ab inperatore substituitur, et in dominica die ante palmas Mersburh a Gerone archie-
piscopo, Thietmaro episcopo favente, benedicitur. Inperator festum palmarum Wirceburh cum Heinrico episcopo VII, 20.
peragens, quarta feria Babenberh venit, ubi cenam Domini et passionem et pascha honorabiliter peregit. Et quia Rodol-
35 fus, Burgundie rex, avunculus ipsius, vocatus venire non potuit, nepotem sibi dilectum occurrere sibi rogavit. Fit
ergo conventus in urbe Argentina, et mutue caritatis larga benignitas invicem arrisit. Fuit quoque ibi Rodolfi regis
inclita coniunx, que familiaritatis huius adiutrix, duos filios suos, mariti sui privignos, inperatoris gratie commenda-
vit. Inperator sapienti usus consilio, militibus item dedit in beneficium, quicquid illi ab avunculo tunc est concessum.
Sed et que Willehelmus Pictaviensis regio munere habebat, firmius sibi subdere voluit, quia sic post mortem suam
40 futurum Rodolfus rex longe prius sacramentis firmaverat. Igitur omnem primatum Burgundie inperator a Rodolfo rege,
et de maximis rebus sine suo consultu non fiendis firmam securitatem per manus suscepit. Nam et episcopatum cuidam
nobili viro dedit. Quod ubi Willehelmus vir prepotens conperit, fugientem episcopum canibus fecit inquiri. Quos
cum episcopus iam fatigatus latrantes audiret, quod unicum tunc habuit solatium, signo sancte crucis post se vestigia
signans, quasi mortuus iacuit, et ad predam paratus fuit. Et ecce canes rapidi loca signata eminus olfacientes, quasi
45 grandi turbine retroacti redibant. Sic Dei famulus per incognita prorsus loca quo voluit pervenit. Inperator Rodolfo
regi et coniugi eius cunctisque principibus ineffabilem pecuniam dedit, et firmato antiquo fedore, eos abire permisit;
ipseque exercitu collecto, ad Basileam urbem perrexit. Cumque Willehelmum munitis urbibus resistentem et sibi introi-
tum prohibere cupientem audisset, parva manu diffisus, amicos undique collegit, et provincias rebellium incendio late
desolavit. Cumque nullam urbium capi posse sciret, reversus est tristis, quod, nec hic nec in occiduis partibus noci-
50 turam molestiam hostibus suis intulerit. Interim Bolizlaus de eventu inperatoris certus effectus, letatur et extollitur. VII, 21.
Sed inperatrix in his partibus commorata defensionem patrie cum principibus meditabatur. Burgundie vero rex mollis
et effeminatus, que nepoti suo bona promiserat, instinctu iniquorum mutare voluit. Nam regis nomen tantum et coro-
nam habebat; episcopatus bis dabat qui a principibus eligebantur. Ad suos usus pauca tenens, ex impensis antistitum
vivebat, et eos vel alios in aliquo extrinsecus laborantes eripere nequibat. Unde illi manibus complicatis primatibus
55 velut regi serviebant, et sic *pace fruebantur. Ob hoc vero solum talis rector inter eos dominabatur, ne nova lege *fol. 137d.
alterius regis inolita consuetudo mutaretur. Willehelmus comes miles eius nomine, sed dominus erat in re, et nullus
ibi comes vocabatur, nisi qui ducis honorem possidebat. Bernbarius[h] Fardensis eclesie pius antistes obiit 8. Kal. VII, 22.
Augusti. Sedit 24 annos et ecclesiam suam 300 mansis adauxit; turrim unam de lapidibus, qui ibi pauci habentur, iuxta
eclesiam fabricare cepit. In cuius vice imperator Wiggerum, Coloniensis eclesie quondam prepositum, sed ab Heriberto
60 archiepiscopo depositum, 9. Kal. Septembris diu renitentem posuit, et ab Erkenbaldo archiepiscopo consecratum ad
sedem suam cum honore transmisit. Monasterium in Mimenleve a libertate diu corroborata in servitutem est redactum.
Deposito namque eius abbate Reinoldo, et fratribus late dispersis, Heresfeldensi abbati Arnoldo[i] subiectum est. In
Suevia provincia in comitatu Becelini comitis res terribilis accidit, quam idem comes imperatori multis presentibus inti- VII, 23.
mavit. Mulier quedam maritata subita morte defuncta, post debitam curationem a suis merentibus est ad eclesiam
65 delata. Tunc corpus a feretro se ex improviso erigens, omnesque presentes effugans, virum suum ad se vocat cum
suis familiaribus, quos dulcibus verbis consolata, post hec in pace quievit. Constat[k] hanc mulierem multum aput Deum
valuisse, cui post mortem gustatam iustum complere desiderium et tunc sine gemitu licuit somno pacis obdormire. Hoc VII, 28.
anno obiit Athelhardus rex Anglie, sub quo Angli ineffabiles miserias passi fuerant a Sueino, Hraldi filio, immiti VII, 26.
Danorum rege, atque ad hoc usque coacti, ut, qui prius tributarii erant principis apostolorum, paganis indictum censum
70 multis annis solverent et magnam partem regni sui, captis et interemptis habitatoribus, inhabitandam hostibus relinque-

a) uastares *c.* b) extingunt *c.* c) comiti *c.* d) sede *c.* e) f. L. de W. *superscripta c.* f) obiis *c.* g) *ita c. errore.* h) Berharius *c.* i) rarnoldo *c.* k) Canstat *c.*

Th VII, 26 rent. Nam predictus Suein non rector, sed destructor, post mortem patris sui a Nortmannis insurgentibus captus, cum a subditis ingenti precio redimeretur et ob hoc iniquorum susurratione servum se nominari comperisset, quod salubriter in paucis potuit ulcisci, communi omnium dampno meditatur vindicare. Nam potestatem suam hostibus extraneis relinquens, securitatem vagatione, pacem bello, regnum exilio mutavit. Nam habitata quoque vastando, non suorum emptricium dominum, sed spontaneum inimicum, late, proh dolor! regnans, crebro iactitavit. Sic inter pios inpius diu conversatus, tarda morte mors multorum deprimitur, et fugientibus sociis ibidem sepelitur. Quod cum Adalradus Anglorum rex, multo tempore ab eo expulsus, comperisset, gratias agens Deo, patriam revisit; collectisque militibus, corpus
VII, 27. inimici exterminare nitebatur. Quod ne fieret, quedam matrona, per familiares suos admonita[a], servatum corpus a terra elevans, navigio direxit ad terram arctoam, ubi Scite incertis sedibus vagabantur. In his partibus regnabat Goltrin, qui
72 in monasterio Fardensi sub episcopo Erpone educatus apostataverat, atque ad suos veniens, ut supradictum est[72], 10
VII, 28. in regnum sublimatus erat. Habuit autem Suein duos filios, quos peperit ei Miseconis ducis filia, soror Bolizlai, que ab eodem Sueino diu expulsa, non modicam cum ceteris controversiam perpessa fuerat. Cuius filii in omnibus patris-
*fol. 138. santes *dilecti genitoris corpus allatum flebiliter suscipiunt et tumulant; et quicquid dedecoris patri suo Angli proposuerant inferre, paratis navibus properant ulcisci. Interim Athelhardo rege mortuo, predicti fratres Harold et Cnud cum duce suo Thurgut 340 navibus egressi, urbem quandam Liudunam nomine, ubi regina tristis de morte viri sui 15 cum filiis Athelsteino et Ethmundo et duobus episcopis ceterisque primatibus presidio sedebat, obsederunt, et naves, 80 viros singulas habentes, per flumen quod Timese vocatur ducentes, 6 menses impugnant. Regina autem bello defatigata, assidue nuntios misit, qui ab eis pacem expeterent, et quid ab ea poscerent diligenter inquirerent. Respondetur ab his, si regina voluisset dare filios suos in mortem, seque cum 15 milium argenti ponderibus et episcopos cum 12 milibus omnibusque loricis, quarum 24 milium numerus incredibilis erat, [redimere[b]] et 300 electos obsides dare vellet, 20 sibi tantum suisque sociis pacem et vitam adipisci posset. Sin autem, omnes ter clamabant, eos una gladio perituros. Qua legatione regina cum suis admodum turbatur; tamen post longam deliberationem estuantis animi omnia spopondit et datis obsidibus firmavit. Interim illi duo fratres nocte in navicula promissum periculum evadentes, quoscumque poterant ad defensionem patrie et ereptionem matris, hoste adhuc ignorante, congregabant. Cumque Turgut dux ad populandos proximos fines egrederetur, hostes repente offendit, et exhortans viriliter eos adiit. Et ceciderunt utrimque 25 Ethmundus et Turgut cum multitudine sociorum, et utrimque sine spe victorie discessum est. Dani, amissis sociis[c], naves revisunt, et intelligentes urbi solatium ab Athelsteino[d] superstite cum Brittannis veniente afferri, truncatis obsi-
VII, 29. dibus, fugiunt. Eodem tempore Nortmanni duce Thurkilo Cantuarie civitatis egregium antistitem nomine Dunstein[e], captum cum ceteris, vinculis et inedia more suo crudeliter constrinxerunt. Qui humana motus fragilitate pecuniam promisit et inducias poposcit, ut si redemptione acceptabili mortem evadere non posset, semet ipsum gemitibus interim 30 purgaret. Transactis induciis, promissum poscentibus ait: *Presto sum paratus ad omnia pro Christi amore, ut suorum servorum exemplum merear fieri; quod autem vobis mendax videor, non voluntas mea, sed egestas effecit.* Illis sevientibus, dux Thurkil accurrens, inquit: *Ne, queso, facialis; omnia que habeo, excepta navi, ne in christum Domini peccetis, libens trado.* At illi effrenes boum capitibus et lapidum inbribus innocentem sanguinem effundunt. Statimque unus de
VII, 30. primiceriis membris debilis effectus, agnovit in semet ipso, quod peccavit in Dei electo. Quarto Idus Februarii toni- 35 trua cum fulminibus horribiliter intonuerunt. Quo inpetu quidam confractis domibus perierunt, alii collisis membris vix evaserunt. In deiectione quoque arborum grave dampnum accidit. Bernhardus marchio Magadaburh noctu appetiit, ubi miles archiepiscopi unus capitur, alter vulneratur. Burchardus palatinus comes paralisi percussus est. In provintia que Hessen dicitur quatuor fratres, Elli, Burchard, Thiederich, Poppo, a quodam Bernone bono milite sepe contempti, col-
VII, 31. lecto agmine, plus quam centum viros scutatos habentem peremerunt, nonnullis utrimque occumbentibus. Sarraceni 40
*fol. 138'. in Langobardiam navigio venientes, *Lunensem civitatem, fugato episcopo, invadunt, et secure regionem inhabitantes, uxoribus incolarum abutuntur. Quod cum apostolico pape Benedicto innotesceret, omnes sancte ecclesie rectores et defensores congregans, hortatur, inimicos Christi viriliter appetere. Insuper navium multitudinem clam premisit, ut illis reditum prohiberent[f]. Quod rex Sarracenorum animadvertens, primo indignatus, dein paucis comitatus, navicula periculum imminens evasit. Cuius milites relicti, miserabile dictu, christianos adventantes mox fugant, et per tres dies 45 ac noctes prosternunt. Respexit tandem gemitum piorum Deus, et odientes se contrivit, ita ut nec unus superesset, et occisorum spoliorumque multitudinem victores numerare nequirent. Regina quoque capta capite plectitur. Aurum capitale et ornamentum eius gemmatum papa sibi speciäliter vendicavit, et imperatori suam partem misit, que mille libris computabatur. Rex Sarracenorum, morte coniugis et sociorum turbatus, saccum castaneis plenum apostolico misit, ita ei demandans: *Proxima estate tot milites tibi venturos non dubites.* Qui marsupium milio plenum remisit, dicens: 50
VII, 32. *Secundo veniat, et tot loricatos vel amplius hic se inventurum pro certo sciat.* In Augia insula 17. Kal. Novembris
Ekk. a. 1013. naves novem, hominibus promiscui sexus plene, aquis submerse sunt. Godefridus dux comitatum Ragineri Montensis populatur; quem Raginerus cum patruo suo Lamberto Lovaniense insecutus, aput castrum Florinis pugnam conserit, ubi
Th. VII, 32. Lambertus multorum inimicus occubuit. Non enim deterior ipso ullus erat; qui multos in ecclesiis per funes campanarum strangulavit. Quantos exhereditaverit[g] vel occiderit, explicari non potest. Veruntamen penitentiam de sceleribus 55 numquam suscipere curavit. Iste est, qui cum fratre suo Raginero Wernherum et fratrem eius Reinzonem pariter occidit. Pater huius ab Ottone Magno in exilium missus, in Boemia obiit. Hos patria viventes doluit, amissis letata est. Sed hoc dolendum est, quod in eo conflictu propter unum nocentem ex utraque parte innocentes plurimi perie-
Ekk. l. l runt. Ubi res mira contigit. Cum Lambertus spem victorie iam haberet — habebat quippe philacterium, a collo usque ad pectus dependens, sanctorum reliquiis refertum, quorum patrocinio se in periculis tutum fore credebat —, instante 60 sibi termino vite, philacterium illud a collo eius exiens, super tumulum campi exilivit; moxque comes antea invictus perimitur. Quod quidam militum videns, philacterium illud cum stupore colligens, in caliga sua abscondit, sed celari non potuit, quia coxa eius et crus intumescens eum prodere coegit, et philacterium domino suo Herimanno, fratri ducis,
Th VII, 30. dedit. Erat autem idem annus peccati vindex bissextus, multeque strages facte sunt. In regno quoque Rotperti paci-
VII, 33. fici regis Francorum provinciales mutuo confligentes interierunt, plus quam tria milia hominum. Heinricus comes, 65 filius Heinrici de Stathe, in Christo et in seculo multum valens, iusta senectute in bono fine obiit 6. Nonas Octobris. Uxor eius Mactildis dicebatur, floruerantque uterque in omni bonitate; unde usque hodie multi frequentant sepulcra eorum, ubi mira quedam dicuntur visa; de qui-

a) adnonita *c*. b) *deest c*. c) socñs *c*. d) athelheino *c*. e) dustein *c*. f) probiberent *c*. g) exheredauerit *c*.

72) a. 993.

bus est unum. Mater Friderici comitis nuper defuncti[73] cum staret super sepulcrum eius, subito venit manus et apprehendit tibiam eius et valde constrinxit. Cumque vocem emitteret, interrogata quid sibi esset, dixit quid senserit, et in tibia ostendit signum digitorum; *quod et habuit toto tempore vite sue. Eodem anno Wigmannus comes, patrie per *fol. 139. Th. VII, 33
omnia utilis, hortatu altere Herodiadis servili presumptione miserabiliter periit. Nam inter eundem comitem et Baldricum[a] comitem longa contentio fuit; que Baldricum mutuo prelio sepe devictum in tantum humiliavit, ut inter ceteros primates cum magno dedecore versaretur. Wigmannus comes hanc prosperitatem equo animo ferens et divine clementie asscribens, pacis federe diutinam discordiam sedare cogitabat. Quapropter hostem amica peticione ad domum suam vocans, convivio et muneribus placabat. Post hec ab eodem reinvitatur, suggerente per uxorem eius diabolo, ut qui per vim capi non poterat, dolis eius illaquearetur. Primo itaque optime susceptus, mox potione veneno infecta turbatur, nimioque dolore ingravescente, vix sequentem diem ibidem expectabat. Cumque quasi bene remuneratus et caritative salutatus abisset, militibus suis dolo tardatis, a quodam servo furtive prosternitur, presente domino eius Baldrico et minime ulciscente. Tunc unus militum Wigmanni eundem servum occidens, mox interficitur, fugiente Baldrico et conscientiam in hoc manifestante. Que miseria fama vulgante dilatatur. Igitur Teodericus Monasteriensis episcopus primus[b] advenit, et dilecti amici obitum merore insolabili questus, corpus ad Fretheni civitatem comitatur, hocque ad patres suos cum omni studio collocavit. Dehinc missis per omnem regionem nuntiis, affines et amicos suos ad hec vindicanda incitavit. c. 34.
Itaque valida manu urbem Baldrici nomine Upplan obsedit, contigua queque devastans et igne consumens. Advenit tandem Bernhardus, qui filii comitis adhuc parvuli tutor et[c] sceleris ultor extabat, qui, quantum valuit, milites solatus, urbem die noctuque oppugnat. Inperator interea a Burgundia, ubi[d] estatis magnam partem morabatur, digressus, ubi primum omnem rei eventum comperit, navigio illuc ire perrexit. In quo itinere Gebehardus, Heriberti comitis filius, regie potestati multum acceptus et omni bonitate precipuus, obiit, inperatorem et provinciales tristes post se relinquens. Archiepiscopus autem Coloniensis Heribertus pro parte sui militis Baldrici multum sollicitus, inperatorem sepe interpellat, ut urbem diu obsessam suc subderet potestati. Cuius assidua peticione devictus inperator consensit Sed interim urbs capta omnino destruitur, comitissa vero, aspis venenosa, cuius sibilo tanto defensore carebat eclesia, cum omnibus que habebat, proh dolor! servatur. Eodem anno Theodericus Monasteriensis episcopus et Herimannus comes, Gerberge filius, de inani re mutuo certantes sua devastabant. Dehinc amicis persuadentibus maximeque iussu imperatoris sedati, presentiam imperatoris prestolabantur. His temporibus Heinrici imperatoris et Geronis Magdaburgensis episcopi c. 40.
in urbe Magdaburh dne sorores fuere, quarum prior Alvred, iunior Irmengard dicebatur; ambe admodum laudabilis vite, non cum ceteris sanctimonialibus conversando, sed in eclesia que Rotunda singulariter Christo ciusque genitrici sedulum exhibebant obsequium. Quarum iunior ante obitum suum exteriorum lumen oculorum perdiderat, et non longe post ad patriam semper optatam 6. Idus Febr. transiit. Cuius senior germana nepti sue Fritherunne* innixa, et crebro amisse *fol. 139'.
sororis et assidue infirmitatis dolore deficiens, 14 tantum ebdomadas et tres dies supervixit. Hec pridie quam carnis debitum persolveret in excessum mentis effecta, in presentiam Dei genitricis est delata, ubi Walthardum et Thaginonem archiepiscopos et Eidum venerabilem Misnensem episcopum, magno lucentes honore, sibi indulgere promeruit. Cognovit quoque ibidem materteras Geronis archiepiscopi Mirisuidam ac Emnildam et Eddilam, que abbatiam suam relinquens, pro Christi amore iuxta monasterium doctoris gentium inclusa fuerat, et aliam que Oda dicebatur, omnes illud psalmigraphi cantantes: *Placebo Domino in regione vivorum.* Interim presentibus cunctis mortua videbatur. Tandem expergiscens et oculos elovans, quod vidit omnibus innotuit: *Hactenus,* inquiens, *vobiscum libenter commorabar: nunc consideratis multo melioribus his, piget in hac lutea me amplius remanere casa. Dico vobis in veritate, quod cras vos relictura, locum michi preordinatum munere divino possidere debeo.* Sicque factum est. Transiit autem 11. Kal. Iunii. Hisdem tem- Th. VIII, 6.
poribus fuit quedam solitaria Sisn vocata in Trubike immense pietatis. Que adulta cum tempore primi Ottonis a quodam desponsaretur, ad Christum, cuius speciale signaculum iam cordi pre omnibus infixerat, concita properavit, et in predicti monasterii secreto annis 64 celesti sponso illibatam[e] supra humanam fragilitatem se custodire studuit. In tanto enim spacio numquam aliquo foco frigus licet asperrimum resolvit, sed hoc ei maximum temperamentum fuit, quod lapide aliquantulum calido pedes vel manus, cum iam pene deficerent, refocillabat. Assiduis precibus et mixtim fletibus cellam suam interius ornabat, exterius autem populo confluenti crebra institutione et necessaria consolatione multum proderat. Vermes se iugiter comedentes non abiecit, sed cadentes reposuit, more Simeonis monachi, qui in columpna diu stabat. Quicquid de assidua populi oblatione suscepit, sibi subtrahens et Christi pauperibus largiter impertiens, peccata offerentium redimebat. In agonia titubantis seculi contendens, ab illicitis abstinebat, non pro corruptili, sed pro celestis bravii recipienda gloria. Nocte qua hec obiit transitus eius Thietmaro Mersburgensi episcopo per somnium revelatus est hoc modo. Vidit quasi duos infantes de antiquo, quod adhuc ibi est, oratorio procedentes canere: *Martinus Habrahe sinu letus excipitur* et cetera. Infantes geminam eius innocentiam et premium pronuntiabant, scilicet pietatem et paupertatem spiritus et humilitatem cordis et armoniam celestem. Quod fratribus suis referens, ait: *Scitote, quod hodie anima Deo grata de hac luce separata est.* Post 6 dies intimatum est ei, quod Dei famula de corpore transierat.

A. d. i. 1017. Inperator natale Domini Palithi celebravit, ubi in Kal. Ianuarii Gero archiepiscopus iussu inperato- fol. 140.
ris Bernhardum marchionem nudipedem, promittentem sibi emendationem, suscepit, et solutis plurimis ab eo illi impositis bannis, eclesie presentavit. Inperator a Palithi exiens, in Alestide[f] epiphaniam Domini sollempniter peregit. In eadem sacra nocte Fridericus comes, frater Dedonis a Werenhario occisi, fidelis Christo et inperatori, obiit in urbe sua Ilburh dicta. Hic quia vir sapiens erat et finem vite appropinquare sibi cernebat, Ilburh urbem filio fratris sui Theoderico ea ratione dedit, ut ipso promittente, quia heres suus erat et aliter legitime fieri non poterat, tribus filiabus suis omne predium quod remansit liceret sibi tradere. Cuius comitatum et potestatem super Suisile pagum idem Theodericus inperatoris munere suscepit. Facto igitur in Alestide[f] publico principum conventu, litiginm inter Bernhardum marchionem et filios Lotharii de Waldbike emendatione sibi accepta et iuramento pacificatum est. Inter Theodericum Monasteriensem episcopum et Herimannum comitem, Gerberge[g] filium, graves inimicicie diu exorte, preterea odium, quod erat inter Ekkihardum et filios Udonis senioris, usque in 3. Kal. Octobris ab inperatore sedantur. Ibi etiam Bernhardus marchio Geroni archiepiscopo 500 argenti talenta pro recompensatione illati dampni promisit. Inperator diu ibidem moratus, plurima bene perfecit. Pax etiam facta est inter Gebehardum et Willehelmum comites. Nuntii quoque de

a) badricum *c.* b) *bis scriptum c.* c) et et *c.* d) ub *c.* e) illlibatam *c.* f) *ita c.* g) geberge *c.*

73) obiit 1035. Idib. Aprilis: v. Albertum Stadensem h. a.

Thietm l. l. Italia venientes, gratulabundi ad sua redierunt. Iter imperatoris ad occidentem dispositum ob vie asperitatem dilatum est. Imperator ex parte Bolizlai rogatus dixit, convenisse principes suos, si quid boni vellet sibi exhibere, cum eorum con-
Th. VII, 36. silio libenter se suscipere. Nuntii ergo invicem mittuntur, et inducie ponuntur. Imperator interim Mersburh veniens, certitudinem huius rei expectahat[a]. Ibi tunc multi latrones a gladiatoribus singulari certamine devicti suspendio perierunt. Duo archiepiscopi Erkenbaldus Mogontinus et Gero Partenopolitanus et Arnulfus episcopus Halber-
stadensis cum comitibus Sigefrido et Bernhardo ceterisque[b] principibus 14 dies sedentes, Bolizlaum per internuntios ad colloquium diu ab eo desideratum venire rogabant. Imperator purificationem sancte Marie Mersburh celebravit. Post quam episcopi et comites ob contemptum Bolizlai se fallentis tristes adveniebant, et inperatoris mentem apertis legationibus incenderunt. Itaque de futura expeditione tractatur, fidelesque ut se preparent admonentur, et ne inter publi-
c. 37. cum hostem nuntius mitteretur vel susciperetur, ab inperatore interdicitur. Inde Magdaburh veniens inperator, honorifice suscipitur. Postera luce, id est[c] dominica prima septuagesime[d] erat, et secunda feria, archiepiscopus capellam septentrionalem benedixit, presente inperatore. Gunterus conversus abiit ad Liuticios causa predicationis. In cathedra sancti
c. 38. Petri inperator et regina ab archiepiscopo Gerone muneribus honorati, postera die Halberstad adeunt. Ubi ab Arnulfo episcopo magnifice suscepti, 3. feria Quidelingeburh profecti sunt, et ab Athelheidha venerabili abbatissa non minori
*fol. 140'. gloria honorantur. Quarta die monasterium in *occidentali monte situm ab Arnulfo episcopo dedicatum est 3. Kal. Martii, auxilio Geronis episcopi et coepiscoporum, inperatore talentum auri ad altare offerente. Inde digressus, Goslarie quatuor ebdomadas sedit. Post hec Bertoldus, Lutarii filius, cum suis fautoribus urbem Mundam Kal. Aprilis conducto custode intrans, Baldricum, Wigmanni comitis inclitum satellitem, cum suis diu repugnantem occidit, victorque in ea
c. 39. sedit. Interea principes inperatoris edicto Goslariam conveniunt, ubi Sigefrido fratris sui Heinrici de Stathen comitatus [commendatur[e]], expedicioque inperatoris ordinatur, multaque periclitanti patrie necessaria disputantur. Inperator palmarum diem Mogontie, pascha Ingilinheim honorifice celebravit. Mense Aprili 6. Idus eiusdem luna visa est in plenilunio, ut nova scilicet, cum est prima, diei hora 3. diu rutilans. Post hec inperator Aquisgrani generalem conventum habuit, ubi consilio Heriberti Coloniensis archiepiscopi Theodericum Metensem episcopum et Heinricum, fratrem
c. 41. eius, placavit. Regine Coupungen veniens, iufirmatur, vovitque ad laudem Dei monasterium ibidem se facturam. Audiens inperator, reginam levius habere et votum Deo fecisse, grates Deo persolvit. Igitur pentecosten in Wirtina celebravit,
c. 42. Heithinrico abbate sibi serviente. Hinc ad orientem tendens, reginam Patherbrunne occurrere iussit, et Magdaburch pariter profecti, a Gerone archiepiscopo honorifice suscepti sunt. Sequenti nocte Nonas Iulii horrida tempestas hominibus, pecoribus, edificiis et frugibus late nocens ingruit, inmensus quoque fragor silvas concutiens, vias omnes occupavit. Postera die ad Liesca cum exercitu veniens, ibique duas noctes in castris sedens, tardantem turbam expectavit. Post hec regressa inperatrice cum plurimis, ipse turmatim processit. Ipsa die Heinricus, quondam dux Bawarie, a Bolizlao, ad quem pacis gratia perrexerat, cum nunciis eiusdem rediit. Quem audita referentem cum legatione iterum remisit, nil-
c. 44. que proficientem ad dominam et sororem suam redire permisit. Interim Miseco, Bolizlai filius, Boemiam, absentia Othelrici ducis sui minus solito repugnantem, cum 10 legionibus invadens, duobus diebus hanc depredatur, et cum innumerabili multitudine captivorum reversus, patrem inmensis gaudiis replevit. Inperator cum exercitu suo et Boemiorum et Liuticiorum obvia queque devastans, 5. Idus Augusti ad urbem Glogowam, ubi Bolizlaus cum suis sollicite prestolabatur, venit, et suos, ne hostem inter latitantes sagittarios provocantem persequerentur, prohibuit. Inde 12 legiones ad urbem Nemzi premisit, ut venturum habitatoribus[f] auxilium preoccuparent. Quibus castra metatis, hostes adventare rumor indicat. Quos nocte tenebrosa et pro imbrium effusione ledere non valentes, quibusdam fugatis, ab introitu tamen civitatis ceteros prohibere non poterant. Hec civitas in pago Silensi posita, ob qualitatem sui vel quantitatem, cum execranda gentilitas ibi veneraretur, ab incolis nimis honorabatur. Inperator post tres dies illuc cum exercitu veniens, castris undique obsideri urbem iubet. Sed in efficiendis rebus auxiliantium ei affectus defuit; nam noctis silentio per omnes custodias magnum urbi presidium advenit. Tunc omnium instrumentorum species parari iubentur, et mox ex parte adversa his admodum similia videntur. Nam et crucem sanctam spe victorie ex parte gentilium erigebant. Si
*fol. 141. quid vero prosperum eis accidit, numquam exclamabant, sed nec adversitatem aliquo gemitu *ingravescente aperiebant. Mararenses interea Boemiam ingressi, urbem quandam expugnant, et cum ingenti preda incolumes exiebant. Quod cum marchio Heinricus audisset[g], festinus insequitur, et interfectis eorum plus quam mille viris, captivitatem omnem solutam domum remisit. Alii quidam milites Bolizlai urbem Belegori 18. Kal. aggressi et bello diutino inpugnantes, nichil pro-
c. 46. fecerunt. Inperator, perfectis omnibus instrumentis, cum iam tres ebdomadas ibi sedisset, urbem inpugnari iussit; sed hec omnia iniecto a propugnaculis igne celeriter arserunt. Othelricus dux cum suis ascendere temptans, nil profecit. Tunc Liutici similia aggressi deiciuntur[h]. Cesar videns exercitum infirmitate depressum in urbe capienda in vanum labo-
c. 47. rare, iter suum ad Boemiam direxit, ibique ab Odelrico inimico duce decenter susceptus, muneribus honoratur. Interea[i] satellites Bolizlai iussu ipsius inter Albiam et Mildam 13. Kal. Octob. plus quam mille mancipia ceperunt, et plurima
c. 45. late consumentes, prospere redierunt. Eodem anno Godefridus dux et Gerhardus comes, diu discordes, diem condixerunt, quo cum suis fautoribus hec certo duelli iudicio discernerent. Igitur 6. Kal. Septembris in quadam prati florentis [planicie[k]] conflixerunt, sociisque Gerhardi in fugam versis, 300 ex eis prostrati sunt, capti autem Sigefridus, eius filius, nepos inperatricis, cum Balderico et aliis plurimis Sauciatus est ibi Cono, qui et Conradus, cui iam illicite nupserat Gisla, neptis sua, Ernasti ducis vidua. At dux Godefridus in eodem certamine 30 milites perdidit, sed eos multum ele-
c. 41. gantes. Eo anno Thiedagus Pragensis episcopus, successor Christi martiris Adalberti, viam universe carnis fideliter
c. 48. 3[l]. Idus Iunii intravit; cui inperator Ekkihardum Nove civitatis abbatem substituit, quem 2. Nonas Novenbris ab Erken-
c. 43. baldo Mogontino archiepiscopo consecrari precepit. In monte sancti Iohannis Magdaburh 12. Kal. Aug. in dormitorio fratrum quiescentium lucerna quedam ardens maior solito illuxit, et proxima queque occupans, monasterium et duas capellas cum aliis habitaculis late flagrans ignis absorbuit. Sed divina pietas et confluentium devotio omnes sanctorum reliquias et maximam partem tesauri eripuit, uno tantum ex[m] fratribus ob eripiendum sacerdotalem apparatum amisso et
c. 49. in medio ignis peccata sua confitente. Obierunt hoc anno episcopi preclari Amulricus, Fermundus, et Becellinus, et
c. 46. paucas ebdomadas sedens Altmannus. Marchio Heinricus longa egritudine vexatus, 14. Kalend. Octob., orientalium
c. 53. Francorum decus, obiit, et in Suinvorde civitate sua in septentrionali parte monasterii sepelitur. Curtis regalis in Palithe pars maxima et in Traiecto maior ecclesia cum omnibus edificiis et mansionibus Othelbaldi presulis, Ilburch quo-
c. 18. que urbs Thiederici comitis casu accidente combusta sunt. Inperator Kal. Octobris Mersburh venit; ubi nuncius Bolizlai Liudolfum[n] iuvenem diu captivum remitti promisit, eiusque milites custodia detentos pro eo relaxari petiit, et, si

a) expætabat *c.* b) *pergit c. alio atramento.* c) idiē *c.* d) septuasime *c.* e) *deest c.* f) habitoribus *c.* g) audiset *c.* h) decuntur *c.* i) Interea — multum elegantes *in loco raso c.* k) *deest c.* l) III. i. i. *superscr. c.* m) *bis scriptum c.* n) dolfum — banenberch *in loco raso c.*

pro inperatoris gratia adquirenda nuntium mittere liceret, inquisivit; quibus inperator principum interventu omnibus assensum prebuit. Tunc quoque conperit, regem Ruscorum, ut sibi promiserat, contra Bolizlaum venisse, sed nil ad urbem obsessam profecisse. Igitur a Mersburh Alestide venit, ubi memoriam omnium sanctorum digne celebravit; ubi ebdomadas quinque et quatuor dies sedens, Bavenberh *mense Decembri visitavit. Prima nocte que adventum eius subsecuta est, Guncelinus diu ibi in custodia tentus solvitur, catena de pedibus eius per divinam maiestatem leniter cadente integraque permanente. Heinricum etiam, quondam Bawarie ducem, per octo annos et pene tot menses depositum, pristino honori restituit; quod ei firmaverat Poppo Trevirensis archiepiscopus. Hoc anno in Bawariorum et Marahensium confinio quidam peregrinus nomine Colomannus ab incolis quasi explorator captus, ad professionem culpe, quod non meruit, diris castigationibus conpellitur. Quo se excusante pauperemque Christi esse et sic vagari affirmante, in arbore diu arida suspenderunt. Sed Deus malignis, quid in eo egerint, ostendit. Caro enim eius a quodam post paululum incisa sanguinem fudit, ungues quoque et capilli crescebant. Ipsaque arbor virescens floresque producens, hunc Christi martirem esse, cunctis monstravit. Quod ubi Heinricus, qui inter Ungarios et Bawarios marchiam tenebat, conperit, corpus eius in Mezelikun honorifice sepelivit. Inperator a Bavenberh discedens, per Wirceburh Franconevorde natalem Domini celebraturus venit. Thietm. l. l. fol. 141'. c. 51. c. 53.

A. d. i. 1018. Inperator natale Domini festivis gaudiis, circumcisionem quoque et theophaniam Frankenevorde celebravit. Post hec assidue supplicante Bolizlao, in urbe Budisin iussu inperatoris a Gerone et Arnulfo episcopis, Thiedrico et Herimanno comitibus, et[a] Friderico camerario regio pax, non quidem ut decuit, sacramentis firmata est, acceptisque ab invicem obsidibus, reversi sunt. Oda, Ekkihardi marchionis filia, a Bolizlao diu desiderata, per Ottonem filium vocata, Ziezane ad eum venit, eique contra[b] canonicam auctoritatem in septuagesima nupsit. Rodolfus Burgundionum rex, avunculus inperatoris, coronam suam et sceptrum cum uxore sua et privignis et optimatibus universis concessit, reiteraturque sacramenti confirmatio. Acta sunt hec Mogontie mense Februario. Mense Marcio 17. Kal. Aprilis magna sinodus fit in Niumagon, ubi Otto quidam de primoribus Francorum et uxor eius Irmingard, consanguinitate proximi, iniuste diu coniuncti, ob inobedientiam continue vocationis excommunicati sunt, cooperatoresque eorum a suis episcopis ad satisfaciendum vocati. Ibi etiam constitutum est, antiquo exemplari perlecto, ut corpus dominicum ad sinistram et calix ad dexteram sacerdotis poneretur. Inperator palmas et sanctum pascha in predicto loco celebravit, quia Baldericum, de nece Wigmanni comitis nil se excusantem legitime, cum suis conspiratoribus recalcitrare conperit. Gero archiepiscopus et Bernhardus marchio in Wanzleve reconciliati sunt 18. Kal. Mai. Godefridus quoque dux et Gerhardus comes inperatoria potestate reconciliantur. Tempore illo in Anglia 30 navium pirate a rege eorum, Sueini regis filio, occisi sunt. Mediolanensis archiepiscopus obiit; et prepositus eiusdem ecclesie Heribertus successit. Volkmarus abbas Fuldensis et Laurisheimensis obiit. Bertoldus Munde civitatis invasor inperatorie potestati sponte cum suis fautoribus traditur, et urbs continuo concrematur. Inperator post longam habitationem a Niumagon discedens, sollempnes dies rogationum *Aquisgrani studiose celebravit. Lampertus Constantiensis ecclesie episcopus 17. Kal. Iunii obiit. Inperator pentecosten in Engelenheim celebravit, ubi Rothardum cappellanum suum Constantiensi ecclesie prefecit. Otto comes in inperatoris et Erkenbaldi archipresulis presentiam veniens, predictam uxorem suam tribus iuramentis amisit. Baldericus etiam reconciliatur. Transactis paucis diebus, Heinricus, qui marcam inter Ungarios et Bawarios sitam habebat, vir fortis et strennuus, defunctus est. Inperator Basulam civitatem veniens, cum exercitu in Burgundiam properat; regina vero Capungun veniens, monachicam ibi vitam instituit, et per orientalem Franciam in Bawariam profecta, fratrem suum Heinricum Ratispone in ducatum restituit. Cometa visa est, que luctum vastationis Gallie partibus per Theodericum, inperatricis nepotem, pestilentiam insuper et mortalitatem mundo nunciavit. Theodericus enim Othelbaldi Traiectensis episcopi infaustus satelles erat. Hic in quadam silva Mirwide vocata magnum predium habuit, quod ab ipso iniuste sibi ablatum omnes comprovinciales in Niumagon questi sunt. Unde inperator episcopo Traiectensi precepit, ea loca incendi et conquerentibus reddi. Cumque episcopum a talibus mandatis infaustus iuvenis conpescere nequivisset, licentiam abeundi petiit et se id prohibiturum minatus est. Itaque Kal. Aug. 3[a] feria petiit Othelboldus episcopus predictum Theodericum, auxilio amicorum et Godefridi ducis, quem idem in nece militum suorum multum nocuerat. Itaque in insula quadam fit conventus collecti exercitus. Ubi a Fresonibus ex insidiis undique erumpentibus et a Theoderici militibus circumventi, dictu horribile, gladio et aqua[c] sine illorum dampno pene omnes perierunt. Episcopus vix navicula aufugit, et dux ab hostibus vix salvatus est. Godefridus comes et Iohannes miles optimus sternuntur, utque veraces affirmant, plus quam tres legiones interfectorum fuere, omnisque illa regio defensore carens, piratis in rapinam facta est. Balderici quoque Leodicensis episcopi et Cameracensis presulis milites pene omnes in predicta insula oppecierunt, et in tribus proximis provinciis non supererat ulla domus, ubi non deesset habitatorum saltem unus. Hanc insuperabilem erumpnam aves undique congregate et semet ipsas invicem interficientes, que innumerabiles erant, presignaverunt, et locum ubi isti postea corruerunt preoccupaverunt. Eodem die Baldericus Leodicensis episcopus obiit in Ticle; cui[d] Walbodo successit Sed Godefridi ducis auxilio Othelboldus antistes cum Theoderico[e] hoste reconciliatur, non voluntate, sed necessitate, quia non erat regionis ullus prepotens defensor, si inimicus acrior insurgeret. Obierunt eodem anno Heinricus Wirceburgensis episcopus et Arnoldus Ravennensis archiepiscopus; aliique perplurimi nobiles utriusque sexus de hac luce subtracti sunt. Inperator ex Burgundia reversus, nil de promissis percipiens, et parum sibi renitentibus nocens, colloquium in Suevia de re publica habuit; et mox per Rhenum sollicitus descendit. Nam cooperatores sui et columpne regni maxima ex parte iam ceciderant, sibique grave pondus in occulto imminebat, quia fidei simulatores occultis ei insidiis per extraneos resistere* nitebantur, ut non liceret ei libertate debita congruenter inperare eorumque inistam temeritatem et libertatis insolentiam in aliquo minorare. In diebus illis Udo comes Herimannum, coequalem sibi tam nobilitate quam potestate, cepit. Theodericus quoque dux egregius et fidelis inperatori, cum post superiorem expedicionem ab inperatore separatus, domum redire voluisset, a quodam seniore[f] Stephano locis abditis impugnatur. Cumque iam victor existeret, milite in predam cadente, iterum invasus et victus, cum paucis aufugit Bolizlaus regnum Iarizlai regis Ruscorum cum exercitu invadens, fratrem illius generumque suum Zuentupulcum intronizavit. Horum[71] pater rex Wladamirus uxorem a Grecia Ottoni III. desponsatam ducens, nomine Helenam, ipsius hortatu christianitatis fidem susceperat. Tres vero habens filios, uni eorum Bolizlai filiam in matrimonium sumpsit. Cum qua missus fuit a Polonia Reinbernus presul Salsecolbergensis, qui novam Domino propaginem in insulso populo predicationis plantatione produxit. Quem predictus rex, audiens filium suum hortatu Bolizlai clam velle sibi repugnare, cepit, et cum filio proprio eiusque uxore in singulari custodia clausit, ubi assiduis lacrimis et orationibus intentus, ad perenne regnum mori- Th. VIII, 13. A. Quedl. c. 9. c. 5. c. 9. fol. 142. c. 15 c. 13. fol. 142. c. 16. c. 17. c. 16. VII, 52.

a) nec *c.* b) *deest c.* c) igne *corr.* aqua *c.* d) cui ualbodo s. *superscr. c.* e) thederico *c.* f) senore *c.*

71) Eadem iam supra a. 1013. leguntur.

Thietm. l. l. VIII, 16. ens transivit. Post hec rex ille moriens, integritatem hereditatis duobus filiis reliquit, tercio adhuc in carcere[a] posito; qui postea elapsus, coniuge ibidem relicta, ad socerum fugit. Igitur Bolizlaus 11. Kal. Augusti ad quendam fluvium veniens, exercitum suum castra metari, pontesque necessarios parare iubet. Iuxta quem Iarizlaus rex cum suis sedens, duelli eventum sollicitus expectabat. Interim ad bellum Poleniorum provocatione[b] excitatus, ab amne quem tuebatur inopinata eorum prosperitate fugatur. Quo conperto, Bolizlaus extollitur, et flumen cum sociis velociter, etsi laboriose, transivit. Inimica acies econtra turmatim ordinata, defendere patriam frustra nititur; nam primo conflictu pulsi sunt, cesaque est innumera multitudo fugientium; ex victoribus autem pauci ceciderunt. Ex illa die Bolizlaus prosperitate fretus, inimicos palantes insequitur, et ab incolis susceptus, muneribus honoratur. Interea Iarizlaus quandam civitatem fratri obedientem vi cepit habitatoresque abduxit. Urbs autem Kitawa, a Pedencis hortatu Bolizlai impugnata, incendio graviter atteritur. Que a rege suo fuga lapso relicta, 19. Kal. Septembr. Zuentupulcum, quem diu desideraverat, cuius gratia et christianorum timore omnis hec regio conversa est, suscepit. Archiepiscopus civitatis cum sanctorum reliquiis et ornamentis diversis eos honoravit in monasterio sancte Sophie. Ibi fuit noverca predicti regis, uxor quoque et 9 eius sorores[c], quarum unam prius amatam antiquus fornicator Bolizlaus, proprie uxoris oblitus, abduxit. Ibi ineffabilis pecunia ei ostenditur, cuius magnam partem hospitibus et fautoribus suis distribuit, aliqua etiam ad patriam misit. Fuerunt in eius auxilio Teutonici 300, ex Ungariis 500, ex Pedineis viri mille, quos omnes domum remisit, quia indigenas genere suo fideles invenerat. In hac magna civitate Kitawa, que caput est huius regni, plus trecente eclesie habentur, et nundine 8, populi autem ignota manus, que sicut omnis hec provincia ex fugitivorum servorum robore undique confluentium et maxime Danorum, Pecineis[d] multum se infestantibus hactenus resistebat. Hac elatus prosperitate Bolizlaus, ad Iarizlaum misit, qui ab eo filiam suam reduci peteret et uxorem ipsius cum noverca et sororibus reddi promitteret. Post hec abbatem Thuni, virum in quo regnabat tota ipocrisis, ad inperatorem cum nuncribus misit, ut eius gratiam amplius adquireret et ipsi placentia facturum se firmiter promitteret.

fol. 143. A. Quedl. A. Hild. A. Quedl. A. d. i. 1019. Inperator natale domini Patherbrunne celebravit, et in Goslaria[e] quadragesimale tempus transegit; ubi Bernwardus Hildensheimensis episcopus, presente inperatore cum episcopis ceterisque regni primoribus sinodo habita, Godescalcum, Ekkehardi presidis filium, et Gerdrudam, Egberti comitis filiam, separavit. Inde inperator Walbike iter agens, comitante inperatrice, cum episcopis et principibus diem palmarum sollempniter celebravit; deinde Mersburch paschalia festa celebraturus pervenit; ubi multorum nequicia manifestata meritis penis est multata. Hoc anno Fridericus, frater inperatricis, defunctus est. Herimanni[f], consobrini inperatoris, filii cum Thietmaro, Bernhardi ducis filio, rebellare ceperunt; qui tamen conprehensi custodie deputantur. Interim Thietmarus fuga elapsus, patriam repetit; sed cf. A. Quedl. a. 1018. post non multos dies omnes pariter inperatoris gratia[g] condonantur. Thietmarus Mersburgensis episcopus obiit; cui Ekk. Bruno successit. Eodem anno Werinherus Argentine episcopus cum Alemannis contra Burgundiones pugnavit et vicit. Heimeradus presbiter, vir sanctus, in Hasungun de hac vita feliciter ad Christum migravit.

A. Hild. A. Quedl. A. d. i. 1020. Inperator natale Domini Wirceburh celebravit. Bernhardus iunior dux Saxonie, frater supradicti Thietmari, inperatori rebellaturus, Scalkesburh intravit, quam statim inperator obsedit. Sed Bernhardus iusticie cedens, interpellante inperatrice, gratiam inperatoris pariter cum beneficio patris obtinuit. Huius frater Thietmarus in- A. Quedl. tertectus est in duello coram Heinrico inperatore. Hoc anno hiems solito asperior atque diuturnior inhorruit, adeo dura, ut plerique vi[h] algoris extincti occumberent. Quam subsecuta est inaudita mortalitas, et totum pene orbem subitaneo vastavit occasu. Benedictus papa cum inperatore Heinrico in civitate Babenberh cenam dominicam festumque pascale decenti excoluit ministerio, ac multiplici opum copia donatus, Romam letus ac sospes revisit. Ekk. A. Quedl. Terremotus magnus 4. Idus Maii, feria 5. factus est. Deinde 15. Kal. Aug. feria secunda, luna 23, incipiente hora dici 3. usque ad sextam apparuit circulus magnus circa solem, colorem yris habens, quem alii 4 lucidiores circuli binis locis in modum crucis conplexi sunt. Attamen tribus rarescentibus, duo, id est medius et aquilonalis, diutissime perstiterunt. Interim res mira cunctisque retro temporibus inaudita incolis septentrionalibus accidit. Nam fluvius Albis ac Wisara insolita inundationis mole alveos suos egressi et nimia violentia ventorum evulsi, cuncta rura late circumiacentium terrarum cum collibus ac montibus, quos natura quadam pre ceteris sublimitate munierat, altius insurgendo submergebant, et quod his mirabilius[i] est et omni incredibilius auditu, villas integras nequaquam soluta edificiorum [compage[k]] cum inibi degentibus de alia in aliam transvehendo ripam, eadem qua prius positione constituebant. Inter hec ecclesiam quandam, pia maiorum diligentia olim constructam, eodem ut cetera impetu, pristino omnimodis statu evulsam, alibi translatam affir- fol. 143'. mant. Sed et supradicti fluvii Albis et Wisara tenis dierum ac noctium vicibus flammivomis contra naturam superficie tenus visi sunt arsisse vaporibus. Postea decrescente diluvio, dum pia quorundam sollertia debitum sepeliendi humanis cadaveribus prebere studuit, quorum erat innumera multitudo in plures cumulos concreta, ita serpentibus et colubris concreta reperiuntur, ut nec ferro nec cuiuslibet artis instrumento ea dissolvendi ullam timidi homines viam invenire quivissent. Otto predictus[75], qui uxori iniuste adheserat, quam tribus iuramentis amiserat, felle conmotus contra Erkenbaldum Mogontinum archiepiscopum, eo quod sepius ab illo correptus esset pro iam dicto incestu, dispositis [insidiis[l]] christo Domini manum paravit inferre. Sed cum archiepiscopus, Dei se protegente gratia, illesus evasisset, socios, qui navali eundem sequebantur[m] itinere, conprehendit et custodie tradidit multisque iniuriis tractavit. Quod cum inperatori nunciatum fuisset, habita cum episcopis et principibus deliberatione, eum ab hac inmani temptavit revocare vesania. Qui rebellis et incorrigibilis perseverans, ab episcopis vinculo anathematis innodatus est, ut vel sic timore penali victus dignis penitentie lamentis reddere se studeret. Que ille omnino despectui habens, copias suas cum coniuge in quandam munitionem Hammerstein vocatam contraxit.

A. Quedl. a. 1020. A. d. i. 1021. Inperator iusticie fidens, Hamerstein firma obsidione circumdedit, ibique dominici natalis diem egit. Tandem famis inopia coacti, instante celebri per orbem Stephani protomartiris festo, se suaque omnia inperatorie [potestati[n]] dedunt. Inperator post victoriam Saxoniam properavit[o], festum palmarum Walbike, pascha Mersburh debita A. Quedl. h. a. devocione celebraturus. Interim pervenit ad aures ipsius, Heribertum venerabilem Coloniensem archiepiscopum humanis rebus excessisse. Hic dive memorie presul quam studiosus extiterit in omni eclesiastica relligione, miracula ad tumulum A. Hild. A. Quedl. eius divinitus acta testantur. Huic Pilegrimus successit. Inperator, emensa quam ceperat via, dominicam resurrectionem summa celebravit gloria. Postea Partenopolim perveniens, sacros dies pentecosten cum Gerone archiepiscopo glo-

a) cacere *c.* b) *superscr. c.* c) sorrores *c.* d) pecines *c.* e) gaslaria *c.* f) *A. Quedl.* cons. imp. filii Hermanni *etc.* g) g. omnes *c.* h) in *c.?* i) mirabilus *c.* k) *deest c.* l) *deest c.* m) sequebatur *c.* n) *deest c.* o) s. in saxo uit *corr.* S. properauit *c.*

75) a. 1018. v. supra.

riosissime peregit. Inde Alestide curtem regiam repetens, publicum habuit conventum, et inter illius provincie civitates totum illum peregit annum. Sanctorum Tebeorum sollempnia Halberstad honore celebravit dignissimo, Arnulfo presule ministrante. Inde Quidelingeburh venit, ubi dedicatio monasterii ipso iubente peracta est. Dedicatum est autem ab Arnulfo episcopo, et altare summum in honore sancte et individue Trinitatis, et sancte Marie, Iohannis babtiste, sancti Petri, sancti Stephani protomartiris, Dionisii et sociorum eius, et sancti Servatii confessoris. Octavo dedicationis[a] die imperator discedens, Mersburgensis eclesie dedicationi interfuit; postea in Alestide[b] cum primoribus inperiale habuit colloquium. Erkenbaldus Mogontinus archiepiscopus obiit; cui Aribo regius cappellanus successit; cuius super aliquot psalmos tractatus invenitur. Hic monasterium construxit super[c] montem Hasunkun in honore Petri et Pauli apostolorum et in memoriam supradicti[76] beati Heimeradi. Bracilaus, Boemie ducis Odolrici filius, Iudhitam, sororem Ottonis de Suinvorde, filiam sepedicti marchionis Heinrici, de monasterio ubi erudiebatur rapuit, sociisque id ignorantibus et ab irruentibus conprehensis, aliorum crutis oculis et naribus abscisis, aliorum manibus et pedibus truncatis, ipse cum paucis et virgine per noctem vix evasit. Et ne Teutonis calumpniandi Boemios iusta esset occasio, salutato cum nova nupta patre, in Moraviam profectus est. Nam hanc sibi pater tradiderat, fugatis inde Poloniis, ex quibus multos comprehensos, centenos et centenos catenatos vendi iusserat, quia post obitum secundi Bolizlai, sicut urbem Pragam, ita[d] totam Moraviam vi obtinuerant Polonii.

A. Quedl. A. Hild. a. 1020. Ekk. Cosmas.

A. d. i. 1022[e]. Inperator natale Domini celebravit in Italia. Post hec obsedit Novam Troiam; quam, licet obsidione longa, gloriosissime devincens, inde perrexit Romam, ibique aliquantulum moratus, nivosa Alpium cacumina citato transgreditur cursu; et mortalitas magna in exercitu facta est. Mox sinodale colloquium, confluentibus undique diversarum regionum episcopis aliisque populis quam plurimis, in partibus peregit occidentalibus. His ita peractis, perventum est ad quendam locum Grona dictum, ubi in presentia imperatoris inter Geronem Magdaburgensem archiepiscopum et Arnulfum Halberstadensem[f] episcopum nefanda omnique evo execranda oritur sedicio. Theodericus Mimigardevordensis[g] episcopus 10. Kal. Februarii obiit; cui Sigifridus abbas Magdaburgensis[h] successit. Theodericus Mindensis presul 11. Kal. Marcii decessit; post quem Albericus, eiusdem loci prepositus, est electus; sed morte preventus, nec consecrationem accepit, nec in cathedram pervenit. Sigibertus vero in episcopatum intravit. Berwardus venerabilis Hildensheimensis antistes 12. Kal. Decembris ad Christum migravit. Interea[i] inperator Grone sedebat, et Godehardum Altahensem abbatem pietatis more secum habebat. Qui postquam fidelem Christi suique amicum condigno merore deflevit, eundem abbatem secreto soliloquio de eiusdem sedis episcopatu convenit; deinde per episcopos duriciam cordis eius mollire temptavit. Sicque per totam ebdomadam inter eos causa tractabatur; sed ille semper eadem sententie sue tenacitate renitebatur. Tandem in vigilia sancti Andree aspexit in visione, in atrio eclesie, in qua post triduum consecrandus erat, multitudinem de eodem episcopatu concertantem. Tunc accessit ad eum cum pulcra caterva puellarum quedam matrona, vultu et habitu mirabilis, et apprehensa eius dextra, in eclesiam introduxit, ipsoque ad eius nutum ante crucifixum ad pedes se inclinante, cum circumastantibus clara voce psallere cepit: *Infunde unctionem tuam clemens nostris sensibus.* Quid plura? Sequenti die in natali apostoli cum summo cleri plebisque tripudio ei iam volenti pastoralis cura conmendatur, et ab Aribone archiepiscopo Mogontiaco digne Deo consecratur. Sed tamen ipso die ordinationis sue ante missarum sollempnia secretius eum cum episcopis convenit, eique in Gandersheimensi loco et circumiacente territorio omnem pontificalis officii provisionem banni sui interpositione prohibuit. Nam superiori anno eundem archiepiscopum[k], inperialis anuli dono regio more presignatum, Bernwardus episcopus ad principale altare prenotate Gandersheimensis eclesie presbiterum ordinavit, eique verbi Dei et banni sancti Petri auctoritate eiusdem altaris loci etiam vel circumiacentis territorii usurpationem, invasionem vel repeticionem, astante imperatore cum episcopis, publice interdixit. In huius banni vindictam ille beato Godebardo temptationem predictam intulit. Erat tamen idem archiepiscopus genere et dignitate, probabili etiam morum gravitate vere venerabilis, sed in hac tantum temeritate erga beatum virum pro parte culpabilis. Quem quidem bannum episcopus Godehardus sue simplicitatis more nec approbavit nec rennuit, sed ad inperatorem, patrocinium querens, confugit. Qui, accersito cum fratribus archiepiscopo, familiariter et dissimulata cordis molestia hunc novum conflictum banno soluto sapienter pacificeque diremit.

fol. 144. A. Quedl. Ekk. A. Quedl. A. Hild. V. Godeh. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 16. fol. 144'.

A. d. i. 1023. Heinricus inperator festa pascalia Merseburh celebravit. Godehardus episcopus prima post ordinationem suam estate monasterium in australi parte principalis eclesie honorifice fundando inchoavit. Ekkehardus 4[us] Pragensis eclesie episcopus, prius autem Nove civitatis, Nienburh[l], abbas, 6. Idus Augusti ab hac vita migravit. Hic constituit in Boemia, ut pro decimatione unusquisque, sive potens sive dives sive pauper, tantum qui de suo allodio araturam haberet, duos modios, palmarum quinque et duorum digitorum, unum tritici et alterum avene, episcopo persolveret. Nam antea, sicut a primo episcopo Dietmaro constitutum erat, pro decimatione duos messis acervos dabant. Acervum autem dicunt 50 manipulos habentem Arnolfus, Halberstadensis eclesie nonus episcopus, Christi fidelis famulus, 7. Idus Septembris obdormivit in Domino. Hic[77] divina favente clementia adquisivit sancto Stephano mansos mille et ducentos, et alia multa in molendinis, in areis, silvis, fossis, salinis, in diversis locis adquisitis. Tesaurum sancti Stephani in palliis, in indumentis missalibus ad omnes ordines pertinentibus valde multiplicavit. Tabulam altaris supremi auro puro et gemmis decoravit. Thuribulum aureum et thuris receptaculum aureum et calicem magnum aureum cum patena et varia ornatuum genera sancto Stephano obtulit. Corpus eius in claustro sepultum est. Gero Magdaburgensis archiepiscopus, multis doloribus confectus, 11. Kal. Novenbris, seculo moriens et Christo vivens, decessit. Hic consilio fidelium suorum conmutavit xenodochium[m], quod primus Otto inperator construxerat[n] in villa que dicitur Rothardestorp, et facto infra urbem monasterio in honore sancte Dei genitricis Marie, eadem predia, unde prius egentibus necessaria prebebantur, cum aliis bonis precio per se adquisitis,

cf. A. Hild. (cf. Chr. Halb.) A. Quedl. (cf. Chron. Magd.)

a) dedicationi *c.* b) alstide *c.* c) s. m. *bis scriptum c.* d) *bis scriptum c.* e) mill. XII. *c.* f) haberstadensem *c.* g) mimigardeuordenordensis *c.* h) madaburgensis *c.* i) Iterea *c.* k) archepm *c.* l) *super* Nove civitatis *scriptum c.* m) xenochium *c.* n) construxera *c.*

76) cf. a. 1019. 77) Eadem fere verba iam supra a. 996. leguntur.

eidem eclesie obtulit, et prepositurum ibi constituit. Aliam preterea eclesiam in honore beati Iohannis euangeliste construxit et dedicavit; canonicisque ibidem Deo servientibus de sua proprietate, unde sufficiens illis victus et vestitus esset, deputavit, et statum loci cum illis eclesiis honorifice ampliavit. Muros etiam urbis, quos Otto inperator incepit, ipse perfecit, domum sancti Mauricii cum variis ornamentis et edificiis episcopii renovavit, et omnia in sua eclesia tam exterius quam interius melioravit et ampliavit. Decessit autem in villa Vadderroth vocata in parrochia Halberstadensi, relinquens posteris plurima monimenta sue industrie. Pater eius Dedi dicebatur de Wodeneswege, mater vero

A. Quedl. Eilica. Eodem anno Eilwardus Misnensis episcopus et Bernhardus Mikilenburgensis episcopus aliique antistites

A. Hild. A. Quedl. plurimi obierunt. Liudolfus comes obiit. Interea inperator dominice nativitatis gaudia celebraturus, regio comitatu Bavenberch profectus est[a] . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

A. d. i. 1024. . . . . .

fol. 146 Ekk. Sublimatus autem in regni sede, consilio Brunonis episcopi Augustensis, fratris Heinrici inperatoris, qui semper, ut supra dictum est, felicibus eius actibus invidebat, Babenbergensem episcopatum meditabatur destruere; quia idem Brun episcopus promisit Gisle regine, omnia predia hereditario iure ad se pertinentia filio eius Heinrico contradere. Locus igitur et tempus conventui statuitur, ubi hec res ad certum perducatur. Nocte vero, que diem precesserat in qua hec ventilanda erant, Everhardus Babenbergensis episcopus ad tentorium predicti Brunonis clam accessit, lectoque eius assidens, multa super hoc monendo, obsecrando, memoriam fratris animo inculcando, cum eodem sollicitus egit. Postquam multa noctis hora transacta recesserat, et episcopum pro auditis sollicitatum somnus oppresserat, visus est ei frater suus imperator Heinricus lecto suo astare, faciemque suam barba ex una parte depilata turpatam obicere. Cui super hoc stupido et admiranti et quis tam temerarios ausus in eum presumeret interroganti, *Tu*, ait, *hec fecisti, qui me et sanctos Dei, quos rebus a Deo michi concessis dotavi, despoliare disposuisti. Cave iam utterius super hac temeritate, ne incepta tuas magna infeticitate.* Ad hec ille expergefactus ac de visione non parum perterritus, membrorum quoque horrore ac tremore non leniter est attactus. Mane autem facto, cum diu expectatus ad conventum procerum non veniret, regina pro filio sollicitata nuntiis missis obnixe rogavit, ut veniens promissa perficeret. Ille vero affirmabat, se tanta infirmitate gravari, ut nec de lecto surgere nec pedem posset quoquam movere. Cumque rogaretur, ut se in lecto ad conventum portari pateretur, quo vel sic promissum perficeretur, omnino abnuit, seque in Deum et sanctos eius et in fratrem suum peccasse, libera tandem voce proclamavit. Sic itaque divina pietas per merita famuli sui, ne spe, quam in se posuit, fraudaretur, omnia illius prave conspirationis machinamenta repressit; idque quod ab eo bene ceptum est confirmando, semper exinde ad meliora provexit.

V. Godeh. A. d. i. 1025. Conradus rex primum sue felicitatis annum in natali Domini Mindo iniciavit; epiphaniam Domini in

A. Quedl. V. Godeh. Patherbrunna more regio peregit. Inde Hildinsheim venit, ubi Aribo archiepiscopus, qui vivente inperatore Heinrico iam per biennium obticuerat, iterum inventa occasione[b] beatum Godehardum super Gandirsheim inquietare cepit; quam tamen

A. Quedl. eius machinationem novus rex principum consilio diremit. Postea venit Halberstad, ubi aliquamdiu moratus, multa disposuit. Deinde Quidelingeburch properat; postea purificatione sancte Marie in Magdaburch festive celebrata, Mersburh

V. Godeh. letus aggreditur. Sic peragrata conpendioso itinere Saxonia, quadragesimali tempore per Thuringiam Franciamque in Bawariam progressus, Reinesburch sanctum pascha honorifice feriavit, et ea estate partes Bawarie, Suevie et Karentino-

A. Quedl. rum cum circumiacentium provinciarum terminis pertransivit. Interea Bolizlaus dux Boemie, obitu inperatoris Heinrici conperto, animo elatus, superbie veneno perfunditur, adeo ut uncto imponi sibi coronam temere usurpaverit; qui tamen eodem anno defunctus est. Post hunc Miseco, filius eius natu maior, haud dissimili superbia tumens, virus

fol. 146'. A. Hild. a. 1029. arrogantie longe lateque *diffudit. Eodem anno legati Liuticiorum ad regem in Palithi venerunt, eiusque auxilium contra Miseconem petierunt, seque regi fideliter servituros promiserunt; sed mentita est iniquitas sibi solito more. Eo-

A. Hild. a. 1025. V. Godeh. dem anno Godehardus Hildinisheimensis episcopus montem speciosum in occidentali parte sue 'civitatis 'incolere cepit, quem postea titulo ac nomini sancti Mauricii sui summi patroni dedicavit.

V. Godeh. J. f. Acc. A. d. i. 1026. Rex natale Domini Leodii celebravit; et Heinricum, filium suum ex Gisla, regem fecit. Hec Gisla[78] et soror eius Machtildis fratresque eius Rodulfus et Bernhardus nati erant in Westfalia, de[c] loco qui dicitur Werla. Gisla nupsit primum Ernesto, filio Liuppaldi marchionis, genuitque illi Herimannum ducem Suevorum. Duce Ernesto defuncto, accepit eam[79] uxorem comes Bruno de Bruneswic, peperitque illi Liudolfum comitem. Comite Brunone[d] etiam defuncto, duxit eam violenter Conradus suus cognatus, genuitque ex ea hunc de quo loquimur Heinricum. Machtildem desponsavit comes Esicus de Ballenstide[80], genuitque ex ea comitem Adalbertum seniorem, patrem[e] comitis Ottonis[81]. Rodolfus[82], frater earum, genuit comitem Herimannum, patrem domne Ode, quam desponsavit Udo comes de Stathen, qui primus ex illo genere adquisivit marchiam aquilonalem[83]. Bernhardus comes, alter frater[f] eiusdem regine, habuit filias, quarum

a) *Folium excisum est.* b) i. i. o. iterum *c.* c) qui de *c.* d) liudolfo *corr.* brunone *c. manu* 2. e) p. c. O. *add.* 2. f) filius *corr.* frater *c.*

78) Error manifestus. Gisela filia fuit Hermanni ducis Alemanniae. Fortasse mater ipsius Gerberga comiti de Werla nupsit. Cf. de hoc loco Crollius de comitibus Werlensibus, in Act. Palat. IV. p. 474—517. 79) Non hanc Giselam, sed alteram fortasse, illius sororem ex matre, filiam comitis de Werla; cf. Stenzel II. 126. 80) V. Raumer tab. 17. 81) cf. a. 1130. 82) V. Raumer tab. 5[b]. 83) cf. a. 1082.

unam nomine Idam duxit Heinricus de castro quod Loufe[84] dicitur, Brunonis Treverensis (A. Quedl.?)
episcopi et Poponis comitis frater. Quem cum mures corrosissent usque ad mortem, viduam illius Idam quidam nobilis de Saxonia accepit uxorem, habuitque ex illa comitem Sifridum de Ertiniburh. Filiam eiusdem[a] Ide ex comite eodem Heinrico, nomine Adelheidham, duxit Adulfus de Huvili[85], genuitque Adulfum iuniorem et fratres eius. Post cuius mortem sociavit eam sibi comes palatinus Fridericus de Sumersenburch, genuitque palatinum comitem Fridericum iuniorem. Igitur rex Conradus, ut dictum est, filium suum regem fecit; cui etiam filiam Cnud regis Danorum, mediante Unwano Bremensi archiepiscopo, deposcens Adam. II, 39.
uxorem, dedit ei Sliaswic civitatem cum marca que trans Egdoram est in fedus amicicie; et ex eo tempore fuit regum Danie. Purificationem sancte Marie Auguste mansit, inde iter suum ad partes Italie direxit, et proximum pascha Ver- V. Godeh.
cellis prospere celebravit, et ita contiguas circumquaque regiones in novo regio decore visitando peragravit. Eodem anno Aribo Mogontinus archiepiscopus in natali sancti Mathei apostoli Seligunstad concilium generale duodecim episcoporum concivit; in quo presulem Hildinisheimensem super Gandirsheimensi territorio publice convenit; quam tamen sinodum unanimitas fratrum in futurum annum conpendinavit[a*]. Wal Corbeiensis abbas obiit Idus Februarii. Sedit annis quatuor; cui Druhtmarus successit.

A. d. i. 1027. Rex natalis[b] Domini festum Yporee iniciavit; inde ad limina apostolorum tendens, feria 3. ante fol. 147. V. Godeh. c. 22.
cenam Domini Romam felici prosperitate[c] gaudens intravit, et in sancto resurrectionis die coronam inperialis honoris a beato Iohanne apostolorum vicario gloriose percepit. Inde in proxima dominica regressus, ac pervasa circumquaque potestative ea regione, in pace repatriavit, et nativitatem sancti Iohannis[d] babtiste Imbripoli novus inperator celebravit; ubi et defuncto in bona senectute Heinrico duce Bawarie, filio suo Heinrico eundem ducatum principum delectu conmendavit. Eodem item anno Aribo Mogontinus archiepiscopus Franconevorde concilium sinodi habuit cum episcopis c. 23.
23, in quo iterum beatum Godehardum de sepius preventilata causa more suo inquietavit. Pulcra[e] siquidem ibi erat et rationabiliter tam regalis quam et episcopalis consessio. Nam in orientali parte ante altare archiepiscopus Aribo cum suis suffragancis, Werinhero Argentinensi, Brunone Augustensi, Meinwerco Patherbrunnensi, Eberhardo Babenbergensi, Meinhardo Wirceburgensi, Brantago Halberstadensi, Godehardo Hildinisheimensi, Hazecone Wormatiensi, Wiggero Fardensi consedit. In occidentali parte imperator consedit, et a dextris eius Piligrimus Coloniensis archiepiscopus cum sibi subditis, Sigiberto Mindensi, Sigifrido Monasteriensi, Bennone Traiectensi. A sinistris eius Hunfridus Partenopolitanus[f] archiepiscopus cum suis, Hildiwardo Cicensi, Brunone Mersburgensi, Liuzone Brandeburgensi, Thioderico Misnensi. In australi autem parte episcopi Rambertus Wirdunensis, Rodolfus Slieswicensis, Hildolfus Mantuanus, Reinoldus Aldenburgensis assederunt. In aquilonali etiam abbates, Richardus Fuldensis, Reinboldus Lorisheimensis, Arnoldus Herveldensis, Gerbertus Mogontinus, cum aliis[g] etiam eius ordinis sex adfuerunt. Ibi tandem presul Godehardus, summa veritate, que Christus est, miserante pariter et adiuvante, episcopatus sui proprietatem super totum Gandirsheimense territorium testimonio septem episcoporum, qui predictam pactionem in Gandirsheim et audierant et viderant, canonice retinuit, scilicet Brunone Augustensi contionante, Werinhero Argentinensi decernente, ipso vero metropolitano vere invito verbi Dei banno affirmante. Hi enim erant episcopi, qui suum testimonium sicut viderant et audierant prebuerunt: Bruno Augustensis, Everhardus Bavenbergensis, Meinwercus Paderbrunnensis, Meinhardus Wirceburgensis, Sigibertus Mindensis, Hilliwardus Cicensis, Bruno Mersburgensis. In hac sinodo domna[h] Sophia abbatissa Gandersheimensis non- (A. Quedl.?)
nas suas, cogente sinodali decreto, ab archiepiscopo recepit. In eadem sinodo Gebehardus iuve- A. Hild.
nis, frater inperatoris, arma conpulsus deposuit et clericalem tonsuram invitus accepit. Bruno Augustensis episcopus et Ekk.
Welf comes predas et incendia inter se faciunt.

A. d. i. 1028. Inperator natale Domini Leodii celebravit. Pascha vero Aquisgrani festive feriavit;* ubi et filius eius V. Godeh. c. 23.
Heinricus regalis nominis coronam a Piligrimo archiepiscopo cleri plebisque electione honorifice percepit. Eo anno * fol. 147.
iterum Aribo archiepiscopus sinodum suam Geizlice concivit ad item beatum Godehardum inquietandum, legatis et scriptis vocavit; quo ille venire dissimulans, venerabilem virum Tadilonem, decanum illius ecclesie, cum fratribus ei obviam misit, qui eum honorifice ex parte senioris salutando, de preterite sinodi diffinitione conmonuit, et plurali altrinsecus auctoritatum collatione profusa, episcoporum auxilio, cum ab ipsa repeticione tunc tantummodo conpescuit. In eadem sinodo A. Hild.
inter cetera quidam homo ingenuus de homicidio Sigefridi comitis incusatus, candenti se ferro excusavit; qui ex decreto sinodali post duas noctes probatus, illesus apparuit.

A. d. i. 1029. Inperator in Palithi natale Domini celebravit; ubi predictus archiepiscopus, iterum sinodo V. Godeh. c. 24.
habita, veterem querelam contra beatum Godehardum presente inperatore incepit, sed post multa et varia disceptationum colloquia vix tandem ab episcopis commonitus destitit. Eo anno Bruno Auguste civitatis episcopus obiit; cui Eppo successit. Werinherus etiam Strazburgensis presul sustollitur; post quem Willehelmus subrogatur. Ernest dux et Welf comes Ekk.
inperatori ad dedicionem veniunt. Inperator Conradus Stephanum Pannonie regem cum exercitu (A Quedl. ?) cf Chr. S.
petit, difficili et laborioso itinere regionem eius invadens. Eodem anno pentecosten in Mersburh V. Godeh. l. l.
celebravit; ubi Aribo archiepiscopus et Godehardus episcopus inter se super diutina eorum disceptatione reconciliati sunt. Nam ipse metropolitanus patrem Godehardum secreto coram episcopis convenit, seque errasse super parrochia Gandirsheimensi confessus est, et omnem fraternam satisfactionem, sed et de preterita lite perpetuam taciturnitatem sub vero Christi et ecclesie testimonio promisit, sibique priora errata propter Deum remitti suppliciter petiit. Hoc ipso anno inpe- (A. Quedl.?) cf. Chr. S.
rator ducere exercitum in Poloniam decrevit. Statuto tempore ultra Albim in loco qui Liezeke[86] vocatur multitudinem exercitus congregavit, et iter quod ceperat properavit. Inperatrix autem reversa in Mersburh expectabat eventum rei. Delusus namque impera-

a) eius eiusdem *c.* a*) *legendum erit:* conpendinavit = conperendinavit. GROTEFEND. b) natatalis *c.* c) a. c. d. r. f. p. ante cenam domini gaudens *c.* d) iohis *c.* e) Pulcra — erat et *in loco raso c.* f) partenopolinus *c.* g) alii *c.* h) domno *c.*

84) Laufen in Suevia; cf. Stälin hist. Wirtemberg. I. 569. 85) comes eius generis, quod postea „Berg" dictum est; cf. Crollius p. 496. 497. n. 8. 86) Leizkau.

tor, cum exercitu[a] silvis deviis, palustribus desertisque locis ac periculosis admodum fatigatus, nec quo voluit pervenit, sed quorumdam consilio tantum Budasin, urbem sui quondam regni, obsedit. Circa quam multi ex utraque parte vulnerati interierunt. Videns ergo imperator, adversasios superari non posse, in proximum annum distulit, seque
Ekk. Saxonie partibus recepit. In Alamannia Ernest dux et Werinherus comes cum aliis multis occiduntur. His temporibus mortuus est Thietmarus marchio, filius Geronis marchionis ex Athelheidhe marchionissa, sepultusque, ut putatur, est in monasterio quod Helmwardeshusen[87] dicitur. Filius huius fuit Odo marchio, qui sine filiis obiit. Pater vero eius Gero patrem habuit Thietmarum marchionem et patruum Geronem Coloniensem archiepiscopum, a quibus fundatum est cenobium Nienburch iuxta Salam fluvium[88]. Mater eius erat Suanehildis, filia Herimani ducis, soror Bernhardi, que post mortem viri sui nupsit Ekkihardo marchioni filio Guntarii, genuitque illi Herimannum, Ekkihardum, Guntarium, et Liutgardem.

fol. 148. (A. Quedl. ? cf. Chr. S.) A. d. i. 1030. Inperator nativitatem Domini Paderbrunnem celebravit, peractisque diebus festis, ultra Rhenum ire proposuit. Res miseranda cunctisque Christi fidelibus stupenda 17. Kalendas Februarii accidit. Miseco dux Polanorum, qui contra Romanum inperium regale sibi nomen usurpavit, conperto obitu Thietmari marchionis, clam assumptis satellitibus diaboli Sigefrido aliisque sceleratis, exercitum paganorum in sanctam duxit eclesiam. Iste[89] est Sigefridus, avunculus Esici comitis de Ballenstide, filius Odonis incliti marchionis, qui sub tertio Ottone defunctus et in Nienburh sepultus fuerat. In quo monasterio iste Sigifridus diu inter monachos in eodem habitu conversatus est; sed post obitum patris habitum cum religione proiciens, apostata factus est. Igitur Miseco inter Albiam et Salam plus quam centum villas incendiis cedibusque vastavit, christianorum 9 milia et 65 viros ac mulieres miserabiliter captivavit, reverentissimum Brandeburgensem episcopum Liuzonem ut vile mancipium cepit, nec sacris altaribus pepercit, sed omnia homicidiis sanguineque polluit, matronas religiosas ac nobiles[b] armata manu sibi vendicavit. Hoc namque solum tantorum fuit levamen malorum, scilicet preciosa et exoptata mors. Honestas etiam mulieres et gravidas violenta paganorum manus, quasdam gladiis trucidavit, quasdam lanceis perforavit. Omnes ergo, quibus grandeva senectus vel tenera etas vel egritudinis infirmitas vires negaverat, armis interire precepit. Interea Theodericus comes superveniens cum militibus, plures ex illis occidit, ceteros
A. Hild. Adam schol. 35. cf. Adam II, 45. Cosm. I. effugavit. Hoc anno Unwanus Bremensis archiepiscopus obiit. Hic [90] in plerisque pasche festivitatibus 7 episcopos secum habuit, et preterea abbates, nec minus ducem et aliquos provincie comites, magno honore singulos amplectens. Huic Lievizo in archiepiscopatu successit. Hoc anno Bracilaus dux Boemie Ungaros magna cede prostravit, et terram eorum usque ad urbem Strigoniam devastavit. Eodem anno 3. Idus Februarii Hizo, 5[us] episcopus Pragensis[c], obiit. Hic solitus erat cottidie 40 pauperes pascere, quibus cottidie habunde procurans cibum et potum, ipse benedixit et ipse hilaris distribuit..

A. Hild. A. d. i. 1031. Conradus inperator natale Domini Padherbrunne, pascha Nieumago celebravit. Hoc anno imperator et filius eius Heinricus dux Bawariae et Stephanus rex Ungariorum cum iuramento pacem ad invicem firmaverunt.
V. Godeh. c. 24. Eodem anno pie memorie Aribo Mogontinus archiepiscopus, celebrante imperatore festum natalis Domini, ut dictum est, in Padherbrunna, in sancto die inter missarum sollempnia publico sermone habito, licentiam ab inperatore et fratribus Romam pergendi rogavit, simulque a clero et populo indulgentiam sibi a Deo inpetrari postulavit. Sicque post purificationem sancte Marie iter assumens, Romam adiit; inde vero digrediens, Idus Aprilis obiit, anno ordinationis sue 11, cunctis catholicis merito flebilis; cui vir simplex et rectus Bardus Herveldensis abbas successit; qui Deo provehente
*fol. 148'. in brevi ad culmen *summe perfectionis feliciter processit; qui propter dulcisonam predicandi melodiam Bardo Crisosto-
A. Hild. mus dicebatur. Qui cum primo Wirtinensis cenobii procurator fuisset, succedente sibi Geroldo Fuldensi monacho, Herveldensis eclesie abbati Arnulfo est suggestione Gisle inperatricis subrogatus, viro in divinis et humanis rebus precipuo, qui tunc quorumdam fratrum eiusdem loci criminis obiectione accusatus, miserabiliter proprio est honore privatus. Sed mox archiepiscopus effectus, successorem accepit in abbatia Herveldensi Rodolfum, cenobii Stabulon prepositum, a quo
Cosm. I. imperatoris decreto inibi mutata est monachica consuetudo. Eodem anno in natali apostolorum Petri et Pauli Severus
A. Hild. Pragensis eclesie 6[us] episcopus ordinatus est a Mogontino archiepiscopo Bardone. Inperator cum parva manu Saxonum Slavos autumpnali tempore invasit, et Miseconem, diu sibi resistentem, regionem Liusizi cum aliquot urbibus et preda, que prioribus annis in Saxonie partibus facta est, restituere pacemque iuramento firmare coegit. Qui Miseco post mensis tantum spacium a fratre suo Bezbremo subita invasione perturbatus, ad Odelricum ducem in Boemiam fugere conpulsus est. Idem Bezbrem inperatori coronam cum aliis regalibus, que frater eius iniuste usurpaverat, transmittens, se ei humiliter subditurum per legatos suos sponte promisit. Wiggerus Fardensis episcopus obiit, postquam Wiggerus[d] intravit. Meinwercus[91] Patherbrunne episcopus in suburbio episcopii sui monasterium

a) exercitum *c.* b) nobile *c.* c) e. p. episcopus *c.* d) *ita codex; lege:* post quem Thietmarus.

87) De quo cf. a. 1000. 88) cf. a. 975. Quae sequuntur, iisdem fere verbis a. 1002. leguntur. 89) Haec sunt Annalistae verba. — Soror Hildila nupsit Adelberto, patri Esiconis; cf. Raumer tab. 1, qui hunc Sigefridum omisit. 90) Eadem verba iam a. 1013. leguntur. 91) cf. Vita Meinwerci c. 210.

construxit et in honore omnium sanctorum dedicavit, presentibus et adiuvantibus auctoritate sua episcopis Hunfrido Partenopolino, Godehardo Hildinsheimense, Sigiberto[a] Mindense; in quo et monachicum ordinem Cluniacensem instituit.

A. d. i 1032. Inperator natale Domini Goslarie gloriose peregit et pascha Seligenstad. Hoc anno predictus Bezbriem ob inmanissimam sue tirannidis seviciam a suis interfectus est machinatione fratrum suorum, sicut populi sermo est. Statim Miseco domum rediit, cognoscensque sibi propter immoderatam insolentiam omnia que perpessus est divino iudicio evenisse, misit ad inperatorem, et tempus se presentandi digneque satisfaciendi postulavit. Quem inperator clementius quam ipse opinaretur suscepit, eique et patrueli eius Theoderico regnum, quod ipse prius possederat, divisit; quod tamen solus iterum usurpavit. Odalricus vero Boemie dux eadem regali iussione invitatus, venire contempsit; quem inperator postea Wirbeni, ubi contra Liuticios pacificandi regni gratia consedit, ad se venientem et ratione convictum, de insidiis etiam, quas ante biennium ipsi inperatori fecerat, confessum, in exilium transmisit. A. Hild. Rodolfus rex Burgundie moriens, diadema suum Conrado inperatori misit. Ruotbertus et Richardus a Nortmannia digressi, Apuliam expetunt, et incolas illius terre fortiter debellant. Ekk. Lievizo Bremensis archiepiscopus 8. Kal. Septembris obiit; A. Hild. cui Herimannus Halberstadensis prepositus successit. Arnolfus abbas quondam Herifeldie obiit, et in Gellinge sepultus est, ubi tunc manendi gratia habitavit; sed post tres dies totidemque noctes effossus, ex precepto sui successoris Herfeldie in eclesia sancti Michahelis est tumulatus. Sigefridus Mimigardevordensis eclesie episcopus, filius Sigefridi comitis de Waldbike et Iudhithe filie Heinrici Calvi de Stadhen, 5. Kal. Decembris obiit. Fratres eius erant Thietmarus Mersburgensis et Bruno Fardensis episcopi et Heinricus comes et Fridericus Magdaburgensis[b] prefectus. Huic Herimaunus Colonie prepositus in episcopatu successit[c] . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

A. d. i. 1035. Conradus inperator natale Domini cum decentissima suorum frequentatione Goslarie celebravit. Quo fol. 150. A. Hild. ad eum diversarum gentium legati cum muneribus convenerunt; qui inde, ut inperatoriam maiestatem oportebat remunerati, abierunt. Ubi etiam predicto domno Albuino abbatie dignitatem in ipsis Kal. Ianuarii conmendavit, et Conradum, Alberici filium, exilio reum maiestatis deputavit. Tempore quadragesimali urbs Wirbini a Liuticis capitur, et presidium Dedonis captivum deducitur. Degarense monasterium incensum est 5. Kal. Marcii. Inperator pascha Paderbrunne, ascensionem Domini Seliginstad celebravit. Pentecosten vero Babenberh egit; unde expeditionem suam in Liuticios serio mandavit. Ibi etiam Heinrico regi, filio inperatoris, filia Chnut regis Danorum iuramentis desponsatur; et Otto de Suinvorde, filius Heinrici marchionis de[d] Gerberga matre genitus, Machtildem, filiam Bolizlai Polanorum ducis, sibi desponsavit. Imperator cum valido exercitu regionem Liuticiorum intravit; quam longe lateque incendiis et populationibus vastavit. Eodem anno Herimannus Hammaburgensis metropolitanus ex hac luce migravit; cui Becelinus, qui et Adelbrandus, regius cappellanus, successit. Qui cum summo conprovincialium gaudio a suis suffraganeis episcopis sabbato ante nativitatem Christi in vigilia sancti Thome apostoli presbiterii honorem et in crastinum pontificalem promotionem honorifice suscepit. Opertus Elewangensium abbas obiit; cui Richardus Fuldensis monachus successit. Alberad Molenbechiensis abbatissa, machinatione Sigiberti Mindensis episcopi, domne Meinsuit Wongerestorpensi abbatisse, que pridie Kal. Novembris obierat, tota congregatione nimium renitente, [regimen[e]] suscepit. Adam II, 54. Cnut rex Danorum decessit in Anglia, qui tenuit regna Danorum, Anglorum ac Nortmanuorum in dicione sua per 22 annos. Post cuius mortem succedunt in regnum filii eius Haroldus in Anglia, Suein in Nortmannia, Hardecund in Dania. Iste cum esset filius Imme regine, sororem habuit eam, quam rex Heinricus in coniugium accepit. Nam Suein et Haroldus a concubina geniti erant, qui, ut mos est barbaris, equam partem hereditatis inter liberos sortiti sunt. Ekk. Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit; cui[f] item Gebehardus successit. A. Hild. Ota sancte conmemorationis abbatissa de Confengun obiit 14. Kal. Octobris. Bruno comes obiit 14. Kal. Iunii. cf. Herim. cod. 4 Italia civium discordia laborat.

A. d. i. 1036. Inperator incarnationem Domini Argentine magnifice celebravit, purificationem vero sancte Marie A. Hild. Auguste peregit; ubi et publicum conventum habuit, in quo Conrado patrueli suo ducatum Carentinorum conmisit, a quo priori anno Adalberonem maiestatis reum dimoverat. Hisdem diebus idem Adalbero Willehelmum comitem interfecit, et postea in castellum Eresberch[g] latendi causa confugit. Inperator pascha Ingelenheim feriavit; deinde Triburiam tendens, generali ibidem sinodo presedit, in qua germanitas 15[h] episcoporum priora decreta redintegravit et quedam etiam ad firmamentum *eclesie necessaria confirmavit; ibidem quoque predictus Otto de Suinvorde, cogente sinodo, Mach- *fol. 150'. tildem sibi desponsatam iuramento a se abalienavit. Post[i] hanc accepit uxorem, que Emilias vel Immula seu Irmingardis dicta fuit, sororque illius Adelas dicta nupserat Ottoni marchioni de Italia[92]. Peperit autem predicta Immula seu Irmingardis Ottoni quinque filias, quarum ista sunt nomina, Eilica, Iudhita, Beatrix, Gisla, Berta. Eilica fuit abbatissa[93]. Iuthita nupsit Cononi duci[k] Bawariorum, illoque defuncto, accepit eam Bodo quidam valde nobilis, peperitque illi Adelheidem; ex qua Heinricus dux de Lintburh genuit Walrabonum ducem, qui et Paginus dicebatur, et filias duas, quarum una Agnes nomine nupsit Friderico comiti palatino de Putelenthorp; alteram duxit Fridericus comes de Arnesberge. Beatrix nupsit .....[l. 94] marchioni, peperitque illi filiam, quam Godefridus de Cappenberch accepit, habuitque ex ea duos filios Gotefridum et Ottonem. Bertam duxit quidam de principibus Bawariorum, qui agnominatus fuit de municione sua Havekesberh[95] dicta,

a) sigibertum mindensem *c.* b) magduburgensis *c.* c) *Folium excisum est.* d) ex domna Eila, sorore Lotarii marchionis, genitus *corr. 2:* d. g. m. g. e) *deest c.* f) eu *c.* g) *lege* Eresburch. h) *numerus deest in Ann. Hild.* i) Post — dicta fuit *in loco raso c. ut videtur.* k) dici *c.* l) *spatium vacuum c.*

92) Irmingardis filia fuit Meginfredi marchionis de Susa, soror Adelheida nupsit Ottoni de Sabaudia. 93) Inferioris monasterii Ratisponensis; cf. Gebhardi hist. gen. Abb. I. p. 190 sqq. 94) Heinrico de Swinofurt; cf. Moritz hist. com. Sulzbac. II. p. 133! 95) Habsberg prope Kastel in pago

genuitque ex ea filiam que Iudhita dicebatur[96], quam quidam ministerialis, generositati illius inconveniens, sibi eventu infelici coniunxit, peperitque ei duas filias Iuditam, que Fortis est dicta, et eius sororem, quam Folradus de Hantorp accepit. Gisla[97] fuit sociata Wigmanno comiti de Seburch, genuitque ex ea Geronem comitem, patrem[a] Wigmanni Magdaburgensis archiepiscopi[98], et Hathwigam abbatissam de Geronrothe. Huius[b] Wigmanni comitis frater erat Willehelmus comes de Lutisburh; et horum pater fuit Cristinus[b*] comes, frater Gebehardi de Quernvorde.

A. Hild. Inperator ascensionem Domini Paderbrunne peregit, pentecosten vero nativitatemque sancti Iohannis Niumago; ubi filio inperatoris Heinrico regi a Dania venit regina Cunihild nomine, que ibidem in natali apostolorum regalem coronam accepit, et mutato nomine in benedictione Cunigund dicta est. Inperator regionem Liuticiorum[c] cum exercitu iutravit; sed Dei gratia omnibus pro suo velle dispositis, acceptis obsidibus et innumerabili pecunia, in pace remeavit. Meinwercus Padherbrunnensis episcopus Non. Iunii obiit; cui Rodolfus, Herfeldie abbas, successit; pro quo abbatie dignitatem Meginherus, eiusdem loci decanus, sancte conversationis monachus, optinuit. Bruno Mersburgensis presul Idus Augusti sustollitur; post quem Hunoldus Halberstadensis prepositus subinferitur. Coloniensis ecclesie metropolitanus venerande memorie Biligrimus, ad omnia in divinis et humanis perstrenuus, 9. Kal. Septembris ad Christum migravit; in [cuius[d]] locum nobilissime indolis iuvenis, eiusdem ecclesie archidiaconus, regius cappellanus et Cisalpinus cancellarius, cum inenarrabili gaudio piorum omnium successit. Brantogus Hal-

(cf. Chr. Halb.) berstadensis, pontifex obiit in Domino 6. Kal. Septembris. Hic fecit duas preposituras in Halberstad, unam in honore sancti Iohannis babtiste et sancti Iohannis ewangeliste, alteram in ho-

A. Hild. nore sancti Bonifacii episcopi et martiris in Bossenleve[99]. Huic Burchardus inperialis[e] cancellarius successit. Sigihertus Mindensis presul obiit 6. Idus Octobr.; post quem nobilis prosapie Bruno idem antistitium suscepit. Gozmarus Asnebrueggensis episcopus 4. Idus Decembris obiit; cui Albericus regius postsequetaneus successit. Domnus Godehardus Hildinsheimensis episcopus Brunonem Mindensium et Burchardum Halberstadensem pontifices 15. Kal. Ianuarii sabbato ante natale Domini in Halberstad presbiteros ordinavit.

fol. 151. A. Hild. A. d. i. 1037. Inperator natale Domini Verone celebravit, et inperatrix cum filio rege et nuru eosdem dies Imbripoli egit; tuncque in natali sancti Stephani protomartiris Burchardus presul Halberstadensis pontificalem benedictionem a Bardone Mogontino metropolitano suisque suffraganeis Heligenstad honorifice percepit. Inperator post natalem Domini

(Herim. Gesta?) in Salerno oppido generalem conventum de re publica cum Cisalpinis nostrisque principibus habuit. Contigit autem Mediolanensem episcopum, qui eidem conventui interfuit, ex parte inperatoris infidelitatis[f] notari et a conprovincialibus in multis accusari. Cumque ab inperatore admoneretur ut talia corrigeret[g], primo cum amicis secessum petiit, et inde regrediens, spiritu arrogantie inflatus[h], audenter ait; si quid in proprietate ecclesie sancti Ambrosii invenerit vel quoquomodo adquisierit, se semper vita comite firmiter habiturum, nec ullius iussione vel peticione vel minimum quid dimissurum. A primoribus autem, ut vel solam inperatoris[i] personam exciperet, admonitus, predictum tantum sermonem iterando peroravit. Super hoc imperator conmotus, consiliante senatu, iniuste usurpata restitui precepit, eumque apprehensum Aquilegiensi patriarche Popponi servandum commisit. A quo liberius debito habitus, post aliquot dies fuga lapsus evasit, quodam suo monacho machinante, qui solus cum eo miserationis causa permissus est habitare. Sicque Mediolanum rediit, et munita civitate, que tamen per se plus satis munimine ac firmitatis habet, totum illum annum temeraria transgressione legum contemptor resedit. Deinde, consentientibus[k] tribus episcopis, Vercellensi, Cremonensi, Placentino, missis clam nuntiis, cum sepe dicto[l.1] Ottone Burgundie tiranno pacificantur[m], quomodo ipse in Romanum inperium suo suorumque conplicum iuvamine, augusto aut fugato aut negato[n], introducatur. Quod ipse libenter audiens, eiusque consilium hianti cupiditate evidenter ad interitum festinando promtus arripiens, diem locumque determinat, quo eorum omnium legati convenirent, qui eiusdem sacrilege sue temeritatis conspirationem iuramentis ad invicem confirmarent[o].

A. Hild. Inperator autem rebellantem episcopum e vestigio inseculus, urbem per totum subsequentem annum cum tocius periculo exercitus obsedit. Bruno Mindensis presul in sancto die pentecostes episcopalem unctionem ab Herimanno Coloniensi metropolitano in campo iuxta Mediolanum, astantibus inperatore et rege cum quam pluribus regni primoribus, condigne suscepit. Eodem die magna tonitrus fulgurisque exorta collisio hora diei sexta, de exercitu inperatoris non minus 60

a) patrem W. M. a. *add.* 2. b) Huius — Quernuorde *add.* 2. *in ima margine.* b*) *ita c.* c) liuciorum *c.* d) *deest c.* e) inperalis *c.* f) ab imperatore de quadam infidelitatis nebula *Chr. S.* g) emendaret *ib.* h) perflatus *ib.* i) cesaris *ib.* k) c. sibi *ib.* l) s. d. *desunt ib.* m) consiliatur *ib.* n) *i. e.* necato. o) *Chr. Saxo pergit:* Quod et factum est. Sed ut quidam sapiens ait: „Contra Deum infatuatur consilium.“ Nam socrus Hermanni Suevorum ducis *etc. ut infra.*

Nordgau; cf. Moritz l. l. II. p. 13 sqq. 96) v. ibidem p. 58. 97) V. Raumer tab. XVI. cf. Schaukegl spicilegium Billung. p. 167. 190. 198. qui docuit, Wigmannum aviam suam Bertham dicere. 98) Haec ante a. 1152, quo Wigmannus archiepiscopus factus est, scribi non poterant. 99) prope Halberstadt. Hanc a. 1237. in urbem translatam esse, Schatz ad Chron. Halberst. p. 29. n. annotavit. 1) Haec ex alio fonte transcripta esse patet; Annalista antea Odonis nullam mentionem fecit.

viros, ut dicitur, cum innumerabili equorum armentorumque multitudine peremit; sed et sequenti die hora eadem etiam aliquos ademit. Plurimos quidem varios et etiam insolitos difficilium rerum eventus per hanc estatem exercitus in multis ibidem sustinuit. A. Hild. (Herim. Gesta?)

Interea supradictorum conspiratorum Deo nequiciam detegente, quedam fidelis domna, socrus scilicet Herimani Suevorum ducis[2], in hisdem finibus conmorans, legatorum conventum rescivit, missisque suis satellitibus, omnes simul conprehensos reique veritatem confessos, inperatori, ubi in publico conventu eisdem prenominatis tribus episcopis presentibus consederat, transmisit. Augustus* statim cum fidelibus Christi condignas pro posse divine pietati[a] gratias rettulit, et ex senatus decreto eosdem episcopos trans Alpes, quo sibi visum est, servandos contulit; sicque illa conspiratio deperiit. *fol. 151c.

Odelricus Boemiorum dux 5. Idus Novemb. obiit. Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter infecunditatem coniugis; sed ex quadam femina nomine Bozena filium prudentissimum Bracilaum, de quo supra dictum est[3], suscepit. Iaromir, frater ducis, ab ipso cecatus, audiens de morte fratris in vinculis, inpetravit, ut ad urbem Pragam duceretur, et stans ad funus iuxta feretrum in se conmissa ex toto fratri corde remisit, et expletis exequiis, Bracizlaum fratruelem ducit ad principalem sedem, et ad populum, *Accedant,* inquid, *de gente Muncia et de gente Tepca.* Et vocat eos nominatim, quos norat armis potentiores, fide meliores, diviciis eminentiores. Quos ut sensit adesse, dixit: *Quoniam mea fata non sinunt ut sim vester dux, hunc vobis assignamus ducem, ut ei obediatis ut par est vestro principi. Te autem, fili, moneo, istos colere ut patres, diligere ut fratres, et in omnibus negotiis consiliarios habere. At illos qui sunt Wrissovici, iniquorum patrum nequam filii, nostri generis hostes domestici, ut cenosam rotam devita et consortia eorum declina. Ecce me innocentem et principem suum in primis ligatum affecerunt ludibriis, et postea fraudulentis consiliis egerunt, ut frater fratrem me hisce privaret oculis. Habeas, fili mi, semper in memoria sancti Adalberti preconia, qui ob facta eorum crudelia fieri super eos excidia ore sancto confirmavit et excommunicavit eos in eclesia.* At illi audientes hec, dissecabantur cordibus et fremebant dentibus in eum. Quorum primus et quasi caput totius iniquitatis Kohan, vir sceleratissimus, post non multos dies misit lictorem suum, qui Iaromirum purgantem alvum acutissima sica perforans extinxit. Cosmas. ib. a. 1002. ib. a. 1037. A. Hild.

Hoc anno Sigifridus comes et Danemarus comes obierunt. (Herim. Gesta?)

Uto Burgundie tirannus, quia in priori machinatione condignum sibi exicium non invenit, alia via, divina sententia eum manifeste propellente, perire temptavit. Nam ante ruinam corde elato Aquisgrani palacium invadere decrevit, seque ibi nativitatem Christi sessurum preiactavit. Sicque mensis tantum spacio ante idem festum urbem imperatoris, que Bera[4] dicitur, sitam in Lotharingia iuxta marcam Gozelonis ducis filiique eius Godefridi, circumquaque debachatus predando obsedit, iuxta quam ab hisdem ducibus occupatus, consertoque prelio, inter primos inglorius occubuit. Ab ipsis sane victoribus ignoratus, in crastinum inter vulgus inventus est nudus, vita pariter et regno, quod affectabat, spoliatus. A. Hild.

Iste est Gozilo, filius Machtildis, que filia fuit Herimanni ducis Saxonum de Liuniburch, soror Bennonis sive Bernhardi ducis et Liudigeri comitis. Hec primo nupserat Balduino Flandrensi comiti, filio Arnulfi Magni, qui iuvenis morbo variole obiit et aput Sanctum Bertinum sepultus est, genuitque ei Arnulfum. Post mortem vero Baldewini nupsit Godefrido duci de Heiham[5], ex quo suscepit tres filios Gozelonem predictum ducem, Godefridum, Hezelonem. Gen. com. Flandr. Bertiniana.

A. d. i. 1038. Inperator cum nobilissima sua familia nativitatem Christi Parme celebravit; qui[b] urbani ex levi causa sancto die nativitatis Domini ad vesperam certamen inierunt, in quo de exercitu quam plures, sed precipue ex clientibus regiis Cononem, Magnum, Suicgerum peremerunt. Pro qua insolentie temeritate in crastinum diluculo ipsi simul cum civitate omnibusque suis preda, igne, ferro periernnt. Imperator sine quavis molestia in castello Spella pasca pacifice feriavit. fol. 152. A. Hild.

Prescriptus autem Mediolanus episcopus, adhuc in incepta permanens transgressione, quia nec minis terreri, nec venialibus promissis, que ei conpassionis[c] gratia tam a domno apostolico quam a ceteris episcopis offerebantur, ad penitendi satisfactionem potuit adduci, domnus apostolicus illum generali pontificum decreto[d] anathematis condempnatione percussit, et in eius pontificatum[e] Ambrosius, vir nobilis, regius cappellanus, illius terre indigena, donante inperatore suscessit, illo infra muros residente, isto de foris pro posse res suas contrahente. (Herim. Gesta?)

Sancte memorie Godehardus Hildinshcimensis episcopus, appropinquante manifestius fine suo, sacratissimos quadragesime dies[f] summo affectu expectabat, quos corporaliter quasi extra corpus mirabiliter transiens, vix coherentibus nervis, ad sacrosanctum pascha pervenerat. Attamen dominicam palmarum cenamque Domini et festum resurrectionis Christi debito episcopali officio, ultra vires collecto robore, peregit, sicque pasce ferias per circumpositas stationes iuxta solitam religionem fideles admonendo visitavit, et etiam publice[g] denuntiavit, se cum eis ultima corporalis consortii leticia iocundari et in ascensione Domini, quo Deus iusserit, invitari. Post albas cum nepote suo Rathmundo abbate Enstad[h] venit, nec diucius infirmitati valens reluctari, decubuit. Quo comperto, prepositus ac decanus cum prioribus ad eum visitationis gratia convenerunt. Quorum se orationibus conmisit, obitusque sui diem et tempus funerisque et exequiarum et sepulture ordinem, ut postea exitus invenit, predixit, sicque mirantes pariter et stupentes dimisit. Deinde ingravescente febre, Holthusen, ubi confluenti multitudini sufficiens edificiorum copia erat, provehitur. Ibi inter multam cleri populique frequentiam domna Sophia abbatissa de Gandersheim venit, et populari turba remota, astante clero, de frivola illa contra beatum virum sua pertinatia exordium fecit, et debitam satisfactionem promittere cepit. At ille, *Domna,* inquit, *per Deum paulisper reticete, et hec, donec in festivitatem* V. Godeh. c. 29

a) c. deo qui revelat archana *Chr. S.* b) ibique civibus eiusdem civitatis contra imperialem maiestatem tumultuatis, famosa inclitaque eorum urbs depredatione et incendio cum innumerabili multitudine funditus deperiit *ib.* c) dignae c. *Chr. S.* d) consensu *ib.* e) sedem *ib.* f) die *c.* g) publice *c.* h) *lege* Adenstad.

2) uxor igitur Megenfredi marchionis; cf. Herim. a. 1036. 3) a. 1030. 4) Bar. 5) cf. supra p. 399. auctarium Affligemense a. 1005.

V. God. l. l. *sancte Marie conveniamus, suspendite.* Ipsa autem, ut videbatur omnibus, finem eius cicius adventurum intelligens, et tamen verba eius vehementer expavescens, *Utinam,* inquit, *pater dilecte, tam diu vita vestra nobis supersit, donec hoc tempus veniat.* Ille vero, fortiter collectis viribus et omnibus diu circumspectis, ait: *In potestate quidem Dei vita nostra exitusque consistit; in veritate tamen, que Deus est, dico, quia in festivitate sancte Marie, ubi Deus voluerit, certe simul erimus, ibique coram veraci iudice, de his que inter nos dissident tractabimus.* Et hec dicens, oculis conpressis reticuit. Transacta ebdomada, deficiente iam funditus corpore, ab abbate ceterisque fratribus sacri olei liquore perungitur, et ita
* fol. 152'. ut predixit in vigilia ascensionis *Domini in montem sancti Mauricii transvehitur. Ubi media nocte, matutinali officio iam peracto, dum ad psalmum *Benedictus dominus Deus Israhel* perventum esset, vir sanctus in ultimo tunc agone desudans, vixdum apertis oculis, clero cantante: *Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent;* ille inquit: *ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Dumque antiphona *Ascendo ad patrem meum* canebatur, ipse ab astantibus de lecto
c. 36. levabatur, sicque felix eius anima a corpore quasi obdormiente solvebatur. Corpus eius ad monasterium sancti Michahelis, ut ipse predixerat, defertur, deinde ad Sanctum Andream, inde ad principalem ecclesiam, ubi cum debita veneratione
Chr. Hild. collocatum est. Ipse in curte sua Hildenesheim, veteri ecclesia, quam Otwinus episcopus ibidem edificavit, dilapsa, pulcrum monasterium in honore ascensionis Christi construxerat. In quo clericos plures in diverso studio scripture et picture rationabiliter utiles congregavit, quibus de adquisitione sua victus et vestitus necessaria sufficienter providit. Sed peccatorum culpa idem monasterium igne consumitur, congregatio dilabitur, utilitas ibidem collata in diversa distrahitur. In
A. Hild. cuius locum domnus Thietmarus, regius cappellanus, successit, ad omnia in divinis et humanis vir strennuus, et a Bar-
Chr. Hild. done metropolitano Mogontino 13. Kal. Septembris Laureshem est consecratus. Qui utilitatem ecclesie sue et fratrum benignam dilectionem in pluribus ampliare decrevit, sed peccatis inpedientibus, non inplevit. Cottidianam tamen prebendam fratrum ampliavit, et predium in villa que dicitur Wangerda, a Walberto presbitero adquisitum, fratribus donavit;
A. Hild. dedit[5] etiam coronam auro et argento radiantem, coram principali altari pendentem. Eo anno Liudolfus comes Saxonicus, filius Brunonis de Bruneswic et Gisle inperatricis[6], 9. Kal. Maii inmatura morte cum maximo suorum conprovincialium merore obiit. Et eius frater Herimannus dux Alemannie, filius Ernesti ducis et eiusdem Gisle inperatricis, inperatoris expeditionem in Romanie partes secutus, subita infirmitate preventus, bonis flebilis omnibus, 16. Kal. Iulii de hac vita decessit. Hi ambo privigni erant inperatoris Conradi, fratres Heinrici regis ex matre inperatrice. Genuit autem Liudolfus ex Gertrude comitissa Brunonem, qui iuxta villam Niethorp occisus est[7], et Ekbertum seniorem marchionem. Eodem anno nobilis regina Conihild 15. Kal. Augusti ex hoc mundo migravit. Cuius intempestivus obitus plurimos cuiusque ordinis per totum inperium contristavit. Sigifridus palatinus comes, frater Brunonis Mindensis episcopi, 7. Kal. Mai moritur et in Wimidiburh tumu-
Ekk. latur. Stephanus religiosus Ungariorum rex obiit; qui cum omni gente sua ad fidem Christi conversus fuerat. Hunc sanctus Adalbertus episcopus et martir babtizavit, et mater[8] ipsius, Gisla nomine, Heinrici inperatoris Babenbergensis[a] soror fuit.

fol. 153. A. d. i. 1039. Inperator natalem Domini cum reverentissima principum congratulatione Goslarie decenter celebravit.
A. Hild. (Herim. Gesta?) In die sancto dum ad missam in decore regio processurus expectaretur, horrendum[b]
dictu, insolita et terribilis nubium collisio ab hora tertia in sextam ab astantibus cum
A. Hild. timore pariter et admiratione consideratur. Ibi legatos cunctarum adiacentium regionum cum debitis vectigalium professionibus in augmentum sue magnificentie suscepit, quosque, ut inperialem munificentiam decebat, tam sui quam optabant gratia, quam et rerum habundantia donatos dimisit. Ibi etiam inter cetera institutionis sue decreta Brunonem Mindensem episcopum Alberade abbatisse de Malenbach[c] abbatiam in Wongerestorp invitum assignare precepit; quam
V. Godeh. c. 37. tamen idem episcopus post pascha vel spontaneam vel invitam ab eadem dignitate desistere fecit. Domna Sophia, venerabilis memorie Gandersheimensis[d] abbatissa, triduo ante purificationem sancte Marie obiit, sicque prophetiam sancti
A. Hild. (Herim. Gesta?) A. Hild. Godehardi Deus liquido declaravit. Huic soror eius Adelheit Quidilingeburgensis abbatissa, inperatore quamdiu vivebat renitente, sed filio eius Heinrico concedente, in Domino successit, et abbatiam Esnethi Theophanu, neptis earum, optinuit. Quae[e] videlicet abbatissa Sophia defuncta, decimas super Gandersheim circumiacentesque villulas, quasquas a prioribus episcopis ipsa habuerat in beneficium, Thietmarus Hildinsheimensis episcopus in suam vestiturain recipi iussit; cui Bezeca preposita cum suis fautoribus frivola machinatione restitit. Hasmet decimas, adveniente Athelheidbe abbatissa, pontificali auctoritate repetivit, et easdem, comite Cristiano, eiusdem ecclesie advocato, red-
Chr. Hild. dente, suscepit[f], et sibi sueque ecclesie in proprietatem banni sui auctoritate conmunivit, astante Herimanno Coloniensi
A. Hild. Chr. Hild. archiepiscopo cum innumera cleri et populi [multitudine g] has eidem altari et abbatisse represtitit, pro eo scilicet servi-
A. Hild. mine et censu, quem beatus Bernwardus episcopus ibidem instituit. Inperator purificationem sancte Marie Altstide egit, deinde ennpendioso itinere peragrata Saxonia orientali, rebusque pacificatis, Niumagon tetendit, ibique tempus quadragesime et sanctum pascha et ascensionem Domini, podagra laborando, consedit. Inde ad celebrandum penteeosten Traiectum venit, et ibi quidem in summa leticia sanctum diem, scilicet in regalis diadematis decore procedendo, peregit. Sed sequenti die hora diei sexta pridie Non. Iunii mense gratia reficiendi adsidens, subita defectione preceptus, vixdum
* fol. 153'. confessionis sententia prolata, flebiliter exspiravit. O ergo occulta divine dispensationis iudicia, admiranda pariter et metuenda, qui priori die maximo mundialis pompe tripudio rex et imperator orbis coronatus processit, posteriori die viam universe carnis ingressus, cinis vermisque futurus discessit, nisi quod vere speratur, quia, quicquid carnaliter contraxit negligentie, pro hac in defensionem anime supplicatio interveniat ecclesie! Sed ut quidam ait: *O nil gnara sui mortalia pectora fati!* verum ut verius *dicamus, o dura et insensibilia humani generis corda, quia in quo viro pene tocius orbis caput virtusque concidit, ad eius obitum tam subitum tamque periculosum sane nullus ingemuit. Obi-

a) babbergensis *c.* b) horendum *c.* c) *ita c.* d) gadersheimensis *c.* e) Quam *c.* f) *c. superscr.* vel re(cepit). g) *deest c.*

5) cf. Catal. epp. Hildesh. Leibn. I. 773. et quae dixi in praefatione. 6) cf. quae dixi a. 1026.
7) v. infra a. 1057. 8) uxor.

erunt eodem anno episcopi Eilbertus Frisiensis[9], Reinboldus Spirensis, Lambertus[a] Wirdunensis cum multis aliis nobilibus. (Herim. Gesta?) Conradus Carentinorum dux, patruelis Conradi imperatoris, 13. Kal. A. Hild. Augusti inmatura morte, morbo regio diu fatigatus, decessit. Eodem die venerande memorie Richardus abbas Fuldensis obiit; cui Sigehardus iuvenis, ab ipso regulariter et sapienter nutritus, successit. Eclipsis solis facta est 11. Kal. Ekk. Septembris. His temporibus Kazimer, filius Miseconis ducis Polanorum, reversus in patriam, a Polanis libenter suscipitur, duxitque uxorem regis Ruscie filiam, procreavitque duos filios Vladizlaum et Bolizlaum. Quo mortuo, et filiis eius in infantia positis, dux Boemie Bracilaus non Cosm. II. distulit oblatam occasionem calumpniandi suis inimicis, immo ulciscendi de iniuriis quas olim dux Miseco intulerat Boemiis. Et congregatis Boemiis, intrat terram Polonie[b] desolatam principe, ac velut ingens tempestas sic villas cedibus, rapinis, incendiis devastat, vi munitiones irrumpit. Krakou autem eorum metropolim ingressus, a culmine subvertit, veteresque tesauros ab antiquis ducibus absconditos evolvit. Similiter et ceteras urbes igne succendit. Cumque venisset ad castrum Gedec, castellanos simul et villanos, qui illuc confugerant, rogantes cum suis omnibus transtulit in Boemiam, deditque eis partem silve que vocatur Crinin, constituens eis unum ex ipsis prefectum, et decernens, ut sub lege, quam in Polonia habuerant, tam ipsi quam eorum posteri in sempiternum vivant; atque nomine ab urbe derivato usque hodie nuncupantur Gedcane. Non longe a predicta urbe ventum erat ad metropolim Gnezen[c], natura loci et antemurali firmam, sed facilem capi, raris eam inhabitantibus civibus. Ubi tunc in basilica sancte Dei genitricis Marie quiescebat sanctissimi Adalberti martiris corpus. Qua mox Boemii sine pugna potiuntur, cum leticia intrant ecclesie limina, atque omni preda posthabita, solam exposcunt preciosi corporis massam. Quorum ut vidit presul Severus temeritatem et pronam in omne fas nefasque voluntatem, *Fratres,* inquid, *et filii, non ex tam facili constat, ut sacri corporis glebam tam temere quis mortalium contingere presumat. Timeo enim, ne percellamur aut mentis oblivione aut cecitate aut aliqua membrorum debilitate, si id temere presumpserimus agere. Quapropter triduo ieiunate, de peccatis vestris penitentiam agite, et ab omnibus abhominationibus, quas beatus Adalbertus abhominatus est in vobis, abrenuntiate, et ex toto corde, quod eas non repetatis, promittite. Spero enim in misericordia Dei et patroni nostri sancti Adalberti*[d], *quod non privabimur spe peticionis nostre, si persistimus in devocione fidei et oratione.* At illis visa sunt presulis verba quasi deliramenta, et quia post altare iuxta parietem conditum sacrum corpus fuerat et aliter evelli non poterat nisi altare destrueretur, manus inprobe cum mente ferina profana operabantur. Sed *in ipso temeritatis opere non defuit ultio divina, steteruntque sensibus obstupefactis per tria fere *fol. 154. horarum spacia, donec iterum propiciante Dei gratia rediere pristina officia. Et, licet sero, penitentia ducti, faciunt iussa episcopi, triduo ieiunantes et veniam postulantes. Tercia nocte Severo episcopo post matutinalem sinaxim quiescenti sanctus Adalbertus in visione apparens, *Dic,* inquit, *duci et comitibus eius. „Pater de celo dabit, quod petitis, si non repetatis mala, quibus abrenuntiastis in baptismate.“* His manc insinuatis duci et comitibus, intrant ecclesiam sancte Marie, et ante[e] sepulcrum sancti Adalberti humi prostrati sunt, et fusa diu communi oratione, surgit dux, et stans in ambone, hac rupit silentia voce: *Vultis prevaricationes vestras emendare et a pravis operibus resipiscere?* At illi obortis clamant cum lacrimis: *Emendare parati sumus, quicquid in sanctum Dei Adalbertum patres nostri vel nos prevaricati sumus.* Tunc dux extendens manum super sacram tumbam, sic exorsus est: *Extendite, fratres, simul vestras ad Deum dextras, et ad meos attendite sermones, quos volo ut vestre fidei sacramento confirmetis. Hoc meum maximum et primum sit decretum, ut vestra connubia, que hactenus habuistis ut lupanaria, amodo iuxta canonum scita sint legitima, sint privata, sint insolubilia, ut una vir coniuge, coniunx uno viro contenti vivunt; si autem coniunx virum aut vir coniugem spreverit, et rixa inter eos usque ad discidium efferbuerit, qui ex his in priorem copulam redire noluerit, nolo, ut secundum nostre terre ritum in servitutem redigatur, sed per huius decreti angarium redigatur in Ungariam, qualiscumque sit persona, nec liceat, ut precio se redimat aut in hanc terram redeat, ne contagio unius ovicule totum serpat per ovile.* Severus episcopus dixit: *Quicumque aliter fecerit, anathema sit. Eadem sententia sint plectende virgines et vidue et adultere, que nomen bonum amisisse ac per scortum concepisse noscuntur.* Tunc dux subiungens ait: *Si vero mulier proclamaverit, pari vice non amari, sed inclementer a viro affligi, detur inter eos iudicium Dei, et qui inventus fuerit reus, penas solvat. Similiter de his qui homicidiis infamantur archipresbiter comiti illius civitatis nomina eorum asscribat, et comes eos conveniat, et si sunt rebelles, in carcerem redigat, donec aut penitentiam dignum agant, aut si negant, ignito ferro sive ardurata aqua examinentur. Fratricidas autem et parricidas sive sacerdotum interfectores et huiusmodi capitalium criminum reos archipresbiter assignet comiti vel duci, sive per munum et ventrem ferratos de regno eicial, ut instar Cain iugi et profugi circueant terram. Tabernam quoque, que est radix omnium malorum, et parari et parutam comparari prohibemus. Et qui fuerit huius decreti violator tabernarius, in foro ad palum suspensus et usque ad preconis fastidiam cesus depiletur; res tamen eius non infiscentur, sed potus tantam in terram proiciatur, ne quis eo polluatur. Potatores autem deprehensi non prius de carcere exeant, quum in fiscum ducis unusquisque* 300 *nummos componat. Foru vero dominicis diebus fieri interdicimus, que ideo maxime in his celebrant regionibus, ut ceteris diebus suis vacent operibus. Si quis autem dominicis diebus vel festis *publice ad ecclesiam feriuri indictis *fol. 154'. in servili opere inventus fuerit, ipsum opus et quod in opere inventum fuerit archipresbiter tollat, et* 300 *nummos in fiscum ducis conponat. Et qui in agris vel silvis sepeliunt mortuos, ab huiusmodi archipresbiter bovem tollat, et* 300 *nummos in fiscum ducis solvant; mortuum tamen in poliandro fideliam condant denuo. Hec sunt que Deus odit, hec sunt que sanctus Adalbertus pertesus, nos suas deseruit oves, et ad exterus maluit ire docturus gentes.* Severus episcopus dixit: *Ista ducis deliberatio iusta sit anathemate firma.* Et invocato nomine sancte Trinitatis, malleoque sumpto, cum aperuisseut sarcofagum, omnes qui in ecclesia aderant flagrantia suavissimi odoris sunt referti, et infirmi sanati sunt eadem die quam plurimi. Erat vero sanctus martir ita vultu et habitu clarus et sic integer corpore per omnia, acsi eadem die sacra missarum celebrasset sollempnia. Tunc dux et episcopus sine impedimento corpus levantes, coopertum serico locant in altari, ut plebs vota sua solveret. Tunc ascendit in cor ducis, ut similiter transferret corpus archiepiscopi eiusdem civitatis Gaudentii, qui et carnali et spiritali coniunctione frater et comes sancti Adalberti in omni labore et erumpna fuit, et si cum eo non corpore, martirium mentis compassione tulit. Item visum est duci et episcopo, ut quinque fratrum reliquias Benedicti, Mathei, Iohannis, Isaac, Cristini, qui in alia ecclesia quiescebant, transferrent. Quid plura? Ventum erat cum omni sarcina in Boemiam in vigilia sancti Bartholomei prope[f] Pragam, ubi lucescente die clerus et universa plebs cum processione occurrit. Dux et episcopus humeris subnixi portabant corpus Christi martiris Adalberti; post quos abbates ferebant reliquias quinque fratrum. Deinde archipresbiteri gaudent onere Gaudentii archiepiscopi; postque 12 presbiteri

a) *lege* Raimbertus, Raimbertus. b) boemie *c.* c) gueden *superscripto* 2. *c.* d) adaberti *c.* e) ant *c.* f) pro *c.*

9) *i. e.* Frisingensis.

Cosm. l. l. sustentantes pondus aurei crucifixi sequuntur. Nam dux Mesceo ter semet ipsum hoc ponderaverat auro. Deinde tres tabulas auro graves, postremo plus quam centum plaustris ducunt inmensas campanas et omnes Polonie gazas, et captivos insuper plurimos manicis ferreis astrictos. Facta est hec translatio beati martiris Adalberti anno dominice incarnationis 1039. Kal. Septembris. Non defuit, qui hec[a] domno apostolico ut gesta erant retulit, episcopum et ducem Boemie sanctiones patrum violasse. Aderant legati ducis Boemiorum, ferentes mandata cum muneribus, penitentes simul et veniam postulantes. Ad hec apostolicus ait: *Si penitet, [haud nocet[b]] error.* Mox summoti a concilio, potiuntur hospicio, et per noctem circueuntes, sperabant lenire iudicialem sententiam. Postera die legatis in concilio presentatis, apostolicus ait: *Magnum est peccatum aliena rapere; christianos autem spoliatos et captivatos ceu bruta animatia vendere, nimis est abhominabile. Quod autem nulli liceat, sine nostra permissione loco ad locum transferre sacrum corpus, canones patrum testantur. Sed quia sive ignoranter sive bona intentione hec fecisse vos dicitis, precipimus, ut dux vester et episcopus cenobium eclesiasticis usibus amplicatum construant, et officia servientium Deo clericorum ex more constituant, ut vel sic in conspectu Dei reatus vestri transgressio deleatur.* Quibus dux libenter obtemperans, in honore sancti Wenezlai in urbe Bolezlau iuxta flumen[c] Labe, ubi idem sanctus olim feliciter martirium consummaverat, preposituram faciens, venustissimum, sicut hodie cernitur, clericorum cenobium fabricavit.

fol. 155. cf. Ekk. A. Hild. Defuncto, ut dictum est, inperatore Conrado et in Spira sepulto, Heinricus, filius eius, in omni virtutum exhibitione perstrennuus, ante scilicet in specialem regni monarchiam generali cleri populique preelectione coronatus, nunc autem sine quavis contradictionis molestia solio patris eodem anno est intronizatus, anno scilicet dominice incarnationis

Ekk. 1039°, ab Urbe condita 1791.

A. Hild. (Herim. Gesta?) A. d. i. 1040. Novus rex incarnationem Domini Ratispone decenter peregit, et purificationem sancte Marie Auguste degens, placitum habuit cum Cisalpinis principibus de rei publice stabilitate; cunctisque pro velle dispositis, Franciam repetens, tempus quadragesime iuxta Rhenum in locis oportunis consedit. Pascha

Apr. 6. vero in Engelenheim honorifice feriavit; ubi ad eum primates Burgundie humiliter cum muneribus venerunt, qui inde leti gratia ipsius simul et muneribus condonati redierunt. Illuc etiam post pascha metropolitanus Mediolanensis adveniens, et de omni sua controversia, quam contra inperatorem Conradum exercuit, satisfaciens, interventu principum gratiam regis promeruit, et iterum iuramentis pacem fidemque se servaturum affirmavit; sicque regem Agrippinam prosecutus, inde ad patriam cum pace simul et gratia

Mai 15. Mai 25. regis remeavit. Rex ascensionem Domini Niumago, pentecosten vero Leodio celebravit, deinde expedicionem suam in regionem Boemie pro vastatione Polonie destinavit, et eo

Aug. 15. properans, exercitum in assumptione sancte Marie Camba adunavit. Inde comitatu in eandem regionem digrediente, et Ottone marchione de Suinvorde cum Bawariis exlorandi causa per saltuosa et invia irrumpente, quidam ex latere regis emissi, sperantes se fortiter facturos, obstructionem quandam in saltu expugnaturi, inconsulte processerunt; ubi pretensis insidiis a sagittariis circumventi, Werinherus comes, primicerius et signifer regis, cum aliquot regiis satellitibus, et Reinhardus comes, maior domus eclesie Fuldensis[10], cum electissimis ex familia sancti Bonifacii cruenta, proh dolor! cede procubuerunt

Aug. 22. 11. Kal. Septembris. Posteriori die quidam ex legione Ottonis, que pretergressa erat,

Aug. 23. eandem obstructionem ex alia parte aggressi, et ab eisdem predictis sagittariis obruti, Gebehardus comes, Wulframus, Thietmarus, cum pluribus Bawaricis militibus, miserabiliter perempti sunt. Saxones quoque cum metropolitano Mogontie Bardone et Ekkihardo marchione in predicta sancte Virginis festivitate Domin convenerunt, et eandem regionem, divina eos, ut patuit, protectione comitante, cum parva admodum manu die dominica

Aug. 24. 9. Kal. Septembris violenter introierunt, et per 9 dies potestative peragrantes, cede, preda, incendio vastaverunt, donec tandem, venerabili viro Guntario monacho cum legatione regis adveniente et acta docente reditumque suadente, pace data et accepta, victo-

Aug. 31. res exierunt. Tres tantum ibi illustres de nostratibus, Geroldus, Radulfus et Bucco 2. Kal.

Sept. 8. Sept. procubuerunt. Rex vero nativitatem sancte Marie Babenberch celebravit; hinc

Sept. 29. Saxoniam repetens, festum sancti Michahelis Corbeie resedit. Eodem anno domnus

*fol. 155'. Bruno Mersburgensis eclesie antistes obiit; in cuius locum Hunoldus successit. *Rex

Nov. 30. in festo sancti Andree in Altstide placitum habuit, ubi et legatos Ruzorum cum muneri-

Cosm. II. bus suscepit. Interea nunciatum est duci Bracilao, quod Pricos comes, qui prefuit in urbe Beline, correptus pecunia Saxonum, non stetisset ex adverso munitionis in custodia, sed ubi sunt nemora hostibus pervia, ibi posuisset

cf. Herim. presidia. Hunc enim dux prefecerat toti cohorti, que fuit de Moravia et tribus legionibus de Ungaria. Nam Petrus

Cosm. rex Ungarie adversus regem Heinricum hec Boemiis miserat auxilia. Dux ergo eundem comi-

(Herim. Gesta?) tem, erutis oculis, manibus et pedibus precisis, in flumen precipitari iussit. Eodem tempore aque longe lateque inundaverunt; unde multi per diversa loca miserabiliter interierunt. Eberhardus pie memorie Babenbergensis episcopus obiit; cui rex Heinricus Suitgerum suum cappellanum, boni testimonii diaconem generali piorum omnium electione successorem desti-

a) hc *c.* b) *desunt c.* c) urbem *corr.* flumen *c.*

10) Haec etiam Lambertus a. 1040. retulit, sed breviter

uavit. Huius[11] mater fuit Amulrad, soror Walthardi Magdaburgensis archiepiscopi, que nupsit Conrado de Maresleve[12] et Horneburch, genuitque ei hunc Suitgerum, qui erat canonicus Sancti Stephani in Halberstad, postea episcopus in Babenberch, tandem Rome papa, et Conradum, qui ut dicitur fuit canonicus Sancti Mauricii in Magedaburh, postea Aquileie patriarcha, et Adalbertum. Hic quandam feminam, que sua propria extitit, sibi in matrimonium coniunxit, que sorori sue, que Dignamenta vel Margareta dicebatur, miniam intulit iniuriam; unde eius consilio et iussione in eadem urbe Horneburch dicta occisa est. Propterea ipse Adalbertus eandem urbem cum prediis illuc pertinentibus tradidit Halberstadensi eclesie precaria vicissitudine, ne videlicet ipsa aut filii eius eandem hereditatem sortirentur. Ipsa autem Dignamenta vel Margareta nupserat cuidam Theoderico[13], cuius frater Hanulf dicebatur de Ammenesleve, peperitque ei filiam nomine 13
Amulradam. Hanc igitur Amulradam prius duxit uxorem Ekbertus de Hertbike[13*] et Mesburge[14], genuitque ei filias quatuor, Bertradam et Margaretam[a] moniales, Idam quoque et Biam. Ida genuit ex Gevezone de Thuringia Ekbertum, canonicum Sancti Stephani in Halberstad; quo defuncto, nupsit Meinhardo de Orlagemunde[15], genuitque ei Meinhardum et alios[b]; quo item defuncto, Kizo, filius Arnoldi de Warmonestorp[15*], sortitus est eam. Bia nupsit cuidam, cuius nomen Dedi fuit, illoque defuncto, item Dedi de Crozok accepit eam, genuitque ex ea Guncelinum et filiam nomine Machtildam, quam duxit Werinherus de Veltheim[16], peperitque Werinherum. Predictam vero Amulradam, defuncto Ekberto, 16
accepit Theodericus[13], filius sororis Herimanni regis, cuius[17] Dedi predictus frater fuit qui filiam Amulradis Biam primus duxerat, genuitque ex eodem Theoderico Milonem comitem et fratres eius, filias quoque Odam et Gislam. Milo comes duxit Liutburgam, filiam Ottonis comitis et Adelsindis comitisse de Eilikistorp[18], genuitque ex ea comites Herimannum 18
et Ottonem de Hildesleve et Biam, quam desponsavit Burchardus de Conradesburh[19], genuitque Burchardum et alios[b]. Oda, soror Milonis, nupsit Gevehardo de Quernevorde[20], peperitque Conradum Magedaburgensem archiepiscopum et Burchardum eiusdem urbis prefectum; et[c] Gisla coniuncta est Waloni de Vakenstide[21]. Nunc ad cronica redeamus. 21

A. d. i. 1041. Heinricus rex natale Domini Mimigardevorde festive celebravit. Ibi fol. 156. (Herim. Gesta?)
domnus Suitgerus Babenbergensis presul pontificalem promotionem a venerabili Mogon- 1040.
tino archiepiscopo Bardone in natali innocentum die dominica, rege cum aliis primoribus astante, gloriose percepit. Sequenti vero die 4. Kal. Ianuar. ibidem monasterium Dec. 28. Dec. 29.
preclarum, ab Herimanno eiusdem loci episcopo noviter constructum, generali episcoporum consecratione in honore sancte Marie semper virginis dedicatur[d].

A. d. i. 1042. Heinricus rex ulcisci volens suorum ruinam inclitorum, in assumptione sancte Marie Cosmas. Sept. 8.
a parte Bawariorum cum magno exercitu Boemiam intravit. Petrus quoque Ungariorum rex eidem duci (Herim?) A. Hild.
contra Heinricum regem misit auxilia. Eodem ferme tempore Ekkihardus marchio cum Mogontino (Herim. Gesta?)
archiepiscopo aliisque episcopis et primatibus altera ex parte expeditionem Saxonum invexit[e], illamque regionem incendiis aliisque populationibus admodum vastantes, in
nativitate sancte Marie non longe a Praga civitate in subteriori eiusdem urbis parte Aug. 15.
castra metati sunt; ex uno latere fluminis Vulte[22] exercitus regis, et ex alio Ekkihardo marchione cum Saxonibus. Ibi conmorantes aliquod tempus, tractaverunt, quid sibi esset agendum. Interim Severus Pragensis episcopus conperit, Bardonem Mogontinum metropolitanum sinodali iure eum velle inquietare, eo quod destructor esset eclesiarum Polonie et reliquias sancti Adalberti et aliorum sanctorum ibi quiescentium raptu transtulisset in Boemiam[23], pallium autem aput apostolicum contra ius et fas sibi usurpare vellet. Idcirco, duce ignorante, clam ad regem venit, ac se de his omnibus plene ac fideliter excusavit, et ulterius duci non confidens, mansit aput regem. Rex vero et marchio inde moventes castra, ex utraque parte fluminis Vulte longe lateque vastaverunt Boemiam, donec in festivitate sancti Michahelis in superiori parte Prage, Deo donante, Sept. 29.

a) *e corr.* 2. b) liberos *erasum c.* c) alios liberos *erasum c.* d) consecratur *corr.* dedicatur *c.* e) i. Boemiam ipsamque regionem multis modis vastantes castra metati sunt penes regium exercitum *Chr. S.*

11) Haec Annalistae esse, facile agnoveris; cf. Rammeri tab. XII[b]. 12) Morsleben. 13) Rammer tab. XII[c]. 13*) Harbcke. 14) ibid. tab. XII[b]. 15) non de antiqua illa comitum de Orlagemunde prosapia 15*) Wormstorf. 16) Rammer tab. XI. 17) Herimanni regis? aut Theoderici? 18) Eilstorf? cf. Wersebe Gaue p. 121. 19) Rammer tab. X. 20) ib. tab. XVI. cf. supra a. 1009. et infra a. 1106. 21) cf. a. 1126. 22) Moldau. 23) v. quae a. 1039. ex Cosma sumta sunt.

victores honorifice convenerunt, ibique data pace et accepta, reversi sunt Imbripolim. Dux namque Boemicus quantocius se fidei marchionis Eckihardi committens, humillima satisfactione venit ad regem, offerens censum Boemice terre cum maxima honorificentia regalium donorum. Deinde pro fidelitate ac servitute facto iuramento datisque obsidibus
cf. Lamb. reversus est in patriam. Herimannus episcopus Mimigardevordensis obiit.

(Herim. Gesta?) A. d. i. 1043. Rex Heinricus natale Domini Auguste peragens, Burgundiam intravit,
Apr. 3. ibique re publica optime gubernata paceque firmata, Colonie resurrectionem Domini
A. Hild. a. 1042. gloriosissime celebravit. Ungarii quendam Ovonem regem sibi eligentes, Petrum regem suum expellunt. Qui profugus et exul Heinrici regis, cui priori anno rebellaverat, gratiam quesivit et invenit. Ovo rex Ungariorum, ob susceptum ab Heinrico rege Petrum a se expulsum, fines Bawarie preda et incendiis depopulatur; sed magna pars
Adam II, 63. III, 3. 1. exercitus eius ab Adalberone marchione deleta est. Adalbrandus Bremensis archiepiscopus decessit; cui successit
*fol. 156'. Adalbertus Halberstadensis[a] prepositus, et Aquisgrani ordinatur *presente rege cum principibus, 12 episcopis astantibus et inponentibus manum. Huius pater fuit Fridericus comes, qui duxit uxorem filiam Dedonis
24 marchionis, sororem[b] iunioris Dedonis et ex matre Ottonis marchionis de Orlagemunde[24], genuitque ex ea hunc Adalbertum archiepiscopum et Dedum et Fridericum palatinos
Adam IV, 4. comites. Eius archiepiscopatus tempore tanta erat opulentia Bremensis episcopii, quod 50 curtes dominicales habuit
III, 10. archiepiscopus, ex quibus maxima unius mensis, ceterum minima 14 dierum persolvebat servicia. Ipse fecit duas preposituras in Bremis, unam sancto Willehado, alteram sancto Stephano, cuius se famulum multociens gloriabatur. Has construxit ex bonis que ipse adquisivit, terciam sancto Paulo de bonis que hospitali pertinebant. Abbatia que dicitur
c. 11. Gozzica, a parentibus ipsius fundata est, quam ipse Bremensi eclesie optulit. Alia etiam plurima diversis in
Cosm. II. locis inchoavit opera, quorum pleraque defecerunt ipso adhuc vivente. Eodem anno tanta fames fuit in Boemia, ut tercia pars populi interiret.

Lamb. A. Hild. A. d. i. 1044. Rex Heinricus natale Domini Treveris celebravit. Et eodem anno Pannonias invadens, duas populosissimas civitates evertit, plures dedicione subiecit. Sed cum Petrum regem, quem secum ducebat, provinciales recipere nollent, alium quem petebant ducem eis constituit; quem Ovo post discessum eius in Boemiam fugavit. Gisla
Chron. Hild. inperatrix, mater Heinrici regis, 16. Kal. Martii moritur et aput Spiram sepelitur. Thietmaro Hildinsheimensi episcopo subita morte prevento, Azelinus regius cappellanus successit; qui eclesie sue pluralem utititatem diversa adquisitione contulit. In hoc tamen, ut veremur, ante Deum reus extitit, quod monasterium igne consumptum inconsulte deiecit. Dedit eclesie anulum pontificalem, dorsale quoque et campanam, Cantabone vocatam propter sonoritatis excellentiam. Hactenus Hildenesheimensis clerus tam districta religione obsequio Dei se mancipaverat, ut in professione canonica districtione gauderet monachica. Nam ut taceatur, quam severe animadvertebatur, si quis choro, mense, dormitorio, non dico deesse, sed tardius adesse, nisi aut gravi necessitate irretitus aut licentia animatus, presumpserat, scolaris discipline iugo absoluti, artiori habena in claustro frenabantur, et cottidianam scripturam decano presentare, euangelium cum lectione, cantum quoque, ipsos etiam psalmos reddere exigebantur, ut timidius in claustro quam in scolis manum ferule subducere viderentur. Delicatioris etiam vestitus tam nulla illis erat cura, ut gulas, quibus nunc ardet clerus, nescirent, linguas pelliciales ac manicas non pallio, sed nigrato panno ornarent; linguas autem claustralium superpelliciarum non minus quam tunicarum equestrium fibularent. Sic igitur rusticalem iusticiam curiali facecie[c] pretulerant, sic fortunam adnullando, nec altiora quam de claustro administrabantur affectando, tam exterius quam interius claustrali districtione clausi, renuntiato nondum seculo, seculum nescirent. Huius claustri statum secundo Heinrico inperatori, Bavenbergensis scilicet eclesie constructori qui ibidem natus et a parentibus eidem eclesie in
*fol. 157. canonicum promissus fuerat et ob id ibi sepius morabatur, *referunt in tantum placuisse, ut ab exterioris eorum hominis conpositissimo habitu interioris hominis religionem sibi experto credendam protestatus, sue Babenbergensi eclesie cum studio Leodiensi Hildinsheimensis claustri rigorem optaret. Hec censura claustri usque ad huius Azelini 16ti presulis tempora permansit. Eo presidente, irrepsit ambiciosa curialitas, que dum in victu lautior, in vestitu mollior, in omni cultu accuratior[d], amari maluit quam timeri, discipline mollito rigore, claustri claustra laxavit. Accessit ad hec, quod, exorto a pirali principalium fratrum incendio, principale monasterium et alterum in meridiano ipsius latere a sancto Godehardo constructum, utrumque cum suo claustro, est igne consumptum. Quorum muris, preter solum principalis eclesie sanctuarium, presul Azelinus deiectis et solo equatis, matris eclesie edificationem longe priori capatiorem, respiciente occidentem eius sanctuario, incepit, et quantum ad exteriores eius

a) haberstadensis *c.* b) marchionis *corr.* sororem *c.* c) faccecie *c.* facie *Eccardus* d) apparatior *corr.* accuratior *c.*

24) Hoc testimonium accuratum mihi eorum preferendum esse videtur opinioni, qui Friderici uxorem Agnetem filiam Wilhelmi de Orlagemunde habuerunt.

muros pene perfecit, optinente orientali eius pariete locum quem habuit prioris occidentale, sed muro eius nunc alicubi cadente, nunc casum minante, nunc columpnarum aliqua orthogonalem sui erectionem denormante, data operi opera teritur, nec ad perfectum aspirat opus, cuius semper casus reparatur. Sed nondum finito opere, auctor operis decessit. Gozelo dux Lotharingie obiit; cuius filius Godefridus, nobilissime indolis iuvenis atque in re militari admodum exercitatus, quia ducatum patris obtinere non potuit, arma contra rem publicam corripuit, Adalbertum ducem, quem rex patri eius subrogaverat, prelio victum occidit, cedes hominum et populationes agrorum maximas fecit, loca omnia usque ad Rhenum, preter ea que vel murorum presidio hostilem inpetum subterfugerant vel se pecunia redemerant, in cinerem redegit. Lamb.

A. d. i. 1045. Heinricus rex iterum Pannonias invadens, satisfactionem, obsides, munera, pacis per iusiurandum confirmationem accipiens, discessit. Inde reversus, Constanticnsi sinodo affuit, ubi debita cunctis dimisit, destructisque omnibus inimiciis, pacem hactenus inauditam tam in tota Suevia, quam in aliis regni sui provinciis regia censura per edictum confirmavit. Deinde Agnetem, Willehelmi Pictaviensis principis filiam, reginam aput Mogontiam ungi faciens, regalibus sibi nuptiis Ingelenheim copulavit; unde infinitam multitudinem histrionum et ioculatorum sine cibo et muneribus vacuam et merentem abire permisit. A. Hild.

Bruno Wirceburgensis episcopus 6. Kal. Iunii obiit; pro quo Adalbero ordinatur. Sedit isdem Bruno annos 11, mensem 1, dies 14. Ekk.

Liutpaldus marchio, Adalberonis[a] filius, maxima Ungariorum clades, immature obiit. Pestis pecudum maxima; hiems magna et nivosa fuit. Chr. W. Ekk.

A. d. i. 1046. Rex Heinricus natale Domini Goslarie celebravit. Ekkihardus marchio subitanea morte prefocatus interiit, et Willehelmus marchiam illius adquisivit. Huius pater fuit Willehelmus comes de Wimmare, venerabilis senex, qui ab Heinrico inperatore Babenbergensi pro gente Thuringorum inpetraverat, ut census porcorum, qui annis singulis ab ea regiis stipendiis persolvebatur, remitteretur[25]. Quem censum instituerat Teodericus rex, qui eosdem Thuringos ex maxima parte delevit et terram eorum Saxonibus dedit[26]. Huic Willehelmo comiti erant tres filii, hic de quo loquimur Willehelmus marchio, Otto et Poppo. Willehelmus etiam marchio aquilonalis et frater suus Otto, ab hoc Willehelmo et fratre illius Ottone denominati, proxima eis consanguinitatis linea iungebantur, licet nomina et ordo eiusdem consanguinitatis certius non teneatur[27]. Supradicto autem Willehelmo comite defuncto, uxor eius Oda nupsit Dedoni marchioni, ut supra dictum est[28]. Lamb. 'fol. 157' 27

Rex Heinricus tercio Pannoniam ingressus iratus, Dei favente clementia, et beato Odalrico episcopo inpetrante, victor factus, Ovonem cum uxore et filiis cognatisque, quibus locus evadendi erat, effugabat, Petrum in regno restituit, subditoque sibi Ungariorum regno, cum summo honore revertitur. Chr. W.

Godefridus dux Lothariorum, dedicione sui facta, a rege in castello Givikinstein usque ad dignam satisfactionem sub custodia mancipatur, sicque regnum brevi tempore quietum et pacatum mansit. Lamb.

Cathelo Cicensis episcopus obiit; cui Eppo successit. Druchtmarus abbas Corbeiensis obiit; cui Rothardus successit.

Heinricus rex, domitis Pannonum sedicionibus, eclesiastica necessitate Romam tractus est, comitem habens cum ceteris inperii magnatibus Adalbertum Bremensem archicpiscopum; ubi sinodaliter depositi sunt tres scismatici, Benedictus, Gracianus, Silvester, qui pro apostolica sede certarant[b]; super quibus regi quidam heremita scripserat: Adam. III, 8.

Una Sunamitis nupsit tribus maritis.
Rex Heinrice, Omnipotentis vice
Solve conubium triforme dubium!

A. d. i. 1047. Rex Heinricus natale Domini Rome celebravit, et Suitgerum Bavenbergensem episcopum papam constituit, a quo ipse et coniunx eius Agnes regina eadem die inperiali benedictione sublimantur. Inperatrix vero inde revertens, aput Ravennam genuit filiam; inperator vero per Apuliam multasque provincias feliciter ducens exercitum, cum magno honore revertitur. Lamb. Chr. W. Ekk.

Interea Petrus Ungariorum rex a quodam tiranno Pannonico captus et cecatus est; ille autem qui eum expulit regnare cepit. Chr. W.

Corpus sancti Widonis de Italia allatum est Spiram, inperii sui anno 1°, regni autem 9°, indictione 15ª. Suitgerus papa eodem anno quo constitutus est obiit; pro quo Poppo, Aquileiensis patriarcha, ordinatur, mutato nomine Damasus. Eodem anno Otto dux Suevorum obiit; in cuius locum Otto marchio de Suinvorde, marchionis Heinrici et Gerberge[c] marchionisse filius, surrexit. Damasus papa, qui et Popo, eodem anno quo constitutus erat decessit[d]. Ekk.

A. d. i. 1048. Inperator natale Domini Polithe celebravit. Bruno, qui et Leo, Tullensium antistes post Damasum Romane sedis pontifex ordinatur. Hic Conradi inperatoris consobrinus fuit, oriundus de Alsatia ex castello quod dicitur Egenesheim[29]. Qui cum[e] ad capessendam sedem apostolicam Romam tenderet, audivit nocte voces angelorum in sublimi cancntium: *Dicit dominus: „Ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis, invocabitis me, et ego exaudiam vos et reducam captivitatem vestram de cunctis locis".* De hoc inter cetera legitur, quia cum pauperem leprosum ante fores domus sue offendisset, eum fotum et curatum diligenter in lecto suo collocavit, quem reserato hostio cum non invenisset, in paupere se Christum suscepisse obstupuit. Hic undecumque doctissimus cantus dulci et regulari modulatione conposuit de aliquibus sanctis, Gregorio scilicet papa, Ciriaco martire, Gorgonio martire et aliis. Fecit et scripsit multa alia eclesie utilia. Hic etiam in Gallia et Germania sinodis canonice habitis, statum eclesie meliorabat. fol. 158. Lamb. Ekk.

Quodam tempore[30] ad invisendum regnum Teutonicum ingressus, ad filium sororis sue, comitem Adalbertum, in Sueviam venit, et illum sub conminatione tremendi 30

a) adalberti *corr.* adalberonis *c.* b) cerant *c.* c) eile *corr.* g. 2. d) *c. add. sed del.:* Heinricus rex nascitur. e) *deest c.*

25) v. supra a. 1002. 26) v. Ann. Quedl. SS. III. p. 32. 27) cf. Raumer tab. III. n. 6. 28) a. 1043. 29) cf. Wiberti vitam Leonis c. 1, quam tamen vidisse Annalistam vix putarim. 30) a. 1049. ut videtur.

iudicii Dei admonuit, ut Hirsaugiense cenobium ab eo iniuste possessum relinqueret[a] et sacre regule observatores in eodem loco restituere studeret; quod ipse comes confestim opere conplevit[b]. Idem papa in cenobio virginum quod nominatur Andela in Alsatia, corpus sancte Richardis inperatricis de tumulo honorifice elevavit et in eclesia recondi-
31 dit. Heinrico[31] inperatori filius quartus Heinricus natus est.

Lamb. (cf. Chr. Magd.) A. d. i. 1049. Inperator natale Domini Frisinge celebravit. Hunfridus Magadaburgensis archiepiscopus criptam maioris eclesie Idus Iulii dedicavit, in honore sancte Marie, sancti Iohannis euangeliste, sancti Kiliani et sociorum eius, adiuvantibus confratribus Godescalco
32 episcopo[32], Hunoldo Mersburgensi episcopo. Bruno Fardensis episcopus, Sigefridi comitis de Waldbike et Iudhithe[33] comitisse filie Heinrici Calvi de Stadhen filius, frater autem Friderici Magedaburgensis comitis, succedente sibi Sigiberto, vita excessit. Frater
34 eius[c] Fridericus[34] genuit ex Thietberga comitissa Conradum Magedaburgensem comitem. Defuncto Friderico, viduam illius Thietbergam accepit quidam nobilis de proceribus Hessorum, genuitque illi Meinfridum, qui predicto fratri suo Conrado, quia filium non habuit, in comitatu successit. At prenominatus Conradus duxerat uxorem de Bawaria nomine Adelheidem, que genuit illi filiam nomine Machtildem, quam desponsavit Teo-
35 dericus[35] comes de Ploceke, totumque patrimonium illius cum ea suscepit, genuitque ex ea Conradum et Hilpricum comitem et duas filias Irmingardem et Adelheidem. Conradus, ut dicitur, virgo obiit, et frater eius Helpricus duxit viduam Teoderici comitis
36 de Katalenburh nomine Adelam[36], que genuit ei duos filios Bernardum comitem et Conradum marchionem. Sororem Hilperici Athelheidem duxit[d] uxorem Otto Ratisponensis comes. Altera Irmingardis nupsit Udoni marchioni[37], totaque hereditas avi sui Conradi
*fol. 158c. comitis cessit ei, genuitque ei Heinricum marchionem *et duas filias. Filiam autem prenominati Sigefridi de Waldbike nomine Odam accepit quidam illustris nomine Gozwinus
38 de Valkenberh[38], peperitque illi Gerhardum et Gozwinum comites. Gerhardus comes duxit Irmingardem marchionissam, viduam Udonis marchionis; quibus tamen ambobus illicite nupserat, quia utriusque neptis consanguinea fuit.

Ekk. A. d. i. 1050. Heinricus inperator anno 10. regni sui, inperii autem 4. quasdam partes Gallie invasit contra Godefridum et Baldewinum duces; quibus ad dedicionem coactis, regnoque in his partibus pacificato, victor cum triumpho revertitur. Hunoldus Mersburgensis episcopus obiit; cui Albericus successit. Dedicatio eodem anno facta est Goslariensis monasterii per Herimannum Coloniensem archiepiscopum in honore apostolorum Simonis et Iude.

Lamb. Adam III,31. A. d. i. 1051. Inperator natale Domini Wormacie celebravit. Sinodus generalis habita est apud Mogontiam [39], presidente domno apostolico Leone et inperatore Heinrico cum archiepiscopis Bardone Mogontino, Eberhardo Treverensi, Herimanno Coloniensi, Engelhardo Magdaburgensi, qui Hunfrido archiepiscopo, eodem anno 2. Kal.
Adam l.l. Martii decedenti, de choro Wirceburgensi assumptus successerat, ceterisque provinciarum sacerdotibus. In eo concilio quidam Spirensis episcopus Sibico, cui crimen adulterii inpingebatur, examinatione sacrificii purgatus est. Preterea multa ibidem ad utilitatem eclesie sanctita sunt, pre quibus simoniaca heresis et nefanda sacer-
Ekk. dotum coniugia olographa sinodi manu perpetuo dampnata sunt. Ungari item inperatori rebellant. Quibus Gebehardus Ratisponensis episcopus, patruus inperatoris, vice ipsius obviam factus, in fugam conversos non minima cede afflixit; insuper urbem Heimenburch in marca positam edificiis restauratam, militari presidio muniri fecit, et ipse cum summa pace reversus est. Bardo archiepiscopus Mogontinus in Fuldensi monasterio sub monachica professione nutritus, indeque pro vite merito, ad pontificalem dignitatem provectus, virtutibus clarus, in Christo quievit; cui Liutpoldus Bavenbergensis prepositus successit. Grecis in heresim multiformem declinantibus, auctore Michahele patriarcha Constantinopolitano et Leone Acridano Bulgarum episcopo, Leo papa errores eorum redarguens, scripsit contra eos librum firmis scripturarum testimoniis roboratum. Nicetas etiam monachus Constantinopolitanus[e], qui agnominabatur Pectoratus, scripsit contra Romanos librum plenum erroris et stulticie, pretitulatum de azimo, de sabbato, de nuptiis sacerdotum. Leo itaque papa per epistolam ad inperatorem Constantinum scriptam animum eius sibi concilians, apocrisiarios suos, Humbertum scilicet cardinalem episcopum Silve candide, Petrum Amalfitanorum[f] archiepiscopum, Fridericum septimum levitam et cancellarium, Constantinopolim dirigit ad confutandas Grecorum hereses, qui ut Simoniaci donum Dei vende-
*fol. 159. bant, ut Valesii hospites suos castratos etiam ad episcopatum promovebant, ut Arriani rebabtizabant *Latinos babtizatos in nomine sancte Trinitatis, ut Donatiste in sola Grecia ortodoxam eclesiam esse iactabant, ut Nicolaite sacerdotibus nuptias concedebant, ut Severiani maledictam dicebant legem Moysi, ut Pneutomagi professionem Spiritus sancti a simbolo precidebant, ut Nazarei Iudaismum observabant, parvulos morientes ante octavum a nativitate diem babtizari, mulieres in partu vel menstruo periclitatas communicari, vel si pagane forent, babtizari prohibebant, de fermentato sacrificabant, Latinos vocabant azimitas, et eos nimium persequebantur et eorum eclesias claudebant, in suis filiis Romanam

a) relinque relinqueret *duabus lineis c.* b) conplereuit *c.* c) sigibertus *erasum c.* d) duxit *c.* e) constinopolitanus *c.* f) amalsitanorum *c.*

31) cf. Ann. Wirzib. Mon. SS. II. p. 244. et quae dixi in praef. 32) Havelbergensi. 33) Rectius qui Gebhardi hist. gen. Abh. III, p. 78. sequitur. a. 998. Cunigunda dicitur. 34) v. Raumer tab. II, 35) ib. tab. X. 36) cf. infra a. 1103. 37) de Stade. 38) v. Raumer tab. XII[a]. 39) a. 1049.

ecclesiam anatematizabant, eique ecclesiam Constantinopolitanam preponebant. Legati ergo ab inperatore benigne suscepti et habiti, monachum Nicetam ante eum convicerunt, adeo ut librum, quem contra Romanos scripserat, anathematizaret et incenderet. Michahele patriarcha eis colloqui denegante, carta excommunicationis super altare posita coram clero et populo, recesserunt. Michahel cartam ipsam corrumpens populoque legens, illos revocatos ad sinodum absente inperatore convocavit, ut a populo lapidarentur; quod inperatore prohibente, Michahel commovit populum contra eum; sed convictus cartam excommunicationis falsasse, Michahel omnesque sui a gratia et palatio inperatoris remoti sunt. Humbertus episcopus Silve candide hec descripsit, et scripta Nicete monachi et Leonis Acridani Bulgarum archiepiscopi planis divine scripture testimoniis capitulatim sub nomine Constantinopolitani et Romani confutavit; que de Greco in Latinum per Paulum et Smaragdum interpretata, iussu inperatoris Constantini a Grecis recepta sunt. Ekk

A. d. i. 1052. Inperator natale Domini Polithe celebravit. Herimannus Contractus obiit. Heinricus inperator iterum Pannonias ingressus, divisa in duas partes multitudine militum, utrimque regionem ipsam silvis et maxime aquarum collectionibus circumseptam occupans, intravit; sed illa gens durior ceteris cum suo rege dolose et ignave agens, sua pariter cum alienis diripiens, fame et siti multisque cladibus lassatum exercitum fugiens, evasit. Milites vero inperatoris, vastata magna ex parte provincia, multis insuper inibi occisis, pacifice, quamvis inacte, cum inperatore ad propria redierunt. Heinricus inperator iterum Pannonias petit, et inacte redit, habens in comitatu Leonem apostolice sedis presulem. Qui papa veniens Ratisponam, reliquias beati Dionisii martiris, de quibus diu dubitatum est an ibi haberentur, presentibus Parisiorum legatis perspexit, ibique haberi probavit, sanctum quoque Wolfgangum[a], eiusdem urbis episcopum, de tumulo levavit, indeque Bavenberch cum inperatore transiens, privilegia eiusdem loci a cancellario suo Friderico, fratre Godefridi ducis, qui sibi postea successit, perspici et coram inperatore populoque pronunciari mandavit, suaque auctoritate illa confirmavit. Inde simul apostolicus et inperator in partes Rheno contiguas tetenderunt. Lamb. Chr. W. Ekk.

A. d. i. 1053. Leo apostolicus et Heinricus inperator Wormacie natale Domini celebrabant. Ubi papa missarum sollempnia in sancta die, ut oportuit, celebrans, sequenti diu Liuppoldum Mogontinum archiepiscopum, utpote in sua diocesi, huic subrogavit officio. Qui, peracta processione, et ubi ad hoc ventum est, dicta oratione, postquam se in sua sede locavit, quidam ex diaconibus suis, Humbertus, sicut multi ob illius festi venerationem solent, lectionem decantavit. Quod quidam ex Romanis pape assistentibus vituperantes, et contra papam, quia Romano more non ageretur, obiurgantes, persuaserunt, ut ad eum mitteret et decantationem interdiceret. Quod cum ille iuvenum more contempneret, item mittendo papa interdixit. Qui eadem vocis sonoritate qua prius cantavit, decenter lectionem usque ad finem perduxit. Qua finita, papa illum ad se vocavit et quasi pro inobedientie contumatia degradavit. Archiepiscopus vero misit ad illum, ut suum sibi redderet ministrum. Quod ubi apostolicus audivit, pontifex, ut erat antique discipline, licet egre, pacienter tamen interim tacendo sustinuit. Perlecto autem euangelio et decantato offertorio, ubi sancti sacrificii tempus advenit, pontifex in sua sede resedit, vere contestans, nec se nec alium quemquam completurum illud officium, nisi reciperet suc processionis ministrum. Quod ubi apostolicus intellexit, pontifici cessit, reindutumque ministrum continuo remisit. Quo recepto, debito se presul iniunxit officio. Qua in re et pontificis auctoritas et apostolici consideranda est humilitas, dum et ille officii sui dignitatem defendere studuit, et iste, licet maioris dignitatis, metropolitano tamen in sua diocesi cedendum perpendit. Post hec apostolicus Romam rediit, multis eum diversarum provinciarum militibus imperiali preceptione et amicorum subventione comitantibus, et post pascha exercitum per Apuliam contra Nortmannos duxit. Ekk.

Nortmanni vero barbara lingua quasi homines septentrionales dicti sunt[40], eo quod primum ab illa mundi parte venerint. Hi autem annos fere 166, duce quodam Rollone nomine a Scitia inferiori, que est sub Asia, a flumine Tanai ad aquilonem egressi atque per oceanum vecti, cum sepenumero ante tam Germaniam quam Galliam more piratico per eadem oceani littora excurrentes infestassent, tandem Karolo, qui Simplex dictus est, Francis inperante, egressi, Galliam, qua in parte Brittanniam respicit, pervaserunt, civitatemque in ea Rothomagum occupantes, usque in hanc diem Nortmanniam de suo nomine vocaverunt. Ubi postquam confirmati sunt, etiam ultra manus extendere conati sunt. 40

Nam[41] circa hec tempora Richardus comes Nortmannorum, dimissa Cnud regis Danorum sorore, propter metum Danorum exulans, a patria Iherosolimam profectus ibique defunctus est. Reliquit autem in Nortmannia filium nomine Rodbertum, cuius filius fuit Willehelmus, quem Franci Bastardum vocabant, qui post Angliam subiugavit. Huius Richardi socii 40 revertentes, in Apulia remansisse narrantur; et ex illo tempore Nortmanni possederunt Apuliam, et procedente tempore Calabriam Siciliamque occupaverunt. Adam II, 37. Adam schol.

Contra hos igitur quondam illius terre advenas, sed tunc apostolicarum rerum invasores et Romani inperii hostes, Leo papa pugnavit, et infinita utrobique cede peracta, 14. Kal. Iulii[42] papa cum paucis fugiens absque victoria regreditur, reiectis illic Suevorum ac Noricorum militibus optimis, et[b] Beneventana in urbe consedit, ubi tunc Odelricus genere Noricus episcopatum tenebat. Goslarie heretici, per Godefridum ducem deprehensi, suspensi sunt. Ekk. 42 Lamb.

A. d. i. 1054. Religiosus papa Bruno, qui et Leo, gloriose vitam finivit 13. Kal. Maii, sepultusque Rome in ecclesia beati Petri, miraculis claruit. Hicil comes pie memorie de Oberensteinveld obiit 6. Kal. Febr.[43] Conradus dux[c] Noricus, federatis sibi Ungariis, graviter inperatori rebellat. Item rebellant Balduinus et Godefridus. Qui Godefridus, Bonifacio Italorum marchione superiore anno defuncto, Beatricem viduam eius accipiens, marcam et ceteras eius possessiones coniugii pretextu sibi vendicavit. Azelino Hildinsheimensi defuncto, Hetilo Goslariensis prepositus successit. Hic, neglecto opere quod antecessor suus in occidentali civitatis parte inchoaverat, quippe cuius magnitudo tenuitatem rerum excedebat, antiquo operi, quod Altfridus episcopus in eodem loco divina revelatione fundaverat, novum corpus moderate conpositionis mira arte coniunxit, quod procedente tempore prediis de sua adquisitione ditatum, palliis, calicibus, corona imaginem celestis Iherusalem presentante, ceterisque ecclesiasticis ornatibus et tesauris decoravit. Ipse prebendas fratrum[d], determinato non conprehensas numero, ad certum numerum, 50 scilicet, redegit, et ut secundum regularem institucionem equa omnibus portio daretur, quod hactenus consuetudo non habebat, banni sui auctoritate firmavit. Fuit studiosus in honorando clericali nomine, diligens in promovendis ad spiritualia arma clericalis milicie fol. 160. Ekk. (A. Hild.) Ekk. Lamb 1053 Chr. Hild.

a) wolfangum *c.* b) u *c.* c) autea *erasum c.* d) frum *c. ubi saepius abbreviationis signa omissa sunt.*

10) cf. a. 853. 41) Eadem iam a. 1014. leguntur. 42) cf. Ann. Wirziburg.

Chr. Hild. pueris et iuvenibus, quibus, quod verbo docuit qualiter fieri oporteret, se ipsum exemplum proposuit. Largus erga pauperes in elemosinis fuit, quorum tamen hac discretione supplebat inopiam, ut prorsus[a] ab his, qui utcumque parum poterant operari, viciorum matrem exstirparet desidiam. Habet tamen in eo divina sententia quod feriat, quia institutionem ordinis in abbreviatione divini officii, in superfluitate vestium, in relaxando regularis vitae districtionem, non dico mutavit, sed mutantibus non contradixit. Post hec in honore sancti Mauricii in monasterio, quod sanctus Godehardus edificaverat, moniales instituit, sed considerato hoc sexu tum oportunitate loci tum natura ad peccandum proniore, ipsis eiectis, viginti canonicos in novo monasterio reposuit, quibus necessaria procurans, Cononem consanguineum suum, post Bricsiensem[b] episcopum, eis preposuit. Ad ultimum in orientali parte civitatis prius domum belli in domum pacis, adiuncto etiam novo opere, commutavit, et 15 canonicis institutis, habundeque illis necessariis provisis, Adelboldo preposito commendavit. Sed quia idem monasterium infirmitate preventus consecrare non potuit, Burchardo Halberstadensi episcopo sub titulo sancte Crucis et apostolorum Petri et Pauli consecrandum commisit.

Lamb. A. d. i. 1055. Inperator natale Domini Goslarie celebravit. Leoni pape Gevehardus, genere Alamannus,
Ekk. Lamb. qui et Victor, prius Ecbstatensis[c] episcopus, successit[d]. Huic[e] diaconus toxicum in calicem misit, quem cum ipse
post consecrationem levare vellet nec posset, a Domino causam facti inquisiturus cum populo ad orationem prosternitur,
statimque toxicator a demone arripitur. Ita causa manifestata, domnus papa calicem cum sanguine dominico cuidam
*fol. 160'. altari iussit includi et pro reliquiis conservari. *Heinricus inperator Italiam cum exercitu petens, omnia in pace
Ekk. disposuit, reversusque neptem suam Beatricem, matrem Machtildis, quam Gozelo filius predicti Godefridi
ducis uxorem accepit, secum duxit, indigne eam tractans propter quandam eius insolentiam, qua mortuo viro suo
Cosm. II Bonifacio vivere consueverat. Bracizlaus dux Boemie, postquam Poloniam subiugaverat, proposuerat invadere Panno-
ib. a. 1039. niam, in quo itinere pulsatus egritudine, defunctus est 4. Idus Ianuarii. Reliquit 5 filios, Spitigneum, Wratizlaum,
a. 1055. Conradum, Iaromirum, qui et Gevehardus, et Ottonem. Ducatum autem Boemie Spitigneu primogenitus obtinuit,
qui omnes Teutonicos de Boemia eliminari iussit, inter quos et matrem suam Iudhitam, sororem Ottonis de Suinvorde, abbatissam quoque Sancti Georgii expulit. Post hec ivit in Moraviam, quam olim dux Bracizlaus inter filios
dividens, dimidiam eius partem Wratizlao, alteram Conrado et Ottoni dederat[f], Iaromiro studiis scolaribus deputato.
Et mittens ad illius terre primates, 300 ex eis sibi occurrere mandat, quos statim conprehensos et catenatos misit custodiendos per Boemie civitates. Equos autem et arma eorum inter suos distribuit, et tenuit iter in Moraviam. Quod
audiens Wratizlaus, relicta coniuge, fugit ad regem Andream in Pannoniam. Coniugem eius conprehensam dux ignominiose tractavit, et post mensem interventu Severi episcopi, ut ad maritum rediret, permisit; sed quia partui vicina
erat, infra triduum defuncta est. Wratizlaus vero post mortem eius Adlectam, filiam Andree regis, adamavit; quod ille
non recusans, post dies matrimonio sibi eam copulavit. Quod cum audisset dux Spitignieu, sagaci ingenio precavens,
ne forte invaderet frater suus totam terram Moravie cum Ungaris, mittens nuntios, revocavit eum ab Ungaria, et reddi-
Chr. W. dit ei civitates, quas ei antea pater suus Bracizlaus dederat in Moravia. Eodem anno Welf dux Carinthiorum obiit
Lamb. 1056. Conradus dux antea Noricus ab inperatore expulsus, in Pannonia exul male moritur. Herimannus Colonlensis archi-
ib. 1075. episcopus obiit; cui domnus Anno successit, qui a fundamento 5 congregationes fecit, duas in Colonia, unam in honore
sancte Marie, alteram in honore sancti Georgii martiris, unam in loco qui vocatur Graschaf, et unam in alio loco
qui vocatur Salevеld, et unam in monte qui Sigeberch vocatur; in quo etiam nunc corpus eius feliciter requiescit.
Chr. W. Arnolfo Spirensis ecclesie episcopo Conradus successit. In eodem anno fames magna fuit. Adalbertus marchio
A. Hild. obiit.

fol. 161. A. d. i. 1056. Dedo palatinus comes, vir bonus, a quodam presbitero Bremensi occisus est, quem a fratre
Lamb. suo Adalberto archiepiscopo susceperat pro criminibus que ei obiciebantur exilio deportandum; sepultusque est iubente
[44] inperatore in Goslaria, eique frater suus Fridericus in comitatu successit[44]. Ipse fecit prepo-
situram in loco qui Sulza dicitur[45], et ipsius filius fuit palatinus comes Fridericus, quem
Lodowicus comes de Thuringia iussit dolo interfici[46], viduamque illius, sororem[g] Udonis
marchionis, accepit in matrimonium. Habuit autem ex ea palatinus comes filium nomine
[47] Fridericum, qui patre occiso nondum fuit natus, avo adhuc superstite. Cuius[47] sororis
filius Fridericus de Sumersenburch comitatum palacii adquisivit, et eius pater Adalber-
Chr. W. tus Scucco dicebatur. Herimannus comes orientalium Francorum obiit 6. Kal. Februarii. Gebehardus Ratisponensis episcopus, Heinrici inperatoris patruus, hostis occulte pessimus deprehensus, convictus et custodie mancipatus, sed misericorditer tractatus, exilio remittitur et sedi pristine restituitur. Godefridus dux ad dedicionem venit.
Magna cedes a barbaris qui Liutici dicuntur in christianos facta est, quorum quidam gladio, quidam fugientes in aqua
perierunt, inter quos Willehelmus aquilonalis marchio occiditur non procul a castro quod Prizlava dicitur, quod situm est in littore Albis fluvii, in ostio ubi in se recipit Habolam fluvium. Ibi
ergo in medio duorum fluminum religiosus princeps[h] dolose a paganis[i] circumventus,
cum multis occubuit. Corpus eius a barbaris mille vulneribus confossum ac dilaniatum,
a suis amplius, ut dicitur, non est inventum. Hic[k] siquidem Willehelmus marchio
et frater eius Otto proxima consanguinitatis linea iungebantur fratribus his Willehelmo
et Ottoni, filiis illius magni Willehelmi de Wimmare, qui post mortem Ekkehardi marchionis secundi marchiam illius unus post unum tenuerunt, licet nomina et ordo ipsius
[48] consanguinitatis cercius non teneatur[48]. Cum quo interfectus est comes Theodericus
de Katalanburh, filius Udonis qui cum fratre suo Heinrico et aliis quibusdam occidit

a) prosus *c.* b) brixsiensem *corr.* bricsiensem *aut* brissiensem *c.* c) *ita c.* d) succesit *c.* e) Huc *c.* f) dedederat *duabus lineis c.* g) sorrorem *c.* h) princes *c.* i) pagnis *c.* k) Hic—non teneatur *add. 2. in marg.*

44) cf. chron. Gozecense. 45) Sulze; cf. Schultes Directorium I. p. 175. 46) ann. 1083? cf. Wedekind Noten II. p. 191 sqq. 47) avi Fridericī; cf. Raumer tab. V[b]. 48) v. eadem fere verba ann. 1046.

Ekkihardum marchionem in Palithi post mortem tercii Ottonis imperatoris[49]. Huic[50] Udoni erat uxor de Suevia, nomine Bertrada[51], que genuit ei hunc Theodericum. Huic quoque erat uxor item Bertrada, soror Suanehildis comitisse de castro quod dicitur Lon[52] in Hasbania, cuius filius fuit Arnoldus comes Mogontiensis prefectus, que peperit [52] ei filium, qui et ipse Theodericus vocabatur, et filiam, que Othilhildis dicebatur, que nupsit Conrado, fratri Dedonis marchionis. Idem Theodericus accepit uxorem Gertrudem, filiam Ekberti marchionis senioris, matrem Richenze inperatricis, ex[a] qua genuit item Teodericum, qui sine liberis obiit. Willehelmo autem marchioni successit Udo comes de Stadhen, vir industrius et nobilis. Nam Heinricus Calvus comes de Stathen, qui fuit temporibus primi Ottonis, consanguineus eiusdem inperatoris, uxorem habuit Iudhitam, sororem Udonis ducis, qui aput Calabriam cum multis occubuit, quando Otto Rufus imperator contra Sarracenos pugnavit[53]. Hec peperit ei liberos Heinricum, Udo- [53] nem, Sigefridum. Qui Sigefridus, defuncto Heinrico fratre, comitatum[b] patris sui a cesare Heinrico Bavenbergensis[c] eclesie fundatore suscepit. Habuit uxorem Adhelam, filiam Geronis comitis de Alesleve, quem Ruffus Otto imperator in insula quadam iuxta Magedaburh decollari iussit[54], que genuit *ei Ludigerum comitem, qui a plerisque dictus est *fol. 161'. Udo; eiusque uxor Adelheidhis dicebatur, amita Rodolfi regis, ex qua genuit hunc Udonem, qui, occiso Willehelmo, primus ex illa generatione marchiam aquilonalem adquisivit[55]. Hisdem temporibus multi diversarum provinciarum principes perierunt. Fames multas provincias afflixit, [55] egestas et penuria undique prevaluit, multaque mala tunc temporis acciderunt. His doloribus Heinricus inperator corde tenus conpunctus, infirmari cepit, et perductus usque ad mortem, sapienti tamen usus consilio, ab omnibus quibus potuit veniam petens, quibusdam predia que abstulit restituens, cunctis qui contra eum culpas dampnabiles fecerunt relaxans, filium suum Heinricum Romani pontificis ceterorumque principum electione regem constituit. Erat enim pre- Lamb. sens Victor Romanus pontifex, Aquileiensis patriarcha, et patruus inperatoris Gebehardus Ratisponensis episcopus, et alii innumerabiles tam laici quam ecclesiastici ordinis dignitates. Decessit autem in Saxonia in silva que dicitur Harz, in loco Botvelde nominato, ubi autumnali tempore exercitandi gratia venationem agens, morabatur. cf Lamb. Idem inperator omnipotenti Deo duas congregationes in Goslaria regali villa instituit, et unam ex his ad regendum Adam III,30. Adalberto Bremensi archiepiscopo conmisit. Igitur omnibus rebus suis, prout possibilitas vite admisit, bene dispositis, Chr. W. 3. Non. Octobris presentem vitam in Domino finivit. Corpus eius iuxta patrem suum Conradum inperatorem Spire cf. Lamb. sepultum est[d].

Post obitum inperatoris Heinrici tercii Heinricus, filius eius, quartus huius nominis, fol. 162. regni monarchiam obtinuit, per cuius insolentiam mala in terra multiplicata sunt, cedibus, rapinis, incendiis, sacrilegiis omnes fere inperii Romani provincie, sed precipue Saxonica tellus fedata est, et secundum propheticum eloquium *sanguis sanguinem* Hos. IV, 2. *tetigit.* Quem tandem, gladio secularis potestatis supra modum abutentem, Gregorius, qui et Hildebrandus, gladio sancti Petri percutiens, a corpore Christi et matris eclesie tanquam inutile menbrum precidit et indissolubili anathematis vinculo perpetuo innodavit. Qui postmodum per annos plurimos nunc ovinam mansuetudinem simulata humilitate preferens, nunc lupinam rabiem aperta crudelitate exerens, iusto Dei iudicio, modo adversis, modo, ut videbatur, prosperis alternantibus, adeo varie fortuna usus est, ut merito ei coaptandum videatur illud quod in loco quodam dicitur:

Ludit in humanis[e] *divina potentia rebus,*
Et certam presens vix habet hora fidem.

Cepit autem regnare puer quinquennis eodem anno quo inperator obiit, 81.[f] loco ab Augusto, anno, ut dictum est, Ekk. ab incarnatione Domini 1056, ab Urbe condita 1807, et regnavit annis 50 Sed quia adhuc puerulus erat, domna Agnes inperatrix, mater ipsius, regnum sub sua cura aliquamdiu tenuit ac sapienter et strennue rexit. Filiam autem eius Rodolfus Suevus, mox post obitum inperatoris Romoldo episcopo Constantiensi conmendatam, utrum consilio raptam an dolo nescitur, uxorem duxit.

A. d. i. 1057. Rex puer Heinricus natale Domini Ratispone celebravit, presente adhuc Victore papa. Agnes, mater Lamb. eius, ducatum Bawarie optinuit. Gebehardus, qui et Victor, pontifex Romanus, multis bene in Germania aliisque Chr. W. Ekk. Romani regni partibus, pontificum vel principum secularium consilio, dispositis, incipiente, ut dictum est, anni illius quadragesima, Romam cum pace rediit, eodemque anno vitam finivit. Pro quo Fridericus, qui et Stephanus, frater A. Hild.

a) ex qua — obiit *add. 2. in marg.* b) comitatatum *c.* c) beuenbergensis *c.* d) *Integra fere columna vacua relicta in c.* e) *e corr. c.* f) *e corr. c.*

49) v. supra a. 1002. 50) cf. Schrader Dynastenstämme I. p. 58 sqq. Raumer tab. VIII. 51) cf. Gebhardi hist. gen. Abh. II. p. 207, qui ipsam sororem comitis Heinrici (Hezilis) de Oberesteufeld fuisse putat. At quod affert nonnisi ob hanc causam in Annalibus Hildesheimensibus comitis illius Suevici mentionem fieri, nihil probat, quum Annales Hildesheimenses haec ex Wirziburgensibus descripserint. 52) Looz. 53) cf. a. 969. Raumer tab. XV. 54) cf. ann. 979. 55) cuius posteros v. ann. 1082.

Chr. W. Ekk. Godefridi ducis, iam monachus factus in monte Cassino, a Romanis pontifex summus constituitur. Saxones iterum congregato exercitu gentem efferam Liuticiorum hostiliter invadunt, diversisque malis eam affligentes, Romane dicionni subdiderunt, et acceptis obsidibus et tributis, ad sua cum pace redierunt. Eodem tempore quidam Fridericus et fratres eius in quibusdam Germanie partibus tirannidem contra Romanum imperium exercentes[a], ab Agnete imperatrice et prin-
cf. A. Hild. cipibus regni victi, ad deditionem venerunt. Stephanus papa et Adalbero Babenbergensis episcopus eodem anno vitam
fol. 162'. finierunt. Otto, frater Willehelmi marchionis superiori anno a Luiticis interfecti, sed matrimonio inpari, matre scili-
Lamb. cet Slavica, natus, vir acer ingenio et manu impiger, ad curtem regis in Mershurh pergens, a Brunone et Ecberto
56 comitibus, filiis Liudolfi de Bruneswic, qui fuerat patruus[56] regis, circumventus est iuxta
Lamb. villam que dicitur Nienthorp[57] secus fluvium Salicam. Mox Bruno et Otto, ambo pleni irarum, tam
concitatos in sese vicissim impetus dederunt, ut uterque alterum primo incursu equo excussum letali vulnere transfoderet.
Statimque Ecbertus, quamquam graviter saucius, dolore interempti fratris efferatus, Bernhardi comitis filium, egregium
Ekk. adolescentem, sed vixdum milicie maturum, interficit. Otto de Suinvnrde dux Suevorum 4. Kal. Octobris obiit, et in
Suinvorde cum parentibus suis sepultus est. Ducatum eius Rodolfus de Rinvelden, cui[b] desponsata fuit
soror regis, obtinuit, quod magnum fuit seminarium earum que regnum perturbabant conmotionum. Eundem namque
ducatum, vivente adhuc Ottone duce, Heinricus imperator Bertoldo comiti, qui postea Carinthiorum accepit ducatum,
promiserat, eique anulum suum velut huius rei conmonitorium dederat; quem ille diligenter servans, post amborum
obitum, imperatoris scilicet et ducis, imperatrici Agneti tunc imperium disponenti obtulit, eamque anulum agnoscentem
pro ducatu sibi commisso commonuit. Sed imperatrix, recepto iam in gratiam Rodolfo, eidem illi ducatum causa filie
dedit, quod animum Bertoldi non parum conmovit. Pro qua conmotione lenienda ducatus Carinthiorum ei conmittitur,
quem postea filio suo et equivoco rogatu ipsius rex Heinricus conmisit; sed postmodum quorumdam instinctu eundem
ducatum Lindolfo consanguineo suo dedit, sicque patrem et natum parvipendens offendit. Unde quasi renovata priore
iniuria, cum Bertoldus dux permoveretur, omnia consiliorum machinamenta, quibus satis pollebat, ad hoc vertebat, ut
ab utroque, id est rege et Rodolfo, se ulcisceretur; ab hoc scilicet, quoniam a ducatu sibi promisso se supplantavit,
ab illo vero, quia se accepto privavit. Multe interim cause, que inconsulte tunc gerebantur, sibi concurrebant et huic
machinationi occasiones prebebant. Pollebat isdem temporibus in Saxonia Otto dux de Nort-
heim, genere Saxo, dux autem Bawarie, vir amplissime nobilitatis, filius Bennonis de
Northeim, cuius frater nomine Sigefridus cum Heinrico et Udone fratribus de Catelen-
58 burh Ekkihardum marchionem, Guntarii filium, interfecit[58]. Hunc Ottonem rex Heinricus
a ducatu[c] postmodum deiecit. Conradus genere Suevus a militibus regis interficitur, et quasi a rege
iussum sit, ipsi crimen indicitur. Conspirant igitur Otto in Saxonia, Bertoldus in Suevia; fiunt motus et conventus utro-
bique, in quibus odia et invidie in regem suscitantur. Multa quoque interea in regno fiebant, que utrosque populos
Adam schol. iustis et necessariis, ut videbatur, causis, ne regi adhererent, avertebant. His temporibus Iohannes senex episco-
pus peregrinationis amore Scottiam egressus, venit in Saxoniam, et clementer susceptus ab Adelberto Bremensi archi-
episcopo, non multo post in Slaviam ab eo directus est ad principem Godescalcum. Apud quem conmoratus illis die-
bus, multa paganorum milia babtizasse narratur.

fol. 163. A. d. i. 1058. Rex natale Domini Mersburch, pasca in Magadaburh cum matre sua imperatrice
Lamb Cosmas. celebravit. Iudhita, soror Ottonis ducis de Suinvorde, uxor Bracilai, ductrix Boemiorum, obiit 4. Non.
Augusti. Quam quia[d] filius suus Spitigneus dux de Boemia ejecerat, cum non posset aliter iniuriam ulcisci in filio, ad
contumeliam eius et omnium Boemiorum nupserat Petro regi Ungariorum. Hec postea a filio suo Wratizlao duce inde
translata est et Prage sepulta iuxta virum suum Brazilaum in eclesia. Burchardus sacrosancte Halber-
stadensis eclesie insignis 4. Idus Octobris obiit; cui successit item Burchardus, qui et
Bucco, Goslariensis prepositus, vir magne in Christi eclesia reverentie, qui[e] eo tem-
pore in domo Domini et in atriis Dei nostri plantatus, ut palma efloruit. Huic Domi-
nus tantam fidei constantiam et caritatis perseverantiam contulit, ut pro lege Dei sui
usque ad mortem certare et usque ad sanguinem adversus peccatum non dubitavit
resistere.

Lamb. A. d. i. 1059. Rex natale Domini in civitate Marawa, que in confinio Ungarorum et Bulgarorum sita est, celebra-
Ekk. vit[59]. Benedictus papa 10[us] huius nominis sedit menses 9. Heinricus rex Gallie obiit et Philippus,
filius eius, regnavit pro eo. Bernhardus iunior dux de Luniburh obiit; cuius ducatum Ordul-
fus[f], filius eius, obtinuit. Habuit patrem Bernhardum seniorem, qui et Benno, avum
cf. Wid. II, 4. Herimannum, quem primus Otto imperator ducem et principem milicie constituerat, eique idem imperator et Bre-
Adam II, 5. c. 1. mensis archiepiscopus vices suas in Saxonia commendantes, in Italiam discesserunt. Ipse vero ducatum adeptus, in
iudicio et iusticia gubernavit provinciam, et in defensione eclesiarum studiosus permansit usque in finem. Habuit
hic iunior Bernhardus ex Eilica, que[g] erat filia marchionis Heinrici de Suinvorde, duos
filios, Ordulfum ducem et Herimannum comitem, qui sine legitimis liberis obiit. Ordul-
fus dux accepit uxorem Wifhildem[h] nomine, filiam Olaph Nortmannorum regis et mar-
tiris, genuitque ex ea filium, quem vocavit Magnum, quia frater ductricis, rex Danorum
ac Nortmannorum, Magnus dicebatur. Istum beatus Olaph rex et martir ex concubina
Adam II, 13. procreavit. Iste est beatus Olaph rex et martir, cuius festivitas agitur 4. Kal. Augusti, omnibus septentrionalis

a) exercercentes *r.* b) cui *c.* c) ducatum *c.* d) Quam quam *c.* e) qui *c.* f) ordulfus *c.* g) que—suinuorde *add. 2. in marg.* h) ita *c*

56) Ex matre enim Gisela Liudolfus fuit frater Heinrici III; v. a. 1026. 57) Neindorf ad Selke fluvium. 58) v. a. 1002. 59) Lambertus non de rege sed de se ipso haec retulit.

oceani populis Nortmannorum, Sueonum, Gotorum et Danorum atque Slavorum eterno cultu memorabilis. Corpus eius in civitate magna regni[a] sui Trondemnis cum decenti est honore tumulatum in Nortmannia. Adam l. l.

A. d. i. 1060. Rex natale Domini Wormacie celebravit. Nicolaus papa secundus huius nominis sedit annos duos, menses 6. Liuppoldus archiepiscopus Mogontinus obiit; pro quo Sigefridus Fuldensis abbas constituitur. Qui per Ottonem de Orlagemunde, postea marchionem, decimas a Thuringis expostulare cepit[60]; sed executus non est, quia bella iam tunc in regno exoriebantur, que eum impediebant. Spitigneu dux Boemie in civitate Praga eclesiam sancti Viti, quam sanctus Wenezlaus ad similitudinem Romane eclesie rotundam construxerat, in qua etiam corpus ipsius quiescebat, *quia concurrentem populum capere non poterat, et aliam ecclesiolam, que fuit contigua et quasi in porticu sita eiusdem ecclesie, in cuius medio loco nimis arto erat mausoleum sancti Adalberti, ambabus destructis, unam utrisque patronis ecclesiam construere cepit; sed sequenti anno morte interceptus, consummare non potuit. Lamb. Ekk. 60 Cosm. *fol. 163'.

A. d. i. 1061. Heinricus rex Willehelmum marchionem, filium Willehelmi de Wimmare, et Epponem Cicensem episcopum cum duce Boemiorum et exercitu Bawarico misit in Ungariam ad ferendum auxilium regi Andree. Albuinus Nienburgensis abbas obiit, eique Folcmarus successit. Spitigneu dux Boemie 5. Kal. Februarii obiit. De quo fertur, quod, cum ad bellum vadens unius diei iter ageret, obviam habuit viduam, que flens et ciulans ad pedes eius deosculans, currens post eum, clamabat dicens: *Domine, vindica me de adversario meo.* Et ille, *Faciam,* inquid, *cum de expedicione rediero.* Et illa, *Quid si,* ait, *non redibis?* Qui ad vidue peticionem intermissa expedicione, iusto iudicio de adversario eam vindicavit. Erat preterea eius moris, ut semper quadragesimali tempore aut monachorum aut clericorum degens in claustro, elemosinis vacaret, divinis officiis instaret, vigiliis et orationibus instaret, sic tamen ut ante matutinalem melodiam aut cum extensione manuum aut cum genuflexionibus totam ruminaret psalmodiam. Post completorium vero servabat silentium usque ad prime spacium. Eclesiastica negocia ieiunus disponebat, post prandium autem secularia negotia tractabat. Cui frater suus Wratizlaus succedens, Moraviam inter fratres suos divisit; dans Ottoni orientalem partem, quam ipse prius obtinuerat, que fuit aptior venatibus et habundantior piscibus; occidentalem vero, que est versus Teutonicos, dedit Conrado, que est planior et campestris atque fertilior frugibus. Iaromir autem, audita morte fratris ducis, deposito puerili metu, redit a studiis, sperans se aliquam partem paterne hereditatis habiturum. Quem dux Wratizlaus mense Martio, quando celebrantur sacri ordines, invitum ac renitentem totondit, et in presentia ducis ordinatus est usque ad diaconatus officium, legitque publice euangelium et pontifici celebranti missam iuxta morem ministravit. Post hec factus apostata, sumpsit militarem cingulum, et cum suis sequacibus fugit ad ducem Polonie, mansitque aput eum usque ad obitum Severi Pragensis episcopi. Dux autem Vratizlaus genuit ex filia Andree regis Ungarie Iudhitam et Ludmilam filias et Brazilaum iuniorem et Wratizlaum, qui in primo flore iuventutis occidit; et illa defuncta, accepit uxorem Zuatavam, Kazimer ducis Polanorum filiam, Bolizlai vero et Wladizlai germanam; ex qua habuit quatuor liberos, Bolezlaum, Borivoi, Wladizlaum et Sobezlaum. Filiarum eius unam Wicbertus senior accepit, genuitque ei Wicbertum iuniorem; altera coniuncta est duci Polonico. Lamb. ib. a. 1055. ib. a. 1061. ib. a. 1062.

A. d. i. 1062. Rex puer machinatione quorumdam principum, Sigefridi Mogontini videlicet archiepiscopi, Ottonis ducis de Northeim et Ecberti comitis de Bruneswic, qui ipsius regis patruelis erat[61], a matre inperatrice subtrahitur. Quorum numero domnus Anno Coloniensis archiepiscopus se immiscuit, qui puerum in loco qui dicitur Werida navi imponens, abduxit. Quod ille qua intentione fecerit, vel qualiter divino iudicio placuerit, discernere non valemus, multa tamen incommoda extunc orta et deinceps aucta, certum tenemus. Nam perinde dissensiones regno, eclesie perturbatio, monasteriorum destructio, clericatus despectio, tocius iusticie ac religionis conculcatio et cepit et permanet. Willelmus marchio reversus in Thuringiam, dum redire in Ungariam et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione abducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus obiit. Sponsam eius Sophiam[b] Odalricus marchio Carentinorum, cognatus eius, accepit. Marcam vero frater eius Otto de Orlagemunde optinuit. Horum, scilicet Willehelmi et Ottonis marchionum, frater fuit Popo, cui habuit filium Odalricum, qui sororem Ladizlai regis Ungarie Sophiam[b] duxit uxorem[62], que genuit ei iuniorem Odelricum, qui accepit filiam[63] Lodowici comitis de Thuringia. Otto autem marchio beneficia Mogontini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret, decimas de suis in Thuringia possessionibus daturum et ceteros Thuringos ut idem facerent coacturum; que res multorum malorum seminarium fuit. Habuit autem uxorem nomine Adhelam de Brabantia, ex castello quod Lovene dicitur, que peperit ei tres filias, Odam, Cunigundam, Adhelheidam. Odam accepit Ecbertus marchio iunior de Bruneswic, et hec sine liberis obiit. Cunigunda nupsit regi Ruzorum[64], genuitque filiam, quam nobilis quidam de Thuringia Gunterus nomine accepit, genuitque ex illa Sizzonem[c] comitem[65]. Post cuius[66] mortem reversa in patriam, coniuncta est Cononi comiti de Bichlingge[d], filio ducis Ottonis de Northeim, genuitque illi quatuor filias[67]. Quo item defuncto, Wipertus senior tercius eam desponsavit. Adhelheidis vero coniuncta fuit Adalberto comiti de Ballenstide, quem Egeno iunior de Conradesburch[68], filius Burchardi, nepos Egenonis senioris, canpane sono proditum, superveniens interfecit. Qui Adalbertus[69] genuit ex ea Ottonem comitem et Sigefridum palatinum comitem. Ekk. 62 63 64 65 66 67 68 69

60 a) regn *c.* b) *add.* 2. c) sizonem *postea corr.* sizzonem *c.* d) bichligge *postea corr.* bichlingge *c.*

60) cf. Lambertum a. 1062. 61) v. quae ann. slaw. 1057. notavi. 62) De qua cf. infra a. 1106. 63) Adelheidem; cf. Raumer tab. XIII. 64) Izagis. 65) de Keverberg. 66) Russorum re- 67) v. ann. 1103. 68) Raumer tab. X. 69) cf. a. 1029. Raumer tab. XVII.

Lamb. Ekk. A. d. i. 1063. Rex natale Domini Goslarie celebravit. Nicolaus papa obiit; cui Alexander Lucensis episcopus successit, quondam tamen Parmensi episcopo papatum turpiter ambiente et usque ad sanguinis effusionem Christi ecclesiam scandalizante; sed multo post per Annonem Coloniensem archiepiscopum, ultramontanarum partium tunc legatione fungentem, ac universos Italie presules eadem est controversia dirempta, Parmensis abdicatus, Alexander, ut ius erat, cf. Lamb. est confirmatus, seditque annis 11, menses 6, dies 25. Rege in Goslaria pentecosten celebrante, sedicio inter *fol. 164′. Fuldenses et Hildinisheimenses in vigilia ad vesperam exorta est, in qua Reinbodo comes ex *abbatis parte cum multis aliis occisus est. Eggilhardus Magadaburgensis archiepiscopus obiit; pro quo Wezelo, qui et Werinherus, frater Annonis Coloniensis archiepiscopi, constitutus est. Agnes inperatrix sacrum velamen accepit.

Ekk. A. d. i. 1064. Sigefridus archiepiscopus Mogontinus et Gunterus Babenbergensis et Willehelmus Traiectensis aliique quam plures presules et nobiles multo comitatu Hierosolimam tendentes, multas infestationes a barbaris perpessi sunt, tandemque perventione fruentes optata, numero et rebus admodum attenuati redierunt.

Lamb. Ekk. A. d. i. 1065. Rex natale Domini Goslarie celebravit, ibique per concessionem Adalberti Bremensis archiepiscopi primum se arma bellica succinxit; pascha vero Wormacie peregit. Gunterus Babenbergensis episcopus ab Hierosolima rediens, in Pannonia moritur, perlatusque Babenberh, ibi sepelitur; post quem Herimannus ordinatur. Gozwi- Adam IV,11. nus comes in episcopatu Wirceburgensi tirannidem exercens, a comitibus Adalberonis presulis occisus est. Eo tempore interfectus est a paganis princeps Godescalcus, vir omni evo memorabilis, qui magnam partem Sclavonie ad divinam religionem conversam habuit. Passus est autem in civitate Leontia 7. Idus Iunii cum presbitero Ippone, qui super altare immolatus est, et aliis multis laicis et clericis, qui diversa uhique pro Christo pertulerunt supplicia. Ansuerus monachus aput Razisburh cum multis aliis lapidatus est; qui cum ad passionem veniret, paganos flagitasse fertur, ut prius socii, quos deficere metuebat, lapidarentur. Quibus coronatis, ipse gaudens cum Stephano genua posuit. Passio c. 12. illorum Idus Iulii occurrit. Iohannes episcopus senex cum ceteris christianis in Magnopoli civitate captus, servabatur ad triumphum. Ille igitur pro confessione Christi fustibus cesus, deinde per singulas civitates Slavorum ad Ládibrium ductus, cum a Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus, corpus eius in platea proiectum est. Caput eius desectum[a] pagani conto prefigentes, in titulum victorie Deo suo Redegosti immolaverunt. Hec in metropoli Sclavorum Rethre gesta sunt 4. Idus Novembris[b]. Filia regis Danorum aput Michelenburh civitatem Abodritorum inventa c. 13. cum mulieribus nuda dimissa est. Hanc Godescalcus princeps habuit uxorem, a qua et filium Heinricum suscepit. Et Sclavi quidem victoria potiti, totam Hammaburgensem provinciam ferro et igne demoliti sunt; Sturmarii fere omnes aut occisi aut in captivitatem ducti, castrum Hammaburch funditus excisum, et in derisionem Salvatoris nostri etiam cruces a paganis truncate sunt. Huius cladis auctor Blusso fuisse dicitur, qui sororem habuit Godescalci, domumque reversus, et ipse obtruncatus est. Itaque omnes Sclavi, facta conspiratione generali, ad paganismum relapsi sunt, occisis his qui in fide perstiterunt. Ordulfus autem dux Saxonie in vanum sepe contra Sclavos dimicans, per 12 annos, quibus patri suo Bernhardo supervixit, numquam potuit habere victoriam, tociensque victus a paganis, etiam a suis derisus est. Ipso tempore Sliaswic civitas Saxonum Transalbianorum, que sita est in confinio Danici regni, opulen- Adam schol. tissima ac populosissima, improviso paganorum incursu funditus excisa est. Hec est Sclavorum tercia negatio, qui primo facti sunt a Karolo inperatore christiani, postea iterum ab Ottone inperatore, tercio vero nunc sub Godescalco principe[c].

fol. 165. Lamb. A.[d] d. i. 1066. Rex natale Domini Goslarie celebravit, pascha Traiecti. Eberhardus[70] Treverensis archiepiscopus dum in sabbato sancto pasche, divino peracto officio, corpus et sanguinem Domini percepisset, reclinans se in gremium archidiaconi, ita ut erat indutus veste sacerdotali, ad Christum *migravit. In cuius locum sanctus Cono Coloniensis prepositus destinatus est. Qui a Teoderico ipsius urbis comite, eo quod sine eius electione Ekk. constitutus est, captus, et a satellitibus eius in silvam ductus, martirizatur. Nam de scopulosi montis cacumine ter precipitatus est, et cum adhuc illesus esset, gladio transverberatus est. Sepultus est Doleia, ubi per illum Dominus multa signa operatus est. Ipse comes penitenciam agens ac Hierosolimam pergeus, vitam finivit, et omues eius [71] consentanei mala morte perierunt[71]. Deinde omnium consensu Udo archiepiscopatum Lamb. suscepit. Reginherus Misnensis episcopus obiit; cui Craht Goslariensis prepositus successit. Sed is dum suscepto episcopatu Goslariam venisset, post refectionem in cubiculo, ubi tesauros suos, quorum nimius amator erat, infoderat, quasi paululum requiescere volens, se inclusit. Cumque die vergente in vesperam preter modum consuetudinemque suam somno indulgere videretur, rem insolitam mirantes cubicularii, pulsare ostium ceperunt. Sed quoniam nec pulsantibus nec vociferantibus ullum dabatur responsum, effractis foribus irrumpentes, invenerunt eum fractis cervicibus, colore tetro exanimem, ipsis tesauris suis miserabilem in modum incubantem. Episcopatum vero pro eo suscepit Benno, pre- Ekk. dicte Goslariensis eclesie canonicus. Cometa per totum orbem diu apparuit, et Anglia Nortmannis subiecta est per Adam II, 37. Willehelmum, filium illius Rodberti, quem Ricardus comes Nortmannorum ex sorore Knut regis Danorum genuerat. IV, 14. Nam post mortem sanctissimi regis Edwardi contendentibus pro regno Anglorum principibus, Haroldus quidam dux Anglorum, vir maleficus, sceptrum invasit. Hoc frater eius nomine Tostin moleste ferens, contra eum regem Norwegie duxit, qui et ipse Haroldus dicebatur, regemque Hibernie. Sed occisus est ipse Tosti cum utrisque regibus et toto exercitu ipsorum ab Haroldo rege Anglorum. Vix, ut aiunt, octo dies transierant, et ecce Willebelmus, cui pro obliquo sanguinis cognomen erat Bastardus, ab Gallia transfretavit in Angliam, lassoque victori bellum intulit. In quo Angli primo victores, deinde victi, a Nortmannis usque in finem contriti sunt. Haroldus ibi cecidit et post eum ex Anglis fere centum milia. Huius Haroldi coniunx, amita Rodberti comitis de Flandria, ex cognatione [72] beati Ethmundi regis fuit. Hanc postea Welphus[72], filius Azzonis marchionis Italorum, duxit uxorem, genuitque ex ea duces Welphum iuniorem et Heinricum. Hec ludhita dicta fuit, maximamque pecuniam et vix credibilem de Anglia secum adduxit, quia inter-

a) c. conto d. p. c. *c.* b) nouebris *c.* c) princepe *c.* d) *Omnia quae sequuntur fol.* 165—185. *aliis deletis postea auctor scripsit, interdum pergameno raso usus.*

70) vide Annales Wirziburgenses. 71) cf. Bernoldum anno 1073. V. pag. 429. 72) vide infra annum 1126.

empto Haroldo omnis pecunia Ethwardi regis et ipsius Haroldi, sicut fama est, ad eam devenit. At rex Norwegie Haroldus, qui cum rege Hibernie peremptus erat, 300 naves magnas habuit; insuper massam auri, quam de Grecia adduxerat, cuius pondus vix iuvenes 12 lecta cervice levarent; que omnia ad Bastardum tali fortuna pervenerunt. Bastardus victor omnes pene eiusdem regni presules exilio, nobiles vero morti destinavit, mediocres autem suis militibus in servitutem, uxores indigenarum universorum advenis in matrimonium subiugavit. Preterea in ultionem Dei, quem ipsi Angli offenderant, omnes fere clericos et monachos absque regula viventes expellens, Lantfrancum philosophum in eclesia posuit doctorem, cuius studio et prius in Gallia et postmodum in Anglia multi ad divinum animati sunt obsequium. Adam l. l. schol. Ekk. Adam l. l.

A. d. i. 1067. Heinricus rex Bertam, filiam Ottonis marchionis de Italia et Adelheidis, que soror erat comitis qui agnominatus est de Monte Bardonis in Italia et Immule seu Irmingardis[73], quam post mortem Ottonis ducis de Suinvorde Ekbertus marchio senior de Bruneswic uxorem tunc habebat uxorem ducens, nuptias Triburi celebravit. Et eodem tempore consilio quorumdam perversorum castella in Saxonia et Thuringia construxit, que res multorum malorum causa fuit. Ut vero per excessum quedam supra repetantur, cum post mortem patris puerulus quinquennis esset, ipsum cum regno curandum cunctorum iussu principum mater ipsius Agnes venerabilis inperatrix accepit. Sed cum procedente tempore puer etate quidem, sed non sapientia proficeret, matrisque monita regio fastu tumidus iam minus audiret, Anno venerandus Coloniensis archiepiscopus eum matri violenter eripuit, et omni diligentia, sicut decebat inperatoriam prolem, non tam regi quam regno prospiciens, nutrire proposuit. Verum ille postquam, puerili simplicitate transcursa, ad bivium Samie littere pervenit, derelicta sublimi semite dexterioris angustia, declivem platee sinistre latitudinem, qua incederet, elegit. Quod ut liberius facere posset — non enim sub illo magistro sibi licebat quicquid libuit —, prius magisterii illius auctoritatem a se penitus excussit, et qui ad gubernandum regnum fuisset electus, ab aliquo gubernari est dedignatus. Igitur ab archiepiscopo manumissus, cum sui iuris esse cepisset, totis viribus post concupiscentias suas ire disposuit, nec eas aliquis ab eo, rege videlicet monitores aspernante, exstirpare audebat. Cuius lateri Adalbertus Bremensis archiepiscopus summa familiaritate se adiunxit, tantum ut germina viciorum eius nulla auctoritate erneret, immo etiam adulationis aqua rigaret. Hunc rex ab ineunte adolescentia nactus consiliarium, ipsius suasionibus cepit in desertis locis altos et natura munitos montes querere, et in bis buiusmodi castella fabricare, que si in locis competentibus starent, ingens regno firmamentum et ornamentum forent. Quorum precipuum Hartesburh appellavit, quod tanto muro, turribus et portis exterius munivit, ita regalibus edificiis intus munivit, tale monasterium in eo construxit, in quo eiusmodi ornatus locavit, tales et tot clericos illuc undique congregavit, ut aliquot episcopales locos apparatu suo equiperaret, aliquot etiam transcenderet. Quicquid in ornatibus quemlibet episcopum magis decorum videbat habere, precepto vel precibus acceptum suo monasterio studebat conferre. Cetera vero castella non tam pulcra quam fortia esse volebat. In quorum exstructione indigene primo eum contra exteras nationes bellicosum divinantes, opibus vel operibus eum adiuvabant. Sed presidia in eis locata postquam ceperunt in circuitu sui predas comportare, liberos homines ad opus servile cogere, filias vel uxores alienas ludibrio habere, tunc quid hec portenderent intelligentes, tamen defendere se non presumpserunt. Tantum querelas faciebant apud illos, qui remoti nil adhuc paciebantur. Qui dum opem ferre negligebant, tirannidi vires in se ipsos dabant. Nam ab agricolis ad militares, a terre fructibus ad libertatem adimendam ascendit. Nam Fridericum de Monte, qui inter homines liberos et nobiles eximius habebatur, famulum suum esse asseruit. Willehelmum quoque, qui propter nimium cultum sui Rex de Lutisleve appellabatur, quia multa ei erant predia, sed non multa sapientia, tantum persecutus est, ut propter hos duos ab omni Saxonia sit facta contra regem coniuracio, licet ab his pessima sit reddita retribucio. Hoe vero postea patebit. Otto marchio de Orlagemunde obiit, gaudentibus in morte eius omnibus Thuringis, quia is primus principum Tburingie decimas ex suis in Tburingia possessionibus dare consenserat et per hoc calamitatem maximam genti sue invexisse videbatur. Marchiam quam ille tenuerat rex patrueli suo Ekberto comiti de Bruneswic concessit. Severus Pragensis episcopus, utramque fortunam satis expertus, decessit. Nam aliquando a Bracilao duce catenatus et incarceratus fuerat. Ipse primus, flagitacione victus ducis Wratizlai, consensit promoveri Iohannem episcopum in Moravia, deliberato prius concambio, ut Pragensis presul 12 pociores Boemie villas pro illo episcopio eligat et 100 marcas argenti annuatim de camera ducis accipiat. Tunc fratres ducis Otto et Conradus Iaromir de Polonia revocatum et attonsum offerunt duci, monentque germanitatis et sacramentorum, quibus pater ipsorum obligaverat fidem comitum, ut post mortem Severi Iaromir eligerent in episcopum. Qui timens, ne Iaromir factus episcopus cum fratribus contra se conspiraret, volebat Lanzconem, genere Saxonem, prepositum Lutomericensem, episcopum statuere. Fit igitur per castra commocio et exercitus ad tres fratres cessit. Dux destitutus fugit, et mox fratres Pragam evocans, Iaromir elegit in episcopum, Conradum vero et Ottonem, datis et acceptis sacramentis, dimisit in Moraviam. Rex Heinricus in nativitate sancti Martini Goslariam veniens, infirmari cepit, atque eadem valitudine per multos dies lecto recubabat. Bruno bell. Sax. c. 1. c 5. c. 16. Lamb. Cosm. II. Lamb.

A. d i. 1068. Rex natale Domini Goslarie celebravit, necdum sospitate ad plenum recuperata; a quo Ekbertus marchio, patruelis ipsius qui Ottoni marchioni de Orlagemunde successerat, exactis diebus festis, digressus, cum se in sua recepisset, modica febre pulsatus, finem vite accepit. Sed marchiam adhuc vivens adquisierat filio suo, tenerrimo infantulo, nomine Ekberto, quem ei Immula vel Irmingardis, vidua Ottonis ducis de Suinvorde, genuerat, Berte regine matertera[74]. Cui tamen ipse paucis diebus antequam vita discederet repudium scribere cogitaverat, et contra statuta canonum viduam predicti Ottonis marchionis ducere, quod hec forma elegantior et efferatis suis moribus oportunior videretur. Sed mors oportune interveniens nefarios conatus eius intercepit. Iaromir Pragensis electus venit ad regem Mogontiam, ubi festum sancti Iohannis babtiste celebrabat, a quo confirmatus, 6. Non. Iulii mutato nomine Gebehardus ab archiepiscopo Sigefrido consecratur. Igitur Heinricus rex adolescentie usus libertate, Saxoniam solam ex omni Romano inperio cepit incolere, principes despicere, venatui, lusibus et buiusmodi exerciciis plus quam iusticiis faciendis operam dare, filias illustrium quibuslibet obscure natis coniungere, privata presidia, nimirum potentibus regni non satis credens, instituere. Prescriptis discordie seminariis contigit, regi quam plurimos insidiatores tam vite quam regni succrescere. Qui tamen cum maturitatis nondum attigisset annos, erant qui non tam ipsum, quam Adelbertum Bremensem archiepiscopum, cuius hec omnia consilio ageret, culpandum iudicarent. Qui archiepiscopus tipho superbie sic erat turgidus, ut nec seculari nobilitate nec sancta conversatione quemquam sibi fol. 166. Lamb. Ekk. Cosm. Ekk. 74

73) cf. supra a. 1036. 74) cf. a. 1036. 1067.

Bruno c. 2. putaret equalem. Nam in summa quondam festivitate publicam missam, presente inperatore, celebrans et populo sermonem faciens, inter cetera quasi bonos et nobiles conquereus defecisse, se solum et regem dixit de nobilitate remansisse, cum duo fratres ipsius isdem orti parentibus starent presentes. Adseruit etiam, quod quamvis fratris sui Petri apostolorum principis nomen non haberet, se tamen eandem quam Petrus habere potestatem, vel maiorem, quia Dominum
c. 3. suum non ut Petrus umquam negasset. Ipse cuidam abbatisse precepit per obedientiam, ut infra dies 15 moreretur; que quia tunc egrotabat, ille vanus preceptum suum inpleri sperabat. Illa 15. die recuperata sanitate, misit ad eum nuncium pro quacunque causa. Quem ut de longe vidit, assidentibus letabundus ait: *Numquid mea potestas minor in ista, quam fratris mei Petri fuit in Saphira?* Sed postquam a nuncio eam convaluisse cognovit, valde confusus obticuit.
c. 4. Cum aliquando in curia regis esset, et venustioribus ferculis quam ipse rex cottidie mensam regiam oneraret, sciens quodam die precium sibi in hos usus defecisse, ea die latitabat, volens, dapiferum suum preciosum cibum ipsique regi comedendum propria industria sibi adquirere. Quem audiens ostium capelle, quo confugerat, pulsare, subito quasi in orationem se prostravit. Ille ingressus, quia nec tussi nec screatu eum erigere potuit, se iuxta illum extendit, et in aurem loquens, *Orate*, ait, *ut sit quod hodie super mensam vestram honeste ponatur.* Tunc velud ab extasi expergefactus, *Quid*, ait, *stultissime a colloquio Dei temerarius me abstulisti? Si quod frater Trosmandus videre meruit vidisses, michi in oratione non adpropinquasses.* Erat autem ille pictor ab Italia. Et videns archiepiscopo placere, angelos cum
c. 5. eo loquentes in oratione iam dudum dixerat vidisse. Hic ergo archiepiscopus, ubi regem velud equum infrenem per abrupta flagiciorum ruere vidit, eius se lateri familiariter adiungere quesivit, ac velud apostolicum dabat ei preceptum: *Fac omnia que placent anime tue, hoc solum observans, ut in die mortis tue in recta fide inveniaris*, quasi sit in hominis potestate, uua hora vitam suam mutare, cum proverbium sit: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non*
c. 6. *recedet ab ea.* Qua doctrina rex confortatus, ibat per libidinum precipicia; binas vel ternas simul concubinas habebat; insuper cuiuscumque filiam vel uxorem iuvenem aut formosam audierat, si seduci non poterat, violenter adduci precipiebat. Interdum uno vel duobus comitatus, ubi tales esse noverat, nocte pergebat. Aliquando voti compos efficiebatur, aliquando vix effugiebat, ne a parentibus vel marito amate occideretur. Uxorem suam nobilem et puleram sic exosam habebat, ut post nuptias celebratas eam sponte numquam videret, quia et nuptias non sponte, sed principum suasione
c. 7. celebraverat, ac multis modis eam separare a se querebat. Denique cuidam familiarium, regine concubitum petere precepit, magnumque premium, si eo potiretur, promisit; quod illam non negaturam sperabat, quia iuvencula, virum experta, iam quasi deserta vivebat. Que sub femineo corpore cor habens virile, consilium cito intellexit, et primo velud indignata negavit, sed instanti tandem promisit. Rex omnia edoctus ad cubiculum cum adultero pergit, sperans eam deprehensam legaliter abicere, vel quod magis volebat, occidere. Cavens autem, ne adultero intromisso excluderetur, regina ianuam aperiente, prior irrupit. Quem illa cognoscens, et adultero foris relicto, includens, solum *cum
*fol. 166'. suis virginibus scamnis et baculis, que arma ad hoc collegerat, verberans, semianimem reliquid: *Fili meretricis*, inquid, *unde tibi audacia, ut regine, que fortissimum habet maritum, sperares adulteria?* Quo clamante, se esse Heinricum ac legitimum eius voluisse concubitum, illa reclamavit, si maritus esset, cur non aperte ad suum thorum accederet. Sic eum de cubiculo eiecit, et clauso ostio lectum suum petivit. Ille rem non ausus confiteri, aliam egritudinem simulans iacebat. Nam non capiti, non ventri pepercerat, sed totum corpus integra cute contuderat. Qui postquam convaluit,
c. 8. quamvis acriter correptus, antiqua flagicia non deseruit. Si qua coram eo de iniuriis quereretur, si etas vel forma eius placebat, pro iusticia, quam petebat, iniusticiam multiplicem reportabat. Nam sua libidine expleta, alicui de famulis hanc velut uxorem dabat. Ita nobiles huius terre mulieres servili coniugio dehonestabat. Hec ille archiepiscopus Adal-
c. 9. bertus vidit nec prohibuit, et quo sine pudore vel timore talia faceret, confortavit. Multa sunt eius in hoc genere flagicia, sed hoc ultimum hic locum teneat, quod in eo iustus iudex inultum non relinquet. Sororem suam manibus suis depressam tenuit, donec alius ipsius iussu cum ea concubuit; cui non profuit, quod inperatoris filia, quod ipsius
c. 10. ex utroque parente soror unica, quod sacro capitis velamine Christo fuerat desponsata. Sed quia nefanda stupra nefandiora generant homicidia, erat omnibus horribiliter crudelis, sed maxime familiarissimis suis. Nam dum quis securus sui de aliorum morte tractanti favebat, mortem pati cogebatur, quam non timebat, propterea quia unum contra eius voluntatem verbum dixerat vel consilium aliquod non placere sibi gestu ostenderat. Nec prius ostendebat iram, quam
c. 11. incauto faceret[a] auferri vitam. Quendam de secretariis suis Conradum, iuvenem nobilem et moribus insignem, audiens esse Goslarie, cum uno armigero ad se venire mandavit. Erat autem ipse in castro Hertesburh, quo preter facinorum conscios et fautores nullus nisi vocatus ascendebat. Qui putans ad consilium, cui preter se nulli liceret adesse, vocari, ut maiorem fidem ostenderet, cunctis incomitatus equitavit. Sed videns insidias in silva, ecclesiam, que prope erat, petivit. Inde cum per Burchardum Misnensem prefectum, interposita fide, fuisset eductus, ducentes eum in solitudinem interfecerunt, nec in ipsa ei morte cur moreretur indicaverunt. Nec quisquam cedis huius causam scire potuit, nisi quidam musitabant, quia illi rex inponeret, quod cum quadam concubina sua iacuisset. Rex, dissimulandi gratia, interfectores, quos latitare ad horam iusserat, ab omnibus amicis suis inssit inquiri et ipsum in honorabili loco sepeliri;
c. 12. et ipse exequiis interfuit ac multum lacrimarum fudit; sed nulli, quin eius precepto esset occisus, credibile fuit. Fama fuit, quod quendam familiarem sibi adolescentem manu sua quasi iocando interfecerit; quo furtim sepulto, in crastino
c. 13. quasi penitens ad archiepiscopum Adalbertum venerit, et ab eo sine omni satisfactione indulgentiam perceperit. Frater archiepiscopi eiusdem Fridericus palatinus comes fratri iactans aliquando narrabat, nullum esse in curia, qui[b] magis quam ipse esset in regis gratia. Quem cum archiepiscopus diligenter admoneret, ut eam omnibus modis conservaret, tunc ille, *Veraciter*, inquid, *agnovi, quod qui huius regis familiariter habet gratiam, habere non poterit eternam vitam.* Igitur iam minus ad secreta regis accedebat, et nec omnino aberat, nec tamen ut prius frequens aderat. Quod rex considerans, causa non quesita, misit eum legatum ad regem Ruscie. Quam legationem ille libenter suscepit, nec quid de se dispositum foret intellexit. Post aliquot dies, cum in diversorio comites eius aliquantum bibissent, exiliens quidam Sclavus, vilis persona, *Nescio*, ait, *quid est quod porto, quod episcopus Cicensis Eppo mihi dedit, et ut regi darem ad quem vadis, mihi precepit* Tunc illo rogante, protulit epistolam regis imagine signatam, quam aperiens, invenit hunc sensum in litteris: *Scias in hoc an amicus mihi sis posse patere, si effeceris, ut hic nuncius in regnum meum non possit redire; quod utrum eterno carcere an eius morte efficias, nichil differt.* Litteris itaque incensis, legationem
c. 14. prudenter peregit, non parvo munere donatus rediit, et regalia dona regi portavit. Quidam intimus regis consiliarius, cum non esset ortus a Saxonia, duxit uxorem de Saxonia virginem formosam et nobilem genere. Rex eam illi a parentibus inpetravit, ac nuptiis interfuit, ac nondum virginitate deposita, ut eam sibi ad lectum suum mitteret, sponsum petivit; quod ille verecunde refutavit. Rex, dissimulato dolore, post aliquot dies misit, ac media nocte cum ad se

a) caeret *c.* b) qui *c.*

venire fecit. Qui quamvis de morte certus, tamen quo iubebatur ivit; sed prius loricam triplicem subtus tunicam induit. Bruno c. 1. Itaque in vestibulo cubilis regii duo gladii lateribus eius affixi in mediis visceribus sibi obviarent, nisi eos thoracis fortitudo reppulisset. Ille tamen ad regem pervenit, et qualiter ante cubile eius susceptus fuisset, indicavit. Cui rex precepit, ut si deinceps vivere vellet, hoc ab eo nullus unquam sciret. Omnibus his nefarium illud addidit, quod episco- c. 15.
pos statuebat non pro qualitate meritorum; sed si quis maiorem pecuniam dedit vel maior flagiciorum eius adulator fuit, hoc dignior *episcopatu fuit. Sed si alius plus illo daret vel magis eius facinora laudaret, priorem ut simoniacum *fol. 167.
deponi et hunc quasi sanctum consecrari faciebat. Unde multas civitates contigit illis temporibus duos episcopos habere, quorum neuter episcopatu dignus esset. Preter hec omnia ferebat[a] imaginem quandam ad instar digiti, ex Egipto adlatam, adorare; a qua quociens responsa querebat, necesse erat homicidium aut in summo festo adulterium procurare. Infeliciter ergo vixit, quia sicut voluit vixit.

A. d. i. 1069. Rex natale Domini Goslarie, pascha Quidelingeburh celebravit. Agnes inperatrix, tedio affecta, Lamb. Ekk.
vel pocius divinitus conpuncta, ducatum Bawarie deposuit, et regni gubernacula penitus pro Christo contempnens, Romam se contulit, ibique dignis penitentie fructibus mira humilitate inserviens, post aliquot annos vitam presentem in
Domino finivit. His temporibus gens Suevorum, audita Saxonum calamitate, clam legatos ad illos misit, et fedus cum Bruno c. 17.
eis fecit, ut neuter populus ad alterius oppressionem regi ferret auxilium. Volebat enim eos opprimere et ut de prediis suis tributa darent cogere. Quod fedus si Saxones servassent, ab infamia perfidie et a magna parte calamitatis liberi fuissent. Sigefridus etiam Mogontinus archiepiscopus Werinhero Magedaburgensi et Burchardo Halberstadensi episcopis c. 18.
litteras querimoniis plenas misit, regem in episcopatu suo loca predationibus apta castellis et presidiis firmasse et rebus ecclesie sue vim multam inferre. Rogavitque, ut se cum archiepiscopo Coloniensi Annone, cuius Werinherus quidem germanus, Burchardus vero consobrinus erat, fidelissime federarent, quia non talis eos amicicia adiuvabat, ut uterque alteri secreta sua credere, prout vellet, auderet. Hoc autem omni regno fore necessarium, quia hi duo, utpote maiores in regno, si fideliter consentirent, in multa securitate regnum constituere possent. Eandem querimoniam fecerunt ad invicem omnes pene Teutonici regni principes, sed palam nullus audebat fateri; tanto rex erat omnibus terrori. Sic quamvis Saxones hoc bellum aperte soli viderentur incipere, ipsorum solummodo consilio non fuit conceptum. Qui scilicet in calamitatibus et contumeliis positi, dum intactus non condolebat iniuriato, nondum communi malo communi resistebant consilio. Rex universale dampnum disponebat, inpedimenta ad id removens et adiutoria comparans; hi vero speciale malum putantes, contra communem perniciem nil defensionis parabant. Ottonem denique, virum genere Saxo- c. 19. Ekk. a. 1071.
nem, qui dux erat Bawarie, virum utique nobilissimum, prudentia rebusque bellicis perpaucis conparabilem, et apud universos primates in tanta excellentia habitum, ut hunc, si res secus cederet, etiam in regnum elevari posse formidaret: hunc, inquam, a ducatu Bawarie omni calliditate deponere querebat. Nam illum cum omnibus Bawariis Saxones Bruno c. 19. Ekk. a. 1071.
adiuturum non dubitabat. Hinc materiam arripiens quidam Egeno, mediocri loco natus, rebus admodum tenuis, audacia tantum et nequicia satis diffamatus, patrocinantibus sibi quibusdam regis fidelibus, curiam irrepsit, et magnum illum heroam, qui se numquam noverat, secum de nece regis tractasse, commentus est. Se ipsum etiam, ut mos est, potestati regie vadem obtulit, quousque campionis duello cum duce confligens, vera comprobaret, que diceret. Quid multa? Placitis vel colloquiis regalibus, uno Mogontie, altero Goslarie condictis, Otto cum Eginone, utpote dux cum latrone, primas cum ignobili, congredi contempsit. A primatibus amicis suis nimirum premonitus, quod si Goslariam, ubi duel- Bruno c. 19.
lum futurum erat, venisset, etiam si vicisset, vivus evadere non posset. Elegit honore suo iniuste privari, quam tale iudicium subire, ubi sciebat ipsi iusticie violentiam fieri. Sic Otto ducatum Bawarie ut reus maiestatis amisit, idque Ekk.
principalis discordie semen in perpetuos heu! preliorum et sedicionum, predarum et incendiorum, scismatum etiam et heresum lamentabiles fructus germinavit atque succrevit. Igitur Otto ad sua recessit, et adsociato sibi Magno, Ordulfi sive Ottonis Saxonici ducis filio, per duos fere annos cum rege bellum crudele gessit. Rex Ottonem usque- Bruno c. 19. Ekk. a. 1072.
quaque persecutus, quam plures municiones eius destruxit, predia devastat, et ut vere rei publice hostem delere pertractat. Econtra ille militibus electis instructus, ipse quoque manu fortissimus et animo nimis efferatus, quia regiis confligere non poterat, nunc preda, nunc flammis, nunc etiam ferro, quocumque sors obtulit, suas iniurias ulcisci satagebat. Postea consiliis amicorum coacti, cum se regie traderent *potestati, rex Magnum ducem in carcere suo per Bruno c. 19. *fol. 167'.
integrum bienium tenuit, ita ut nullus hoc tolo tempore scirel, utrum viveret vel ubi esset.

A. d. i. 1070. Rex natale Domini Frisinge celebravit. Godefridus dux Lothariorum, omnibus pene terris magni- Lamb.
tudine suarum rerum gestarum conpertus et cognitus, obiit et Werdunis sepultus est. Cui filius suus Godefridus, qui et Gozelo, prestantis quidem animi adolescens, sed gibbosus et statura pusillus, successit. Dedo marchio, non sine Ekk.
Saxonie principum consensu, tirannidem in partes regias orditur; que tamen in brevi celesti simul et terrena maiestate compescitur. Nam ipsius castella Scidingin et Bichlingin a rege destruuntur, et non multo post filius eius Dedo iunior, Lamb. a. 1069.
vir eque militaris, quem illi Oda, mater Ottonis de Orlagemunde, genuerat, cum quadam nocte ad necessitatem nature secessisset, apposito extrinsecus insidiatore, confossus in inguine, occisus est. Quis necis eius auctor fuerit, non satis constat, quamquam dolo noverce interfectum, vulgi sermonibus iactaretur. Hec erat vidua predicti Ottonis, quam, defuncto Ottone et matre eius Oda, Dedo senior uxorem duxerat[75], genuitque ex ea Heinricum marchionem de Ilburh et Conradum comitem, qui a paganis occisus est. Ipsa autem Adhela dicebatur[76], nata de Brabancia ex castello quod dicitur Lovania seu vulgariter Lovene, erantque fratres eius Heinricus comes et Reginherus. 75 76
Ipse siquidem Dedo marchio cum regi ad dedicionem venisset, aliquandiu habitus in custodia, tandem adempta posses- Lamb. a. 1069.
sionum et reditunm non modica parte, dimissus est. Odalricus marchio Carentinorum obiit; cuius viduam Sophiam, sororem Ladizlai regis Ungarie, Magnus, Ordulfi Saxonici ducis filius, accepit uxorem, genuitque ex ea duas filias Wifhildem[b] et Eilicam. Eodem anno Burchardus Halberstadensis episcopus, animarum cure deditus, quandam Dei famulam nomine

a) ferebatur *c.* b) nuifhildem *c.*

75) Igitur primis nuptiis matrem Ottonis de Orlagemunde, viduam Willehelmi, secundis eiusdem Ottonis viduam Dedo duxit. 76) cf. a. 1063.

Biam, enutritam in monasterio[a] Dei genitricis quod situm est ad occidentem civitatis
77 Quidelingeburh, solitariam vitam desiderare intelligens, in loco competenti Huiusburh[77]
nomine fecit includi. Cui ne divinum servicium deesset, Ekkehardum canonicum Sancti
Stephani in Halberstad, quem ipsa secreti sui desiderii antea conscium fecerat, pres-
biterum ibidem constituit, et competentem tribuens mansionem, stipendia utrisque
necessaria providit, cum tamen ignoraret episcopus, amborum animos iam dudum in
eodem fuisse proposito. Est autem locus excelsus, fuitque in eo curia Halberstadensis
episcopi domuique episcopali adherens capella, quam prior Burchardus episcopus devo-
tissime construxerat, ibique divinum servicium quandoque fore honestissime instituen-
dum, spiritu prophetico predixerat. Sexto dehinc anno quedam Dei ancilla de Gan-
dersheimensi monasterio, nomine Adelheidis, tum divina revelatione, tum predicti
Ekkehardi commonicione persuasa, et per Burchardum episcopum de suo claustro
educta, ibidem est inclusa. Huius hortatu monachi ab ipsis sunt aliqui evocati, adiu-
vante eos et in hoc venerabili episcopo Burchardo. Sed et predictus Ekkehardus habi-
tum monachicum suscepit, et ibidem postmodum abbas prefuit, et duabus predictis
ancillis Christi Bie et Adelheidi terciam nomine Idam de Quidelingeburh Dei famulam
adunavit. Prefuerat ante ipsum aliquandiu Herrandus, quem Burchardus episcopus Ilse-
neburgensi cenobio ad informandam, que ibi tepuerat, monachicam religionem prefe-
cerat. Igitur domnus Burchardus episcopus, Huiusburgensi cenobio tali ordine inchoato,
locum a suo iure absolvit, decimas et alios reditus contulit, multa quoque, ipso adhuc
78 vivente, oblatio Christi fidelium adiecit. Sigebertus Fardensis episcopus obiit[78]; cui
Ricbertus successit.

fol. 168. Lamb. A. d. i. 1071. Rex natale Domini Goslarie celebravit, ubi per interventum Rodolfi ducis Suevorum Welf, vir illustris, acer et bellicosus, filius Azzonis marchionis Italorum, ducatum Bawarie suscepit. Is filiam Ottonis de Northeim, qui hactenus Bawarie ducatum tenuerat[b], nomine Ethelindam uxorem duxerat, et per iusiurandum
Lamb. altera iam vice matrimonio fidem dixerat. Domnus Anno venerandus archiepiscopus Coloniensis, expulsis de Saleveld
cf. chr. Halb. canonicis, vitam illic instituit monasticam. Eodem anno domnus Burchardus sive Bucco Halberstadensis episcopus principale monasterium in Halberstad 12mo post conbustionem anno consummatum, indictione 9, epacta 17, concurrente 5, anno cicli lunaris 5, cicli decennovenalis[c] 8, honorifice dedicavit in 2. feria pentecostes[d], Idus Iunii; prosecuti sunt eum 7 episcopi in misterio septiformis Spiritus sancti in laudem regis regum deputati. In 2° post ipsum loco Adalbertus Bremensis archiepiscopus, 3° Ricbertus Fardensis, 4° Werinherus Argentinensis, 5° Bemno Osnabruggensis, 6° Thietgrimus Brandeburgensis, 7° Bircensis nomine Iohannes. Circuivit etiam cum iocunditate magna rex Heinricus regalibus indutus. Comitabantur eum episcopi, abbates quoque multi, cum extensa processione cleri, Otto dux et plurimi regni principes, cum innumera multitudine utriusque sexus in laudem Dei proclamantes. Adfuit eciam preclara regina Berta cum matertera sua Imnula seu Irmingarda marchionissa et sorore regis Adelheida Quidelingeburgensi abbatissa. Qui beate memorie episcopus, elemosinarum largissimus, modestus quoque et caritate perfectus, corde et opere in edificatione fervebat. Fundavit basilicam sancti Liuderi confessoris et tam copiose dotavit, ut inde hospitale fieret, in quo cottidie 12 pauperes infirmi reficiantur et[e] omnia eis necessaria provideantur, et in alia basilica sancti Alexis confessoris, quam etiam construxerat, in perpetuum eis divinum[f] officium iugiter provideatur[g]. In civitate Halberstad honestam eclesiam in honore sancti Pauli apostoli fundavit ac pro posse ditavit, canonicorum vitam in ea ordinavit, et si ulterius vixisset, ulterius quam credi potest eam sublimasset. Omni siquidem tempore in his solummodo studebat, que racio et iusticia dictabat. Enimvero diligenter perpendens, cui villicationis sue curam deberet, eos precipue sibi in familiaritate iungebat, quos Deo familiares per meritum vite agnoverat. Ordulfus sive Otto, dux Saxonie, filius Bernhardi ducis et Eilice ductricis, obiit; cuius filius Magnus fuit, quem rex captivum diu detinuit.

a) monaterio *c.* b) *cod. perg.* et per iusiurandum, *his vero deletis iterum* filiam *add.* c) decennovalis *c.* d) pen-tescostes *c.* e) et ceteris necessariis provisis, in alia *fragm. primae edit. quod in fol.* 183*. *olim scriptum erat (inde a* sancti Liuderi *ope chemici liquoris legendum).* e) eis d. eis iudicium *ib.* f) *Fragmentum iam allatum ita pergit:* Huiusburgense cenobium a fundamento construxit et sufficienter locupletavit; quem(?) summus largitor sua gratuita largitate postmodum adauxit. — Otto dux Bawariorum, associato sibi Magno duce Saxonie, per duos fere annos bellum crudele adversus regem gessit.

77) Huysburg. 78) Haec Lambertus rectius a. 1060. habet; cf. Wedekind Noten I. p. 112.

A. d. i. 1072. Rex Heinricus natale Domini Wormacie, pentecosten Magedaburh celebravit. Adalbertus Bremensis archiepiscopus obiit. Qui in extremis positus, fertur gratulans dixisse, quod amplius quam duo milia mansorum sue eclesie ex sua hereditate vel proprio labore contulisset. Huic Liemmarus successit. Lamb. Adam IV,37.

A. d. i. 1073. Heinricus rex natale Domini Babenberh celebravit. In media quadragesima sinodus apud Erpesford est habita ob exigendas decimas Thuringorum; que res Thuringos cum Saxonibus contra regem exacuit. Iam enim Saxones insolitas iniurias non ferentes, ut sunt animis acerrimi, contra rationem non cessabant adversus regem conspirare, accusationes et blasphemias multas ad sedem apostolicam in illum referre, socios sibi ex omni regno Teutonico litteris et nunciis asciscere. Nam Sigefridum Mogontinum metropolitanum, Adalberonem Wirceburgensem, Adalbertum Wormaciensem, aliosque plures presules, et per ipsos Alexandrum papam fautores sibi efficiunt. Quidam quoque Annonem Coloniensem archiepiscopum horum non inscium fuisse asserunt. His temporibus rex Heinricus ad regem Danorum misit et Bardewic sibi occurrere[a] rogavit. Cum quo secretum colloquium habuit, cui preter archiepiscopum Adalbertum et unum de regiis consiliariis nullus interfuit; qui etiam pactum illorum prohibere non valens, quod poterat effecit, ut principes Saxonie, quorum id intererat, ipsum consilium non lateret. Rex enim Danorum Heinrico regi iuravit, ut ei contra omnes hostes suos et nominatim contra Saxones terra marique auxilium ferret, et ei rex Heinricus promisit, cunctas nationes regno suo contiguas in proprium dare. Finito colloquio, rex Liuneburh, castrum Magni ducis, quem adhuc captivum tenebat, quia vicinum erat, consideravit, eiusque cupiditate exarsit, quasi, si id optineret, nullus in his partibus ei resistere posset. Ex his ergo quos secum adduxerat 70 fere in eo dimisit, qui regionem cogerent regio parere serviliter imperio. His temere ingressis, Herimannus, Magni ducis patruus, qui id cum duce Magno hereditario iure tenebat, dum rex finibus suis egrediatur, expectat; et mox castrum multa virtute circumdat. Erat autem castrum forte et nisi soli fami insuperabile, sed preter paucos panes, quos discedentes monachi reliquerant, nil quod manducari posset habebant. Paucis autem non erat tutum cum exercitu inire prelium. Dedicionem ergo comiti Herimano offerebant; sed ille, nisi Magnus dux rediret, nullum horum evasurum dicebat. Quid plura? Rex post multas cogitationum angustias Magnum ducem reddidit et suos fideles recepit. De reditu Magni ducis omnis Saxonia letissima efficitur. Solus enim timor ne ille occideretur effecerat, ut, tot iniuriis acceptis, bellum non inciperetur. Quem enim patruus suus inestimabili prediorum seu pecuniarum precio redimere non potuit, hunc divina pietas eo modo, quem humana prudentia excogitare non posset, liberavit. Cum festivitas principum apostolorum Petri et Pauli instaret, precepit rex, ut universa principum Saxonie multitudo Goslariam conveniret, ut si quid de regni negociis dignum agi emergeret, communi principum consilio tractaret. Illuc alacres cuncti festinabant, diutinarum calamitatum solacium sperantes. Celebrata igitur festivitate, episcopi, duces, comites ad palacium diluculo congregantur. Rex intus cum suis aleis ac nugis operam dabat, et tot magnates ad ianuam suam excubare ut vilia mancipia, parvi pendebat. Cum tota dies transisset, nec aliquis vera portans nuncius ad eos exiret, iam nocte facta quidam de parasitis egressus nunciavit, regem per aliam egressum ianuam, celeriter ad urbem suam pergere. Qui omnes adeo sunt turbati, quod a regis superbia tanto habiti fuerant contemptui, ut nisi Dedo marchio eorum furorem sua prudentia conpesceret, omni proiecto timore, eadem hora regi manifeste omnes renunciarent. Illa dies et hec causa principium omnium que secuntur malorum fuit. Eadem enim nocte principes omnes parum pransi cum singulis quibus maxime credebant in unam eclesiam, ceteris dormientibus, convenerunt, ibique non paucis prius lacrimis fusis, melius fore mortem quamlibet pati quam talem vitam in contumeliis ducere. Constituto itaque die et loco, ubi cum omnibus Saxonibus convenirent, ita sunt digressi, quasi non amplius ad regis servicium venturi. Igitur magni et parvi, ut constitutum fuerat, ad villam que Holcinesleve vocatur omnes convenerunt; cur autem tantus conventus in parvo loco factus fuerit, non omnes cognoverunt. Tunc Otto, qui dux Bawarie fuerat, sed adhuc ducis nomen habebat, collem, unde ab omnibus audiri posset, ascendens, conventus illius cepit racionem reddere, iniurias a rege illatas et multo maiores nisi obsisteretur inferendas replicare. De exstructione et firmissimis presidiis inutilium nisi ad solas rapinas castellorum, de direptionibus substantiarum, constupracionibus coniugum et filiarum, contumeliis quoque liberorum hominum ad aliena precepta servulis iumentis et humeris suis servientium disseruit. Dehinc quod futurum videbatur, ut tandem universi suis hereditatibus cederent et ingenuitate amissa advenarum servi futuri essent, ad animum reduxit, et ad hec propellenda ut exsurgerent, admonuit: *Fortasse*, inquid, *quia christiani homines estis, sacramenta regi facta violare timetis? Optime; sed regi. Dum michi rex erat et ea que sunt regis faciebat, fidelitatem iuratam integram servavi. Postquam rex esse desiit, cui fidem deberem non fuit. Sed ne cuiquam vestrum causa non satis vehemens videatur, unusquisque suas quas ab eo passus est iniurias exponat, et tunc utrum satis magna necessitas iniurias repellere cogat, iudicium commune decernat.* Ergo Werinherus Magedaburgensis archiepiscopus civitatem suam his a rege cedibus et predacionibus invasam dicebat; preterea communes iniurias non minus quam proprias se[b] dolere asseruit, et his, quasi solus omnes passus foret, obviaturum promisit[c]. Burchardus seu Bucco Halberstadensis episcopus querebatur, predia cuiusdam nobilis viri, cui nomen Bodo, que de iure sue deberentur eclesie, a rege iniuste ablata. Otto dux querimoniam fecit, quia ducatum Bawarie, quem diu iuste habuerat, rex nullius criminis convicto, fraude quadam excogitata, sibi rapuerit. Dedo marchio de prediis per iniuriam sibi ablatis querelam fecit. Herimannus comes exposuit, Liuneburh castrum suum regem callide occupasse; quam si retinuisset, regionem a parentibus suis sibi relictam iniusta non regia potestate possidere voluisse. Fridericus comes palacii questus est, beneficium, quod de abbacia Heresfeld magnum habuerat, iniusta regis iussione sibi ablatum, 100 mansis ab rege redimere voluisse nec valuisse. Fridericus de Monte et Willehelmus de Lutesleve, quorum priori libertatem, alteri eripere voluit hereditatem, uterque pro se querelam faciebat, que cunctos plus aliis querimoniis conmovebat, quia in his quid universis cogitaret, estimare licebat. Omnes ergo qui convenerant — convenerat autem ingens exercitus — singillatim iuraverunt, episcopi quidem, ut, quantum salvo ordine suo possent, totis viribus eclesiarum suarum et tocius Saxonie libertatem contra omnes homines defenderent; laici vero, ut quamdiu viverent libertatem non amitterent, terramque suam deinceps nullum violenter predari sinerent. Non multo post ad castrum Harcesburch, ubi rex erat, cum magno exercitu pervenerunt, et contra urbem, ut inde videri possent, castra fixerunt. Quos rex subito videns, expavit, sed, ut erat dissimulator, quasi nil timens, per nuncios eis mandavit: mirari se, quid vellet hec congregacio populi; non se meruisse, quare civile bellum debuerint incipere; discedere eos ab armis; se paratum pacato animo querenda cognoscere et corrigenda corrigere. Nuncii autem erant Fridericus episcopus, Bertoldus dux, Sigefridus regius cappellanus. Nam mortuus nuper Adalbertus Bremensis archiepiscopus. Quibus omnium Saxonum dux Otto dedit responsum: non se ad civile bellum congregatos esse; si rex esse vellet, se illi omni fidelitate servituros; orare tamen, ut castella, que ob nullam regni municionem exstruxerat, vellet destruere, alioquin se intelligere, cur exstructa forent; se libertatem et bona sua contra omnium hominum violentiam defensuros esse. Cumque nuncii reversi,

Ekk. a 1072. Bruno c. 20. c. 21. c. 22. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27.

fol. 168′. Lamb. cf. ibid

fol. 169.

a) occurre *c.* b) de *c.* c) asseruit *corr.* promisit *c.*

Bruno l. l. licet multum temptassent, hec regi persuadere non potuissent, ipse iam nec familiaribus, quia non ut volebat consilium
sibi dederant, fidem habuit; sed solus secum deliberans, cum nec honestum putaret, castella sua multis annis constructa
destruere, nec exercitui ad omnia parato cum paucis, quibus iam minus credere ceperat, auderet ad colloquium occur-
rere, paucis quibus castrum commendabat scientibus, noctu Saxoniam descruit 5. Idus Augusti, et per confraga
silvarum, que sepe locos castellis querens peragraverat, fugiens, ad Franciam orientalem paucis comitantibus pervenit.
c. 28. Cuius fugam ut principes qui cum eo fuerant cognoverunt[a], qui castrum, quod facile destrui non poterat, obsiderent,
ibi reliquerunt, ceteri ad cetera non adeo fortia destruenda perrexerunt; quidam ex his ad Thuringos transierunt, et
his rei seriem innotescentes, ipsos in suam societatem, sacramentis datis et acceptis, adiunxerunt. Quicumque etiam
prius, dum rex erat in provincia, secum iurare ausi non fuerant, eos, iam rege fugato, aut de terra sua fugiendo
c. 29. regem sequi, aut secum pro terra sua contra regem iurare cogebant. Igitur cum Harcesburh capi esset difficillimum —
nam si loco competenti situm esset, regali palacio locus idoneus esset —, idque omittere foret omni Saxonie periculo-
sum, quia preter famem expugnari non poterat, castrum eque firmum construxerunt, in quo positis per vices presidiis,
alimenta inferri prohibebant. Sed hi, dum novo castello deferrentur alimenta, erumpentes, infra suos muros ea defe-
rebant, ex quo magis industrios Saxones effecerunt. Ergo ex utraque parte cottidie acriter pugnabatur; sed Saxones
inde plus valebant, quod eorum castrum excelsius erat, et fatigatis novi milites succedebant, et alimentis habundabant;
que omnia hostibus contraria erant. Nam dudum ad dedicionem coacti fuissent, nisi eis cibos quidam ex Saxonibus
c. 30. furtim ministrarent, qui prius eis familiares fuerant. Interea rex singulos Teutonici regni principes supplex adiit, se
de regno Saxonie eiectum flebiliter exposuit, eosque in se despectos esse asseruit, auxiliumque ad vindicandas iniurias
postulavit. Sed non multos eius sermones movebant, quia calamitates Saxonum pene omnes noverant, presertim quia
easdem etiam Suevis et orientalibus Francis inferre voluerat. Honori tamen suo prospicientes, auxilium ei hac ratione
promittunt, ut, Saxonibus ad placitum convocatis, parcium causas agnoscerent, ac si iniuste eiectus foret, totis eum
viribus restituerent; si autem stultorum consiliis credulus terram opulentam sua culpa perdidisset, opus esse, ut furore
deposito subiectis nationibus pius rex existeret nec deceptores suos amplius audiret; se contra christianos innocentes
sibique sanguine propinquos gratis pugnare non posse. Quos sermones rex quasi gratos accepit, quia non posse fieri
videbat, ut Saxoniam violenter intraret, eosque ex liberis omnes servos faceret. Misit ergo nuncios ad principes Saxo-
nie, omne bonum promittens, ut se permitterent cum pace redire. Ottoni duci, de quo sciebat omnium consilia pen-
Ekk. dere, honorem pristinum pollicetur cum augmento restituere, si se vellet in regnum Saxonie reducere. Eisdem
temporibus Anno Coloniensis archiepiscopus et Herimannus Babenbergensis episcopus Romam missi sunt, pecuniam
que regi debebatur congregandi causa. Qua legatione peracta reversi, regi apostolici litteras detulerunt, ad satisfactio-
nem illum vocantes pro simonia et aliis que de illo Rome audita fuerant[b].

fol. 170. A. d. i. 1074. Rex natale Domini Wormacie celebravit. Post hec exercitu quidem magno, sed non ad prelian-
Lamb. Bruno c. 31. dum parato, nisi magna necessitas cogeret, congregato, Kalend. Februarii Saxoniam ingredi disposuit. Saxones terram
suam defensuri, cum maximo exercitu apud oppidum Hachan prope Wirram occurrunt, et a rege non longius, quam
c. 32. ut uterque exercitus alterum videre posset, castra constituunt. Cum vero tanta esset hiemis asperitas, ut omnes fluvii
vel paludes iter terrestre preberent, et viris omnibus contra regem congregatis, sole mulieres cum parvulis domi relicte
fuissent; pagani, semper eis infesti, Saxoniam, his abductis, poterant in cinerem convertere, nisi Deus eos mirabili
c. 31. pietate genuine crudelitatis oblitos intra suos fines iuberet quiescere. Igitur missi invicem exploratores, vera utrimque
renunciant. Siquidem Saxonum duplo quam regis maior esse videbatur exercitus. Ergo qui erant ex parte regis, audita
Saxonum multitudine et armorum instructione — nam his rex dixerat, illos nec arma nec equos habere, sed esse
rusticanos et rerum bellicarum inperitos —, cum prius ad preliandum fuissent incerti, quia dignam non videbant causam
pugnandi, nunc ad non pugnandum facti sunt certi, quia cum causa deerant et copie. Missis itaque rex, ut principes
iubebant, legationibus promisit, se facturum omnia que vellent ipsi prescribere, dum paternam dignitatem, quam pueri-
cie et pravorum consiliorum culpis se fatebatur amisisse, nollent sibi denegare. Tunc Otto dux et ceteri, quibus magna
fuerant promissa, suaserunt ceteris, hac condicione illum recipere, ut castella destruens hec ultra non exstrueret, pre-
daciones in terra nullas exerceret, Saxonum consilio in Saxonia disponenda disponeret, nullumque extranee gentis eorum
rebus agendis consiliarium admitteret, et hanc sui expulsionem in nullo ipsorum vindicaret. Cum hec et his maiora
rex fidelissime promisisset, exercitu dimisso, cum paucis ad Saxones transivit, et cum laudibus ac triumphali gaudio
deductus, Goslariam venit. Huius federis inconsulta compositio Saxonibus maximorum malorum fuit origo. Nam Suevo-
rum, qui federis cum Saxonibus facti non immemores, cum rege contra Saxones venire noluerant, in faciendo cum
c. 33. rege federe fuerunt obliti; ob quod illis Suevi facti sunt ex amicis hostes atrocissimi. Igitur cum rex, comitante Saxonum
exercitu, Goslariam venisset, sui non oblitus, cepit occasiones querere, ne, sicut promiserat, deberet in presenti castella
sua destruere. Tunc quidam Saxonum principes placere illi volentes, suaserunt, ut castrum Harcesburh, quod
manère volebat; alicui ipsorum quasi in dedicionem traderet, donec vehemens populi furor aliquantum tepesceret, et
tunc castrum, ut volebat, integrum permaneret. Nam nisi diruceretur, populus se ab integro rebellem fore clamabat.
Rex ergo in angustiis positus, quid faceret nesciebat, quia nec castrum destruere volebat, nec alicui principum, qui
illud, si sibi traderetur, staturum promittebant, fidem habebat, et populum, ne recidiva bella resumeret, valde metuebat.
Qua enim virtute pene solus in medio exercitu deprehensus se defenderet, vel qua fuga, septus undique sevis hostibus,
se absconderet? Igitur excogitavit dolum, qui non eum quem sperabat tenuit effectum. Quibusdam de antiquis fami-
liaribus suis precepit occulte, ut eius tantum propugnacula summatim deponerent, ut sic decepto populo, postmodum
restauratis ruinis integrum permaneret. Illi vero labori suo parcentes, vicinos adduxere rusticos, quos, ut erant iussi,
summos muros demoliri iusserunt. Qui cum potestatem cepissent eius loci, a quo tot mala passi fuissent, non quid
iussi forent attendentes, a diruendo non quieverunt, quamdiu lapidem super lapidem remanere videbant. Legati regis
non ausi sunt verbum facere, quia si quid contradicerent, et ipsos minabantur interficere. Ergo regalia edificia multo
sumptu exstructa cum monasterio deiciunt, et in tantis menibus nec fundamenta relinquunt. Totum quoque tesaurum,
sive regis esset sive eclesie, diripiunt, campanas dulcisonas confringunt, ossa filii regis et fratris effossa dispergunt.
c. 34. His rex auditis, magno dolore intrinsecus turbatur; sed superfluum putabat, his quos oderat dolorem suum monstrare,
cum non posset ad presens in eorum suppliciis, ut volebat, odium suum saturare. Quem principes Saxonie non inme-
rito commotum scientes, omnibus modis mitigare querebant, se a crimine consilii et voluntatis, quo ipse iuberet
modo, purgare, et reos in crimine quacumque vellet pena punire promittebant; sed nil proficiebant. Nam rex ipsis
magis irascebatur, et dedignans irasci in rusticos, in maiores regionis sevire cogitabat. Interea tamen castella quelibet
*fol. 170. ac municiones preter antiquas urbes ad honorem regni constructas dirui iussit. Quod inperium *ex iracundia, non ex

a) *quaedam omisit. Quae sequuntur ad Saxones referenda sunt.* b) *Integra columna vacua exstat.*

insticia prodisse, hinc precipue agnitum est, quod castella quedam mali nullius infamata destrui, plurima vero de predis Bruno l. l.
et latrociniis convicta, si pecunia data fuisset, intacta manere precepit. Igitur Marcio mense nondum peracto, Saxoniam
reliquid, et ad habitatores Rheni male leta mente transiit. Fertur autem a Saxonia discedens cuma iuramento dixisse,
quod ulterius in Saxoniam non rediret, nisi eam virtutem contraxisset, qua in Saxonia posset agere quicquid sibi libuisset.
Congregatis itaque illarum parcium principibus, nunc singulis, nunc universis, humilem se prosternens, querimoniam c. 35.
fecit: priores expulsionis sue iniurias iam leves esse; in illis se cum suis principibus fuisse despectum, in his vero suo
suorumque despectui coniunctum esse maiestatis divine contemptum. Narravitque lacrimans, dum contra suam voluntatem
ipsorum consilio cedens regale castrum Saxonibus demoliendum tradidisset, illi monasterium Deo sanctisque dicatum
paganis crudeliores diruerint, campanas, calices et cetera ad honorem Dei collecta aesi profana confregerint aut diripuerint, fratrem filiumque suum, utrumque stirpem regiam, a sepulcris eiectos membratim disperserint, et quod magis
esset nefarium, sanctorum reliquias a sacris altaribus erutas per profana loca dissipaverint. His non sine largo fletu
peroratis, singulorum pedes osculans, oravit, ut si non suam, saltem Dei sanctorumque contumeliam non paterentur
inultam. Enimvero Saxones non dicendos esse christianos, qui per huiusmodi scelera Christum se nec amare nec
timere monstrarent, ipsos, Christi fideles se esse, in hoc debere ostendere, si eius zelo ferventes iniurias ipsius, ipso
adiuvante, vindicarent. Has querimonias et supplicationes dum ad omnes principum conventus repeteret, annus evolutus est, antequam in Saxoniam ducere posset exercitum. Nam qui miserias Saxonibus illatas noverant, cum omne
bellum res sit aspera nec huius belli pateret causa satis idonea, ad dilationem quaslibet occasiones querebant. Quod
nisi Rodolfum ducem Suevorum, quando cum rege fedus inierant, Saxones offendissent, rex forsitan copias contra ipsos
non haberet. Is enim a Saxonibus deceptus, regi quo potuit modo reconciliatus est, et ei primus Saxones hostiliter
invasurum promisit. Interea missis ad gentes circumquaque legatis, donis et promissis Saxonibus volnit hostes efficere, c. 36.
quia hos non tam sue potestati, quod sine bello poterat, subicere, quam funditus querebat extinguere. Duci Boemie
Wratizlao Misnam civitatem cum omnibus ad eam pertinentibus promisit. Liuticensibus paganis crudelitatis frena laxavit,
et quidquid possent Saxonie finium obtinere concessit. Qui dixerunt, se Saxones multis tempestatibus expertos et de
bellis eorum raro fuisse gavisos, se, dum suos terminos defendere valeant, contentos esse. Regem Danorum iuramenti
sui commemorat, seque daturum ei omnia que sit pollicitus confirmat. Philippum Latine Francie regem promissis sollicitat. ut amicicie memor, quando vocatus fuerit, sibi in auxilium veniat. Qui similiter a suis solio pene depositus,
vix suum honorem se dixit retinere, nedum illi suum temptaret reponere Willehelmum Anglie regem hac condicione
vocavit in auxilium, ut ei vicem equam redderet, si se umquam necessarium haberet. Qui respondit, se terram illam
per vim invasisse, quam si reliquerit, ne in ea non recipiatur, formidare. Willehelmum ducem Pictavorum, matris sue
germanum, rogat, nepotis sui misereri, ut eius auxilio possit regno, quo iniuste careat, restitui. Ille tantas Francigenarum, Nortmannorum vel Aquitanorum virtutes inter se et ipsum esse respondit, per quos nullo ingenio cum exercitu
transire posset. His omnibus preter Boemios fraudatus, pessimum consilium adinvenit, ut Saxonibus contra Saxones c. 37.
pugnaret, ut, quelibet pars caderet, ipse exultans triumpharet. Et quia Saxonum principes simplici animo, quocumque
iubebat, eum adire non recusabant, singillatim eos evocavit, grandem fingens causam, quam vellet eorum consilio terminare. Venientes ergo singulos primo blandus accipiebat, et cum aliquandiu secum starent, animum suum eis aperuit,
utque ad opprimendam Saxoniam se adiuvarent idque nulli proderent, iurare cogebat; quod nisi statim facerent, ab eo
recedere non valebant. Inde factum est, ut in hac parte pater, in adversa filius, hinc frater unus, illinc alius esset.
Multi etiam ex maioribus, qui in utrisque regionibus bona habebant, ut utraque servarent, sponte relicto hic filio sive
fratre, ad regem transibant, vel ipsi hic remanentes, fratres vel filios ad regem transmittebant. Plerosque militaris
ordinis etiam evocabat, et prout cuiusque animum noverat, minis seu promissionibus ad bellum civile sollicitabat.
Etiam famulos ad se vocatos non dedignabatur orare, ut vel interficiendo vel deserendo dominos mererentur libertate
donari, vel etiam domini dominorum suorum *fieri. Sed hec omnia adhuc occulta erant, quia, si quis ei suum iurabat *fol. 172.
adiutorium, iurare cogebatur eiusdem fidele silentium. Quid dicam, quod episcopis, quos attrahere non poterat, huius- c. 38.
modi dona mittebat, quibus illis episcopatum et vitam adimeret, ut his personis daret episcopatus, qui sue voluntati
preberent ad omnia consensum? Per quendam falsum monachum Werinhero Magedaburgensi archiepiscopo pulverem
pigmentarium misit, quem contra multas egritudines salubrem ab Italia sibi a matre sua missum esse mandavit. Cuius
partem eruste panis insertam catulo dari eumque sine mora mori vidimus, et quod episcopus talem medicinam non
gustaverat, letati sumus. Postquam hec omnia per Saxoniam fama cepit predicare, plebs nescia causas pensare letatur, c. 39.
et omnes, qui terras suas invadere temptaverint, prosternere minatur. At nobilitas magnis angustiis afficitur, dum robur
regis prevalidum suumque perexiguum[b] subtiliter metitur. Illuc venturos in pugnam Francos utrumque litus Rheni
tenentes, Suevos, Bawarios, Lotharingos, Boemios; hinc vero Saxonie vix terciam partem inveniunt. Nam omnes
Westfali et omnes circa Misnam habitantes, auro regis corrupti, defecerant. Ipsa quoque pars tercia vix secum fida
manebat, quia singulos in ea regis promissa assidue sollicitabant. Omnes etiam episcopi preter quatuor, Magedaburgensem, Halberstadensem, Mersburgensem, Patherbrunnensem, aut aperte ad regem transierunt, aut animo nutanti
steterunt, ut quacumque res prospere cederent, illuc securi declinarent. Eo tempore in Saxonia signa plurima evene- c. 40.
runt. In Magedaburgensi prato visi sunt corvi tam acriter inter se pugnantes, ut alii alios relinquerent exanimes.
Episcoporum virge pastorales in estivo calore stantes, in capellis ita madescebant, ut manum eius aqua inplerent, si
quis eas tangebat. In Stideraburh erat lignea Christi in cruce pendentis imago, que tanto sudoris isdem estivis diebus
manabat fluvio, ut nec mappulis tersa quiesceret et vascula nonnulla susceptо sudore repleret. Werinherus Mersburgensis episcopus, dum sacra missarum sollempnia celebraret et more solito sanguini dominico partem corporis Christi
inponeret, fundum calicis pars illa petebat aesi caro Christi in plumbum versa fuisset. Quidam presbiter in episcopatu
Magedaburgensi, in neutra parte conversationis egregius, dum in sacramentorum confectione venisset ad communionem,
calice levato, vidit vinum non solum spiritualiter, sed et visibiliter in sanguinem conversum, cuius rubore pariter et
densitate perterritus, nichil inde sumere presumpsit; sed in Magedaburh, ubi adhuc venerabiliter servatur, cum magno
timore portavit. Que omnia quid significasse putandum, nisi laborem gentis quem post modicum passa est?

Ea tempestate bone memorie Alexandro papa defuncto, Hildibrandus, qui et Gregorius VII. dictus est, professione Ekk.
monachus et archidiaconus Romane sedi successit; sub quo omnis ecclesia inauditis scismatum erroribus periclitari cepit.
De cuius[c] puericia rem dignam relatu hic placuit inserere[79]. Pater ipsius faber lignorum

a) cum i *in loco raso c.* b) perexgnum *c.* c) *add. sed. del.* me *e.*

79) hoc huius rei antiquissimum videtur testimonium; cf. Act. SS. Mai VI, 111.

Rome a quodam clerico ad opus cuiusdam edificii, isto adhuc puerulo, mercede conductus erat. Interim puerulus puerili ludo decidentes stipites in modum litterarum disponebat, cum litteras omnino nesciret. Superveniens ergo predictus clericus et quid puer ageret advertens, ex eisdem litteris collegit hec verba: *Dominabor a mari usque ad mare.* Qui vehementer admirans, predixit patri eius, hunc apostolice sedis pontificem summum esse futurum. Unde, ut prius animo conceperat, hunc litteris erudiendum apposuit. Quibus instructus, curiam Heinrici inperatoris ingressus est, et cappellanis eius scribendo que iussus fuisset obsequi cepit. Erat autem valde fuscus et deformis aspectu. Quem videns filius inperatoris Heinricus et despectui habens, ut erat puer tenerrimus, multis hunc iniuriis inhoneste tractabat, et per hoc inperatori frequenter risum movebat. Verum inperatrix moleste id accepit, et filium ab illius iniuriis severe conpescuit. Quadam nocte vidit inperator somnium, filium suum regaliter ad mensam consedisse, et eundem scolarem ex adverso in altera mensa residere, seque invicem iniuriis provocare. Interim a fronte illius scolaris vidit cornu excrevisse, quo apprehensum adversarium proiecit in lutum. Cumque inperatrici somnium retulisset, illa predixit, scolarem illum papam futurum et filium suum a regno deiciendum. Inperator sollicitus pro filio, et consilium Dei sperans inmutare, apprehensum scolarem misit in castrum Hamerstein, ut ibi fame necaretur. Quod inperatrix ferre non valens, in cetu multorum primatum pro ipso intercessit, inpingens inperatori notam, quod propter somnia sua hominem necare voluisset. Tali modo absolutus, ad fontem philosophie potandum ivit. Ad ultimum despecto presenti seculo, veram philosophiam assequi proposuit. Siquidem monachus effectus, Romam cum abbate suo frequenter venit, et tandem a Benedicto papa ascitus, eclesie Romane archidiaconus constitutus est. In quo officio positus, cum de vita regis Heinrici turpem famam audisset, ob clarissime parentele eius reverentiam per literas ad emendationem vite frequenter eum provocabat. Cum vero Alexandro in apostolatu successisset, idem facere, quamdiu ipse paciebatur, non desiit, quod postea ex ipsius literis suo loco inserendis melius clarebit.

fol. 171′. Ekk. Gregorius papa, habita sinodo, simoniacos, venditores scilicet doni sancti Spiritus et emptores, anathematizavit, et Nicolaitas, uxoratos scilicet sacerdotes, ab altaris ministerio removeri decrevit et laicis eorum missas audire interdixit. Qui beatus papa cum absque regis consensu, solis tantum Romanis faventibus, [hunc apicem conscendisset [a]], sunt, qui illum non canonice constitutum, sed tirannice sibimet papatum asseverent usurpasse. Patet tamen, non pro huiusmodi accusatione principum offensam illum incurrisse, quam quod simoniacam heresim, que illis pro maximo fuit lucro, clericos vero per hoc maxime offendit, quod spurcissimam luem Nicolaitarum tan-

Cosm. II. tum zelabat, ut ea sordentes ab altaris removeret officio. Gebehardus Pragensis episcopus cum nec precibus, nec muneribus, nec per amicos flectere quivisset fratrem suum Wratizlaum ducem, ut suum reciperet concambium et Iohannem Moravie eliminaret episcopum atque iterum utrumque coadunaret episcopium, ad urbem Olomuc, tanquam Iohannem episcopum visitaturus, venit; quem arreptum cum his qui ad hoc facinus parati erant capillando inhumanis iniuriis affecit. Unde iubente Rodolfo apocrisiario, qui flagitacione ducis a Gregorio papa in Boemiam directus fuerat, proficiscuntur predicti episcopi Romam et apostolico litterarum suarum offerunt normam. Hisdem diebus venerat Romam Machtildis, potentissima per Italiam femina, filia Bonifacii marchionis Italici. Hanc omnis ordo senatorius honorabat, et papa ipse per eam divina et humana negocia disponebat. De cuius genealogia Gebehardus materno sanguine descenderat. Quod ut illa, eodem referente, recognovit, cepit eum honorare ac domno apostolico commendare. Si hec Rome non fuisset, Gebehardus nomen bonum et honorem cum gradu amisisset. Qua interveniente et multis apostolicum precibus fatigante, pax facta est inter predictos episcopos ea racione, ut quieti et propriis episcopalibus contenti vivant; sin autem, iterum post 10 annos ad apostolicam sedem de eadem causa indicium accepturi veniant. Ita agente Machtilda, Gebehardus in gradum pristinum restituitur. Nam Rodolfus cardinalis iam antea, tumultibus Boemiorum coactus, reddiderat illi tantum sacerdotale officium. His ergo temporibus cum idem beatus papa Gregorius regem Heinricum ad emendationem vite sepius hortaretur, et ei ille devotas salutaciones remitteret, se excusando et suos excessus tum etati fluxe, tum pravis consiliis eorum qui curie preerant inputando; tandem apostolicus quosdam familiarium eius, quorum instinctu multos episcopatus et monasteria vendiderat, ad satisfactionem vocavit. Quod cum illi spernerent, a communione eclesie catholice illos separavit, et regem, ne ammodo his conmunicaret, admonuit. Interea rex cum Saxoniam cum exercitu invadere proposuisset, satisfactorias apostolico direxit epistolas, in quibus orabat, ut, si quid contra iusticiam in causis eclesiasticis ab eo gestum esset, auctoritate apostolica corrigeret; ad quod suum auxilium fideliter promisit. Idem etiam legatis apostolici, quos ad eum direxerat et per quos ad penitenciam susceptus est, promittendo firmavit. Erant autem legati Hum-

a) *ita Ekk.; desunt c.*

bertus Prenestinus antistes et Geraldus Hostiensis episcopus. Que promissa qualiter more suo mentitus fuerit, postea dicetur.

A. d. i. 1075. Heinricus rex natale Domini Argentorati celebravit. Heremannus Babenbergensis episcopus ob heresim simoniacam auctoritate Hildebrandi vel Gregorii pape deponitur. Interea cum regis ira diuturnitate temporis in Saxones nimis accensa diucius latere non posset, principes Saxonie tam singuli quam universi legaciones assiduas, nunc litteris, nunc sine literis, ipsi regi miserunt, hoc solum supplicantes, ut, cetu principum collecto, se aut culpabiles ostenderet et convictos eorum iudicio puniret, aut ipsi, sua innocentia ostensa, in eius gratia permanerent. Sed cum eum de sua tantum perdicione omnibus modis tractare cognovissent, ad principes qui cum eo erant legationes dirigunt, et ut animum regis placare sibi velint, humiliter petunt. Ex quibus unam epistolam Sigefrido Mogontino archiepiscopo ex persona Magedaburgensis archiepiscopi Werinheri et omnium de Saxonia pontificum, ducum et comitum, et omnium clericorum, laicorum, magnorum et parvorum directam placuit supponere; in qua premissa humillima salutacione hec suggesserunt: *Dominus noster rex, postquam factus adolescens, abiecto principum consilio, sui iuris esse cepit, et eorum qui nec equum nec bonum considerant magisterio se subdidit, semper nos insolito more querebat opprimere, bona nostra nobis eripere et suis familiaribus tradere, non ob alium culpam nisi quod illi domi parum vel nichil habebant et terram nostrum fructuosam videbant. Itaque municiora nostre regionis castellis fortissimis occupavit, in quibus armatos nonnullos constituit, qui nos aut serviliter servire compellerent, aut libertatem defendere volentes occiderent. Ibi quot pericula, contumelias, dumpna in nostris corporibus, uxoribus, possessionibus pussi simus, et qualiter nos inde ad tempus misericordia Dei liberaverit, quia vobis nota esse credimus, preterimus. Postquam huc tempestate seduta, grutium suam nobis reddidit, nil contra eum nos scimus deliquisse, unde merito debeat in nos recidivu bella movere. Predia, que sibi quevebatur ablata, legutis*[a] *eius reddidimus, donec ipsi dicerent, nichil esse reliquum quod reddi deberet*[b]. *Castella et municiones, quas destrui precepit, confreginus, nisi quas nobis volentibus ipse manere permisit. De monasterio suo destructo et sepulcris filii vel fratris*[c] *sui violatis, cum qualiter factum sit audieritis, quiu nos sumus innocentes, agnoscetis. Ipsius castri destructionem nulli nostrum credere voluit, sed hanc operum suis familiaribus iniunxit. Qui negligentes et pigri, quo cicius quod iussi erunt peragerent, rusticos vicinos convenire iusserunt et eis demoliendi potestatem dederunt. Rustici vero, sicut rustici inperiti et ub eodem custro multa mala perpessi, cum nullus adesset qui castigaret, uil eius voluere relinqui, quod iterum deberet renovari. Postea sepius domino nostro regi legationem, ut humiles servi cum multa supplicatione misimus, ut, si quid in illa vel qualibet causa contra eum egisse videremur, principum iudicio vel negando vel emendando satisfuceremus. Quam legutionem quia adhuc ut accipere vellet nullius auxilio obtinere potuinus, vestre sanctitatis pedibus simul omnes advoluti, supplicamus, ut nobis irum domini nostri regis mitigure eique suadere digneminí, ut quod faceret uni homini, facere dignetur universi genti, scilicet ne prius nos furore bellico devastare querat, quam nos criminosos et crimen emendare nolentes ostendat. Securitutem, quam vos et alii principes iusseritis, a nobis accipiat, ut ad nos sine bello veniat et vestro nos iudicio vel puniat, si merutimus, vel in puce cum gratia sua dimittat, si innocentes inventi fuerimus. Sin hoc noluerit, in qualibet regni sui parte principes suos conveuire iubeut, et quoscumque ex nobis adesse voluerit, eis eundi et redeundi securitatem tribuat, et quicquid vos iudicaveritis de nobis faciendum, faciat. Hec domino nostro suggerite et ei pro Dei timore suadete, ut nos homines esse cogitet, ne ad periculum anime sue nos innocentes perdere desideret. Si vestra sublimitas pigra vel minus pia in his agendis fuerit, districtum Dei iudicium nostras animas a vobis exigere habebit. Quod si pium vestrum consilium rex forsitan audire noluerit, obsecramus, ut saltem vos et vestros instrumentum sui furoris non habeat, ne dum furori eius ministratis, vite vestre et anime periculum incurratis.* Eundem sensum continentes litteris vel verbis legationes cunctis illius partis principibus singuli principes huius partis[d] miserunt. Tandem a rege, inportunitate, non pietate victo, responsum acceperunt, quod hoc solummodo gratiam suam habere mererentur, si se suamque libertatem et omnia que possiderent sue potestati sine omni condicione traderent. Quod facere renuebant, quia, nullius eum pietatis esse, sepe experti fuerant. Cumque rex Mogontie resurrectionem dominicam celebraret, Saxonum nuncius illuc cum litteris venit, quas Udoni Treverensi archiepiscopo, qui[e] missas eo die celebrabat, cum stans in pulpito faceret sermonem populo, porrexit, et ut eas omni populo recitaret et exponeret, ex omnium persona Saxonum pro Dei amore rogavit. Quod cum rex fieri prohiberet, nuncius ipse litterarum sensum omni populo fidenter exposuit, et omnes qui Deum timerent, ne se, priusquam criminis convicti fuissent, armis invaderent, oravit. Tunc Rodolfus dux Suevorum, federis Saxonum cum rege preter se initi non oblitus, regem, ne contumeliam Deo sibique ac principibus illatam inultam dimitteret, instigavit, et ei se cum tota virtute quam posset habere promisit. Idem ceteri principes universi fecerunt, aliqui promissionibus illecti, plures vicine mortis necessitate adducti. Quod ubi Saxonibus est auditum, tunc frequentes regi cunctisque primatibus legationes miserunt, ne se ferro innocentes invaderent, quia, si maiestatis regie rei ostenderentur, ad ipsorum arbitrium parati essent penas dare. Tunc rex Magedaburgensi archiepiscopo cum quibusdam aliis gratiam suam mandavit, sibi ab amicis suis consultum esse, ne totam gentem deleret, id que se completurum, si vellent ab inimicis suis discedere, sibique Burchardum Halberstadensem episcopum, Ottonem ducem, Fridericum prefectum palatii cum ceteris quos adhuc quereret tradere[f]. Cui legationi *consensu ipsorum qui poscebantur est responsum, ut ipsi ei hac condicione presentarentur, quatenus sub utrorumque principum iudicio starent, ut eos illorum sententia vel convictos dampnaret vel innoxios gratie regis reconciliaret. Sed Willehelmus de Lutisleve et Fridericus de Monte cum viderent, aperte iam bellum cepisse, sacramenti quod cum ceteris Saxonibus fecerant obliti, et quod ipsi principalis causa belli fuerant, patriam infideles deseruerunt et ad hostem patrie regem noctu transfugerunt. Nam postea nec cives nec hostes eis fidem habebant, sed aput utrosque viles et infideles et miseri erant. Ergo in mense Iunio rex, manu valida tam ex Alamannia quam Bawaria et Germania atque Boemia congregata, ad Unstrod fluvium venit, et iuxta Beringa positis castris consedit. Ex alia parte Saxones cirsa Nechilstede sua castra locant, et dum rex eos ad concilium vocet expectant. Et dum verba, quibus suos accusatos purgaturi erant, disponerent, aderat nuncius, qui regem non verbis sed ferro disputare velle dicebat, et huic disceptacioni diem crastinum determinabat. Vix nuncius ille verba finierat, cum alter veniens, regem cum exercitu adventare, dicebat. Quod primo non credentes, ubi nimis verum esse cognoscunt, quia nec consilii nec exercitus ordinandi locus erat, quod ex inproviso deprehensi facere solent, pauci, quibus vel animus vel arma in promptu fuerunt, fortiter ibant ad pugnam, plures vero, quibus animus et arma longe fuerunt, vertuntur in fugam. Verum nisi Deus superbiam Saxonum humiliare voluisset, pauci, qui perstiterunt, totum illorum exercitum vertissent in fugam. Nam ipsi hostes tantos ictus gladiorum se fatebantur numquam audisse. Et quidem postremi hostium nescientes, quod maior pars Saxonum fugisset[g], ceperant et ipsi fugere, ac pene victoriam reliquerant, nisi prius fugam Saxonum agnovissent. Quem cui casus belli daret occidere, nec ipsis qui

fol. 172. Lamb. Ekk. Bruno c. 41.

c. 42.

c. 43.

c. 44.

c. 45.

*fol. 172'.

Ekk. a. 1075. Bruno c. 46.

a) legati *c.* b) deberent *c. fort. corr.* deberet. c) fratri *c.* d) p. nostri *Bruno.* e) qu *c.* f) trahere *c.?* g) fugiset *c.*

Bruno l. L occidebant dabatur agnoscere propter pulverem, qui tantus erat, ut inter civem et hostem nulla esset discretio. Verum
Ekk. quod conpertum est, Udo marchio de Stadhen consobrinum suum Rodolfum ducem Suevorum, qui eo die fortiter pro
a. 1075. Bruno rege dimicasse notatus est, fortiter percussit in faciem, et [nisi[a]] nasus galee dependens eum defenderet, capitis ei supe-
c. 46. riorem partem abstulisset. Fratres in hoc prelio fuere diversi, patres quoque contra filios; sed si quis scelus in suo propinquo faceret, a nemine poterat sciri. Sevissimum quidem illud prelium fuit, sed brevissime peractum. Nam Saxones deserti a suis, ex paucis pauciores a periculo se paulatim subtraxerunt, regique victoriam, sed cum multa suorum ruina, reliquerunt. Nam cum de Saxonibus ex summis principibus Gebehardus comes, ex mediis vero Folcmarus et Suidgerus cecidissent, ex parte regis iacuerunt 8 primates, non minus ipso rege nobiles. Factum est hoc prelium Idus Iunii feria
c. 47. tercia. Rex itaque aliquot[b] diebus in castris manebat, donec eos, quos metus disperserat, recollegit, et mortuos aut sepeliri aut in patriam sepeliendos fecit deportari. Dehinc Saxoniam nimis letus intravit, et omnia obvia predando aut incendendo, crudeliora omnibus paganis exercuit. Viri siquidem omnes per silvas et ubicumque spes salutis erat anfugerant. Feminis vero nil proderat cum rebus suis in ecclesias confugisse; quas, etiam si ad altare fugissent, corrumpebant, ac
c. 52. mox eas cum ipsis ecclesiis conburebant[c]. Quo tempore apud Magedaburh cuidam ancille Dei ante predictum prelium per visionem fuerat revelatum, si caput sancti Sebastiani, quod in eadem civitate reverenter honorabatur, circa terminos episcopii fuisset portatum, hostilis furor eos non posset intrare. Quod cum illa Meinfrido urbis prefecto, et prefectus, antequam exirent ad bellum, archiepiscopo rettulisset, peracto iam prelio, caput ipsum circa omnes episcopii terminos, antequam rex veniret, est portatum. Tunc quod ancilla Dei predixerat, est comprobatum. Nam ubicumque rex ad eos-
c. 47. dem terminos venit, divino nutu territus, nusquam illud episcopium intravit. At principes Saxonie diversas munitiones intraverunt, et legationes principibus regis obviam miserunt, obsecrantes, ut vel nunc Deo de sua victoria gratias agerent et suis in Christo fratribus vel victis parcerent. Ex his unam epistolam Sigefrido Mogontino et Athelberoni Wirceburgensi presulibus a Magedaburgensi archiepiscopo directam descripsimus. Nam premissa humillima salu-
c. 48. tatione hec subiecit: *In primis igitur meam causam cum domino nostro misericorditer tractate, scilicet quia semper volui et volo ultra vires meas eius honori servire. Quodsi me forte maiestus eius incusat, quod nuper quasi cum eo pugnaturus venerim, hoc quod veritus ipsa, que Christus est, verum esse novit, respondete, me ob hoc solum, sicut coram legatis eius erat constitutum, venisse, ut eos, quos in nostris partibus suos vocaverat inimicos, volentes sive nolentes ei presenturem, ut vestro aliorumque principum iudicio vel in crimine deprehensi supplicio subiacerent vel innocentes inventi vobis intercedentibus gratiam eius reciperent. Quorum causam quia dignatus non est accipere, quid me, nisi ut feci, decebat abscedere?*
*fol. 173. *Si alias michi quaslibet culpas inponet, ne longum faciam, vestram aliorumque eiusdem ordinis virorum *paciar sententiam. Deinde domno nostro dignetur almitas vestra suggerere[d], ut recordetur, se celestis regis vicem et nomen habere, qui dicit, se misericordiam magis velle quam sacrificium, quatenus, dum eum, cuius est membrum et cuius nomen habet, studet imitari, mereatur in regno celesti eterne beatitudinis gloria coronari. Per totum fere annum litteris aliisque legationibus, omnes fere principes regni suppliciter adivimus et ut nobis copiam coram veniendi adquirerent oravimus, quatenus eorum iudicio vel noxii dampnaremur, vel innoxii solveremur. Quod quia inpetrare non potuimus, iterum vos et omnes Dei fideles suppliciter rogamus, ut saltem nunc, postquam irum suam nostro cruore saciavit, postquam illi Deus, sicut oportebat, honorem donavit, furorem deponat, Deo gloriam reddat, et quod ante sanguinem effusum facisse poterat, nunc tanto sanguine effuso faciat. Det nobis locum, ubi vobiscum et cum Rodolfo, Bertoldo et Godefrido ducibus conveniamus, et in quacumque re culpabiles vobis esse videbimur, omni voluntate nostra deposita, vestre prudentie iudicium volentes paciemur. Quodsi tantummodo sanguinem nostrum luborat effundere, cogitet, hoc non facile fieri posse sine aliqua suorum admixtione.* Item in alia epistola ad eosdem episcopos post prio-
c. 49. rem missa[e], premissis quibusdam, hec adiecit: *Culpa michi prius inponatur, defensionis locus non denegetur, ubi vel nocens vestro iudicio subire cogar supplicium, vel innocens vestrum sub grulia domini nostri regis merear habere consorcium. Quis umquam fuit iuste prius dampnatus quam de aliquo crimine fuisset accusatus? Nondum michi cognovi culpam quamlibet inponi, et ium quasi criminum multorum convictus penas sevissimus dedi. Quodsi me quisquam domino meo fuisse vel esse perfidum criminatur, non minus qui Domino dixit: „Demonium habes,“ mentitur. Hec igitur cum domino nostro clementer tractate, et ut se regem esse recogitet suadete, et unde rex sit appellatus edocete. Vestra quoque supientia dignetur secum pensare, cuius vel quanti criminis sit ecclesiarum bona vastare, ipsas ecclesias polluere vel incendere, et si ullum vel magnum crimen esse videatur, in hoc vos domino nostro fideles esse probate, ut dum eum ab iniusto revocatis, eius animam ab incendio gehenne liberetis. Recordetur etiam prudentia vestra, quia mortem minatur apostolus non solum digna*
c. 50. *morte facientibus, sed etiam consentientibus.* Fridericus vero Monasteriensis episcopus, quia de Saxonia erat oriundus et Magedaburgensis ecclesie fuerat canonicus, archiepiscopo Magedaburgensi litteras misit, quibus eum, ut fidelis terre de qua natus erat, commonuit, ut quocumque modo potuisset pacem facere cum rege satageret. Quibus litteris
c. 51. archiepiscopus has item litteras remisit: *Sacerdoti Dei filio sanctissimo Werinherus, eo quod vocatur indignus, devotos fraterne servitutis affectus. Quamvis eo merore, quem nova tribulatio genuit, itu sim plenus, ut in penetrabilibus cordis mei nullus ulli gaudio possit inveniri locus, consolationis tamen vestre litteras ut accepi, non parum lacrimas meroris repressi, quia nonnullum lenimen cordis habeo, cum vel unum fratrem fraterno dolore dolere video. Tunc autem solido gaudio gauderem, si vos, sicut tribulationem nostram, sic innocentium considerare viderem, vel si consilium, quod michi de facienda pace dutis, ut ipsu re fieret, adiurare possetis. Ut enim u rege nostro cunctisque regni principibus et maxime a fratribus nostris episcopis igni et ferro terra nostra vastaretur, quod crimen nostrum precessit? Vel si ullam fuit, in quo concilio sacerdotum, in quo palacio principum declaratum putuit? Quando vocati ad satisfactionem venire contempsimus? A quibus accusati vel convicti sumus? Immo postquam iram domini nostri regis licet sine causa exarsisse cognovimus, singulos principes, sacerdotes et laicos oravimus, ut coram veniendi[f] copiam nobis inpetrarent. Quod cum frustra esset, ipsi regi, ut humiles serri sepe supplicavimus, ut nos vel in crimine deprehensos principum iudicio palam dampnaret, vel innocentes gratie sue serenitate donaret. Hac de culpa terram nostram sevus vastutor incusit, ac pene desertam reddidit. Quodsi soli laici in illo exercitu fuissent, forsitan ecclesiis et ecclesiasticis rebus pepercisseat. Nunc vero, quia plurimi sacerdotes aderunt, nulli sacre rei parcebant, ecclesias, quas ipsi vel eorum confratres dedicaverunt, succendi videbant, nec contradicebant. Quid igitur tunc laici facerent? Sed quamvis ultra modum puniti, quamvis ab illis cede et igne vastati simus, a quibus nos oportebat vel in aperto crimine defendi, tamen de pace facienda consilio vestre pietatis adquiescimas, si eam posse fieri sine maiori dampno nostro viderimus. Illarum parcium principes in locum, quo nos tuti possimus occurrere, veniant, nosque sua sapientiu, quid acturi simus, edoceant, et quod eis placuerit, dummodo nobis vel posteris nostris non noceat, noster consensus concorditer inplebit. Quodsi paternitas vestra suscipiens hunc piam operam opere complebit, cum celesti premio nos omnes fideles amicos*
*fol. 173. *semper habebit.* Sed rex cum exercitu comitante venisset *Goslariam, et a quibusdam Saxonicis episcopis esset trimn-*
c. 53. phali gloria susceptus, ab amicis quid sibi esset agendum quesivit. Sed consilium pene omnium, ut devictos Saxones in

a) *deest c.* b) aaliquot *c.* c) conconburebant *duabus lineis c.* d) sugerere *c.* e) missam *c.* f) veniendi *c.*

gratiam ut christianus rex acciperet, non recepit; quod vero ipse volebat, ut statim omnes servituti subiceret, ad pre- Bruno l. 1.
sens implere non potuit. Nam nec dispersos principes omnes capere valebat, nec diu cum exercitu manere poterat, quia fames eo anno Saxonibus utilis fuerat et Iulius mensis maturas segetes nondum exhibebat. Tutum vero non putabat, sine exercitu in Saxonia remanere. Abiit ergo cum toto exercitu, et Saxoniam, sicut prius, habuit in incerto. Tunc Saxones congregati, se invicem, ut unanimiter pro sua libertate tota virtute pugnent, hortantur, Deique misericordiam non ex toto sibi sublatam inde coniectant, quod quasi paterna pietate flagellati, ad recipiendam virtutem discessu regis tempus acceperant. Rex vero post peractam victoriam emendationis sue vota, que in anxiis rebus apostolico promiserat, infregit, atque inter cetera exconmunicatos in familiaritatem denuo recepit. Quo tempore inter ceteras conmociones per legatos et litteras sibi directas, hanc epistolam a papa Gregorio suscepit[80]: *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, H. glorioso regi et in Christo dilecto filio salutem et apostolicam benedictionem. Quando litteras tue magnitudinis accepi, longe ad Urbe maxime causa infirmi aeris aberant*[a], *cum quibus necessarium erat tractare, quod vestre legationi ad plenum, sicut oportet, responderem. Vester etiam nuncius, horum videlicet portitor, ob predictam causam egritudinis timebat diu*[b] *nobiscum manere. Sed quia desideramus, non solum vobiscum, quem Deus in summo rerum culmine*[c] *posuit, sed et cum omnibus hominibus pacem, que in Christo est, habere, ius*[d] *suum unicuique observare, cupio*[e] *tibi summopere corde et animo adherere. Novi enim, quod te credo non ignorare, quia qui Deum revera diligunt et Romanam eclesiam Romanumque inperium ad vindictam suorum criminum non pertimescunt, inter nos pacem et concordiam inserere agendo vel orando concupiscunt. Quapropter bonam concepi fiduciam, quod*[f] *hanc nostram, immo tocius eclesie causam cepisti*[g] *religiosis hominibus committere, qui nos, non nostra iniuste, diligunt, et ut christiana instauretur religio, sancta*[h] *intentione requirunt. Ego autem, ut paucis loquar, horum consilio paratus sum, Christo favente, gremium tibi sancte eclesie aperire, teque ut dominum et*[i] *fratrem et filium suscipere, auxiliumque prout oportuerit prebere, nichil aliud a te querens, nisi ut ad monita tue salutis non contempnas aurem inclinare, et Creatori tuo, sicut te decet, non contradicas gloriam*[k] *et honorem offerre. Valde quippe indignum est, ut honorem, quem a conservis et fratribus nostris exigimus, Creatori et Redemptori nostro reddere contempnamus. Moveat itaque nos divina promissio, qua dicitur: „Ego glorificantes me glorifico*[l]*, et qui me contempnunt, erunt ignobiles“, et offeramus ei, quod placet nobis in*[m] *hac vita seculari, ut perfruamur in celestibus dono spirituali. De superbia vero Saxonum vobis iniuste resistentium, que divino iudicio a facie vestra contrita est, et gaudendum est pro pace eclesie et dolendum, quia multus sanguis*[n] *christianorum effusus est. Vos autem in talibus plus honorem Dei et iusticiam eius procurate defendere, quam honori proprio providere. Securius enim quilibet princeps mille inpios potest causa iusticie punire, quam sue*[o] *glorie causa quemlibet christianum gladio sternere. Omnia*[p] *creavit et regit, qui dixit: „Ego gloriam meam non quero.“ Saluti quippe nostre tunc*[q] *providemus, dum*[r] *in cunctis nostris actibus gloriam Dei preponimus. De Herimanno vero quondam nuncupato Babenbergensi episcopo noverit vestra sublimitas, quia iam diu est, ex quo per quendam eiusdem eclesie clericum*[s] *misimus litteras nostras vobis nostroque confratri archiepiscopo Mogontino, quod auctoritate apostolice sedis ab omni episcopali et sacerdotali dignitate sit depositus et anathematis vinculo alligatus, quia non timuit simoniace heresi sacrilegium adicere sanctamque eclesiam sibi commissam sicut tirannus devastare. Unde rogavimus et ex parte beati Petri precepimus et precipimus, ut in predicta eclesia secundum Deum talis pastor ordinetur, qui, quod fur et latro mactavit, Deo favente vivificet, et quod ille dissipavit, valeat resarcire. Omnipotens Deus, a quo bona cuncta*[t] *procedunt, meritis et intercessione beatorum apostolorum Petri et Pauli sua*[u] *vos pietate in hac vita protegat et defendat, et cum dupla victoria perducat ad vitam eternam.* Sed rex vacanti illi cathedre suo more consuluit, subrogato eidem Herimanno alio, nomine Rodberto, non quia vita et sapientia esset episcopatu dignior, sed quod regis flagiciorum maior esset in omnibus assentator. *Interea rex iterum congregabat exercitum, ut Octo- *fol. 174. Bruno c. 51.
bri mense Saxoniam ingressus, fruges, quas Iulio mense multas in agris viderat, aut utendo aut conburendo consumeret, populumque totum vel morti vel perpetue servituti traderet. Econtra Saxones magno periculo facti prudentes, cum non minore venerunt exercitu, aut suam libertatem bello retenturi, aut eam cum vita simul amissuri. Itaque uterque exerci-

a) aberāt *c.* infirmitatis aberamus *Regest.* b) *deest R.* c) p. c. *R.* d) iusque *R.* e) cupimus *R.* f) quia *R.* g) r. h. cep. *R* h) suam intentionem *R.* (*male.*) i) *deest R.* k) off. g. et h. *R.* l) glorificabo *R.* m) hac in *R.* n) chr. s. *R.* o) propriae c. gl. *R.* p) O. enim *R.* q) t. vere *R.* r) cum *R.* s) cl. v. n. c. Sigifredo Moguntino a. et clericis praedictae ecclesiae misimus per nostras litteras, quod *R.* t) c. b. *R.* u) s. p. in h. v. vos p. et cum *R.*

80) v. Gregorii VII. Reg. III, 7.

Bruno l. l. tus in loco qui dicitur Everha convenerunt. Tamen exercitus regis ad prelium non ut antea promptus erat, quia non, ut audierant, inbelles esse Saxones experti erant, et magna sibi pars de priori multitudine deerat. Nam Bertoldus et Rodolfus duces a priori prelio reversi, quadragesimas publice pro Dei timore ieiunaverant et amplius pro rege contra Saxonum innocentiam non pugnare fideliter Deo voverunt. Hi ad Saxones miserunt; acceptaque et data fide, ad secretum colloquium principes utrimque convenerunt, illique in sua fide promiserunt, si principes Saxonum se sponte tradendo regi vellent honorem facere, et tota Saxonia staret in pace, et ipsi nec in dura nec in longa forent captivitate. Fama etiam erat, regem iurasse principibus, si hoc ad honorem suum perficerent, in principio Novenbris proximi omnes ad sua cum gratia sua remitteret. Tunc episcopi, duces, comites, ceterique maiores Saxonum et Thuringorum, fide
c. 55. accepta, regie potestati se sponte tradiderunt, suumque populum valde tristem in patriam redire iusserunt. Quibus per custodias distributis, rex omisso exercitu Saxoniam cum magna gloria ingreditur, et ab his qui domi erant cum maiore gloria suscipitur. Sed quia crudelitatis antique non inmemor timeri tantum nec amari curabat, nec Saxones sibi fideles, nec alias regni sui nationes devotas habebat, et laudem apud exteras gentes, quam posset habere, perdebat. Amicis enim non minus quam hostibus crudelis erat, quamvis prius in amicos crudelitatem exercebat, ut hostes ex hoc cognoscerent, quid sibi futurum sperarent. Denique Ekberti marchionis de Bruneswic, qui Saxonibus nullum fecerat
c. 56. anxilium, sed regi, utpote valde propinquo genere, toto animo favebat, possessiones prius invasit, deditque illas Othelrico de Godesheim, qui quia prorsus timorem Dei abiecerat, Godeshaz agnomen habebat. Deinde captivorum principum bona, que ipsis manere integra debuerant, suis est largitus, et que suis principibus bona promiserat, in eos omnia fefellit. Tunc urbes et castella et quascumque municiones adhuc habebat Saxonia, suis sequacibus commendavit, et ut per
c. 64. totam regionem tirannidem exercerent, inperavit. Interea omnes semitas, que per montes ducunt in Italiam, rex claudi precepit, ne rei veritas ad apostolicum prius veniret, quam ipse per legatos in suum favorem ipsum apostolicum traduceret. Deinc misit Romano pontifici legatos, eique mandavit, episcopos Saxonie sui ordinis oblitos, contra se in prelio congressos fuisse, rogavitque, eos, utpote infideles, periuros et belli civilis auctores, a gradu sacerdotali deponi, quatenus tales, per quos ecclesia pacata regeretur, ipse in eorum locum subrogaret. Sed fama iam ad apostolicum precesserat eique totam rei geste seriem veraciter indicaverat. Misit ergo regi litteras, quibus eum de multis aliis criminibus arguebat, et ut, captivos episcopos ecclesiis bonisque suis integre restitutis, concilium in eo loco, quo venire posset apostolicus, congregaret, oravit, ubi episcopi vel, si digni essent, episcopalem perderent dignitatem, vel iniuriarum quas erant passi canonicam reciperent satisfactionem. Quodsi in his rex sacris canonibus inobediens existeret et excommunicatos a sua societate non repelleret, se eum anathematis gladio ab unitate ecclesie abscisurum. Qua legatione suscepta, et venientibus suis, quos miserat apostolico, confirmata, tristis valde fuit, quia in apostolica dignitate malicie sue, sicut sperarat, auxilium non invenit.

fol. 174. c. 57. A. d. i. 1076. Rex Heinricus cum frequencia sue partis principum natale Domini Goslarie celebravit, ac festum salutis humane principium Ottonis ducis nece contaminare disposuit; quem Christus ad honorem sue nativitatis mirabiliter eripuit. Quem Ottonem Roberto Babenbergensi episcopo rex servandum commiserat, qui eum in castello quodam, dum ipse ad curiam regis iret, militibus suis custodiendum tradiderat. Quo rex, nesciente episcopo, mittens, adduci eum precepit, ita ut temporum vicibus mutatis, per noctes irent et per dies noctium vice quiescerent. Cumque in media nocte a quatuor armatis inermis ipse ductus Goslariam venisset, et illi per curtem ad silvam tendere cepissent, tunc primum intellexit, quod in silva se furtim occidere inssi fuissent, rogavitque, ut sibi ad monasterium orare liceret. Quibus negantibus, subito unius eorum gladium apprehendit per capulum, et sic elapsus ab eis, ad episcopi Babenbergensis hospicium pervenit, et cum magno strepitu ipso excitato, quid secum ageretur innotuit auxiliumque poposcit. Quibus per oppidum divulgatis, rex eum perdere non ausus, libere per curiam quo vellet ire permisit. Ille, ut erat vir prudens, frequenter ad consilia regis accessit, ac in brevi promeruit, ut quicquid ad honorem regis pertineret, eius consilio rex
c. 58. maxime disponeret. Et quia, principes illos, qui Saxonum principes in custodia habebant, Goslarie esse, compertum erat, Magedaburgenses quidem Udoni Treverensi archiepiscopo, cetere quoque civitates vel provincie singule pro sui episcopi
Lamb. seu primatis ereptione singulis illis supplicationum litteras transmiserunt. Hoc tempore Godefridus, qui et Gozelo, dux Lotharingie, occisus est in civitate que dicitur Antwerpia, per insidias Ruodberti Flandrensis comitis. Nam eum nocte, quiescentibus omnibus, ad necessitatem nature secessisset, spiculator confodit eum per secreta natium, relictoque in vulnere ferro, aufugit. Erat quidem vir magnanimus, sed gibbosus, et pro parte regis Saxonum hostis sevissimus.
Bruno c. 75. Mortuus est 4. Kal. Marcii atque Werdunis iuxta patrem suum sepultus est, nec purgatus ultima confessione, nec munitus sacra communione. Huic nupserat supradicta Machtildis, filia Beatricis ex Bonifacio marchione de Langobardia, quam postea dux Welpho, ducis Bawarie Welphonis filius, uxo-
c. 60. rem duxit; sed neuter horum filios ex ea suscepit. Igitur cum rex omnes in Saxonia municiones suis presidiis occupasset, obsides multos secum ducens, et qui tributa exigerent apud eos relinquens, in media quadragesima a Saxonia ad alias regni partes profectus est, et his qui fortiter pro se pugnaverant, pro triumphalibus donis mortem inferre molitus est. Itaque cum tribus fortissimis viris armatis quandam domum desertam medio noctis intravit, et unum ex militibus Rodolfi Snevorum ducis secreto introduxit. Qui cum visis gladiis obstupuisset, rex quoque multis eum promissionibus onerasset, ut Rodolfum ducem occideret, ille non amore promissorum, sed timore presentium gladiorum, hoc se facturum iuramento confirmavit. Mane cum dux de virtute et fide laudatus a rege cum multa suavitate dimissus abiret, ille velociter insequitur, et lancea protensa per mediam turbam festinans, alto clamore ducem occidere minabatur. A militibus vero circumdatus et causam interrogatus, quod in nocte gestum erat exposuit, et proiectis armis, ipsi
c. 61. duci, quod eum occidere coactus iurasset, aperuit[a]. Alio tempore cum idem dux reginam manu sua a monasterio duceret, rex sagittario cuidam precepit, ut eum iuxta reginam transfigeret. Sed ab ipso sagittario dux premonitus, inventa
c. 62. quacumque occasione, festinus a regina recessit. Tercia vice, cum cause quedam coram rege agerentur, et dux cum paucis suorum interesset, nunciatum est ei, quod duo regis famuli cum nudis gladiis ianuam obsiderent, qui eum egredientem perfoderent. Qui occulte suos cum gladiis adesse et aliquos cubiculum intrare, ceteros iussit pro foribus stare, et accedens ad ianuam, *Tales,* inquid, *ianitores hic nollem vidisse, nec deinceps volo videre.* Abiitque cum magno furore,
c. 63. dicens, quod et inplevit, numquam se amplius ad regis curiam venturum. Simili dolo Bertoldum ducem de Zaringe perdere voluit, quia hi eius malicie magis videbantur obsistere. Fertur etiam, dum ipse quadam die cum suis moraretur in cubiculo et episcopi ceterique primates excubarent in vestibulo, consciis suis et fautoribus dixisse: *Isti sunt, qui regni*
* fol. 175. *mei divicias habent * et me meosque omnes in paupertate reliquerunt. Si viri estis et divicias habere cupitis, hos inermes invadite, et omnia que illi possident accipite.* Habebat autem semper in cubiculo multas secures lato ferro splendentes,

a) exposuit *corr.* aperuit *c.*

quibus nec clipeus nec galea possent obsistere. Quod nisi Anno Coloniensis archiepiscopus ab uno consciorum fuisset submonitus, nefarium scelus ea die fuisset admissum. Rex pascha Traiecti celebravit, ubi ducatum Lotharingie filio suo Conrado, marcam vero que Antwerpa dicitur Godefrido, consobrino predicti Gocelonis seu Godefridi ducis, inpigro ad rem militarem adolescenti, tradidit, qui etiam postea Lotharingie ducatum obtinuit. Iste est Godefridus, qui post annos ferme 20, cunctis que possederat in precia redactis, cum armata manu Hierosolimam profectus, eam expugnavit, ipseque in ea regnavit. Pater eius fuit comes Eustachius, mater vero Ida, soror predicti Gocelonis ducis. Fratres eius erant Balduvinus, qui ei in regno Hierosolimitano successit, et Eustachius comes de Bun[81]. Bruno l. l. Lamb.

Concilium habitum est apud Wormaciam presente rege Heinrico. Qui Heinricus correptiones domni apostolici dedignatus, cum suis deceptoribus singulis vel binis consilium iniit, qualiter vicem redderet contumelie, quod eum Romanus pontifex minatus sit exconmunicandum, cum id priscis temporibus foret inauditum. Unde factum est, ut Wormacie concilio episcoporum habito, omnes pene Teutonici regni preter paucos de Saxonia pontifices papam Hildebrandum Gregorium abdicarent, mittentes epistolam ad illum, post multas culpationes in illum coniectas ita conclusam: *Quia ergo et introitus tuus tantis periuriis iniciatus est et ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem tuarum novitatum periclitatur, et vitam conversationemque tuam tam multiplici infamia dehonestasti: obedientiam, quam tibi nullam promisimus, nec de cetero ullam servaturos renunciamus; et quia nemo nostrum, ut tu publice declamasti, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum eris apostolicus.* Rex vero, ne ullus eorum posset id postmodum negare, fecit unumquemque eorum propria manu, nomine suo prenotato, cartis singulis inscribere abdicationem in Hildebrandum hoc modo: *Ego N. civitatis N. episcopus Hildebrando subiectionem et obedientiam ex hac hora et deinceps interdico, et eum apostolicum nec habebo nec vocabo.* Sciendum vero, quod pauci episcoporum hec fecerunt ex animo, qui et ipsi auctores fuere consilio, plures vero mortis timore tunc subscripserunt, sed cum primum data est oportunitas, apostolico supplices confessionis litteras direxerunt, reos se profitentes[a], sed excusationem necessitatis obtendentes. Deinde rex per totam Italiam misit epistolas, donis et promissis in suum favorem illius terre episcopos inclinans, in tantum ut, quem Teutonici solummodo scripto, illi abdicarent eciam iuramento. Romanos etiam plurimos pecunia corrumpens, ut Hildebrandum abicerent, per litteras oravit. Apostolico etiam, ut sedem apostolicam nomenque relinqueret, plenas contumeliis litteras misit. Quarum omnium exemplar hoc est: *Heinricus Dei gratia rex, universo sancte Romane ecclesie clero et populo gratiam, salutem et omne bonum. Hec fides firma et inconcussa creditur, que semper et eadem et presenti et absenti servatur, nec diuturna eius cui debetur absentia, nec longi temporis tedio inmutatur. Quam talem vos nobis servare scimus et gratias agimus, et ut eadem perseveret petimus, videlicet ut, sicut facitis, amicis nostris amici, inimicis inimici iugiter existatis. Inter quos scilicet Hildebrandum monachum notantes, vos in eius inimiciciam excitamus, quia hunc ecclesie invasorem et oppressorem et Romane rei publice vel regni nostri insidiatorem deprehendimus, ut in subsequenti epistola sibi a nobis directa pernoscere in promptu est: „Heinricus Dei gratia rex Hildebrando. Cum hactenus ex te ea que patris sunt expectarem tibique in omnibus magna fidelium nostrorum indignatione obedirem, percepi a te vicissitudinem, qualem oportebat ab eo qui vite regnique nostri perniciosissimus hostis esset. Nam cum in primis omnem hereditariam dignitatem, que michi ab illa sede debebatur, superbo ausu rapuisses, longius inde progrediens, regnum Italie pessimis artibus alienare temptasti. Nec hoc contentus, in reverentissimos episcopos, qui nobis velud dulcissima membra uniti sunt, manum mittere non timuisti, eosque superbissimis iniuriis acerbissimisque contumeliis contra divina et humana iura, ut ipsi aiunt, exacerbasti. Que omnia cum ego quadam pacientia dissimularem, tu hoc non pacientiam sed ignaviam existimans, in ipsum caput ausus es insurgere, mandans que nosti, scilicet ut tuis verbis utar, quod aut tu morereris aut michi animam regnumque tolleres. Hanc inauditam contumatiam ego non verbis sed re confutandam diiudicans, generalem[b] conventum omnium regni primatum ipsis supplicantibus habui. Ubi cum ea, que hactenus metu et reverentia tacebantur, in medium deducta fuissent, veris assertionibus illorum, quas ex ipsorum litteris audies, palam factum est, te nullatenus in apostolica sede posse persistere. Quorum sententia quia iusta et probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque assentiens, omne tibi papatus ius, quod habere visus es, abrenuncio, atque ut a sede urbis, cuius michi patriciatus Deo tribuente et iurato Romanorum assensu debetur, ut descendas edico.“ Hec series epistole nostre ad Hildebrandum monachum. Quam idcirco et vobis scripsimus, ut et vobis nostra voluntas, et nobis, immo Deo et nobis, vestra satisfaciat caritas. Exsurgite igitur in eum, fidelissimi, et sit primus in fide primus in eius dampnatione. Non autem ut sanguinem eius fundatis, dicimus, quippe cum maior sit ei post depositionem pena vita quam mors, sed ut eum, si nolit descendere, cogatis, et alium communi omnium episcoporum et vestro consilio a nobis electum in apostolicam sedem recipiatis, qui quod iste in ecclesia vulneravit, curare et velit et possit. Heinricus non usurpative, sed pia Dei ordinatione rex, Hildebrando, iam non apostolico, sed falso monacho. Hanc talem pro confessione tua salutationem promeruisti, qui nullum in ecclesia ordinem preteristi, quem confusionis non honoris, maledictionis non benedictionis participem non feceris. Ut enim de multis pauca et egregia loquamur, rectores sancte ecclesie, videlicet archiepiscopos, episcopos, presbiteros non modo tangere sicut christos Domini non timuisti, quin sicut servos nescientes quid faciut Dominus eorum sub pedibus tuis calcasti, in quorum conculcatione[c] tibi favorem ab ore vulgi conparasti, quos omnes michil scire, te autem omnia nosse iudicasti; qua utique sententia non ad edificationem, sed ad destructionem uti studuisti, ut iure hoc beatum Gregorium, cuius nomen tibi vindicasti, de te prophetasse credamus sic dicentem: „Ex affluentia subiectorum plerumque animus prelati extollitur et estimat se plus omnibus nosse, cum se videt plus omnibus posse.“ Et nos quidem hec omnia sustinuimus, dum apostolice sedis honorem servare studeremus. Sed tu humilitatem nostrum timorem fore intellexisti, ideoque et in ipsam regiam potestatem nobis a Deo concessam exsurgere non timuisti, quam te nobis auferre ausus es minari, quasi nos a te regnum acceperimus, quasi in tua et non in Dei manu sit regnum vel inperium, qui dominus noster Iesus nos ad regnum, te autem non vocavit ad sacerdocium. Tu enim his gradibus ascendisti, scilicet astucia, quod monachica professio adhominatur, pecuniam, pecunia favorem, favore ferrum, ferro sedem pacis adisti, et de sede pacis pacem turbasti, dum subditos in prelatos armasti, dum episcopos nostros a Deo vocatos tu non vocatus spernendos docuisti, dum laicis ministerium eorum super sacerdotes usurpasti, ut ipsi deponant vel contempnant, quos ipsi a manu Dei per inposicionem manuum episcopalium docendi acceperant. Me quoque, qui licet indignus inter christos ad regnum sum unctus, tetigisti, quem sanctorum patrum tradicio soli Deo iudicandum docuit, nec pro aliquo crimine, nisi a fide, quod absit, exorbitaverim, deponendum asseruit, cum elium Iulianum apostatum prudentia sanctorum episcoporum non sibi sed soli Deo iudicandum deponendumque conmiserit. Ipse quoque verus papa beatus Petrus clamat: „Deum timete, regem honorificate!“ Tu autem, quia Deum non* Bruno c. 65. Ekk. Bruno c. 65. c. 66. *fol. 175'. c. 67.

a) profitententes *duabus lineis c.* b) generale *c.* c) concultione *c.*

81) Boulogne.

Bruno l. l. *times, me constitutum eius inhonoras. Unde beatus Paulus, ubi angelo de celo, si alia predicaverit, non pepercit, te quoque in terris alia docentem non excepit. Tu ergo hoc anathemate et omnium episcoporum nostrorum iudicio et nostro dampnatus, descende, vindicatam sedem apostolicam relinque; alius in sedem beati Petri ascendat, qui nulla violentiam religione palliet, sed beati Petri sanam doctrinam doceat. Ego Heinricus Dei gratia rex cum omnibus episcopis nostris tibi dicimus:*

c. 68. *„Descende, descende.“* Que littere cum domno pape, in basilica Lateranensi sancte sinodo presidenti, fuissent allate, et coram sinodo palam recitate, tanta fit in eclesia conmocio, ut legatus, nisi inter apostolici pedes defensionem invenisset, membratim laniatus interisset. Sequenti die domnus papa coram sinodo declaravit, qua mansuetudine regem de magnis criminibus corripuisset, utque episcopos a captivitate [solveret[a]] quanta suavitate rogasset et iussisset, quantamque superbie amaritudinem recepisset. Deinde cunctis acclamantibus, ne talis contumelia remaneret inulta, omnium consilio et consensu Heinricum sinodali iudicio dampnavit regisque nomine et honore privavit atque anathematis gladio percussit:

*fol. 176. c. 69. 70. *Beate Petre apostolorum princeps, inclina quesumus pias aures nobis, et audi me *servum tuum, quem ab infancia nutristi et usque ad hanc diem de manu iniquorum liberasti, qui me pro tua fidelitate oderunt et odiunt. Tu michi testis es et domna mea mater Domini et beatus Paulus frater tuus inter omnes sanctos, quod tua sancta Romana eclesia me invitum ad sua gubernacula traxit, et ego non rapinam arbitratus sum ad sedem tuam ascendere, pocius volui vitam meam in peregrinacione finire, quam locum tuum pro gloria mundi, pro ingenio seculari arripere, et in Deo ex tua gratia, non ex meis operibus credo, quod placuit tibi et placet, ut populus christianus specialiter tibi conmissus michi obediat specialiter pro vice tua michi conmissa, et michi tua gratia est potestas a Deo data ligandi et solvendi in celo et in terra. Hac itaque fiducia fretus, pro eclesie tue honore et defensione ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti per tuam potestatem et auctoritatem Heinrico regi, filio Heinrici inperatoris, qui contra tuam eclesiam inaudita superbia insurrexit, tocius regni Teutonicorum et Italie gubernacula contradico, et omnes christianos a vinculo iuramenti, quod sibi fecerunt vel facient, absolvo, et ut nullus ei sicut regi serviat, interdico. Dignum est enim, ut qui studet honorem eclesie tue inminuere, ipse honorem amittat quem videtur habere. Et quia sicut christianus contempsit obedire, nec ad Deum rediit, quem dimisit, participando exconmunicatis, et multas iniquitates faciendo, meaque monita, que pro salute sua sibi misi, te teste, spernendo, seque ab eclesia tua, temptans eam scindere, separando: vinculo eum anathematis vice tua alligo, et sic eum ex fiducia tua alligo, ut sciant gentes et conprobent, quia tu es Petrus, et super hanc petram filius Dei vivi edificavit eclesiam suam, et porte inferi non prevalebunt*

c. 71. c. 72. *adversus eam.* Non multo post domnus apostolicus ad Teutonicas partes misit epistolam, cuius exemplar hoc est: *Gregorius episcopus, servus[b] servorum Dei, omnibus episcopis, ducibus, comitibus ceterisque fidelibus in regno Teutonico christianam fidem defendentibus salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus, quosdam inter vos de exconmunicatione, quam in regem fecimus, dubitare, ac querere, utrum iuste exconmunicatus sit, et si nostra sententia ex auctoritate legalis censure ea qua debuit deliberatione progressa est. Quapropter, qualiter ad exconmunicandum illum addacti sumus, prout verius potuimus, teste conscientia nostra, oculis et intellectibus omnium patefacere curavimus, non tam ut singulas causas, que, heu! nimium note sunt, quasi nostro clamore in publicum proiciamus, quam ut eorum opinioni satisfaciamus, qui putant, nos spiritualem gladium temere et magis motu animi nostri quam divino metu et iusticie zelo arripuisse. Cum adhuc in diaconatus officio positi essemus, pertata ad nos de actionibus regis sinistra et multum inhonesta fama, propter inperialem dignitatem et reverentiam patris ac matris eius necnon propter spem ac desiderium correctionis sue sepe eum per litteras et nuncios admonuimus, ut a pravitate desisteret, ac memor clarissimi generis ac dignitatis sue, vitam suam moribus, quibus regem et futurum Deo donante deceret inperatorem, institueret. Postquam autem ad pontificatus apicem licet indigni venimus, cum illius etas pariter cresceret et iniquitas, intelligentes, Deum omnipotentem tanto districtius de manu nostra animam illius requisiturum, quantum nobis ad increpandum illum pre ceteris libertas data fuisset et auctoritas, multo sollicicius eum modis omnibus arguendo, obsecrando, increpando ad emendationem vite sue hortati sumus. Quod[c] cum sepe nobis devotas salutaciones et litteras mitteret, excusans se tum ex etate, quod fluxa esset et fragilis, tum quod ab his, in quorum manibus curia erat, multociens male sibi suasum atque consultum sit, monita nostra de die in diem se promptissime suscepturum verbis quidem promisit, ceterum re atque exaggeratione culparum penitus conculcavit. Inter hec quosdam familiares suos, quorum consiliis et machinationibus episcopatus et multa monasteria, inductus per precium, lapis pro pastoribus simoniaca heresi fedaverat, ad penitenciam vocavimus, quatenus et bona eclesiarum, que per interventum tam scelerati conmercii sacrilega manu susceperant, venerabilibus locis, ad que pertinerent, dum adhuc locus esset emendandi, [redderent[d]] et ipsi pro perpetrata iniquitate per lamenta penitudinis Deo satisfacerent. Quos dum ad hec exequenda datas indurias spernere et in consueta nequicia pertinaciter stare cognovimus, sicut dignum erat, sacrilegos et ministros ac membra diaboli a conmunione et corpore tocius eclesie separavimus, et regem, ut eos a domo sua, a consiliis et conmunione expelleret, admonuimus. Interim aggravescente contra regem Saxonum causa, cum vires et presidia regni ex maxima parte a se deficere velle videret, iterum nobis*

*fol. 176'. *epistolam supplicem direxit *et omni humilitate plenam, in qua omnipotenti Deo et beato Petro ac nobis valde culpabilem se videns, etiam preces obtulit, ut quod ex sua culpa in eclesiasticis causis contra canonicam[e] et decreta sanctorum patrum factum esset, nostra apostolica providentia et auctoritate corrigere studeremus, atque in ea suam nobis per omnia obedientiam, consensum et fidele promisit adiatorium. Hoc etiam postea a confratribus nostris et legatis Humberto Prenestino et Geraldo Ostiensi episcopis, quos ad illum misimus, ad penitenciam susceptus, in illorum munus per sacratas stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit. Deinde post aliquod commisso cum Saxonibus prelio, pro victoria quam adeptus est tales Deo grates et victimas obtulit, ut vota que de emendatione sua fecerat continuo frangeret, et nichil eorum que promiserat attendens, exconmunicatos in suam familiaritatem et conmunionem reciperet et eclesias in eum quam consueverat confusionem traheret. Qua de re gravi dolore percussi, quamvis post contempta celestis regis beneficia pene omnis spes correctionis eius nobis ablata sit, adhuc tamen animum eius temptandum fore decrevimus, magis cupientes, eum apostolicam mansuetudinem audire quam experiri severitatem. Itaque misimus ei epistolas conmonitorias, ut meminerit, quid et cui promiserit, ne credat, se posse fallere Deum, cuius quanto prolixior est pacientia, tanto severior est, cum iudicare ceperit, ira; neu inhonoret Deum honorantem se, neu potentiam suam ad Dei contemptum et apostolicam temptet extendere contumeliam, sciens, quod superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Preterea misimus ad eum tres viros religiosos, suos utique fideles, per quos eum secreto monuimus, ut penitentiam ageret de sceleribus suis, que quidem dictu horrenda sunt, pluribus autem nota et in multis partibus divulgata, propter que eum non solum exconmunicari usque ad condignam satisfactionem, sed ab omni honore regni absque spe recuperationis destitui, divinarum et humanarum legum testatur auctoritas; postremo nisi exconmunicatos a sua participatione divideret, nos nichil aliud de eo iudicare posse, nisi ut separatus ab eclesia in exconmunicatorum consortio foret, cum quibus ipse pocius quam cum Christo partem elegit habere. Sane si nostra monita suscipere et vitam suam corrigere vellet, Deum testem invocavimus et invocamus, quantum nos de eius salute et honore gauderemus et cum quanta*

a) *deest c.* b) *bis scriptum c.* c) Qui *Bruno.* d) *deest c.* e) *deest vocabulum; v. editionem Brunonis SS. V. 355. nota c.*

eum in gremium sancte ecclesie caritate amplectemur, utpote eum, qui princeps populi constitutus et amplissimi regni gubernacula teneus, catholice pacis et iusticie defensor esse deberet. Verum quanti ipse aut scripta aut per legatos missa verba nostra fecerit, eius facta declarant, qui indigne ferens se a quoquam reprehendi aut corripi, non solum a perpetratis ad emendationem revocari non potuit, sed ampliori conscientie sue furore arreptus, non prius cessarit, donec episcopos pene omnes in Italia, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit, circa fidem Christi naufragare fecit, dum eos debitam beato Petro et apostolice sedi obedienciam et honorem a domino nostro Iesu Christo concessum abnegare subegit. Cum igitur iniquitatem eius ad summum prodisse vidimus, pro his causis, videlicet primum quod ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu simoniace heresis excommunicati sunt, abstinere voluit, deinde quod pro criminosis actibus vite sue penitenciam non dico suscipere, sed nec promittere quidem voluit, mentita ea fide quam in manus legatorum nostrorum promiserat, necnon quod corpus Christi, id est unitatem sancte ecclesie, scindere non expavit: pro his inquam culpis sinodali iudicio eum excommunicavimus, ut quem mites non potuimus, vel severi ad viam salutis Deo adiuvante revocare valeamus, aut si, quod absit, nec districtionis censuram pertimuerit, nostra saltem anima negligentie aut timoris discrimini non succumbat. Si quis igitur hanc sententiam iniuste vel irrationaliter prolatam esse putaverit, si talis est, ut sacris regulis intelligentie sensum prebere non velit, nobiscum inde agat, et non quid nos, sed quid divina auctoritas doceat, quid discernat, quid consona sanctorum patrum vox iudicet, pacienter audiens, adquiescat. Nos tamen non estimamus, quemquam fidelium, qui eclesiastica statuta noverit, hoc errore teneri, ut non hoc, etsi publice affirmare non audeat, vel in corde suo recte factum esse perhibeat, quamquam, et si nos, quod Deus avertat, non satis gravi de causa aut minus ordinate eum huiusmodi vinculo[a] *ligaverimus, sicut sancti patres asserunt, non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio cum omni humilitate querenda. Vos autem, dilectissimi, qui iusticiam Dei non pro regia indignatione, non pro aliquo periculo deserere voluistis, fatuitatem eorum qui de execratione et mendacio, in consummatione parvi pendentes, viriliter state et confortamini in Domino, scientes, quod illius partem defenditis, qui insuperabilis rex ac semper magnificus triumphator iudicaturus* 'est vivos et mortuos, reddens unicuique secundum opus suum. *De cuius multimoda retributione et vos certi esse poteritis, si usque in finem fideles et inconcussi in eius veritate perstiteritis. Propter quod et nos incessanter pro vobis rogamus Deum, ut det vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine eius, et convertat cor regis ad penitenciam, ut et ipse aliquando agnoscat, nos et vos multo verius amare eum, quam qui nunc suis iniquitatibus obsequuntur et favent. Qui si Deo inspirante voluerit resipiscere, quicquid contra nos moliatur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra caritas nobis consuluerit, poratos inveniret.* Scripsit idem beatus papa de ipso negocio epistolam valde utilem, ubi inter cetera dicit: *Si beatus Gregorius, doctor utique mitissimus, reges, qui statuta sua super unum xenodochium violarent, non modo deponi, sed et excommunicari atque in eterno examine dampnari decrevit, quis nos Heinricum, non solum apostolicorum iudiciorum contemptorem, verum et ipsius matris ecclesie, quantum in ipso est, conculcatorem, tociusque regni, quantum in ipso est, et ecclesiarum inprobissimum predonem et atrocissimum destructorem, deposuisse et excommunicasse reprehendat, nisi forte similis eius?* Et post aliqua: *Quis nesciat, reges et duces ab his habuisse principium, qui Deum ignorantes, superbia, rapinis, perfidia, homicidiis, postremo universis pene sceleribus, mundi principe diabolo agitante, super pares dominari ceca cupiditate et intolerabili presumptione affectaverunt. Qui videlicet, dum sacerdotes Domini ad cestigia sua inclinare contendunt, cui rectius conparantur, quam qui est caput super omnes filios superbie, qui ipsum summum pontificem sacerdotum caput temptans et omnia illi mundi regna promittens ait: „Hec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me?“* Et aliquantis interpositis: *Nec valde sane mirandum est, quod multi pontifices iniquo regi, quem adeptis male per eum honoribus, diligunt, metuunt, consentiunt, qui simoniace quoslibet ordinando Deum pro vili etiam precio venduut. Contra quos profecto non tam disserendo quam pro eis est lacrimosis planctibus gemendum, ut omnipotens Deus illos a laqueis satane, quibus captivi tenentur, eripiat, et tandem vel post pericula ad agnicionem veritatis perducat. Sed quia nostri officii est, unicuique secundum ordinem vel dignitatem, qua videtur vigere, exhortacionem distribuere, imperatoribus et regibus ceterisque principibus, ut elationes maris et superbie fluctus comprimere valeant, arma humilitatis curamus providere.* Et post pauca: *Quapropter quos sancta ecclesia sua sponte ad regimen vel ad imperium deliberato consilio advocat, non pro transitoria gloria, sed pro multorum salute humiliter obediant, et semper caveant, quod beatus Gregorius in libro pastorali testatur: „Apostate angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur.“* Et paucis interpositis: *Honorem Dei semper suo preponant, iusticiam unicuique suum ius servando amplectantur atque custodiant, non eant in consilio impiorum, sed religiosis semper adquiescendo corde adhereant, sanctam ecclesiam non querant sicut ancillam sibi subicere, sed permaxime oculos illius, videlicet Domini sacerdotes, magistros et patres recognoscendo, decenter studeant honorare. Non carnali amore illecti*[b]*, studeant filium suum gregi, pro quo Christus sanguinem suum fudit, preponere, si meliorem illo et utiliorem possunt invenire, ne plus Deo diligendo filium, maximum sancte ecclesie inferant detrimentum. Patenter enim, Deum et proximum, sicut christianum oportet, non amare, convincitur, qui tante utilitati tamque necessarie sancte matris ecclesie, prout melius potest, negligit procidere:* Et in fine epistole: *Admonemus vos fratres et coepiscopos nostros, ne faciem principum trepidantes, veritatem eis dicere timeatis, iuxta illud Gregorii: „Cum in terra hominem contra veritatem*[c] *quilibet pacet, eiusdem veritatis iram celitus sustinet.“* Legatus itaque regis reversus, cum regi, qui tunc erat Traiecti, quod erat excommunicatus, indicaret, Willehelmi ipsius urbis episcopi consilio rex excommunicationem illam vilipendit. Episcopus quoque idem timens, ne, si populus hec audisset, a rege discederet, inter missas sermonem faciens ad populum*[d]*, derisorie, quod rex esset excommunicatus, indicavit, sed excommunicationem hanc nil valere, quibus poterat verbis, utpote facundus homo, confirmavit. Mox in ipso loco, in quo Romano pontifici derogabat, mala valitudine corripitur. Quo ingravescente, dum esset cum eo quidam homo regis, eumque rogaret, ut se cum suo mandato remitteret ad regem, *Hoc, inquid, *ei mitto mandatum, quod ipse et ego et omnes iniquitati eius faventes dampnati sumus in perpetuum.* Cumque a clericis suis, ne talia loqueretur, esset admonitus, *Quid aliud, inquid, loquar, nisi quod visibiliter intueor? Ecce enim demones lectum meum circumstant, qui me, cum expiravero, rapiant. Rogo ergo vos et omnes fideles, ne, cum obiero, fatigemini pro* 'faciendo supplicationes. In hac desperatione defunctus ille sapiens et per omnia vir honestus, si non esset avaricie veneno infectus, nullis orationibus Deo reconciliatus, diu iacebat insepultus, donec Rome quesito consilio, ne populus fetore corrumperetur, apostolici iussu sine commendationibus sepelitur. Non longe autem post mortem suam abbati Cluniacensi apparuit, priusquam eum obisse cognovisset. *Non sum, inquid, *vivus, sed mortuus et in inferno sepultus.* Igitur comperta legatione pape et excommunicatione seu depositione regis, qui Saxonum principes captivos habebant, eos in patriam gratis, Heinrico nesciente, dimiserunt. Quo tempore Bucco sive Burchardus Halberstadensis episcopus a miseranda dampnatione Dei est gratia mirabiliter liberatus. Dum enim Heinricus esset iuxta Danubium, habens secum Salomonem, sororis sue maritum, ab Ungrie regno similiter expulsum, quia temporibus illis vigebat depositio regum, genero suo redituro in patriam, in cuius extremitate paucas urbes vix retinebat, episcopum commisit, et ne in Teutonicis finibus amplius

Bruno l. l. · fol. 177. · fol. 177'. c. 71. c. 73. c. 82. c. 83.

a) u. cum *c.* b) electi *add.* vel illecti *c.* c) *post* ver. *vacabulum erasum c.* d) f. a. p. faciens *c.*

Bruno l. l. videretur, oravit; quod et ille promisit. Quod cum episcopus presensisset, amicos, quos ibi paucos habebat, paucis ut tempus monebat allocutus, rogavit pro Dei nomine, ut de sua cogitarent ereptione. Tunc Odelricus quidam dixit ei, stare quandam domum desertam[a] non longe a littore, monuitque eum, ut hanc temptaret arte qualibet intrare. Episcopus ergo cum[b] uno tantum cappellano navi inpositus iubetur precedere, donec Heinricus cum socero pransus sequeretur. Qui cor ad Deum cum devocione levans, ubi premonstratam vidit domum, rogavit nautas, in litus se exponere ob exequenda debita nature. Qui nil suspicantes, cum capellano[c] eum exire permiserunt. Qui longe remotus a littore, clamantibus illis ne longius abiret, appropinquat domui, Deumque invocans, leniter pulsavit. At Odelricus, paratis equis et sociis, die quiescens et nocte festinans, Dei misericordia comitante, Halberstad eum perduxit. Ubi cum inestimabili gratulatione populi est susceptus, ut etiam qui eum prius odio habuerant, in occursum eius leti gaudentesque concurre-

c. 81. rent. Principes ergo Saxonie ab exiliis diversis pene omnes reversi, ora suorum aperuerunt in laudem Dei. Invenerunt totam pene gentem congregatam, exigi tributa, iam libertatis retinende spe deposita, que iuberetur facturam. Herimannus autem Magni ducis patruus, et Theodericus de Katelenburh — hi namque prius aliquanto ceteris venerunt —, obstupefactis omnibus, *Nolite*, inquiunt, *optimi Saxones, nolite servitutis iugum recipere, nolite hereditatem vestram tributariam facere, nolite de misericordia Dei desperare; ecce nos, qui vestri causa nos in captivitatem dedimus, Dei clementia, illo qui nos tenebat invito, redimus, pro vobis et vestris pugnaturi quamdiu vivimus. Retinete ergo manus a tributis, retinete possessiones vestras liberas, sicut liberas eas a vestris parentibus accepistis. Vos autem fautores iniquitatis, qui misere plebis oppressione gratiam tiranni quesistis, ex hac hora vel nobiscum fideliter et inrati manete, vel sicut hostes infidi et periuri a patria nostra, numquam amplius reversuri, discedite.* Talibus verbis et hostes confusi, a ferocitate quiescunt, et cives confortati in unanimitatem facile coalescunt. Coadunati[d] denique presidia Heinrici ab omnibus castellis eiciunt, et his quorum erant libera restituunt. Possessiones alias, quas tirannus iniuste ereptas aliis donaverat, ad iustos possessores redire faciunt. Post hec diem et locum determinant, ubi ad defensionem patrie concordiam renovaturi conveniant, et in qui-

c. 85. bus infidelitatis suspicio remaneret, aut a finibus suis exire aut secum fideliter convenire conpellerent. His auditis, Heinricus Mogonciam turbatus venit, et cum residuis captivis de precio redemptionis sue agere cepit. Interea orta sedicione inter Mogontinos et Babenbergenses milites, civitas a Babenbergensibus incenditur, ita ut tota vel maxima pars eius arsura videretur; ad quam restinguendam dum Heinricus ipse et omnis populus festinaret, captivi sine custode relicti, inventa navi, Rhenum transierunt, et die noctuque festinantes, in patriam venerunt. Inter quos erat Gerdrudis,

c. 86. mulier nobilissima. Magni ducis noverca, quam Lodowig ante biennium captam ad extorquendam pecuniam Heinrico adduxerat. Heinricus videns sue voluntati cunctas res adversari, volebat legatos ad Saxoniam mittere, qui dicerent, se penitus iniusticiam cum viciis omnibus, quoad posset, velle abicere, se eis in omnibus pariturum dedere; sed qui hanc legationem portaret, nullum ex suis poterat invenire. Nam nullus dubitabat, quin, si quis Saxonibus valde exasperatis hoc nuncium falsitatis afferret, pro falsis promissis penas veraciter daret. Remanserant autem apud eum Werinherus Mage-

*fol. 178. daburgensis *archiepiscopus et eius nominis Mersburgensis episcopus qui cum possent invito rege ut alii redire, noluerant, quia in illo inpio Deum, a quo est omnis potestas, offendere timebant. Hos ergo legatos ad Saxoniam misit, sed de reditu nichil eis dixit. Illi vero Saxonibus tota voluntate quod erant iussi suadebant; sed Saxones, cognitis tot eius mendaciis, et hec promissa falsa esse non ambigebant. Cum vero vellent ambo episcopi eorum responsa reportare, iussi

c. 87. sunt unum e duobus eligere, aut nunc cum eis stare, aut ad eos ultra non redire. Principes ergo Saxonum simul adunati, iuramentis et obsidibus invicem datis, in unum se confirmant, et ut ad invicem firmissime cohererent, regem cui subiaceant omnes eligere deliberant. Sed cum audissent, quod Suevos tam crudeliter antiquum fedus infregisse penituit, ad eos legatos de renovando federe mittere complacuit, ut in unum convenientes et invicem sibi donantes, contra conmunem hostem, uno de se rege facto, concorditer starent. Apostolico etiam litteras miserunt, orantes, ut vel per se vel per legatum genti pene perdite consolator adesset. Sed[e] et alie regni partes a bellorum confusione libere non erant. Nam hi, qui Heinrico in abdicatione summi[f] pontificis assensum dare noluerant, quique summo pontifici, ne ei ut regi post depositionem[g] servirent interdicenti obedierant, graves ab illo persecutiones perferebant. Mense igitur Septenbri medi-

Ekk. Bruno c. 88. Ekk. ante, colloquium maximum aput Oppenheim factum est, ubi regni principes pene omnes, presidentibus patriarcha . . . .[h] cum episcopo Pataviensi, Romani pontificis legato, subiectioni Heinrici renuntiabant, eo quod a duobus apostolicis vocatus ad satisfactionem non venisset, et excommunicationis ac[~] depositionis sententiam, ipse tamen inauditus et absens,

Bruno c. 88. in Romana sinodo a papa Gregorio accepisset. Erat ibi Suevorum magna multitudo. qui cum ceteris omnibus Saxonicum exercitum, dum veniret, expectabant. Quibus propinquantibus, patriarcha ceterique primates, quia de recenti prelio utrorumque gladii adhuc cruore madebant, quamvis per legationes mutuas invicem sibi donassent, tamen ne, quod facile est armatis, sedicio a vilibus personis exorta factum fedus fede corrumperet, obviam Saxonibus ibant, et amiciciam, quam renovaverant absentes, nunc presentes firmare monebant. Hinc ergo dux Otto, ducatu Bawarie iniuste privatus, illinc Welpho, eodem honore non iuste sublimatus, hac condicione sibi invicem pacis osculum dederunt, ut electo propter quod utrimque convenerant novo rege, quicumque eorum honorem iure optineret, alter ei non invidens cederet. Similiter pacis oscula dederunt ordinis secundi sive tercii partis utriusque milites, quicquid invicem leserant non sine multo fletu invicem sibi donantes. Tunc facti ex hostibus amici fideles, castra tam vicina posuerunt, ut vicissim populus uterque sermones alterius non difficile posset audire. Cumque cepissent de rege constituendo sermones conferre, Saxones ex Suevis, Suevi ex Saxonibus unumquemlibet volebant eligere. Heinricum interim in altera Rheni ripa tenebat civitas Mogoncia, omni spe regni retinendi deposita. Misit tamen nuncios, qui temptarent eos ad misericordiam flectere, ut eius iam satis correpti correctionem dignarentur[i] accipere. Quam illi legationem accipere dedignati sunt, nisi prius per apostolici legatum ab anathematis vinculo solveretur. Postremo Heinrici penitentis humilitatem ea condicione accipere promiserunt, si omnia inplere vellet que ei facienda proponerent. Quod cum ille spopondisset, hoc primo proposuerunt, ut episcopum Wormatiensem, qui iam diu fuerat expulsus, potentem faceret urbis sue, deinde ut mox litteras scribi faceret, in quibus se fateretur iniuste Saxones afflixisse, quas ab illis perspectas imagine sua ipsis presentibus signari faceret et signatas per Italiam et Teutonicam terram mittendas ipsorum nunciis daret; ipseque Romam veniens, per dignam satisfactionem anathematis vinculo careret. Igitur episcopus statim cum magno honore Wormaciam deducitur; littere quoque eo quo dictum est modo bulla regis signate mittuntur; ipseque Heinricus tota se festinatione parabat, ut per summi pontificis indulgentiam ligamen anathematis exueret. Tunc primates qui convenerant singuli sacramento firmaverunt, ut, nisi Heinricus quartus,

a) dsertam *c.* b) *bis scriptum c.* c) capelano *c.* d) Coadadunati *c.* e) Sed — persecutiones perferebant *in ima marg. add. c.* f) sumi *c.* g) depopositionem *c.* h) *post* patriarcha *spatium vacuum exstat c.* i) dignaretur *c.*

Heinrici inperatoris filius, in Februarii mensis inicio a banno per apostolicum solutus fuisset, numquam amplius ullo Bruno l. l.
iugenio rex eorum nec appellaretur nec esset. Quod sacramentum primus fecit patriarcha et in litteras redactum apud se reposuit. Idem fecit Pataviensis episcopus, Romane sedis legatus, et post hos omnes qui aderant episcopi, duces, comites ceterique maiores et minores; sed episcopi plus aliis in hoc egerunt, quia iuramentum eciam in litteris servaverunt. Tunc misso legato rogaverunt apostolicum, in principio Februarii Augustam venire, ut, causa diligenter examinata coram omnibus, aut Heinricum absolveret, aut eo arcius ligato, alium sibi cum ipsius consensu eligerent, qui regnare sciret. His omnibus ibi peractis, exercitus uterque, Saxonum scilicet et Suevorum, cum multa caritate dividitur, et uterque tripudians et Deo laudes cantans, ad sua revertitur. Verum predictus patriarcha, qui horum maximus c. 75.
auctor extitit, postmodum Heinrico sociatus, retrogradus efficitur. Post modicum temporis *repentina morte preventus, *fol. 178'.
quia communicabat exconmunicatis, inconmunicatus et inconfessus huic vite subtractus est cum quinquaginta sociis, ut quos habebat in iniquitate participes, haberet in retributione consortes. Quid hunc solum memorem miserabiliter obisse, c. 74.
cum manifestum omnes Henrici familiares eque miseras mortes incurrisse et eos miseriores, qui erant illi fideliores, quia fides illa vera erat perfidia? Ex his erant Willehalmus Traiectensis episcopus et dux Lotharіorum cf. c. 76. 77. 78.
Gozelo vel Godefridus, de quibus iam dictum est[82], et Udo Treverensis et Eppo Cicensis episcopi, ut postmodum dicetur[83]. Burchardus Misnensis prefectus, dum in quadam urbe, cui preerat, ab urbanis c. 80.
invaditur, equo cui insidebat frustra calcaribus vulnerato, fugere molitur, quia equus sepe de velocitate laudatus, modo, cum maxime cursu opus erat, stacionarius effectus est. Mortuus est ergo cum magno anime sue periculo, quia sepe assensum prebuit periculoso sevissimi regis consilio. Godobaldus, dum equo suo noviter ferrato pedem posteriorem leva- c. 79.
ret, ut an apte repositum esset perspiceret, ab ipso pede in frontem percutitur et sic ab hac vita abstrahitur. Liuppol- c. 81.
dus, frater Bertoldi regis consiliarii, qui et ipse eius consiliarius erat, dum quadam die iuxta regem equitans cum eo sermones conferret, accipiter, quem sinistra portabat, volitare cepit, quasi capturam peteret. Ille vero post avem se parumper inclinans, ab equo gravis cecidit, et ensem, quo accinctus erat, vagina elapsum, capulo terre defixo, in pectore medio recepit, et qui sepe pravi consilii consors vel auctor fuit, sine consilio perpetue salutis ab hac vita recessit.

A. d. i. 1077. Hiems magna et nivosa ac nimis prolixa fuit. A 6. Kal. Decembris omnia (cf. Lamb.)
flumina glacie constricta sunt usque 14. Kal. Aprilis. Gregorius papa cum versus Augustam, ut Bruno c. 89.
erat rogatus, tenderet, ut ingrediente Februario cetui primatuum, ut placuerat, adesset, et hi, qui sedi apostolice obediebant principes ad hunc venerabiliter excipiendum festinarent, nunciatum est ei, Heinricum cum magno exercitu Italiam intrasse, et si ipse Alpes, ut volebat, transcendisset, alium papam pro illo constituere velle. Itaque misso principibus obviam celeriter legato, ipse tristis et multa timens revertitur, ut Italiam a gladio et igne tueatur. Heinricus c. 90.
autem per Italiam vagans loco, sed magis animo, quid ageret nesciebat. Nam nisi supplex apostolicum adiret ac per eum a banno solveretur, regnum se non recepturum sciebat; si autem eum adiret, ne pro magnitudine criminum regnum sibi auferret aut inobedienti vincula potestatis apostolice duplicaret, timebat. Tamen illam partem, in qua aliquid spei esse putabat, elegit, et invento papa in oppido Canusii, per triduum ante portam castri, deposito omni regio cultu, discal- Ekk.
tiatus et laneis indutus, perstitit, et asserens, se plus amare regnum celeste quam terrenum, non prius eum multo fletu Bruno c. 90. Ekk.
apostolice miserationis auxilium et consolationem inplorare destitit, quam, omnium qui aderant precibus et lacrimis intercedentibus, a domno apostolico, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam et sinum matris ecclesie receptus est, acceptis ab eo correctionis in futurum vite sue securitatibus multis. Eratque inter ceteras condicionis species prescriptum, ut regalem ornatum non nisi permittente apostolico sibi reponeret; secundo, ut Bruno c. 90.
eos qui erant exconmunicati convivio vel colloquio vitaret; tercio, ut quocumque tempore domno apostolico placeret, de omnibus que sibi obicerentur criminibus satisfaceret; quarto, ut ammodo nullum, qui ad limina apostolorum de quibuscumque terrarum locis tenderent, vel ipse vel aliquis eorum quos cohercere posset prohiberet. His ergo iureiurando firmatis absolutus ibid.
dimittitur, multum multumque monitus, ne Deo *menciatur; quia, si promissa non inpleverit, non modo priora vincula *fol. 179.
non auferantur, sed et alia strictiora superaddantur. Itaque reversus ad suos, cum cepisset eos a suo convivio separare, ceperunt tumultus facere, dicentes ei quia si eos, quorum sapientia et virtute regnum optinuisset, nunc a se repelleret, apostolicus ei nec illud redderet nec aliquid adquirere posset. His et aliis talibus verbis animus eius inmutatur et ad consueta pravorum consilio revertitur. Inponit capiti aureum diadema et in corde retinet ferro forcius anathema. Cum ergo domnus apostolicus satisfactionem criminum, ut prefinitum est, ab eo exigeret, ideni ipsius familiares portitores apostolicarum litterarum conprehensos iniuriis subdiderunt. Iterum aliqui ex principibus apostolice sedi faventibus litteras cum eisdem apostolicis mandatis ad eum miserunt, quas ille non accepit, et ad ea que dicebantur respondere nichil voluit. Tunc domnus Bernhardus cardinalis, qui huic legationi preerat, exconmunicationem ipsius, de qua condicionaliter, ut dictum est, absolutus erat, ut sibi mandatum fuerat, iteravit, ac regni gubernacula ei denuo interdixit. Igitur mense Marcio Saxones ac Suevi, mediantibus Sigefrido Mogontino metropolitano et Adalberone Wirceburgensi episcopo, Ottone de Northeim[a], Bertoldo duce de Zaringe aput Forcheim conveniunt; sed c. 91.
et de aliis regionibus legati aderant, qui quicquid isti de rei publice conmodo statuerent, laudare suos indicabant. Aderat etiam legatus apostolici, qui cuncta que de regno illi viriliter statuerent, apostolica auctoritate firmaret. Ex multis, quos dignos probitate in electione proposuerunt, tandem Rodolfum ducem Suevorum Saxones et Suevi concorditer sibi in regem elegerunt. Quem cum singuli rogarentur laudare, quidam volebant condiciones aliquas interponere. Otto dux namque non prius volebat hunc regem constituere, quam sponderet honorem iniuste ablatum sibi restituere. Sic et alii multi singulares causas interponebant, quas et ille se correcturum promittere volebat. Quod intelligens legatus apostolici, fieri prohibuit, et ostendens, eum non singulorum, sed universorum fore regem, ut universis iustum se promitteret, satis esse prohibuit. Ait etiam, si eo modo quo ceptum erat, promissionibus singillatim premissis eligeretur, electio non sincera, sed simoniaca heresi polluta videretur. Tamen quedam sunt ibi cause specialiter excepte, quas, quia iniuste

a) norhheim c.

82) supra pag. 706, 45. et 709, 63. 83) v. infra a. 1078.

Bruno l. l. viguerant, deberet emendare, scilicet ut episcopatus non pro precio nec pro amicicia daret, sed unicuique eclesie de suis electionem iuxta scita canonum permitteret. Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani pontificis est auctoritate corroboratum, ut regia potestas nulli per hereditatem, sicut ante fuit consuetudo, cederet; sed filius regis, etiam si valde dignus esset, pocius per electionem spontaneam, quam per successionis lineam rex perveniret[a]. Si vero non esset dignus regis filius, vel si nollet eum populus, quem regem vellet[b] facere, haberet in potestate. His omnibus lega- 5
cf. Ekk. liter constitutis, Rodolfus electus rex Mogonciam ab eis cum magno honore perducitur, ubi et consecratur a Sigefrido Mogontino archiepiscopo anno dominice incarnacionis 1077. 7. Kal. Aprilis.

Ekk. Rodolfus itaque, indigena Suevie, eo quo dictum est modo in regnum elevatus, non integris 4 annis regnavit, in illis tantummodo Teutonici regni partibus, que ab Heinrico iam exconmunicato defecerant. Quam regni divisionem bella intestina et homicidia, ecle- 10
siarum et eclesiasticarum rerum inaudita vastacio est secuta. Nam Heinricus regnum secundo sibi interdictum invadens, reliquas eius partes obtinuit. Novis eciam presumptionibus veteres exaggerans, quia regales reditus in duorum regum dimicationibus adnichilati erant, eclesiarum immo episcopatuum facultates, fugatis episcopis, suis suorumque usibus usurpavit. Sevissimis quoque preliis adversus Rodolfum conflixit, de quibus 15
Bruno c. 92. in suo loco dicetur. Igitur Rodolfus cum in civitate Mogontia regalem unctionem percepisset, in ipso unctionis die, — quo scilicet in introitu misse tota fidelium eclesia sub nomine Hierusalem ad spiritalem leticiam invitatur, unde et eodem die inter fideles haberi solet ludendi etiam a religiosis haud spernenda consuetudo — prandio novi regis
*fol. 179'. finito, iuvenes eius ad communem ludum duplicem ob causam venerunt, tum regie consecrationis, *tum maxime antique consuetudinis. Urbani vero magis faventes Heinrico, miserunt quosdam ex suis iuvenes, ut curialium ludo se miscerent 20
et qualibet arte materiam belli construerent. Itaque unus ex ipsis cuiusdam nobilis ex curia crusinam gulis[c] ornatam quasi furtim precidit, et quasi furtum volens abscondere, recessit. At ille cuius vestis dehonestata erat cum insecutus, colaphum dedit suique vestimenti particulam recepit. Tunc urbani in subsidiis ad hoc ipsum collecti, inermes illos incurrunt armati, et multos ex eis acriter vulneraverunt, aliquos eciam occiderunt. Arma enim curialium[d], dum illi circa regem sequentes essent, ipsi preripuerant. Talia rex videns, volebat se pro suis periculo dare; sed qui circa eum erant, tumultum propter eum 25
fuisse inceptum cognoverunt, eumque de palacio descendere non permiserunt. Cunctus ergo exercitus cum curialibus se in maiorem eclesiam sancti Martini contraxerunt, consiliisque et armis muniti magno inpetu exierunt, et urbanos aut occiderunt aut ceperunt, preter eos qui se fuge credentes evaserunt. In crastino omnes ex urbe maiores ante regem supplices vene-
c. 93. runt, et de his que gesserant supplicia que rex volebat dederunt, et ut in perpetuum fideles ei manerent iuraverunt. Sed rex non habens eis fidem, discessit, et in Sueviam abiens, parumper ibi moratus est, et resurrectionem dominicam in 30
civitate Augusta celebravit. In pentecoste Erpesfort venit; inde cum non parva Saxonum manu regaliter deductus, principum apostolorum sollempnitatem Mersburh celebravit. Quo cum de cunctis[e] Saxonie partibus maiores et mediocres convenissent, et regem, ut a principibus erat electus, unanimiter in regno confirmassent, hortatus est eos rex, ut armati hostiles ultro partes invaderent, et a se desidie, qua notati erant, notam abicerent, et hosti, qui de victoria tumebat,
c. 94. Ekk. arroganciam minuerent. Quod et illi leti perfecerunt. Igitur mense Augusto rex Rodolfus Wirceburgenses, Heinrico 35
fidem servantes, et tam se quam Adalberonem episcopum suum contempnentes, obsedit, et machinas diversi generis parari
Bruno c. 94. iussit. Cogitans vero, quia, si urbs capta fuisset, vulgus semel intromissum ab eclesiis diruendis et eclesiasticis rebus diripiendis nec ipse posset revocare, occasiones diversas, ne pugnaretur ad urbem, querendo, integrum fere mensem len-
Ekk. tus sedebat. Heinricus vero iam in inicio Iulii mensis ab Italia reversus, ac interim exercitu nec magno nec forti con-
Bruno c. 95. gregato — nam magna pars eius ex mercatoribus erat —, obviam Rodolfo ire parabat, et paulatim progrediens, Bawarios et Boemios auxilio venturos expectabat. Quo audito Rodolfus, obsidione dimissa, hosti occurrere festinavit. Ad fluvium ergo Neckar ambo exercitus convenerunt, et in diversa ripa diverso pugnandi animo castra posuerunt. Nam Rodolfi milites optionem hostibus dederunt, ut aut illi facultatem sibi transeundi littoris concederent, vel ipsi huius ripe spacio securi accepto, ad se pugnaturi transirent; illi vero, quamvis multis ut utrumlibet facerent conviciis agitati, neutrum facere voluerunt. Cumque multos dies ibi sedissent, fecerunt illi cum his pacem sequestram, qua, si posset fieri, 45
per mutua colloquia ad perpetuam pacem pervenirent. Ad se invicem igitur veniendi securitate concessa spopondere[f] quig erant Heinrici parcium[h], si horum causam iusticia conmendaret, se derelicto domino suo illis sociari, ea condicione, ut si sua causa melior probaretur, Rodolfi adiutores eadem lege illis coniungi non dedignarentur. Cumque hi consensissent, et rex Rodolfus, ut fida pax fieret, libenter se descensurum promisisset, die constituto, quo ad hec terminanda, neutro rege presente, convenirent, ab invicem ambo exercitus discesserunt; et ecce illi exercitum de Bawariis 50
et Boemiis diu expectatum adesse viderunt. Tunc Heinricus facte pacis oblitus, hostes a tergo invaderet, si non principes illi qui faciende pacis mediatores vel auctores fuerant fidem suam contaminare timerent. Itaque Saxones domum
Ekk. reversi, annum fuere integrum nec ledentes aliquem nec ab aliquo lesi. Heinricus Alamanniam cum exercitu peciit, ubi quendam ex indigenis Hugonem aliosque sibi resistentes non sine magna eiusdem provincie vastacione debellat. Inter
(cf. Lamb.) hec Bertoldus dux Carinthie, in oppido suo Lintberh naturaliter munito positus, vitam presentem finivit. Anno Colo- 55
*fol. 180. niensis *archiepiscopus, plenus sanctitatis meritis, defunctus est, et in monasterio Sigebergensi, quod ipse construxerat, feliciter requiescit; cui eodem anno Hildolfus Goslariensis prepositus successit. Eodem anno consecratum est in civitate Magedaburh a Werinhero archiepiscopo summum altare maioris eclesie in honore Salvatoris nostri sancteque Marie et sancti Petri apostoli sanctorumque martirum Mauricii, Innocencii et sociorum eorumdem, necnon Timothei et Apollinaris martirum. Agnes pie memorie inperatrix obiit. 60

A. d. i. 1078. Gregorius papa celebravit sinodum[84] Rome in eclesia Salvatoris, que dicitur Constantiana, ubi interfuerunt archiepiscopi et episcopi numero 100 et diversi

a) proveniret *Bruno*. b) *add. sed del.* eum *c.* c) gulam *c.* d) curialiaum *c.* e) pene *del. c.* f) *in loco raso c.* g) q. erant *bis c.* h) coperant *erasum c.* 65

84) v. acta integra Mansi XX. p. 503.

ordinis clericorum et laicorum innumerabilis multitudo, in qua apostolica statuta corroborans, multa corrigenda correxit et firmanda firmavit. Inter cetera namque in fine sinodalis absolutionis hec adnexuit, et perpetue memorie posteris scribenda mandavit: *Quoniam multos, exigentibus peccatis nostris, pro causa exconmunicationis perire cerninus, partim ignorantia partim simplicitate aut timore aut necessitate, misericordia devicti, anathematis sentenciam, prout possumus, ad tempus oportune temperamus. Apostolica namque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus, videlicet uxores, liberos, servos, ancillas, mancipia, rusticos, servientes et omnes qui non adeo curiales sunt ut eorum consilio scelera perpetrentur, et illos qui ignoranter exconmunicatis conmunicant, et qui conmunicant eis qui conmunicant exconmunicatis. Quicumque autem orator aut peregrinus aut viator in terram exconmunicatorum venerit, ubi non possit emere vel non habet unde emat, ab exconmunicatis accipiendi damus licentiam. Et si quis exconmunicatis non pro sustentatione superbie, sed humanitatis causa aliquid dare voluerit, fieri non prohibemus.* Quo anno iterum cum rege suo Rodolfo Saxonicus congregatur exercitus, et missa legatione, Suevos occurrere Bruno c. 96.
sibi rogaverunt, ut iuncta virtute adversantes sibi aut ad se transire cogerent aut bellis attererent. Quod agnoscens Heinricus, cum suo exercitu medius intervenit. Exercitus ergo Saxonicus ad Methelrichestad venit, ibique Heinricum cum non parvo virtutis robore invenit. Mox prelium crudele incipitur, fugientibusque his et illis, eventus belli diversi erant. Ex parte *Rodolfi regis primi fugam fecerunt Wêrinherus Magedaburgensis archiepiscopus et eiusdem nominis Mersburgensis episcopus. Sed archiepiscopus ab incolis illius terre interceptus, indigne perimitur; Mersburgensis vero despoliatus, in patriam nudus revertitur. Preter hos in eadem fuga capti sunt Bernhardus Romane sedis archidiaconus, Sigefridus Mogontinus archiepiscopus, Athelbertus Wormaciensis episcopus. Horum ergo fugam tanta est multitudo secuta, ut rex Rodolfus totum exercitum se fuge dedisse arbitraretur; quos cum revocare nullatenus posset, relictum se cum paucis existimans, cepit et ipse paulatim revertendo Saxonie finibus appropinquare. Interea milites ipsius, qui se in primo con- c. 97.
flictu hostibus miscuerant, fortioribus hostium imminebant, timidos vero effugabant. Ibi unus Saxonum adversarium sibi habens obvium, salutavit ut socium, dicens *Sancte Petre,* quod nomen pro simbolo Saxones in ore tenebant. Ille oeridere nomen exorsus, in verticem eius mucronem librabat, cum ecce alterius Saxonis gladium in cerebrum[a] ipse suscepit. Willehelmus comes de Camburh, patrem habens Geronem, patruum vero Dedonem marchionem, c. 99.
cum temere paucis se comitantibus iret, ab Everhardo Barbato, principe prenobili, ex improviso capitur, et Heinrico magna triumphi pars presentandus, a militibus ipsius ducitur; ipse vero ne ab aliquo eripiatur prospiciens, non longe insequitur. Et ecce maiores hostium copie illum de latere invadunt et aliquantum repugnantem occidunt. Quod videntes qui Willehalmum ducebant, eius obliti, ad dominum suum festinabant. Ille vero, sui non oblitus, quanta potuit celeritate ad suos evasit. Interea dux Otto et Fridericus palacii prefectus diversis in partibus acriter pugnantes, non ante c. 100.
cessaverunt, quam Heinricum cum omnibus suis ad fugam coegerunt. Quos fugientes tamdiu sunt insecuti, donec eos muro Wirceburgensi viderent includi. Sed Fridericus nesciens quid Otto egisset, ad locum prelii triumphans rediit; quem si quis fugatis hostibus obtinuerit, victor haberi solet. Otto vero non longe post eodem reversus, visa tanta multitudine, putabat eos hostes esse; et quia valde fessus erat, non credebat utile, cum eis pugnam incipere. Misit tamen exploratorem, qui veritatem perquireret. Qui cum moram faceret, reputans Otto, quod occisus vel captus esset, quia nullum ibi de sociis quem cognosceret invenit, victor quidem, sed tristis, quia nesciebat, ad patriam perrexit. Frideri- c. 101.
cus autem, collectis ad se de diversis partibus a pugna redeuntibus, noctem illam in multa leticia et maxime in Dei laude transegit. In crastino receptis omnibus que vel socii vel hostes ibi reliquerant, meliora que poterant asportare secum tulerunt, cetera, ne prodessent hostibus, igni dederunt. Inde cum gaudio et cantu redeuntes, Smellekallan[b] et ceteros in circuitu vicos, quia incole illi pridie fugientes Saxones spoliaverant vel occiderant, predationibus et incendiis vastaverunt. Sigefridum quoque Mogontinum archipresulem, quem captum cum aliis multis adhuc servabant, violenter eripiunt et secum gaudentes in Saxoniam reducunt. Erepto etiam per Dei gratiam Bernhardo Romane sedis legato, solus ex *c. 96.
captivis principibus Athelbertus Wormaciensis episcopus perductus est ad Heinrici presentiam, quem tamen illo invito longe[c] post Dei clementia eripuit. Postquam vero ex diversis locis omnes Rodolfi regis parcium principes convene- c. 101.
runt et de actis vel periculis suis invicem sibi rettulerunt, non sine multo fletu laudes Deo reddiderunt, tum pro victis hostibus, tum pro liberatis tantis sacerdotibus. Nam sue partis preter Magedaburgensem archiepiscopum, qui c. 102.
in fuga ceciderat, nemo qui dignus sit nomine in illa pugna periit; ex hostili vero parte iacuerunt ibi de nobilissimis principibus Eberhardus Barbatus, qui huius belli sevissimus incentor erat, Poppo quoque vir mire fortis, Thie- Ekk. Bruno
baldus etiam et Heinricus de Lechesmundi. Factum est hoc bellum secundum 7. Idus Augusti feria 3. Heinricus c. 102.
vero in proximo Octobri Regenesburh veniens, principibus collectis narravit, iam longo labori se finem fecisse, solumque c. 103.
restare, ut laboris socios premii participes faceret. Saxones namque dicebat proximo conflictu sic prostratos, ut, nisi exteri cultores advenirent, terra desolata bestiis habitanda remaneret. Quod ut illis fieret credibile, simul legatos produxit, qui, cunctis audientibus, regi, ut erant docti, dicebant ex persona ducis Ottonis et Herimanni comitis, se solos ex liberis hominibus, aliis interfectis, beneficio fuge in Saxonia relictos, nunc nimis sero penitere, quod umquam multitudini suorum confisi presumpserint regie virtuti resistere, se regis adventum, *quo terre daret cultores, humiliter expec- *fol. 181.
tare, se sibi non honorem, non libertatem, sed solam vitam, quamvis vel hac essent indigni, postulare. Quibus verbis, ut ipse callidus dictaverat, peroratis, hi qui credula hec aure perceperant inani spe iam totam Saxoniam possidebant, nec exercitum valde magnum esse volebant, ne singuli eo minus illius regionis acciperent, quo plures illam divisuri fuissent. Venientes ergo ad silvam que Thuringiam dirimit a Francia, audierunt, Saxones ex altera parte silve cum maiori quam umquam antea multitudine convenisse. Nam 60 fere armatorum milia habebant, paratos aut mori aut terram suam tueri. Quod cum per exploratores verum esse cognovissent, omissa spe redire properabant. Sed Heinricus, ne frustra collegisset exercitum, Suevos petiit, ubi nec eclesiis pepercit et inter sacras profanasque res nullam differentiam fecit, ut illorum avariciam saturaret, quos Saxoniam pollicendo fefellerat. In qua expedicione Udo Treverensis archiepiscopus, c. 76.

a) uerticem *corr.* cerebrum *c.* b) *ita prima manu c., quod postea correctum videtur;* Smelekallan *Bruno.* c) l. p. *in margine add. c.*

Bruno c. 76. vir satis misericors, dum nimis mansuetus, tirannidi non resistens, Heinrico plus quam decebat obsequitur, eius flammeo furori sui consensus oleum ministrat, et ut eclesie depredentur licentiam donat, et mox in crastino mane mortuus invenitur, ut omnibus aperte constaret, ideo tali eum morte obisse, quia in eclesiarum predationibus non timuit assensum
c. 77. prebere. Eppo quoque Cicensis episcopus, cum per hec tempora in episcopatu Wirceburgensi quendam rivum, forti sedens in equo, transiret, quem quilibet pedes sine periculo transire potuisset, ubi nec ullus timor fuit, equo cadente, moriens interiit. Erat et ipse hostis Saxonum inconciliabilis, ipseque inreconciliatus Deo ab hac vita migravit, sancto Kiliano sic disponente, ut qui eius urbis violentus incubator ininste vinum suum biberat, aquam quoque suam iuste
A. Hild. bibens, vinum ultra non quereret. Supradicto anno Hildolfus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Sigewinus successit.

A. d. i. 1079. Regni Teutonici divisio, immo confusio, ac duorum regum pro ipsius retentione ambiciosa contencio atque inter hec eclesie Dei destructio, inaudita quoque servitus et oppressio, ut ceperat, permanebat. Omissis tamen interim preliis, legationibus tantum res agebatur. Nam uterque regum a domno apostolico adiutoria requirebant, ac litterarum baiuli frequenter inter partes discurrebant. Verum hi qui erant Rodolfi regis partium, difficulter nuncios mittebant, quia iter illud omnibus antea per-
Bruno c. 104. vium Heinrici ac suorum fautorum factione his claudebatur. Igitur Gregorius papa longe a priori sententia diversas litteras direxit, que allate sunt mense Februario. Scribens ergo Bernhardo Romane eclesie
c. 105. diacono et Bernhardo Massiliensi abbati, premissa salutacione, hec subiunxit: *Fraternitati vestre notum esse non ambigimus, quia ideo ab Urbe, confisi de misericordia Dei, egressi sumus, ut ad Teutonicorum partes, composituri inter eos ad honorem Dei et utilitatem sancte eclesie pacem, transiremus. Sed quia defuerunt qui nos secundum quod dispositum erat conducerent, inpediti adventu regis in Italiam, in Langobardia inter inimicos christiane religionis cum magno periculo remansimus, et adhuc sicut desideravimus, ultra montes proficisci nequivimus. Quocirca monemus vos et ex parte beati Petri precipimus, ut fulti auctoritate huius nostri precepti, nostra vice ab eodem apostolorum principe accincti, utrumque regem Heinricum et Rodolfum commoneatis, quatenus viam nobis illic secure transeundi aperiant et adiutorium atque ducatum per tales personas de quibus vos bene confidatis prebeant, ut iter nobis Christo protegente pateat. Desideramus enim consilio clericorum et laicorum eiusdem regni, qui Deum timent et diligunt, causam inter eos Deo favente discutere, et cuius parti magis iusticia ad regni gubernacula faveat demonstrare.* Et post aliqua: *Quapropter, si alteruter predictorum regum huic nostre deliberationi parere et ad vestra monita locum dare renuerit, suamque superbiam et cupiditatis faces contra honorem Dei accendens, ad desolationem Romani inperii anhelaverit, omnibus modis omnique ingenio usque*
'fol. 181'. *ad mortem, si oporteat, nostra vice resistite.* Et quibusdam interpositis: *Alteri vero, qui nostre 'tussioni humiliter paruerit et obedienciam universali matri, sicut decet christianum regem, exhibuerit, convocato concilio clericorum et laicorum, consilium et adiutorium in omnibus prebete, et in regia dignitate per auctoritatem apostolorum Petri et Pauli nostra vice confirmate, omnibusque episcopis, abbatibus, clericis ac laicis, ut ei fideliter sicut regi obediant, precipite*
cf. c. 106. Alias quoque litteras eadem mandata continentes omnibus archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, et universis
c. 107. Christi fidelibus in regno Teutonico consistentibus direxit. Igitur Bernhardus cardinalis quod sibi iniunctum erat exequebatur. Acceptis vero hi qui erant Rodolfi parcium his mandatis, a magna spe, quam in apostolica petra posuerant, exciderunt. Unde et litteras commonitorias ad apostolicum miserunt, premissis quibusdam hec subnec-
c. 108. tentes: *Testis est excellentia vestra et littere vestre, quas in testimonium habemus, quia nec pro consilio nostro nec pro causa nostra, sed pro illatis sedi apostolice iniuriis, regem nostrum regia dignitate privastis, nobisque terribili interminatione ne ei sicut regi serviamus interdixistis, et omnes christianos a vinculo iuramenti, quod ei fecerunt vel facient, absolvistis, eumque vinculo anathematis alligastis. In his omnibus paternitati vestre cum magno periculo nostro, sicut nunc patet, obedivimus, et quia eidem deposito ad depositionem vestram cum ceteris concordare noluimus, tantam in nos crudelitatem exercuit, ut plures ex nostris, amissa omni substantia, animam in hoc certamine ponerent, et filios exheredes et ex divitibus pauperes relinquerent. Qui autem residui sunt, de vita cottidie solliciti, vite subsidia pene omnia amiserunt. Sed cum nulla nos persecutione posset superare, superatus est ille, ut licet nolens suam vobis presentiam exhiberet, et ei quem inhonoravit, cum suo dedecore honorem inpenderet. Pro quo labore hunc fructum recepimus, quod is, qui cum periculo animarum nostrarum vestigia pedum vestrorum adorare coactus est, absque nostro consilio et sine correctione absolutus, ad nocendum nobis libertatem recepit.* Et paucis interpositis: *Ergo cum iam ultra anni terminum sine rectore essemus, in locum, de quo prevaricatus est ille, alius principum nostrorum electione subrogatus est. Cumque de electo nobis rege et non de regibus spes ad refocillandum inperium succresceret, ecce ex insperato littere vestre duos in uno regno reges pronunciant, duobus legationem decernunt. Quam regii nominis pluralitatem ac regni divisionem divisio quoque populi ac studia parcium subsecuta sunt; quippe cum in epistolis vestris prevaricatoris personam semper preponi cernerent et ab eo sicut a potente exigi, quatenus ducatum vobis in has partes ad discutiendam causam preberet.* Et post paucas: *Hoc quoque infirmitatem nostram movet, quod, sicut nobis persuadetur, ut in incepto firmiter perduremus, sic etiam contrarie parti verbis et rebus spes inmittitur. Nam familiares predicti Heinrici, qui ab omni regno infamia notantur, quique illi ut regi serviendo sinodalibus preceptis manifeste inobedientes sunt, et una cum capite suo per legatum apostolicum ab eclesia separati, ad hanc*[a] *sedem venientes, benigne suscipiuntur, et non solum impuniti redeunt, sed insuper gloria et honore coronantur, et ad priorem inobedientiam superbiendo revertentes, nostre miserie insultant. Nobis autem quasi ridiculis ad insipientiam reputatur, quod ab illorum consortio abstinemus, qui ab ipso capite nostro tam caritative in communionem recipiuntur. Accedit et hoc ad cumulum infortunii*[b] *nostri, quod preter illa que nos ipsi delinquimus, etiam adversariorum culpa in nobis cuditur, dum nostre negligentie attribuitur, quod idoneos et frequentes legatos huc non mittimus. Luce enim clarius patet, quod illi hoc fieri prohibent, qui ne prohiberent iureiurando vobis promiserunt. Et nunc de violenta sacri itineris interclusione et de manifesto illorum periurio tacetur, et nobis imputatur quod nuncios non mittimus. Scimus et ex consideratione vestre pietatis speramus, quia hec omnia bona intencione et subtili aliqua deliberatione agitis, sed nos homines imperiti occultam illam dispensationem penetrare non sufficientes, quod manifeste audivimus et vidimus, de illa utriusque partis confortacione et rerum certarum incerta dilacione ortum esse et cottidie oriri, vobis exponimus, hoc est bella intestina, homicidia innumerabilia, vastaciones et incendia domorum et eclesiarum sine differentia, oppressiones pauperum, direptiones rerum eclesiasticarum, quales numquam audivimus, legum quoque divinarum et secularium defectus sine spe reparationis. Postremo in dimicatione duorum regum, quorum uterque ad optentum regni spem a vobis accipit, tanta profligatio regalium, ut posthac reges nostrarum parcium rapinis sint susteutandi. Hec incommoda aut nulla essent*

a) hē *c.* b) infornii *c.*

iam aut multo minora, si neque ad dexteram nec ad sinistram vestra sentencia divertisset. Et quibusdam interpositis: *Nam si hoc quod in sinodo Romana definitum et post a legato sedis apostolice confirmatum est silentio contegi oportet, quid posthac nobis credendum vel pro rato habendum sit, omnino nescimus.* Ad quas litteras cum gratum sibi responsum nullum recepissent, *has item ei litteras miserunt: *Novit sanctitas vestra et omnibus circumquaque notum est, quam difficulter quantoque baiulorum discrimine legationes ad vos transmittimus, quia iter, quod omnibus temporibus populis, tribubus, linguis fuit pervium, nunc clauditur, illis maxime qui non minimum pro honore illius laboraverunt, ad cuius corpus eadem via ducit.* Et post aliqua: *Post longam expectationem reverso nuncio nostro, nichil aliud nobis consolationis relatum est, nisi ut diceretis, his que mandavimus fidem vos non habuisse. Et quare, carissime domine, incredibile vobis visum est, quod fratres nostri et coepiscopi Wirceburgensis et Pataviensis cum aliis religiosis vobis in veritate nunciaverunt quodque se vidisse et audisse testati sunt? Certe non in verbis mendacii confidimus liberari, sed credimus, quia veritas liberabit nos, Deus, qui est veritas, qui solus laborem et dolorem considerat, non deseruit sperantes in se. Nam rex noster Rodolfus fortis in eo qui dat salutem regibus, de inimicis Domini potenter triumphavit. Heinricus autem cum suis simplicibus, preter eos qui in gladio ceciderunt, in fugam versus est, comite illo, cuius maliciam vos in bono vincere frustra temptastis, Roberto Babenbergense, qui horum omnium auctor et incentor est. Et o utinam de sua sociorum eius fallacia satis edoctus faissetis! Nolite, karissime domine, amplius ad irrisionem sancti nominis vestri huiusmodi homines mulcere et post tam frequentes repulsas iterum ducatum ab eis querere. Adventus vester ad nos tantum nobis esset desiderabilis, quantum et necessarius, sed vere scimus, quia sponte illorum ad nostras partes numquam venietis, nisi certi sint vos illorum parti favere.* Et post pauca: *Ergo si non propter nos, tamen propter honorem sedis apostolice confirmate, quod operatus est eiusdem sedis legatus, ita ut sine ambiguitate denuntietis, quid in hac eclesie divisione tenendum sit, quid sequendum. Quod si iam dudum factum faisset, forte pars iniqua adeo iam vires perdidisset, ut nec nobis nec vobis nocere prevaleret. Roganus etiam, ne in hoc statuta canonica deficere paciamini, ut corpora exconmunicatorum, qui in persequendo eclesiam occisi sunt, in atriis eclesiarum sepeliri non permittatis; ubi autem sepulta sunt, divina officia celebrari prohibeatis. Multi ex eis in Augusta civitate sepulti sunt. Eiusdem loci congregationibus litteras vestras per discurrentes peregrinos satis mittere potestis.* Terciam quoque direxerunt epistolam, quam in Romana sinodo iusserunt recitari, si domnus apostolicus vel universalis eclesie interventu ad dignitatis apostolice rigorem posset excitari: *Conquerimur beato Petro eiusque vicario domno pape Gregorio omnique sancto concilio super iniuriis et violentiis, quas a domno Heinrico passi sumus et patimur ob hanc causam, quod sedi apostolice obedientes sumus. Pervenit autem ad nos, in Romana sinodo nuper habita dubitatum et quesitum fuisse, utrum ille exconmunicandus sit, an non. Quapropter nos, quibus gravi experimento id innotuit, pro nostra estimatione adnuntiamus, quantis existentibus causis iam vere sit exconmunicatus. Testis est Romana eclesia, pro quantis sceleribus et quam inaudita presumptione in sinodo eiusdem eclesie vinculo anathematis est ligatus, non prias tamen, ut ex litteris ipsius apostolici didicimus, quam multa ipsius monita spernentem, semper ex correptione deteriorem factum probatum est. Pensetur ergo, qui ante triennium incorrigibilis inventus est, iam resipuerit, ut nunc de proferenda in illum sentencia dubitari oporteat. Exconmunicatus vero quam diuturna pertinatia sedem apostolicam despexerit, undique notum est. Tandem necessitate, que non est incognita, coactus, absolutionem querens, non prius impetravit, quam iureiurando pollicitus est, de obiectis satisfacturum, prout domnus apostolicus tempus sibi constitueret. Hac condicione absolutus, recessit. Cumque placuisset apostolico, missis litteris exegit ab eo quod promisit. Quarum latores a suis fautoribus capti, quidam pecunia redempti, alii excoriati ac decapillati sunt. Quod cum ad nostros fuisset relatum, per aliam nuncium litteras apostolicas transmiserunt, a quo ipse legationem audiens, nil respondit, litteras vero recipere recusavit. Cuius rei multi sunt testes idonei ac legatus sedis apostolice domnus Bernhardus, qui ob id negocium in partes illas missus erat. Qui, quamvis certum faisset pro adiuncto inobedientie periurio priori anathemate illum iam esse innodatum, tamen quod sibi a sede apostolica iniunctum est superimposuit, ac regni gubernacula denuo ei contradicendo, cum sibi consentientibus a corpore et sanguine Domini et liminibus eclesie separavit, et virum aliuma in regiam dignitatem apostolica auctoritate confirmavit. Que edicta ille, sicut alia multa, contempnens, regnum secundo sibi interdictum invadens, adeo demolitus est, ut regnum dici non valeat, cui nulla pene regalia supersunt. Cumque ad conciliandos fautores facultates regni non sufficerent, eclesiarum publicus invasor factus est. Et quidem incomparabiles et sine exemplo prevaricationes iste sant. Nam non quelibet predia, sed episcopatus quam plures, aufugatis episcopis, usurpavit. Pro qua re, proclamantibus episcopis, domnus apostolicus in sinodo, que 17. Kal. Decenbris habita est, exconmunicavit omnes, qui bona eorum invaserunt. Qui postea nec ipse propter hoc ab invasione cessavit, nec eos qui cum ipso exconmunicati sunt, a sua conmunione nec ad horam reppulit. Audivimus, quod sui defensores hanc excusationem obtendant, quod ipse de bonis eclesiarum nulli aliquid prestiterit vel aliquis ipso iubente invaserit neque de manu eius acceperit. Quod nec nos illi obicimus, sed hoc *probare paratissimi sumus, quod sui sua permissione bona eclesiastica invaserunt, quibus ipse rogantibus hoc concessit, dividens singulis prout valuit, et hac mercede conducti sunt iniquitati vires ministrare. Quecumque autem non concessa superfaerunt, his ipse tamquam propriis utitur. In qua accusatione si falsitatis convincimur, qui accusatores sumus, accusati penam subire parati sumus. Iudicet ergo sancta sedes apostolica; inquirantur sanctorum patrum concilia et Romanorum pontificum decreta, utrum qui ista faciunt vel consentiunt facientibus, pro exconmunicatis et sacrilegis habendi sint, vel si ipsorum fautoribus conmunicandum sit. Qui cum sciant vera esse que de eo loquimur, scienter conmunicant operibus eius malignis, et huc ad hoc veniant, ut iniusticie latebras obtendant et tantorum scelerum patroni existant. Cumque in conciliis huius sancte eclesie, que semper ab exconmunicatis abstinere docuit, se quasi oratores exhibent, ita pacienter audiuntur*b, *sicut et nostri, nullo discrimine inter lesos et ledentes habito. Hi eciam super in comitatu domini sui in eos insurrexerunt, qui preceptis apostolicis obediunt, ut ad inobedientiam constringerent, scilicet in partibus Suevie, ubi incendiis eclesiarum et altarium destructionibus sacrilegia innumerabilia commissa sunt. In qua re illos nec accusamus nec excusamus; illud autem vere affirmamus, quod rapina illa in eclesiis et earum atriis facta, consensu et permissione tam principis quam omnium pene maiorum qui aderant perpetrata est, ea deliberatione quod sacrilegum exercitum alter sustentari non posse censuerunt. Hoc quoque novit sancta Romana eclesia, quod prefatus Heinricus domno apostolico iureiurando affirmavit, quod nullam amodo*c, *qui ad limina apostolorum de quibuscumque terrarum locis tenderent, vel ipse vel aliquis eorum quos constringere posset prohiberet. Qualiter id observaverit, nobis tarentibus ipsa rerum indicia manifestant. Ergo preter illam, que ab antiquis patribus et a vestra sanctitate in huiusmodi prevaricatores est promulgata*d, *archiepiscopus Mogontinus maiorum exempla secutus, adunctis episcopis numero 7, quibus eadem iniurie racio fuit, pro defensione eclesie sibi commisse predictum Heinricum, qui parrochianus est ipsius, tradidit satane in interitum carnis, cum universis complicibus suis. Item domnus episcopus Wirceburgensis, presente et cooperante sedis apostolice legato domno Bernhardo, omnes illos anathematizavit, qui acta vel consilia in hoc culpabiles exiterunt, quod ille a sua sede prohibitus*

Bruno l. l. c. 109 *fol. 182. c. 110. c. 111. c. 112. *fol. 182'.

a) aliam *c.* b) *bis scriptam c* c) admodo *c.* d) sententiam *deest; v. Brunonis editionem SS. V. 375. n. a*

Bruno l. I. *est. Cuius prohibitionis auctor non incertus est, qui etiam in eiusdem sedis civitate, in qua pene nemo non excommunicatus est, frequenter moratur. Ecce audivit sanctitas vestra, quam multis modis vir ille cum suis dampnatus sit et vere dampnandus. Rogamus ergo vos per nomen domini nostri Iesu Christi et per eum cuius vicem agitis, ut, si iam prolatis in hos homines sententiis*[a] *aliquid superaddere necessarium non putatis, hoc tamen firmissime prohibeatis, ne vel in hac sancta sede vel alicubi ad communionem recipiantur, priusquam eclesiis quas leserunt satisfaciant, ne grex vobis commissus*

c. 113. *amplius ab eis contaminetur, et ne pessimum illud fermentum totam massam corrumpat.* Tunc ab ipsa sinodo in partes Teutonicas subiectam misit epistolam: *Gregorius, servus servorum Dei, omnibus clericis et laicis in regno Teutonico constitutis, qui excommunicationis vinculo non tenentur, salutem et apostolicam benedictionem. Que et quanta nobis cura fuerit et est, ut pestilentia clades et desolatio a regno vestro auferatur, pax honestas et solitum decus reddatur, in sinodo, que hoc anno in quadragesima Rome celebrata fuit, declaravimus. Iudicio sancti Spiritus decrevimus, ut in regno vestro episcoporum omnium [conventus*[b]*] et laicorum eorum qui Deum timent et pacem desiderant fieret, et coram nostris legatis discerneretur, cui, Henrico scilicet an Rodulfo, qui de regno inter se decertant, amplius iusticia faveret, porsque iniustior ratione devicta et beati Petri auctoritate constricta, facilius cederet; iustior vero pars amplius de Deo confideret, et adiuta beati Petri potestate, de victoria speraret ac neutram mortem timeret. Sed quia pervenit ad nos, quod inimici Dei et filii diaboli quidam aput vos contra interdictum apostolice sedis predictum conventum procurent in irritum ducere, et non iusticia sed superbia ac tocius regni desolatione suas cupiditates anhelent inplere et christianam religionem destruere, ex parte beati Petri precipimus, ut talibus nullum auxilium prebeatis nec illis communicetis. In predicta enim sinodo iam omnes excommunicationis et anathematis sunt vinculo innodati, et ut nullam victoriam possint obtinere, beati Petri potestate sunt obligati, ut saltem coacti confundantur et a morte animarum suarum et desolatione proprie patrie revocentur. Vos autem, fratres karissimi, de me nullo modo dubitetis, quod iniuste parti scienter aliquo modo faveam. Magis pro vestra salute desidero mortem subire, quam tocius mundi gloriam ad vestrum interitum arripere. Quodsi aliqui de falsitate confisi, litteris et verbis aliter vobis indicaverint, nullo modo eis adquiescatis. Deum enim timemus et pro eius amore cottidie affligimur, et ideo superbiam et oblectamentum seculi parvipendimus*[c]*, quia cito apud eum consolari indubitanter credimus. Omnipotens et misericors Deus, qui ultra spem, ultra meritum miseretur et consolatur nos in tribulatione nostra, aperiat cor vestrum in lege sua, et in preceptis suis confirmet vos, ut auctoritate beati Petri a cunctis peccatis absolutos vos ad celeste regnum*

c. 114. *perducat.* Contra que Rodolfi fautores aliam item miserunt epistolam, quibusdam premissis hec subdentes: *Novimus memorie vestre non excidisse, quod tam assiduis querimoniis frequentatum est apud vos, quod pene omnes episcopi, qui sedi apostolice obediunt, expulsi a facie persequentium fugiunt et latitant. Et quomodo cum suis per-*

fol. 183. *secutoribus convenire et conferre de his causis possunt, pro quibus aliqui illorum occisi sunt, quidam in captivitatem abducti, reliqui vero omnibus rebus suis expoliati? Deinde hoc quoque mirandum censemus, quod illius hominis causam cum illis discutere iubemur, quos utrosque legatas sancte Romane eclesie vestra iussione a liminibus sancte eclesie separavit. Si autem nil horum obstitisset, quid nostra*[d] *interest, ut iam dudum finitam sinodi Romane sententiam retractemus; quid ad nos, ut discutiamus, si illi iusticia faveat ad optinendum regnum, cui vos regni gubernacula iam ante triennium, synodo iudicante, interdixistis? Nonne magis oportuit, ut discussio iudicium illud precederet, quam nunc tandem subsequatur? Novimus intelligentiam vestram, quia numquam de re indiscussa sinodus vobis presidentibus iudicavit. Que ergo necessitas secunde discussionis? Si autem predictus ille nondum discussus est, sed adhuc discutiendus, que racio, ut indiscusso homini regalis dignitas ex dignitate apostolica, sine ullo condicionis additamento, interdiceretur? Quare regi alteri obedire iussi sumus, priusquam certum fuisset istum non posse regnare?* Et post pauca: *Ut autem de reliquis omnibus taceamus, certe si sola illa absolutio sacramentorum, quam in sinodo fecistis, effectum habitura est, indubitanter constat, quia iste rex esse non potest. Quomodo enim regnare potest, cui nullus ammodo fidelitatem ex debito servat? Quomodo regere populum potest, qui in agendis causis legalibus neminem ad faciendum iustum iudicium sacramenti obligatione constringere potest? Si autem, quod absit, illa apostolica indulgentia pro rato habenda non est, quid erit de episcopis et aliis qui spe predictae absolutionis iuramenta Heinrico facta infregerunt? Nonne manifeste periurii convincuntur? Adhuc aliud. Quid de illis sacramentis erit, que postea regi Rodolfo facta sunt, cuius dicioni vestra auctoritate subiugati sumus?* Et in fine epistole: *Si ab incepto itinere retrorsum redire et ob difficultatem diverticula querere vultis, non solum vulnerata non sanatis, sed que sana sunt vulneratis. Nam si ea dissimulando, que iam vestra statuit auctoritas, in media tempestate,*

c. 115. *quam pro vobis incurrimus, nos deretinquitis, testes sunt super nos celum et terra, quod iniuste perditi sumus.* Item post aliquod temporis intervallum apostolico hanc epistolam miserunt: *Non latet sanctitatem vestram, quantas vobis obediendo persecutiones passi sumus, quomodo estimati sumus sicut oves occisionis, quomodo traditi sumus in fabulam et inproperium. Si ergo talia pro vobis sustinendo nil a vobis gratie meruimus, nec digni sumus quorum liberationi stadium impendatur, quare saltem iusticia, que nec inimicis deneganda est, nobis denegatur? Si ergo iustum est, quod iustam esse multis vestris hortacionibus didicimus, ut illi sentencie vestre, que in Heinricum processit, obediamus, qui eidem sententie superbe repugnant, quare secundum iusticiam non constringuntur? Ecce illi sicut regi serviunt, quem vos eo usque a regia dignitate deposuistis, ut omnes a vinculo iuramenti, quod ei fecerunt, absolveretis. Illi participando communicant, quem legatus sancte Romane eclesie, denuo sibi regnum interdicendo, a liminibus sancte eclesie separavit; illi ad oppressionem nostram cum omni studio vires administrant. Quicquid enim patimur, ab illis patimur, quos vos prohibere et potestis. Quibus dum nulla a vobis auctoritate resistitur, sine dubio ad internicionem nostram frena laxantur. Igitur vestra illa famosa strennuitas, que iuxta apostolum semper in promptu habuit ulcisci omnem inobedientiam, quare istam non ulciscitur? Et talem quidem inobedientiam, de qua mala infinita oriuntur, mala quorum non est numerus. Si quando nos misere oves excessimus, sine dilatione in nos apostolice austeritatis vindicta processit. Nunc autem, cum ad lupos perventum est, qui apertis morsibus in gregem dominicum deseviunt, omnia eum pacientia et longanimitate differuntur, omnia in spirita lenitatis tolerantur. Rogamus ergo vos per nomen domini Iesu, ut sive vos terror viri peccatoris, cuius gloria stercus et vermis est, exorbitare fecit, sive familiarium personarum mollita persuasio delinivit, ut redeatis ad cor, ut memor sitis honestatis et timoris Domini, et si non nobis propter nos parcitis, saltem vestre innocentie in tanti sanguinis effusione provideatis. Nam si illos amplius in nos grassari permittitis, quos prohibere potestis et debetis, timendum est, ne coram iusto iudice de per-*

c. 116. *dicione nostra excusationem non habeatis.* Sic totus ille consumitur annus, ut pene nil aliud memorabile ageretur, nisi quod legati apostolici frequenter venientes et nunc his nunc illis apostolicum favorem promittentes, ab utrisque pecuniam

Bruno c. 98. quantam poterant Romano more secum detulerunt. Rodolfus rex in Magedaburh Hartwigum constituit archiepiscopum, ea die post annum, qua eius antecessor fuerat interemptus. Prefecit quoque Cicensi eclesie Gunterum, fratrem Willehelmi comitis de Camburh, quem Magedaburgensis ecle-

a) sententis *c.* b) *deest c.* c) paruipendi paruipendimus *c.* d) vestra *c.?*

sia, cuius filius erat, sibi preesse satis desiderabat. Hetilo Hildinisheimensis episcopus, per- Chr. Hild.
politis apud a..... tribus suis monasteriis, infirmitate excoctus, Bucconis Halberstadensis episcopi admonitu, fratribus suis curias Wangerde, Embrike, Poppenburh et decimas quas abstulerat penitens reddidit, et ex his que diu congregaverat, nullam in Saxonia congregationem pretermisit, quam non aliquo caritatis munere honoraverit. De inmutacione ordinis penitens, ut restitueretur fratres astantes contestando, consulendo, precipiendo admonuit. Denique in abiuratione pape Gregorii VII. cum ceteris episcopis ipse quoque timore mortis subscripsit; sed quod scripserat obelo supposito dampnavit. Hinc ab episcopis Adalberone Wirceburgensi et Eggelberto Mindensi auctoritate apostolica absolutus, postea quamquam[b] corpore, animo vero numquam excommunicatis communicavit. Sepultus est in monasterio sancti p. 746.
Mauricii; eique Udo, nobilis eiusdem canonicus, successit. Rex Rodolfus expedicionem movit super A. Hild. a. 1079.
Westfalos, qui muneribus datis pacem cum eo fecerunt. Item eiusdem expedicio in Hassiam fuit, in qua Frideslar cum monasterio, quod sanctus Bonifacius construxit, est exustum. Similiter expedicio Heinrici in Sueviam contra fautores Rodolfi fuit.

A. d. i. 1080. Mense Ianuario Heinricus iterum, congregato multo exercitu, Saxoniam volebat invadere, reputans, fol. 183'.
eos quietem, dum pax erat, amantes, non frequentes exire hiemis tempore. At illi multis iam laboribus exercitati, cum Bruno c. 117.
rege suo Rodolfo tota ei virtute studuerunt occurrere. Sed ille solita calliditate Saxones ab invicem multa promittendo diviserat, ut non diu ante diem prelii Widikin, Wipertus, Theodericus, filius Geronis comitis, cum multis aliis a Saxonibus ad hostes transirent, et Ekbertus marchio cum sua legione neutre parti accedens, non longe a preliantibus lentus sederet, ut cui parti victoria cederet, ei gratulando socius accederet. Igitur exercitus in loco qui Fladecheim dicitur consederunt, et rivus inter eos, non quidem latus, sed profundus, erat. Rodolfi partes ad defendendum suc partis litus ordinati, in declivi montis hostes expectant, et Ottoni duci, quo primus pugnam conserat, inperant. At illi, ut semper solebant, calliditate pugnaturi, nostros inprovise circumveniunt. Tunc rex Rodolfus velocem misit Ottoni duci nuncium, per Deum obtestans, ut antique memor virtutis, ut dispositum erat, bellum primus incipiat. Qui respondit, si, ut putabatur, sibi primum obvenissent, se eorum violentiam non formidare; nunc vero se non posse suc legionis ordinem convertere. Rogabat ergo, ut quibus primo venissent, tota eos virtute susciperent; se enim, cum primo posset, eis auxilio venturum. Denique multo aliter quam dispositum fuerat incipitur. Nam novissimi fiunt primi et primi novissimi. Acriter itaque utrimque pugnatur, sed brevi momento finitur. Nam Saxones citissime conversi, hostibus, qui sibi a tergo venerant, horribiles vultus ostendunt, nec ante quiescunt, quam ipsos terga sibi monstrare compellunt; victoresque reversi, laudes referebant Deo bonorum omnium largitori. Ex parte Saxonum cecidit in illo prelio Magedaburgensis prefectus Meginfridus, ex hostibus vero Folcmarus et Pragensis prefectus et cum eis Boemiorum ceterorumque non parvus numerus. Heinricum autem, qui mox incepto prelio fuge se commendavit, Lothowicus per silvam semitis latentibus abduxit. Exercitus vero eius non multo post ad idem fuge presidium coactus, iuxta castellum Wartberh, donec cibis et requie recrearetur, repausavit. Saxones vero qui castellum tenebant, inpetu in eos facto, et eis fugatis, omnia pene que habebant diripiunt, equos, arma, vasa aurea et argentea, piper et alia pigmenta, pallia et vestimenta preciosa. Erat enim in eadem societate patriarcha Aquileiensis et alii parcium illarum principes, qui secum divicias ingentes portaverant. Factum est hoc tercium Saxonum prelium 6. Kal. Febr. feria secunda. In ipso anno c. 118.
domnus apostolicus in Teutonicas partes a sinodo subiectam misit epistolam: *Gregorius, servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis et episcopis in Teutonico atque in Saxonico regno conmanentibus omnibusque principibus cunctisque maioribus et minoribus, qui non sunt exconmunicati et obedire voluerint, salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam ex lite et dissentione vestra maximum in sancta eclesia periculum fieri cottidie cognoscimus, visum est nobis, visum est et fratribus nostris in concilio congregatis, summa ope elaborare pro viribus, quatenus idonei nuncii, tam religione quam scientia poltentes, e latere apostolice sedis ad partes vestras mitterentur, qui religiosos episcopos, laicos etiam pacis et iusticie amatores in partibus vestris commorantes ad hoc opus idoneos congregarent, qui, Domini gratia preeunte, die et loco ab illis statuto, tam ipsi quam quos ipsis adiungere adhuc debemus, aut pacem componant aut veritate precognita super illos qui sunt tanti discidii causa canonicum censuram exerceant. Verum quoniam nonnullos diabolico instinctu confectos iniquitatis sue facibus ignitos, cupiditate inductos, discordiam pocius quam pacem fieri et videre desiderantes fore non ignoramus, statuimus in hac sinodo, sicut et in preterita, ut nulla persona alicuius potentie vel dignitatis, sive parva sive magna, sive princeps sive subiectus, aliqua presumptione audeat legatis nostris obsistere, et cum ad vos pervenerint, de componenda pace contraire, nec postea contra interdictum illorum alter in alterum audeat insurgere, sed usque ad diem ab illis statutum firmam pacem omnes sine ulla occasione et fraude observent. Quicumque autem hec nostra instituta ulla presumptione violare tempturerit, anathemutis vinculo eum ligamus, et non solum in spiritu, verum etiam in corpore et in omni prosperitate huius vite apostolica auctoritate innodamus et victoriam in armis auferimus, ut sic saltem confundantur et duplici contricione conterantur.* Item domnus papa Rodulfo regi: *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, Rodulfo regi et* c. 119.
*omnibus secum christianam religionem defendentibus salutem et apostolicam benedictionem. Quod reguum Teutonicorum hactenus inter omnia mundi regna nobilissimum iam video incendiis cedibus et rapinis devastari et confundi et adnutluri, quam magnus exinde cordi meo dolor insideat, quam continuus in visceribus meis me genitus afficiat, testis est ille solus qui hominum corda scrutatur et probat. Deferuntur enim michi iam sepius legationes Heinrici tum per proprios nuncios, tum per cognatos et aliarum terrarum principes et affines, modo omnem obedientiam promittendo, modo per varia ingenia sollicitando, id a me summo conamine cupientes efficere, quo me ad votam suum sue parti valeant inclinare. Verum quia hinc inde et Romana gravitas et apostolica mausuetudo me per mediam iusticie viam cogit incedere, omnibus quibus possum modis hoc *oportet intendere, quomodo veram a falsa iusticiam, perfectam a ficta obedientiam iudicio sancti Spiritus valeam* fol. 184.
discernere et rato ordine ad finem perducere. Hec et alia, si propicio Deo ad vos sani perveniunt legati mei, melius quam he littere via voce testificabuntur et docebunt. Item domnus apostolicus regi Rodolfo: *Gregorius episcopus, servus servo-* c. 120.
rum Dei, Rodolfo regi et omnibus secum in regno Saxonum conmanentibus tam episcopis quum ducibus et comitibus maioribusque ac minoribus, peccatorum absolutionem et apostolicam benedictionem. Cum Veritas ipsa dicat, omnium qui propter iusticiam persecutionem paciuntur, regnum esse celorum, et apostolus clamet, neminem nisi qui legitime certaverit posse coronari: nolite, filii mei, in hoc qui vos iam multo tempore exagitat bellico furore deficere; nolite per ullius[c] fallentis persone mendacia de nostro fideli adiutorio dubitare, sed magis magisque pro tuenda veritate eclesiastica, pro defendenda vestre nobilitatis libertate, labori iam cicius finiendo incumbite, et ex adverso ascendite, vos et corpora vestra quasi murum pro domo Israel opponendo. Quid iam in duabus sinodi nostre conventionibus de rege Rodolfo et de Heinrico stututum,

a) *ita c. vocabulum deesse videtur.* civitatem? b) numquam *c.* c) illius *c.*

Bruno l. l. *quidque ibi de pace et concordia regni etiam cum iuramentis sit diffinitum, per nostras litteras et per vestros legatos, nisi forte capti sunt, apertissime potestis agnoscere; et si quid adhuc remansit per episcopos Metensem et Patuviensem et abbatem Augustensem, qui nobiscum finem rei prestolando morantur, cum ad vos ipsi pervenerint, quasi in promptu habetis audire. Postremo hoc vos ignorare notumus, quia omni qua oportet instancia, tum orationis nostre assiduitate, tum officii nostri gravitate, et prospiciendo consulere et consulendo prospicere vestre necessitati, non dubitamus.* Mense
c. 121. Octobri eiusdem anni Heinricus, milicie laboribus infatigabilis, iterum congregavit exercitum, ut invaderet Saxonie regnum. Saxones vero cum ingenti multitudine occurrerunt ei in loco qui Cancul vocatur, ibique castris positis sederunt. Cumque missis exploratoribus Heinricus Rodolfi regis et Saxonum virtutem cognosceret, ad artem malicie conversus, agmen illorum in duas partes dispersit. Nam cum prelium devitans cum universo exercitu suo contra Erpesfort tenderet, velocissimos equites retro contra Goslariam misit, qui quibusdam villis incensis ad se velociter properarent. At Saxones per suos exploratores iter eius contra Erpesfort edocti, cum eum facile possent insequi vel eciam prevenire, viso post dorsum fumo, illue universi festinant, ut ei Goslariam et illas partes Saxonie prohibeant. Heinricus vero ceptum iter ad Erpesfort peragens, oppidum iam succensum fuerat depredatus, cum Saxonum exercitus se deceptum intelligens, magna turba peditum et equitum derelicta, illum insequitur. Et quia Heinricum Nienburch episcopatum incendere velle videbant, per montana cum prevenientes, urbem ab incendio protexerunt. Quo cognito, Heinricus obvia omnia comburens et vastans, ad Elsteram fluvium pervenit. Hinc diversorum diversa est opinio. Alii dicebant, quia bis prelio victus amplius fortunam prelii noluerit temptare, sed Saxonibus arte deceptis, magnam regionis partem comburere sicque quasi victorem in suas partes declinare, sed inscium fluminis huius profunditatem incurrisse et sic coactum prelio se commisisse. Alii putabant, quod ex industria malivolentie hunc elegisset locum, ubi suis, quibus non bene credebat, aut fortiter esset pugnandum, aut fuge premium periculum fluvii subeundum. Alii
c. 122. credebant, quod ideo regiones illas peteret, ut si Misnenses et Boemii, sicut sperabat, sibi essent adunati, inde per Mersburh et Magdaburh Saxoniam transiens, depopulari sueque in perpetuum posset subicere dominationi. Igitur Heinricus, castris in Elstre ripa collocatis, crastino mane primo suas acies disposuit, quia nullam per se prelii moram fieri voluit, cum Saxones festinatione et itineris asperitate fatigati, multis in via pre lassitudine relictis, adveniunt, et audientes, quod econtra hostes essent, se ad defensionem sue patrie disponunt. Cum vero pedites admodum pauci esse, plurimis non valentibus sequi, conspicerentur, omnes qui non satis fortes equos habebant, ex equitibus pedites fieri iubentur, et tunc ordinati, hostibus obviam paulatim progrediuntur. Episcopi vero clericos omnes qui aderant, psalmum 82um multa devotione cantare admonebant. Exercitus autem uterque ad paludem que vocatur Grona convenerunt, et quia sine vado palus erat, utrimque dubitantes substiterunt, et alteros alteri ut transirent opprobriis increpantes, utrique ripam suam immoti tenuerunt. Tandem Rodolfi pars caput paludis non longe esse cognoscens, illue tendebat; quo viso adversarii equo itinere eodem pergebant. Heinricus itaque mox ut agmina vicissim misceri conspexit, se, sicut solitus erat, in fugam dedit. Exercitus vero eius tanta virtute hostibus instabat, ut, quibusdam illorum terga dantibus, in castris illorum victos. esse Saxones fama nunciaret. Dumque presules qui Heinricum adiuvabant cum suis clericis *Te Deum laudamus* gaudentes canerent in castris, ecce Rabodo, unus de summis principibus parcium Heinrici, apportabatur
cf. Ekk. occisus; quem qui ferebant, de longe *Fugite, fugite,* clamabant. Sed ex parte Saxonum rex Rodolfus letali vulnere
Bruno l. l. sauciatus, Mersburh tamen vivus pervenit. Victoria tamen ipsius exercitui cessit. Nam dux Otto, assumpta peditum
'fol. 184'. turma, eos qui iam partem Saxonum fugaverant effugavit; 'quos insequi non ante destitit, quam per media castra sua festinantes fluvium cum periculo transisse conspexit. Nam fere non minor quam in prelio pars hostium periit in fluvio. Tunc pedites certi de victoria, castrorum volebant invadere rapinam. Sed dux Otto timens ne hostes aliqui post tergum remansissent, eos interim prohibuit. Et reversus cum eis, invenit in loco prelii Heinricum de Lacha cum magna parte hostilis exercitus iam quasi de victoria tripudiantem et kirieleyson clamantem. Quos dux Otto, paucitati suorum diffisus, primo voluit declinare, sed recogitans, quia Deo non est difficile in multis et in paucis vincere, fortiter eos adiit, et Deo dante illi spiritum timoris, cito eos in fugam convertit. Omnibus ergo aut ultra fluvium fugatis aut in fluvio mersis, *Nunc*, ait dux Otto, *castra securi perquirite, et quicquid hodie fuit hostium, vestra prestante virtute vestrum vocate.* Sunt autem inventa multa preciosa tentoria et episcoporum scrinia sacris indumentis et vasis plena, multa vasa aurea et argentea cottidianis usibus apta, multe quoque argenti et auri lamine, multoque maxima pars numerate pecunie, equi quam plurimi simul et optimi, arma generis universi, mutatoria ceteraque sine estimatione vestimenta. Ergo
c. 123. quicquid Unstrod, ubi fere ante quinquennium Saxones victi fuerant, in eos peccavit, Elstera dupliciter vindicavit. Illic tantum suas res[a] fugientes amiserant, hic et suas quas hostes tulerant et hostiles pariter, fugientibus illis et interfectis,
c. 122. abstulerunt. Nam quicquid episcopi Coloniensis, Treverensis et alii fere 14, quicquid dux Fridericus et comes Heinricus ceteriique ditissimi homines secum portaverant, quicquid in Erpesfort rapuerant, omnia tollentes, ad sua castra
c. 123. victores redieruht. Qui vero ex hostibus gladium effugerant, incredibiles calamitates in fluvio, silvis, paludibus sustinebant. Fluvius enim utraque parte tales ripas habebat, ut hic nemo nisi cadens possit intrare, illic nemo nisi frutectis vel herbis arreptis possit exire. Multi ergo fugientes, postquam hic proni ripam velociter inciderant et alteri ripe de dorsis equorum insilierant, gladio ripam cedebant, ut equos post se de fluvio extraherent, tandemque cedendo fatigati, equis derelictis et armis proiectis, fugam trepidi corripiebant. Quorum plurimi fortes viri sunt a rusticis in fuga securibus vel fustibus occisi; multi nobiles et illustres sunt a personis vilibus capti; multi fame coacti, ut equos vel gladios suos pro frusto panis venderent. Si qui vero ex eis capti ad aliquem ex hostibus probum hominem sunt adducti, sanati, si vulnerati erant, in patriam gratis remittebantur, vestibus et armis decenter instructi. Cumque audissent, quod Heinricus Boemios evocaret, ut eum his et illis qui de exercitu supererant Saxoniam repeteret, responderunt, si possi-
c. 124. bile[b] foret, malle se orbem terre circuire, quam Saxonie terram ulterius intrare. Factum est hoc prelium quartum Idibus Octobris, feria 5. Saxones post pugnam ad castra sua reversi, reppererunt imminutam magnam partem gaudii sui. Nam rex Rodolfus, amputata sibi manu dextera, aliud quoque letale vulnus, ubi venter ad ilia descendit, susceperat, magis tamen quam suum populi casum dolebat. Audita vero suorum victoria, *Nunc,* ait, *letus pacior, sive vivens sive moriens, quicquid voluerit Deus.* Ergo, ut eos quos de morte sua videbat[c] dolentes consolaretur, se in presenti non moriturum fidenter promisit, suique postponens curam, suis vulneratis ostendebat, quam deceret adhiberi medicinam. Qua fortitudine simul ac pietate principes valde commoti, concorditer ei omnes spoponderunt, ut si Deus omnipotens vitam illi servare vellet, etiam si utraque manu careret, nullum alium eo vivo Saxonia rectorem eligeret. Qua ille fide multum letatus,
Ekk. felici est morte resolutus et apud Mersburh honorifice humatus. Decembri rursus mense cum principes Saxonum con-
Bruno c. 125. gregati de regni sui statu tractarent, nuncius aderat, qui diceret, Heinricum ad suos de prelio reversum iactasse, quod, rege Saxonum occiso, totam Saxoniam sue dicioni subiugasset, et nunc exercitu congregato adventare, ut natalem

a) re *c.* b) poossibile *c.* c) videbant *c.*

Domini Goslarie celebraret. Qui magno exercitu per triduum collecto, obviam ei exierunt, virtute suam patriam Bruno l. defensuri. Quod ille agnoscens, a magna spe cecidit, quia Saxones non habentes rectorem facile vinci posse speravit. Igitur exercitu suo dimisso, mutatoque consilio, misit ad Saxones legatos, rogans, ut quandoquidem nollent esse sine rege, filium suum sibi regem facerent, seque illis iuraturum, quod numquam intraret terram Saxonie. Cui legationi dux Otto iocose, sicut erat solitus magna seria nonnullo ludendi scemate velare, respondit, *Sepe*, dicens, *sepe ex bove malo malum vitulum vidi generatum, ideoque nec filii nec patris habeo desiderium.* Eodem anno cum apud Brixinam Ekk. Noricorum 30 episcoporum conventus necnon optimatum exercitus, non solum Italie, sed et Germanie, iussu regis Heinrici congregaretur, factus est omnium consensus adversus Hilebrandum Gregorium septimum cognominatum, quem illi pseudomonachum tociusque vesanie pestiferum principem et sancte eclesie Romane ac sedis invasorem affirmabant, et, ut dictum sit, mille conviciorum tela in illum iacientes, ab apostolica sede pellendum, quamvis absentem, iudicabant, et Wicbertum Ravenne episcopum ipsi subrogandum *eligebant. Cuius decreti conclusio hec est: *fol. 185. *Quia*, inquiunt, *illum constat non a Deo fuisse electum, sed a se ipso vi, fraude, pecunia inpudentissime obiectum, qui eclesiasticum*[a] *ordinem subvertit, qui christiani inperii regimen perturbavit, qui regi catholico ac pacifico corporis et anime intentat mortem, qui periurum defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, divorcia inter coniuges, et quicquid quietis inter pie viventes stare videbatur concussit: nos auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti* 18 *episcoporum die sancto preteriti*[b] *pentecostes Mogontie congregatorum, contra eundem Hildebrandum procacissimum, sacrilegia et incendia predicantem, periuria et homicidia defendentem, catholicam et apostolicam sedem de corpore ac sanguine Domini in questionem ponentem, heretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum ac somniorum cultorem manifestum, nigromanticum, philonico spiritu laborantem, et idcirco a vera fide exorbitantem, iudicamus canonice deponendum, et nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condempnandum.* Scripsit post hec Anselmus Lucensis episcopus epistolam ad eundem Wicbertum, in illum prevaricatorem superbum nominatum[c], prescripte sentencie contrariam, inter alia subinferens: *Ut ergo de beato Gregorio patre nostro dicam, quod de Cornelio scripsit beatus Ciprianus, factus est episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium, et ut verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebis que tunc aderat suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum locus Alexandri, sedes Petri, gradus cathedre sacerdotalis vacaret. Quo occupato et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensu ordinato, quisquis iam episcopus voluerit fieri, foras fiat necesse est, nec habet eclesiasticam ordinationem, qui eclesie non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet multum de se iactans, sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est; et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debet, factus est, iam non secundus ille, sed nullus est.* Fuit iste Anselmus litteris adprime eruditus, ingenio acutissimus, facundia precipuus, et quod omnibus maius est, in Dei timore et sancta conversatione nominatissimus, adeo ut tam in vita quam post mortem referatur miraculis clarus.

A. d. i. 1081. In natali Domini tam validus ventus subito exortus est, ut tocius orbis exicium minaretur. Inter hec Heinricus Italiam intrare disponebat, ut imponeret aliquem finem rerum Bruno c. 126. suarum longo labori, scilicet ut, domno papa Gregorio aut ficta humilitate placato aut vi tirannica coacto, vincula banni exueret, vel quod magis volebat, illo per vim electo, Wipertum Ravennatem episcopum, iam triennio iuste excommunicatum, pro eo collocaret, sicque libere ageret omnia que sue tirannidi placerent, cum de sede apostolica tocius sue voluntatis favorem haberet. Sed familiares ipsius non tutum putabant Saxonibus recenti prelio vehementer exacerbatis invadendos relinquere, cum de adventu illorum nil dubitarent, si pergentes in Italiam fines suos sine virtute militari dimitterent. Miserunt ergo ad principes Saxonum, rogantes, ut singulari colloquio tempus et locum prefinirent, quo utrimque principes electi, de communi bono tractaturi, convenirent. Convenerunt igitur ultra fluvium Wisaram in silva que inde Capuana dicitur, quia pertinet ad urbem que Capua vocatur. Erantque episcopi ex illa parte Coloniensis, Treverensis, Babenbergensis, Spirensis, Traiectensis; ex Saxonum vero parte Mogontinus, Magedaburgensis, Salzburgensis, Patherbrunnensis, Hildinisheimensis. Cumque qui ex illa parte erant secretum, quod soli principes audirent, colloquium cuperent, hi e contra nullum sermonem conferre volebant, nisi quem cunctis qui convenerant magnis et parvis audire liceret. Iam vero sedentes ex utraque parte diu tacebant, quia et Saxonici principes rogati occurrerant, et illi non se rogasse, sed rogatos venisse videri volebant. Tandem rogatus a sua parte Gebehardus Salzburgensis archiepiscopus, ut erat vir prudens et honestus et officio quod gerebat non minimum conferens honoris, vultu modesto, voce mediocri sensum sapientis et pii pectoris profudit: *Episcopi venerabiles ceterique quos videtis adesse principes* c. 127. *Saxonici hanc operam michi dignati sunt imponere, ut animos omnium debeam mei sermonis officio vobis exponere. Unde vos, sancti sacerdotes ceterique eximii principes, dignamini me pacienter audire, et cause communi, quam sum iussus agere, animum tranquillum, quo verum possitis agnoscere et examinare, velitis adhibere, quia non plus nostra quam vestra interest, si vultis que dicturus sum agnoscere. Vestro testimonio fidenter innitimur, quia, quamvis a nostra societate discesseritis, a veritatis amore non discedere confidimus, vestro, inquam, testimonio probare volumus, *quantis contumeliis fol. 185. *affecti simus, dum toto animo, ut decebat, regis eramus servicio subiecti. Vos scitis, quotiens singillatim vel communiter vestrum petivimus auxilium, quo pro servitute nostra vel hoc intercessione vestra nobis redderet premium, ut a fasce levaret importabilium calamitatum; hoc postulando quid profecimus, optime scitis. Inde vos non incusamus, quia pro nostra causa, licet parum nobis prodesset, sepe laborasse agnovimus. Quid nunc opus dicere, cum*[d] *manifestum sit oculis omnium, quia, quod habuit maximum, nobis rependit extremum? Sacerdotes non solum de nullo crimine convictos, sed nec reguluriter accusatos, aut in vincula ut latrones coniecit, aut a sedibus, quos caperc non poterat, omnium rerum suarum nudos effugavit; eclesiarum bona, quibus ipsi vivere vel pauperes Dei sustentare deberent, scelerum suorum fautoribus dissipanda concessit. Terram nostram multis ium vicibus vastavit; cognatos sive milites nostros in nostris finibus innocentes occidit, cum non esset causa bellorum, nisi quod servos habere volebat filios hominum liberorum. Sepe ipsi et vobis singulis et universis supplicavimus, ut gladio deposito, causam iudiciis agerct, nosque vestrum secuturos iudicium animo libenti spopondimus. Quid his profecerimus, vos in testimonium vocamus. Ergo nos, qui adsumus, cum omnibus quos tenet Saxonia, vobis, sanctissimi sacerdotes et nobilissimi principes ac fortissimi milites, supplicamus, ut, memores Dei et vestri officii, quod estis animarum pastores non perditores vocati vos vero, quod gladium ad defensionem non internicionem innocentum accepistis, cogitetis, nos fratres in Christo, cognatos in carne, nosque persequi ne velitis. Quod hactenus perpessi sumus, vobis donantes, peccatis nostris imputabimus, et correptionem divine pietatis appellabimus. Ut decet homines christianos, causam rationibus non cedibus agite, et quod ante cruoris effusionem postulavimus, vel nunc cruore nostro saciati prestate. Multas nobis crumpnas dominus vester Heinricus crudeliter intulit, et tamen parati sumus, ei, ut prius, fidelitatem iurare*

a) eclasticum *c.* b) preriti *c.* c) nominat *post corr.* nominat *c.* d) quia cum *c.*

Bruno l. I. *et fideliter servare; tantum vos veris assertionibus astruite, quod salvo nostro ordine et laici possint hoc facere sine sue fidei detrimento; nec nos ab hoc campo recedemus, nisi que dixi compleverimus. Quodsi nostras sententias dignamini audire, veris et manifestis et ex scripturis firmis rationibus ostendemus, quod Heinricum nec clerici nec laici regem habere possumus cum animarum nostrarum salute. Quodsi obicitis vos sacramento ei astrictos, simili modo confirmabimus, nullo sacramento vos ad nos persequendos iure*[a] *posse compelli. Summa est nostre peticionis, ut dominum Heinricum vel vos iure*

c. 128. *regnare probetis, vel nos, quia non possit, probare sinatis, et cum res alterutra claruerit, nos persequi cessetis.* Tunc illi responderunt, se nec ob id convenisse, hec esse tante[b] sapientie, ut tam magnam rem ex improviso presumant agendam suscipere, presertim cum non ad se solum, sed ad regem omnesque regno subditos pertinere videatur. Rogabant autem, ut ab inicio Februarii presentis usque ad medietatem Iunii pax daretur, ut interim conventu facto eadem causa communi tocius regni consilio tractaretur. Illi vero dolos intelligentes, responderunt, se nec decipere velle nec decipi, sed usque in predictum terminum integram et veram pacem dare ac petere. Cumque illi omnibus huius partis Teutonicis pacem promitterent, *Hanc*, ait dux Otto, *stolidos nos esse putatis? Petitis partibus vestris securitatem, donec apostolicam inhonoretis dignitatem, et nobis pacem vestram promittitis, donec caput nostrum pro vestro libitu, si Deus permiserit, male tractetis. Ergo nobis et nostris omnibus date, et vobis et vestris omnibus accipite pacem integram aut nullam. Quod si non vultis, pergite iter quod cepistis; hoc tamen ante predicto, quod in finibus vestris hospites molestos cito habebitis, nec res vestras, ut velitis, ab Italia reversi custoditas invenietis. Nam hoc nolumus*[c] *vos celare, quod, cum primo potuerimus, rectorem habebimus, qui et ab iniuriis nos Deo iuvante defendat, et his qui nos leserunt equitatis vicem rependat.* Milites ergo plebei partis adverse conclamant, illos equiora quam suos principes et petere et offerre; se posthac ad pugnandum minus paratos fore, quia cause iusticia penes Saxones foret, plusque eis illum conventum quam trium preliorum prodesse victoriam, quia quod numquam de illis credere possent, ipsi presentes audissent. Hein-

c. 129. ricus igitur intrante Martio in Italiam, seminaturus et ibi discordias, est profectus. Magnus terre motus cum gravi

Ekk. terre mugitu factus est 6. Kal. Aprilis, prima hora noctis, portendens, ut quibusdam visum est, ea, que Heinricus

Bruno c. 130. apud Romam in electione Gregorii pape et substitutione Wicberti exercuit. Principes vero Saxonie Teutonicos populos tam inimicos quam amicos per nuncios orabant, ut preter Heinricum et filium eius quemlibet sibi regem eligerent, ut regni membra, sicut olim fuerant, in unum convenirent. Mense vero Iunio in magno exercitu, pro illatis sibi iniuriis orientalem Franciam vastaverunt, et flamma latum iter sibi facientes, non longe a Babenberh Suevis amicis suis occurrerunt, et de constituendo rege communiter tractaverunt, et tandem ut Herimannum

c. 131. regem eligerent unanimiter consenserunt. Sed cum Saxones gloriosi redissent nec de recipiendo rege dubium haberent, principes adverse partis, quia electum regem valde timebant, Ottonem ducem solum sibi loqui rogabant, et multis pollicitacionibus ut in electione vacillaret persuadebant, non tamen ut certum quid eis promitteret effecerunt. Sic eo dubitante, et magna parte dubitacioni eius consentiente, tota preteriit estas, et totam pene Saxoniam commoverat eius instabilitas. In Novembri vero mense iterum vocatus ad soliloquium, cum iam totus esset hostibus Saxonum inclinatus, misericordia Dei faciente, ne tot pro patria labores in ultimis temporibus perderet, equus cui insidebat in plano campo cecidit et sessori unum crus ita[d] . . . . . .

fol. 186. [Rex Heinricus Italiam cum ex]ercitu peciit, Romamque perveniens in vigilia pentecostes, resistente sibi Hilde-

Ekk. brando sive Gregorio papa cum Romanis, ante castellum sancti Petri castra posuit, ubi etiam per biennium incur-

ib. a. 1083. siouibus urbanorum crebro infestatus, parva manu multa viriliter peregit. Interea in Palatino monte munitionem instituens, non paucos, quos in presidio posuerat, ingravescente super eos estatis insueto fervore, amisit; sed et de exer-

Ekk. citu multos eadem mortalitas absumpsit. Monasterium Babenbergense in vigilia pasce igni deflagrat. Mogontia ex maxima parte incendio conflagravit, principali ecclesia et tribus monasteriis combustis. Saxones et Alamanni in orien-

Cosm. II. talem Franciam ad colloquium venientes, non sine magna clade eiusdem provincie ad sua redierunt. Graves inimicicie exorte sunt inter Liuppoldum marchionem orientalis Bawarie et diarcham Moravie Conradum, ducis Boemici fratrem; nam antea semper fuerunt amici ad invicem. Cum enim utriusque provincie terminos non silva, non mons dirimant, sed rivulus fluens per plana, semper noctibus inprobi homines alternatim latrocinantes dampna populis inferebant. Cumque frequenter Conradus pro his ad marchionem misisset et ille eum despiceret, supplex adiit ducem Wratizlaum petens auxilium. Qui venit in orientalem Bawariam cum exercitu Boemie et Polonie et non paucis militibus Ratisponensis episcopi; quos precio conduxerat. Cui Liuppoldus ad pugnam paratus occurrit, et multis hinc inde occisis,

Ekk. Liuppoldus cum paucis aufugit 4. Idus Mai. Item bellum commissum est inter Alamannos et Bawarios 3. Idus Augusti iuxta Danubium aput Hohostein, ubi palatini comitis Cononis filius Cono occisus est. Heinrico[85] regi filius Heinricus iunior natus est. In natali Domini tam validus ventus subito venit, ut tocius

86 orbis exicium minaretur[86].

Ekk. A. d. i. 1082. Herimannus quidam, prepotens ac nobilissimus ex Germania, a Saxonibus et Alamannis rex constituitur. Cui cum in suis partibus, id est Lotharingia, nemo in rebus bellicis vel diviciis posset equari, sumpto regis nomine, tam suis quam alienis cepit in brevi despectus haberi. Hic a Sigefrido Mogontino archiepiscopo Goslarie in

Bruno c. 131. regem consecratus est. Eodem anno monasterium sancti Iohannis babtiste in suburbio Mageda-

88 burgensis civitatis consecratum est ab Hartwigo archiepiscopo et Godescalco[87] et Gifrodo[88] episcopis. Udo senior Saxonicus marchio defunctus est 4. Non. Mai. Uxor eius Oda dicebatur, cuius paternum genus tale fuit. Rodulfus[89] comes natus de Westfalia ex loco qui dicitur Werla, frater Gisle imperatricis[90], genuit filium nomine Herimannum, qui duxit uxorem nomine Richenzam, genuitque ex illa predictam Odam. Hec genuit pre-

91 dicto Udoni[91] Heinricum, Udonem, Sigifridum, Rodulfum, et filiam que Adelheidis dice-

a) i. uos *c.* b) tant *c.* c) uolumus *c.* d) *Folio expleto auctor hanc narrationem, cuius continuationem videsis apud Brunonem c. 131, haud absolvisse videtur. Nam nihil in codice deest, et folio sequenti prior textus pergit, cuius primae lineae erasae haec continebant, partim prioribus iam inserta:* Anno dominice incarnationis 81. Magnus terre motus cum gravi terre mugitu factus est 6. Kal. Aprilis prima hora noctis portendens ut quibusdam visum est, imminens malum quod in toto orbe insonuit. Nam rex Heinricus Italiam cum ex *ex Ekkeh. v. iam supra.*

85) cf. A. Wirzib. 86) v. supra initio anni. 87) Havelbergensi. 88) Brandenburgensi? 89) cf. supra a. 1026. 90) quod falsum esse, iam supra monui. 91) de quo cf. a. 1056

batur, quam Fridericus palatinus comes de Putelenthorp accepit, illoque mortuo, comes Lodowicus senior de Thuringia eam duxit uxorem. Matrem autem predicte Ode post obitum comitis Herimanni duxerat uxorem Otto de Northeim quondam dux, genuitque ex ea preclarissimos viros Heinricum Crassum comitem, patrem Richinze inperatricis et Gertrudis palatine comitisse[92], et comitem Sifridum de Boumeneburh, et Cononem comitem de Bichlinge, et tres filias, ex quibus unam nomine Ethilindam accepit Welpho dux Bawarie, et postquam eam repudiavit, duxit eam Herimannus comes de Calverla[93], genuitque illi Herimannum comitem[94]. Terciam vero duxit Conradus comes de Arnesberge, genuitque ex ea Fridericum comitem. Igitur defuncto Udone seniore, succesit ei filius eius Heinricus marchio. Hic habuit uxorem Eupracciam, filiam regis Ruscie, que in nostra lingua vocabatur Adelheid, quam postea duxit Heinricus inperator. fol. 186'. 92 93 94

A. d. i. 1083. Herimannus rex cum paucis orientalem Franciam hostiliter invasit; et per easdem partes visus est quasi equitum discurrens exercitus, quorum tamen vestigia nullo modo poterant agnosci. Estas adeo fervida fuit, ut piscium copiosa multitudo in aquis periret. Magnus puerorum et senum interitus fuit morbo dissenterico. Heinricus rex pascha celebrans apud Sanctam Rufinam, moxque Romam tendens, castra posuit ubi et prius, ad occidentalem partem castelli sancti Petri, captaque est Urbs 3. Non. Iunii, feria 6. ante octavam pentecostes. Hoc tempore Hildebrandus papa in castello Crescentii, quod vulgo domus Theoderici dicitur, inclusus expectabat eventum rei. Romani autem 20 obsides regi dantes ex nobilibus, petierunt diem constitui, quo papa et omnes senatores in presentiam eius venirent. Qui diem constituens Kal. Novembris, ipse ad montaua conscendit intrante[a] Iulio, ibique commorans usque ad statutum tempus, Romam rediit. Papa vero Hildebrandus in presentiam eius non venit, sed occulte fugiens, Salernam secessit, ibique usque ad diem mortis sue permansit. Eo tempore legati Grecorum ad regem Heinricum venerunt, munera multa et magna in auro et argento vasisque et sericis regi deferentes. Eodem anno Welfo, filius Azzonis, dux iam tunc Bawarie, Augustam civitatem summo mane intravit, et episcopo civitatis Sigefrido vix evadente, Wigboldum quendam, eiusdem loci canonicum, episcopum intronizavit. Pax Dei orta est. Otto de Northeim vir prudens et nobilissimus, dux quondam Bawarie, sed per Heinricum regem iniuste deiectus, defunctus est 3. Idus Ianuarii. Huius[b] avus fuit Sigefridus comes de Northeim, qui genuit ex comitissa Machtilde Sigefridum interfectorem magni illius Ekkehardi marchionis, et Bennonem, qui ex comitissa Eilica genuit hunc de quo loquimur Ottonem[95]. Reliquit et ipse filios ac filias, quos ei Richeza ductrix genuit, de quibus locis suis dictum est[96]. Ekk. Ekk. 95

A. d. i. 1084. Heinricus rex natale Domini Rome apud Sanctum Petrum celebravit. Circa Kal. vero Februarii in Campaniam transiens, ipsam et magnam partem Apulie cepit. Post hec per legatos Romanorum rogatus ut pacificus rediret, Romam rediit, et ad portam Lateranensem castra ponens, omnes in dedicionem accepit, et 11. Kal. Aprilis, feria 6. ante diem palmarum, multis stipatus, cum magna gloria intravit, ducens secum Wigbertum Ravennatem episcopum. Qui sequenti dominica apostolico nomini dicatus, nomenque Clementis accipiens, kathedre Petri est intronizatus; a quo et Heinricus rex cum regina Berhta in sancta dominica pasche inperiali est nomine sublimatus. Post hec inperator Heinricus de Italia egressus, Augustam civitatem ab Alamannis invasam obsedit et cepit. Herimannus quondam Babenbergensis episcopus, sed ab Hildebraudo papa pro simonia depositus, defunctus est. Sigifridus Mogontinus archiepiscopus obiit in Thuringia et aput Hasungun sepelitur; pro quo Wecel constituitur. Magnus principum conventus factus est in villa Gerstungun[97] causa recuperande pacis inter regem et ipsos; sed infecto negotio discessum est. fol. 187. Ekk. A. Hild. cf. Lamb. A. Hild. 97

A. d. i. 1085. Nativitatem dominicam egere Herimannus rex Goslarie, Heinricus imperator Colonie, confluentibus ad eius curiam plurimis, utpote novi dominii cupidis. Similiter Gregorius papa Salerni, eius supplantator Rome natale Domini celebraverunt. Post hec utriusque partis primates ob discutiendam tam inmortalem controversiam 13. Kal. Februar. aput Percstad[98] Thuringie villam convenerunt. Hinc archiepiscopi, Otto Ostiensis a suo Gebehardo Constantiensi digressus, Hartwigus[c] Magedaburgensis, et inproperium Christi tesauris Egiptiorum preferens Gebehardus Iuvanensis[d]; episcopi quoque Udo Hildinsheimensis, Burchardus sive Bucco Halberstadensis, Hartwich Viridunensis, Guernerus Mersburgensis, Gunterus Cicensis, Benno Misnensis, Heinricus Patherbrunnensis designatus et adhuc tantum subdiaconus. Illinc Liemmarus Bremensis, et qui ab illius partis papa pallia acceperant, Mogontinus, Coloniensis, Treverensis et quicumque eis favebant eorum suffraganei. Susceperunt defensionem cause hinc Gebehardus Iuvanensis[d] archiepiscopus, illinc vero Mogontinus legendo, Traiectensis sermocinando. 93

a) intrant *c.* b) Huius — dictum est *alio atramento post additum c.* c) harwigus *c.* d) *ita c. semper.*

92) Sigifrido palatino Rheni nupserat. 93) Calbelage. 94) cf. Chron. Saxon. a. 1111, qui secundae nomen adiecit, et Schrader Dynastenstämme 95) cf. a. 1057. 96) v. a. praecedentem. 97) Eundem putat Stenzel I, 517. qui sequenti anno narratur. 98) Berkach; cf. Waltramum II, 19.

Stabant arrectis auribus diverse secularium persone, velut in turbulentissimi temporis causa angelico quodam examine discutienda. Iuvanensis vel Salzeburgensis exordiens dixit: *Venimus probare, prout condictum est, licitum nobis non esse, ut communicemus his qui nobis nuntiati sunt exconmunicati, et maxime quos papa, possessa absque contradictione apostolica sede, in publica sinodo exconmunicavit, nobis et eos exconmunicatos cum causa exconmunicationis et ne*[a] *eis conmunicemus per litteras demandavit.* Hec dicendo, ut fidem verbis daret, mandati eiusdem indices sigillatas apostolici epistolas conplures presentat, et obediendum eius edictis, nec conmunicandum his qui nuntiantur exconmunicati, ewangelica, apostolica, decretali apostolice sedis presulum et diversorum canonum auctoritate probat. Econtra Traiectensis, *Sententie*, ait, *vestre nullus nostrum refragabitur, sed dominum nostrum, cuius hic causa discutitur, negamus exconmunicatum, quia apostolicus iniuste secum egit, exconmunicans quem exconmunicare non debuit.* Cuius sermocinatio-
*fol. 187'. nem *cum Mogontinus iam probaturus esset legendo, Iuvanensis[b] responsum non differens, astipulatur ex institutis Gelasii et sinodorum Nicene et Sardicensis, nulli quamvis iniuste exconmunicato conmunicandum ante utriusque partis iustam examinationem et nisi reconciliato per suum exconmunicatorem. Et ecce Mogontinus expectato potitus silencio, legerat capitulum, nullum rebus suis spoliatum ad sinodum posse vocari, iudicari, dampnari. Et hoc laicis exponens, testatus est, quia nec potuerit apostolicus exconmunicare dominum ipsorum, postquam Saxones et aliqui Suevorum ab eo defecerant, magna parte regni spoliatum. Ad hec Iuvanensis, *Capitulum*, ait, *hoc nec universaliter verum, nec huius auctoritate illum de quo agitis ab exconmunicatione apostolica defensum, facile probaremus; sed de nostro periclitaremur gradu, si contra apostolicorum Gelasii, Nicolai et aliorum multorum edicta apostolice sedis retractaremus*[c] *iudicia, cum illius sit de omni iudicare eclesia, nullius de illa. Et ideo cum primum hec indicta est dies colloquii huius, accionem hanc cautele respectu determinavimus, ut de alia re nulla vobis hic respondendum affirmaremus, nisi catholica lege nos constringi, ut eis non conmunicemus, quos nobis presul sedis apostolice et a se exconmunicatos et ne eis conmunicemus certa legatione demandavit. Et hoc, non alio nos pacto ad hunc conventum inductos, vestros huius colloquii testamur mediatores.* Sic istis edicta patrum exorbitare nolentibus, illis quod Rome oportuit definitum esse, in bivio et subalterno auditore retractari poscentibus, infecto disceditur negocio. Sequenti die Saxones item et Thuringi convenere, scituri, qui secum usque ad sanguinem resistere, si qui ab eis vellent deficere. Accusan-
99 tur Udo Hildinsheimensis episcopus et frater eius Conradus et comes Theodericus[99], Heinricum hostem eorum infestissimum convenisse et patrie tradicionem ei promisisse. Sed cum protestati dicerent, se nullam adhuc subiectionem Heinrico pollicitos, non negarent autem, se ei locutos, expetuntur obsides dare ad certificandum conpatriotas de promissa fide. Illis reclamantibus, non esse innate[d] eorum dignitatis, ut ad patrocinium patrie, cuius ipsi primates et hactenus defensores fuissent, ab his quorum id minus referret cogerentur, Theodericus, egregie dignitatis comes, a quibusdam precipitati inpetus interficitur, episcopus et suus frater et eorum conplices fugantur. Nec mora, Udo episcopus hanc vindicaturus iniuriam, ad Heinricum[e] Fritislare sibi occurrentem[f] venit, subiectionem ei firmavit. Et ut Saxones sollicitandi ac Herimannum regem deserendi peroraturus mediator esse posset, sacramentum ab Heinrico accepit, si Saxones ad eum converterentur eumque paterno uti regno paterentur, numquam ius huiusmodi ipse eis infringeret, quod a tempore expugnatoris eorum Karoli aptissimum honestissimumque
1 habuerant[1], ut si quisquam suorum cum aliquo de Saxonibus contra legem ageret, ipse a die facte sibi proclamationis infra sex septimanas digna illud emendatione conponeret. Iuraverunt quoque alii eius primates et episcopi, ut si Heinricus hoc statutum umquam postponeret, ipsi nullum sibi supplementum contra Saxoniam essent. Episcopus mox in sua reversus, conpatriotis quod sibi iuratum est promittendo, multos con-
*fol. 188. ciliaverat *parti cui ipse accessit. Heinricus, ne sibi in tam optata oportunitate ipse deesset, expeditione indicta Saxoniam erat aggressurus. Herimannus ei cum eisdem qui sibi remanserant erat obviaturus, sed utriusque collectam inpedierat instans tempus qua-

a) *bis scriptum c.* b) iuuanens *c.* c) cretractaremus *c.* d) nīate *c.* nominate? e) heinric' *c.* f) occurrentem *c.*

99) de Katelenburg. 1) cf. speculum Saxonum I, 18.

dragesime[a], in qua propter iuratam usque in octavam pentecostes Dei pacem nec licitum erat vel arma portare. Designati, alter iam septimo, alter quarto anno Sigefridus Augustensis, Nortbertus Curiensis episcopi, consecrati sunt aput Mogontiam ab illo Mogontino in purificatione sancte Marie, tenente adhuc magnam partem Augustensis Febr. 2. episcopatus Guigone, quem Goslarie Sigefridus archipresul consecraverat sub Rodolfo rege. Videres tunc temporis faciem Saxonie inrevocabiliter alteratam. Qui enim se antea pro solo apostolice sedis patrocinio Heinrico adversatos affirmaverant, qui se ei nisi per suum exconmunicatorem, papam scilicet Gregorium, reconciliato numquam conmunicaturos iuraverant, iam obliti papam eundem violenter expulsum, Herimannum regem inhumane destitutum, Heinrico per crebras legationes non solum conmunicant, verum etiam inperatorem, quamvis ab exconmunicato consecratum, appellant, in captanda eius benivolentia altero alterum praeoccupante, et illum sibi ipsi defuturum iudicante, quicumque Heinricum, iam Saxonia et integritate Teutonici regni potiturum, sibi debitorem sue restitutionis non faceret. Conspirans quippe omnis fere Saxonia, tanto exconmunicatum reposcit affectu, quanto prius nondum exconmunicatum reppulit inpetu. Reclamant archiepiscopi cum episcopis; sed narratur fabula surdis; utpote iam defunctis qui robustioris etatis et ingenii erant, Ottone scilicet qui dux fuerat Bawarie, Udone marchione, Theoderico comite, Saxonici principatus cesserant fluctuanti puericie. Quibus illectis[b] multis Heinrici promissis, hec concordat sententia, nullatenus alicuius eorum interesse, ut Heinricus per eos avito exheredetur regno, cum ipse experta Saxonum vi[c] correctus, eos velit securos reddere de numquam infringendis patriis eorum legibus; nec bellandi causam iam sibi superesse, expugnato propter quod pugnavere. Hac negotiorum executione expectatur statute pacis terminus, estas scilicet media. Notum est, Ekk. quod eandem sententiam Wecelonis Mogontini episcopi Heinrici regis adversarii tanto insequebantur zelo, ut, habito postmodum in Quidelingeburh colloquio, ubi[d] Otto episcopus Hostiensis legatus Hildebrandi Gregorii pape interfuit, ipsam nimium ventilantes heresim Wezelonis, ipsumque heresiarcham appellarent, contra fidem illum dogmatizasse culpantes, quod, quamdiu quis suis spoliatus sit rebus, divinis non subiaceat legibus. Sinodus itidem Mogontie aput Sanctum Albanum habita est, cui interfuit Heinricus, ubi, presentibus legatis Wicberti heresiarche et Romanorum, omnes sibi rebelles episcopi deponendi iudicantur. Ibi etiam conmuni consensu atque consilio constituta est pax Dei. Non multo post substitutis ab imperatore per parrochias abdicatorum presulibus, in locum Adalberonis Meginhardus, conversatione probabili, litteris etiam et ingenio atque facundia nulli pene secundus, Wirceburgensium presul ordinatur, dignus *qui felicioris temporis esset episcopus. Hildibrandus papa, qui et Gregorius *fol. 188'. septimus, aput Salernam exulatus moritur, et ibidem in eclesia sepelitur; cui Nortmannorum ex Apulia et Malitildis potentissime per Italiam femine cunctorumque eiusmodi sectam emulantium assensu Desiderius cardinalis Romanus et abbas Cassinensis, verus Christi famulus, licet multum corde simul et corpore renitens, substituitur, Victor nominatus. Etenim cum infirmitate gravi laborans, ad summum hunc apicem invitus immo captivus proveheretur, precibus obtinuit, ut infra non multos dies ab hac vita tolleretur. Post hec per eosdem electores et ordinatores Otto Hostiensis episcopus eidem officio delegatur, mutatoque nomine Urbanus appellatur. Recepto iam a Saxonibus pacifice Heinrico inperatore, Ecbertus marchio de Bruneswic, inperatoris consanguineus, animis strennuus et animosus atque ditissimus, iterum in Saxonia contra inperatorem tirannidem suscitavit. Qua cognita, inperator propere in Franciam rediit. Obierunt eodem anno Thietmarus Wormatiensis episcopus et Herimannus palatinus comes. Godescal- A. Hild. cf. A. Wirzb. cus abbas Sancti Albani deponitur; cui Adalmannus subrogatur. Volcmarus abbas Nienburgensis obiit; cui Erembertus successit. Heinricus inperator, magno exercitu coacto, Saxoniam intravit, eamque vastavit, Ecberto marchione sibi repugnante. Inperator inconsulte agens, quosdam in Saxonia statuit solo nomine episcopos. Bucconi Haiberstadensi episcopo viro eclesiastico expulso, Hamezo subrogatur; Partenopolitano episcopo Hartwigo fugato, Hartwigus Herveldensis abbas substituitur. Reinhardo quoque Mindensi episcopo Helmwardense monasterium regulari professione ingresso, emulus eius Volcmarus episcopatum obtinuit. Sed idem Reinhardus non multo post in episcopatum suum regressus est. Heinricus autem estatis tempore, castris positis iuxta Magadaburh in pratis virentibus, cum optimatibus suis intravit urbem, ibique susceptus est regio more. Sed quia propter metum ipsius advenientis archiepiscopus Hartwigus cum Burchardo Halberstadensi episcopo et Herimanno rege ad Danos abierat, hos[e] quos prediximus constituit episcopos, Hartwicum scilicet Herfeldie abbatem in Magedaburh, in Halberstad vero Hamezonem, eiusdem eclesie canonicum, avunculum Lodowici comitis de Thuringia. His ita gestis, illoque abeunte, episcopi a Dania regressi sunt, et ipse Heinricus cum illis superpositis mox de patria effugatus est. Godescalcus episcopus Havelbergensis obiit.

a) septuagesimae *Chr. S.* b) allectis *corr.* illectis *c.* c) u *corr.* ii *c.* d) ubi. e) ab. sicut prius animo conceperat in locum illius II. abb. Hersf. subst. et pro Burchardo Halberstadensi Hamozonem c. e. c. constituit a. Lothowici c. de Th. *Chr. S.*

fol. 189. A. d. i. 1086. Heinricus inperator Saxoniam vastat. Saxones et Alamanni Wirceburch obsident; ad quam liberandam
Ekk. Heinricus copiosum tam peditum quam equitum congregat exercitum, pugnaque iuxta Bleichfelt conmissa, digreditur absque victoria. Mox urbe ab hostibus capta, episcopus Adalbero introducitur, relictoque cum eo militari presidio, ad propria unusquisque proficiscitur. Sed paulo post eadem urbs ab inperatore recipitur, expulsoque Adalberone cum suis, Meginhardus cum suis restituitur. Herimannus comes, patruus Magni ducis, sine legitimis
Cosm. liberis obiit[2]. Inperator Wratizlaum ducem Boemie tam Boemie quam Polonie prefecit, et inponens capiti eius manu sua regalem circulum, iussit Egilberto Treverensi archiepiscopo, ut eum in sua metropoli Praga in regem ungeret et diadema capiti eius inponeret. In eodem concilio frater eiusdem ducis Gebehardus Pragensis presul scripta sue antique querimonie presentavit de Iohanne Moraviense episcopo, qui eodem anno ab hoc seculo migraverat. Replicavit etiam privilegium sancto Adalberto antecessori suo a Benedicto papa et inperatore primo Ottone confirmatum. Unde factum est, ut Wratizlaus dux et frater suus Conradus eidem Gebehardo episcopo Moravie parrochiam reprotiterentur et redderent; cuius redintegrationis auctoritatem inperator in carta describi et sigilli sui inpressione iussit insigniri. Acta sunt hec Mogontie 3. Kal. Mai. Egilbertus autem Treverensis archiepiscopus Pragam veniens, 17. Kal. Iulii inter sacra missarum sollempnia Wratizlao, regalibus fascibus induto, tam ipsi quam coniugi eius Zuatave diadema inposuit, et ipse muneribus donatus rediit.

Ekk. A. d. i. 1087. Herimannus, regis nomine deposito, permissione inperatoris ad propria reversus, post paucos dies in cuiusdam oppidi obsidione interiit. Conradus, filius imperatoris, a Sigewino Coloniensi archiepiscopo consecratur in regem Aquisgrani. Frequens conventus principum tocius regni Spiram convenit pro regno conciliando, sed factione quorumdam maior ibi discordia orta est. Inperator expedicionem movit in Saxoniam, sed amicorum suorum consilio usque Herveldiam rediit. Illuc ex parte Saxonum Ecbertus marchio ad eum venit pro pace inter eos facienda. Qui cum omne bonum de se imperatori promitteret, imperator exercitum dimisit, et Ecbertus omne bonum quod promiserat adnichilavit, et non occul-
3 tum sed manifestum inimicum imperatori se postmodum exhibuit[3]. Salaman Ungarie quondam rex et Knut rex Danorum a suis occisi sunt. Heinricus marchio de Stadhe, filius Udonis, defunctus est[4] sine filiis, et factus est marchio frater eius Liutgerus cognomento Udo. Hic dedit comitatum suum Stadhe Friderico, quem habuit quadraginta annis[5]. Iste Udo et mater eius Oda et frater eius Rodolfus et maritus sororis ipsorum Fridericus comes palatinus de Putelendorp, consilio Herrandi Halberstadensis episcopi et aliorum religiosorum virorum expulerunt clericos de loco sue constructionis Herseveld et
6 posuerunt illic monachos. Sic que erat prepositura, facta est deinceps abbacia[6]. Huic
*fol. 189v. Udoni erat uxor Irmingardis, soror Helperici comitis de Ploceke, habuitque ex ea filium
cf. A. Hild. nomine Heinricum et duas filias[7]. Adventus reliquiarum sancti Nicolai Barum.

Ekk, Vit. Burch. A. d. i. 1088. Berta inperatrix obiit et Spire sepulta est. His temporibus[8] Burchardus sive Bucco Halberstadensis reverendus episcopus cum aliis eque catholicis viris se prorsus a communione inperatoris Heinrici sequestravit, et pocius quelibet extrema pati quam ei conmunicare decrevit. Verum quia similia similibus gaudent, et facinus quos inquinat equat, Ecbertus marchio, iniuste parti pertinaciter favens, venerabili antistiti palam cepit adversari, ferro et igne dominico die in media quadragesima fines episcopii depopulari, ut opprimendo virum iustum, tirannice potestatis inperio eum cogeret subici. Ille vero multas iam antea propter iusticiam persecutiones passus, quippe qui annis pluribus captivus et exul miroque Dei favore ab intentato mortis periculo ereptus fuerat, omnia quidem adversa equanimiter ferenda censuit; attamen pro conmissis sibi ovibus pastorali sollicitudine anxius, pacem per legatos postulat, rebus sancti Stephani parci flagitat, inducias usque in proximam dominicam petit, vixque inpetrat, ut familiari colloquio Goslarie habito cum amicis, conpetentem cause terminum imponat. Ecbertus autem petitis dolose annuit, radicatam animo maliciam non deserens, sed conceptam adversus hominem Dei iniusticiam toto annisu parturiens. Siquidem adventum eorum Goslariam anticipans et quosdam civium secretius evocans, inperatoris quidem partem magnifice favoribus extollit, contraria vero sentientes multifariam arguens, variis allegationibus inexcusabiles ostendere contendit. Taliter iniqua factione memorabili viro clandestinas insidias
Apr. 6. machinatur, ut quacumque occasione sedicionè concitata, cum suis fautoribus repentino
vel 7. tumultu circumventus intereat. Tercia igitur ante palmas die vir Dei Burchardus Gos-

2) pridie Kal. Iunii; cf. Wedekind Noten II, p. 79. 3) cf. Waltramum II, 33. 4) Occurrit in diplomate quod Schrader in a. 1088. collocat, Dynastenstämme p. 229. 103. n. 8. 5) cf. chron. Harsefeld. ap. Vogt. l. l. p. 125: *Iste dedit cometiam suam Friderico, quam et per sexaginta annos possedit.* 6) cf. a. 1101. 7) Adelheidem et Irmingardem; v. Rammer tab. XV. 8) cf. huius loci ex Vita Burchardi, quam scripsit Herrandus, hausti translationem in Winnigstadii chron. Halberstad. (Abel Sammlung alter Chroniken p. 289.)

lariam venit cum suis ministerialibus; Hartwigus quoque Magadaburgensis archiepiscopus non paucis comitatus adfuit; comes etiam Cono de Bichlinge, Ottonis quondam ducis[9] filius, cum pluribus Saxonie atque Bawarie optimatibus advenit. Hos plane omnes non minus marchionis odium quam antistitis favor attraxerat, et una omnium voluntas erat, eadem vota, huius conatibus obsistere, episcopo vero pro viribus in quolibet proposito assistere[10]. Ceterum postera die Burchardus presul familiarissimis ex his qui convenerant propositum sui cordis aperuit, contestans, se tam diutino languore quam etate confectum, utpote iam sexagenarium, militaribus ultra tumultibus non sufficere, tirannice vero communionis consortium tamquam letiferam pestem quoad vixerit fugiendam decrevisse. Eapropter id sibi potissimum cordi esse, quatenus, presenti soluto conventu, quodcumque sors obtulerit exilium expetat, ubi non solum a communione, verum etiam ab aspectu tiranni perpetuo exsors maneat. His aliisque pro tempore tractatis, ac multis hinc inde verborum alternationibus habitis, refectionis obtentu digrediuntur, condicto, ut proxima nocte transacta diligentior denuo de singulis tractatus haberetur. Iam quis- *fol. 190.
que sui penetralia hospicii subierat, iam beatus pontifex curis postpositis animum divine contemplationi assuetum in ocium remiserat, cum repente sediciosus in civitate tumultus exoritur, et ad arma cum tumultuosa vociferatione concurritur. Siquidem ex comitibus episcopi Wolferus quidam de nobilioribus Sancti Stephani militibus venerat, adversus cuius conmilitones, occasione quesita, ipsum cum suis conmilitonibus[11] furens impetus extinxit. Videres viros forma conspicuos, statura proceros, viribus prestantissimos, inopinato tumultu preventos, tanquam vilia pecora sterni et conculcari. Postremo ad viri Dei habitaculum turmatim convolant, et ne ullus effugii locus pateat, menia undique ambiunt. Ipse autem, ne nuncio quidem super his prius accepto, tumultuantis turbe vocibus excitus, lapidea conclavi non parve munitionis excipitur, ubi eum per fenestram illis loquentem gratis impugnant, manusque in signum deditionis protendentem ferro inpetunt[12]. Quidam interim parietibus ianuisque violenter effractis, omni genere crudelitatis debachantur, omnesque illic inventos, inermes etiam pueros, trucidarunt[a]. Dehinc effera multitudo camere summitatem ascendit, eamque lapideis opertam tegulis, trabibusque ac denso pavimento adversus omne incendii periculum munitam, certatim diruit. At beatus pontifex ediculam superficie tenus videns opertam, exemplo beati Lamberti martiris extensis in oratione manibus, in modum crucis solo tenus prosternitur, animamque ac spiritum suum in manus misericordie Altissimi quam intimis precibus ac suspiriis conmendans. Nec mora, inpii super iustum iacturam fecerunt lapidibus, liguis, ferro, cum omni crudelitatis genere in eum sevientes. Oportebat enim adinpleri visionem, quam Esicus[13] vir prepotens ante annos 13 de ipso viderat, qua videlicet eum in conventu candidatorum diversi sexus et etatis martirum, stolis sanguine aspersis prefulgentium, simili decore ac scemate conspicuum, summo cum tripudio conspexerat. Cum igitur saxorum crepitancium turbine quateretur innocens et iustus, sine causa dampnatus, tam senio quam morbis confectus et adeo podagra constrictus, ut iam annis ferme 8 absque rede vel cuiuslibet veliculi adminiculo prodire nequiverit: in tam multiplici tamen martirio immobilis in precibus persistebat, utpote qui pro bono certamine quo certaverat, pro cursu quem consummaverat, pro fide quam servaverat, coronam iusticie sibi esse repositam et a iusto iudice in proximo reddendam presumebat. Unus tandem ceteris crudelior hostiam Christi totis viribus lancea perfodiens, in precordiis eius ferrum reliquit, quod vir Dei, hastili retracto, in visceribus retinuit[b]. Interea milites eius, qui paulo ante tumultuantibus civibus civitate profugerant, denuo resumpta fiducia, plurimi quidem ignem[c] civitati iniciunt, ceteri, ut vel exanime corpus domini sui a carnificibus eripiant, armati perniciter advolant. Hostes itaque his visis animo consternati, alii armatorum metu diffugiunt, alii exsurgentium flammarum globis territi edibus suis consulendum arbitrantur. Taliter sublata formidine, venerabilis presul in lectica recli-

a) trucidantes *corr.* trucidarunt *c.* b) retituit *c.* c) igne *c.*

9) de Northeim. 10) Hoc loco apud Winnigstadium p. 290. inseritur, Ecbertum Goslariam venisse ibique, ut post patuerit, cum civibus Heinrici regis amicis consilium egisse, ut, si Burchardus advenisset, seditionem facerent et episcopum et quoscumque possent interficerent. 11) paene mille fuisse, apud Winnigstadium p. 291. legitur. 12) episcopum sagitta in collo vulneratum se in terram prostravisse, l. l. legitur. 13) de Ballenstedt?

natus, eadem nocte ad Ilseneburgense cenobium perducitur, quod dudum fere omni
fol. 190′. religione destitutum in monastice religionis normam ipse reformaverat, prediisque ac diversis donariis amplians, sibi locum sepulture, ubi et nunc iacet, presignaverat. Illuc suo nutu in monasterium perlatus, ymnum *Iam bone pastor Petre* altisona exorsus voce, cum suis clericis concinuit, et secundum versum, tercium quoque pari tenore continuavit. Deinde catholice fidei normam condigna depromens reverentia, quod recte credebat corde ad iusticiam, ore confitebatur ad salutem, orationis quoque pure[a] suavissimum incensum et contribulati spiritus acceptabile sacrificium cum contricione humiliati cordis divine pietati supplici devotione offerebat. In secretiori deinde collocatus cubiculo, spiritualibus spiritualia conparans, spirituali colloquio totum diei tempus occupabat, nemini tamen de telo corpori suo infixo quicquam aperuit. Etenim cuidam religiose Dei famule
14 super hoc familiarius sciscitanti[14], Deo, quem nullum latet secretum, notum esse, conpendiose respondit. Iam sol ad occasum vergebat, cum, dolore ad vitalia converso, pluribus religiosis astantibus, monachis, clericis, laicis, lacrimosa pro suis excessibus con-
15 fessione publice facta[15], omnibusque rite peractis, meritis maturus et annis, die 7. Iduum Aprilium, 5. feria ipse alacri devotione: *Credo in unum Deum* exorsus, viam universe carnis ingressus, ut ita dixerim, sol cum sole occidit. Venerabili sane corpore ad lavandum exposito, ferrum, quod celaverat, cunctis videre volentibus ostenditur, atque ipsi, ut desideraverat, consepelitur, quod et in universali iudicio in testimonium passionis eius universo mundo declarabitur[b]. Situs est in eodem monasterio in medio chori, ut
Ekk. ipse desiderat. Terre motus factus est magnus 5. Idus Mai. Augusta urbs Suevorum insidiis in cena Domini capta, 2. feria pasche destruitur, et Sigefridus eius episcopus custodie mancipatur. Wigboldus, qui per Welfonem ducem idem episcopium invaserat, inter paucos dies moritur. Obierunt quoque Wecel Mogon-
Cosm. II. tinus episcopus et Meinhardus Wirceburgensis; cui successit Emehardus, Adalberone adhuc vivente. Rex Boemicus Wratizlaus quoddam castrum nomine Guozdec prope urbem Misnam, donante Heinrico imperatore[c], edificans, misit electos ex suis cum filio suo Bracizlavo, ultum ire olim illatas[d] sibi iniurias, eo quod quodam tempore de curte inperatoris rediens et in villa magna hospitans, orta sedicione inter suos et cives, duos ex primatibus patrie sue occisos amiserat. Et qui missi erant festinantes, tercia luce diluculo invadunt villam, ac omnia diripiunt, et edificia exurentes, equis et pecoribus abductis abibant. Cumque meridie venissent ad amena loca cuiusdam fluminis, filius Wratizlai post prandium propter calorem natans refrigerabatur in flumine[e]. Interim plus quam 20 apparent iuvenes de Saxonibus, ut eos ad bellum provocarent, et statim armata legio prosiluit ex insidiis, et ex Boemiis, qui insecuti fuerant, nullus evasit. Postea ab his qui in castris remanserant[f] gravi pugna conserta, Boemii tandem cruentam habuere victoriam, ex quibus soli tantum nobiles interierunt, quia secundi ordinis milites iam cum preda precesserant. Filius ducis vulneratus est sub dextro pollice, et nisi capulus ictui obstitisset, manum ex toto amisisset.

fol. 191. A. d. i. 1089. Otto Ratisponensis episcopus moritur; pro quo Gebehardus adolescens constituitur. Heinricus
Ekk. inperator Colonie nuptias celebravit, Heinrici supradicti marchionis[g] de Stadhe viduam, filiam regis Ruzorum,
A. Hild. ducens uxorem. Marchio Ecbertus Hildinisheim obsedit, et Udonem episcopum diu obsessum cepit. Obierunt episcopi Sigewinus Coloniensis, Otto Ratisponensis. Constituuntur episcopi Herimannus Coloniensis, Rothardus Mogon-
Cosm. II. tinus, Emehardus Wirceburgensis 8. Kal. Augusti. Iterum exorta inter Gebehardum Pragensem episcopum et fratrem eius Wratizlaum ducem discordia, dux iterum intronizat cappellanum suum Wezlonem in territorio Moraviensi episcopum. Pro qua iniuria presul Gebehardus iturus erat Romam; sed consilio cum suis inito, adiit Wladizlaum regem Pannonicum, patefaciensque ei eclesie sue iniuriam, poscit auxilium. Ubi primo die adventus sui tactus corporis molestia, defunctus
Ekk. est in urbe Strigonia 6. Kal. Iulii. Heinricus inperator, congregato exercitu, oppidum quoddam Ecberti marchionis, quod Glichi dicitur, in Thuringia positum, nimis firmum, obsedit. Quem Ecbertus suis confidens viribus, in vigilia nativitatis Domini, quia iam magna pars primatum ob diem festum abierat, audacter invadit, et naviter[h] primo resistentem, tandem cedere conpellit. Ibi Burchardus Losanne episcopus, qui ea die sacram inperatoris lanceam ferebat, occisus est; Liemmarus Bremensis archiepiscopus et Bertoldus comes, inperatoris drusius,
16 capti sunt[16].

A. d. i. 1090. Heinricus inperator natale Domini Ratispone celebravit. Spire quoque conventum habuit de agenda pace. Herrandus abbas, qui et Stephanus, Halberstadensis episcopus eligitur, et Gebehardus adolescens Ratisponensis episcopus constituitur.
A. Hild. Huzmannus[17] quoque Spirensis episcopus obiit; pro quo Iohannes constitutus est. Liudol-
Ekk. fus dux et Bertoldus dux[18] et Herimannus Metensis episcopus obierunt. Inperator Heinricus Italiam rursus ingressus est, ibique fere per 7 continuos annos moratus est. Ecbertus marchio a quibusdam inperatoris fidelibus in quodam molendino pausandi gratia deprehensus, turpiter occubuit. Adalbero[17], 20[us] post beatum Burchardum sacrosancte Wirceburgensis eclesie episcopus, defuncto domno Brunone, 3. Kal. Iulii constitutus, vixit post acceptum episcopatum annos 45, menses 3, dies 7, substitutis tamen

a) *add. sed del.* sacrificium *c.* b) declabitur *c.* c) iperatore *c.* d) illatam *c.* e) f. natans *c.* f) remanse *c.* g) marchonis *c.* h) *rec. manus corr.* inaniter *c.*

14) *„welche zu nennen ohne Noth ist,“* apud Winigstadium p. 294. 15) *„nachdem er kurtz vorher das heil. Sacrament empfangen und nicht mehr schlucken kunte vor den Wunden des Halses,“* ibid. 16) cf. Waltramum II, 35. 17) cf. Ann. Wirziburgenses. 18) cf. Waltramum II, 36.

duobus episcopis Meinhardo iuniore et Emehardo. Obiit pridie Non. Octobris in predio patris sui[19], sepultus in monasterio suo Lambach, ubi in pace requiescit.

A. d. i. 1091[a]. Macbtildis de Langobardia Heinrico inperatori rebellat. Corpus sancti Viti a Mar- A. Hild.
quardo abbate et senioribus Corbeiensibus requisitum et inventum est. Coamaa electus est Cosm. II.
in episcopum Pragensem a Wratizlao duce et omni populo Boemiorum. Eodem anno 15. Kal. Mai 4. feria in ebdomada pasche conbustum est monasterium sanctorum martirum Viti, Wenezlai, Adalberti in nrbe Praga. Erpo episcopus (fort. ex A. Hild.)
et Bodo comes cum multis Hierosolimam pergunt. *Viai sunt per[b] multas regiones vermiculi nimis *fol. 191'.
ignoti non longe a terra volantea, boc est ut vel manu vel virga tangi possent, grossitudine quidem muscis aequales, sed Ekk.
longitudine satis deductiores, quorum tam infinitus extitit exercitus, ut unum pene miliarium in latitudine, 2 vero vel tria in longitudine viderentur occupare, densitate vero sua ipsam aolis lucem terris denegare. Per quam prodigiosam visionem, que post quadriennium facta est Hierosolimam tendentium profectionem quidam interpretantur prefigurari. De cuius profectionis occasione quedam supra repetere utile videtur. Ante plurimoa siquidem annos patriarcba Oreate Hierosolimitanam ecclesiam regente, Achim aoldanua venit de Babilonia, nepos Orestis patriarche, et misit exercitum suum Hierusalem et destruxit omnes ecclesiaa, quatuor milia scilicet, et avunculum suum patriarcbam abduci fecit Babiloniam et ibi occidit. Oreati patriarche successit Theopbilus, Tbeopbilo Nikiforua, hic edificavit hanc eclesiam sancti aepulcri, favente soldano Achim. Nikiforo aucceaait Sophronius. Sub his igitur patriarchis Hierosolima Sarracenis civibns[c] posseasa, Babilonie, que nunc est caput regni Egiptii, serviebat; Ekk.
iam tenuis in ea cbristiane professionis religio cottidiano se tributo redimebat. Bethleem domus panis angelorum stabulum facta[d] est armentorum; universeque circumcirca cclesie per omnia ludibriis numeroso annorum circuitu subiacebant paganorum. Orto interca bello sorte miserabili inter cbristianos orientales, id est Grecos et Armenioa, Armenii utpote regnia et numcro pauciores, affines asciscunt sibi de Persia bellatores inclite fame Turcos; quorum auxilio aedata iuxta placitum suum sedicione, dimiserunt eos ad propria, nimis allectos terrarum ipsarum copia et fertilitate. Qua de re inito post annos aliquot consilio, emerserunt ab aquilouali[e] plaga de terra Gorizana, que plus bominum quam victuum ferax esse narratur, prescriptorum paganorum copie multe, que sub quatuor sultanis divise — sic enim suos satrapas nominare solent — uni tantum Persico imperatori pene divini cultus more subiecti, per Armeniam indeque Capadociam totamque Romaniam atque Siriam diffusi suut. Primo quippe Niceam, catbolice quondam fidei turrim validissimam, expugnant, trucidatisque in ea cbristianis quos ceperant, Solomannum quendam de suis tirannum cum presidiis locant, universas circumquaque regiones usque ad paludem sive[f] ainnm maris, qui Bracbium sancti Georgii dicitur, funditus devastantes, nulli eclesie vel monasterio, immo nec ipsis sanctorum imaginibus parcentes. Vidimus enim in scmidirutis parcium illarum oratoriis ipsam Salvatoris nostri eiusdemque gloriose genitricis seu qnorumlibet sanctorum picturas truncatis naribus vel auribus, manibus vel pedibus desolatarum eclesiarum quodammodo luctum visibiliter prctendere diviniquc iudicii super se vigilantem virgam plagis qnasi semper recentibus ostentare. His te gladiia, o nobilissima Constantinopolis, nec regis tui tutavit milleformis astutia, nec civium populositas innumera; non te frequentia nundinarum vel infinita congeries auri redemit; non tc Wariugorum, non Turcopolorum tuorum vel[g] Pincinatorum classiumve multitudo defendit; solum tibi stagni predicti *interstitium presidio fuit, immo sola te Creatoris tui operatio munivit. Subiacuit *fol. 192.
furoribus istis prepotens quondam Antiocbia, et ne multis morer, extras dederunt tota simul Siria atque Palestina. Igitur terra repromissionis subacta, mater nostre redemptionia ac fidei Iberusalem duplici captivitatis iugo gravatur, solamen tamen erat utique perparvulum, quod opprimentium se Sarracenorum Turcis multo turpior plebs equa sorte multabatur. Posito inibi sultano militibnsque uumerosis, ad instaurandum antemurale, quod bactenus cernitur, aliave quelibet edificia, destruuntur illa que extra civitatem erant monasteria, Domini vero sepulcrum questus dumtaxat gratia intemeratum relinquitur; templum Domini famosissimum, nulli ut arbitror humani operis structure conparandum, sacrilege paganorum religioni reservatur, tanteque semper aput illos habebatur venerationi, ut numquam illud nisi nudis et lotis pedibus intrarent, nullumque de christianis, quos maxime immundos iudicabant, per tot annorum curricula tam Sarracenorum quam Turcorum tempore vel intra atrium ingredi permitterent. Cum vero victores idem nunc armis, ut res poscebat, insudarent, nunc lusibus ac deliciis, utpote a glarea ieiuna in terram maxime fructiferam transplantati, sibimet indulgerent, in illorum aervicio que tormenta, quas cruces, quasve per omnia miserias auperstites cbristicole paterentur, vix cuilibet inexperto credibile est. Per legationes tamen frequentissimas universalem eclesiam eclesie Hierosolimitane in presidium lugubriter inclamabant. Eo tempore Ihcrosolimitanus patriarcba erat Sophronius, quando Turci Iherusalem et Sarracenos oppugnantes, occiderunt omnes, et optinuerunt civitatem. Poat hunc fuit Eucbimius et post illum Simeon, in cuius tempore venerunt Franci cum Godefrido duce, et ceperunt civitatem, ut postea dicetur.

A. d. i. 1092. Pestilentia magna facta est bominum atque pecudum. Eodem anno inchoante, disponente rege Ekk. Cosm. II.
Boemico, Cosmas electus ad Pragensem eclesiam et Andreas similiter ad Olomucensem sedem per conductum Rapothe palatini comitis venerunt Mantuam ad imperatorem Heinricum Kal. Ianuarii; et 2. Nouas eiusdem mensis sedens in palatio Mantuano, palatino comite Rapotba mediante, confirmavit eorum inperator electionem. Tunc presul Monasteriensis, qui eodem tempore venerat a Iherosolimis, *Periculosum est,* inquit, *a paucis destrui, quod multorum sanctione confirmatum est. Multi enim interfuimus episcopi et principes inperii Romani, atque apostolice sedis interfuere legati, quando vestro privilegio confirmastis, ut uterque episcopatus Pragensis et Moraviensis, sicut fuit ab inicio, unus et idem permaneat.* Ad hec inperator ait: *Sine modo, ut quod meus amicus rogavit faciam; de his autem suo tempore discutiam.* Et statim desponsati anulis ad singulas eclesiaa, redierunt Veronam. Interea rex Wratizlaus obierat, et frater eius Conradus succcssit in principatu Qui statim cursorem mittens ad Heinricum inperatorem, episcoporum electionem cassari petiit; sed inpetrare non potuit. Post bcc episcopi venientes Pragam in ipsa die palmarum, susceptique a clero et populo, adierunt ducem Conradum; qnos ille mutato iam animo benigne suscepit. Eo anno *in ipsa ebdomada pascbe Kal. Aprilis de- *fol. 192'.
scendit nix maxima et tantum frigus mixtum glacie inhorruit, quantum raro contigit in media hieme. Conradus comes

a) XCI *c.* b) per multas *bis scriptum c.* c) ciubus *c.* d) factum *corr.* facta *c.* e) aquilonli *c.* f) *bis scriptum c.* g) vel p. *bis scriptum c.*

19) cf. Waltramum II, 29.

A. Hild. Cosm. de Werla[20] cum filio suo Herimanno multisque aliis nobilibus a Fresonibus qui dicuntur Morseton[21] occisus est. Conradus dux Boemie 7. mense sui ducatus defunctus est; cui iunior Bracizlaus successit. Hoc[a] anno venit in Boemiam quidam pseudoepiscopus nomine Rodbertus, qui se in Wasconia multo tempore Cavelonam rexisse dicebat eclesiam, et testimonium perhibente quodam Pragensi clerico, qui[b] olim cum eo Hierosolimam petens episcopizantem eum viderat, a Cosma Pragensi electo ac duce officium episcopale agere permittitur. Multas ergo eoclesias consecrat, mense Marcio clericos ordinat et in cena Domini crisma exorzizat. Post hec rei veritate comperta, Wicbertus dictus papa super his interrogatus decrevit, eclesias reconsecrari, babtizatos crismate pseudoepiscopi tantummodo confirmari, ordinatos vero inter ordinandos stare ad ordinationem et per solam manus impositionem benedictionem recipere.

Ekk. A. d. i. 1093. Visus est splendor quidam quasi facula volans per aerem ab oriente in occidentem. Eclipsis solis
A. Hild. Ekk. facta est 9. Kal. Octobris hora 3, et mortalitas magna facta est, et draco visus est. Conradus, Heinrici imperatoris et
A. Hild. Berte inperatricis filius, patri suo rebellavit. Magnus dux Saxonum Sclavos rebellantes, 14 urbibus captis, subegit.

A. d. i. 1094. Discessio facta est inter inperatorem Heinricum et uxorem eius Adhel-
Cosm. III. heidam. Cosmas Pragensis et Andreas Olomucensis episcopi consecrati sunt Mogontie a Rothardo archiepiscopo 4.
Ekk Idus Marcii. Eclesia mortalitate immensa incredibiliter vastata est, insuper pestilentia, turbinibus diversisque cladibus nimis afflicta. Saxones et Thuringi inter se pugnaverunt.

A. Hild. A. d. i. 1095. Ladizlaus rex Panonie,[c] vir pie memorie, item Liuppoldus marchio et Heinricus palatinus comes
Ekk. H. obierunt. Sophia quoque ductrix[22] obiit pie memorie 14. Kal. Iunii. His temporibus presidente Romane eclesie Urbano pontifice, regnante quarto Heinrico inperatore in Germania, Alexio in Grecia, Philippo in Francia, iuxta presagium euangelicum surrexit undique gens contra gentem et regnum adversus regnum, et terre motus magni erant per loca et pestilentie et fames terroresque de celo et signa magna, et quia iam in omnes gentes ewangelica tuba iusti Iudicis adventum preconabatur, etiam totum mundum signa prophetata portendentem universalis eclesia contemplabatur. Subsecuta est expedicio non tam humanitus quam divinitus ordi-
Ekk. a. 1096. Ekk. H. nata Hierosolimam ex omni pene mundi sed maxime occidentalium regnorum partibus tendentium. Unde merito redarguendi sunt, qui vetusto semper errore contenti, novitatem hanc iam senescenti mundo necessariam ore temerario reprehendunt. Laudemus autem alios quosdam nostri temporis viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi, qui relictis propter pium ovis centesime quesitorem coniugibus ac liberis, regnis et diviciis, posuerunt animas suas in manibus suis, zelo zelantes pro domino Deo exercituum, excitati scilicet in zelum frequentibus nunciis super oppressione dominici sepulcri ac desolatione omnium orientalium eclesiarum, quas gens ferocissima Turcorum per aliquot annos suo subactas dominio inauditis calamitatibus iam iamque deleverat. Quibus, ut dictum est, subvenire cupientes, sicut diversis agminibus, ita diversis etiam et incertis ducibus plerique properabant, sicut in sequentibus dicetur.

fol. 193. Ekk. h. a. A. d. i. 1096. Welpho dux Bawarie, qui ab inperatore dudum abiuraverat et ob id ducatum perdiderat, in gratiam eius rediit ducatumque recepit. Signum in sole apparuit 5. Non. Martii, 2. feria incipientis quadragesime, et eclipsis lune facta est 6. Idus Augusti luna 14. Diversa quoque prodigia mundus parturisse referebatur; ex quibus aliqua hic
Ekk. H. interseri duximus utilissimum, cuncta vero longissimum. Nam et nos cometem in plaga meridiana stantem suumque splendorem in obliquum gladii more protendentem, tunc circa Non. Octobris vidimus. Anno vero post hec 3° stellam aliam in orientem locum suum longo intersticio saltibus mutantem 6. Kal. Martii conspeximus, nubes quoque sanguineas tam ab occidente quam ab oriente surgentes sibique invicem in celi centro concurrentes, rursumque mediis fere noctibus a septentrione igneos exsurgere splendores, pleramque etiam faculas per aerem volitantes vidisse nos, testibus conprobamus. Nam multo ante hos annos quidam venerabilis vite presbiter nomine Suiggerus cuiusdam diei hora fere 9. duos equites conspexit concurrentes in aere, diuque concertantes, alterum, qui et crucem non modicam ferebat, qua et percutere videbatur, in altero victorem existere. Eodem tempore quidam presbiter cum aliis duobus in silva deambulans, gladium mire longitudinis[d] venti vertigine, ignotum unde levaretur, in sublime deferri vidit, et quousque visum altitudo celaret, tam fragorem auribus quam metallum visibus[e] discrevit. Referebant aliqui qui in equorum pastibus vigilabant, civitatis se speciem in aere vidisse, diversas etiam turbas diversis ad eam partibus tam equestri quam pedestri itinere properantes conspexisse. Nonnulli etiam crucis signaculum sibimet in frontibus vel vestibus sive in quolibet locô corporis divinitus inpressum ostendebant, ipsoque se stigmate ad Domini miliciam prescriptos credebant. Quid referam, temporibus ipsis mulierem quandam duobus annis continuis inpregnatam tandemque dirupto utero filium loquentem fudisse, itemque infantulum per omnia bimenbrem, alterum vero capite bino, agnellos quoque aliquos binis capitibus exortos fuisse, pullos etiam equarum dentes maiores, quos equinos vulgo appellamus, quosque non nisi trimis caballis caballi satura concessit, in ipso partu protulisse? Die quadam advesperascente, nulla in aere apparente nubecula, diversis in locis globi apparuere ignei, rursumque in alia celi parte se recondiderunt[f]. Ut hec ergo manifesta fierent, que signa portenderent, quidam, cui Petrus nomen erat, in finibus emersit Hispanie, qui, ut ferebatur, primum reclusus, inde claustris exiens, predicatione sua totam commovit Provinciam, et non solum viros plebeios, verum etiam reges, duces ceterasque mundi potestates, utque ad maiora veniam, episcopos, monachos reliquosque eclesie ordines, ut se sequerentur, persuasit, quandam circumferens cartulam, quam de celo asserebat lapsam, quaque continebatur, universam de cunctis mundi partibus christianitatem Hierosolimam armis instructam debere migrare, indeque paganos propulsantem, eam cum suis finibus in perpetuum possidere; hocque de illo euangelii testimonio confirmabat, ubi Iesus de destructione urbis illius
fol. 193'. faciens sermonem, sic conclusit: *Et Hierusalem*, inquit, *calcabitur a gentibus, donec*[g] *inpleantur tempora gentium.* Consentientibus igitur dictis eius omnibus, regna rectoribus,

a) Hoc anno — recipere *add.* 2 *in marg.* b) *bis scriptum c.* c) pannie *corr.* panonie *c.* d) magnitudinis *corr.* longitudinis *c.* e) auribus *c.* f) *Quaedam verba adiecit Chr. S.* g) done *c.*

20) cf. Crollius in Act. Palat. IV. p. 505. 21) prope Aurich; v. mappam ap. Lappenberg cod. dipl. Hamburg. 22) Magni ducis uxor.

urbes pastoribus, vici desolantur habitatoribus; nec tantum viri seu pueri, sed et mulierum quam plurime hoc iter sunt aggresse. Qua tempestate Alexius imperator Constantinopolitanus Ekk. II.
super barbaris supradictis, videlicet Turcis, per maiorem iam regni sui partem diffusis, non paucas epistolas Urbano pape direxit, quibus in defensionem ecclesiarum orientalium se non sufficere deploravit, obtestans, totum, si fieri posset, occidentem, qui iam ex integro christiana professione censeretur, sibi in adiutorium advocari; promittens, per se cuncta necessaria preliaturis terra marique ministrari. Inde commotus apostolicus et omnis ecclesia in *Arvernia* aput *Clarummontem* in confinio Hispanie concilium generale congregari fecit; quo etiam ipse laborioso nimis itinere perveniens, innumeris qui ibidem convenerant populis diversorumque regnorum legatis universa que praescripta sunt et multo ampliora ore facundissimo declamavit. Mox tot milibus in lacrimas resolutis, variarumque linguarum planctibus in altum levatis, in hoc eis doctor egregius remissionem omnium condonat peccatorum, si, renuntiatis omnibus que possidebant, crucem post Christum unanimiter portantes, periclitantibus conchristianis ferrent auxilium. Qua sponsione arrectis auribus omnium, designata sunt ad presens in Domini miliciam circiter centum milia virorum, ex Aquitania scilicet atque Nortmannia, Anglia, Scotthia, Hibernia, Brittannia, Galicia, Wasconia, Gallia, Flandria, Lotharingia ceterisque gentibus christianis, qui omnes crucis signaculum in vestibus suis ob mortificationis conmonitorium preferebant. Quibus omnibus venerande sanctitatis et sapientie virum Hademarum episcopum Urbanus papa prefecit, cui ligandi solvendique potestatem concessit, insignitumque celestis milicie stigmate exercitum apostolica benedictione consignans, condicto ab universis tempore profectionis, ipse cum non modica eiusdem expeditionis turma in Italiam rediit. Legatis denique singulis ad sua regressis, pervagata eis citraque mox orbem totum fama conmovit, insuper ipsum oceanum supervolans, insulanorum classibus maria in celestis regis miliciam redundare fecit. Denique tam ignotos effudit oceanus populos, quorum non dicam mores et habitus, sed nec loquelam quisquam huius littoris habitator vel de ipsis marinariis agnosceret; rursumque alios, quibus nichil preter panem et aquam in usu victus esset; itemque quosdam, quibus argentum pro ferro in omnibus suis utensilibus esset. Francigenis occidentalibus facile persuaderi poterat sua rura relinquere. Nam Gallias per aliquot annos nunc sedicio civilis, nunc fames, nunc mortalitas nimis afflixerat; postremo plaga illa, que circa Nivalensem sancte Gertrudis ecclesiam orta est, usque ad vite desperationem terruerat. Tactus enim quisquam igne[a] invisibili, quaeumque corporis parte tamdiu sensibili tormento inconparabiliter et inremediabiliter ardebat, quousque vel spiritum cum cruciatu vel cruciatum cum ipso tacto membro amitteret. Testantur hoc nonnulli manibus vel pedibus hac pena truncati. Reliquarum nationum plebes vel persone alie preter apostolicum edictum prophetis quibusdam inter se nuper ortis seu signis celestibus *vel revelationibus ad terram se repromissionis vocatas, alie se quibusdam inconmoditatibus ad talia vota *fol. 194.
conpulsos fatebantur; magna quippe pars eorum cum coniugibus ac prole totaque re familiari onusti proficiscebantur. Orientalibus autem Francis et Saxonibus, Thuringis quoque, Bawariis ac Alamannis hec buccina minime insonuit, propter illud scisma, quod inter regnum et sacerdotium a tempore Alexandri pape Teutonicos Romanis et Romanos Teutonicis invisos et infestos fecerat. Inde quod idem Teutonicus populus in principio huius profectionis causam ignorantes, per terram suam transeuntes tot legiones equitum, tot turmas peditum, totque catervas ruricolarum, feminarum ac parvulorum quasi inaudita stulticia delirantes subsannabant, utpote qui pro certis incerta captantes, terram nativitatis relinquerent et terram repromissionis incertam certo discrimine appeterent, renuntiarent facultatibus propriis, inhiarent alienis. Sed quamvis nostra gens ceteris multo sit insolentior, respectu tamen divino inclinatur tandem ad verbum eiusdem remunerationis furor Teutonicus, a conmeantium scilicet turbis rem ad integrum edoctus. Preterea signum in sole, quod prescriptum est, visum aliaque portenta ad huiusmodi exercicia non paucos antea torpidos excitaverunt. Nec moratur inimicus ille generis humani, bono illi semini zizania superseminare, pseudoprophetas suscitare, dominicis exercitibus falsos fratres et inhonestas feminei sexus personas intermiscere; sicque per aliorum ipocrisin atque mendacia, per aliorum vero nefarias pollutiones Christi greges adeo turbabantur, ut in errorem mitterentur, si fieri posset, etiam electi. Primi quidem Petrum sequentes heremitam, ad 15 milia estimati, per Germaniam indeque per Bawariam atque Pannoniam pacifice transibant; quam plurimi vero navali per Danubium vel per Alamanniam pedestri itinere, alii ad 12 milia per Saxoniam atque Boemiam a quodam presbitero Folemaro, itemque nonnulli a Godescalco presbitero per orientalem Franciam ducti sunt. Surrexit in eisdem diebus quidam vir militaris, comes tamen partium illarum que circa Renum sunt, Emico nomine, dudum tirannica conversatione nimis infamis, tunc vero revelationibus, ut fatebatur, divinis in huiusmodi religionem excitatus, 12 milium signatorum sibimet ducatum usurpaverat. Hi siquidem habebant in professione, ut vellent ulcisci Christum in gentilibus vel Iudeis. Unde[23] etiam in civi- 23
tate Mogontia interfecerunt circiter 900 de Iudeis, non parcentes omnino vel mulieribus vel parvulis. Erat tunc episcopus civitatis Rothardus, ad cuius auxilium et defensionem cum tesauris suis confugerant Iudei; quos nec episcopus nec milites eius, quorum tunc ibi multitudo aderat, vel defendere vel eripere poterant ab Hierosolimitis, quia fortasse christiani contra christianos pugnare nolebant pro Iudeis, verum expugnato atrio episcopi, in quo erant ad firmamentum sui, vel etiam expugnatis ipsis penetralibus archiepiscopi, omnes interfecti sunt, quotquot ibi inventi sunt Iudei. Fuerat hec cedes Iudeorum ante dominicam pentecostes, feria 3, eratque[b] miseria spectare multos et Mai 27.
magnos occisorum acervos efferri in plaustris de civitate Mogontia. Sed et qui per Boemiam Cosm. III.
transierant, irruentes in Iudeos in Boemia manentes, invitos eos babtizabaut, contradicentes* vero trucidabant. Quos *fol. 194'.
Cosmas Pragensis episcopus temptavit prohibere, sed frustra, quia non habuit qui eum adiuvarent. Nam dux Bracizlaus eo tempore cum exercitu suo erat in Polonia. Similiter Colonie, Wormatie aliisque civitatibus Gallie vel Germanie interfecti sunt Iudei, preter paucos qui ad babtismum confugerunt coacti, cum illi minime debeant ad fidem inviti [cogi[c]]. Idem tamen seductores, quemadmodum singuli a Ekk. II.
suis fructibus sint cogniti, quomodo sub ovina veste lupi sint denotati, qui ex illis adhuc supersunt, licet ut perquirantur, scilicet quo portu iuxta promissum suum absque navigio mare transierint, quibus preliis vel locis multos paganorum

a) celesti *deletum c.* b) eraque *c.* c) *deest c.*

23) cf. Albertum Aquensem I, 28, qui similia narrat.

Ekk. II. parva manu straverint, quas eorum munitiones ilico ceperint, qua postremo parte murorum Hierusalem castra posuerint; nichilque habentes quid respondeant, de oblationibus fidelium per ipocrisin susceptis et de cesis ob rapinam quas seduxerant turbis oportet ut ad penitentiam cogantur. Nam plebs Folcmarum per Boemiam sequens cum aput Nitram Pannonie civitatem, sedicione concitata, partim ferro, partim captivitate disperisset, paucissimi qui supererant testantur, quod crucis signum super se celitus apparens ab imminenti eos nece liberassel. Godescalcus vero, falsus Dei servus, postquam non sine dampno orientalis Norice Ungariam cum suis intravit, admiranda false religionis specie munitionem in arce quadam instituere, et in ipsis locatis presidiis, Pannonias circumcirca vastare cepit. Quo nimirum oppido ab indigenis sine dilatione capto, turba multa trucidata atque captivata, grex reliquus dispersus, ipseque mercennarius, non pastor, turpiter fugatus est. Emico vero supradictus cum suis, postquam per civitates Rheni, Moeni quoque atque Danubii in Iudeos desevierunt, cumque ad confinia Pannoniarum, innumeris iam utriusque sexus copiis multiplicati, pervenissent, regnum ipsum, quod scilicet partim paludibus partim silvis cingitur, per obfirmata presidia vetantur ingredi. Fama quippe Colomanni iam premonuerat aures, inter paganorum et Ungariorum necem nil aput Teutonicas differre mentes. Qua de re munitionem Misenberh per 6 ebdomadas expugnantes, plura inconmoda pertulerunt; inter que etiam quis illorum sub nomine regis Pannoniarum potiretur terris, stultissima quatiuntur discordia. Itaque oppugnatione insudantes ultima, iam muris interruptis, iam fugientibus oppidanis, iamque indigenarum exercitu vastante propria flammis[a] miro Dei omnipotentis nutu victor peregrinorum exercitus terga nichilominus vertit, relictisque suppellectilibus, nil quisque preter miseram animam emolumenti reportavit. Sic nimirum nostre gentis homines zelum Dei, sed non secundum scientiam Dei habentes, quippe qui in milicia, quam in liberandis christianis Christus proviserat, alios vicissim christianos persequi ceperant, miseratione divina fraterno sanguine repressi, Ungarii quoque liberati sunt. Hecque est causa, qua quidam simpliciores fratres, utpote rem ignorantes, scandalizati, totum huius profectionis conatum vanum atque frivolum ipsi nimis preproperi iudices interpretati sunt.

fol. 195. Ekk. chron. A. d. i. 1097. Cometes apparuit. Heinricus imperator ab Italia, ubi iam per 7 annos manserat, rediens, Ratisponam[b] venit, ibique aliquandiu moratus, Iudeis, qui babtizari coacti sunt, iudaizandi ritum concessit. Eo anno estas fertilissima, hiemps vero lenis et pestilens fuit; imbrium et fluminum inundationes nimis increverunt. Heinricus

A. Hild. imperator cum principibus colloquium de pace babuit circa Kal. Decembris. Conradus, filius inperatoris, patri rebellat; ideoque minori filio Heinrico regnum iniungit. Hartwigus Fardensis episcopus obiit; cui Mazo succes-

Ekk. chron. sit. Mense Marcio inchoatum est iter Hierosolimitanum in eodem anno. Godefridus dux Lotharingie, vir genere, armis et ingenio clarissimus, qui priori anno, cunctis que possederat in precia redactis, militibus copiosis fideque non modica instructus, iter per orientalem Franciam fecerat, neque ab Ungaria fugientibus territus, sed

G. Hier. c. 3. coll. Ekk. tam inperatoris Heinrici, quam Colomanni regis permissione, Pannonias Bulgariamque permeavit, cum gente sua et Alamannis et Saxonibus et Suevis. Similiter alii principes, quorum bec sunt nomina: Hugo Magnus frater Philippi regis[c] Francie, Boemundus princeps Apulie, Roberti Wischardi filius, frater Godefridi ducis Baldewinus, qui postea regnavit in Hierosolimis, Raimundus comes de Sancto Egidio cum Gotbis et Wasconibus, Rotbertus comes Nortmannicus, Willehelmi regis Anglorum filius, Rotbertus comes de Flandria, et Stephanus comes Blesensis, comes Baldwinus de Monte, et Baldwinus comes de Ganda. Pisanus archiepiscopus de Tuscia, Strazburgensis episcopus, et Aimarus Podiensis episcopus, cum suis conpatriotis, diversis temporibus Hierosolimitanum iter aggressi sunt; preterque hos frater regis Danorum[24]

Ekk. II. cum duobus episcopis aliique perplures tocius Europe principes. Mira autem et inestimabili divinitatis dispensatione tot Christi membra, linguis, tribubus et nationibus differentia, subito in unum Cbristi caritate coaluere corpus, uno omnes Cbristo rege, sed singulis singule gentes ducibus procurate. Igitur prenominati dominice milicie principes singuli cum suis supra omnem stellarum dispositionem speciosis castris ab universis quas pertransibant gentium principibus pacem ac favorem humilitatis atque caritatis exemplo, ut vere Christi discipuli, consequebantur, donec diversis itinerum difficultatibus Constantinopolitanas attigerant arces. Constat autem, quod fictis omnino beneficiis Alexius imperator tantos sibimet heroas amicaverit, postea vero sacramentis extortis, ne regno suo vim inferrent, constrinxerit; quamvis constet, quod, dum moram ibidem prime queque cohortes alios adventantes expectando facerent, dolis eos interfecisset, nisi Godefridi ducis sollertia super ipsos cautius vigilasset. Testantur sedicionem ipsam suburbana que tunc destruxit, pons quem expugnavit. Per duorum fere mensium spacium novicios in dies Bizantium sive Constantinopolis suscepit exercitus, e quibus tandem absque vulgi parvulorum ac mulierum incredibili multitudine recensita sunt trecenta milia pugnatorum. Porro cohortes Petrum secute iussu Alexii transposite, paganis fuerant iam ludibrio facte. Motis

* fol. 195'. itaque castris, omnes aput Niceam *Bithinie 17. Kal. Iunii[d] convenerunt, quam 5 septimanis obsidione vallantes, Turcos qui intus erant ad deditionem coegerunt, et reddita est civitas illa inperatori Constantino[politano][e] Alexio in fine Iunii mensis, die solsticii estivalis, fugato inde Solomanuo Turcorum principe. Sic enim sacramento firmaverant, ut urbes quasque inperio Alexii inperatoris detractas, si vincerent, redderent[f], ipsique vicissim tam armis quam stipendiis regiis infra metam eandem se foveri non dubitarent. Cumque exercitus inde discederet, licet tante esset multitudinis, ut universam Romaniam occupare, flumina epotare, depascere segetes omnes posse videretur, tamen cum plenitudine tanta eduxit eos[g] Dominus, ut aries nummo bosque siclo venisset. Inde per regnum Constantini tendebant versus mare Ruscie. Post duos dies occurrerunt eis Turci cum ingenti multitudine pugnatorum, ad dimicandum contra eos; sed invocato divino auxilio, victi sunt a cbristianis, et de spoliis eorum valde ditati sunt. Ob hec igitur felicia gesta quia quidam[h] illorum intumuerant, opposuit illis Deus Antiochiam, urbem Sirie celeberrimam, humanis viribus inexpugnabilem. Hanc obsidione cingunt, castraque figunt 12. Kal. Novenbris; in cuius obsidione novem mensibus detentos, ita Deus eos humiliavit, ut omnis superbie illorum tumor desideret. In qua obsidione cum morarentur, perculsis pavore universis per orientem nationibus, discurrentibus ab omni parte orbis terrarum missis et exploratoribus, aliis pacem, aliis[i] bellum machinantibus, etiam Babilonici regis legati conventui principum se presentes exhibent, inter alia pollicentes, si victis Anthiocenis etiam Turcos de Hierosolima pepulerint, dominum suum fratrem et amicum illis futurum cum universis Sarracenis. Nam, ut predictum est, Iudeam cum Hierusalem totaque Palestina iam olim Turci Sarracenis abstulerant. Hac de causa securitate accepta, non pauci electissimorum militum Babiloniam diriguntur, quorum proceritate, fortitudine,

a) flamis *c.* b) ratiponam *c.* c) *bis scriptum c.* d) mense iunio *corr.* XVII kal. iunii *c.* e) constantino *c.* f) reilderet *c.* g) eo *post corr.* eos *c.* h) qudam *c.* i) a. b. *bis scriptum c.*

24) cf. Sybel p. 402. Quae Albertus Aquensis III, 54 narrat. ex alio fonte manarunt.

habitu, incessu omnique elegantia attoniti barbari, Francos — sic enim universos occidentales populos nominare solent — Ekk. II.
plus quam homines, id est deos, esse fatebantur, affirmantes, non esse omnino mirum, quod huiusmodi bellatores totum affectarent sibi subicere mundum. Unde inito postmodum consilio, rex Babilonie Hierusalem obsedit, ostensisque legatis Francis[a] se federatum affirmavit, quorum gladiis, si civitatem sibi non traderent, ipsos[b] tradendos esse minatus est. His itaque dolis rex barbarus non suo timore, sed Francorum — sic enim universos occidentales populos nuncupare solent —, civitate recepta, dimissis cum suis omnibus Turcis, omni conatu, machinis atque militibus contra christianorum adventum premunivit. Sic factum est, ut Hierusalem bis uno caperetur anno, scilicet ab incarnatione Domini anno millesimo centesimo[c] nono, primo a Sarracenis, postmodum a Francis.

A. d. i. 1098. Heinricus inperator natale Domini aput Argentinam celebravit. Conradus fol. 196.
comes de Hohenburch inperatori rebellans, expulsus est. Inperator Mogoutie consistens cum de facultatibus Iudeorum A. Hild. Ekk. chron.
interfectorum quereret, et tam Rothardus archiepiscopus quam eius consanguinei de eisdem pecuniis culparentur, conmotus archiepiscopus in Thuringiam se cum suis contulit. Heinricus vero episcopii reditus suis usibus universaliter adiecit, fugatium quoque possessiones publicari et menia dirui precepit. Welpho Bawariorum denuo dux filios suos et ipsos rebellare temptantes gratie inperatoris reconciliavit et uni eorum ducatum post se conmitti inpetravit. Dux Cosm. III.
quoque Boemicus Bracizlaus, audiens Iudeos in suo regno positos, qui ad iudaismum relapsi fuerant, alios fuga lapsos, alios divicias suas transferre partim in Poloniam partim in Pannoniam, misit, qui eorum domos everterent, multamque pecuniam ex eorum spoliis[d] congregavit Eodem anno Cosmas Pragensis episcopus defunctus est. Tunc dux Braciz-laus, habito consilio cum Wicberto Saxone, viro sapientissimo, qui gener ipsius erat per sororem, Herimannum, genere Teutonicum, Bolezlavensis eclesie prepositum, virum venerabilem, in episcopatus honorem, quamvis invitum, subrogavit, cum consensu omnium Boemiorum. Igitur exercitus christianorum cum in obsidione Antiochie per 9 menses sic Ekk. II.
humiliati essent, ut in toto exercitu vix centum equi boni repperirentur, aperuit illis Deus copiam sue benedictionis et misericordie. Post multos enim labores et angustias, quas passi sunt in fame et siti, frigore et nuditate variisque incon- G. Hier. c. 11—13.
modis, tandem Domino miserante, per manus cuiusdam Turci tradita est eis Antiocbia, quam cum armis ingredientes, cedebant quotquot inveniebant, preter illos qui se intra castrum munitissimum[e] in excelsa rupe situm et toti civitati inminens receperunt. Ipse admiraldus civitatis, Capsianus nomine, in fuga decollatus est. Capta civitate cesisque hosti-bus ac fugatis, gratias agentes Deo, refecti sunt omnibus bonis et de spoliis illorum ditati. Quia vero et hec quasi suis viribus adquisita reputabant, nec Deum, qui hec contulerat, digne magnificabant, statim altera die subsecuta est obsidio Ekk.
a Persis, Turcis et barbaris et multis nationibus, ita ut de civitate nullus ex tanta turba egredi auderet. Preterea fames G. Hier. c. 11. Ekk.
in civitate ita convaluerat, ut multi ex ipsis equos et asinos comederent et vix ab inhumanis dapibus aliqui se contine- cf. G. Hier.
rent. Facto igitur triduano ieiunio, clamaverunt ad Dominum, bellumque inire cum hostibus proponunt. Respiciens c. 11. Ekk.
enim Dominus populum, quem tamdiu flagellaverat, primo quasi pro satisfactione tribulationis lanceam suam, qua in cruce G. Hier. c. 16. Ekk.
vulneratus est, munus non visum a tempore apostolorum, pignus victorie illis optulit, deinde corda illorum adeo animavit, ut quibus egritudo et fames ambulandi vires denegaverat, arma sumendi et viriliter contra hostes dimicandi vires infun-deret. Quo signo salutari preeunte, cum hostibus foras muros congrediuntur, eosque Dei virtute in fugam vertunt, G. Hier.
cedunt et persecuntur, et de *spoliis illorum ditati, regressi sunt in urbem, laudantes et benedicentes Deum. Capta est c. 17. 18. *fol. 196'.
autem Antiochia II. Nonas Iunii. Qua capta, mox Hugo Magnus reversus est per Constantinopolim in Franciam. Comes c. 15.
vero Stephanus Blesensis, etiam antequam caperetur, turpiter inde recesserat. Post in Kal. Augusti obiit Aimarus Podi- c. 19.
ensis[f] episcopus beate memorie. Morantes aput Antiochiam et in circuitu eius per quatuor menses, cum iam fame et Ekk.
tedio deficerent, maxime propter discordias principum, sumpto consilio recesserunt, et de conmuni consensu traditur An- G. Hier.
tiocena civitas et principatus provincie Boemundo, cuius vi et ingenio ipsa urbs capta fuerat. Ceteri principes, in duo c. 20.
exercitu diviso, Barram et Marram civitates Sarracenorum in Siria ceperunt, et toto hiemis tempore civitates et urbes Ekk.
barbarorum oppugnautes, christiano inperio subiugabant. Cumque in Siria moram facere disposnissent, tanta fames in cf. G. Hier. c. 21.
exercitu fuit, ut corpora Sarracenorum iam fetentium a populo christiano comesta[g] sint. Inde cum divino nutu in inte- Ekk.
riora Romanie progrederentur, cives et castellani regionis cum donariis legatos premittebant, parati servire et oppida sua reddere. Sed quia exercitus non multus erat, ita [ut[h]] una de multis civitatibus, que in maritimis illis sunt, plures homines haberet, quam in exercitu illo fuissent — nam plurima pars eorum Antiochie, Rohas, Loodicieque consederat —, acceptis securitatibus tributarias eas fecerunt. Festinabant enim ad Hierosolimam, instante utique iam
hora, ut excutiens se de pulvere filia Sion, Hierosolimitana nimirum eclesia, canticum novum dilecto suo, qui secum Ekk. II.
fecit mirabilia, decantaret, *Secundum multitudinem,* inquiens, *dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt animam meam.* Hoc tempore Baldewinus comes, frater Godefridi ducis, in Robas, que et Rages civitas Medorum Ekk.
putatur, que est civitas inclita, immo pars et regio Armenie, consedit, principatumque est gentis illius adsecutus, defuncto scilicet interim grandevo seniore illo christianissimo, qui se ab Antiochia in propugnatorem sibi asciverat, multaque prelia naviter gerentem, etiam in filium et heredem adoptaverat. A diebus quippe antiquis semper inexpugnata numquam manum dederat urbs illa ampla paganis, eo quod muris ultra humani operis qualitatem firmis, fluvio quoque intus ebul-liente, omni etiam situ naturali populique et victuum muniatur fertilitate. Non est operis huius vel temporis, litteris tradere, quotiens ibidem predictus Baldewinus parva manu multitudinem barbarorum grandem straverit, nonnumquam victus vicerit, exercitu amisso, alium ab Antiochia conduxerit, postremo falso sibi federati cuiusdam Turci Balduc nomine dolis semet expedierit, ipsumque conprehensum necaverit; que omnia scribere volentem ante tempus deseret quam materia.

A. d. i. 1099. Heinricus inperator natale[i] Domini Colonie celebravit, epiphaniam vero Aquisgrani; ubi filium fol. 197.
suum Heinricum iuniorem regem fecit, reprobato filio maiore Conrado, quem prius coronaverat. Conradus vero causam Ekk.
rebellationis sue paucis in regno sibique familiarissimis detegens, assumpto quodam ex ordine ministerialium patris, eque Conrado nomine, forti admodum et prudente viro, per quasdam Italie partes et nomen et dignitatem regis annis fere novem optinuit, tantum indolis sue per orbem Romanum interim diffundens odorem, ut nemo religiosus, nemo sapiens in ipso salutem rei publice constituendam fore dubitaverit. Erat enim vir per omnia catholicus et apostolice sedi sub-iectissimus, plus religioni quam fascibus vel armis deditus, fortitudine[k] tamen et audatia satis superque instructus, lectioni quam lusibus vacare malebat, miseris omnimodis, sed precipue militibus inopia strictis conpassione et misericordia proxi-mus, nemini contemptum, nemini vim, nemini preiudicium intendens, omnique persone omnique condicioni affabilis, ideoque merito et Deo et hominibus erat amabilis. Celibatus pudorem perpetuo servare proposuerat, sed coactus a suis,

a) franci *c.* b) ipso *corr.* ipsi *c.* c) *ita c.* d) spolii *c.* e) muntissimum *c.* f) pidiensis *c.* g) conmesta *c.*
h) *deest c.* i) n. d. *bis scriptum c.* k) fórtititudine *c.*

Ekk. filiam Rotkeri ducis Sicilie, famosissimi pene nostrorum temporum viri, duxit uxorem, cuius tam caste usus est coniunctione, ut vix crederetur eam unquam cognovisse. Legalis precepti memor: *Turpitudinem patris tui non revelabis*, itemque: *Honora patrem tuum*, murmur, quod per totum Romanum imperium patris sui mores laniabat, quod etiam offense patris ac suc[a] discessionis ab illo sibi causa extiterat, auribus propriis numquam patiebatur inferri, semper illum dominum suum cesarem vel imperatorem cognominans, universos a palatio illius venientes sub appellatione conservorum, licet infimos, sociali benivolentia tractabat. Preter has animi virtutes corpore fuit adprime decorus ac
A. Hild. statura procerus. Heinricus imperator pascha Ratispone celebravit, ubi subito mortalitas magna exorta, Rabodonem palatinum comitem, et Odelricum patruelem eius, qui predives fore ferebatur, et de inferioribus quam plures absumpsit, per civitates quoque atque regiones non modicam vulgi stragem fecit. Conradus Traiectensis episcopus quarta feria pasche a negociatore Fresico occi-
A. Hild. ditur; cui Burchardus successit. Herimannus Coloniensis archiepiscopus obiit; pro quo Fridericus constitutus est. Item Odalricus Eichstadensis episcopus obiit. Hildiboldus Magedaburgensis abbas ordinatus est, qui ordinem ibi Hirsaugiensem instituit. Urbanus Romanus pontifex decessit, et in
Ekk. Romana eclesia maiori, scilicet sancti Petri, sepultus est. Hic super eclesiarum hactenus manente conmotione concilia multa congregavit, multaque decreta promulgavit. Inter que etiam convocatis in Placentina civitate ducentis fere patribus, Heinricum inperatorem tam a se quam a predecessoribus suis conmunione privatum declaravit, maxime astante regina Adelheidhe, ipsius Heinrici uxore, multaque nefanda in illum ad aures totius sinodi testificante.
'fol. 197'. Sed antequam ex hac vita migraret, spiritu Dei instructus, Rainerum cardinalem de Sancto Clemente, 'sancte conversationis et boni testimonii abbatem, nobilem Romanum, designavit in regimen apostolicum eligendum; quem etiam revelationibus aliis insuper denotatum universa Romana eclesia pastorem sibi consecrat, licet invitum, Pascalem eum appel-
Ekk. H. lans. In eiusdem anni exordio, cum auditum fuisset Antiochie atque Laodicie et Rohas, quia manus Dei esset cum exercitu christianorum qui[b] precesserat, plures qui ibi remanserant consecuti sunt eos aput Tirum, sicque unanimes
G. Hier c. 23. mense Aprili, Deo conviatore ac cooperatore, versus Hierusalem proficisci ceperunt. Quo venientes 7. Iunii, undique
c. 27. obsidione vallabant. Rotbertus comes Flandrie et Rotbertus comes Nortmannie erant in parte septentrionali ante portam sancti Stephani; dux Godefridus cornu civitatis quod est super vallem Iosaphat cum suis occupavit. Tancredus aliud cornu versus turrim David obsidebat; comes Raimundus cum suis montem Syon occupabat. Per sex ergo dies scalas preparantes, septimo die assultum fecerunt ad civitatem, et per scalas muros scandere ceperunt; sed frustrati sunt illo
Ekk. die, et infecto negocio cessaverunt. Cumque exercitus in obsidione maxime propter inopiam aque laboraret, habito consilio, episcopi et principes circinandam esse civitatem nudis pedibus predicabant, ut ille qui pro nobis in humilitate eam ingressus est per humilitatem ipsorum ad iudicium de suis hostibus faciendum illis eam aperiret. Quod et factum
G. Hier. c. 27. est. Deinde composita turri quadam cum propugnaculis ex lignis cedrinis et cipressinis veteribus, paratis etiam arietibus
c. 28. et scrophis et fundibulis et omnium generum instrumentis, et civitati propius admotis, die ad hoc constituta, Idus Iulii summo mane omnibus modis et totis viribus undique impetere ceperunt, et telorum grandine ac lapidum hostibus a muro
Ekk. repulsis, ipsi per machinam et scalas muros conscendunt. Itaque octavo sue humiliationis die, eo scilicet die, quo pri-
cf. G. Hier. c. 28. Ekk. mitiva eclesia inde abiecta fuit, cum festum de dispersione apostolorum a multis fidelibus celebratur, Domino auxiliante, ex omni parte intrantes civitatem capiunt, hostes omnes perimunt, nec mulieri nec parvulo parcentes, ita ut in porticu
G. Hier. c. 29. qui dicitur Salomonis victores equitarent in sanguine Sarracenorum usque ad genua equorum. Mundata civitate ab incredulis, ad sepulcrum Domini omnes cum oblationibus et cereis accensis, laudes et gratias agentes Deo, festinanter
c. 30. vota persolvunt, in gaudio lacrimas offerunt. His patratis, primates per aliquantum temporis recreati, omnes communi consensu Godefridum ducem in regem ac principem civitatis Hierusalem ac tocius regionis extulerunt. Canonicos, qui sepulcro Domini deservirent, ibidem statim creaverunt; Eriulfum eis quasi patriarcham preposuerunt, donec super hoc Romanum pontificem consulerent. Tunc Domino revelante per quendam Sirum revelata est eis crux dominica diu
Ekk. abscondita et ab hostibus conservata. Unde omnes Deo gratias egerunt. Deinde cum ordinatum esset, qui civitatem
G. Hier. c. 30. retinere deberent, et alii amore patrie et pietate parentum suorum redire voluissent, nuntius venit, qui diceret, adventare
Ekk. ducem milicie regis Babilonis, nomine Lavendali, cum infinito exercitu. Itaque cum in veritate comperissent hi qui in Hierosolimis erant, exercitum Babiloniorum[c] Ascalone esse, contenderunt obviam illis, relictis sarcinis et infirmis suis
G. Hier c. 32. in Hierusalem cum presidio. Vespere autem precedente 'diem[d] belli, iam sole occidente, contigit, ut multitudo magna
'fol. 198. animalium, boum, camelorum, ovium et caprarum de montibus acta secus exercitum christianorum se contulisset, et mane facto, cum ordinatis aciebus exercitus christianus ad bellum procederet, animalia quoque, quod est dictu mirabile, pau-
Ekk latim subsequentia, agmen fecerunt, ita ut cum currentibus currerent et cum stantibus starent. Nubes quoque ab estu solis christianos defendebat et refrigerabat. Cumque exercitum hostium conspexissent innumerabilem, genibus flexis Deum invocaverunt. Nec mora, clamantibus ad se Deus adfuit, atque tantas audacie vires ministravit, ut qui eos in hostem currere videret, fontem aque vive sicientem cervum segnem adiudicaret, miro videlicet modo, cum in exercitu christiano non plus quam 5 milia equitum et 15 milia peditum fuissent, et in exercitum hostium 100 milia equitum[e] et 400 milia peditum esse potuissent. Tunc mirabilis in servis Deus apparuit, cum, antequam confligerent, pro solo inpetu eorum hanc multitudinem in fugam convertit, et omnia eorum arma diripuit, ita ut, si deinceps istis repugnare vellent, non haberent arma, in quibus sperarent. De spoliis vero non est querendum quantum captum sit, ubi tesauri regis Babilonie occupati sunt. Ceciderunt ibi plus quam 100 milia Maurorum gladio; timor autem illis tantus erat, ut in porta civitatis ad duo milia suffocati sint. De his vero qui in mari interierunt non est numerus, spineta etiam ex ipsis multos contriverunt. Pugnabat certe orbis terrarum pro christianis, et nisi spolia castrorum de ipsis multos detinuissent, pauci de tanta multitudine hostium superessent, qui de bello renuntiare potuissent. Celebrata hac victoria, reversus est exercitus Hierusalem, et relicto ibi duce Godefrido, Raimunt comes de Sancto Egidio et Rotbertus comes Flandrie et Rotbertus comes Nortmannie Laodiciam reversi sunt; ibi classem Pisanorum et Boemundum cum suis invenerunt. Non modica quippe multitudo preter eos, qui cum Boemundo Antiochie consederant vel cum Baldwino Rohas abierant Tiroque remanserant ac per diversas regiones dispersi erant, ibidem conventum faciebant. Cumque archiepiscopus Pisanus dudum discordantes principes concordare fecisset, maxima multitudo repatriare contendit. Godefridus vero, magnanimus dux et cui vix quisquam in religione comparabilis inveniatur, parva licet manu fultus, magna quoque in Domino coepit attemptare, reliquias gentilium quacumque manentes persequi, presidia locis oportunis instituere, Ioppen diu destructam, portum ibi iam diu desolatum renovare, eclesias clerumque quantum potuit reparare, cenobitas alibi con-

a) ac s. ac c. b) quia c. c) bibiloniorum c. d) die c. e) equtum c.

gregare, donaria multa tam monasteriis, quam hospitali, quod in Hierusalem numquam defecerat, devotissime conferre. Ekk.
Pacem firmissimam cum Ascalonitis atque Damascenis gratia conmerciorum habuit, nostre gentis milites pre cunctis bellatoribus honoravit, feritatemque illorum suavissima urbanitate Gallicis caballariis conmendans, invidiamque, que inter utrosque naturaliter quodammodo versatur, per innatam sibi utriusque lingue peritiam mitigavit.

A. d. i. 1100. Heinricus inperator pascha Mogontie celebravit; ubi Herimannus Pragensis electus, missus a duce Cosm. III
Boemico per Wichertum, eiusdem ducis per sororem generum, consecrandus presentatur. Sed quia Rothardus archiepiscopus expulsus in Thuringia morabatur, a quodam Ruoperto, Wicherti cardinale, iubente inperatore, in octavis pasche ordinatur 7. Idus Aprilis. Eo anno hiemps durissima fuit; fames etiam per multas regiones invaluit, et mortalitas magna erat. Congregatio Ilsineburgensium monachorum Friderico Halberstadensi invasori et exconmunicato subdi et obedire nolens, hac de causa ab ipso coacta est claustrum egredi. Post obitum Burchardi secundi 18 anni conputantur usque ad electionem Reinhardi. Quo tempore Thietmarus diaconus et Herrandus abbas canonice electi, pauco tempore prefuerunt; quorum prior statim veneno interemptus occubuit, alter ab hereticis expulsus est, et alter Thietmarus, patruus[25] scilicet 25
Lotharii inperatoris, ab ipsis est episcopus constitutus. Quo sine consecratione defuncto, Fridericum pro illo substituerunt, vivente adhuc Herrando episcopo; sicque per tot annos eclesia ab hereticis et scismaticis multipliciter est vexata. Otto Ilsineburgensis abbas Ierusalem causa Christi petens, Andrinopoli[a] migravit e seculo, sepultus aput monasterium Dei genitricis Marie. Otto[26] Argentinensis episcopus obiit; pro quo Baldwi- 26
nus constitutus est, qui vixit duos menses et mortuus est. Adhela sive Adelheit palatina Romam A. Hild.
pergens defuncta est. Hec et soror eius Cunigunda filie erant Adhele[b] marchionisse ex Ottone marchione[27]. Udo marchio et alii conplures Saxonum barbaros qui Liutici dicuntur invasit, et de ipsis honorifice A. Hild.
triumphans, urbem Brandeburh per quatuor menses obsedit et cepit[28]. Willehelmus rex 28
de Anglia sagitta interfectus est. Heinricus vero frater eius in eodem loco pro remedio anime sue volens monasterium constituere, prohibitus est. Apparuit enim ei, et duo dracones ferentes eum, dicens, nichil sibi prodesse, eo quod suis temporibus omnia destructa essent, que antecessores sui in honorem Domini construxerant. Bracizlaus dux Cosm.
Boemie in vigilia sancti Thome, cum a venatione nocte rediret, a quodam venatore ex latibulo prosiliente venabulo inter ipsa ilia percussus, post duas[c] noctes defunctus est 11. Kal. Ianuarii, et frater eius Borivoi in ducatu successit. Ex eo tempore Boemia plures annos civilibus bellis vehementer est vexata, pro eo quod eadem regio non adeo ampla iam plurimis dominis herili stirpe editis subiaceret. Erat autem iusticia Boemiorum, ut semper inter principes eorum maior natu principatu potiretur. Erant autem eo tempore trium fratrum, scilicet Wratizlai, Conradi et Ottonis, conplures filii. Wratizlai quidem filii, fratres Brazizlai, de quo iam diximus, erant dux Borivoy, Bolizlaus, Wladizlaus, Sobezlaus. Conradi autem filii erant Odalricus et Lutoldus; Ottonis autem Suatopluk et Otto. Igitur postquam Borivoy ducatum optinuit, Odalricus et Lutoldus, expulsis presidiis in Moravia, que ibi dux Borivoy abiens reliquerat, receperunt civitates suas, quas pater ipsorum Conradus habuerat in Moravia. *Eodem quem prediximus anno Godefrido duce Ekk. It.
Hierosolimitanam eclesiam defensante, conventus ingens factus est in Hierusalem ab omnibus qui sunt in oriente christi- * fol. 199.
colis, maximeque qui vel Antiochie vel in Siria Rohas vel Palestina resederant peregrinis, in tantum ut in ipsis nativitatis dominice festis conplures regionibus adiacentibus consecrarentur episcopi, versis in historias visibiles eatenus misticis prophetiis: *Surge et illuminare Hierusalem, quia gloria Domini super te orta est.* Et illud: *Letare Hierusalem, et conventum facite omnes, qui diligitis eam, gaudete cum leticia, qui in tristicia fuistis, ut edatis*[d] *et sugatis ab ubere consolationis eius.* Incalescente post hec estate, corrumpitur per Palestinam aer cadaverum fetore. Sunt etiam qui dicunt, fontes infectos a barbaris veneno vel cisternas occisorum sanie[e]. Unde exorta pestilentia, multos ex nostris, utpote sub aere peregrino militantes, occidit, inter quos ipsum tocius eclesie catholice lacrimis plangendum Godefridum populo Dei, quem paterna sollicitudine curabat, materna pietate fovebat, nimis inmature subtraxit. Sane exceptis sive tacitis quibus pollebat multis virtutibus, tanta se mansuetudine coniunxerat tam indigenis quam conperegrinis, ut vix adverteretur, Francisne plus plangeretur quam Siris vel Grecis. Ante montem Calvarie in vestibulo Golgotane eclesie eius mausoleum lapide Pario constructum.

Francorum[f] *gentis Syon loca sacra petentis*
Mirificum sidus, dux hic recubat Godefridus,
Egipti terror, Arabum fuga, Persidis error.
Rex licet electus, rex noluit intitulari
Nec diademari sed sub Christo famulari.
Eius erat cura Syon sua reddere iura
Catholiceque sequi pia dogmata iuris et equi.
Totum scisma teri circa se iusque teneri.
Sic et cum superis potuit diadema mereri,
Milicie speculum, populi vigor, anchora cleri.

a) Adrianopoli? b) addhele *duabus lineis c.* c) duos *c.* d) e. et s. ab u. c. e) sanguine *corr.* sanie *c.* f) *Hoc epitaphium nullo signo adhibito in ima margine scriptum est.*

25) frater igitur Gebehardi comitis, filius Liutharii, quem hos ex Ida genuisse Wedekind Noten II p. 108. sqq. docuit. 26) cf. A. Wirz. 27) cf. a. 1062. 28) cf. a. sequentem.

Ekk. II. Audito obitu fratris in Rohas civitate, Baldewinus iuniori Baldewino cognato suo civitatem et populum conmittit, ipseque cum trecentis fere viris Hierosolimam tendit, insidiantium sibi paganorum milia delusit, congreditur, vicit, onustusque spoliis cum triumpho Hierusalem intravit. Rogatus et collaudatus ab omnibus, ut princeps esset eorum, consensit, nec multo post inclinans caput suum super dominici sepulcri tumbam, ipsius se servituti perpetualiter[a] subiugavit. Post hec, quo maior christianorum timor paganis incuteretur, per legatum apostolice sedis accepta regali benedictione coronatur. Deinde Assur et Cesaream civitates maritimas debellavit[b], cesisque qui inibi erant Sarracenis, Ekk. chron. regnum suum regis Babilonie dampno dilatavit. Wicbertus quondam Ravennensis episcopus super viventem papam, quod quidam aiunt, invitus ascendens, postquam tribus alternatim sibimet succedentibus supervixit, extortis sibi utraque sede Rome et Ravenne, obiit[c], malens, ut ipse dicebat, apostolici nomen numquam suscepisse. Erat utique vir ingenio, facundia, nobilitate, personeque reverentia satis clarus. Qui cum obedientiam, quam apostolice sedi iuramento promisit, non attendere, sed contra ipsam omnimodis superbire studuisset, in Romana sinodo inrecuperabiliter depositus et anathematizatus est ab apostolica sede et ab episcopis tocius eclesie, nec hoc semel in una sinodo, sed in omnibus sinodis per septennium celebratis. Ita in periuriis inveteratus et pro his inrecuperabiliter depositus et anathematizatus, sedem Romani pontificis per manus anathematizatoris invasit, legitimo pastore adhuc eidem sedi presidente. Ipsorum autem exconmunicatorum nullus eum consecrare, immo execrare presumpsit, preter Mutinensem et Aretinum, qui ambo
*fol. 199. pro suis criminibus *iam tribus annis conmunione et officio caruerunt. Sed hi etiamsi officium et conmunionem haberent et Romana sedes pastore careret, nullum tamen eidem sedi pontificem ordinare possent. De ordinationibus vero eiusdem Wicberti sepedictus Urbanus papa in Placentino concilio tale decretum promulgavit, inter cetera
29 dicens[29]: *Ordinationes, que a Wicberto heresiarcha[d], postquam ab apostolice memorie Gregorio et a Romana eclesia est dampnatus, et a ceteris heresiarchis nominatim exconmunicatis, et ab his qui catholicorum et adhuc viventium episcoporum sedes invaserunt, facte sunt, irritas esse omnino iudicamus. Qui vero ab episcopis quondam quidem catholice ordinatis, sed in hoc scismate a Romana eclesia separatis consecrati sunt, eos nimirum, servatis propriis ordinibus, misericorditer suscipi iubeatis; si tamen vita et scientia eos conmendat, et his nostris decretis cognitis, mox ab errore ad catholicam eclesiam transierint, et nobis nostrisque imperatis[e] se per omnia obedire promiserint. Amodo[f] vero quicumque a predictis scismaticis sancteque eclesie adversariis se ordinari permiserint, nullatenus hac venia digni habeantur. Quamvis autem misericordie intuitu, magnaque necessitate cogente, hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen preiudicium sacris canonibus fieri volumus, sed obtineant proprium robur. Nam cessante necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate factum est. Ubi enim multorum strages iacet, sub-*
Ekk. II. *trahendum est aliquid severitati, ut amplius addatur caritati.* Eo anno ex Langobardis cum Mediolanensi et Papiensi episcopis 50 milia ad Hierosolimitanam profectionem signati in Bulgarie civitatibus hiemaverunt.
A. Hild. A. d. i. 1101. Heinricus inperator natale Domini aput Mogontiam celebravit; ubi multi principes convenerunt et consilium inperatori dederunt, ut Romam mitteret nuntios propter unitatem eclesie, et papam constitueret secundum
Ekk. electionem Romanorum et omnium eclesiarum. Conradus rex adolescens nono postquam a patris palacio discesserat anno, Machtildis illius et nobilissime[g] et potentissime et ~ut quidam dicunt religiose femine sicut sanguine ita et contubernio coniunctus, et in rebus per Italiam disponendis tam illius, quam domni apostolici ceterarumque Deum timentium personarum consilio semper usus, imnaturo preventus occasu, plena fide et bona confessione a regno transitorio ad perhenne creditur migrasse. Sunt etiam qui veneno illum dicant interisse. Testari solent qui aderant, in brachio corporis exanimis signaculum crucis exortum subito se vidisse, ipsasque eius exequias quibusdam miraculis honorificatas fuisse. Brandeburh ab Udone marchione et Saxonibus per quatuor menses obsessa capta est.
cf. A. Hild. Heinricus Crassus, potentissimus comes Saxonie, gratiam inperatoris adeptus, marchiam Fresie ab inperatore in beneficium suscepit, sicut fertur etiam per testamentum scripture. Qui profectus[h] in Fresiam possidere comitatus eiusdem provincie, pertinentes prius ad
Ekk. 1103. Traiectensem episcopatum, a militibus Traiectensis episcopi et a vulgaribus Fresonibus, quibus
*fol. 200. dominationis sue iugum grave fuit, obsequium eorum spectans[i], insidiis vallatur, re quoque cognita, fugiens ad *mare, vulneratur a nautis, simul et suffocatur. Uxor autem ipsius Gertrudis, soror Ecberti marchionis iunioris, vix evasit. Habuit autem duas filias, Richenzam postea inperaticem et Gertrudem
Ekk. palatinam comitissam[30]. Huius tanti viri, utpote Ottonis de Northeim potentissimi quondam Bawarie ducis filii, qui nimirum tocius Saxonie principatum secundus ab rege gerebat, interitus ab universo regno
Apr. 21. Teutonico graviter ferebatur. Inperator Leodio pascha celebravit, ubi filius eius iunior Heinricus gladium accepit. Heinricus comes de Lintburh cum Theoderico comite imperatori rebellat. Unde inperator castellum suum Lintburh obsedit et destruxit, postremo ipse

a) pertualiter *post corr.* perpetualiter *c.* b) delellauit *c.* c) caruit *corr.* obiit *c.* d) heresiacha *c.* e) *ita Ekk.*, separatis *c.* f) Admodo *c.* g) n. illius *c.* h) profecturus *corr.* profectus *c.* i) spectans *c.*

29) cf. acta ap. Mansi XX. p. 806. c. 8. 10—12. 30) cf. a. 1082.

comes se in potestatem regis tradidit. Congregatio monachorum in Rossenvelde[31] cepit institui[a] et expulsis inde clericis, Werinherus primus ibi abbas electus est. Quod scilicet monasterium libertati concessum a marchione Udone et matre ipsius et fratre et marito sororis ipsorum datum est Rome sancto Petro. In ipso anno visus est ab occidente in orientem Ekk. II.
volans ignis ad instar non modice civitatis. Vermiculorum quoque, quos papiliones vocant a similitudine tabernaculorum, exercitus incredibilis multitudinis per tres continuos dies quasi a Saxonie finibus in Bawariam[b] volabat. Mox profectio populosa, et que pene priori numero posset dumtaxat equari, subsequitur, que post auditas ultra spem res Hierosolime prospere gestas, a residuis tocius occidentis gentibus, maxime ab his, quorum prius votis timor vel inopia, diffidentia vel inhecillitas obstabat, denuo parabatur, primum ab episcopis Mediolanensi, Papiensi, ut[c] dictum est[32], ceterisque Lan- 32
gobardorum populis ad 50 milia signatis, deinde a diversarum provinciarum Teutonicis, postrema[d] Aquitanicis, quibus Willehelmus Pictaviensis preerat, preter vulgus ad 30 milia loricatis. Langobardorum [plebes[e]] permissu[f] [Heinrici[e]] ducis, Carinthia permeata, [dum[e]] Ungris a tergo relictis, in Bulgarie civitatibus hiemarent, numero rarescere ceperunt, tandemque Constantinopolim pervenientes, in alteram ripam — illud enim beneficium Alexius imperator peregrinis accelerare solebat — transposite sunt, immo paganorum sagittis exposite. Turci enim, explorata Langobardorum inertia, stipularum eos terebant more, in tantum ut exercitus Teutonicus, qui eadem via subsecutus circa Iunii Kal. ad eandem metropolim pervenit, quod de precedentibus se gestum sit, nullomodo, utpote nullo superstite de Romania redeunte, posset investigare. Ab ingressu quippe vel prima civitate Bulgarie usque Constantinopolim sedem Alexii semper pacifici eius nuncii occurrebant, qui tamen aliquando precedentes vel comitantes favillarum[g] evanescentium more disparebant. Militum etiam suorum, quos pincinatos vocant, exercitus, nunc a tergo dampnum intulit, nunc a latere vim inferre, nunc a fronte directa acie manum conferre, nunc per noctes castra irrumpere disposuit, semper tamen per 20 dies vicinus et infestus fuit, donec statione fruentes prenominata cum turma ducis Welphonis exercituque Willehelmi, diversis quoque confluentibus copiis, per dies 15 *ad centum milia congregabantur. E quibus omnibus singularum turmarum principes *fol. 200'.
Alexius more suo sub appellatione filiorum suscepit, eisdemque post[h] manus acceptas sacramentaque firmata, sicuti prioribus exercitibus, munera dispertivit, pauperibus vero extra civitatem elemosinam largiri mercatumque parari precepit. Nam obsistente suspicione, paucissimis personis, et ipsis precio furtimque, cuiusquam[i] urbis vel castri sive munitionis per totum inperium eius promittebatur ingressus. Qua etiam causa dum Willehelmus cum exercitu per mediam Adrianopolim, qua regia strata ducit, transire prohiberetur, Aquitani mox genitali tumescentes fastu, simbola conclamant, suburbana succendunt, civitatem invadunt, cuius oppugnationi dum acriter insistunt, pincinatorum exercitum, qui semper, ut premissum est, iter ipsum iussu inperatoris observant, a tergo suscipiunt, quibus congressi multos sternunt, multos amittunt, tandem via dudum contempta vadunt. Igitur tantus ille populus per Romaniam iter dirigere disponebat, necessaria sibi quisque per deserta coemebat, ultra brachium illud maris quod sancti Georgii dicitur tam conpulsi quam voluntarii transvehuntur. Sed cottidiani principum conventus, cottidiana etiam ipsorum cum inperatore colloquia, quem finem sint habitura, penduli nimis opperiuntur. Et ecce subito murmur oritur invisum, inperatorem Turcorum potius quam christianorum parti favere, exploratisque que circa illos erant, frequentibus nuntiis Turcos adversus eos animare. *Hic est,* inquiunt, *perfidus ille Alexius, qui, domino suo Michaheli per quorundam Alamannorum conducticiorum auxilium depulso, inperium eius usurpavit, ipsosque sui sceleris cooperatores exilio dampnatos necari fecit, nuncque se tanti facere dicit Francos cum Turcis preliantes, quanti canes se invicem mordentes.* Cumque navigia quidam conducere temptarent, auditum est, inperatorem peregrinis insidias etiam in mari posuisse, multasque[k] eodem facinore naves eum submersisse[l]. Incredibile memoratu est et ad recordandum expertis horribile, quanta in nostro, hoc est Germanico, collegio, quod omnibus erat rarius, tunc fuerit titubatio, dum videres patrem a filio, fratrem a germano, socium ab amico multo amarius, quam mors separat, alterum terre, alterum se mari committere, rursumque quosdam post appensum nanlum, post unam vel duas in navi transactas noctes, resumpta suppellectili ad litus cum ingenti dampn prosilire, redemptis precio ampliori quos nuper distraxerant equis, ad necem suam fugiendo mortem properare. Nos quoque eadem animi mutatione diu multumque vexati, tandem inter eos qui se salo credere presumpserant Ioppen portum post sex ebdomadas attigimus. Porro exercitus universalis, ab inperatore trecentis Turcopolis, qui legiones apto itinere deducerent, acceptis, contra Nicomediam vertitur, indeque Romaniam declinans, ad aquilonarem plagam contra terram Chorizanam, que Turcorum est patria, convertitur. Loca quippe Romanie, que circa stratam publicam erant, periurus Alexius devastaverat, dum christianis Antiochie dudum obsessis auxilium, ut iuraverat, ferre non *auderet, suspectus scilicet extunc tam Turcis *fol. 201.
quam Francis. Insuper milicia hec nomen sibi facere in gentibus quemadmodum anterior proposuit, sed ut rei probavit eventus, divine id predestinationi non conplacuit. Nam ante paucos dies idem pagani in Langobardorum, ut predictum est, vix tepido sanguine[m] hebetatos antea gladios duraverant, unde animati, tam infinite multitudini bellatorum resistere presumebant. Nou multo plus quam quatuor erant milia Turcorum, qui tamen ipsi electi et equis velocissimis, armis telisque et sagittandi peritia nimis instructi, fortunam suam seu virtutem ignoti exercitus experiri pocius explorando quam aperte congrediendo veniebant. Unde inprimis latrocinantium more vulgus extremum diripere, post hec capere vel occidere, deinde per conpeta precurrentes, incendio vel quocunque molimine pabula prevastare, aliquando etiam per iuncta vel carecta gradientem exercitum tota die flammis vel fumo vexare, nonnumquam per noctes nunc hac nunc illac castrorum parte irrumpentes cunctis inquietudinem inferre. Inter hec omnia tamen numquam acie directa, numquam fronte aperta more preliantium congrediebantur, sed resistentibus[n] cedebant, insequentes fugiebant, revertentes denuo sequebantur. Si miserias illas omnibus miseriis miserabiliores stilo prosequi temptamus, possibilitatem simul et modum excedimus; ubi turpiter tot nobiles, per inopiam tot divites, sine ferro tot fortes occubuerunt, dum domino servus presens, locupleti pecunia sufficiens minime quivit subvenire, nec forti licuit pugnare. Loca quippe eadem erant arta, invia, inhabitabilia, hostibus cognita, nostris ignota, quia tantum Dei populum Alexii traditoris incarcerabant machinamenta. Sic per dies 20 quasi signum ad sagittas expositi, sic cottidie tanquam oves occisionis estimati, tandem in extrema iam sorte positi, nemorum se saltibus noctu tradunt, morosam, sed certam sibi mortem accelerare satagunt, quamvis paucissimis quicquam emolumenti fuga contulerit, preter quod omnium ultima fata tardantia consummavit. Nam de tam innumero

a) instituit *c.* b) bauuuariam *c.* c) ut d. e. *add.* 2. d) pestrema *c.* e) *deest c.* f) *spatium uno vocabulo vacuum in c.* g) faulariim *c.* h) per manus acceptis *corr.* post manus acceptas *c.* i) cuinsque *corr.* cuiusquam *c.* k) mutasque *c.* l) submersississe *c.* m) sangine *c.* n) réstentibus *c.*

31) Harsefeld; cf. a. 1087. 32) a. 1100.

Ekk. II. populo Dei, heu! heu! non credimus mille viros superfuisse, quos postea vix ossibus herentes Rhodo, Papho ceterisque portubus, raros autem Ioppe vidimus; e quibus Bernhardus comes et Heinricus comes Ratisponensis obierunt Hierosolime, dux vero Welphus revertendo moriens Papho est humatus. Inter longissimam cruciatuum suorum historiam, quam hic texere longum est, archiepiscopum Salzburgensem Tiemonem[a] captum, marchisiam N. trucidatam, duos Brunones canonicos nobiles viros inedia sitique defecisse, referebant. De Latinis principibus Willehelmum, Regimundum, Stephanum ceterorumque partem aliquam superesse[b] adhuc, quidam dicebant. Dum hec ita geruntur, nec his qui in Iudea sunt christianis parcitur; sed tam ab Aschalonitis atque Damascenis cottidiana latrocinia, quam a Babiloniis bella parantur. Post Mai quippe Kal. non longe Rama castra metatus est Babilonicus exercitus, contra quem aciem Baldewinus instruxit, hortatus suos, ut sicut ante paucos dies per Dei gratiam parva manu multam de Arabia predam tulerant, ita
*fol. 201'. nunc hostium multitudini non cedant. *Illorum*, inquit, *dampno vivamus aut *periculo moriamur. Ecce bellum, o boni milites, quod olim optavimus, pro quo patriam, parentes, pacem contempsimus. Porro pro Christi hereditate contra invasores sancte terre predonesque alienigenas pugnare honestum est, vincere tales nequaquam incertum, mori gloriosum. Illis patria ministrat fugam, nobis exilium victoriam. Conprobemus iam, quod ipsi exprobrant, Francos mortem non timere, immo Christi peregrinos aut in Christo vincere aut in Christo mori velle.* Talia multa postquam peroravit, arrectis suorum animis, miro Dei omnipotentis nutu ingens Sarracenorum populus uni tantum vel paulo plus legioni nostratium[c] cessit, adeo ut ne congredi[d] quidem presumerent, sed post transactos aliquot in eadem statione dies turpiter et inacte redirent. Rursus circa Kalend. Septembris, quo scilicet tempore christianorum, quos ante memoravimus, adventantium fama Babilonie regna terruerat, inito consilio, preoccupare universorum, qui tunc in Iudea vel in cunctis finibus illis reperirentur, perniciem disponebant, missisque epistolis Damasco, Tripoli, Gibel ceterisque barbaris civitatibus, adversus nomen christianorum se qualicumque pacto confortabant. Egressus itaque 40 milium exercitus de Babilone, primum ad Ioppen tendens, non longe ab Ascalone, sumptis nimirum inde sociis, consedit. Baldewinus vero rem non ignorans, suos undique, hoc est ab Hierusalem, Nicopoli, monte Thabor, Ebron, Cesarea, Assur, in Ioppen, ubi tunc non parva manebat peregrinorum turba, convocavit. Cuiusdam diei hora 3. precedente regem Baldewinum ligno dominice crucis, extra civitatem Ioppen locius populi conventus est factus, iussuque regis Arnoldus quidam venerabilis et bene litteratus clericus sic in medio populi exorsus est: *Beata gens, cuius est dominus Deus, eius populus, quem elegit in hereditatem sibi. Vos, o fratres, gens estis illa beata, vos populus ille Christi hereditatis, populus adquisitionis, qui, relictis omnibus, patria, parentibus et rebus, crucem cottidianam post Christum tulistis; vos corpora pro Christo ad supplicium tradidistis. Vos pugnasse videmini, sed Christus vestro voluntarie sibi sacrificato sanguine vestrorumque fratrum et commilitonum preciosa morte locum sanctificationis sue dignatus est mundare, civitatem requiei sue Hierusalem voluit post tam annosa spurcissime gentis vincula per vestram devotam servitutem expedire: „Hec, inquit, requies mea, in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eam.“ Contra quam divina sponsione nobis inditam spem ecce paganorum littere, Dei nutu ante diem hesternum comprehensis legatis ablate, vaticinata perlibent demonia, nos illorum preliis hoc anno delendos, Iherusalem funditus destruendam, et quod omnibus his horribilius est, ipsam dominici et gloriosi sepulcri petram frustratim confringendam, sicque camelis ad mare delatam, in remotissimo, et quod numquam a christianis resciri possit, pelago submergendam. Unde quid facto opus sit, o christicole, videte; quem finem hec tanta presumptio sit habitura, perpendite.* Plura disputare volentem clamor interstrepens conpescit: *Aut gloriose*, inquiunt, *mori pro Christo Christique legibus et vivere eternaliter instat, aut turpiter cedere brevique vita perpetuam mortem conparare restat, Sed nec temporaliter nec eternaliter vivere liceat, quem contra tam profanam, tam*
*fol. 202. *blasphemam paganorum audaciam pugnare non libeat.* Protinus ante crucem *redemptionis nostre confessione peccatorum unanimi humiliatione facta, ac post dictam indulgentiam ab apostolici legato, qui tunc forte aderat, benedictione accepta, Domini inclamantes adiutorium, castro sunt unanimes redditi; indeque summo mane, ad septem milia peditum milleque equites recensiti, periculo sunt ingenti cum magno gaudio presentati. Visa igitur statione barbarorum, tanta fervescere fide ceperunt, ut unusquisque se solum tot legiones sternere posse non dubitaret. Unde contigit, ut dum per unum pene miliarium inordinate currendo, incaute se hostibus infunduut, prima cohors a latere invasa, ilico tota rueret. Tunc rex efferatus animo, tanto illos equitum inpetu involat, ut, licet idolorum responsis de victoria certificati, acrius quam antea umquam resisterent, sicut cera a facie ignis ante ipsum liquescerent. Referebat venerabilis abbas Gerbertus, qui crucem dominicam regis lateri semper contiguus ferebat, se numquam tantam nivis vel pluvie, quantam tunc telorum contra regem volitare densitatem vidisse; at post ligni preciosi intuitum nullum ex hostibus telis se vel armis, sed omnes fuge presidio se conmisisse. In hisdem diebus tanta fuit mortalitas, ut ad trecenta cadavera singulis diebus Hierosolimis exportata numerarentur, Ioppe vero ingens campus intra paucos dies tumulis occuparetur. Itaque post victoriam dum castra predamque diripiunt, adest nuntius a Ioppitis, qui civitatem a terra multis equitibus, a mari vero 42 navibus rostratis diceret obsessam. Mox onusti spoliis, reliquis vero incendio traditis, obsessis in auxilium properant; postque tot hostium incursus, tantas penurie pestilentieque miserias festum nativitatis Dei genitricis, quod ipso die cum merore ceperant, maximo illos tripudio conplere faciebant. Sequenti die multam eis habundantiam frumenti cunctorumque victualium cum peregrinis ad 12 milia estimatis 30 naves deferebant, quas dum hostium classes invadere niterentur, per virtutem sancte crucis, que, dum nil carnalis adiutorii posset conferri, in altum econtra iubente rege levabatur, adeo repressi sunt, ut nullo conatu vel arte uuam saltem de tot navibus loco moveri posse, tam pagani quam christiani mirarentur. Eodem anno die sacratissimi sabbati, quo secundum antique misericordie Domini paraclisin, babtismate consecrato, lumen de celo christianus populus expectans ministrari, usque ad vesperam orationibus instabant, sed dono celesti, quod etiam in conspectu gentium suscipere semper solebant, frustrati, absque festiva sinaxi noctem dominice resurrectionis merendo transegerunt. Summo mane cum letaniis a sepulcro Domini nudis pedibus procedunt, ingressique templum Domini, quo loco, id est monte Moria, in area Areuna, David exauditum, cunctosque exaudiendos, qui devoto corde ibi oraverint, Salomoni promissum legimus; mox post preces lacrimas vix atrium egressi, signa concrepantia et laudes ab his qui remanserant audiunt, ingressique duas lampades celitus accensas gaudentes aspiciunt. Quid plura? Totum a babtismo servitutis pensum dudum subtractum usque ad misse completionem persolvunt. Itemque inter missam Sirorum, qui semper post nostrum egressum eodem choro psallere solent, lampades alie divinitus accenduntur, ante vesperas vero et inter ipsas vesperas usque ad 16 huiusmodi lumina visibiliter ampliantur, sicque contigit, ut pauci intra Hierusalem seu christiani seu pagani reperirentur, qui tam evidentem Christi potentiam se non vidisse testarentur.

A. Hild. A. d. i. 1102. Heinricus imperator natale Domini Mogontie celebravit, ubi Heinricus comes de Lintburh dux effectus
Ekk. chron. est. Imperator, habito cum principibus colloquio, Romam se profecturum ac generale concilium in Kal. Februarii inibi
*fol. 202'. habiturum condixit, quatenus tam sua quam domni apostolici causa canonice ventilata, catholica inter *regnum et sacerdotium firmaretur unitas, que tot annis scissa permanserat. Constat tamen, nec ipsum iuxta placitum venisse, nec

a) T. *c.* b) supesse *c.* c) nostratuum *c.* d) cogredi *c.*

nuntia dignitati apostolice subiectionem profitentia misisse. Nec hoc latet, quod alterum papam domno Pascali superponere, si fieri posset, conatus sit, nec profecerit. Transacta post hec media quadragesima, convenientibus universis Apulie, Campanie, Sicilie, Tuscanie tociusque simul Italie presulibus, ultramontanorum autem quam plurimorum patrum legatis, sinodus magna Rome est habita, ubi preter antiqua patrum instituta reverenter confirmata, etiam presentis temporis scisma inter precipuas hereses conputatum ac perpetuo cum suis auctoribus atque sequacibus anathemate est dampnatum, subscripta huiusmodi professione: *Anatematizo omnem heresim, precipue eam, que statum presentis eclesie perturbat, que docet et astruit, anatema contempnendum et eclesie sue ligamenta spernenda esse; promitto autem obedientiam apostolice sedis pontifici domno Pascali eiusque successoribus, sub testimonio Christi et eclesie affirmans, quod affirmat et dampnat sancta et universalis eclesia.* Ibi etiam hanc sententiam in inperatorem vel patricium Romanum Heinricum idem apostolicus promulgavit: *Quia*, inquit, *lunicam Christi scindere, id est eclesiam rapinis et incendiis vastare, luxuriis, periuriis, homicidiis conmaculare non cessavit, primo a beate memorie Gregorio, deinde a sanctissimo viro Urbano predecessore meo propter suam inobedientiam exconmunicatus est atque condempnatus, nos quoque iudicio tocius eclesie anatemati perpetuo eum tradimus. Id notum volumus omnibus et maxime ultramontanis esse, quatenus ab ipsius se contineant iniquitate.* Rotbertus episcopus Babenbergensis obiit; cui per Heinricum inperatorem substituitur Otto cancellarius, vir bene, ut creditur, religiosus. Hartwigus Magedaburgensis archiepiscopus obiit, vir per multa laudabilis, maxime tamen popularis et eclesie cui preerat utilitatibus multum insudans dilatandis, pro scismate quoque resarciendo inter utramque partem mediator infatigabilis. Acrbo nobilis de Carinthia princeps et quondam palatinus comes in Bawaria, Hartwici palatini comitis filius, iam grandevus migravit in Domino. Rotbertus comes Flandrie Cameraci fines vastavit. Ipsam Cameracum obsedit, sed viriliter ab his qui urbi presidio erant repulsus est. Unde inperator conmotus, autumpnali tempore expeditionem fecit adversus Robertum, cuius provinciam magna ex parte vastavit, et castella pleraque cepit. Denique Rotberto in terre sue firmiora se recipiente, nec locum pugne dante, inperator rediit. Sedicio quoque orta est inter Fridericum Coloniensem archiepiscopum et Fridericum comitem Westfalie. Siquidem comes episcopatum Coloniensem preda flammisque aggreditur; unde archiepiscopus permotus, castrum eius Arnesberch obsedit et in dedicionem accepit. Ericli rex Danorum cum coniuge sua Hierusalem profectus est, amboque itinere defuncti sunt[33]. Ekk. chron

Fuit quoque civile bellum in Boemia. Odalricus enim conquerens aput inperatorem, prereptum sibi a patruele Borivoy iuniore se Boemie principatum, tandem inpetravit, ut liceret sibi debitam armis invadere provinciam. Cui sociantur Odalricus Frisiensis episcopus et frater eius comes Sigehardus atque suus per sororem gener Fridericus et alii Teutonici, quibus falso[a] pollicitus erat, suos fautores esse omnes Boemie maiores. Quibus adunatis, Odalricus cum fratre Lutoldo Augusto mense intrat partes Boemie. Sed duce Borivoy cum exercitu occurrente, et Suatopluk[b] cum fratre Ottone post illos via qua venerant in auxilium Borivoy veniente, coartati angustiis, per angustam semitam nocte elapsi, cum dispendio rerum suarum redierunt. Cosm. III.

A. d. i. 1103. Inperator Heinricus natale Domini Mogontie celebravit, ubi principes convenerunt, et in epiphania Domini Emehardus Wirceburgensis episcopus aput Sanctum Martinum missam celebravit. Inter ipsa missarum sollempnia episcopo populum monente, inperator quasi corde conpunctus, filio suo Heinrico regi rerum summam dimissurum sequeque sepulcrum Domini visitaturum, per Emehardum episcopum publice predicari fecit, indeque favorem maximum tam vulgi quam principum et clericorum regnique tocius fallendo[c] adquisivit, multosque ad eiusdem itineris comitatum se preparare voto ipso succendit. Cumque principes ad eius curiam sepe convenirent, nichil de re publica agebant, preter quod sua consumebant. Proinde secum ficta fide versabantur et adversus eum conspirabant, eo quod regni principes deciperet, et nil rerum veritatis in re publica fieret, suisque temporibus cuncta vilescerent. Multe urbes et oppida eius bello sunt destructa; eclesiarum Dei raptor erat, scilicet causa reconciliandi principes illarum predia distribuendo. Quid multa? Nemo umquam talia in antiquis voluminibus repperit scripta, qualia is perpetraverat facinora, et nisi mira Dei clementia eum sufferret et ad penitentiam distulisset, terra forsitan vivum sicut Dathan absorbuisset. Cono, filius Ottonis ducis quondam Bawarie[d], frater Heinrici Crassi, qui ante biennium, ut dictum est[34], peremptus erat, unus ex summis principibus et cui nichil supra in omni humanarum rerum dignitate, natu scilicet litterarumque scientia, fortitudine atque diviciis prepollens, elegantia atque facundia bonis omnibus amabilis et affabilis, quorumdam funestorum hominum conspiratione noctu, dum iter agit, invaditur et interimitur, ingentem relinquens nobilibus regni luctum simul et suspicionem, dum ab infimis in summos tanta scelera presumuntur. Habuit[e] idem Cono comes uxorem nomine Cunigundam, filiam Ottonis marchionis de Orlagemunde. Hec primum nupserat regi de Ruzia[35]. Quo defuncto, reversa in patriam, nupsit huic Cononi. Filiam autem eius, quam habuit ex rege Ruzorum, quidam[f] de principibus Thuringorum Gunterus nomine accepit, genuitque ex illa Sizonem comitem[36]. Genuit post hec ex Conone comite quatuor filias, ex quibus unam[37] accepit Heinricus comes de Suitfene[38], alteram[37] Willehelmus comes de Licelenburh[39], terciam que Adela dicebatur Thiedericus comes de Katelenburch; sed illo defuncto, Helpricus comes de Ploceke duxit eam, peperitque illi Conradum marchionem et Bernhardum comitem[40]. Quarta Cunigunda nominata sicut mater, nupsit Wiperto iuniori; quo defuncto, accepit eam Thieppoldus marchio de Bawa- Ekk. fol. 203. A. Hild. Ekk. A. Hild. Ekk. 31 35 fol. 203'. 40

a) *add. in marg. c.* b) sutopluk *c.* c) *add. in marg. c.* d) boemie *corr.* baiuarie *c.* e) Habuit — matrem illorum tercius *post* Heinricus marchio de Ilburh — munitissimum cepit *scripta, signo* ÷ *et verbis:* require ad hoc signum *huc transposita sunt.* f) qudam *c.*

33) cf. Saxo XII. ed. Müller p. 613. 614. 34) a. 1101. 35) Isiaslaw. Cf. de hoc loco Gebhardi hist. gen. Abh. IV. p. 132—140. Ranmer tab. VIII. 36) cf. a. 1062. 37) Altera, nescio quae, Mathilda dicta erat (cf. diploma in Orr. Guelf. IV, 531.), nisi eum Gebhardi l. l. p. 150. ita filiam regis Russiae dictam fuisse putemus. 38) Zütphen; cf. de his Gebhardi l. l. p. 147 sqq. 39) Luxemburg. 40) cf. supra a. 1049

*fol. 203. ria. Senior autem Wipertus desponsavit matrem illorum tercius[a]. *Heinricus marchio de
iterum. Ekk. Ilburh[41], filius Dedonis marchionis ex Adhela marchionissa, que vidua extabat Ottonis marchionis de Orlagemunde[42], defunctus, vir sui temporis in Saxonia prepotentissimus. Habuit autem filium de Gertrude comitissa de Bruneswic[b], Heinricum marchionem iuniorem, qui suppositus nec vere filius eius esse dicebatur. Principes Saxonie contra Udonem marchionem congre-
43 gati, Alesleve[43] obsident, patria autem ab utraque parte nimio incendio vastatur. Rotbertus comes Flandrie cum per legatos suos pacem ab inperatore expeteret, inducias
Iun. 29. accepit, ut aput Leodium imperatori occurreret ibique[c] res determinaretur. Ergo in festo apostolorum Petri et Pauli imperator Heinricus cum frequentissimo principum tocius regni conventu Leodium venit, ibique Rotbertus gratiam eius obtinuit. Heinricus, filius impe-
*fol. 203'. ratoris, Glizberh[44] castrum munitissimum cepit. *His temporibus obiit Wladizlaus dux Polonie, habens
pergit. Cosm. III. duos filios, unum de concubina dictum Spigneu, alterum ex Iudhita, sorore ducis Borivoy, nomine Bolezlaum; quibus regnum suum divisit per medium. Spigneu post obitum patris mox contra fratrem sumit arma, et promissa pecunia ducem Borivoy associat sibi in auxilium. Qui post Suatopluk in Moraviam misit, et convenientes castra metantur iuxta oppidum Recen. Quod audiens Bolezlaus, rogat Borivoy, ut memor propinquitatis sibi per Iudhitam eius sororem sit. Qui statim, accepta ab eo pecunia, reversus est in Boemiam. Et quia nichil Suatopluk patrueli[d] de accepta dedit pecunia, succensus ira Suatopluk discessit, ortaque est extunc inter eos discordia.

A. d. i. 1104. In natali Domini magna inequalitas aeris multos, ne eclesiam pete-
Ekk. rent, prohibuit, petentes quidam in flumine Fulda submersi sunt. Heinricus inperator natale Domini Ratispone celebravit, ibique aliquandiu moratus est. Monasterium in Alesleve[45] igni deflagrat. Humbertus Bremensis archiepiscopus obiit; cui successit Fridericus. Inperatore in Ratispona conmorante, orto quodam prius murmure inter Bawarie principes, eo quod Saxones vel Franci familiarius illic et honorabilius quam indigene ab inperatore tractarentur, Sigehardus comes, filius Friderici, patruelis autem supra-
46 dicti[46] Erbonis principis de Carinthia, qui huiusmodi suspicionem maxime notabat, cepit inperatori paulatim invisus haberi, propter hoc maxime, quod is solus pre cunctis qui tunc aderant principibus, abundantiori militum copia adducta, ad resistendum se, si forte de curia quicquam secus cederet, videbatur conmunisse. Diebus aliquot exactis, cum iam securior factus idem comes suorum turmas defluere permisisset, conspirantibus tam urbanis Ratisponensibus quam diversarum partium ministerialis ordinis hominibus, excitatur in illum sedicio furibunda, que nullo modo vel ipso inperatoris filio interveniente sedari potuit, donec ab hora dici tercia usque ad horam nonam in hospicio obsessus, tandemque fractis foribus, ipse, prius confessione facta, sumpto etiam dominici sacramenti viatico, capite truncatus occu-
A. Hild. buit. Unde orta est maxima persecutio inperatori a cognatis illius et a cunctis regni principibus, quia, si vellet ei subvenire, nequaquam esset interemptus. Cum ob id non paucos sentiret habere adversarios, insidiis eorum circumquaque
Ekk. vallatus, aptum evadendi cepit inquirere locum. Tandem discessit, et ad celebrandum pasca Mogontiam venit. His tamen exceptis, undique terra satis quievit, pace simul et fertilitate necnon aeris qualitate corporumque sanitate delectabiliter iocundata. Boto comes cognomento Fortis, Erbonis supradicti germanus, iam plenus dierum, non longe a Ratis-
ponа defunctus est, et ad monasterium Thariense, quod ipse suis opibus atque prediis large ditaverat, delatus, ibique
*fol. 204. est humatus. Hi duo fratres, Erbo scilicet et Boto, paterno *sanguine Norice gentis antiquissimam nobilitatem trahebant, illius famosi Erbonis posteri, quem in venatu a visonta bestia confossum vulgares adhuc cantilene resonant, Hartwici palatini comitis filii, qui germanus fuit illius Friderici, qui Sigehardum genuerat, quem Ratispone peremptum iam diximus. Maternum illis erat stemma de Saxonia, Immidingorum tribus egregia, que Ottonum inclite stirpi traditur
vicina. Nam eiusdem Immid historia Saxonum meminit his verbis: *Erat*, inquit, *clara et nobilissima ac singularis prudentie regina, Machtildis scilicet, magni Ottonis mater, filia Theoderici, cuius fratres erant Widikint, Immid, Regebern. Regebern is erat, qui pugnavit contra Danos multo tempore Saxoniam vastantes, vicitque illos, liberans patriam ab illorum incursibus usque in hodiernum diem. Et hi erant stirpis magni ducis Widikindi, qui bellum potens gessit contra magnum Karolum per* 30 *ferme annos*. Horum clarissimorum principum semine nobilis Friderun, Erbonis et Botonis mater, a
Retingo, filio Botonis, filii Retingi, item ex Botone nati, procreatur; que post mortem Hartwici statim viduitatis velamine consecratur, adhuc Erbone parvulo, Botone impregnata postumo. Quorum utcumque litteris et armis atque rebus satis profecisse constat; attamen Botonem, sicut corpore proceriorem et elegantiorem, ita rebus bellicis famosiorem atque prestantiorem tocius pene Germanie atque Italie populus testatur. Pannonia vero talem illum ac tantum se fatetur
cf. Ekk. aliquando sensisse, ut is vere de gigantibus antiquis aput illos fuisse credatur. Iohannes episcopus Spirensis obiit et
Ekk. in monasterio suo aput Sunnesheim sepultus est. Conradus adolescens, filius Beatricis marchisie, postquam spretis litterarum studiis, quibus adprime eruditus erat, armis operam dedit, iuxta Christi presagium, quia gladium accepit, gladio periit. Nec multo post etiam ipsa Beatrix obiit, et iuxta patrem suum Ottonem ducem in castello Swinvorde sepulturam accepit. Eo anno circa solsticium estivale conmutato in tempestatem aere, decidisse fertur inter grandinum lapides in pago Wirceburgensi tante magnitudinis glacies, que in quatuor divisa, totidem hominibus importabilis
videretur. In episcopio Spirensi sanguis ex panibus fluere visus, necnon et in lenticularum edulio repertus, civile,
A. Hild. immo[e] intestinum bellum portendere secundum antiquam historie Romane similitudinem coniciebatur. Igitur inperator Heinricus aput Mogontiam sancto pascha sollempniter peracto, Leodium venit. Teodericus interea comes
48 Saxonicus[47], inperatoris propinquus[48], quosdam de Magadaburgensibus post inperatorem

a) *In codice in marg.* require in priori pagina quod sequitur † Heinricus. b) b. filium *c.* c) *bis scriptum c.*
d) *ita e corr. c.* e) *primum* m *erasum c.*

41) Eilenburg. 42) v. supra a. 1070. 43) Alsleben. 44) Gleiberg. 45) Idem quod anno superiori nominatur, ad Salam situm. 46) a. 1102. 47) de Katelenburg. 48) Gebhardi l. l. p. 220 hoc ita explicuit:

Bruno ___ Gisela ___ Conradus imp.
Ludolfus — Heinricus III.
Eilbertus — Heinricus IV.
Gertrud ___ Theodericus
Theodericus.

Leodium ituros, ad inperatoris iniuriam depredatus est, cepitque inter eos Asicum quendam Magadaburgensis eclesie canonicum, imponens ei simoniace episcopatum affectare, cumque eo Herimannum Magadaburgensem comitem, arguens eum huius emptionis esse auctorem. Talibus inperator conpertis, nimium indignatus est, et circa festum sancti Andree congregato exercitu, A. Hild. rege etiam Heinrico filio suo comitante, expeditionem adversus eundem Theodericum direxit. Sed cum in Frideslar consedisset, orta est dissentio inter eum et filium. Nam detestabatur eum filius, quemadmodum *cuncti fideles, quia denuntiabatur exconmunicatus ab *fol. 204'. apostolicis Gregorio, Urbano, Paschali. Et assumens de patris familiaribus Herimannum et alios quosdam, 2. Idus Decembris clam abscessit, et in Bawariam divertit. Conperto igitur discidio filii a patre, Thieppoldus marchio, supranominati Sigehardi comitis nepos, gaudens cum cunctis regionis illius primatibus obviam venit, et honorifice suscepit, optimumque visum est, ut natale Domini Ratispone celebrarent. Inperator mane conperto se privatum filio, nimio dolore constringitur, et Mogontiam natalem Domini celebraturus revertitur[a].

A. d. i. 1105. Heinricus rex quintus illius nominis bellum adversus patrem inperatorem in Bawaria parat, machi- fol. 205. nantibus Thieppoldo marchione, Beringero comite et Ottone nobili quodam viro sibique materna stirpe cognato[49], quo- Ekk. rum consilio et adiutorio a patris latere discesserat. Qui post natale Domini nuntios Romam dirigens prescriptamque A. Hild. heresim anatematizans, apostolice sedi debitam profitetur obedientiam, querens consilium propter iuramentum quod patri Ekk. iuraverat, numquam se regnum sine eius licencia et consensu invasurum. Apostolicus ut audivit inter patrem et filium A. Hild. discidium, speraus hoc a Deo evenisse, mandavit ei apostolicam benedictionem per Gebehardum Constantiensem episcopum, de hoc commisso sibi promittens absolutionem in iudicio futuro, si vellet iustus rex et gubernator esse eclesie, que per negligentiam patris sui deturbata esset multo tempore. Mox ut apostolice consolationis[b] verba percepit et banni[c] absolutionem a predicto episcopo, castellum quod vocatur [Nuorenberc[d]] obsedit et sue potestati subegit. Inperator ita- Ekk. que natale Domini Mogontie celebrans, statim post epiphaniam legatos direxit in Bawariam[e], Coloniensem et Treve- A. Hild. rensem archiepiscopos et ducem Fridericum et Erlolfum cancellarium, ad regem, si quomodo possent reconciliare eum. Rex vero respondens fatetur, se nulla ratione inperatori conmunicare posse, nisi prius purgaretur exconmunicationis noxa, qua diu tenebatur sedis apostolice censura. Media quadragesima maxima pars principum Saxonie Quidelingeburh convenerunt, ibique obvii aderant marchio Thieppoldus, comes Beringerus de Sulzbach, a rege directi, omnem fidem et omnem iusticiam promittente[f] per eos, si ei de regno obtinendo assensum preberent. Denique ex conmuni consensu regi fidem et servicium per eos demandaverunt, et ut ad se veniret, in proximo pascha invitaverunt. Rex[50] autem iter suum, multa comitante caterva, direxit in Thuringiam ad civitatem Erpesford, ubi 50 decenter a Rothardo Mogontine sedis archiepiscopo suscipitur, et ibidem diem palmarum celebravit. Hinc ad Saxones Ekk. convertitur, a quibus honorifice susceptus, in cenobio Geronroth[51] cenam Domini celebravit et in Apr. 6. parasceue nudis pedibus ambulavit Quidelingeburh, ibique sanctum pasca festive peregit. Itaque Apr. 7. A. Hild. in hrevi omnibus Saxonie civitatibus potitus et ab optimatibus dignitate regia satis bonoratus, consilio et ministerio Apr. 9. Rothardi Mogontini et Gebehardi Constantiensis episcopi totam Saxoniam apostolice sedi reconciliavit. Denique post Ekk. pasca Halberstad venit, et canonicos, quos Fridericus episcopus iniuste expulerat, locis et rebus suis restituit; ceterique canonici a banno solvuntur, eo quod inperatoris anathematizati episcopo consenserunt. Ilsineburgenses quoque monachi, qui Fridericum episcopum declinantes, iam per quinquennium exularunt, regio iussu honorifice reversi, Martinum abbatem elegerunt. Post bec rex adiit Hildinsbeim. Cumque urbi appropinquaret, Udo episcopus *cum paucis abiit. Canonici vero a banno solvuntur; ordinati sicut et *fol. 205'. ordinator ab officio suspenduntur. Post bec episcopus canonicorum consilio revocatus, rediit, et banno solutus, gratiam regis obtinuit. Dum hec in Saxonia aguntur, patriarcha de Aquileia conplacandi gratia, si fieri posset, ad inperatorem venit, dicens, non audere sibi conmunicare, nisi se Deo reum recognoscere et omni regno humiliare et Romane vellet sedi in omnibus obedire. Timebat enim, ne et ipsum eius astuti sermones deciperent, sicuti ceteros antea sepe delusit. Itaque sanctum pascha Mogontie idem patriarcha celebravit, et post pascha, acceptis ab eo muneribus, ad propria remeavit. Interea rex filius post pascha Goslariam venit, ibi generale colloquium cum Saxonie principibus habuit, qualiter Dei adiutorio et eorum consilio sua ordinaret et eclesiam a[g] scismate ad unitatem redintegraret. Aderat apostolice sedis legatus Gebehardus Constantiensis episcopus, qui et regem cum suis omnibus absolverat, et quendam presulem Mindensem[h] nomine Widelonem, omnium scelerum inperatoris et spurciciarum auctorem, auctoritate apostolica iam deposuerat, et alium in loco eius a rege et populo eiusdem loci electum constituerat. Visum est igitur eidem Gebehardo et Rothardo Mogontino pontifici in ebdomada ante pentecosten[i] habere concilium in loco qui Northusen dicitur, ibique eclesiam pro posse ad pristinum revocare statum, et antiquam patrum regulam recitare, invasores episcopos et qui tunc temporis simoniace intraverant vivos deponere, sepultos effodere, ab his ordinatos manus inpositionem a catholicis recipere et uxoratos clericos ab officio divino removere. In quo concilio super sententiis Ekk. instantibus patrum decretis primum relectis, quoque poterant ad presens laudabiliter corrigebantur, quedam vero graviora ad apostolicam audientiam differebantur. Preter illa que predicta sunt, ieiunium mensis Martii prima ebdomada quadragesime, ieiunium vero mensis Iunii in ipsa ebdomada pentecostes Romano more celebrandum a prescriptis presulibus apostolica auctoritate indicitur, et pax Dei confirmatur. Ordinatis autem a pseudoepiscopis per catholicam manus impositionem proximo ieiunio reconciliatio danda fore promittitur. Crisma eorumdem, quod contra edictum archiepiscopi in cena Domini confecerant, adnichilatum est. Rex autem cum

a) *maior huius paginae pars vacua relicta c.* b) subosolationis *c.* c) bani *c.* d) *deest c.* e) bauuuariam *c.* f) promettente *c.* g) ad *c.* h) *superscriptum c.* i) pestecosten *c.*

49) De hoc loco, quem supra p. 227. explicare neglexi, cf. Schöpf ostfränk. Staatsg. I. Moritz hist. com. Sulzbac. II. p. 30. et tabulam XI. Fuit Otto comes de Habsberg. 50) In Ann. Hildesh. ubique fere *filius* et *pater* dicitur, ubi hic *rex* et *imperator*, postea *eximperator*, dicitur. 51) Gerurode.

Ekk. servorum Dei conventui nonnisi vocatus interesse vellet — ingens enim cum episcopis et clericis abbatum etiam et monachorum eclesie unitatem siciens turba confluxerat —, tandem in abiecto productus habitu, stansque in editiori loco, iuxta principum decreta omnibus suas leges et iura innovavit; si qua vero irrationabiliter rogabatur, prudenti responso et avita magnanimitate confutavit. Interea obortis lacrimis Deum testabatur, non ulla se cupiditate regnum invasisse, nec patrem et dominum suum deponi ab imperio exoptare immo pertinatie et inobedientie eius debitam compassionem exhibere. Quod si sancto Petro et eius vicario lege christiana velit subici, se illi aut regno cedere aut serviliter spondebat subesse. Que verba omnis multitudo collaudans, tam pro patris conversione quam pro filii prosperitate lacrimas et preces effudit, voce magna kirieleyson declamans. Eadem hora Udo Hildinsheimensis et Fridericus Halberstadensis
*fol. 206. et Heinricus *Patherbrunnensis episcopi, vestigiis metropolitani prostrati, apostolice se dedunt obedientie. Quorum con-
* missa apostolico nichilominus iudicio reservantur, sub officii sui tantum suspensione; et si ab eclesiis, quibus quocumque modo preerant, bonum testimonium vivendo mereri studerent, locus venie non denegatur. His rite dispositis, rex pentecostena Mersburch celebravit et domnum Heinricum de Sasle, Magadaburgensis eclesie iam dudum designatum archiepiscopum, sed ab amicis imperatoris expulsum, consecrari constituit. Gebehardus vero Constantiensis episcopus[b], apostolice sedis legatus, in sancto
Mai 27. sabbato ebdomade pentecostes Goslarie ordines fecit, ordinatos Udonis Hildinsheimensis sine albis, Heinrici vero Patherbrunnensis indutos albis ceterisque indumentis, unumquemque ad sui ordinis habitum preparatum inter ordinandos locavit, et per manus impositionem redintegravit; ibique domnum Heinricum Magedaburgensem electum ad presbiterii gradum sublimavit. Similiter Rothardus Mogontinus archiepiscopus in prepo-
52 situra Heliginstad[52] ordines celebrans, ordinatos Heinrici Patherbrunnensis, qui eo vene-
A. Hild. runt, eodem modo quo Gebehardus ordinibus suis restituit. Post hec rex, assumptis secum
Ekk. Saxonibus, volens Rothardum archiepiscopum, diu ab inperatore expulsum, Mogontine sedi restituere, ad Rhenum venit,
A. Hild. patre intus expectante cum non parva militum manu et nonnullis sibi tamen parum fidis principibus. Qui mercede hos omnes, maxime palatinum comitem corrumpens, quia is regi transmeandi promiserat apparatum, classem navium ad
Ekk. Mogontinum portum transtulit, manuque militum et civium, ne transiret, prohibuit. Plura tamen hinc et inde nuntia navigabant, multa consilia communes regni principes inter se trutinabant, patre regni divisionem et hereditarie successionis confirmationem pollicente, filio vero nichil nisi apostolicam subiectionem et eclesiastice unitatis efficientiam expo-
A Hild. stulante. Rex itaque videns se patris potentia preventum, nec posse transmeare, Rothardus archiepiscopus in Thuringiam revertitur; ipse vero Wirceburh adiit, et Erfolfum, quem inperator ibi constituerat episcopum, depellens, Rother-
Ekk. tum, eiusdem eclesie prepositum, per Rothardum archiepiscopum intronizavit; sicque eclesia eadem apostolice communioni reconciliata, et securitate ab urbanis accepta, Saxonibus dimissis, ipse cum Bawariis Nuorinberch castrum obsedit; quod
A Hild. post duos menses prospere capiens, soluto exercitu, Ratisponam se contulit. Ad vincula vero sancti Petri inperator
Ekk. collecto exercitu Erlungum in Wirceburh, fugato Roberto, restituit, indeque, omnia que fautorum regis erant devastans,
A. Hild. Ratisponam venit. Rex ut audivit, urbi inperatorem ex improviso appropinquare, vix aufugit, et fluvium qui Regen
Ekk. dicitur cum suis transvadavit. Inperator urbe potitus, quendam adolescentulum nomine Odalricum eidem kathedre prefecit. Gebehardus enim, qui eandem sedem per annos 16 miserabiliter occupaverat, eodem anno a quodam quem
*fol. 206'. intolerabiliter iniuriaverat proprio milite trucidatus, duplo plangendus discesserat. Inperator, *congregato item exercitu, marcham Thieppoldi maxime per Boemiorum crudelitatem devastavit. Rex autem et sui milites nichil ultra morati, conventum usquequaque facere, inperatoris sociis a tergo flammis predaque[c] vicem reddere, postremo cum 10 milibus electe iuventutis in 5 legiones dispertitis congressum expetere. Iam castris in contrarium positis, spectaculo horribili per triduum continuum ex una parte fluminis Regen inperatoris, altera ex parte volitabant signa filii; iam frequentia grassabantur in ipso fluminis alveo duella, inter que et Hartwigus comes ex parte imperatoris occubuit; Sigehardus comes capitur, nec paucos ex utraque parte Martis sors anceps absumpsit. Sed die[d] que generalem congressionem precedebat, principes utriusque exercitus, concessis invicem pacificis colloquiis, post morose ventilatam belli presentis causam, parum iusticie, parum emolumenti tam duro periculo inesse cernentes, christiano populo utrimque parcendum, immo parricidali pugna cessandum, pari voto iudicabant. Rex etiam, dum per ordinatas acies Mars frendere cepisset, commotis visceribus super patre suo exclamasse fertur: *Gratias affectui vestro circa me, commilitones, summopere refero; unicuique vestrum par pari referre, si res exegerit, non abnuo; non tamen in hoc me sibi credat fore federatum, ut patrem et dominum meum per se glorietur occisum aut umquam existimet occidendum. Ego quidem christianis legibus subarratum michi regnum ut heres et successor augusti tenere, si tamen Deo placuerit, cupio; parricida vocari vel esse nolo. Quodsi pater meus apostolice se subiecerit obedientie iugo, ego in his que ipsius michi concesserit clementia contentus ero; interim me non impugnatorem patris, sed paterni regni propugnatorem esse noveritis.* Itaque vesperascente iam die, regis phalanges loco cessere, imperatorie maiestati reverentiam se exhibere clamantes. Inperator autem in castris dum de crastino certior conflictu disponit, nec pugnam nec pugnandi votum principibus esse, per Boemie ducem Liuppoldumque marchionem preter spem audivit. Unde animo consternatus, supplex adiutorium illorum petit, nec inpetrat. Insuper instructus secretis filii nuntiis, suorum conspirationem[e] adversum [se[f]] factam, latenter e castris cum paucis admodum viris subtrahitur. Cuius absentia postquam per castra innotuit, maturaverunt fugam, latibulo noctis opace securitatem[g] illis ministrante. Rex autem cum disturbatis inimicis ad libitum frui posset, parcere quam persequi maluit, civitatem tamen Ratisponam ob dati prius federis defectum austeriori pacto sibi confirmat. Et abdicato Odalrico, Hartwigum virum nobilem probatum catholicum episcopum ibi intronizat. Presules etiam quosdam et principes paterne milicie intra murum repertos sibi conciliat, et rediens in Franciam, perfidis sibi Wirceburgensibus eodem calice propinat. Erlungus autem, qui presulis ibi nomen susceperat, spe frustratus, Rotberto sede cedens, regi deditur, et ex hoc inter cappellanos eque fidelis estimatur. Inperator autem per australem plagam intrat Boemiam, quem dux Borivoy honorifice susci-
Cosm. Ml. Ekk. piens, deduxit ad generum suum Wichertum illustrissimum et prudentem virum, qui in partibus illis, quas *Sorabi
*fol. 207. A. Hild. (*vel* Suorvi[h]) inhabitabant, principabatur. Sicque cum magna difficultate saltuum et fluminum transcurrens, dante sibi

a) natale Domini *corr.* pentecosten *c.* b) archiepiscopus *corr.* episcopus *c.* c) predāque *c.* d) diē *c.* e) conspirationi se *corr.* conspirationem *c.* f) *deest c.* g) securitate *c.* h) sorabi *superscr.* suorui *c.*

52) Heiligenstadt.

rege ducatum usque ad Renum, Mogontiam revertitur; si forte transitum, ut antea, prohibere valeret. Rex autem A. Hild.
cum suis insequens, Spire venit ad Rhenum, prefectumque Spirensem mercede conduxit, et in vigilia omnium sanctorum navium apparatum sibi conmodavit, et manu militum, ne transmeanti quis obsistere posset, eum conmunivit. Rex Ekk.
civitate Spira patrisque ibidem reconditis tesauris potitus, in die omnium sanctorum virum venerabilem Gebehar- A. Hild.
dum Hirsowecensem abbatem sublimavit in episcopum Spirensem. Ut autem compertum est inperatori, filium Spire ad Rhenum venisse, continuo a Mogontia illuc properans et transitum prepedire illi sperans, illum cum suis iam transvadasse nimium stupefactus audivit, et eadem die cum nimio timore rediens, ieiunus et nimis fatigatus Mogontiam venit. Altera vero die abbatem de Sancto Albano nomine Theodericum Spiram dirigit ad regem, obtestans eum per Deum, ut recordaretur, se patrem eius esse, et ne tam pertinaciter eum a regno vellet pellere. Ille audire distulit, sed hoc illi mandavit, ut festinaret ab urbe digredi, ne occuparetur ab inimicis. Qui quantocius urbe egressus, ad castellum Hamerstein venit, ibique aliquamdiu est conmoratus. Rex vero Mogonciam venit, legatosque in Thuringiam ad archiepiscopum Rothardum misit. Qui ad sedem, cui per octo annos tirannicam declinans rabiem abfuerat, presidio catholicorum principum deductus, maximo nobilis Mogontie tripudio kathedre sue restituitur, clerumque et populum apostolice reconcilians eclesie, non iam ut pater grandevus, sed velut ex mortuis redivivus, omnimodis excolitur. Rex autem, circa Rhenum conpositis rebus, Burgundiam convertitur, sed propter nova machinamenta patris fidelium suorum nunciis revocatur. Nam inperator videns multitudinem principum ex omni regno Mogontiam confluere, et certior factus, quod A. Hild.
rex in natali dominico generale ibi colloquium statuisset habere et legatos apostolici interesse debere, cogitans, si forte Ekk.
posset aliqua ratione eorum voluntatem interrumpere, premisit palatinum comitem Sigefridum et Willehelmum comitem, A. Hild.
qui mercede conducti adhuc secum remanserant, si forte possent condictum placitum inpedire, seque post eos dixit clam esse venturum. Cumque ad silvam que San dicitur venissent, et regem cum magno exercitu ex alia parte reperissent, non valentes ei resistere, noctu fugam inierunt. Quos rex insecutus, ad Confluentiam venit, et patrem ex alia parte fluminis invenit. Tunc inperator nuntios ad filium misit, rogans ea que pacis sunt. Qui venit ad eum trans flumen. Cuius pedibus pater se advolvens, quia filius et sanguis suus esset ut recordari vellet, premonuit. Econtra filius patris genibus advolutus rogabat, ut apostolico et omni regno vellet obedire. Quod si nollet, Deum patrem se habere, et sibi terreno videlicet patri in presentiarum velle renuntiare. Cumque hec et his similia de statu eclesie et de salute anime eius per totum diem sermocinaretur, vespertino tempore uterque ad hospicia *redierunt. Pater quidem *fol. 207'.
incumbentibus tenebris noctis temptabat aufugere; sed vallatus ab inimicis, nequaquam poterat. Rex autem mane assumpto patre, ad castellum Pinguiam simul venerunt, et ibi pernoctaverunt. Altera die patrem quasi invitum in Bekelenheim castellum deduxit, et in vigilia natalis Domini Spirensi episcopo diligenter custodiendum conmisit. Nam Ekk.
quia aliqua que paci non conveuirent per occultos nuncios eum conari fideles regis denotaverant, placuit, ut in castello separatim cum suis conventum principum expectaret; presertim cum presules Spirensis et Mogontinus ceterique qui aderant intra nuper reconciliatas eclesias suas conmunionem illi prestare se non posse publice reclamarent. Rex igitur, dispositis custodibus, ne novi quicquam ab ipso vel ad ipsum procederet, publico principum conventui Mogontiam occurrit. Inperator autem non balneatus et intonsus et ab omni Dei servicio privatus, inibi permansit. Fridericus dux A. Hild.
Suevorum, vir prudentia, moribus et nobilitate satis clarus, insuper clarissimo matrimonio Adelheidis, inclite fame Ekk.
filie inperatoris, et ex eadem mire indolis prole decoratus, obiit. Christi[a] gratia peregrinis suis aput Antiochiam, Ekk. II.
Siriam, Palestinam perque totam Asiam prosperante, eorumque servitute barbaricas spurcicias eliminante, occultus eatenus hostis inperator Alexius diu tectam perfidiam suam evaginat; Turcis, quibus iam nulla vel rara in oriente spes regnandi remanserat, se conciliat, Niceam multo christianorum sanguine redemptam Solomanni tiranni filiis reddidit, Babilonie regem frequentibus nuntiis contra christianos excitavit, custodias ad prohibendum peregrinis transitum terra marique constituit. Cuius etiam classes numerosas navium rostratarum contra Antiocenos directas ipsi bello ceperunt, et in confusionem Alexii nasis atque pollicibus omnium abscisis, unam de scafis ex his onerantes, ei transmiserunt. Boimunt quoque iam trienni captivitate per divinam solutus providentiam, Italiam navigio venit, ibique classes fabricari constituens, ipse usque ad Hispanie regna peragrare, cunctamque, quam posset, militiam quocumque pacto contra prescriptum tirannum cepit congregare. Pridie ante vigiliam natalis Domini visus est ab occidente tantus inter sidera ignis flammare, ut solis iubar crederetur, si in orientis esset parte. Hisque temporibus nonnulli palmati de Hierosolima redeuntes Acris, que et Achon sive Ptolomaida, expugnatam nuntiant, alia quoque fausta super statu eclesie Hierosolimitane. Inter que et regem Baldewinum Rotgeri ducis Sicilie filiam, Conradi regis filii Heinrici imperatoris viduam, in matrimonium duxisse, adducentem sibi tantam Siculorum ac Nortmannorum classem, que Ascaloni christiano nomini infestissime sufficerent a parte maris ad obsidionem. Quam etiam idem rex a terra cum suis obsidens, tributariam fecit. Post aliquot menses 50 milia Sarracenorum inprovise se invadentium virtus divina ante ipsum quatuor tantummodo milium manibus stravit, quodam scilicet admirate, qui secundus a rege Babilonie videbatur, capto, altero inter ceteram multitudinem occiso.

*Non[b] est urbs Acaron, quam quilibet estimat Achon;
Illa Philistea, Ptolomaida dicitur ista.

A. d. i. 1106. Rege Heinrico V. huius nominis mediante, in natali Domini aput Mogontiam tantus factus est con- fol. 208.
ventus tocius regni Teutonici, quantus per multa annorum curricula numquam est visus. Nam 52 optimates ibi tunc vel Ekk.
amplius ferebantur adfuisse, adeo ut Magnus dux Saxonie, quem gravior etas inpediebat, solus notaretur defuisse. Igitur per tot annos obnubilata cepit oriri nostris in partibus lux ortodoxa; depublicatur, respuitur, anatematizatur heresis Wigbertina vel Heinriciana. Supervenerant illuc apostolice sedis legati, Albanensis scilicet et Constantiensis episcopi, sententiam anatematis in Heinricum seniorem dictum inperatorem a tot succedentibus sibi apostolicis sepius sepiusque[c] promulgatam scriptis et dictis testificantes, toto orbe diffusam eclesiam ab eius conmunione Christi et beati Petri auctoritate multis iam annis sequestratam confirmabant. Iam enim exaltatis sibi divinitus Romana eclesia cornibus, ad incutiendum timorem cunctis usquequaque scismatum membris, etiam ipsius capitis ossa, Wicberti scilicet dicti pape, de sepulcro suo, quod per 6 annos in eclesia Ravennensi possederat, proici fecerat, universaque eius instituta adnullari decreverat. Unde in tantum subito divine legis zelus efferbuit, ut pseudoepiscoporum cadavera ab eclesiis eliminarentur eorumque ordinati usque ad generalem audientiam ab officiis suspenderentur. Inperator interea cepit lacrimari et A. Hild.
mestus esse, et de peccatis suis dicebat sibi talia evenisse, timensque sibi multo peiora a principibus futura, rogabat episcopum Spirensem, se de castello quo manebat Mogontiam presentari, seque consilio eius et magnatuum regni cuncta facturum promisit, regalia et castella, que optima et munitissima habebat, filio tradere, ut saltem sibi

a) Christi — barbaricas spur *in loco raso c.* b) *ita in fine folii c.* c) sepusque *c.*

A. Hild. predia ad usus necessaria impenderet. Episcopus vero in natali sancti Iohannis euangeliste Mogontiam venit, ibique ipse et Rotbertus Wirceburgensis episcopus sacre unctionis ordinem[a] a Rothardo archiepiscopo acceperunt, et post
Ekk. missarum sollempnia cuncta que audierat regi et cunctis principibus enarravit. Sed principes propter cavendum tumul-
A. Hild. tum vulgi, patris potius quam filii parti favere solentis, Ingilenheim ei 2. Kal. Ianuarii occurrunt, ibique presentatum
Ekk. inperatorem generali circumvenientes[b] consilio, ad reatus confessionem et satisfactionis professionem perducunt. Qui
A. Hild. filio regnum tradens, atque omnium pedibus provolutus, precipue legato sedis apostolice, veniam et absolutionem banni precabatur, confitens, se multo tempore anatematizatum esse a papa Hildebrando et iniuste super eum Wicbertum constituisse, et suis temporibus rem publicam nimis esse turbatam, et cuncta que sibi obiecerant confessus est, excepto quod idola non adoraret. Cardinalis autem, qui inopinate ad hec facta convenerat, ait, se nullo modo tam magnam personam, propter quem tanta mala in regno sint perpetrata, absente apostolico, suscipere[c]. Rex autem, deposito patre, cum principibus Mogontiam revertitur, et propter regalia Werinherum comitem et nequissimum Volcmarum, qui fuit consiliarius patris et omnium sceleruin conscius, Hamerstein misit. Quibus in vigilia epiphanie allatis, a Rothardo
*fol. 208'. *archiepiscopo et omni clero et populo honorifice suscipiuntur. Que coram principibus archiepiscopus regi tradidit,
Ekk. inprecans, ut si non iustus regni gubernator, ecclesiarum Dei defensator existeret, ut ei sicut patri suo eveniret. Hoc ordine Heinricus illius nominis quintus primum a patre, deinde ab universis Germanie principibus in regem iam secundo electus, ab apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholice confirmatus, acceptis tam ab episcopis quam laicis iuxta morem patrie sacramentis, regnare cepit 82° loco ab Augusto, 50° regni patris sui anno, ab Urbe condita anno 1858°, ab origine mundi 5058°, dominice vero incarnationis 1106° anno. Delatis igitur coram rege cunctisque tocius Germanie optimatibus et presulibus omnique clero et populo legationibus Romane sedis super ecclesiarum Teutonici regni conmaculatione diversa et inveterata et econtra emendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi quam primoribus, ad sanctam Romanam ecclesiam tantos ac tales a partibus istis legatos transmitti, qui et de obiectis rite rationem reddere et de incertis sagaciter investigare ac per omnia utilitatibus ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus nulla secundum Deum et seculum veneratione indigni, a Lotharingia Bruno Trevirensis, a Saxonia Heinricus Magedaburgensis archiepiscopi, ab orientali Francia Otto Babenbergensis, a Bawaria Eberhardus Eistatensis, uterque designatus[d] pontifex, ab Alamannia Gebehardus Constantiensis episcopus, aliique nonnulli presules, plerique etiam nobiles de latere regis laice professionis; idque precipuum inter cetera suscipiunt mandata, ut, si fieri possit, per illos inpetrata domni apostolici Cisalpinis partibus exhibeatur presentia. Inter hec Werinherus, quidam ex ordine ministerialium regni, qui marche que in partibus est Aquine preerat, quasi heresim eandem resuscitaturus, collectis undecumque per Italiam copiis, corruptis quoque multa pecunia nonnullis Romanis, dum domnus apostolicus Beneventanis moraretur in finibus, quendam pseudoabbatem de Farfara cathedre sancti Petri inposuit, et ipsum papam inperatoris sub vocabulo Silvestri appellari voluit. Qui tamen post paululum turpiter, ut merebatur, a catholicis[e] eliminatus, vesanie sue premium rettulit, male adquisiti peiusque dispersi eris dampnum preter fidei, quod ceco corde miser
A. Hild. non doluit, dispendium. At vero ex inperator Heinricus, ut vidit sibi denegatam esse veniam, cogitabat secum, quo-
Ekk. modo excitaret[f] vindictam contra rem publicam[g]. Porro proceres iam dicti, dum e suis singuli partibus in valle Tridentina convenientes, aput eiusdem nominis civitatem Tridentum pernoctarent, quidam adolescens Adelbertus, partium tamen illarum quodam comitatu insignis, summo mane super ipsos, utpote inermes et peregrinos, cum civibus armatis irruit, spoliat, capit, custodie trahit, idque per legationes domini sui, Heinrici scilicet inperatoris, demandatum conprobat. Artibus quippe solitis idem Heinricus usus, clanculis et querelosis epistolis ac nuntiis quascumque poterat regni civitates et provincias inpleverat, quibus se vim a principibus passum, immo ab unico filio inperio pulsum deplo-
*fol. 209. rabat, regnum in suis miseriis confusum, *cunctis usquequaque patribus eiusdem fortune timendum fore premonebat exemplum. Qua de causa nullus iam per Italiam liber eisdem transitus patuit legatis. Gebehardus tantum Constantiensis episcopus cum suis per occultiores Alpium semitas ingressus, Machtilde comitisse presidiis apostolicis presentatur vestigiis. Reliqui proceres, utpote a stultissimo captivatore, indigne tractantur, preter Ottonem Babenbergensem, cui eo, quod suus miles esset, parcere cogebatur. Quo etiam mediante, Bruno Treverensis archiepiscopus et Wicbertus comes eo pacto dimittuntur, quatenus Heinricum exinperatorem pacem cum illo facturi conveniant, et quid de reliquis ipse precipiat, relaturi redeant. Verumtamen tercia die Welfo dux Noricorum superveniens valida manu, clusas obstructas effregit, Gevehardum Tridentine ecclesie a catholico rege novum constitutum episcopum, quem numquam se suscepturos cives conspiraverant, recipi coegit, Adelbertum suosque cõplices adeo perterruit, ut eductos quos clauserant proceres ipsumque castellum novo episcopo redderent, ipsi insuper nudipedes ab his quos afflixerant veniam postularent. A prima[h] ebdomada quadragesime, qua predicti proceres hec passi sunt, cometa inmensi fulgoris usque ad passionem
A. Hild. Domini apparuit. Inter hec Heinricus exinperator Coloniam venit cum paucis qui secum remanserant, civibusque illius omnia que ipsi acciderant flebiliter enarravit. Deinde venit Leodium, ibique honorifice ab Otberto episcopo civibusque susceptus et consolatus, convocavit ad se Heinricum de Lintburh, ducem Lotharingie, et alios plures optimates. Quorum se pedibus advolvens, petivit ab eis auxilium, eventumque suum eis per omnia enarravit. Illi ut audierunt eius querimoniam, misericordia moti super eum, fidum adiutorium ei promiserunt, optimumque duxerunt, ut sanctum pascha cum ipsis Leodio celebraret. Preterea[i] Iuliacum et Bunna, que et Verona, cum eo conspiraverant
Ekk. ceteraque parcium illarum oppida. Interea quidam per Alsaciam sediciosi Heinrico regi rebellaverant. Rex Heinricus
A. Hild. ut hec audivit, quasi partes inimicas humiliaturus, Leodium et ipse, pascalem ibi habiturus curiam, convertitur, et
Ekk. regni principibus ibidem convenire denuntiat. Post festum palmarum Colonie satis iocunde, cedentibus hostibus, celebratum, licet cognita machinatione patris, qui se utique, ut vir bellator ab adolescentia sua, satis argumentose per conductas copias ad civitatem, ubi curia celebranda erat, resistere parabat, ipse iuvenili nichilominus animositate succensus, illo ut ceperat ire contendit. Premissisque trecentis viris, qui pontem super Masam fluvium loco[k] qui Wesegaze dicitur observarent — nam omnes fluminis transitus iam hostes interruperant —, ipse in palatio Aquisgrani cenam Domini celebravit. Interea Heinricus dux Lotharingie ipsius ad pontem milites invasit, naviterque resistentes arte quadam equitandi, qua gens illa plus ceteris utitur, in latiora deductos, multitudine legionum cingit, opprimit[l], sternit atque capit; nonnullos etiam cedentes fluvius voravit. Videres[m] fortissimos Machabeos in bello catholice pacis post stragem plurimam apostatice genti illatam fide magna et leticia Christo pro se passo commendantes ac huiusmodi pro
A. Hild. transitu priorum delictorum veniam in eadem indulgentie die se consecutos, invicem consolantes. Rex ut hec conperit, timens, ne inimici irruerent super eum, declinavit inde ad castellum Bunnam, ibique sanctum pascha, prout potuit,

a) ordine *c.* b) circumuentes *c.* c) nullo modo s. *c.* d) desingnatus *c.* e) cathoiici *c.* f) ecitaret *c.* g) rem pulicam *c.* h) prime *c.* i) Preterea — oppida *hoc loco in marg. add.* 2. Interea — rebellaverant *in inf. marg. nullo certo loco indicato.* k) *add.* 2. l) opprimis *c.* m) Videres — consolantes *add. in imo marg. c.*

celebravit. Exinperator autem aput Leodium pascha cum suis cum magno gaudio celebravit, et post pascha iterum Coloniam reversus, archiepiscopum expulit, eique cives urbem custodire iuramento firmaverunt, ac deinde, sicut ab eo docti fuerant, civitatem vallis et propugnaculis omnique genere repugnandi permagnifice munire[a] ceperunt; ipse vero Leodium reversus est. Rex autem aput Wangionum civitatem in pentecoste placitum habuit, ibique Heinricum ducem Lotaringie iudicio optimatum ut hostem regni rebus publicis privavit, ac generalem expedicionem contra Lotharingiam, accepto a principibus sacramento, per totum regnum indixit. Post festivitatem sancti Petri et Pauli apostolorum ad partes Confluentie venit, ibique collecto exercitu 20 milium, Coloniam Iunio mense iam mediante venit, eamque obsedit. Illi vero stabant inperterriti, strennue resistentes, et qualiter numquam antea visum est decertantes, cumque eis quoddam genus hominum, quod vocatur Gelduni, quos dux Heinricus eis in auxilium miserat, viri bellatores et strennui et nimis docti ad prelia. Ceciderunt que multi vulnerati, et exercitus regis minime eis poterat prevalere. Ibi[b] etiam Dietericus comes, regi fidelissimus, infirmitate pressus, postea Aquisgrani communi fine migravit, vir utique nobilissimus, nobilissima Saxonum stirpe progenitus, et tam omnimode religioni quam catholice defensioni non mediocriter deditus, litteris eciam aliquantum instructus. Interea regi Heinrico patris legati a Leodio missi presentes litteras tam sibi quam principibus deferentes, quarum exemplar hic inseri non absurdum duximus, ad conprobandum scilicet eiusdem viri multimodam tergiversationem, qua se toto vite sue tempore cunctis sibi resistentibus ficta subiectione eatenus fecisset superiorem: *Heinricus Dei gratia Romanorum inperator et semper augustus, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, ceterisque regni principibus gratiam et dilectionem dignantibus eam recipere. Conquerimur Deo omnipotenti et domne sancte Marie et beato Petro patrono nostro, quod iniuste, inhumane et crudeliter confisi in illa fide, de qua dubitare non debuimus, tractati sumus, et tam honore regni quam prediis contra divinum et humanum ius ad infamiam regni ita exspoliati sumus, ut nichil penitus preter solam nobis vitam relictum sit. Ubi cum ferme omnes essetis, magna pars vestri dolere visa est et tristari; sed nichil nobis contulit, proh dolor! vestra tristicia, quin de nobis sibi satisfaceret inimicorum voluntas odiosa. Et quia cum rogatu filii nostri, accepta primum fide et securitate vite nostre et honoris, fiduciaiter Mogontiam in presentiam legati Romani et principum tenderemus, ut eorum dispositione ageremus tam de statu eclesie et honore regni quam de salute anime nostre, ipse non est veritus, in hac voluntate et obedientia nos contra fidem datam capere et usque ad articulum mortis ferme deducere; idcirco non ausi sumus ita nos illi credere, ut iniuriis et contumeliis pro voluntate sua ut prius nos valeat tractare. Quapropter obnixe precamur, ut pro timore Dei et honore regni et honestate vestra dignemini studere, quomodo de iniuria in manibus vestris nobis illata per vos possimus recuperare iusticiam. Nos quoque pro consilio vestro et aliorum, qui nos odio non habent, religiosorum virorum parati sumus tam filio nostro, si in aliquo eum offendimus, quam alicui in regno libenter emendare. Preterea sicut domno[c] pape in presentia legati sui et vestra *obedire parati fuimus, ita et nunc parati sumus, debitam ei reverentiam et obedientiam sincero corde presentialiter exhibere et tam consilio vestro quam spiritalis patris N. Cluniacensis abbatis aliorumque religiosorum virorum de statu eclesie et honore regni, quantum in nobis est, disponere. Cum ad hec omnia parati simus, rogamus vos, quatenus pro Deo et honore regni et vestro instanter moneatis filium nostrum, cum secundum prefatam sententiam nulla ei adversum nos residua sit occasio, ammodo desistat, nos et fideles nostros persequi, et quiete et pacifice vivere permittat, ut supradicta integre cum tranquillitate perficiantur. Quod si noluerit, rogamus vos per auctoritatem Romane eclesie, cui nos committimus et honorem regni, ne super nos et super fideles nostros veniatis, quia manifestum est, eum non divine legis zelo vel Romane eclesie dilectione, sed concupiscentia regni, patre iniuste eo privato, hoc incepisse. Aput quem si interpellatio vestra nullaque alia interventio ad presens prodesse poterit, appellamus Romanum pontificem et sanctam universalem Romanam sedem et eclesiam.* Post lectas coram multitudine tam has quam alias litteras, parum verbis, nichil autem intentione prioribus dissonantes, filii tamen persone specialiter directas, rex Heinricus optimatum consilio legationem vicariam patri destinavit, quam tamen prius publice predicari per Magedaburgensem archiepiscopum Heinricum fecit, hocque facto, suorum animos secum valde roboravit. Erat autem huiusmodi: *Post inveteratam, id est per annos circiter 40, discissionem inperii Romani, que tam divinas quam humanas iam pene leges abolevit, et exceptis mortibus omnimodis, sacrilegiis, rapinis et incendiis ipsum regnum nostrum non tantum in solitudinem, sed etiam ad apostasiam catholice fidei sive in ipsum paganismum propemodum redegit, inspiciente tandem suam ecclesiam divina clementia, nos eiusdem Christi sponse filii per Spiritum sanctum in unitatem fidei equanimes resipuimus, ipsumque incorrigibile scismatum illorum caput, Heinricum scilicet dictum inperatorem nostrum, zelo Dei et apostolice fidei obedientia abdicavimus, catholicum nobis, licet ipsius de semine natum, regem elegimus. Cuius regni principium sui finem esse conspiciens, etiam ipse tamquam voluntarius, sed ut eius fatentur littere, nimis invitus, collaudavit, regalia reddidit, filii curam cum regno nostre fidei lacrimando conmisit, de reliquo se nullam regni pompam, sed anime potius sue medelam ulterius affectaturum promisit. At nunc ecce pristinis se reddens tergiversationibus, preiudicium se passum per orbem terrarum conqueritur, Gallorum, Anglorum, Danorum ceterarumque finitimarum gentium gladios cordibus nostris infigere meditatur, super illatis etiam iniuriis recuperari sibi iusticiam precatur, consiliis quoque nostris se ammodo promtius obedire polliceiur, re autem vera solitis argumentis castra hec Domini dispergere, Christi exercitum exarmare conatur, et ut in propatulo est, vineam Domini, que iam sero florescere cepit, tam per se singularem ferum denuo depascere, quam per vulpes illos, nimirum qui sibi adherent pestilentes homines, demoliri, ac per sacrilegia sacerdotum Belial anathemati recidivo reddere, immo, quod dictu nefas est, Christum iam iterum in ecclesia sua resurgentem in omnium cordibus crucifigere meditatur. Quapropter *placet tam regi quam universis regni principibus, immo cuncto exercitui ortodoxo, quo senior idem, ne ulla sibi pateat adversum nos iusta querela, quacumque elegerit securitate, quacumque maluerit statione, coram presenti senatu simul et populo causam suam agat, iusticiam susciat, simulque iusticiam reddat[d], quatenus ab ortu scismatis omnibus sedicionum causis, acsi nil inde fuerit diffinitum, undique discussis, tam filio quam sibi sua iusticia respondeat, ecclesie vero regnique status, non ut ipse proponit, post longas inducias, sed in presentiarum, his controversiis diremptis, vacillare desinat.* Quam legationem presbiteri singularis prudentie Albuwinus et Richwinus una cum quibusdam laicali sub habitu viris religiosis susceptam sepedicto exinperatori, vix eius presentiam fandique licentiam nacti, cum rettulissent, incredibile memoratu est, quanto vite sue periculo per 6 dies, eo quod nullo modo eidem conventui malignantium communicare voluerint, indigne tractarentur, tandemque ab irruente sibi in eadem qua manebant custodia vulgo liberati, absque omni ducatus presidio castris circa Coloniam positis redderentur, id tamen precipuum inter senioris responsa referentes, quatenus ad presens ab armis discederetur et in futurum super huiusmodi simultatibus curiale colloquium universaliter indiceretur. Interea in Saxonia Udo marchio aquilonaris, habita conventione cum Magno duce et Bremensi archiepiscopo, vehementi infirmitate repente cepit laborare. Qua ingravescente, ad locum qui Rossen-

A. Hild. Ekk. A. Hild. *fol. 209'. Ekk. A. Hild. Ekk. A. Hild. Ekk. A. Hild. Ekk. A. Hild. b Ekk. *fol. 210. *fol. 210'.

a) *post add. c.* b) Ibi — stirpe *in loco raso c.* c) domni *c.* d) redat *c.*

velde dicitur[53] est delatus, 4. Non. Iunii de hoc seculo migravit, eo felicius, quo sancte illius legionis monachorum, cui ipse studiosius stipendia vite presentis et fomenta paterne consolationis contulerat, ieiuniis et orationibus adiuvatur intentius. Rodolfo, 54 fratri illius, conmissa est marchia per octo annos[54] ab Heinrico rege, ut nutriret filium eius Heinricum. Magnus quoque dux Saxonie obiit, qui duxerat uxorem Sophiam, viduam Odelrici de Wimmar[55], sororem Ladislai regis Ungarorum, genuitque illi duas filias Wifhildem et Eilicam. Eilica nupsit Ottoni comiti de Ballenstide, genuitque ex ea Adelbertum marchionem et filiam Adhelheidem, que nupsit Heinrico marchioni de Stathen. Wifhildis nupsit Heinrico duci, filio Welfi ducis senioris de Bawaria, genuitque Hein- 56 ricum inclitum ducem Saxonie et Bawarie et Welfonem et quatuor filias[56]. Unam earum nomine Iudhitam duxit Fridericus dux Suevorum; alteram nomine Sophiam Bertoldus dux de Zaringe, illoque interfecto, duxit eam marchio Liuppoldus de Stire, qui de fortitudine cognomen habuit; terciam nomine Wifhildem Rodolfus comes de Bregence accepit; quarta Machtildis nomine nupsit Thieppoldo iuniori, filio Thieppoldi marchionis senioris, illoque mortuo, duxit eam Gebehardus, filius Beringeri comitis de Sulzbach.

A. Hild. Igitur rex Heinricus per tres ebdomadas Coloniam obsidebat, et nulla spes adquirendi erat. Erat enim estas magna, et
Ekk. pre nimio fetore non poterat exercitus amplius sustinere laborem. Auditur preterea, quia Heinricus exinperator et Hein-
'fol. 211. ricus exdux exercitum undecumque conflant, et adhuc vel 'semel temptare fortunam omnimodis parant. Quapropter[a] universa milicia regis immo Christi saltem ferro rebus finem facere desiderans, ne forte, quod certissimum erat, hostibus urbani contra semet auxilio forent, obsidionem solvunt, et contra Lotharingiam moti, munitiones ac cetera que rebellium erant interim diripiunt, premittentes ad Heinricum seniorem secundos nuncios, qui sibi deliberationem proponerent, aut causa pacis pacto prescripto conponende ad Aquisgrani propediem filio occurrere, aut imminens sibi bellum non dubitare. Quibus legatis custodie nichilominus traditis, ad resistendum omnimodis occulte tamen preparari molitur; sed dimissos post aliquot dies eosdem nuntios inopinata, et qua nichil acceptabilius castris illis inferri posset, fama mortis eiusdem exinperatoris subsequitur. Luna obscurata est per aliquot horas noctis 15. Kal.
A. Hild. Augusti. Circa idem tempus Heinricus exinperator Leodii moratus, somnium relatu dignum vidit. Putabat se quasi in viridario proceris arboribus consito deambulare. Quarum que eminentior videbatur ad terram corruens, unam arborum oppressit et terre secum prostravit. Deinde cetere arbores paulatim lapse sunt. Quod postea rei exitus probavit. Nam postea idem Heinricus non longo interiecto tempore octo diebus egrotans, nono moritur. Quinto abhinc
57 die Teodericus comes de Embike[57] Aquisgrani moritur; comites etiam Adulfus et Godefridus moriuntur.
A. Hild. Igitur Heinricus senior moriens gladium et diadema, que adhuc secum habebat, filio suo misit cum Erkenbaldo fidelissimo camerario suo et Burchardo episcopo Monastericnsi, quem tunc vinctum tenebat, mandavitque ei, ut omnibus veniam daret et indulgeret, qui secum in angustiis suis permanserant, rogavitque eum, sepelire se Spire iuxta parentes suos. Rex vero statim convocavit ad se principes regni, querens ab eis consilium, quid de patris exequiis esset facturus. Erat enim humatus sicut regem decebat, si tamen aput Deum meruisset, aput Sanctum Lambertum Leodii coram altari sancte Marie honorifice ab episcopo, qui semper sibi extitit fidelis in omnibus. Tunc principes regni dederunt consilium, ut iuberet eum effodi, et in ede non sacrata poneret, ne in eadem esset sententia qua et pater, si ullas ei face-
Ekk. ret exequias, utque Romam nuncios mitteret et ab apostolico banni solutionem, si fieri posset, inpetraret. Leodiensis autem Otbertus ceterique coepiscopi hac inter cetera recipiuntur in conmunionem penitentie condicione, quo cadaver eiusdem exconmunicati, per se pridie in monasterio tumulati, effoderent, conprobantibus his qui aderant archiepiscopis
A. Hild. et episcopis, quia quibus vivis eclesia non conmunicat, illis etiam nec mortuis conmunicare possit. Sicque factum est, et in quandam Mose insulam est positus, nullumque divinum officium ulterius super eum est factum, nisi Hierosolimitanus quidam monachus casu venit, qui die noctuque, quamdiu ibi stabat, indesinenter sibi psalmodiam decantabat. Proh dolor! quod umquam talis persona ita meruit tractari a filio suo, et nisi adesset ulcio divina, nequaquam in extre-
Ekk. mis suis id ei evenisset. Si quis autem obitum eius scire voluerit, 7. Idus Augusti hunc esse sciat, quo scilicet die
'fol. 211'. primo matrem suam 'eclesiam iuxta Unstrot fluvium invadens, innumeras ad inferos premisit. Post hec placuit regi, ut
A. Hild. patris corpus Spiram deferret, iussitque de aliquibus familiaribus ipsius, maxime Erkenbaldo, qui semper in angustiis illi adbeserat, prebere illuc famulatum. Cumque 3. Nonas Septembris illuc allatus esset, solito more defunctorum a clero et populo suscipitur, et in basilicam sancte Marie, quam summo studio construxerat, deportatur. Unde episcopus interdixit, ullum ibi divinum celebrari officium, donec ab hoc facto purgarentur. Sicque extra monasterium fecit corpus statui in capella non diu consecrata; unde et factus est tumultus et planctus magnus in populo, quia dilexit locum et populum illum pre omnibus. Itaque multo tempore inhumatum corpus ab incolis ibi frequentabatur. Leodicensis vero episcopus cum aliis qui regi rebellaverant, cum viderent se destitutos morte inperatoris, Aquisgrani ad dedicionem venerunt, excepto duce Heinrico, qui in rebellione permansit. His expletis, rex cum magna ira reversus est Coloniam, precepitque per omnes civitates Rheno adiacentes congregare exercitum, ut sibi in adiutorium navigio venirent, ut se vindicaret in eis. Colonienses[b] hoc audientes, nimis obstupefacti et perterriti, undique ab inimicis vallati, et in nullo spem habentes, promiserunt se regi daturos sex milia talentorum argenti. Rex vero dolens, quod in obsidione[c] multi cecidissent, diu denegavit, tandem Deo inspirante concessit, sicque exercitus dilabitur et unusquisque cum gaudio ad
Ekk. propria revertitur. Post hec ebdomada quarta mensis Octobris habitum est concilium generale in provincia Langobardia super ripam Padi fluminis, loco qui Warstallis nuncupatur, ubi presidente vere per omnia apostolico viro Pascali secundo coram multitudine maxima clericorum et laicorum, qui de diversorum regnorum eclesiis convenerant, presentibus etiam legatis Heinrici regis, multa sunt, prout canonica dictabat equitas, de inimici zizaniis evulsa, multa de

a) Qui propter *c.* b) colonicnse *c.* c) obsidionem *c.*

53) cf. a. 1101. 54) cf. a. 1114. 55) v. a. 1062. 56) de quibus v. Orr. Guelf. II. p. 391 sqq.
57) idem qui alibi de Katelenburg audit.

structuris super harenam positis destructa, plura quoque pistici seminis plantaria profundius plantata simul et rigata, Ekk.
nonnulla etiam tutissime munitionis per ecclesias propugnacula sunt edificata. Nam cum eadem dominica, que erat 12. Kal. Novembris, Iuvanensibus Conradum, Tridentinis Gebehardum presules consecrasset, enarrare longum est, quam indefesse conservos suos verbi Dei tritico lautissime cottidie reficeret, pseudoepiscopos deponeret, catholicos restitueret, archiepiscopis pallia, monasteriis privilegia concesserit, presentes ovium Christi pastores mellifluis[a] alloquiis, absentes paternis commonitoriorum litteris instruxerit, quedam olim abscisa membra ecclesie iterum incorporaverit, quedam etiam que insanabilia videbantur anathematis abscisione truncaverit. Super ordinationibus autem tempore scismatis factis, unde permaxime ventilabantur questiones, decretum discretione maternorum viscerum artificiose medicatum in hec verba promulgavit: *Per multos iam annos regni Teutonici latitudo ab apostolice sedis unitate divisa est. In quo nimirum scismate tantum periculum factum est, ut, quod cum dolore dicimus, vix pauci sacerdotes aut clerici catholici in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot ergo filiis in hac* 'strage iacentibus, *christiane pacis necessitas cogit, ut super hos materna ecclesie* 'fol. 212.
viscera aperiantur. Patrum igitur nostrorum exemplis et scriptis instructi, qui diversis temporibus Novatianos, Donatistas et alios hereticos in suis ordinibus susceperunt, prefati regni episcopos in scismate ordinatos, nisi aut invasores aut simoniaci aut criminosi sint probati, in officio episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos vita scientiaque commendat. His et huiusmodi super ecclesiam diviui luminis orientis aurore iocundati splendoribus, quia nimirum tandem venerat tempus miserendi eius, pariterque apostolicis macti benedictionibus, ad sua quique convertuntur; nos vero, id est Alpium transcensores, speciali quodam pre cunctis efferebamur tripudio, eo quod certi essemus, domni apostolici profectionem sic fuisse dispositam, ut natale Domini Mogontie celebraret presente rege Heinrico cum universis regni principibus. Ruotbertus Wirceburgensis episcopus tendens ad concilium, in eundo defungitur, et domnus Erlungus pridem depulsus, summopere tam a clero quam a populo Wirceburgensi postulatur, concessusque tam a rege quam a papa, per legatos Romane sedis, magna expectatione et incredibili tocius civitatis et populorum tripudio susceptus, honorifice intronizatur. Ducatum Saxonie post Magnum ducem suscepit Lotharius sive Liuderus comes de Suplingeburch, ortus ex cognatione sancti Brunonis, qui cognominabatur Bonifacius, primo canonicus Sancti Mauricii in Magedaburch; deinde monachicum habitum suscipiens, tempore Thiet. VI, 58.
imperatoris Heinrici secundi Babenbergensis ecclesie constructoris ad Mersburch veniens, benedicionem cum licentia domni pape episcopalem ab eo peciit; et eius iussu ab archiepiscopo Magdaburgensi Taginone consecrationem et quod ipse detulit pallium ibidem suscepit. Dehinc in 12° conversionis ac inclite conversationis sue anno ad Pruciam pergens, steriles hos agros semine divino studuit fecundare, sed spinis pullulantibus, horrida non potuit facile molliri. Tunc in confinio predicte regionis et Ruscie et Litue cum predicaret, primo ab incolis prohibetur, et plus ewangelizans capitur; deinde a paganis manibus ac pedibus precisis, ac tandem capite plexus, cum[b] suis 24 inclitus martir 16. Kal. Marcii celos petiit. Pater[58] huius episcopi et martiris Bruno dicebatur, mater Ida, frater 58
Gebehardus. Gebehardus genuit Burchardum et Idam. Burchardus genuit Gebehardum, patrem Conradi Magedaburgensis episcopi et.....[c] Magdaburgensis comitis. Ida peperit Gebehardum, patrem Lotharii sive Liuderi ducis, postea inperatoris.

A. d. i. 1107. Rex Heinricus natale Domini Ratispone celebravit, presentibus legatis domni apostolici Pascalis, Ekk.
cuius adventum ipse iam aliquamdiu aput Augustam Alamannie metropolim ceterasque superiores partes prestolatus fuerat. Ille vero suorum consiliis, quasi proterviam Teutonicorum declinans, maxime propter sediciosum quendam tumultum, qui sibi Verone hospitanti dudum occurrerat, insuper suggerentibus quibusdam, quod non facile gens nostra decretum illud recipiat, quod quamlibet ecclesiasticam investituram a laicis manibus vetat, necnon et animosum cor regis adolescentis, quod nondum per omnia dominico iugo sit habile; hec, inquam, multaque id genus vir Dei 'percepta considerans, et 'fol. 212'.
necdum sibi ostium Germanicis in partibus apertum esse cum gemitu pronuncians, profectionem suam cum Hispaniarum legatis per Burgundiam agit, Gallias convertit, et natalis Domini gaudium sua presentia Cluniacensibus multum ampliavit. Inde secedens, ab universis finium illorum ecclesiis ut vere Christi discipulus et apostolorum vicarius ingenti honore suscipitur, digna reverentia tractatur, non aliter quam legifer de celo missus auditur. Reinhardus Halberstadensis electus inperio Heinrici regis, consilio quoque principum et violentia, quamvis invitus, assumitur, et Mogontie a Rothardo archiepiscopo 2. Kalend. Aprilis[d] consecratur.
Rex Heinricus pascha Mogoncie celebravit, indeque obviam pape in confinio Lotharingie et Francie venit, et per triduum A. Hild.
legatis invicem missis, infecto pro quo venerant negotio, discesserunt. Pascalis papa circa ascensionem Domini con- Ekk.
cilium[e] non modicum apud Trecas habuit, ubi inter multa, que pro tempore et necessitate corrigenda correxit, sententiam de libera pastorum electione et de cohercenda pastorum in ecclesiasticas dignitates presumptione iuxta predecessorum suorum decreta promulgavit. Ex eiusdem sinodi scientia Rothardum[59] Mogontinum archiepiscopum ab officio suspendit, A. Hild.
eo quod Udonem Hildinisheimensi ecclesie episcopum restituit, et quia Reinhardum a laica manu investitum contra iura canonum Halberstadensi ecclesie episcopum ordinavit. Similis sententia de Gebehardo Constantiensi datur, quia his consensit, qui Godescalcum Mindensi ecclesie loco episcopi intruserunt, et quia Heinricum Magedaburgensem ordinavit. Omnibus ibi ecclesiis ex precepto canonum apostolicus, ut prelatos sibi eligant quos dignos viderint, libertatem[f] restituit.

Decretum Pascalis pape Trecis datum[g. 60].

Qui ab hora investituram episcopalem seu aliquam spiritalem dignitatem a laicali manu susceperit, si ordinatus fuerit, deponatur, simul et ordinator eius. Decani, quos nos vocamus archipresbiteros, nisi adepto presbiteratus ordine, non sint. Si autem fuerint, beneficio et dignitate priventur, quousque ordinem adipiscantur, et tunc, si digni sunt, restituan-

a) melliquiis *c. deleta syllaba* quiis. b) c. s. *bis scriptum c.* c) *spatium vacuum in c. supple:* Burchardi *ex a.* 1040. *et* 1136. et m. c *supra a.* 1009. *desunt.* d) aprili *c.* e) conclium *c.* f) *bis scriptum c.* g) Decretum — statuimus *f.* 212'. *in margine leguntur.*

58) eadem verba v. supra a. 1009. Cf. Iaffé, qui super historiam Lotharii edidit, p. 226. 59) epistolas hac de causa scriptas et ex hoc cod. a Martenio Collect. I. 616. sqq. editas in epistolarum collectione edentur. 60) edidit ex hoc codice Martene Coll. VII. 670.

tur. Archidiaconi, nisi adepto diaconatus ordine, non sint. Si autem non fuerint, secundum sententiam de archipresbiteris datam iudicentur. De uxoratis sacerdotibus sive concubinariis, nisi cessaverint, ut ab altari moveantur, simul et de choro segregentur. Precipiendo mandamus, quod si nec tunc cessaverint, procul a liminibus eclesie arceantur, nec ipsa laicali communione fruantur. Idem quoque de diaconibus statuimus.

Ekk. Heinricus rex inducias totum anni sequentis spacium Romam veniendi et eandem causam generali concilio ventilandi accepit. Rursum necdum humilitatem, quam quesivit, Germanicis in cordibus invenire se[a] conquestus, uos nequaquam, ut proposuerat, visitare, sed fiuibus Italicis se comitatumque suum disponit inferre. Quo licet morose perveniens, tantis
A. Hild. Romani tam cleri quam populi tripudiis suscipiebatur, acsi de mortuis redivivus crederetur. Rex Heinricus pentecosten
Ekk. Metis celebravit. Dehinc orientalibus redditus, colloquium Ratispone cum Bawariis habuit, in quo expedicionem suam versus Flandriam contra Rotbertum constituit. [Qua[b] circa Octobrem mota, terram rebellium ingressus, non sine gravi exercitus sui dispendio per unum et alterum mensem vastat, donec per internuncios res ad proximam curiam dilata[c]
61 litem separavit.] Inde per Thuringiam ad Saxoniam vadit; Radelburch et Bemelburch[61], presidia munitissima in Thuringia, propter latrocinia, que inde in finitimos exercebantur,
Ekk. cremari precepit. In mense Octobri eiusdem anni terram Rodberti ingressus, non sine gravi exercitus sui dispendio per unum et amplius mensem vastat, donec per internuncios res ad proximam curiam dilata litem separat.
A. Corb. Marquardus Corbeiensis abba moritur; cui rex Erkenbertum Mersburgensem abbatem adveniens substituit[d]. Heinricus Magadaburgensis archiepiscoqus obiit; quem Reinhardus Halberstadensis episcopus 6. Kalend. Martii sepelivit, eique Adelgotus eodem anno successit[e]. Heinricus rex dum in Goslariensi oppido conventum habuisset et iura regni prout voluit
62 disposuisset, subito[62] nimia tempestas et horribilis fulgurum et choruscationum et tonitruorum exorta, regem et omnem populum perterruit. Adeo[f] enim vehemens fuit, ut ensem regalem tempestas perstringens, partem non modicam in acumine[g] cum
fol. 213. baltheo clipei regalis absumeret, coriumque interius eiusdem clipei per partes in
Cosm. III. rugam contraheret. Eisdem temporibus in Boemia quidam versipellis a supramemorato Suatopluc subornatus, veniens ad ducem Borivoy, manus Suatopluc scelestas se vix effugisse asseruit. *In quo,* inquid, *quoniam aliter me ulcisci nequeo, fas michi sit, omnes qui in hac terra sunt, eius familiares prodere.* Sicque miscens veris falsa, multis criminatur Suatopluk flagiciis, et ut sibi magis credatur, dicta sua confirmat sacramentis. Talibus artibus atque insidiis dux Borivoi deceptus, amicos suos Bosey et Mntinam capere et ut hostes punire voluit; quod ipsos non latuit. Qui statim transferunt se ad fratrem eius Wladizlaum, cui iam frementi et sevienti addunt stimulos, ut magis seviat contra fratrem suum ducem Borivoy, cui iam abrenunciaverat fidelitatem et fraternitatem et amiciciam suam, et palam miserat ad Suatopluc in Moraviam. Quem venientem ad suam perniciem trahunt ut lupum in ovile ovium. Sic Borivoy mitis regno privatur, et Suatopluk sevior tigride dux elevatur. Multi autem, quos Borivoy de proselitis fecerat comites, secuti sunt eum in Poloniam. Videns autem que fiebant Sobezlaus, iam bone indolis iuvenis, secutus est fratrem in Poloniam. Et quia rex Heinricus erat tunc in Saxonia, Borivoy accelerans ad eum, iniurias deplorat, et ut iniuste sublatum recipiat ducatum, pecunias promittit. Protinus rex mittens mandat Suatopluk ad se venire. Qui mox coadunato exercitu, sub ipso introitu silve, iuxta oppidum Lumec, convocat proceres, et preponit eis fratrem suum Ottonem, et assumptis secum paucis, venit ad regem. Quem sine audientia rex iussit retrudi in custodiam, et convocans eos qui secum venerant, tradidit eis[h] Borivoy ducem, ut reducentes eum in urbem Pragam, iterum relevent eum in principalem cathedram. Qui remeantes cum eo, tercia die metati sunt castra iuxta castellum Donin. Quod audiens Otto, ordinatis sex legionibus, noctu transcendens montes, irruit in castra Borivoi. Sed ille prescius, iam fuga lapsus delituerat; quia per quendam profugum Ottonis conatus clam illi innotuerat. Presul autem Pragensis Herimannus, vir prudens et iustus, inter varios casus utriusque ducis, ne videretur utramvis partem eorum incertam secutus, secessit ad amicum suum Ottonem Babenbergensis eclesie episcopum. At Suatopluk positus in custodia, per primos palacii iram regis flectere temptat, promittens ei decies mille marcas argenti. Huius rei accipiens ab eo rex sacramentum fidei, dimisit eum, mittens secum unum ex clientibus, qui pecuniam reciperet. Qui cum venisset Pragam, sacra spoliat delubra, ornamenta contrahit muliebria, et quicquid micabat auri et argenti in Boemia corrasit, et vix collegit septem milia marcas argenti; de cetero dat fratrem Ottonem regi obsidem. Similiter Herimannus presul reversus, de dote Pragensis eclesie 70 marcas auri et quinque pallia preciosa; non fuit abbas, non prepositus, non clericus, non laicus, non ludeus, non mercator, non trapezeta, non citharista, qui non de suo aliquid conferret invitus. Post paucos dies Otto elapsus fuga, regressus est ad fratrem; quod regi valde displicuit. Eo anno obierunt Gebehardus episcopus Spirensis et Burchardus Basiliensis, qui eclesiam diu inpugnans, tandem resipuerat.

fol. 213'. A. d. i. 1108. Rex Heinricus Mogontie natalem Domini celebrans, Rotbertum Flandrie comitem in gratiam
Ekk. recepit. Eo tempore orta simultate inter Colomannum regem Pannonie germanumque eius vocabulo Almum, eo quod uterque sibi pocius regiam conpetere dignitatem iure gentis illius contenderet, spoliatus tam rebus quam ducatu, quo inter Ungaros clarus et ut decuit fratrem regis a rege secundus claruit, Almus regem Heinricum adiit, et in auribus tocius senatus haud secus quam ille quondam Atherbal miserias suas deplorans, Romani inperii magnificentiam in con-
Cosm. passionem et defensionem sui flectere curavit. Eo tempore Ita, coniunx ducis Suatopluk, peperit filium, pro quo rex Heinricus misit, et de sacro fonte babtismatis eum levans, suo nomine Heinricum appellat. Quem remittens ad patrem, omne debitum, scilicet tria milia talentorum, conpatri suo Suatopluk dimisit, precipiens, ut paratus sit in expeditionem
Ekk. contra Ungariam. Ergo rex Heinricus Almi querelis motus, insuper etiam quod Colomannus fines regni sui, scilicet

a) nequaquam *erasum c.* b) Qua — litem separauit *in marg. addit c. v. infra.* c) dilatam *corr.* dilata *c.* d) substuit *c.* e) *ita e corr. c.* f) Aco *c.* g) acu cumine *in duabus lineis c.* h) ei *c.*

61) Bomeneburg, Boyneburg ad Werram; cf. Schrader Dynastenstämme p. 188 sqq. 62) cf. Ann. Hild. et Chron. reg. S. Pant., qui eandem rem aliis verbis narrant.

in locis maritimis, invaserit, Ungariam cum exercitu petit; sed preparatis multiformiter adversariis, maximeque per obstructa fluminis undique vada, post morosam et cassam obsidionem castri Bresburh pene inacte rediit. Mense Septembri morante Cosm. Suatopluk cum rege in Ungaria, Borivoi cum Poloniis hostiliter intrans Boemiam, fugavit magnates Wacconem et Mutinam cum presidiis de munitione, que fuit posita versus terminos Polonie. His enim Suatopluk tutelam Boemie conmiserat. Cumque Wacko vidisset socium Mutinam non acriter pugnare super munitionem, ratus quod eius consilio Borivoy Boemiam intraret, misit qui hec omnia Suatopluk intimaret. Similiter alium militem instructum dolis misit in castra Borivoy, qui se finxit de castris Borivoy fugisse, ipsumque iam de Ungaria redisse et in crastinum cum eis pugnaturum, confirmat per sue fidei sacramentum. His mendatiis illi perterriti, eadem nocte in Poloniam sunt reversi. His auditis rex Heinricus, iniurias Suatopluk de Poloniis ulturum se esse confirmat. Interea Suatopluk inflammatus ira, pro nichilo reputat, si unum Mutinam puniat; sed iuramento se obligat, quod Wrissovici generationem extinguat. Reversus igitur stansque in cetu sue gentis procerum, invehitur cum criminationibus in Mutinam. Fit murmur confusum, et iram ducis accendunt per suum assensum. Tunc dux astanti et conscio lictori innuens, exiit foras. Qui statim super Mutinam irruit, eumque occidit; filii quoque eius capti suut et occisi. Preterea Bosey, frater Mutine, in villa sua Lubic cum filio suo Boruch occisi, velud iumenta nudi in fossam precipitati sunt, 6. Kal Novenbris, et opes eorum immense direpte sunt. Scire michi non licuit, quot capita ex illa gente interierint, quia nec una die nec uno loco perempti sunt. Alii namque in forum ducti ceu bruta animalia sunt mactati, alii in monte Petrin decollati, multi in tectis sive plateis trucidati. Ceteri qui superstites fuerunt ex gente illa, delituerunt fuga, alii fugientes in Poloniam, alii in Ungariam. Factum est autem, cum rex Heinricus, soluta obsidione, reverteretur ab Ungaria, Colomannus volens illatas sibi a Suatopluk [ulcisci[a]] iniurias, intrat Moraviam, eamque hostiliter devastat. Quod postquam Suatopluk audivit, coadunavit exercitum Boemie atque Moravie. Cumque festinaret in opaca nocte per silvam, ardens, latenter subire inimicum et cum eo in crastinum conmittere pugnam, inter tot milia secum festinantium in pupilla oculi ipsius ducis male prominens precisus ramus tam fortiter fixus est, ut surculo vix eruto simul et oculo, seminecem tollentes ducem, reversus est exercitus mestus ad propria 2. Idus Novenbris.

A. d. i. 1109. Rex Heinricus natalem Domini Mogontie celebrat, et paulo post Franconevord conventu procerum habito, Sigefridum palatinum comitem aput Wirceburgensem episcopum custodie deputavit, eo quod, prodente Heinrico prius duce Lotharingie, iam in gratiam regis recepto, in necem et[b] regnum eius insurgere consiliatus sit. Ibi etiam deposito Godefrido Fuldensium abbate, Wolfhelmum eis prefecit ex eadem congregatione. Mense Februario, quia magnum frigus inhorruerat et omnes aque congelaverant, dux Suatopluk, iam eruti sanato vulnere oculi, coadunato iterum exercitu, tribus diebus et tribus noctibus festinans intrat Ungariam, et omni regione illa devastata, cum multis captivis et magna preda reversus est. Rex Heiuricus memor indignationis sue contra Bolezlaum[c] ducem Polonie, mense Septembri cum exercitu intrat Poloniam, et circa primum eius oppidum Glogou disposita obsidione, devastat eam ex utraque parte fluminis Odore, ab ipso oppido usque ad castrum Recen, et iterum cum magna preda reversus est ad castra. Ibi cum disposuisset, ut in crastinum ducem Suatopluk dimitteret, totum in regalibus negotiis usque ad noctem deduxerunt diem. Adfuit interea in castris miles audacissimus missus a Iohanne de gente Wrissovici, stetitque sub patula fago, observans reditum ducis. Quem ut vidit iam noctis in crepusculo stipatum caterva obsequentium, insiluit equum, et paulisper se immiscuit in agmen medium, et toto annisu virium inter scapulas ducis iaculum vibravit. Qui cicius quam terram tangeret spiritum exalavit. Reportato corpore, a suis fit tumultus in castris Boemiorum, donec a rege missus Burchardus incertos motus plebis vix conpescuit. Mane facto venit rex lugere super conpatro suo, et concessit Boemiis, ut quemcumque voluissent ex filiis principum ducem sibi eligerent. Tunc Wacko, sicut erat lugubris, rogavit cum lacrimis, ut fratrem interfecti principis Ottonem decerneret eis ducem. Quod quia sine consensu Boemiorum et episcopi Herimanni fuit, frustrata est hec temeritas, et sacramenta olim exhibita in medio concilio recitantur in urbe Praga. Nam cum Suatopluk eligerent ducem, cuncti Boemii sacramentis firmaverunt, ut post eius obitum Wladizlaus, si superesset, succederet. Igitur Herimannus presul Pragensis et Fabianus prefectus urbis Wissegrad, quia dignitate et sapientia ceteris preminebant, consilio prevaluerunt, et toto annisu effecerunt, ut Wladizlaus principatum obtineret. Rex Heinricus in Polonia[d] multo labore desudans, diu negatum a terra illa tributi exegit debitum. Rothardus Mogontinus archiepiscopus obiit; cui Adalbertus successit. Eclipsis solis facta est, pridie Kal. Iunii. Plures fulmine perierunt. Eodem anno rex Heinricus desponsavit filiam regis de terra Anglica. Archiepiscopus Colonie Fridericus, Bruno Treverensis, Adalbertus cancellarius, comes Herimannus de Winceburch aliique principes satis clari Romam cum pompa non parva vadunt, inter domnum apostolicum et regem concordiam facturi. Domnus apostolicus omni paternitate, omni mansuetudine eum se excepturum spondet, si ipse se ut regem catolicum, ut eclesie filium et defensorem, ut iusticie amatorem Romane sedi exhiberet. Ut audivit autem Borivoi dux quondam Boemie, quod frater suus iunior Wladizlaus ducatu potiretur, descendit a Polonia ad Wicbertum comitem, generum suum per sororem. Cuius consilio fretus et auxilio et quorumdam Boemiorum promissis confisus, in *vigilia nativitatis Domini ingressus est mane diluculo, nemine resistente, urbem Pragam, multis Boemiorum ad eum concurrentibus. Quos ille benigne suscipiens, obligat sacramentis et conmittens eos Grabisse comiti, transtulit se cum aliis ad tutiora urbis Wissegrad menia[e].

A. d. i. 1110. Heinricus rex natale Domini Babenberch celebravit. Eadem die Borivoy ad horam primam reversus Pragam, cum magna cleri processione suscipitur. Dux autem Wladizlaus vocatione regis Heinrici debuit in octavis Domini regali colloquio interesse Ratispone. Sed audiens que gerebantur in urbe Praga, postposuit regis iussa; rediensque, congressus est cum filio Wicberti comitis, qui veniebat in auxilio Borivoy; sicque pervenit in sua castra iam ad radicem urbis Wissegrad posita, filius autem Wicberti Pragam subiit. Interea dux Wladizlaus premiserat ad Heinricum regem, qui tunc in urbe Babenberch natale Domini celebrabat, promittens pecuniam, quo dignaretur aut per se aut per suos nuntios a fratre Borivoy instinctu Wicberti comitis sublatum sibi [restituere[f]] Boemie ducatum. Rex autem Heinricus, licet eo tempore iratus esset Wicberto, tunc magis succensus, continuo concitato exercitu, in Kal. Ianuarii ingressus est Boemiam, premittensque Thieppoldum marchionem et Beringerum comitem, mandat, ut Borivoi et Wladizlaus et Herimannus presul ac filius Wicberti comitis ceterique Boemie maiores sibi occurrant. Qui cum venissent, sine audientia Borivoi et filius Wicberti comitis capitur; presulis autem causa iusta probatur. Omnes vero fautores Borivoi iussu Wladizlai ducis, alii visu, alii rebus spoliati sunt, alii ad Sobezlaum in Poloniam fugerunt. Rex Heinricus in epiphania Domini Ratispone cum principibus colloquium faciens, eis aperuit, quod Transalpinis partibus se exhibere vellet, quatenus benedictionem[g] imperialem a summo[h] pontifice perciperet, et Italie provincias in societatem regni

Cosm. fol. 214. Ekk. Cosm. Cosm. A. Corb. A. Hild. Cosm. *fol. 214'. fol. 215. Ekk. Cosm. Ekk.

a) *deest c.* b) e *c.* c) bolez *c.* d) polonionia *c.* e) *reliqua huius paginae vacua c.* f) *deest c.* g) b. i. benedictionem *c.* h) sumo *c.*

Ekk. Germanici pace et iusticiis ac legibus antiquis conponeret, insuper ad omnia, que defensio posceret eclesiastica, ad nutum apostolici promtum se demonstraret. Arrectis animis omnium ad votum pie providi consulis et indubitati iam patrie amatoris, vir esse non crederetur, si quis a tam virilis negotii consortio se subtrahere conaretur. Itaque sacramento voluntario confirmatis in id ipsum qui aderant, rex alacer per singulas Germanie civitates eadem instanter tractare non

A. Hild. cessat. Sinodus gloriosa Non. Marcii in Lateranensi eclesia presidente domno papa Paschali celebratur[63], presentibus plurimis abbatibus, episcopis, ubi omnium communi consensu hec capitula edita sunt: *Apostolorum canonibus statutum est, ut omnium negociorum eclesiasticorum curam episcopus habeat, et ea velut Deo contemplante dispenset. Item in Anthioceno concilio statutum est, ut que sunt eclesie, sub omni sollicitudine et conscientia bona et fide, que in Deum est, conserventur; que etiam dispensanda sunt, iudicio et potestate pontificis dispensentur, cui commissus est populus, et anime, que infra eclesiam sunt, congregantur. Item Stephanus martir scribit: Laici quamvis religiosi sint, nulli tamen de eclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur umquam attributa facultas, neque deinceps fieri permittimus, sed omnino interdicendo prohibemus. Si quis ergo principum vel aliorum laicorum dispositionem vel donationem rerum sive possessionum eclesiasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus iudicetur. Clerici vero sive monachi, qui eas per illorum potestatem susceperint, exconmunicationi subiciantur. Quicumque res naufragorum diripiunt, ut raptores et fratrum necatores ab eclesia excludantur. Illud etiam repetitum et confirmatum est, quod in Trecensi concilio de investituris confirmatum est,*

fol. 215′. *quod ita se habet: „Constitutiones patrum sequentes“ et cetera.* Predicti legati regis Leodium

A. Hild. ad regem veniunt, responsum pape referentes. Ibi rex Anglici regis filiam sponsam suscepit, quam in pascha apud Traiectum regio more dotavit. Expedicio in Italiam ab universis occidentis principibus Traiecti collaudatur. Eclipsis lune facta est 2. Non. Mai. Circa 5. Non. Iunii stella adulta iam nocte apparuit radios admodum longos versus austrum de se effundens. Slavi regionem Albianorum irrumpunt, multisque occisis et captis redeunt. Occiditur[a] ibi

64 Godefridus comes de Hammaburh[64]. Inde dux Liuderus sive Lotharius permotus, terram Sclavorum hostiliter invadit, regionem predabundus perambulat, novem urbes munitiores capit, obsidibusque ab ipsis acceptis, victor

Ekk. redit. Rex Heinricus, licet terrente quorumdam animos ortu comete sideris infausti, per sex fere mensium inducias, regia munificus liberalitate datis ubique inestimabilis pecunie stipendiis, circa Augustum moveri undique exercitum imperat, aliis secum per montem Iovis, aliis per vallem Tridentinam Alpes transcendentibus. Providerat autem rex, sciens rem publicam olim non tantum armis, quantum sapientia gubernari consuetam, se non solum armatis, sed etiam litteratis viris necessario muniri, paratis scilicet ad rationem omni poscenti reddendam. Igitur superata nimis laboriose montium asperitate, rex cum suis letus et incolumis Eboreium pervenit; alter vero exercitus, captis antea quibusdam castellis, aput Viruncalia, uti condictum fuerat, post expugnatam ab ipso Novariam, ipsum letanter excepit. Paucis ibidem diebus moratus, Padum prospere transiit, Placentie castra metatus, munera copiosa magnamque fidelitatem a civibus accipiens, et per tres septimanas in his partibus conmoratus, Parmamque perveniens, Machtildam comitissam, per interuuntios sibi subiectam, gratia sua propriisque iusticiis donavit. Post hec asperrima nimis afflictus hieme, montemque Bardonis cum maximo exercitus dispendio, rerum et equorum miserabili defectu, transcendit, incessanter cadentibus super se iuxta qualitatem illius climatis inmensis pluviis. Hasque per septem septimanas passi, tandem Florentiam nimis afflicti pertin-

Cosm. gunt, instante festo nativitatis Domini. Polonii interea in festo sancti Wenezlai cum fratre Borivoi Sobezlao inpetum fecerunt in Boemiam, et eam devastantes rapinis et incendiis, inmensa preda onerati, iuxta Pontes Cruici sunt castra metati. Quibus Wladizlaus dux congressus est, et post magnam utriusque partis stragem Boemii terga dederunt;

A. Corb Sobezlau vero plus quam civili potitus est victoria 8. Idus Octob. Eodem anno Gebehardus Constantiensis episco-

65 pus obiit. Oda marchionissa[65], filiastra ducis Ottonis, uxor Udonis marchionis senioris de Stadhen, mater autem Heinrici et Udonis iunioris et Rodolfi marchionum, eodem anno obiit. Filiam eius Adelheidham Fridericus comes de Puteledhorp habuit uxorem; quo defuncto, Lodowicus senior de Thuringia eam accepit. Prepositura in Hildesleve mutata est in abbaciam; ubi primus ordinatur Alvericus abbas[b].

fol. 216. A. d. i. 1111. Rex Heinricus, rebus per Langobardiam atque Tusciam dispositis, aput Florentiam dominice nativi-

Ekk. tatis gaudia cum ingenti suorum tripudio et mirando ac caterus illius patrie civibus numquam viso decore et honore percelebravit; moto inde versus Ariciam exercitu, illoque perveniens, a clericis benivole, a civibus subdole recipitur, quorum etiam insolentiam satis habundeque perdomuit, scilicet civitate illorum cum turribus, quas ad repugnandum regi paraverant, funditus eversa, eclesie tamen omni sua iusticia, quam idem cives violenter abstulerant, iuxta clericorum peticionem restituta. Inde ad Aquampendentem progressus, legatos suos dudum ab Aricia missos, ab apostolico boni nuncii baiulos repperit, remissisque aliis cum Romanorum nuntiis, qui supplices illic sibi occurrerant, paulatim Sutriam processit. Ibi legati apostolici cum missis regiis advenientes, paratum esse apostolicum ad consecrationem et omnem regis honorem et voluntatem, si tamen ipse sibimet annueret libertatem eclesiarum, laicam ab illis prohibens investituram, recipiendo nichilominus ab eclesiis ducatus, marchias, comitatus, advocatias, monetas, telonea, ceterorumquo regalium que possident summam. Prebuit rex assensum, sed eo pacto, quatenus hec transmutacio firma et autentica ratione, consilio tocius eclesie ac regni principum assensu stabiliretur, quod tamen vix aut nullomodo fieri posse credebatur. Qua

a) Occiditur — Hammaburh *add.* 2. *in marg.* b) Gebehardus Constantiensis episcopus obiit *erasum c.*

63) cf. quae ex chron. S. Petri Vivi Senon. edita sunt a Labbeo, apud Mansi XXI. p. 7. 64) cf. Hamburg. editam apud Lappenberg cod. dipl. p. 117. et quae idem notavit ib. p. 806. 65) cf. a. 1082. Helmold. I, 35 et notitiam de eius familia ex cod.

conventione facta, dimissis legatis et obsidibus utrimque missis, rex hilariter ad urbem properat; domnus autem apostolicus cum omni clero, immo tota Roma, se in eius occursum adornat. Longum est enarrare, quam inmensa honorificentia sit receptus et per Argenteam portam usque ad mediam rotam antiquo Romanorum instituto sit deductus, ibique lectis publice privilegiis, tumultuantibus in infinitum principibus, pre eclesiarum spoliatione ac per hoc beneficiorum suorum ablatione, quam ingenti periculo, quam varia disceptatione tota dies illa consumpta sit. Dum hec aguntur, factione quorumdam tumultus in eclesie gradibus oritur; vulnerantur plures, quidam trucidantur. Quo audito, a rege concilium disturbatur, apostolicus cum cardinalibus regie custodie deputatur. Romani trans Tiberim diffugiunt. Apostolicus ab episcopis et aliis fidelibus regis interim est custoditus usque ad pacatam et ecclesiasticam consecrationem inperatoris, in exemplum patriarche Iacob dicentis ad angelum· *Non dimittam te, nisi benedixeris michi.* His in dominica quadragesime transactis, eadem nocte civitas Lateranensis tumultu bellico concutitur. Orto mane erectis signis[a] Lateranenses unanimiter regem ex improviso invadunt. Cubicularii vero regis arma corripiunt, multitudini viriliter resistunt. Rex vero et acies sua iam adaucta, que prius rara erat, venientes audacter invadit, occursantes multos obtruncat, ceteros fugat, plenaque victoria potitus, abducto[b] secum apostolico cum cardinalibus, versus Albam tendit; castra in campis urbi adiacentibus figit, ubi per totam quadragesimam moratur. His ita gestis, regis optimates quidam communicato consilio papam, qui[c] adhuc in custodia regia detinebatur, adeunt, monent, orant, ut super regis negocio mitius agat, iniurie, si quam adversus regem habeat, obliviscatur, fedus cum rege ineat; regis sibi fidelitatem et obedientiam proponunt; omnino sollicitant, ut que pacis et concordie sunt, cum primoribus regni disponere dignetur. Rex ipse pedibus eius humiliter profusus, veniam postulat, obedientiam spondet, dummodo ei in *regia potestate iure antecessorum suorum catholicorum regum uti concedat. Sicque[d] sepius domnum papam, ut animi rigorem aliquantisper temperaret, attemptavit. Tandem papa vincitur et cedit, et sic Romani honorifice redire permittitur. Igitur cum cardinalibus ceterisque personis ad tale negocium dignis de consecratione regis tractat. Rex Heinricus pascha non longe ab urbe in castris suis celebravit, et post octavas pasche, die scilicet Idus Aprilis, in eclesia beati Petri in imperatorem consecratur. Cumque usque ad communicandum misse sollempnitas esset celebrata apostolicus dato silentio, inperatorem sic alloquitur: *Hoc corpus domini nostri Ihesu Christi, natum ex Maria virgine, passum pro salute generis humani, sit confirmatio vere pacis et concordie inter me et te.* Et conmunicantes invicem osculati sunt. Donatus est etiam in presenti per manum apostolici privilegio investiture eclesiastice iuxta quod utriusque predecessoribus placuerat et permanere consueverat, cuius inconvulsibilem stabilitatem papa mox anathemate confirmabat. Sic denique ea die gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis, ut ita dixerim, est recuperata, dum tam inveterata et eatenus incorrigibilia de regno Christi scismatum ablata sunt scandala. Post hec inperator apostolicum regiis muneribus donat, a quo tamquam filius a patre salutatus dimittitur; pentecosten autem Verone celebrans, per Langobardiam ad Alpes, indeque ad terras Germanicas est reversus. Post reditum quoque suum nonnulla tam ab ipso quam ab episcopis secum comitantibus, que corrigenda videbantur, iuxta quod summus pontifex concesserat vel iniunxerat, ad planum sunt expolita, viciata quoque ad purum excocta. Sic Christo respiciente in terras de celo sancto suo, sicut ubique devocio et religio christiana, ita etiam rerum prosperitas et copia frugum ac nova circumquaque crescere cepit leticia. Heinricus inperator mense Augusto plurimos episcopos et abbates, nonnullos etiam principes Spiram convocat, quorum assensu et cooperatione patris sui anniversarium permagnifice celebrant. Nam toto quinquennio suspensa communio sepulture et orationum apostolica auctoritate ab eisdem sacerdotibus, qui et Rome coram papa penitentie illius testimonium reddiderant, tunc testificantibus, conceditur, et quibus nulli inperatorum augustiores inpense sint exequiis, iuxta maiores suos in eclesia sepelitur. Inperator habita in assumptione sancte Marie Mogontie curia, Adalbertus, omnium cancellariorum qui ante eum fuerunt in aula inperatoris celeberrimus, presente inperatore et consentiente unanimi eclesie electione, Mogontinus archiepiscopus constituitur. Inperator Sigefridum palatinum comitem, diutina satis afflictum custodia, iuxta principum consilium atque peticionem sibi reconciliatum dimittens, benigne tractare cepit, adeo ut eius filium de babtismate susciperet et iniuriarum preteritarum oblivisci se facturum sponderet. Wladizlaus dux Boemie, matre sua Suatava satagente et Herimanno episcopo Pragensi[e] mediante, fratrem suum Sobezlaum revocavit de Polonia, et dedit ei civitatem Satec cum omni ad eam pertinente provincia. Ottonem vero patruelem suum idem dux in trienni detinuit custodia.

Ekk. A. Hild. Ekk. A. Hild. Ekk. A. Hild. Ekk. A. Hild. Ekk. A. Hild. Ekk. Ekk. a. 1112. Cosm.

A. d. i. 1112. Inperator natale Domini Goslarie celebravit. Conmotio adversus inperatorem concitata est a duce Liudero et Rodolfo marchione propter Fridericum comitem de Stadhen, quem illi captum vinculis mancipaverant, quod inperator graviter accepit. Pro qua dissensione inperator principes Goslariam convocat, quorum sentencia utrique dampnantur. Ducatus Ottoni de Ballenstad committitur, marchia Helprico de Ploceke. Inperator Salwidele obsidet; ipsi non longe cum inperatore pugnaturi cum exercitu manent. Sed misericordia Dei omnis illa bellica rabies dissipatur, et predicti principes gratiam inperatoris obtinentes, honoribus suis restituuntur. Eo tempore domnus apostolicus multas a Romana eclesia pertulit iniurias, obicientibus ei, quod contra instituta tocius eclesiastice discipline regem Heinricum, tirannicum rei publice vastatorem et eclesiarum destructorem, inperiali benedictione sublimasset, insuper privilegio sacrilego condonasset. Inde habita sinodo contra regem Heinricum[f] 125 episcoporum et aliorum catholicorum, 15. Kal. Aprilis Lateranis in eclesia Constantiniana ultima die concilii, facta coram omnibus professione catholice fidei, ne quis de ipsius fide dubitaret, dixit: *Amplector omnem divinam scripturam veteris et novi testamenti, legem a Moyse scriptam et a sanctis prophetis. Amplector quatuor euangelia, 7 canonicas epistolas gloriosi doctoris beati Pauli apostoli, sanctos Canones apostolorum, quatuor universalia concilia, sicut quatuor euangelia, Nicenum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Calcidonense et Anthiocenum concilium, et decreta sanctorum patrum Romanorum pontificum et precipue decreta domini mei pape Gregorii VII. et beate memorie Urbani pape. Que ipsi laudaverunt laudo, que ipsi tenuerunt teneo, que confirmaverunt confirmo, que dampnaverunt dampno, que repulerunt repello, que prohibuerunt prohibeo in omnibus et per omnia, et in his semper perseverabo.* Quibus expletis, surrexit Gerhardus Engolismensis episcopus, legatus in Aquitania, et communi assensu domni pape et tocius concilii coram omnibus legit scripturam hanc: *Privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere debet dici pravilegium, pro liberatione captivorum eclesie a domno papa per violentiam regis Heinrici extortum, nos omnes in hoc sancto concilio congregati canonica censura et eclesiastica auctoritate iudicio sancti Spiritus dampnamus et irritum esse iudicamus et omnino ne quid auctoritatis et efficatie habeat penitus exconmunicamus, et hoc ideo dampnatum est, quia in eo privilegio continetur, quod electus canonice a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur, quod est contra Spiritum sanctum et canonicam institutionem.* Perlecta carta, acclamabant fol. 217. A. Hild. A. Hild.

a) vexillis *corr.* signis. b) adducto *c.* c) *deest c.* d) Sique *c.* e) pragens *c* f) heiricum *c.*

fol. 216'.

Ekk. omnes: *Amen, Amen.* Archiepiscopi Iohannes patriarcha Veneticus, Sennes Capuanus et alii 100 fere episcopi subscripserunt. Ex hac occasione Viennensis archiepiscopus cum suis conplicibus novum scisma nostras in partes seminare et gladium anatematis in inperatorem molitur extendere; sed quia ceptum eius apostolica indeque omni eclesiastica videbatur auctoritate carere, parum interim potuit vigere. Attamen eiusdem dissensionis seminario circumquaque cepit invidie malum serpere, adeo ut nonnulli contra rem publicam quicquam intentantes, huius rei materiam in sue communionis arripere meditarentur clipeum. Inter que predictus Adalbertus Mogontie pontifex, qui per omnia secundus a rege
*fol. 217′. semper fuerat, sine cuius consilio nichil *facere solebat, adversus inperatorem, quod vix quisquam crederet, conspirare cum quibusdam principibus infamatur, reque cognita, custodie ab illo traditur. Moritur eodem tempore quidam de Saxonie principibus Odalricus de Wimmar, Lodowici comitis de Thuringia dudum gener, sed iam propter eius filie repudium invisus. Cuius possessiones predictus palatinus comes Sigefridus hereditaria sibi vendicabat successione, sed domnus inperator easdem in ius regni conabatur attrahere. Nam idem Sigefridus priores miserias[a] suas sequentibus exaggerans, totam pene Saxoniam, suam videlicet patriam, tantis inplevit querimoniis, ut tam ducem Lotharium, quam Rodolfum marchionem, Fridericum palatinum comitem, Wicbertum et Lodowicum comites, nonnullosque alios ab obsequio retraheret inperatoris. Sed et Reinhardus Halberstadensis episcopus, necnon Gertrudis, illa prepotens per Saxoniam vidua[b], violentiam se nichilominus pati ab inperatoris preiudiciis invasione prediorum suorum clamitabant. Hec et his similia scandalorum zizania murmur infinitum in nuper pacato regno suscitant. Eberhardus episcopus Eistaciensis obiit.

Ekk. A. d. i. 1113. Heinricus inperator natale Domini Erpesfurt celebravit. Illuc cum predicti Saxonie principes curiam non adissent, indignatione nimia conmotus inperator, bona eorum diripi, possessiones incendiis devastari, etiam inter
A. Hild. ipsa festa precepit. Post hec absente episcopo Halberstad venit, castellum eius Horneburh obsedit. Episcopus vero et Sigefridus palatinus comes et Wicbertus comes et comes Lodowicus, cum inperatore pugnaturi, castris haud longe fixis, manent, sed dedicione urbis facta, ipsique episcopo die statuta, ut se, si posset, de obiectis excusaret, bellicus ille tumultus solutus est. Quo[c] tempore rex civitatem Halberstad violenter intravit, et timens ab episcopo in illa poni presidium, fractis muris ac domibus, ipsam et adiacentes villas predis et incendiis vastavit; quod ei nequaquam inpune cessit. Inter hec Wicbertus comes et Sigefridus palatinus comes, perdita regis gratia, ab Hogero de Mannesfeld
66 in quadam villa[66] deprehensi, Wicbertus quidem capitur et inperatori offertur, Sige-
ib. fridus vero vulneratur, ex quo vulnere non multo post moritur, vir sane nobilissimus et suo tempore nulli in omni probitate secundus. Barbari qui dicuntur Liutici, consilio
67 Rodolfi marchionis, propter odium quod habebat adversus Milonem[67], multas strages
Ekk. patrie intulerunt. Quidam Reinoldus, Burgundie provincie comes, inperatoris consanguineus, tirannidem iuvenili insolentia actus contra rem publicam orditur, qui superveniente sibi cum manu valida inperatore, munitionem,
Cosm. in qua maxime confidebat, ipse captus amisit, sicque lite cito dirempta, custodie traditur[d]. Eodem anno Sobezlaus, frater ducis Boemici, in obsequio fratris, interfecto Wacek comite quamvis innocenti, eo quod relatum illi fuisset, quod eum frater suus capere vellet Wacek suggerente, tenuit cum suis viam[e] per Zribiam, quam nos dicimus Suorviam, volens transire in Poloniam. Cumque transisset silvam, occurrit ei Erkenbertus prefectus de castro Donin, qui pollicens ei, quod per cesaris gratiam suam obtineret iusticiam, invitavit eum, cum paucis ad vescendum ascendere in oppidum. Erat enim tunc idem castrum sub inperatoris potestate. Quem vinculatum misit per Saxoniam in quoddam firmissimum castrum, tradens eum cuidam clerico nomine Odalrico ad custodiendum; a quo scilicet clerico post unum mensem
A. Hild. noctu absolvitur, et cum ipso et quodam milite Conrado fugit in Poloniam. Inperator Wormatie pascha celebrat; eo adducitur episcopus Mogontinus, Triveles inperatori reddit, denuo[f] custodie mancipatur. Post pascha Goslariam venit. Reinhardus Halberstadensis episcopus interventu principum gratiam regis obtinet, castro Horneburh igne cremato.

fol. 218. Ekk. A. d. i. 1114. Inperator natale Domini Babenberch cum summa magnificentia copiosaque principum multitudine celebravit, et hoc non simpliciter, quia virum Dei Ottonem inibi episcopum, propter quedam iam in regno orientia scandala curiam frequentare renuentem, ex parte suspectum habebat. Ipse vero rebus transitoriis pro concordia eclesiastica non parcens, beneficiis indefessis animositatem regis gloriose devicit. Hinc indicto conventu Mogontie, nuptias post epiphaniam Domini augustissime instituit, ubi etiam vix aliquem vel nullum de magnatibus abesse voluit, ubi filiam Heinrici regis Anglorum Machtildam vel Agnetem[g] dudum desponsatam legitime sibi coniungens, regni consortem
A. Hild. instituit. Ibi Lodowicus comes Thuringie, qui se putabat bene in gratia inperatoris esse, iussu eius conprehenditur et custodie mancipatur; que res multos principum contra inperatorem exacuit. Udo Hildinisheimensis episcopus
Ekk. obiit. Inperator contra quosdam in locis palustribus ultra Fresonum insulas habitantes navalem expeditionem multo studio instituit. Quo dum tendit, Coloniam sibi rebellem et in hoc conplures Transrhenanos[h] atque Westfalos consentientes invenit, quorum numerantur nominatissimi Fridericus Coloniensis archiepiscopus, Godefridus dux Lovanie, Heinricus quondam dux Lotharingie et Fridericus comes de Arnesberch. Intermissa itaque profectione, manum in hostes presentes extendere cupiens, Colonie partibus assedit, civitati vero mirifice munite non prevalens, regionem circumquaque vastavit, tandemque soluto exercitu, recidivam expedicionem contra eosdem rebelles indixit[i]. Qua circa Kal. Octobris congregata, Friderici possessionem aggreditur. Qua undique vastata, et in medio regionis illius castro firmo constructo, eoque militibus, armis atque stipendiis instructo, hieme superveniente, ab armis discedit. Liuderus
68 dux Saxonie expeditionem movet super Dumarum Slavum[68] eiusque filium, et eos ad dedicionem coegit. Principem quoque Rugianorum ad se in bellum venientem sagaci agilitate circumvenit. Qui ut circumventum se vidit, pacem colloquiumque ducis

a) miseria *c.* b) femina *superscr.* uidua *c.* c) Quo tempore — inpune cessit *post add.* c. d) Horneburch concrematur *erasum c.* e) uā *c.* f) denuo — interventu *in loco raso c.* g) vel a. *superscr. c.* h) transrhennos *c.* i) instituit *corr.* indixit *c.*

66) Warnstädt prope Quedlinburg. 67) de Ammeneslevc; cf. a. 1040. 68) cf. Giesebrecht Wendische Geschichten II. p. 200. (ex Ann. Corb. SS. III. p. 8. et Helmoldo I, 38.)

depoposcit, germanum fratrem suum obsidem dedit, pecuniam copiosam spopondit, fidem sacramento confirmavit. Rodolfo marchione de marchia eiecto, Heinricus, filius fratris eius Udonis marchionis, eam recepit[69] 69

A. d. i. 1115. Inperator considerans, Saxoniam manifeste iam a se deficere, contra eam ut iratus ita et armatus Ekk.
venit; et tam ex his quos addnxerat quam quos inibi sibi voluntarios invenerat, castra non modica instituit. Natalem A. Hild.
Domini Goslarie celebravit, et Reinhardo Halberstadensi episcopo, duci Liudero, palatino comiti Friderico, marchioni Rodolfo, ut curie huic intersint, edicit. Non veniunt; in Walbike presidio interim conmorantur. Inperator Bruneswic occupat, Halberstad devastat; Orlagemunde ab amicis eius obsidetur Contra quos dux Liuderus et principes predicti, adiunctis sibi Friderico de Arnesberch, Heinrico fratre suo, Heinrico de Lintburh, Herimanno de Cavelage tendunt, non pugnandi contra dominum suum audacia, sed defendendi se necessitate coacti, ut ipsi per internuncios inperatori Ekk.
confirmabant. Inperator vero eis in loco qui dicitur Welpesholt occurrit, ibique 3. Idus Februarii cum eo congrediun- A. Hild.
tur. Nam cum per aliquot dies pars utraque alteri minaretur et parceret, Hogerus de Mannesfeld assumpta omni Ekk
electa iuventute, que ut ipse more fuit impaciens, Saxones suos conpatriotas audacter invasit, et gloric cupiditatem, qua flagrabat, multis secum cadentibus, propria morte conprobavit. Interfuit huic conflictui, immo quodammodo prefuit episcopus Halberstadensis *Reinhardus, qui suis magnam predicavit iusticie consolationem; inperatoris vero de parte *fol. 218'.
cesis sepulture interdixit conmunionem. Interea Otto comes de Ballenstide cum 60 de Teutonicis vicit duo milia et octingentos de Slavis in loco qui Cothene[70] dicitur; ex quibus 70
ibidem corruerunt 1700 et amplius, 5. Idus Februarii. Inperator non parum amaricatus, ad Rhe- Ekk.
num convertitur, Saxonum vero consensus ad resistendum illi magis ac magis roboratur. Ad hec quemdam cardinalem Romanum, nomine Dietericum, legatione in Pannonias functum, per nuntios assciscunt, quo etiam prescripti concilii actionem et per ipsam inperatoris exconmunicationem predicante, tam Adelgotus Magedaburgensis archiepiscopus, quam ceterarum eclesiarum presules reconciliationem recipiunt; sicque iterum scisso regno, undeque nove res exoriuntur et contraria quelibet in invicem utreque partes moliuntur. Interea directi ab Italia nuntii obitum illius inclite Macbtildis nuntiant, eiusque prediorum terras amplissimas hereditario iure possidendas inperatorem invitant. Qua nimirum femina, sicut nemo nostris in temporibus dicior ac famosior, ita nemo virtutibus ac religione sub laica professione reperitur insignior. Conventus post hec inperator amicorum consiliis, immo tocius regni conpulsus querimoniis, generalem in Kal. Novenbris curiam Mogontie fieri instituit, ubi liberam omnibus audientiam, de sibi obiectis satisfactionem, de suis extraordinarie vel iuveniliter gestis correctionem ad senatus consultum repromisit. Episcopus autem Halberstadensis, palatinus comes Fridericus et marchio Rodolfus Quidelingeburh obsidet. Dux vero Liuderus cum supradictis occidentalibus principibus presidium inperatoris in Trotmunde destruit. Post paucos vero dies Fridericus Coloniensis archiepiscopus occupat castrum inperatoris munitissimum Luofereskit[71], itemque duo municipia amicorum regis. 71
At Saxonie principes Quidelingeburh et Heimenburh[a.72] in dedicionem accipiunt. Colonienses Wischele[73], presidium Theoderici, destruunt. Richeza ductrix 15 annos steri- 72
lis manens, duci Liudero filiam in festivitate paschali genuit. Liuderus dux adiunctique principes Monasteriensem civitatem obsident. Monasterienses vero iuramento facto se eis fidos permansuros spondent, si episcopus Burchardus consiliis eorum adquiescere nollet pro pace apud inperatorem impetranda. Sicque pace facta, Corbeiam tendunt. Ibi Welfo dux Suevorum[b] et episcopus Wirceburgensis ex parte inperatoris de pace et concordia regni acturi veniunt. Dux Liuderus ad iniuriam Herimanni comitis Valkenstein et Walehusen propter latrocinia et predas, que inde fiebant, destruxit. Post hec incertus, si inperator bellum an pacem vellet, simul etiam cavere cupiens, ne inperator ex improviso immineret, collectis copiis versus Erpesford tendit. Cum interim episcopus Ratisponensis Hartwigus, vir sapiens et modestus, et Theodericus de Ara, vir militaris rei publice utilis et in hoc negocio per omnia laudabilis, obvii veniunt, qui ducem ceterosque principes certificant, inperatorem omnia que ad honorem regni convenirent tractare velle principum consilio. Post Udonem Bruningus, ab inperatore investitus, Hildinisheimensi eclesie prefertur episcopus. Statuto itaque tempore, dum inperator Mogon- Ekk.
tie presens condictum frustra prestolarctur conventum — nam preter paucos episcopos nemo principum adventabat —, Mogontini aptum sibi tempus arridere perpendentes, subito palatium loricati et armati vallant, alii in atrium irrumpentes *in turmas et cuncos se glomerant, omnia strepitu et clamoribus inplentes, aulicis horribile spectaculum demonstrant. *fol. 219.
Quid plura? Dubium non est, quod, nisi datis ad presens obsidibus inperator ea qne sibi inponebantur facturum se citissime confirmasset, ipsum fortasse palatium cum universorum qui in eo erant crudelissima nece illico corruisset. Ita vix sedato militum plebisque ferventissimo furore, cesar ab urbe recessit, et iuxta placitum tercia die Adalbertum, quem iam per annos tres artissima mancipaverat custodia, vix ossibus herentem, cathedre sue remisit. Qui non multo post sedis apostolice legato Dietcrico se nuntiis et litteris subiciens, ipsum sibi ceterisque non paucis presulibus Coloniam occurrere[c] postulavit, ubi et mandata pape, que ipse detulerat, conmuniter percipi et ille suam consecrationem diu interclusam tanta auctoritate consequi posset. Qui conventus instante festo natalis Domini factus est, non absque indignatione inperatoris, qui necdum plene voluntarius erat in consensu eiusdem consecrationis. Eiusdem anni mense Iulio Cosm.
dux Boemie Wladizlaus et cius patruelis Otto, quem iam a vinculis absolverat, cuique eam, quam post obitum

a) et h. *in marg. addit c.* b) *superscr. c.* c) occurre *c.*

69) v. a. 1106. 70) Köthen. 71) cuius situm nescio 72) Heimburg prope Blankenburg.
73) Wichelen?

Cosm. fratris sui Suatopluk habuit, dimidiam Morawie provinciam reddiderat, cum Sobezlao fratre ducis, et duce Polonie Bolezlao, qui nepos ipsorum ex sorore erat, iuxta fluenta amnis Nizan in condictum conveniunt placitum, atque inter se datis et acceptis sacramentis, confirmant federa pacis. Interea Odalrico, ducis Conradi filio, mortuo, fratre vero eius Lutoldo iam antea similiter defuncto, filiis autem illorum adhuc etate parvulis, dux Wladizlaus germano suo Sobezlao dedit alteram partem Moravie, quam quondam pater predictorum fratrum Conradus habuerat.

Ekk. A. d. i. 1116. Imperator Heinricus natale Domini Spire cum paucis episcopis et principibus celebrans, ea que interim Colonie gerebantur graviter tulit. Audivit enim, quam plurimos ibi convenisse non solum metropolitanos, sed etiam alios episcopos vel optimates regni, causa precipua verbum excommunicationis in se manifestandi, quamvis Dietericus cardinalis, cuius hec iniciabantur auctoritate, in itinere iam defunctus, illo ad sepulturam potius quam ad
A. Hild. actionem concilii delatus esset. Sepultus est Colonie, astantibus episcopis 14 cum Liudero duce aliisque nonnullis principibus. In natali sancti Stephani Adalbertus Mogontinus archiepiscopus ab Ottone venerabili Babenbergensi
Ekk. episcopo ordinatur. Missus autem ab imperatore illuc Erluwinus Wirceburgensis episcopus, audientiam[a] vel communionem nonnisi reconciliatus habere meruit. Reversus vero post redditam legationem, imperatori communicare renuit; sed vite periculo coactus[b], missam coram imperatore celebravit, indeque usque ad mortem contristatus, latenter discessit, sicque rursum communioni pristine multis lacrimis reconciliatus, ultra imperatoris aspectu simul et gratia caruit. Hac conmotione succensus imperator, ducatum orientalis Francie, qui Wirceburgensi episcopio antiqua regum concessione competebat, Conrado, sororis sue filio, qui postea regnavit, commisit, ipseque scandala principum declinans, in Italiam se una cum regina totaque domo sua contulit, ac circa Padum regni negociis insistens, legatos ad apostolicum pro componendis causis pacifice, que iterum regnum et sacerdotium disturbare ceperunt, suppliciter destinavit. Cuius
*fol. 219r. legationis primatum abbas Cluniacensis, *cognatus, ut putabatur, domni pape, tenuit, qui et inter utramque partem pro componendis pacifice rebus, fidelis et inpiger apocrisiarius, invigilare studuit. Eodem igitur anno, qui est 18. ordinationis domni pape Pascalis secundi, 2. Non. Marcii Rome in sede Lateranensi in ecclesia sancti Salvatoris, que appellatur Constantiniana, celebrata est sinodus universalis concilii, congregatis ibidem ex diversis regnis et provinciis episcopis, abbatibus, catholicis ducibus, comitibus, legatis universarum provinciarum quam plurimis. Prima die, que secunda erat feria tercie ebdomade quadragesimalis, inter Mediolanenses episcopos Grosulanum et Iordanem, in alterum de invasione, in alterum quod ecclesie sue desertor extiterit, ventilata est controversia. Hanc causam apostolicus cardinalium episcoporum consilio tractandam distulit. Sequenti die in eandem causam plurima tractata sunt, sed res minime finita. Quarta feria Lucensis[c] episcopus de invasione terre iuris ecclesie sue Pisanos inpetebat. Econtra dum Pisanus suos defenderet, inter utramvis partem, utriusque populi suffragio, longo litigio disceptatur. Tunc quidam episcoporum de medio concilii surgens, ita exorsus est: *Dominum patrem papam recordari decet, quare huius presentis generalis concilii multitudo sancta per omnia periculorum genera mari terraque convenerit invitata;* ibi non de spiritalibus vel ecclesiasticis, sed de secularibus ordine prepostero tractari negociis; expediendum prius, propter quod principaliter convenerint, ut evidentius pernoscatur, quid domnus apostolicus sentiat, quidque in ecclesiis suis reversi predicare debeant. Tunc apostolicus concilii causam et animi sui intentionem his verbis exposuit: *Postquam Dominus de servo suo fecit quod voluit, et me populumque Romanum tradidit in manus regis, videbam cottidie passim fieri rapinas et incendia, cedes et adulteria. Hec et huiusmodi mala cupiebam avertere ab ecclesia et populo Dei, et quod feci, pro liberatione populi Dei feci; feci autem, ut homo, quia sum pulvis et cinis. Fateor me male fecisse, sed rogo vos omnes orare pro me ad Deum, ut indulgeat michi. Illud autem scriptum, quod in tentoriis factum est, quod pro pravitate sui pravilegium dicitur, condempno sub perpetuo anathemate, ut nullius umquam sit bone memorie, et rogo vos omnes, ut omnes idem faciatis.* Tunc ab universis conclamatum est: *Fiat, fiat!* Bruno autem Signinus episcopus alcius exorsus ait: *Gratias agimus omnipotenti Deo, quod domnum Paschalem papam, qui presenti concilio presidet, audivimus proprio ore dampnantem illud pravilegium[d], quod pravitatem et heresim continet.* Ad hec quidam cavillatorie subiunxit: *Si privilegium illud heresim continebat, qui illud fecit, hereticus fuit.* Iohannes autem Caietanus, conmotus ad hec, Signino respondit: *Tune hic et in concilio nobis audientibus Romanum pontificem appellas hereticum? Scriptum, quod fecit domnus papa, malum quidem fuit; sed heresis non fuit.* Et alter quidam adiecit: *Immo nec malum dici debet, quia si liberare populum Dei bonum est, quod domnus papa fecit, bonum fuit. Sed liberare populum Dei bonum est auctoritate ewangelii, qua precipimur, animas quoque pro fratribus ponere.* Ad hec pacientia domni pape horrendo heresis nomine expergefacta est, et manu silentium indicens, dissidentium clamores et murmura tali ratione conpescuit, dicens: *Fratres et domini mei, audite. Ecclesia ista numquam habuit heresim, immo hic omnes hereses conquassate sunt. Hic Arriana heresis, que per trecentos fere annos viguit, adnullata est. Ab hac*
*fol. 220. *sede *heresis Euticiana, Sabelliana contrita, Fotinus ceterique heretici destructi sunt. Pro hac ecclesia filius Dei in passione oravit, cum dixit: „Ego pro te oravi, Petre, ut non deficiat fides tua".* Quinta feria domnus papa in concilio non sedit, multis et maxime regis negociis per domnum Cluniacensem, Iohannem Caietanum et Petrum Leonis et prefectum urbis ceterosque illius partis fautores inpeditus. Sexta feria apostolicus in generalem[e] omnium ecclesiarum causam animum advertit, et Iohanne Caietano cum Petro Leone ceterisque fidelibus imperatoris in faciem resistentibus, predicto Cononi Prenestino verbum exconmunicationis exponere cupienti, murmura huiusmodi verbis et manu ita conpescuit: *Eclesia primitiva martirum tempore floruit aput Deum et non apud homines. Dein ad fidem conversi sunt reges, inperatores Romani et principes, qui matrem suam eclesiam sicut[f] boni filii honestaverunt, conferendo eclesie Dei predia et allodia, seculares honores et dignitates, regalia quoque iura et insignia, quemadmodum Constantinus ceterique fideles; et cepit eclesia florere tam aput homines quam aput Deum. Habeat ergo mater eclesia sibi a regibus sive principibus collata, dispenset et tribuat ea filiis suis, sicut scit et sicut vult.* Pravilegium investiture, quod in tentoriis concessisse videbatur, oblitterare volens, iterans sententiam Gregorii pape VII, investituram eclesiasticarum rerum a laica manu rursus exconmunicavit sub anatemate dantis et accipientis. Cardinalis vero domnus Cono Prenestinus talem pape fecit inductionem legationis sue et contra disturbatores presentis negocii competentem: *Domne pater, si tue placet maiestati, si vere tuus fui legatus et que feci tibi placent, esse rata in auribus presentis concilii ore tuo edicito, et legationem meam tua auctoritate corrobora, ut sciant omnes, quia tu me misisti.* Ad hec apostolicus respondens ait: *Vere legatus ex latere nostro fuisti missus, et quicquid tu ceterique fratres nostri cardinales episcopi et legati apostolorum Petri et Pauli huius sedis et nostra auctoritate fecerunt, probaverunt, confirmaverunt, ego quoque probo et confirmo; quicquid autem dampnaverunt, dampno.* Et domnus Prenestinus consequenter subiunxit, qualiter pro sedis illius legatione Hierosolimis adierit, et[g] quod regem Heinricum post sacramenta, obsides et oscula in ipsa beati Petri ecclesia domnum papam tenuisse captum et indigne tractatum, pociora ecclesie, cardinales videlicet, exutos, tractos et male tractatos, nobiles quoque Romanos occisos et captivatos et

a) audientientiam *c.* b) cacoactus *c.* c) Lucensi *c.* d) praulegium *c.* e) gnalem *c.* f) sicu *c.* g) et quod *supersc. c.*

populi stragem factam audiens[a] ingemuerit; et pro huiusmodi facinoribus, ecclesie Hierosolimitane consilio zelo Dei animatus, excommunicationis [sententiam[b]] dictavit[c], et eandem in Grecia, Ungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia in 5 conciliis consilio predictarum ecclesiarum renovando confirmavit; orare se demum, ut sicut domnus papa legationem suam confirmasset, ita presentis concilii patres et episcopi concorditer annuerent. At eundem modum littere et legati domni Viennensis postulant. Dum tali ratione et ordine tam varie et dissone multitudinis assensus exquiritur, a saniori parte veritati et aperte rationi nil contradictum, a paucis submurmuratum est, ab episcopis et abbatibus nullomodo reclamatum. Sabbato denique inter Mediolanensium episcopos controversia tali dispensatione terminata est, apostolico docente, duobus modis translationes episcoporum fieri, necessitate vel utilitate. Huius autem translationis Grosulani, que videbatur, utilitatem in animarum et corporum dampna conversam, Grosulanum quidem in locum, unde translatus fuerat, restituit, Iordanem[d] vero Mediolanensibus concessit. His autem, qui propter concilium et animarum suarum remedium apostolorum limina visitaverant, qui de capitalibus penitentiam agerent, 40 dierum penitentiam indulsit, et apostolica benedictione concilii exameron laudabiliter absolvit. Scindebatur inter hec et huiusmodi regnum Teutonicum, quod iam vix decennio vel paulo plus concorditer quieverat; et quia imperator aberat, unusquisque, non quod rectum, sed quod sibi videbatur, hoc faciebat. Primo igitur pars utraque conventibus assiduis agros alterius vastare, colonos despoliare cepit, maximeque in episcopio Wirceburgensi per predictum Conradum, fratrem Friderici ducis Suevorum, lues ista succreverat. Post hec, occasione nacta, undique latrunculi pullulabant, qui nullam temporibus vel personis distantiam exhibentes, ut dici solet, rapere et clepere, invadere et occidere, nilque per omnia victis reliqui facere satagebant. Longum est presulis Mogontini machinamenta contra imperatoris fideles eorumque adversus illum insidiosas discursiones enarrare, sediciones nonnullorum urbanorum describere, civitates aliquas suis presulibus per has pestes orbatas, munitiones locis insolitis instructas, castella quam plura invicem destructa, regiones preda flammaque vastatas, congressiones et cedes mutuas ab utriusque partis equitibus factas, oppressiones pauperum et peregrinorum atque captivitates more barbarico a christianis in christianos exercitatas, multaque id genus litteris tradere. Nam neque pax Dei ceteraque sacramentis pacta custodiebantur; sed uniuscuiusque condicionis et etatis preter solos ecclesiastice professionis homines, quibus iam pene nichil preter animam restat, ceteri, inquam, hoc tempore beluino furore bachantur. Hinc undique vastatis agris, villis depopulatis, oppidis ac regionibus nonnullis in solitudinem pene redactis, deficiente cottidiana per ecclesias clericis prebenda, cessabant in quibusdam ecclesiis clericalia nimirum officia. Et o effusum calicem furoris Dei! locupletissimum illud, ac per totam Germaniam famosissimum ac principale Fuldense cenobium usque ad ultimam[e] redactum est inopiam victus etiam necessarii. Dux Liuderus Binitheim[74] urbem egregiam et firmam obsidet, captamque concremat. Heinricus cum Capite de Misna a filiis comitum Lodowici et Wicberti, qui capti ab imperatore detinebantur[75], capitur[76]. Circa festum sancti Petri apostoli principes sepe dicti ab imperatore dissidentes, facta acie in campis Wormatie considunt. In urbe vero Fridericus dux Suevorum, consobrinus imperatoris, Godefridus comes palatinus pluresque ex amicis imperatoris proceres, cum turba non parva consistunt. Cumque mutue partis principes ea que pacis sunt tractaturi convenissent, urbani cum hostibus pugnaturi, inconsultis ducibus, temere erumpunt, cum subito adversarii irruunt, plures ex eis fugant, vulnerant, trucidant, sicque urbani pluribus amissis vix in urbe devicti confugiunt. Postera die amici imperatoris tristiores effecti, pacem, que pridie eis offerebatur renuentibus, ultro expetunt; colloquium in Franconevort unanimiter in festo sancti Michahelis collaudant. Et predicti quidem principes ad colloquium condictum vadunt. Principes vero Bawarie machinatione Friderici ducis Suevie detenti, non veniunt, quia, ne aliquid imperatori contrarium in hoc colloquio statueretur, omnimodo satagebat. Quin ipse abbaciam quandam Lintburch occupat, et loca finitima diripit. Cumque predicti principes Franconefort convenissent et ibi aliquot dies manendo consumpsissent, Adelgotus Magedaburgensis archiepiscopus, palatinus[f] comes Fridericus, marchio Rodolfus revertuntur. Mogontinus vero et Coloniensis, Traiectensis, Halberstadensis et Paderbrunnensis episcopi, abbas Corbeiensis, dux Liuderus, comes Herimannus Rhenum transeunt. Ordinatur Mogontie in monasterio sancti Albani, consilio episcoporum qui aderant, ab archiepiscopo Coloniensi Friderico Thietmarus Verdensibus episcopus. Quo facto, episcopus Paderbrunnensis remeat. Alii vero principes amicos imperatoris in predicta abbatia Lintburch parva manu obsident. Contra quos Fridericus dux Suevie, omnibus Alsatie populis excitis, immensa manu pugnaturus vadit[77]. Cumque hostes numero plures adfore cernerent, hi qui Lintburch per tres iam ebdomadas vallabant, versis armis discedunt et Rhenum transeunt, quibus[g] hec sola gloria fuit, quod nullo suorum leso vel amisso revertuntur, maxime cum eis ita hostes imminerent, nunc fugiendo nunc subsequendo, ut etiam colloquerentur. Mogontini abbati Corbeiensi omnia sua vi auferunt; ipse vero cum suis vix abiit. Idem Mogontini archiepiscopum Adalbertum expellunt, sed non diu hoc facto gaudentes, penas dant. Amici enim archiepiscopi non longe post inconsultos aggrediuntur, meliores quosque trucidant, ceteros capiunt. Quo facto, iterum archiepiscopus urbi dominatur. Magna

EKK. fol. 220v. fol. 221. Sept. 29. A. Hild.

a) *superscr.* c. b) *deest* c. c) dictauiit c. d) iordonem c. e) ultimum c. f) patinus c. g) qui c.

74) Bentheim. 75) v. a. 1113. 1114. 76) cf. chron. Pegaviense h. a. 77) cf. Ottonis Fris. vitam Friderici I, 14.

A. Hild. aeris inequalitas facta est. Gertrudis ductrix, avia Liuderi ducis, obiit[78]. Wicbertus et
79 Lodowicus comites dimissi sunt[79]. Circa natale Domini luna clare fulgente, alia orta est ab occi-
dente. Qua diu cum naturali luna congressa, modo assultus, modo fugam utrisque simulantibus, obscurissima tan-
Cosm. dem nube tecte sunt, qua recedente, naturalis luna sola fulgebat. Similis quoque conflictus in stellis visus est. Quo
etiam anno principes Ungarie, mortuo Colomanno rege suo, cum rege novello nomine Stephano occurrerunt Wladizlao
duci Boemie ad corroborandam antiquam pacem et amicitiam[a]. Ventum erat ad rivulum, qui Pannonie et Moravie
dirimit fines; ubi exorta rixa atrox et cruenta exoritur pugna, et Wladizlaus dux est in fugam conversus. Otto vero et
Sobezlaus cum electis sociis circuierunt monticulum, qui eos forte dirimebat, et repente irruerunt super Ungarorum
castra, et Laurentio archiepiscopo cum rege aufugiente, nobiles et ignobiles Pannones multi interierunt.

Ekk. A. d. i. 1117. Dum cuncta per circuitum regna nationum suis limitibus rebusque contenta diu sanguine madentes
gladios ceteraque vasa mortis in vagina concordie reconderent, universalis etiam mater ecclesia post numerosa persecu-
tionum, heresium ac scismatum bella iam sub vera vite Ihesu lassa oppido membra per multas gratiarum actiones man-
datis divinis inservitura locaret, solus, heu! furor Teutonicus, cervicositatem suam deponere nescius, et quam multa sit
pax legem Dei diligentibus, immo qualiter per presentis prosperitatem tranquillitatis ad eterne visionis pacem pertingi
possit, edissere nequaquam voluntarius: solus, inquam, nostre gentis populus in perversitatis inolite pertinacia incorri-
gibiliter perstitit; indeque iam periurium et mendacium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit, nec minus quam
quondam Sodomorum et Gomorreorum clamor huiusmodi in aures Domini Sabaoth introivit. Quapropter inter ipsa
fol. 221. dominice nativitatis festa 3. Nonas Ianuarii hora vespertina super tantis divini iudicii contemptibus commota est et con-
tremuit terra, ab ira nimirum furoris Domini, adeo ut nemo sit inventus super terram, qui tantum se umquam sensisse
A. Hild. fateatur terre motum. Unstrod fluvius, alvei sui profundo scisso, ex toto absorbtus est terre motu. Repleto autem ipso
hiatu, licet post multa horarum spacia, solito fluebat lapsu. Maxime vero in Italia minax hoc periculum per multos dies
continue desevit, adeo ut montium collisione et subversione Edesse fluminis meatus per aliquot dies obstrueretur.
Verona, civitas Italie nobilissima, edificiis concussis, multis quoque mortalibus obrutis, cornit. Similiter in Parma et
Ekk. Venecia[b] aliisque urbibus, oppidis et castellis non pauca hominum milia interierunt. Quin etiam tonitrua valde terri-
bilia 3. Kal. Februarii cum grandi turbine sunt audita, fulgura etiam eodem tempore crebra visa. 13. Kal. Martii hora
vespertina vidimus nubes igneas vel sanguineas ab aquilone surgere et per medium firmamentum sese extendendo mundo
terrorem non modicum incutere. Nam unicuique civitati tam vicinus videbatur, ut ibidem rerum omnium finem minitari
videretur. Leodium civitas est Lotharingie, beati Lamberti martiris, ibidem quondam pontificis, patrocinio satis inclita,
studiis etiam litterarum pre ceteris adprime famosa. In qua dum in vigilia dominice ascensionis universus clerus, decem
videlicet congregationes, intra matrem ecclesiam ex more convenissent, et vespertinalem sinaxim concenturi, iam primum
psalmum conplessent, subito serenissimus aer in turbinem conversus, tanta simul tonitrua et fulgura cum sulfureis igni-
bus excussit, ut extremam ultimi iudicii horam instare nemo qui aderat dubitaverit, duobus nimirum clericis, et uno
de illustribus milite inter sacras edes absumptis. Quinta decima dehinc die ex vicino quodam monte eiusdem episcopii,
qua numquam aqua preter pluviam visa est, fluvius ingens erupit, qui non modicam civitatis partem diluens, cum
maximo Leodicensium dampno, Traiectensium se finibus infudit. His et huiusmodi cladibus Heinricus iuperator corde-
tenus sauciatus, non cessat legationes satisfactorias ad apostolicam sedem, licet ipse multum infestationibus Italicis insu-
dans, destinare, quas tamen constat minime profecisse. Nam domnus apostolicus propter securitatem, quam inperatori
licet coactus fecerit, diffitetur, illum se anathematis vinculo colligasse, ab ecclesie tamen potioribus membris excommuni-
cationem connexam non nisi ipsorum consilio se denegat posse dissolvere, concesso nimirum utrimque sinodalis audientie
iure. Ad hoc etenim ultramontanis affirmat se cottidie litteris impelli, et maxime metropolitani Mogontini Adalberti.
Qua de re non desinunt undique sediciones cepte per partes undique utrasque bachari, precipue Transrheninis in finibus,
A. Hild. immo in ipsa Mogontia, ubi multis cadentibus regiones nobilissime hinc inde vastantur. Abbas Corbeiensis Erken-
bertus pluresque de Saxonia Iherosolimam vadunt. Dux Alsatie Fridericus cum Mogontinis acriter
81 dimicat, ibique occiditur comes Emico[80], Folcold de Malesburch[81] capitur. Rursus ante
natale Domini concurrunt, et ex parte ducis multitudo vulgi plurima perimitur. Ger-
82 drud marchionissa Saxonica nobilissima et potentissima obiit[82]. Bernhardus mona-
chus[c] quoque, filius Folcmari de Domenesleve, vir nobilis, obiit. Nam Egeno[83] senior
de Conradesburch genuit Burchardum seniorem; Burchardus genuit Egenonem, qui inter-
fecit Adalbertum comitem de Balenstide, habuitque duas filias, quarum una nomine
81 Gerburch nupsit Folcmaro de Domenesleve[84]; procreavitque ei Alvericum et Bernhardum.
Alvericus interfectus est, relinquens fratrem Bernhardum heredem. Bernhardus autem
omnem hereditatem suam tradidit Sancto Mauricio et Sancto Nicolao, et ipse monachus
factus est. Predictus vero Egeno[d] de Conradesburch[e] et Alvericus de Kakelinge patrue-
85 les erant. Alvericus genuit Bernhardum comitem, Bernhardus Teodericum, Teodericus[85]
Helpricum de Plocike.

fol. 222. A. d. i. 1118. Domnus papa Paschalis secundus, diutina egritudine purificatus, vitam finivit. Pro quo Iohannes
Ekk. Caietanus, vir prudens et venerandus, et in Romana semper ecclesia irreprehensibiliter eidem apostolico collaborans,
eligitur, et cunctorum catholicorum unanimi consensu rite consecratur. Inperator Heinricus, dum Paduanis regionibus
immoraretur, audito transitu domni apostolici Pascalis, Romam properavit, et primo quidem in electione Iohannis, qui
et Gelasius secundus dictus est, assensum prebens, postea vero eodem a sua se communione subtrahente, non sine

a) amiciam *c.* b) uienna *corr.* uenecia *c.* c) *superscr. c.* d) egenos *c.* e) conradesbuch *c.*

78) die 21. Febr., Wedekind Noten II. p. 95. Vidua fuit Ordulphi ducis, cui post mortem Friderici de Formbach nupserat. 79) cf. a. superiorem. 80) cf. Otto Fris. de gestis Friderici I, 13. 81) occurrit in diplom. a. 1124. apud Guden cod. diplom. I. 64. 82) mater Richezae imperatricis; obiit die 9. Decemb. 83) Raumer tab. X. cf. supra a. 1040. 84) Domersleben; cf. Wersebe Gaue p. 123. 85) cf. annum 1049.

quorumdam Romanorum favore alterum quendam Mauricium, cognomento Burdinum, ex Hispania supervenientem apostolice sedi imposuit, sicque scisma, quod sperabatur emortuum, crudeliter revixit. Nam eodem Romana cathedra libere potito, Gelasius cum his, qui secum abierant cardinalibus, ceterisque, quos congregare poterat, catholicis, aput Capuam, iuxta quod littere ab ipso circumquaque transmisse testantur, inperatorem cum idolo suo dampnavit. Adal- A. Hild.
berti Mogontini archiepiscopi milites, cómesque Herimannus presidium Friderici ducis in Openheim diruunt concremantque, ubi mille ducenti homines et eo amplius igne consumpti sunt. Principes Saxonie castrum munitissimum Cufese[86], cui prefuit Fridericus iunior de Sumersenburch[87] filius Friderici 86
comitis palatini, obsident, quia ipse regionem adiacentem predis et multis inconmodis infestabat. Quod, et multo labore et longa obsidione fatigati, tandem capiunt. Bernhardus Havelbergensis episcopus obiit; cui Hemmo successit. Bernhardus presbiter solitarius de Lapide sancti Michahelis in Christo obiit. Item obiit Helpricus comes de Ploceke. Huius pater Teodericus, filius Bernhardi comitis et Irmingardis, que erat de Bawaria, desponsavit[88] filiam Conradi Magedaburgensis comitis Machtildam, ex qua 88
genuit duos filios Conradum et hunc Helpricum, et duas filias Irmingardem et Adelheidham; ex quibus Irmingardis nupsit Udoni marchioni, totaque hereditas avi sui Conradi Magedaburgensis comitis cessit ei. Athelheidam duxit uxorem Otto Ratisponensis comes. Conradus, ut fertur, virgo obiit, et eius frater Helpricus duxit viduam Theoderici comitis de Catelenburch nomine Adhelam, que genuit ei duos filios Bernardum et Conradum marchionem, cui desponsata fuit filia ducis Polanorum. Bernhardus frater eius accepit uxorem de Bawaria, et uterque sine liberis obierunt. Item eodem anno obiit Heremannus Magedaburgensis comes; pro quo Wicbertus comes electus est. Maxima inundatio aquarum in omni Europa fuit. Baldewinus rex Hierosolimitanus in expedicione contra Arabes Ekk.
positus, cum languorem, quo licet lenius tamen diu vexabatur, ad vitalia pervenisse sentiret, alterum Baldewinum de Rohas regem pro se designavit, ipseque Christo domino, pro quo multa prelia preliatus est, animam fide plena et confessione bona tradidit. In dominica palmarum iuxta fratrem suum Godefridum loco Calvarie mausoleum germani mausoleo simillimum cum maximo diversorum populorum planctu suscepit. Valde mane dominice resurrectionis die celum a parte meridiana apertum tantum lucis effudit, ut lune, que tunc clarissima videbatur, lumen inestimabili fulgore detergeret, et per unam vel amplius horam omni solis luce clarior permaneret. Ipso tamen spacio crux non modica per ipsum foramen dependens apparuit, cuius tam auri quam geminarum varietas evidenter discerni potuit.

A. d. i. 1119. Domnus apostolicus Gelasius secundus aput Viennam sinodum congregavit, eoque transacto, post fol. 222.
paucos dies in monasterio Cluniacensi vitam presentem in Domino finivit. Quo ibidem honorifice recondito, qualiter Ekk.
Milo Viennensis archiepiscopus successerit, ipse Mogontino archiepiscopo his verbis innotuit: *Domnus noster felicis memorie Gelasius a Vienna discedens, iniunxit michi, ut ad eius presentiam festinarem, postquam ipse Cluniacum pervenisset. Quod cum inplere satagerem, in itinere de eius obitu nuntiatum est. Ergo ut fratribus, qui cum eo venerant, solatium, prout ratio exigebat, exhiberem, Cluniacum cum gravi dolore perrexi. Dum autem super eorum consolatione attencius cogitarem, ipsi michi gravissimum onus et vires meas omnino transcendens imposuerunt. Congregati namque in unum die altera post adventum meum episcopi cardinales et centum clerici et laici Romanorum me penitus renitentem in Romanum pontificem, Calixtum nominantes, unanimiter assumpserunt.* His temporibus Cono Prenestinus adhuc legatione Gelasii functus, sinodum Colonie cum Teutonicis[a] habuit, ubi inperatoris exconmunicationem omnimodis propalavit. Alteram quoque sinodum in Frideslar indixit, qua et habita, eandem quam prius exconmunicationem propalavit. Inperator his auditis, insuper etiam, quod principum consensus generale vel curiale[b] colloquium non multo post aput Wirceburh proposuissent, ubi ipse aut presens ad audientiam exhiberi aut absens regno deponi deberet, efferatus animo, Italie suis copiis cum regina relictis, Germanicis se regionibus nimis insperatus exhibuit. Cumque ab emulorum suorum iniuriis abstinere nimietas iracundie hunc non permitteret, depredationum et incendiorum furor, qui iam sopiri posse sperabatur, hoc exemplo rectoris universalis excitatur. Qua nimirum tempestate universe provincie adeo vastationis continue inprobitate inquietantur, uti ne ipsa sacramenta pro observatione divine pacis professa custodirentur. Quapropter inperator tocius regni sacerdotum atque procerum nuntiis conpulsus, generalem fieri apud Triburium conventum in[c] festo sancti Iohannis babtiste consensit; ubi de omnibus, que sibimet imponerentur, iuxta senatus consultum se A. Hild.
satisfacturum spopondit. Quo conventu circa Novembris inicium in Rheninis partibus habito, tam adversariorum quam Ekk.
amicorum usus inperator consilio, per omne regnum unicuique suis rebus spoliato propria concedi precepit, cunctaque regum antiquorum fiscalia suam in ditionem interim recepit, paxque universalis per provincias ab omnibus haberi collaudatur, sed parum profecisse re ipsa conprobatur. Aderant etiam legati tam Romanorum quam Viennensium, immo diversarum eclesiarum, confirmantes electionem domni Calixti. Cui cum omnes nostrates episcopi obedientiam professi, sinodum, que circa festum sancti Luce indicebatur, collaudassent, inperator pollicebatur, se ipsum ibi ob reconciliationem universalis eclesie presentandum iri. Id enim Catalaunensis episcopus et Cluniacensis abbas aput Argentinam ipsum convenientes, multis ratiocinationibus optinuerant. Hoc anno multi mortalium a lupis devorati sunt. Calixtus papa A. Hild.
sinodum Remis circa festum sancte Luce celebrat, ubi quid actum sit, scire volentibus difficile non est invenire ex Ekk.
scriptis cuiusdam scolastici Hessonis, prout se interfuisse testatur, enucleatim omnia describentis. Eidem concilio Adal- A. Hild.
berti Mogontinus pluresque Germanie episcopi interfuerunt. Inperator non longe cum suis abfuit, auditurus super sinodalibus decretis, sicut in superiori principum conventu laudatum fuerat. Sed peccatis exigentibus nil ibi ad reconciliationem inperatoris et principum agitur; immo inperator anathematizatur. Unde maior in

a) teutonic' *c.* b) principale *corr.* curiale *c.* c) in festo s. I. b. *superscr. c.*

86) Kyfhausen. 87) Fridericus de Puthelendorp, qui filius Friderici fuit. De Friderico de Sumersenburch, filio Adalberti hic sermo esse nequit: cf. Gervais Pfalzgrafen ap. Förstemann V, 3. p. 39. et Raumer tab. V[b]. 88) v. a. 1049. ubi eadem fere leguntur. Raumer tab. X

A. Hild. regno controversia recrescit. Adelgotus Magedaburgensis archiepiscopus et Hugo abbas
89 item Magadaburgensis obierunt; quibus Rockerus[89] in episcopatu, Arnoldus in abbatia
successerunt. Bruningus Hildinisheimensis episcopus deponitur; cui Bertoldus sub-
stituitur.

fol. 223. A. d. i. 1120. Inperator natale Domini Wormatie non inperialiter celebravit. Postea ductu Friderici de Arnesberch
Ekk. in Saxoniam venit. Dux Liuderus, Fridericus[a] palatinus comes et Rodolfus et plures alii imperatori reconciliantur Gos-
A. Hild. Ekk. larie. Fames valida fuit; nam modius siliginis duobus solidis[b] venit. Inperator, illius regionis episcopis ab ipsius con-
munione abstinentibus, in Franciam convertitur, ubi nonnullis acceptus, conpluribus etiam invisus habebatur. Nec minus
interea scissionem inconsutilis tunice sue Dominus detestatus, inter multa, quibus pro ipso orbis terrarum flagella pugna-
vit, in episcopatu Trevirensi mense Iunio suscitata tempestate glaciem mire magnitudinis effudit, que et edificia evertit
et alia pericula intulit. Saxoniam quoque in episcopatu Halberstadensi dira grandine flagellavit, in tantum ut in novem
villarum finibus non solum frumenta, sed et bestias agri cum volatilibus innumeris consumpserit. Qua correptione
Saxones admoniti, crebros conventus ob concordiam facere, dissidentes inter se pacare, dextras invicem dare, predones
exterminare, suppressaque inperatoris persona, contra omnem hominem terras suas invadere molientem se unanimiter
armare ceperunt; ac inter hec etiam quosdam milites cesarianos Thuringiam infestantes in castello Wassenhurch singulis
presidiis circumcludentes, tandem penuria afflictos expulerunt, sicque in brevi pacem iocundissimam, licet alibi werra
solita grassante, suis in partibus instituerunt. Litteris etiam ac legationibus pape roborati, cathedris vacantibus canonice
pastores elegerunt, quos mediante Mogontino presule, qui tunc illo inperatoris declinaverat furorem, probabiliter et
eclesiastica libertate consecrari fecerunt. Fridericus palatiuus comes, qui nuper se a ceteris dissocians Saxonie prin-
cipibus, inperatoris fidelitati devinxerat, obiit iam provectus etate, et ut cuidam servo Dei revelatum evidenter
affirmant, ad loca penalia fertur descendisse. Bone memorie Dieggerus, primum abbas cenobii sancti Georgii, inde-
que per legatum apostolicum Metensi eclesie ordinatus, post multas ab inperatoris fidelibus inlatas sibi iniurias requie-
vit in Domino, in eadem eclesia cui preerat sepultus, vir adprime litteratus et in sancta conversatione usque ad ultimam
etatem constantissimus. Sunt in Saxonia due quedam munitiones non longo a se intersticio remote, quarum vocabula
nunc minime occurrunt memorie; media fere nocte videbatur utriusque castelli vigilibus, non imaginarie sed vere,
persona viri a muro unius progrediens, et ad alterum per totam campi interiacentis latitudinem procedens, toto corpore
in modum facule vel masse cadentis exardens, que etiam prope castellum oppositum disparuit. Hec visio non semel,
Cosm. sed bis vel tercio similiter apparuit. Dux Boemie Wladizlaus fratrem suum Borivoi, quem ante biennium de exilio
revocaverat, eique satisfaciens consilio Herimanni Pragensis episcopi, ac se submittens eius dominio, in principali solio
collocaverat, iterum expulit. Hemmo Havelbergensis episcopus obiit; cui Gumbertus successit.
90 Theodericus senior de Ammenesleve[90] et Cono de Wippera obierunt.

Ekk. A. d. i. 1121. Teodericus Monasteriensis episcopus, vir illustris natu et virtutibus famosus, qui Burchardo Rufo
in legatione inperatoris Heinrici Constantinopoli mortuo per electionem eclesiasticam successerat, a suis indigne tracta-
A. Hild. tus, Saxonicis principibus querimoniam iniuriarum suarum detulit. Unde dux Liuderus et Herimannus comes de Win-
Ekk. ceburch numerosa et forti manu Monasterium vadunt, eumque etiam contra inperatoris voluntatem restituunt. Contigit autem
fol. 223. occulto *Dei iudicio, dum inimicos[d] videndo cives terrerentur, ac pro inminenti periculo singuli sua molirentur, casas
aliquas incaute succendi, paulatimque dominante flamma, basilicam maiorem funditus conburi. Ad cuius restaurationem
pecuniam multam conferunt; interpretantes nonnulli causam tanti excidii, quod defuncti presulis Burchardi, qui multa
A. Hild. illic ex iniquitate conportasset, oblatio manifestaretur Deo non placuisse. Dux Liuderus omnes fere urbis defensores,
tam nobiles quam ministeriales, captos abducit. His actis, Dulmene urbem munitam in deditionem accepit. Post
91 hec collecto exercitu valido, Sclaviam invadit, terramque cuiusdam Zuentubaldi[91] usque
ad mare predabundus perambulat; urbibusque in dedicionem acceptis, quarum una Kizun[92]
dicebatur famosior et opulentior ceteris, obsidibusque acceptis, cum pecunia non parva
Ekk. victor regreditur. Interim a Roma venientibus nunciis declaratur, pseudopapam Mauricium sive Burdi-
num, castello Sutrie, quo miserrimo suo inserviens officio residebat, per Romani exercitus zelum destructo, captum,
et post plures vulgo sibi contumelias illatas vix a manibus eorum ab apostolico ereptum, et ob agendam penitentiam
93 monasterio cui nomen est Cavea[93] intrusum. Sunt etiam qui talibus cum asserant flagitiis deprehen-
sum, quod nostris indignum duximus tradere scriptis. Heinricus inperator, inito fidelium suorum consilio, rebelles
sibi Mogontinos affligere curavit; ac primo navium commeatum omnimodis interclusit, deinde presidiis circumquaque
munitis, huiusmodi insidiis nundinas sive mercatus fieri sive quicquam victualium in civitatem deferri inhibuit, ad
extremum in obsidionem eiusdem urbis publicam expeditionem indici constituit. His anditis, archipresul Adalbertus
totam Saxoniam, ubi tunc manebat, conmovit, et quia legationem apostolicam ab ipso papa dudum acceperat, hac
auctoritate pontifices et principes ipsius provincie pro utilitatibus matris eclesie frequenter convocat, ubi vir eloquens
et primatum in Cisalpinis partibus multiformiter tenens, ad defensionem metropolis tocius Germanie animos omnium
catholicam obedientiam profitentium tandem excitat. Huc etiam accessit, quod episcopi Spirensis et Wormatiensis, et
si qui alii resistere non valentes, tamen apostolicam obedientiam professi, pulsi suis sedibus vagabantur extorres, quos

a) fidericus *c.* b) modis *corr.* solidis *c.* c) *rec. manus add.* Glichen dicte *c.* d) inimicas *c.*

89) In ima fol. 222. margine haec adduntur: *Ego Rokkerus Magdeburgensis eclesie electus anathematizo omnem heresim et precipue Burdiniam et Henricianam cum suis complicibus, promittens*[a] *obedientiam sancte Romane eclesie et universali pape domno Calixto eiusque successoribus catholicis, sub obtentu officii mei, affirmans quod affirmat, dampnans quod dampnat. Promitto etiam, quod ab hac die in antea fidelis ero in eiusdem sedis legatis honeste recipiendis ac remittendis, adiuvans sanctam Dei eclesiam in omnibus, prout possum viribus et scientia, sine dolo et simulatione, ita me Deus adiuvet et hoc sanctum euangelium.* 90) de quo v. a. 1040. et Raumer tab. XII[c]. 91) filii Heinrici; de quo cf. Helmoldum I, 46. sqq. 92) in finibus Kyzinorum; cf. Helmoldum I, 48. 93) La Cava.

a) promittē.

proprio quemque loco restituere disponebant idem principes, pro domino Deo exercituum zelo zelantes. Denique circa Ekk.
solsticium estivale, cara iam ubique, per vastatas nimirum regiones, annona, geminus tibi, o nobilis Mogontia, conflatus exercitus, alter scilicet in Alsatia, ast alter in Saxonia, annose tue dignitatis menia queritantes, alter destructionem tuam, alter defensionem queritantes, acsi conquerendo dicenti tibi: *Filii matris mee pugnaverunt contra me*, rebus responderet Christus: *Ecce iterum isti congregati sunt, venerunt tibi.* Fiebant interim per omnes eclesias ieiunia, supplicationes vel letanie, nec erat ulla filia Syon, que se faceret expertem tanti periculi matris sue. Quapropter respexit Dominus in orationem humilium et non sprevit precem eorum, sed misso principali spiritu suo, spiritu consilii, spiritu pacis, inter principes utriusque populi, dum iam longe ab invicem uterque consedisset exercitus, pro eo quod in alterutrum acies dirigere disposuerant, missis utrimque quibusdam sapientissimis atque religiosis proceribus, de concordia sua scilicet fraterna honorabiliter tractare ceperunt. Quid plura? Eo usque spiritus Ihesu pro precio sanguinis filii sui filiisque sponse sue dimicans, spiritui superbie et maligno prevaluit, ut mentibus universorum tam in uno divine voluntatis assensu connexis, ipsorum consilio, suasione ac obsecratione regis indignatio in tantum mitigaretur, ut ipse presens negocium non suo, sed optimatum utriusque partis arbitrio terminandum decreverit. Inde rerum omnium gubernatori cunctis gratias agentibus, denominati sunt ex utraque parte 12 *primates, quorum corda timor Dei possi- *fol. 224.
dens, inveteratam discordiam inter regnum et sacerdotium sedare, nemine resistente, sufficeret. Ad hec terminanda collaudatur conventus tocius regni principum, curia Wirceburh, tempus festum sancti Michahelis; et unoquoque propria manu in alterius manum huiusmodi pactum quasi sub sacramento firmante, cum pace et gaudio discessum est. Evolutis post hec tribus fere mensibus, Heinricus imperator venit cum ingenti comitatu in civitatem Wirceburh; iuxta condictum vero Saxonum principes uua cum Mogontino presule ceterisque castra metati sunt iuxta rivum qui Werna dicitur, unius diei iter habentes a rege intersticium. Ibi securitate per internuntios utrobique composita, post triduum loco prenominato inperatorem conveniunt. A quo pacifice extra muros propter nimiam utrius partis turbam recepti, exinde per continuam septimanam uni se cottidie curie colligunt, ibique semper super presenti scismate regni et sacerdotii sollerter tractare non cessaverunt. Sed licet nonnulli pacem odientes scandala nova veteribus superseminare temptaverint, tamen quia ordinationis divine proposito, unde tot capita rei publice convenerant, resistere nemo potest, tandem inperator sponsionis sue non immemor, universas questiones que ventilabantur non suimet arbitrio nec suorum quorumlibet contentione, sed iuxta senatus consultum concludi per omnia in omnibus concessit. Unde quia multa, que ibi tunc magnanimiter disposita sunt, enarrare longissimum est, ea tantum, que etiam maxima causa eiusdem conventus fuerunt, his annotare sufficiat, utque pacem firmissimam et ab omnibus universalem sub vite periculo legaliter institutam, regalia vel fiscalia regno, eclesiastica eclesiis, predia depredatis, hereditates heredibus, omnique persone vel condicioni propriam adiudicatam esse iusticiam. Ad hec predones furesque edictis imperialibus persequendos sive legibus antiquitus constitutis cohercendos, unanimi coniuratione confirmatum est; et quicquid scandali ac perturbationis per regna Germanie succreverat, omnimodo eradicari decretum est. De verbo autem exconmunicationis, unde scandala pene cuncta pullulaverant, nichil est definitum, tamen ad apostolicam audientiam concorditer in divino timore dilatum, denominatis in presenti legatis, qui Romam hec omnia deferrent, quatenus indicto per auctoritatem apostolicam generali concilio, quecumque humano non possent, spiritus Dei iudicio terminarentur. His ita reverenter pro honestate simul* et utilitate regni dispositis, designati sunt in presenti domnus Otto Babenbergensis presul, dux Heinricus, comes Beringerus, qui hec omnia Noricis principibus, qui tunc forte aliis occupati rei publice causis, predicto conventui deerant, apud Ratisponam Kal. Nov. convocatis[a] intimarent, quos et ad omnia hec voluntarios invenerunt.

Hoc[b. 94] est consilium, in quod convenerunt principes de controversia inter domnum 94
inperatorem et regnum: *Domnus inperator apostolice sedi obediat, et de calumpnia, quam adversus eum habet eclesia, ex consilio et auxilio principum inter ipsum et domnum papam componatur, et sit firma et stabilis pax, ita quod domnus inperator que sua et que regni sunt habeat, eclesie et unusquisque sua quiete et pacifice possideant. Episcopi quoque in eclesia canonice electi et consecrati pacifice sedeant usque ad collaudatam in presentia domni pape audientiam. Spirensis episcopus eclesiam suam libere habeat; Wormatiensis similiter preter ipsam civitatem, usque ad presentiam domni pape. Captivi et obsides ex utraque parte solvantur. De hereditate palatini comitis Sigefridi, sicuti Metis inter ipsum et domnum inperatorem definitum fuit, ita permaneat. Hoc etiam quod eclesia adversus inperatorem et regnum de investituris causatur, principes sine dolo et sine simulatione elaborare intendunt, ut in hoc regnum honorem suam retineat. Interim donec id fiat, episcopi et omnes catholici sine ulla iniuria et periculo conmunionem suam custodiant, et si in posterum domnus inperator consilio sive suggestione alicuius ullam in quemquam vindictam pro hac inimicicia exsuscitaverit, consensu et licentia ipsius hoc inter se principes confirment, ut ipsi insimul permaneant, et cum omni caritate et reverentia, ne aliquid horum facere velit, eum commoneant. Si autem domnus inperator hoc consilium preterierit, principes sicut ad invicem fidem dederunt, ita eam observent.* Eiusdem anni hiemps ventosa nimis fuit et calida, et aquarum inundatio magna. De monasterio Fuldensi turris[c] australis corruit, ac sanctuarium orientale et eam Ekk.
que subtus erat criptam altariaque septem circumcirca conpressit.

A. d. i. 1122. In festo natalis Domini vehementes turbines ventorum innumera edificia et arbores a radicibus A. Ilild.
subruerunt, et inundatio aquarum ex inqbrium distillatione super quam cuiquam mortalium credibile sit evenit, multisque mortalibus submersis, his qui evaserant diuturni doloris causa extitit. Domnus Erlungus episcopus Wirceburgensis per quatuor annos elephantino morbo vexatus, in natali innocentum obiit, et prohibente scismate non in civitate, Ekk

a) convocarent *corr.* convocatis *c.* b) Hoc — observent *legitur in imo marg. fol.* 223. c) turis *c.*

94) Editum ex hoc cod. a Martenio Coll. I. 673. et inde Mon. Legg. II. 74.

Ekk. sed in monasterio Suarzaha sepulturam obtinuit. Imperator vacanti cathedre[a] consulturus illo devenit, et consilio suo-
*fol. 224'. rum usus, quendam adolescentem [Gebehardum[b]] bene quidem natum, sed adhuc pre studiis scolaribus nulla ecclesiastica promotione mancipatum, pontificali investitura sublimavit, non modica quidem et saniori parte cleri ac populi id ipsum renuente, alterum autem nomine Rokkerum, eiusdem ecclesie diaconum ibi nutritum atque canonicum, canonice eligente. Hinc dissensiones non parve oriuntur, in tantum ut eidem parti faventes, relictis que possidebant in civitate, cogeren- 5
tur offensam imperatoris declinare; ducem quoque Fridericum fratremque eius Conradum, electioni eidem ilum frustra consentiunt, indignatos ab imperatore avunculo suo discedere. Qui tamen non multo post cum metropolitano Mogontino Adalberto nonnullisque Saxonie principibus colloquium iuxta fluvium Wirraha[c] facientes, predictum Rokkerum contra voluntatem imperatoris per auctoritatem archiepiscopi Adalberti ceterorumque legatorum pape, qui nuper a Roma vene- 10
rant, presulatus electione et investitura confirmabant. Ipso etenim tempore episcopus Spirensis et abbas Fuldensis, legatione tocius regni apud sedem apostolicam peracta, redierant, ducentes secum Ostiensem episcopum, vicem domni apostolici per omnia tenentem, cum duobus cardinalibus, qui nichilominus a sede sancti Petri ob reconciliationem regni et sacerdotii missi fuerant. Hac de causa iterum colloquium generale per provincias indictum est Wirceburch in festo sancti Petri. Quo instante, appropinquare ceperunt condicte civitati, non sine dampno orientalis Francie, diversarum 15
provinciarum principes et turme. Sed ubi nuntiis veracibus, imperatorem illo minime venturum, utpote circa Rhenum aliis irretitum negotiis, didicerant, unusquisque in sua redire disponebant. Interim Gebehardus[d], federatis sibi firmiter urbanis, intra muros copiosa cum turba dum residet, quadam die post meridiem, assumpta de his qui secum erant manu valida, quosdam, qui iam uno pene miliario ab urbe castra posuerant, nil mali suspicantes invadere temptavit, et quasi hostes regni reputans, sive turpiter pellere sive incautos sternere proponit. At illi clamore venientium excitati, 20
gemina contra acie celeriter instructa, naviter resistendo se suaque castra defendebant, et ex utraque parte cesis, vulne-
ratis atque nonnullis captis, die etiam advesperascente, hi ad urbem, isti ad tentoria redeunt. Hinc efferati principes ad civitatem unanimiter convertuntur, Rokkerum intronizare contendentes; verum id non sine sanguine fieri posse perpendentes, ad monasterium Suarzaha divertunt, ibique illum coram omni concilio tam metropolitanus Adalbertus, quam ceteri Romani legati presulem urbis Wirceburch consecrantes, ad propria se quisque convertunt. Exinde Rokkerus eam partem episcopii, que Necaro fluvio circumiacet, in proprios usus tenuit; Gebehardus vero urbem et que illi contigua 25
sunt secure possedit. Interea Adalbertus archipresul ab indignatione imperatoris sibimet undique prospiciens, castrum antiquum et iam per multas generationes funditus dirutum, quod vel a rivo alluente Ascafa, sive ut quidam volunt, ab Ascanio conditore Ascenburh dicitur, miro conatu cepit munire; imperator quoque id ipsum ob iniuriam sui et contra rem publicam fieri iudicans, obsidionem e contrario ordinare decrevit. At benignus et amator hominum Iesus per industriam servorum suorum, sedis apostolice legatorum, qui tunc Mogontie morabantur, immo per habitan- 30
tem in eis spiritum suum, spiritum principum paci contrarium auferre caritatemque in eorum cordibus diffundere cepit; quia, ut vere creditur, post tot Christi tunice scissuras, post tot christianorum intestina bella, tempus miserendi Syon, que est ecclesia, licet sero, iam venerat. Facto igitur universali conventu apud urbem Wangionum, sicut longum ita et incredibile memoratu est, quam prudenti, quam instanti quamque per omnia sollicito cunctorum procerum consilio
*fol. 225.a *pro pace et concordia per unam vel amplius ebdomadam certatum sit, donec ipse, in cuius manu cor regis est, omnem 35
animositatem imperatoris sub apostolice [reverentie[e]] obedientiam causa matris ecclesie, etiam ultra spem plurimorum, inflexit. Moxque ab apostolice sedis apocrisiariis in communionem receptus tam ipse imperator, quam universus sibi subiectus exercitus, immo generali absolutione cunctis hoc scismate pollutis per auctoritatem apostolicam facta, qualiter ecclesiasticas investituras ceteraque spiritualia negocia, que tanto tempore reges Teutonici administraverant, queque ipse, ne regni imminueretur honor, numquam vita comite se dimissurum proposuerat, humiliatus pro Christo coram multitu- 40
dine maxima abnegaverit, et in manus episcopi Ostiensis, ac per ipsum domino nostro Iesu Christo sueque in perpetuum ius ecclesie dimiserit, rursumque qualia sibi ob honorem regni conservandum auctoritas apostolica concesserit, utriusque partis melius edocebunt subter annotata scripta:

Ego Heinricus, Dei gratia Romanorum imperator augustus, pro amore Dei et sancte Romane ecclesie et domni pape Calixti et pro remedio anime mee, dimitto Deo et sanctis eius apostolis Petro et Paulo sancteque catholice ecclesie omnem 45
investituram per anulum et baculum, et concedo in omnibus ecclesiis fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri que a principio huius discordie usque ad hodiernam diem sive patris mei tempore, sive etiam meo ablata sunt, que habeo, sancte Romane ecclesie restituo[f]; que autem non habeo, ut restituantur, fideliter iuvabo. Possessiones etiam omnium ecclesiarum aliarum et principum et aliorum tam clericorum quam[g] laicorum consilio principumque iusticia, que habeo, reddam; que non habeo, ut reddantur fideliter iuvabo; et do veram pacem Calixto sancteque Romane ecclesie 50
et omnibus qui in parte ipsius sunt et fuerunt, et in quibus sancta Romana ecclesia auxilium postulaverit, fideliter iuvabo.

Ego Calixtus, servus servorum Dei, dilecto filio Heinrico, Dei gratia Romanorum imperatori augusto. Concedo, electiones episcoporum et abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in presentia tua fieri absque simonia et aliqua violentia; et si que inter partes discordia emerserit, metropolitani et comprovincialium consilio vel iudicio saniori parti assensum et auxilium prebeas. Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus que ad Romanam ecclesiam pertinere 55
noscuntur, et que ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus vero querimoniam michi feceris, secundum officii mei debitum auxilium meum prestabo. Do tibi veram pacem et omnibus qui in parte tua sunt [vel[h]] fuerant tempore huius discordie. Data anno dominice incarnationis 1122. 9. *Kal. Octob.*

Huiusmodi scripta atque rescripta propter infinite multitudinis conventum loco campestri iuxta Rhenum lecta sunt, 60
data et accepta, postque multimodas laudes rerum gubernatori redditas, celebratis a domino Ostiensi divinis sacramentis, inter que domnum imperatorem cum pacis osculo sanctaque communione plenissime reconciliavit, discessum est ab omnibus cum leticia infinita. Alterum quoque in festo sancti Martini colloquium imperator cum principibus qui priori non aderant Babenberh habuit, ubi et cunctis in sua vota concordantibus, inter multa, que tam ad regni quam ad sacerdotii congruebant honorem, more maiorum compositis, legatos proprios cum Romanis destinavit, et utrosque nuncia 65
simul et munera ferentes honorifica domno apostolico Calixto, consanguineo scilicet iam sibimet mitissimo, direxit.
*fol. 225'. Preterea domno Orlolfo, qui Fuldensibus etiam invitis preerat, ante paucos[i] *dies defuncto, cum consensu presentium principum electione regulari premissa, domnus Odelricus, eiusdem congregationis frater, in regnum successit, et iuxta
Cosm. privilegium prescriptum regalia vel fiscalia eidem cenobio pertinentia ab imperatore susccpit. Herimannus Pragensis ecclesie episcopus obiit; cui Meginhardus successit. 70

a) *bis scriptum evat c.* b) *spatium vacuum c.* c) nuaraha *corr* nuirraha *c.* d) G. *c. et infra.* e) *deest c.*
f) ut r. *c.* g) tam *c.* h) *deest c.* i) pau *c*

A. d. i. 1123. In a.[95] festo natalis Domini vehementes turbines[b] ventorum innumera edificia et arbores e radicibus subruerunt, et inundacio aquarum ex inbrium distillatione super quam credibile est evenit, multisque mortalibus submersis, his qui evaserant diuturni doloris causa extitit. A. Hild. Heinricus inperator natale Domini Traiecto celebravit. Ekk. Oritur in ipsis festis diebus quedam simultatio inter aulicos et episcopi ministeriales, que etiam eo processit, ut universa curia simul ac civitate conmota, utriusque partis armate concurrerent cohortes. Fit clamor confusus, quasi a Traiectensibus in inperatorem coniuratio sit facta; sicque illis irruentibus et istis resistentibus, acris pugna committitur, adeo ut multi caderent, plures de oppidanis caperentur, reliqui in turrim firmissimam que illic erat confugerent. Pontifex Godebaldus etiam ipse, quasi pravi consilii particeps, et ob hoc maiestatis reus habitus, custodie traditur; a qua postea magna pecunie summa multatus, multis etiam principibus illarum partium intervenientibus, et maxime Friderico Coloniensi archiepiscopo, vix redimitur. Cepit etiam tunc germinare discordie illius seminarium, quod sequenti estate maximo illius regionis dampno que vulgo Hollant dicitur morose ac laboriose et vix tandem ipso inperatore copiosum illo ducente exercitum, terminabatur, ubi soror Liuderi ducis Gertrudis sive Petronella, eiusdem ducis patrocinio confisa, inperatori rebellare presumebat. Proxima feria post natale Domini quidam ex parte episcopi Halberstadensis Heimenburch[96] reedificant, ad iniuriam ducis Liuderi, qui castrum 96 non longe positum Blankenburch tunc insedit. Cum subito predictus dux rapta acie predictum castrum obsidione vallat. Nec mora, episcopus Halberstadensis, marchio Heinricus de Stadhe, marchio Heinricus de Ilburch, quem suppositum nec vere filium marchionis Heinrici de Ilburch aiebant, comes Lodowicus de Thuringia, comes Rotholfus, ad congrediendum duci Liudero unanimes conveniunt. Quibus dux obviam nichil veritus procedit. Tandem consulente archiepiscopo Mogontino, qui duci in auxilium venerat, in potestatem ducis castrum redigitur et conburitur. Dux victor remeat. Claruit hoc Ekk. tempore Dietericus Cicensis episcopus, litteris adprime eruditus, semper contra scismata, que suis temporibus nonnumquam pullulabant, propugnator catholicus, et in omni pastorali sollicitudine conmisse sibimet eclesie utilitatibus insudans. Hic non longe a suburbano suc civitatis abbatiam summo conatu magnoque sumptuum vel edificiorum inpensis per aliquot annos instituebat, in colle quem antiquitas olim Bosowa nominaverat. Quo loco iam fere ad unguem perducto utpote non modica consecrata basilica, congregatione quoque monachorum ibi locata, invenitur inter eos quos conversos fratres dicimus quidam perevrsus ex eadem gente Soraborum progenitus, nequaquam sancte regule, sed propriis desideriis per omnia subiectus. Hic pro suis excessibus frequenter ab abbate corripitur, sed non melioratus, episcopo presentatur corrigendus. Quem ipse frequenter, ut dignum erat, acrius corripuit. Ille autem in tantam proterviam erupit, ut episcopum ante altare in oratione stantem cultro perfoderit; unde post triduum venerandus sacerdos ad Christum migravit. Cono Strazburgensis episcopus solo nomine, quia in nece Bertoldi ducis consensit, ab episcopatu deponitur, et Bruno Babenbergensis eclesie canonicus ibidem episcopus constituitur. Reinhardus Halberstadensis eclesie venerabilis episcopus decessit . . .[c] Kal. Martii; cui Oddo Magedaburgensis eclesie canonicus successit. *fol. 226. Obierunt Lodowicus comes de Thuringia monachus factus, et Otto comes de Ballestad; Heinricus quoque marchio[97] de Ilburch veneficio interiit. Inperator circa pentecosten 97 ad fines occidentis venit; Sculenberch[98] ad iniuriam episcopi Traiectensis Godebaldi obsedit. At dux Liuderus et Teodericus Monasterii episcopus, ut predictum castrum ab obsidione solverent, contra inperatorem rapta acie vadunt, et non longe ab invicem fixis castris considunt. Palus interiacens, ne congrederentur, eos detinet. Tandem dux Liuderus motis castris super Daventre[99] irruit, hoc modo sperans inperatorem ab obsidione 99 discessurum et pugnandi locum sibi fieri. Quidam vero de Monasteriensis episcopi parte, quia predabundi villam predictam invadunt, vallum transcendunt, propugnacula magna ex parte diruunt. Villani vero, prout res monebat, fortiter resistendo eos repellunt, sicque aliquot amissis, in campo proximo considunt. Quo audito, inperator castrum deserit, Daventeri auxilium laturus tendit. Castellani ab obsidione solvuntur. Dux vero castellanis vires reparat, ipsum castrum victualibus replet. His actis, voti sui conpos remeat. Adalbero Bremensis archiepiscopus post Fridericum, qui 3. Kal. Februarii obierat, A. Hild. canonice electus, pro reposcenda pallii dignitate Romam vadit. Ibi a domno apostolico Calixto honorifice excipitur, in archiepiscopum ab eo consecratur; habitaque sinodo, canonico et iudiciario ordine pallium obtinuit, negligentia duorum antecessorum suorum amissum et in Danos translatum. Antiqua[1] enim et nobilis illa Bremensis 1 eclesia iure metropolitano super Danos et Suethos et Norwegon et Scridevingos principatum habuit. Addidit[2] quoque domnus apostolicus hanc auctoritatem, ut predicte 2 eclesie pontifex liberam predicandi licentiam habeat, quousque terra ad oceanum versus

a) In — extitit *in marg. addit* 2. b) turbine *c.* c) *numero spatium relictum videtur.* 3. Kal. *ann. fragm. apud Wedekind I.* 365.

95) Eadem iam a. 1122. leguntur. 96) cf. a. 1115. 97) orientalis et Misniae; v. a. 1103. 98) Schulenburg in territorio Bentheimensi. 99) Deventer.

1) Hunc locum *Antiqua — habuit* prima vice hic editum adde iis quae Cl. Lappenberg in cod. dipl. Hamburg. p. 786 sqq. collegit. 2) Haec in diplomate de pallio concesso non leguntur, ita ut alterum huius argumenti deperditum esse videatur; cf Lappenberg cod. dipl. Hamb. p. 126.

partes illas extenditur. His ita actis, in hoc quoque domnus papa honorem sibi adauxit, quod quendam bone conversationis clericum, qui secum Romam venerat, Suethis episcopum ordinavit. Post ad patriam remeat, addito sibi cardinale viro religioso, qui ex decreto domni apostolici omnibus Datie episcopis, ut ei sicut metropolitano obedirent, ediceret. Ab inperatore gloriose exceptus, Bremam venit, frequentissimis tocius provincie
cf. Cosm. illius conventibus sollempniter eum excipientibus. Inperator marchiam in Misne Wicberto tradit. Dux Liuderus cum aliis principibus super hoc indignantibus suscipit bellum, et in eandem marchiam Conradum de Witin ducit et collocat. Quo facto, cum Adelberto, filio Ottonis de Ballenstide, usque Ilburch procedit, eorumque consensu qui in
Cosm. utrisque marchiis primates erant ambo marchias[3] singulas regendas suscipiunt. Hisdem diebus Wladizlaus dux Boemie et Otto inssu inperatoris tam Boemie quam Moravie coadunato exercitu, transeuntes silvam, metati sunt castra ultra oppidum Guozdec ex adverso Liuderi ducis. Presul autem Mogontinus et comes Wicbertus circa fluvium Mildam stabant cum multitudine armata. Saxones autem in medio positi, dirimebant eos, nec sinebant invicem coire adversarios suos. At Wicbertus quasi fugiens rediit; dux autem Boe-
4 mie, multis amissis, in terram suam abiit. Dux autem Liuderus Libuze[4] obsidione vallat, acceptoque obside filio Heinrici cum Capite, qui castello preerat, victor [sicut[a]] semper consuevit, rediit. Godebaldus Traiectensis episcopus gratiam inperatoris per interventum inperatricis, adnitentibus principibus, obtinet. Sculenberch concrema-
'fol. 226'. tur. Hugo de Dagesburch moritur, 'Troianum illum Alexandrum pulcritudine, vir-
Ekk. tute vero Hectorem representans. Eo itaque tempore, primo per Saxoniam, deinde per totam pene Germaniam, externis quiescentibus bellis, civilium ubique sedicionum tempestas increvit, et ut ait propheta, *mendacium et periurium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.* Predones quippe, qui sub nomine equitum undique superhabundabant, villas et agros eclesiarum invadebant, colonos domi forisque spoliabant, et ah scelus! ab his qui pane solo et aqua victitare solebant delicias sibi ministrari tormentis exigebant; sicque predis et incendiis unoquoque suas iniurias vindicante, cepit ubique[b] caritas, immo raritas annone succrescere. In pago Wormatiensi videbatur per aliquot dies non modica et armata multitudo equitum euntium et redeuntium, et quasi ad placiti colloquia nunc hic nunc illic turmas facere, circa nonam vero horam cuidam monti, a quo et exisse videbantur, se reddere. Tandem quidam de incolis illius regionis non sine magno timore huiusmodi tam prodigiose contioni, crucis signaculo munitus, appropinquat, mox quandam ex illis occurrentem sibi personam per nomen omnipotentis Domini nostri manifestare causam populi qui sic appareret adiurat. Cui ille inter cetera, *Non sumus*, inquit, *ut putatis fantasmata, nec militum ut a vobis cernimur turba, sed anime militum non longe antehac interfectorum; arma vero et habitus atque equi quia nobis prius fuerant instrumenta peccandi, nunc nobis sunt materia tormenti, et vere totum ignitum est quod in nobis cernitis, quamvis id vos corporalibus oculis discernere non possitis.* In huiusmodi comitatu dicitur etiam Emico comes, ante paucos annos occisus, apparuisse, et ab hac pena orationibus et elemosinis se redimi posse docuisse. Referunt quidam, quod nocte que diem dominice cene precessisset, dum ad vigilias more eclesiastico[c] properarent, vidisse se quasi stellas innumeras
5 de celo cadere, in tantum ut pluvie guttas et multitudine et casibus [viderentur[d]] imitari. Adela comitissa[5] obiit. Prepositura in Ballenstide mutatur in abbatiam, ubi primus ordinatur Iohannes
Cosm. abbas. Eodem anno Wladizlaus dux Boemie inmani motus ira contra fratrem suum Sobezlaum, mense Marcio movit arma et eum cum suis omnibus expulit de Moravia, et reddidit Conrado filio Liutoldi hereditatem suam. Partem autem quartam illius terre, quam habuerat Odalricus frater Lutoldi, addidit Ottoni fratri ducis Suatopluk. Sobezlau autem fugiens, adiit inperatorem in urbe Mogontia, sed infecta causa tendit ad Wicbertum comitem, et aput eum mansit per 7 menses, et post hec transiit in Poloniam ad ducem Bolezlaum; coniugem autem eius, Almi ducis natam, Stephanus rex Pannonicus gratanter recepit, cognoscens[e] suam cognatam esse. Eodem anno maxima fuit ubertas tam autumno quam vere, seminatis nisi quod grando locis nocuit in pluribus. Hiems aspera fuit nimis et nivosa.

fol. 227. Ekk. A. d. i. 1124. Heinricus inperator natale Domini Aquisgrani celebravit. Eclipsis lune apparuit in purificatione sancte Marie. Unde etiam perterritus Conradus, consobrinus inperatoris, conversionem morum suorum professus, Hierosolimam se profecturum ibique Christo militaturum devovit, indeque favorem non modicum ab omnibus qui hec audierant adquisivit. Nonnulli quoque nequicie studiis antea dediti eidem se sociari profitentur comitatui. Inperator movit expeditionem contra eos qui sibi in regione Hollant contrarii existebant; hisque licet tarde subactis, ad superiores se partes contulit, circa fines Lotharingie regina relicta. Circa mediam quadragesimam colloquium Wormatie cum quibusdam optimatibus habuit; ceteris vero qui non aderant, id est Saxonibus, Bawariis atque Boemiis, curiam Non. Maii Babenberch indixit, maxime propter Liuderi ducis insolentiam, qui nova quedam moliri notabatur contra rem publicam ob sororis sue[f] illatam sibi ab inperatore iniuriam. Eiusdem hiemis intrante vere, vehementissimi iucubuerunt venti per totam lunationem mensis Martii.
Cosm. Quo tempore mortuus est Borivoy quondam dux Boemie, qui annos 15 exul et ex bis sex in carcere pertulerat, bis quoque sublimatus in solio et bis reprobatus fuerat. Interea Sobezlaus de Polonia venit ad ducem Saxonie Liuderum; a quo honorifice suscipitur hospicio, et optato potitur solacio. Nam audiens, Wladizlaum ducem Boemie Babenberch inperatoris curie interesse, misit legatum cum Sobezlao ad inperatorem, monens, ut ad prebendum omnibus principalis [gratie[g]] documentum viro[h]

a) *deest c.* b) udique *c.* c) ecleastico *c.* d) *deest c.* e) c. s. *bis scripta c.* f) *pro* sue illum *c.* g) *deest c.* h) virum innocentem et i. pacientem *corr. ut supra c.*

3) orientalem et Misnensem. 4) Lebus. 5) vidua Theoderici de Katelenburg et Helprici de Ploceke; v. a. 1103.

innocenti et iniuriam pacienti iusticiam faceret eumque fratri suo reconciliaret. Unde inperator indignatus, respi- Cosm.
ciens ad omnem cetum dixit: *Satis pro inperio dux iste locutus est; ipse nobis facit iniuriam, et ulcisci poscit iniuriam. Aut que potest esse maior iniuria, quam quod vocatus ad curiam non venit?* Inperator igitur a principibus sacramentum accepit, ut ad festum sancti Iacobi sequerentur se contra Saxoniam. Erat itaque conventus idem non modicus; nam Ekk.
singularum provinciarum duces aderant preter Liuderum ducem paucosque sibi consentientes de Saxonia principes. Quibus singulis necessarios sumptus vel ex toto vel ex parte ministrabat venerandus episcopus Otto, preter publicum atque antiquitus constitutum inperatorie maiestati, quod aulicis etiam importunius exigebatur, servicium. Ab ipsis quippe pater idem notabatur rarius quam ceteri presules palatium visitare, ipse vero monasteriis construendis et restaurandis, elemosinis dispensandis, orationibus invigilandis, ceterisque tam practice quam theoretice studiis insudandis se maluit occupare. Nec deerant, qui id invidie causa musitantes, publicis etiam functionibus impendendum iudicarent, sicque inperatoris animositatem contra virum Dei conmovere temptarent. Sed quia Dominus custodit omnes diligentes se et vias peccatorum disperdet, ille rebus transitoriis pro tempore non parcens, miro modo, quamvis undique regiones stringente penuria, sufficienter omnibus ministrando, bonitate maliciam vicit, ac non ficte caritatis officiis tocius in se regni benivolum[a] affectum conmeruit. Unde dispositis causis eiusdem conventus, insinuat tam inperatori quam primatibus, se litteris atque nuntiis pluribus a duce Polonie Bolizlao vocatum, insuper etiam permissu domni pape Calixti atque benedictione directum ad gentem Pomeranorum, quam nuper idem dux sibi finitimam subegerat et ad christianitatis confugium inpulerat. Annuit tota que convenerat ecclesia, annuit et aula, prosperitatem piis conatibus inprecantes; *soli Babenbergensis ecclesie filii patrem dulcissimum inviti deserunt, multis eum lacrimis acsi funus * fol. 227'.
prosequentes. Interim Wicbertus mortuus est. Videns autem Sobezlaus, quia fortuna et regius census magis Cosm.
iuvat fratrem suum Wladizlaum, vertit iter suum ad Wiperti natum, suum per sororem cognatum, ut eum consolaretur super obitu patris sui, ibique aliquamdiu morabatur; quia post obitum patris sui predictus puer atrociter undique ab inimicis coartabatur. Inperator indignatus his qui curiam in Babenberh adire contempserant, instituit Ekk.
expeditionem generaliter fieri mense Augusto, specie quidem contra Saxoniam, re autem vera contra Galliam in regnum regis Lodewici, prebiturus auxilium socero suo Heinrico regi Anglie, pro possessione Normannie provincie contra eundem regem Gallie Lodowicum contendenti. Cuius fines postquam Teutonicus exercitus cepit attingere, exploratores cottidie affirmabant, Francigenas, maximo domi congregato exercitu, congressum expectare, immo temere expetere. Inperator autem non multas ducebat copias, quia Teutonici non facile gentes impugnant exteras. Nunciatur interim, Wormatienses auxilio ducis Friderici contra voluntatem inperatoris Buggonem[b] episcopum suum sedi sue restituisse, seque intra civitatis muros ad rebellandum omnimodo munisse. Quo audito, reversi, urbem eandem magna invadunt feritate, nec obsidionem eius solvunt, donec multis hinc inde conatibus expensis, multis ante murum captis vel occisis, ad ultimum deficientibus alimoniis, quinque milibus talentorum urbani multati, relicto episcopo, pactum ad arbitrium inperatoris faciunt. Magne molis grando cecidit 8. Kal. Augusti. Item 3. Idus Augusti, 11. hora diei A. Hild.
solis eclipsis fuit, et secuta est maxima pestilentia boum, ovium atque suum. Magna fames fuit.
Domnus papa Calistus secundus, vir sanctissimus, quippe cuius faciem in apostolatu suo nemo Ekk.
umquam vidit immutatam, preterea genere, moribus, sapientia quoque cunctisque divinarum humanarumque rerum dispositionibus precipuus, in Domino vitam finivit. Post cuius decessum pars aliqua Romanorum Ravennatem archiepiscopum, omni religionis testimonio satis conmendatum, apostolice sedi preficere nituntur, item aliqui Lambertum Ostiensem episcopum, qui et, universali postmodum electione concordante, voti conpotes efficiuntur. Nam vir idem et in Romana tamdiu probatus ecclesia et in ea legatione, qua dudum ipse in reconciliatione regni et sacerdotii Germanicis in partibus strennue laboraverat, eis citraque notificatus, tam illorum qui longe quam illorum qui prope erant sacerdotum unanimi favore canonice consecratur, et more sedis illius, ut vere tanto dignus honore, Honorius secundus appellatur. Rodolfus comes, frater Udonis marchionis, marchio aliquandiu et ipse, obiit. Erat ei uxor nomine Richardis[6], filia Herimanni Magedaburgensis 6
comitis[7], de qua suscepit filios Rodolfum, Udonem et Hartwigum Bremensem archiepiscopum, et filiam nomine Liuccardem, ex qua Friedericus iunior de Sumersenburh[8] palatinus comes genuit Adalbertum. Sed Udo et Rodolfus non habentes filios, interfecti sunt[9]. Mortuus quoque est patruelis ipsorum marchio Heinricus sine liberis[10], cum tamen coniunctus esset Adelheide, filie[c] Ottonis, sorori Adelberti marchionis[11]; sicque miserabiliter nobilis illa progenies in masculino genere defecit. Moritur hoc anno Fridericus comes de Arnesberch, cuius oppressione omnis fere provincia Westfalie in servitutem redacta erat. Idem ille alter Cedar — manus enim eius contra omnes et * fol. 228.
manus omnium contra eum[d] — castrum quoddam Wifelesburch, tempore Hunorum constructum[12], sed vetustate temporis postea neglectum, anno non integro antequam moreretur, reedificavit. Unde totam vicinam et ultra adiacentem regionem ineffabili angaria 12
vexando exhausit. Quod misericordia Dei et, ut speratur, precibus sancti Mainulfi confessoris intervenientibus, illo defuncto, in momento ab agricolis, qui eo cogente id construxerant, dirutum est. Similiter et Rietbike[13], duce Liudero iubente, ubi eius satelli- 13
tes predis inhiantes tamquam in sentinam confluxerant, destructum est.

a) b. in se a. *c.* b) B. *c.* c) fie *c.* d) em *c.*

6) de qua cf. Gebhardi hist. gen. Abh. III. 71 sqq. 7) v. a. 1118. quo obiit, et Raumer tab. 2. 8) Raumer tab. V[b]. 9) Udo a. 1130. (v. hunc annum), Rudolfus a. 1144. 10) v. a. 1128. 11) v. a. 1106. 12) quae de alio huius nominis loco, in Aventici ruinis aedificato, ferebantur, Annalista ad hoc Westfaliae castrum transtulisse videtur. 13) Rietbeck, a quo castro Heinricus frater Friderici nomen sumpsit.

Ekk. A. d. i. 1125. Heinricus inperator natale Domini Argentine, que et Strazburh, celebravit, frequentantibus ibi curiam principibus Alsatie, Lotharingie ceterarumque Transreninarum partium optimatibus. Quo tempore hiemem asperrimam ver tempestuosum, fames validissima ac mortalitas crudelissima secute, tantam stragem per universas provincias, Cosm. maxime tamen de vulgaribus dederunt, ut pene pars tercia populi notetur occubuisse. Hoc tempore Sobezlau degens in Saxonia, audivit fratrem suum ducem Boemie graviter infirmari et amicorum consilio de Saxonia cum omni suo comitatu rediens, 4. Non. Febr. prope Pragam in silva applicuit, atque huc et illuc per silvas modo per villas circuibat, nulli vim inferens, aliquam querens tantum fratris gratiam. Omnes quippe Boemii primi et secundi ordinis favebant ei; sola ductrix et pauci cum ea adiuvabant Ottonem, quoniam sororem eius sibi copulaverat. Sed supplicante matre sua Suatava, cum lacrimis dux[a] recordatus est fratris sui Sobezlai. Interea Babenbergensis episcopus Otto[b], miles Christi invictus, destructis idolis Pomeranorum, visitat ducem iam viribus deficientem. Cui cum dux se et animam suam per sanctam confessionem commisisset, non prius posse dari aut consequi indulgentiam presul spopondit, quam fratri suo pacem veram et firmam promisisset gratiam. Mox curam anime eius et causam perficiende pacis Meinhardo Pragensi episcopo iniungens, munificenterque donatus, tenuit viam. Festinabat enim, ut ante cenam Domini perveniret in sedem suam. Mittitur interea pro Sobezlao nuncius. Quod ut sensit Otto, qui semper adherebat lateri ducis, timens ne forsan caperetur, tristis revertitur in Moraviam. Pacificatusque cum fratre suo dux Wladizlaus, 2. Idus Ekk. Aprilis defunctus est, et Sobezlaus, omnibus Boemiis faventibus, 16. Kal. Mai principatum accepit. Hoc tempore, scilicet in sacrosancto pasce sabbato, desiderantissimus celitusque provisus Babenbergensis eclesie presul Otto, post multas pro Christo tribulationes emensas, gregem sibi commissum revisit, nec aliter quam Christus ipse susceptus, gaudentibus discipulis gaudium dominice resurrectionis duplicavit. His temporibus per latitudinem inperii prodigia nonnulla cladesque diverse frequentabantur, adeo ut nec numerus nec species eorum a quoquam scientia colligantur, quorum pauca nostris auribus fama intulit. Quarta feria ebdomade pentecostes dirissime pruine frigus plagam magnam tam novellis ubique frugibus quam vineis, abundantissimam iam fetuum suorum spem turgendo promittentibus, intulit; nec multo post, id est 16. Kal. Iulii, residuum frigoris tempestas tam immensa, que diluvium minari videbatur, alicubi fol. 228′. devastavit. Item quedam ex locis palustribus ultra solitum erumpentes, segetes contiguas et maxime triticeas aurugine vel uredine depradavit; apum etiam fetus ex toto pene deperiit. Nonnulli quoque in sole et luna vel stellis diverso[c] modo se vidisse signa testantur, adeo ut etiam fidem excedere quibusdam videantur. Puero cuidam in pago Tullifelt nato crus dextrum diutino livore tumefactum, tandem loco collecti puris crepuit, et[d] pro sanie mirabile dictu grana non pauca tritici, siliginis, farris, ordei ac avene evidenter effudit. Heinricus imperator huius vocabuli quintus apud civitatem Traiectum pentecosten celebraturus, egritudine, quam diu celaverat, superatus, ad extrema cepit propinquare. vocatisque qui secum erant, id est regina Machtilde et consobrino suo Friderico duce Suevie ceterisque primatibus, prout potuit, de regni statu consilium dedit, proprietates suas atque reginam eiusdem Friderici, utpote heredis sui, fidei commisit, coronam ceteraque regalia usque ad conventum principum conservanda in castello firmissimo, quod Trifels dicitur, reponi disposuit, sicque viatico Christi sacramentorum communicans, diem clausit extremum 10. Kal. Iunii. Cuius corpus more regio curatum Spiram est delatum, et coram multitudine nobilium et inferiorum clericorum atque laicorum iuxta maiorum suorum mausolea honorifice conditum, anno regni sui 20. inperii vero 14. Hic, ut prescriptum est, primo sub specie religionis patrem exconmunicatum inperio privavit, confirmatus in honoribus mores mutavit, sed post iniurias apostolice sedi illatas semper se ipso inferior fuit, iusticiis regni non multum invigilavit, acer fuit ingenio, fortis et audax, licet parum felix in preliis, nimius in appetendis alienis. Pecunias, ut aiunt, infinitas congesserat, quas secundum scripturas, cui[e] tesaurizasset, ipse sine filiis obiens, heu, heu! ignorabat. Hoc etiam anno nonnullos ex nobilibus una cum innumera multitudine vulgarium seviens mortalitas absumpsit. Inter quos Odalricum Eihstatensem ac Roggerum Wirciburgensem episcopos, Aruoldum quoque, Arnoldi comitis filium, bone indolis adolescentem, pluresque alios sors ultima pressit. Nam post vulgi stragem immensam, tam fame quam pestilentia iudicio divino patratam, lues tanta tamque indifferens per populos grassari ubique cepit, ut nulli condicioni, sexui vel etati parcendum fore mors minitaretur pallida, vixque vivi sufficerent ad curanda morientium cadavera. Rochkerus etiam Magedaburgensis archiepiscopus et Gumbertus Havelbergensis episcopus obierunt. Eodem anno dux Liuderus contra Slavos trans Albiam ivit, sed inacte rediit. Circa hec tempora obiit Fridericus, filius Friderici palatini comitis, post humationem patris [14] genitus ex Adelheida, sorore Udonis marchionis[11].

fol. 229. A. Hild. In festo sancti Bartholomei omnes tocius[g] inperii principes Mogontiam conveniunt. Ibi episcopi, duces, marchiones, comites omnes unanimiter ducem Saxonie Liuderum sive Lotharium[15] in regem elegunt, virum iam inde ab adolescentia in bellis experientissimum et in victoriis frequentissimum. Quocumque enim se verterat, speciali quodam fato quo Cesar Iulius usus, vincebat. Ut enim de aliis preliis taceam que Deo favente gloriose gessit, Heinrico [16] inperatori hostiliter Saxoniam invadenti in loco qui dicitur Welpesholt[16] viriliter occurrit, eumque vincendo fugavit. Item in Sculenburch inperatorem predictum castrum obsidentem obsedit et ab obsidione discedere conpulit, castroque militibus et victualibus repleto, victor rediit[17]. Et quoniam eclesie studiosus defensor erat, adnitentibus episcopis et maxime archiepiscopo Adelberto una cum archiepiscopo Coloniensi [18] Friderico, viris in eclesiasticis negotiis disertissimis, rex effectus est[18]. Erat enim vir tocius prudentie, sacerdotii et regni fidelissimus coadunator, apud Deum summe

a) *bis scriptum c.* b) *superscr. c.* c) *bis scriptum c.* d) e *c.* e) cu *c.* f) Circa — marchionis *post add. c.* g) *bis scriptum c.*

14) cf. Chron. Gozec., Raumer tab. Vb. 15) Lotharii historiae exponendae nuper vir doctus Th. Iaffé egregiam operam navavit, cuius libro saepius usus sum. 16) cf. a. 1115. 17) v. a. 1123. 18) v. narrationem de electione Lotharii.

devotionis, providus in consilio, strennuitate bellorum fortissimus, et nullius umquam timore periculi perterritus, ita ut eisdem temporibus ad regni gubernacula videretur esse decentissimus. Denique in scismate, quo eclesia Dei sub eius antecessoribus inperatoribus propter discordiam regni et sacerdotii plurimum desudabat et multorum animos in utroque ordine, cleri videlicet et populi, quodam erroris nubilo contenebraverat, iste religiosus et catholicus princeps principalem animum gerens, quorumlibet eclesie fidelium defensor extitit, et tantis virtutum insignibus preditus, Heinrico illius nominis quinto sine superstite herede decedente, unanimi voto tocius eclesie et regni principum, utpote Aug. 30. fidelissimus patronus, in solium regni est sublevatus, anno dominice incarnationis 1125°, ab Urbe condita 1877°, octogesimo tercio loco ab Augusto, regnavitque annos[a] 12, menses 3, dies 10. Uxor eius domna Richeza Colonie a Friderico archiepiscopo in reginam consecratur. Igitur rex Liuderus electus et consecratus versus Bawariam tendit, et apud Ratisponam regio more suscipitur, rebusque ibi rite dispositis, remeat. Nov. ex.

A. d. i. 1126. Rex Liuderus natale Domini aput Argentinam celebravit, et Fridericus dux Alsatie nova [INCIPIUNT b ANNI PACIFICI.] quedam contra regem molitus, principum iudicio damnatur. Rex in patriam regreditur. A. Hild. Apud Corbeiam Wisera glacie quasi obice eam repellente inundando, totam urbis aream occupat, pavimentum eclesie preciosi martiris Viti more stagni contegit, sed paulo post, opitulante eodem sancto, sine periculo ad solitum meatum redit. Preterea multis aliis in locis diversarum regionum magni terrores seu pericula ex nimia aquarum inundatione contigerunt. Frequens principum conventus Goslarie presente rege fit, et expedicio post pentecosten contra ducem Fridericum ab omnibus collaudatur. Rex Liu- A. Hild. derus, rapta acie admodum parva, in Boemiam pro restituendo Ottone, qui iniuste ducatu privatum se querebatur, Febr. tendit, incaute quidem; tria enim milia non plus secum assumpsit, hostium vero 20[c] milia aut amplius erant. Ducenti vero expeditiores regem precedebant, ad precidendas indagines silve, que Boemiam a Saxonia disterminat, dispositi. fol. 229. Cumque hi per invia et abrupta silve quasi repentes laborarent, tam nivium magnitudine quam indaginum incisione fatigati, hostium insidiis ex inproviso circumveniuntur. Obtruncantur ibi plerique terre meliores, viri fortes et nobiles, domi miliciaque clari, numero 270. Intra quos erant precipui Milo comes de Amnenesleve[19], Gebehardus de Querenvorde, Berengerus de Quenstide, Bertoldus de Acheim, Walterus de Arnstide, et alii plures, quos numerare longum est. Quibus si in plano congrediendi copia esset, profecto, quante virtutis essent, posteris innotuisset. Cadunt tamen non ut ignavi aut fugientes. Nemo ibi averso vultu, quod fugientis signum est, sed adverso corruit. Quem quisque locum vivendo tenuit, eum moriendo non amisit. Hostium quoque magna strages fuit. Otto, cuius supra mentionem fecimus, inter hostium cadavera confertissima exanimis repertus est. Marchio Adelbertus, egregie indolis iuvenis et militaris, capitur. Quo audito, rex atrocior in hostem concitatus et ut leo efferatus, pugne se preparat, omnia experiri malens, quam turpi fuga sibique insolita vite consulere. Dux autem Sobezlaus, audita regis constantia de adversis casibus nil tremefacti, expavit, supplicesque ad regem legatos destinavit. Tandem adductus coram rege, prosternitur veniamque deprecatur. Denique regis gratia vix inpetrata, homo regis efficitur, ammodo se regi subditum et fidelem fore, iuramento confirmat, captivos reddere repromittit, provinciam in beneficium accipit, et dolorem regis, qui pro clade exercitus acciderat, magne humilitatis subiectione temperavit[20]. His actis, rex admodum tristis super fortissimorum 20 militum interitu regreditur. Rex sacrosanctum dominice resurrectionis festum Mage- Apr. 11. daburh celebrans, cum maioribus eclesie et regni de provisione eiusdem sedis, que tunc vacabat, tractavit; ubi cum magna in electione difficultas facta fuisset, iuxta voluntatem et consilium regis, maiores Magedaburgensis eclesie aput Spiram unanimiter conveniunt, ac conmuni regis et eclesie consilio domnum Nortbertum, virum religiosum et omnibus eclesiis verbi Dei pronunciatorem exuberantissimum, in episcopum, Deo prosequente, unanimi pace et concordia constituerunt. Rex expeditionem movit super Fridericum ducem A. Hild. Alsatie, sed eo in munitiora terre sue se recipiente, rex infecto negocio rediit. Arnoldus Mersburgensis Mai. 29 episcopus occisus est in vigilia pentecostes[21]. Treveris aput Sanctum Eucharium reperitur corpus sancti A. Hild. Mathie apostoli subtus altare sancti Iohannis babtiste. Quo digne locato, deinceps ab omni populo Teutonico devotione maxima colitur. Heinricus dux Bawarie et uxor eius Wulfildis, filia Magni ducis Saxonum, obierunt[22]. Hic Heinricus filius Welphonis ducis itemque frater Welfonis iunioris fuit, 22

a) annis *corr.* annos *c.* b) *Ita coaeva vix tamen eadem manus addidit.* c) . . XX *c.*

19) v. a. 1040. 20) cf. Otto Fris. Gesta Frid. I, 20. 21) De die vide quae notavit Jaffé p. 260.
22) cf. Wedekind Noten II. p. 96.

de quorum progenie ita se res habet[23]. Tempore Pii Lodowici imperatoris, filii Karoli Magni, extitit quidam de principibus Bawarorum, qui fuit binomius, nam et Eticho[a] et Welfus dicebatur; cuius filiam nomine Iudith ipse Lodowicus post mortem Irmingardis imperatricis accepit in coniugium, genuitque ex ea Karolum cesarem Calvum, unde longa
*fol. 230. filiorum ac nepotum *successione claruit regnum Francorum. Cuius avus[b] predictus
[24] Eticho vel Welfus erat egregie libertatis[24] princeps, qui numquam alicui, nec ipsi imperatori, pro aliquo beneficio se subdidit dominio, hocque filio suo nomine Heinrico precepit, ut numquam alicuius dominationi se submitteret. Quod preceptum filius sibi incommodum ratus, persuasione sororis sue imperatricis Iudith dominio imperatoris se subdidit, ea conditione, ut[c] tantum de prediis in terra sue uxoris sibi condonaret, quantum meridiano tempore cum aratro suo posset circuire. Pater ergo eius ex mirabili morum inequalitate supra rationem hoc graviter ferens actum a filio, recessit de Bawaria et in terra montana[d] in parva provincia iuxta silvam que Scerenzerewald dicitur, cum proceribus 12, qui sibi pre ceteris adherebant, reliquum vite tempus peregit, obstruens viam per quam venerat, et nec ipse filium, nec filius illum deinceps vidit. Filius autem calliditate sua promissa sibi predia sic adquisivit. Nam facto aureo aratro et apud se recondito, infra meridiem, cum inperator dormiret, dispositis in via equis, festinanter per girum iam dicta predia circuivit, lassatisque omnibus equis, equam forte inventam ascendens, temptavitque quendam montem oppositum etiam adiungere, sed equa subsistente, nec ascendere valente, ibi cessavit. Unde mos increvit eisdem principibus de Ravanesburh nulli eorum hactenus propter aliquam necessitatem[e], et idem mons Merenberch[25] usque hodie ab hoc eventu denominatur. Interea inperator Lodowicus de somno surrexit, et Heinricus cum aratro suo ei se presentavit, rogans ut promissa compleret et auctoritate inperiali firmaret. Qui licet aliquantulum indignaretur, quod sic callide circumventus esset, tamen memor promissionis sue, omnia que circuierat ex integro adquirens tradidit ei; et ex illo tempore idem princeps de urbe Ravanesburch[f], que cum eis circuita[f*] in possessionem eorum devenit, agnomen sumpserunt, qui prius de
[26] quadam villa Altorp dicta denominabantur[26]. Ex qua progenie per successiones temporum descenderunt tres fratres, Rodolfus, Eticho, qui et Welphus, et Conradus; qui tempore Heinrici regis, patris Ottonis Magni, extiterunt. Ex quibus Conradus Constantiensem rexit eclesiam, et cum sancto Othelrico Augustensi episcopo prudentia et sancti tate vite claruit. Rodolfus genuit Welphum comitem, Welfus genuit Cunizam, Cuniza
[27] nupsit Azoni marchioni de Langobardia de castris Calun[g] et Estin[27], que in Langobardia sita sunt, genuitque ei Welfum seniorem. Hic prius duxit uxorem Ethilindam nomine, filiam Ottonis ducis Bawarie, viri genere Saxonis et amplissime tam dignitatis quam nobilitatis, ita ut Heinrico inperatori huius nominis quarto rebellandi fiduciam acciperet. Quem tamen inperator, licet iniuste oppressum, ducatu privavit, eique successorem generum eius predictum Welphum constituit. Qui Welphus deinde nescio qua de causa
[28] eandem Ethilindam dimisit[h], duxitque viduam Haroldi ducis Anglorum Iudhitam nomine[28]; ex qua duos filios genuit, id est Welphum ducem iuniorem et hunc de quo nunc agitur Heinricum[i]. Welphus quidem natu maior Machtildem illam potentissimam de Langobardia [duxit[k]], et sine filiis obiit, fratrique Heinrico ducatum reliquit. Qui Heinricus a longevis audiens ea que superius dicta sunt de Ethicone primo, veniens ad loca montana, in quibus a filio secedens habitaverat, ubi quoque sepultus fuerat, causa expe-

a) nomen erat Ericus, vocabatur etiam Welpo *Lud.* b) proavus *Lud.* c) quod imperator sibi deberet concedere in Swevia de allodiis et aliis terris, liquis, pratis et agris, quantum *etc. L.* d) m. habens ibi aliqua castra et civitates licet modica. Circumdedit autem terram illam silva proprie dicta Schereudewalt *L.* e) *scilicet* equam ascendere, *ut et auctor chronici rhythmici Brunswicensis legit. Cf. Origg. Guelf. II.* 200. *not. PERTZ.* — d. de R., qui nunquam ascendant equas etiam si urgeret magna necessitas *L.* f) Rabensberg *L.* f*) *corrige* eius circuitu. g) Calym et Esten quas lucratus est ei Welpo *L.* h) quam postmodum Hermannus comes de Westfalia accepit in uxorem, qui etiam vocatus est de Caula, de qua genuit Hermannum dictus comes Iuvenis. *L. cf. supra a.* 1082. i) et Heinricum Welponem antiquum *L.* k) *deest c.*

23) Sequitur iam antiquissima omnium quae supersunt notitia de familia Welfica, quacum cf. Anonymum Weingartensem. Utriusque scriptoris narratio ad eundem fere fontem antiquiorem redire videtur. PERTZ. Ex hoc loco hausta est sermone mutato narratio de Welfis a Ludewig rel. mss. VIII. p. 150. ex codice domini de Plotho edita; cuius hinc inde lectiones notavi signo *L.* 24) cf. de hoc vocabulo Origg. Guelf. II, 195. n. 25) i. e mons equae (*Mähre*). 26) v. Origg. Guelf. II, 200, n. 27) v. ibid. I, 207. 28) cf. supra a. 1066.

rientie, iussit sepulcrum illius et eorum qui cum eo tumulati fuerant aperiri; veraque esse conprobans, eclesiam in eodem loco[29] super ossa illorum fabricari iussit. Ipso etiam presente, corpus iam dicti sancti Conradi de tumulo honorifice levatum est[30], quem tunc et prius Deus per multa miracula glorificaverat; pro cuius amore et honore idem dux plurima donaria in prediis et utriusque sexus familia Constantiensi eclesie ipso die contradidit, et hoc pignore se nepotem tanti viri evidenter ostendit. Hic ex prenominata Wulfilde genuit duos filios, Heinricum ducem Saxonie et Bawarie et Welfum, et quatuor filias, de quibus alio loco dictum est[31]. 29 *fol. 230v. 31

Walo[a] iunior de Vakenstide cum uxorem suam Gislam[32], filiam Teoderici de Ammenesleve, sororem Milonis comitis, destituere, et Agnetem, sororem[33] Heinrici ducis de Lintburh, superducere vellet, cumque illa circa montana Hart prope Bodam fluvium sibi occurrisset, a comite Wernhero de Veltheim, scilicet cognato[32] ipsius Gisle, ibidem peremptus est; sed illa evasit[34]. Mox Fridericus iunior palatinus comes de Sumersenburh castrum eius Derneberh[b], suo comitatui nimis importunum, funditus destruxit[c]. Habuit hic Walo patrem nomine Walonem, qui et ipse superioribus annis fuerat interemptus, matrem vero Friderindam, sororem Lodowici de Wippera; filiam eius ex predicta Gisla duxerat[d] Bernhardus Hildinsheimensis vicedomnus, genuitque ex ea Conradum. 31 34

A. d. i. 1127. Rex Liuderus natale Domini celebravit Colonie, absente archiepiscopo, epiphaniam vero Domini Aquisgrani. Ibi temerarius tumultus coram rege exoritur, sed moderatione eius adnichilatur. Quidam scelestus homo Gisilbertus dictus, qui dominum suum Traiectensem episcopum[e] et eclesias Dei sub eo positas superioribus annis infestabat, conprehensus iussu regis, capitalem sententiam accepit. Rex Liuderus pentecosten Merseburh celebravit; ubi decentissimo multorum principum habito conventu, unicam et dilectam filiam suam Gertrudem glorioso Bawarie duci Heinrico, ducis Heinrici et Wulfilde Magni ducis nate filio, cum multa honorificentia in matrimonii honore sociavit. Inde adversus castrum Nurinberh expeditionem fecit, eamque obsedit, sed nil relatu dignum actum est ibi, sed sine effectu cum dampno suorum rediit. Fridericus namque dux Suevorum et frater eius Conradus, Heinrici imperatoris consobrini, ipso adhuc superstite voluntatis sue libertate male potiti, Heinrico imperatore decedente, plurima castella et multa alia regii iuris sibi vendicantes, temeraria potestate sub principatus sui conditionem hereditario iure usurpaverunt, ipsumque religiosum principem Liuderum regem ad fastigia regni subrogatum invida emulatione zelantes, multis iniuriis provocabant, ita ut Conradus in Italiam profectus, apud Mediolanum a conplicibus suis in regem se consecrari fecerit[35]. Theodericus episcopus Monasteriensis obiit 2. Kal. Martii; cui successit Wernherus[36] prepositus Sancti Bonifacii in Halberstad. Heinricus quoque Paderbrunensis episcopus obiit; cui Bernhardus successit. Godeboldus Traiectensis episcopus etiam obiit; cui Andreas Leodicensis prepositus successit. Eodem anno Karolus comes Flandrensis in oratione procumbens in eclesia a propria milicia perimitur. Willehelmus comes Burgundie a suis noctu in cubiculo perimitur[37]. Meinfridus quoque comes Slavorum[38] occisus est. Ian. 6. Mai. 22. A. Hild. 35 A. Hild. 38

A. d. i. 1128. Rex natale Domini Wirceburh celebrat, ibique sinistro rumore percellitur, Conradum, fratrem Friderici ducis Alsacie, regium nomen usurpasse. Hac de causa Magedaburgensis et Mogontinus et Salceburgensis archiepiscopi aliique plures qui tunc aderant episcopi Conradum excommunicaverunt. Rex pascha Mersburh celebravit et pentecosten Aquisgrani. Conradus falso nomine rex, et Fridericus frater illius, cum suis conplicibus a domno Honorio papa in paschali die extinctis luminibus a sancta eclesia dampnati et excommunicati sunt. Lothario autem regi expansis ad celum manibus benedicebant et eum collaudabant, vitam et salutem, pacem et victoriam ei a Domino Apr. 22. Iun. 10.

a) Walo—Conradum *in marg. add. c.* b) *legendum* Derneburh *P.* c) desstruxit *c.* d) duerat *c.* e) episcopum s. et *codex. s littera initialis vocabuli superioribus mox sequentis, quod iam hoc loco scribere volebat, esse videtur; id quod saepius invenitur.*

29) Ettal scilicet, seu Etichonis vallis dicto, Origg. Guelf. II, 199, n. g. 30) v. Mon. SS. IV, 434. 31) a. 1106. 32) cf. a. 1040 Raumer tab. XII$_c$. 33) cf. Gervais Pfalzgrafen apud Förstemann V, 4. p. 31, qui *filiam* legendum esse putat, de vidua Friderici de Putelendorp cogitans. 34) ecce, quae fabulae Rosstrappianae ansam dedisse videri possunt. PERTZ. 35) a. 1128. mense Iunio; cf. Otto Frising. chron. VII, 17. 36) non Wernherus, sed Ekbertus hoc anno successit, in cuius locum ille a. 1132. subrogatus est; v. infra h. a. 37) cf. Anselm. Gemblac. h. a. 38) v. Giesebrecht, Wendische Geschichten II p. 298.

A. Hild. exoptantes. Circa nativitatem sancti Iohannis babtiste expedicio regis fuit contra Conradum invasorem
39 regni, obseditque eum[39] Spire, in qua ille suum presidium, expulso episcopo, collocaverat, acceptisque obsidibus cum iuramento multorum nobilium, circa festum sancti Martini discessit. Signum quoddam sanguinei coloris in celo visum est nocte 14. Kal. Decembris, et multociens hoc eodem anno signa talia visa sunt. Heinricus marchio, filius Udonis marchionis[40], mortuus est. Otto Halberstadensis[a] episcopus Rome ab Honorio papa canonice deponitur.

fol. 231. A. d. i. 1129. Rex Liuderus natale Domini Wormatie celebravit; ubi Gerhardus de Gelre, absens accusatus ab Herimanno de Calvelage male in parte regis sensisse, indu-
Febr. 2. cias se expurgandi accepit. Rex festum purificationis sancte Marie Colonie celebrat, absente archiepiscopo, qui tunc sicut et duobus superioribus annis inimicicias contra regem exercebat. Ibi predictus Gerhardus absque ulla condicione se in potestatem regis tradit; mille marcas pro eius liberatione et gratia regis inpetranda sui spondent. Rex
Apr. 14. pascha Goslarie celebravit et pentecosten Quidelingeburh; monasteriumque sancti Servatii
Iun. 2. Iun. 3. ipso instituente consecratum ac dedicatum est, feria 2. Adalbertus marchio Hildeges-
41 burh[41] quadam nocte cepit et conbussit. Frequens[b] principum conventus fit aput Cor-
Mai. 16. beiam 17. Kal. Iun. presente etiam rege; ubi Fridericus Coloniensis archiepiscopus inter-
A. Hild. ventu principum regi reconciliatur. Post pentecosten rex Liuderus urbem Spire iterum obsidione circumdat, quia fidem quam superiori anno spoponderant et iuramentum quod iuraverant infregerunt. Eodem
Iun. 30. anno in conmemoratione sancti Pauli facta est conmotio permaxima civium in Magade-
42 burh contra Norbertum archiepiscopum[42], eo quod maiorem eclesiam, sicut sibi dictum erat pollutam, nocturno tempore purificaverat. Crescente itaque tumultu, ascendit in superiora antiquioris monasterii cum Misnensi[43] et Havelbergensi[44] episcopis et prepposito maioris monasterii, ibique diu multum obsessus est, sevientibus atque obinrgantibus adversariis, quod altaria fregerit et reliquias sanctorum furto abstulerit. Sed hunc divina gratia mirabiliter de insidiis eorum eripuit, et persistentes in malo exconmunicans, sibi eos subiecit. Hoc eodem anno circa festum sancti Michahelis infesta vis ventorum oborta usquequaque per regiones et provincias in urbibus, castellis et villis plurima edificia subruens, magnum hominibus terrorem incussit. In partibus occidentis viris malo usu comam nutrientibus subito capilli circa capita multis ardere ceperunt[45]
46 Adelbertus marchio turrim Gunderslevo[46] obsedit, a qua per amicos regis pellitur.

A. Hild. A. d. i. 1130. Rex natale Domini cum multa frequentia principum circa urbem Spire in tentoriis celebrat. Tandem Spirenses videntes constantiam regis, fame insuper et bellis coacti, sese una cum urbe in dedicionem regis
1129. Dec. 28. tradiderunt in natali sanctorum innocentium[47]. Coniunx ducis Friderici, que civibus ad solatium a duce infra urbem relicta fuerat, fame et nuditate acriter afflicta, a rege Lothario regalibus donis liberaliter ditata, cum suis discessit. Rex autem cum suis ingressus, epi-
1130. Ian. 6. phaniam Domini infra urbem coronatus celebrat. Treverensis archiepiscopus contra regem sentiens, eo inconsulto Romam tendit, regis causam aput dominum apostolicum disturbare. Sed in ipso itinere a Conrado, cui favebat, emulo regis, miro Dei iudicio
A. Hild. capitur et in vincula conicitur, ibique in captivitate moritur[48]. Honorius papa moritur, eique Innocentius succedit. Post cuius constitutionem aliquot elapsis diebus, quidam Petrus, qui et Anacletus, filius Petri Leonis, qui papatum multis retro diebus affectaverat, militari manu papa substituitur, annitentibus quibusdam cardinalibus timore magis quam voluntarie. Rex pascha Goslarie[49] celebrat, pentecosten vero Quidelingeburh; ubi quidam
Mart. 30. Mai. 18. fol. 231. principes inter se dissidentes in concordiam redeunt. Rex Nurenberh urbem munitissimam, quam superiori anno obsederat, in dedicionem accepit. Bertoldus Hildinisheimensis episcopus obiit; pro quo Bernhardus eiusdem eclesie canonicus constituitur. Udo
50 comes de Frekenleve, filius Rodolfi marchionis[50], aput Ascherleve ab hominibus Adal-
Mart. 15. berti marchionis occisus est, pluresque de parte eius capti ac vulnerati sunt, Idus Martii.

a) halbersladens *c.* b) Frequens — reconciliatur *post* Post pentecosten — infregerunt *scripta, signis* a *et* b *hoc ordine transposita sunt in c.*

39) Minus recte Annalista verba Ann. Hildesheimensium mutavit; Conradus enim tum temporis in Italia fuit; v. Iaffé p. 75. 40) v. a. 1087. 41) prope Wolmirstädt ad Oram fluvium. 42) cf. vitam Norberti in Actis SS. Iun. I, 853 sqq., qua auctoritate tamen haec a. 1131. facta esse cum Giesebrecht Wend. Gesch. II, 340, n. statuere nolim. 43) Godeboldo. 44) Anselmo. 45) cf. de aliis plagis „ignis divini" Anselm. Gembl. h. a. 46) Tundersleven; cf. Raumer reg. Brand. p. 146. 47) 3. Non. Ianuarii, Anselm. Gembl. supra p. 383. 48) cf. Gesta Trevirorum: obiit d. 1. Octobris. 49) Chronogr. S. rectius: Bavenb.; v. diploma regis, die 8. Aprilis datum, Mon. B. XXIX. 1. 255. 50) cf. a. 1124.

Item Conradus de Eikstide[51] aput Hallam a civibus eiusdem oppidi cum aliis multis[a] miserabiliter occisus est. Hic erat vir nobilis. Siquidem Esicus comes de Ballenstide desponsavit Machtildem, sororem Gisle inperatricis[52], habuitque ex ea Adalbertum comitem seniorem, patrem Ottonis, et filiam nomine Adelheidem, quam quidam nobilis Thiemmo dictus de Scropponlo[53] duxit uxorem, peperitque illi Esicum seniorem et fratrem eius Ekkihardum. Esicus senior genuit Esicum iuniorem de Burnstide[54], et Ekkihardus frater eius genuit hunc Conradum et Ekkihardum de Eikstide. Item Heinricus Raspo, frater Lodowici comitis de Thuringia, signifer regis, clam confossus inmatura morte obiit. Burchardus de Luckenheim, amicus regis, comes Fresonum, in quodam cimiterio a militibus domini sui comitis Herimanni de Winceburh, quia ipsius voluntas erat[b], insidiose circumventus, infideliter est interemptus. Unde rex Liuderus non minima affectus animi tristicia, tam de interitu amici quam de perpetrata iniusticia, castrum Winceburh obsidione circumdat, et circumiacentia igne cremavit, et comitatum eius predicto Lodowico de Thuringia dedit. Marchia etiam septentrionalis, quam Heinricus filius Udonis habuerat, tradita est Conrado, filio[55] Helperici comitis de Ploceke. Concilium 16 episcoporum mense Octobri a rege Wirceburh congregatur, cui affuit archiepiscopus Ravenne, apostolice sedis legatus; ubi Gregorius, qui et Innocentius, qui Petro Leoni in electione prevaluit, a Lothario rege et omnibus ibi congregatis eligitur et confirmatur.

A. d. i. 1131. Rex natale Domini Gandirshcim celebrat. Herimannus comes de Winceburh, diffidens rebus suis, se una cum predicto castro, consilio principum, potestati regis tradit. Quem rex custodie deputat, castrum vero everti solo tenus inperat. Dominica[56] ante mediam quadragesimam 11. Kal. Aprilis celeberrimus conventus 36 episcoporum et principum fit Leodii, domno apostolico Innocentio et rege Lothario ac regina presentibus, ubi multa tam de eclesiasticis quam de regni utilitatibus provide ordinata sunt. Ibi[c] exconmunicati sunt Petrus Leonis, Conradus et frater suus Fridericus cum omnibus eis faventibus. Ibi Halberstadensis episcopus Otto ab Honorio papa iam triennio episcopatu privatus, interventu regis et principum officii sui restitutionem promeruit. Heinricus Magedaburgensis prefectus, filius Wicberti marchionis[57], marchiam, quam patre suo defuncto Adalbertus de Ballenstad a rege adquisierat, legali iure recepit. Rex pascha Treveris celebrat, et pentecosten in civitate Argentina, et Bruno eiusdem loci episcopus pastoralem curam amisit, Gebehardo sibi succedente. Et quia Fridericus dux cum illis conprovincialibus regi resistere conabatur, depredationes eclesiarum faciens, contra eum expeditionem movit. Sed duce locum pugne non dante, plurima castella in eadem provincia ab ipso eodem tempore obsessa et confracta sunt. Urbs Traiectensis tota cum omnibus eclesiis incendio conflagravit. Similiter et in aliis pluribus locis incendia tam eclesiarum quam aliarum edium facta memorantur. Rex Saxoniam regressus, expeditione mota contra Danos[58], eos ad dedicionem coegit, qui pro eius gratia inpetranda quatuor milia marcarum persolverunt. Simili modo super Slavos rebellantes irruit eosque subiugavit. Innocentius papa, iterum collectis eclesiasticis viris et fidelium turbis, aput Remensem urbem in festo sancti Luce generali sinodo per aliquot dies presidebat. Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit; pro quo Bruno electus constituitur a rege Lothario.

A. d. i. 1132. Rex Lotharius natale Domini Colonie celebrat; ubi Monasteriensis episcopus Ecbertus infirmatus obiit, reportatusque ad sedem suam, honorifice tumulatur; cui successit Wernherus Halberstadensis canonicus, fratruelis sancti Annonis Coloniensis archiepiscopi. Rex purificationem sancte Marie Babenberh celebrat. Eclipsis lunc facta est 5. Non. Martii. Vehementissima vis ventorum innumera edificia subvertit. Corpus sancti Godehardi Hildinisheimensis episcopi cum magna miraculorum declaratione elevatur 4. Non. Martii[59]; ubi hactenus, cooperante Dei gratia, plurima sanitatum dona infirmis prestantur. Rex Aquis pascha, et pentecosten in Fuldensi monasterio celebravit. Cono Ratisponensis et Heremannus Augustensis episcopi obierunt. Rex Lotharius celebravit assumptionem sancte Marie in Wirceburh, et inde cum exercitu profectus est in Italiam pro consecratione sua ab apostolico

A. Hild. Oct. A. Hild. Mart. 22. Apr. 19. Iun. 7. Oct. 18. fol. 232. Febr. 2. A. Hild. Apr. 10. Mai. 29. Aug. 15. A. Hild.

a) mulis *c.* b) era *c.* c) Ibi—faventibus *in superiori marg. add. c.*

51) Eikstedt. 52) v. a. 1026. cf. Raumer tab. XVII. 1124; cf. a. 1118. 53) Schrableben. 54) Bornstädt. 55) v. a. 1019. 56) cf. Anselmus Gembl. h. a. 57) qui obiit a. 1124; cf. a. 1118. 58) v. ann. S. Petri Erford. supra p. 538. et quae ibi notavi. 59) v. narrationem ap. Leibnitz SS. I.

A. Hild. aput Romam in inperatorem. In quo itinere cum ad urbem Augustanam venisset, eam pacifice ingressus est, sed quorumdam factione civium sedicio contra regis homines exorta est, et hac de causa repentino incendio, ut in tali tumultu Sept. ex. fieri solet, civitas fere tota conflagravit, et multi tam gladiis quam flammis[a] perierunt. Rex Langobardorum fines intravit, et quia Coloniensis archiepiscopus abfuit, qui prisco debet iure cancellarius in illis esse partibus, Nortbertus[b] Magedaburgensis archiepiscopus huic oficio deputatus est[60]. Cometa visa est 6. Non. Octobris.

A. Hild. A. d. i. 1133. Rex Lotharius natale Domini in Langobardia aput villam Medicina dictam celebravit, et Conradus de Ploceke post festivos dies in obsequio regis pergens, sagitta transligitur, sicque egregius iuvenis, heu! immatura morte obiit. Huic desponsata fuit filia ducis Polanorum, sed antequam duceret eam, ut fama est, impollutus, ut patruus illius Conradus[61], de mundo migravit. Cuius corpus in patriam delatum commendatum est terre in Kakelinge[62] cum A. Hild. Mart. 26. parentibus suis. Rex Lotharius per Italiam pleraque munita loca sibi resistentia capit et sanctum pascha Apr. 30. aput Sanctum Flavianum[63] celebrans, tandem 2. Kal. Maii Romam cum summo favore ingreditur, et ad Sanctum Iohannem in Lateranis ab apostolico et clero ac Romanis honorifice suscipi-Mai. 14. tur. Ergo ibidem pentecosten celebravit, et in ipso sancto die in monte Aventino ad Sanctam Sabinam coronatus processit. Ibidem ergo per sex continuas ebdomadas commoratus, tandem ex consilio et voluntate principum, mediante Nortberto archiepiscopo, in prefata basilica Constantini a papa Innocentio inperialem suscepit benedictionem cum coniuge Iun. 4. sua Richeza, 2. Non. Iunii, die dominica, que tunc tercia extitit post adventum Spiritus sancti. Bernhardus Paderbrunensis episcopus, qui tunc cum inperatore aderat, usum rationalis in celebrationibus missarum constitutis temporibus et in consecrationibus eclesiarum seu ordinationibus eclesiasticorum graduum in proprio tantum episcopatu sibi suisque successoribus a predicto apostolico Innocentio promeruit. Post hec in reditu dum rex cum suis ad quendam locum venisset, qui propter situs angustiam Clus quasi preclusus vocatur — quippe ex una parte excelsissimo monte adiacente, ex altera parte profundissimo flumine currente, via in medio quatuor seu quinque simul itinerantium spacio fol. 232'. patente —, et cum ibidem transitus regi ab incolis negaretur, ipse miro eventu et perspicuo Dei auxilio eundem locum celeriter[c] irrumpendo, fugatis hostibus, cum suis pertransiit, et urbem in supercilio ipsius excelsissimi montis positam repentino adsultu cepit, et principem eiusdem urbis, auctorem huius rebellionis, secum captivum abduxit. Duo circuli maior et minor circa solem apparuerunt 6. Kal. Iulii circa horam terciam, minor circulus ambiens principale templum Paderbrunnensis sedis, et maior circulus circumdans ipsam civitatem, ut ibidem consistentibus videbatur. Ipso die hora 9. ipsum principale monasterium cum omni fere civitate incendio conflagravit. Consobrinus inperatoris Lotharii Florentius, filius Florentii comitis de provincia Hollant, occiditur Traiecti a Godefrido A. Hild. et fratre eius Herimanno de Kuc[64]. Eclipsis solis facta est 4. Nonas Augusti circa horam sextam, in tantum ut stelle in celo apparerent. Magna inequalitas aeris et pluviarum inundatio per totum tempus messis subsecuta Sept. 8. est. Inperator Lotharius, transcensis Alpibus, nativitatem sancte Marie Wirceburch celebravit, habuitque gloriosum occursum ad curiam suam ex principibus diversarum provinciarum tam eclesiastici ordinis sublimitate quam et seculari dignitate prefulgentibus. Ibi confirmantur electiones episcoporum Heinrici Ratisponensis[d] et Walteri Augustensis. Et quia Heinricus Basiliensis episcopus a papa omnino degradatus fuit, Adalbero Nienburgensis abbas, antea prior monasterii sancti Blasii de Nigra Silva, eidem canonica A. Hild. electione cleri et populi per consilium inperatoris successit. Rex Danorum pluribus advenis Teutonicis terram suam incolentibus truncationes membrorum facit; qua de causa inperator expeditionem super eum movere intendit. Hoc anno 16. Kal. Iulii prima fundamenta[e] sunt eclesie sancti Godehardi ab episcopo Hildinisheimensi venerabili Bernardo.

A. d. i. 1134. Lotharius inperator natale Domini Colonie celebravit; ubi temerarius tumultus[f] urbanorum coram inperatore exoritur; quo nondum sedato, inde discessit. Marchiam Conradi, videlicet septentrionalem, pro studioso sibi exhibito obsequio in Ro-A. Hild. Apr. 15. mano itinere concessit[g. 65]. Inperator celebravit pascha Halberstad; ubi rex Danorum Magnus se in potestatem eius tradidit, obsides dedit, iuramentum fecit, se successoresque suos non nisi permissu inperatoris regnum adepturos, atque ipso sancto die pasche regio more coronatus, coram coronato inperatore gladium eius portavit. Post hec in gratia inperatoris redire permissus, in sancto die pentecostes occiditur[66] a quodam Herico et fratre illius cum 5 episcopis et 60 clericis, adnitentibus advenis Teutonicis, quos truncatione membrorum dampnaverat. Pater etiam eiusdem Nicolaus nomine in civitate Slieswic ante eclesiam cum suis occubuit, insidiose invitatus et infideliter interemptus[67].

a) flamis *c.* b) norrbertus *c.* c) eundem *iterum add. c.* d) raliponensis *c* e) *supple* iacta. f) tumutus *c.* g) *scilicet* Adalberto.

60) a. 1133; v. Iaffé p. 127, n. 23. 61) v. a. 1049. 1118. 62) Heklingen; v. Raumer Reg. Brand. p. 150, n. 851. 63) prope Romam fuisse videtur: v. quae Iaffé p. 127, n 27. Haeberlino duce monuit. 64) cf. chron. Egmondanum a. 1182. 65) quod paschatis tempore factum esse, ex Annalistae verbis ostendi nequit. 66) v. Saxo XIII. ed. Müller p. 655. 67) ibidem p. 656.

Inperator pentecosten Mersburh celebravit, et in feria 4. eiusdem ebdomade Nortbertus Magedaburgensis archiepiscopus obiit, et 2. feria sequentis ebdomade in monasterio sancte Marie est sepultus[68]. Festivitatem apostolorum Petri et Pauli imperator Magedaburh celebravit, et Conradus, eiusdem eclesie canonicus, inperatore consentiente, generali electione cleri et populi archiepiscopus constituitur. Berthou Fuldensis abbas veneno vitam finivit; cui Conradus successit. Inperator assumptionem sancte Marie Wirceburh celebravit, et inde cum exercitu Sueviam intravit, super Fridericum ducem et fratrem eius Conradum, qui quoddam oppidum Ulma dictum contra eum munierant et cives ad resistendum incitaverant. Sed Heinricus dux Bawarie imperatorem preveniens, oppidum expugnavit, depredavit, incendit absque eclesiis, duce[a] et fratre suo inde fugientibus et 12 de prestantioribus captivos abducentibus. Postea plures provincialium ad imperatorem confluxerunt, quibus et gratiam suam dedit, ipsique fidelitatem ei promiserunt. Devastata autem plurima parte regionis, Fuldam divertit[69]. Fridericus videns se a pluribus derelictum et adherentes sibi valde afflictos, adiit inperatricem Fulde cum inperatore degentem, satis humiliter nudis pedibus flagitans eius gratiam. Que fecit eum absolvi per legatum apostolici, qui presens erat, ab excommunicatione, qua per septem annos continuos separatus fuit a communione eclesie, primo in Teutonicis partibus a tribus archiepiscopis, postea Rome, dehinc in Leodicensi concilio. Obligavitque se magnis sacramentis imperatori fideliter adherere et ad proximum[b] placitum coram principibus gratiam eius exquirere. Lun. 3. Lun. 6. Lun. 11. Lun. 29. Aug. 15.

A. d. i. 1135. Lotharius inperator natale Domini Aquisgrani celebravit, ubi Colonienses gratiam inperatoris obtinent. Ibidem inperator et Coloniensis archiepiscopus ab invicem discordati discedunt. Purificationem sancte Marie Quidelingeburh celebravit. Dominica ante mediam quadragesimam, scilicet 16. Kal. Aprilis, sicut promiserat, cum tocius fere principum regni conventu Babenberch cum valida manu electorum militum et armorum venit, et Fridericus cum suis, licet aliquandiu reniteretur, gratiam inperatoris, publice provolutus pedibus illius, humiliter exquisivit et mox inpetravit. Qui etiam se profecturum cum inperatore in Italiam proximo anno spopondit, et pacem per totam Sueviam, sicut decretum fuit, firmiter observari precepit. Ibidem Bruno Coloniensis archiepiscopus, interventu principum et satisfactione sua, veniam delicti sui in inperatorem promeruit. Inperator pascha[c] in Quidelingeburh celebravit, pentecosten vero Magadeburh; ubi primo principes regni coram ipso firmissimam pacem domi forisque ad decem annos iuraverunt, et deinde cetera multitudo plebis tam ibi quam per singulas regni partes hec eadem facere suadetur et conpellitur. Ibidem dux Boemie et dux Ungarie[d] inimicicias[e] ad invicem habentes confederantur. Insuper legati Bolizlavi ducis Polanorum et Godefridi de Lovene ducis Lotharingie, Ungarorum etiam et Danorum necnon et Slavorum, illic adfuere, quos omnes cum dignis responsis remisit. Lodowicus Augiensis abbas occisus est in eclesia a ministerialibus suis, per insidias sicut fama fuit Othelrici, fratris Friderici comitis de Zolre, qui ei successit; sed ipse eodem anno veneno vitam finivit. Congregatio sanctimonialium canonicarum in Luttera conmutatur ab inperatore in regularem vitam sancti Benedicti[70], et Eberhardus de monasterio sancti Iohannis in Magedaburh illuc cum monachis missus, primus ibi ordinatur abbas, et eodem anno ab inperatore et inperatrice positis in fundamento primis lapidibus, novum monasterium incipitur. Inperator conmemorationem sancti Petri ad vincula Nienburch, festivitatem vero sancti Laurentii et assumptionem sancte Marie Mersburh celebravit. Illuc confluebant cum primariis regni Polonie et Boemie duces, et legati Grecorum inperatoris, honorifica secum munera ferentes, pacem ab inperatore et amiciciam ac auxilium contra Rokkerum tirannum poscentes, qui partem Romani inperii et terram Grecorum nimis vexaverat. Quibus decenter remuneratis, cum suis legatis Anselmo Havelbergensi episcopo et ceteris eos in propria remisit. Dux autem Polonie Bolizlaus in die sancto manibus applicatis miles eius efficitur, et ad eclesiam processuro gladium eius ante ipsum portavit. Postea causa orationis pergens ad fol. 233. Febr. 2. A. Hild. Mart. 17. Apr. 7. A. Hild. Mai 26. Aug. 1. Aug. 10. Aug. 15.

a) ducem c. b) pixi c. c) pentecosten c. d) Poloniae *legendum esse, monet Iaffé p.* 162. *n.* 30. *Certe dux Boemiae regi Ungariae contra Polonos opem tulerat; v. etiam Ann. S. Petri Erford supra p.* 540. e) inimicias c.

68) cf. vitam Norberti l. l. p. 857. 69) ubi die 7. Novembr. fuit, Böhmer n. 2140. 70) v. regis diploma d. 1. Augusti datum, Origg. Guelf. II, 524. Rex ibidem d. 10. Iulii fuerat; Böhmer n. 2143.

Sanctum Godehardum, indeque rediens Magdaburh pro peticione[a] inperatoris festive[b] suscipitur, quod nullus meminit factum, nisi tempore Adalberti primi archipresulis, qui Herimannum virum prudentem et defensorem eclesiarum ibidem simili modo suscepit, in quo Ottonem inperatorem fundatorem eius loci nimis offendit et vix tandem placavit[71], licet illè maioris reverentie esset quam hic Slavus et alienigena. Inperator post
Sept. 29. festum sancti Michahelis Mulehusen venit; ubi Conradus, usurpator regii nominis, frater
cf. A. Hild. Friderici ducis, corone ac tocius regalis ornamenti oblitus, humiliter per Conradum archiepiscopum Magedaburgensem ab exconmunicatione solvitur, ac per intercessionem inpe-
*fol. 233'. ratricis, pedibus inperatoris provolutus, gratiam illius promeretur. Sane sciendum, quod eundem Lotharium inperatorem reges et regna plurimum reverebantur, ita ut, sicut iam prediximus, Ungariorum et Ruthenorum, Danorum et Francorum et ceterarum gentium et regum muneribus et legationibus assidue frequentaretur. Sub illo enim inperium pace affluebat, copia rerum exuberabat, religio monasteriorum florebat, iusticia regnabat, iniquitas conticescebat[c].

A. d. i. 1136. Lotharius inperator natale Domini Spire celebravit, et Hein-
72 ricus marchio[72] Magedaburgensisque comes, filius Wicberti marchionis, ad curiam pergens, Mogontie obiit; cui in comitatu Magedaburgensi Burchardus, frater[73] Con-
74 radi archiepiscopi, successit, marchia vero concessa est Conrado marchioni[74]. Otto Halberstadensis episcopus, olim ab Honorio papa depositus, sed per Innocentium papam ob peticionem Lotharii inperatoris plurimorumque episcoporum in priorem honorem restitutus, secunda vice per legatos supradicte[d], qui eum Pisis accusaverant,
Mart. 1. ab eodem papa Innocentio legitime deponitur. Lotharius inperator in media quadragesima Goslarie conventum habuit, cui Gerhardus cardinalis interfuit. Ibi Rodol-
Apr. 12. fus, Halberstadensis eclesie vicedomnus, canonice eligitur, et 2. Idus Aprilis Erpes-
Mart. 22. Mai. 10. ford in episcopum consecratur. Inperator pascha celebravit Aquisgrani, pentecosten
Iun. 29. Mersburch, natalicia apostolorum Petri et Pauli Goslarie; ibique Anselmus Havelbergensis episcopus rediens a Constantinopoli, quo missus fuerat, ad eum venit[75]. Hoc anno obsides numero duodecim Godefridi comitis de Kuc[76] se in potestatem inperatoris tradunt. Ipse Godefridus cum fratre suo Herimanno ab inperatore proscribitur in terra ipsorum, scilicet Salica, more antiquorum. Havelberga capta est a filiis Widi-
A. Hild. kindi, et eclesia destructa[77]. Adalbertus marchio propter irruptionem Slavorum in partes Saxonie factam exercitum movens, terram eorum non semel hostiliter invasit et depopulatus est. Inter Sosatienses[78] et Arnesbergenses depredationes, incendia, homicidia exercentur, absente inperatore iamque in
Aug. 15. Italiam profecto. Inperator Lotharius assumptionem sancte Marie Wirceburh habita generali curia gloriose celebravit; unde in Italiam proficisci destinavit, ad conponendum illic statum inperii, maxime vero adversus Rokkerum quendam Sicilie tirannum, qui plerasque Apulie civitates invaserat et eas turribus et diversis munitionibus in suam ditionem firmaverat. Convenientibus ergo diversarum provinciarum principibus cum suis sequacibus, longe ante prefatam expeditionem coniuratis, grandis satis et fortis exercitus coadunatur. Inter quos erant precipue Bruno Coloniensis, Adalbero Treverensis, Conradus Magedaburgensis archiepiscopi cum aliis pluribus episcopis et abbatibus, Heinricus dux Bawarie, Conradus dux [Ostrofrancie[e]] frater Friderici ducis de Suevia, Conradus marchio Saxonie, cum frequentia reliquorum principum et procerum. Compositis ergo pro tempore Teutonici regni negotiis, inperator cum predictis iter inchoabat, nec predari exercitum sinebat. Motis autem de loco ad locum castris, cum erectis signis pergerent, repente dissensio magna oritur inter milites Coloniensis et Magedaburgensis archiepiscopi, contendentibus amborum signiferis, uter eorum regio signifero a latere dextro incederet. Unde accurrentibus utrimque pluribus, adeo lis increvit, ut nudatis
*fol. 234. ensibus hostiliter concurrerent, et nisi audiens inperator, ut forte tunc ad mensam epulaturus consederat, prosiluisset, et armatus interveniens furentium animos manu minis-

a) peticioci *c.* b) festiua *corr.* festiue *c.* festiva processione sonantibus campanis s. *Chr. S.* c) *Epistolae quae in editione hoc loco leguntur, non Annalistae textui inserendae sunt, sed cum aliis in margine scriptis in epistolarum collectione edendae.* d) *ita c.; supple* ecclesie. — supradictos *ed.* e) *erasum c.*

71) v. Thietmar. II, 18. 72) v. a. 1131. 73) v. narrationem ipse postea scripsit; v. Dialogorum a. 1040. 1106. 74) de Witin; v. a. 1123. 75) legationis et disputationis Constantinopoli habitae libros a Dacherio I, 161. editos. 76) v. supra a. 1133. 77) cf. Giesebrecht II, 362. 78) Soest.

que sedasset, profecto magna clades in illa die accidisset. His ita conpositis, cum Trigentine civitati applicuisset[78], quidam, Athasis fluvii pontibus interruptis, transitum prohibebant; sed reperto et superato vado, hostes repulsi fugerunt. Similiter habitatores Cluse ingressum negantes, valida manu expugnati sunt; ex quibus pauci, qui procedendo nostris insultaverant conviciando, ungulis equorum protriti, reliqui vero, capta munitione et principe illius, occisi et capti sunt. Igitur prospero cursu transcensis Alpium iugis, inperator Veronam honorifice susceptus adiit; inde secus Mintam[79] fluvium castra metatus est, ubi occurrentibus Longobardorum principibus et debitam subiectionem spondentibus, curiam maximam in festo beati Mauricii, coronatus procedens, gloriose celebravit; Sept. 22. ubi et Mantuanus episcopus, antea inperatori subici nolens, iudicio superatus ad requirendam eius gratiam se humiliavit. Inde profecti cum inperatore idem Langobardi, iussu Oct. ipsius oppidum munitissimum Warstal nomine[80] impugnantes ceperunt, et castellum supereminens oppido nichilominus firmissimum obsederunt. Tali siquidem more in plerisque Italie civitatibus et maioribus oppidis castella vel pro cohercendis vel defendendis habitatoribus condita habebantur a possessoribus eorum, maxime a predicto Roziero. Alia autem die post destructionem predicti oppidi, ut auditum est in castris inperatoris que fuerant ex altera ripa Padi fluminis, mox quingenti ex his armati milites contra castellum elevata voce cantantes processerunt. Unde et castellani divino nutu territi, dedicionem fecerunt. Inde profectus inperator, Cremonam civitatem rebellem ad alia festinans interim declinabat; sed destructis vineis eorum et possessionibus pertransiens, Casalam[81], item Cincillam[82] oppugnavit, cepit et destruxit, interfectis et captis pluribus; sicque Runcaniam, scilicet antiquam inperatorum repausationem[83], utpote amenam et Nov. lautissimam planitiem, ingressus, placitum habuit, ubi Mediolanenses cum 40 milibus occurrerunt, illum leti suscipientes; quique pro devotione quam circa honorem ipsius haberent ostendenda, castrum munitissimum Samassan[84] obpugnantes, eius tandem adiutorio ceperunt, gladio tandem et igni plurima consumentes, reliqua vero captiva ducentes. Cum ipsis ergo inperator Papiam adiens, in suburbio eiusdem civitatis castra metatus est. Cuius habitatores[a] non solum suscipere illum ut par erat, contempserunt[b], sed etiam remissis contumeliosis verbis inhonoraverunt. Sed contra spem et opinionem ipsorum eodem die a parte exercitus, civitate capta, insidiis circumventi sunt et ad dedicionem conpulsi et gravi vastantium oppressione afflicti, adnitentibus maxima invidia Mediolanensibus ob antiquas discordie et bellorum inimicicias, quibus populus utriusque civitatis, Mediolani scilicet et Papie, alterutrum se prosequens exagitabatur. Cumque victores undique cedibus et incendio bacharentur, cleri et monachorum cetus, assumptis crucibus et sanctorum reliquiis urbem egressus, lugubri voce et habitu inperatoriis prosternitur vestigiis, deposcens eius clementiam cum interventu bonorum, donec pius inperator suscepta penitentium satisfactione pepercit populo et civitati eorum. Altero fol. 234'. vero die Otto comes de Wusfradeshusen[c] cum aliis quibusdam ex castris civitatem inconsulte adiit, et aliquos inde egredi ad se causa milicie iactando petiit. Quod cum illi pro conditione date pacis recusarent, ipse acceptis securibus portas effringere aggressus est, ubi et mox interfectus occubuit, et Adelbertus Colvo[d] quidam procerum Saxonie. His auditis in castris, inperator conmotus cum omni exercitu civitatem vallans, expugnavit, et interitum omnium minabatur. Illi autem magis innocentiam suam offerre quam inperatori resistere ceperunt, nec voluntate sua, sed necessitate occisionem predictorum accidisse dixerunt, sicque illum rationi cedentem data pecunia 20 milium talentorum placaverunt. Inde castra movens inperator, Vercellis, deinde Gamundi[85] et Thurin Dec. civitates pertransiit, quarum habitatores sibi rebellantes obpugnans, capiens et interficiens humiliavit. Sic fecit castello[e] quod dicebatur Rokkepandolf[86]. Post hec ingressus est terram Hamadan[87] principis, sue maiestati contradicentis, quem destructis innume-

a) habitores *c.* b) consumpserunt *c.* c) *ita e corr. ut videtur. Fuit* Wulfr. d) *superscr. c.* e) caltello *c.*

78) cf. Otto Frising. chron. VII, 19. 79) Mincio. 80) Guastalla. 81) Casal maior; v. diploma, Böhmer n. 2164. 82) fortasse idem quod Soncinum, Soncino ad Ollium, Jaffé p. 185, n. 32. 83) cf. supra p. 244, n. 31. 84) Nomen corruptum. Muratori de Soncino, Mascovius comment. p. 83. de S. Bassano cogitarunt. 85) de hoc loco non constat. 86) i. e. Rocca Pandolfi. Muratori: Castello Pandolfo. 87) Amedei comitis Mauriennensis.

ris urbibus et locis munitis subici sibi conpulit. Unde reversus, Placentinam urbem expugnavit; deinde Parmam adiit, cuius cives illum devote susceperunt, quibus et castrum quoddam et presidium concessit contra Cremonenses illorum adversarios.

Ian. A. d. i. 1137. Lotharius inperator castra fixit in campestribus Bolonie civitatis, quam propter asperitatem hiberni temporis statim expugnare non valens[a], aliquandiu obsedit. Erat abhinc non longe castellum, ad quod multi ob firmitudinem confugerant, quia uno tantum preangusto aditu patente, mons in altum vergens et scopulosus[b] horrendum undique precipicium minabatur. Huc ergo quidam ex castris forte venerunt, sed repulsi sunt, Bernhardo quodam regni ministro cum duobus aliis perempto a quodam presbitero aditus observante. Horum amici reversi ad castra et assumpta parte exercitus, castrum ceperunt, et amplius trecentis gladio incendio et precipitio interemerunt, presbiterum vero miserabili cede multatum ungulis equorum protriverunt. Inperator capta tandem Bolonia, venit Cassan[88] pacifice, ubi et celebravit purificationem
Febr. 2. sancte Marie, occurrente[c] illic sibi duce Ravenne cum debita devotione. Inde ducem Bawarie Heinricum misit, ut Eggelbertum marchionem a suis expulsum priori dignitati restitueret, et urbes quas ipse pro tedio divertendi itineris adire non poterat, subiceret. Inperator vero veniens secus Ravennam, honorifico ritu archiepiscopi, cardinalium, cleri et principum longe obviam procedentium susceptus est. Post hec aggressus est Lutizan[89], quam prioribus satis rebellem et inexpugnabilem inperatoribus primo inpetu cepit. Inde Vanam[90], deinde Sinegalla[91] civitates obsedit et expugnavit, sicque Ancunam[d.92] civitatem adiit. Cuius habitatores contradicentes sibi cum magna multitudine occurrerunt, et primos exercitus, qui tunc fuerunt Conradus Magdaburgensis archiepiscopus et Conradus marchio, acriter impugnantes molestaverunt; quos tamen illi valida manu resistentes propulsaverunt. Inperator autem hec cognoscens, facto inpetu in eos, peremptis amplius duobus milibus reliquos fugavit, et civitatem hinc exercitu circumdatam[e] hinc
* fol. 235. navali bello coartatam ad deditionem conpulit, et centum naves stipendiis oneratas in suum servicium ducere iussit. Difficile vero est enarrare, quanta ambicione et studio principes harum regionum, suis stipati agminibus, obsequio ferventes inperatorem comitabantur, alii autem copioso navium apparatu pro conmeatibus et aliis que bello usui
Apr. 11. forent deportandis vel maritimis civitatibus expugnandis sequebantur. Inperator pascha Firme[93] celebravit, inde castra movens Firint[94], habitatores[f] illius rebellare paratos de civitate expulit. Ibi orta est sedicio inter Saxones et Bawarios, in qua spoliatus est Conradus archiepiscopus cum suis[g] fidelibus, sed auxilio Conradi marchionis victi depredati ac fugati sunt Bawarii, occiso quodam nobili Nithardo. Ita compositis in Italia
Mai. rebus, inperator Apuliam ingressus, secus Truntam[95] fluvium placitum habuit, ubi Thomam et Matheum marchiones cum domno[h] eorum Willehelmo palatino, illustri valde viro, in gratiam et hominium suum suscepit; sicque per terminum eiusdem palatini venit
96 civitatem Castelpagan[96], oppidum scilicet cum castello ob altitudinem natura et opere munitissimam humanis viribus insuperabile. Cuius adquirendi cum desperatio cunctis esset, oppidani ob odium Rozieri, graviter illos de predicto castello obprimentis, deditionem sponte fecerunt. Unde castellani territi, deditionem coacti fecerunt. Quorum prefectus Richardus non multo post ad Rozierum reversus, ab ipso cecari iussus est. Alius autem quidam Richardus, qui post illum ab inperatore idem castellum susceperat, Roziero illud se proditurum spe pecunie spopondit; qua persoluta, iuxta eandem suspendi ab illo, non inconvenienter, ob perfidiam iussus est. Inperator autem ducem Conradum
97 cum parte exercitus misit ad oppugnandum castellum Rigian[97], cuius habitatores venientium sola vociferatione territi deditionem fecerunt. Unde dux Conradus profectus, montem Garganum obsedit tribus diebus, donec veniente cum exercitu inperatore villani-

a) tamen *deletum* *c.* b) scopulolus *c.* c) occorrente *e corr. c.* d) ancunam *c.* *Apparet hinc et infra ex lectione* Rannas, *Annalistam hic non suis vestigiis incedere, sed alium exscripsisse.* e) circumdatum *c.* f) habitores *c.* g) omnibus *deletum* *c.* h) dōn *c.*

88) varias de hoc loco opiniones recenset Jaffé p. 192, n. 61. 89) nemo hanc urbem novit. 90) Fano. 91) Sinigaglia. 92) i. e. *Anconam*; cf. Otto Frising. VII, 19. et Mascov. p. 87. 93) Fermo. 94) Ferentilo inter Spoleti et Rieti. GROTEFEND. 95) Tronto. 96) Castel Pagano prope montem Gargamum. 97) Spruner in mappa hac regione Ragagna ponit.

que et castrum impugnante, uno ex ipsis interfecto, qui virtute et audatia ceteris prestabat, se omnes tradiderunt. Super ipso autem castello et in eclesia prope montem occultius sita magnam suppellectilem auri et argenti, lapidum ac vestium ceperunt, quam Symon dux Dalmatie ibi collocaverat. Adoratoque humiliter beato Michahele archangelo, inperator Troiam, deinde Kannas[a. 98], post hec Barlit[99] transiit; quarum civitatum 99 habitatoribus causa ostentande virtutis temere contra exercitum egressis, multi capti sunt, plures interempti, multorum vero naribus et aliis menbris detruncatis, reliqui fugientes in oppida vix evaserunt. Inperator autem hac eorum clade contentus, civitates ipsas ad alia festinans obpugnare destitit; quas tamen, eo postea redeunte, cives ob metum sponte deserentes in diversa fugerunt. Inde venit Tranam[1], quem incole cum gaudio 1 susceperunt, illoque primum adpropinquante, animati eius fiducia, castellum Rozieri subverterunt, ubi et occurrentibus Rozieri 33 navibus in presidium suorum ab eo missis; 8 ex eis submersis et ductoribus earum peremptis, alie vix fuga elapse non conparuerunt. Illic feria quarta ante pentecosten Bruno Coloniensis archiepiscopus sanguinem sibi Mai. 26. minui fecit, et tertia die repentina morte obiit[b]; eique Hugo substituitur. Interea Heinricus dux Bawaricus, quem superius diximus a Cassan causa Eggelberti marchionis ab inperatore directum, veniens in planiciem Muselie[2], Widonem comitem eidem mar- *fol. 235'. chioni rebellantem divicit, et destructis tribus eius castellis, ipsum domno suo reconciliari coegit, sicque cum ipso Florentiam adiens, obsedit et ad dedicionem conpulit, ac eiusdem civitatis episcopum iniuste expulsum sedi sue restituit. Unde transiens Pistoriam[3], venit ad Sanctum Genesium[4], eiusque incolas, sed et Wicik[5] castelli rebellan- 3 tes expugnando subdidit, turrimque Capian destruxit, domicilium scilicet latronum et transeuntes iniuste[c] expoliantium. Inde duro et aspero itinere, multis amissis, laboriose Lukkam adire temptavit, quam et obsidere paravit; sed mediantibus quibusdam episcopis et abbate Clarevallensi, data magna pecunia ducem placaverunt, cogente etiam ad hoc eos timore Pisensium, suorum videlicet adversariorum, quos modo inventa oportunitate audierant petere ducis auxilium ad destructionem sui et montis sancte Marie, in quo se refugium habere sperabant. His ita conpositis, dux castra movit Hunsiem[6], quam expugnavit, exusta omni adcircumiacentia[d]. Aliud quoque castrum huic vicinum destruxit; sicque ad civitatem Grosset[7] iter tetendit, quo missis nunciis cum debitum 7 inperatori servicium exigeret, illi cum despectu lapides se missuros et in campo occursuros minitabantur. Quapropter civitatem obsidione circumdedit, ubi et castrum quoddam munitissimum sibique plurimum resistens bellicis tandem machinis expugnatum cepit, eoque timore predicte civitatis habitatores dedicionem fecerunt. In ipsa autem papam Innocentium dux invenit, quem honorifice suscipiens et contra adversarios potenter per civitates circumducens, venit Biterviam, cuius maior pars Innocentio, firmior autem favebat Petro Leonis; qui et prius urbem sancti Valentini adiacentem et forum inperatoris destruxerant; qui tandem pape monitis et terrore ducis inpulsi, se tradiderunt cum tribus milibus talentis. Ubi et dissensio magna facta est inter papam et ducem, illo sibi eandem pecuniam ex proprietate sue civitatis vendicante, isto vero iure belli eam optinente. Inde venientes Sutheren[8], episcopum Petri Leonis fautorem deposuerunt, et loco eius Iohannem, abbatis Vuldensis capellanum, subrogaverunt. Sic ergo per Romaniam intrantes Campaniam, aditum montis Cassini dux obsedit et ad dedicio- Febr. nem conpulit[9]. Deinde veniens secus Capuam, cum de obsidione eius tractaret, princeps, pro incolomitate civitatis datis quatuor milibus talentis, cum ipso in expeditionem profectus est. Transeuntes ergo circumquaque castella vel oppida que rebellare temptassent subruentes, tandem Beneventum pecierunt. Cuius cives hostilia minantes dux supe- Mai. ravit, pluribus occisis, innumerabilibus captis, ibique papam sedi sue restituit, cuius iudicio duos cardinales pro scismate Petri Leonis depositos claustro monachorum imposuit. Hinc prefatam transiens Troiam, illamque quibusdam captis despolians, cum papa inperatorem petiit; qui eo tempore, id est ante sollempnitatem pentecostes, Barum ingres-

a) Kannas *c.* b) abiit, *fortasse corr.* obiit *c.* c) inuste *c.* d) ad *post add. eadem m. c.*

98) *Cannas* legendum esse, iam Muratori annotavit. 99) Barletta. 1) Trani. 2) Múgello. 3) Pistoia. 4) S. Genesio. 5) Fucecchio. 6) Sienam esse, cum Muratorio vix statuerim. 7) Grosseto. 8) Sutri. 9) cf. Petri Diaconi libr. IV. chronici Casinensis c. 104 sqq.

sus, castra metatus fuerat circa castellum Rokkeri munitissimum contra ipsam civitatem positum. Quod diu vi magna exercitus impugnatum est machinis bellicis, et multis ex utraque parte cadentibus, capi non potuit. Ubi etiam Sigefridus comes sagitta percus-
*fol. 236. sus interiit. *Denique multis machinationibus elaborantes tam milites inperatoris quam Barenses, tandem muros turrium suffodientes ruere fecerunt, et ingressi omnes intere-
Mai. 30. merunt, exceptis pancis quos captivos duxerunt. Aput Barum quoque in die sancto pentecosten papa missarum sollempnia celebrante, astantibus inperatore episcopis et principibus, visa est super monasterium sancti Nicolai corona aurea de celo descendens, super quam columba, subtus vero thuribulum cum incenso ferebatur, quam et precedentes duo cerei ardentes videbantur. Ibi etiam honorifice sepultus est Bruno Coloniensis archiepiscopus; pro quo Hugo eiusdem eclesie decanus constitutus, ibidem pontificalem benedictionem et pallium a papa suscepit. Rozierus etiam missis illuc nuntiis gratiam inperatoris quesivit, et infinitam pecuniam filiumque suum obsidem illi promisit, si Apulie principatum alteri filio traderet. Inperator autem paci eclesie magis consulens quam pecunie, semipagano tiranno tradere provinciam omnino recusavit. Post quatuor vero
Iun. ebdomadas apud prefatam civitatem exactas inperator reversus est Tranam, inde adiit Melphiam; unde 40 milites armati in montem speculatum egressi, ab exercitu circumventi sunt, et aliquot ex eis interemptis, reliqui fugerunt. Quod videntes oppidani, ad subveniendum suis exierunt, sed amplius trecentis occisis, aliis autem captis, terga verterunt; et altera die cum de obsidione inperator tractaret, civitatem tradiderunt. Eo-
A. 1137. dem tempore apud Germaniam obiit Adelbertus Mogontiacensis archiepiscopus, et magna pars eiusdem civitatis igne cremata est; archiepiscopatum autem Adelbertus iunior suscepit. Eodem[a] anno multa incendio vastata sunt loca, scilicet Mogontiense, Spirense, Strazburgenseque monasteria et pars magna Goslarie. Ricbertus monachus de cella
Iun. 29. Wallesrod interficitur. Inperator Lotharius natale apostolorum Melphie celebravit. Ubi Hugo Coloniensis archiepiscopus sanguinem sibi minui faciens, quarto die, id est 2.
Iun. 30. Kal. Iulii obiit, et in abbatia sepultus est. Inperator autem castra fixit super montana Melphie, ubi quorundam instinctu sedicio magna exorta est, papam et alios cardinales et episcopum Treverensem necare volentium, illisque inputare volentium, consulto eorum tempora mansionum in singulis locis protelari et idcirco reditum ad propria prolongari. Hoc tumultu excitus inperator, ascenso equo intervenit et severe in noxios vindicavit. Descendens autem a montanis, Fuldam[b] regalem abbatiam[10] honorifice susceptus adiit,
Iul. ibique traditis donariis suis, Potentiam[11] petiit, ubi Ratisponensem episcopum pro Coloniensi archiepiscopo cancellarium instituit. Inde quoque Heinricum ducem et Adalbertum marchionem cum aliis strennuis viris ad obsidionem Salerne premisit. Quam illi petentes, sed pro sagittariis eos graviter impetentibus angustum aditum transire non valentes, misso Pisensibus nuntio petierunt sagittarios, quibus predictos ab aditu deterrerent. Quo tempore Pisenses Amalphiam civitatem maximam et potentissimam causa inperatoris expugnantes, inperio subdiderant, sicque Neapolim aggressi fuerant ad liberandum eam a Roziero, qui longo tempore eandem obsessam ad magnam famem et calamitatem conpulerat. Sed audiens de adventu eorum et obsidione civitatis sue, ad succurrendum
*fol. 236. ipsi festinans, prefatam Neapolim desernit. Pisenses ergo hanc *suscipientes, miserunt duci sagittarios 500. Ipsi vero assumptis suis et[c] Genuensium 80 simulque Amalphianorum trecentis navibus, cum innumera multitudine Salernam a parte maris obsederunt. Dux autem cum suis castra fixit in campestribus contra civitatem. Unde hostium multitudo egressa, sepius incursando eum propulsare nitebatur. Contra quos ille facto impetu, pluribus occisis nec paucioribus captis, in civitatem refugere conpulit. Quam unita cum Pisensibus virtute hinc terrestri inde navali graviter inpugnantes coartave-
12 runt, donec inperatore a Potentia per Avellan[12] transeunte, et castro sancti Severini[13] expugnato, sicque Salernam adeunte, Pisenses magno sumptu machinam mira arte fabricati sunt, quam factis lapsibus propellentes, muros civitatis cum turribus attrahentes

a) Eodem — Goslarie *in loco raso c.* b) uuldam *eadem m. corr.* fuldam *c.* c) et g. *post add. c.*

10) De Vulturno s. abbatia S. Vincentii ad Vulturnum sermonem esse, recte Mascovius p. 94 n. statuisse videtur; quamvis qui Melfia Potentiam iter fecit, vix eo venire potuisset. 11) Potenza. 12) Avellino. 13) S. Severino.

subruerunt, sicque illam ceperunt. Illic celebrata assumptione sancte Marie, et impera- Aug. 15.
tore ad Sanctum Severinum revertente, cum ipse et papa aliquandiu dissiderent, utri
eorum principatus quesite Apulie cederet; conmunicato tandem consilio, illum pariter[14]
Reinhaldo duci conmiserunt. Inde Beneventum petentes et ibi de diversis negotiis Apu-
lie conponendis cum duce tractantes, hortantur eum, ut Teutonicorum militum, utpote
virtute animi et usu milicie fortitudinis et audatie Latinis prestantium, quoscumque pos-
set, contra Rozierum sibi adiungeret. Quorum mox 800 ad ipsum congregati, reversi Sept.
sunt Melphiam, duce Richardo filio ipsius Reginhaldi, et Alexandro. Unde venerunt
Gerentiam[15], quam ipse Alexander dolo cepit a Willehelmo, scilicet fingens adventum
imperatoris. Quo pre timore abscedente, milites ceperunt castrum, et Willehelmum
fugientem persecuti, captum suspenderunt cum uxore et aliis 300 militibus Rozieri, item-
que 200 quos in urbe ceperunt. Quo peracto, auxilio Barensium et vicinarum civitatum
liberaverunt Manopolim[16] obsessam a Roziero, et eodem exercitu Brundisium obsidentes, 16
tradentibus se oppidanis, similiter et castellum impugnantes ceperunt, submersis habita-
toribus eius et captis 25 navibus. Inperator autem a Benevento Capuam et Campa-
niam transiens, venit in Montem Cassinum; cuius abbate reprehensibili deposito et alio
in locum eius subrogato, plurima eclesie predia et castella perdita partim vi partim
iudicio requirens, restituit[17]. Ibi quoque episcopus Concordie[18] defunctus ac sepultus 18
est. Inde veniente inperatore Preneste, oppidum quoddam sub illo situm, scilicet domi-
cilium latronum et peregrinos apostolorum ad limina tendentes spoliantium, milites
magna vi sagittariorum expugnatum ceperunt cum castello, et civibus expulsis, maxi-
mam predam latrociniis[a] congestam venientes tulerunt. Apud Preneste quoque defunctus
ac sepultus est Giso comes Hessie[19]. Unde pertranseuntes Tiburtinam, petierunt Far- Oct.
vam[20], cuius eclesie abbati castella multa cum prediis violentia Petri Leonis et aliorum
ablata restituit, sed et oppidum quoddam magnum et opulentum, cuius habitatoribus
subdi cum contumelia contradicentibus, exercitus captum cum castello oppidum igni tra-
didit, in quo et multitudo non parva hominum precipicio et varia calamitate periit. Post
hec data et accepta honorifice ab imperatore et principibus licentia, papa remeavit in
sua. Inperator autem Narnis[21] pertransiens eamque subiciens, sicque Emilium[22] magnam 22
urbem aggrediens, et cives probrosa insultatione inperium eius refutantes, tandem victos,
pluribus captis, aliis autem varia clade affectis, humilians, transito illic Tyberi, Orvet[23]
quoque, id est Urbem Veterem, transcurrens, venit Ariciam[24]. Ibi Adalbertus episcopus
Basiliensis obiit. Deinde inperatore plana Moselle[25] permeante, vulgus ignobile conglo- *fol. 237.
batum lapidibus, contumeliis, latrociniis postremos exercitus temptantes prosecuti sunt;
e quibus quicumque capti et imperatori oblati fuissent, truncati naribus et affecti penis
inglorii redierunt. Sic postquam Boloniam perventum est, exercitus accepta ab inpera-
tore licentia paulatim dilapsus et quisque in sua reversus est. Denique Lotharius
inperator Trigentinam veniens, ibique festum sancti Martini cum gaudio celebrans, in- Nov. 11.
firmari cepit. Quo languore cottidie ingravescente, amore magno revisende patrie nec
ob hoc iter suum remorari paciebatur. Sed prevalente mortali egritudine desperatus,
cum episcopi qui aderant exitum eius unctione sacri olei et vivificis sacramentis munis-
sent, tandem aput Breduvan[26] villam, in faucibus Alpium constitutam, ille heu multis 26
lamentabilis, utpote pax eclesie, amator religionis et insticie, 3. Nonas Decembris a seculo Dec. 3.
migravit. Tempora ipsius iocunda fuerunt. Nam bona aeris temperie, omnigena terre
fertilitate, cunctarum rerum copia, non solum per regnum, sed et per orbem exubera-
bat. Merito a nobis nostrisque posteris pater patrie appellatur, quia erat egregius defen-
sor et fortissimus propugnator, nichili pendens vitam suam contra omnia adversa propter
iusticiam opponere. Et ut magnificentius de eo dicamus, in diebus eius[b] populus terre
non pertimuit. Unusquisque enim sua liberaliter pacificeque possidebat. Corpus eius dela- A. Ibid.
tum in patriam sepelitur regio more in hereditate paterna in loco dicto Lutheron. Marchio Adalbertus, collecta
valida manu, hiemali tempore terram Slavorum predabundus perambulavit. Meingotus Mersburgensis epi-

a) latroniis *c.* b) ē *c.*

14) cf. Otto Frising. VII, 20. 15) fortasse Acc- Hass. III, 78 sqq. 20) monasterium Farfa.
renza. 16) Monopoli. 17) cf. Petrus Diaco- 21) Narni. 22) Amelia. 23) Orvieto. 24) Arezzo.
nus c. 119 sqq. 18) in Venetia. 19) de quo 25) Mugello. 26) Breitenwang.
cf. Gebhardi Hist. gen. Abh. II, 97. Wenck hist.

scopus de expeditione usque in Sueviam languens perductus obiit; cui successit Ekkilesus. Gerburh abbatissa Quidelingeburgensis obiit.

A. d. i. 1138. Imperatrix Richenza indixit conventum principum in festo puri-
Febr. 2. ficationis sancte Marie apud Quidelingeburh. Qui conventus inpeditus est ab Adelberto marchioni et suis commanipularibus, tollentibus omne servicium imperatricis ad hec preparatum, et introitum urbis ei prohibentibus, et plurima dampna tam rapinis quam incendiis ei inferentibus. Lambertus ex abbate Ilsineburgensi Brandeburgensis eclesie electus, Rodolfi Halberstadensis episcopi rogatu Romam profectus est, rediensque a latronibus interfectus est; successit Wiggerus, prepositus Sancte Marie in Magedaburh. Pro Gerburga Quidelingeburgensi abbatissa substituta est Beatrix, abbatissa cenobii quod dicitur Herse. Petrus Leonis, qui contra Innocentium sedem apostolicam usurpaverat, obiit. Colonienses pro Hugone Arnoldum prepositum Sancti Andree, Mogontini vero Adalbertum iuvenem, prioris Adalberti nepotem, super se levant archiepiscopos. Folcmarus Corbeiensis[a] abbas obiit; cui successit
27 Adalbero, frater Heinrici ducis, electus ex eadem congregatione. Principes[27] conmunicato consilio decreverunt generalem conventum in pentecoste Mogontie fieri, ut conmuniter regno preficerent, quemcumque Deus ad id preordinasset. Sed Conradus Suevus, frater Fridrici ducis, quondam usurpator regii nominis, factione Adalberonis Tre-
Mart. 7.[29] verensis archiepiscopi[28] et quorumdam principum Confluentie feria 2. dominice Oculi
'fol. 237'. mei[b], successitque provectus in regnum Romanorum a Thietwino cardinali episcopo consecratus, regnavitque 84° loco ab Augusto anno ab Urbe condita 1890°, ab incarnatione Domini 1138°. Ad huius tamen negocii honorem multorum magnorum principum consensus est minime requisitus. Qui Conradus regalia, que Heinricus dux Bawarie, qui et dux Saxonum, gener Lotharii imperatoris, sub se habuit, callide adquisivit, et eundem
30 ducatu Saxonum privare voluit, dato eodem Adalberto marchioni[30]. Cuius electioni a nonnullis, presertim Saxonie principibus, contradicitur. Siquidem animis accensis Conradus marchio, Fridericus palatinus comes, Sifridus comes de Boumeneburh, Rodolfus comes de Stadhen, instigante eos imperatrice Richeza, condixerunt, ut pariter venientes adversus Adalbertum marchionem dimicarent. Anticipavit ille manum inimicam in loco qui dicitur Minirberh, et inopinate victor existens, plures adversariorum captivavit.
31 Bolizlaus dux Polanorum obiit[31], relinquens quinque filios superstites, quibus et divisit hereditatem suam coram illius terre episcopis et principibus. Ex quibus Bolizlaus, quia senior erat et Conradi regis gener, ducatum optinuit. Castrum quod Berneburh dicitur, igne crematum est propter tirannidem, quam inde marchionissa Eilica[32] exercebat.

A. d. i. 1139. Rex Conradus natale Domini Goslarie celebravit, ubi et publicum convêntum habuit, sed nichil de rei publice utilitate tractatum est; sicque nonnullis dedignantibus, curia defluxit, illo ibidem per integrum mensem inutiliter degente. Eo tempore dux Bawarie Heinricus latenter Saxoniam introivit, et obnitentes regi in suum
Febr. 2. contubernium ascivit. Intrante Februario rex Quidelingeburh venit, ubi purificationem sancte Marie peregit, Conradum Magedaburgensem archiepiscopum ceterosque principes Saxonie, qui Goslarie deerant et illuc venire se spoponderant, expectans. Quibus venientibus et prope ipsum locum hospitantibus, ipse subito recessit et expedicionem suam
'Apr. 23. fieri in Saxoniam in proxima estate firmiter inssit. Post pascha' Conradus archiepiscopus cum duce Heinrico et aliis principibus Plozeken[33], castrum Bernhardi comitis, eo quod fautor esset marchionis, obsedit, cepit, destruxit. Ita crescente odio propinquorum Heinrici et Adalberti, quorum minus dux in Bawaria, pro desponsatione filie Lotharii imperatoris, etiam Saxonie ab eo ducatum acceperat, alter eum avito beneficii iure vendicans aput Conradum regem optinuerat, Saxonia alterno est sedata[c] litigio. Sed Heinricus militari copia prevalens Adelberto, civitates eius et castella expugnans delevit. Appro-
Aug. 15. pinquante festo assumptionis sancte Marie, Conradus archiepiscopus cum Heinrico duce

a) corbeiens *c.* b) *deest vocabulum* eligitur *vel simile.* c) *ita c. calami errore;* turbata *ed.*

27) cf. Otto Frising. VII, 22. 28) cuius confer vitam ma cum Gestis Trevirorum editam. 29) cf. Annales S. Dysibodi vulgo Dodechino tributos, qui regem die 22 Febr. electum, 6. Mart. coronatum dicunt. 30) cf. Otto Fris. VII. 23. 31) Röpell hist. Polon. I, 295, qui minus recte a. 1139. praetulit. 32) filia Magni ducis, uxor Ottonis, mater Adalberti marchionis. 33) Plözke

et predictis principibus aput Cruceburh[34] contra regem convenit, qui Saxoniam devastare summis viribus conabatur. Sed episcopi, qui perplures illo cum rege convenerant, pugnaturis impedimento fuerunt; factaque conpositione inter utramque partem usque ad condictum tempus, singuli cum pace redierunt. Deinde facto colloquio in Quidelingeburh, Heinricus nobilissimus atque probissimus dux Bawarie atque Saxonie, veneficio ibidem ut fertur infectus, 13. Kal. Nov. vitam finivit. Corpus eius Luttere ad dextram Lotharii inperatoris positum est. Oct. 20. Tunc Adalbertus, estimans se ammodo ducatu libere potiturum, cum forum aput Bremam in festo omnium sanctorum adiit, loco conpetenti placitum habiturus; hic angustiatus, matura sibi quorumdam familiarium ope fretus, ab amicis mirabiliter ereptus, amicis illesus est restitutus. Nov. 1. Concilium Rome habitum[a] est ab Innocentio papa. Otto sanctissime memoriae Babenbergensis episcopus obiit. Andreas Traiectensis episcopus obiit; cui Hartbertus successit. Ludowicus Thuringiae comes obiit.

a) *bis scriptum c.*

34) Kreutzburg in Thuringia.

INDEX RERUM

AUCTORE D. WILHELMO WATTENBACH PH. D.

Maior numerus paginam, minor lineam indicat.

A.

Aanors v. Alienor.

Aaron rex Persarum 163. 12. 335—337. 564. 61. 566—568.

S. Abacuc sive S. Iosephi ab Arimathia abbas Almaricus episc. Sidon. 460. 30.

Abaielardus f. Hunfredi 489. 39.

Abailart, Abaelardus, Petrus 403. 8. 452. 9.

Abasgia 157. 49.

Abbendoniae abbas 524. 31.

Abbio dux Saxonum 167. 12. 335. 11. 561. 10.

Abbo abbas Floriacensis 353. 38. 354. 23.

Abdella, Habdalan, Habdallas.

Habdalan amiras 327. 36.

Habdallas amiras 332—334. 558. 43.

Habdallas amiras 337. 35.

Abdella f. Ibinmaugae 168. 563.

Abdyrama f. Muhaviae 330. 568. 2.

Abilina i. e. Caesarea Philippi 506. 47. Habilina s. Belinas 514. 35. Belinas castrum 103. 36. 528. 32. Caesarea 508. 39.

Abitaurus rex Saracenorum 559. 48.

Ablavius 120. 46.

Abodritae, Apodritae, Abrotidi, Obodritae 29. 7. 162. 56. 168—171. 178. 30. 335—337. 339. 48. 562—567. 572. 573. 576. 61. 596. 65. 603. 21. 609. 11. 631. 4. 634. 45. 636. 3. 640. 9. rex 347. 36. 597. 57. principes Witzan, Thrasico, Sclaomyr, Ceadrago, Mistav, Godescalcus, Kanutus.

Abraham, Habraham.

Abraham ep. Frising. 613. 50. 615. 41.

Habraham amiratus 564. 66.

Abrai castellum 517. 25.

Abrincis, *Arranches* 507. 508. 521. Abrincatini 495. 21. 512. 6. 522. 41. pagus 506. 11. ep. Authertus, Curgisus, Ricardus de Bellou, Ricardus, Herbertus, Achardus, Richardus, Willermus; decanus Rollandus archiep. Dolensis; de Abrincate Gislebertus, Fulco Painel.

Absalon abbas S. Amandi 395. 38.

Absalon i. e. Heinricus V. 370. 2.

Absolonis pulcritudo 434. 24.

Absimarus 328.

Abulaz rex Sarac. 567. 67. 568. 2.

Accaron Philistea 15. 49. 482. 13. 741. 51.

Accaron, Accon, Achon, Acris, Ptolomaida, Tholomaida 15. 48. 225. 40. 368. 42. 392. 25. 425—430. 438. 27. 466. 18. 482. 12. 486. 19. 506. 53. 741. eccl. S. Nicolai 427. 13.

Achardus abb. S. Victoris ep. Abrincat. 511.

de Acheim, Bertoldus.

Achim soldan 727. 13.

Achinnum v. Agennum.

Adagarii 127. 27.

Adalardus v. Adalhardus.

Adalbero, Athalbero, Adelbero, Albero, cf. Adalbertus.

Adalbero archiep. Brem. 759. 48.

Athalbero electus Trevir. 657. 66. 658. 1.

Albero primicer. Mett. archiep. Trevir. 449. 58. 455. 24. 770. 40. 774. 29. 776. 18.

Adelbero ep. August. 587. 12.

Adalbero ep. Babenberg. 692. 5.

Adalbero prior S. Blasii, abb. Nienburg. ep. Basil. 768. 38. Adalbertus 775. 32.

Athalbero ep. Brixiensis 654. 18.

Adelbero I ep. Leod. 378. 47. 381. 11.

Adelbero II cler. Mett. ep. Leod. 385. 29. 387. 389. 2. 452. 20.

Adelbero I ep. Mett. 348. 58. 350. 53. 596. 46. 605. 32. 609. 62. 617. 5. 618. 51.

Adelbero II ep. Mett. 352. 28. 354. 51. 633. 18.

Adelbero III ep. Mett. 358. 47.

Adelbero ep. Wirciburg. 196. 17. 199—203. 206. 207. 365. 30. 551. 687. 15. 694. 16. 699. 8. 704. 20. 711. 55. 712. 36. 715. 717. 7. 723. 31. 724. 3. 726.

Adalbero abbas Corbeiensis 776. 15.

Albero de Clara Valle abb. Dunensis 460. 21.

Adalbero praepos. S. Vincentii Laudun. 445. 40.

Adalbero dux Carinthiae 679. 46.

Adalbertus, Adelbertus, Albertus, Authertus, cf. Adalbero.

Adalbertus rex Italiae 29. 31. 188. 20. 190. 350. 616—619.

Authertus presb. card. S. Laurentii in Lucina 413. 41. 521. cancell. Urbani III. 425. 13. papa v. Gregorius VIII.

Adelbertus patr. Ravenn. ep. Aricinus 666. 26.

Adelbertus praepos. Halberst. archiep. Bremensis 199. 50. 686. 687. 35. 690. 41. 691. 29. 692. 33. 695. 696. 698. 32. 699.

Adalbertus ex mon. S. Maximini ep. Rugorum 615. 48. 616. 59. abb. Wizenburg. 619. 16. archiep. Magdeburg. 191. 69. 622. 623. 625. 627—629. 770. 2

Adelbertus archiep. Mogunt. 245. 246. 249. 25. 252—254. 256. 257. 31. 259. 376. 4. 537. 42. 541. 17. 747. 749—760. 762. 58. 765. 42. 774. 21. 776. 13.

Adelbertus iunior archiep. Mog. e praepos. Erfurd. 541. 17. 774. 21. 776. 13.

S. Authertus ep. Abrincat. 329. 17. reliquiae 508.

Authertus ep. Aletensis 518. 27. 533. 42.

(Albertus) ep. Bethleemites 424. 52.

S. Authertus ep. Camerac. 324. cf. S. Autberti.

Adalbertus ep. Lauriacensis 615. 40.

Authertus Lovan. electus Leod. 429. 430. 432. 19.

Authertus de Reitesta cl. Leod. 429.

Authertus (de Cuch) ep. Leod. 432.

S. Adalbertus ep. de Praga 29. 51. 191. 66. 352. 15. 355. 15. 629. (fratres). 634. 640. (mon. S. Alexii). 641. 23. 644. 646. 9. 672. 58. 681. 20. 682. 34. 724. 10. translatio 683. 686. 44. mausoleum Pragae 693. 10.

Adelbertus ep. Worm. 200. 33. 203. 21. 699. 8. 710. 61. 713.

Albertus abbas Affligem. 400.

Albertus dux Mosellan. 359. 7. 687. 6.

Adalbertus I marchio Austr. (Adalbero 30. 10. 195. 58. 686. 11.) 31. 23. 196. 5. 197. 24. 687. 16. 690. 38. f. Liutpald.

Adalbertus Babenbergensis 28. 32. 22. 176. 15. 179. 194. 21. 345. 346. 21. 589—591.

Albertus f. Ottonis Ballenstid. marchio sept. 403. 52. 410. 38. 537. 8. 538. 36. 744. 8. 760. 8. 761. 48. 763. 31. 766. 767. 29. 768. 46. 770. 31. 774. 31. 775—777.

Adelbertus marchio Tusciae 174. 176. 15. 589. 61. 591. 18.

Adalbertus palat. f. Friderici 761. 46.

Adelbertus com. senior Ballenstid. f. Esici 676. 55. 693. 56. 754. 19. 767. 3. uxor Adelheid; f. Otto, Sigifridus.

Adelbertus com. (de Calwe) 687. 60.

Adelbertus comes in part. Trident. 234. 235. 10. 742.

Adelbertus de Lodron 539. 21. 768. 27.

Adelbertus comes f. Matfridi 605. 31.

Adelbertus f. Conradi de Maresleve 685. 5.

Adelbertus frat. Eribonis 538. 1.

Adelbertus Colvo 771. 41.

Adalbertus Scucco 680. 47. f. Fridericus pal.

Albertus Stephani 369. 7.

S. Autberti coen. Cameraci 390. 38; abb. 442. 21.

Adelboldus ep. Ultraiect. 194. 12. 353. 37. 354. 25. 356. 3. 661. 50. 664. 11. Othelbaldus 672. 67. 673.

Adelboldus praepos. S. Crucis Hild. 690. 9.

Adelbrandus s. Becelinus archiep. Brem. 679. 33. 686. 11.

Adaldag archiep. Brem. 599. 601. 8. 615. 21. 617. 618. 27. 623. 21. 626. 50. 634.

Adalgarius archiep. Brem. 586. 11. 592. 30.

Adalgarius abb. Corbei. 576. 51. 581. 70. 584. 29.

Adelgarius presbyter 353. 25.

Adalgarius propinquus Waifarii 160. 44. 557. 13.

Adalgisus f. Desiderii 161. 17. 165. 58. 334. 29. 335. 29. 558. 63.

Adalgisus dux Beneventi 341. 57. 581. 582.

Adalgisus Francus 560. 33.

Adelgotus archiep. Magdeb. 249. 6. 255. 746. 19. 751. 21. 753. 44. 756. 1.

Adalhardus ep. Veron. 591. 26.

S. Adelhardus, Adalardus abb. Corb. 171. 35. 447. 572. 50. 573. 41.

Adelardus abbas 442. 2.

Adalardus comes 558. 20.

Adalheit, Athelheidis, Adelheidhis, Adelcida, Adelais, Adelas.

Adelheide imp. uxor Ottonis I. 188. 190. 349. 45. 607—609. 619. 28. 621. 7. 625. 627. 632. 633. 636. 637. (Vita 55.) 643. 63. 644. 647. 37.

Adelheit imp. uxor Heinrici IV. 207. 15. 218. 28. 726. 36. 728. 12. 732. 17. cf. Eupraccia.

(Adelheit) imp. uxor Friderici I. 403. 12. 407. 52. 408. 52.

Adeleida regina Angl. 392. 13. v. Aeliza.

Adelheida reg. uxor Lud. Balbi 549. 38. 584. 39. 586. 53. 589. 8.

Athelheidhe f. Ottonis M. abbatissa 627. 18. *est Mahtildis.*

Adelheid f. Ottonis II, abb. Quideling. 627. 11. 632. 40. 636. 29. 640. 12. 643—645. 647. 651. 55. 666. 62. 672. 14. et Gandesh. 682. 45.

Adelheidis f. Heinrici III, abb. Quedlinb. 698. 38.

Adelheid mon. Gandesh. 698. 11.

Adelheit f. Heinrici IV, uxor Frid. ducis 194. 59. 230. 34. 741. 35.

Athelheida uxor Geronis march. 668. 67. 678. 6.

Adelheid uxor Liudigeri Udonis march. 691. 18.

Adelheidis ux. Heinrici march. de Stathen 744. 8. 761. 48.

(Adelheidis) f. Udonis III march. 724. 33.

Adelheida ux. Ottonis march. Susae 199. 37. 679. 51. 695. 10.

Adelheidha palatina ux. Adulfi de Huvili, Friderici de Sumersenb. 677. 5.

Adelheit ux. Friderici pal. et Ludowici com. Thur. 690. 41. 720. 61. 748. 45. 762. 48.

Adelheidhis palatina ux. Adalberti com. Ballenst. 693. s. Adhela 733. 20.

Adelheid ux. Ottonis com. Ratisp. 688. 755. 16.

Adelheide ux. Thiemmonis de Scropponlo 767. 4.

(Adelheit) ux. Odelrici de Wimare 693. 47.

Adelinda pellex Karoli M. 163. 37. 564. 26.

Adalmannus abb. S. Albani 723. 42.

Adaloaldus rex Langob. 322. 323.

Adelongus 574. 15.

Adelsindis ux. Ottonis com. de Eilikistorp 685. 23.

Adaltrud f. Karoli M. 163. 36. 564. 26.

Adalulfus prior S. Oswaldi ep. Carlivensis 490. 59. 504. 28. 505. 15. 519. 7.

Adam ep. Morin. 440. 42.

Adam abb. Aquicin. 436. 45.

Adam prior Ursicamp. abb. Mortui Maris 465.

Adam scriba Roberti de Torinneio 508. 9.

Adam litteratus 421. 23.

Adamanus abbas 328. 21.

Adarna v. Aderna.

Adartensis pagus, *Artois* 435. 52.

Addaram rex Sarac. in Hisp. 348. 51. 605. 25.

Adefonsus, Adelphon, Haldifonsus, Hildefonsus, Amfonsus, Amfurtius, Amful, Amfursus, Anforsus.

Anfortius I rex Arrag. 509. 7.

Anfortius II rex Arrag. 509. 12. 512. 47. 521. 26.

Adefonsus rex Galitiae et Asturicae 163. 9. 168. 49. 336. 4. 563. 568. 20.

Amful rex Gallic. 366. 5. (VI Castellae.)

Amfursus imperator Hispaniae rex Castellae 406. 48. 497. 45. 503. 31. 504. 20. 506. 41. f. Senche, Fernandus, Constancia.

Amfursus f. Sanctii imp. Hispan. (parvus rex 432. 39. 532. 45.) 406. 45. 436. 18. 507. 9. 519. 34. 530. 55. ux. Alienor; f. Senchius, Blanca.

Amfonsus f. Garsiae rex Navarrae 519. 37. (Sancho V.)

Adefonsus (Henriquez) rex Portigal. 422. 41. 497. 46. (Galiciae). 534. f. Tharasia s. Mathilde.

Anforsius, Hildefonsus, f. Raimundi comes S. Aegidii 454. 20. 510. 3. f. Raimundus.

Adel-, Adhel-, Athel-, Atel- cf. Edil-.

Adhela Lovaniensis, ux. Ottonis, Dedonis marchionum 693. 59. 697. 55. 733. 21. 738. 2.

Athela ux. Geronis com. de Alesleve 627. 36.

Adela uxor Stephani comitis Blesensis 478. 39.

Adela comitissa Flandr. ux. Balduini V. 399. 41. 433. 11. 478. 37.

Adela com. (ux. Heinrici II Lovan.) 399. 50.

Adela ux. Theoderici com. Katelenb. et Hilperici de Ploceke. 688. 20. 737. 55. 755. 17.

Athela uxor Sigifridi com. Stad. 627. 40. 639. 28. 681. 15.

Adhela Romae inclusa 662. 25.

S. Adelenus 393. 2.

Adelfius Scotus 320. 35.

Athelrad rex Angl. 669. 670. f. Athelstein (670.), Edmundus, Edwardus.

Adelstanus rex Angl. 173. 61. 181. 26. 183. 39. 595. 59. 597. 49.

Ademarus v. Hademarus.

Adenstad 681. 54.

Adeodatus papa 25. 32. 155. 41. 326. 441. 31.

Aderna fl. 166. 35. 559. 59.

Adhelmus ep. 328. 21.

Adlecta ux. Wratizlai 690. 29. 693. 30.

Ad Montem Dei 446. 36. 452. 2.

Ado Francus 323. 58.

Adogit gens 120. 2.

Adolandus f. Agilolfi 145.

Adolfus, Adulfus, Audolfus.

(Adolfus) archiep. Colon. 435.

Adulfus diac. 566. 63. 567. 3.

Adolfus senescallus 167. 15. 335. 13. 561. 14.

Adulfus comes de Huvili 677. 5. uxor Adelheid; f. Adulfus.

Adulfus comes 744. 30.

Adrianopolis 119. 13. 220. 36. 735. 26.

Adrianus I papa 27. 165—168. 334. 335. 393. 5. 531. 13. 558. 560—563.

Adrianus II papa 28. 161. 43. 172. 62. 341. 549. 23. 580. 581. 40.

Adrianus III papa 173. 1. 343. 586. 23. cf. Agapitus II.

Adrianus IV papa 396. 49. 397. 402. 403. 9. 404. 20. 407—409. 456. 16. 463. 13. 465. 36. (Anglicus). 504. 505. 30. 509. 51. epistola ad Frid. imp. 408. cf. Nicolaus ep. Alban.

Adrianus abbas 326. 12. 329. 13.

S. Adriani eccl. Ticini 150. 26.

S. Adriani rell. Gandis 352. 35.

Adventius ep. Mett. 581.

Advocati et subadvocati 211. 39.

Ae. E.

Aegidius archidiac. Rothom. ep. Ebroic. 519. 32. 521. 10. 526. 37. 528.

Aegidius praepos. de Lo 440. 47.

Aegidius dux Romanus 116. 15. 310—312. 555. 39.

Aegidius de Sollereio 533. 45.

S. Aegidius de Provincia et de Constantino 514. 5.

S. Aegidii eccl. 440. 20.

S. Aegidii provincia, Gothia 377. 20. 383. 30. 439. comites Raimundus, Adelfon, Raimundus.

Aegyptus 212. 15. 411. 456. 3. 468. 20. sedes regni Babylonia 212. 14. 727. 18. caput Alexandria 515. 54. clavis Damiate 440. 12.

Aegyptiorum thesauri 721. 48.

Aeliz, Eliza, regina Angl., ux. Henrici I, Willermi com. de Arundel (Adeleida 392. 13.) 486. 49. 494. 3. 519. 18. 525. 13.

Aeliz f. Ricardi III ducis Norm. 478. 33.

Aeliz f. Roberti I ducis Norm. 478. 35.

Aelith f. Willermi I regis Angl. 478. 39.

Aelles rex Merciorum 320. 62.

Aemilia provincia 125. 36. 126. 52. 146. 28.

Aerbo a visonta confossus 225. 47. 738. 38.

Aerbo palat. f. Hartwici 224—226. 737. 17. 738.

Aetius dux Roman. 23. 126. 135—137. 169. 41. 301. 15. 307—310.

Affligemense coen. 398—403. basilica 400. 23. abb. Fulgentius, Franco, Albertus, Petrus; mon. Balduinus, Heinricus comes, Heribrand, Iggelbertus.

S. Afra 594. 25. 637. 18.

S. Afrae coen. Augustae 646. 62.

Afri a Ludovico Pio oppugnati 338. 44.

Africani Sarac. 345—347. legati ad Ottonem I. 625. 12.

Africae pars Apuliensibus subiecta 432. 19. 434. 25. 452. 19. 454. 31. 489. 41. 497. 20. 503. 5. 506. 12 540. 29. cf. Saraceni, Maroc; rex Gormundus; archiep. 454. 32.

Affrica civitas 454. 31. 528. 27.

Affricus ventus 417. 14. 424. 15. 432. 52.

Agapitus I papa 129. 52. 139. 140. 10. 316.

Agapitus II papa 173. 2. 343. cf. Adrianus III.

Agapitus III al. II papa 184. 22. 349. 353. 606. 643. 11.

S. Agapiti rell. 514. 59. 636. 61.

Agareni 25. 10. 37. 32. 153. 36. 498. 1. 506. 512. 513. 35. 519. 21. 520. 4. 528. 32. 530. 8. 531. 25. 534. 31.

S. Agathae coen. Ticini 147. 62.

Agathe urbs, *Agde* 331. 18.

Agatho papa 25. 149. 11. 155. 326. 327.

Agaunense coen. v. S. Mauricii.

Agelmundus rex Langob. 142. 301. 25. 312. 23.

Agennum, Agiunum, Aginnum, *Agen* 333. 22. 346. 69. 492. 61. 511. 56.

Aginensis pagus 172. 18. 573. 63.

Agenenses haeretici 526. 62.

S. Agericus ep. Virdun. 317. 38.

Aggeri coen. S. Dionysii, *Engern* 621. 54.

Agilan rex Wisigoth. 317.

Agilfredus ep. Leod. 334. 31.

Agilolfus qui et Agio rex Langob. 145. 320—322.

S. Agilus abb. Resbac. 323. 64.

Aginensis v. Agennum.

Agio rex Langob. v. Agilolfus.

Agion dux Langob. 301. 312. Aio 142.

Agiulfus monachus 324. 65.

Agnellus ep. Trident. 145. 30.

Agnes imp. ux. Heinrici III. 30. 31. 196—199. 203. 42. 360. 46. 363. 30. 687. 691—695. 697. 12. 702.

(Agnes) imp. ux. Alexii, Andronici 406. 50. 421. 41. 423. 527. 528. 20. 530. 6. 532. 25. 533. 49.

(Agnes) regina ux. Amalrici I. 506. 54.

(Agnes) regina ux. Stephani III. 398. 2. 407. 6.

Agnes palatina ux. Friderici de Puthelendorp 670. 56. 765. 10(?)

Ahelardus rex Westsexe 485. 10.

Aibertus reclusus 395.

S. Aidan ep. 323. 52.

Aimarus v. Hademarus.

Aio archiep. Capuae 636. 41.

Aio dux v. Agio.

Aio Langobardus 568. 31.

Ala urbs 632. 39.

Alachis rex Langob. 147. 148. 328. 11.

Alamanni, Alemanni, Alamannia, cf. Suevia 21. 22. 26—30. 109. 37. 110. 48. 116. 33. 131. 14. 134. 31. 144. 59. 158. 43. 159. 2. 162. 163. 35. 166. 172—175. 189. 193. 47. 195. 201—206. 208. 214. 8. 227. 231. 25. 233. 32. 312. 36. 313. 52. 322. 331. 41. 343. 51. 433. 2. 434. 449. 49. 451. 43. 553. 554. 559. 12. 566. 7. 568. 10. 574. 25. 578. 49. 584—776. passim; metropolis Augusta 241. 41. reg. Crocus, Karolus; duc. Theobaldus, Lanfridus, Burchardus, Herimannus, Liudolfus, Burchardus, Otto, Conradus, Herimannus, Herimannus, Ernestus, Ernestus, Herimannus, Otto, Otto de Suinvorde, Rudolfus, Fridericus, Friderieus, Friderieus imp., Fridericus V.

Alemannia i. e. Germania 423. 26. 430. 37. 431. 52. 454. 38. 489. 3.; imperatores, reges 383. 31. 437. 10. 439. 6. 457. 32. 467. 40. 474. 31. 497. 11. 499. 59. 504. 58. 506—509. 512. 513. 524. 528. 23. 534. 2.

Alemanniae regni episcopi civitates habent 532. 55.

Alamanni conductitii Alexii imp. 220. 49. 735. 35.

Alemannicus comes 433. 32. (Bertholdus dux Meraniae).

Alamundarus amiras 138. 59. 314. 5.

Alanus comes 494. 42.

Alanus frat. Pastiquani 583. 38. 588.

Alanus nepos Rollandi de Dinam 523. 1.

Alani 115. 123. 51. 126. 131. 135. 32. 136. 20. 157. 49. 300—302. 306. 307. reg. Resplendial, Biorg.

Alara fluv. *Aller* 560. 38. 567. 56.

Alardus ep. Camerarensis 415. 417. 15. 442. 22.

Alardus abb. Aquicin. 393. 394. 10.

Alaricus rex Herulorum 123. 20.

Alaricus rex Wisigoth. 23. 125. 126. 51. 134. 135. 29. 304. 306.

Alaricus II. 116. 128. 21. 129. 139. 1. 158. 63. 312—314. 554.

Alathens dux Wisigoth. 124. 52. 125.

Alba 749. 13. ep. Petrus igneus, Ricardus, Nicolaus papa, Henricus.

Albamarla, *Aumale* 414. 10. 433. 35. 521. 56. (Aubimare). com. Willermus.

S. Albani eccl. in Anglia 484. 485. 495. 46. abb. Paulus, Ricardus, Gaufridus.

S. Albani eccl. Mogunt. 168. 19. 307. 28. 562. 67. 611. 2. 614. 59. 723. 28. 753. 48. abb. Gerhertus, Godescalcus, Adalmannus, Theodericus; mon. Libutius ep. Rugorum; annales 8. 41.

Alberad abb. Molenbech, Wongerestorp. 679. 36. 682. 42.

Albericus, Albricus, Alvericus.

Albricus ep. Ost. 493. 45.

(Albericus) archiep. Bituric. 446. 43. 451. 56. 472. 45.

Albericus archiep. Remensis 440. 13.

Alberieus ep. Asneburg. 680. 21.

Alberieus ep. Mersburg. 688. 30.

Alberieus elect. Mind. 675. 23.

Alberieus abb. Cistercii 464.

Alberieus abb. Hildeslev. 748. 47.

Alberieus Trium Fontium 398. 41.

Alberieus com. Montis Fortis f. Simonis 440. 9.

Albericus com. Tuscul. 347. 32. 616. 4.

Alberieus comes 588. 66. 589. 62. 590. 54.

Albericus Belvacensis miles 465. 39.

Alvericus f. Folcmari de Domenesleve 754. 50.

Alvericus de Kakelinge 754. 53. f. Bernhardus.

Albertus v. Adalbertus.

Albewinus v. Alhuinus.

Albhaidis v. Alpais.

Albia, Albis 92. 64. 161. 60. 166—170. 334—337. 403. 51. 560—568. 570. 27. 592. 17. 595. 30. 600. 40. 612. 22. 616. 25. 622. 23. 628. 65. 630. 631. 634. 9. 648. 26. 652. 656. 660—663. 668. 669. 8. 672. 52. 674. 677. 59. 678. 23. 690. 53. Albiani 748. 24.

Albigenses 437. 41. 439. 440. 467. 1. 468. 27.

de Albinneio, Willelmus, Willelmus, comites de Arundel, Godefridus.

Albinus cubicularius Leonis III. 168. 65.

Albinus cogn. Alewinus v. Alcuinus.

Alboin, Albuin rex Langobard. 130. 19. 140. 37. 142—144. 301. 29. 315. 46. 317. 318.

Albricus v. Albericus.

Albsuinda f. Alboini 143. 28. 144.

(Albuinus) ep. Brixin. 648. 51.

Albuinus, Albewinus, scolarum mag. in Hersfelt, abb. Nienburg. 196. 60. 679. 25. 693. 14.

Albuinus presb. 238. 18. 743. 63.

Albuinus miles 341. 52. 582. 9.

Alciacus, *Auschy-Les-Moines*, dioec. Boloniensis, abb. Iohannes.

Alciodorensis pagus, *Auxerrois*, 339. 23. v. Autissiod.

Alcizurorum gens 123. 50.

Alcuinus, Alchuinus, Alewinus, Albinus, abb. S. Martini 164. 10. 335. 38. 562. 60. 565. 55. 569. 2.

Alda regina ux. Hugonis 176. 18. 181. 22. 596. 52.

(Aldebertus V) comes de Marcha 517. 5. 518. 25.

S. Aldegundis 324. 62. 442. 1.

Aldenardum, *Oudenarde* 399. 37.

Aldenbort coen. S. Petri, *Oudenburg* 399. 53.

Aldenburh civ. Daniae 608. 630. 41. 631. episc. Reinbertus, Bernhardus, Reinoldus.

Aldenburh, *Merseburg* 592. 44.

Alemanni v. Alamanni.

Alchuus abb. Aquicin. 394. 10.

Alenceium, Alentonium, *Alençon* 491. 51. 515. 20.

Alesine 526. 48.

Alesleve coen. S. Ioh. Bapt. *Alsleben ad Salam* 627. 738. comes Gero.

Aletensis episcopatus de S. Maclovio vocatur, *S. Malo* 533. 42. pagus 517. 33. ep. Authertus, Petrus Giraldi.

Alewicus abb. Augiensis 615. 5.

Alexander I papa 19. 27. 99. (Passio). 104.

Alexander II Lucensis ep. papa 198. 50. 199. 17. 200. 201. 1. 204. 18 206. 24. 214. 9. 361. 362. 441. 694. 1. 699. 9. 701. 66. 719. 25. 729. 31.

Alexander III papa 282. 48. 397. 404. 20. 409—421. 458. 20. 463. 17. 466. 6. 509—514. 517. 58. 518. 2. 520. 12. 521. 4. 523. 22 524. 16. 525. 36. 527. 10. 528. 15. 531. 533. 58. cf. Rollandus; epist. ad episcopos Galliarum 416.

Alexander Magnus 25. 13. 60—77. 92. 56. 106. 55. 109. 52. 121. 123. 17. 153. 38. 176. 21. 379. 40. 587. 53.

Alexander imp. 173. 31. 345.

Alexander I rex Scotiae 483. 7. 488. 41. 489. 70. f. David, Melcolm.

Alexander ep. Leod. 381. 385. 11.

Alexander II ep. Leod. 398. 22. 412. 15. 516. 6.

Alexander ep. Lincol. 485. 2. 487. 15. 489. 22. 490. 32. 493. 58. 494. 35. 496. 43.

Alexander abb. Aquicin. 412—414. 419.

Alexander abb. Cistercii 523. 19.

Alexander abb. Mortui Maris 465. 472. 40.

Alexander notarius 526. 55.

Alexander 775. 8.

Alexander Troianus 760. 19.

S. Alexandri reliq. 179. 15. 304. 63. 362. 23.

S. Alexandri eccl. Grone 663. 18.

Alexandria 304. 5. 390. 42. 515. 54. 524. 3. patr. 439. 41.

Alexandria nova 413—415 518. 2. 524.

S. Alexis Romanus 305.

S. Alexis bas. Halberstad. 698. 42.

Alexius (Comnenus) imp. 208. 45. 212. 9. 213. 7. 216. 220. 221. 230. 483. 9. 486. 16. 728. 18. 729. 2. 730. 735. 741.

Alexius iunior imp. 406. 50. 421—423. 527. 528. 19. 530. 5. 532. 25. 533. 47. uxor Agnes.

Alexius IV imp. 474.

S. Alexii coen. Romae 640. 35. mon. S. Adalbertus.

Alfricus mon. Corb. 588. 47.

Alfridus rex Nordanymbr. 327.

Algarus ep. Constanc. 499. 44.

Alienordis, Aanors regina Franciae Angliae 403. 20. 406. (ubi liberi enumerantur). 446 30. 451. 32 455 27. 457. 32. 459. 38. 460. 465. 32. 493. 18. 497. 31. 500. 503. 10. 504. 41. 508—517. 519. 26. 521. 523. 23. 533. 28.

(Alienor) de Provincia ux. Henrici III reg. Angl. 441. 10.

Alienor regina Castellae, uxor Amforsi 282. 41. 406. 41. 436. 18. 511. 60. 519. 33. 530. 54. 532. 47.

(Alienor) comitissa Viromandi nupta Will. com. Nivernensis, Mathei com. Boloniae 519. 24.

(Alix) uxor Ludovici VII regis 511. 18. 514. 55. 529. 30.

(Alix) f. Ludovici VII. 426. 53.

Alliacum, *Ailly* 461. 34.

S. Allowinus s. Bavo. 322. 4. v. Bavo.

Almaria urbs Hisp. 453. 51. 497. 45. 506. 40.

Almaricus abb. S. Abacuc, ep. Sidon. 460. 29.

Almus frat. Colomanni 242. 746. 54. 760. 42.

Alna, *Aulne sur Sambre*, d. Leod. 460. 11.

Alnei cast., *Aulnay* 495. 19.

Alnetum, *Aunay*, d. Baioc. 529. 21.

Alneum i. q. Alna 393.

Alonna coen. 150. 23.

Alost castellum 381. 23.

Alpais, Albhaidis 118. 50. 328. 42. 329. 46.

Alpes 120. 51. 132. 12. 180. 53. 245. 21. 364. 5. 412. 28. 415. 1. 420. 26. 433. 48. 448. 22. 507. 6. 564. 70. 565. 5 584. 23. 596. 19. 618. 12. 619. 22. 623. 6. 644. 46. 645. 56 681. 9. 711. 28. 768. 34. 771. 6. Apenninae i. e. Penninae 158. 48. 553. 48. 579. 59. 587. 25. 589. 34. Alpinae difficultates 666. 37. Alpium nivosa cacumina 675. 17. occultiores semitae 234. 35. et Suevorum confinium 634. 38. transcessores 241. 14. fauces 775. 42.

Alpizurorum gens 123. 49.

Alsatia 26. 26. 28. 51. 29. 2. 158. 3. 175. 32. 185. 47. 186. 189. 67. 234. 46. 235. 11. 257. 8. 263. 19. 346. 348. 359. 8. 450. 6. 559. 10 (Elizatium). 587. 2. 594 — 596. 603. 17. 604. 25. 609. 49. 687. 51. 688. 3 742. 57. 753. 51. 757. 3. 762. 2. duc. Theodericus, Fridericus; com. Gerhardus; de Alsacia (Ellesath, Auseis) Gerhardus dux, Theodericus comes.

Alskerus abb. Paliti 647. 67.

Altahensis abb. Godehardus ep. Hildesheimensis; mon. Guntherus.

de Altavilla, Tancredus.

Altdeni Nortmannus 560. 31.

Altesleibon 541.

Altfridus ep. Hildesh. 571. 43. 575. 51. 576. 10. 581. 68. 582. 52. 689. 61.

Altimontense coen. *Hautmont* dioec. Camerac. 324. 61. 441. 41.

Altinum v. Patavium.

Altmannus ep. 672. 65.

Altmannus abb. Swarzah. 247. 50.

Altmona fluv. 168. 4. 562. 19.

Altorp villa 764. 28.

Altstede 626. 51. 659. 38 664. 12. 667. 671. 673. 3. 675. 682. 53. 684. 50.

Altmyxleir coen. S. Petri, *Hautvillers*, d. Rem. 278. 18. 339. 71. 391. 32. abb. S. Bercharius.

Alveredus archiep. Eborac. 519. 12.

Alvericus v. Albericus.

Alvertune 493. 40.

Alvisus mon. Sithiu, abb. Aquicincti, ep. Atrebat. 395. 407. 1. 450. 28. 451. 53. 453. 52. 459. 37.

Alvred soror Irmengardis 671. 28.

Amala 122. 38.

Amalberga uxor Ermenfridi 129. 13.

Amalfreda uxor Huberici 129. 12.

Amali 122—125. 127. 41. 130.

Amalphia 774. archiep. Petrus.

Amalricus, Amauricus, Almaricus, Ammaricus, Amalaricus, cf. Albericus.

Amalricus I com. Ioppensis, rex Hierus. 397. 52. 405. 9. 410. 6. 411. 415. 424. 30. 428 49. 490. 25. 503. 3. 506. 54. 513 — 515. 521. 2 523. 60. ux. Agnes, Maria; f. Balduinus, Sibylla, Elizabeth.

Amalricus rex Wisigoth. 116. 129. 314. 315.

Amalricus II com. Ebroic. 494. 20. frat. Simon.

Amalricus f. Simonis com. Ebroic. 519. 38. 530. 53. 534. 4.

Amalsuinda f. Theoderici 24. 122. 129. 139. 315. 64. 316. 18.

Amalungus ep. Fard. 615. 61. 624. 53.

Amalwinus 167. 13. 561. 11.

Amandivilla super Viram 511. 43.

S. Amandus ep. Tungr. 154. 53. 322—325. 399. 35. 441. 48. Vita 342. 52.

S. Amandi coen. Elnonense, *St. Amand* 337. 29. 342. 52. abb. Absalon, Galterius, Iohannes, Wilhelmus; mon. Hubaldus, Milo.

S. Amantius 352. 35.

Amardela civ. 651. 70.

S. Amator 519. cf. Roca S. Amatoris.

S. Amatus ep. Senon. 326. 29. 393. 3. 441. 46.

Amatus com. Morienne 520. 16.

Amazones 72. 119. 121.

Ambazia, *Amboise* 508. 21. 511. 523. 54. de Ambazia Sulpicius, Hugo.

Ambianis, *Amiens* 343. 3. 431. 1. 433. 38. 469. 23 (olim Sommonobria). 474 (eccl. S. Mariae et S. Firmini). pagus 423. ep. S. Firminus, Iesse, Warinus, Theodericus, Theobaldus, Everardus; de Ambianis Theobaldus archiep. Rothomagi, Nicolaus.

Ambrae fluv. *Emmer* 561. 5.

Ambreras, *Ambrieres* 487. 36. 492. 6. 512. 5.

Ambrosius Aurelianus rex Brittonum 309. 9. 480. 42.

S. Ambrosius archiep. Mediol. 22. 68. 23. 6. 131—134. 302—304. 358. 11. 623. 56. eccl. Mediol. 147. 50. 405. 22. 680. 31.

Ambrosius archiep. Mediol. 681. 46.

Ambrosius com. Pergami 344. 25. 589. 32.

Ambulath elephas 565. 13.

Amedeus (II) com. Maurianensis 453. 51. Hamadan 771. 49.

Amforsius, Amful v. Adefonsus.

Amingus dux Francorum 317. 58.

Amirei, ammiratae, amiraldi, admiraldi Saracenorum 230. 17. 323. 325. 24. 329. 66. 330. 18. 336. 62. 411. 38. 417. 5. 564. 66. 731. 25. amiralius, ammirates Babilonie 481. 38. 506. 52. 514. 29. 515. 53. 741. 52. ammiralii, admiralii Siciliae 503. 1. 506. 11.

Amiterni 351. 40.

Ammanium villa 391. 22.

de Ammenesleve Hanulfus, Theodericus, Milo comes.

Amming comes Pictav. 333. 1.

Ammius v. Hamid.

Amoinus mon. de translat. b. Vincentii 534. 33.

Amor rex Saracen. 331. 11.

Amoroz praefectus 567.

Amulanius Babyloniae 524. 3.

Amularius de officiis eccl. 338. 39. 574. 11.

Amulrad ux. Conradi de Maresleve 685.

Amulrad uxor Ekberti de Hertbike, Theod. de Ammenesleve 685.

Amulricus ep. 672. 64.

Amymurlin rex Saracen. 333. 39. 336. 22.

Anacletus papa 450. 22. 451. 453. 457. 489. 490. 9. 537. 45. 539. 18. 766. 41. cf. Petrus Leonis.

Anagnia, *Anagni* 523. 22. ep. Stephanus papa VI. 344. 61.

S. Anastasiae corpus 137. 45.

Anastasia imp. 150.

Anastasius I papa 23. 7. 134. 41. 304.

Anastasius II papa 138. 37. 313.

Anastasius III papa 346.

Anastasius IV papa 396. 401. 40. 402. 19. 407. 12. 455. 40. 456. 15. 463. 9 465. 34. 502. 20. 503. 38. 504. 15. cf. Conradus ep. Sabin.

Anastasius imp. 24. 129. 138. 139. 313. 314.

Anastasius II imp. 26. 149. 150. 157. 329.

S. Anastasius Persa mon. 24. 70. 153. 322. 38.

S. Anastasii rell. 636. 61. et S. Innocentii corp. 549. 46. 576. 8.

S. Anastasii coen. Alonna 150. 23.

S. Anastasii extra muros Romae coen. 496. 57. abb. Bernardus, papa Eugenius III.

Anatolius ep. Thessalon. 131. 33.

Ancona 772. 20. princ. Warnerus.

Anctorum gens 124. 4. rex Booz.

Andagium s. Andennense coen. S. Huberti, *St. Hubert* 327. 37. 337. 5. 338. 22. 381. 6.

Andegavum, *Angers* 116. 21. 157. 27. 312. 330. 31. 340 — 342. 514. 55. 518. 43. 576. 29. 577. 40. 582.

Andegavi, Andegavia, Andegavensis pagus, *Anjou* 505. 18. 507. 56. 508. 55. 511. 12. 512. 56. 518. 30. 521. 25. 522. 56. 525. 53 (comitatus). 526. 24. 527. 25. 530. 531. 11. 532. 36 (feudum). 533. 16. 580. 5. comes dapifer Francie 514. 12. 518. 9. ep. S. Maurilio, Matheus, Gaufridus, Radulfus; com. Gaufridus Grisagonella, Fulco rex, Gaufridus.

Andegavenses 532. 57. 533. 22. librae 505. 50. 526. 38. solidi 508. 5. 510. 9.

Andela coen. *Andlau* d. Strasb. 587. 1. 688. 3.

Andeleium, *N. D. d'Andely* 464. 62.

Andeliacus, *Andelys* 516.

Andella fluv. *Andelle* 501. 16.

Andennense coen. v. Andagium.

Andernacum 186. 8. 389. 9. 584. 2. 586. 28. 604. 2.

Andoverpum, Antwerpiense castrum 339. 10. 360. 15. 363. 55. 431. 31. 449. 459. 3. 706. 45. ecclesia 450. 18. 459. 17. marca 707. 3.

Andracus princ. Flandriae 470. 28. f. Balduinus.

Andreas ep. Atrebat. 411. 49. 414. 19.

Andreas ep. Olomuc. 727. 54. 728. 13.

Andreas praepos. Leod. ep. Traiect. 765. 36. 777.

Andreas rex Ungariae 30. 63. 359. 34. 687. 41. 689. 690. 27. 693. f. Adlecta.

Andreas de Vitreio f. Roberti 509. 22. 523. 2.

Andreas Cirkenbach de Yphoven 551. 35.

S. Andreae apost. brachium 535. 31.

S. Andreae Colon. praepos. Arnoldus archiep. Colon.

S. Andreae ap altare Hasnoniae 442. 19.

S. Andreae eccl. Hildenesh. 682. 14.
S. Andreae coen. Walbike 638. 4. 643. 55.
S. Andreae cella prope Brugas 400. 12.
S. Andreae abbas 442. 24.
Andrenacum v. Andernacum.
Andriae, *Andres*, d. Tervan. abb. Wilhelmus.
Andriae in Apulia com. Richardus.
Andrinopolis 733. 18.
Andronicus, Andronius imp. 422. 423. 532. 24. 533; uxor Agnes; f. Manuel, Caloiohannes.
Andropomorfitae 348. 18.
Anesus fluv. *Ens* 167. 63. 562. 19.
de Aneto, Simon.
Anforsus v. Adefonsus.
Anfredus abb. S. Wandregisili 514. 47.
S. Angadrisma 461. 10.
Angarii 166. 41. 559. 4. dux Brun. Angarinensis regio 606. 15.
Angelisz coen. *St. Iean d'Angely*, d. Saintes, v. S. Iohannis Bapt.
de S. Angelo, Gregorius, papa Innocentius II.
Angelomus 338. 40. 574. 12.
Angelus vexillum 189. 1. 612. 60.
Angilbertus abb. S. Richarii 168. 28. 563.
Angiriacum palatium 390. 46. 391. 27.
Angli, Anglia 24—26. 152. 31. 153. 55. 167. 15. 176. 23. 199. 31. 213. 22. 237. 48. 300. 301. 309—331. 347. 15. 367. 23. 390. 51. 407—535. 561. 14. 608. 689. 49. 693. 694. 729. 13. Anglorum adventus in Brit. 465. 48. principes 386. 46. fames 388. regnum a Saracenis invasum 474. 9. reges episcopos investiunt 471. 40. 17 episcopatus 500. 50. 504. 24. piratae 673. 28. Angli in palatio Alexii imp. 422. 50. regesv. pag. 477. cf. Cantuar. Estangle etc.; Edwardus, Athelstanus, Edmundus, Athelrad, Sueinotto, Edmundus, Kanutus, Haroldus, Hardeknut, S. Edwardus, Haroldus; Willelmus — Heinricus III.
Anglica moneta 505. 50. Anglicana venatio 528. 52. Anglicum mare 389. 40.
Angli orientales 321. 15. 322. 14. v. Estsesxe.
Anglisaxones 148. 3. v. Estangle.
S. Aniani castrum, *S. Aignan* 518. 50.
Anilo rex Danorum 569. 64.
Anna rex Estangle 155. 35. 485. 22.
Anno archiep. Colon 197. 199—201. 360—363. 690. 34. 693—695. 697—700. 707. 1. 712. 55. 767. 45.
Anno abb. Magd. ep. Wormat. 607. 53. 622. 30. 623. 49.
Ansbaldus abb. Prum. 577. 11. 586. 54.
Ansbertus avus S. Arnolfi 118. 23. 322. 57.
Ansellus de Ribodimonte 393—395. 471. 43.
Anselmus abb. Becc. archiep. Cantuar. 395. 11. 400. 4. 458. 12. 471. 479. 481. 59. 483. 488. 4. 492. 35.
(Anselmus de Buis) archiep. Mediol. 220. 13. 734. 36. 735. 9.
Anselmus ep. Havelberg. 766. 22. 769. 49. 770. 26.
Anselmus, Anshelmus ep. Luc. 204. 365. 36. 719. 21.
Anselmus abb. S. Vincentii Laudun. ep. Tornac. 450. 18. 453. 11. 459. 51.
Anselmus abb. Gemblac. 273. 278. 375. 22. 385. 11. 406. 9
Anselmus Laudunicae civitatis magister 448. 15. doctor doctorum 400. 13.
Anselmus fund. Nonantulae 332. 24.
Anses 122. 26.
Ansfridus ep. Traiect. 353. 50. 639. 656. 3. 661.
Ansgard ux. Ludovici Balbi 584.
Ansgarius mon. Corb. arch. Hamburg. 549. 18. 572. 11. 574—576. 578. 29. 580. 67.
Ansigisus abb. Lobiensis 338. 40.
Ansigisus f. S. Arnulfi 25. 38. 32. 118. 149. 60. 155. 176. 2. 324. 50. 327. 28. 328. 13. 555. 47.
Ansila 22. 30.
Ausprandus, Asprandus rex Langob. 149. 328. 329.
Antenor princ. Francorum 115. 58. 131. 59. 303. 17. 555. 32. fil. Sunno.
Anteradensis ep. in Syria 439. 43.
Anthemius imp. 23. 55. 137. 311.
Anthes 123. 27.
Antichristus 466. 52.
S. Antidius ep. Besontion. 305.
Antinus rex Gothorum 121. 58.
Antiochia 209. 210. 216—219. 221. 19. 224. 230. 302. 56 (eccl.). 319. 50. 324. 8. 364. 15. 366. 2. 367. 403. 44. 411. 416. 52. 425. 7. 426. 31. 452. 22. 453. 45. 455. 460. 10. 464. 57. 484. 40. 487. 52 (describitur). 508. 39. 519. 21. 727. 37. 730—733. 735. 48. 741. concil. 246. 12. 748. 9. patriarcha 439. 41. 487. 49. principatus 428. 47. 496. 46. princ. Boamundus, Tancredus, Roger, Boamundus, Raimundus, Rainaldus, Boamundus.
Antiqua civitas (Aldenburch) 659. 19.
S. Antomos 152. 8.
Antoninus Pius 469. 23.
S. Antonii corpus 24. 30. 140. 68. 315. 58.
Antwerpia v. Andoverpum.
Anvich, *Alnwick* 523. 44.
Apeuninus mons 433. 39. 436. 9.
Aper comes 323. 67. 325. 31. f. S. Lambertus.
Apostolorum basil. Byzantii 112. 42.
Apostolorum limina Romae 252. 5. 361. 2. 558. 13. 561. 41. 563. 20. 711. 41.
Apulia 30. 62. 31. 17. 189. 33. 195—197. 205. 29. 345. 53. 346. 14. 351. 34. 352. 37. 357. 367. 24. 425. 49. 426. 31. 430. 31. 432. 433. 28. 434. 446. 34. 451. 36. 452. 16. 455. 34. 470. 50 (statua marmorea). 482. 15. 504. 60. 505. 512. 540. 32. 541. 12. 590. 58. 620. 20. 621. 6. 622. 45. 627. 53. 667. 48. 689. 721. 32. 770. 37. 772—775. Apuliae ep. 224. 3. ducatus 525. 7. 526. 45. successiones 489. infans, puer 440. 24. 467. 31. 468. 25. Apulienses duces 429. 10. Robertus, Boimundus, Roger, Roger rex, Reinhaldus, Boamundus; reg. Willelmus, Taucradus, Willelmus.
Aquae periculum 421. 37.
Aqua Nigra 127. 33.
Aquapendens, *Acquapendente* 247. 19. 748. 53.
Aquensis urbs 331. 52.
Aquicinctus, *Anchin*, d. Atrebatensis 392—395. 407. 50. 415. 14. eccl. S. Salvatoris 419. abb. Alardus, Alelmus, Haimericus, Gelduinus, Robertus, Alvisus ep. Atrebat. Gozwinus, Alexander, Symon, Adam, Willelmus, Symon, Willelmus; conversus Richardus.
de Aquila Richerius, Richerius.
Aquileia, Aquilegia 23. 42. 126. 41. 128. 51. 131. 67. 143. 52. 328. 39. 337. 17. 349. 13. 364. 6. 605. 42. marca 608. 32. patr. 613. 43. Paulus, Severus, Iohannes, Popo, Gotcboldus, Sigehardus, Heinricus, Udalricus, Gotefridus, Conradus; presb. Rufinus.
Aquilinus de Furnis 512. 5.
Aquina 234. 5. marchio Werinherus.
Aquisgranum, Aquis, Grani palatium 29. 54. 160—162. 164. 165. 26. 168—172. 181. 47. 184. 29. 191. 14. 192. 11. 210. 49. 262. 5. 337. 60. 343. 7. 350—352. 355. 49. 356. 20. 359. 18. 360. 7. 371. 32. 372. 6. 376. 9. 378—380. 384. 16. 387. 12. 389. 38. 411. 412. 46. 434. 435 (sedes regni). 439. 36. 482. 57. 483. 10. 536. 35. 557. 561—574. 577. 578. 581. 583. 56. 585. 32. 588. 21. 593. 65. 599. 615. 53. 618. 31. 626. 24. 627. 4. 632. 9. 645. 647. 2. 650. 15. 651. 655. 53. 664. 69. 668. 17. 672. 22. 673. 32. 677. 41. 681. 26. 686. 12. 724. 18. 731. 60. 742. 63. 744. 760. 46. 765. 767. 50. 769. 21. 770. 25. curia Friderici I. 398. 7. 411. 10. Aquensis capella 605. 33. 639. 69. v. S. Mariae basilica.
Aquitania 116. 14. 158—162. 165. 170. 172. 180. 213. 21. 220. 306. 62. 320. 64. 323. 62. 334. 68. 336. 24. 344. 5. 367. 23. 390. 42. 409. 7. 438 28. 467. 44. 468. 37. 503. 508. 55. 511. 512. 517. 5. 524. 14. 553. 554. 557—559. 567. 2. 568. 10. 570. 572. 574. 34. 575. 35. 589. 729. 12. 735. legatus Gerhardus 246. 18. episcopi 220. 14. ducatus 403. 21. 406. 40. 451. 33. 452. 14. 459. 40. 509. 3. cum Pictav. coniunctus 478. reges Ludovicus, Pipinus, Pipinus; duces Boggis, Eudo, Hunold, Waifar, Hunold, Ramnulfus I, II, Willermus Pius, Eblus, Willermus V, VIII, IX, X; Heinricus, Richardus reges.
Ara fl. *Ohre* 166. 565. 30. 622. 23. 660. 11.
de Ara, Theodericus.
Arabes, Arabia 153. 222. 4. 253. 33. 323. 326. 47. 361. 21. 364. 14. 555. 63. 763. 9. Arabum terrae 486. 19. opes 355. 56.
Aragisus, Heregisus dux Beneventi 162. 2. 167. 335. 17. 561.
Araldus v. Haraldus.
Arar s. Sagona 512. 48. 553. 51. cf. Sagona.
Arator subdiac. 24. 31. 140. 143. 24.
Arator poeta 315. 53.
Arbo v. Aribo et Aerbo.
Arbogastes 22. 70. 131. 48. 132. 134. 1. 304.
Arcadiopolis 127. 28.
Arcadius imp. 22. 64. 23. 131—134. 303—305.
Arcbas castrum Syriae 395. 1. 486. 38.
Archas, Archis cast. Norm. *Arques* 496. 499. 13.
Archidiaconi, decr. de eis 746. 1.
Ardaricus, Hardericus, rex Gepidarum 124—127. 309. 45. 310.
Ardenna, Arduenna 337. 5. 344. 13. 381. 6. 565. 585. 35. 588. 63. dux Heinricus, com. Godefridus.
Ardevonensis eccl. 523. 15.
Arelate, *Arles* 134. 62. 158. 16 170. 36. 305. 56. 311. 42. 331. 21. 337. 349. 10. 570. 21. 606. 16. archiep. Hilarius, Etherius; comes Hugo rex.
Aretha rex Indorum 141. 31.
Arenna 223. 35. 736. 61.
de Argentiis, Robertus 526. 39.
Argentina, Argentarium, Argentoratum, Argentomagus (160. 69.), Strasburh 22. 21. 131. 13. 209. 4. 255. 10. 263.

18. 574. 30. 591. 61. 649 (S. Mariae eccl.). 650. 654. 49. 669. 36. 679. 41. 703. 3. 731. 9. 755. 55. 762. 1. 763. 14. 767. 33. 774. 21 (monast.). episc. Eto, Baltramnus, Othertus, Rothardus, Udo, Erkenboldus, Werenharius, Willehelmus, Wernherus, Otto, Baldwinus, Cono, Bruno, Gebhardus.

Argentoilum coen. *Argenteuil* d. Paris. 505. 40.

Argentolium castellum 492. 6.

Argentomagus, Argentonium, *Argentan* 487. 36. 492. 28. 507. 18. 516. 45. 518. 5. 520. 37.

Argentomagus, Argentomachus, *Argenton* 521. 32. 524. 8. 557. 38.

Arhusan 608. 49.

Aria, *Aire* 412. 428. 23. 434. 15. 435. 17. praepos. Robertus ep. Atreb.

Ariagne f. Leonis imp. 137. 138. 22.

Ariaricus rex Gothorum 123. 7.

Aribo, Arbo, Erbo archiep. Mogunt. 193. 56. 194. 356. 4. 675—678.

Aricia, *Arezzo* 244. 748. 50. 775. 32; ep. 734. 17. Adelbertus patr. Rav. 666. 26. Arctinus Guido.

Arioaldus rex Langob. 145. 64.

Arioricus rex Goth. 123. 7.

Aripertus rex Langobard. 146. 324. 325.

Aripertus II, Heribertus, rex Langob. 26. 4. 149. 328. 329.

Aristoteles 359. 2. 489. 66.

Arithia curia eccl. Rom. 369. 5.

Armenii 212. 219. 14. 364. 14. 425. 5. 562. 6. 727.

Armigeri 203. 28.

Arn archiep. Salzb. 167. 29. 561. 31.

Arn ep. Wircib. 28. 21. 173. 44. 587. 31. 592. 19.

Arneburch, Hornaburh 642. 49. 656. 46. 663. 11. 664. 22.

Arneburgensis comes Bruno.

Arnesberch castrum 737. 25. Arnesbergenses 770. 32. de Arnesberge, Arnesburch com. Conradus, Fridericus.

Arnestat 611. 65.

Arnoldus, Arnaldus, Arnolfus, Arnulfus, Artaldus.

Arnulfus imp. 28. 32. 173. 174—176. 179. 180. 181. 4. 343—345. 357. 31. 549. 42. 585—590. 594. 67. fil. Counradus 28. 38. 32. 174—176. 592. 36. filia Luitgarda 175. 39.

S. Arnulfus mart. 314. 46.

Arnulfus cler. 222. 29. 736. 21. patr. Hierus. 484. 43. 486. 17. Eriulfus 732. 41.

Arnoldus patr. Ravennas 666. 673. 55.

Arnoldus praepos. S. Andreae, archiep. Colon. 386. 38. 776. 12.

(Arnulfus II) archiep. Mediol. 654. 19. 673. 29.

Arnulfus, Arnaldus archiep. Rem. 349. 23. 353. 607. 636. 6.

Arnaldus ep. Cenoman. 479. 21.

Arnulfus ep. Halberst. 640. 67. 641. 51. 643. 647. 649. 40. 653. 661—663. 665. 669. 10. 672. 673. 16. 675. milites 647. 27. 656. 21. frater Herimannus.

Arnulfus archidiac. Sagiensis ep. Lexov. 495. 5. 504. 29. 531. 32.

Arnoldus ep. Merseburg. 763. 50.

S. Arnulfus ep. Mett. 25. 38. 118. 149. 155. 322. 324. 585. 7. genealogia 32. 176. uxor Doda; fil. Ansigisus, Clodulfus.

Arnolfus ep. Spir. 31. 28. 197. 29. 690. 38.

Arnulfus ep. Suess. 399. 52.

Arnulfus abb. Fuld. v. Erlolfus.

Arnulphus abb. Gemblac. 386. 9.

Arnoldus abb. Heresfeld. 669. 62. 677 — 679.

Arnoldus abb. Magdeburg. 756. 2.

Arnolfus, Arnoldus dux Baioariae 29. 13. 175. 180. 184. 44. 186. 44. 189. 59. 190. 13. 346. 347. 42. 592—594. 598. 16. 599. 63. 601. 13. filii 601. 602. 31. filia 187. 11.

Arnolfus filius eius 188. 610. 42. 611. 53.

Arnulfus com. Flandr. 350. 58. magnus marchio 399. 23. magnus 681. 34. f. Balduinus.

Arnulfus f. Balduini com. Flandr. 681. 35.

Arnulfus (Infelix) com. Flandr. 362. 30. 393. 14. 432. 30. 433.

Arnulfus com. Gandav. 355. 31. f. Deodericus.

Arnoldus com. Gisnensis 439. 440. 27.

Arnoldus com. Mogunt. 691. 5.

Arnolfus com. Mont. 352. 11.

Arnolfus f. Ansberti 188. 22. 322. 57. f. S. Arnulfus.

Arnoldi com. pater et fil. 265. 11. 762. 41.

Arnulfus de Arslot 376. 11.

Arnoldus de Brixia 403. 8.

Arnulfus f. Gaufridi de Magnavilla 496. 3.

Arnoldus de Warmonestorp 685. 16. f. Kizo.

S. Arnolfi eccl. Met. 172. 69. 575. 4.

Arnse lacus 171. 28. 572. 61.

de Arnstide, Walterus.

S. Arnual 328. 21.

Arragois com. Morafiae 489. 65.

Arragonum et Galliciae reguli 503. 32. Arragonum regn. 509. 4. reg. Santio, Santio, Anfortius, Remelius, Anfortius, Petrus; Matilde.

Arriana haeresis 251. 3. Arriani 359. 49. Atrebatenses 421. 30.

Arroasianus ordo 472. 5.

Arsacidae (Assassini) 428. 32.

Arsafius 568. 29. 570. 1.

S. Arsenius 304. 13.

Arsenius legatus 578.

de Arslot, Arnulfus.

Arsuth civ. 486. 19. v. Assur.

Artaldus v. Arnoldus.

Artemius imp. 329. v. Anastasius.

Arundel castell. 481. 57. et comitatus 494. com. Will. de Albinneio.

Arvernorum civ. *Clermont* 116. 43. 158. 36. 311. 42. 332. 58. 353. 31. 553. 18. 557. 20. cf. Clarus Mons; ep. Praiectus; com. Bladinus, Chilping, Will. maior natu et iunior; Arvernicus pagus 332. 57. 515. 45. Arvernia 729. 7.

Asa fluv. 560. 51.

S. Asaph in Norgualis ep. Gaufridus Artur.

Ascafa, Askenburg, Ascafaburh 259. 32. 586. 46. 758.

Ascalona 210. 217. 218. 14. 222. 226. 10. 230. 14. 368. 375. 32. 379. 10. 387. 21. 396. 401. 402. 407. 16. 427. 39. 429. 430. 13. 444. 21. 449. 36. 454. 27. 455 (caput Palaestinae). 457. 21. 460. 28. 464. 67. 503. 3. 732. 46. 733. 2. 736. 741. 49.

Ascelinus ep. Rofensis 498. 5.

Ascelini Goelli filii 502. 52.

Ascensionis coen. Hildesh. 682. 16.

Aschersleve 766. 47.

Asculfus de S. Hylario 521. 31. 522.

Asenbrugg. episcopatus 560. 15. 572. 75. ep. Dodo II, Guntherus, Thietmarus, Gozmar, Albericus, Benno II; Osbrugge 558. 59.

Asfax Africae castrum 454. 31.

Asfelt 143. 11. 312. 28.

Asiae deserta 453. 42. Asia minor 418. 52.

Asic 599. 69. 600.

Asicus canon. Magdeb. 739. 1.

Asicus inclusus 662. 21.

Asnidense coen. 575. 56. 582. 53. 682. 46 (Esnethi). abb. Theophanu.

Asolf, Asulf abb. Trevir. 619. 20. 620. 10.

Aspar 135. 19.

Asprandus v. Ansprandus.

(Assassini) 428. 32.

Assur, *Arsuf* 219. 31. 222. 22. 427. 45. 486. 19 (Arsuth). 734. 6. 736. 22.

Assyriorum dominus 431. 18.

Astensis civitas 147. 6.

Asterwic 560. 16.

Astrologi sententia 527. 59.

Asturica 163. 9. 168. 49.

Athaali 123. 18.

Athal- cf. Adal-.

Athalaricus dux Goth. 301. 42.

Athalaricus f. Eutharici rex Goth. 24. 19. 122. 129. 139. 62. 315.

Athalaricus rex Wisigoth. 125. 10.

Athalbere presb. 555. 59.

Athalongus presb. 331. 57.

Athanagild rex Wisigoth. 317. 318.

Athanaricus rex Wisigoth. 22. 46. 119. 9. 131. 31. 302. 61.

Athauulfus rex Wisigoth. 125. 45. 134. 27. 306. 307.

Athemarus com. Genuensis 566. 9.

Athernacum 389. 9; v. Andernacum.

Athesis 128. 56. 771. 2.

Athima rex Sarracen. 331. 14.

Atrabatis, Atrebatum, *Arras* 325. 31. 343. 3. 381. 45. 383. 15. 420. 35. 421 (haeretici). 426. 16. 428. 432. 434. 10. 441. 47. cf. eccl. S. Mariae, abb. S. Vedasti, Balduini Mons; ep. S. Vedastus, Vindicianus, Lambertus, Rotbertus, Alvisus, Godescalcus, Andreas, Robertus, Frumaldus, Petrus, Radulphus, Pontius; archidiac. Hugo, Lucas; decan. Iohannes ep. Cameraci; mon. Haimericus abb. Aquicincti; com. Robertus.

S. Attala abb. Bobiensis 322. 53. 666. 35.

Attalus imp. 23. 14. 306.

Attila 23. 124. 20. 126. 127. 130. 135. 63. 136. 137. 5. 301. 302. 309. 310.

Attiniacus, Tiniacus 160. 65. 167. 12. 179. 12. 557. 35. 558. 21. 561. 11.

Aubimare 521. 56. v. Albamarla.

Auca, Ou, *Eu* 486. 9. com. Henricus, Iohannes, Henricus.

Auceps, Heinricus 594. 41.

Aucthari Flavius rex Langob. 144. 145. 319. 320.

S. Auctor ep. Met. 309. 54.

Auctumnus dives 550. 20.

S. Audactus 501. 7.

Audevora uxor Chilperici II. 117.

S. Audoenus s. Dado archiep. Rothom. 323. 58. 324. 49. 328. 2. 477.

Audoenus ep. Ebroic. 484. 39. 494. 23.

S. Audoeni eccl. Rothom. 489. 65. coen. 477. 28. lati fundi in Vircasino 516. 16. abb. Hildebertus, Nicolaus, Rotger, Haimericus, Richardus, Sanson.

Audofleda ux. Theoderici 129. 12.

Audoin rex Langobard. 140. 36. 142. 143. 301. 28. 315—317.

Audolfus v. Adolfus.

S. Audomarus ep. Tarwanensis 325. 32. 441. 11.

S. Audomarus, S. Audomari castrum, *Saint-Omer* 428. 23. 435. 18. 436. 20. 441. 9. pagus 458. 13.

Audovachrius dux Sax. 312.

Augia, Auguia, *Reichenau* 26. 27. 29. 1. 157. 73. 158. 3. 172. 184. 3. 338. 46. 346. 56. 574. 13. 587. 16. 595. 47. 649. 17. 670. 51. abb. Eto ep. Argent. Alewicus, Ekkihardus, Berno, Lodovicus, Othelricus.

Augusta Practoria 163. 1. 568. 12.

Augusta Vindelicorum 29. 167. 39. 188. 190. 192. 11. 205. 38. 207. 7. 241. 41 (Alemanniae metropolis). 539. 5. 561. 46. 578. 48. 608. 609. 13. 612. 46. 620. 23. 646 (coen. S. Afrae). 653. 61. 659. 677. 10. 679. 45. 684. 19. 686. 6. 701. 702. 31. 721. 726. 745. 36. 768. 1. Ausburgensis 352. 9. episc. Hatto, Witgarius, Adelbero, Hiltine, Oudalricus, Liudolfus, Gebehardus, Sigifridus, Brun, Eberhardus, Sigifridus, Wigoldus, Herimannus, Walterus; abb. 718. 3.

Augusta Viromandorum 470. 39. v. Viromandus.

Augustidunum, *Autun* 171. 66. 315. 40. 573. 33. ep. Leodegarius.

S. Augustinus 23. 34. 49. 35. 120. 14. 131. 11. 133—135. 164. 23. 303. 56. 305. 306. 308. 406. 7. 461. 49. 569. 15. 572. 8. ossa 26. 16. 150. 17. 157. 67. 330. 26. regula 448. 41. 449. 3. 496. 31.

S. Augustinus ep. Anglorum 24. 57. 152. 31. 320—322. 501. 3.

S. Augustini Cantuariae electus Clarenbaudus, abb. Rogerius.

Augustulus 23. 59. 138. 311.

Aulica villa et eccl. *Elze* 571.

Aurai 524. 19.

S. Aurea 323. 63.

Aurea Vallis, *Orval*, d. Trev. 459. 28.

Aurelia, Aurelianis, *Orleans* 116. 117. 3. 149. 2. 160. 68. 309. 48. 312. 11. 314. 13. 510. 52. 557. 37. 564. 27. 586. 63. pagus 116. 52. ep. Eucherius, Rainerius; decan. Hugo episc. Laudunensis; Aurelianensis, Odo abb. S. Martini.

(Aureliacensis) *Aurillac* abh. S. Geraldus.

Aurelianus archiep. Lugdun. 584. 43.

Aurelianus honoratus Clodovei 116. 31. 138. 65.

Aurelius Ambrosius rex Britonum 309. 9. 480. 42.

S. Aurelii corp. 574. 7.

Aureolus comes 567. 22.

Auseis v. Alsatia.

Austrasia, Austria 26. 36. 117. 118. 154. 155. 158. 43. 176. 52. 321. 13. 322. 67. 324—326. 335. 26. 345. 57. 348. 8. 434. 26. 553. 559. 50. 584. 51. 601. 28.

Austrasiorum, Austriae march. Liutpaldus, Heinricus, Adelbertus, Liutpoldus, Liutpoldus, Liutpoldus; duces Heinricus, Liutpoldus, Liutpoldus.

Austrebatensis pagus, pars Haginoiae 406. 24; cf. Ostrevand.

Austrigisilus archiep. Bituric. 322. 62.

Autbertus v. Adalbertus.

Autisiodorus, *Auxerre* 166. 33. 559. 57. eccl. S. Germani 586 61. pagus 172. 38. 339. 28. 575. 18. ep. S. Germanus, Hugo; praepos. Guido archiep. Senonensis; com. Petrus imp.

Autkarius 334. 7.

Autvillarenses v. Altumvyleir.

Ava comitissa 344. 15.

Avares 135. 29. 142. 1. 143. 30. 160. 67. 162. 23. 167—170. 172. 60. 179. 26. 183. 1. 319. 46. 335. 336. 557. 40. 560—564. 587. 59. 592. 26. 597. 63. 611. 7. 616. 15. rex Caganus; princ. Thudun, Yring.

Avellau, *Avellino* 774. 49.

Ave Maria 444. 41.

Avennio, Avinio urbs 331. 10. 437. 17.

Aventinus mons 768. 15.

Aversa 489. 35.

de Avesnis, Iacobus.

Avitus imp. 310.

Avitus ep. Vienn. 138. 37. 313. 5.

Avitus abbas 313. 36.

Avo abb. Corb. 584.

Axona fl. *Aisne* 191. 16. 343. 63. 352. 26. 415. 24. 589. 19. 627. 7.

S. Aycadrus 441. 48.

Azan 564. 17.

Azilinus ep. Hild. 686. 26. 689. 59.

Azimitae 359. 54. 688. 56.

Azo protoscriniarius 615. 617. 43. 618. 44.

Azzo marchio de Estin 694. 62. 698. 24. 764. uxor Cuniza. f. Welph.

B.

Baba 28. 57. 194. 20. 590. 63.

Babaz rex Sarmatarum 311. 17.

Babenberch, Bavenberch 2. 28—30. 174. 181. 24. 189. 39. 190. 45. 192. 193. 196. 49. 199. 28. 210. 55 243. 10. 247. 32. 260. 37. 262. 355. 69. 381. 3 540. 18. 590. 66. 591. 617. 34. 619. 32. 647. 26. 652. 47. 666. 37. 669. 34. 673. 674. 38. 676. 11. 679. 28. 684. 47. 689. 18 (privilegia eccl.). 694. 15. 699. 4. 720. 747. 56. 750. 43. 758. 64. 760. 53. 761. 767. 46. 779. 25; episcopium 192. 354. 649. 8. 657. 659. 61. 662. 676. 686. claustrum canon. 228. 41. coen. 204. 41. 720. 39. cf. S. Michaelis, S. Petri, S. Stephani. syn. (1012.) 662. 50. de nomine 551. ep. Eberhardus, Suidger papa, Adalbero, Guntherus, Herimannus, Robertus, Otto; praepos. Luitpoldus archiep. Mog. Poppo archiep. Trev.; canon. Bruno episc. Strasb. Fridericus archiep. Colon.; marchio Adalbertus; milites 710. 23.

S. Babolenus 341. 34.

Babylonia, *Cairo* 212. 11. 217. 222. 224. 37. 430. 45. 431. 23. 457. 18. 506. 52. 528. 5. 727. Babyloniorum regna 267. 3. soldanus 411. rex 210. 217. 219. 33. 230. 368. 12. 396. 35. 401. 57. 411. 455. 54. 730—732. 734. 6. 736. 741. reg. Lavendal, Salahadinus, princ. Saraguntat 524. 2. cf. amiras.

Bachentum castellum 492. 26.

Badericus rex Thuring. 314. 65.

Badiliki 154. 53. 601. 43.

Badomarius rex Alamann. 114. 18.

Baduilla v. Totila.

Baduradus ep Paderbr. 549. 7. 565. 55 576. 4.

Bacnburc 506. 27.

Bagaudae 110. 308.

Baianus rex Bulgarum 351. 20.

Bainard, Willermus 483. 19.

Baioaria, Bawaria 27. 28. 30. 31. 116. 11. 144. 62. 145. 149. 162. 167. 173. 174. 188. 190. 193. 11. 194—262 passim. 328—330. 344. 434. 555. 559. 50. 561. 562. 565. 566. 7. 568. 574. 31. 581. 12. 584—777 saepissime. Baioci 517. 58. Baiaci 520. 58. duc. Theodebertus, Ondilo, Tassilo, Geroldus; Luitpoldus, Arnolfus, Berhtoldus, Heinricus, Heinricus, Otto, Heinricus imp. Heinricus, Chuono, Otto de Nordheim, Welefo, Welefo, Heinricus, Heinricus, Heinricus; march. Thiedolfus, cf. Austrasia, Carantania; pal. Hartwigus, Aerbo, Cono.

Baiocum, *Bayeux* 482. 25. 492. 51. 512. 3. 519. 60. 520. 51. pagus 523. 6. ep. Odo, Ricardus, Ricardus, Philippus, Henricus; archidiac. Rogerius archiep. Dol. Valerannus ep. Rofensis; dec. Ricardus, Willelmus, epp. Constanc.; abb. Marculfus; princ. Thurmod; vicec. Ranulfus.

Balamber v. Valamber.

Balac amiratus 487. 38.

Baldas, *Bagdad* 528. 5.

Baldericus ep. Leod. 349. 58. 350. 17. 612. 44. 614. 47.

Baldricus II e vicedom. Ratisp. episc. Leod. 354. 47. 355. 391. 47. 658. 6. 662. 31. 673.

Baldricus ep. Traiect. 597. 11.

Baldericus II ep. Traiect. 639. 38.

Baldricus qui et Lanbertus, com. Lovan. 358. 2.

Baldricus comes 671. 673.

Balderici chron. 352. 67.

Balduc Turcus 219. 23. 731. 57.

Baldewinus, Balduinus, Baldwinus.

Balduinus imp. v. com. Haginoens.

Balduinus iun. imperator 441. 12.

Balduinus f. Eustathii, com. Rohas, rex Hierosol. 211. 26. 213. 30. 218. 49. 219. 222—224. 253 (mausoleum). 266. 8. 367. 3. 368. 27. 375. 377. 11. 400. 8. 483. 53. 486. 18. 707. 8. 730. 32. 731. 50. 732. 64. 734. 1. 736. 741. 755. 22. uxor vidua Chounradi reg. 266. 8. 741. 48. Ruotkeri ducis 375. 37.

Balduvinus iun. de Rohas, rex Hierosol. 219. 25. 253. 35. 377. 14. 379. 7. 380. 11. 383. 19. 449. 38. 450. 7. 486. 487. 38. 490. 23. 734. 1. 755. 24. f. Melissende.

Balduinus III. 388. 38. 396. 397. 51. 401. 403. 405. 8. 410. 5. 452. 43. 455. 490. 25 503. 2. 506. 45. 508. 38. 513. 31.

Balduinus IV. 415. 11. 417. 8. 420. 47. 424. 30. 523. 60. 526. 19. 528. 28. 529. 48. 535. 2.

Balduinus V. 424. 529. 49. Henricus vocatur 535. 4.

Balduinus abb. Ford. episc. Wigorn. archiep. Cantuar. 426. 46. 529. 31. 534. 35.

Baldwinus ep. Strasburg. 733. 29

Balduinus Ferreus com. Flandriae 470. 29. 572. 26. ux. Iudith.

Balduinus II com. Flandriae 344. 48. 572. 27. 591. 8. f. Arnulfus.

Baldewinus III. 399. 23. 648. 21. 681. 33. ux. Mathilde, f. Arnulfus.

Baldewinus IV. 31. 354. 399 (Barbatus). 478. 37. 656

Baldewinus V. 196—198. 358. 46. 399. 41. 433 (Insulanus). 442. 7. 478. 37. 688. 29. 689. 57. uxor Adela; lib. Balduinus, Robertus, Mathilde.

Balduinus VI iunior, marchisus Flandr. com. Hainoensis, Hasnoniensis 362. 29. 432. 433. 441. 442. 5. 478. 38. ux. Richelde; f. Arnulfus, Balduinus.

Balduinus VII (Hapkin) com. Flandr. 432. 28. 448. 30. 456. 33. 459. 483. 60. 485. 39. 486.

Baldwinus com. de Ganda 730. 35.

Balduinus com. Gisnensis 438. 36.

Balduinus II com. Haginoens. 367. 31. 393. 13 (puer. 394. 5. 433 (Hierosolimitanus). 730. 35. ux Ida.

Balduinus III. 378. 53. 433. ux. Yolende.
Balduinus IV. 378. 53. 406. 412. 12. 413. 433. 442. 20. 444. 29. 457. 40. ux. Ermensende.
Balduinus V Hagin. VIII Flandrensis, marchio Namuc. 412. 415. 418—425. 427—429. 431. 433. 444. 30. 529. 27. uxor Margareta; lib. Balduinus imperator, Philippus, Henricus imperator, Elizabeth regina.
Balduinus com. Hagin. et Flandr. 427. 52. 432—437. imperator et aug. Romanorum 437—439. 466. 40. 474. 53. falsus 437. ux. Maria.
Balduinus Gandensis, mon. Affligem. 400. 26.
Balduinus Ninovensis 398. 45.
Balduinus de Revers 492. 27. 504. 45. f. Ricardus.
Balduinus f. Ricardi de Revers. 512. 28.
Balduini Mons Atrebatis 432. 6.
Baleares insulae 336. 11. 563. 58. 564. 12.
Balearicum mare 162. 65. 163. 1. 568.
Balgenceiensis synodus 500. 3.
Ballenstide abbatia 760. 37. abb. Iohannes; com. Esicus, Adelbertus, Otto, Adelbertus marchio.
Balliolum, *Bailleul* 439. 21.
Balthildis uxor Chlodovei II. 325. 51. 441. 31. 662.
Balticum mare 608.
Baltramnus ep. Strasb. 591. 65.
Balvotini 438. 30.
Bapalmae, *Bapeaume* 418. 46. 428. 21.
Bar v. Barum.
Baranum 526. 49.
S. Barbara, *Sainte-Barbe en Auge* d. Lexov. 521. 40.
de S. Barbara, Willermus.
Barbasta civ. *Pelusium* 514. 30; cf. Belbac.
Barbefluvium, *Barfleur* 500. 504. 10. 506. 25. 512. 26.
(Barbel) coen. d. Senon. 530. 2.
Barcelona, Barcinona 180. 53. 336. 563. 32. 565. 1. 573. 56. praef. Thatun; com. Raimundus.
Barcetum coen. 150. 23.
Bardencie, d. Lincol. 485. 13.
Bardewic 699. 11.
S. Bardo, Bartho, mon. Fuldensis, abb. Werdun. Herveld. archiep. Mogunt. 31. 9. 196. 36. 357. 2. 359. 26. 678. 680. 26. 682. 19. 684. 40. 685. 688.
Bardo Thuring. 179. 46. 593. 25.
Bardonis, Pardonis Mons 244. 7. 748. 36.
Bardongavenses 334. 61. 560. 1. 561. 10. 564. 5. 641 42.
Barlit, *Barletta* 773. 5.
S. Barnabae corpus 312. 69.
Barra urbs Sarac. 209. 48. 216. 38. 367. 51. 731. 41.
Bartholomaeus archiep. Turon. 523. 11. 524. 46.
Bartholomeus archidiac. Rem. ep. Belvac. 397. 409. 11. 512. 9. 525. 6.
Bartholomeus ep. Exon. 511. 50. 519. 5. 535. 7.
Bartholomeus ep. Laudun. mon. Fusniaci 445. 28. 447. 39. 448. 36. 450. 12. 452. 30. 455. 9. 459. 15.
S. Bartholomei reliquiae 338. 55. 505. 20. 636. 59.
Barum, Bar cast. 247. 26. 357. 40. Bera 681. 28.
Barum, Varis, Varenses, *Bari* 365. 43. 366. 2. 369 29. 505. 26. 541. 11. 724. 33. 773—775. eccl. S. Nicolai; concil. 483. 39.
Bascheriville cast. 501. 23.
Bascli 527. 36.
Basevillae com. Robertus.
Basilea 28. 53. 175. 31. 310. 10. 574. 30. 669. 47. 673. 36. ep. 650. 30. Hatto, Landelaus, Burchardus, Heinricus, Adalbero.
Basyliscus legatus Adefonsi 168. 50 563. 56.
Basilius papa 173. 2. 343.
Basilius I imp. 172. 173 341—343. 579. 63. 587. 13.
S. Basilius ep. Caesareae 22. 53. 130. 63. 131. 52. 302. 62. Vita 114. 50.
S. Basillissa 637. 19.
Basina reg. Thuring. 137. 64. 311. 34.
Basinus rex Thuring. 310. 311.
S. Basolus abbas 318. 38.
Batenses s. Wellenses episcopi Giso, Iohannes, Godefridus, Robertus, Ragnerius.
Bathaias rex Bulgar. 326—328.
Batoulf mon. 555. 60.
Batto princ. Galliae 308.
Batua 343. 586.
Baugolfus abb. Fuld. 559. 69. 565. 18.
S. Bavo 322. 4. 323. 6. rell. 399. 35. 441. 47. chron. 458.
Bealveer 518. 39.
(Beatrix) imper. uxor Frid. I. 403. 13. 407. 51. 408. 52. 506. 6. 516. 3.
Beatrix abb. Herse, Quedl. 776. 11.
Beatrix ux. Bonifacii marchionis, Godefridi ducis 31. 25. 197. 26. 359. 40. 689. 58. 690. 17. 706. 49.
Beatrix marchissa de Suinvorde 226 679. 738. 51. f. Conradus.
Beatus dux Venet. 565. 62. 566. 70.
Bebrant comitatus 384. 48.
Beccum 282. 36. 394. 10. 480. 60. 489 62. 491. 11. 495 (capitulum). 496 (caput monasterii). 502. 55. 507. 59. 508. 59. 511 (eccl. b. Mariae). 513 15 528 (villa). eccl. 479. 488. 60. 526. 36. cella apud Claram 501. 60; abb. Herluinus, Anselmus archiep. Cant. Willelmus, Boso, Thebaldus arch. Cant. Lethardus, Rogerius, Osbern; prior Lanfrancus arch. Cant. Ricardus; cellerar. Haimericus abb. S. Audoeni; mon. Alelmus abb. Aquic. Bernardus abb. Mont. S. Michaelis, Hardewinus abb. Cormel. Henricus abb. Pratelli, Iohannes abb. S. Mariae, Michael abb. Pratelli, Phil. ep. Baioc. Ricardus abb. Heli, Robertus abb. S. Ebrulfi, Rob. abb. Montis S. M. Rob. de Novo Burgo, Roger abb. Gemmet. Will. abb. Gresteni, Will. abb. S. Michaelis, Will. abb. S. Trinitatis.
Becelinus archiep. Brem. v. Alebrand.
Becellinus ep. 672. 61.
Becherel 517. 27. 532. 40.
Beckelenheim cast. 370. 741. 29.
de Bectona, Robertus ep. Hereford.
Beda 25. 53. 26. 89. 37. 96. 41. 98. 99. 25. 120. 8. 156—158. 272. 19. 328. 26. 330. 67. 480. 485. 17.
Bedefort 493. 27.
Bedefordsire 484. 38.
S. Begga 118. 176. 3. 324. 50 327. 37. 328. 41.
Beginz aqua 551. 55.
Behemani 336. v. Boemia.
Beirna villa 457. 12.
(Bela II) rex Ungar. 540. 41.
Belbacensis civ. *Pelusium* 411. 35. cf. Barbasta.
Belegori 661. 62. 663. 31. 672. 17.
Belesme v. Bellisminum.
Belfou v. Bellofago.
Belgica, Belgae 158. 181. 60. 182. 186. 418. 11. 553.
Belgrado civ. Pomer. 264. 21.
Beline urbs Boemiae 684. 51.
Belinas v. Abilina.
Belisarius 129. 58. 130. 139—141. 143. 315—318.
Bellenti v. Mellenti.
Bellismi castrum 508. 29. de Bellismo, Robertus.
de Bellocampo, Hugo.
de Bellofago, Belfou, Richardus ep. Abrincensis, Richardus prior Becci, Willermus ep. Teldford.
de Bellomonte ecclesia 495. 26. 497. 29. prior Osbern abb. Becci.
de Bellomonte vicecomes 527. 17
Bellus Locus, coen. infirmorum 462. 40.
Bellus Mons, coen. 465. 7. v. Mortuum Mare.
Beltolmus villa 589. 49.
Belvacum, *Beauvais* 251. 56. 397. 25. 407. 55. 409. 24. 461 (eccl. S. Petri, S. Quintini). pagus 424. 24. 434. 20. 510. 43. 514. 5. comitatus 461. 32. suburbium 462. 7. concil. (1114) 443. 22. 444. 1. 445. 30. 448. 4. 456. 30. 459 1. (1160) 511. 9. ep. S. Lucianus, Roger, Guido, Odo, Henricus archiep. Remensis, Bartholomaeus, Philippus; miles Albericus.
Belxem 631. 37.
Bemelburch 746. 13.
Benacus 109. 37.
Benedictus I papa 143. 52. 151. 319.
Benedictus II. 25. 39. 155. 47. 327.
Benedictus III. 28. 4. 172. 55. 340. 576.
Benedictus IV. 345. 590. 55.
Benedictus V. 184. 25. 349. 617. 618. 26 634. 21. 642. 1.
Benedictus VI. 191. 2. 625. 60. 724. 10.
Benedictus VII. 191. 2. 350. 626. 51. 628.
Benedictus VIII. 29. 19. 193. 355. 356. 662. 37. 670. 42. 674. 38.
Benedictus IX. 358. 637. 36.
Benedictus X. 692. 48. 702. 22.
Benedictus XII. 444. 46.
S. Benedictus abb. Angl. 328. 65.
Benedictus prior Cantuariae, abbas de Bure 525. 33.
S. Benedictus abb. Casin. 24. 21. 130. 10. 140. 27. 143. 25. 145. 49. 149. 150. 10. 314—317. 341. 33. 464. rell. 324. 65. 332. 28. regula 478. 6. 769. 40. cursus 571. 50.
Benedictus abb. Clusinus 520. 14. 521. 15.
Benedictus abb. Swarzah. 170. 66.
S. Benedicti coen. v. Casinum.
S. Benedicti coen. Babenberg. v. S. Michaelis.
S. Benedictus super Ligerim 149. 4. 527. 41. cf. Floriacum.
Beneventum 31. 18. 148. 66. 162. 1. 163. 167. 325. 52. 338. 58. 339. 38. 346. 14. 347. 46. 355. 6. 505. 21. 549. 561. 562. 564. 572. 22. 575. 37. 578. 18. 580. 20. 581. 624. 46. 689. 53. 773. 47. 775. fines 234. 7. 742. 30. regio 341. 22. partes 424. 4. ep. Oudalricus; praepos. Ioh. Strumensis; duc. 189. 33. 351. 22. Grimoald, Romoald, Aragisus, Romoald, Grimoald, Adalgisus.
S. Benignus 409. 44.
S. Benigni Fructuariensis coen. 515. 2. v. Fructuaria.
Benno qui et Benedictus, ep. Mett. 596.
Benno can. Goslar. ep. Misn. 694. 52. 721. 50.

Benno II ep. Osnabr. 698. 33.

Benno ep. Traiect. 677. 27.

Benno dux v. Bernhardus.

Benno f. Sigifridi comes de Northeim 647. 51. 692. 26. 721. 28. ux. Eilica; f. Otto dux.

Bera v. Barum.

Berchach 206. Perestad 721. 46.

Berchamestede 487. 7.

S. Bercharius 325. 49.

Berchelea 486. 50.

Beren- v. Bern-

Berewic 524. 61.

Bergae 438. 457. 12. abb. Ingelmarus; mon. 438; castellan. Siwertus.

Berht- v. Bert-

Berich rex Goth. 120. 301. 32.

Beringa 703. 60.

Berithus civ. Syriae 333. 24. 483. 53. 486. 19.

Berlai, Geraldus 498. 499.

Bermendesiae prior 524. 31.

Berna 629. 49. 646. 46.

Bernai burgus 503. 27.

Bernaicensis (d. Lexov.) abb. Richardus.

Berneburch castr. 776 33.

Berngarius, Bernger, Berengarius, Beringer.

Berengarius imp. 181. 20. 343—347. 550. 15. 587. 19. 590. 17. 591. 596.

Berengarius iun. rex Italiae 29. 176. 11. 181. 23. 187—190. 348—350. 550. 15. 596. 53. 603. 32. 606. 45. 607. 608. 614—619.

Beringer ep. Patav. 664. 60.

Bernger com. de Sulzbach 227. 1. 258. 10. 739. 744. 15. 747. 64. 757. 36. f. Gebehardus.

Berengerus de Quenstide 763. 28.

Berenger 28. 37. 174. 63. 591. 67.

Berengarius Turonensis 204. 9. 359. 29. 461. 40. 471. 3.

Bernhardus, Bernardus.

Bernhardus rex Italiae 27. 163. 49. 170. 171. 337. 570—573.

Bernhardus nepos eius 572. 25.

Bernhardus patruus Karoli M. 161. 45. 558. 35. 570. 6.

Bernhardus diac. card. 711. 52. 713—715.

Bernhardus ep. Aldenburg. 666. 50. 676. 9.

Bernardus Brito, e cancell. eccl. Carnot. ep. Cornubiae 510. 33.

Bernardus ep. S. Davidis 489. 21.

Bernhardus ep Halberst. 595. 51. 602. 8. 613. 61. 617. 30. 619. 8. 621—623. 666. 45.

Bernhardus ep. Havelberg. 755. 9.

Bernhardus ep. Hildesh. 766. 46. 768. 43.

Bernardus ep. Nannet. 518.

Bernhardus ep. Padrebr. 765. 36. 768. 20.

Bernardus ep. Sidon. 460. 29.

Bernardus abb. S. Anastasii 453. 5. 496. 57. papa Eugenius III.

S. Bernardus abb. Clarevall. 392. 23. 396. 19. 401. 41. 406. 39. 407. 13. 414. 20. 451—453. 455. 459. 460. 464. 56. 465. 471. 56. 473. 5. 496. 59. 497. 500. 55. 503. 12. 773. 25. regula 418. 2. rell. 418. 2.

(Bernardus) abb. S. Ebrulfi 508. 48.

Bernhardus senior abb. S. Ioh. Magdeb. 201. 53.

Bernardus mon. Becc. abb. Montis S. Mich. 498. 42.

Bernhardus mon. f. Folcmari de Domenesleve 754.

Bernhardus presb. de Lapide S. Mich. 755. 10.

Bernardus dux 347. 38. 597.

Bernhardus, Benno, dux Saxoniae 624. 50. 626. 45. 629. 50. 632. 30. 633. 31. 636. 49. 639. 8. 643. 647—650. 653. 52. 656. 8. 661. 55. 681. 33. 692. 50. f. Bernhardus, Thietmarus.

Bernhardus iun. dux Sax. (de Luniburh 692. 46.) 661. 58. 665. 31. 668. 671. 18. 674. 33. 694. 33. ux. Eilica; f. Ordulfus, Herimannus.

Bernhardus f. Theoderici marchio 660. 55. 667. 670—673.

(Bernhardus) com. Conuensis 467. 14.

Bernhardus f. Alverici de Kakelinge 754. 51. 755. 12. ux. Irmengard; f. Theodericus de Ploecke.

Bernhardus com. Ploc. f. Hilperici 688. 20. 737. 57. 755. 18. 776. 44.

Bernhardus com. (de Werla) 676. f. Ida.

Bernhardus comes 221. 47. 736. 2.

Bernardus de Feritate 521. 53.

Bernhardus vicedom. Hildesh. 765. 17. f. Conradus.

Bernhardus minister regis 772. 9.

Bernardi Hildesh. epistola 350. 68.

Bernharius ep. Fard. 638. 34. 649. 40. 656. 2. 669. 57.

Bernharius ep. Worm. 569. 61.

Bernharius abb. Hersveld. 655. 53.

Berno abb. Augiensis 356. 26.

Berno abb. Gigniac. 344. 345. 66.

Bernwardus ep. Hildesh. 638. 15. 640. 54. 643. 61. 646. 13. 647. 45. 649. 40. 650. 2. 656. 661. 57. 663. 31. 674. 23. 675. 682. 53.

Berenwardus ep. Wirzib. 29. 52. 191. 66. 638. 58. 641.

Bernwelfus ep. Wirzib. 27. 32.

Berosus 53. 65.

Bert-, Berth-, Berht-.

Berhta v. Bertherada.

Berhta f. Karoli M. 163. 33. 560. 47.

Berhta mater Hugonis regis 32. 176.

Berhta imp. uxor Heinrici IV. 199. 37. 207. 695. 696. 698. 37. 706. 60. 721. 36. 724. 34.

Berhta ux. Rudolfi reg. Burg. 181. 19. 188. 3. 595. 68. 607. 34. 609. 49.

S. Berta abb. 325. 50.

Berta abb. Alesleve 627. 41.

Berhta f. Ottonis ducis Suinv. 679.

Bertaldus v. Bertoldus.

Bertarith, Perhtari rex Langob. 146—148. 325. 326.

Bertharius rex Thur. 315. 35.

Bertarius maior domus 327. 68. 328.

Bertherada, Berhtrada, ux. Pippini reg. 27. 15 (Berhta). 118. 57. 160. 163. 165. 31. 167. 6. 556—558. 560. 56.

Bertrada mon f. Ekberti de Herthike 685. 13.

Bertrada de Lon. ux. Theoderici de Katalanburh 691. 4.

Bertrada de Suevia ux. Udonis de Katalanburh 691. 3.

Berthilde f. Hezecelonis 399. 27.

S. Bertinus, Bertuinus abb. 324. 61. 441. 46. 442. 10 rell. 399. 35.

S. Bertini eccl. Sithiu d. Tornac. 395. 14. 396. 13. 401. 32. 407. 8. 412. 442. 40. 456—458. 681. 31 abb. Godescalcus, Iohannes; mon. Alvisus ep. Atrebatensis; recl. Gelduinus abb. Aquicincti.

Berto rector militiae 369. 19.

Bertoldus, Bertholdus, Bertaldus, Bertoaldus, Berhtolfus, Bertulfus.

Bertulfus, Bertolfus archiep. Trev. 341. 42. 581. 8. 585.

Bertoldus ep. Hildesh. 756. 3. 766. 45.

Bertoldus dux (Alemanniae) 726. 53.

Berhtolfus, Bertaldus, dux Baiuar. 29. 22. 184. 45. 186. 41. 187. 9. 190. 13. 348. 47. 349. 7 601. 30. 604. 605. uxor 348. 47.

(Bertoldus dux Meraniae) 433. 32.

Bertaldus, Bertoald dux Sax. 323 21. 555. 41.

Berhtoldus, Berhtolfus dux de Zaringe, Carinthiae 198. 202. 203. 9. 692. 699. 67. 706. 711. 56. 712. 55. fil. Herim. mon. Clun. 201. 50. Berhtoldus.

Berhtoldus f. eius 198. 692. 20.

Bertoldus III dux de Zaringe 744. 11. 759. 31. ux. Sophia.

Bertoldus com 627. uxor Eila; f. Heinricus.

Bertoldus com. f. Lutharii march. 672. 17. 673. 30.

Bertoldus comes 726. 47.

Berhtolfus frat. Erchengeri 28. 53. 175. 31. 594. 3.

Bertoldus de Acheim 763. 28.

Bertold cogn. Walteri 404. 22.

Berthou abb. Fuld. 769. 5.

Bertrada v. Berterada.

(Bertrandus) ep. Lactor. archiep. Burdegal. 512. 32.

Bertuinus v. Bertinus.

Bertulfus v. Bertoldus.

Beschyre 482. 11.

Besfrim, Bezbrem f. Bolezlai I duc. Pol. 637. 33. 678. 679. 5. cf. Otto.

Besontio, Vesontio, *Besançon* 337. 17. 506. 7. territor. 405. 33. ep. S. Antidius.

Betericus rex Wisigoth. 122. 124. 15. 129. 17. 321.

Bethania 403. 50.

Bethlehem 212. 16. 409. 36. 530. 22. 564. 43. 727. 19. ep. 379. 16. 424. 52.

Betunia, *Béthune* 415. 41.

de Beverle, praepos. Gaufridus 526. 8.

Beverne 397. 33. 409. 4.

Bia mon. Quideling. 698.

Bia ux. Burchardi de Conradesburch 685. 24.

Bia ux. Dedonis, Dedonis de Crozok 685.

Biego 572. 10.

Bichilingon cast. 200. 6. 666. 66. 697. 52. com. Cono; domina Reinilde.

Bieni urbs 597. 63.

Biertannicum bellum 601. 6. 610. 6.

Bigog, Hugo.

Binga, Pinguia 229. 370. 29. 741. 28. abb. Hildegarde.

Binitheim urbs 753 28.

Bio com. Mersburg. 659. 51.

Biorg rex Alanorum 310. 54. 526. 51.

Bircensis ep. Iohannes.

Bisentinum cast. 526. 51.

Biso ep. Padrebr. 584. 31. 590. 42.

Bissinstide prata 632. 42. 633. 14.

Biterbium, Bitervia, *Viterbo* 411. 51. 773. 36.

Biteriensis urbs, *Beziers* 518. 39.

Bituriea, *Bourges* 160. 161. 332. 61. 337. 18. 557. pagus 499. 57. 518. 50. 525. 49. territorium 461. 37 eccl. 387. 50. archiep. S. Austrigisilus, Albericus, Petrus, S. Willelmus, Guarinus, Henricus.

Bizis urbs 127. 28.

Bizum 526. 49.

Bladinus com. Arvern. 332. 58.

Blake i. e. *rex Walachorum*, Iohannes 438. 35.

Blandinienses annales 392. 47.

Blankenburch castr. 538. 15. 759. 15.

de Blanzeio, Robertus abb. S. Ebrulfi.

S. Blasii rell. 636. 62. 637. 23.

S. Blasii abhatia 615. 63. prior Adalbero ep. Basil.

Blavia, *Blaye*, ad Garumnam 509. 2.

Blavitta fluv. Britanniae 588. 8.

Blavotingi 438. 38.

Bleda rex Hun. 124. 22. 136. 25. 302. 27. 308. 309.

Bleihefelt 206. 47. 724. 2.

Blesense castrum, *Blois* 511. 25. 520. 18. pagus 591. 33. 611. 66. com. Theobaldus, Stephanus.

Blithilda ux. Ansberti 118. 23. 322. 57.

Blithilde ux. Childerici II. 326. 55.

de Blosevilla, Richardus abb. Botensis.

Boamundus, Boimundus, Boiamundus, Boemundus.

Boamundus dux Apuliae princ. Antiochiae, f. Roberti 210. 41. 211. 26. 218. 4. 224. 41. 230. 29. 367. 672. 14. 482. 15. 483. 489. 43. 730. 32. 731. 40. 732. 63. 741. 43.

Boamundus II princ. Antiochiae 490 6. 512. 59. fil. Constancia, Boamundus.

Boamundus III. 411. 416. 52. 417. 425. 7. 497. 40. 512. 59.

Boamundus f. Willermi dux Apuliae 532. 42.

Bobium coen. *Bobbio* 145. 60. 322. 2. abb. Attala; episcopatus 666. 35.

Bocconia silva 331. 39. 554. 29.

Bochingeham com. Walterius Giffar.

Bode fluv. 602. 17. 622. 23. 765. 11.

Bodilo 326. 54.

Bodo com. 679. 54. ux. Iudith; f. Adelheid.

Bodo comes 727. 7.

Bodoheim villa 307. 14.

Boemia, Poemia, Boemani, Behemones, Behemi 29. 162. 52. 169. 60. 182. 61. 184. 189. 192. 26. 193. 6. 336. 339. 53. 340. 1. 380. 22. 565. 59. 566. 7. 575. 48. 587. 40. 596. 612. 61. 630. 631. 30. 712. 718. 720. 730. 3. ducatus 343 65. 537. 2. metropolis Braga 243. 12. census 686. 3. v. duces Lecho, Ziptineus, Watizlaus — Sobezlaus, Wladislaus.

Boetius 24. 6. 129. 33 136. 41. 139. 313. 63. 314. 81. 315. 18

Boggis dux Aquit. 329. 31.

(Bogoris) rex Bulgarum 341. 10. 549. 10. 575. 22. 579. 66.

de Bohun, Hunfredus.

Boiscorum gens 123. 50.

Bolezlau urbs 684. 13. praepos. Herim. ep. Prag.

Bolizlaus, Bolislaus f. Watizlai dux Boemiae 182. 61. 184. 35. 188. 5. 346. 41. 348. 349. 26 351. 65. 596. 67. 600. 607. 47. 619. 35. f. Ztrahquaz, Bolizlaus.

Bolizlaus f. eius 619. 620. 50 624. 45. 626. 53. 629. 632—635. 637. 38. 640—642. 645. 57. 675. 15. uxor Hemma; f. Boteslaus, Iaromir, Odelricus.

Bolizlaus f. eius 29. 57. 645. 646. 648. 650. 651.

Bolezlaus f. Wratizlai 693. 32. 733. 31.

Bolezlaus f. Miseconis dux Polanorum 192. 26. 193. 7. 633. 61. 637. 641. 28. 644—649. 651—658. 661—665. 667—669. 672—674. 676. 41. ux. et lib. v. 637. 32. filia Machtild 679. 30.

Bolizlaus f. Kazimeri dux Pol. 683. 8. 693.

Boleslaus f. Wladizlai dux Pol. 262. 32. 540. 738. 12. 747. 752. 2. 760. 42. 761. 15. 769 776 31. f. Bolizlaus 776. 32.

Bolonienses, Bononia, *Bologna* 405. 23. 478. 42. 772. 775. 36. Bononiensis, Girardus papa 496. 34.

Bolonia, Bononia, Bun (707. 9.), *Boulogne* 564. 44. hominagium 428. 24. comitatus 511. 7. ep. 510 29. com. Eustachius, Eustachius, Stephanus rex, Eustachius, Willermus, Maria, Matheus, Rainaldus, Philippus.

Bona Villa 521. 24.

Bonham cast. 439. 9.

Bonifacius I papa 23. 20. 135. 3 307.

Bonifacius II. 139. 42. 315.

Bonifacius III. 152. 321.

Bonifacius IV. 24. 66 152 321.

Bonifacius V. 153. 51. 322. 339. 1.

Bonifacius VI. 344. 590. 3.

Bonifacius VII. 626. 42.

S. Bonifacius archiep. Mogunt. 26. 157. 30. 159. 160. 18. 165 50. 329. 62. 331. 332. 334. 24. 553—556. 558. 51. 717. 11. Vita 544. rell. 559 61 572. 32. cf. S. Bonifacii.

S. Bonifacius archiep. v. Bruno.

Bonifacius dux Rom. 135. 301. 15. 307. 308.

Bonifacius dux, marchio Tusciae 31. 26. 197. 27. 359. 40. 689. 58. 690. 19. 702. 40. 706. 49. ux. Beatrix; f. Mathilde.

S. Bonifacii coen. v. Fulda.

S Bonifacii praepositura Bossenleve 680. 19.

S. Bonifacii rell. et alt. Halberst. 636. 61. 637. 18. praepositura 680. 17. praepos. Wernher. ep. Monast.

S. Bonifacii eccl. Vultraiecti 384 2.

Bonitus abb. Cassin. 145. 49.

Bononia v. Bolonia.

Bonum Molinum castrum 508 27. Bonmolendinum 491. 50. Bomolinum 501. 38.

Bonus abb. de Rugeio 522. 56.

Booz rex Anctorum 124 5.

Boppo v. Poppo.

Borbista rex Goth. 121. 67.

Bordne fluv. Fres. 556. 2.

Borivoi f. Wratislai, dux Boemiae 229. 6. 243. 693. 32. 733. 737. 28. 738. 12. 740. 746. 747. 756. 28. 760. 56.

Bornehem cella 400. 19.

Borterode, *Bourgtheroude* 487. 44.

Bosa diaconus 555. 60.

Bosforus 453.

Boso rex Provinciae 342. 343. 345. 60. 584. ux. Irmengard.

Boso mon. S. Emmerammi ep. Mersb. 622. 46. 623.

Boso archidiac. Rem. 442. 21.

Boso abb Becci 488. 24. 492.

Bosogast 307. 14.

Bosowa coen. *Bosau*, d. Citiz 261. 43. 623. 64. 759. 25.

Bossenleve 680. 19.

Botfeld, Botvelde in silva Harz 598. 62. 691. 27.

Boto f Retingi, et Boto avus eius 226. 738. 46.

Boto Fortis comes, f. Hartwici 225. 43. 226. 738.

de Botna, Bova, Robertus.

Botum coen. v. Votum.

Bongolfus v. Bangolf.

Bouneneburch, com. Sifridus.

Boutgisus 32.

Bovinarum pons 437. 11.

Boviniense castrum 425. 41.

Bovo abb. Corb. 584. 41. 588. 46.

Bovo II abb. Corb. 550. 12. 588. 56. 607. 5.

Bovo III abb. Corb. 187. 49. 696. 65. 607. 5.

Bozena mater Bracislai 681. 11.

Brabantia, Bracbantum 379. 384. 32. 460 5. 693. 50. 697. 58. Bracbatensium, Bratuspantinm fines, pagus 343. 3. 355. 4. 360. 35. 375. 25. com. Ansfridus ep. Traiecti, Hezcelo; duc. Godefridus, Paginus, Henricus.

de Brachavilla, Henricus abb. Sagiensis.

Bracislaus, Fratislaus, f. Odelrici, dux Boemiae 30. 33 195. 51. 675. 10. 678. 34. 681. 11. 683 - 686. 690. 692. 40. 695. 45. ux. Iudith; f. Spitigneus, Wratizlaus, Conradus, Iaromir, Otto.

Bracislaus iun. f. Wratizlai 693. 30. 726. 26. 728. 2. 729. 59. 731. 15. 733. 27.

Braga v. Praga.

Brandeburch, Branneburch, Brennaburch 182. 58. 347. 2. 403. 51. 596. 42. 603. 80. 636. 36. 637. 642. 47. 662. 4. 733. 23. 734. 45. episcopium 607. 28. 630. 631. 43. 661. 2. ep. Thietmarus, Dudelinus, Folcmarus, Wigo, Liuzo, Thietgrim, Lambertus, Wigger; march. v. Saxonia.

Branhag abb. Fuld. ep. Halberst. 665. 29. 677. 25. 680. 16.

Brania villa 385. 3.

de Bransc, Philippus 483. 18.

Brantunc 486. 48.

Bratuspant. v. Brabantia.

Braum castrum, *Braye-sur-Seine* 441. 1.

Brebenzones, Braibenzones 522. 523. 26. 527. 36. 533. 36.

Brebizlav 644. 27. ux. Machtild.

Breduvan, *Breitenwang* 775. 42.

de Bregence, com. Rodolfus.

Brema, Bremin 634. 22. 777. eccl. 562. 12. 608. 51. 759. 50. episcopatus 560. 13. 600. 27. 686. praepositurae S. Willehadi, S. Stephani, S. Pauli 686. parochia 631. 31. archiep. 692. 51. Ansgarius, Rimbertus, Adelger, Hoierus, Unni, Adeldag, Lievizo, (Otto.) Unwan, Lievizo, Herimannus, Adelbrandus, Adelbertus, Liemar, Humbertus, Fridericus, Adalbero, Hartwigus; ep. Willericus, Leudricus; praepos. Erp ep. Ferd.; presb. Halegred; de Bremin, Razo el. Worm.

Brendanus Scottus 318. 11.

Brendiuus rex Scottiae 320. 35.

Brendi 141. 46. rex Sindoald (317. 38. Britonum).

Brentus fluv. 654. 7.

Bresburg castr. 242. 41. 747. 2.

Bretewelle castr. 502. 34.

S. Briccius ep. Turon. 27. 37. 136. 21.

Briegensis saltus, *Brie* 323. 64.

(Briencort) castr. Norm. 414. 10.

Brientius f. Roberti com. Gloccestriae 494. 7.

S. Brigida 314. 66.

S. Briocci ep. Gotho archiep. Turonensis.

Briones 126. 8.

Brionnium 487. 20.

Brisaga, Brizach 185. 47. 189. 67. 348. 40. 603. 49. 610. 10. 650. 30.

Brisahegowe 185. 48. 603. 50.

Bristoud, *Bristol* 493. 34. 494.

Britannia (maior 465. 48.), Britannica insula, Brittones s. Britanni 20. 25. 6.

89. 98. 106. 110. 131. 158. 49. 181. 27. 300—302. 306—309. 313. 323. 327. 30. 335. 38. 553. 689. 43. reges 480. 481. Aurelius, Lucius, Vertiginius, Nothus, Ceduala; episcopi 321. 7. historia 500. 49. Britanniae primatus 524. 43.

Britannia minor, Brittones 161. 68. 170. 26. 213. 22. 318. 335—340. 367. 23. 477. 26. 505. 54. 508. 55. 510. 33. 512. 36. 515—517. 522. 532. 38. 561. 14. 564. 14. 568—570. 572. 32. 574. 32. 577. 582. 588. 729. 13. reges, principes, duces, com. Riohtimus, Chonober, Iudacail, Iudochus, Murman, Herispous, Salomon, Pastiquanus, Iudacail, Alanus, Conanus, Hoellus, Conanus, Gaufridus, Petrus, Iohannes; rex Sindoald v. Brendi; episcopi 521. 12. 524. 47.

Britannia transmarina et cismarina 318. 31.

Britannicum mare 180. 53. 340. 12. 342. 3. 411. 47. 553. 576. 26. 582. 21.

Britannicus oceanus 158. 50. 339. 41. 575. 29. 608. 58. 630. 53. 631.

Britolium, *Breteuil* 502. 51. 522. 15.

Brivatensis (*Brioude*) clericus Odilo abb. Clun. 353. 31. 637. 53.

Brixa, Brixia, *Brescia* 126. 50. 130. 25. 147. 69. 150. 7. 341. 66. 405. 23. 582. 56. 654. 18. ep. Adelbero; civis Petronax; de Brixia, Arnoldus.

Brixa, Brixina Norica, *Brixen* 539. 21. synodus (1080.) 203. 33. 364. 719. ep. Albuinus, Cono.

Brizlava castr. 690. 52.

Brochoriensis silva 380. 3. Brokoroht 385. 30.

Broerech comitatus 517. 23.

Broniense coen. 350. 14.

Brueroles castr. 501. 35. 517. 19.

Brugae, *Brügge* (Bruicias 380. 43.) 432. 24. 439. 22. 441. 17. 443. 31. 444. 10. 456. 45. 465. 3. 488. 51. cella S. Andreae 400. 12. eccl. S. Donatiani; oppidani 417. 38.

Bruge castr. Angl. 481. 58. 504.

Brun v. Bruno.

Brundisium 775. 13.

Brunesberh 558. 70.

Brunesteshusae coen. *Brunshausen* 575. 61. 576. 9.

Bruneswic, Brunsvich 419. 48. 440. 5. 751. 7. com. Bruno, Liudolfus, Bruno, Ecberti marchiones.

Brunichildis, Bruna, regina 117. 118. 144. 36. 145. 153. 45. 318. 47. 319. 321. 322.

Bruning ep. Hildenesh. 751. 47. 756. 3.

Bruning 184. 49. 601.

Bruno, Brun.

Bruno papa 641. 16. v. Gregorius V.

S. Brun ep. et mon. 29. 60. 193. 18. 354. 58. qui et Bonifacius, canon. S. Mauricii, archiep gentium 658. 745.

Bruno archiep. Colon. 32. 54. 183. 30. 188. 23. 349 (Vita 40.). 350 (archidux Lothar.). 351. 6. 605. 59. 610—612. 614. 615. 8. 618. 631. 64. 636. 18. 639. 41.

Bruno II archiep. Colon. 384. 18. 386. 541. 11. 767—770. 773. 14. 774. 10.

(Bruno III) archiep. Colon. 429.

Bruno archiep. Trev. 231. 21. 233. 28. 677. 1. 739. 22. 742. 747. 48.

Bruno can. Babenb. ep. Argent. 759. 32. 767. 31.

Brun ep. August. 30. 192. 43. 194. 195. 650—653. 657. 20. 676. 677.

Bruno mon. Corb. ep. Fard. 615. 62. 624. 626. 19.

Bruno II ep. Fard. 635. 39. 642. 63. 679. 18. 688. 9.

Bruno ep. Mersb. 674. 30. 677. 680. 13. 684. 49.

Bruno ep. Mind. 358. 10. 680. 682.

Bruno ep. Signinus 250. 752.

Bruno ep. Spirensis 257. 3. 259. 6. 378. 8. 756—758.

Bruno ep. Tull. 31. 196. 197. 359. 687. 50. papa Leo IX.

Brun ep. Wirziburg. 30. 53. 196. 7. 551. 687. 15. 726. 56.

Bruno abb. Hirsaug. 2.

Brunones canonici 221. 51. 736. 4.

Brun dux Angariae 559. 4.

Brun f. Liudolfi dux Sax. 28. 56. 32. 49. 175. 179. 19. 194. 19. 549. 47. 584. 67.

Brun com. Arneburg. 627. 8.

Bruno com. de Bruneswic 676. 52. 682. 21. ux. Gisla; f. Liudolfus.

Bruno f. Liudolfi com. de Bruneswic 682. 29. 692. 7.

Brun comes frat. Guncelini 661. 27.

Bruno com. (occ. 1106.) 371. 36. 482. 60.

Bruno 658. 745. 31. uxor Ida; f. S. Bruno, Gebehardus.

Brunonis historia 543.

Brunsvich v. Bruneswic.

Brusele, *Bruchsal* 650. 34.

Brusellense opp. *Bruxelles* 396. 12. 401. 407. 7. eccl. S. Nicolai.

Buccellinus dux Franc. 141. 41. 317.

Bucco v. Buggo.

Bucingehausire 484. 38.

Bucki locus 559. 4.

Budineveldun 664. 9.

Budizin, *Bautzen* 648. 27. 655. 31. 657. 53. 661. 32. 673. 16. 678. 2.

Buggo, Bucco.

Bucco, Burchardus ep. Halberst. 680. 690. 10. 692. 40. 698. 8.

Buggo, Bucco, Burchardus iun. praepos. Gosl. ep. Halberst. 207. 6. 692. 41. 697—699. 701. 54. 703. 52 709. 68. 710. 717. 2. 721. 49. 723—725. 733. 11. Vita 545. 724. n.

Buggo ep. Worm. 263. 1. 275. 3. 756. 55. 757. 46. 761. 28.

Buggo com. frat. Heinrici Suinford. 652.

Bucco (occ. 1040.) 684. 46.

Bulgari, Vulgares 157. 46. 162. 45. 170. 172. 1. 208. 45. 215. 49. 220. 23. 301. 26. 302. 16. 312. 316. 60. 326—337. 569. 68. 570. 573—575. 579. 65. 624. 46. 692. 47. 730. 3. 734. 36. 735. Burgaria 220. 17. reges Busan, Bathaias, Terebellus, Cormesius, Sabinus, Telerigus, Chardamus, Chrumnus, Bogoris, Simeon, Petrus, Baianus, Iohannes; eccl. 474. 37. 619. 52. archiep. Hermenricus, Leo Acridanus.

Bulgia, regnum Africae 455. 34.

Bulonium castrum, *Bouillon* 387. 27. 452. 19.

Bulzindur 127. 29.

Bun abb. Hersfeld. 574. 10.

Bun v. Bolonia.

Bunna, *Bonn* (quae et Verona 235. 742. 56.) 236. 241. 56. 343. 7. 346. 55. 585. 32. 588. 59. 595. 54. 605. 1. 752. praep. Lotharius ep. Leod.

Buohcholz 166. 39. 559. 65.

Bur iuxta Baiocum 519. 60 520. 51. 523. 6.

Burburch 456.

de Burc (S. Petri, *Peterborough*) abb. Benedictus 525. 33.

Burchardus, Burkhardus, cf. Buggo.

Burchardus ep. Basil. 746. 51.

Burchardus ep. Camerac. 449. 54.

Burchardus ep. Losannae 207. 21. 726. 46.

Burchardus ep. Misnensis 622. 17.

Burkhardus Rufus ep. Monast. 256. 371. 56. 744. 32. 751. 37. 756.

Burchardus ep. Traiect. 732. 11.

S. Burchardus ep. Wircib. 26. 27. 22. 159. 30. 167. 59. 331. 61. 553. 28. 555. 562. 40. 726. 55.

Burchardus iunior ep. Wircib. 29. 16. 189. 69. 550. 15. 603. 35.

Burchardus ep. Worm. 354. 47. 656.

Burchardus abb. S. Galli 615. 6.

Burchardus abb. Swarzah. 207. 52.

Burchardus dux Sueviae 28. 54. 29. 2. 175. 180. 22. 181. 19. 188. 3. 346. 592—594. 596. 33.

Burchardus iunior dux Alam. 29. 41. 184. 6. 189. 3. 612. 618. 35.

Burchardus dux Thuringiae 28 46. 588. 68. 592. 11.

Burchardus iunior 179. 46. 593. 25.

Burchardus com. pal. Sax. 659. 46. 668. 670. 38.

Burchardus comes stabuli 566. 32.

Burchardus com. Luckenheimensis, Fresonum 538. 767. 9.

Burchardus f. Gebehardi, com. Magdeb. 685. 26. 745. 33. 770. 17.

Burchardus com. Mersb. 655. 47.

Burchardus praef. Misn. 696. 51. 711. 16.

Burchardus sen. de Conradesburch 693. 57. 754. 48. f. Egeno.

Burchardus de Conradesburch, f. Egenonis 685. 21. uxor Bia.

Burchardus f. eius 685. 25.

Burchardus f. Gevehardi 658. 35. 745. 32. f. Gevehardus, Christinus.

Burdegala, *Bordeaux* 303. 37. 319. 40. 337. 18 446. 31. 451. 33. 527. 37. archiep. Willermus, Gaufridus, Hardoinus, Bertrandus.

Burdellum castr. 557. 19.

Burdiniana haeresis 756. 60.

Burdinus antipapa 254—256. 377. 755. 1. 756. 44.

Burgaria v. Bulgares.

Burgundia, Burgundiones 26. 37. 28—30. 116—118. 120. 27. 126. 7. 138. 64. 144. 27. 158. 43. 160. 38. 172. 29. 187. 26. 189. 58. 193. 47. 229. 231. 26. 242. 2. 308. 311. 321. 9. 330. 68. 332. 59. 343—345. 349. 1. 353. 31. 356. 23. 367. 377. 20. 380. 383. 30. 392. 23. 436. 3. 449. 19. 456. 19. 471. 5. 504. 553. 41. 536. 66. 559. 50. 573. 25. 574. 26. 584. 42 587. 589. 600. 601. 669. 671. 19. 673. 674. 30. 684. 22. 686. 6. 741. 16. 745. 42. v. reges Gundichar etc. Rudolfus III; duc. Odo, Odo, Hugo Odo; com. Gerardus, Stephanus, Rainaldus, Willehelmus; dux Rodulfus de Rinveldon.

Burgundiones de ultra Saonam 403. 13.

Burgundio civis Pisanus 531. 46.

Buriaburch castr. 558. 48.

de Burnstide, Esicus.

Burum v. Bur.

Busan rex Bulgarum 128. 50. 312. 61.

Buschuch civitas 626. 43.

Busine urbs 668. 45.

Busouwe coen. v. Bosowa.

Butzieci tribus 659. 50.

Buxude castellum 351. 61. 352. 3.

C cf. K.

Cabillona, Cavelona, *Chalons-sur-Saone* 117. 19. 160. 48. 170. 36. 171. 11. 337. 35. 452. 12. 557. 17. 570. 24. 572. 21. ep. Walterius; pseudoep. Rotbertus.

Cacanus, Caganus, Caianus, Chaianus, rex Avarum, Scyth. 146. 152. 70. 156. 40. 157. 58 162. 27. 166. 62. 319. 46. 328. 330. 70. 560. 32. 563. 18. 565. 56. Kaia 563. 25. Kagani 315. 10.

Cadelo ep. Parm. papa 199. 17. 361. 362. 694. 2.

Cadomum, *Caen* 482. 24. 487. 491. 58. 511. 40. 521. 7. 533. 5. 534. 10. cf. S. Stephani, S. Trinitatis.

Cadurcia 160. 57. 510. 557. 27. Cahors 509. 42. Cadulcensis pagus 519. 43.

Caecilia f. Willermi regis Angl. 478. 39. mon. Fiscanni 479. 19.

S. Caeciliae rell. 337. 66. 573. 5. 581. 70.

S. Caeciliae eccl. Coloniae 624. 3.

S. Caeciliae eccl. Ferduni 624. 61.

S. Caeciliae alt. Halberst. 637. 7.

S. Caeciliae eccl. Hildesh. 571. 47.

S. Caeciliae eccl. Romae. 337. 67.

S. Caeciliae card. Octovianus papa.

Caelestinus papa 135. 6. 307. 327. 56.

Caelestinus qui et Wido papa 388. 446. 51. 452. 457. 462. 23. 465. 23. 495.

Caelestinus (Iacinctus) papa 426—434. 466. 28.

Caelio, Saxo card. de Monte C. 378. 18.

I. Caesar 499. 9. 762. 53. de bello Gall. 517. 24.

Caesaraugusta, *Zaragoza* 317. 12. 334 53. 559. 19. 567. 23. 568. 2.

Caesarea Cappadociae 403. 47.

Caesarea Palaestinae 219. 31. 222. 22. 427. 41. 429. 7. 454. 22. 481. 54. 486. 19. 734. 6. 736. 22.

Caesarea Philippi 506. 47. v. Abilina.

Cesarisburgum, (Cheresburg 508. 46.) *Cherbourg* 495. 38. 508. 512. 58. 516. 33. 535. 12. eccl. 499. 46.

Caganus v. Cacanus.

Cahors v. Cadurcia.

Caietanus ep. Iohannes papa.

Calabria, Galabria 29. 45. 189. 33. 191. 28. 332. 1. 345. 53. 346. 13. 351. 33. 352. 430. 31. 432. 18. 434. 25. 452. 16. 540. 32. 590. 58. 620—623. 627. 53. 629. 632. 60. 650. 19. 689. 50. 691. 12. minor 163. 2. 568. 13.

Calatravae militum ordo 460. 40.

Caletum 512. 14. Caletensis pagus, *Caux* 512. 514. 64. 516. 32. Caletenses 495.

S. Calistus papa 343. 19.

Calixtus II papa antea Guido dictus 15. 38. (Milo 254. 17. 755. 32.) 254—256. 260. 262. 33. 263. 377—379. 443—445. 448 (frat. Steph. c. Burg. soror Clementia). 449. 10. 456. 35. 459. 12. 462. 13. 464. 61. 486—488. 755—759. 761. cf. Wido archiep. Vienn.

Calixtus antipapa 517. 56. 531. 42. cf. Iohannes abb. Strumensis.

Calistus candidatus 169. 45. 565. 22.

Calinacus castellum 423. 33.

Caloiohannes f. Andronici 533. 52.

Calonimus Iudaeus 629. 19.

Calpho v. Claffo.

Calun castrum 764. 33.

Calvariae mons 219. 11. 253. 37. 733. 48. 755. 35.

Calverla, *Calbelage*, com. Herimannus.

Calvo coen. S. Laurentii 630. 36. 633. 63. mon. Oda.

Calvus Mons, *Chaumont en Beauvaisis* 501. 15. 516. 14. 521. 21.

Calvus Mons, *Chaumont sur Loire* 511.

Camba (ad fluv. Regen) 684. 30.

Cambaius villa 478. 28.

Camberonense coen. *Cambron* 460. 10. abb. Fastradus.

de Camberon, Daniel.

Camburh, com. Willehelmus.

Cameracum, *Cambrai* 116. 8. 308. 62. 343. 3. 368. 31. 381. 45. 383. 13. 398. 8. 411. 14. 415. 40. 455. 47. 482. 5. 606. 59. 737. 9. Cameracensis ager, pagus 326. 23. 329. 67. 432. 34. 434. 9. 459. 28. eccl. 272. 11. ep. Gaugericus, Autbertus, Erluinus, Gerardus, Lietbertus, Gerardus, Walcherus, Manasse, Odo, Burchardus, Herimannus, Lietardus, Nicolaus, Petrus, (Robertus,) Alardus, Rogerius, Iohanues, Petrus, Godefridus, Givardus; archidiac. Iohannes; cf. S. Autberti, S. Mariae, S. Sepulcri; castellanus Hugo de Orsi.

Camerinus ducatus 617. 39.

Caminizi 592. 19.

Camma civitas 626. 58.

Camp fluv. 562. 23.

Campania 125. 40. 130. 9. 136. 54. 205. 29. 254. 11. 330. 30. 474. 36. 581. 41. 618 50. 721. 32. 773. 43. 775. 15. episcopi 224. 3.

Campania, *Champagne* 495. 22. dux Drogo; com. Henricus, Henricus.

de Campellis, Guillelmus ep. Catalaun.

Campus Avenae, Candavena, Hugo.

Cancul 718. 7.

Candidiani Pons 125. 28.

S. Candidi reliquiae 637. 1.

de Candos, Robertus.

Cannae 773. 5.

Canones apostolorum 246. 10. 748. 7.

Cansiolis 474. 20.

Cantabone campana 686. 29.

Cantebrigesire 484. 35.

Cantela castr. 557. 19.

Canthuyr comes 333. 19.

Cantilenae vulgares 225. 48.

Cantuaria 489. 61. eccl. 439. 3. 500. 35. 523. 38. 532. 5. archiep. Dunstein, Robertus, Stigand, Lanfrancus, Anselmus, Rodulfus, Willelmus, Theobaldus, Thomas, (Rogerius,) Richardus, Balduinus, Stephanus; archidiac. Gaufridus ep. Eli, Gauterius et Iohannes ep. Rofenses; prior 524. 30. Benedictus abb. de Burc, Walterus ep. Cestriae; cler. Iohannes ep. Carnotensis; monachi 527. 52. cf. S. Trinitatis.

Cantuarii 320. 60. reg. Edilbertus, Ealdbaldus, Earcombertus, Egbertus, Lothere, Edrich, Wichtred, Edilbertus.

Cantus eccl. Gallicae 332. 14. 334. 25. 335. 34.

Canusium, *Canossa*, inter Regium et Carpinetum 201. 43. 202. 206. 16. 711. 33.

Capellae, d. Tervan. abb. Wilhelmus.

Capenbergense castr. 449. 5. monaster. d. Monast. 459. 22. com. Godefridus, Godefridus, Otto.

Capian turris 773. 22.

Capitolium, Leodii 383. 43. Romae 453. 4.

Capitula S. Gabrielis 342. 13. 582. 51. Karoli M. 336. 35. Ludovici I. 171. 17. 337. 60. syn. Tribur. 356. 40. episcoporum Franciae 357. 17.

Capremons, Kievermont 182. 5. 185. 45. 186. 61. 348. 21. 593. 57. 603—605.

Caprile 526. 49.

Capsianus 731. 25.

Capua 136. 55. 162. 1. 167. 23. 254. 8. 341. 59., 351. 42. 377. 17. 561. 25. 581. 19. 621. 12. 755. 4. 773. 41. 775. 15. syn. 254. 8. principatus 505. 33. 525. 7. 526. 45. archiep. S. Germanus, Victor, Aio, Sennes; com. Trasemund, Liudolfus, Ricardus, Iordanes, Ricardus.

Capua 719. 41. v. Coupungen.

Car fluv. *Chiers* 607. 10. Charus 349. 28. Kar 187. 57. 352. 33. 355. 53.

Carbonacum 165. 36. 558. 18.

Carbonaria silva 116. 7. 308. 63. 342. 62. 349. 49. 584. 60. 612. 42.

Cardinales eccl. Ravenn. 772. 17. Rom. 408. 422. episcopi 250. 14. subdiaconi 417. 35.

de Cari castellum 493. 34.

Carileffus abb. 313. 36.

Carentania, Carinthia, (Caruntum quod corrupte Carantanum dic. 584. 12.) Kar. Char. 21. 27. 28. 36. 174. 59. 224. 29. 336. 56. 565. 57. 585. 10. 590. 57. 605. 23 654. 1. 676. 40. duc. Otto, Adalbero, Cuono, Welefo, Berbtoldus, Berhtoldus, Luitolfus, Heinricus, Odelricus.

Carisiacus, *Quierzy* 160. 52. 169. 57. 555. 48. 557. 558. 68. 560. 26. 565. 49. castrum, dom. Gerardus 471. 52.

Carisius 159. 64.

Caritas, ad Ligerim, d. Autissiod. 522. 12. 529. 21. prior Radulfus abb. Clun.

Carluil episcopatus 490. 58. ep. Adalulfus; vena argenti 491. 4. civ. (Carluith) 506. 26. 507. 12.

Carmel mons 482. 14.

Carnotum 381. 45. 383. 462. 490. 9. 527. 5. eccl. 462. 496. 49. 531. 7. ep. Solemnis, Launomar, Fulbertus, Ivo, Giffridus, Robertus, Willelmus arch. Remensis, Iohannes, Petrus, Rainaldus; decan. Samson arch. Remensis; cancell. Bernardus ep. Cornubiae; cf. S. Iohannis, S. Mariae, S. Petri; com. 462. 486. 6. Tedbaudus.

Carta, Karta, imperatoris nomine 156. 67. excomm. 360. Pascalis II. 373. 374.

Cartula de caelo lapsa 728. 57.

Carthago 530. 7.

Cartugienses monachi 450. 48.

Cartusiae priores S. Hugo arch. Gigo.

Casala, *Casal maior* 771. 21.

Casella, Cassuluu, *Kassel* 605. 36. 667. 69.

Casinogili villa 559. 44.

Casinum castrum, Cassinense coen. S. Benedicti 26. 43. 130. 10. 140. 28. 145. 45. 149. 1. 150. 8. 159. 19. 160. 17. 198. 55. 324. 329. 44. 331. 63. 332. 29. 554. 556. 44. 773. 43. 775. 16. abb. Benedictus, Constantinus, Simplicius, Vitalis, Bonitus, Petrouax, Manso, Fridericus papa, Desiderius papa, Rainaldus.

Casletum, *Cassel*, in Flandria 432. 29. Casletense bellum 433. 16. cf. Robertus.

Caspiae Portae 25. 13. 68. 4. 71. 3. 73. 9. 153. 38. 160. 67. 333. 557. 39.

Cassan 772. 13. 773. 16.

Cassiodorus 24. 31. 140. 143. 21. 315. 53.

Cassulun civ. 667. 69. cf. Casella.

Castella 519. 35. reg. Anforsus, Santio, Anforsus.

Castellionense coen. *Conches* d. Ebroic. abb. Vincentius, Silvester, Gillebertus.

Castellio castr. supra Agennum 511. 56.

de Castellione, Rainaldus pr. Antiochiae.

de Castello, Guido papa.

Castellum Paganum 526. 51. 772. 38.

S. Castorius 637. 23.

Castrilocus mons, *Mons* 352. 12. 354. 61. 375. 4. 385. 39. 413. 12. 433. 6. Montes 444. 29. cf. S. Waldedrudis.

Castrum Novum Turonis 311. 69.

Castrum Puellarum 506. 26. i. e. Edemesburch 524. 27.

Catafriges 421. 29.

Catalauna, *Chalons-sur-Marne*, concil. 251. 55. campi 126. 10. 309. 50. ep. S. Hildegrim, Willelmus, Giffridus, Guido.

Cathelo ep. Citicensis 687. 33.

Catina civ. Siciliae 518. 36.

Cavea coen. *La Cava* 485. 59. 756. 47.

Cavea castell. Syriae 403. 41.

Ce- cf. Cae-.

Ceadrago princ. Abodr. 171. 16. 572. 68. 573.

Cednulfus rex Nordanymbr. 330. 331. Celwulfus 485. 16.

Ceduala rex Britonum 323.

Cedwalla rex Westsexe 149. 42. 485.

Celeadrag rex Wilzorum 171. 37.

Celin rex Anglorum 313. 13.

Cellense coen. *S. Guistain* d. Camerac. 324. 61. 441. 45

Celsa urbs, *Selz* 644. 10.

S. Celsi corpus 304. 29.

Celtica 158. 181. 182. 553. dux Rotbertus.

Cemandri 127. 27.

Cenomannis, *le Mans* (Celmannia 149. 2.) 324. 66. 421. 50. 426. 7. 491. 6. 497. 21. 499. 36. 511. 519. 41. 527. 24. 529. 38. 533. 31. 534. pagus 516. 54. 520. 29. comitatus 511. 42. 515. 23. ep. Hildebertus, Arnaldus; dec. Gaufridus archiep. Roth. Hardoinus arch. Burdig.; com. David, Helias, Fulco rex; vicec. Roscelinus, Ricardus.

Cinomanenses 508. 55. librae 535. 22.

Census Boemicae terrae 686. 3. porcorum 649. 35. 687. 21.

Centius Romanus 202. 49.

Cephalonia 567. 48.

Cerasium, *Cerisy* d. Baioc. abb. Hugo, Martinus.

Cereces cast. 495. 20.

Cerneliensis v. Cormeliensis.

Certesiensis abbas Hugo 513. 29.

Cervisiae usus in Francia 500. 47.

Cestrensis episcopatus 490. 533. 44. ep. Petrus, Robertus Robertus, Rogerius, Walterius, Ricardus, Girardus, Iohannes; com. Rannulfus, Hugo.

Chadiga uxor Muhammedis 323. 12.

Chaiauus v. Cacanus.

Chala coen. 325. 51.

Chalcedon. concilium 246. 12.

Char fluv. 349. 28. cf. Car.

Chardamus rex Bulg. 334. 335. 46.

Charibertus, Heribertus, rex Franc. 116. 63. 117. 143. 51. 318.

Chemisse coen. 589. 10.

Chent 487. 1.

Cheresburg 508. 46. cf. Caesarisburgum.

Chesnebrut 517. 47.

Childebertus, Hildebertus; cf. Hildebertus.

Childebertus rex Franc. 116. 117. 2. 314—318. 555. 11.

Childebertus II. 117. 144. 145. 319. 320.

Childebertus III. 26. 1. 118. 156. 328. 329.

Childebertus f. Grimoaldi 325.

Childeoc rex Langob. 142. 24. Ildehoch 301. 27. Hildeoch 312. 26.

S. Chilianus v. Kylianus.

Chilpericus, Hilpericus; cf. Helpericus.

Chilpericus rex Burg. 116. 312. 58.

Chilpericus rex Franc. 116. 63. 117. 141. 19. 143. 51. 144. 35. 151. 21. 318. 319. 555. 43.

Chilpericus II. 118. 43. 329. 330.

Chilpericus de ratione computi 354. 31. 656. 56.

Chilping com. Arvern. 333. 1.

Chinheim 586. 21.

Chinon, Chinum, Cinon 426. 10. 505. 48. 521. 23.

Chinred, Choered rex Merce 329. 11. 485.

Chintasind rex Wisigoth. 327—329.

Chintilan rex Wisigoth. 325. 326.

Chitreium cast. 501. 23.

Chiupa rex Danorum 347. 56.

Chivelleium 511. 10.

Chiwe 631. 26. Cniewa 665. 26 (S. Clementis eccl.). Kitawa 674 (archiepiscopus, coen. S. Sophiae).

Chizzini 609. 11. 631. 6.

Chlochilaicus rex Danorum 314. 59.

Choered v. Chinred.

Chonober dux Brittonum 318. 22.

Chorepiscopi 99. 62. 303. 8.

Chorin 625. 59.

Chorizana, Gorrizana terra 212. 23. 221. 17. 727. 24. 735. 46.

Christi eccl. Cantuariae, prior Walterus ep. Cestrensis.

Christi anima, oratio 444. 41.

Christiana matrona 644. 16.

Christianus, Cristianus.

Christianus archiep. Mogunt. 398. 22. 409. 53. 412. 413. 415. 27. 416. 3. 418. 42. 528. 23. 533. 62.

Christianus abb. Mellifontis, ep. Hibern. 473. 3.

Christianus ep. Patav. 648. 52. 664. 60.

Christianus march. Sax. 605. 36. 618. 30. uxor Hidda; f. Thietmar, Gero arch. Col.

Christianus Lothar. 181. 347. 12.

Christianus de Prato, Isengrinus 438. 42.

Christina abb. Gandesh. 586. 9.

Cristinus com. f. Burchardi 680. 6. f. Wigmannus, Willehelmus.

Cristoforus papa 345. 591. 15.

Chrodegangus, Rotgang. ep. Mett. 332. 52. 333. 557. 28. 570. 58.

Chrumnus rex Bulg. 336. 65. 337.

Chumcyd amireus 336. 62.

S. Chunibertus ep. Colon. 118. 18. 164. 44. 322. 62. 324. 9.

Chunigunt v. Cunigunde.

Chunipert rex Langob. 146—149. 155. 26. 328.

Chunimund rex Gepid. 143. 317. 31. 318. 64.

Chunimund rex Suavorum 127. 53. 310.

Chusabald rex Franc. 142. 60.

Chycce prior Will. archiep. Cant. 487. 15.

Ciani 608. 25.

Cicensis urbs, *Zeitz* 644. 50. 659. 53. eccl. 623. 37. 630. 653. 41. sedes translata 648. 19. ep. Hugo, Fridericus, Hugo, Hilliwardus, Cathelo, Eppo, Guntherus, Dietericus.

Cicero 8. 38. 87. 8.

Cicestrum, *Chichester* 490. 46. ep. Stigand. arch. Cantuariensis, Sifridus, Hilarius, Goscelinus, Iohannes, Sefridus.

Cidlina fluv. 629. 3.

Cidni 624. 32.

Cilensi pagus 662. 3. Silensi 672. 39.

Cincilla 771. 21.

Cinerum dies 534. 23.

Cinisius mons 161. 45. 558. 35.

Cinnae conventus 611. 11.

Cinon v. Chinon.

Circipani 609. 12. 631. 6.

Circecstre coen. 491. 53.

Cirkenbach, Andreas 551. 35.

Cirmini villa 628. 5.

Cisalpinae partes 231. 28. 233. 37. 257. Cisalpini 394. 27. episcopi 657. 2.

Cismontani (Francogalli) 489. 58.

Cistercium 432. 46. 463. 41. 472. 2. ordo 411. 49. 439. 4. 450. 455. 13. 459. 42. 460. 465. 17. 466. 49. 473. 497. 507. 32. 516. 33. de Cistelth mon. 496. 59. regula 464. capitulum (1152.) 500—502.

Cistercii abb. Robertus, Albericus, Stephanus, Rainaldus, Gotsninus, Lambertus, Fastradus, Gislebertus, Alexander, Petrus ep. Atrebatis; mon. Henricus arch. Eboraci.

Cisterna Neronis 409. 21. 412. 4.

Citathiudi 123. 18.

Citicensis v. Cicensis.

Civiacus villa 445. 11.

Claborum urbs 358. 50. v. Virdunum.

Claffo, Calpho rex Langob. 142. 25. 144. 40. 301. 28. 312. 27.

Clamorgiensis ep. 490.

Clara 501. 60. com. Gislebertus, Ricardus, Gislebertus, Rogerius, Willermus.

Claravallis 405. 35. 418. 1. 459. 464. 56. 472. 473. 500. 53. abb. S. Bernardus, Robertus, Fastradus abb. Cistercii, Gaufridus, Girardus; prior Philippus; mon. Albero abb. Dunensis, Henr. arch. Remensis, Riquardus abb. Valcellensis, Walerannus abb. Ursicampinus, Willelmus abb. Aquicincti.

Clarevallis castrum de feudo Andegav. 532. 36.

Clarenbaudus el. S. Augustini 525. 31.

Claricia f. Davidis reg. Scot. 488. 41.

de Claris Fontibus Casa Dei, *Clairefontaine* d. Suess. abb. 442. 26.

Claromaresch coen. *Clairmarais* d. Ternan. 459. 41.

Clarus Mons, cast. Arvern. 557. 19. 729. 7. concil. Claremont. 213. 11.

Clarus Mons, d. Cenoman. abb. Philippus ep. Redon. 532. 6.

Clarus Mons, *Clermont en Beauvaisis*, com. 418. 17. 523. 26.

Classis civitas 330. 32.

Claudianus 132. 22. 134. 36. 303. 65.

Claudiocestria 407. 32. v. Gloecestria.

Claustrensis prior Hugo abb. Cluu.

Clausula, *Sluys* 360. 8.

S. Clemens papa 19. 7. 99. 101. 103.

Clemens II papa 358. cf. Suideger.

Clemens III (Paulus) 425. 426. 466. 28.

Clemens qui et Wicbertus papa 205. 36. 211. 15. 218. 45. 219. 35. 364. 46. 365. 6. 721. 35. v. Wicbertus archiep. Ravennas.

S. Clemens ep. Mett. 350. 55. 366. 31.

Clemens ep. Ultrai. v. Willibrordus.

de S. Clemente card. Rainerus papa 218. 31.

S. Clementis bona 664. 9.

S. Clementis eccl. Cuiewae 665. 25.

S. Clementis et S. Caeciliae alt. Halberst. 637. 7.

Clementia soror Kalixti II. 448. 30.

Cleoberei 504. 52.
Cleph, Cleb rex Langob. 144. 318. 319.
S. Clericus 526. 51.
de Clintone, Gaufridus.
Clippea castr. Africae 454. 31.
Clodius Crinitus rex Franc. 116. 136. 6. 159. 31. 307. 308. 555. 37.
Clodomir f. Clodovei 116. 117. 3. 314. 50. 315. 555. 41.
Clodulfus ep. Mett. 324. 6.
Clodoveus, Ludowicus, f. Hilderici 116. 129. 11. 136—139. 158. 176. 51. 311—314. 470. 4. 553. 62. 554. 5.
Clodoveus II. 118. 154. 56. 155. 324. 325. 555. 46. ux. Balthildis 441. 31.
Clodoveus III. 118. 42. 156. 3. 328.
Clodoveus fictus 326. 64.
Clotharius, Lotharius.
Clotharius f. Clodovei rex Franc. 116. 117. 139. 18. 140. 55. 143. 314—318. 391. 14. 470. 15. 555. f. Blithildae 118. 23. 322. 57.
Clotharius medianus rex Fr. 117. 118. 152. 17. 153. 60. 319—323. 555. 44.
Clotharius III. 118. 155. 45. 325. 326. 447. 8. 555. 46.
Clotharius IV. 118. 43. 330.
Cluniacum, Cluniacenses 242. 2. 254. 344. 15. 377. 27. 383. 31. 448. 28. 450. 45. 451. 47. 478. 20. 486. 36. 504. 38. 505. 10. 521. 18. 529. 745. 42. 755. ordo 679. 3. abb. Berno, Odo, Ademarus, Maiolus, Odilo, Hugo, Pontius, Hugo, Petrus, (Robertus,) Hugo, Stephanus, Radulfus, Galterus, Willelmus, Teobaldus ep. Ostiensis, Hugo; mon. Heinr. V fictus, Herim. marchio 201. 49. Odo papa 366. 7. Petrus Leonis 383. 25. Willelmus ep. Tornac.
Clus, Clusae, Claustra Italiae 160. 11. 171. 8. 234. 28. 539. 23. 556. 37. 558. 36. 572. 19. 650. 55. 654. 768. 23. 771. 4.
Clusae Pannoniae 344. 1. 345. 10. clusurae Ung. 173. 39. 179. 29. 587. 69.
Clusense coen. S. Michaelis, d. Magal. 383. 50. 521. 18. abb. Steph. (a. Clun.) Benedictus.
Clusinus ep. Gratianus 490. 2.
Cnobheribuc castrum 485. 22.
Cnut v. Kanutus.
Cociacum, *Couci sur Loire* 512. 52.
de Cociaco, *Choisi sur Bac*, Rodulfus 420. Causiacus 423. 22.
Cockstiden villa 664. 6.
Codanus sinus 119. 61.
Coenred rex Nordanymbr. 329. 330.
Cognanum 526. 51.
Colbrech civ. Pomeran. 264. 21.
Colidizi 669. 20.
Colmia fluv. 512. 5.
Colmic Mons 491. 50. 496. 6.
S. Colomannus 328. 34.
S. Colomannus eremita 673. 8.
Colomannus rex Ungar. 208. 215. 31. 242. 253. 26. 730. 746. 51. 747. 754. 5.
Colonia Agrippina 103. 45. 116. 117. 58. 156. 72. 166. 61. 193. 48. 207. 15. 210. 48. 249. 37. 310. 10. 312. 3. 328. 18. 329. 47. 335. 29. 337. 17. 341—343. 351. 355. 43. 360. 23. 380. 31. 384. 459. 559. 56. 560. 30. 562. 565. 45. 581. 583—586. 588. 24. 609. 61. 614. 618. 619. 15. 626. 60. 632. 16. 636. 16. 641. 38. 646. 65. 657. 64. 659. 31. 684. 27. 686. 7. 690. 721. 43. 726. 36. 731. 60. 742—744. 750—752. 763. 11. 765—768. 769. 21. munita 248. 26. 418. 39. 743. ab Heinrico V oppugn. 235. 236. 238. 25. 248. 371. 482. 61. 743. 744. 750. 52. 751. 33. concil. Cononis 251. 54. 254. 30. 459. 13. 755. 39. archiepiscopatus 599. 47. 616. 737. 24. archiep. Chunibertus, Severinus, Hiltigarius, Guntharius, (Hilduinus,) Willibertus, Herimannus, Wicfridus, Brun, Folcmarus, Gero, Warinus, Evergerus, Heribertus, Piligrimus, Herimannus, Anno, Hildolfus, Sigewinus, Herimannus, Fridericus, Bruno, Hugo, Arnulfus, Rainaldus, Philippus, Bruno, Adolfus; primicer. Cuonradus archiep. Trever.; praepos. Herim. ep. Monast. Wiggerus ep. Fard.; abb. Helias; mon. Marianus; milites 770 46. Iudaei 729. 60. cf. S. Caeciliae, S. Georgii, S. Gereonis, 3 Magorum, S. Mariae, S. Pantaleonis, S. Petri, S. Severini, S. Ursulae.
Colubri prodigiosi 360. 35. 384. 33.
S. Columba, Columbanus 117. 28. 145. 60. 153. 45. 318. 32. 320—323. 341. 34. 666. 35. liber actuum 117. 68.
Columba castellum 526. 43.
de S. Columba, Radulfus abb. S. Ebrulfi 526. 41.
de Columna, Petrus 369. 3.
Columnabicus locus 116. 52.
Colvo, Adelbertus 771. 41.
Coma nutrita, v. milites.
Commin, Ioannes archiep. Duveline 533. 12.
Comborcht, Conbort castr. 514. 24. 515. 32. Cumburc 522. 32.
Commerciacum 171. 50. 338. 11. 573. 15.
Comosicus rex Goth. 120. 57. 122. 6.
Compendium 160. 27. 173. 22. 351. 7. 423. 25. 431. 6. 556. 35. 559. 63. 574. 577. 32. 591. 13. 618. 53. 644. 15. monachi S. Dionysii cum abb. Odone 499. 44.
Conanus (III) com. Brit. 485. 41.
Conanus com. de Richemont dux Brit. 505. 53. 506—508. 515. 28. 520. 6. 530. 59. f. Constancia.
Conanus Rothomagensis 487.
Conani Saltus 487. 29.
Conchae urbs Hisp. 532. 48.
Conchae coen. d. Ruten. 346. 69.
Conche soror S. Martini 307. 58.
Concordiae ep. 775. 18.
Condatum 415. 441. 46.
Confluentia 370. 10. 584. 2. 586. 28. 669. 23. 741. 21. 743. 7. 776. 19. syn. 664. 21. praepos. Lotharius cl. Leod. 430. 54.
Conihilde v. Cunigunt.
Cono, Chuono, Cuono, cf. Conradus.
Cuono, Cono ep. Praenestinus 251. 254. 445. 30. 448. 4. 459. 472. 4. 752. 755.
Cono praepos. S. Mauricii Hild. ep. Brixiensis 690. 7.
Cono ep. Ratisp. 767. 50.
Cono ep. Strazb. 759. 31.
Cuono f. Ottonis dux Carent. 32. 60. 664. 3.
Chuono, Cono, f. eius. 194. 14. 356. 4. 679. 45. 683. 3.
Chuono f. Chunonis comitis pal. 205. 1. 720. 49.
Cuono com. Bichlingge f. Ottonis duc. 225. 693. 54. 721. 5. 725. 2. 737. ux. Cunigunde; f. Adela, Cunigunde.
Cono de Wippera 756. 31.
Conon papa 25. 39. 155. 49. 327. 331. 59.
de Conradesburch, Egeno, Burchardus, Egeno, Burchardus.
Conradus, Chuonradus, Chounradus, Konradus, Cunradus, cf. Cono.
Counradus rex (ultimus Karolorum 32. 24. 176. 17. imp. 182. 46.) 28. 174—176. 179. 180. 345. 591—594. 607. 6.
Counradus imp. 30. 32. 61. 175. 51. 194. 195. 356—358. 672. 56 (Cono qui et Conradus). 676—684. 687. 51. 691. ux. Gisla; f. Heinricus.
Counradus f. Heinrici IV. 719. 4. 720. 24. dux Loth. 707. 3. rex 194. 59. 207. 37. 210. 50. 211. 219. 220. 366. 46. 368. 29. 481. 51. 724. 17. 728. 10. 730. 25. 731. 36. 734. 39. uxor f. Ruotkeri duc. 211. 13. 732. 1. quae nupsit Balduino 266. 8. 741. 48.
Chounradus f. Friderici dux (orientalis Franciae 249. 48. 752. 17. 770. 42.) 252. 12. 258. 27. 262. 6. 537. 540. 753. 15. 758. 6. 760. 47. 765—767. 769. 770. 772. 45. rex, imp. Alemannorum, Theutonicorum, Romanorum 386—390. 395. 46. 396. 11. 398. 3. 400. 406. 407. 410. 10. 412. 17. 446. 35. 449. 50. 451. 36. 453—455. 460. 1. 465. 11. 493. 19. 495. 65. 497. 11. 499. 57. 501. 52. 516. 776. 777. ux. Gerdrudis; filius 404. 49. Karolus.
Chuonradus rex Burg. Genaunorum 187. 606. 67. 627. 57. 632. 62. 647. 36.
Konradus ep. Sabin. 396. 17. 401. 40. 407. 12. 502. 17. papa, Anastasius IV.
Conradus de Maresleve can. Magd. patr. Aquil. 685. 4.
Conradus archiep. Magd. 658. 35. 685. 26. 745. 33. 769. 4. 770. 772. 776.
(Conradus) archiep. Mogunt. 433. 31.
Chuonradus archiep. Salzb. 240. 28. 745. 3. 765. 42.
Cuonradus, Cono, de Phullingen, primicer. Colon. archiep. Trev. 199. 361. 362. 4. 694. 40.
Counradus ep. Constant. 29. 9. 184. 20. 598. 55. 764. 765. 3.
Counradus ep. Spir. 31. 28. 197. 29. 690. 39.
Chuonradus ep. Traiect. 211. 43. 218. 18. 367. 52. 719. 42. 721. 54. 722. 732. 10.
Conradus abb. Fuld. 769. 6. capellanus Iohannes ep. Sutr.
Conradus mon. Uraug. 3. 50.
Conradus canon. Magd. 642. 2.
Conradus dux Alemanniae 29. 53. 191. 70. 192. 4. 632. 43. 633. 30. 644. 22.
Counradus, Chuono, Cono dux Baw. Noricorum 31. 197. 679. 54. 689. 56. 690. 33. ux. Iudith.
Chuonradus f. Bracislai dux Boemiae 204. 44. 690. 693. 24. 695. 48. 720. 42. 724. 11. 727. 61. 728. 2. 733. 33. 752. 5. f. Odalricus, Lutoldus.
Chuonradus dux Lothar. 187—190. 348. 50. 349. 597. 50. 605—613. 650. 60. ux. Liutgard; f. Otto.
Conradus f. Liutoldi d. Moraviae 760. 39.
Conradus dux Suevorum f. Friderici I imp. 426. 39 *(Fridericus)*.
Conradus f. Eberhardi ducis 610. 15.
Conradus de Witin marchio Misn. 538. 12. 760. 8. 770. 772. 776. 26.
Conradus f. Willermi march. Montisferr. 418. 41. 425. 8. 428. 430. 32. 528. 23. ux. Elizabeth.
Conradus marchio de Plocke 539. n. 688. 20. 737. 57. 755. 767. 15. 768.
Conradus fil. Beatricis marchissae 226. 21. 733. 51.
(Conradus) com. pal. Rheni 410. 38.

Cuonradus com. pater Conradi regis 28. 174—176. 345. 17. 587—592. frat. Lud. Pueri 28. 38. 32. 20. 174. 64. 175. 176. 14. 592. 36.

Chuonradus Sapiens 185. 3. 186. 9. 189. 68. 348. 42. 602. 39. 604.

Conradus com. de Arnesberge 721. 8. f. Fridericus.

Conradus com. de Hohenburch 731. 9.

Conradus com. Magd. 688. 755. ux. Adelheide; f. Mathilde.

Conradus com. de Werle 727. 65. f. Herimannus.

Conradus com. f. Dedonis march. 697. 57.

Conradus f. Theoderici com. 691. 7. ux. Othilhildis.

Conradus f. Theoderici de Ploecke 688. 18. 755. 768. 10.

Conradus de Maresleve et Horneburch 685. 2. ux. Amulrad; lib. Suitger papa, Conradus patr. Aquilegiae, Adalbertus, Dignamenta.

Conradus de Eichsteti f. Ekkihardi 358. 1. 767.

Conradus f. Alberici 679. 24.

Conradus f. Bernhardi vicedom. Hild. 765. 17.

Conradus frat. Udonis episcopi Hild. 722. 33.

Chuonradus Suevus 198. 33. 692. 29.

Chuonradus minist. Heinrici IV. 211. 2. 731. 36.

Consentia 125. 42. 134. 27. 306. 12.

S. Constans 362. 23.

Constans imp. 22. 112. 113. 300.

Constans II imp. 25. 146. 16. 153. 154. 324—326. 473. 47.

(Constantia) imp. ux. Heinrici VI. 423. 40. 427. 32. 429. 432. 21.

Constantia imp. ux. Manuelis 497. 40. 512. 58. 528. 19. 530. 6. 533. 48.

Constancia reg. uxor Lud. VII. 406. 48. 503. 31. 507. 511. 14 (fil. posthuma).

Constantia f. Will. I regis Angl. 478. 39.

Constantia ux. Raimundi princ. Ant. 497. 40. 498. 18. 504. 2.

Constancia uxor Gaufridi duc. Brit. 515. 28. 530. 59.

Constantia uxor Eustachii comitis, Raimundi de S. Aegidio 407. 20. 493. 64. 508. 52. 510. 5.

Constantia, *Konstanz* 30. 47. 649. 21. eccl. familia 765. 5. syn. 30. 47. 195. 63. 687. 11. ep. Salomon, Salomon, Noting, Counradus, Gebhardus, Lantpertus, Rothardus, Rumoldus, Gebhardus.

Constantiarum *(Coutances)* turres 491. 51. eccl. S. Laudi 499. 45. S. Egidii 514. 9. Constantinienses 495. 21. pagus 510. 58. 588. 5. ep. S. Laudus, Ricardus, Algarus, Ricardus, Willermus; archidiac. Richardus ep. Abrinc.

Constanciarum comes idem qui Moretoniae 506. 28.

de Constancia, Walterus archiep. Rotom.

Constantiniana basilica S. Salvatoris 25. 48. 112. 12. 156. 12. 246. 7. 250. 8. 439. 40. 712. 62. 768. 18.

Constantinopolis 26. 123. 5. 125. 11. 128. 31. etc. nobilissima 212. 36. 727. 33. a Georgio oppugnata 454. 49. a Russis 347. 58. 602. 27 a Latinis 437. 466. 39. 474. eccl. S. Mariae 155. 59. 572. 44. Apostol. 112. 42. ad Agyam Sophiam 143. 22. 155. 11. 316. 22. 360. 1 porta aurea 24. 17. 156. 70. bibliotheca 155. 8. Taurus 152. 51. domus Placidiae 154. 19. campus 135. 56. arces 215. 50. 730. 43. suburbana, pons 216. 8. 730. 46. legationes Friderici papae 198. 54. 359. 360. Burkardi 256. 27. 756. 33. Anselmi 770. 27. concil. 246. 12. imp. Arcadius — Alexius IV; Balduinus, Petrus, Heinricus, Balduinus; patr. Paulus etc. Michael, Thomas, Gervasius.

Constantinus papa 25. 26. 156. 157. 329. 557. 65.

Constantinus pseudopapa 333.

Constantinus neophytus (Leo) 350. 43.

Constantinus Magnus 21. 22. 111. 26. 123. 125. 20. 155. 18. 169. 17. 182. 32. 213. 25. 251. 16. 300. 31. 301. 6. 336. 29. 339. 66. 347. 26. 406. 3. 408. 21. 564. 50. piissimus princeps 480. 30.

Constantinus II imp. 22. 7. 113.

Constantinus III. 25. 146. 15. 153. 324.

Constantinus IV. 25. 147. 47. 149. 154. 155. 326. 327.

Constantinus V. 26. 157—159. 165. 58. 166. 3. 330—334. 554. 16. 556. 558. 559.

Constantinus Porphyrogenitus 26. 158. 163. 48. 165—168. 173. 32. 334—336. 559. 60. 561—563.

Constantinus VII. 345. 346. 348. 605. 606.

Constantinus imp. f. Romani 346. 348. 605. 606.

Constantinus Monomachus imp. 358—360. 688. 48. 689.

Constantinus abh. Montis Casini 145. 49.

Constantini regnum 216. 18.

Constantius imp. 22. 112. 113.

Constantius dux 23. 21. 125. 51. 134. 58. 135.

Convenensis comes 467. 14 (Bernardus IV).

Corbeia vetus 171. 35. 325. 54. 343. 3. 446. 49. 493. 21. 499. 5. 572. 50. abb. Theodefridus, Adalardus.

Corbeia nova 2. 17. 10. 171. 34. 339. 2. 572—574. 578. 2. 588. 46. 595. 27. 604. 27. 605. 31. 607. 5. 632. 18. 649. 66. 661. 54. 666. 53. 751. 38. 763. 16. 766. 15. cf. S. Viti; abb. S. Adalardus, Warinus, Adalgarius, Tancmarus, Avo, Bovo, Godescalcus, Bovo, Bovo, Gerbernus, Liudolfus, Thietmarus, Wal, Druchtmarus, Rothardus, Marcwardus, Erkembertus, Folcmarus, Adalbero; mon. Alfricus, Ansgar. arch. Bremensis, Bruno ep. Fardensis, Liudolf el. Hildeshemensis, Rimbertus arch. Bremensis, Widukindus.

de Corboilo, Petrus archiep. Senon.; de Curbuil, Will. arch. Cant.

Corduba 532. 49. 567. 62.

Cordunum 351. 42.

Corfinium 271. 24. 351. 44.

Corinthus 453. 47.

Cormelienses, d. Lexoviensis, abb. Robertus, Hardewinus.

Cormesius rex Bulg. 330.

Cornelius mons ap. Leodium 372. 41.

Cornubia, *Cornouaille* 517. 25. 524. 19. ep. Bernardus, Gaufridus; com. Rainaldus.

Cornutus, Walterus archiep. Senon. 441. 5.

Corsica 341. 62. 430. 32. 566—568. 570. 7. 582. 7. 617.

de Cortenaio, Robertus 468 19.

Cosdroe 25. 152. 153.

Cosmas ep. Prag. 727—729. 731. 17.

Cosmas decanus Prag. 544. 630. 2.

SS. Cosmae et Damiani tit. Hildesh. 581. 70. alt. Leodii 376. 39.

Cothene 751. 17.

Coupungen, Capungun, Capua, *Kaufungen* 667. 68. 672. 24. 673. 37. 719. 41. abb. Ota.

Coventrensis eccl. 490. 39. 495. 58. 533.

Craht praepos. Gosl. ep. Misn. 694. 47.

Crakou 645. 66. 646. 2. 683. 11. ep. Poppo.

Cravemense castrum 502.

Crema v. Criminum; Cremensis, Wido papa.

Cremona 321. 49. 424. 2. 771. 19. 772. 3. ep. Liuzo, Hubaldus.

Crescens patric. Rom. 353. 64. 641. 642. uxor 646. 50. domus 383. 27. 384. 27.

Crescentii castellum s. domus Theoderici 205. 13. 721. 17. Crescentionis 489. 58.

S. Crescentius 362. 22.

Criminum, *Crema* 404. 37.

Crinin silva 683. 14.

de Cripta, Rogerius abb. S. Augustini.

Crispeium, *Crépi* 420. 45. prior Teobaldus abb. Clun. 529. 44.

Crispiniense coen. *Crespin* d. Camerac. 393. 1. abb. Lambertus.

Crispinus, Willermus, Goscelinus.

SS. Crispinus et Crispinianus 635.

Crocus rex Alem. 111. 42.

Crosous dux Wand. 305. 55.

Crouwate 628. 4.

Crozne 656. 29. 668. 27.

de Crozok, Dedi, Guncelinus.

Cruceburch 777.

Cruciferorum epistolae 209. 59. 216. 19. 431. 487. 52.

Crunzi castellum 652.

Crux dominica 21. 67. 24. 25. 112. 152. 153. 156. 222. 223. 320. 40. 322—324. 327. 46. 333. 65. 338. 24. 341. 54. 379. 15. 396. 40. 402. 6. 403. 39. 417. 8. 424. 53. 425. 4. 427. 24. 467. 25. 468. 23. 506. 48. 526. 20. 527. 56. 636. 57. 732. 42. 736.

Crux regalis 371. 1.

Cruces miracul. apparentes 27. 17. 29. 35. 190. 39. 214. 38. 220. 4. 253. 42. 332. 2. 335. 24. 465. 39. 541. 6. 561. 19. 615. 11. 728. 45. 730. 5. 734. 44.

S. Crucis vel Ierusulem card. Girardus papa.

S. Crucis coen. Hildesh. 690. 11. praepos. Adelboldus.

Crux S. Leutfridi d. Ebroic. 461. 39. abb. Guido.

Cufese, *Kyfhausen* 755. 7.

Cuffesstein 168. 22. 563. 6.

Cuiewa v. Chiwa.

Cuma, *Como* 148. 6. 404. 18. 607. 32. 638. 10. ep. Waldo.

Cumetense territor 171. 55. 573. 20.

Cumacinus lacus, insula 148. 149. 51. 616. 56. 617. 66.

Cumburc v. Comborcht.

Cumosicus v. Comosicus.

Cunigunt, Chunigunt, Cunigunda.

Cunigundis imp. 28. 62. 30. 28. 32. 176. 15. 192—195. 354. 28. 646. 61. 649—651. 653. 656. 657. 659. 60. 661. 27. 663. 666. 18. 669. 51. 672—674. fratres 667. 58.

Cunigunt (Cunihilde, Conihilde) reg. ux. Heinrici III. 195. 357. 36. 677. 8. 679. 680. 682. 30.

Cunigunda ux. Izaslawi regis, Cononis com. de Bichlingen, Wiperti sen. 693. 52. 733. 21. 737. 50.

Cunigunt f. Hirmindrudis 32. 176. 13. f. Sigifridus comes.

Cunigunda ux. Wiperti iunioris, Thiepoldi march. 737. 57.

Cunigunt ux. Sigifridi com. Walbic. 639. 13. 642. 61. Iuditha voc. 679. 17. 688. 10.

Cunihilde v. Cunigunde.

Cuniza ux. Azonis 764. 32.

Curbionense coen. 313. 53.

Curbuil v. Corboilo.

de Curceio, Richardus abb. Savin. Willermus.

Curfolium ins. *Corfu* 453. 50. 454.

Curgisus ep. Abrinc. 487. 62.

Curia, *Chur* 618. 12. 619. 22. ep. Waldo, Hartbertus, Odelricus, Northertus, Guido.

Curiae eccl. Romanae 369.

S. Cuthbertus, Chutbertus, Gudbertus 25. 18. 156. 14.

Cutizi pagus 592. 20. 623. 16.

Cuverberch 562. 22.

de Cuvervilla, Durandus abb. Troarn. 528. 55.

Cynomannis v. Cenomannis.

S. Cyprianus 336. 36. 480. 21.

Cyprus 428. 429. 453. 54. 466. 18.

S. Cyriacus 196. 27. 619. 6. 636. 61. 637. 687. 57.

Cyrillus ep. Alexandr. 308. 16.

Cyrus ep. Alexandr. 25. 153—155.

D.

Dacia v. Dani.

S. Dado v. Audoenus.

de Dagesburch, Hugo 760. 19.

Dagino v. Tagino.

Dagobertus, Dogebertus rex Fr. 25. 8. 117. 15. 118. 147. 46. 153. 154. 322—324. 361. 49. 555. 24.

Dagobertus II. 118. 156. 3. 325.

Dagobertus, Tagobertus III. 26. 118. 42. 156. 49. 157. 14. 203. 49. 330.

Daibertus archiep. Pisanus, patr. Hierus. 210. 12. 218. 1. 482. 16. 730. 35. 732. 65.

Dalamanci, Dalmanci, Delminci 179. 182. 58. 183. 2. 347. 23. 592. 596. 598. 22. 632. 48.

Dalmatia 163. 5. 565—568. dux Simon.

Damas, Damascus 218. 14. 222. 323. 56. 417. 425. 4. 430. 44. 431. 23. 454. 24. 455. 4. 489. 28. 497. 43. 506. 53. 519. 21. 528. 32. 733. 2. 736. reg. Noradinus, Salahadinus.

Damasus papa 22. 131. 53. 155. 19. 302. 303. 327. 54.

Damasus II papa 196. 358. 49. 687.

Damasus ep. Ticin. 148.

Damasus ep. 166. 56. 560. 9.

Damiate 440. Damieta 468.

Danfrons cast. *Domfront* 487. 36. 492. 6. Donnusfrons 511. 58. 535. 29.

Dani, Daci, Dania, Dacia 28. 56. 120. 162. 54. 175. 7. 176. 20. 179. 19. 180. 55. 182—184. 208. 47. 238. 1. 343. 351. 10. 392. 477. 538. 16. 539. 30. 565. 41. 567. 572. 41. 574. 20. 576. 60. 584. 68. 586. 21. 596. 597. 603. 28. 608. 609. 620. 39. 621. 11. 624. 16. 626. 43. 629. 51. 630. 674. 18. 693. 1. 723. 53. 759. 51. 767. 37. 769. 36. 770. 11. rex 386. 21. regis filius 730. 37. filia Ingelburge; reg. Chlochilaicus, Godefridus, Hemming, Sigefridus, Anilo, Haroldus, Reginfridus, Gotefridus, Sigefridus, Wurm, Chiupa, Haroldus, Sueinotto, Kanutus, Haroldus, Hardecund, Suein, Kanutus, Ericus, Nicolaus, Ericus.

Daciae ins. Scathia 392. 2. episcopi 760. 1. ep. Poppo; Daniae cismarinae episcopia 608.

Daniel et Equitius maiores Flandriae 381. 20.

Daniel de Camberon 428. 18.

Dankmar v. Tancmarus.

Danubius 119. 35. 120. 18. 122. 124. 127. 61. 128. 162. 66. 163. 167. 168. 1. 205. 1. 208. 15. 561. 562. 568. 578. 47. 664. 19. 709. 69. 720. 19. 729. 12. Donau 611. 19. Danubii civitates 215. 26. 730. 10.

Dapiferatus Franciae 514. 12. 518. 9.

Darneburh 643. 18.

Dasanek 565. 29.

Daventre 759. 11. cf. Deventeri.

David rex Scot. 488. 41 (ubi v. familiam). 490. 61. 492—494. 498. 17. 500. 13. 502. 10.

David capell. Heinrici V. 243.

David mon. S. Iacobi Wircib. 11.

David nepos Erici Emun 539. 17. 540.

David com. Cenoman. 518. 16.

S. Davidis episcopatus 490. ep. Bernardus.

David turris 732. 26.

Dawinus 557. 12.

Dehromiri socer et fil. Boleslai I duc. Pol. 637.

Decani ecclesiarum 745. 58.

Decius imp. 21. 2. 108. 21. 122. 54. 301. 309. 13.

Dedo f. Theoderici 630. 659. 660. ux. Thietburga; f. Theodericus.

Dedi marchio f. Theoderici (Teti 200. 1.) 679. 27. 686. 13. 687. 28. 691. 7. 697. 699. 713. 27. 738. 2. ux. Oda, Adela; f. Dedi, Heinricus marchio, Conradus comes; filia 686. 13.

Dedi f. eius 686. 14. 697. 52.

Dedi com. pal. f. Friderici 686. 15. 690. 10.

Dedi 685. uxor Bia.

Dedi de Crozok 685. 17. uxor Bia; lib. Guncelinus, Machtild.

Dedi de Wodeneswege 676. 8. ux. Eilica; f. Gero arch. Magdeb.

Degarense coen. *Tegernsee* 679. 27.

(Demetrius) rex Russ. 362. 40.

Demot abb. Winethus. 598. 67. 599. 16.

Denimarca 586. 21.

Derneburh castrum 765. 11.

Dertona 137. 17. 574. 31.

Dertosa v. Tortosa.

Desiderius rex Langob. 160—162. 165. 167. 332—334. 556—558. 561. filia uxor Karoli M. 163. 558. 11. 560. 58.

Desiderius abb. Casin. card. 206. 365. 35. 723. 31. papa Victor III.

Desiderius archiep. Vienn. 321.

Desiderius ep. Lingon. 305. 57.

Desuburg 559. 25.

Deusdedit papa 153. 17. 321.

Deuterius ep. 138. 51.

Deventere 597. 12. cf. Daventre.

Diadesisi, Diedesi pagus 644. 53. 662. 9. 668. 18.

Dicineus 120. 56. 121. 68.

Diculfus 120. 70.

Didimus Alex. 134. 59. 302. 31. 304. 26.

Dido ep. Pictav. 118. 20. 325. 26.

Diederada ux. Romoaldi 148. 67.

Die- v. Theo-.

Dieggerus abb. S. Georgii, ep. Met. 256. 10. 756. 21.

Dignamente s. Margareta ux. Theoderici com. 685.

Dimine civitas 631.

Dinannensium terra 517. de Dinam, Oliverius, Rollandus, Alanus.

Dinzich rex Hun. 127. 50. 310. 51.

Dio historicus Goth. 120. 58. 121. 49.

Dionisius papa 531. 55.

Dionisius (Exiguus) 21. 38. 24. 28. 140. 143. 21. 272. 302. 28. 363. 364. 35. cyclus 315. 22. 316. 352. 30. 353. 66. 553. 38.

S. Dionisius Areopagita 99. 34. 103. 30. 160. 1. 324. 31. 556. 606. 69. rell. 118. 32. 160. 29. 182. 23. 325. 41. 346. 52. 535. 32. 596. 4. Ratisponae 196. 46. 689. 16. (et sociorum) Halberst. 577. 7. 636. 61. libri de hierarchia 338. 19. 573.

S. Dionysii eccl. Paris. 161. 18. 163. 40. 168. 2. 323. 3. 326. 8. 332. 42. 418. 49. 437. 50. 441. 16. 446. 33. 451. 35. 468. 41. 556. 557. 54. 560. 60. 562. 46. 573. 584—586. 590. 5. abh. Fulradus, Hilduinus el. Coloniensis, Ebulo, Sigerius, Odo; monachi Compendium missi 499. 44.

S. Dionysii coen. in Aggeri, *Engern* 621. 54.

S. Dionysii coen. in Brochorensi silva, dioec. Camerac. 380. 3. 385. 30.

S. Dionysii castr. in Silva Leonum 491.

SS. Dionysii et Liborii alt. Halberst. 637. 10.

SS. Dionysii et Servatii coen. in monte Quidelingb. 621. 51. 630. 14. 643. 54.

Dispargum cast. 307. 55. 308. 62.

Diusburh 586. 22. 605. 19. 647. 48. 650. 10.

Diuza v. Ducia.

Divion castr. *Dijon*, concil. (1162.) 405. 409. 44. 460. 45. (1199.) 436. 2. abb. Guillelmus.

Divise castellum 493. 60.

Dobraluh 656. 17.

Dobrowa uxor Miseconis 324. 7.

Dodilo ep. Brandeb. 630. 23. v. Dudelinus.

Dodo (II) ep. Asnebrug. 635. 64.

Dodo ep. Monaster. 638. 25.

Dodo capell. Ottonis I. 617. 65. 618. 8. 624 28.

Dodo frat. Alpaidis 328.

Dol 515. 32. 522. eccl. 389. 52. 514. 25. archiep. Sanson, Maclovius, Godefridus, Hugo, Rogerius, Rollandus, Radulfus.

de Dol, Iohannes, Radulfus.

Dolegium, Tolegium, Doleia, d. Trev. 199. 57. 361. 33. 694. 41. mon. Theodericus.

Dolum villa, *Dôle* 405. 33.

de Domenesleve, Folcmarus.

S. Domitianus ep. Tungr. 315. 54. 393. 2.

Domnus, Donus papa 25. 32. 155. 41. 326. 626. 22.

S. Donatianus 441. 17. eccl. Brugis 380. 41. 432. 21. 441. 11.

S. Donatus 669. 5.

Donatus ep. Iaderae 565. 62.

Donengium 393. 14.

Donin 684. 41. 746. 40. 750. 36.

Donnusfrons v. Danfrons.

Dorcasinum castrum, *Dreux* 501. 45. pagus 501. 36. com. Robertus.
Dorchacensis ep. idem qui Lincol. 490. 48.
Dorestatum 339. 10.
Dorhdonia 558. 6.
Dorpaneus rex Goth. 122.
Doucasteler, Iohannes 444. 36.
Doun Bardulfus 522. 5.
Dovre 493. 37. 505. 14. de Dovre, Walchelinus.
Doxani 631. 8.
Dracunculi morbus 380. 6. 381. 25.
Dragini pagus 561. 3.
Drevic castrum 647. 12.
Drincurtis, Dringcurt cast. 491. 49. 496. 23. 522. 4.
Drogo, Druogo, Trougo.
Drogo abb. S. Ioh. Laudun. ep. Ost. 446. 2. 450. 11. 451. 39.
Drogo ep. Met. 28. 4. 163. 36. 171. 44. 338. 4. 564. 26. 573. 9. 574.
Drogo ep. Tull. 591. 66.
Drogo abb. S. Trinitatis 524. 4.
Druogo f. Pippini dux Camp. 118. 51. 328. 47. 329. 39.
Drogo Constantiniensis 489. 36.
Drotmanni v. Trotmanni.
Druchterbike 565. 29.
Druchtmarus Lauriss. abb. Corbei. 668. 2. 677. 15. 687 33.
Duacum, *Douay* 423. 6. 433. 19. 434. 14. 441. 46. decan. Elbertus.
Ducia, Diuza, Tuicium, *Deutz* 166. 30. 559. 55. 581. 17.
Duciacus 559. 15.
Dudelinus, Dodilo, ep. Brandeb. 622. 48. 630. 23.
Dudicha v. Luitgarde.
Dudo ep. Havelberg. 622. 48.
Dudo comes 631. 35.
Dulmene urbs 756. 40.
Dumar Slavus 750. 59.
Dunelmia, *Durham* 487. 4. ep. Rannulfus Flambardus, Gaufridus, Willermus, Hugo.
Dunense coen. *Ter Duyn* (Brugis) 459. abb. Fulco, Robertus abb. Clarevallis, Albero.
Dunensis pagus, *le Dunois* 499. 56. 511. 53.
Dunestaple, Dunstaple 487. 7. 490. 22.
Dunestor cast. 493. 35.
S. Dunstan, Dunstein, arch. Cant. 458. 12. 670. 28.
Durandus ep. Leod. 193. 51. 355. 45.
Durandus de Cuvervilla abb. Troarn. 528. 55.
Duratium, *Duras* 381. 36.
Durfos 590.
Duria villa 160. 49. 557—559.
Duveline, *Dublin* 520. 39. 524. 52. ep. 500. 32. archiep. Iohannes.
de Duvira, prior Ricardus archiep. Cant. 521. 43.
Duvius fluv. *Doubs* 305. 59.

E. cf. Ae.

Ead-, Eath- v. Ed-.
Ealdbald rex Cantuar. 322. 324. 9.
Eau rex Scottorum 322. 6.
Earcombertus rex Cantuar. 324. 9. 326. 2.
Eardulfus rex Nordanymbr. 337. 1. 566. 61. 567. 2.
Ebalus mon. S. Vincentii Laudun. 446. 38.
Ebbo, Eppo, Eberhardus, Everhardus, Everardus, Evrardus.
S. Evrardus 441. 47.
Evrardus legatus 380.
Ebbo, Eppo archiep. Rem. ep. Hildesh. 339. 3. 571. 49. 574. 39. 575. 50.
Everhardus archiep. Senon. 587. 32.
Eberhardus archiep. Trev. 688. 31. 694. 37.
Everardus ep. Ambian. 437. 19.
Heberhardus, Eppo, ep. August. 30. 5. 195. 23. 677. 51.
Eberhardus ep. Babenb. 29. 59. 193—195. 657. 28. 676. 20. 677. 684. 56.
Eppo ep. Citic. 687. 33. 693. 12. 696. 64. 711. 14. 714. 4.
Eberhardus ep. Eihstat. 231. 25. 233. 31. 742. 24. 750. 16.
Evrardus ep. Norwic. 489. 23.
Everardus ep. Tornac. 416. 42. 426. 40.
Eberhardus mon. S. Ioh. Magd. abb. Lutterae 769. 41.
Eppo decan. Magdeb. 645. 17.
Eberhardus com. pal. fr. Conradi regis 29. 14. 175. 18. 179. 180. 184—186. 189. 346. 6. 348. 591—594. 597. 53. 599. 62. 601—604.
Eberhardus Saxo f. Meinhardi ducis 585. 25. 590. 15.
Eberhardus mag. pincernarum 166. 57. Ewardus 560. 9.
Everhardus Barbatus 713.
Eblus com. Pictav. dux Aquit. 478.
Eboracum, *York* 106. 111. 27. 361. 25. 523. 41. eccl. 500. 37. 524. 25. 532. 4. archiep. Alveredus, Thomas, Girardus, Thomas, Tustan, Willermus, Henricus, Rogerius; thesaurar. Ioh. ep. Pictaviensis; decan. Will. ep. Dunelmiae; barones 523. 44.
Eboredia, Eborcia, Yporea, *Ivrea* 243. 564. 677. 16. 748. 32.
Ebrardivillae praepositura 462. 47.
Ebredunum 337. 18.
Ebremadus patr. Hierus. 482. 16.
Ebroicae, *Evreux* 431. 50. 432 (eccl. S. Taurini). 477. 45. 493. 4. 507. 58. turres 491. 51. ep. Sebar, Audoenus, Rotrodus arch. Rotomagi, Egidius, Iohannes; mon. Gillebertus abb. Castellionensis; com. Willelmus, Amalricus, Symon, Amalricus.
Ebroinus maiordomus 118. 325—327. 393. 3.
Ebron 222. 2. 736. 22.
S. Ebrulfus abb. 477. 4.
S. Ebrulfi coen. *S. Evroul* d. Lexov. abb. Bernardus, Robertus, Radulfus.
Ebubeher amiras Saracen. 323.
Ebulo abb. S. Dionysii 589.
Ec- v. Ek-.
Ecolisma v. Engolisma.
Ed-, Eath-, Eth-, Eht-.
Edbrichtus rex Norhumbr. 485. 18.
Edel-, Edil-, cf. Adel-.
Edilbertus rex Cant. 318. 11. 320. 60. 322. 13.
Edilbertus f. Wichtredi rex Cant. 330. 51.
S. Edildrudis reg. Angl. 155. 35. 327. 14.
Edilfridus rex Nordanymbr. 320—323.
Edelred rex Merc. 485. 12.
Edemesburch v. Castrum Puellarum.
Edessa, Rages, Rohaies 496. 46. (quae et Roaiz 389.) 305. 17. 452. 53 (episc.). 459. 51. v. Rohas.
Edgarus rex Scott. 483. 7.
Edil- v. Edel-.
Edith, Ediht, Edidis, Eaditha, ux. Ottonis I. 183. 39. 187. 38. 190. 11. 347. 51. 349. 32. 597. 49. 600. 605. 18. 606. 613. 60.
Eathmundus *(Edwardus)* rex Angl. 347. 51. 597. 49. 600. 35. f. Edith.
Ethmundus f. Aethelradi rex Angl. 670. 694. 62.
S. Edmundi terra 503. 9. iuxta S. Edmundum 522. 51.
Edrich rex Cant. 327.
Eduinus rex Norh. 25. 3. 153. 322. 323.
S. Edwardus rex (Herardus 361. 20.) 694. 55. 695. 2.
Edwardus, Odwardus consobr. Davidis I. 490. 64.
Eestad 553. 28. Eichstatensis episcopatus 159. 70. ep. Willibaldus, Starkand, Reginoldus, Gebehardus papa, Eberhardus, Oudalricus.
S. Effrem Syrus 302. 65.
Eg-, cf. Ek-.
Egenesheim cast. 687. 52.
Egeno de Conradesburch 693. 57. 754. 47. f. Burchardus.
Egeno de Conradesburch f. Burchardi 693. 57. 754. f. Gerburch.
Egeno, Egino 200. 697. 32.
Eggelbertus ep. Mind. 717. 7.
Eggelbertus march. Tusciae 772. 15. 773. 16.
Eggilhardus, Engilhardus de choro Wirceb. archiep. Magd. 199. 55. 688. 35. 694. 7.
Egid, Eid ep. Misn. 644. 52. 653. 41. 662—664. 668. 61. 669. 671. 34.
Egidius v. Aegidius.
Egidora 566. 59. 568. 36. 630. 54. 677. 9.
Egil abb. Fuld. 572.
Egil abb. Prum. 576. 33. 577. 10.
Egilbertus archiep. Trev. 219. 49. 718. 50. 719. 42. 721. 52. 724.
Egilolfus abb. Hersfeld. 621. 31. 623. 32.
Eginhardus, Einhardus 161. 30. 337. 42. 557. 67.
Ei-, cf. Egi-.
Eiham, Heiham, opp. et coen. 399. abb. Snellardus; dux Godefridus.
de Eikstedi, Eichsteti, Conradus, Ekkihardus.
Eila ux. Bertoldi com. 627. 3. 652. 42. 669. 25.
Eilbert canc. ep. Frising. 650. 7. 683. 2.
Eilica abb. Ratisp. 679. 53.
Eilica ux. Bernhardi ducis 692. 54. 698. 50.
Eilica marchionissa, ux. Ottonis Ballenst. 697. 63. 744. 7. 776. 34.
Eilica ux. Bennonis de Northeim 721. 29.
Eilica uxor Dedonis 676. 9.
de Eilikistorp comitissa, Adelsindis.
Eilsuit abb. Gerbizstid. 633. 33.
Eilward ep. Misn. 669. 31. 676. 9.
Einardus Emarcus 342. 14.
Einhardus ep. Spir. 593. 11.
Einhart v. Emehardus.
Einlfus Hersfeld. ep. Halberst. 586. 19.
Ekbertus, Ecpertus, Ekkebertus, Egbertus, Eggibertus.
Egbertus rex Cantuar. 326. 328. 8.
Ekbertus archiep. Trev. 638. 24.
Ekbertus ep. Monast. 765. n. 767. 44.
Ekkebertus abb. Swarzah. 201.
S. Ekbertus presb. Angl. 26. 7. 157. 29. 329. 59. 330. 60.

Ekbertus f. Gevezonis canon. Halberst. 685. 11.

Ekbertus com. consobrin. Ottonis I. 188. 610. 612—615. 632 (monoculus). 639. 32.

Ekbertus sen. com. de Bruneswic, marchio, f. Liudolfi 682. 30. 691—693. 695. ux. Irmengard; lib. Ekbertus, Gertrudis.

Ekbertus, Eggibertus marchio de Bruneswic 206—208. 365. 15. 366. 31. 693. 51. 695. 58. 706. 11. 717. 17. 723. 724. 726. 734. 51. ux. Oda.

Ekbertus de Hertbike et Mesburge 685. ux. Amulrad; f. Bertrada, Bia, Ida. Margareta.

Egfridus rex Nordanymbr. 155. 36. 326. 327.

Ekkehardus, Ekkihardus.

Ekkihardus abb. Nuenburg. ep. Prag. 672. 59. 675. 46.

Ekkihardus ep. Sleswic. 664. 48.

Ekkihardus abb. Augiensis 615. 5.

Ekkihardus canon. Halberst. abb. Huiusburg. 698.

Ekkihardus abb. Uraug. 1—16. 231. 31. 542. 543.

Ekkihardus Rufus custos S. Mauricii Magd. 639. 19. 645. 23.

Ekkehardus f. Guntharii marchio Misn. 627. n. 633. 35. 637. 41. 642—644. 647. 648. 678. 11. 691. 2. 692. 28. 721. 28. ux. Suanehilde; lib. Ekkehardus, Guntherus, Heremannus, Luitgard.

Ekkihardus f. eius, marchio 648. 25. 661. 12. 664. 55. (671. 65?) 678. 12. 684—687. 690. 58.

Ekkihardus comes 645. 51.

Ekkihardus f. Thiemmonis de Scropponlo 767. 6. f. Conradus, Ekkihardus.

Ekkihardus de Eikstide f. eius 767. 7.

Ekkilesus ep. Mersburg. 776. 1.

Elbertus dec. Duacensis 426. 22.

Eldepadus rex Ostrogoth. 316.

Elera 565. 30. v. Alara.

S. Elerii abbatia 535. 10.

Elerstide villa 667. 10.

Eleutherius papa 300. 49.

S. Eleutherius ep. Tornac. 459. 48. 470. 7.

Elewangensis abb. Gebehardus ep. Augustensis, Opertus, Richardus.

Elfat s. Helfat ep. Tedford. 490. 48.

Elienses ep. Herveus, Nigellus, Ganfridus; abb. Ricardus.

S. Elifii reliquiae 349. 41.

S. Eligius ep. Noviomi 323. 61. 324. 49. 326. 1. 470. 497. 18.

Elinandus ep. Laudun. 445. 471.

Elizabeth reg. Franc. ux. Philippi II. 418. 41. 426—428. 529.

(Elizabeth) ux. Conradi Montferr. Henrici com. Camp. 428. 48.

Elizabeth ux. Philippi com. Flandr. (Mabilia 532. 24.) 397. 25. 407. 55. 412. 12. 420. 33. 500. 40. 512. 16. 519. 24.

de Ellesath v. Alsatia.

Ellestra fluv. 204. 29. 628. 63. 648. 11. 718.

Elli rex Angl. 313. 13.

Elmera fluv. 556. 8.

Elmeri civ. 184. 50. 601. 18.

Elno 441. 18. v. S. Amandi.

S. Eloquius 324. 61.

Elostathensis locus 449. 5. coen. 459. 23.

Elpheid f. Karoli M. 572. 10.

S. Elpidii reliquiae 351. 39.

Elvelith amiras 330. 331.

Embrica 23. 45.

Embrike curia Hildesh. 717. 3.

Embricho praepos. Erfurt. ep. Wireib. 537. 25.

Emchardus, Einhart, ep. Wircib. 207. 10. 225. 1. 228. 551. 42. 726. 727. 1. 737. 35.

Emicho com. Rhenanus 208. 25. 215. 23. 729. 45. 730. 9.

Emicho comes 253. 26. 261. 33. 754. 41. 760. 33.

Emilias v. Irmengard.

Emilius urbs, *Amelia* 775. 29.

Emmaus 133. 57.

S. Emmerammi coen. 590. 30. 609. 28. 623. 35. 634. 57. 659. 42. mon. Boso ep. Mersburgensis, Guntherus ep. Ratisponensis, Ztrahquaz.

Emorrannus, Ingerrannus, f. Richardi de Humet 529. f. Richardus.

Encres castrum 459. 4.

Enethi v. Veneti.

Engil-, cf. Eggil-.

Engilbaldus 566. 62.

Engildruda ux. Bosonis com. 578.

Engolisma, Ecolisma, *Angoulême* 314. 25. 333. 22. 558. 5. territor. 390. 46. ep. Gerardus; com. 517. 5. 518. 25 (Will. Taillefer IV).

Ennodius ep. Ticin. 139. 3.

Eoban corepisc. 555. 58.

Eon hereticus 454. 2. cf. Eunus.

Eoricus v. Euricus.

Ephesinum concil. 246. 11.

SS. Epimachus et Gordianus 27. 5. 166. 3. 559. 12.

Epiphanius ep. Ticin. 128. 67. 129. 5. 137. 28. 312. 56. 544. 633. 19.

Eppo v. Eberhardus.

Epta fluv. (Etta 507. 16. Itta 501.) 491. 50. 511. 21.

Epternacum coen. S. Willibrordi 582. 13.

Equester ordo 173. 22.

Equites, praedones 261.

Equitius 381. 20.

Erardus ep. Leod. 574. 18. 575. 27.

Erarius rex Goth. 130. 7. 316.

S. Erasmi coen. Romae 168. 64. 563. 69.

Erbo v. Aribo.

Erchinoaldus maiordomus 118. 16. 324—326.

Erchenger dux 28. 53. 175. 31. 594. 3.

Erembertus abb. Nienburg. 723. 43.

Eresburg v. Heresburg.

Erfurt v. Erpesfurt.

Eribo frat. Adalberti 538. 2.

Ericus, cf. Hericus.

(Ericus) rex Daniae 538. 17. 737. 26. f. Kanutus, Erichus.

Erichus, *Emun* f. eius 538—540. 768. 50.

Ericus 604. 54. 622. 27. f. Hildiwardus.

Erispoius v. Herispoius.

Eriulfus v. Arnulfus.

Erkanbaldus abb. Fuld. archiep. Mogunt. 648. 52. 652. 41. 661. 57. 669. 672—675.

Erkanbaldus ep. Strazb. 618. 7. 636. 38.

Erkenbaldus camerar. Heinrici IV. 744.

Erkenbaldus notarius 564. 69.

Erkembertus abb. Mersburg. Corb. 10. 26. 265. 40. 746. 17. 753. 754. 42.

Erkenbertus abb. Wizeburg. 618. 3. 619. 16.

Erlolfus (Arnolfus 378. 9.) abb. Fuld. 259. 6. 260. 12. 758.

Erluinus, Erluvinus, Herluinus.

Erluinus ep. Camerac. 650. 11. 664. 3.

Herluinus abb. Becci 471. 6. 479. 15. 528. 38.

Erluinus, Herluinus, abb. Gemmelac. 349. 15. 350. 2. 353. 4. 391. 35.

Erluinus iun. abb. Gembl. 391. 37.

Ermelina ux. Godefridi de Strepenncio 466. 10.

Ermelinda ux. Chuniberti 148. 3.

Ermenfridus, Irminfridus rex Thur. 129. 14. 176—178. 314. 65. 315.

Ermenfridus Francus 327. 63.

Ermengerus abbas 442. 3.

Ermenricus v. Hermenricus.

Ermensendis comitissa Namuc. Hainoensis 433. 21. 459. 16.

Erminigild f. Leovigildi (Hirminigaldus 24. 52.) 144. 50. 152. 14. 319. 320.

Erminildis uxor Boleslai I ducis Pol. 637. 33.

S. Erminus abb. Lob. 329. 37. 331. 18.

Ernest f. Liuppoldi dux Alam. 29. 63. 193. 33 (dux orient. Franciae). 650—652. 668. 5. 672. 57. 676. 50. 682. 26. ux. Gisla; f. Ernost, Herimannus.

Ernost dux Alam. f. eius 30. 195. 668. 20. 677. 52. 678. 5.

Ernust comes 577. 31.

Ernulfus ep. Rovecestr. 488. 31.

Ernulfus haereticus 533. 25.

Erp, Erpo.

Erp praepos. Brem. ep. Fard. 626. 50. 636—638. 670. 10.

Erpo ep. Monast. 727.

Erpo de Halberst. cl. Worm. 641. 64.

Erpesfurt, Erphesfurt, Erfurt 203. 247. 6. 460. 29. 536. 541. 26. 598. 632. 58. 712. 31. 718. 739. 30. 750. 18. 751. 43. 770. 21. syn. 699. 4. praepos. Embricho ep. Wirciburgensis, Adelbertus archiep. Mogunt.

Erpualdus rex Estangle 323.

Errolungus, Erlungus, Erlolfus, Erluvinus ep. Wircib. 228. 229. 241. 243. 1. 249. 41. 258. 17. 739. 23. 740. 745. 20. 747. 25. 751. 39. 752. 12. 757. 62.

de Ertiniburh, com. Sifridus 677. 4.

Erwinus comes 592. 44. f. Hathewiga.

Esico com. Ballenstid. 676. 54. 678. 19. (725. 35?) 767. 2. ux. Machtild; lib. Adalbertus, Adelheid.

Esicus f. Thiemmonis de Scropponlo, gener eius 767. 5.

Esicus de Burnstide f. super. 767. 6.

Esico com. Mersburg. 635. 649. 38. 655. 43.

Eslaford cast. 493. 65.

Esnethi v. Asnid.

Esparlum cast. 488. 66. 510. 50.

Espec, Walterus 493. 42.

de Espervilla, Will. abb. S. Trinitatis.

Essesfeld 567. 21.

de Essessa, Heinr. mon. 513. 8.

Estangle s. Angl. orient. reges Radnald, Erpuald, Sigbertus, Egnic, Anna; com. Hugo.

Estin castrum 764. 34

Estrepenncium 509. 54.

Ethelinda ux. Welfonis, Herim. de Calverla 698. 25. 721. 6. 764.

Etherius archiep. Arelat. 320. 61.

Eticho qui et Welphus v. Welf.

Etinheim coen. 158. 73.

Eto abb. Aug. ep. Argent. 158. 73.

Etta v. Epta.

Ettal 765. n.

S. Eubertus 441. 18.

S. Eucharii eccl. Trev. 763. 51.

Euchavicus sen. Slavorum 613. 33.

Eucherius ep. Aurelian. 330. 36.

Euchimius patr. Hierus. 727. 51.

Eudo dux Aquit. 330. 331.

Eudo vicecom. de Porrohoit 505. 55. 506. 4. 517. 18. 522. 524. 18.

Eudo v. Eunus.

Eudoxia ux. Valentiniani III. 23. 32. 135. 54. 136. 310.

Eudoxia filia eius 135. 54. 136. 52. 139. 28. 315. 12.

S. Eufemiae reliquiae 636. 63.

S. Eugei reliquiae 617. 7.

Eugenius papa 154. 60. 325.

Eugenius II papa 171. 63. 172. 338. 573. 574.

Eugenius III qui et Bernardus papa 388. 53. 390. 396. 17. 401. 40. 407. 11. 442. 10. 447. 1. 453—455. 457—459. 462. 25. 463. 2. 465. 470. 8. 496—498. 500—505. cf. Bernardus abb. S. Anastasii.

Eugenius tyrannus 23. 1. 131. 48. 132. 134. 4. 304.

Eulalia fund. Hasnon. 441. 30.

Eulalius antipapa 307.

Eunus, Eunitae 389. 390. Eon 454. Eudo 498. 15.

Eupraecia s. Adelheidis ux. Heinrici march. 721. 10. 726. 36. v. Adelheidis imp.

Eurieus rex Wisigoth. 126. 9. 128. 20. 137. 35. 311.

Euriphilus rex Goth. 121. 55.

S. Eusebia 442. 1. 470. 35.

S. Eusebius Caesar. 22. 59. 33. 3. 99. 7. 102. 67. 103. 26. 106. 23. 108. 112. 134. 7. 272. 16. 363. 8. 406. 1. 480.

SS. Eusebius et Pontianus 341. 9.

Eustathius com. de Bolonia 377. 12. 707. 7. ux. Ida; f. Godefridus, Eustachius, Balduinus.

Eustathius f. eius 213. 30. 367. 31. 400. 8. 459. 10. 707. 8 (com. de Bun).

Eustachius f. Stephani regis 407. 19. 493. 8. 499. 13. 500. 13. 503. 8. 504. 12. 510. 5. ux. Constancia.

Eustachius f. Iohannis 493. 36.

Eustachius ex monacho pirata 468. 17.

S. Eustachii reliquiae 617. 6. 637. 4.

Eustasius abb. Luxov. 322. 53.

Eustochius ep. Turon. 23. 38. 110. 60. 136. 22.

S. Eustorgius 513. 52.

Eutharicus 24. 12. 122. 129. 17. 139. 21.

SS. Euticetis et Euticii rell. 351. 40.

S. Eutropia 309. 54.

Eva ducissa Aquit. 478. 20.

Evergerus archiep. Col. 636. 17. 639. 70. 643. 5.

Everhardus, Evrardus v. Eberhardus.

de Evermo, prior Will. abh. S. Trinitatis.

Eversham, d. Tornac. praepos. Iohannes 440. 48.

Evosium, Ivosium, *Ivois* 355. 53. 377. 32.

S. Evraclus ep. Leod. 350. 17. 624.

Ewaldi presbyteri 156. 72. 328. 17.

Ewaldi Wisigothae 122. 12.

Exeestre 496. 26. Exonienses ep. Willelmus, Robertus, Robertus, Bartholomeus.

S. Exsuperii reliquiae 637. 1.

Ezo com. pal. 636. 30. ux. Machtild.

F.

S. Fabiani reliquiae 617. 6.

Fabulae de expedit. crucifer. 215.

Fag, Robertus Bertrannus 498. 11.

de Faie, Radulfus 521. 54.

Falconis Mons, Valkenberch 378. 11. de Valkenberch, Gozwinus, Gerhardus comes, Gozvinus, Philippus.

Falesia cast. 487. 35. 492—495. 510. 57.

S. Fara 322. 40.

Fara cast. *La Fère* 446. 12. 451. 1.

Farabertus abb. Prum. ep. Leod. 349. 43. 586. 55. 588. 69. 606. 57. 612. 27.

Faramundus rex Fr. 115. 65. 116. 135. 11. 136. 6. 307. 447. 7. 555. 35.

Fardulfus Langob. 168. 1. 562. 45.

Farfar, Pharphar fluv. Syriae 367. 38. 425. 48. 426. 31. 487. 59.

Farfarensis abb. (Rainerus) 234. 8. 742. 30. papa Silvester.

S. Faro ep. Meld. 322. 41.

Faroald dux Spoleti 351. 45.

Farva coen. 775. 23.

Fasschan coen. 504. 11.

Fastrada 27. 28. 163. 167. 168. 18. 560—562. 568. 57.

Fastradus abb. Camberonensis, Clarevallensis, Cistercicnsis 460.

Faustinianus praef. Galliae 469. 25.

S. Faustus 314. 27. 315. 21.

Feletheus rex Rugorum 312. 16.

Felgeriae v. Filgeriae.

S. Feliciani reliquiae 351. 40.

Felicianus monachus 390. 43.

S. Felicissimi reliquiae 636. 60.

S. Felicitas 170. 66. 179. 15. 201. 48. 258. 30.

S. Felix papa 21. 110.

Felix II papa 22. 113.

Felix III papa 138. 312.

Felix IV papa 139. 315.

Felix ep. Tarvis. 140. 19.

Felix ep. Trevirorum 362. 18.

Felix haeret. 168. 335. 51. 562. 41.

S. Felicis caput 501. 7.

Felseka 399. 28.

Femic castellum 403. 41.

Fenice 323. 56. 379. 37. 425. 8. 428. 28.

Ferdun, eccl. 560. 14. 624. ep. Vulfarius, Amalung, Brun, Erp, Beruharius, Wiggerus, Thietmar, Brun, Sigebert, Richertus, Hartwig, Mazo, Thietmar; diac. Goltrin, Thiethardus.

Ferendunum 496. 39.

Feritas 501. 25.

Feritas Bernardi 517. 34.

de Feritate, Bernardus 521. 53.

Fermundus ep. 672. 64.

Fernandus, Feirant, rex Galiciae, f. Anforsi 519. 37. 532. 45.

Fernandus, Ferrandus, de Portu Galli com. Flandr. 437—439. 467. ux. Iohanna.

Ferraria 425. 11. 474. 26.

Ferri canterium 421. 37.

S. Fides 346. 69.

Filgeriarum (Felg. Fulg.) cast. *Fougeres* 515. 27. 522. de F. Henricus, Radulfus, Stefanus ep. Redon.

Filimer rex Goth. 120. 123. 301.

Finisfelt 563. 1.

Firihsaze pagus 171. 54. 573. 19.

Firint 772. 31.

Firma, *Fermo* 772. 31.

S. Firmati Vita 526. 32. elev. 505. 35.

Firminus ep. Ambian. 469. 26.

S. Firmini eccl. Ambian. 474. 17.

Fiscannum coen. S. Trinitatis, *Fécamp* d. Rotom. 328. 13. 478. 12. 479. 19. 512. 16. 516. 3. 531. 15. abb. Willelmus, Henricus; prior Herbertus ep. Teldford; mon. Caecilia.

Fladchcheim 203. 25. 717. 18.

Flagellatores 541. 50. 551.

Flamersheim villa pagi Bunn. 581. 35.

Flandria 213. 22. 242. 26. 403. 25. 435. 15. 449. 18. 453. 21. 468. 38. 493. 10. 531. 9. 666. 57. 729. 13. orient. et occid. 428. 22. pars submersa 446. 16. 451. 26. 457. 52. com. series 432. com. Iugerrannus, Andracus, Balduinus — Ferrandus, Thomas.

Flavianus et Diodorus 302. 57.

apud S. Flavianum 768. 13.

Flavii reges Langob. 144. 41. 319. 65.

Flaviniacenses abb. Geremarus, Hugo.

S. Florbertus 391. 25.

Floreffia, prope Namur. 425. 43. 450. 18. 459. 17.

Florentia 167. 19. 244. 351. 43. 561. 20. 748. 773. 19. ep. Gerhardus papa, Petrus.

S. Florentinus 305. 57.

Florentius com. de Hollant 768. 31.

Florentius Wigorn. 365. 50.

S. Florentii Salmur. d. Andegav. abb. Stephanus ep. Redonensis, Frogerius, Radulfus, Manerius.

Floriacum, *Fleury* coen. S. Benedicti 149. 4. 324. 64. 332. 28. 527. 41. abb. Abbo.

Floricingas 590. 12.

Florinis, *Florenes* 355. 16. 670. 53. coen. d. Leod. 391.

Focas imp. 24. 146. 13. 151. 152. 321.

S. Foillan 320. 36. 324. 45. 325. 11. cf. Fossis.

Folcardus abbas 442. 3.

Folcarius capell. 558. 19.

Folcmarus, Volkmarus, Volmarus, cf. Poppo.

Folcmarus archiep. Colon. 618. 55. 623. 624. 56.

Folcmarus ep. Brandeb. 630. 23.

Volcmarus ep. Mind. 723. 48.

Folcmarus ep. Padrebr. 630. 12.

Folcmarus abb. Corb. 776. 11.

Volmarus abb. Hirsaug. 2—4.

Folcmarus abb. Nienburg. 693. 14. 723. 42.

Folcmarus presb. 208. 16. 215. 13. 729. 43. 730. 3.

Volcmarus consiliar. Heinrici IV. 742. 11.

Folcmarus de Domenesleve 754. ux. Gerburch; f. Albericus, Bernardus.

Folco v. Fulco.

Folcoldus ep. Misn. 628. 64. 632. 51. 633. 37.

Folcoldus de Malesburch 754. 44.

Foliot, Robertus ep. Hereford. 521. 46.

S. Folquinus 456. 42.

Folradus abb S. Dionysii 26. 49. 159. 160. 15. 165. 37. 182. 28. 332. 42. 555. 10. 556. 38. 558. 19.

Folradus de Hantorp 680. 3.

Fons Ebraldi, d. Pictav. 426. 11. 435. 45.

Fons S. Martini, prior. Matilde abb. Cadom. 530. 56.

Fontaneth, Fontiniacus, Phontinith, Fontanith 172. 38. 180. 51. 339. 28. 575. 18.

Fontanetum coen. d. Baioc. abb. Robertus, Robertus.

Fontanetum cast. in Oxim. 494. 21.

Fontinella coen. 328. 13. v. S. Wandregisili.

Fordio 441.

Fordensis abb. Balduinus archiep. Cant. 529. 31.

Forest locus 400. 17.

Forheheim 202. 28. 590. 32. 711. 56.

Formisella d. Tornac. *Wormezell*, praepos. Iohannes 440. 47.

Formosus papa 173. 55. 174. 344. 345. 588—591.

Formosus ep. legatus 166. 56. 560. 9.

Formosus archiep. Trev. 423. 51.

Foroiuliensis *(Fréjus)* com. 513. 8.

Fortunatae ius. 318. 11.

S. Fortunatus ep. Pictav. 140. 19.

S. Fortunati reliquiae 351. 11.

Forum Iulii 322. 16. 334. 41. 337. 16. 559. 37. ducatus 161. 18. duc. Routhgisus, Ruotgaudus, Hericus.

Fossatense coen. d. Paris. *S. Maur-des-Fossés* 341. 31.

Fossatum in confinio Africae 564. 67.

Fossis opp. et coen. S. Foillani 324. 16. 387. praepositura 391. 33.

Fotinus 251. 4.

Fracta Vallis castr. 508. 21. 511. 35.

Franci 22. 23. 25—32. 44. 115—118. 121. etc.; vocati a ferocitate 516. 22. Francorum legati 770. 11. Francia nomen Galliae mansit. 339. 41. Franciae dapiferatus 514. 12. senescaltia s. maioratus domus regiae 518. classis 468. 16. mos antiquus 418. 49. tabernae cervisiae et medonis 500. 47. militum coma nutrita 457. 30. 766. 29. reg. Priamus — Ludovicus IX, Philippus VI; cf. Gallia.

Francia orientalis, Ostrofrancia 32. 173. 11. 176. 181. 22. 203—206. 208. 214. 7. 233. 30. etc. — 264. 328. 33. 561. 46. 568. 9. 575. 38. seqq. Frankones 550. 40. Frankonicum vinum 551. ducatus 193. 31. episcopio Wirceb. competit 249. 47. Chnonrado datus 249. 48. cf. Conradus III, Ernost; Franconcs Goslariae 660. 39. com. Ratolfus, Herimannus.

Franci i. e. occidentales populi 210. 11. 217. 219—222. 727. 51. 731. 733. 47. 735. 736. 13. in palatio Alexii 422. 50.

Francigenae 9. 16. 116. 12. 176. 61. 213. 48. 262. 45.

Franco ep. Leod. 345. 11. 391. 33. 581. 11. 590.

Franco ep. Worm. 641. 61.

Franco abb. Affig. 400.

Franco scholast. Leod. 358. 51.

Franconovurt 168. 12. 171. 36. 242. 43. 388 (orient. regni curia). 453. 22. 562. 62. 572. 67. 574. 57. 583 (orient. regni sedes). 585. 11. 604. 43. 607. 36. 609. 49. 615. 21. 620. 10. 624. 35. 627. 21. 633. 26. 651. 16. 658. 66. 661. 51. 673. 13. 747. 21. 753. syn. (1007.) 657. (1027.) 656. 62. 677.

Frangipanes 418. 18.

Frankenesberch Goslariae 660. 52.

Frantio rex 300. 39.

Frasa, Frasu 633. 3. 647. 17. 662. 61. 663. 11.

Fratizlaus v. Bracislaus, Wratizlaus.

Fraxina cella 400. 11.

Fraxinetum 343. 59. 346. 13. 348. 27. 350. 34. 603. 46. 621. 8. 622. 17.

Fredegundis regina 117. 319. 321. 2.

Fredesendis abb. 442. 3.

Freernai castrum 516. 51.

Frekenleve 628. 5. com. Udo.

Fresioneveld 575. 7.

Fresia, Frisia, Fresones, Friesi 25. 41. 26. 29. 157. 29. 158. 11. 162. 56. 170. 12. 178. 31. 193. 40. 225. 11. 248. 13. 328. 332. 36. 335. 8. 338. 28. 339. 343. 16. 347. 56. 354. 355. 31. 360. 26. 363. 31. 434. 26. 553. 12. 555. 57. 556. 560. 62. 562. 567. 571. 5. 584—586. 588. 51. 608. 656. 12. 673. 45. 734. 49. ulteriores 362. 26. insulae 750. 51. Morseton 728. 1. duc. Rabbodus, Poppo; marchio Heinricus; com. Gerulfus, Gardulfus, Theodericus, Burchardus.

Fresmont coen. 477. 42. abb. Manasses.

Fretheni civ. 671. 15.

Fretunensium congregatio 666. 63.

Friderada 586. 6.

Fridigern dux Wisigoth. 124. 53. 125. 301. 42. 302.

Fridericus, Frittericus, Frederícus.

Fridericus dux Sueviae 497. 11. rex, imp. Romanorum, Alem. 389. 38. 396—398. 400. 51. 402—405. 407—426. 428. 38. 455. 456. 460. 44. 499. 59. 501. 53. 504. 58. 506—516. 524. 525. 36. 528. 23. 532. 51. 534. 535. 5. epistolae 408. 410. filius 514. 42. soror 495. 61. 505. 2. ux. Adelheid, Beatrix; fil. Henricus, Fridericus, Conradus, Philippus; cancell. Rainaldus, Cristianus.

Fridericus II imp. rex Siciliae 434. Apuliae 439. 35. cogn. Puer Apuliae 440. 21. Iufans Ap. 467. 31. 468. 25.

Fridericus diac. Leod. abb. Casin. cancell. Leonis IX. 31. 48. 196. 50. 359. 47. 360. 688. 49. 689. 19. papa Stephanus IX.

Fridericus archiep. Brem. 738. 21. 743. 69. 759. 48.

Fridericus canon. Babenb. archiep. Col. 218. 41. 248. 261. 8. 368. 4. 371. 38. 372. 26. 376. 7. 380. 384. 11. 482. 61. 732. 11. 737. 23. 739. 22. 747. 48. 750. 53. 751. 53. 753. 759. 10. 762. 59. 763. 11. 765—767.

Fridericus archiep. Mog. 185—188. 348. 41. 349. 600—610.

Fridericus archiep. Rav. 650. 68. 654. 18.

Fridericus archiep. Salzburg. 615. 636. 39.

Fridericus ep. Cicensis 628. 63.

Fridericus ep. Halberst. 227. 37. 733. 739. 36. 740. 8.

Fredericus ep. Leod. 377.

Fridericus canon. Magd. ep. Monast. 699. 67. 704. 48.

Fridericus dux Lothar. f. Friderici 359—361. 674. 26.

Fridericus dux (Mosell.); frat. Adalbero 348. 58. 605. 32. fil. Adalbero 352. 58.

Fridericus f. Theoderici dux Mosell. 357. 26.

Fridericus dux Sueviae 230. 33. 718. 50. 739. 23. 741. 34. ux. Adelheid; f. Fridericus, Conradus.

Fridericus f. eius dux Suavorum 230. 40. 252. 12. 253. 26. 258. 17. 263. 1. 264. 42. 380. 37. 385. 4. 407. 5. 537. 540. 744. 11. 753. 754. 43 (dux Alsatiae). 755. 5. 758. 6. 761—763. 765. 769. ux. Iudith; f. Fridericus.

Fridericus dux Suev. f. Friderici imp. 426. 428. 38.

Fridericus com. pal. Saxon. 637. 45. 649. 42.

Fridericus com. 686. 13. f. Adalbertus archiepiscopus, Dedi et Frid. pal.

Fridericus f. eius com. pal. 686. 15. 690. 42. 696. 58. 699. 56. 703. 53. 713. 32. filius:

Fridericus com. pal. de Puteledhorp 690. 43. 721. 1. 724. 28. 748. 45. uxor Adelheid; filius:

Fridericus com. pal. de Puthelenthorp 679. 56. 690. 46. 755. n. 762. 47. uxor Agnes.

Fridericus com. pal. senior de Sumersenburg 246. 45. 247. 256. 8. 677. 6. 690. 47. 750. 13. 751. 753. 45. 756. ux. Adelheid; filius:

Fridericus com. pal. iun. de Sumersenburg 677. 7. 755. 7. 761. 45. 765. 13. 776. 27. ux. Luccardis; f. Adelbertus.

Fridericus com. de Arnesburg, Arnesberg 248. 22. 255. 39. 679. 57. 721. 9. 737. 23. 750. 54. 751. 9. 756. 5. 761. 50.

Fridericus com. (Ilburg), f. Theoderici 630. 31. 659. 663. 35. 669. 12. 671. 58.

Fridericus com. Magd. f. Sigifridi 643. 660. 13. 679. 18. 688. ux. Thietberga; f. Conradus.

Fridericus comes de Stadhe 724. 27. 749. 47.

Fridericus com. de Zolre 769. 38.

Fridericus de Monte 695. 38. 699. 58. 703. 56.

Fridericus f. Ermenrici 23. 41.

Fridericus Wisigotha 126. 9. 310. 25.

Fridericus pater Sigihardi com. 226.

Fridericus camerarius 673. 17.

Friderici comitis mater 671. 1.

Fridericus et fratres eius 31. 54. 198. 12. 692. 3.

Friderici via 622. 23.

Friderinda ux. Walonis de Vakenstide 762. 47.

Friderun ux. Hartwici 226. 738. 45.

Frigia 362. 18.

Frisinga 688. 6. 697. 48. ep. Abraham, Godescalcus, Eilbertus, Heinricus.

Friteslar, Fridislar 165. 50. 180. 12. 188. 49. 334. 23. 558. 50. 591. 36. 594. 34. 610. 3. 611. 57. 717. 11. 722. 41. 739. 6. concil. 254. 31. 755. 49.

Frithla 23. 45.

Frogerius ep. Sagiensis 509. 62. 510. 40. 519. 10. 534. 43.

(Frogerius) abb. S. Florentii Salmur. 523. 13.

Froia 168. 50. 563.

Frontiacus castr. 558. 7.

Fructuariense S. Benigni coen. 515. 4. Fruteria 198. 1. abb. Suppo.

Frumaldus ep. Atreb. 414. 32. 416. 42. 421.

Fulbertus ep. Carnot. 353. 38.

(Fulcarius) patr. Hierus. 396. 40. 402. 6.

Fulco, Folco, Fulcho.

Fulco com. Andegav. Cenom. rex. Hierus. 383. 43. 387. 23. 388. 38. 397. 52. 410. 6. 450. 7. 452. 41. 457. 18. 483. 485. 39. 488—490. ux. Melisende; f. Gaufridus, Balduinus, Amauricus.

Fulco archiep. Rem. 344 586. 45. 591. 9.

Fulco abb. Dunensis 459.

Fulco abb. Hasnon. 442. 17.

Fulcho presbyter 434.

Fulco com. Andegav. 482. 25. f. Fulco rex.

Fulco Painel de Abrincate 518. 57. 533. 11. f. Willermus.

Fulcuinus abb. S. Vincentii Mett. 268. 269.

Fuldense coen. S. Bonifacii, Vulda 26. 39. 29. 13. 159. 9. 184. 30. 187. 189. 58.

196. 42. 252. 29. 258. 14. 331. 39. 332. 37. 346. 18. 554. 21. 559. 61. 566. 42. 569. 59. 572. 589. 28. 593. 40. 601. 9. 604. 26. 621. 31. 665. 27. 666. 25. 738. 19. 753. 27. 757. 28. 767. 50. 769. 13. Fuldenses 694. 9. fam. S. Bonifacii 684. 36. abb. Sturm, Baugolfus, Ratgarius, Egil, Rabanus archiep. Moguntinus, Hatto, Thiodo, Sigehart, Hugo, Hiltibert arch. Moguntinus, Haico, Hademarus, Hatto arch. Moguntinus, Wirinharius, Erkanbaldus arch. Moguntinus, Branhag ep. Halberstadensis, Poppo, Richardus, Sigeward, Sigifridus arch. Moguntinus, Godefridus, Wolfhelmus, Erlolfus, Oudalricus, Berthou, Conradus; mon. Bardo arch. Moguntinus, Geroldus abb. Werdunensis, Marianus, Richardus abb. Elewangensis, Sunzo archiep. Moguntinus; maiordom. Reinhardus.

Fulda, Wulda fluv. 556. 10. 655. 56.

Fulda abb. Apuliae 774. 32.

Fulgentius ep. Rusp. 24. 10. 138. 52. 312. 56. 313. 48.

Fulgentius abb. Afflig. 392. 11. 399. 400.

Fulgeriae v. Filgeriae.

Fulgini 351. 40.

Fulradus v. Folradus.

Fune Insula 608. 49.

Funt: as villa 382. 48.

Furnis 438. 30. de Furnis, Aquilinus.

S. Furseus 154. 48. 320. 36. 324. 43. 485. 21.

S. Fursei eccl. Parronae 383. 31.

Fusniacum d. Laudun. *Foigny* 455. 10. 460. 49. mon. Barthol. ep. Laudun.

Fuxensis *(Foix)* comes 467. 14 (Raimundus Rogerius).

G cf. W.

G. presb. et mon. Uraug. 214. 32.

S. Gabriel 342. 13. epistolam fert 267. 13. capitula 582. 51.

Gadaricus Magnus 120. 36. 123. 33. 301. 64. f. Filimer.

Galerius v. Walerannus.

Gallevus com. (Huntedoniae) 488 42.

Gallia describ. 158. 553. i. e. Lotharingia 364. 33. Franconia 355. 40. 360. 20. 367. 1. Galliae episcopi 377. 28. Gallica lingua 185. 30. 467. 24. 603. 8. Gallici caballarii 218. 16. 733. 3. Gallicus historiogr. 181. 39. 182. 13. 186. 593. 41. 604. oceanus 564. 21. sapo 154. 32. Gallicana eccl. 302. 47. 450—452. 537. 48. psalter. 302. 48.

Gallicia 163. 9. 168. 49. 213. 22. 330. 22. 389. 41. 729. 13. rex 497. 46. reg. Miro, Adelphon, Amful, Feirant; Gallicie et Arragonum reguli 503. 22.

Gallienus imp. 21. 109. 122. 64.

S. Gallus 153. 72. 322. lib. actuum 118. 3.

S. Galli basilica 27. 1. 165. 33. 558. 16. coen. 29. 13. 189. 58. 586. 41. 601. 9. 636. 51. abb. Salomo ep. Constantiensis, Gralo, Burchardus; praepos. Notker ep. Leod.

S. Galli ara Halberst. 637. 22.

Gallus imp. 21. 4. 108. 59. 122. 63.

Gamantia Arida 424. 25. 435. 53. Humida 424. 25.

Gamen civ. Pomeran. 264. 21.

Gamundi 771. 46.

Gana fluv. 669. 7.

Ganda, Gandavum, Gent. 352. 35. 354. 42. 398. 13. 399. 33. 412. 7. 415. 41. 439. 22. 454. 43. 568. 45. 656. 63. castellan. 380. 33. com. Arnulfus, Deodericus, Balduinus; Gandensis, Balduinus monachus; de Gant Gislebertus, Simon; cf. S. Petri.

Gandersheim 576. 9. 592. 8. 596. 31. 640. 18. 656. 58. 767. 20. territor. 634. 32. 675—677. syn. 646. 14. abb. Hathumoda, Gerberga, Cristina, Rotswinda, Wendelgarda, Gerburga, Sophia; mon. Adelheid.

Gard cast. 616. 55. 617. 25.

Gardulfus com. Fres. 586. 27.

Garelianus mons 345. 54. 346. 590. 59. 595. 66.

Garganus mons 329. 19. 470. 1. 772. 48.

Garibaldus rex Bawar. 144. 62. 145.

Garibaldus rex Langob. 147.

Garibaldus dux Taurin. 146.

Garibald Francus 142. 60.

Garinus ep. Silvan. 437. 46.

Garnerius abb. Maiorismon. 504. 55.

Garnerius 478. 42.

Garsia rex Navarrae 503. 36. 507. 8.

Garunna 158. 161. 172. 18. 330. 61. 553. 50. 557. 45. 573. 63.

Gaudentius archiep. Gnesin 644. 59. 683. 62.

Gaufridus v. Godefridus.

Gaugericus ep. Camerac. 320. 41.

Gaumarius princ Salerni 489. 43.

Gausbertus comes 577. 15.

Gavaldana 557. 43.

Gaza 417. 7. 455. 5.

Gebehardus, Gevehardus.

Gebehardus archiep. Salzb. 200. 31. 206. 207. 13. 719. 721. 722.

Gebehardus ep. Argent. 767. 31.

Gebehardus abb. Elewang. ep. Aug. 640. 58.

Gebehardus ep. Constant. 639. 37.

Gebehardus II ep. Const. 227. 230—234. 721. 47. 739—742. 745. 53. 748. 42.

Gebehardus ep. Eistet. 31. 197. 21. 360. 12. 690. 12. papa Victor II.

Gebehardus (Iaromir) ep. Prag. 690. 693. 25. 695. 63. 702. 34. 724. 726. 39.

Gebehardus ep. Ratisp. 30. 4. 194. 9. 640. 16. 648. 51. 650. 37. 653. 24. 659. 43. 662. 51.

Gebehardus II ep. Ratisp. 30. 194. 9. 195. 35. 679. 41.

Gebehardus III ep. Ratisp. 30. 22. 31. 195—197. 677. 38. 679. 42. 688. 39. 690. 48. 691. 25.

Gebehardus IV ep. Ratisp. 207. 11. 228. 51. 726. 740. 36.

Gebehardus abb. Hirsaug. ep. Spir. 2. 45. 229. 230. 9. 741. 742. 1. 746. 51.

Gebehardus ep. Trident. 234. 29. 235. 8. 240. 28. 742. 47. 745. 3.

Gebehardus ep. Wircib. 258. 20. 259. 537. 26. 758.

Gebehardus com. Franc. 587—592.

Gevehardus (com. Querf.) f. Brunonis 658. 34. 745. 32. lib. Burchardus, Ida.

Gevehardus de Quernevorde, f. Burchardi 658. 35. 680. 7. 685. 25. 745. 32. 763. 28. ux. Oda; f. Conradus arch. Magdeburgensis, Burchardus.

Gevehardus f. Idae 658. 36. 704. 7. 733. n. 745. 34. f. Lotharius imp.

Gehehardus f. Beringeri com. de Sulzbach 744. 15. ux. Machtild.

Gebehardus com. (ob. 1040.) 684. 39.

Gevehardus f. Heriberti 671. 20.

Gebennense territ. 454. 17.

Geberich rex Goth. 123. 8. 301. 4.

Geddo philos. 658. 39.

Gedec castr. 683. 13.

Gedcane 683. 16.

Geilana ux. Gozberti 328. 34.

Geilo abb. Wizenburg. 614. 63. 615. 30.

Geilo praef. 560. 33.

Geisericus, Gensericus 23. 50. 125. 31. 135. 136. 138. 307. 308. 310—312.

Geismere 553. 23.

Geizlice syn. 677. 43.

de Gelardun, Warinus archiep. Bituric.

Gelasius papa 128. 31. 312. 327. 57. eius instituta 722.

Gelasius II papa 253. 254. 377. 443. 24. 444. 4. 445. 448. 456. 462. 12. 486. 487. 24. 754. 60. 755. cf. Ioh. Caietanus.

Gelduinus abb. Aquicin. reclusus S. Bertini 394. 395.

Gelduvinus abb. S Victoris 484. 55.

Gelduni 743. 9.

Gelgebes 320. 36.

Gelismir, Gylemer, rex Wand. 24. 140. 315. 316.

Gellinge 679. 14.

de Gelre, Gerhardus 766.

Gemblacense, Gemblacense, Gemmelacense S. Petri coen. 268 seqq. 346. 40. 349. 385. 404. S. Guiberti mons 378. 48. eccl. 424. 9. parochia 379. 52. 381. 35. 388. 13. abb. Wibertus, Erluinus, Heriwardus, Erluinus, Olbertus, Masselinus, Thietmarus, Liethardus, Anselmus, Arnulfus; mon. Godescalcus, Guirinus, Sigibertus.

Gemmeticensis S. Mariae eccl. *Iumiège* d. Rotom. 478. 51. abb. Hugo arch. Rotomagensis, Robertus arch. Cantuariensis, Petrus, Rogerius, Robertus.

Genapia villa 400. 7.

Genaunorum rex Chuonradus 187. 51.

Gene urbs 648. 14.

Genebaudus ep. Laudun. 313. 57.

S. Genesius 773. 21.

SS. Genesius et Valentinus 338. 46.

S. Gengulfus 160. 38. 332. 59. Gungulfus 556. 66. Vita 544.

Gennadius de viris ill. 273. 6. 304. 4. 313. 9.

S. Genovefa 116 60. 139. 14. 310. 30. 314. 43.

S. Genovefae eccl. Par. 497. 31. abb. Henricus.

Gentiliacus 160. 55. 161. 2. 557.

Genua, Geneva, Ianua 347. 53. 425. 15. 426. 497. 45. 514. 17. 558. 31. 598. 53. 774. 43. com. Athemarus.

Georgius abb. de Monte Oliveti 564. 42. 566. 21.

Georgius dux navium 454. 48.

S. Georgii episcop. Babenberg. 192. 30. 657. 31. caput 26. 47. 159. 55. 555. 50. brachium 395. 6. rell. Halberst. 636. 61. 637.

S. Georgii ad Velum Aureum card. 422. 7.

S. Georgii Baucherii villae abb. Ludovicus, Victor.

S. Georgii congreg. Coloniae 690. 35.

S. Georgii eccl. Hesdin. 394. 31.

S. Georgii eccl. Prag. 619. 690. 23. abb. Maria.

S. Georgius de Ramula 526. 16.

S. Georgii abb. Dieggerus ep. Mett.

S. Georgii brachium, maris sinus 212. 30. 220. 43. 460. 3. 727. 29. 735. 31.

Gepidae 119. 56. 120. 122—128. 135. 141—143. 302. reg. Hardericus, Trapestila, Thurismod, Thurisind, Chunimund.

Geraldus card. ep. Ost. 703. 1. 708. 55.

(Geraldus) ep. et com. Lemovic. 525. 57.

Geraldus ep. Tornac. 442. 15.
S. Geraldus abb. (Aureliac.) 478. 19.
Geraldus Berlai 498. 41. 499.
de Geralmont abb. 442. 26.
Gerardus v. Gerhardus.
Gerberga, Gerbirg, Gerburch.
Gerberga reg. f. Heinrici I. 32. 54. 173. 64. 181. 183. 28. 186. 187. 33. 347. 14. 348. 350. 10. 351. 3. 596. 57. 602. 37. 604. 612. 28. 615. 2. 618.
Gerberga abb. Gandesh. 581. 31. 586. 9.
Gerburga f. Heinr. duc. abb. Gandesh. 612. 33. 640. 18. 646. 34.
Gerburch abb. Quedl. 776.
Gerberga abb. 442. 3.
Gerberga f. Karoli ducis 352. 19.
Gerberga ux. Heinrici marcb. 652. 679. 30. 687. 48.
Gerberga mat. Herimanni 671.
Gerburch uxor Folcmari de Domenesleve 754. 50.
Gerbern abb. Corb. 618. 6.
Gerbertus archiep. Rem. Rav. 191. 353. 354. 636. 8. papa Silvester II.
Gerbertus abb. Mogunt. 677. 31.
Gerbertus abb. v. Gerhardus.
Gerbizstide coen. 633. 33. abb. Eilsuit.
Gerdag ep. Hild. 634. 49. 638. 10.
Gerdrudis, Gertrudis.
(Gertrudis) uxor Conradi III reg. 386. 13.
S. Gerdrudis abb. Nivial. 32. 4. 118. 20. 154. 37. 176. 3. 324. 325. cf. Nivigella.
Gerdrudis uxor Theoderici duc. Alsat. 381. 505. 17. 506. 36.
Gerdrudis ux. Heinrici Superbi duc. 386. 34. 751. 35. 765. 24.
Gerdrudis uxor Ordulfi ducis 710. 25. 754. 1.
Gerdrudis comitissa de Brunsvic, uxor Theod. de Katalanburh, Heinrici de Ilburch, Heinrici march. 247. 1. 691. 7. 734. 50. 738. 4. 750. 14. 754. 15.
Gerdrudis pal. ux. Sigifridi 721. 5. 734. 53. 759. 12 (Petronella).
Gertrudis soror Lotharii duc. 261. 13. 262. 16.
Gertrud ux. Liudulfi com. 682. 29.
Geremarus abb. Flaviniac. 461. 10.
Gerentia 775. 9.
S. Gereonis templ. Colon. 251. 54. 448. 61. 640. 67.
Gerhardus, Gerardus, Girardus.
Gerhardus, Girardus Bonon. card. S. Crucis 449. 57. 496. 31. 770. 23. papa Lucius II.
Girardus cantor Rotom. archiep. Eborac. 481. 40. 483. 17.
Gerardus archiep. Flor. 199. 2. 360. 40. papa Nicolaus II.
Gerardus ep. Camerac. 354. 25. 356. 12. 357. 16. 673. 27.
Gerardus II ep. Camerac. 393. 394. 399. 50.
Girardus Puella ep. Cestr. 533. 13. 534. 11.
Gerhardus ep. Engolism. 246. 18. 749. 63.
Girardus ep. Sagiensis 496. 39. 503. 55. 506. 24.
S. Gerardus ep. Tull. 359. 35.
Girardus abb. Clarevall. 524. 12.
Gerhardus abb. 223. 8. Gerbertus 736. 15.
Gerhardus de Alsacia dux Mosell. 359. 8. 362. 12.
Gerhardus com. Alsaciae 355. 12. 650. 22. 672. 55. f. Sigifridus.
Gerardus com. Burgundiae 331. 53.
Gerhardus com. de Valkenberch f. Gozwini 688. 25. ux. Irmgard.
Gerardus com. de Wassemberga 433. 19. f. Yolende.
Gerhardus com. frat. Matfridi 589—591.
Gerardus dom. Carisiaci 471. 51.
Gerardus Fal Blavotingus 438. 39.
Gerhardus de Gelre 766.
Gerardus Niger 399. 45.
Gerhart (oec. 906.) 28. 37. 174. 63. 591. 67.
S. Gerhardi coen. Broniense d. Leod. 350. 13.
Germaniae regnum 243. 20. regna 258. 3. episcopi 377. 28. 537. 49. 578. 50. 579. 8. 641. 35. principes 231. 233. et Italiae primates 624. 27. Germanicum regnum 243. 20. colleg. inter crucesign. 221. 6. 735. 39. terrae 245. 22. regiones 254. 36. corda 242. 21.
S. Germanus ep. Autissiod 135. 10. 307—309. Vita 342. 32. eccl. 586. 64.
S. Germanus ep. Capuanus 139. 26. 312. 56. 313. 26. 581. 51.
S. Germanus ep. Constantinop. 329. 330.
S. Germanus ep. Paris. 117. 319. 18.
S. Germanus in Leia 518. 21.
Germersleve 642. 61.
Gerne fluv. 490. 55.
Gernrode, Gerenroth, Geronroth 619. 7. 653. 65. 666. 739. 32. abb. Hathewiga, Hathewiga.
Gero archiep. Col. 619. 12. 623. 624. 626. 678. 9.
Gero archiep. Magd. 194. 49. 642. 2. 663. 67. 664. 48. 667—669. 671—675. materterae 671. 34.
Gero (Magnus 662. 3.) 184. 47. 188. 44. 348. 65. 601. 26. 603. 604. 611. 52. 612. 34. 614. 615. 9. 617. 26. 618. 63. 619. f. Sigifridus.
Gero marchio f. Thietmari 627. 17. 647. 19. 648. 649. 41. 661. 63. 662. 665. 668. 678. ux. Athelheid; f. Thietmarus.
Gero com. de Alesleve 627. 691. 16. ux. Athela; f. Athela.
Gero f. Theoderici 713. 27. f. Willehelmus, Gunterus ep. Cicensis, Theodericus.
Gero comes f. Wigmanni 680. 4. f. Wigmannus archiep. Magd.
Gero (ob. 976.) 626. 52.
Geroldus mon. Fuld. abb. Werdun. 678. 46.
Geroldus dux Baioar. 27. 31. 162. 49. 169. 4. 336. 15. 563. 42. 564. 10.
Geroldus com. 684. 46.
Geronis saltus 666. 41. v. Gernrode.
Geronstat 662. 3.
Gerontius 134. 62.
S. Gerontii reliquiae 617. 28.
Gerp insula 506. 12.
Gerpinas villa 381. 8.
Gerricus abb. Wizenburg. 615. 30. 617. 62. 618. 4.
Gersosii insula 535. 10.
Gerstungen 721. 40.
Gersuinda 163. 36. 564. 25.
Gerulfus com. Fres. 586. 27.
Gerundenses 573. 56.
(Gervasius) patr. Const. 439. 41.
Gervasius arch. Rem. 461. 13.
Gervasius invasor Rem. 447. 36.
Gervasius clericus 508. 9.
Gervasius pater Hugonis 487. 43.
SS. Gervasii et Prothasii corp. 303. 53. 513. 55. eccl. Suessionis 436. 31.
Gestimulus 575. 38.
Gethae v. Gothi.
Getus fluv. Brab. 537. 40.
Gevezo de Thuringia 685. 14. ux. Ida; f. Ekbertus can.
Gibel 222. 17. 736. 19.
Gibelinus patr. Hieros. 483. 53.
Gibichenstein, Givikanstein (Ivicanstein 662. 60. 663. 33.) 30. 57. 196. 11. 628. 7. 653. 666. 25. 687. 32.
Gibrianus Scottus 314. 26. 389.
Giezo rex Ung. 398. 2. 410. 9. f. Stephanus, Giezo.
Giffard, Gauterius, Will. ep. Vinton.
Giffridus ep. Carnot. 447. 35.
Giffridus ep. Catalaun. 451. 55. 452. 39.
Gifrod ep. 720. 56.
Gigantes antiqui 226. 16. 518. 55.
Gigniac. coen. d. Lugd. 344. 14. 345. 67. abb. Berno.
Gigo, Guigo prior Cartusiae 450. 53. 459. 31. 472. 37.
Guigo Dalfinus 513. 8.
Gihellus v. Iuellus.
S. Gildardus arch. Rotom. 316. 31. 476. 46.
Gildo 134. 14. 304.
Gilinheim 604. 34.
Gillebertus v. Gisilbertus.
Gingcamp comitatus, *Penthièvre* 515. 29. com. Stephanus; Guingamp, burgensis Gaufr. Lois.
Gippewis comitatus 520. 7.
Giraldi, Petrus ep. Maclov.
Gisa reg. Rugorum 312 16.
Gisbertus abb. Troarn. 528. 55.
Gisela, Gisla.
Gisela uxor Chuonradi imp. 30. 44. 194. 33. 195. 672. 57. 676. 678. 47. 682. 686. 25. 720. 59. 767. 3.
Gisla ux. Stephani reg. Ung. 192. 49. 354. 59. 650. 51. 682. 35.
Gisla soror Karoli M. 163. 41. 562. 68.
Gisla f. Karoli M. 163. 33. 560.
Gisla f. Lotharii reg. 343. 585. 58. 586. 37.
Gisla ux. Heinrici duc. Baw. 632. 63. 633. 6. 647. 36. 657. 63.
Gisla ux. Wigmanni com. de Seburch 679. 53. 680. 3.
Gisla ux. Walonis de Valkenstide 685. 765.
Gisenheim curtis 612. 30.
Gisilbertus, Gislebertus, Gillebertus.
Gislebertus ep. Ebroic. 479. 24. 484. 39.
Gislebertus Universalis ep. Lond. 488. 62. 489. 22.
Gislebertus, Gillebertus abb. Gloecestr. ep. Hereford. Lond. 458. 3. 498. 11. 504. 26. 513. 30. 519. 4.
Gislebertus ep. Luxov. 479. 23.
Gillebertus, Gislebertus ep. Pictav. 454. 7. 504. 18.
Gislebertus archidiac. Lexov. ep. Rof. 534. 37.
Gillebertus mon. Ebroic. abb. Castellionis 509. 61.
Gislebertus abb. ex Ursicampino Cisterc. 460. 51.
Gisilbertus, Gislebertus dux Lothar. 29. 15. 173. 65. 181—186. 189. 346—348. 350. 9. 592—596. 599. 61. 602—604. 615. 1. ux. Gerberga; f. Heinricus; filia 348. 47. 604. 20.
Gillebertus com. de Clara, f. Rogerii 522. 13. 534. 5.

Gislebertus com. (de Pembroke) 524. 52. f. Richardus.

Gislebertus com. 484. 31. 492. 57. f. Ricardus.

Gislebertus de Abrincate 518. 57.

Gislebertus de Clara et Gislebertus f. Ricardi nepos eius 501.

Gislebertus de Gant 505. 46.

Gislebertus de Solinneio 518. 22.

Gislebertus de Tegulariis 501. 53. 521. 54.

Gisilbertus frat. Cunegundis 654. 32. f. Sigifridus.

Gisilbertus 765. 20.

Gisilherius ep. Mersb. archiep. Magd. 193. 62. 623. 50. 625. 56. 628. 631. 34. 633. 1. 635. 636. 638. 12. 642. 48. 644. 645. 647. 18. 649. 39. 652. 56. 653. 655. 46. 658. 53. 659. 56.

Gisla v. Gisela.

S. Gislenus 324. 61. 441. 45.

Gisnense hominagium 428. 25. com. Balduinus, Arnoldus.

Giso ep. Batensis 490. 48.

Giso com. Hessiae 775. 23.

Gisolfus dux Benev. 148. 70.

Gisulfus 489. 41.

Gisortium, Gisorz 430. 41. 435. 21. 436. 20. 487. 507. 38. 509. 54. 511. 514. 38. 521. 21. 523. 52.

Gissemarus 327. 67.

Givardus de Lauduno, canc. Paris. ep. Camerac. 441. 11.

Gizid amiras 327. 330. 331.

Gladii duo 691. 36. gladius regalis 371. 2.

Glandifolium coen. S. Mauri d. Andegav. 341. 33.

Glastingebirum, Glastonia, abb. Sifridus ep. Cicestriae, Henricus ep. Vintoniae, Henricus, Robertus.

Glauchon foresta 437. 26.

Gliche opp. Thur. 207. 17. 726. 44.

Glichen munitiones 756. 57.

Glizberh, *Gleiberg* 738. 11.

S. Glodesindis 322. 10.

Glodesinda ux. Alboini 116. 63. 143. 27.

Gloecestria (Claudiocestria 407. 32.) 491. 20. 494. 6. 504. 520. 23. abb. Gislebertus ep. Londiniensis; com. Robertus, Willermus; de Gloecestria, Milo, Gauterius.

Glogowa 662. 10. 672. 35. 747. 31.

Glomaci, Glumizi pagus 592. 15. 652. 28.

Gnesin 644. 54. 683. 16. archiep. Gaudentius.

Gniva rex Goth. 301. 38.

S. Goar 320. 64. apud S. Goarum 590. 21.

Goecelinus v. Goscelinus.

Gode-, Gote-.

(Gotebaldus) patr. Aquil. 691. 25.

Godebaldus ep. Trai. 261. 6. 753. 46. 759. 760. 17. 765.

(Godeboldus) ep. Misn. 766. 22.

Godebertus rex Langob. 146. 325.

Godefridus, Gaufridus, Gaufredus.

Godefridus rex Hieros. v. infra.

Gotefridus rex Nordm. Dan. 27. 41. 162. 55. 169. 50 170. 336. 47. 337 7. 560. 31. 565—570.

Godefridus rex Nordm. 343. 585. 586. ux. Gisla.

(Gotefridus) patr. Aquil. 423. 50.

Gaufridus archiep. Burdegal. 507. 9.

(Godefridus) archiep. Dol. Cap. 389. 53.

Gaufridus decan. Cenom. archiep. Rotom. 465. 4. 483. 52. 489. 16.

Gaufridus Sagiensis ep. Andegav. 512. 42. 526. 35.

Gaufridus Artur ep. S. Asaph. 500. 48.

Godefridus cancellarius ep. Bath. 487. 16. 489. 23.

Godefridus ep. Camerac. 441. 11.

Gaufridus ep. Cornub. 534. 49.

Gaufridus canc. ep. Dunelm. 490. 31.

Gaufridus Ridel archidiac. Cant. ep. Eli 521. 45.

Gaufridus ep. Lincol. canc. 521. 45. 530.

Godefridus ep. Lingon. 451. 54.

(Gaufridus) ep. Silvan. 436. 11.

Godefridus ep. Spir. 615. 59.

Gaufridus Lois ep. de Trigel 527. 15.

Gaufridus abb. S. Albani 484. 51.

Gaufridus abb. Igniac. Clarevall. 460. 43.

Gotefridus abb. Fuld. 243. 4. 747. 27.

Gaufridus abb. Mortui Maris 465.

Gaufridus abb. Savin. 487. 61. 493. 67.

Gaufridus praepos. de Beverle 526. 8.

Gaufridi mag. domus hosp. epistola 431.

Gaufridus f. Henrici reg. dux Brit. 406. 41. 421. 45. 424. 19. 466. 11. 507. 52. 508. 2. 515. 27. 518. 520. 521. 37. 524—527. 530. 59. 532. ux. Constantia.

Godefridus (I) dux Loth. 617. 62.

Godefridus (III) dux Loth. 193. 40. 354. 31. 355. 399. 25. 670. 52. 672. 53. 673. 681. 36.

Godefridus (Barbatus) dux Loth. 30. 57. 31. 196 — 198. 358 — 360. 362. 12. 681. 29. 687—690. 692. 1. 697. 48. ux. Beatrix; filius:

Godefridus Gibbosus, Gimbosus, dux Loth. 362. 363. 31. 366. 21. 377. 13. 690. 17 (Gozelo). 697. 49 (qui et Gozelo). 706. 41. 707. 3. 711. 14. ux. Mathildis.

Gotefridus f. Eustachii marchio Andoverp. (459. 18. 707. 3.) dux Loth. (defensor eccl. Hierus. 218. princ. Hierus. 368. rex 377. 11. 707. 4.) 208—211. 215. 45. 216. 7. 218. 219. 222. 28. 366—368. 377. 11. 400. 8. 459. 18. 707. 3. 727. 51. 730. 732. 733. mausol. 219. 11. 253. 38. 733 (et epitaph.). 755. 25.

Gotefridus com. Lovan. dux Loth. s. Brabantiae 248. 21. 372. 378. 12. 381. 385. 19. 386. 38. 392. 13. 399. 51. 400. 482. 67. 483. 11. 486. 19. 537. 37. 750. 53. 769. 35. lib. Aeliza regina, Henricus monachus et:

Godefridus iunior dux Lovaniae 386—388. 392. 18. 404. ux. Luitgard; filius:

Godefridus dux Loth. Lovan. 388. 20. 392. 20. 397. 18. 398. 11. 403. 4. 407. 45. 412. 5. 424. 8. filia ux. Ottonis imp. 435. 8.

Gaufridus, Giffridus, com. Andegav. dux Norm. 389. 9. 396. 52. 402. 21. 406. 11. 451. 20. 455. 18. 463. 12. 465. 25. 483. 50. 488. 58. 490—496. 498. 499. 501. 18. ux. Machtild; f. Henricus rex, Gaufridus, Willelmus, Hamelinus.

Godefridus com. pal. Rheni 753. 33.

Gaufridus Grisagonella com. Andegav. 518. 13.

Godefridus de Capenberch 679. 38. f. Otto et:

Godefridus com. Capenberg 449. 4. 459. 22. 679. 39.

Godefridus com. de Hammaburch 748. 25.

Godefridus com. de Kuc 768. 31. 770. 28.

Gaufridus com. de Magnavilla 495. f. Arnulfus.

Gaufridus com. Mellenti 497. 16. 502. *est Galerannus.*

(Godefridus) com. Namur. 385. 19.

Gaufridus com. Nannet. f. Gaufr. Plantag. 488. 60. 491. 499—501. 504. 9. 505. 507.

Gaufridus com. Pertic. 518. 15.

Godefridus com. Virduni 352. Ardennensis 354. 31. dux 648. 22. Eihamensis 399. de Heiham 681. 36. ux. Mathildis; f. Godefridus Gozcelo, Hezcelo.

Godefridus com. (ob. 1106.) 744. 30.

Godefridus com. (ob. 1144.) 388. 55.

Godefridus f. Will. de Albinneio 519. 19.

Gaufridus de Clintone 489. 60. 490. 37.

Gaufridus de Lizenone 521. 55. 529. 48.

Gaufredus f. Richardi de Luce 527. 39.

Gaufridus f. Iuhelli de Meduana 511. 62. 512. 3.

Gaufridus de Monte Forti 517. 26. 529. 46.

Gaufridus f. Rotrodi com. Pertic. 496. 15.

Gaufridus de Poentio 522. 55.

Gaufredus de Rancun 527. 32.

Godefridus de Strepenueio 465. 44. 466. 10. ux. Ermelina.

Gaufridus Lois burgensis de Guingamp 527. 15. f. Gaufridus ep.

Godehardus abb. Hersveld. 655. 60. 656. 51. Altah. 664. 32. ep. Hild 675—677. 679—682. 686. 53. 690. 5. transl. 538. 43. 767. 48. Vita 544. eccl. Hild. 768. 42. 770. 1.

Godemarus, Gothemarus, rex Burg. 116. 315.

Godeoc, Gudeoc, rex Langob. 142. 25. 301. 27. 312.

Godescalcus de Monte S. Martini ep. Atrebat. 407. 411. 48. 414. 1. 455. 17.

Godescalcus ep. Frising. 648. 52. 655. 16.

Godescalcus ep. Havelberg. 688. 8. 720. 56. 723. 57.

Godescalcus ep. Miud. 739. 50. 745. 51.

Godescalcus abb. S. Albani 723. 41.

Godescalcus abb. S. Bertini 412. 35.

Godescalcus abb. Corb. 549. 50. 588.

Godescalcus presb. 208. 17. 215. 16. 729. 43. 730. 5.

Godescalcus discip. Sigiberti 269 (in acrostticho).

Godescalcus princ. Abodrit. 692. 31. 694. ux. Sigrid; f. Heinricus.

Godescalcus haereticus 339. 65. 549. 4. 575. 59.

de Godesheim, Othelricus 706. 15.

Godila ux. Lotharii march. 642. 37.

Godolanda 142. 15.

Goellus, f. Baldrici 502. 46.

Goellus, Ascelinus 502. 52.

Goericus ep. Met. 323. 68.

Goffer silva 516. 34.

Gofredus comes 526. 18.

Goiet, Willermus.

Goislenus, Ioslenus ep. Suess. 442. 449. 53. 451. 55. 455. 18.

Golgathana eccl. 219. 11. 733. 48.

Golthes 123. 17.

Goltrin diac. Ferd. rex Scitarum 638. 670. 9.

Gondrada com. Warwic. 502. 5.

Gonnestein 646. 33.

Gonnor ux. Ricardi duc. Norm. 478. 11.

Gorda rex Hun. 139. 55.

S. Gordanius 393. 21.

SS. Gordianus et Epimachus 27. 5. 166. 3. 559. 12.

S. Gorgonius 160. 66. 196. 27. 333. 18. 557. 29. 687. 57.

(Gormondus) patr. Hierus. 487. 19.
Gormundus rex Africae 474. 9.
Gornacum castr. 501. 27. de Gornaco, Gornai, Hugo.
Gorra cast. 492. 6. 512. 5.
Gorrizana terra 212. 23. 727. 21. cf. Chorizana.
Gorzia coen. 332. 53. 333. 19. 350. 28. 557. 30.
Goscelinus, Gocelinus, Iocelinus.
Goscelinus ep. Cicestr. 521. 47.
Gocelinus ep. Paris. 586. 65.
Goscelinus, Iocelinus, ep. Saresh. 504. 27. 519. 5. 535. 8.
Goscelinus de Turvaissel com. Edess. 487. 39. iunior 496. 47. 506. 51. f. Agnes regina.
Goscelinus Crispinus 504. 6. 521. 54.
Goscelini, Ioscelini cast. 517. 22. 522. 42.
Goslaria 200. 18. 207. 7. 364. 54. 595. 28. 660 (fundatio). 668. 19. 672. 674. 22 (syn. 1019.). 679. 682. 36. 687—691. 694—700. 704. 70. 706. 718—721. 723. 5. 724. 739. 46. 740. 15. 746. 20. 749—751. 756. 6. 763. 20. 766. 770. 774. 24. 776. praepos. Hetilo ep. Hildesheimensis, Burchardus ep. Halberstadensis, Graht ep. Misnensis, Hildolfus arch. Coloniensis; canon. Benno ep. Misn.
Gosvinus ep. Tornac. 440. 15.
Gote- v. Gode-.
Gothegisil 116. 27.
Gothehilda v. Clotilda.
Gothelo, Gozzelo, Gozilo dux Loth. 30. 26. 195. 39. 198. 52. 355. 57. 356. 358. 29. 360. 31. 399. 25. 681. 687. 5. f. Godefridus.
Gothi 21—23. 43. 57. 108. 109. 119—141. 150. 162. 301. 302. 305. 553. 11. 693. 1. v. reges Berich, Gadaricus, Filimer etc.
Gothia (quae provincia S. Egidii dicitur 377. 20.) 331. 18. 449. 18. 730. 33.
Gothiscanzia 120. 33.
Gotho, Iocius, episc. S. Briocci, archiep. Turonensis 505. 53. 515. 51. 516. 38. 523. 10.
Gothuinus, Gotsuinus, Gozvinus.
Gozvinus abb. Aquicin. 395. 29. 412. 20. 419. 7.
Gotsuinus abb. Cistercii 502. 60.
Gozwinus com. (occ. 1065.) 199. 29. 694. 15.
Gothuinus de Montefalconis 378. 11. de Valkenberch 688. 21. uxor Oda; f. Gerhardus et
Gozvinus com. de Falconis Monte 412. 20. 688. 25. f. Philippus archiep. Col.
Goulet cast. 437. 16.
Gozbaldus ep. Wircib. 28. 1.
Gozbertus frat. Ramnulfi 589. 6.
Gozcelo v. Gothelo.
Gozmar ep. Asnebrug. 680. 21.
Gozvinus v. Gothuinus.
Gozzica abbatia 686. 20.
Grabadona 171. 56. 573. 20.
Gradus 143. 53. 320. 70. 337. 17.
Graeci episcopi 417. 51. haeretici 359. 688. 41. legati 205. 17. 341. 53. 540. 721. 21. 769 46. cruciferi 208. 46. et Armenii, christiani orient. 212. 18. Graecorum gloriae et insoliti habitus 342. 26. bella cum Normannis 505. Graecia propria 453. 48. Graeci Orobitae 567. 4. Graecae eloq. peritus 531. 46.
Grahamannus 561. 64.
Gralo abb. S. Galli 615.
Grana urbs 182. 59. 347. 23. 596. 43. 652.
Grantsilva 493. 4.
Graschaf 690. 36.
Gratianopolis, *Grenoble*, ep. Hugo.
Gratianus papa (Gregorius VI) 687. 36.
Gratianus imp. 22. 125. 130. 62. 131. 155. 20. 302. 303. 406. 6. 469. 24.
Gratianus ep. Clusinus 490. 2.
Grauso 148. 149.
S. Gregorius papa Magnus 24. 26. 48. 129. 40. 136. 58. 138. 34. 144. 60. 145. 151. 152. 158. 13. 196. 27. 315. 31. 319—321. 327. 57. 331. 36. 386. 15. 391. 16. 572. 7. 580. 30. 625. 38. 687. 57. 707. 56. 709. transl. 338. 35. epist. 399. Vita 145. 43. 341. 56. 581. 40.
Gregorius II papa 26. 157. 329. 330.
Gregorius III papa 26. 150. 7. 158. 330. 331. 461. 12.
Gregorius IV papa (card. presb. tit. S. Marci) 172. 10. 338. 339. 573—576.
Gregorius V papa (Bruno) 641—644.
Gregorius qui et Hiltibrandus papa (IX. 372. 32.) 201—206. 219. 34. 224. 19. 362—365. 368. 48. 371. 13. 483. 61. 691. 36. 701—703. 705—709. 714—717. 719—723. 737. 11. 739. 8. 742. 7. pueritia 702. archidiac. 198. 50. decreta 246. 13. 251. 20. 367. 13. epist. 272. 705. 708. 709. 714. 716. 717.
Gregorius VIII papa (Authertus) 425. 466. 28. 474.
Gregorius IX papa 440. 38. 441. 2. 468. 53.
Gregorius card. de S. Angelo 457. 4. 767. 17. papa Innocentius II.
Gregorius card. 378. 19.
Gregorius ep. Lingon. 315. 54.
Gregorius ep. Turon. 150. 53. 318. 55. 320. 34. 480. 23.
Gregorius com. Tuscul. 369. 3.
Gregorius f. Gordiani 317. 66.
S. Gregorii abb. Redon. 532. 40.
S. Gregorii reliquiae Colon. 349. 41.
S. Gregorii reliquiae Mettis 351. 41.
Grentemesnill 517. 54.
Gresch civ. Pomeran. 264. 21.
Gresteni coen. d. Lexov. 535. abb. Guillermus Hubaudus.
Grethes rex Herul. 139. 52.
Grimoald rex Langob. 146. 147. 325. 326.
Grimoaldus f. Romoaldi dux Benev. 148. 69.
Grimoaldus f. Aragisi dux Benev. 162. 2. 167. 26. 561. 565. 566. 41. 570. 9.
Grimoaldus maiordom. 118. 154. 56. 324. 325.
Grimoaldus f. Pipini 118. 51. 328. 329.
Grinbergensis urbs 404. 28.
Gripho frat. Pipini 158. 159. 331. 332. 553—555.
Groneberch mons 440. 42.
Gronigge mon. S. Viti dioec. Halberst. *Gruningen* 619. 10.
Grosset civ. 773. 30.
Grosulanus archiep. Mediol. 250. 12. 251. 43. 252. 752. 25. 753. 8.
Gruona, Grone 179. 56. 565. 29. 593. 31. 606. 23. 663. 675. 20.
Grona palus 718. 28.
Gu- v. W-.
Gudila rex Goth. 121. 65.
Guerberrei cast. 510. 48.
de Guerceio, Willermus 502. 36.
Guirinus Gemblac. 278. 17.
(Guise) cast. 415. 39.
Guldericus abb. 442. 2.
Gullus, Gulia fluv. 181. 61. 588. 26. 593. 51.
Gumbertus ep. Havelbergensis 756. 30. 762. 45.
Guncelinus marchio 649. 55. 652. 19. 653. 49. 655. 33. 661. 673. 5.
Guncelinus comes 647. 17.
Guncelinus comes 667. 6. 668. 35.
Guncelinus f. Dedonis de Crozok 685. 18.
Gundacar mon. 555. 60.
Gundebaudus rex Burg. 116. 128. 61. 129. 7.
Gundebaudus iun. rex Burg. 116. 312—314.
Gundelcarl 660. 23.
Gundericus rex Wand. 306. 20. 307.
Gunderslevo 766. 30.
Gundeuca 116. 55.
Gundicharius rex Burg. 23. 31. 136. 15.
Gundoaldus maiordom. 117. 41. 118. 16.
Gundoaldus frat. Theodelindae 145. 6. 146. 10.
Gundolfivilla 586.
Gunduinus Francus 327. 28.
S. Gungulfus 556. 66. v. Gengulfus.
Gunthamundus rex Wand. 312. 313.
Guntharius, Guntherus.
Guntharius archiep. Col. 172. 65. 340. 577. 578.
Guntharius ep. Asnebrug. 635. 61.
Guntherus ep. Babenb. 199. 694.
Guntherus ep. Cic. 716. 69. 721. 50.
Guntarius ep. Hild. 571. 38.
Guntherus mon. S. Emmer. ep. Ratisp. 609.
Guntherus abb. Hersfeld. 615. 25.
Guntherus Thuring. mon. Altah. 656. 62. 658. 6. 672. 12. 684. 44.
Guntharius pat. Ekkihardi 633. 35. 642. 32.
Guntharius f. Ekkihardi 648. 25. 678. 12.
Guntherus nobilis Thur. 693. 53. 737. 52. f. Sizzo.
Guntorp 625. 60.
Guntrammus rex Franc. 116. 63. 117. 143—145. 318—320.
Gunzo dux 118. 4.
Guozdec castr. 726. 25. 760. 12.
Gusina 116. 65.

H.

Ha- cf. A-.
Habdymelich amiras 329. 337. 29.
Habola fluv. 562. 4. 631. 8. 690. 53.
Hachan opp. 700. 33.
Hademarus, Ademarus, Aimarus.
Hademarus ep. Pod. 213. 33. 729. 15. 730. 36. 731. 37.
Ademarus abb. Clun. 348.
Hademarus abb. Fuld. 187. 99. 606. 37. 614. 51.
(Hademarus) vicecom. Lemovic. 435. 11. 526. 2.
Hadewieg v. Hathewiga.
de Hadmersleben comites 621. n.
Hadoloha 168. 31. Hathuloga 176. 21. Adulohog 563. 34.
Hagano leg. apost. 578. 3.
Hagano abb. Heresfeld. 615.

Hagano 181. 593.

Haginoia, Hainoensis comitatus 359. 29. 424. 26. 460. comitum series 433. com. Raginerus, Raginerus, Raginerus, Wernher, Reinzo, Arnulfus, Raginer, Richilde, Herimannus, Balduinus I — VI.

Hagna fluv. 351. 64.

de Haia, Radulfus 522. 56.

Haico abb. Fuld. 595. 48.

Haido v. Hatto.

Haimericus abb. Aquicin. 394. 395. 7.

Haimericus cellerar. Becci, abb. S. Audoeni 515. 43. 520. 8.

Haimericus de Lizennioio 517. 6.

Haimund diac. 555. 59.

Hairoldus, Haioroldus f. Thurmodi 187. 35.

Haischericus ep. Paris. 586. 66. 590. 23.

Haisti Slavi 609. 4.

Haistulfus rex Langob. 26. 59. 159. 61. 160. 332. 555. 3. 556.

Halapia, Halapria, *Aleppo* 431. 22. 506. 45. 519. 22. rex Loradin.

Halberstat 539. 30. 638. 26. 641. 651. 57. 672. 13. 675. 2. 676. 680. 710. 8. 739. 36. 750. 751. 8. 768. 47. episcopatus 255. 45. 537. 560. 622 29. 628. 45. 685. 9. parochia 676. 7. 756. 11. basil. 619. 4. dedicata 636. 637. princ. mon. dedic. 698. cf. S. Stephani, S. Bonifacii; curia Huiusburch 698. 7. ep. S. Hildegrimus, Thiatgrimus, Hemmo, Hildegrimus, Einlfus, Sigismundus, Bernhardus, Hildiwardus, Arnulfus, Brantholus, Bucco, Bucco, (Hamezo,) Thietmarus, Herrandus, (Fridericus, Thietmarus,) Reinhardus, Otto, Rodulfus; praepos. Herimannus, Adelbertus archiep. Bremenses, Hunold ep. Merseburgensis, Wernher ep. Monasteriensis; canon. v. S. Stephani; de Halb. Erpo cl. Wormatiensis, miles Lindigerus.

Halegred presb. Brem. 638. 9.

Halla villa 538. 1. 767. 1.

Halinoensis sedes transl. Norwich 479. 7.

Hamadan v. Amedeus.

Hamalarius ep. Trev. 570. 13.

Hamelinus f. Gaufridi Plantag. 514. 2.

Hamezo ep. Halberst. 723.

Hamidus 23. 62 Ammius 123: 64. 130 (vulgo Hamidech).

Hammanburch 565. 58. (mater, metrop. Transalb. 574. 19. 600. 27. 609. 12.) 630. 631. 642. 1. 694. 29. eccl. 565. 608. archiep. 616. v. Bremin; presb. Heridag; com. Godefridus.

Hammerstein 674. 60. 702. 18. 741. 10. 742. 12. com. Otto.

Hamo, Haimon ep. Leon. 520. 4. 523. 7.

Hamo de Landecop mon. Savin. 523. 16.

Hamstude 482. 12.

Hannonia v. Haginoia et Hasnonium.

Hantonesire 484. 37.

de Hantorp, Fulradus 680. 3.

Hanulfus de Amnenesleve 685. 11.

de Hara, Richardus 518. 23.

Harburg (ad Mosam) 181. 61. 593. 51.

Harcesburg 200. 46. 695. 28. 696. 48. 699. 63. 700.

Harcharius ep. Leod. 575. 28

Hardecund rex Dan. 679. 39.

Hardengai 565. 30.

Hardericus rex Gepid. 124. 34. 125. 61. 127. 309. 45. 310.

Hardoinus decan. Cenom. arch. Burdegal. 510. 59. 512. 30.

Hardewinus mon. Becci, prior S. Theodemiri, abb. Cormel. 524. 5.

Harelungi, Harlunge 185. 48. 603. 51.

Harene cast. 403. 44. 411. 417. 508. 39. 514. 31.

de Harieuria Phil. ep. Baioc. 495. 36.

Harioldus, Herioldus rex Dan. 337. 338. 27. 569. 570. 574. 22.

Harlebecensis, Lidricus 470. 28.

Harmannus 357. 48.

Haroldus, Araldus.

Haroldus f. Cnuti rex Angl. 679. 39.

Araldus rex Angl. 361. 694. 55. 695. 2. 764. 39. ux. Iuditha.

Haroldus f. Wurmi rex Dan. 351. 13. 608. 609. 618. 60.

Haroldus f. Sucin rex Dan. 670.

Haroldus rex Norweg. 361. 58. 694. 56. 695. 3.

Harstalium 182. 4. Heristellium 558—560. 581. 33. 593. 57.

Hart silva 565. 29. 691. 27 (Harz). 765. 11.

Hartbertus ep. Cur. 607. 25. 615. 40.

Hartbertus ep. Traiect. 777.

Hartwigus rex Ital. 647. 9. 650. 651. 653. 654. 666. 669. 12.

Hartwigus archiep. Brem. 761. 44.

Hartwigus archiep. Magd. 224. 716. 68. 719—721. 723. 725. 1. 737. 15.

Hartwigus abb. Herveld. archiep. Magd. 723.

(Hartwigus) archiep. Salzb. 648. 51.

Hartwigus ep. Fard. 730. 26.

Hartwicus ep. Ratisp. 229. 15. 740. 59. 751. 41.

Hartwich ep. Viridun. 721. 49.

Hartwig abb. 628. 10.

Hartwicus com. pal. 225. 48. 226. 737. 18. 738. ux. Friderun; f. Aerbo, Boto.

Hartwicus comes (acc. 1105.) 228. 25. 740. 42.

Harundel v. Arundel.

Harwich rex Nortdanymbr. 361. 21.

Hasa fluv. 161. 64.

Hasbania 330. 37. 332. 35. 353. 11. 379. 48. 465. 2. 634. 18. 691. 15.

Hasculphus de S. Hilario 525. 17.

Hasculfus de Solimeio 518. 22.

Hasingewerche 507. 3.

Haslon 343. 6. 585. 29. 586. 13.

Hasnon. eccl. 378. 12. 393. 33. 406. 27. 441. 442. abb. Rollandus, Fulco.

Hassi 165. 49. 166. 31. 553. 21. Hassones 551. 52. Hessi 553. 21. Hessorum procer 688. 14. ux. Thietberga, f. Meinfridus.

Hassia 717. 11. Hessen 670. 39. Hasegum 665. 13. Hassingai 599. 70. Hassiae com. Giso.

Hassinon dux Sax. 559. 3.

Hasting dux Norm. 580. 9. 583.

Hasungun coen. SS. Petri et Pauli 674. 31. 675. 8. 721. 39.

Hathe-, Hathu-.

Hathuloga v. Hadoloha.

Hathumarus ep. Padrebr. 563. 3. 565. 51.

Hathumoda abb. Gandesh. 576. 11. 581. 31.

Hathuviga, Hathui, Hathewiga, Hadewieg.

Hathewiga ux. Heinrici regis 592. 601.

Hathewiga mater eius 596. 6.

Hathui f. eius, ux. Hugonis 32. 51. 351. 3. 354. 1. 618. 32.

Hathewiga relicta Sigifridi, abb. Gerenrod. 637. 26. 644. 1. 653. 65. 665. 33. 666.

Hathewiga f. Geronis, abb. Gerenrod. 680. 5.

Hathui abb. Hesling. 623. 27.

(Hathui) ux. Burchardi ducis 189. 2. 612. 61.

Hatto abb. Aug. archiep. Mog. 28. 173—175. 179. 345. 57. 346. 21. 590. 22. 593.

Hatto abb. Fuld. archiep. Mog. 614. 42. 615. 59. 621. 623. 30.

Hatto ep. August. 569. 62.

Hatto, Haido ep. Basil. 27. 61. 568. 30. 574. 42.

Hatto abb. Fuld. 575. 10. 576. 49.

Hatugato 177. 66.

Haumar amiras 323. 324.

Haumar II. 330.

de Havekesberh com. Otto; nobilis 679. 60. uxor Bertha, f. Iudita.

Havelberh 15. 630. 20. 631. 43. 642. 47. 661. 2. 770. 30. ep. Dudo, Hildericus, Hericus, Godescalcus, Bernhardus, Hemmo, Gumbertus, Anselmus, Sichebodo.

Hazeco ep. Worm. 677. 25.

Hebreus medicus 302. 66. magus 316. 41.

Hector Troianus 760. 20.

Hector Massiliensis 326. 22.

Hed comes 623. 23.

Hedde castrum 517. 26.

Heidiba 597. 52. 608.

Heimbogesheim 618. 22.

Heimenburc ad Danub. 31. 7. 196. 34. 688. 41.

Heimenburch prope Blankenburch 751. 33. 759. 14.

S. Heimerad presb. 674. 31. 675. 9.

Heimo ep. Virdun. 662. 27. 669. 29.

Heimo de S. Iohanne abb. Merseb. 628. 69. 649. 37.

Heinricus, Henricus.

Heinricus dux Sax. et Thur. rex (Anceps 594. 41. imp. 183. 18.) 12. 47. 28. 29. 32. 50. 173—175. 179—184. 194. 20. 340. 56. 346—348. 592—600. 606. 15. 621. 50. 641. 49. 643. 53. 662. 47. 764. 30. ux. Hathuviga, Machtild; lib. Tancmarus, Otto, Heinricus, Bruno, Gerberga, Hathui; filius Heinr. II dux Bav. 352. 52.

Heinricus dux Baioar. imp. (de Bavenberh 618. 19. Babenbergensis 28. 60. 194. 23. 682. 35. 687. 20. 691. 15. 745. 25.) 29. 30. 32. 53. 192—194. 354—356. 595. 21. 632. 64. 640. 646—676. 686. 43. ux. Cunigunde; Heinricianus decor 194. 53. Vita 194. 12. 356. 3.

Heinricus III (pius 30. 32.) 30—32. 194—198. 356—360. 676—680. 682. 684—691. 702. ux. Cunigunde, Agnes; lib. Machtild, Iudith, Adelheit, Heinricus.

Heinricus IV. 31. 194. 58. 197—212. 218. 219. 223—240. 360—372. 462. 17. 465. 11. 481. 482. 688. 5. 691—764. patricius 224. 13. 365. 737. 9. anniversarius et sepultura 245. 30. 749. 35. idola colit 742. 9. epist. 369—371. 382. 56. 707. 743. versus 369. n. ux. Bertha, Adelheidis; filius 200. 48. Conradus, Heinricus; filia Ida 433. 17. Adelheit; Heinriciana haeresis 233. 11. 741. 60.

Heinricus V. 9. 10. 38. 194. 59. 205. 48. 210. 19. 224—265. 368—380. 406. 9. 445. 13 (rex Lotharingie). 449. 451. 20. 459. 12. 462. 11. 464. 65. 481—484. 488. 493. 19. 499. 58. 720. 50. 730. 26. 731. 61. 734. 55. 737—762. 765. 28. epist. 373. haeresis 756. 60. ux. Machtild; capellan. David.

Heinricus pseudoimp. 451.

Heinricus VI. 412 15. 423. 425—435. 466. 534. ux. Constantia; f. Fridericus.

Heinricus imp. Constant. 427. 52. 433. 25. 439. 50. 466. 42.

Heinricus I rex Angl. (optimus 503. 23. magnus 507. 31.) 247. 262. 42. 368. 25. 375. 41. 385. 386. 24. 389. 8. 391. 52. 392. 13. 396. 50. 402. 20. 407. 27. 445. 25. 446. 15. 448. 31. 450—452. 457. 24. 462. 19. 464. 8. 465. 478. 39. 481—492. 494. 4. 495. 9. 499. 53. 501. 18. 505—509. 512. 4. 516. 517. 3. 520. 31. 528. 35. 733. 24. 750. 48. 761. 24. ux. Matilda, Aeliza; lib. Guillermus, Matilde; Robertus, Ricardus, Raginaldus; Matilde; cancell. Waldricus ep. Laudun.

Henricus II rex Angl. com. Andegav. dux Norm. et Aquit. 282. 396—398. 402—404. 406—426. 444. 27. 455. 456. 458. 460. 464—466. 488. 60. 491—535. frat. 403. 19. ux. Alienor; liberi eius 406. Henricus, Richardus, Gaufridus, Iohannes, Matilde, Alienor, Iohanna; filia 514. 42. Will. com. Saresb. Gaufridus ep. Lincol.; cancell. Radulfus de Vennevilla, Gaufridus; consiliar. Richardus archid. Pictav. capellan. Steph. ep. Redon; constabul. Richardus Humet, Osbern de Hosa; clerici Iohannes Commin, Iohannes ep. Ebroic.

Henricus rex iunior (III. 533. 17.) 405. 38. 406. 413. 4. 414. 35. 420. 37. 421. 44. 465. 466. 9. 504. 507. 511. 513. 4. 515. 41. 518—526. 528. 53. 532. 533. uxor Margareta; canc. Gaufridus de Beverle.

Henricus III rex Angl. 439—441. 468. ux. Alienor.

Heinricus rex Franciae 199. 2. 356. 39. 360. 41. 441. 43. 692. 48.

Heinricus f. Ottonis Magni 188. 23.

Heinricus pat. Conradi imp. 32. 60.

Henricus f. Davidis regis Scot. 488. 44. 492. 24. 493. 55. 500. 43. 502. 10. f. Melcomus, Willermus.

Henricus card. de Pisis legatus 511.

Henricus ep. Alban. 420. 43. 425. 21.

(Henricus) patr. Aquil. 717. 34.

Henricus archiep. Bituric. 533. 45.

Henricus Murdarch mon. Cist. archiep. Eborac. 498. 7. 503.

Heinricus (de Sasle 740. 12.) archiep. Magd. 227. 41. 231. 24. 233. 28. 237. 30. 242. 46. 371. 57. 740. 742. 24. 743 41. 745. 54. 746. 18.

Henricus mon. Clarevall. ep. Belvac. archiep. Rem. 397. 46. 409. 10. 415. 434. 5. 435 48. 454. 38. 463. 7. 510. 19. 512. 8. 524. 40.

Heinricus archiep. Trev. 614. 52. 617. 618. 50.

Henricus dec. Salisb. ep. Baioc. 514. 45. 519. 10. 526. 529. 53.

Heinricus ep. Basil. 768. 38.

(Heinricus) ep. Frising. 737. 29.

Heinricus ep. Leod. 363. 25. 366. 38.

Heinricus II ep. Leod. 389. 3. 396. 2. 400. 406. 32. 460. 12.

Heinricus (com. Aslo) ep. Paderbr. 721. 50.

Heinricus (com. Werle) ep. Paderbr. 227. 36. 740. 753. 765. 35.

Heinricus ep. Ratispon. 768. 35. 774. 34.

Henricus ep. Silvanect. 421. 16.

Henricus abb. Glaston. ep. Winton. 490. 35. 494. 51. 495. 504. 25. 505. 10. 519. 6. 520. 43.

Heinricus ep. Wirzburg. 29. 61. 193 39. 641. 60. 648. 51. 652. 41. 657. 669. 33. 673. 55.

Henricus abb. Fiscannensis 494. 26. 533. 45.

Henricus prior S. Victoris, abb. S. Genovefae 497. 32.

Heinricus abb. S. Michaelis Babenb. 194. 6.

Henricus mon. Becci, abb. Pratelli 516. 37. 532. 10.

Henricus de Brachavilla e superiore Toarni abb. Sagiensis 535. 30.

Heinricus archidiac. S. Lamberti Leod. 269. 272.

Heinrici archidiaconi epist. et historia 480. 481.

Henricus clericus Tornac. 459. 47.

Henricus comes et monachus (Afflig.) 400. 33.

Henricus de Essessa mon. Rading. 513. 18.

Henricus mon. Wiziburgensis 361. 49.

Heinricus dux 343. 586. 589. 590. ux. Baba; f. Adalhardus, Adalbertus, Heinricus.

Henricus dux Ardenn. 430. f. Symon ep. Leod.

Heinricus dux Austras. (frat. Conradi imp. 398. 3. 410. 10.) 407. 6. f. Agnes.

Heinricus f. Heinrici reg. dux Baioar. 28. 58. 29. 32. 54. 183—191. 194. 21. 348. 349. 354. 18. 595. 599. 65. 601—613. ux. filia Arnulfi; lib. Heinricus, Hathui, Gerburga abb.

Heinricus f. eius dux Baioar. 28. 59. 32. 57. 191. 194. 22. 349. 66. 352. 354. 18. 608. 6. 613. 41. 626. 627. 630. 7. 632. 633. 637. 37. 640. 644. 36. 646. 33. ux. Gisela; lib. Heinricus imperator, Bruno episcopus, Arnoldus patriarcha, Gisela regina.

Heinricus frat. Cunigundis dux Baioar. 646. 64. 649. 5. 653. 59. 656. 17. 658—660. 662. 26. 672. 673. 677. 20.

Heinricus f. Welfi dux Baioar. 258. 10. 694. 63. 744 (ubi v. liberos). 763. 53. 764. ux. Wifhild.

Heinricus f. eius dux Baioar. 386. 516. 48. 744. 9. 765. 769. 9. 770. 41. 772—777. ux. Gertrud; frat. Adalbero 776. 15. filius:

Heinricus dux Saxonum Baioar. (et Suevorum 532. 51.) 398. 28. 404. 49. 406. 46. 410. 418. 419. 421. 434. 53. 514. 42. 516. 47. 517. 58. 520. 58. 532. 533. ux. Mathilde.

(Heinricus) dux Brabant. 441. 9. gener Robertus com. Atreb.

Heinricus Minor dux (Carent.) Baioar. 626. 62. 627. 630. 6. 632. 38. 633.

Heinricus II dux Carinthiae 220. 16. 735.

Heinricus dux Foroiul. v. Hericus.

(Heinricus) dux Lemburg. 435. 2. f. Walcrannus.

Heinricus f. Gisilberti dux Loth. 187. 604. 36. 605. 2.

Heinricus com. de Lintburg, dux Loth. 219. 50. 235. 236. 243. 2. 248. 21. 368. 30. 371. 40. 372. 387. 8. 481—483. 679. 55. 734. 56. 736. 68. 742—744. 747. 25. 750. 54. 751. 9. 757. 36. 765. 10. ux. Adelheid; f. Walrabo, Agnes; filia 679. 57.

Heinricus dux Lovan. 422. 36. 429. 430. 431. 39. frat. Autbertus.

(Henricus) dux Venetiarum 474. 52.

Heinricus f. Liuppoldi marchio Austriae 668. 46. 673. f. Adalbertus.

Heinricus Crassus march. Fresiae 225. 10. 721. 4. 734. 46. 737. 45. ux. Gerdrut; f. Richenza, Gerdrudis.

Heinricus march. de Hiburg f. Dedonis 225. 17. 247. 57. 697. 57. 738. 1. ux. Gerdrudis; filius:

Heinricus iunior march. de Hburch 738. 4. 759.

Heinricus f. Wigberti march. de Lusiz et com. Magd. 538. 37. 767. 28. 770. 16.

Heinricus marchio de Staden 720. 61. 721. 10. 724. 25. 726. 36. ux. Eupraccia.

Heinricus march. de Stadon 537. 42. 688. 23. 724. 33. 744. 748. 44. 751. 2. 759. 16. 761. 48. 766. 5. 767. 15. uxor Adelheid.

Heinricus march. de Suinfurt f. Bertoldi 29. 56. 192. 25. 193. 6. 626. n. 628. 57. 629. 1. 649—653. 655. 669. 25. 672. 675. 11. 679. 30. 687. 48. 692. 51. ux. Gerberga; lib. Otto, Iudith, Eilica.

(Heinricus marchio de Suinfurt) 679. n. ux. Beatrix; f. Conradus.

Heinricus com. pal. de Lacha 207. 45. 718. 728. 16.

Heinricus f. Godescalci princ. Abodrit. 694. 27.

Henricus comes de Ou 494. 21.

Henricus com. Aucensis 519. 17. 521. 57.

Henricus f. Tebaldi com. Campan. et Trec. 409. 43. 416. 48. 418—420. 433. 26. 499. 54. 500. 13 511. 24. 529. 31. 530. 52. uxor Maria; f. Maria; filius:

Henricus com. Campan. Trec. princ. militiae Hierus. 425. 428. 46. 429. 6. 434. 29. 435. 13. 513. 30. 530. 52. ux. Elizabeth.

Heinricus com. Limburg. f. Waleranni 387. 397. 18. 403. 4. 407. 46. f. Margareta.

Heinricus com. de Loufe 677. 1. uxor Ida; f. Adelheide; frat. Bruno arch. Trevirensis, Popo.

Heinricus com. Lovan. f. Lamberti 357. 48.

Heinricus com. Lovan. 697. 59. uxor Adela; f. Heinricus, Godefridus dux, Adalbero ep. Leodiensis, Ida.

Heinricus iunior com. Lovan. 367. 11. 399. 51. 400. 6.

Heinricus com. Namuc. 387. 2. 396. 2. 400. 406. 33. 418. 47. 424. 7. 425. 433. 21.

Heinricus com. Ratispon. 221. 47. 736. 2.

Heinricus comes de Suitfene 737. 54.

Heinricus Calvus com. Stadhensis 623. 661. 3. 679 17. 688. 10. 691. 10. uxor Iuditha; lib. Heinricus, Udo, Sigifridus, Cunegund, Hathui abb. Hesling.

Heinricus iunior com. Stadh. 623. 15. 626. 45. 637. 45. 639. 642. 62. 661. 679. 65. 691. 13. ux. Macthildis.

Henricus com. Walbic. f. Sigifridi 643. 655. 36. 667. 11. 679. 18.

Henricus com. de Warwic f. Rogerii 494. 24. 502. 7. f. Rotrod. ep. Ebroic.

Heinricus f. Suatopluk 746. 59.

Heinricus f. Welfi 764.

Heinricus de Catelenburh 647. 51. 691. 1. 692. 27.

Henricus dom. Filgeriarum mon. Saviniac. 499. 60.

Heinricus de Lechesmundi 713. 51.

Heinricus cum Capite, de Misna 753. 29. filius 760 16.

Heinricus de Rietbike 751. 9. 761. n.

Heinricus Raspo f. Ludovici com. Thur. 767. 8.

Henricus haereticus 501. 8.

Heiricus monachus 342. 52.

Heistolfus archiep. Mog. 570. 37. 572. 31. 573. 36.

Heithenricus abb. Wirdunensis 667. 672. 26.
Heldebad rex Ostrogotharum 130. 6.
S Helena imp. 169. 17. 182. 32. 339. 66. 391. 32.
Helena reg. Russ. ux. Wlademiri 615. 18. 665. 673. 65.
Heli v. Eli.
Helias abb. Coloniensis 356. 25.
Helias com. Cenomanniae 483. 49.
Heligenstad 680. 26. 740. 20.
Hella f. Attilae 127. 20.
Hellinus dapifer Flandr. 425. 49. 426. 48. 428. 39.
Helmana 622. 25.
Helmanstedi 664. 23. coen. S. Lindgeri 645. 43.
Helmgandus comes 169. 10. 565. 8.
Helmricus 626. 52.
Helmwardeshusen coen. 645. 50. 678. 7. 723. 48.
Helpethi 623. 48. 667. 21.
Hemericus cancellarius 387. 50.
Hemma regina uxor Ludovici Germ. 583. 52.
Hemma regina uxor Lotharii 618. 58. 644. 14.
Hemma duc. Boem. uxor Boleslai 645. 59.
Hemmezur 127. 39.
Hemming, Hemmung rex Dan. 170. 21. 337. 568. 569. 61.
Hemming iunior 570.
Hemmo mon. Hersf. ep. Halb. 575. 5. 576. 33.
Hemmo ep. Havelberg. 755. 10. 756. 30.
(de Hennenberg) Poppo 203. 22.
Henricus v. Heinricus.
Heraclianus com. Africae 134. 63.
Heraclius imp. 24. 25. 146. 13. 152. 153. 321—324. 368. 19.
(Heraclius) patr. Hierusal. 424.
(Heraclius) archiep. Lugdun. 513. 6.
Heraclonas imp. 25. 146. 15. 152—154. 324.
Herardus rex Angl. 361. 20. v. Edwardus.
Herbertus ep. Abrinc. 503—505. 511. 10.
Herbertus prior Fiscan. abb. Rames. ep. Teldford. 490. 52.
Herefort east. 493. 33. ep. Ricardus, Robertus, Gislebertus, Robertus, Robertus.
Herefort comitatus 504. 57. Herefordsire 484. 38. com. Rogerius.
Heregisus v. Aragisus.
Heremannus v. Herimannus.
Heresburch, Eresburg castr. 165. 40. 166. 1. 179. 50. 184. 55. 334. 348. 28. 558. 559. 561. 7. 593. 28. 601. 679. 47. coen. 572. 73.
Herestein 626. 51.
Heribertus, cf. Charibertus.
Heribertus archiep. Colon. 30. 1. 192. 2. 193. 353—355. 641. 60. 643. 5. 646. 650. 10. 654. 27. 656. 1. 657. 30. 667. 69. 671. 22. 672. 23. 674. 64.
(Heribertus) archiep. Mediol. 30. 25. 195. 38. 358. 8. 673. 29. 680. 681. 42. 684. 21.
Heribertus abbas 442. 3.
Heribertus presbyter 457. 27.
Heribertus f. Pipini com. Veromandi 572. 26. 589. 8.
Heribertus f. eius 173. 60. 181. 183. 20. 346. 62. 347. 8. 595. 56. 596. 35. 598. 45.
Heribertus frat. Conradi ducis 644. 22. 650. 66. 671. 20. f. Otto, Gevehardus.
Heribrandus mon. Affligem. 399. 57.
Hericus, cf. Ericus.
Hericus, Ericus ep. Havelb. 658. 65. 662. 663.
Hericus, Henricus, dux Foroiul. 162. 48. 168. 29. 335. 70. 336. 10. 563. 16. 564. 9.
Heridagus presb. Hamburgensis 565. 38.
Herigerus archiep. Mog. 28. 51. 29. 4. 175. 28. 180. 18. 184. 12. 594. 37. 595. 69.
Herigerus abb. Lobiensis 353. 37.
Herimannus, Heremannus, Hermannus.
Herimannus rex 205. 207. 3. 364. 33. 366. 28. 685. 20. 720—724.
Herimannus archiep. Colon. 345. 15. 586. 44. 588. 16. 590. 41. 595. 47.
Herimannus II. 30. 24. 32. 60. 195. 37. 357. 40. 359. 1. 680. 682. 51. 688. 690. 33.
Heremannus III. 211. 44. 218. 18. 366. 21. 368. 4. 726. 38. 732. 11.
Herimannus praepos. Halberst. archiep. Hamb. 679.
Herimannus ep. Augustensis 767. 51.
Herimannus ep. Babenberg. 199—201. 694. 15. 700. 28. 703. 3. 705. 38. 721. 37.
Herimannus ep. Camerac. 449. 51.
Herimannus ep. Metensis 272. 362. 38. 364—366. 718. 2. 726. 53.
Herimannus praepos. Colon. ep. Monast. 679. 19. 685. 32. 686. 5.
Herimannus praepos. Boleslav. ep. Prag. 731. 18. 733. 5. 746. 747. 749. 43. 756. 29. 758. 69.
Hermannus ep. Saresberiensis 490. 46.
Herimannus abb. S. Martini Tornac. 444. 13.
Hermannus Contractus 197. 58. 361. 544. 689. 10.
Herimannus presb. de Monte Oliveti 223. 26.
Herimannus dux Alamanniae 29. 184—187. 190. 19. 348. 550. 592. 35. 596. 33. 599. 62. 602—605. 607.
Herimannus f. Udonis dux Alam. 645. 14. 647. 649—652. 654. 48. filius:
Herimannus puer 654. 49. 664. 3. 668. 6.
Herimannus f. Ernesti dux Alam. 30. 28. 195. 43. 676. 51. 682. 25. socrus 681. 4.
Herimannus dux Saxonum (de Linneburh 648. 20. 681. 32.) 399. 23. 610—613. 617. 27. 620. 621. 623—625. 692. 51. 770. 3. lib. Bernhardus, Liudiger, Machtild, Suanehilda; frat. Amalungus ep. 615. 61.
Herimannus marchio f. Ekkihardi 637. 36. 638. 657. 661. 662. 9. 667—669. 673. 17. 678. 12.
Hermannus de Wincenburch com. Thur. et marchio Misn. 538. 747. 48. 751. 40. 753. 47. 755. 5. 756. 34. 767.
Herimannus marchio f. Bertholdi, mon. Clun. 201. 49.
Herimannus com. palatinus 723. 41.
Herimannus com. Brab. v. Hethelo.
Herimannus com. de Calverla, uxor Ethelinde, f. Herimannus 721. 7.
Herimannus de Cavelage, Calvelage 751. 9. 766. 8.
Herimannus com. de Hildesleve f. Milonis 685. 23.
Herimannus com. Magd. 739. 3. 755. 20. 761. 43. f. Richardis.
Herimannus com. Mont. 433. 14. uxor Richelde.
Herimannus com. orient. Franc. 31. 29. 197. 31. 690. 48.
Herimanni (com. Werle?) filii 674. 27.
Herimannus com. f. Gerbergae 671.
Herimannus com. Werle f. Rodulfi 676. 56. 720. 59. ux. Richenza; f. Oda.
Herimannus f. Conradi com. Werle 728. 1.
Herimannus com. f. Bernhardi ducis 203. 20. 692. 55 699. 700. 10. 713. 55. 724. 5.
Herimannus com. frat. Arnulfi ep. 657. 62.
Herimannus f. Hezzelonis 399. 27.
Herimannus de Kue 768. 32. 770. 29.
Herimundus Amalus 122. 124. 125. 58. 129. 17.
Heriold v. Hariold.
Herispich 586. 35.
Herispous rex Britonum 340. 341. 549. 15. 577. 579. 69. 580. 3.
Heristal ad Wisaram 168. 38. 563.
Heristellium v. Harstalium.
Herius ins. 461. 10. 477. 26. abb. Philibertus.
Herivens archiep. Rem. 181. 54. 591. 13 (Hireneus). 594. 1.
Herivord. abb. Mahthild.
Heriwardus abb. Gemblacensis 391. 35.
Heriwigus Aquitanus 161. 12.
Herleva mater Will. regis 478. 35.
Herluinus v. Erluinus.
Herlus rex Gothorum 121. 50.
Hermangisus marchisus 32. 24.
Hermeacensis episcopatus, Norvicensis 490. 48.
Hermenricus, Ermenricus, rex Gothor. 23. 122—125. 130.
Hermenricus archiep. Bulgarum 579. 61.
S. Hermetis reliquiae 340. 5.
Hernach f. Attilae 127. 28. 310.
Heroldus archiep. Salzburgensis 613. 43. 615. 4.
Heroldus comes 170. 54. 570. 69.
Herolfesfeld, Heresfeld, Herveldia 574 — 576. 594. 5. 625. 49. 699. 57. 724. 21. abb. Bun, Thiethardus ep. Hildeshemensis, Hagano, Guntherus, Egilolfus, Robertus, Bernharius, Godehardus ep. Hildeshemensis, Arnoldus, Bardo archiep. Moguntinus, Rodulfus episc. Padrebrunnensis, Meginher, Hartwich archiep. Magdeburgensis; scolarum mag. Albewinus abb. Nienburgensis; mon. Hemmo. ep. Halb.
Herrandus abb. Ilseneburg. Iniusburg. ep. Halberst. 698. 17. 724. 29. 726. 50 (qui et Stephanus). 733.
Herse, abb. Beatrix 776. 11.
Herseveld, Rossenvelde castr. coen. opp. 623. 17. 627. 43. 639. 27. 661. 4. 724. 735. 1. 743. 70. abb. Werinher.
de Hertbike et Mesburge, Ekbertus 685.
Heruli (vel Heveldi 631. 8.) 120. 123. 125. 128. 138. 139. 141—143. reg. Rnodolfus, Marieus, Odoacer, Grethes.
Hervens episc. Heli 484. 35. 489. 21. 490. 15.
Hervens de Villa Pirosa abb. Mai. Mon. 527. 21.
Hervens vicecom. Leon. 516. 27. 517. 49. f. Gnihummarus.
Hervens f. Gnihummari 527. 31.
Hervens de Iven 518. 45. 519. 29.
Hesdiniensis eccl. S. Georgii 394. 31. comitatus 428. 24. 441. 9.
Heslehurh civitas 632. 29.

Heslinge eccl. S. Viti 623. abb. Wendilgard, Hathui.
Hesperia 417. 31.
Hessi v. Hassi.
Hesso scholasticus 255. 11. 755. 58.
Hesti 123. 28.
Hethelo, Hezcelo, Herimannus com. Brabantiae 355. 21. 399. 670. 63. 681. 37. f. Herimannus, Berthildc.
Hetilo praepos. Goslar. ep. Hild. 689. 59. 717. 1.
Hetti archiep. Trevir. 575. 48.
Hevelli 182. 57. 596. Heveldi vel Heruli 631. 8.
Heveldun 662. 4. vel Stoderania 641. 40.
Hibernia 117. 28. 213. 22. 307. 60. 320. 35. 321. 9. 324. 43. 327. 19. 329. 59. 403. 17. 413. 40. 505. 8. 520. 521. 524. 53. 534. 47. 570. 8. 596. 36. 608. 62 (Irland). 729. 13. reg. 694. 57. 695. 3. Philtan. archiep. Livinus, Patricius, Malachias, Christianus; cf. Duvelina; episcopi 500. 30.
Hicil com. de Oberensteinveld 689. 56.
S. Hidda ux. Christiani 619. 10. 623. 62. 624.
Hidesleve coen. v. Hildesleve.
Hicmeleva castellum 183. 47. v. Mimilewa.
S. Hieronymus 22. 23. 19. 33. 35. 53. 55. 3. 97. 13. 112. 57. 131. 8. 133. 70. 135. 4. 273. 6. 302. 304—307. 327. 49. 406. 480.
Hierosolima, Ierusalem 117. 17. 199. 207—225. 251. 265—267. 320. 39. 322—324. 335. 36. 353. 54. 355. 24. 361. 362. 5. 367. 368. 375. 379. 380. 51. 389. 49. 390. 43. 392. 395—398. 400. 37. 403. 406—410. 415—417. 424. 425. 429. 440. 444. 16. 453—455. 464. 67. 466. 471. 47. 487. 489. 497—499. 506 - 510. 514. 515. 519. 520. 59. 525—527. 534. 49. 570. 40. 619. 11. 667. 689. 47. 694. 707. 6. 727—737. 741. 754. 43. claves et vexillum 564. 43. antemurale 212. 46. cf. Areuna, Calvaria, David, Golgatha, Hospitale, S. Lazari, Moria, Olivetum, Salomonis, Sepulcrum, S. Stephani, Syon; Hierosolimitani 368. 729. 52. iter 730. versus de capta H. 479. 55. reg. Godefridus, Balduinus, Balduinus, Fulco, Balduinus, Amalricus, Balduinus, Balduinus, Wido, (Conradus, Henricus,) Iohannes; patr. Thomas, Orestes, Theophilus, Nikiforus, Sophronius, Euchimius, Simeon, Daibertus, Ebremadus, Gibelinus, Arnulfus, Gormondus, Wilhelmus, Fulcarius, Heraclius, Rodulfus.
Hierusalem vel S. Crucis card. Gerardus papa.
Hilarius papa 137. 11. 311.
Hilarius ep. Arelatensis 308. 8.
Hylarius episc. Cicestr. 458. 4. 504. 27. 518. 33. 519. 8.
Hilarius ep. Pictav. 22 45. 119. 8. 303. 64.
S. Hilarii eccl. Pictavis 517. 16.
de S. Hilario, Iacobus, Hasculfus.
Hilde-, Hildi-, Hilti-, Ilde-, Hille-.
Hildebaldus archiep. Colon. 570. 24.
Hildibaldus ep. Worm. 636. 45. 637. 14. 641. 63.
Hiltibertus abb. Fuld. archiep. Mog. 29. 4. 184. 185. 33. 598—600. 603. 56.
Hildebertus, Ildebertus ep. Cenom. 483. 40. 487. 62.
Hildebertus abb. S. Audoeni 478 15.
Hildeboldus, Hilliboldus, abb. Magd. 210. 56. 247. 50. 622. n. 732. 12.
Hiltibrandus archidiac. eccl. Rom. 198. 50. 702. papa Gregorius VII.
Hiltibrandus, Hilterandus, Hildeprandus, dux Spoleti 166. 37. 331. 40. 334. 58. 559. 63. 561. 61.
Hildefonsus v. Adefonsus.
Hildigarda ux. Karoli M. 27. 15. 163. 165—167. 560. 570. 16.
Hiltegart regina 28. 4. 173. 56. 576. 53.
Ildigarde f. Ludovici iun. 589. 39.
Hildegarde abb. apud Bingios 4. 4.
Hildegard ductrix 661. 60.
Hiltegardis 551. 26.
Hildigarius archiep. Col. 159. 62. 555. 65.
S. Hildegrimus ep. Catalaun. Halberst. 560. 565. 25. 567. 26. 573. 57. 645. 44.
Hildegrimus iunior ep Halb. 576. 35. 577. 3. 586. 48.
Hildericus, Hildricus, Heldericus.
Hildericus f. Merovei rex Franc. 116. 14. 136. 68. 310—312. 555. 38.
Hilderieus II. 118. 155. 34. 325. 326. 555. 47.
Hilderieus III. 26. 56 118. 159. 160. 8. 178. 72. 331. 332. 554. 555.
Heldericus rex Wand. 24. 20. 136. 60. 137. 139. 28. 315.
Hildericus ep. Havelberg. 636. 49. 653. 658.
Hildiwardus, Hilliwardus ep. Citic. 659. 35. 663. 669. 15. 677.
Hildiwardus ep. Halberst. 621. 622. 627. 47. 628. 9. 631. 34. 633. 65. 636—638. 640. 653. 44.
Hildegesburch 766. 14.
Hildenesheim 538. 44. 574. 40. 602. 16. 647. 45. 676. 35. 694. 6. 739. 39. episcopatus 560. 14. 571. 634. eccl. maior 576. 664. 52. 682. 14. eccl. S. Andreae, S. Caeciliae, SS. Cosmae et Damiani, S. Gotehardi, coen. Ascensionis, S. Crucis, S. Mariae, S. Mauricii, S. Michaelis; episc. Guntarius, Reinbern, Ebbo, Altfridus, (Liudolfus,) Marquardus, Wigbertus, Walbertus, Schardus, Thiethardus, Otwinus, Osdag, Gerdag, Bernwardus, Godehardus, Thietmarus, Azelinus, Hetilo, Uto, Bruning, Bertoldus, Bernhardus; vicedom. Bernhardus.
Hildesleve coen. 644. 33. 748. 47. abb. Alvericus; com. Herimannus, Otto.
Hildiernus abb. Lirensis 497. 64.
Hildolfus praepos. Goslar. archiep. Col. 201. 23. 203. 44. 712. 57. 714. 8.
Hildolfus ep. Mantuanus 677. 29.
Hilduinus el. Leod. ep. Veron. archiep. Mediol. 346. 39. 347. 595. 32. 596. 63.
Hilduvinus, Hiltwin, abb. S. Dionysii el. Colon. 172. 3. 338. 28 573. 42. 581.
Hildulfus dux 328. 39.
Hildwardeshusen coen. 645. 51.
Hilinones 337. 10.
Hilli- v. Hilde-.
Hilliricort 508. 61.
Hilpericus com. de Ploceke marchio f. Theoderici 688. 724. 32. 737. 56. 749. 50. 754. 55. 755. ux. Adela; f. Bernhardus, Conradus.
Hilseldunum 415. 35. cf. Isoldunum.
Hilti- v. Hilde-.
Hiltine ep. August. 183. 64. 596. 20.
Hiltrude mat. Thassilonis 159. 62. 555. 5.
Hiltruda f. Karoli M. 163. 33. 560. 56. 562. 67.
Hincmarus archiep. Rem. 340. 16. 343. 25.
Hionna fluv. 587. 28. cf. Icauna.
Hirmindrud f. Ludov. Balbi 32. 176. 11.
Hirminigaldus v. Erminigild.
Hirsaugia 1—3. 574. 8. 688. 1. ordo 210. 56. 622. 55. 732. 13. abb. Gebehardus ep. Spirensis, Bruno, Volmarus; mon. Ekkihardus, abb. Uraugiae.
Hisces amiras 331.
Hispalis 24. 52. 307. 17. ep. Leander, Isidorus.
Hispania 22. 27. 10. 116. 117. 26. 119. 30. 125. 128. 17. 129. 18. 131. 135. 144. 49. 161—163. 166. 28. 170. 7. 254. 2. 318. 58. 351. 42. 361. 12. 449. 18. 460. 467. 4. 559. 566. 567. 570. 6. 605. 25. 728. 53. 741. 44 citerior 453. 51. Portigalensis 534. 28. Hispaniarum legati 242 1. 745. 41. regna 230. 31. imp. 497. 41. 503. 32. reges 426. 41. rex 474. 31. cruciferi 367. 23. cf. Arragon, Castella, Galicia.
Hyspania, pars Syriae 209. 51. 216. 42.
Histriones 30. 50. 196. 4. 248. 8. 687. 14.
Hizo ep. Pragensis 678. 35.
Hliuni locus 563. 8.
Hochseoburg 159. 6. 331. 45. 554. 14.
Hoctar rex Hunorum 124. 22. 302. 27.
Hodenburh castellum 568. 4.
Hodierna f. Davidis regis 488. 44.
Hodo, Odo, marchio 624. 28. 631. 35. 635. 36. 644. 22. 678. 19. f. Sigifridus.
Hodo marchio f. Thietmari 678. 8.
Hoellus com. Britanniae 505. 24.
Hoenloch, Albertus ep. Wircib. 550. 35.
Hogerus de Mannesfeld 248. 43. 750. 26. 751. 12.
Hogis silva 512. 18.
Hohcburi 170. Huobbuki 567. 60 568. 41.
Hohcstein 205. 1. 720. 49.
de Hohenburg comes, Conradus.
Hoico comes 633. 13.
Hoierus archiepisc. Bremensis 592. 30. 593. 43.
Hoium, Huyum opp. *Huy* 359. 39. 459. 6.
Holcete 630. 55.
Holcinesleve villa 699. 38.
Holdae 123. 19.
Holdunsteti 169. 52. 565. 41.
Holin locus 438. 32.
Hollant 261. 11. 262. 11. 759. 11. 760. 50. comites Florentius, Theodericus, Willekinus.
Holthusen 681. 57.
Homeritae 141. 30.
Hommensis abb. Hugo 513. 28.
Honoratus archiep. Mediol. 143. 56.
Honoricus, Hunericus rex Wand. 23. 69. 129. 13. 136. 62. 138. 33. 312. 313.
Honorius papa 153. 54. 322.
Honorius II papa 443—446. 450. 22. 457. 4. 462. 15. 465. 1. 488. 50 (Odo ep. Host.). 489. 54. 537. 538. 32. 761. 42. 765. 45. 766. 770. 19. cf. Lambertus.
Honorius III papa 437. 439. 49 (Sinchius). 440. 468.
Honorius imp. 23. 125. 132. 134. 135. 301. 304—307.
Hora, Ora fluv. 166. 44. 560. 2. cf. Ara.
Horheim, Orheim 159. 22. 554. 71. 560. 2.
Horismund rex Ostrogoth. 303.
Hormensul 334. 16. cf. Irmensul.
Hormisda papa 139. 314.
Hornaburch v. Arneburg.
Hornburg cast. ad Ilsam 247. 12. 685. 750. de H. Conradus.
ad Horrea coen. S. Mariae 589. 65.
Horsedal 611. 35.
de Hosa, Osbern 535. 17.
Hosmundus Nortmannus 560. 31.
Hospitale Hierus. 218. 13. milites 424. 37. 428. 46. fratres 450. 57. magist. Gaufridus; praeceptor Willermus.

S. Hospitius 319. 36.
Hostate v. Ostada.
Hostia domiuici corporis 531.
Hotmen amiras Sarac. 324. 325.
Hotrad abbas Mersburg. 628. 68.
Houthen villa 438. 32.
Hovela villa 456. 36.
Hoylon villa 400. 42.
Hrethrius v. Retharius.
Hubaudus, Humbaldus ep. Ost. 420. 531. papa Lucius III.
(Hubaldus) ep. Cremon. 680. 41. 681. 6.
Hubaldus mon. Elnonensis 347. 36.
Hubaldus musicus 342. 53.
Hubertus, Huebertus, Humbertus.
Hubertus card. episc. Praenest. 703. 1. 708. 51.
Humbertus card. episc. Silvae Candidae 359. 46. 360. 4. 688. 49. 689. 6.
Humbertus archiep. Brem. 738. 21.
Hubertus archidiac. Bituric. archiep. Mediol. 423. 35. Imbertus 535. 8. papa Urbanus III.
Humbertus ep. Luxov. 495. 4.
S. Huebertus ep. Tungr. 328. 43. 329. 26. 331. 10. 338. 22. 391.
Humbertus ep. Wirzib. 27. 65
Humbertus diaconus 196. 58. 689. 25.
Hugbertus abbas et dux 340. 61. 577. 1. 579. 55.
Humbertus march. Tusciae f. Hugonis 32. 176. f. Hugo (Humbertus f. Berthae; f. Hermangisus 32. 20.) Opertus 615. 28.
Humbertus com. Moriennae f. Amati 520. 11. 521. 26.
S. Hugberti coen. v. Andagium.
S. Humberti Maricol. abbas 442. 25. Nicolaus 419. 20.
Huculvi locus 560. 63.
Hugardis, Huguardis villa 355. 7. 662. 32.
Hugo Thiedericus rex Franc. 555. 41. v. Theodericus.
Hugo rex Franc. 351—353. 618. 33. 627. 57. 633. 42. 634. 638. 56. lib. Robertus, Hathui.
Hugo rex Italiae com. Arelat. 32. 176. 14. 181. 21. 183. 22. 187. 188. 347—349. 550. 16. 596. 598. 17. 603. 606. 45. 607. ux. Alda, Wendelmoda; f. Lotharius, Hubertus.
Hugo f. Lotharii imp. 32. 176. 9.
Hugo f. Ludovici Germ. 584. 62.
Hug f. Lotharii regis 343. 585. 586.
Hugo Magnus f. Henrici reg. Gall. 213. 31. 367. 32. 472. 482. 7. 730. 31. 731. 36. f. Radulfus, Simon ep. Noviomi.
Hugo Petri Leonis card. 524. 47.
Hugo diac. cardinalis 418. 25.
Hugo archiep. Col. 386. 37. 773. 15. 774.
Hugo archiep. Dolensis 511. 46.
Hugo archiep. Lugdunensis 463. 43.
Hugo archiep. Remorum 187. 52. 349. 22. 606. 69. 607. 20.
Hugo f. Karoli M. 163. 36. 564. 26. archiep. Rotom. mon. Gemmetic. 477.
Hugo abb. Rediug. archiep. Rotomag. 465. 489. 62. 491. 55. 493. 25. 496. 51 (epistola). 498. 35. 503—505. 514. 26.
(Hugo) archiep. Senon. 517. 56.
S. Hugo prior Cartus. ep. Gratianopol. archiep. Vienn. 450. 55. 459. 30. Vita 459. 31. 472. 36.
Hugo ep. Autisiodor. 451. 55. 455. 18.
Hugo episc. Ciceusis 622. 47. 630. 30. 636. 46.
Hugo II ep. Ciceusis 644. 51. 649. 41.
Hugo de Puisat ep. Dunelm. 503. 39. 504. 23. 519.
Hugo decan. Aurelian. episc. Landun. 445. 27. 447. 38.
Hugo ep. Noviomensis 399. 36.
Huc episc. Wirziburg. 29. 50. 191. 51. 634. 44.
Hugo abb. Cerasii 516. 39.
Hugo abb. Clun. 237. 15. 393. 12. 395. 11. 399. 54. 483. 42. 709. 65. 743. 31.
Hugo II prior Marciniaci abb. Clun. 485. 54.
Hugo III prior Claustr. abb. Clun. 409. 53. 506. 44. 512. 30.
(Hugo IV) de Claro Monte abb. Clun. 534. 51.
Hugo abb. Fuld. 588. 45.
Hugo mon. Tironis abb. Homm. Certes. Latiniaci 513. 27.
Hugo abbas Magdeb. 255. 49. 756. 1.
Hugo abb. Praemonstrati 450. 17.
Hugo abb. de S. Salvatore Constant. 503. 55.
Hugo de Paens mag. mil. Templi 489.
Hugo archidiac. Atrebat. 442. 21.
Hugo dec. Camerac. 393. 48. 419.
Hugo Paris. S. Victoris canon. 392. 16. 484. 56. 495. 50. 452. 5 (liber de sacramentis). 459. 50.
Hugo dux et abbas 343. 38. 580. 18. 584. 47. 586.
Hugo dux f. Ruotperti, com. Paris. 173. 58. 175. 26. 180—183. 187. 349. 351. 3. 353. 3. 595. 5. 601. 12. 605—607. 614. 42. 618. ux. Hathui; f. Hugo rex.
Hugo dux Burg. 420. 38. 424. 11. 428. 45. 430. 15. 519. 58. 525. 51. f. Odo.
Hugo marchisus f. Huberti 32. 354. 12. 636. 11.
Hugo Bigoth, Bigog, comes 492. 25. 496. 38. 506. 33. 523. 47. 525. 29. f. Rogerius.
Hugo com. Cestriae f. Rannulfi 503. 25. 519. 40. 521. 35. 522.
Hugo com. Estanglc 494. 42.
Hugo Candavena (com. S. Pauli) 459.
Hugo Canna Avenae, Candavena, Campus Avenae f. eius 384. 2. 457.
Hugo IV com. S. Pauli 418. 48. 420. 24.
Hugo com. de Reitesta 377. 14. f. Balduinus II rex Hierosol.
Hugo com. Turon. 171. 31. 568. 30. 570. 56. 576. 3.
Hugo f. Radulfi comes Viromandi 500. 40. v. Radulfus.
Hugo f. Sulpicii de Ambazia 511.
Hugo de Bellocampo 507. 2. 522. 2.
Hugo de Dagesburh 760. 19.
Hugo de Gornaco 493. 10. 496. 25. 501. 25.
Hugo de Laci 522. 2.
Hugo de S. Maura 521. 55.
Hugo de Montfort 487. f. Robertus.
Hugo de Montfort f. Roberti 527. 4.
Hugo de Mortuo Mari 504. 51.
Hugo de Novo Castello 501. 35. 517. 49. 522. 49.
Hugo de Orsi castell. Camerac. 420 21. 426. 11.
Hugo de Silleio 577. 6.
Hugo (de Tubingen) 203. 8.
Hugo f. Gervasii 487. 13.
S. Hugonis reliquiae 441. 48.
Huguardis villa 355. 7. 662. 32.
Huiusburg. coen. 698. abb. Herrandus ep. Halb. Ekkihardus.
Huldinus dux Hunorum 134. 22.
Humbertus v. Hubertus.
de Humet, Richardus, Ingerrannus.
de Humez, Rogerius archiep. Dol.
Hundeus rex Normannorum 344. 20.
Hunfridus archiep. Magd. 196. 63. 677. 27. 679. 2. 688.
Hunfredus de Bohun praepos. 532. 8.
Hunfredus princ. Normannc 439. 38. f. Abaielart.
Huui, Uni 22. 23. 27. 28. 119. 123—127. 130—136. 139. 142. 143. 146. 162. 163. 179. 301 sqq. 562—564. 568. 42. 578. 28. reg. Attila, Bleda, Cacanus, Diuzich, Gorda, Hellac, Hernach, Hoctar, Huldinus, Iugurrus, Mauzuch, Ruas, Rugila, Suptar, Valamber, Zeliobes; cf. Ungarii.
Hunimund rex Ostrogothorum 122. 124. 11. 303.
Hunoldus praepos. Halberst. ep. Mersb. 680. 13. 684. 49. 688.
Hunoldus dux Aquit. 158. 46. 161. 39. 165. 331. 333. 59. 334. 8. 553. 42. 558.
Hunricus abbas 167. 30. 561. 31.
Hunsiem 773. 28.
Huntendonesire 484. 37. 488. 43. 506. 28. comites Simones.
Huocwar piscatio 572. 55.
Huodingas, *Öttingen* 585. 2. 590. 30.
Huodo abb. Fuld. 576. 50. v. Thioda.
Husward presbyter 645. 32.
Huvili (*Berg*) com. Adulfi.
Huxeri villa 572. 53.
Huyum v. Hoium.
Huzmannus ep. Spir. 726. 52. 719. 42.
Hydac abb. Petrus 524. 30.
Hyliriacum monasterium 333. 19.
Hyperborea loca 135. 25.
Hypogothae 135. 26.
Hysa fluv. *Oise* 415. 24.
Hysenbertus 474. 10.

I.

S. Iacinctus martyr 351. 46. 637. 11.
Iacinctus diac. card. S. Mariae in scola Graeca 426. 54. papa Celestinus III.
Iacobus clericus de Venecia 489. 66.
Iacobus de Avesnis 414. 48. 415. 420. 24. 423. 425. 48. 427. 46. 428.
Iacobi de S. Hilario filia 525. 11.
S. Iacobus in Gallicia 389. 11. 446. 28. 451. 30. 473. 19. 504. 20. 521. 35. archiep. 432. 41.
S. Iacobi. coen. Leodii 355. 11. abb. Olbertus.
S. Iacobi Wirciburg. abb. S. Macharius; mon. David.
S. Iacobi et S. Wigkerti coen. in villa Quidelingensi 621. 53.
S. Iacobi castrum 522. 25.
Iadera v. Zara.
Ianua v. Genua.
S. Ianuarius 636. 60.
Iarizlaus rex Russorum 673. 674.
Iarnagen de Roca 526. 5.
Iaromir f. Boleslai 646. 650. 38. 654—657. 662. 664. 13. 665. 56. 681.
Iaromir f. Bracislai v. Gebehardus.
Ibba comes 314. 10.
Ibe epistola 317. 11.
de Ibera, Galerandus 521. 54.
Iberus fluvius 162. 68. 566. 72. 568. 11.
Ibiuanga rex Saracen. 168 35. 563. 36.
Ibnalarabi 559. 42.
Ibo comes 612. 20.
Ibor dux Langob. 142. 301. 312.
Ibor campus 561 63.

Ibreii turris 525. 47.

Icauna 532. 34. Ilionna 587. 28.

Iconium, Yconium 453. 32. 527. 55. Iconienses Saraceni 422. 46. soltani 431. 19. 530—532. Solimannus.

Ida mon. Quideling. 698. 16.

Ida ductrix ux. Liutolfi 187. 60. 607. 634. 6.

(Ida) marchisia 221. 51. 736. 4.

Ida ux. Eustachii com. Bolon. 366. 51. 377. 12. 400. 7. 707. 7.

Ida ux. Heinrici com. de Loufe 677. 1.

Ida ux. Balduini com. Mont. 394. 5. 433. 17.

Ida ux. Brunonis com. Querf. 658. 745. 31.

Ida Querfurt. ux. Lutarii 658. 36. 745. 33.

Ida ux. Gevezonis, Meinhardi, Kizonis 685. 13.

Idacius ep. Lemicae 313. 7.

Iesse ep. Ambianensis 169. 39. 365. 8.

Iggelhertus mon. Affligem. 400. 2.

Igniacum d. Rem. 409. 40. abb. Gaufridus.

Ignis divinus, sacer 213. 51. 366. 375. 381 — 383. 387. 21. 395. 16. 428. 15. 472. 483. 43. 484. 27. 499. 47. 559. 11. 729. 24. 766.

Ignis sacer Hierosol. 417. 30.

Ignis Graecus, marinus 326. 51. 347. 61. 348. 27. 602. 29. 603. 45.

Ignis Graecus i. e. olla Vulcani 631. 20.

Iherosolima v. Hierosolima.

Ilbertus de Laci 493. 42.

Ildehoch v. Childeoc.

Ilburg, Iliburg 225. 22. 661. 59. 662. 68. 760. 9. marchiones Heinricus I, II; comes Fridericus.

Illehere monachus 555. 60.

Illyricum 180. 55. 418. 53.

Ilseneburg coen. 726. 1. 733. 9. 739. 37. abb. Herrandus ep. Halberstadensis, Otto, Martinus, Lambertus ep. Brandeburgensis.

(Imad) ep. Paderbrunnensis 701. 51.

Imbertus v. Hubertus.

Imerus ep. Tusculanensis 409. 1.

Imilebi v. Mimilewa.

Immedeshusen 667. 70. 668. 14.

Immid, Immod 32. 53. 183. 24. 226.

Immidingi 226. 2. 738. 40.

Immo comes 603. 37. 605.

Immula v. Irmengard.

Imperialis potestas 168. 57.

Inanxi 123. 18.

Inci castellum 397. 29. 408. 48.

Inda coen. d. Leodiensis 340. 5. 343. 8. 585. 33.

Ine rex Westsesxe 485. 8.

Ine, Ein fluv. *Inn* 28. 49. 175. 23. 593. 7.

Ingelenheim, Engelenheim, Hengelenheim 30. 50. 163. 25. 167. 43. 187. 6. 196. 3. 231. 3. 232. 371. 4. 558. 65. 561. 51. 567. 31. 574. 43. 575. 3. 607. 15. 609. 614. 66. 615. 4. 618. 24. 626. 627. 45. 634. 18. 638. 45. 672. 21. 673. 33. 679. 47. 684. 22. 687. 14. 742. 4.

Ingelbaudus archiep. Turonensis 505. 53.

Ingelburge uxor Philippi regis 430. 431. 433. 32. 435. 32. 436.

Ingelmarus abb. Bergensis 440. 51.

Ingelrannus ep. Laudun. 445. 23. 471. 35.

Inger rex Russorum 347. 58. 602. 26.

Ingerrannus princ. Flandrensis 470. 28. f. Andracus.

Ingerrannus, Emorrannus de Humet 529. f. Richardus.

Ingerannus Patric 523. 12.

Ingunde ux. Erminigildi 144. 50. 319. 43.

SS. Innocentes 441. 46.

S. Innocentia 338. 16.

S. Innocentius papa 23. 10. 134. 47. 305. 391. 18.

Innocentius II (Gregorius de S. Angelo) 383—388. 390. 14. 446. 450—452. 457. 462. 465. 472. 489. 55. 490. 495. 496. 58. 505. 31. 537—539. 766—768. 770. 773—777.

Innocentius III (Lotharius) 434—436. 439. 466—468. 474.

Innocentius III antipapa 418.

S. Innocentii mart. reliquiae 348. 56. 514. 59. 600. 61. 601. 4 637. 1. 712. 60. cf. Anastasii.

S. Innocentii p. reliquiae 175. 6. 179. 18. 340. 56. 577. 7.

Insignia v. regalia.

Insula, *Lille* 437. 441. 48. Lilense hominagium 428. 25.

Investiturarum episcopalium ius 241. 46. 244. 25. 255. 22. 259. 5. 260. 12. 372—374. 377. 378. 448. 58. 471. 40. 483. 484. 745. 748. 757. 758. privilegium 245. 12. 246. 250. 251. 374. 749. 752.

Iocelinus v. Goscelinus.

Ioculatores 30. 50. 95. 58. 196. 4. 248. 8. 687. 14.

Iohanna papissa 340. 67. 470. 55.

Iohanna regina Siciliae 406. 45. 514. 55. 525. 8. 526. 41. 532 41.

Iohanna Flandrensis, uxor Fernandi de Portu Galli, Thomae de Sabaudia 437—441.

Iohannes I papa 24. 129. 139. 315.

Iohannes II Mercurius 139. 315.

Iohannes III. 24. 141. 143. 318.

Iohannes IV. 153. 154. 323.

Iohannes V. 25. 155. 327.

Iohannes VI. 25. 156. 328.

Iohannes VII. 25 26. 156. 329.

Iohannes VIII. 173. 341 — 344. 581. 582. 584. 585.

Iohannes IX. 174. 345. 590. 19.

Iohannes X. 346 347. 593. 43. 595. 67.

Iohannes XI. 347. 597. 54.

Iohannes XII (Octavianus 184. 23. 354. 6.) 189. 35. 190. 43. 350. 614—619.

Iohannes ep. Narn. papa XIII. 184. 26. 191. 2. 351. 616. 6. 618—623.

Iohannes XIV. 630. 11.

Iohannes XV. 633. 40.

Iohannes XVI. 641. 15.

Iohannes XVII. 652. 53.

Iohannes XVIII. (Phasianus 658. 19.) 652. 54.

Iohannes XIX. 356. 677. 18.

Iohannes XXII. 444. 42.

Iohannes (Tzimisces) imp. 351. 624.

Iohannes (Comnenus) imp. 452. 22. 486. 17. 495. 33. 540. 27. 769. 46.

Iohannes rex (dictus Sine Terra 406. 44. 439. 51. 584. 46.) 431. 34. 435. 436. 438. 28. 439. 466—468. 474. 57. 516. 43. 520. 15. 524. 35. 526. 38.

Iohannes Blake rex Bulgarum 438. 35. 474. 38.

(Iohannes) rex Hierusal. 468. 42.

Iohannes Crisostomus 304. 305. 308. 531. 48.

Iohannes card. ep. Portuensis 155. 13.

Iohannes archidiac. eccl. Rom. 615. 617. 43.

Iohannes Cremonensis card. 488. 35.

Iohannes Paparo card. 500. 31.

Iohannes card. de S. Martino 409. 2.

Iohannes card. S. Pauli 436.

Iohannes cardinalis 533. 53.

Iohannes patr. Aquileg. 662. 49.

Iohannes patr. Veneticus 246. 27. 750. 1.

Ioannes Commin archiepisc. Duveline 533. 12.

Iohannes ep. Pictav. cl. Narbon. archiep. Lugdunensis 532. 29.

Iohannes Calabrit. archiep. Placent. 636. 44. 640 — 642.

Iohannes archiep. Ravennas 632. 8.

Iohannes ep. Batensis 487. 5.

Iohannes ep. Bircensis 698. 34.

Iohannes ep. Caietanus 250—253. 377. 486. 35. 487. 25 (cancell.). 752. 754. papa Gelasius II.

Iohannes dec. Atrebatensis ep. Cameracensis 427. 35. 428. 9. 431. 2. 433. 37.

Iohannes Salesberiensis ep. Carnotensis 525. 4. 529. 42 533. 7.

Iohannes de Neelfa archid. Lexoviensis ep Cestriensis 534. 37.

Iohannes ep Cicestrensis 529. 36.

Iohannes f. Lucae ep. Ebroic. 530. 50.

Iohannes ep. Luxov. 494. 62. 495. 3.

Iohannes mon. Sag. ep. Man. 500. 35.

Iohannes ep. Moraviae 695. 46. 702. 724 9.

Iohannes ep. Morinorum 439. 2. 450. 26.

Iohannes Oxenefordie dec. Salisburg. ep. Norwicensis 524. 32.

Iohannes thesaur. Eboracensis ep. Pictavensis 512. 41.

Iohannes archid. Cantuariensis ep. Rovecestriensis 488. 34. 489. 23.

Iohannes ep. Sagiensis 487. 62. 496. 29.

Iohannes ep. Scottiae 692. 32. 694. 22.

Iohannes ep. Spirensis 226. 19. 726. 52. 738. 50

Iohannes capellanus abbatis Fuld. episcopus Sutr. 773. 42.

Iohannes ep. Tungrensis 322. 62.

Iohannes ep. Wigorniensis 504. 26.

Iohannes ep. Wrotizlawensis 644. 60.

Iohannes abb. de Alciaco 440. 46.

Iohannes abb. S. Amandi 419. 20.

Iohannes abb. Ballenstidensis 760. 37.

Iohannes abb. de S. Bertino 440. 45.

Iohannes abb. Strumensis 417. 53. 418. 14. cf. Calixtus.

Iohannes praepos de Eversham 440. 48.

Iohannes praepos. Formiselensis 440. 47.

Iohannes archidiac. Camerac. 442. 22.

Iohannes Gallicus scholast. Wirceburgensis 551. 48.

Iohannes diac. auctor Vitae S. Gregorii 341. 56. 581. 40.

Iohannes mon. Thebaidae 23. 4. 132-134.

Iohannes Romanus mon. S. Sabe, abb. S. Mariae, mon. Becci 501. 4.

Iohannes comes Aucensis 494. 21. 519. 16. f. Henricus.

Iohannes comes Brit f. Petri 440. 52.

Iohannes com. Pontivi f. Guidonis 418. 48. 515. 19. 517. 42 520. 27.

Iohannes com. Sagiensis f. Will. Talevaz. 499. 20. 515. 18. 520. 29.

Iohannes f. Crescentii 666. 7.

Iohannes de Dol. 506. 5. 512. 37. 514. 21.

Iohannes Doucasteler 444. 36.

Iohannes fund. Hasnoniensis 441. 30.

S. Iohannis bapt. reliquiae 22. 30. 26. 63. 114. 65. 137. 1. 303. 67. 304. 310. 37. 321. 58. 333. 1. 390. 42.

S. Iohannes euang. 132. 15. vestis 636. 59.

S. Iohannis bapt. coen. Alesleve 627. 738.

S. Iohannis bapt. eccl. Alexandriae 22. 31. 115. 1. 304.

S. Iohannis bapt. coen. Angelisz s. Angeriacus dioec. Sancten. 390. 391.
S. Iohannis de Valle coen. Carnot. 462. 37. 486. 5.
S. Iohannis coen. in Florinis 391. 45.
S. Iohannis bapt. eccl. Grabadonae 171. 56. 573. 20.
SS. Iohannis bapt. et euang. praepositura Halberst. 680. 17.
S. Iohannis coen. de Lama 526. 52.
S. Iohannis euang. eccl. Lateranis 539. 14. 768. 14.
S. Iohannis bapt. turris Lauduni 413. 16. eccl. 375. 12. 446. 450. 484. 18. abb. Drogo ep. Ost.
S. Iohannis euang. coen. Leodii 351. 58.
S. Iohannis bapt. mons et coen. Magd. 622. 51. 645. 22. 653. 1. 663. 44. 672. 60. 676. 1. 720. 55. abb. Riddag, Sigifridus ep. Monasteriensis, Bernhardus, Hilliboldus, Hugo, Arnoldus; mon. Eberhardus abb. Lutterae, Heimo et Otradus abb. Mersburgenses.
S. Iohannis bapt. eccl. Mersburg. 623. 35. 625. 58. 655. 14.
S. Iohannis bapt. eccl. Modiciae 145.
S. Iohannis bapt. eccl. Ticini 146.
S. Iohannis abbas 440. 46.
S. Iohannis turris iuxta Montem S. Michaelis 491. 66.
SS. Iohannis et Pauli card. 422. 7.
SS. Iohannis et Pauli eccl. Halberst. 573. 61.
SS. Iohannis et Pauli eccl. Ravennae 140. 21.
de S. Iohanne, Willermus 520. 53.
Iopila v. Iuppila.
Ioppe, Ioppitae 218. 10. 221—224. 427. 42. 429. 7. 732. 68. 735. 41. 736. com. Amalricus, Wido, reges.
Iordanes archiep. Mediolanensis 250—252. 752. 25. 753 10.
Iordanes ep. Poznaniensis 622. 40. 633. 59.
Iordanes Petri Leonis patricius 447. 2. 453.
Iordanes princ. Capuae 489.
Iordanus f. Richardi de Humet 529. 25.
Iordanus Tessun 526. 42. f. Radulfus.
Iordanes historicus 24. 37. 35 44. 55. 5. 90. 50. 130. 31. 141 22. 301. 31. 317.
Iordanes fluvius 528. 30.
Iosaphat vallis 732. 25.
Ioscelinus v. Goscelinus.
Iosephus hist. 18. 55. 35. 28. 46. 13. 53. 55—60. 81. 52. 83. 87. 25. 89. 57. 96—98. 101. 49. 102.
S. Iosephi ab Arimathia v. S. Abacuc.
Ioslenus v. Goislenus.
S. Iovianus 362. 23.
Iovis Mons 161. 45. 243. 29. 558. 35. 577. 2. 589. 36. 748. 29.
Iovis robur 553. 11.
de Iovisvilla, Will. archiep. Remensis.
Iperius 438. 13.
Ipre, Ypra 421. 37. 434. 17. 439. 22. Yprensis, Willermus.
Irene imp. uxor Constantini V. 157. 58. 330. 70. 333. 23. 334. 66.
Irene, Hyrene, imp. uxor Leonis V. 163. 18. 165—169. 334—336. 560—565.
Irenaeus ep. Lugdunensis 105. 39.
Iring 176—178.
Iring princ. Avarum 563. 17. cf. Yring.
Irminfridus v. Eruinfridus.
Irmingardis uxor Lud. Pii 171. 11. 570. 59. 572. 30. 764. 3.
Irmingarda uxor Lotharii imp. 171. 31. 549. 7. 570. 56. 576. 7.
Irmingardis regina uxor Bosonis 342. 12. 345. 60. 584. 17. 589. 38.
Irmingarde abb. Alesleve 627. 11.
Irmingardis, Immula, Emilias, uxor Ottonis Suinf. Ekberti march. 679. 50. 695. 698. 37.
Irmingard uxor Udonis march. Gerhardi com. 688. 724. 32. 755. 15.
Irmingardis f. Udonis marchionis 724. 33.
Irmingardis de Bawaria uxor Bernhardi com. de Ploceke 755. 12.
Irmengard uxor Ottonis de Hammerstein 673. 22.
Irmengard soror Alvredis 671. 28.
Irminsul, Hermensul, Hormensul 165. 40. 178. 70. 334. 16. 558. 23.
Isaac, Secacus, imp. pat. Alexii 423. 30. 474.
(Isaac) tyrannus Cypri 428. 52. 429.
Isacius patricius 473. 40.
Isaac Iudaeus 564. 67. 565.
Isengrini 438. 38.
Isidorus ep. Spalensis 153. 53. 322. 63.
Issoldunense castr. 415. 35. 525. dom. Odo.
Isunna fluv. *Ise* 565. 30.
Ita uxor Suatopluk 746. 58.
Italienses qui et Langobardi 409. 20. Italicum regnum 539. 1. Iatae provinciae 243. 20. episcopi 202. 14. 224. 4. 364. 12. 378. 17. principes 404. 6. 624. 27. 652. 55. civitates 252. 46. reges Bernhardus, Lotharius, Ludowicus, Berengarius, Wido, Lambertus, Ludowicus, Hugo, Lotharius, Berengarius, Adelbertus, Hartwigus, Conradus; marchiones Azzo, Thiedolfus, Maginfredus, Otto, Wernher, Thomas, Matheus, cf. Tuscia; palatinus Willehalmus.
Itta uxor Pipini 324. 325.
Itta fluv. v. Epta.
Iudacail I rex Brittonum 324. 22.
Iudacail II rex Brittonum 583. 38. 588.
Iudaei baptizati, male habiti 25. 8. 153. 35. 157. 68. 208. 209. 215. 26. 221. 54. 222. 16. 306. 308. 29. 324. 1. 333. 367. 28. 394. 47. 520. 18. 525. 33. 664. 29. 729—731. Iudaeus maleficus 330. 40. medicus Sedechias; Iudaeis carus Sigibertus 269. Iudaei in Anglia 465. 27. 472. 52.
Iudith imp. 27. 68. 171. 18. 172. 338. 61. 570. 61. 572—575. 764.
Iudith soror Heinrici IV. 30. 61. 362. 15.
Iudhita uxor Haroldi regis, Welfi 694. 61. 764. 39.
Iudhita uxor Bracislai ducis, Petri regis Ungar. 675. 10. 690. 22. 692. 37.
Iudith uxor Heinrici ducis Bawariae 187. 11. 605. 39. 610. 41. 613. 626. 26.
Iuditha uxor Cononis ducis, Bodonis 679. 53.
Iudhita uxor Wladislai ducis Polon. 693. 30. 738. 12.
Iudhita uxor Friderici ducis Sueviae 744. 11. 766. 33.
(Iudith) marchisia Montisferrati 535. 5.
Iudhita ux. Balduini I Flandr. 470. 29.
Iudith uxor Gallevi comitis 488. 12.
Iudhita uxor Heinrici Calvi Stadensis 623. 11. 691. 12.
Iudhita de Havekesberch et filia Iudhita fortis 680. 1.
Iudland 608.
Iudochus princ. Britonum 325. 5.
S. Iudoci coenobium 414. 12.
S. Iudoci coen. supra Mare d. Ambian. *S.-Iosse-sur-Mer* 443.
S. Iudoci coen. in Nemore d. Ambian. *S.-Iosse-aux-Bois* 459. 26. abb. Milo ep. Tervanensis.
Iugurrus princ. Hunorum 166. 62. 560. 32. 563. 18.
Iuellus f. Radulfi de Filgeriis 522. 51.
Iuhellus, Gihellus de Meduana 492. 7. 511. 61. f. Gaufridus.
Iulia Bona 512. 12 516. 32.
Iuliacum 235. 585. 32. 742. 56.
Iulianus apostata 22. 113—115. 300. 302. 63. 304. 6.
S. Iuliani reliquiae 637. 19.
S. Iuliani eccl. Cenom. 499. 36. 533. 31.
ad S. Iulium, insula 616. 54.
Iuppila 182. 4. 556. 62. 593. 57.
Iura mons 577. 2. 579. 59. 587. 25. 589. 35.
S. Iustae corpus 618. 56.
Iustina imperatrix 131. 303.
Iustinianus imp. 24. 129. 130. 139—141. 143. 155. 23. 315—318. 328. 10. 478. 43.
Iustinianus minor 25. 149. 155—157. 327—329.
Iustinus imp. 24. 129. 139. 314. 315.
Iustinus minor 24. 39. 122. 37. 141. 143. 38. 144. 150. 318. 319.
B. Iustinus presbyter 531. 55.
S. Iustinus Corbeiae 588. 46.
S. Iustinus Treviris 362. 22.
Iustus apostolus Anglorum 501. 3.
Iutriboch 657. 51.
Iuvavum v. Salzburch.
de Iven, Herveus.
Ivikanstein v. Gibikenstein.
Ivo legatus apostolicus 452. 29.
Ivo praepos. S. Quintini Belvacensis 462. 464. 58. ep. Carnotensis 447. 33 (decreta). 485. 486.
Ivo Brito archipresb. Turonensis ep. de Trigel 523. 7. 527. 13.
Ivo abb. S. Martini Tornac. 444. 25.
Ivosium v. Evodium.
(Izaslaw) rex Ruzorum 693. 52. 737. 51. uxor Cuuigunde.

K cf. C.

Kaia rex Avarum 563. 25. cf. Cacanus.
Kakelinge, *Heklingen* 768. 11. de Kakelinge, Alvericus.
Kallinicus 326. 51.
Kaminizi fluvius 628. 65.
Kanutus, Knuth, Cnud, Cnuto.
Kanutus f. Sueini rex Dan. et Angl. 195. 357. 37. 485. 30. 670. 673. 28. 679. lib. Haroldus, Suein, Hardecund, Cunihilde; soror ux. Richardi duc. Norm. 667. 16. 689. 46. 694. 54.
Cnut Sanctus rex Dan. 377. 25. 392. 11. 448. 33. 456. 34. 486. 37. 724. 25. f. Karolus.
(Kanutus f. Erici rex Obotrit.) 538 18.
Karlomannus 322. 56. f. Pipinus.
Karlomannus f. K. Martelli 26. 118. 53. 158. 159. 331. 332. 553—557.
Karlomannus f. Pipini 26. 67. 27. 2. 118. 57. 160. 161. 165. 332—334. 556—558.
Karlomannus f. Ludovici rex Baioariae 28. 32. 173. 176. 342. 583—585. f. Arnolfus.
Karlmannus f. K. Calvi 32. 176. 341. 49. 581. 39. 582.
Karlomannus f. L. Balbi 32. 176. 342. 343. 585. 586.
Karlomannus f. L. Transmarini 349. 17. 604. 38.
Karolus (dux cogn. fortissimus 32. Martellus s. Tudetes 329. 46.) 26. 118.

150. 157. 158. 176. 329–331. 553. 555. 48.

Karolus Magnus (rex Franc. patric. Rom. primus imp. in Francia 32. 176. Francigena 9.) 26. 27. 118. 57. 159—170. 172. 37. 175. 42. 179. 180. 50. 183. 27. 204. 53. 226. 9. 310. 63. 332—338. 435. 7. 447. 534. 31. 556—571. 575. 16. 587. 6. 590. 45. 599. 32. 625. 31. 645. 647. 31. 694. 36. expugnator Sax. 722. 15. auctor investiturae eccl. 242. 15. 372. 31. 374. 4. 393. 5. 483. 64. fund. S. Iudoci 443. 5. elevatio 411. redivivus 215. 2. f. Hugo 477. secundus post eum Fridericus imp. 404. 15.

Karolus f. eius 27. 45. 162. 53. 163. 167—170. 335—337. 560—568.

Karolus Calvus (imp. 433. 10. rex Franciae et Hisp. 32. 176. Aquitaniae et Wasconiae 180. 52.) 27. 28. 171—173. 180. 339—342. 447. 19. 570. 572. 574—584. 764. 4. f. Iuditha 470. 29.

Karolus f. Loth. rex Provinciae 171. 32. 549. 3. 570. 57. 576.

Karolus f. Pipini n. Ludovici 340. 9.

Karolus f. K. Calvi 341. 51. 582. 8.

Karolus (rex Alemanniae 32. 176.) iunior imp. 28. 173. 180. 341—343. 447. 21. 583—587.

Karolus (Simplex 689. 42.) rex Franc. 28. 66. 32. 173. 176. 9. 180—182. 186. 342—347. 349. 2. 549. 41. 584. 40. 586. 52. 589—596.

(Karolus IV) rex Romanus 550. 44.

Karolus archiep. Mogunt. 576. 577. 42.

Karolus f. Ludovici dux Loth. 187. 33. 351—353. 604. 37. 618. 32. 633. 41. 634. 636. 6. lib. Otto, Gerberga.

Karolus dux f. Conradi III. 412. 17. 516. 4.

Karolus f. Knuti com. Flandr. 377. 25. 380. 432. 443. 31. 444. 10. 446. 1. 448. 33. 449. 456. 459. 5. 465. 3. 486. 37. 488. 53. 537. 19. 765. 37.

Karolus f. Ricdagi 633. 34. 659. 53. 666. 39.

Karoli regnum, Karoli, Karolingi 30. 26. 181. 5. 187. 43. 549. 43. 589. 11. 606. 59.

Karoli 175. 554. 8. 592. 35. genealogiae 32. 176.

de Katalanburh, Heinricus, Udo; com. Theoderici I, II, III.

Kazimer f. Miseconis dux Polon. 683. 6. 693. 31. lib. Wladizlaus, Bolizlaus, Zuatawa.

Keminada abbatia 621. 17. 624. 11.

Kentenses 494. 53. v. Cantuarii.

Ketil silva 632. 8.

(de Keverberch) comes Sizzo.

Kidrioburh 561. 4.

Kievermont v. Capremons.

Kirchergc 623. 39.

Kitawa v. Chiwc.

Kizo 636. 36. 637.

Kizo f. Arn. de Warmonestorp 685. 16.

Kizun urbs 756. 42.

de Kuc com. Godefridus, Herimannus, Authertus ep. Leodiensis.

Kulnberg curia Wireiburg. 551. 48.

S. Kylianus, Chilianus ep. Wircib. 25. 155. 168. 11. 327. 32. 328. 331. 688. 7. 714. 7. reliquiae 592. 24 translat. 26. 46. 159. 55. 555. 51. vexillum 550. 43. vita 544. 551. 49. 555. 51. eccl. Wircib. 28. 2. 172. 45. 562. 59. 576. 40.

L.

Laha luv. 629. 3. 684. 13.

de Lacha, Heinricus palatinus.

de Laci, Ilbertus, Hugo.

Lactoriensis ep. Bertrandus archiep. Burdigal. 512. 32.

Laeus maior 616. 53.

Ladizlaus rex Ungariae 207. 41. 367. 12. 693. 45. 697. 62. 728. 16. 744. 6. Wladislaus 726. 41.

de Lama, S. Iohannis coen. 526. 52.

Lambahc coen. 207. 27. 551. 727. 2.

Lambertus, Lampertus, Lantpertus, Lantbertus.

Lambertus imperator 345. 589.

Lambertus ep. Ostiensis, papa 259. 7. 260. 263. 378. 18. 379. 45. 383. 758. cf. Honorius II.

Lambertus ep. Atrebatensis 443—445. 448. 6. 459. 5.

Lantpertus ep. Constantiensis 29. 66. 639. 38. 646. 28. 649. 22. 673. 32.

S. Lamhertus ep. Leodiensis 118. 52. 155. 31. 156. 22. 253. 2. 272. 323. 67. 325. 327–329. 391. 19. 651. 27. 725. 31. Vita 345. 15. 590. 41.

Lambertus abb. Ilseneburgensis ep. Brandenburgensis 776. 7.

Lambertus ep. Morinorum 431. 3. 439. 1.

Lambertus ep. Noviomensis 448. 47.

Lambertus abb. Cistercii 460. 41. 502. 63.

Lambertus abb. Crispiniensis 395. 23.

Lambertus Longhelus abbas 636. 48.

Lambertus abbas 442. 2.

Lambertus mareh. f. Berhtae 176. 15.

Lantbertus comes (Lensensis) 360. 9.

Lanthertus f. Ragineri comes Lovan. 350. 11. 351. 62. 355. 615. 3. 662. 31. 670. ux. Gerberga; f. Heinricus et

Lanbertus qui et Baldricus comes Lovaniensis 358. 2.

S. Lamberti corpus 329. 26. 387.

S. Lamberti eccl. Leod. 269. 272. 329. 351. 57. 371. 57. 372. 376. 744. 35. capitolium 383. 43. archidiae. Heinricus; clericus Fridericus papa, Gualcherus episeopus, Guatho, Otbertus, Heinricus, Alexander epp. Leod.

S. Lamberti coen. Torna 639.

Lamissio rex Langob. 142. 301. 26. 312. 23.

Lampedo reg. Amazonum 121.

de Laneastre, Willermus 534. 20.

Lancea imperialis, regalis 182. 185. 22. 189. 16. 207. 21. 231. 7. 232. 347. 26. 348. 31. 371. 2. 596. 10. 603. 2. 649. 51. 726. 46. Ruodolfi 203. 26. sacra Antioch. 209. 43. 216. 33. 367. 47. 379. 15. 731. 31.

Landa Aronis, villa 506. 14.

de Landecop, Hamo 523. 16.

Landelaus ep. Basiliensis 615. 42.

S. Landelinus qui et Morosus 324. 60. 393. 1. 441. 48.

S. Landelini abbas 442. 26.

S. Landoaldus 323. 66. 352. 35.

Landrada soror Pipini 332. 53.

Landus papa 593. 27.

Lanfrancus prior Becci, abb. Cadomi, archiep. Cantuariensis 400. 4. 471. 478. 479. 482. 49. 484. 49. 485. 61. 490. 695. 8.

Lanfridus dux Alamanniae 330. 46. 331. 67. 555. 7.

Lanwardus ep. Mind. 615. 41. 617. 24.

Langobardi 24—27. 120. 26 (Winili). 130. 19. 135. 28. 140—150. 301. 312. 358. 6. v. reges Agelmundus — Desiderius, Karolus, Beringarius; 373. 1. 483. 69. 524. 646. 26. 647. 8. episcopi, plebes, inertia 220. tepidus sanguis 221. 23. Langobardia 169. 54. 187–189. 240. 13. 244. 12. 344. 25. 359. 40. 363. 49. 364. 17. 367. 24. 485. 47. 504. 41. 509. 16. 514. 16. 515. 4. 517. 59. 565. 52. 584. 17. 585. 589. 590. 50. 618. 35. 650. 55. 665. 61. 670. 41. 714. 20. 734. 35. 735. 748. 764. 768. rex Hartwigus; civitates 516. 8. 534. 2. principes 771. 8. mareh. Azzo, Bonifacius.

Langobardonheim 574. 21.

Laniacum 382. 19.

de Lankentone, Steph. archiep. Cant.

Lant– v. Lam– et Lan–

Lanzco praepos. Lutomericensis 695. 51.

Laodicia 210. 211. 27. 216. 48. 218. 3. 367. 41. 731. 46. 732.

Laomellum cast. 145. 23.

de Lapide S. Michaelis, presb. Bernhardus 755. 10.

de Lara, comes Luodewigus 537. 9.

Larius lacus 148. cf. Cumacinus.

Larun urbs 601. 48. 602 2.

Lateranense patriarchium, Lateranis 168. 60. 224. 15. 246. 6. 250. 8. 384. 25. 409. 19. 417. 49. 420. 4. 429. 26. 451 6. 473. 39. 539. 14. 563. 65. 666. 22. 768. 14. palatium 539. 17. campus 169. 33. 564. 57. porta 205. 31. 721. 33. civitas 749. 10. concilia v. Roma.

Latini 221. 52. 359. 421. 42. 532. 26. 533. 52. 736. 5. usus eccl. 474. 38. 619. 53. litterae 619. 54.

Latiniacum coen. d. Paris. *Lagny* 278. 18. 324. 44. abb. 513. 25.

Latrones Angl. sub specie monaeh. 508. 61. latrocinia principum 211. 38. latrunculi 252. 13. 753. 16.

Laudensis civ. *Lodi* 146. 53 404. 17.

S. Laudus ep. Constant. 476. 47.

S. Laudi ecclesia 499. 45.

S. Laudi castrum, *S. Lô* 510. 58. ad S. Loth 588. 5.

Laudunum, Lugdunum, *Laon* 158. 33. 187. 353. 390. 30. 441. 11. 445. 446. 450. 30. 553. 14. 589. 606. 67. 607. 4. 634. cives 375. 8. 484. 15. fines 352. 25. pagus 434. 20. pagenses 417. 24. ep. Genebaudus, Elinandus, Ingelrannus, Waldricus, Hugo, Bartholomaeus, Walterius I, II, Rogerius; archidiac. Guido ep. Belvacensis; scholast. Anselmus; mon. Gelduinus abb. Aquicinensis; vicedom. 471. cf. S. Iohannis, S. Mariae, S. Martini, S. Vincentii.

Launomarus ep. Carnot. 313. 25.

S. Laurenciae corpus 617. 7.

Laurentius apost. Angl. 321. 43. 322. 36. 501. 3.

Laurentius archiep. 754. 9.

Laurentius abb. Villariensis 460. 5.

S. Laurentius mart. 531. 55. 631. 659. 5. patr. eccl. Mersburgensis 622. 24. 636. 24. reliquiae 514. 47. et alt. Halberst. 636. 60. 637. 14. craticula 351. 47. 623. 21.

S. Laurentii eccl. extra muros Romae 440. 2. card. 422. 6.

S. Laurentii in Lucina presb. card. Authertus papa.

S. Laurentii eccl. ad Craticulas Romae 168. 60. 563. 65.

S. Laurentii abbas, Raginerus papa.

S. Laurentii coen. Calvo 630. 36. 633. 63. mon. Oda.

S. Laurentii eccl. Havelberg. 15. 33.

S. Laurentii coen. Leodii 355. 65. 356. 12. abb. Stephanus.

S. Laurentii coen. v. Uraugia.

S. Laurentii ecclesia 489. 39.

Laureshcim, Laurissa, Lorisham coen. S. Nazarii 26. 66. 185. 63. 333. 19. 557. 31. 558. 67. 583—585. 589. 37. 603 66. 614. 53. 648. 53. 682. 20. abb. Poppo, Reinboldus; mon. Druchtmarus abb. Corb.

Lauriacensis v. Patavium.

de Laval, Guido 509. 22

Lavendal rex Babiloniae 732. 45.

S. Lazari de Bethania abb. 510. 43.

S. Lazari eccl. Hierosolimis 398. 16. 409. 13. 412. 10.

Leander ep. Hispal. 24. 52. 151. 28. 152. 14. 362. 23.

Lech, Lehc, Licus 162. 12. 167. 39. 174. 29. 189. 5. 590. 46. 612. 63. 650. 61.

de Lechesmunde, Heinricus.

Lechfeld 561. 45.

Lecho dux Boemiae 169. 61. 336. 57. 565. 59.

Lederun 596. 24.

Ledi castrum 499. 31. Leia 518. 21.

Leiceastresire 484. 37. Leccestriae comites Roberti, Rogerius.

Leine fluvius 571.

Lembecca 422. 39.

Lemicae ep. Idacius 313. 7.

Lemodicae, Lemovicum, *Limoges* 160. 533. 38. 557. pagus 333. 13. 435. 40. ep. Geraldus; comes Ademarus.

Leonenses Britanni 516. 26. ep. Hamo; vicecom. Herveus, Guihummarus, Guihummarus, Herveus; Lehun castr. et coen. 517.

Lens castr. 409. 30. 441. 8. comitatus 428. 24. pagus 457. 28. comes Lantbertus.

Leo Magnus papa 23. 126. 54. 136. 137. 7. 155. 22. 308. 310. 480. 22. reliquiae 327. 61.

Leo II papa 25. 155. 327.

Leo III papa 27. 28. 164. 33. 168—170. 335. 336. 339. 7. 563—566. 569. 25. 570. 572.

Leo IV papa 338. 38. 339. 7. cf. Gregorius IV.

Leo IV (V) papa 172. 179. 15. 339. 575. 46. 576. 51. 601. 57.

Leo V papa 345. 591. 15.

Leo VI papa 347. 596. 54.

Leo VII papa 347.

Leo neophytus 184. 24. 350. 354.

Leo protoscrin. papa VIII. 617. 618. 43.

Leo IX papa (Bruno) 196—198. 359. 360. 445. 12. 687—689. soror Richelde 433. 15.

Leo imp. 23. 127. 128. 137. 310. 311. 457.

Leo iunior imp. 23. 57. 137. 328. 329.

Leo III imp. 26. 157. 158. 329—331. 553. 40.

Leo IV imp. 163. 48. 166. 334. 559. 32. 560. 4.

Leo V imp. 163. 15. 170. 171. 21. 337. 570. 36. 572. 43.

Leo VI imp. 173. 31. 174. 69. 343—345 587. 13. 592. 30.

Leo leg. apost. 474. 39.

Leo Acridanus archiep. Bulgar. 359. 41. 360. 5. 688. 45. 689. 7

Leo ep. Vercell. 666. 32. 669. 13.

ad S. Leonem, mons 616. 53. 617.

Leodeboldus abbas 324. 64.

S. Leodegarius ep. Augustidunensis 118. 326. 327.

Leodium, Legia, Leggia 235. 25. 236. 238. 30. 253 (10 congregatt.). 329. 343. 6. 344. 9. 350. 18 (coen. S. Pauli). 351. 56 (coen. S. Iohannis). 368. 38. 371. 372 (mons Cornelius). 376 (mons Roberti). 380. 6. 383. 391. 24 (coen. S. Petri). 420. 29. 429. 482. 57. 558. 10. 585. 30. 588. 20. 651. 26. 676. 48. 677. 41. 684. 28. 734. 55 738. 8. 739. 1. 742—744. 748. 20. 754. 28. eccl. 272. 11. parochia 329. 32. 372. 17. 483. 41. studium 686. 47. concil. 383. 538. 30. 767. 769. 18. cf. S. Iacobi, S. Lamberti, S. Laurentii, S. Martini; ep. Servatius, Domitianus, Amandus, Remaclus, Theodardus, Lantbertus, Hucbertus, Florbertus, Agilfridus, Walchaudus, Walandus, Erardus, Harcharius, Franco, Stephanus, Richarius, (Hilduinus,) Ougo, Farabertus, Ratherius, Baldricus, Everaclus, Notger, Baldricus, Wolbodo, Durandus, Raginardus, Nihardus, Wazo, Deoduinus, Henricus, Otbertus, Fridericus, Adelbero, Alexander, Adelbero, Heinricus, Alexauder, Radulfus, Autbertus, (Autbertus, Lotharius,) Autbertus, (Symon, Otto); scholast. Franco; praepos. Andreas ep. Traiecti.

Leoniana Roma 339. 6. 344. 45. 364. 411. 53. 515. 58. castr. 642. 25.

Leons castr. 496. 25. foresta 465. 14.

Leontia, *Lenzen* 694. 18.

Leontius, Leo imp. 25. 149. 38. 155—157.

Leontius ep. Sanctonum 318. 14.

Lesinio castr. *Lusignan* 424. 39. de Lizennioio, Haimericus, Gaufridus, Wido rex.

Lethardus abb. Becci 494. 11. 496. 63. 498.

Lethu rex Langobardorum 142. 24. 301. 27. 312. 26.

Letigus pagus 434. 15.

Leu- cf. Liu-, Lotharius.

Leuca v. Tullum.

Leudesius maior domus 326.

Leudricus archiep. Brem. 574. 44. 575. 62.

Leuva rex Wisigoth. 319.

Levigild rex Wisigoth. 24. 52. 144. 51. 152. 14. 319. 320.

Levigrad 629. 62.

Lex, leges a Karolo emend. 164. 40. 169. 59. 569. 32. 572. 36. antiquitus constitutae 258. 1. christianorum 210. 19. 227. 33. 228. 38. 239. 32. eccles. 338. 41. Francorum 602. 1. Iustiniani 139. 58. 316. 11. Langobardorum 145. 67. 147. 49. Moysis 359. 51. mundana 338. 42. Romana 169. 30. 564. 53. Salica 116. 2. 307. 13. Saxonum 178. 39. 722. 45. 723. 21.

Lexovium v. Luxovium.

Liafburga 560. 20.

Libellus de expedit. populi Dei 216. 1. 510. 2.

S. Liborii ossa 574. 36. altare Halberst. 637. 10.

Liburnia 162. 48. 163. 5. 568. 15.

Libutius v. Lievizo.

Libutius mon. S. Albani, ep. Rug. 615.

Libuze 760. 15. cf. Liubuzua.

Libzi, *Leipzig* 669. 15

de Licelenburh, c. Willehelmus 737. 55.

Licerius, Lucerius imp. ep. Salonae 128. 15. 137. 33. 311.

Licifelde 490. 47. sedes 490. 40. 533. 45.

Licikaviki 619. 1.

Licus v. Lech.

Lidericus Harlebec. 470. 28. f. Ingerran.

Liemarus archiep. Bremensis 219. 49. 699. 3. 721. 51. 726. 47.

Liesca, Liezeke, *Leizkau* 672. 29. 677. 60.

Lietardus ep. Camerac. 395. 31. 449. 35.

Lietardus abb. Gemblacensis 269. 375. 22. 391. 43.

Lietbertus ep. Camerac. 393. 13. 441. 40.

Lievizo archiep. Brem. (Libucius 637. 2.) 634. 636. 44. 649. 39. 656. 1. 664. 34.

Lievizo II. 678. 34. 679. 13.

Ligeris, *Loire* 116. 4. 117. 35. 162. 65. 308. 63. 313. 42. 330. 54. 340. 12. 512. 52. 518. 30. 520. 20. 532. 33. 553. 45. 555. 40. 568. 8. 576. 26. 577. 580. 5. 582. 44.

Liguria 125. 36. 128. 65. 137. 27. 138. 10. 143 56. 564. 69. 617. 64.

Lihesi 559. 59.

Lilense v. Insula.

Lilonicum bellum 162. 52.

de Limesia, Robertus ep. Cestriae.

Lincoln 468. 12. 494. 495. 54. 497. 507. 44. episcopatus 484. 36. ep. Remigius, Robertus, Alexander, Robertus, Gaufridus, Galterius archiep. Rothomagi; archid. Robertus ep. Herefordiae, Rogerius ep. Cestriae; Lincolesire 484. 37.

de Linghenc, Ricardus c. Andrie.

Lingonas, *Langres* 110. 55. eccl. 453. 17. 463. 30. ep. Desiderius, Gregorius, Godefridus, Willelmus archiep. Remensis; archid. S. Vincentius.

Lingones Slavi 631. 6.

de Linguaton, Stephanus archiep. Cant.

Linoges 609. 11.

Linones 170. 24. 566. 50. 568. 41.

Lintburg coen. d. Spirensis 195. 753.

de Lintburg, Lemburgenses duc. Heinricus, Walerannus; com. Heiuricus.

Lintperg opp. 203. 10. 712. 55.

Lippa fluv. 559—561.

Lippara ins. 129. 40. 338. 55.

Lippeheim 167. 8. 168. 68.

Lippiae fons 166 61.

Lippia locus 166. 39. 567. 54.

Lirenses (d. Ebroic.) abb. Hildiernus, Willermus, Osbertus, Gauterius; mon. Silvester abb. Castellionis; annales 479. 57.

Lis fluv. 434. 16.

Lisiardus ep. Suessorum 449. 53.

Lislebona Norm. 493. 3.

Lixebona 498. 1. v. Ulixibona.

Litingi 142. 62.

Litta, Luta 182. 5. 593. 57.

Litua 658. 48. 745. 29.

Liu-, Lui-, Leu-, Luo-.

Liubit rex Wilzorum 171. 37.

Leubuzzi 631. 9.

Liubuzua, Libuze, *Lebus* 595. 31. 662. 42. 663. 58. 760. 15.

Liuccardis uxor Frider. pal. 761. 45.

Liuderus v. Lotharius, Liutger.

Liudizi pagus 649. 56. 656. 17. 657. 53. 662. 3. 668. 25.

Liudolfus, Liudulfus, Luitolfus, Leutulfus, Luodolfus.

Liudolfus archiep. Trever. 638. 657. 65.

Liudolfus, Dodo, ep. August. 634. 14. 636. 45. 637. 17. 640. 57. 646. 61.

Liudolfus mon. Corb. cl. Hild. 582. 55.

Liudolfus abb. Corb. 618. 6. 621. 29. 626. 21. 627. 31. 635. 668. 4.

Liudolfus f. Ottonis dux Alem. 29. 183. 187. 188. 190. 349. 597. 50. 605—612. 614. uxor Ida; lib. Otto, Matilde.

Luitolfus dux Carinth. 198. 27. 692. 21. 726. 52.

Liutolfus dux Sax. 28. 55. 175. 6. 179. 17. 194. 18. 340. 56. 549. 45. 575. 61. 576. 7. genealogia 28. 32. 194.

Liudolfus com. Capuanus 636. 49.

Liudolfus f. Ezonis pal. 32. 60.

Luodolfus f. Brunonis de Brunewic 676. 52. 682. 24. 692. 8. uxor Gertrud; f. Bruno, Ekbertus.

Liutburga uxor Tassilouis 162. 9. 167. 45. 561.

Liutburga uxor Milonis com. de Ammenesleve 685. 22.

Liutfridus 594. 3.

Liutgarda uxor Karoli Magni 27. 34. 163. 35. 169. 7. 562. 68. 564.

Liutgarda f. Liudolfi ux. Lud. iunioris 585. 42. 586. 46. Lud. Pueri 179. 20. 592. 31.

Liutgarda (Dudicha 32. 55.) ux. Conradi duc. Loth. 187. 597. 50. 605 — 607. 610. 68. 650. 62.

(Liutgarde) uxor Godefridi duc. Loth. 386. 43.

Liutgarda ux. Ottonis d. Sax. 175. 39.

Liutgarda soror S. Cunegund. 656. 12.

Luitgard ux. Werinharii 642. 35. 643. 664. 29. 678. 13.

Liuthardus ep. Padrebr. 549. 7. 576. 5. 581. 69. 584. 31.

Liutger, Liudiger, Liuderus.

S. Liudegerus, Liuderus ep. Mimigardefurdensis 560. 20. 567. 25. 573. 60. cf. S. Liudegeri.

Liudiger f. Herimanni ducis Sax. 648. 21. 661. 60. 681. 33.

Liutger f. Sigifridi comes Stad. 627. 40. dictus Udo 691. 17. ux. Adelheid; f. Udo.

Liudger cogn. Udo 724. 26. cf. Udo.

Lindiger miles Halberst. 647. 27. 649. 53.

S. Liudegeri reliquiae et alt. Halberst. 636. 63. 637. 18. basilica 698. 40.

S. Liudegeri coen. Helmanstide 645. 43.

Liutici, Liuttici, Liuticenses, Lutitiani, Leuticii (s. Wilci 631. 13.) 30. 31. 126. 8. 195. 197. 34. 198. 10. 352. 16. 360. 13. 362. 9. 609. 2. 635—637. 641. 44. 651. 53. 656. 657. 40. 668. 32. 672. 676. 44. 678—680. 692. 701. 22. 733. 22. 750. 29. Louticia terra 263. 37.

Liutoldus, Lutoldus f. Conradi d. Boem. 733. 35. 737. 31. 752. 4. f. Conradus.

Liutpertus rex Langob. 149. 47. 328.

Liutpertus archiep. Mogunt. 28. 21. 173. 41. 341. 41. 577. 42. 581. 587.

Liutpoldus, Liuppoldus, Luitpaldus, Luitpoldus, Luopoldus.

Luitpoldus praepos. Babenb. archiep. Mogunt. 31. 9. 196. 199. 4. 688. 43. 689. 23. 693.

(Liutpoldus) dux Austriae 430. 31. 466.

(Liutpoldus II) dux Austrasiae 440. 11.

Luitpaldus dux Baioariae 28. 43. 592. 3.

Liuppoldus marchio Austr. 638. 61. 639. 668. 12. f. Ernst, Poppo archiepisc. Trevirensis.

Luitpaldus marchio f. Adelberti 30. 51. 196. 5. 687. 16.

Luitpoldus f. Ernesti marchio Austr. 204. 41. 207. 45. 720. 42. 728. 16.

Liupoldus marchio Austr. 194. 59. 229. 6. 740. 51. ux. Adelheit 195. 59.

Luopoldus marchio (occ. 1136.) 541. 10.

Liuppoldus Fortis marchio de Stire 744. 12. ux. Sophia.

Luitprandus rex Langob. 26. 16. 149. 150. 157. 66. 158. 17. 328—331.

Luitprandus diac. Ticin. 343. 56.

S. Liutrudis 636. 63.

Liutwardus ep. Vercell. 343. 16. 586. 68.

Liutwidus 27. 572 (rex Wilzorum).

Linzo ep. Brandeb. 677. 28. 678. 25.

Linzo ep. Cremon. 618. 15.

Lintzo abb. Luneburg. 636. 47.

Livarrou 493. 10.

S. Livinus 399. 33.

de Lo praepos. Egidius 440. 48.

Lobdunum, *Loudun* 595. 48.

Lobiae coen. d. Leod. 324. 60. 328. 39. 349. 19 352. 2. 391. 33. 393. 1. 612. 12. 625. 69. abb. Ursmarus, Erminus, Ansigisus, Herigerus; n. m. Ratherius ep. Leod.

Locustae (papiliones 220. 7. 735. 6.) 207. 17. 341. 67. 551. 582. 15. 727. 7.

Lodonensis comitatus 506. 27. com. Will.

Lodrun castr. 539. 26. de L. Adalbertus.

Lomacensis pagus 381. 7.

Lon in Hasbania, *Looz* 691. 5. com. Suanehildis, Bertrada.

Londonia, Lundonia (Liuduna 670. 15.) 481. 483. 23. 485—488. 490. 494—496. 504. 40. 517. 2. 519. 2. concil. (1075.) 490. 41. (1102.) 481. 59. (1125.) 488. 36. (1129.) 489. 20. (1138.) 493. 44. (1175.) 524. 45. episc. Mauricius, Ricardus, Gislebertus, Ricardus, Gislebertus.

Longaspata, Willermus dux Norm.

Longaspeie, Willermus com. Bolon.

Longavilla 502. 4.

Longhelus, Lambertus abbas.

Longinus exarcha 138. 22. 141. 56. 144.

Longipontum coen. 472. 35.

Longlare villa Langob. 160. 60. 556. 62. 557. 28.

Loradi v. Noradi.

Losannae ep. Burchardus.

S. Loth v. Laudi.

Lotharius, Hlutharius (rex Franciae, Italiae et Burg. 32. Ital. et Loth. 176.) imp. 27. 28. 170—172. 180. 338—340. 447. 19. 549. 8. 570—576.

Lotharius rex Lothar. 28. 32. 171. 31. 172. 176. 340. 341. 343. 549. 570. 56. 576—580.

Lotharius, Lutherus, Liuterius, Leudo, Liuder com. de Suplingeburch 745. 22. dux Saxoniae 241. 23. 246. 45. 247. 256. 30. 261. 14. 262 377. 41. 745. 748—750. 752. 10. 753. 28. 756. 759 — 762. rex (Alemanniae Luthro 457. 32.) imp. 380—386. 406. 11. 446. 449. 451. 462. 464. 65. 465. 11. 488. 493. 19. 499. 58. 516 48. 536 — 541. 733. 15. 762 — 777. ux. Richenza; stemma 658. 36.

Lotharius rex Franc. f. Ludovici 32. 173. 65. 176. 187. 33. 191. 349—352. 612. 28. 615. 3. 618. 627. 633. 644. 14. Ludovicus voc. 604. 37. ux. Hemma; f. Ludovicus.

Lotharius f. Hugonis rex Italiae 32. 176. 17. 181. 23. 188. 1. 349. 596. 52. 606. 16. 607. 644. 13. ux. Adelheit; f. Hemma.

Lotharius diac. card. 434. papa Innoc. III.

Lotharius praepos. Bonn. ep. Leod. 429. 430.

Lotharius com. de Walbike 604. 58. 627.

Lotharius, Liutharius iunior 627. 23. 631. 44. 637. 45. 659. 11. ux. Machtild; lib. Eila, Sigifridus et

Lotharius marchio 642. 643. 27. 647. 649. 41. 659. 17. 661. 1. 672. 17. ux. Godila; f. Wirinharius, Bertoldus.

Lotharii de Waldbike filii 671. 63.

Lotharius comes 658. n. 733. n. ux. Ida; f. Gebehardus, Thietmarus ep. Halb.

Lotharii regnum, Hlotharienses, Lotharingi 28. 30. 32. 173. 175. 176. 180—182. 186. 187. 191. 205. 5. 213. 23. 262. 12. 263. 19. 339. 45. 340. 343. 344. 346. 366. 22. 367. 24. 433—435. 448. 8. 453. 25. 549. 41. 575. 576 sqq. 729. 13. 745. 47. 762. 2. sedes ducatus Eiham 399. 22. marchia 656. 53. 681. 28. tres metropolitae 341. 41. episcopi et abb. 383. 38. principes 380. 35. primates 650. 15. equitandi peritissimi 235. mulier prophet. 502. 56. reg. Lotharius, Zuentebaldus, (Heinr. imp. 445. 43.); duc. Raginer, Gisilbertus, Heinricus. Otto, Conradus, Brun, Karolus, Otto, Godefridus, Gozelo, Fridericus, Godefridus, Godefridus Gibbosus, Conradus, Godefridus de Bullonio, Heinricus de Lintburch, Godefridus de Lovene, Walerannus, Godefridus, Godefridus iunior, Heinricus; cf. Mosellani.

Lothere rex Angl. (Cant.) 326. 327.

Loufe castr. 677. 1. com. Heinricus.

Lovene, Lovon, Lovanium 343. 355. 4. 388. 4. 392. 20. 586. 20. 693. 50. 697. 59. eccl. S. Petri 383. 28. com. Lantbertus, Heinricus, Otto, Baldricus Lambertus, Heinricus, Heinricus, Godefridi I, II, III duces Lotharingiae.

Lovaniensis moneta 405. 27.

Lubic civ. Boem. 629. 3. 640. 27. 747. 13.

Lubin civ. Pomeran. 264. 21.

Luca, Lukka 410. 12. 474. 26. 514. 10. 773. 24. ep. Alexander, Anselmus, Rodulfus.

Lucania 125. 41. 130. 12. 581. 41. 620. 6.

Lucas archid. Atrebat. 442. 21.

Lucas castell. Aquit. 158. 42. 553. 43.

de Luccio, Ricardus.

Luceria civ. 336. 34. 565.

S. Lucia 271. 351. 44.

S. Lucianus ep. Belvac. 534. 53.

S. Luciani abb. Hugo (Cluniac. IV).

Lucius I papa 21.

Lucius II papa 388. 389. 52. 446. 52. 447. 1. 453. 3. 457. 54. 462. 24. 465. 24. 496. cf. Girardus card.

Lucius III, Humbaldus 420. 422. 423. 466. 7. 531. 52. 532. 31. 534. 23. 535. 8.

Lucius rex Brit. 20. 8. 105. 46. 300. 49.

Luckenheim 538. 6. com. Burchardus.

Ludelave castellum 493.

Ludelmus ep. Tullensis 589. 25. 591. 66.

Ludericus ep. Wirciburgensis 27. 36.

Ludmila ux. Wiperti 693.

Ludowicus, Hludovicus, Ludewicus, Luodewigus.

Ludewicus Pius imp. 27. 32. 163. 31. 164. 71. 166. 54. 168. 39. 170—172. 176. 180. 50. 182. 29. 334. 68. 337—339. 342. 9. 447. 19. 560. 562. 59. 563. 41. 566. 570—576. 582. 47. 605. 33. 668. 1. 764.

Ludewicus rex Langob. 339. Ital. 176. 9. et Germaniae 32 12. Romaniae 32. 40. imp. 28. 171—173. 339—342. 549. 9. 570. 57. 576. 578. 18. 580—583. f. Bertha.

Ludowicus imp. f. Bosonis 345. 60. 346. 589—591. 596. 29.

Ludowicus (secundus 173. 16.) rex Germ. 27. 28. 32. 171—173. 176. 180. 339—342. 447. 21. 570 572. 574—583. 585.

Ludovicus iunior, rex Francorum, Ostrofr. 28. 32. 173. 176. 342. 576. 61. 583—585. f. Ludewicus 585. 42.

Ludewicus f. Arnulfi (rex Ostrofr. 176. 11. imp. 28. 38. 32. 174. 64. ultimus Karolorum 175. 1.) 28. 174—176. 194. 21. 344. 345. 590—592. ux. Luitgard, Machtild.

Ludewicus Balbus rex 28. 18. 32. 173. 17. 342. 582. 9. 584.

Ludewicus f. eius 32. 176. 342. 584. 585. 61.

Ludewicus IV rex Franc. 29. 19. 173. 62. 175. 25. 181. 26. 186. 187. 190. 347—349. 445. 10. 595. 59. 596. 601. 11. 603—607. 612. 27.

Ludewicus V. 352. 63. 353. 2. 633. 644. 14.

Ludowicus VI. 372. 19. 375. 13. 380. 49. 381. 384. 391. 55. 446. 448. 47. 450. 457. 31. 462—465. 472. 27. 483—493. 501. 19. 516. 21. 761. 24. lib. Philippus, Ludewicus, Henricus archiep. Remensis, Robertus, Philippus dec. S. Martini, Constancia.

Ludewicus VII (VIII 433. 26) 262. 41. 282. 48. 384. 10. 385. 34. 387—391. 395. 46. 397. 47. 398. 400. 37. 403. 405—419. 423. 32. 442. 11. 444. 16. 446. 450—466. 472. 44. 490. 18. 493. 495—530. ux. Alienor, Constancia, Alix; lib. Maria, Margareta, Alix, Philippus, Agnes.

Ludovicus VIII. 436. 17. 437. 439. 440. 15. 467. 46. 468. uxor Blanca; f. Ludovicus, Robertus.

Ludowicus IX. 440. 441. 468. 50.

Ludowicus rex Ital. 349. 45. *est Lotharius.*

Ludovicus abb. Augiensis 769. 37.

Ludowicus abb. S. Georgii Bucheriivillae 506. 33.

Ludewicus senior com. Thuring. 246. 690. 44. 693. 47. 721. 2. 723. 55. 748. 46. 750. 759. ux. Adelheid; lib. Ludovicus, Heinricus, Adelheid.

Luodewicus f. eius 538. 8. 753. 30. 767. 777.

Ludovicus Iangravius 410. 39.

Luodewigus com. de Lara 537. 9.

Ludevicus de Wippera 765. 16.

Ludovicus avunc. Hysenberti 474. 10.

Lugdunum, *Lyon* 22. 65. 98. 17. 113. 18. 116. 4. 131. 303. 20. 330. 68. 337. 17. 349. 513. 7. 532. 30. 584. 43. archiep. Hugo, Heraclius, Willermus, Guichardus, Iohannes.

Lugdunum clavatum 589. v. Laudunum.

Lullus archiep. Mogunt. 555. 56. 556. 9. 561. 20.

Lumec civitas 746. 37.

Lunensis civitas 670. 41.

Lundina, *Lund* 539.

Luniburh, Liuniburh coen. 621. 16. 624. 661. 55. 665. 31. abb. Liutzo; castr. 699. duc. Herimannus, Bernhardus.

Lunkini 597. 27. cf. Leontia.

Luofereskit 751. 32.

Lupellus, Willermus.

Lupus, Leupus rex Valenciae et Murciae 512. 44. 532. 49.

S. Lupus ep. Senonensis 322. 17.

S. Lupus ep. Trecass. 308. 8. 309. 3.

Lupus dux Wasc. 161. 41. 165. 29. 333. 60. 337. 60. 558. 7.

Lupi prodigiosi 433. 48. 454. 18.

Lusici Slavi 617. 26. 619. 2.

Lusiz 538. 41.

de Lutisburch, com. Will. 680. 6.

de Lutisleve, Willehelmus.

Lutizan 772. 18.

Luttere, Lutheron, Luotra coen. 541. 23. 769. 775. 50. 777. abb. Eberhardus.

S. Luttrudis adv. Corb. 578. 2.

Luvelt, Radulfus 493. 34.

Luvirni civitas 657. 40.

Luxoviae, Lexoviae, *Lisieux* 492. 495. 499. 32. 500. comitatus 495. 3. 498. 14. ep. Gislebertus, Humbertus, Iohannes, Arnulfus, Radulfus; archid. Gislebertus ep. Rofensis, Iohannes ep. Cestrensis.

Luxoviense coen. *Luxeuil* 118. 38. 321. 9. 326. abb. Eustasius.

Lycia 365. 43.

M.

Mahiria ux. Terrici Flandr. 510. 42. cf. Sibilla.

Mabilia com. Flandr. 532. 42. cf. Elizabeth.

S. Macharius abb. Wirzib. 11. 51.

Machtild v. Mahthildis.

S. Maclovius qui et Macutes 272. 1. 318.

de S. Maclovio episcopatus 533. 42. v. Aletensis.

S. Madalberta 637. 11.

Madelgarius qui et Vincentius 324. 61.

Mady amiras Saracen. 334. 335.

Maeotides paludes 120. 123. 300—302.

Magadaburch, Magedeburg, Parthenopolis (inclita 642. 8.) 184. 187. 41. 189. 53. 348. 17. 449. 450. 451. 597. 8. 600. 60. 601. 606. 51. 615—618. 621—628. 632. 21. 635. 637. 43. 638. 26. 640. 15. 641. 41. 643. 644. 652. 65. 653. 656—659. 662—664. 668. 20. 670—676. 691. 16. 692. 36. 699. 1. 701. 704. 13. 718. 22. 723. 50. 766. 769. 770. Magdeburgenses 706. 43. 738. 59. milites 770. 46. regalis abbatia 184. 61. 190. 68. 613. 59. archiep. 190. 69. 607. 29. 608. 55. 616. 618. 47. 622. 627. 42. 630. 22. 716. 70. Saxoniae metropolis 617. 29. eccl. maior 451. 13. 688. 7. 712. 58. 763. 766. rotunda 671. 29. muri 676. 4. cf. S. Iohannis, S. Mariae, S. Mauricii; archiep. Adalbertus, (Ochtricus,) Gisilher, Tagino, Walthard, (Theodericus,) Gero, Hunfridus, Eggilhardus, Wecil, Hartwigus, Hartwigus, Heinricus, Adelgoz, Rugger, Norbertus, Conradus, Wigmannus; abb. (S. Maur.) Anno ep. Wormatiensis, Otwinus ep. Hildesheimensis, Richarius; custodes Ekkihardus, Rediugus; decanus Eppo; can. Asicus, S. Bruno, Conradus patr. Aquilegiensis, Fridericus ep. Monasteriensis, Otto ep. Halberstadensis, Thietmarus; praef. s. comites Fridericus, Conradus, Meinfridus, Herimannus, Wicbertus, Heinricus, Burchardus.

Magin- v. Megin-.

de Magnavilla com. Gaufridus, Willermus.

Magnopolis v. Michilenburch.

S. Magnus martyr 669. 20.

Magnus f. Olaphi rex Dan. et Nortm. 692. 58.

Magnus f. Nicolai reg. Dan. 538—540. 768.

Magnus dux Saxoniae 203. 20. 230. 47. 232. 22. 241. 23. 692. 57. 697—699. 710. 724. 5. 728. 11. 741. 58. 743—745. ux. Sophia; f. Wifhild, Eilica.

Magnus mons 515. 45.

3 Magorum corpora 405. 40. 409. 36. 508. 36. 513. 49.

Mahometh 474. 9. cf. Muhammad.

Mahthildis, Machtild, Mathildis, Matildis cet.

Mahthilde ux. Clodovei II. 118.

Mahthild ux. Lud. Pueri 175. 5.

Mahthildis ux. Heinrici I. 12. 50. 32. 52. 183. 187—190. 226. 4. 348. 4. 592. 595. 598. 57. 599. 606. 613. 57. 618—622. 641. 49. 643. neptis Hathui 666. 43. vita 544.

Mahtilde imp. ux. Heinrici V, Gaufridi Andegav. 207. 27. 247. 250. 1. 262. 12. 264. 40. 375. 41 396. 397. 402. 451. 19. 452. 49. 465. 38. 481—483. 488. 490—498. 503. 52. 505. 9. 507. 31. 510. 60. 515. 39. 516. 30. 535. 12. 747. 47. 748. 21. 750. 48 (s. Agnes). 762. 30.

Mathilde reg. Angl. ux. Will. I. 478. 38.

Matilde reg. Angl. ux. Henrici I. 481. 33. 486. 12.

Matilde reg. Angl. uxor Stephani 451. 23. 493. 494. 500. 35. 504. 12.

Mathilde reg. Arragon. 509. 10.

(Matilde) reg. Scottorum 488. 42.

Mahtild abb. Herivordensis 592. 54.

Mahthild f. Ottonis abb. Quedlinb. 188. 21. 619. 26. 627. 634. 5. 636. 49. 637. 641—643.

Mahthild f. Liudolfi abb. Quedl. 607. 27. 661. 61.

(Mathilde) abb. S. Trinit. Cadomi 530. 57.

Mahtild virgo Gerurodensis 666.

(Mahthilde) ducissa Alam. ux. Rudolfi 198. 21. 687. 43. 691. 47. 692. 13.

Mathilde ux. Heinrici duc. Sax. 398. 28. 406. 46. 418. 34. 419. 50. 434. 51. 514. 516. 532.

Mahthildis (comitissa altera Debora 234.) ux. Godefridi, Welfi ducum 197. 26. 206. 32. 219. 46. 244. 5. 249. 9. 690. 17. 702. 39. 706. 49. 723. 33. 727. 3. 734. 40. 742. 42. 748. 35. 751. 23. haereditas 376.

Mahthildis palatina 32. 58. 636. 30.

Machtild uxor Thieppoldi marchionis, Gebhardi de Sulzbach 744. 14.

(Matilde) ux. Rob. com. Atreb. 441. 9.

Machtild comitissa ux Esici Ballenstid. 676. 767. 3.

Mathilda ux. Arnulfi Flandrensis, Godefridi Eiham. 399. 23. 648. 21. 681. 32.

Mathildis de Portu Galli, ux. Philippi Flandr. 438. 30. 440. 6. 534. 28. Tharasia 422. 41.

Mathilde ux. Odonis Issoldun. Guidonis com. Nivern. Petri com. Flandr. Roberti c. Drocass. 414. 30. 525. 18.

Machtild comitissa ux. Sigifridi de Northeim 721. 27.

(Mathilde) comitissa Pertic. 486. 53.

Machtild com. ux. Theoderici de Ploceke 688. 16. 775. 13.

Machtild com. ux. Heinrici Stad. 670. 67.

Machtild com. ux. Ottonis de Suinfurt 679.

Machtild ux. Lotharii com. Walb. 659. 17.

Mathilde ux. Roscelini vicecom. Cenomann. 516. 55.

Machtilda ux. Werinheri de Veltheim 685. 18.

Mathilde uxor Brebizlavi 644. 27.

Mathilde uxor Sicheri 393 19.

Maiolus abb. Cluniac. 348. 48. 352. 7. 353. 31.

Maiorianus, Mauronianus imp. 23. 54. 137. 17. 310.

Mains Monasterium, *Marmoutier-lez-Tours* 513. 24. abb. Garnerius, Robertus, Robertus, Petrus, Herveus.

Malachias ep. Hibern. 465. 12. 473. 1.

Malaffre silva 518. 38.

Malchomus, Malcolm, Malcom, Melcomus, Meleolm, Melcol, Macomus.

Melcol rex Scotiae 481. 33. ux. Margarita; f. Matilde.

Melcomus rex Scot. 502. 12. 506. 25. 509. 31. 510. 12. 513. 19. 515. 5. frat. Willermus.

Melcolm nothus Alex. reg. Scot. 489. 70.

Malculfi villa 501. 36.

Malebranchia, Rogerius 518. 39.

de Malesburch, Folcoldus 754. 44.

Malet, Willermus 483. 48.

Malisnensis eccl. 384. 32.

Malmundarium coen. 324. 56. 343. 8. 585. 33.

Malsamitorum rex Mansamuz 530. 7.

Mamertus ep. Vienn. 311. 26.

Mamistric urbs 484.

Mammesberium castr. 501. 58.

Man ins. 500. 35. rex et ep. 515. 34. ep. Wimundus, Iohannes.

Manasses archiep. Remensis 447. 36.

Manasses ep. Camerac. 394. 46. 395. 9.

Manasses abb. Frigidi Montis 472. 43.

Manerius abb. Salmur. 525. 10.

Manerius mon. Montis S Mich. 508. 9.

Manichei 421. 29.

de Mannesfeld, Hogerus.

Manopolis 775. 13.

Mansamuz rex Malsamitorum 530. 7.

Manso abb. Casinensis 636. 47.

Mantua 169. 53. 196. 62. 321. 49. 342. 45. 365. 37. 366. 37. 565. 51. 620. 25. 727. 55. syn. 361. 362. ep. Hildolfus.

Manuel, Emanuel imp. 398. 5. 410. 11. 421. 40. 452—454. 460. 8. 495. 497. 35. 505. 2. 512. 58. 515. 56. 527. 528. 17. 530. 4. ux. soror Barbarossae 495. 64. 505. 2. Constancia; f. Alexius; generi Giezo 398. 5. 410. 11. Rainerius 528. 17.

Manuel f. Andronici 533. 49.

Maralienses, Marahi, Maraviani, Mararenses, Merehern, Moravia, (Mariorum 665. 58.) 173. 174. 1. 537. 591. 67. 629. 6. 631. 27. 672. 45. 673. 7. 675. 13. 684. 53. 690. 695. 733. 36. 738. 14. 746. 747. ep. Iohannes, Wezlo; duc. Otto, Otto.

Marawa urbs 692. 47.

SS. Marcellini et Petri corp. 172. 13. 338. 34. 573. 55. 636. 60. eccl. Romae 339. 67.

S. Marcelli reliquiae 117. 19. 441. 44. 452. 12.

Marchae com. 517. 5. 518. 25. 525. 26.

Marchianensis eccl. d. Atrebat. 289. 416. 40. 441. 29. cf. S. Rictrudis.

Marcianopolis 122. 58.

Marcianus imp. 23. 125—127. 130. 135—137. 155. 22. 309. 310. 555. 39.

Marcianus Capella 609. 7.

Marciniaci prior, Hugo abb. Clun.

Marcomanni 122. 52. 125. 65.

Marcomedes 115. 62. 135. 11. Marcomir 303. 17. 307. 447. 7. 555. 31.

Marculfus abb. Baioc. 320. 57.

Marcus Aurelius 469. 23

S. Marci reliquiae 311. 45.

S. Marci presb. card. Gregorius IV papa 172. 11. Rollandus 510. 38.

SS. Marcus et Marcellinus 637. 8.

Marcwardus, Marquardus ep. Hildesh. 582. 55. 584. 69.

Marcwardus, Marquardus abb. Corb. 2. 43. 11. 1. 727. 4. 746. 17.

Marquardus monachus 645. 10.

de Maresleve, Conradus 685. 2.

Margarita ux. Henrici reg. 405. 38. 406. 49. 465. 41. 507. 511. 20. 519. 15. 520. 35. 521. 523. 23. 533. 28.

(Margarita) reg. ux. Ludovici IX. 440. 19. 441. 10.

Margarita reg. Scot. 481. 33.

(Margareta) uxor Godefridi iun. ducis Loth. 397. 18. 403. 4. 407. 46.

Margareta com. Flandr. et Hain. 413. 1. 418. 15. 427. 50. 432. 23. 433. 23. 529. 28.

Margareta de Hertbike, mon. 685. 13.

Margareta v. Dignamente.

S. Margarete parorhia 458. 13.

Marhuau amiras Sarac. 327.

Mari v. Mauri.

Maria Armeniaca imp. 167. 51. 560. 28. 562. 7.

(Maria) reg. ux. Amalrici 515. 56.

Maria s. Mleda abb. S. Georgii Prag. 619. 629. 29.

(Maria) com. Campaniae 420. 39.

(Maria) com. Flandr. ux. Mathei 397. 40. 404. 42. 511. 6. 519. 27.

Maria com. Flandr. ux. Balduini imp. 433. 25. 435. 55. 436. 438. 25.

S. Mariae reliquiae 571. subtalare 383. 4. camisia, capilli, lac 379. 16. 383. 535. 31. imago Edessae 305. 17. miracula 381—383. 387. 22. 396. 12. 401. 407. 432. 490. 26. 501. 11. 519. 52. 530. 573. 20.

S. Mariae Maioris card. 422. 6.

S. Mariae in Cosmidum diac. card. Octovianus papa; in Scola Greca, Iacinctus papa.

S. Mariae trans Tiberim presb. card. Petrus Leonis papa.

S. Mariae de Via Lata diac. card. Petrus.

S. Mariae eccl. Andeliaci 516. 23.

S. Mariae eccl. Aquicincti 407. 49. 412. 23. 437. 438.

S. Mariae basil. Aquis (capella 172. 22. 605. 33. 639. 69.) 163. 21. 164. 51. 165. 335. 61. 411. 12. 567. 30. 569. 570. 647. 2.

S. Mariae Ardevonensis eccl. 523. 15.

S. Mariae maior eccl. Argentinae 649. 11.

S. Mariae eccl. Atrebatis 383. 15. 420. 35. 432. 13.

S. Mariae eccl. Becci 511. 11.

S. Mariae eccl. Betleem 530. 22.

S. Mariae de Bosco can. Milo 460. 39.

S. Maria iuxta Burburch 456.

S. Mariae eccl. Cameraci 383. 13. 393. 47. 419. 41. decanus Hugo.

S. Mariae eccl. Carnoti 383. 462.

S. Mariae congreg. Coloniae 690. 35.

S. Mariae eccl. Constantinop. 155. 59. 572. 41.

S. Mariae coen. de Fresmont 472. 42.

S. Mariae eccl. Funtanas 382.

S. Mariae eccl. in Gemmetico 478. 51.

S. Mariae eccl. Guesen 683.

S. Mariae eccl. Hildesheim. 571. 576. 581. 68.

S Mariae coen. ad Horrea, Trev. 591. 33.

S. Mariae eccl. Ianuis 425. 16.

S. Mariae ara Laniaci 382. 20.

S. Mariae eccl. Lauduni 375. 11. 445. 446. 21. 450. 32. 471. 484. 18.

S. Mariae eccl. Lirensis v. Lirenses.

S. Mariae eccl. Magedeb. 450. 15. 451. 13. 675. 61. 769. 3. praepos. Wigger ep. Brandeb.

S. Mariae eccl. Mediolani 405. 21.

S. Mariae coen. Mimigardef. 685. 31.

S. Mariae eccl. Noviomi 472. 32.

S. Mariae eccl. Paris. 382. 421. 8. 426. 15.

S. Mariae coen. de Pulsano 526. 52.

S. Mariae coen. Quidiling. 634. 5. 643. 55. 698. 1.

S. Mariae eccl. de Radingis v. Rad.

S. Mariae eccl. Remis 382. 430. 2.

S. Mariae ad Praesepe eccles. Romae 473. 50.

S. Mariae coen. in Capitolio Rom. 501. 5. abb. Iohannes mon. Becci.

S. Mariae eccl. Rothomagi 491. 56. 513. 57. 516. 17. 533.

S. Mariae eccl. Silvanecti 422. 18.

S. Mariae eccl. Spirae 744. 49.

S. Mariae eccl. Suessionis 382. 383. 465. 4. 472.

S. Mariae eccl. Tervanensis 459. 35.

S. Mariae ad Perticas eccl. Ticini 147. 63.

S Mariae eccl. Tornac. 394. 21. 444. 30.

S. Mariae coen. v. Valcellae.

S. Mariae eccl. Veronae 423. 33. 426. 1.

S. Mariae eccl. Virduni 358. 50.

S. Mariae de Voto eccl. 284. 514. 63. 529. 52. cf Valascia.

S. Mariae eccl. Vultraiecti 384. 2.

S. Mariae coen. v. Walbike.

S. Mariae Mons 773. 27.

S. Mariae et S. Amatoris eccl. 530. 11.

S. Mariae et S. Cipriani coen. Thanemaresfelden 619. 13. 623. 51. 626. 39.

S. Mariae et S. Crucis coen. Norhthusen 621 51.

SS. Mariae et Felicitatis coenob. v. Swarzaha.

S. Mariae et S. Firmini eccl. Ambianis 474. 17.

S. Mariae et omn. mart. eccl. Romae 24. 66. 152 41. 321. 15.

S Mariae et Salvatoris icones 534. 13.

S. Mariae Carnot. necrolog. 462. 39.

S. Maria Magdalena 331. orator. Hasnoniae 442. 19.

Marianus Scottus mon. Fuld. 272. 23. 360. 43. 364. 31. 480. 23.

Maricolae v. S. Humberti.

Marinus papa 173. 1. 343. 344. 35.

Marinus II papa 175. 27. 184. 22. 348. 353. 585. 60. 586. 23. 605. 1.

Marinus leg. apost. 607. 18.

Marinus ep. Sutr. 618. 41.

Mariscum cast. 484. 40.

de Marla, Thomas.

Marmium, Robertus.

S. Maronis reliquiae 351. 40.

Maroch, Marroc 439. 12. 528. 21.

Marquardus v. Marcwardus.

Marra urbs 209. 48. 216. 39. 367. 51. 731. 41.

Mars 120. 61. 124. 28.

Marsia 351. 39.

Marsianum stagnum 120. 48.

Marsna 182. 4. 581. 593. 57.

Martel castrum 533. 18.

Martel, Willermus.

S. Martialis coen. d. Lemovic. 525. 59.

Martina imp. 25. 21. 146. 16. 152—154. 324.

Martinus papa 25. 26. 154. 324. 325. 473. 49. 474. 648.

S. Martinus ep. Turon. 22. 68. 23. 5. 28. 3. 116. 38. 119. 13. 131. 7. 134. 39. 140. 21. 158. 69. 161. 17. 302—304. 307. 58. 314. 20. 382. 480. 22. reliquiae 160. 29. 172. 46. 556. 55. elevatio 311. 391. 576. 41. Vita 134. 49. 304. 40.

Martinus abbas Cerasii 516. 40.

Martinus abbas Ilseneburg. 739. 39.

S. Martini card. Iodannes 409. 2.

S. Martini altare Babenb. 194. 3.

S. Martini de Campis, Parisiis, prior. Theobaldus ep. Parisiensis, Willelmus, Gauterius abb. Clun.

S. Martini reliquiae et ara Halb. 636. 62. 637. 22.

S. Martini eccl. Laudini 448. 37. 449. 15. abb. Gualterus.

S. Martini coen. Leod. 350. 18. 383. 43.

S. Martini eccl. Mettis 271. 26.

S. Martini eccl. Mogont. 205. 47. 541. 19. 654. 52. 660. 17. 712. 27. 737. 35. milites 632. 33.

S. Martini Mons 442. 21. 455. 17.

S. Martini eccl. Paris. 382.

S. Martinus Pontisarae 535. 25.

S. Martini eccl. Tornac. 394. 444. 450.

32. abb. Odo ep. Cameracensis, Segard, Herimannus, Gualtherus, Ivo.
S. Martini eccl. Turonis 158. 64. 311. 340. 14. 378. 14. 391. 5. 464. 65. 554. 2. 557. 54. 564. 23. 576. 31. abb. Alcwinus; dec. Philippus; thesaur. Rainaldus ep. Carnot.
S. Martini eccl. Ultraiecti 384. 1.
S. Martirii corpus 304. 63.
Marvan amiras Sarac. 331. 332.
Mascelinus abb. Gemblac. 268. 269. Mysac 391. 41.
Mascezel 134. 15.
Massamuti s. Moabitae 455. 32. 456. 7.
Massilia 311. 42. 326. 22. 426. 20. 558. 32.
Materna urbs 127. 27.
Matesuinda 122. 129. 65. 130. 5.
Matfridus comes 578. 42.
Matfridus et Gerbardus 589—591.
Mathei cuang. autographum 312. 70. corpus 763. 52.
Matheus ep. Andegavensis 512. 42.
Matheus marchio 772. 36.
Matheus com. Bolon. 397. 40. 398. 11. 404. 42. 409. 412. 5. 414. 10. 511. 5. 517. 39. 519. 23. 522. ux. Maria.
Mathildis v. Mahthildis.
Matisconensis com. Guillelmus.
Matricensis com. Theodericus.
Matrona fl. *Marne* 158. 343. 61 553. 47. 587. 38. 588. 3.
de S. Maura, Hugo.
Mauri (Mari 210. 30.) 168. 51. 217. 44. 339. 38. 563. 58. 564. 12. 566. 567. 4. 575. 37. 732. 58.
Mauriaci campi 126. 10.
Mauricius imp. 24. 144. 146. 12. 151. 152. 319 - 321.
Mauricius antipapa 254. 2. 755. 1. 756. 44. cf. Burdinus.
Mauricius archiep. Rothom. 469.
Mauricius ep. Lond. 481. 31. 483. 7.
Mauricius ep. Paris. 421. 5. 511. 61. 525. 44.
Mauricius cartularius 473. 40.
S. Mauricii coen. Agaunense 116. 49. 169. 56. 314. 53. 565. 48. 587. 23. 589. 34.
S. Mauricii alt. Halberst. 636. 65.
S. Mauricii coen. Hildesh. 676. 47. 682. 9. 690. 5. 717. 9. praepos. Cono episc. Briesiensis.
S. Mauricius patronus eccl. Magd. 622. 624. 42. 644. 17. 645. 28. 668 20. 754. 52.
S. Mauricii corpus Magd. 615. 42. eccl. 601. 653. 1. 676. 5. 712. 60. cf. Magadaburch.
SS. Mauricii et Ioh. eccl. Magd. 628. 11.
S. Mauricii eccl. Mediol. 405. 21.
Maurienna, Morienna 321. 58. 555. 64. com. Amatus, Humbertus, Amedeus.
S. Maurilio ep. Andegavensis 340. 54. 577. 37.
Mauringa 142. 15.
Mauritania 455. 33.
Mauritania Flandr. 467. 48.
Mauruncius dux Provinciae 331.
S. Maurus 314. 28. 317. 14. 341. 33
Mauzuchus, Mundzuch 124. 21. 302. 27.
Mavegones 123. 18.
S. Maxelendis 326. 33.
Maxentius abb. Pictav. 314. 10.
Maximianus imp. 21. 49. 110. 28. 123. 3. 271. 21.
S. Maximinus 331. 51.
Maximinus ep. Aurelian. 313. 35.
Maximinus ep. Trevir. 22. 10. 113. 33.
S. Maximini Aurelian. coen. 513. 23.
S. Maximini coen. Trev. 588. 67. 591. 33. 598. 47. 607. 54. abb. Ougo ep. Leodiensis, Willerus, Wiggerus; mon. S. Adalbertus.
Maximus imp. 136. 310.
Maximus tyr. 22. 65. 302. 60. 303. 307. 23.
Maximus ep. Ost. 531. 56.
Maximus ep. Taurin. 306. 33.
Maximus abbas 154.
S. Maximi reliquiae 337. 67. 573. 6.
Mazo ep. Fardensis 730. 26.
Mealtunc 493. 36.
Meca 528. 5.
Medana v. Meduana.
Medanta, Medonta, *Mantes* 468. 41. 499. 23. 501. 35. 502. 3. 507. 50. 516. 13. 517. 11. clerus 482. 47.
S. Medardus ep. Noviomi 116. 68. 141. 12. 316. 31. 317. 62. 453. 12. 470.
S. Medardi coen. Humolariense 442. 23.
S. Medardi eccl. Suess. 172. 5. 338. 29. 391. 19. 446. 9. 450. 35. 470. 15. 573. 45. 575. 41.
Medeburun castr. 623. 46. 632. 49.
Mediae comitatus 508. 4. 522. 56.
Medicina villa 768. 7.
Mediolanum 109. 13. 126. 31. 128. 60. 132. 137. 27. 143. 57. 146. 150. 50. 337. 397. 49. 404. 405. 408. 409. 35. 412. 29. 424. 3. 507—509. 512—514. 516. 8. 524. 58. 539. 9. 560. 7. 574. 7. 654. 45. 680. 765. 33. 771. cf. S. Ambrosii; suburbia 358. 8. moneta 608. 5. archiep. Ambrosius, Honoratus, Thomas, Hilduinus, Waldbertus, Arnulfus II, Heribertus, Ambrosius, Anselmus de Buis, Grosulanus, Iordanes, Hubertus papa.
Mediomatricum v. Mettis.
Medonis usus in Francia 500. 47. Misniae 669. 6.
Medofulli 559 67.
Meduana, Medana fl. *Mayenne* 518. 43. 582.
de Meduana, Iuhellus, Gaufridus.
Megin-, Magin-, Mein-, Main-.
Meginensis pagus 584. 5.
Meginfredus march. de Susa 679. n. 681. n. f. Irmingard, Adelas.
Meginfridus com. Magdeburg. 688. 14 704. 15. 717. 29.
Meinfridus com. Slavorum 765. 39.
Megingaudus archiep. Trevercusis 29. 65. 657. 69. 669. 22.
Meingot ep. Mersburgensis 775. 51.
Megingaudus ep. Wirciburg. 27. 25.
Megingaudus comes 170. 64.
Meingaudus c. Lothar. 588. 65. 589. 63.
Meginhardus ep. Prag. 758. 69. 762. 12.
Meginhardus ep. Wirciburgensis 30. 17. 195. 30. 677.
Meginhardus iunior ep. Wircib. 206. 2. 207. 551. 42. 723. 31. 724. 5 726. 21. 727. 1.
Meinhardus f. Meinhardi dux 590. 16.
Meinhardus de Orlagemunde 685. 15. uxor Ida; f. Meinhardus ibid.
(Meginher) archiep. Trev. 766. 36.
Meginher abb. Herveld. 680. 12.
Maginolfus archipr. antipapa 369.
S. Maginradus, Meginhardus eremita 28. 6. 172. 58. 340. 28. 577. 31.
S. Mainulfus 761 55.
Meinsuit abb. Wongerestorp. 679. 36.
Meinwercus ep. Paderb. 658. 32. 662. 8. 663. 36. 665. 1. 667. 71. 677. 678. 57. 680. 11.
S. Melanii coen. 583. 1.
Meledunum, *Melun* 313. 46. de Miledunno, Robertus ep. Herefordiensis.
Melintorp 630. 55.
Melior card. camerar. Lucii III. 534. 24.
(Melisende) reg. Hieros. 452. 43. 455. 28. 490. 25.
Mellentum, *Meulent* 499. 23. 501. 28. com. Galeraunus, Robertus, Galerannus.
Mellifontis abb. Christianus 473. 3.
Mellitus ep. Angl. 321. 16. 322. 57. 501. 3.
Melphia 774. 775. 8.
Menapii 343 3.
Menardus abb Fontinell. 478. 1.
Menas ep. Constantinop. 141. 4.
Menas solitarius 319. 23.
Mensium nomina 164. 569.
Meppia coen. 572. 53.
(Meraniae) dux, Bertoldus.
Merciae reg. Aelles, Penda, Edelred, Choered, Offa; cathedra capit. Coventre 490. 39.
S. Mercurius 302. 63.
Merenberch 764. 21.
Mergulensis comes 485. 52.
Meringi 555. 48.
Merongus 555. 37.
Meroveus, Merovecus, Merefech 116. 13. 136. 159. 34. 178. 72. 309.
Merovingi, Merolingi 116. 14. 136 68. 309. 18.
Mersburg, Meresburhc, Marseburg 183. 185. 37. 189. 47. 204. 30. 227. 41. 346. 46. 349. 4. 537. 13. 540. 21. 592. 46. 595. 603. 17. 625. 632. 51. 633. 649. 37. 651. 56. 653. 655—659. 661—669. 672—677. 692. 712. 32. 718. 740. 12. 745. 25. 765. 769. 770. 26. episcopium 613. 616. 622. 623. 39. 625. 628. 631. 636. 652. 57. 653. 658. 19. cf. S. Iohannis; ep. Boso, Gisilerus, Wichertus, Thietmarus, Bruno, Hunoldus, Alhericus, Werinher, Arnoldus, Meingot, Ekkilesus; abb. Ochtrad, Heimo, Erkembertus; com. Bio, Esico, Burchard.
Mesaburii 599. 69.
de Mesburge, Ekbertus.
Mesico v. Misaca.
Mesopotamia 452. 53. 453. 9. 555. 62.
Messana 426. 31.
Mestoc paganus 431. 17.
Meterize coen. 656. 35.
Methelrichestad 713. 16.
Mettis 117. 118. 2. 172. 176. 52. 186. 53. 207. 47. 271. 343. 12. 575. 4. 577. 578. 581. 5. 585. 48. 586. 66. 591. 61. 595. 39 604. 22. 660. 4. 663. 54. 746. 10. 757. 48. eccl. 334. 26. 335. 34. cf. S. Vincentii; ep. Clemens, Auctor, Goericus, Arnulfus, Clodulfus, Chrodegangus, Drogo, Adventius, Walo, Rothertus, Wiggerus, Benno, Adalbero, Theodericus, Adalbero, Theodericus, Adalbero, Herimannus, Dieggerus; primicer Albero archiep. Trevcrensis 449. 58. cleric. Adelbero ep. Leodiensis.
Mevania 351. 43.
Mezelikun 673. 13.
Michahel imp. 163. 15. 170. 337. 338. 569. 570.
Michahel II imp. 171. 172. 337. 572—574.
Michahel III imp. 172. 42. 339—341. 575. 21. 579. 63.
Michahel imp. (Parapin.) 220 48. 735. 35.
Michahel patr. Constantinopol. 359. 360. 688. 44 689.
Michael ep. Ratisp. 609. 615. 40.
Michael mon. Bcec. abb. Pratelli 500. 29. 503. 55. 516. 37.
S. Michaelis in Monte coen. Babenb.

2—4. 194. 1. abb. Rato, Heinricus; mon. Ekkihardus.
S. Michael in Clusis v. Clusae.
S. Michaelis eccl. in monte Gargano 329. 470. 1. 773. 4.
S. Michaelis coen. Hildesheim. 638. 18. 682. 13.
S. Michaelis eccl. v. Luniburh.
S. Michaelis coen. ad. Mosam 326. 10.
S. Michaelis eccl. de Periculo Maris v. Mons S. Michaelis
S. Michaelis de Terrascia abb. Gelduinus.
S. Michaelis eccl. Ticini 147. 34.
S. Michaelis Ulterioris Portus, *Treport*, abb. Guillermus.
SS. Michaelis et Benedicti coen. Babenbergae 192. 31. 194. 657. 34.
Michilenburch, Magnopolis 631. 5. 694.
Miciacense coen. dioec. Aurel. 313. 35.
Miesenburg, *Wieselburg* 208. 27. 215. 32. 730. 13.
Milda fl. 565. 30. 625 59. 628. 63. 635. 63. 655. 48. 661. 10. 663. 66. 672. 52. 760. 13.
Milegast rex Wilz. 171. 37. 572. 68. 573.
S. Miletius 131. 25.
Miliduch Slavus 566. 5.
Milites comam nutriunt et plectunt 457. 30. 766. 29. agrarii et solidarii 510.
Milo archiep. Vienn. 254. 17. 755. 32. cf. Calixtus II.
Milo abb. S. Indoci ep. Morin. 442. 15. 450. 26. 451. 53. 459. 460. 510 27.
Milo can. S. Mariae de Bosco, ep. Morin. 442. 22. 460. 40. 510. 28.
Milo mon. S. Amandi 342. 52.
Milo com. de Ammenesleve 685. 21. 750. 30. 763. 27. 765. 10. uxor Liutburga; lib. Herimannus, Otto, Bia.
Milo de Gloecestria 494. 7. 504 f. Rogerius, Gauterus.
Milzieni 595. 34. 644. 53. 648. 5. 649. 56. 652. 51. 653. 48. 655. 30.
Mimigardeford v. Monasterium.
Mimilewa, Hiemelewa, Imilebi, *Memleben* 183. 47. 189. 47. 598. 68. 625. eccl. 623. 39. coen. 667. 20. 669. 61. abb. Reinoldus.
Mimirberch 776. 30.
Mincius fl. 126. 52. Minta 771. 8.
Minda, Minida 168. 43. 563. 48. 676. 34. episcopatus 560. 14. ep. Lanwardus, Ramwardus, Theodericus, (Albericus,) Sigibertus, Bruno, Reiohardus, Folcmarus, Widelo, Godescalcus, Eggilbertus.
Mineus fl. *Minko* 313. 6.
S. Miniates 351. 41. 617. 7.
Ministerialis ordo 225. 32.
Mirebellum castr. 505. 48.
Miriquidu silva 644. 60.
Miro rex Galliciae 319. 66.
Mirwide silva 673. 10.
Misacha, Miseco dux Pol. 351. 18. 617. 26. 618. 65. 620. 624. 632—637. ux. Dobrowa, Oda; f. Boleslaus, Miseco (634. 3.), Zuentepulc; filia 670. 11.
Miseco f. Boleslai dux Polon. 637. 35. 640. 10. 664. 667—669 672. 32. 676. 43. 678. 679. 6. 683. 684. 1. f. Kazimer.
Misni 595 30. 632. 633. 36. 644. 51. 648 649. 51. 652 29. 661. 25. 668. 669. 701. 726. 25. episcopium 653 41. Misnenses 718. 21. ep. Burchardus, Folcoldus, Eid, Eilward, Thiodericus, Reginher, Cralut, Benno, Godeboldus; march. v. Saxonia; praef. Burchardus.
Mistav, Mistui dux Abodrit. 617. 27. 620. 33. 630 632. 27.
Mlada f. Boleslai v. Maria.
de Mocon, Rainaldus ep. Caruot.
Modicia 145. 51.
Modigisilus rex Wand. 135. 302. 306.
S. Modoaldus ep. Trevir. 324. 36.
Moenus, Mogonus fl. 168. 562. 58. 575. 3. civitates 215. 26. 730. 9.
Moesia, Misia 120—122. 124. 127. 28. 140. 50.
Mogelin 632. 49. 652. 29.
Mogontia, Magontia, Moguntiacus (nobilis 229. 257. 7. metrop. Germ. 257. 1. 553. 20. Frauciae 610. 18.) 18. 21. 30. 48. 98. 29. 107. 168—170. 188. 27. 196. 202. 30. 209. 219. 48. 223. 48. 224. 54. 226. 36. 229—232. 237. 2. 241. 19. 242. 245. 35. 247—249. 259. 36. 337—339. 349. 364. 368. n. 370. 371. 2. 375. 40. 380. 14. 420. 52. 421. 425. 30. 536. 34. 553. 556. 9. 558. 15. 564. 29. 570. 575. 59. 576. 595. 45. 604. 609. 55. 610—612. 614. 58. 648. 664. 672. 21. 673. 21. 687. 13. 695. 62. 697. 36. 703. 41. 710. 712. 733. 5. 734. 37. 736—747. 749—751. 758. 30. 760. 41. 762. 49. 770. 17. 776. 16. conflagr. 204. 48. 205. 47. 364. 26. 720. 39. oppugn. 228. 256. 257. 753—757. palat. 202. 31. 249. pons 163. 22. 170. 37. 337. 23. 567. 30. 570. 37. Iudaei male habiti 209. 664. 29. 729. 731. 10. eccl. 340. 48. coen. 774. 23. parochia 159. 69. 340. 37. beneficia 693. 47. syn. (1011.) 662 25. (1049.) 31. 4. 196. 31. 688. 31. (1071.) 200. 18. (1080.) 204. 6. 364. 16. 719. 16. (1085.) 205. 13. 365. 8. 723. 28. archiep. 616. Bonifacius, Lullus, Ricolfus, Heistolfus, Otgarius, Rabanus, Karolus, Liutpertus, Sunderolt, Hatto, Heriger, Hiltibertus, Fridericus, Willehelmus, Hatto, Ruodbertus, Willigisus, Erkenboldus, Aribo, Bardo, Luitboldus, Sigifridus, Wecil, Ruthardus, Adalbertus, Adalbertus, Conradus, Cristianus; presb. Probus; reclusus Marianus; cf. S. Albani, S. Martini; com. Arnoldus.
Molenbechiensis abb. Alberad.
Molinas castrum 508. 27.
Molismus coen. d. Ling. 463. 30. abb. Robertus.
Monasterium, Mimigardeford 685. 28. 751. 36. 756. 35. basilica 256. 31 377. 40. episcopatus 560. 14. ep. Liuderus, Dodo, Snidger, Theodericus, Sigifridus, Herimannus, Fridericus, Erpo, Burkhardus, Theodericus, Ekbertus, Wernher.
Monasteriolum, *Montreuil Bellai* 498. 43. 499. 8.
Moneta Andegavensis, Anglica, Cenomanensis, Lovaniensis, Mediolanensis, Papiensis; in Boemia saepe mutata 645. Bizantii 515. 55. monetarii Angliae 488. 38. Tyri 428. 31.
de Monte comes, Fridericus.
Mons Acutus, *Montaigu* 353. 16. 634. 19.
Montis Acuti prior, Petr. abb. Hydae.
Montis S. Angeli civ. et comitatus 526.
Mons Aureus, *Montoire* 531. 2.
de Monte Bardonis comes 695. 11.
Montisburgi d. Constanc. abb. Richardus, Robertus, Willelmus.
Montis Dei eremus 391. 51.
Mons Desiderii, *Montdidier* 423. 23. 513. 46.
Mons Falconis v. Falconis Mons.
Montisferrati princ. Willehelmus, Conradus.
Mons Fortis, *Montfort sur Risle* 495. 8. 503. Hugo, Robertus, Hugo.
Mons Fortis, *Montfort l'Amauri* 510. 50. com. Simon, Albericus.
de Monte Forti in Brit. Gaufridus.
Mons Lapideus 516. 31.
Montis Martini nundinae 527. 16.
Mons S. Michaelis s. S. Michaelis eccl. de Periculo Maris 282. 283. 329. 375. 6. 478. 484. 13. 491. 66. 503—505. 507. 508. 515. 521. 14. carta Heinrici II. 524. abb. Suppo, Bernardus, Robertus; prior Ranulfus; mon. Manerius.
Mons Mirabilis 518. 44.
Montis monachorum coen. v. S. Michaelis Babenberg.
Monspessulanus, *Montpellier* 512. 514. 51. Guillelmus.
Mons Regalis 509. 42.
Mons S. Remigii 422. 35.
de Monte Sorelli, Guillermus.
Monsterol, *Montereau* 441. 1.
Montani 157. 68. 363. 8.
Montes, *Mons* 444. 29. cf. Castrilocus; com. v. Haginoia.
Montes, in Aquitania 557. 49.
Montiacum 461. 35.
Montio, Monzun, *Mousson* 247. 449. 42. comes Rainaldus.
Morafia, *Murray* 490. com. Arragois.
Moravia v. Marahenses.
Morculphus imp. 474. 46.
Moria mons 223. 34 736 61.
Morienna v. Maurienna.
de Morimonte abb. 442. 26.
Morini 89. 34. 343. 3. 502. 44. ep. Iohannes, Milo, Milo, Lambertus, Iohannes, Adam; com. v. Flandria.
Moritolium, Moritonium, *Mortain* 495. 19. 505. 34. Moritoniae s. Constanciarum comitatus 506. 28. 517. 40. com Robertus, Willermus, Willermus.
Moritonia, *Mortagne* 518. com. v. Pertic.
Morizine pagus 657. 47.
Mormandum 453. 18.
Morosus s. Landelinus 324. 60.
Morseton Fresones 728. 1.
Mortaigne apud Tornacum 437. 26.
de Mortemar, Hugo.
Mortuum Mare, *Mortemer*, d. Rothom. 282. 284. 40. 463. 465—468. abb. Alexander, Adam, Stephanus, Gaufridus, Ricardus, Willermus, Vitalis, Osmundus, Ricardus; filia Botum.
Mos antiquus coronandi 418. 49. proscribendi 770. 30.
Mosa, Masa fl. 118. 63. 180. 54. 181. 64. 235. 326. 10. 328. 50. 339. 343. 6. 344. 13. 349. 38. 371. 36. 376. 22. 391. 22. 425. 41. 459. 7. 482. 60. 575. 29. 581. 32. 584. 55. 585. 29. 588—590. 593. 51. 594. 66. 610. 12. 742. 62. 744. 42.
Mosaburh 585. 11.
Mosella 36. 63. 166. 31. 566. 3.
Musellenses 648. 55. Muselenorum pagus 651. 18. Mosellanorum s. Loth. superioris duces Fridericus, Theodericus, Fridericus, Gozcelo, Godefridus, Albertus, Gerhardus, Theodericus.
Mota de Ger 519. 30.
de Moubrai, Rogerius.
de Mowim, Willermus.
Moyses amiras Saracen. 335.
Muhammad, Mahometh 135 323. 474. 9.
Muhamath amiras Saracen. 332. 337.
Muhavias amiras Saracen. 325—327. 330 18.
Mulsberh castellum 651. 21.
Muncia gens Boem. 681. 14.
Munda urbs 672. 17. 673. 30.
Mundus Gepida 140. 58.
Mundzuch rex Hun. 124. 21. 302. 27.
Muolehuson curia 540. 45. 770. 6.
Murcia 532. 50. rex Lupus.
Murdarch, Henricus archiep. Eborac.

Murellum castrum 467. 11.
Murmanus dux Brit. 337. 56. 572. 32. 574.
Musella, *Mugello* 773. 17. 775. 33.
Mutinensis ep. 734. 17. Wido.
Myrea urbs Lyciae 336. 62. 365. 43. 366. 1.
Mysac v. Mascelinus.

N.

N. abbas S. Remacli 410. 18.
N. marchisia 221. 51. 736. 4.
S. Nabor 160. 66. 333. 18. 513. 55. 557. 30.
Nabugodonosor 379. 39.
Namnetis, Nannetica civ. 340. 12. 341. 18. 505. 25. 507. 508. 518. 52. 576. 27. provincia 580. 5. ep. Bernardus, Robertus; com. Gaufridus.
Namucum, *Namur* 327. 67. 377. 3. 384. 28. 425. 39. comitatus 367. 12. com. Gaufridus, Heinricus, Ermensendis, Balduinus, Philippus.
Nannetiscurtis 501. 46. Nonanticurtis 491. 50. 526. 58.
Nantarius abb. de S. Othmaro 566. 64.
Narbona urbs 331. 14. 557. 43. provincia 467. 1. cf. Iohannes archiep. Lugdunensis.
Narnis 775. 29.
Narses 24. 40. 130. 140—144. 150. 48. 151 (thesaurus). 317. 318.
Navarenses, Navarri 162. 68. 527. 36. 566. 10. 568. 11. reg. Anfonsus, Garsias.
Nazareth 424. 26.
S. Nazarius 26. 66. 160. 66. 304. 29. 333. 18. 557. 31. eccl. v. Lauresheim.
Neaflia, *Néaufle* 511. 21.
Neapolis 136. 56. 141. 59. 339. 13. 427. 28. 774. com. Wazo.
Neapolis Syriae 222. 21. 455. 31. Nicopolis 736. 22.
Necar fl. 259. 28. 712. 42. 758. 25.
Nechilstede 703. 60.
de Neelfa, Iohannes ep. Cestrensis.
Nemausus, *Nismes* 331. 18. com. Trechevel.
Nemzi 672. 37.
Neoda fl. 127. 18.
Neomagus v. Noviomagus.
Nepos imp. 23. 59. 137. 31. 138. 2. 311.
Nerisca villa 379. 52.
Nervia 449. 18. 454. 43.
Neustria, Neaustria 26. 37. 158. 41. 182. 9. 327. 63 328. 6. 331. 68. 553. 41. 555. 8. 578. 50. 595. 35.
Newertham cast. 493. 65.
S. Nicasius 636. 61.
Nicea 209. 28. 212. 27. 216. 11. 230. 23. 335. 24. 367. 40. 727. 27. 730. 50. 741. 39. concil. 246. 11. 722. 14. alterum 561. 68. rex Solimannus.
Nicephorus I imp. 163. 14. 169. 170. 28. 336. 337. 565—569.
Nicephorus II imp. 350. 351. 615. 23. 620. 13. 624. 13. 629. 40.
Nicetas patricius 168. 36. 563. 37. 566. 39.
Nicetas pectoratus mon. 359. 360. 5. 688. 46. 689.
Nicetius ep. Trevir. 315. 54.
S. Nichasius ep. Rem. 309. 51. 430. 2.
S. Nichasii Rem. mon. Arnulphus abb. Gemblacensis 386. 9.
Nicolaus papa 28. 8. 172. 57. 340. 341. 576. 578—580. 586. 4. edicta 722. 23.
Nicolaus II papa, Gerhardus 199. 360. 40. 693. 3. 694. 1.
(Nicolaus) imp. 474. 45.
Nicolaus rex Daniae 538—540. 768. 52. f. Magnus.
Nicholaus Anglicus abb. S. Rufi ep. Alban. 396. 48. 402. 19. 407. 25. 456. 16. 504. papa Adrianus IV.
Nicholaus ep. Camerac. 398. 21. 412. 32. 442. 14. 449. 35.
Nicolaus abb. S. Audoeni 478. 32.
Nicholaus abb. Maricolensis 419. 20
Nicholaus Ambianensis 474. 16.
S. Nicholai reliquiae 336. 62. 365. 43. 366. 724. 33. festum 489. 27.
S. Nicholai basilica Achre 427. 13.
S. Nicolai eccl. Baris 505. 26. 774. 8.
S. Nicolai eccl. Brusellis 396. 12. 401. 407. 7.
S. Nicolai ecclesia 754. 52.
Nycholaitae, sacerdotes uxorati 201. 12. 227. 15. 342. 13. 359. 50. 362. 46. 363. 383. 43. 482. 1. 489. 21. 532. 31. 582. 51. 688. 52 702. 38. 746. 2.
de Nicole, Robertus.
Nicomedia 221. 16. 735. 16.
Nienburg, Nigenburch coen. ad Salam 626. 10. 668. 66. 678. 769. 11. abb. Ekkihardus ep. Pragensis, Albewinus, Folcmarus, Erembertus, Adalbero ep. Basil.
Nienthorp, *Neindorf* 682. 30. 692. 9.
Nigellus ep. Heli 490. 31. 494 16. 504. 27. 518. 23. 519. 8.
Niger ordo 441. 2.
Nihardus ep. Leod. 391. 39.
Nikiforus patr. Hierus. 727. 16.
Nilus fl. 321. 3. 440.
Nimpha curia eccl. Rom. 369. 5.
Ninivitae 379. 11.
Ninus fl. 135. 33.
Nircove 625. 59.
Nisa fl. 629. 4.
Niseni pagus 632. 18. 654. 55.
Nithardus 772. 34.
Nitra civitas 215. 14. 730. 3.
Ninuagus v. Noviomagus.
Ninsa, *Neuss* 585. 32.
S. Nivardus archiep. Rem. 325. 18
(Nivelo) ep. Suess. 436. 11.
Nivernis, *Nevers* 160. 56. 557. 24. com. Guido, Willermus.
Nivigella, Nivalensis S. Gertrudis eccl. *Nivelle* 154. 53. 213. 50. 324. 52. 358. 39. 448. 50.
Nizan fl. 752. 2.
Nize, Nizizi provincia 623. 1. 654. 55.
Nodomarius rex 114. 17.
Nola 136. 55. ep. S. Paulinus.
Nomentum 169. 9. 564. 31.
Nonanticurtis v. Nannetiscurtis.
Nonantula coen. 332. 25. abb. Petrus.
Nongoium 464. 62.
Noradin f. Sanguinii rex Damasci (Loradin 506. 15. 519. 22. 523. 61.) 403. 411. 514. 30. 526. 17.
Norbertus v. Northertus.
Nordalbingi 565. 38. 630.
Nordhantune, Norhantune 482. 30. 487. 3. 488. 13. 490. 12. 497. 5.
Nordhumbreland 487. 4. Nordanymbriae, Norhumbre reg. Edilfridus, Eduinus, Oswaldus, Oswi, Egfridus, Alfridus, Osred, Coenred, Osrich, Cednalfus, Edbricht, Eardulf.
Noreia 311. 53. Norica 29. 31. 138. 5. 190. 29. principes 227. 258. 10. antiquissima nobil. 225. 16. milites 197. 19. 689. 53. v. Baioarii.
Norgualis 500. 49.
Northertus, Norhbertus, Norbertus abb. Praemonstrati, archiep. Magd. 254. 45. 400 25. 448—451. 459. 537. 5. 763. 47. 765. 42. 766. 20. 768. 769.
Northertus ep. Cur. 723. 3.
Nortfulcanus episcopatus 490. 58.
Northeim curtis 647. 49. com. Sigifridus, Sigifridus, Benno, Otto.
Northuringa pagus 626. 40.
Northusun concil. 227. 739. coen. 621. 51.
Nortliutae 334. 61. 560. 1. 563. 564. 5.
Nortmanni 27—29. 162. 53. 173. 178. 30. 339—344. 477. 570. 576. 580. 582—588. 596. 609. 689. baptizati 350. 2. 614. 65. rex 347. 36. cf. Dani. Nortmannia 170. 11. 559. 41. 567. 50.
Nortmannia Francorum, Normannia 195. 28. 213. 262. 42. 334. 50. 343. 42. 349. 16. 354. 357. 3. 367. 381. 1. 389. 7. 390. 50. 394. 10. 413. 43. 414. 420. 36. 430. 431. 433. 435. 26. 436. 438. 28. 461. 31. 466. 468. 38. 471. 474. 57. 478—535. 667. 48. 689. 45. 729. 12. 761. 24. Normannorum introitus 465. 19. duc. Rollo, Willelmus, Richardus, Richardus, Richardus, Robertus, Willelmus rex, Robertus, Gaufridus.
Normanni in Apulia 31. 17. 195. 28. 197. 17. 206. 32. 208. 47. 266. 10. 357. 359. 21. 364. 42. 489. 723. 33. 741. 19. v. Apulia.
Nortmannia ultra Daniam 170. 11. 609. 693. 1. Norwegia 608. 51. 759. 52. rex 515. 36. S. Olaph.
Norwich, Noricum, Nordwic, Norwith 465. 27. 472. 52. 479. 7. 487. 3. 490. 51. 492. 25. 506. 30. 520. Norrenses 468. 12. ep. Evrardus, Willermus, Iohannes, cf. Tedford.
Notger, Notker praep. S. Galli ep. Leod. 351. 56. 624. 23. 639. 68. 646 27. 650. 11. 656. 3. 658. 5.
Notinguehan 529. 20. Willermus Piperellus.
Notingus ep. Constant. 29. 9. 184. 20. 598. 55.
Nova Cella coen. 557. 30.
Novaria 244. 2. 748. 33. ep. Petrus.
Nova Urbs in Boemia 188. 5. 607. 18.
Nova Urbs, *Neuburg* 188. 19. 611. 57. 646. 61. 659. 34.
Noviomagus, Niumagus, Neomagus, *Nymwegen* (Neumaia 380. 8.) 27. 60. 163. 25. 343. 5. 358. 49. 559. 32. 566. 567. 34. 574. 11. 585. 590. 11. 636. 14. 651. 28. 656. 49. 673. 678. 38. 680. 3. 682. 54. 684. 28. syn. 673. 22.
Noviomus, *Noyons* 161. 21. 472. 32. 557. 58. pagus 424. 21. 434. 20. 457. 28. 474. 20. parochia 453. 12. 459. 53. 470. 7. ep. S. Medardus, S. Eligius, Hugo, Radbodus, Lambertus, Simon.
Novum Castell. iuxta Arvernum 553. 17.
Novum Castrum sup. fl. Colmie 512. 5.
Novum Castrum sup. Eptam 491. 50. 511. 21.
Novum Castellum, *Châteauneuf en Thimerais* 517. 50. dominus Hugo.
Novum Castrum super Tynam 506. 27.
Novum Mercatum 500. 16. 501. 14. 503. 57. 507. 38. synodus 511. 8.
Novus Burgus 507. 58. 511. 19. de Novo Burgo, Robertus.
Novus Portus 439. 21.
Nuba rex Danorum 598. 51.
de Nube castellum 499. 19.
Numenius, Numenoius rex Brit. 340. 574. 43. 577. 35.
Nummulus v. Ennius.
Nurinberc castr. 228. 14. 537. 15. 739. 21. 740. 31. 765. 26. 766. 41.

Nutritus reclusus 523. 14.
Nuwenburch, *Naumburg* 627. 16. 648. 15. Nienburh 718. 14.

O.

Obacrus v. Ovacra.
Obercicurtis 423. 9.
de Oberensteinveld com. Hicil.
Occidentales populi 367. 18. 389. 28.
Ochtrad abb. Mersb. 636. 48. Hotrad 628. 68.
Ochtricus cl. Magdeb. 628. 658. 53.
Octar rex Hun. 124. 22. 302. 27.
Octavianus papa 184. 23. 354. 6. v. Iohannes XII.
Octovianus (presb. card. S. Caeciliae 409. S. Mariae in Cosm. dictus Victor III. 510. 39.) qui et Victor papa 397. 38. 404. 20 410. 417. 52 418. 460. 44. 474. 26. 509—514. 531. frater 418.
Octavianus ep. Ostiensis 436.
Octavianus subdiac. Rom. 527. 10.
Oda uxor Zuentebulchi regis 589. 67. Gerhardi com. 590. 39.
S. Oda duc. Aquit. 329. 31. 391. 22.
Oda uxor Liudolfi duc. Saxoniae 549. 46. 576. 8. 593. 6.
Oda duc. Polan. ux. Misoconis 633. 64.
Oda duc. Polan. ux. Bolczlai 673. 18.
Oda march. ux. Udonis de Stathen 676. 56. 720. 57. 724. 28. 748. 43.
Oda ux. Willehalmi de Wimmare, Dedonis march. 686. 14. 687. 28. 697. 53.
Oda march. ux. Ekberti iun. 693. 50.
Oda ux. Gebeh. de Quernvorde 685.
Oda ux. Gozwini de Valkenberch 688. 21.
Odacer legatus Karoli M. 561. 64.
Odacer comes 589. 590.
Odalricus, Othelricus, Oudalricus, Uodalricus, Udalricus.
(Odalricus) patr. Aquileg. 739. 42.
S. Odelricus ep. Aug. 29. 43. 30. 54. 180. 45. 183. 64. 191. 1 344. 2 348. 31. 350. 21. 352. 9. 596. 21. 613. 5. 615. 39. 625. 61. 687. 29. 764. 31. Vita 180. 46. 544. 8. 594. 24.
Oudalricus ep. Benevent. 197. 20. 689. 53.
Odelricus ep. Curiensis 649. 22.
Oudalricus ep. Eihstat. 265. 10. 332. 12. 762. 40.
Odalricus ep. Fris. 737. 29. *est Heinricus.*
Oudelricus ep. Ratisp. 228. 18. 229. 15. 740.
Othelricus abb. Augiensis 769. 38.
Oudalricus abb. Fuld. 260. 43. 758. 68.
Odelricus f. Boleslai dux Boem. 358. 646. 6. 647. 11. 650 39. 664. 17. 665. 55. 667. 668. 41. 672. 675 10. 678. 54. 679. 9. 681. 10. ex Bozena f. Bracislaus.
Odelricus f. Conradi ducis Boemiae 733. 35. 737. 27. 752. 3. 760. 40.
Uodalricus dux Boem. 537. 540. cf. Sobeslaus.
Odalricus de Wimare march. Carent. 693. 43. 697. 61. 744. 6. ux. Sophia.
Oudalricus iun. de Wimare 246. 39. 693. 46. 750. 9. ux. Adelheid.
Oudalricus multum dives 210. 51. 218. 20. 732. 8.
Othelricus de Godesheim 706. 15.
S. Odelrici reliquiae 637. 18.
S. Odelrici oratorium Aug. 646. 61.
Odardus 368. 49. 369. 2. Urbanus II.
Odera v. Odora.
Odilbaldus ep. Traiect. 590. 27.
S. Odilo abb. Clun. e cler. Brivat. 353. 356. 359. 5. 393. 12 637.
Odilo, Ogdilo, Oudilo dux Baioar. 158. 32. 159. 4. 331. 44. 553 13. 554. 13
Odo, Outo, Outho.
Odo f. Rodberti rex Franc. 173. 180. 181. 183. 57. 343. 344. 346. 549. 41. 580. 19. 586—590. 594. 67.
Odo mon. Clun. ep. Ost. 366. 7. papa Urbanus II.
Odo ep. Baioc. 479. 23.
Odo ep. Belvac. 463. 5.
Odo Aurelian. abb. S. Martini Tornac. ep. Camerac. 394. 395. 9.
(Odo) ep. Paris. 436. 11.
Odo musicus abb. Clun. 344. 26. 345. 66. 348. 5.
Odo abb. ex Compendiensi S. Dionysii 499. 43.
Odo abb. S. Remigii 455. 16.
(Odo de S. Amando) mag. templi 529. 11.
Odo magister 422. 33.
Odo dux Burgundiae 463. 45.
Odo II dux Burgundiae 508. 25.
Odo III dux Burgundionum 430. 15.
Odo marchio v. Hodo.
Odo, Outho, Uto princ. Karling. 30. 195. com. Campan. 357. 461. 36. 680. 42. 681. 24.
Odo f. Wilhelmi com. Camp. 452. 37.
Odo Issoldunensis 525.
Odo, Outo legatus Karoli M. 170. 17. 567. 60.
Odoacar rex Rugorum 23. 24. 128—130. 138. 139. 7. 301. 27. 311—313.
Odora, Odera 180. 55. 603. 32. 630. 631. 635. 22. 656. 26. 668. 747. 32.
Odwardus consobr. Davidis reg. 490. 62.
Oenus rex Walensis 514. 21. 520. 34.
Offa, Opha rex Angl. orient. 329. 11. 485. 15.
Offa rex Merce 484. 485.
de Oizi, Orzi, Hugo, Symon.
S. Olaph rex Norw. 692. 56. f. Wifhild.
Olbertus abb. Gemblac. et S. Iacobi Leod. 268. 270. 271. 278. 354—356. 359. 6. 391. 41.
Olisipo, Olisiponia 168. 50. 459. 56. 563. 56. Ulixibona 389. 42. 453. 26. Ulixipona vulgo Lislebona 534. Lixebona 498. 1.
Oliverius f. Oliveri de Dinam 517. 20.
Oliveti mons 223. 26 324. 26. 454. 17. abb. Georgius; presb. Herimannus.
Ollae Vulcani 129. 41. 315. 29. 353. 56. 631. 20.
Olomuc 702. 36. ep. Andreas.
Olybrius imp. 23. 56. 137. 31. 311.
Omnebonum ep. Veron. 490. 5.
Omnium Sanct. coen. Paderb. 679. 1.
Onestrod v. Unstroda.
Oniba rex Goth. 122. 61.
Opertus abb. Elewang. 679. 35.
Opertus marchio 615. 28. cf. Hubertus.
Oppenheim 291. 37. 710. 44 755. 5.
Ora, Hora fl. 166. 41. 560. 2. v. Ara.
Orbec castellum 503. 27.
Orchades 98. 35. 608. 61.
Ordulfus dux Sax. 692. 694. 32. s. Otto 697. 698. ux. Wifhild, Gerdrud; f. Magnus.
Ordwig princ Nortm. 585. 34.
Orestes patr. Hierus. 727. 13.
Orestes patricius 23. 59. 138. 311.
Orheim, Horheim 159. 22. 554. 71. 560. 2.
Orientales, Germani 242. 25. 397. 38. 398. 23. 412. 16.
Origenes de numero 526. 57.
Orlagemunde 751. 8. marchio Otto.
de Orlagemunde, Meinhardus.
S. Ormisda 362. 23.
Orobitae 567. 4.
Orosius 36. 43. 53. 64. 304—306.
Ortona civ. 336. 34. 565. 14.
Orvet, Urbs Vetus 775. 31.
de Orzi v. Oizi.
Osbernus prior Belli Montis abb. Beeci 525. 17.
Osbernus de Hosa constabul. 535. 17.
Osbertus abb. Lirae 525. 27.
Osbrugge 558. 59. v. Asenburg.
Osca, *Huesca* 567. 23. 568. 2.
Oscaclavis 564. 18.
Oscannum 395. 34.
Osdag ep. Hild. 633. 22. 634. 638. 11.
Oseca mons 629. 4.
Osmundus abb. Mortui Maris 468.
Osneggi mons 161. 63.
Osred rex Nordanymbr. 329.
Osrich rex Nordanymbr. 330.
Ostadensis c. Theodericus.
Ostarsalz 566. 58.
Osterliudi 639. 34.
Ostfalai 166. 41. 559. 3. 560. 64. dux Hassinon.
Ostia 573. 52. ep. Maximus, Geraldus, Otto papa, Lampertus papa, Drogo, Albricus, Hubaldus papa, Teobaldus, Octavianus; privilegia 531. 53.
Ostorche pagus 556. 2.
Ostrevandensis comitatus 424. 25. diac. Robertus 395. 25. cf. Austrebat.
Ostrofrancia 32. 173. 14. 176. 181. 22. 328. 33. 596. 52. reg. Ludovicus iunior, Ludovicus puer.
Ostrogard Ruzzie 608. 63. 631. 26.
Ostrogotha rex Gothorum 122.
Ostrogotha uxor Alarici 129. 14.
Ostrogothae 23. 66. 122—130. 135. 137. 138. 301 seqq. reg. Ermenricus, Winitharius etc.
Oswald rex Nordanymbr. 323. 324.
Oswaldi reg. et Ydubergae transl. 440. 41.
S. Oswaldi prior Adalulfus ep. Carluil.
Oswi rex Nordanymbr. 324. 325.
Ota abb. Coufungensis 679. 42.
Otbertus ep. Leod. 235. 239. 21. 269. 366. 39. 372. 27. 376. 10. 387. 28. 742. 52. 754.
Otbertus ep. Strazburg. 591. 66. 593. 12
Otgarius, Oggarius archiep. Mog. 338. 573. 37. 575.
Otgarius, Otkerius ep. Spir. 615. 59. 617. 618. 45.
Othelricus v. Odalricus.
Otherius 557. 12.
Othilhildis uxor Conradi 691. 6
S. Othmarus 26. 6. 27. 1. 157. 75. 160. 45. 165. 33. 557. 15. 558. 15.
S Othmari abb. Nantarius.
Ottelini 608. 5.
Ottinsand 608. 39.
Otto, Ottho, Oddo
Otto, Ottho imp. Magnus 28. 29. 32. 182—191. 194. 21. 226. 5. 347—354. 550. 17. 596—625. 627. 1. 634. 639. 42. 650. 61. 659. 14. 670, 57. 671. 41. 675. 60. 676. 4. 691. 11. 692. 51. 694. 36. 724. 10. 770. 4. ux. Edith, Adelheid; f. Liudolfus, Liudgarda, Heinricus 188. 23. Otto, Mathildis; Wille-

helmus; capellanus Popo; cibus 622. 42. anniversarius 641. 52. per barbam Ottonis 608. 14.

Otto II imp. (Rufus 622. 15. 625. 24. 691.) 28. 59. 29. 32. 188—191. 194. 22. 350—352. 505. 21. 518. 14. 613. 41. 615. 53. 618—632. 642. 650. 19. uxor Theophanu; f. Otto, Mahthild, Adelheid, Sophia.

Otto III imp. 28. 60. 29. 32. 191. 192. 194. 23. 352—354. 627. 52. 630. 33. 632—647. 658. 41. 659. 20. 678. 20. 691. 2. sponsa Helena 665. 10. 673. 65. anniversarius 651. 23.

Ottonica regna 194. 52. Ottonum inclyta stirps 226. 3.

Otto dux Sax. 430. 34. com. Pictav. imp. IV. 434—436. 440. 466. 51. 467.

Otto ep. Ost. 206. 721. 46. 723. papa Urbanus II.

Otto el. Bremensis 664.

S. Otto ep. Babenb. 2—4. 8. 224. 27. 231. 25. 233. 30. 247. 35. 258. 9. 262. 263. 737. 14. 742. 746. 43. 750. 41. 752. 11. 757. 36. 761. 762. 777.

Otto, Oddo can. Magd. ep. Halb. 537. 33. 538. 32. 759. 34. 766. 6. 767. 27. 770. 18.

Otto el. Leodiensis 432. 48.

Otto ep. Ratisp. 207. 14. 726. 35.

Otto ep. Strasburg. 730. 36 733. 19.

Otto abb. Ilsinceburg. 733. 17.

Otto f. Liudolfi dux Alem. 29. 45. 191. 70. 612. 26. 614. 59. 627. 23. 629.

Otto f. Mahthildis dux Suevorum 31. 1. 32. 60. 196. 687. 47.

Otto com. de Swinfurte dux Suev. 196. 21. 198. 226. 24. 675. 10. 679. 684. 687. 47. 690. 22. 692. 12. 695. 738. 53. ux. Machtild, Irmengard; lib. v. p. 679.

Otto de Northeim dux Baioariae 198. 200. 202 27. 225. 692. 693 697—700. 703. 52. 706. 32. 710. 51. 711. 56. 713. 717—721. 723. 17. 734. 53. 748. 43 764. 35. ux. Richenza; f. Heinricus, Cono, Sifridus, Ethelindc.

Otto f. Conradi dux Carent. 32. 58. 641. 16. 650. 651. f. Heinricus, Cuono, Bruno papa.

Otto f. Richwini dux Lothar. 187. 348. 604. 36. 605. 2.

Otto f. Karoli dux Lothar. 353. 22. 354. 30. 634. 49.

Otto dux Moraviae f. Bracislai 690. 693. 22. 695. 48. 733. 33. f. Suatopluk et:

Otto dux de Merehern 537. 733. 35. 737. 32. 747. 40. 749. 45. 751. 60. 754. 7. 760. 762. 763.

Otto dux Pol. f. Boleslai 673. 18. cf. Besfrim.

Otto dux Sax. 28. 56 32. 57. 174. 36. 175. 179. 194. 19. 340. 56. 584. 69. 592. 593. ux. Hathwiga; f. Heinricus, Baba, Oda.

Otto marchio de Orlagemunde 686. 14. 687. 24. 690. 58. 693. 695. 697. 733. 21. 737. 50. 738. 2. ux. Adhela; f. Oda, Cunigunda, Adelheid.

Otto de Sabaudia marchio Susat. 199. 37. 679. 51. 695. 10. ux. Adelheit; f. Berhta.

Otto frat. Will. marchionis 687. 25. 690. 57. 692. 6.

Otto c. Ballenstid. f. Adelberti 676. 56. 693. 59. 744. 7. 749. 50. 751. 16. 759. 35. 761. 48. 767. 4. uxor Eilica; f. Adelbertus, Adelheid.

Otto f. Godefridi c. Capenberg. 679. 39.

Otto (com. de Habsberg) 227. 1. 739. 14.

Otto com. (de Hammerstein) 673. 674. 53. uxor Irmengard.

Otto c. de Hildesleve f. Milonis 685. 24.

Otto comes Lovan. 358. 1.

Otto comes Ratisp. 688. 21. 755. 16. ux. Adelheid.

Otto c. de Wusfradeshusen 771. 38.

Otto com. 685. 22. uxor Adelsindis; f. Liutburga.

Otto f. Heriberti comitis 650. 66.

Otto fr. Gebehardi ep. Ratisp. 651. 13.

Otwin abb. Magd. ep. Hild. 612. 29. 622. 30. 633. 638. 17. 682. 15.

Ou 486. 9. v. Auca.

Ougo abb. S. Maximini ep. Leod. 598. 48. 605. 64. 606. 51.

Onto v. Odo et Udo.

Oudalricus v. Odalricus.

Ovacra, Obaccrus fl. 159. 22. 554. 71. 559. 2. 560. 2. 565. 29.

Ovim, Scythia 120. 38.

Ovo, Obo rex Ung. 30. 195. 196. 8. 686. 687.

Oximum, *Hiêmes* 487. 36. 492. 6. 493. 51. pagus 478. 28. 494. 24.

Oxineford 490. 33. 493. 57. 495. 30. 502. 37. canonici 497. 29. praeses Will. de Guerceio; de Ox. Ioh. ep. Norwicensis; Oxinefordesire 484. 38.

P.

Pabulenses 423. 6.

Paccium, Pascheium 501. 30. 507. 58. 516. 13. 517. 11. de Paccio, Willermus.

Paderbrunno, Patherbrunno 166. 22. 167. 3. 168. 69. 360. 27. 559. 40. 560. 50. 561. 9. 564. 3. 570. 67. 647. 46. 649. 67. 665. 1. 669. 27. 672. 26. 674. 22. 676. 35. 678—680. 768. 30. coen. 360. 655. 49. 679. 1. episcopatus 560. 14. ep. Hathumarus, Badurad, Liuthard, Biso, Theodericus, Folcmar, Retharius, Meinwerc, Rodolfus, Imad, Poppo, Heinricus, Heinricus, Bernhardus; mon. Paternus.

Paduanus ep. Ursus.

Padus 126. 52. 240. 13. 244. 3. 250. 2. 334. 28. 584. 22. 618. 37. 748. 34. 752. 18. 771. 17. Paduanae regiones 253. 45. 754. 58.

de Paens, Hugo 489.

Paganellus 493. 34. Fulco.

Pagani Liutici 30. Sclavi 403. 52. 516. 49. Saraceni, Turci 367. 368. 388. 389. etc.

Pagi Germaniae: Bardongavenses, Batua, Belxem, Brachatensis, Brisahegowe, Cilensi, Cutizi, Diadesisi, Dragini, Firihsaze, Fresioneveld, Glomaci, Hardenga, Hasbania, Hasegau, Hathuloga, Heveldun, Liudize, Lomacensis, Meginensis, Milzieni, Morizini, Muselenorum, Niseni, Nize, Northuringa, Ostorche, Plisni, Radinzgo, Ribuariorum, Saxonum trans Albiam, Selpuli, Seronunti, Stoderania, Suisuli, Tullifelt, Tuschurini, Vedu, Westereche, Wirciburgensis, Witinga, Wizzagawi, Wormaciensis; Galliae: Abrincatinus, Adartensis, Aginensis, Alciodorensis, Aletensis, Ambianensis, Andegavensis, Arvernicus, S. Audomari, Aurelianensis, Austrebatensis, Baiocensis, Belvacensis, Bituricencis, Cadulcensis, Caletensis, Cameracensis, Cenomanensis, Constantinus, Dorcasinus, Dunensis, Gamantia, Laudunensis, Lemovicensis, Lensensis, Letigus, Lexoviensis, Noviomensis, Oximensis, Parisiacus, Petragoricus, Pictavensis, Pontivus, Remensis, Suessionicus, Tervanensis, Turonicus, Vilcasinus, Vimacensis; Daniae: Selon.

Paginus dux Brab. v. Walrabo.

Palatia Angiriacus, Aquis (adde 235.), Compendii, Ingelenheim, Lateranis, Meresburg, Modiciae, Mogontiae, Noviomagi, Ticini, Viennae; Persarum.

Palatii comitatus Sax. 690. 47. com. v. Baioaria (ubi adde Rapotonem), Saxonia; (Rheni) Ezo, Herimannus, Heinricus de Lacha, Sigifridus, Godefridus, Conradus.

Palestina 212. 12. 218. 39. 219. 2. 230. 19. 416. 52. 450. 42. 453—455. 508. 39. 727. 37. 730. 65. 733. 39. 741. 37.

Palithi, Paliti, Polida, Palathi, *Pöhlde* 621. 55. 625—627. 647. 57. 652. 54. 656—658. 660. 54. 662. 37. 664. 33. 667. 50 671. 55. 672. 67. 676. 44. 677. 49. 687. 50. 689. 10. 691. 2. abb. Alsker.

Palladius ep. Scottorum 307. 57.

Pampilona 334. 53. 559. 566. 10. 573. 41.

S. Pancracius 636. 61. 637. 14.

de S. Pancracio, Robertus abb. Cerneliensis.

Pannonia 27. 24. 28. 33. 30. 31. 123. 125—127. 130. 131. 14. 135. 31. 138. 4. 140. 35. 141. 44. 143. 150. 162. 163. 4. 167. 63. 168. 31. 170. 25. 179. 28. 180. 55 199. 27. 249. 4. 417. 31. 562. 26. 563. 565. 34. 568. 575. 48. 584. 12. 587. 58. 590. 45. 641. 23. 730. 731. 16. 735. 12. Botonem pro gigante habet 226. 16. 738. 49.

Panormus 432. 20.

S. Pantaleonis reliquiae 336. 37. 617. 6. 637. 19.

S. Pantaleonis coen. Col. 349. 65. 614. 53. 636. 17. 646. 67.

Paparo, Iohannes 500. 31.

Paphus 221. 736. 1.

Papia f. Ricardi duc. Norm. 478. 32.

Papia s. Ticinum 26. 18. 29. 126. 51. 128. 63. 129. 4. 138. 10. 143—150. 157. 68. 160. 162 46. 165. 166. 46. 188. 190. 20 311. 51. 312. 66. 318. 55. 330. 27 332. 41. 334. 347. 349. 46. 355. 54. 593. 5. 423. 39 440. 14. 509. 15. 516. 9. 524. 556. 558. 560. 4. 564. 64. 584. 20. 596. 32. 598. 18 608. 615—618. 623. 631. 46. 632. 15. 633. 19. 641. 642. 20. 645. 56. 654 666. 771. ep. Epiphanius, Ennodius, Damasus, Willehelmus; diac. Luitprandus; de Papia, Willermus; Papienses denarii 396. 4.

S. Papirius 362. 23.

Pardonis mons v. Bardonis.

Parisius 116. 117. 159. 68. 161. 18. 191. 15. 213. 14. 323. 63 (coen. virg.). 325. 28. 330. 1. 338. 20. 339. 343. 344. 349. 22. 381. 45. 382. 384. 8. 426. 15. 428. 10. 434. 446. 7. 450. 33. 451. 31. 460. 50. 470. 4 (eccl. S. Petri). 497. 499. 507 (aula regia). 510. 51. 518. 12. 520. 25. 523. 525 (eccl. maior). 535. 30 (eccl. S. Stephani). 557. 54. 564. 27. 573 32. 586—589. 606. 68. 627. 6. cf. S. Dionysii, S. Mariae, S. Martini, S. Victoris; ep. S. Germanus, Gocelinus, Haischericus, Theobaldus, Petrus, Mauricius, Odo; archidiac. Guillelmus ep. Catalaunensis; diac. Philippus; presb. Fulco; virgo Genovefa; com. Hugo; doctores 509. 35. Parisiorum legati 196. 17. 689. 17. cancellar. Givardus 441. 11. pagus, territor. 182. 29. 352. 25. 434. 11. 505. 40. 556. 17. silva Aquilina 314. 47.

Parius lapis 219. 12.

Parma 244. 5. 375. 38. 681. 38. 748. 35. 754. 23. 772. 2. ep Cadalus.

Parrona v. Perrona.

Parvinus abb. S. Sepulcri 395. 39.

Pascalis, Paschalis, Pascualis.

Pascualis I papa 27. 171. 172. 25. 337. 338. 572—574.

Pascalis II papa qui et Raginerius 211. 45. 218. 34. 224. 227. 234. 240—246. 250—253. 368. 369. 372—374. 377. 400. 16. 443—445. 448. 20. 456. 31. 483—487. 732. 20. 737. 739. 8. 744—749. 752. 754. epistola 272. cf. Rainerus.

Paschalis qui et Wido papa (IV. 514. 11.) 410—412. 417. 53. 516. 3. 517. 55. 531. 51. cf. Wido.

Paschasius Ratbert 447. 17.

Passio v. Vita.

Pastiquanus 582. 583.

Patalaria insula 566. 38.

Patavia, *Passau* 626. ep. Pilegrimus, Christianus, Beringerus.

Patavium s. Altinum 126. 49. 145. 57. ep. Ursus.

Pataviensis ep. 710. 45. 711 2. 715. 9. 718. 2.

Paterini 421. 30.

Paterna cast. 646. 37.

Paternisheim 595. 45.

Paternus Scottus mon. Paderbr. 360. 28.

Patric, Willermus, Willerinus, Ingerannus.

S. Patricius Scottus 304. 10. 307.

S. Patricius archiep. Hibern. 313. 14.

Patricius com. Salesber. 517.

S. Patrocli corpus 349. 41.

S. Paula 304. 305. Vita 305. 26.

Paulinus patr. Aquil. 565. 6.

S. Paulinus episc. Angl. 25. 6. 153. 55. 322. 67.

S. Paulinus ep. Nolanus 136. 57. 304. 310. 34. 505. 24.

S. Paulinus ep. Trevir. 22. 25. 113. 47. elevatio 362.

S. Paulus papa 160. 35. 337. 338. 556. 63. 557. 46.

Paulus ep. Praenest. 425. 16. papa Clemens III.

Paulus patr. Aquileg. 143. 53.

Paulus haeret. patr. Constant. 25. 25. 153—155. 324. 325. 473. 45.

Paulus mon. Cadom. abb. S. Albani 484. 49.

Paulus diaconus 336. 64.

Paulus dux Iaderae 565. 62.

Paulus dux classis 566. 69. 567. 48.

S. Pauli card. Iohannes.

S. Pauli praepositura Bremin 686. 19.

S. Pauli basil. Halberst. 698. 44.

S. Pauli coen. Leodii 350. 18.

S. Pauli eccl. Lond. 485. 26.

S. Pauli basil. Romae 564. 62. coen. 645. 14. 671. 36. ad Aquas Salvias 153. 14.

S. Paulus in Spoleto 383. 39.

S. Pauli leprosi coen. Alexandr. 137. 55.

S. Pauli hominagium 428. 24. territ. 439. 27. castr. 459. 10. com. Hugo, Hugo, Guido.

Pax (Constantiae promulg. 30. 48. 196. 1. 687. 12.) 255. 4 257. 44. 367. 28. 368. 38. 540. 20. 757. 769. 32. Flandrensium 398. 8. 399. 38. 411. 15. Dei, divina 206. 1. 227. 18 252. 22. 254. 41. 357. 721. 25. 723. 753. 27. s. ecclesiae 534. 15.

Peccatum, Robertus, Richardus epp. Cestrenses.

Pecenaci 587. 38. Pecinci 674. 18. Pezinecigi 665. 8.

Peculanus mons 134. 23.

Pedenci 674

Pelagius papa 141. 8. 317.

Pelagius II. 24. 44 319—321.

Penda rex Merc. 323—325. 485

Pene fl. 630. 53. 631.

Penevesel 506. 30.

Pentapolis 160. 22. 556 48.

Perestad 721. 46. v. Berchach.

Peredeus 143. 70.

Pergamus, *Bergamo* 126. 50. 344. 25. 589. 32. 654. 19. com. Ambrosius.

S. Perpetuus ep. Turon. 311. 62. 391. 4.

Perrona, Parrona 346 63. 351. 63. 428. 20. 436. 437. 32. 625. 67. eccl. Fursei 383. 39. com. Radulfus.

Persarum opes 355. 56. palatia 322. 66. regna 267. 3. imperat. 212. 25. 727. 26.

Perticenses s. Moritoniae com. Gaufridus, Rotrodus, Rotrodus.

Perusium 351. 41. 439. 19.

Peschiza 526. 48.

Petragoricum territor. 161. 16. 557. 52.

Petrocia castellum 557. 45.

Petronax Brixianus abb. Casin. 150. 7. 329. 43.

(Petronilla) reg. Arrag. 509.

Petronilla ux. Radulfi de Parrona 452. 28. 500. 41.

Petronella v. Gertrudis.

S. Petronillae corp. 332. 50. dies 459. 42.

S. Petronellae eccl. Romae 198. 2. 203. 42.

S. Petrus ep. Rom. 409. 16. 531. 42. f. Petronilla; cf. S. Petri.

Petrus com. Autissiodor. imp. 440.

(Petrus I) Sautio rex Arrag. 509. 7.

(Petrus II) rex Arragonum 467. 474.

Petrus rex Bulgarum 351. 19.

Petrus rex Ungar. 30. 195. 196. 358. 684—687. 692. 39. ux. Iuditha.

Petrus leg. Adriani I. 558. 30.

Petrus igneus ep. Albau. 207. 48.

Petrus diac. card. S. Mariae de Via Lata 435. 436. 527. 3.

Petrus (de Castro Novo) card. 439. 5.

Petrus de Leone, f. Petri Leonis (presb. card. S. Mariae trans Tib. 457. 34.) 251. 383—386. 390. 446. 20. 752. 52. 766. 40. 767. 773. 775. 21. 776. 11. cf. Anacletus II; fratres 251. 8. 447. 2. 452. 489. 57.

Petrus archiep. Amalfit. 359. 47. 688. 49.

Petrus archiep. Bituric. 446. 44. 472. 46. 495. 25.

Petrus de Corbuel, archiep. Senon. 441. 3.

Petrus archiep. Tarantasiae 523.

Petrus abb. Ponteniaci, Cistercii, ep. Atrebat. 421. 53. 422. 42. 428. 431. 2. 432. 15. 436. 12. 534. 50.

Petrus ep. Camerac. c. Flandr. 398. 21. 412. 32. 414. 26. 415. 35. 522. 10. 525. 17.

Petrus de Corboilo ep. Camerac. 435. 49.

Petrus abb. S. Remigii ep. Carnot. 530. 51. 533.

Petrus ep. Cestrensis 490. 47.

Petrus ep. Florentinus 207. 50.

Petrus Giraldi ep. Maclov. 534. 38.

Petrus ep. Novariensis 615. 41.

Petrus Longob. ep. Paris. 509. 35. 510. 34.

Petrus ep. Silvanect. 452. 31.

Petrus abb. Affligem. 400. 30.

Petrus abb. Cadomi 529. 38.

Petrus abb. Clun. 485. 506. 10

Petrus abb. Gemmetic. 518. 33.

Petrus prior Montis Acuti abb. Hydae 524. 30.

Petrus abb. Maioris Mon. 525. 23. 527. 20.

Petrus abb. Nonantulae 570. 14.

Petrus abb. de Prato 472. 38.

Petrus abb. legat. Niceph. 169. 45 565. 22.

Petrus eremita 208. 12. 216. 12. 459. 6. 728—730.

Petrus Pisanus 164. 9. 569. 1.

(Petrus Polanus) dux Venet. 540. 22.

Petrus com. Britanniae 440. 52. f. Iohannes, Robertus.

Petrus Abaelardus 403. 8. 452. 9.

Petrus de Columna 369. 3.

Petrus Damascenus 501. 54.

Petrus Leonis 369. 7.

S. Petri corpus 617. 38. catena 308. 23. 621. 20. et capilli 351. 623. 21. barba 636. 58. baculus 349. 41.

S. Petri basilica Romae 25. 28. 31. 21. 149. 44. 152. 20. 154. 25. 156. 65. 164. 29. 169. 171. 43. 174. 23. 197. 22. 251. 32. 314. 37. 338. 373. 397. 12. 402. 38. 407. 41. 411. 53. 440. 25. 450. 23. 502. 16. 504. 59. 516. 2. 539. 19. 558. 58. 563. 70. 564. 569. 20. 570. 3. 573. 8. 591. 22. 666. 18. 689. 55. 721. 31. 732. 14. 735. 4. 749. monasterium 451. 6. altare 619. 6. paradisus 631. 50. limina 199. 14. 558. 47. gradus 204. 19. 620. 28. porticus 156. 65. sacrarium 156. 9. 327. 46. confessio 169. 26. 245. 8. 564. 46. 580. 55. 589. 57. 620. 29. claves conf. 168. 26. 335. 67. 563. 14. sepulcri 26. 31. eccl. ad Vincula 149. 21. castellum 204. 39. 205. 12. 720. 36. 721. 16.

S. Petrus et successores eius, S. Petri sedes 227. 33. 230. 52. 232. 32. 239. 32. 251. 259. 8. 364. 2. 408. 416. 429. 10. 561. 39. 578. 11 (non fallitur). 580. 44. 588. 14. 616. 642. 16. cathedra 204. 19. 205. 41. 234. 8. 721. 35. vicarius 168. 67. 485. 2. 564. 1. sagena 233. 48. gladius 691. 37. ius, iusticia 332. 42. 556. 558. 31. possessiones et regalia 260. 378. 38. potestas 619. 49. ligandi solvendique 213. 34. thesaurus 617. 15. vexillum 408. 55. advocatus Otto III. 641. 19.

S. Petri eccl. Aldenbórt 399. 53.

S. Petri coen. Altumvyleir v. Altumvyleir.

S. Petri eccl. Aulicensis 571.

S. Petri episcopium Babenb. 192. 30. coen. 30. 5. 193. 5. altare 194. 4.

S. Petri eccl. Belvaci 461. 34.

S. Petri coen. Beneventi 148. 68.

S. Petri (Blandiniensis) abbas 380. 33.

S. Petri eccl. Bremin 562. 13.

S. Petri Carnotensis villa 531. 6. eccl. de Valle 527. 5.

S. Petri eccl. Colon. 340. 32. 341. 42. 381. 18. 384. 18. 405. 43. 409. 38. 412. 19. 581. 11. 646. 67.

S. Petrus Corbeiensis 291. 35.

S. Petri de Curte, apud Cenomannos, capella regis 534. 7. dec. Guill. ep. Abrincati.

S. Petri super Divam d. Sag. abb. Richardus, Rannerus; prior Robertus abb. Fontaneti.

S. Petri eccl. Eresburg 184. 57. 601. 57.

S. Petri coen. Erphesfurt 203. 49.

S. Petri Gandensis abb. 441. 29. mon. 438.

S. Petri coen. v. Gemblacum.

S. Petri coen. Leodii 391. 24.

S. Petri eccl. Lovaniae 383. 28.

S. Petri coen. Mettis 586. 66.

S. Petri basilica Parisiensis 470. 4.

S. Petri basil. Quidiling. 183. 54. 599. 15.

S. Petri basilica Ratisponae 609. 32.

S. Petri eccl. Redonis 518. 28.

S. Petri basilica Salisensis 644. 11.

S. Petri coen. Sithiu 442. 40. v. S. Bertini.

S. Petri coen. ad Caelum Aureum Ticini 150. 21. munitio 654. 41.
S. Petri basilica Turonis 116. 60.
S. Petri basilica Varennis 557. 3.
S. Petri coén. Wicenburh 614. 63. v. Wiziburg.
S. Petri eccl. apud Winceastre 481. 30.
S. Petri monasteria Gallica 341. 9.
S. Petri mons Fuldae 575. 64.
S. Petri Pons 492. 55.
S. Petri villa 398. 14. 412. 8.
SS. Petrus et Marcellinus v. Marcellinus.
SS. Petri, Mauricii et Innocent. coen. Magdeb. 601.
SS. Petri et Pauli alt. Romae 373. 51. 374. 22. 484. 2. Parisiis 556.
SS. Petri et Pauli coen. v Alfligemense, Hasnoniense, Hasungun, Marchianensis.
SS. Petri et Stephani eccl. Quidel. 643. 53. 644. 2.
Peurel, Willermus 504. 42.
Pheringa 167. 39.
S. Philibertus abb. de Herio ins. 324. 49. 461. 10. 477. 26.
S. Philibertus de Monteforti 503. 54
Philippicus imp. 25. 26. 149. 71. 156. 157. 329.
Philippopolis 453. 53.
Philippus Arabs 20. 67. 108. 5. 122. 53.
Philippus dux Suav. rex Rom 434. 435. cognom. Suavus rex Alemanniae 439. 6. dictus rex Alemanniae 474. 31.
Philippus I rex Galliae 199. 3. 213. 31. 360. 41. 362. 30. 367. 14. 369. 33. 372. 19. 441. 42. 442. 6. 479. 50. 482. 57. 483. 692. 48. 701. 25. 728. 19.
Philippus rex f. Ludovici VI. 381. 41. 384. 8 446. 450. 489. 32. 490. 15.
Philippus II rex Franc. 418—436. 438—441. 466—468. 474. 57. 514. 55. 518. 20. 527—534. ux. Elizabeth, Ingelburge, (Agnes 433. 32. 436. 24.); f. Ludovicus, Philippus.
(Philippus VI) rex Franc. 444. 35.
Philippus pseudopapa 333. 44.
Philippus archiep. Col. 412. 19. 423. 5. 427. 29.
Philippus de Haricuria ep. Baioc. 495 36. 504. 29. 511. 3. 513. 13.
Philippus ep. Belvac. 525. 6.
Philippus abb. Claremont. ep. Redon. 532. 6.
Philippus decanus Paris. Turon. 510. 35. 511. 13.
Philippus prior Clarevall. 500. 56.
Philippus com. Boloniensis 437. 16.
Philippus com. Flandr. et Virmand. 397. 398. 403. 29. 407—409. 411—428. 432. 29. 433. 23. 440. 7. 465. 55. 506. 37. 513. 45. 514. 39. 516. 51. 517. 48. 519. 21. 521—523. 525—527. 529. 28. 534. ux. Elizabeth, Mathildis.
Philippus c. Gloecest. f. Richardi 524. 38.
Philippus c. Namuc. f. Balduini 427. 433. 21. 435.
Philippus de Branse 483. 48.
Philippus de Falconis Monte 432. 18. f. Otto el. Leodicensis.
S. Philippi reliquiae 636. 59.
SS. Philippi et Iacobi alt. Magdeburg. 628. 10.
SS. Phil. et Iacobi eccl. Romae 24. 11.
Philo Iudaeus 17. 2. 98. 7.
Philtanus rex Hiberniae 320. 35.
de Phullingen, Conradus archiep. Trev.
S. Piatus 441. 11.
Pictavis, Pictavum, *Poitiers* 116. 35. 117. 36. 140. 25. 340. 51. 341. 18. 439. 30. 508. 509. 515. 41. Vetus 158. 43. 553. 43. Pictavi, Pictavia, Pictavensis pagus 468. 38. 474. 57. 498. 43. 507. 56. 517. 518. 35. 577. 17. 580. 5. ducatus 478. 508. 51. Pictavense vinum 526. 10. ep. Hilarius, Dido, Fortunatus, Gillebertus, Iohannes; archidiac. Ricardus ep. Wintoniae; abb. Maxentius; cóm. Ammingus, Rainaldus, Eblus, Willihelmus, Raimundus, Richardus rex, Otto imperator.
Picti 300. 50. 303. 9. 320. 56. 323. 52. 325. 18. 327. 30. 329. 14.
Pictores 389. 48.
Pilegrimus archiep. Col. 30. 193—195. 355. 45. 674. 66. 677. 680. 14.
Pilegrimus ep. Pataviensis 636. 39.
Pilutus comes 467. 51.
Pincinati 212. 39. 220. 735.
Piperellus, Willermus 493. 42.
Pippini 554. 8.
Pippinus princ. et maiordomus 26. 7. 32. 118. 150. 154. 176. 3. 322—324. f. Grimoald, Gerdrudis, Begga.
Pippinus f. Ansigisi 118. 155—157. 327—329. 553. 10. 555. 47. ux. Plectrudis; f. Drogo, Grimoald; ex Alpaide Karolus.
Pippinus rex Franc. 26. 32. 118. 150. 19. 158—161. 165. 166. 57. 176. 5. 178. 72. 331—333. 390. 46. 391. 26. 553—561.
Pippinus f. eius 160. 36. 556. 61.
Pippinus f. Karoli rex Ital. 27. 161—163. 166. 53. 167. 37. 168. 170. 334. 68. 336. 337. 560—564. 567. f. Bernhardus.
Pippinus gibbosus 163. 167. 69. 335. 47. 562. 44. 568. 50.
Pippinus rex Aquitaniae (Hispaniae 180. 52.) 27. 64. 170—172. 180. 340. 9. 570—575.
Pippinus f. eius 172. 340. 9. 574. 53. 575.
Pippinus f. Bernhardi regis 572. 25.
Pippinus f. eius 572. 25. 589. 8.
Piratae Alemannici 514. 52.
Piriz civ. Pomeran. 264. 20.
S. Pirminius 26. 157. 73. 158. 3.
Pisae 474. 27. 564. 65. 770. 21. 773. 26. 774. concil. 450. 25. Pisani 497. 45. 752. 28. classis 210. 41. 218. 3. 732. 63. ep. (Petrus) 250. 16. 752. 28. archiep. Dagobertus; civ. Burgundio; de Pisis, Henricus legatus.
Pistoria 773. 20.
Placentia 146. 29. 148. 37. 172. 64. 244. 3. 341. 38. 405. 23. 509. 15. 581. 2. 589. 31. 748. 31. 772. 1. concil 218. 27. 732. 15. 734. 21. ep. Sigalf, Iohannes, Richardus.
Placidia f. Theodosii 23. 125. 46. 134. 135. 307. 309. 406. 6.
Plaiseith castellum 495. 47.
Plectrudis ux. Pippini 118. 51. 328. 42. 329.
Plinius 120. 6.
Plisne pagus 625. 59. 628. 63.
Plisni urbs 626. 55.
Ploasmel cast. 522. 12. 524. 19.
Plozeke 776. 41. com. Theodericus, Conradus, Hilpericus marchio, Bernhardus, Conradus marchio.
Plusso 694. 30.
Pober s. Castor II. 656. 23.
Podiensis ep. 534 11 (Petrus); Hademarus.
de Poentio, Gaufridus.
Polahingi 609. 11. 631. 5.
Polani, Polenii, Polonia 243. 5. 629. 7. 630. 61. 641. 24. 675. 14. 677. 59. 683. 684. 720. 46. 729. 66. 731. 16. 746. 34. 747. v. duc. Miseco, Bolizlaus, Miseco, Kazimir, Bolizlaus, Wladislaus, Wratizlaus rex, Bolizlaus; ducis lilia 755. 19.
Polanus, Polein, Robertus arch. Rothom.
Polentia 146. 27.
Polida v. Palithi.
Polizlaus 262. 32. v. Boleslaus.
Pollingun 646. 46.
Pomerania 262—264. 631. 29. 761. 16. 762. 10.
Pontaldemeri cast. 487. 20.
de Ponte Episcopi, Rog. arch. Eborac.
Pons Isarae, *Pontoise* 520. 24. cf. S. Martini.
Pons Longus 654. 44.
Pons Ursonis, Ursipontis castrum, *Charrues* 282. 46. 491. 50. 507. 54. 508. 512. 6. 520. 522. 40.
Pontes Cruici 748. 40.
Pontiana insula 140. 11.
SS. Pontiani et Eusebii corp. 341. 9.
Pontificum Rom. successio 99. 108. 461. catal. 100. 8. hist. Saxonica 544.
Pontiniaci, *Pontigny* d. Autissiod. abb. Guichardus archiep. Lugdunensis, Guarinus arch. Bituricensis, Petrus ep. Atrebat.
Pontius ep. Atrebat. 438. 1. 440.
Pontius abb. Clun. 250. 4. 251. 7. 255. 10. 379. 15. 395. 12. 456. 40. 483. 43. 485. 752. 755. 55.
(Pontius) com. Tripolit. 457. 21.
Pontivensis abb. Richarius 324. 49.
Pontivus pagus 325. 5. 384. 3. 457. 7. 474. 11. com. Guido, Iohannes, Willermus.
Ponz castellum 527. 34.
Poppenburh curia Hildesh. 717. 3.
Poppo, Boppo, patr. Aquil. (papa 30. 66. 31. 1. 196. 687. 46.) 680. 36.
Poppo praepos. Babenb. archiep. Trev. 29. 65. 355. 25. 667. 41. 669. 27. 673. 7.
Poppo ep. Cracuensis 644. 59.
Popo ep. Danorum 351. 11. 609.
(Poppo) ep. Patherbr. 719. 43.
Poppo ep. Traiect. 632.
Pobbo, Popo ep. Wireiburg. 29. 36 190. 41. 615.
Pobbo iun. ep. Wirciburg. 29. 46. 191. 30. 615. 47.
Poppo abb. Lauresh. Fuld. 665 29. Volkmarus 673. 29.
Popo abb. Stabulensis 356. 25. 359. 5.
Poppo abb. (Swarzahensis) 263. 50.
Poppo de Wimare capell. Ottonis I. 618.
Poppo dux Fres. 331. 8.
Poppo dux Thur. 587. 31. 588. 67.
Poppo f. Willehelmi de Wimmeri 687. 21. 693. 45. f. Odelricus.
Popo com. fr. Brunonis archiep. Trev. 677. 2.
Poppo legatus Arnulfi 588. 45.
Poppo (de Hennenberg) 203. 22.
Populonium 567. 4.
Porcorum census 649. 35. 687. 21.
Porroet, Porrohoit 517. 18. 522. 42. vicecom. Eudo.
Portesmuthe 481. 45.
Portigalensis Hisp. 531. 28. rex Adefonsus I; de Portu Galli, Feirant, Mathilde.
Portuensis episcopatus 531. 59. ep Formosus, Iohannes papae.
Portus Novus 439. 21.
Portus Veneris 565. 1.

Potentia 774.
Poutho, Pnoto diac. 27. 62. 574. 59.
Poznani 656. 38. ep. Iordanes, Ungerus.
Praedestinatorum heresis 306.
de Praedicatorum ord. Robertus 440. 38.
Praedones sub nomine equitum 261. 17.
Praemonstratensis ordo 447—451. Premonstratum 448—450. 455. 49. 459. abb. Norbertus, Hugo; mon. Gualterus ep. Laudun.
Praeneste, *Palestrina* 408. 16. 755. 19. ep. Humbertus, Cono, Paulus papa.
Praga (Braga 243. 12.) 29. 51. 182. 61. 347. 33. 351. 65. 596. 47. 619. 629. 62. 633. 37. 646 (eccl. privilegia). 647. 13. 655. 675. 15. 681. 12. 683. 66. 685. 692. 40. 693. 7. 695. 52. 724. 7. 727. 63. 746. 747. 762. 6. cf. S. Georgii, S. Viti; ep. Dietmarus, Adalbertus, Thietdagus, Ekkihardus, Hizo, Severus, Gebehardus, Cosmas, Herimannus, Meginhardus; decan. Cosmas; praef. 717. 29.
Pratelli coen. *Prèaux* d. Luxov. abb. Michael, Heinricus; mon. Gualerannus com. Mellenti.
de Pratis prope Lovan. abb. 442. 26.
de Prato coen. apud Rothom. 491.
de Prato coen. *Beaupré* dioec. Bellov. 472. 38.
Precekina 565. 30.
Preiectus ep. Arvern. 326. 61.
Pretis urbs 663. 11.
Priamus rex Franc. 115. 58. 131. 59. 300. 302. 303. 555. 32.
Pricos comes 684. 51.
S. Principius ep. Suess. 312. 55.
Priscianus 24. 33. 140. 143. 24. 315. 53.
S. Priscillianus 303.
S. Priscus 308. 46.
Priscus histor. 123. 41. 124. 29.
S. Privati corp. 349. 41.
Probus presb. Mog. 340. 48.
Proculus ep. Constantinop. 135. 56.
Prosperi chronica 23. 50. 304. 55. 310. 43. 406. 6. 480.
S. Prothasius v. Gervasius.
S. Protus martyr 351. 45. 637. 11.
Provincia 26. 37. 148. 44. 329. 54. 339. 44. 367. 23. 467. 512. 26. 514. 8. 559. 50. 575. 32. 728. 53. dux Maurumcius; reges Karolus, Boso.
Pruci, Brutii, Bructii 29. 191. 66. 193. 18. 352. 65. 355. 15. 631. 23. 641. 21. 658. 17. 745. 27.
Prudentius 134. 36 304. 1. 305. 31.
Prumia 163. 60. 172. 16. 335. 18. 340. 21. 343. 375. 21. 377. 52. 568. 53. 576. 11. 585. 35. 588. 590. 13. abb. Tancradus, Egil, Ansbaldus, Regino; Richarius, Farabertus ep. Leodicenses.
Psalmi, psalteria 302.
Ptolomaida v. Accon.
de Puisat, Hugo ep. Dunelm.
Pulcher Mons v. Belegori.
Pulcher Mons, saltus 658. 59.
de Pulsano, coen. S. Mariae 526. 52.
S. Pusinnae coen. Winethusen 643. 56.
de Puteledhorp com. Friderici.
Puteolis castrum 456. 7.
Pyrenei montes 158. 162. 68. 314. 21. 403. 21. 553. 50 567. 23. 568. 11.
Pyrrhus patr. Constant. 25. 26. 153—155. 325. 473. 13.

Q.

Quadi 122. 52. 125. 65.
de Quenstide, Berenger.
de Quernevorde, Gebehardi.
Quicma locus 605. 37.
Quidilingaburg (Quintiliburch 377. 45.) 183. 53. 189. 46. 377. 45. 541. 4. 598. 599. 604. 67. 606. 58. 617. 619. 27. 621. 622. 27. 624. 625. 627. 13. 632. 25. 633. 29. 636. 637. 50. 640. 11. 643. 644. 651. 672. 14. 675. 3. 676. 38. 697. 12. 739. 751. 766. 769. 776. 777. conc. (1085.) 206. 27. 723. 25. (1105.) 227. 739. 26. eccl. SS. Dionysii et Servatii, SS. Iacobi et Wigberti, S. Mariae, S. Petri, SS. Petri et Servatii, S. Servatii; abb. Mahthild, Adalheidis, Mahthild, Adalheidis, Gerburh, Beatrix.
Quintianus ep. Rutenensis 314. 10.
S. Quintinus martyr 471. 44.
S. Quintini castr. 415. 41. coen. 470. dec. Guido ep. Belvacensis.
S. Quintini eccl. Belvac. 461. praepos. Ivo ep. Carnotensis.
Quirce, *La Guerche* 522. 58.

R.

Raba fl. 167. 66. 562. 26.
Rabanus abb. Fuld. archiep. Mog. 28. 4. 172. 59. 338—340. 549. 4. 572—576.
Rabellus camerar. 493. 4. 494. 20. f. Willermus.
Rabenhusberg Fuldae 575. 64.
Rachiz, Radgisus rex Langob. 26. 45. 331. 332. 555. 1.
Radagaisus 23. 8. 134. 20. 305.
Radamirus rex Galiciae 348. 54. 605. 25.
Radanzia fl. 168. 4. 562.
Radbod, Rabbodus, Rabodo, Ratbod, Ratpoto, Rapoto, Rapotha.
Ratbod archiep. Trev. 585. 66. 589. 26.
Radbodus ep. Noviomi 394. 441. 41.
Ratbod ep. Traiect. 590. 27.
Rabbodus dux Fres. 328—330.
Ratpoto comes 204. 35. 718. 34.
Rapoto com. pal. 210. 53. 218. 19. 727. 54. 732. 7.
Radegundis reg. 141. 14. 315. 35. 317. 64.
S. Radegundis eccl. Helpethi 623. 48.
Radelburch 746. 13.
de Radingis, coen. d. Saresber. 491. 502. 35. 505. 45. 513. 58. 524. 34. abb. Willermus archiep. Burdegalensis, Hugo arch. Rothomagensis; mon. Henr. de Essessa.
Radinzgo 657. 7.
Radlis comes 387. 57.
Rado Francus 323. 58.
Radoald rex Langob. 145. 68. 146.
Raduald rex orient. Angl. 322. 323.
Radulfus, Radulphus, cf. Rodulfus.
Radulphus Nigellus cl. Dol. card. 534. 25.
Radulfus Viridis archiep. Rem. 447. 37. 449. 35.
Radulfus ep. Andegav. 527. 16.
Radulphus ep. Atrebat. 440. 26.
Radulfus ep. Dunelm. v. Rannulfus.
Radulfus ep. Leod. 429. 15.
Radulfus de Vennevilla archid. Rothom. ep. Luxov. 530. 16. 531. 35.
Radulfus prior Caritatis abb. Clun. 522. 12. 525. 21.
Radulfus de S. Columba abb. S. Ebrulfi 526. 41.
Radulfus Normannus abb. S. Florentii 523. 13. 525. 9.
Radulfus abb. Valcell. 459. 32. 460. 16.
Radulfus dux Thuring. 324. 47.
Radulfus, Rodulfus com. Viromand. (de Parona 500. 39. 514. 13. 519. 26.) 397. 24. 407. 55. 450. 31. 452. 28. 455. 35. 472. 27. 482. 8. 512 46. ux. Petronilla; f. Hugo s. Radulfus, Elizabeth, Alienor.
Radulfus iuvenis com. Virom. (Hugo 500. 40.) 412. 41. 512. 46. 519. 25.
Radulfus de Dolis 525. 49.
Radulfus de Faie 521. 54.
Radulfus de Fulgeriis 506. 4. 512. 38. 514. 25. 522. 527. 5. f. Iuellus, Willermus.
Radulfus de Haia Normannus 522. 56.
Radulfus Luvelt 493. 31.
Radulfus f. Iordani Tessun 526. 42.
Radullus de Toene 512. 35.
Radulfus (ob. 1040.) 684. 46.
Radulfus haereticus 421. 23.
Rages v. Rohas.
Ragin-, Regin-, Ragen-, Regen-, Rain-, Rein-
Raginaldus, Raginoldus etc.
Rainaldus cancell. Frid. I, archiep. Col. 398. 22. 405. 40. 409. 410. 36. 412. 513. 48. 514. 41. 516. 5.
Rainaldus archiep. Remensis 395. 35. 449. 36. 451. 50. 457. 35. 459. 44.
Reinoldus ep. Aldenburg. 677. 29.
Rainaldus ep. Bathon. 529. 53.
Rainaldus de Mocon, thesaur. S. Martini, ep. Carnot. 533. 14.
(Rainaldus) abb. Casinensis 775. 16.
Rainaldus abb. Cistercii 455. 15.
Reinoldus abb. Mimenlev. 667. 20. 669. 62.
Reginaldus abb. Rames. 490. 14.
Rainaldus dux Apuliae 775. 4. f. Richardus.
Rainaldus de Castellione, princ. Antiochiae 498. 17. 503. 59. 512.
Reginaldus com. Bolon. 467. 437. 12. 439.
Rainaldus com. Burg. 403. 13. 407. 54. 506. 8. f. Beatrix.
Rainaldus com. Cornubiae f. Henr. I regis Angl. 500. 7. 512. 27. 515. 17. 524. 33.
Rainaldus com. Hagin. 351. 63. Reinzo 670. 56.
Rainaldus, Regenold com. castri Montionis 247. 387. 27. 449. 42. 452. 20. 750. 31.
Rainaldus com. Pictav. 478. 17. f. Eblus.
Rainaldus de S. Valerico 508. 40. 513. 11.
Reginolt (occ. 906.) 28. 37. 174. 63.
Raginardus v. Raginhardus.
Raginbaldus, Raginboldus etc.
Reginboldus ep. Rubilocensis 619. 17.
Reginbaldus ep. Spir. 30. 30. 195. 44. 683. 2.
Reinboldus abb. Lorisham. 677. 30.
Reinbern ep. Hild. 571. 48.
Reinbern ep Salsae Colberg. 644. 59. 654. 57. 665. 13. 673. 67.
Reginbern frat. Mahth. reg. 32. 52. 183. 21. 226. 6.
Raginbertus, Raginpertus etc.
Reginpertus rex Langob. 146. 328.
Reinbertus praepos. Walbic. ep. Aldenburg. 659. 18.

Reginbertus fund. S. Blasii 615. 62.
Reinbodo comes 694. 6.
Reginbrecht ep. Razisburg. 636. 46.
S. Ragenfredis 442. 1.
Reginfridus rex Dan. 569. 66. 570. 11.
Raginfredus, Reginfridus maiordom. 118. 150. 16. 157. 21. 329. 330.
Raingarius satellcs Rabbodi 329. 38.
Regingunda regina 116. 63.
Raginhardus, Raginardus etc.
Reinhardus ep. Halberst. 247. 1. 248. 48. 733. 12. 745. 746. 18. 750. 1. 753. 46. 759.
Raginardus ep. Leod. 356. 11. 391. 39.
Reinhardus ep. Mind. 723. 17.
Rainardus abbas 442. 3.
Reinhardus maiordom. Fuld. 684. 35.
Raginharius, Raginerus, Ragnerius, Rainerus, Reginher etc.
Rainerus abb. S. Laurentii 368. 52. card. S. Clem. 218. 30. 732. 18. papa Paschalis II.
Rainerus ep. Aurelian. 441. 41.
Ragnerius Lumbardus archid. Salisber. ep. Bath. 521. 47. 523. 22.
Reginher ep. Misnensis 694. 17.
Rainerus abbas 442. 3.
Rainerius caesar f. princ. Montisferr. 528.
Reginarius signifer Karoli Calvi 584. 6.
Ragener (com. Hagin.) 181. 56. 590. 593. 45. f. Gisilbertus.
Raginerus Longicollus 349—352. 610. 12. 612. 44. 614. 615. 625. 66. 670. 57. f. Raginer, Lambertus.
Raginer f. eius, comes Hagin. 350—352. 615. 3. 625. 66. 670. 56. ux. Hathui 352. 18. filius:
Reginer com. Hagin. 355. 399 (Longicollus). 670. 52.
Reginher f. Lamberti com. Lov. 697. 59.
Rainerius prine. peditum 496. 5.
Reinildis mater Mahth. reg. 592. 53.
Reinild domina urbis Bichlinge 666. 66.
Raginmundus, Raimundus, Reginmunt, Reimundus.
Raimundus Pictav. princ. Antiochiae 403. 46. 454. 56. 490. 6. 497. 39. 498. 18. 504. 2. 530. 6. ux. Constancia; f. Boamundus, Maria.
Raimundus Berengarius. com. Barcinon. 498. 2. 508—510. 512. 46. ux. Petronilla; f. Anforsus rex Arragonum.
Reginmunt, Raimundus com. S. Egidii 210. 49. 211. 22. 213. 30. 218. 221. 52. 224. 43. 367. 33. 509. 510. 730. 33. 732. 736. 5. f. Anforsus.
Raimundus com. S. Egidii f. Anforsi 407. 21. 409. 9. 508—510. 515. 45. 521. 26. ux. Constancia; filius:
(Raimundus) com. Tolosanus 467. 13.
(Raimundus) com. Fuxensis 467. 14.
(Raimundus Berengarius) com. Provinciae, socer Ludov. IX et Henrici III regum 440. 19. 441. 10.
(Raimundus) Trencheve! 518. 40.
(Raimundus) com. Tripolit. 454. 23.
(Raimundus iun.) com. Tripolit. 411. 31. 424. 425. 9.
Raginoldus v. Raginaldus.
Raginpertus v. Raginbertus.
S. Reginulfa 324. 23.
Reinwardus ep. Brem. 593. 43.
Reinwardus ep. Trident. 636. 16.
Rama civitas 224. 34. 736. 8.
Rambertus ep. Virdun. 677. 29. 683. 2.
Ramesiense coen. *Ramsey* d. Lineol. 495. abb. Reginaldus, Herbertus ep. Teldfordensis, Willermus.
Rammesberch 660. 35.
Ramula 482. 7. 526. 16.
Ramwardus ep. Mind. 641. 45. 649. 40.
de Rancun, Gaufridus.
Rannerus mon. Cadom. abb. S. Petri super Divam 516. 36.
Rannulfus, Ramnulfus, Ranulfus.
Rannulfus ep. Dunelmiae 481. 49. Radulfus Flambard 489. 15.
Ranulfus prior Montis S. Mich. 508. 8.
Ramnulfus dux Aquit. 341. 19. 580. 582. 25.
Ramnulfus iunior 589. 6.
Rannulfus com. Cestriae 494. 495. 54. 497. 3. 503. 21. 504. 43. f. Hugo.
Ranulfus vicecom. Baioc. 478. 33.
Rannulfus cond. Aversae 489. 34.
Rapoto v. Radbod.
Rara 632. 45. 633. 9.
Rasomoni 123. 61.
Rastrix princ. Sclavorum 340. 49. Ratzid, Rastiz rex Marah. 576. 42. 577. 13.
Ratbertus Paschasius 447. 17.
Ratbertus legatus Karoli M. 566. 19.
Ratbod v. Radbod.
Ratgarius abb. Fuld. 565. 19. 569. 60. 572.
Ratherius ep. Veron. Leod. mon. Lobiensis 191. 5. 347—349. 352. 2. 596. 62. 598. 17. 612. 614. 47. 625. 69.
Ratispona, Radispona, Regenesburg, Reinesburch, Imhripolis (Ratispolis 648. 58). 28. 28. 30. 38. 167. 68. 168. 3. 173. 47. 180. 30. 188. 37. 208. 39. 218. 19. 225. 226. 1. 228. 241—243. 258. 12. 349. 35. 364. 6. 384. 18. 549. 22. 561. 66. 562. 580. 71. 585. 588. 594. 49. 609—612. 615. 650. 653. 59. 657. 659. 673. 38. 676. 40. 677. 19. 684. 19. 686. 1. 689. 16. 691. 50. 713. 52. 720. 47. 726. 49. 730. 23. 732. 7. 738—740. 745—747. 757. 38. 763. 13. cf. S. Emmerammi; ep. Guntherus, Michael, Wolfkangus, Gebehardi I, II, III, Otto, Gebehardus, Odelricus, Hartwigus, Cono, Heinricus; vicedom. Baldericus ep. Leodii; abb. Eilica; com. Heinricus, Sigehardus, Otto.
Rato abb. S. Mich. Babenb. 194. 5.
Ratolfus pat. Fastradae 167. 5. 560. 56.
Ratpotha v. Radbod.
Ravanesberch urbs et principes 764.
Ravenna 23. 21. 24. 8. 30. 61. 125. 28. 128. 129. 135. 137. 140. 20. 143. 66. 160. 22. 164. 55. 169. 58. 196. 15. 318. 56. 330. 22. 335. 65. 337. 16. 345. 8. 375. 37. 415. 48. 556. 47. 564. 565. 50. 569. 46. 620. 623. 32. 624. 627. 55. 687. 43. syn. (1014.) 666. 13. eccl. 234. 1. 327. 17. 474. 3. 514. 17. archiep. S. Severus, Iohannes papa X, Gerbertus papa, Fridericus, Iohannes, Adelbertus, Arnoldus, Wichertus papa, Gualterus; dux, cardinales 772.
Raxa fl. 614. 13.
Razisburh 631. 6. 694. 20. ep. Reginbrecht.
Razo de Bremin el. Worm. 641. 61.
Recen opp. Moraviae 738. 15. 747. 32.
Recinsuindus rex Wisigoth. 328.
Redarii, Retharii, Retheri 347. 37. 596. 66. 597. 26. 614. 60. 621. 631. 651. 53.
Redbald abb. Wirdunensis 667. 53.
Redegast 631. 11.-694. 25.
Reding praepos. S. Mauricii 662. 68. 663.
Redivers v. Revers.
Redonis, *Rennes* 505. 54. 515. 31. 518. 26. 532. 39. 583. 6. concil. 524. 47. ep. Alanus 515. 51. Stephanus, Stephanus, Philippus; archidiac. Guihenoc ep. Venet. cf. S. Gregorii.
Redulverothe 621. 26.
Regalia 237. 45. 244. 25. 260. 264. 43. 371. 373. 374. 378. 408. 714. 69. 715. 44. 762. 32. 776. 23. iura et insignia 251. 15. vel fiscalia 255. 3. 257. 45. sacramenta 408. 25. b. Petri 260. 12. 378. 38. indumenta 637. 21. 698. 31. ensis et clypeus reg. 746. 23. cf. insignia, lancea; regales ecclesiae 394. 31.
Regena pellex Karoli M. 163. 36. 564. 26.
Regen, Regin, Rain fl. 228. 24. 611. 49. 740.
Regin– v. Ragin–.
Regino abb. Prum. 345. 55. 588. 69. 590. 26. chron. 542. 12. 557. 6.
S. Regina 442. 1.
Regius morbus 420. 48. 683. 4.
Regnum (corona) 314. 36.
Rein– v. Ragin–.
Reinzo v. Rainaldus.
de Reitesta com. 429. Hugo 377. 14. cf. Retellum.
S. Remaclus, Romachus ep. Leod. 118. 19. 156. 4. 323. 62. 328. 7. 391. 17.
S. Remacli abbas 410. 16.
Remelius monachus rex Arrag. 509. 7. ux. Mathilde; f. Petronella.
S. Remigius ep. Rem. 116. 34. 138. 158. 61. 309. 21. 311—314. 316. 317. 476. 46. 553. 60. 555. 38. Vita 340. 16.
Remigius archiep. Rodomensis 332. 13. 477. 21.
Remigius ep. Autissiodor. 344. 16.
Remigius ep. Lincol. 490. 18.
Remigius abbas 442. 3.
S. Remigii eccl. Rem. 389. 1. 445. 13. abb. Odo, Petrus ep. Carnot.
S. Remigii mons 422. 35.
Remis, *Rheims* 116. 10. 169. 57. 170. 187. 52. 314. 27. 318. 37. 337. 344. 6. 349. 22. 353. 381. 40. 382 (domus S. Virginis). 384. 10. 429. 430 (eccl. maior). 450. 465. 9. 466. 4. 468. 47. 528. 50. 537. 40. 558. 18. 565. 48. 570. 24. 572. 589. 8. 606. 69. 607. 4. 618. 53. 634. 636. 6. cf. S. Nicasii, S. Remigii; syn. Cononis 251. 52. Calixti II. 255. 377. 443—445. 448. 456. 35. 487. 22. 755. Innoc. II. 384. 6. 446. 11. 450. 457. 22. 462. 22. 465. 9. 490. 19. 767. 40. Eugenii III. 390. 454. 458. 1. 463. 2. 465. 30. 498. dioecesis 339. 68. pagus 434. 20. territ. 454. 11. fines 352. 25. archiep. Nychasius, Remigius, Nivardus, Reolus, Rigobertus, Ebbo, Hincmar, Fulco, Hervicus, Artaldus (349. 23. 607.), Hugo, Arnulfus (353. 636. 6.), Gerbertus, Gervasius, Manasses, (Gervasius,) Radulfus, Rainaldus, Sanson, Henricus, Willelmus, Albricus, Guillelmus de Iovisvilla, Guill. de Tria; archid. Boso, Barthol. ep. Belvac.
Remistagnum v. Rimistein.
Remistanius frat. Eudonis 333. 38.
S. Reolus archiep. Rem. 325. 49.
Rercgi 609. 11. 631. 5.
Rerich emporium 566. 56. 567. 19.
Resbacis, *Rebay* dioec. Meld. 323. 61.
Respa dux Goth. 122. 61
Resplendial rex Alan. 306. 17.
Retellum 512. 36. 514. 25. cf. Reitesta.

Retharius, Hrethrius ep. Padrebr. 636. 45. 637. 9. 647. 46. 649. 39. 656. 2. 658. 31.
Rethre civitas 631. 10. 694. 26.
Reting f. Botonis et Reting avus eius 226. 738. 46. f. Fridcrun.
de Reus, Rollandus.
de Revers, Redivers, Balduinus, Richardus, Balduinus.
Rhaetia 172. 29. 574. 25.
Rhenus Rom. terminus 116. 4. Germaniae 158. 46. 162. 65. 163. 6. 168. 23. 180. 54. 339. 42. 472. 18. 553. 568. 575. 594. 66. 596. 1. Lotharingiam et Saxoniam dividit 435. 10. traicitur 166—168. 181. 67. 182. 19. 185. 186. 228. 3. 229. 25. 308. 61. 348. 560. 30. 562. 567. 54. 581. 584. 2. 588—591. 593. 53. 598. 1. 601. 28. 602. 59. 604. 648. 649. 10. 710. 740. 22. 741. 753. navigatur 36. 63. 566. 3. 575. 3. 586. 22. 673. 57. stagnat 664. 19. Batuam cingit 586. 35. Danubio iunctus 168. 4. 562. Rheni ostia 585. 28. pons 163. 22. 170. 7. 337. 23. 567. 30. 570. 37. civitates 215. 26. 235. 730. 9. 744. 55. habitatores 701. orientalis ager 603. 53. miracula 590. 60. 636. 34. Rheninae partes, loca Rheno adiacentia 196. 52. 229. 249. 2. 255. 1. 259. 14. 260. 32. 303. 18. 348. 430. 27. 555. 564. 63. 583. 62. 595. 45. 678. 15. 684. 21. 687. 8. 689. 20. 758. 60. comes Emicho.
Rhodanus 318. 19. 513. 8. 532. 33. 553. 50.
Rhodus 221. 46. 325. 12. 736. 1.
Rhosan civ. 352. 41. Rossan 629. 27.
de Ribodimonte, Ansellus.
Ribuaria 28. 15. 344. 13. 581. 31. 585. 31. 588.
Richertus ep. Sabinensis 615. 41.
Richertus ep. Fardensis 698.
Richertus monachus 774. 24.
Riedag v. Riddag.
Rice fluv. Britanniae 517. 31.
S. Richardis, Rihegartha imp. 28. 20. 173. 343. 586. 587. elevatio 688. 4.
Richardis ux. Rodolfi m. 761. 43.
Richardus, Ricardus.
Richardus com. Pictav. dux Aquitan. rex Angl. 406. 43. 414. 35. 420. 37. 421. 45. 425 — 435. 466. 507. 4. 509. 2. 514. 48. 518. 10. 521. 524—527. 532. 36.
Ricardus f. Will. I regis 478. 39.
Ricardus f. Henr. I regis 486. 43.
(Richardus) ep. Alban. leg. apostolicus 230. 48. 232. 25. 371. 741. 60. 742.
Ricardus prior de Duvira archiep. Cant. 521. 43. 523. 21. 524. 41. 533. 534. 10.
(Richardus) arch. Placent. 680. 41. 681. 6.
Ricardus de Belfou ep. Abrinc. 491. 18. 495. 36. 511. 10.
Ricardus ex decano ep. Abrinc. 495. 37. 503. 5.
Richardus archid. Constant. ep. Abrinc. 519. 33. 526. 529. 53. 533. 10.
Ricardus ep. Baioc. 487. 62. 489. 64.
Ricardus f. Roberti com. Gloecestr. ep. Baioc. 491. 17. 495. 36.
Richardus Peccatum ep. Cestr. 511. 50. 519. 5.
Ricardus ep. Constanc. 487. 62.
Ricardus dec. Baioc. ep. Constanc. 499. 47. 505. 31. 527. 19.
Ricardus ep. Hereford. 488. 62.
Ricardus ep. London. 488. 61.
Ricardus alter ep. Lond. 504. 25. 512. 51. 513. 31.
Ricardus archid. Pictav. ep. Winton. 458. 5. 521. 41.
Ricardus abbas S. Albani 484. 47.
Richardus abbas S. Audoeni 509. 22.
Richardus abb. Bernaicensis 518. 34.
Richardus de Blosevilla abb. Botensis 507. 29.
Richardus mon. Fuld. abb. Elewang. 679: 35.
Richardus abb. Fuldensis 677. 30. 683. 4.
Ricardus mon. Becci abb. Heli 484. 35.
Richardus abb. Montisburgi 533. 11.
Ricardus abb. de Valascia, deinde Mortui Maris 465. 56. 466. 1.
Ricardus Costentinus abb. Mortui Maris 468. 52.
Richardus abb. S. Petri super Divam 516. 36.
Ricardus de Curceio abb. Savin. 502. 61.
Richardus abb. Virdun. 356. 24.
Ricardus de Belfou prior Becci 493. 48.
Richardus convers. Aquicin. 430. 21.
Richardus dux Burgund. 173. 59. 181. 18.
Ricardus dux Norm. 478. 487. 26. 512. 15.
Richardus II dux Norm. 354. 40. 478. 512. 15. 667. 46. 689. 46. 694. 54. f. Robertus et:
Richardus III. 478. f. Nicolaus abbas, Papia, Aeliz.
Richardus f. Reginhaldi ducis 775. 8.
Ricardi principes Capuae 489. 35.
Ricardus de Linghene com. Andri 497. 48. 505. 5.
Richardus f. comitis Gloec. 504. 7. 523. 13. 524. 38. f. Philippus.
Ricardus (de Clara) f. Gisleberti 484. 34. 492. 58. f. Gislebertus, Ricardus abb. Heli, Robertus.
Ricardus (de Clara com. Hereford.) f. Gisleberti 492. 57. 501. 59. f. Gislebertus, Rogerius.
Ricardus f. Balduini consang. eius ib.
Ricardus com. de Streguel f. Gisleberti 520. 38. 524. 51. socer rex Duveline.
Ricardus vicecom. Cenoman. 516. 56.
Richardus praef. Castelpagani 772.
Richardus de Hara 518. 23.
Richardus de Humet conestalus 514. 22. 529. f. Willermus, Ingerrannus, Iordanus.
Richardus f. Ingerrani de Humet 529. 45.
Richardus de Luceio 502. 36. 527. 38. f. Gaufredus.
Richardus de Luce f. Gaufredi 527. 39.
Ricardus de Redivers, Revers, dom. Vecte 504. 46. 512. 27. f. Balduinus.
Ricardus f. Will. de Vernone 502.
Richardus Normannus socius Roberti 195. 28. 357. 2 679. 12.
Ricardus pater Rogerii principis Antiochiae 484. 12.
S. Ricardus puer crucifixus 520. 24.
Richaredus, Richardus rex Wisigoth. 24. 54. 320. 321.
Richarius abb. Prum. ep. Leod. 346. 38. 589. 1. 590. 26. 595. 34. 605.
Richarius abb. Magdeb. 622. 30.
S. Richarius abb. Pontiv. 324. 49.
S. Richarii coen. et opp. in pago Pontivo, *S. Riquier* 343. 4. 384. 3. 457. 7. 564. 22. abb. Angilbertus.
Richemundiae honor 520. 7. com. Conanus.
Richenza, Richeza, Richiza, Richza ux. Loth. imp. 383. 43. 538. 45. 541. 23. 691. 8. 721. 4. 734. 52. 751. 34. 763. 11. 768. 19. 769. 770. 8. 776.
Richenza ux. Herim. de Werla, Ottonis de Nordheim 720. 60. 721.
Richerius de Aquila 501. 37. 524. 50. f. Richerius 524. 51. filia 525. 11.
Richgowo ep. Worm. 607. 53.
Richildis ux. Karoli Calvi 584.
Richildis com. Hasnon. ux. Herimanni, Balduini 362. 32. 394. 6. 433. 14.
Richolfus, Ricolfus.
Ricolfus archiep. Mog. 561. 21. 569. 61. 570.
Richolfus diaconus 166. 56.
Richwinus com. 187. 2. 586. 7. f. Otto.
Richwin, Riwin presb. 238. 19. 743. 63.
Ricimer 23. 59. 137. 311.
Rictiovarus 362.
S. Rictrudis 442. 1.
S. Rictrudis eccl. Marchianensis d. Atrebat. 289. 416. 40. 419. 31. 441. 29. abb. 442. 25.
Riddagus abb. Magdeb. 639. 15.
Riddag m. Misn. 630 — 633. 659. 52. soror Eilsuit; f. Karolus; filia 637. 32.
Riede 598. 32.
Rietbike 761. 57. de R. Herimannus.
Rievallum coen. 472. 35.
Rigian 772. 46.
Rigobertus archiep. Rem. 330. 35.
Rimbertus mon. Corb. arch. Brem. 578. 29. 581. 69.
Rimic 159. 61. 555. 66.
Rimilinga villa 611. 66.
Rimistein 161. 10. Remistagnum 557. 47.
Ringus 168. 30. Iring 563. 17. Yring 335. 70.
Rinveldon 198. 14. de R. Rodulfus.
Riothimus rex Britt. 311. 39.
Ripa urbs Daniae 608. 47.
Riquardus de Claravalle abb. Valcell. 460. 17.
Ris rex Walensium 514. 20. 520. 33.
Riwin v. Richwin.
Risle fl. 495. 10.
Roas rex Hunorum 124. 22.
Robertus, Ruotpertus, Rotbertus.
Robertus dux Celticae rex Gall. 173. 57. 180 — 183. 346. 349. 2. 580. 19. 589. 13. 593. 66. 595.
Robertus (pacificus 670. 64.) f. Hugonis rex Fr. 32. 57. 353 — 356. 518. 13. 638. 56. f. Adela 433. 11. 478. 37.
(Robertus) legatus ap. 467. 29.
Ruotpertus card. Wigberti 733. 7.
Robertus abb. Gemmetic. archiep. Cant. 478. 51.
Rotbertus archiep. Mog. 621. 31. 623. 31. 626. 28.
Robertus Polcin archiep. Rothom. 466. 45. 468. 31.
Rotbertus archiep. Trevir. 596. 51. 605. 20. 607. 53. 614. 51. 639. 40.
Robertus ep. Atrebat. 395. 27. 444. 2. 448. 6. 450. 27.
Robertus praepos. Ariensis ep. Atrebat. el. Camerac. 412. 414. 415.
Ruotpertus ep. Babenb. 201. 21. 224. 705. 49. 706. 33. 715. 14. 719. 42. 737. 14.
Robertus ep. Batensis 504. 26. 515. 23. 519. 8.
Robertus pseudoep. Cavelone 728. 3.
Robertus ep. Carnot. 514. 25.
Robertus Normannus de Limesia ep. Cestr. 490. 38.
Robertus Peccatum ep. Cestr. 488. 49. 490. 38.
Robertus ep. Exon. 504.
Robertus dec. Salesber. ep. Exon. 504. 46. 510. 41.
Rohertus de Bectona Flandrensis ep. Hereford. 490. 36. 498. 10.
Robertus de Mileduno ep. Hereford. 513. 32. 515. 43. 519. 7.

Robertus Foliot archid. Lincol. ep. Hereford. 521. 46.

Robertus ep. Lincol. 484. 16. 487. 8.

Robertus alter ep. Lincol. 504. 25. 515. 44. 519. 8.

Rotbertus ep. Mett. 585. 66.

Robertus ep. Nannet. 518. 32. 531. 7. 534. 48.

Robertus ep. Sagiensis 479. 24.

Ruotpertus ep. Wirciburg. 228. 229. 241. 740. 742. 2. 745. 19.

Rotbertus abb. Aquicin. 395.

Robertus Brugensis abb. ex Dunensi Clarevall. 459. 45. 460. 503. 11.

Robertus Grossus intrusus Clun. 506.

Robertus de S. Pancracio mon. Montis S. Michael. abb. Cormel. 508. 16. 524. 5.

Robertus de Blangeio mon. Becc. abb. S. Ebrulfi 508. 48. 510. 21. 525. 26.

Robertus abb. Fontanet. 528. 56.

Robertus e priore S. Petri super Divam abb. Fontanet. 528. 56.

Robertus de Argentiis abb. Gemmetic. 526. 39.

Robertus prior Winton. abb. Glaston. 521. 52. 529. 35.

Ruotbertus abb. Herveld. 623. 33.

Robertus Brito abb. Maiorismonasterii 504. 56. 515. 6.

Robertus Blesensis abb. Maiorismon. 515. 7. 525. 23. 527. 20.

Robertus abb. Molismi 463. 464.

Robertus abb. Montisburgi 533. 12. 534. 45.

Robertus de Torinneio mon. Becci abb. Montis S. Mich. 282. 283. 293. 475. 476. 480. 481. 503. 49. 508. 511. 59. 512. 7. 514. 56. 518. 27. 524. 36. 526. 528. 46. 531. 41. 532. 47.

Robertus diac. Ostrevand. 395. 25.

Robertus de ord. Praedicat. 440. 38.

Ruotbertus marchio, dux Franc. 173. 23. 341. 19. 343. 53. 577. 32. 580. 582. 25. f. Odo, Robertus reges.

Robertus dux Norm. 478. 34. 667. 49. 689. 48. 694. 51. concub. Herleva; f. Willermus, Aeliz.

Ruotpertus, Robertus comes, dux Norm. 210. 40. 211. 22. 213. 30. 218. 2. 367. 33. 380. 50. 448. 30. 450. 4. 456. 45. 478. 39. 481 — 483. 487. 31. 491. 18. 730. 33. 732. f. Willermus.

Robertus Wiscardus dux Nortm. in Apulia 195. 28. 357. 2. 470. 52. 489 (uxores, liberi). 679. 12. 730. 32.

Robertus com. Atrebat. 441. 8.

Robertus com. de Basevilla 505. 512.

Robertus c. Britt. f. Petri 440. 52.

Robertus c. Drocass. 496. 16. 497. 16. 499. 21. 501. 44. 510. 9. 525. 6. uxor (Harvisa); f. Philippus ep. Belvac. et

Robertus com. 525. 22. ux. Mathilde.

Robertus Friso com. Flandr. (Calletensis 432. Caslet. 433.) 362. 29. 393. 11. 478. 30. 706. 45. ux. Gerdrudis; filius:

Robertus c. Flandr. 210. 40. 211. 23. 213. 30. 218. 3. 242. 272. 11. 367. 32. 368. 372. 13. 377. 25. 381. 21. 395. 5. 432. 23. 433. 18. 464. 8. 482. 483. 694. 61. 730. 31. 732. 737. 18. 738. 6. 746.

Robertus comes Gloecestriae 407. 32. 451. 22. 491 — 496. 503. 25. 513. 13. 528. 35. f. Guillermus, Brientius, Ricardus ep. Baiocensis, Rog. ep. Wigorniae, comitissa Cestriae.

Robertus f. Roberti (rectius Willermi) c. Gloec. 519. 37.

Robertus com. Leecestr. 486. 11. 492. 55. 502. 512. 35. 517. 53.

Robertus f. eius 517. 53. 522. 49. 523. 17.

Robertus com. Mellenti 486. 10. f Galerannus, Robertus.

Robertus c. Mell. f. Gualeranni 515. 16. 521. 34. 528. 44.

Robertus c. Moriton. 509. 19. f. Willelmus.

Robertus c. Pertic. v. Rotrocus.

Ruotpertus comes 216 19.

Robertus de Belesme 481. 56. 482. 484. filia 528. 35.

Robertus de Bova 456. 12. 473. 11.

Robertus de Candos 465. 8.

Robertus de Cortenaio 468. 19.

Robertus Bertrannus Fag 498. 14.

Robertus Marmium 494. 25. 495. 59.

Robertus de Monteforti 503. 513. 17. 521. 54. 524. 39. 527. 4. f. Hugo.

Robertus de Nicole 493. 35.

Robertus de Novoburgo dapifer Norm. mon. Becci 495. 12. 507. 26. 509. 46. 510. 23.

Robertus de Silleio 517. 6. 518. 11.

Robertus f. Haimonis dom. de Torigneio 528. 36.

Robertus de Vitreio 523. 2. f. Andreas.

Robertus f. Ricardi (de Clara) 492. 58.

Roberti mons, Leodii 376. 31.

de Roca, Iarnagen.

Roca Amatoris, *Rochamadour* 519. 43. 530. 10.

Roca Maberie 515. 20.

de Rocha castellum 526. 43.

Rochebure castellum 524. 27.

Rocholenci urbs 661. 10.

Rode castr. 397. 21. 403. 6. 407. 48.

Rodoald rex Langob. 324.

Rodoald leg. apost. 578. 3

Rodulfus, Ruodolfus, Rodolfus, cf. Radulfus.

Ruodolfus (Suevus 691. 48.) de Rinveldon 198. 692. 13. dux Alam. et Burg. 201. 19. 202. 40. Burgund 364. 1. Sueviae 698. 23. 701. 18. 703. 46. 704. 2. 706. rex 202—204. 206. 364 691. 692. 711—718. 723. 5.

Rodulfus rex Burg. 28. 50. 32. 58. 175. 343. 54. 587. 23. 589.

Rodulfus II rex Burg. et Italiae 29. 13. 180—182. 188. 2. 189. 59. 346. 63. 347. 596. 601. 3. 607. 33.

Rodulfus III rex Burg. 30. 16. 192. 27. 355. 39. 356. 669. 673. 19. 679. 12.

Rodulfus rex Franc. 173. 59. 175. 180 —183. 347. 595. 57. 596. 36. 598. 45. 601. 11.

Rodulfus rex Herul. 142. 312. 28.

(Rodulfus) patr. Hieros. 439. 41.

Rodulfus ep. Rof. archiep. Cant. 484. 22. 487. 4.

(Rodulfus) archiep. Trev. 423. 53.

Rodolfus ep. Halberst. 770. 23. 776. 8.

(Rodulfus) ep. Lucensis 250. 16. 752. 28.

Rodulfus praep. Stabul. abb Herveld. ep. Padrebr. 678. 49. 679. 15. 680. 12.

Rodolfus ep. Slesvic. 677. 29.

Ruodolfus ep. Wircib. 28. 40. 174. 66. 589. 69. 591. 3.

Rodulfus f. Udonis c. de Stathen, marchio 246. 45. 247. 720. 61 724. 28. 744. 3. 748—751. 753. 45. 756. 6. 759. 18. 761. 766. 47. ux. Richardis; f. Rodulfus, Udo, Hartwigus archiep. Bremensis, Linceardis.

Rodolfus comes de Bregence 744. 13. uxor Wifhilde.

Rodulfus f. Bald. I Flandr. 572. 26.

Rodolfus comes Stad. f. Rodolfi 761. 776. 27.

Rodolfus com. Werlae 676. 720. 58. f. Herimannus.

Rodolfus comes, pater Welfi 764.

Rodulfus de Cociaco 420.

Rofenses, Rovecestriae, Rourecenses ep. Rodulfus arch. Cantuariae, Ernulfus, Iohannes, Ascelinus, Gauterius, Valeraunus, Gislebertus.

Rogerius, Ruotkerus, Roudkerus, Rokkerus, Rochkerus, Rotgerus, Ruoggerus, Ruggerus, Rozierus.

Rogerius, Rokkerus, Rozierus tyrannus, rex Siciliae et dux Apul. 386. 4. 389. 51. 423. 40. 452—455. 489. 46. 497. 503. 505. 31. 540. 28. 541. 12. 769—775. f. Willelmus, Constantia.

Rogerius de Humez, archid. Baioc. archiep. Dolensis 511. 49.

Rogerius de Ponte Episcopi, archid. Cant. archiep. Eborac. 413. 458. 465. 51. 503. 45. 504. 24. 519. 3. 524. 46. 526. 2. 532. 2.

Ruggerus archiep. Magd. 255. 36. 264. 47. 537. 4. 756. 2. 762. 44.

Rotgerus arch. Trev. 595. 39. 596. 54.

Rogerius ep. Belvac. 461.

Rogerus ep. Camerac. 415. 417. 21. 426. 47.

Rogerius archid. Lincol. ep. Cestr. 490. 37. 498. 6.

Rogerus ep. Laudun. 417. 24. 418. 46.

Rogerius Magnus ep. Salisber. 487. 15. 489. 22. 491. 65. 493. 58. 494. 9.

Rogerius ep. Wigorn. 513. 33. 519. 6. 528.

Ruggerus ep. Wircib. 258. 23. 259. 265. 10. 758. 762. 41.

Rotgerius abb. S. Audoeni 515. 42.

Rogerius abb. Becci 503. 53. 521. 41. 528.

Rogerius abb. Gemmetic. mon. Becci 525. 8.

Rogerus abb. S. Iohannis 440. 46.

Rogerius de Cripta mon. S. Trinitatis Cantuar. abb. S. Augustini 525. 30.

Rogerus abb. S. Wandregisili 514. 46.

Rogerus biogr. S. Brunonis 349. 40.

Rogerius f. Roberti dux Apuliae 489. 45.

Ruotkerus dux Sicil. 211. 13. 266. 8. 375. 37. 489. 46. 732. 1. 741. 48.

Rogerius com. Antiochiae 375. 484. 12. 486. 38.

Rogerius com. de Clara f. Ricardi 501. 60. 522. 13. 525. 13. f. Gillebertus.

Rogerius f. Milonis de Gloec. comes Hereford. 504.

Rogerius c. Leecestr. 523. 47. *est Robertus.*

Rogerius c. Warwic. 502. 7. ux. Gondreda; f. Henricus.

Rogerius Balbus 502. 53.

Rogerius f. Hugonis Bigot 525. 30.

Rogerius Malebranchia 518. 39.

Rogerius de Moubrai 523. 41.

Rogerius de Toencio 492.

Rohas, Roaiz, Rohaisz, Rages, Edessa 210. 1. 211. 26. 216. 48. 218. 219. 253. 35. 305. 17. 389. 452. 53. 459. 51. 496. 46. 506. 55. 731—734. com. Balduinus I, II, Goscelinus I, II.

Rokkepandolf 771. 48.

Rollandus canc. Adriani IV. 407. 57. 408. 55. papa Alexander III.

Rollandus dec. Abrinc. archiep. Dol. 526. 12.

Rollandus abb. Hasnon. 442. 2.

Rollandus de Dinam 517. 523. 3. 524. 11. 532. 10.

Rollandus de Reus 516. 57.

Rollo dux Norm. 390. 50. 477. 478. 491. 4. 533. 31. 689. 40.

Roma terrarum domina 575. 34. caput mundi 243. 19. ecclesiarum 24. 65. 152. 321. 35. propter P. et P. praesentiam honorata 575. 33. Lateranensis 749. 10. Leonina (q. v.) vetus 384. 21. 642. 25. nova, Const. 336. 31. portae argenteae 244. 33. 749. 3. Lateranensis 205. 31. 721. 33. Ostiensis 130. 13. montes Aventinus 768. 15. Celius (eccl. S. Stephani); Palatinus 205. 14. 720. 37. pontes Mulvius 25. 61. Tiberinus 666. 23. insula 505. 19. tituli card. S. Pauli; presb. S. Caeciliae, S. Clementis, S. Crucis in Ierusalem, SS. Iohannis et Pauli, S. Laurentii in Lucina et foris muros, S. Marci, S. Mariae maioris et trans Tiberim, S. Martini, S. Sabinae, S. Stephani in Celio Monte; diac. S. Angeli, S. Georgii ad Velum Aureum, S. Mariae in Cosmidum, in Scola Greca, de Via Lata; eccl. S. Alexii, S. Anastasiae 137. 46. S. Anastasii, Constantiniana, S. Herasmi, S. Iohannis Lateranensis, S. Laurentii ad Craticulas, SS. Marcellini et Petri, S. Mariae in Capitolio et ad Praesepe, S. Mariae et omn. Martirum, S. Pauli ad Aquas Salvias, S. Petri, S. Petri ad Vincula, S. Petronellae, SS. Philippi et Iacobi, S. Salvatoris, S. Sylvestri; ara Petri et Pauli, Victoriae; Theoderici aedificia 24. 7. 129. 22. 139. 11. domus s. castellum Crescentii 205. 13. 383. 27. 384. 27. 642. 27. 721. 17. Crescentionis 489. 58. turris Centii 202. 51. castellum S. Petri 205. 12. 720. 36. 721. 16. suburbium 338. 51. cet. v. S. Petri; Via Lata 26. 10. 157. 40. Rota 244. 33. 749. 3. Pantheon 24. 66. 152. 321. 45. Porticus Domnini 137. 46. aenea statua gladiatoris 151. 53. inundatio 329. 63. terrae motus 135. 61.

Romana concilia Sixti III. 308. 10. Greg. I. 24. 56. 152. 20. Bonifacii III. 321. 37. Martini I. 25. 26. 154. 473. 48. Vitaliani 154. Greg. III. 331. 4. Stephani III. 333. Adriani III. 393. 7. Ottonis imp. 350. Silvestri 644. 39. Greg. VII (1074.) 201. 362. 46. 702. 28. Later. (1076.) 708. 710. 47. (1078.) 712. 713. 715. (1079.) 715. 716. Paschalis II (1103.) 223. 49. 224. 737. Later. (1110.) 748. Later. (1112.) 246. 6. 249. 5. 749. Later. (1116.) 250—252. 752. Calixti II. 443—445. 448. 58. Innoc. II Later. 457. 37. 494. 9. 777. Alex. III (1179.) 417. (1180.) 527. 10. 528. 15. 531. 45. Innoc. III. 439. 468. 5.

Romana curia 490. 4. ditio 198. 11. ecclesia sancta mater 233. 18. sancta et universalis 237. 27. habet consecrationes ep. Apuliae et Siciliae 505. 30. numquam haeresim habuit 251. cf. S. Petri; historia 56. 59. 101. 58. 226. 29. kathedra 233. 44. 254. 5. lingua 448. 52. 604. 49. militia 369. 19. plebs 617. 21. 620. 29. res publica 615. 27. urbs, corona et imperium 374. 17. legatus 495. 43. praefectus 251. 8. 618. 49. 620. 1. privilegia 244. 34. 749. 4. vexillum 168. 26. 335. 67. 563. 14. 564. 33. Romanae columnae 335. 65. 569. 46. leges 478. 42. 498. 531. 39. Romani deleti in Gallia 116. 24. 308. 61. imperatores 466. 25. indices 628. 36. Romanorum avaritia 384. 26. 402. bellum cum Tusculanis 412. 427. consuetudo 645. 18. excessus erga cardinales 422. patriciatus 353. 64. 354. 447. 2. 707. 44. patricius Karolus M. 32. 169. 29. 176. 6. 393. 8. Heinr. IV. 224. 13. Iordanes 453. Ziazo; primores 373. 21. principes 397. 10. 402. 407. 10. senatus 341. 61. 377. 37. 378. 17. 453. 561. 31. 581. 72. 620. 27. 666. 17. 668. 24. 721. 19. urbes 346. 14. Romanum mundiburdium 601. 7. psalterium 302. 48. sceptrum 242. 16. Romanus archipresb. Maginolfus 369. cantus 332. 14. 334. 25. 335. 31. cardinalis Dietericus 249. 3. clerus 530. 35. mos 197. 2. 227. 17. 662. 10. orbis 9. 5. portus 305. 18. 339. 12.

Romaniae castellum Paterna 646. 38. episcopi 617. 22. 620. 3. 773. 43. partes 682. 27.

Romania (Graecorum) 208. 46. 209. 212. 26. 220. 221. 367. 49. 727. 27. 730. 55. 731. 44. 735.

Romanus papa 345. 590.

Romanus I imp. 173. 33. 345—348. 595. 67. 602. 29. 605. 27.

Romanus puer imp. 173. 34. 348. 64. 350. 21. 606. 5. 615. 8. 620. 14.

S. Romanus Blaviensis 303. 15.

Romanus leg. apost. 380.

S. Romani eccl. Papiae 149. 27.

S. Romani eccl. Zudibure 658. 63.

de Romara, Willermi.

Romarici Mons 565. 60.

Romaricus abbas 323. 68.

Romoald f. Grimoaldi dux Benev. 146—148.

Romoald, Rumold f. Aragisi 162. 2. 167. 22. 561.

Roncalii campi 244. 51. Runcania 771.

Roobec fl. 526. 39.

Roscelinus vicec. Cenom. 516. 54. ux. Mathilde; f. Ricardus, Willermus.

Rosemunde ux. Alboini 143. 144. 317. 318.

Rossenvelde coen. 735. 1. 743. 70. cf. Herseveld; abb. Werinher.

Rot-, Rout-, Ruot-.

Rotbertus v. Robertus.

Rotfridus notarius et abbas 566. 64.

Rotgangus v. Chrodegangus.

Rothgaudus dux Foroiul. 166. 17. 334. 44. 559.

Rotgerus v. Rogerius.

Routhgisus dux Foroiul. 27. 8. 161. 18.

Rothardus, Ruothardus, Routhardus archiep. Mog. 207. 11. 209. 227—230. 243. 7. 370. 31. 726. 38. 728. 13. 729. 50. 731. 11. 733. 6. 739—742. 745. 747. 45.

Rothardus ep. Constant. 673. 33.

Rothardus ep. Strasburg. 604. 26. 607. 42.

Rothardus abb. Corb. 687. 34.

Rothardestorp villa 675. 60.

Rotharith, Ruotheri rex Lang. 145. 65. 147. 49. 323. 324.

Ruotheide f. Karoli M. 163. 33.

Rothelinus praef. Teate 565. 3.

Rothilde ux. Clodovei 312. 48. 313. 49. 315—317. cf. Clotilde.

Rothilde f. Clodovei 116 41. 314. 51. 315. 37.

Rothomagus, *Rouen* 161. 23. 337. 18. 349. 464. 486 34. 490—493. 503. 50. 505. 15. 507. 508. 58. 511—516. 522. 44. 523. 532. 33. 557. 60. 564. 22. obsessa, capta 414. 430. 42. 465. 54. 466. 34. 477. 28. 496. 607. 2. 689. 41. sepultura ducum 421. 52. 478. 13. 491. 11. turris et palatium 487. 496. 497. 18. 511. 41. pons 496. 56. eccl. S. Mariae, de Prato, S. Trinitatis de Monte; archiep. v. p. 476—478. Remigius, Willelmus, Gaufridus, Hugo, Rotrodus, Walterus, Robertus, Theobaldus, Mauricius; archid. Egidius ep. Ebroicensis, Radulfus ep. Luxoviensis; cantor Girardus archiep. Eboraci; Rhodomenses 187. 31. qui communent inter Sequanam et Risle fl. 495. 9. provincia 527. 10. territ. 507. 30. 529. 52. annales 475.

Rothonensis (*Redon*) abb. Silvester.

Rotro, Rotrodus, Rotrocus, Rodrocus, Rotrold.

Rotrodus ep. Ebroic. archiep. Rotom. 465. 47. 466 8 494. 23. 505. 34. 513. 11. 514. 45. 521. 10. 526. 36. 529. 51. 533. 39. 534. 3.

Rotrodus c. Moritoniae s. Pertic. 496. 15. 501. 44. 508. 24. f. Rotrodus, Gaufridus, Stephanus.

Rotrodus iun. c. Pertic. 496. 15. (Robertus 499. 19. 500. 13.) 508 24. 517.

Rotswinda abb. Gandersh. 586. 11. 596. 31.

Rottila coen. S. Sixti 588. 66.

Ruotthrud f. Karoli M. 163. 166. 48. 170. 20 560. 562. 7. 567. 49.

Rovecestria v. Rofenses.

Rovelent castrum 507. 2.

Rualendus de Saie 529. 47.

Ruaudus ep. Venetensis 526. 3.

Ruvilocensis v. Eihstete.

S. Rufina 205. 10. 721. 15. episcopatus 531. 60.

S. Rufi in Provincia abb. Nicolaus 504. 17.

Rufinus presb. Aquil. 23. 2. 134. 7. 302. 36. 304. 52.

Rufinus mag. mil. 132—134. 304.

de Rugeio abbas Bonus 522. 56.

Rugi 23. 60. 120. 26. 125. 65. 127. 129. 4: 138. 4. 141. 66. reg. Feletheus, Odoacer; cf. Rusci.

Rugiani 750. 60. Ruiani 614. 31. Runi 631. 23.

Rugila rex Hunorum 302. 27. 308.

Rugilant 142. 26. 312.

Rumnesia coen. d. Winton. 397. n.

Rumold ep. Constant 198. 22. 200. 51. 691. 48.

Rumold v. Romoald.

Runiberg 177. 14.

Ruodolfus v. Rodulfus.

Ruot- v. Rot-.

Rupis Fortis 510. 50.

Ruscia 658. 48. 665. 7. 745. 29. Rusciani 637. 39. Ruthenorum Russorum leg. 684. 50. 770. 11. reges 207. 16. 362. 39. 696. 62. Demetrius, Iarizlaus, Inger, Izaslavus, Wolodemir; regis lilia 683. 7. 721. 10. ep. Libutius, Adalbertus; Rusciae gentis secta 619. 52. mare 216. 19. 730. 56.

Ruspensis ep. Fulgentius.

SS. Rustici et Eleutheri reliquiae 577. 7.

Ruthenensis ep. Quintianus.

S.

S. Sabae mon. Iohannes 501. 5.

Sabaria 167. 66. 336. 56. 565. 56.

Sabaudia 438. 6. com. Otto.

Sabelliana haeresis 251. 21.

S. Sabinae ep. Richertus, Konradus papa.

S. Sabinae eccl. Romae 768. 16. presb. card. Eugenius papa II, Will. archiep. Remensis.

Sabini 357. 45.

Sabinianus papa 152 321.

Sabinus rex Bulgarum 333.

Sabis fl. 460. 11.

Sagitta i. c. Tyrus 487. 17.

Sagium, *Sez* 499. 21. ep. (Salariensis 496. 30.) Robertus, Iohannes, Girardus, Frogerius; archid. Arnulfus ep. Luxoviensis; abb. (S. Martini) Henri-

cus; mon. Iohannes ep. Man; com. Will. Talevaz, Iohanues.

Sagona s. Arar fl. 512. 48. 553. 51. Saona 403. 13. 460. 44.

Sagornini chron. 567. 69.

de Saie, Rualendus.

Sala fl. 2. 162. 66. 166. 46. 169. 46. 560. 35. 565. 566. 5. 568. 9. 619. 12. 622. 25. 625. 59. 626. 40. 628. 62. 630. 29. 648 14. 659. 56. 661. 12. 678.

Sala quae Leinam influit 571. 3.

Salahadinus rex Babyl. et princ. Damasci 411. 417. 424—431. 529. Saraguntat 524. 2.

Salamina 460. 6.

Salardus 347. 6. 596. 32.

Salariensis v. Sagium.

Salaveldon 185. 10. 188. 13. 602. 17. 608. 17.

Salegast 116. 1. 307. 14.

Salegon senescallus Noradini 514. 30.

Salehaim villa 307. 11.

Salerna 167. 24. 205. 23. 206. 31. 355. 6. 365. 18. 427. 31. 561. 26. 629. 8. 646. 36. 680. 27. 721. 723. 33. 774. princ. Wimachus, Gaumarius.

Saleveld congregatio 690. 36. 698. 26.

Saliacus villa 419. 34.

Salica fl. *Selke* 692. 9.

Salica lex 116. 2. 307. 13. terra 770. 30. Salicus rex 175. 50.

Salicosa 469. 2.

Saligenstide 560. 575. 56. Seligenstad 679. concil. 677. 12.

Salisberienses, Saresberienses episcopi Herimannus, Rogerius, Goscelinus; archid. Ragnerius ep. Bathe; dec. Robertus ep. Exoniae, Henricus ep. Baiocensis, Ioh. ep. Norwicensis; com. Patricius, Willermus; Scriberia 490. 46.

Salisensis S. Petri bas. *Selz* 644. 11.

Salmonciacus 161. 2. 165. 35. 557. 39. 558. 17.

Salmurienses v. S. Florentii.

Salodorum 321. 41. v. Solodorum.

Salomon rex Britt. 341. 342. 549. 15. 579—583.

Salomon rex Ung 362. 11. 363. 24. 709. 69. Salaman 724. 24.

Salomon ep. Constant. 588. 17.

Salomon ex abb. S. Galli ep. Const. 28. 175. 29. 588. 17. 593. 27.

Salomonis templum et porticus 210. 11. 217. 34. 223. 33. 368. 10. 732. 27. 736. 61.

Salonae ep. Licerius imp. 137. 33. 311.

Salopesbiri cast. 493. 36.

Salsecolberg ep. Reinbertus

Salsum Mare 622. 25.

Salta fl. 630 29. Saltus 659. 56.

Salussa 165. 32. 558. 13.

Salustius 50. 36. 87. 3. 89. 24. 242. 36.

Salvatoris cappa 505. 40. epistola 267. 13. imago picta 311. 18. 318. 6. 333. 21. 346. 57.

S. Salvatoris coen. v. Aquicinctus.

S. Salvatoris Constantini abb. Hugo.

S. Salvatoris eccl. Romae v. Constantiniana.

S. Salvatoris eccl. Ticini 146. 10. 148 — 150.

S. Salvius ep. 336. 23. 441. 45.

Salwidele 749. 50.

Salz ad Salam 169. 46. 565. 23.

Salzburh, Iuvavum 240. 28. 337. 17. 615. 4. archiep. 616. Arn, Heroldus, Fridericus, Hartwigus, Gebehardus, Thiemo, Chuonradus.

Samassan 771. 25.

Samnitica 549. 25.

Samnium 159. 18. 581. 44.

Samson, Sanson.

Sanson archiep. Dol. 318. 33.

Sanson, Sanctio dec. Carnot. archiep. Rem. 397. 406. 25. 409. 442. 13. 451. 51. 454. 6. 457. 39. 459. 46. 460. 14. 463. 474. 18. 510. 29. 512. 8.

Sanson prior S. Stephani Cadom. abb. S. Audoeni 529. 23.

Samson comes 182. 31. 347. 596.

Samtarein civitas 498. 1.

San silva 741. 20.

Sancerre com. Stephanus cf. Sincer.

Sanctio, Santio, Sanccius, Senchius.

Santio rex Arragon. 509. 6. f. Santio, Anfortius, Remelius.

Senche rex Cast. 507. ux. Blanca; f. Aufortius.

Senche f. Anforsi rex Cast. 530. 55.

Sancius f. Garsiae rex Navarrae 426. 53. 503. 36.

Sanctio archiep. v. Samson.

Sanctonas, *Saintes* 161. 333. 42. 557. ep. Leontius.

Sanguinius pater Noradini 403. 33. 459. 51. 506. 45.

Sanguis Domini 29. 1. 169. 53. 184. 3. 196. 62. 346. 56. 358. 40. 565. 51. 595. 46.

Saona v. Sagona.

Saphrach dux Wisig. 124. 53. 125.

Sapor rex Persarum 300. 25. 302.

Sapum, *Le Sap* 492. 60.

Saraguntat 524. 2. v. Salahadinus.

Sarchinium Hasbaniae vicus 330. 37.

Sardicensis synodus 722. 14.

Sardinia 24. 4. 26. 16. 138. 51. 150. 17. 157. 67. 313. 49. 330. 27. 336. 64. 566. 31. 567. 39. 570. 7.

Sarelos, Sarilus, Sarus 23. 62. 123. 64. 130. 41.

Sarmatae 126—128. rex Babaz; Sarmatici montes 119. 62.

Sarraceni 25. 26. 37. 32. 138. 59. 150. 17. 153. 155. 54. 157. 158. 166. 28. 168. 209. 210. 212. 216. 217. 219. 222. 12. 224. 311. 45. 323—339. 341. 343. 58. 345—348. 350. 33. 352. 41. 364. 14. 367. 368. 379. 380. 389. 392. 5. 406. 22. 411. 417. 424. 426. 427. 430. 434. 32. 440. 37. 449. 38. 455. 457. 19. 463. 4. 464. 67. 466. 468. 496. 17. 497. 39. 506. 514. 519. 22. 528. 532. 26. 563. 566. 10. 573. 56. 574. 23. 621. 8. 624. 629. 650. 19. 670. 691. 13. 727. 730—732. 734. 6. 736. 741. 51. Affricani 432. 38. 564. 66. 570. 6. 580. 20. 590. 57. 595. 66. 598. 54. in Hispania 361. 12. 366. 5. 426. 42. 453. 52. 460. 1. 467. 5. 520. 4. 528. 553. 11. 559. Yconienses 422. 46. Sarracenus sapiens 470. 52. reges, amirei (q. v.) Aaron, Abdella, Abdyrama, Abitaurus, Abulaz, Addaram, Alamundarus, Amor, Amulanius, Amymurlin, Athima, Balac, Chumeyd, Ebubeher, Elvelith, Gizid, Habdimeleeh, Haumar, Hisces, Hotmen, Ibimauga, Mady, Marhuan, Moyses, Mahomath, Muhavia, Ulid, Zuleymen; cf. Babylonia, Turci.

Sarta fl. 516. 58.

Sarus dux Hunorum 134. 22.

de Sasle, Henricus archiep. Magdeb.

Satec civitas 749. 44.

Saus fl. 128. 22.

de Saussure, Theotbaldus ep. Tornac.

Savigneium coen. d. Abrinc. 484. 58. 487. 60. 497. 51. 521. 6. abb. Vitalis, Gaufridus, Serlo, Ricardus, Simon; mon. Hamo de Landecop, Henricus de Filgeriis, Wimundus ep. Man.

Saxo card. de Celio Monte 378. 18.

Saxones, Saxonia (Sansonia 516. 47.) 22. 47. 26—28. 30. 20. 31. 49. 118. 17. 119. 11. 126. 7. 143. 45. 144. 28. 157—208. 214. 7. 220. 8. 225—233. 246—249. 255—257. 261. 262. 312. 32. 317—319. 323. 324. 330—340. 346. 362—366. 368. 37. 369. 52. 386. 9. 417. 31. 433. 2. 541. 23. 551. 52. 553—777. Saxonum origo 176. hystoria 226. 3. 351. 61. 625. 21. 738. 41. regnum 616. 24. 717. duces 392. 4. principes 201. 202. 256. 257. 259. 2. 363. 364. 23. 541. 26. 570. 27. 622. 42. 629. 47. 630. 35. 647. 17. 657. 50. 660. 45. Saxonici reges 175. 47. episcopi 201. 30. 202. 38. 576. 7. milites 203. 21. Saxoniae metrop. Magadeb. 617. 29. octo episc. 560. 13. 571. comitatus palacii 690. 47. civitates 227. paucae munitiones 200. 45. duae 256. 15. 756. 21. fluvii 590. 60. venae auri et arg. 189. 33. 351. 23. Saxonica tellus 691. 35. lingua 419. 49. Saxonicum stemma 194. 52. Saxonicus scriptor 181. 38. 182. 13. 186. 42. duc. Audovachrius, Bertoald, Abbio, Widukindus, Liudolfus, Brun, Otto, Heinricus, Herimannus, Bernhardus, Bernhardus, Ordulfus, Magnus, Lotharius, Heinricus; march. sept. Theodericus dux, Lotharius, Werinharius, Bernhardus, Willehelmus, Udo de Stathen, Heinricus, Udo, Rodulfus, Helpericus de Ploceke, Heinricus de Stathen, Udo, Conradus de Ploceke, Adelbertus de Ballenstide; orient. Sigifridus, Gero, Christianus, Thietmarus, Hodo, Gero, Hodo, Dedi, Heinrici de Ilburh, Wichertus, Henricus de Lusiz; Misnenses Gunther-us, Riddagus, Ekkihardus, Gunce-linus, Herimannus, Ekkihardus, Willehelmus de Wimare, Otto de Orlagemunde, Ecberti de Bruneswic, Wichertus, Herimannus de Wincenburh, Conradus de Witin; palatini Fridericus, Sigifridus, Burchardus, Dedi, Friderici de Putelendorp et de Sumersenburh.

Saxonum orientalium reges Sigherus, Sebbi, Offa.

Scahaningi 159. 24. Scainingge 561. 1.

Scaldis, Scalt, Scelda fl. 116. 9. 339. 44. 343. 6. 360. 8. 568. 45. 656. 65.

Scalkesburh 674. 34.

Scanafeld 630. 56.

Scancia, Scanzia 119. 60. 123. 33. 142. 2. 301. 31. Scandinavia 120. 25. 301. 21. Scathia 392. 2.

Scanigge locus 554. 70.

Scarae ep. Thurgat.

Scariberga ux. S. Arnulfi 314. 47.

Scarninnga 127. 33.

Scerenzerewald 764.

Schidinga 177. 16. Schidingon 185. 37. 200. 6. Scitiggi 603. 17. Scidingen 697. 42.

Scirbald diaconus 555. 60.

Sclancisvord 668. 22.

Sclaomyr rex Abodrit. 337.

Sclaveni 120. 52. 123. 27. 167. 51.

Sclavi, Slavi 29. 57. 145. 38. 166. 41. 183. 9. 184. 4. 186. 28. 192. 26. 193. 6. 320. 46. 329. 9. 336. 337. 11. 340. 49. 341. 46. 347. 349—352. 356. 35. 360. 13. 388. 9. 392. 5. 516. 50. 560. 562. 565—568. 586—588. 592. 595—598. 603. 609. 613—616. 618. 43. 621.

630. 631. 638. 640—642. 644. 660. 1. 693. 694. 728. 11. 748. 21. 751. 17. 770. 775. 51. cf. Abodritae, Boemii etc. Sclavorum maritima 474. 11. terra trans Albim 403. 51. episcopia 644. 62. conventus 656. 45. 664. 22. legati 769. 36. com. Meinfridus; princ. Rastrix, Dumar; Sclavus vilis persona 696. 61. Slavica mater 692. 7. Slavonica lingua 604. 49. 619. 641. 58. verba 623. 43. familia 628. 62. Sclavonicum bellum 188. 61. 612. 48. Sclavia 325. 38. 335. 29. 575. 38. 692. 31. 756. 11. Slavonia 608. 46. 630. 631. 633. 634. 8.

Sclezistat 559. 9.

Scliesdorph 169. 50. cf. Slieswic.

S. Scolastica 149. 3. 324. 66.

Scolopetius 121. 11.

Sconia 608. 51.

Scoralia 557. 45.

Scoringa 142.

Scotti, Schotti 26. 7. 163. 10. 303. 9. 307. 322. 323. 325. 64. 327. 36. 329. 14. 362. 6. 570. 9. monachi 389. 1. Scottia, Scotia 118. 20. 157. 29. 213. 22. 320. 35. 324. 63. 325. 26. 360. 367. 23. 729. 13. reges 568. 21. Ean, Brendinus, Malcomus, Edgar, Alexander, David, Malcomus, Willelmus; ep. 321. 7. 524. 23. Palladius, Patricius, Iohannes.

Scotigena, David 243.

Scridevingi 759. 52.

de Scropponto, Thiemmo.

Sculenberch 759. 37. 760. 18. 762. 55.

Scyreburna 477. 33. cf. Sireburna.

Scyri (Schyri 310. 61.) 127. 128. 40. 138. 4. 311. 6.

Scythia, Scitia 24. 33. 119—121. 123. 124. 1. 127. 131. 157. 58. 301. 689. 40. Scitieum mare 631.

Sebar ep. Ebroicensis 477. 45.

S. Sebastianus 149. 21. 170. 65. 172. 5. 338. 29. 573. 44. 637. 17. 704. 14.

Sebbi rex orient. Saxonum 485. 25.

de Seburch com. Wigmannus.

Secacus, *Isaac* imp. 474. 43.

S. Secundus ep. Trid. 145. 56. 321. 41.

Sedechias Iudaeus 342. 45. 584. 24.

Sedunensis ep. Willibarius, com. Guillelmus.

Sefridus ep. Cicestr. 529. 36.

Segardus abb. S. Mart. Tornac. 444. 9.

Sehard ep. Hildesh. 596.

Schusen 663. 69.

Seland 608. 51.

Seleucia 453.

Selibur rex Waariorum 617. 27. 620. 33.

Seligenstad v. Saligenstide.

Selon pagus Daniae 596. 21.

Selpuli pagus 617. 26. 635. 7. 657. 53.

Sels castellum 161. 13. 557. 50.

Semiramis 36.

Semland 608. 47. 631. 23.

S. Senesius 27. 58. 172. 26. 574. 13.

Senlenge 490. 46.

Senna fl. 405. 34.

Sennes archiep. Capuanus 246. 28. 750. 1.

Senu diaconus 148.

Senonis, *Sens* 337. 17. 343. 58. 514. 50. 579. 51. 587. syn. 452. 8. eccl. 458. 17. 532. 31. archiep. Eberhardus, Waltarius, Hugo, Willelmus, Guido, Petrus, Walterus Cornutus.

Septimania 559. 50.

Sepulcrum Domini 212. 219. 29. 222. 42. 223. 33. 225. 1. 425. 5. 727. 17. 732. 38.

S. Sepulcri coen. Cameraci 390. 38. abb. Parvinus.

S. Sepulchri abbas 442. 24.

Sequana, Secana fl. 313. 38. 343. 42. 415. 23. 437. 16. 441. 1. 478. 28. 495. 10. 496. 8. 499. 501. 28. 509. 61. 512. 13. 516. 31. 523. 50. 532. 33. 553. 45. 564. 23. 586. 587.

Serapti mons 331. 62.

S. Serenae corpus 351. 41.

Sergius papa 25. 149. 43. 155. 156. 327. 328.

Sergius II. 172. 12. 339. 340. 25. 575.

Sergius III. 174. 344. 345. 589—591.

Sergius IV. Bucca porcus 658. 20.

Sergius papa 590. 4. *est Stephanus VI.*

Seriberia v. Salisberia.

Serlo abb. Savigneii 497. 51. 500. 53. 502. 60.

Seronunti pagus 605. 37.

Servandus 137. 20.

S. Servatius ep. Tungr. 136. 3. 304. 41. 309. 56. 605. 22. 636. 62.

S. Servatii eccl. Palithe 621. 55.

S. Servatii congreg. Quidel. 619. 27. altare 621. 50. eccl. 641. 8. 766. et Dionysii coen. in monte 621. 52. 630. 14. 643. 51.

Severa abbatissa 324. 37.

Severiani 329. 51.

Severinus papa 153. 61. 323.

S. Severinus ep. Colon. 304. 41.

S. Severinus mon. 138. 6. 311. 53. 312. 17.

S. Severini coen. Coloniae 646. 67.

S. Severini castrum 774. 49. 775. 2.

Severus imp. 137. 18. 310. 311.

Severus patr. Aquileg. 320. 68.

S. Severus archiep. Rav. 338. 15.

Severus ep. Prag. 678. 50. 683. 685. 42. 690. 28. 693. 29. 695. 44.

Severus ep. Trevir. 309. 23.

Severus v. Sulpicius.

S. Severi coen. dictum Altum Erpesfurti 203. 47. 460. 29.

Siagrius 116. 312. 313. 555. 39.

Sibico ep. Spirensis 688. 37.

Sibilia civ. Africae 506. 11. 528. 28.

Sibilla, Sibylla.

Sibyllae 46. 41. 319. 15.

(Sibilla) reg. ux. Will. de Monteferrato, Guidonis de Lizenum 415 51. 424. 529 48. 535. 4.

(Sibilla) uxor Tancredi 432. 36.

Sibilla (Mabiria 510. 42.) ux. Theoderici Flandr 397. 27. 398. 15 403. 50. 406. 23. 408. 47. 409. 12. 412. 9.

Sicambria 300. 30. 302 303. Sicambri 115.

Sichebodo ep. Havelbergensis 15. 33.

Sicherus fundator Aquiciucti 393.

Sicilia 125. 41. 129. 59. 130. 12. 154. 31. 155. 12. 168. 36. 208. 46. 271. 24. 332. 1. 338. 55. 353. 54. 355. 24. 433. 28. 434. 689. 50. Siculi 432. 18. classis 266. 9. 741. 49. episcopi 224. 1. com. Rogerius; reg. Rogerius, Willelmus I, II, III.

Siclinium, *Seclin* 441. 45.

Siculfus 560. 9.

Sidageshusen 658. 58.

Sidon, Sidonii 379. 38. 483. 53. 486. 19. Sur vocatur 487. 47. ep. Bernardus, Almaricus.

Sifridus abb. Glast. ep. Cicestr. 488. 33. 489. 23.

Syefridus, Seifridus abb. S. Vincentii Laudun. 445. 38. 446. 1. 450. 19.

Sifridus comes de Boumeneburch, f. Ottonis de Northeim 721. 5.

Sifridus f. eius 776. 27.

Sifridus com. de Ertiniburh 677. 1.

Sigalf ep. Placentiae 619. 22.

Sighertus, Sibergius rex Estangle 321. 16. 322. 23. 485. 21.

Sigericus rex Wisigoth. 125. 49. 306.

Sigerius v. Sugerus.

Sigerus abbas 442. 3

Sigherus rex Sax. orient. 485. 15. f. Offa.

Sigi-, Sige-.

Sigibergense coen. 201. 23. 363. 27. 380. 32. 690. 37. 712. 56.

Sigibertus rex Franc. 116. 62. 117. 143. 51. 144. 151. 43. 318. 319. 470. 17.

Sigibertus II. 118. 154.

Sigibertus III. 118. 271. 25. 323—325. 555. 46.

Sigibertus ep. Fard. 688. 11. 698. 21.

Sigibertus ep. Mind. 675. 24. 677. 679. 680. 20.

Sigibertus mon. Gemblac. 268—299. 375. 17. 385. 14. 406. 7. 462. 9. 480. 481. 484. 30.

Sigibertus frat. Theoderici 632. 640. 53.

Sigibrandus f. Asprandi 149. 55.

Sigiburch castr. Saxonum 166. 1. 334. 38. 558. 69.

Sigefridus rex Danorum 166. 569. 64.

Sigefridus rex Nordmann. 343. 585.

Sigifridus abb. Fuld. archiep. Mog. 199. 200. 33. 202. 203. 2. 364. 2. 693—695. 697. 18. 699. 8. 703—705. 711—713. 715. 68. 719—721. 723. 5.

Sigifridus ep. August. 646. 653. 61.

Sigifridus iunior ep. August. 205. 25. 207. 8. 721. 24. 723. 2. 726. 22.

Sigifridus abb. Magdeb. ep. Monast. 639. 16. 642. 63. 662. 56. 675. 22. 677. 27. 679. 16. 688.

Sigifridus capell. Heinrici IV. 699. 68.

Sigifridus mon. f. Hodonis march. 644. 23. 668. 35. 678.

Sigifridus f. Geronis ducis 619. 666. 44. ux. Hathui.

Sigifridus marchio orient. 184. 45. 599. 63. 601. 24.

Sigifridus e. pal. Saxoniae 682. 32.

Sigifridus com. pal. Rheni 229. 243. 1. 245—248. 693. 59. 721. n. 740. 24. 741. 18. 747. 25. 749. 41. 750. ux. Gerdrudis; haereditas 377. 48. 757. 48.

Sigifridus f. Gerhardi com. Alsatiae 672. 55.

Sigefridus com. (de Northeim) 647. 51. 721. 27. ux. Machtild; f. Benno et:

Sigefridus 647. 652. 36. 692. 27. 721. 27.

Sigefridus com. de Stadhen f. Heinrici Calvi 623. 16. 627. 41. 637. 45. 639. 642. 62. 672. 691. 14. ux. Athela; f. Liudger, Irmingard, Berta.

Sigifridus f. Heinrici c. Stad. 639.

Sigifridus f. Udonis marchionis 720. 61.

Sigifridus com. de Walbike 624. 30. 627. 23. 630. 17. 631. 35. 635. 6. 639 14. 659. 18. 679. 16. 688. ux. Cunigund; f. Thietmarus episcopus, Sigifridus episcopus, Bruno episcopus, Heinricus, Fridericus, Oda.

Sigifridus comes 32. 176. 11. f. Heinricus dux, Theodericus episcopus, Gisilbertus, Cunigund imperatrix, Luitgardis.

Sigifridus comes (ob. 1137.) 774. 3.

(Sigihardus) patr. Aquileg. 710. 41. 711.

Sigehardus abb. Fuldensis 549. 21. 580. 588. 11.

Sigihardus comes f. Friderici 225. 738. 739. 10.

Sigihardus comes 228. 55. 740. 42.
Sigismundus rex Burgund. 116. 129. 15. 138. 68. 314. 315.
Sigismundus ep. Halberstadensis 592. 47. 595. 49.
Sigewardus abb. Fuldensis 683. 5.
Sigewinus, Siguinus archiep. Colon. 203. 44. 366. 21. 714. 8. 718. 50. 719. 41. 721. 52. 724. 17. 726. 38.
Signinus ep. Bruno.
Silensi, Cilensi pagus 662. 3. 672. 39.
Silizum 526. 49.
de Silleio, Robertus et Hugo.
Silvae Candidae ep. Humbertus.
Silvanectis, *Senlis* 420. 45. 422. 14. 575. 42. cf. S. Mariae; ep. Henricus, Gaufridus, Petrus, Garinus; com. Simon.
Silverius papa. 140. 316.
Silvester, Sylvester.
S. Silvester papa 21. 112. 332. 25. 408. 21. 531. 42.
Silvester II papa 191. 353. 354. 643. 646. cf. Gerbertus.
Silvester III papa 687. 36.
Silvester IV papa, Maginolfus 369. abb. Farfarensis 234. 9. 742. 31.
Silvester mon. Lirae abb. Castellionis 500. 62. 509. 60.
Silvester abb. Rothonensis 518. 31.
S. Silvestri eccl. Romae 474. 2.
S. Sylvestri coen. in Soracte 26. 42. 159. 15. 554. 32.
Simeon, Symeon.
Symeon rex Bulgar. 345. 33. 347. 351. 19.
Simeon patr. Hierusalem 727. 51.
Simeon stylita 310. 671. 47.
Symeon mon. de monte Sina incl. Treveris (Symon 193. 38.) 355. 24. 667. 43.
de Similleio, Willelmus.
Simon, Symon.
Symon electus Leod. 430. 53. 432. 42.
Simon ep. Noviomi et Tornac. 444. 12. 448. 47. 452. 30. 453. 53. 459. 36 470. 8. 472.
Symon ep. Wigorniae 488. 33. 489. 23.
Symon abb. Aquicincti 406. 14. 414. 26. 418. 1. 419. 428. 18 436. 45. 437. 1.
Symon II abb. Aquicincti 436—439.
(Simon) abb. Savigneii 530. 57.
Symon dux Dalmatiae 773. 4.
Symon (Calvus) com. Ebroic. 494. 502. 52. 509. 59. 510. 49. 515. 16. 519. 38. 521. 57. 530. f. Amauricus, Simon.
Simon com. Huntedoniae 502. 8. f. Simon.
Simon com. Huntedon. f. eius 502. 9. 505. 46.
Sinon com. Montisfortis 440. 8. 466. 54. 467. f. Albericus.
Symon com. Silvanectensis 488. 43.
Symon com. Wileassinus 478. 29.
Simon de Aneto 509. 60.
Symon de Orzi 397. 28. Oizi 408. 47.
SS. Simonis et Iudae coen. Goslariae 688. 32.
Simonia, simoniaci, symoniaca haeresis 201. 202. 227. 15. 241. 6. 260. 22. 346. 47. 359. 18. 362. 46. 363. 368. 51. 537. 34. 688. 50. 700. 30. 702. 703. 4. 705. 42. 708. 44. 709. 721. 38. 739.
Simplicius papa 137. 51. 311.
Simplicius abb. Montis Casini 145. 49.
Sincerium, Syncerrium, *Sencerre* 461. 36. 499. 57. com. Stephanus.
Sinchius 439. 49. papa Honorius III.
Sinicha 586. 28.
Sindoald rex Brendorum 141. 46. Britt. 317. 38.
S. Sindulfus presb. 318. 38.
Sinegalla 772. 20.
Singidunum 128. 8. Sygedo 135. 29.
Siponti civitas 526. 17.
Sireburna, Siresburna, Scyreburna 477. 33. 490. 46. 493. 63. 495. 29.
Siricius papa 133. 68. 303.
Sirmium 131. 29. 135. 29. 137. 15.
Sisebodus rex Wisigoth. 321—324.
Sisenandus rex Wisigoth. 324. 325.
Sisinnius papa 26. 2. 156. 50. 329.
S. Sisinnii corpus 304. 63.
Sisu solitarius 671. 41.
Sithiu v. S. Bertini.
Sitnia 556. 58.
Siwertus castell. Bergensis 441. 5.
S. Sixtus papa 19. 100. 104. 327. 52.
Sixtus II papa 108. 109. 531. 55.
Sixtus III papa 23. 136. 155. 21. 308.
S. Sixti brachium 621. 39. ara Halberst. 637. 13.
S. Sixti coen. Rottila 588. 66.
Sizzo com. f. Guntheri 693. 53. 737. 53.
Slede castellum 493.
Slia 608. 46.
Slieswic, Sleswich (Scliesdorph 169. 50.) 540. 8. 565. 42. 566. 57. 597. 51. 608. 677. 9. 694. 39 (civ. Saxonum). 768. 52. ep. Ekkihardus, Rodolfus.
Smeldingi 566. 50.
Smellekallan 713. 41.
Snellardus abb. Eihamensis 400. 31.
Sobezlaus f. Wratizlai dux Boemiae 381. 693. 32. 733. 34. 746. 748—750. 752. 1. 754. 8. 760—763. 769. cf. Odelricus.
Sodalcurt 585. 64.
Soldanus Babyl. rex Egypti 411.
Solemniacum coen. 323. 62.
de Solerio, Egidius et Petrus.
Solimanus Iconii 527. 55. 530. 8.
Solomanus princ. Niceae 212. 28. 216. 14. 727. 28. 730. 52. filii 230. 25. 741. 39.
de Solinneio, Hasculfus, Gislebertus.
Solinus 631. 20.
Sollemnis ep. Carnot. 313. 6.
Solodorum, Salodorum 321. 41. 451. 11.
Somena fl. 470. 31. Somma 586. Summa 308. 65. Sunna 116. 9.
Sommonobria 469. 23.
Sonegiense, Somniacense coen. 324. 61. 441. 45.
Sonuus fl. 128. 51.
Sophia imperatrix 24. 41. 141. 150. 151.
Sophia abb. Gandesh. 634. 35. 636. 29. 644. 647. 650. 1. 677. 37. 681. 58. 682.
Sophia ux. Odalrici march. Magni ducis 693. 43. 697. 62. 728. 17. 744. 5.
Sophia uxor Bertoldi de Zaringe, Liuppoldi de Stire 744. 11.
S. Sophiae eccl. Constant. 143. 22. 155. 14. 316. 22. 360. 1.
S. Sophiae coen. Kitawae 674. 12.
Sophronius patr. Ierusal. 727.
Sor, Tyrus 379. 37.
Sorabi (vel Suorvi 740. 65.), Surbi 162. 66. 166. 64. 171. 27. 229. 22. 261. 46. 560. 34. 562. 4. 566. 5. 568. 9. 572. 63. 631. 30. 638. 56. Suirbia 29. 8. Zribia 750. 35.
Soracte, Syrapte 26. 42. 159. 11. 554. 31.
Sosatienses 770. 32.
S. Sother 362. 23.
Spella castellum 681. 11.
Spehtheshart 591. 4. 652. 18.
S. Speratus 336. 37.
Spigneu f. Wladislai 738. 12.
Spira 30. 195. 197. 52. 207. 6. 218. 13. 226. 20. 229. 239. 245. 29. 249. 36. 264. 46. 371. 56. 372. 52. 380. 10. 381. 30. 383. 22. 449. 57. 537. 540. 52. 684. 15. 686. 26. 687. 45. 691. 30. 724. 726. 49. 741. 2. 744 (eccl. S. Mariae). 749. 35. 752. 6. 763. 46. 766. 770. 15. 774. 23 (coen.). mausolea imp. 265. 1. 762. 31. episcopium 195. 12. 226. 27. 738. 56. ep. Einhardus, Otgarius, Godefridus, Reginbaldus, Sibico, Arnolfus, Conradus, Einhardus, Huzmannus, Iohannes, Gebehardus, Bruno.
Spitigneus f. Bracislai 690. 692. 38. 693.
Spoletum 168. 66. 351. 41. 383. 29. 564. 620. 3. ducatus 617. 39. duc. Faroald, Hiltebrandus, Winegisus.
Sprevia fl. 655. 37. 656. 21.
Spuzni urbs 662. 61.
Stabulaus coen. 324. 56. 327. 25. 343. 8. 585 33. abb. Popo; praepos. Rodulfus ep. Padrebrunnensis.
de Stadon, Stadheu, Stathen com. Heinricus, Heinricus iunior, Sigefridus, Liutger Udo; Udo, Udo, Rodulfus, Heinricus marchiones; Rodulfus, Fridericus; Stetu urbs 639. 29.
de Stallo prior 529. 7.
Stampis, *Etampes* 510. 52.
Stanfort 502. 41. Stenfort 439. 25.
Starkandus ep. Eistad. 619. 17.
Stauracius imp. 337.
Staverun 636. 35.
Stedieraburh urbs 602. 18. (701. 58.)
Stein insula 26. 61. 160. 46. 557. 15.
Stele villa 601. 35.
Stenhore 439. 47.
Steno locus 605. 37.
S. Stephanae corpus 618. 4.
S. Stephanus papa et m. 21. 108. 109. 365. 17. 748. 12.
Stephanus II papa 26. 118. 57. 159. 332. 555. 556.
Stephanus III papa 165. 19. 333. 558. 10.
Stephanus IV papa 27. 49. 170. 171. 337. 572.
Stephanus V papa 173. 2. 344. 586. 43. 588. 43.
Stephanus VI papa 174. 25. 344. 345.
Stephanus VII papa 347. 596. 64.
Stephanus VIII papa 351. 352. 356. 550. 14. 603. 34.
Stephanus qui et Fridericus papa 31. 48. 198. 199. 2. 360. 34. 691. 53. 692. cf. Fridericus abb. Casin.
Stephanus imp. 346. 348. 605. 606.
Stephanus com. Bononiensis rex Angl. 385—389. 397. 402. 404. 41. 407. 409. 446. 15 451. 18. 452. 49. 455—457. 460. 462. 19. 463. 11. 465. 491—504. 506. 513. 28. 517. 41. 520. 22. ux. Mathilde; f. Eustachius, Willelmus, Maria.
Stephanus rex Ungar. 30. 192. 49. 195. 26. 354. 61. 644. 35 (Waic). 650. 51. 652. 51. 653. 50. 677. 53. 678. 39. 682. 33. ux. Gisla.
Stephanus II rex Ung. 754. 5. 760. 43.
Stephanus III rex Ung. 398. 2. 410. 9. ux. Agnes.
Stephanus de Linguaton, Lanketone archiep. Cantuar. 440. 21. 466—468.
Stephanus ep. Leod. 345. 11. 346. 38. 590. 40. 595. 22.
Stephanus abb. S. Florentii ep. Redon. 505. 52. 515. 22.
Stephanus de Filgeriis ep. Redon. 516. 52. 518. 27. 526. 27.

Stephanus ep. Tornac. 431. 3.
Stephanus Anglus abb. Cistercii 464.
Stephanus cogn. Burgensis abb. S. Mich. de Clusa, Cluniaci 512. 29. 521. 15. 522. 11.
Stephanus abb. S. Laur. Leod. 355. 65. 356.
Stephanus prior Ursicampi, abb. Mortui Maris, Ursicampi 465. 507. 29.
Stephanus inclusus 333. 61.
Stephanus com. Blesensis 221. 52. 367. 32. 478. 39. 482. 6. 730. 31. 731. 37. 736. 5. ux. Adela.
Stephanus com. Burgundionum 448. 28.
Stephanus com. de Gingcamp 515. 30.
Stephanus f. Rotrodi Pertic. 496. n.
Stephanus com. Bles. dom. Sincerii 426. 48. 428. 40. 499. 56. 511. 24. 519. 56. 529. 32.
Stephanus com. fr. Walonis 589. 590.
S. Stephani inventio 23. 17. 134. 72. 306. 345. 17. reliquiae 308. 22. 623. 21.
S. Stephani eccl. Babenb. 29. 67. 192. 33. 193. 46. 657. 33.
S. Stephani praepositura Brem. 686. 18.
S. Stephani coen. Cadomi 491. 58. abb. Lanfrancus, Wilhelmus, Petrus; prior Sanson abb. S. Audoeni; mon. Rannerus abb. S. Petri, Paulus abb. S. Albani.
S. Stephani oratorium Constantinop. 152. 63.
S. Stephani reliquiae et coen. Corbeiae 572. 51. ara 605. 31.
S. Stephanus Halberstad. 622. 29. 641. 675. 52. 724. 44. reliquiae 627. 48. 636 coen. 577. 621. 38. canon. Ekbertus, Ekkihardus abb. Huiusburgensis, Suitger papa; miles Wolfer.
S. Stephani eccl. Hierusal. 375. 34. porta 732. 25.
S. Stephani ara Hildesh. 576. 23.
S. Stephani Metensis cler. Adelbero ep. Leod. 378. 47. mancipia 660. 8.
S. Stephani coen. Paris. 535. 30.
S. Stephani coen. Saligenstide 560. 15.
SS. Stephani et Viti grex 265. 23. cf. Corbeia.
Stetin civ. Pomeranorum 264. 20.
Stetu, *Stade* 639. 29. cf. de Stadon.
Stideraburh 701. 58. (602. 18.)
Stigand ep. Halmeensis, Wincestrensis, archiep. Cant. 479. 8. 519. 13.
Stigand ep. Cicestr. 490. 46.
Stilico 123. 14. 125. 32. 133. 52. 134. 29. 301. 7. 304—306.
de Stire marchio Liuppoldus.
Stoderani 631. 9. 641. 40.
Stoinef rex Slav. 613. 614.
Stoignevus 667. 55.
Strasburh v. Argentina.
Strata regia Graecorum 220. 37. 735. 27. publica 221. 18. 735. 47.
de Streguel com. Richardus.
Strela 648. 27. 649. 64. 652. 25. 661. 9. 662. 20. 668. 68.
de Strepenneio, Godefridus; Stripinneium 501. 23.
Strigonia 678. 35. 726. 43.
Strowi fl. 203. 17. 240. 55.
Strumensis, Iohannes 417. 418.
Sturia fl. 567. 21. 630. 55.
Sturm abb. Fuld. 334. 63. 559. 68.
Sturmarii 630. 56. 694. 28.
Stuterlingeburh cast. et coen. 638.
Stuwi civitas 644. 16.
Sualifelt 584. 11.
Suanihilda 123. 62.
Suanahilda mat. Griphonis 158. 32. 553.
Suanehilda ux. Ekkehardi, Thietmari march. 627. 17. 642. 34. 648. 678. 11.
Suanehildis com. de Lon 691. 4.
Suarzaha v. Swarzaha.
Suasorum gens 123. 18.
Suatawa v. Zuatawa.
Suatopluk f. Ottonis 733. 35. 737. 32. 738. 14. 746. 747. 752. 1. ux. Ita; f. Heinricus.
Subadvocati 211. 39.
Sublacus 140. 27.
Sudsexiensis ep. 489. 23. v. Cicestre.
Suedia 608. 47. Suehans, Suetidi 120. Sueones 570. 32. 572. 11. 574. 20. 576. 60. 609. 693. 1. Suethi 759. 52. 760. 2.
Suein, Sueinotto f. Haraldi rex Dan. 608. 43. 669. 68. 670. f. Haraldus, Cnud.
Suein III rex Dan. 609. 9. 699. 13. 701. 24.
Suein f. Cnuti rex Nortm. 679. 39.
Suencona, *Zwenkau* 625. 57.
Sueson, *Seesen* 632. 37.
Suessona 26. 55. 116. 117. 3. 159. 54. 161. 22. 172. 5. 313. 1. 317. 62. 318. 45. 338. 346. 51. 349. 2. 353. 17. 381 — 383. 391. 19. 555. 30. 557. 59. 586. 62. 595. 42. 634. 19. cf. S. Gervasii, S. Mariae, S. Medardi; syn. 436. pagus 352. 25 434. 20. 472. 7. 473. 7. ep. S. Principius, Arnulfus, Lisiardus, Ioslenus, Nivelo; com. 418. 48.
Suevi, Suavi, Suevia 30. 48. 31. 89. 32. 92. 67. 125. 65. 127. 54. 134. 31. 144. 30. 163. 31. 173—175. 182. 42. 196. 1. etc. 449. 49. 540. 15. etc. milites 197. 19. 689. 53. flagellatores 551. Suevia regalis stemmatis aliena 202. 25. rex Chunimund; v. Alamanni.
Suevulus 369. 52.
Sugerus abb. S. Dionysii 455. 15. Sigerius 499. 41.
Suidegerus can. S. Steph. Halb. ep. Bab. 30. 196. 358. 43. 684. 57. 685. 687. papa Clemens III.
Suidger, Suieger ep. Mimigardef. 638. 25. 656. 2. 662. 33.
Suidiger socius Griphonis 331. 67. 555. 6.
Suiggerus presbiter 214. 29. 728. 39.
Suilla castrum Africae 454. 31.
Suinfurti, Suinvorde cast. 31. 1. 226. 24. 652. 42. 692. 13. 738. 53. coen. 669. 26. 672. 66. march. Heinricus, Otto.
Suintilan rex Wisigoth. 324.
Suisuli pagus 625. 59. 671. 61.
de Suitfene com. Heinricus.
Suithleiscranne urbs 613. 66.
Sulpicius Severus 134. 49. 158. 59. 304. 480. 21. 553. 59.
Sulpicius ep. 322. 62.
Sulpicius de Ambazia 511. f. Hugo.
Sultani 212. 21. 727.
Sulza praepositura 690. 43.
de Sulzbach com. Berenger.
Sumeringe 627 22.
de Sumersenburg com. Friderici.
Sunderolt, Sunzo mon. Fuldensis archiep. Moguntinus 28. 173. 344. 10. 587—589.
Sunnesheim coen. *Sinzheim* 226. 32. 738. 51.
Sunno princ. Franc. 115. 63. 303. 17. 307. 555. 31.
Suntdal mons 560. 37.
Suntersleve 604. 60.
Suppo abbas S. Benigni Fructuariensis, Montis S. Michaelis 515. 2.
Suptar rex Hunorum 308. 2.
Sur i. e. Sidon. 487. 48.
Surreiae com. Willermus, Willermus.
Susae march. Maginfredus, Otto.
Susceptio festiva 770.
Sustula coen. 376. 22.
Sutria, Sutrium (Sutheren 773. 41.) 244. 21. 256. 40. 377. 38. 748. 54. 756. 45. syn. 30. 60. 196. 12. 358. 687. 35. ep. Marinus, Iohannes.
Suveldon 188. 49. 611. 58.
Swarzahense coen. d. Strasb. 170. 64. 201. 47. 258. 259. 25. 758. abb. Benedictus, Ekkebertus, Burchardus, Altmannus, Poppo.
Sy- cf. Si-.
Symmachus papa 24. 4. 138. 313.
Symmachus patricius 24. 18. 129. 139. 313—315.
de Syna monte mon. Simeon.
Synodi, concilia anno 1000 Gandesh. 1005 Trotmanni. 1007 Francof. 1011 Mogunt. 1012 Babenberg. Confluent. 1014 Ravennae. 1018 Niumagi. 1019 Goslariae. 1026 Seligunstad. 1027 Francf. 1028 Geizlice. 1036 Tribur. 1043 Constant. 1046 Sutr. 1049 Mogunt. 1067 Mantuae. 1073 Erpesf. 1074 Romae. 1075 London. 1076 Wormatiae, Lateranis, Oppenh. 1078. 1079 Romae. 1080 Brixinae, Mogont. 1085 Mogontiae, Quitilingab. 1095 Placentiae, Claremont. 1098 Baris. 1103 Londoniae, Romae. 1105 Quitilingensis, Northusun. 1106 Warstallis. 1107 Trecense. 1110. 1112 Lateranis. 1114 Belvaci. 1116 Lateranis. 1118 Capuae, Catalaunis, Coloniae, Fritislar, Viennae. 1119 Remis. 1123 Romae. 1125. 1129 London. 1131 Remis, Leodii. 1133 Wirciburg. 1134 Pisis. 1138 London. 1139 Romae. 1140 Senonis. 1141 London. 1148 Remis. 1152 Balgenciaci. 1160 Belvaci, Novimercati. 1162 Dolense, Treveris. 1163 Turonis. 1175 Londoniae, Redonis. 1179. 1180 Romae. 1199 Divion. 1201 Suessionis. 1215 Romae.
Syon mons 390. 1. 732. 26.
Syracusae 351. 45. 355. 24.
Syria (Fenice 428. 28.) 209. 48. 212. 216. 38. 218. 39. 222. 28. 223. 42. 230. 19. 364. 15. 367. 51. 368. 4. 380. 21. 416. 52. 425. 426. 39. 430. 45. 434. 25. 450. 42. 455. 4. 459. 6. 727. 731. 41. 733. 39. 741. 37. rex Noradin 411. 42.

T cf. D.

Tado, Tato rex Langob. 142. 144. 40. 301. 28. 312.
Tagino, Dagino archiep. Magd. 193. 63. 652. 66. 653. 656—659. 661—663. 671. 33. 745. 26.
Tagnofort 561. 1.
Talebot 493. 33.
Talevat, Willermus.
Talleborc castrum 527. 32.
Tamasis fl. 495. 31. Tamensis 517. 3. Timese 670. 17. Tamisiae pons 502. 22.
Tanausis rex Gothorum 121. 1.
de Tancarvilla, Willelmus.
Tanchelinus haereticus 449. 459. 3.
Tancmarus, Tangmarus, Tammo, Danc-

mar f. Heinrici I. 184. 348. 28. 592. 51. 600—602.

Tancmarus abb. Corb. 584. 30.

Thancmaresfelden coen. 619. 13. 623. 51. 626. 39.

Tancredus rex Apuliae 426. 3. 427. 429. 432. 36. f. Willelmus.

Tancradus abb. Prum. 574. 3.

Tancredus, Dankeradus princ. Antiochiae 224. 44. 482. 15. 484. 11. 732. 25.

Tancredus de Altavilla 489. 36.

Tancos urbs Egypti 456. 3.

Tarahostei 120. 60.

Tarantasia, Darantasia 337. 18. archiep. Petrus.

Tarentum 629.

Tarsica civ. Lihurniae 162. 48. 564. 10.

Tarsus 482. 7.

Tarvenna 343. 13. eccl. S. Mariae 459. 35. Tarwanenses 441. 44. pagus 435. ep. v. Morini.

Tarvisium 142. 20. 334. 45. 559. 14. 566. 13. ep. Felix.

Tassilo rex Baioar. 145. 37. 320. 45.

Tassilo dux Baioar. 27. 20. 159. 26. 160. 162. 166. 57. 167. 331—335. 555—557. 560. 9. 561.

Taurinum 145. 9. 146. Thurin 771. 46. ep. Maximus; com. Garibaldus.

S. Taurini eccl. Ebroic. 432. 1.

Taurus Scythiae 120. 48.

Taxis rex Ungarorum 349. 20. 607. 30.

Teate 336. 23. 565. 3.

Tehaldus v. Theobaldus.

Tedford ep. Elfat, Willelmus, cf. Nortwicenses.

Tedoad locus 160. 43. Theodoad 557. 12.

Tegulariensis burgus 501. 45. de Tegulariis Gillebertus.

Teias 317.

Telesforus papa 313. 27. 327. 53.

Telezas rex Bulgarum 332. 333.

Templum Domini Hierus. 425. 5. 454. 16. 727. 42. Templi milites, templarii 396. 30. 401. 54. 403. 35. 416. 51. 417. 8. 420. 48. 424. 36. 428. 45. 450. 56. 455. 6. 456. 1. 506. 50. 507. 3. 521. 2. 529. mag. Hugo de Paens, Odo.

Tenechebrai castr. 464. 8. 482. 32. 495. 20. 509. 21.

Tepka gens 681. 14.

Terassa v. Tharissa.

Terehellus rex Bulg. 149. 40. 156. 30. 328—330.

Terrachonensis archiep. 513. 40.

Terrae motus 135. 61. 252. 45. 754. 20.

Terrascia coen. S. Mich. 394. 16.

Terricus v. Theodericus.

Tertullianus 20. 31. 90. 57. 106. 45.

Tervanensis v. Tarvenna.

Tessun, Iordanus.

Teti v. Dedi.

Tetta soror Geronis 627. 35.

Teulfus ep Wigorn. 488. 30.

Teutonici 116. 11. 392. 7. 425. 31. 549. 43. 720. 729. 31. 730. 12. 735. 737. 30. 751. 16. non facile gentes exteras impugnant 262. 46. in Dania 539. 32. 768. 53. orientales 629. 5. reges 260. 2. 589. 11. episcopi 201. 30. 220. 14. 254. 30. 707. 12. et principes 409. 410. milites 775. 5. fines 709. 71. Teutonica terra 710. 64. lingua 335. 59. 448. 52. 551. 50. Teutonicae partes 202. 15. 708. 26. 709. 5. 714. 18. 716. 7. 717. 769. 17. mentes 215. 32. Teutonicum regnum 9. 16. 200. 32. 202. 10. 225. 15. 230. 44. 232. 18. 238. 41. 240. 46. 252. 8. 260. 21. 378. 25. 386. 32. 407. 52. 433. 592. 35. 594. 22. 687. 52. 699. 4. 708. 712. 9. 714. 716. 7. 717. 723. 13. 734. 56. 741. 57. 742. 19. 745. 9. 753. 12. 758. 39. 770. 44. regni optimates 420 53. 434. 49. 697. 21. 700. 17. Teutonicorum protervia 241. 43. 745. 37. rex 374. 11. 395. 46. 406. 455. 23. Teutonicus exercitus 220. 21. 262. 41. furor 214. 17. 252. 35. 729. 37. 754. 13. orbis 9. 5. populus 214. 11.

Th– cf. T–.

Thabor mons 222. 22. 375. 35. 424. 45. 736. 22.

Thameris regina Gothōrum 121. 57.

Tharasia com. Flandr. 422. 41. cf. Matildis.

Tharasius patr. Const. 561. 68.

Tharissa, Tarissa, Terassa, *Theres* 174. 57. 591. coen. 225. 45. 738. 36.

Thatun praef. Barcinonae 336. 2. 563. 32. Zatun 565. 1.

Thebaida 132. 7.

Thebei 271. 27. 362.

Thelephus rex Gothorum 121. 50.

Thelerigus rex Bulgarum 334.

Theobaldus, Theobaudus, Theotbaldus, Thiotbaldus, Tietbaldus, Diotpaldus, Thieppoldus, Tedbaldus, Tedbaudus, Tebaldus.

Theobaldus rex Franc. 555 43. cf. Theodebaldus.

Teobaldus prior Crispeii abb. Cluniacensis 529. 44. card. ep. Ost. 534. 50.

Theobaldus abb. Becci archiep. Cant. 481. 17. 492—495. 504. 24. 511. 51. clericus Iohannes 525. 5.

Theobaldus de Ambianis archiep. Rothomagi 468.

Theobaldus ep. Ambian. 431. 3. 436. 12.

Theobaldus e priore S. Martini de Campis ep. Paris. 508. 47.

Theotbaldus de Sausure ep. Tornacensis 444. 39.

S. Tietbaldus inclusus 359. 21. 361. 28.

Theobaldus dux Alamann. 553. 41.

Diotpaldus, Thieppoldus marchio de Bawaria 227. 1. 228. 19. 737. 58. 739. 740. 38. 744. 14. 747. 64. ux. Cunigunde.

Thieppoldus iunior 744. 14. ux. Machtild.

Theobaldus, Tiethaldus com. Blesiensis s. Carnot. 384. 40. 387. 388. 449. 6. 452. 455. 20. 463. 10 (Trecass.). 472. 48. 485. 486. 48. 492. 493. 495. 22. 499. 507. 65. 511. 18. 513. f. Henricus, Tebaldus, Stephanus, Guillelmus card. S. Sabinae, Alix regina; Hugo abbas.

Theobaldus iunior com. Bles. et Carnot. 420. 40. 426. 48. 428. 40. 499. 56. 508—511. 513. 20. 514. 11. 518—520. 522. 12. 523. 26. 529. 31.

(Theobaldus IV) com. Campan. 440. 53.

Thiotbaldus legatus Arnulfi 588. 45.

S. Theodardus ep. Leod. 155. 34. 325. 30. 391. 17.

Theodati 119. 28.

Theodatus rex Ostrogoth. (Theodohaldus 24. 27.) 129. 139. 63. 140. 4. 315. 316.

Theodebaldus rex Franc. 116. 57. 141. 317. 555. 43.

Theodebertus, Theobertus rex Franc. 116. 140—142. 316. 40. 317. 555. 43.

Theodebertus II. 117. 320—322.

Theodebertus dux Bawar. 149.

Theodefridus abb. Corb. 447. 9.

Theodelinde regina 144—146. 320.

S. Theodemiri prior Hardewinns.

Theoderata f. Karoli M. 163. 33. 560. 56. 562. 67.

Theodericus, Deodericus, Dietricus, Thiedericus, Terricus, Terri.

Theodericus rex Franc. (Thiedricus Hugo 555. 41.) 116. 117. 4. 140. 55. 141. 45. 176—178. 314—316. 649. 35. 687. 23.

Theodericus II rex Fr. 118. 153. 45. 320—322.

Theodericus III rex Fr. 118. 156. 3. 326—328. 393. 3. 441. 31. 555. 46.

Theodericus IV rex Fr. 118. 44. 157. 65. 158. 15. 330. 331.

Theodericus rex Ostrogoth. 23. 24. 122. 127—130. 137—139. 143. 64. 145. 53. 301. 56. 307. 52. 310–315. Deoderici domus 205. 13. 365. 28. 642. 27. 721. 17.

Theodericus rex Wisigoth. 124—126. 128. 18. 136. 40. 137. 36. 308. 309.

Theodericus iunior rex Wisig 126. 10. 128. 19. 310. 311.

Theodericus f. Karoli M. 163. 37. 564. 27.

Dietricus card. Romanus 249. 751. 752. 9.

Thiedericus archiep. Trevir. 618. 51.

Theodericus ep. Ambian. 474. 17. 496. 55.

Dietericus Cicensis ep. 261. 38. 759. 22.

Deodericus ep. Mett. 271. 17. 350—352. 617. 5. 618. 621. 23. 627—629. 633. 17.

Deodericus II ep. Mett. 193. 22. 354. 358. 46. 649. 5. 656. 2. 657. 67. 659. 60. 660. 2. 662—664. 669. 29. 672. 23.

Theodericus ep. (Mind.) 581. 69. 584. 69.

Theodericus ep. Mindensis 675. 22.

Thiodericus ep. Misnensis 677. 28.

Theodericus el. Magdeb. ep. Monast. 663. 667. 671. 675. 21.

Thiedericus ep. Monast. 256. 27. 377. 41. 756 32. 759. 38. 765. 33.

Theodericus ep. Padlirebrunn. 590. 43.

Deodericus ep. Virdun. 361. 33.

Theodericus abb. S. Albani 741. 8.

Theodericus abbas 316. 27.

Theodericus praepos. Walbic. 659. 20.

Theodericus mon. Tholeiensis 361. 61.

Theodericus dux et marchio 610. 48. 612. 6. 621. 3. 627. 630–633. 642. 46. 660. f. Bernhardus, Machtild, Oda, Tietburga.

Theodericus dux Mosell. 354. 53. 648. 47. 651 20. 662. 28. 673. 61.

Deodericus dux Mosellanorum 362. Alsaciae 381. de Ellesath 457. 2. f. Theodericus com. Flandriae.

Theodericus com. pal. 632. 640. 53.

Theodericus, Terricus, Terri de Alsacia (Auscis 489. 17. 497. 13.) com. Flandriae 381. 397. 398. 403. 404. 31. 406. 30. 408–411. 412. 427. 50. 432. 28. 450. 455. 48. 457. 489. 496. 22. 497. 13. 502. 44. 504—506. 510. 42. 513. 45. 516. 537. 21. ux. Sibilla; f. Philippus, Matheus, Petrus, Margareta.

Theodericus com. Fresonum f. Arnulfi 193. 40. 355. 31. 673.

Theodericus com. Holland. 397. 31. 398. 12. 409. 3. 412. 6.

Theodericus com. de Katalanburh f. Udonis 690. 60. 691. 3. ux. Berthera-da; f. Theodericus, Othilhildis.

Theodericus iun. com. de Katalanh. 691. 6. 710. 11. 722. 723. 18. ux. Gertrud; filius:

Theodericus III com. do Katal. (de Embike 744. 30.) 236. 688. 20. 691. 9. 737. 55. 738. 58. 739. 5. 743. 11. 755. 17. ux. Adela.

Theodericus com. Matric. 171. 32. 570.

(Theodericus) com. de Ostada 430. 25.

Theodericus com. de Ploceke 688. 16. 754. 54. 755. 12. ux. Machtild; f. Conradus, Helpericus, Irmengard, Adelheide.

Dietericus com. Trevirorum 199. 361. 362. 4. 694. 41.

Theodericus comes Karoli M. 167. 62.

Theodericus com. Belgicus 186. 25.

Theodericus com. socer Heinrici regis (dux Sax. 348. 4.) 32. 51. 183. 24. 226. 5. 592. 52.

Theodericus ex gente Buzici 630. 31. 659. 51. f. Dedi, Fridericus.

Thiedericus com. f. Dedonis 660. 51. 671. 60. 672. 67. 673. 16. 678. 31. 679. 8. f. Dedi, Gero.

Theodericus com. f. Geronis 717. 16.

Theodericus com. (de Grieben) 685. 11. ux. Dignamenta; f. Amulrad.

Theodericus comes 734. 56.

Theodericus de Ammenesleve 685. 20. 756. 31. 765. 9. ux. Amulrad; f. Milo, Oda, Gisla.

Theodericus de Ara 751.

Theodericus Saxo 159. 331. 45. 554.

S. Theoderici abbas 442. 23.

Theodo f. Tassilonis 162. 167. 335. 20. 561.

Theodoaldus maiordomus 329.

Theodoaldus f. Gofridi ducis 331. 50.

Theodohaldus v. Theodatus.

Theodinus, Theotimus presb. card. S. Vitalis 413. 45. 521.

Deoduinus ep. Leod. 359. 7. 363. 25.

Theodoinus comes 555. 63.

Theodolus com. Tuscul. 369. 3.

Theodonisvilla, *Thionville* 555. 68. 558. 30. 560. 42. 565. 59. 566. 3. 590. 35. 605. 31. 651. 18.

Theodorus papa 154. 323. 56. 473. 44.

Theodorus II papa 345. 590. 19.

Theodorus archiep. Angl. 326. 328. 2.

Theodorus consularis 129. 27.

Theodosius imp. 22. 23. 119. 30. 125. 131 - 134. 302—304. 406. 8.

Theodosius iun. imp. 23. 134. 135. 155. 21. 305. 307—309. 424. 473. 30.

Theodosius III imp. 26. 9. 150. 1. 157. 329.

Theodosius pater Theodosii I. 22. 54. 119. 30. 125. 2. 131.

Theodulphus abbas 316. 28.

Theogisus monachus 339. 67.

Theophanu imp. 189. 43. 191. 351. 55. 352. 624. 625. 52. 627. 629. 632—636. 641. 36. 642. 12.

Theophanu abb. Asnidensis 682. 46.

Theophilus imp. 172. 338. 574. 13. 575. 21.

Theophilus patr. Hierus. 727. 16.

Theophylus ep. Alexandr. 22. 62. 131. 302. 52.

Theophilus episcopus 562. 63.

Theophilus presbyter 563. 53.

Theophilus vicedominus 316.

S. Theopontius 172. 26. 574. 13.

Thessalonica 128. 21. 131. 33. 132. 36.

Thessalonicensium honor 528. 21.

Thessandrorum gens 391. 19.

Theuda rex Wisigoth. 315—317.

Theudegisilus rex Wisigoth. 317.

Theudemer v. Thietmar.

Thiedolfus marchio 650. 68. 654. 16.

Thiele locus 655. 53.

Thiemmo de Scropponlo 767. 5. uxor Adelheid; f. Esicus, Ekkihardus.

Thiemo archiep. Salzb. 221. 50. 736. 4.

Thiet-, Thiat-, Tiet-, Diet-, Theot-, cf. Theo-.

Thieppoldus, Thietbaldus v. Theobaldus.

Thietberga uxor Loth. II. 340. 341. 576—579.

Thietberga ux. Friderici com. Magd. 688. 12.

Thietburga ux. Dedonis 630. 29. 659. 58.

Thietdagus ep. Prag. 641. 57. 642. 59. 655. 14. 672. 58.

Thietfridus abb. Trevir. 620. 11.

Dietgaudus archiep. Trevir. 172. 65. 340. 341. 575. 19. 577. 578.

Thietgrimus ep. Brandeburg. 698. 33.

Thiatgrimus ep. Halberst. 573. 62. 574. 61.

Thiatgrimus pat. S. Hildegrimi 560. 20.

Thiethardus abb. Hersfeld. ep. Hild. 596. 55. 612. 29.

Thiethardus diac. Fardensis 638. 8.

Thietmalli, Theotmelli 161. 63. 167. 3. 560. 19.

Thietmarsgoi 630. 55.

Theotmarus, Dietmarus, Thiudemer, Theudemer rex Ostrogoth. 23. 66. 122. 124. 17. 125. 65. 127. 128. 130. 137. 25. 307. 52. 310. 311.

Thietmarus ep. Asnebrug. 656. 3.

Thietmarus ep. Brandeburg. 607. 29.

Thietmarus ep. Fardensis 678. 56.

Thietmarus iun. ep. Fard. 753. 49.

Thietmarus ep. Halberst. 733. 12.

Thietmarus invasor Halberst. 733. 14.

Thietmarus ep. Hild. 682. 686. 26.

Thietmarus canon. Magd. praepos. Walbic. ep. Mersburg. 639. 19. 642. 63. 658. 659. 662. 663. 667—669. 671. 50. 674. 29. 679. 18.

Dietmarus ep. Prag. 619. 629. 56. 675. 50.

Thietmarus ep. Wormat. 723. 41.

Thietmarus abb. Corb. 636. 47. 649. 66.

Thietmarus abb. Gemblac. 391. 42.

Thietmarus dux Heinrici I. 179. 347. 38 592. 593. 597.

Thietmarus f. Bernhardi ducis 661. 59. 674.

Thietmarus marchio f. Christiani 619. 11. 623. 627. 15. 642. 35. 648. 23. 678. 9. ux. Suanehilda; f. Gero.

Thietmarus f. Geronis marchionis 668. 67. 678. f. Odo.

Thietmarus (occ. 1040.) 684. 39.

Thieto, Thiedo ep. Wircib. 29. 6. 184. 14. 597. 69.

Thietwinus cardinalis 776.

Thile opp. Fresiae 354. 52. Tiela 310. 10. 673. 52.

Thile insula 120. 7.

Thilia fl. Dyle 344. 40. 588. 36.

Thimum 584. 60.

Thiod armiger 129. 35.

Thiodo abb. Fuld. (Hnodo 576. 50.) 549. 19. 580. 581. 39.

Thoarcis v. Toarcis.

Tholomaida 425. 49. v. Accon.

Tholosantes 631. 6.

(Thomas) patr. Constantinop. 474. 55.

Thomas patr. Hierosol. 564. 566. 20.

S. Thomas archiep. Cantuar. 411. 45. 413. 414. 12. 418. 6. 444. 27. 458. 7. 465. 52. 508—510. 512. 34. 519—521. 525. 32. 527. sepulcr. 523. 37. elev. 440. 21. 468. 34. cler. Iohan. 525. 5. Gervasius 508. 9. Passio 529. 43.

Thomas archiep. Eboracensis 481. 39. 490. 43.

Thomas II archiep. Eborac. 483. 17. 484. 23.

Thomas archiep. Mediol. 166. 55. 560. 8.

Thomas diaconus 148.

Thomas marchio 772. 35.

Thomas de Sabaudia 438. 6. 441. 14. ux. Iohanna comitissa Flandriae.

Thomas de Marla 446. 6. 450. 28.

Thomas fr. Doun Bardulfi 522. 5.

SS. Thomae et Thaddei corp. 452. 53.

Thornburb 623 39. 624. 17. 627. 13. 649. 38. 652. 56. 655. 52.

Thracia 119. 42. 120. 53. 123—125. 130. 66. 131. 135. 140. 68. 152. 71. 157. 45. 425. 47. Trachia 417. 31.

Thrasico, Drasaco dux Abodrit. 168. 45. 563. 49. 566. 48. 567.

Thriminig 602. 25.

Thudun princ. Avarum 335. 71. 568. 48.

Thuni abbas 668. 52. 674. 20.

Thurbarus dux Gothorum 122. 65.

Thurgat ep. Scarae 664. 48.

Thurgut dux Danorum 670.

Thuringia, Thoringia 28. 43. 36. 37. 115. 62. 116. 42. 158. 43. 159. 23. 162. 66. 166. 64. 167. 10. 171. 25. 174. 68. 176—178. 183. 206. 8. 207. 17. 209. 12. 214. 8. 229. 29. 256. 2. 307. 55. 313. 33. 317. 61. 318. 36. 321. 2. 332. 37. 337. 72. 540. 44. 541. 24 (principes). 551. 52. 553—555. 560—562. 568. 9. 572 61. 585. 54. 593. 598—600. 602. 53. 642. 31. 658. 52. 676. 39. 695. 14. 700. 7. 706. 8 (maiores). 713. 61. 721. 722. 31. 726. 44. 728. 15. 729. 30. 731. 12. 733. 7. 739—741. 746. 13. 756. 15. census porcorum 555. 42. 649. 35. 687. 21. decimae 693. 695. 42. 699. 5. reg. Basinus, Bertharius, Ermenfridus, Badericus; duc. Radulfus, Burchardus, Burchardus, Ekkihardus 648. 7. com. Ludovicus, Ludovicus iunior, Herimannus, Ludovicus langravius.

Thurisind rex Gepid. 142. 67. 143. 315. 46.

Thurismod rex Gepid. 142. 67. 143. 315. 45.

Thurismundus rex Ostrogoth. 122. 124. 11. 125. 58. 129. 17.

Thurismundus rex Wisigoth. 126. 128. 19. 309. 310.

Thurmod princ. Baioc. 187. 35.

Tiatira 453. 39.

Tiberis 26. 10. 157. 39. 320. 11. 345. 4. 397. 16. 398. 24. 402. 41. 403. 10. 407. 44. 412. 16. 505. 19 (inundatio). 666. 23 (pons). 749. 7. 775. 31.

Tiberius Constantinus imp. 24. 144. 37. 150. 151 (aurei). 319.

Tiberius Absimar imp. 25. 149. 39. 156. 328. 329.

Tiburtina urbs 369. 21. 775. 23.

S. Tiburtius 337. 67. 573. 6. 581. 70.

Ticinum v. Papia.

Ticinus fl. 149. 67. 349. 13. 584. 22. 605. 42.

Tiela v. Thile.

Tiliolum, *Tilly* 495. 20. 522. 27.

S. Timotheus 712. 60.

Tiniacum v. Attiniacum.

Tintinniacum 517. 27.

Tironis mon. Hugo 513. 28.

Tizaha fl. 168. 32. 563. 27.

Toarcis, Thoarcis, Thoars cast. 160. 55.

507. 56. 508. 13. 515. 31. 557. 23. vicecomes Willelmus.
de Toencio, Rogerius, Radulfus.
Toleginm v. Dolegium.
Toletum 366. 5. 497. 15. 503. 32. 519. 35. syn. 320. 44. Toletanus archiep. 513. 41. necromant. 424. 23.
Tolgan rex Wisigoth. 326. 327.
S. Tolmannus 328. 34
Tolosa 126. 6. 137. 31. 311. 313. 2. 314. 24. 409. 8. 463. 14. 465. 42. 468. 27. 508 — 510. 521. 27. 527. 2. 557. 43. com. 509. Willelmus, Raimundus.
Tongera aqua 631. 32. 660. 12.
Tongerennutha 660. 12.
Tonita, *Tunis* 503. 4.
Torinneium 481. 18. 499. 17. 504 6.
Torna coen. S. Lamberti 639.
Tornacum 116. 8. 117. 37. 308. 64. 360. 375. 25. 385. 2. 394. 400. 6. 439. 27. 444. 467. 48. pagus 434. 9. eccl. 444. 18. 453. 12. 459. 53. 470. 7. 497. 17. cf. Noviomum; ep. Eleutherius, Anselmus, Geraldus, Evrardus, Stephanus, Gosvinus, Guillelmus, Theotbaldus; cler. Henricus; cf. S. Mariae, S. Martini.
Torota castellum 423. 22.
Tortosa, Tertosa, Dertosa 163. 1. 170. 7. 453. 51. 498. 3. 566. 27. 568. 12.
Torvina castellum 557. 45.
Tostin frat. Haroldi 694. 56.
Totila qui et Baduilla rex Ostrogoth. 24. 130. 8. 140. 38. 141. 43. 150. 48. 316. 317.
Traiani anima 320. 21.
Traiectum, Treiectum (Mosae) 182. 3. 309. 57. 328. 43. 329. 27. 343. 6. 585. 30. 588. 20. 593. 57. 625. 69. 651. 25. clerici 605. 22. fines 253. 12.
Traiectum, Ultraiectum, Vultraiectum (Trehet 555. 59. Trecht 556. 9.) 260. 47. 261. 264. 38. 328. 32. 354. 58. 380. 8. 383. 46. 384. 632. 12. 672. 67. 682. 56. 694. 37. 707. 2. 709. 54. 734. 49. 748. 22. 759. 3. 762. 28. 767. 35. 768. 31. ep. S. Willibrordus, Odilbaldus, Ratbodus, Baldricus, Poppo, Baldricus, Ansfridus, Adelboldus, Benno, Willihelmus, Conradus, Burchardus, Gotebaldus, Andreas, Hartbertus.
Trana 773. 10. 774. 16.
Transalbiana regio 167. 12. Transalbiani 631. 4 Saxones 168. 42. 169. 48. 562. 11. 565. 16. pagi 565. 37. metrop. Hammanburch 574. 19.
Transalpiani (Germani) 646. 53.
Transalpinae partes (Italia) 243. 18. (Germania) 619. 23.
Transrhenini 248. 17. 253. 24. partes 263. 20. 762. 2. Thransrhenenses ep. 383. 39.
Transtila, Transila 136 43. 310. 27.
Trapestila rex Gepid. 128. 49. 312. 60.
Trasemundus rex Wandal. 24 4. 136. 59. 138. 50. 139. 313.
Trasemundus com. Capuae 146. 26.
Trasamundus d. Spoleti 331.
Travallium 616. 55.
Trebenezi 627. 44.
Treber f. Nini 306. 21. Trebeta 36.
Trecarum urbs, *Troyes* 343. 61. 587. 38. conc. 242. 7. 745. 748. 19. ep. Lupus; com. Henrici.
Trechevel com. Neumausi 510. 16.
Trenchevel, Raimundus.
Trecht v. Ultraiectum.
Tredemunde, *Dartmouth* 453. 25.
Treveris 36. 116. 303. 306. 21. 324. 7. 337. 17. 343. 12. 355. 25. 389. 10. 585. 46. 588. 589. 65. 686. 23. 763. 51. 767. 30. conc. 410. 3. elev. S. Paulini 362. Aurea Vallis 459. 28. cf. S. Mariae, S. Maximini; sedes, eccl. 255. 43. 599. 47. 756. 10. archiep. 616. Maximinus, Paulinus, Felix, Severus, Hamalarius, Hetti, Thietgaudus, Bertulfus, Ratbodo, Rotger, Rotbertus, Heinricus, Thiedricus, Egbertus, Liudolfus, (Athalbero,) Megingaudus, Poppo, Eberhardus, Conradus, Uto, Egilbertus, Bruno, Meginher, Albero, Formosus, Rudolfus; consul Palmatius et senatores 362. praef. Evodius; com. Theodericus; Treverensium consuetudo 272. 12.
Triburia 199. 38. 695. 13. syn. (887.) 587. 3. (894.) 344 30 589. 42. (906.) 591. 46. (1036.) 679. 47. conventus (1031.) 356. 40. (1119.) 254. 755. 47.
Tribusa fluv. 632. 53.
Tridentina, Trientina vallis 167. 38. 234. 14. 243. 30. 620. 24. 742. 35. 748. 29. planicies 651. 2. Tridentum 145. 30. 147. 67. Trientum 561. 47. 607. 62. 615. 55. 653. 67. Trigentina civ. 771. 1. 775. 38. ep. Agnellus, Secundus, Reinwardus, Gebehardus.
Trifels castrum 264. 44. 750. 41. 762. 32.
de Trigel, *Treguier*, ep. Willelmus, Ivo, Gaufridus.
Trigoris 589. 49.
S. Trinitatis Cadomi abb. Mathildc.
S. Trinitatis Cantuar. mon. Roger. abb.
S. Trinitatis eccl. 531. 15. v. Fiscannum.
S. Trinitatis eccl. Norwicensis 490. 55.
S. Trinitas de Monte Rothomagi 496. 9. 516. 18. abb. Drogo, Willelmus.
S. Trinitatis eccl. Savigneii 487. 60.
Triphalech castellum 484. 40.
Tripolis 222. 17. 224. 43. 425. 9. 457. 17. 486. 19. 519. 21. 736. 19. com. Pontius, Raimundi I, II.
Tripolitana provincia Afr. 497. 20.
Troarnensis, d. Baiocensis, abb. Gisbertus, Durandus; superior Henric. abb. Sagiensis.
Troia nova 30. 3. 198. 8. 355. 7. 675. 16. 773.
Trondemnis civitas 693. 2.
Trotmanni, Drotmanni 602. 55. 609. 61. 627. 21. Trotmunde 751. 31. synodus 655. 67.
Trubike 671. 41.
Trudo Hasbaniensis 324. 62.
S. Trudonis coen. 330. 38. oppidum 387. 10. advocatia 397. 21. 403. 6. 407. 48.
Truncus Berengeri 472. 4.
Trunta fl. *Tronto* 772. 35.
de Tubingen, Hugo.
Tuder, *Todi* 351. 41. 646. 36.
Tugumir Hevellus 603. 29.
Tuicium 166. 30.
Tulbiacum 117. 69. 178. 22. 585. 32.
Tuilifelt pagus 264. 35. 762. 26.
Tullus Leucorum 343. 62. 357. 38. 587. 39. territor. 171. 50. 338. 11. 573. 14. Tolanenses 31. 2. ep. Ludelmus, Drogo, Gerardus, Bruno papa.
Tumba 329. 18.
Tungrensis urbs 343. 6. 585. 30. ep. v. Leod.
Tunica Domini 24. 58. 152. 32. 320. 39.
Turci, Thurci, Turchi 160. 67. 208. 10. 209. 38. 212. 216. 27. 217. 219—221. 224. 45. 230. 302. 16. 333. 364. 11. 365. 43. 367. 375. 394. 50. 403. 46. 411. 417. 424. 427. 434. 31. 452—455. 460. 3. 486. 39. 504. 2. 557. 39. 727—731. 735. 741. 38.
Turcilingi 23. 59. 120. 26. 125. 65. 128. 40. 138. 4. 142. 1.
Thurcopoli 212. 39. 221. 15. 727. 35. 735. 45.
Turonis, Turonica urbs 116. 59. 117. 36. 140. 24. 158. 63. 161. 17. 169. 6. 170. 70. 314 20. 319. 44. 337. 340. 13. 341. 18. 378. 14. 464. 65. 508. 53. 515. 49. 523. 54 525. 55. 528. 34. 554. 1. 557. 54. 564. 23. 570. 24. 576. 30. cf. S. Martini; concil. 282. 50. 397. 51. 409. 52. 513. 38. 531. 43. pagus 511. provincia 580. 5. archiep. 388. 56. 532. 33. S. Martinus, Perpetuus, Briccius, Eustochius, Gregorius, Ingelbaudus, Gotho, Bartholomeus; archipr. Ivo ep. Trigel; cler. Odo abb. Cluniacensis; com. Hugo.
de Turvaissel, Goscelini I, II.
Tuscia 125. 36. 129. 49. 146. 27. 167. 19. 174. 10. 244. 12. 620. 6. 730. 35. 748. 48. Tuscaniae episcopi 224. 4. march. Adalbertus, Wido, Lambertus, Hubertus, Hugo, Bonifacius, Eggilbertus.
Tuschurini pagus 628. 63.
Tusculani 412. 413. 28. 427. 6. ep. Imerus; com Albericus, Gregorius, Theodolus.
Tusfra 128. 62.
Tustanus archiep. Eborac. 484. 23 489. 22. 493. 39. 494. 21.
Tustinus Scistellus Normannus 489. 33.
S. Tyrsus 362. 20.
Tyrus 210. 211. 27. 216. 50. 218. 49. 368. 7. 425. 8. 428. 28. 429. 7. 449. 37. 465. 1. 732. Sor 379. 37. Sagitta 487. 47.

U.

Uchri 612. 34. 614. 28.
Ucrani 598. 20. Uchri 612. 614.
Udo, Uto.
Uto, Udo archiep. Trevir. 203. 13. 694. 46. 703. 42. 706. 43. 711. 14. 713. 65.
Uto ep. Hildinsh. 227. 36. 717. 9. 719. 43. 721. 49. 722. 726. 37. 739. 40. 740. 745. 52. 750. 50. 751. 47.
Udo ep. Strazb. 607. 52. 618. 6.
Udo dux 629. 16. 650. 19. 691. 12. f. Herimannus.
Udo senior f. Liudigeri marchio de Stathen 676. 57. 691. 704. 2. 720. 57. 721. 9. 723. 17. 724. 28. 748. 43. ux. Oda; f. Heinricus, Udo, Sigefridus, Rodulfus, Adelheidis.
Udo iunior marchio de Staden (Outo 241. 23.) 688. 690. 44. 720. 61. 724 (Liutgerus 26.). 733—735. 738. 5. 743. 68. 748. 44. 751. 3. 755. 15. 761. 42. 762. 48. ux. Irmengart; f. Heinricus, Irmingard, Adelheid.
Udo, Outo com. Franc. f. Gebehardi 185. 3. 186. 8. 189. 68. 348. 42. 592. 34. 602. 39. 604. 607.
Udo com. de Frekenleve f. Rodulfi march. 537. 42. 761. 766. 46.
Udo de Catelenburh 647. 52. 691. 1. 692. 27. ux. Bertrada; f. Theodericus.
Udo f. Heinrici comitis Stad. 623. 15. 637. 45. 639. 5. 642. 62. 691. 13.
Ulid amiras Saracen. 329.
Ulixipona v. Olisipo.
Ulma villa 196. 64. 540. 14. 769. 8.
Ulmal Gothus 122. 27.
Ulphia ep. 124. 49.
Ultraiectum v. Traiectum.
Ultramontani (Germani) 202. 23. 224. 253. 22.
Ungarii, Hungarii, Ungri 28—31. 173

—175. 179. 180. 27. 182—184. 188 —190. 197. 22. 220. 16. 344—349. 354. 59. 356. 37. 372. 18. 483. 42. 587 —598. 601. 602. 605. 607. 609. 612. 613. 616. 28. 624. 46. 650. 769. 35. 770. 11. Hungaria, Hungria 425. 17. 453. 36. 631. 3. rex 474. 31. reg. Taxis, Stephanus, Petrus, Ovo, Andreas, Salomo, Ladizlaus, Colomannus, Almus, Stephanus, Bela, Giczo, Stephanus.

Ungaricus mons 651. 11.

Unger ep. Poznan. 644. 56. Vunger 663. 13.

Unna provincia 664. 18.

Unni archiep. Brem. 593. 45. 599. 13.

Unwan archiep. Brem. 664. 46. 677. 8. 678. 32.

Unstroda, Unstruot, Onestroda fl. 177. 16. 178. 29. 201. 17. 240. 8. 363. 22. 565. 29. 622. 25. 648. 14. 703. 60. 718. 48. 744. 46. 754. 20.

Unulf Langobardus 146. 54. 147.

Uphusen 655. 45. 658 59.

Upplan civitas 671. 17.

Uraugiense coen. 1—3. 8. abb. Ekkehardus.

Urba castrum 579. 62.

S. Urbanus papa 337. 67. 573. 6.

Urbanus II papa 206. 211. 45. 213. 218. 25. 224. 20. 246. 14. 366—368. 372. 32. 462. 3. 464. 2. 483. 723. 38. 728. 18. 729. 732. 13. 734. 21. 737. 11. 739. 8. cf. Odardus, Odo, Otto.

Urbanus III. 423—425. 466. 535. 8. cf. Hubertus.

S. Urbani reliquiae 636. 61.

Ursberg castrum 550. 52.

Ursicampi coen. *Orcamp* dioec. Noviom. 465. 472. abb. Walerannus, Gislebertus, Stephanus; prior Adam abb. Mortui Maris.

Ursinus papa 22. 61. 119. 4.

Ursio abbas 442. 2.

Ursipontis cast. v. Pons Ursionis.

S. Ursmarus abb. Lobiensis 328. 39. 329. 37. 338. 4.

S. Ursula 310. 448. 59.

S. Ursus 321. 11.

Ursus ep. Paduanus 636. 46.

Usogast 307. 14.

Uto v. Udo.

V cf. W.

Vacarius Langobardus 498. 37.

Vadderroth 676. 7.

Vadum Iacob 418. 29. 528. 31. 529. 15.

Vadum Nigasii 516. 17.

Vadum S. Remigii 525. 41.

Valamber, Balamber rex Hun. 123. 65. 124. 130. 42. 302. 303.

Valascia s. S. Maria de Voto d. Rothom. 284. 507. 30. 516. 32. 529. 52. 535. abb. Ricardus, Willelmus.

Valcellense coen. *Vaucelle* dioec. Camerac. 415. 21. 417. 16. 459. 460. 14. 472. 35. abb. Radulfus, Riquardus.

Valens imp. 22. 40. 119. 124. 41. 125 3. 130. 131. 301—303. 406.

S. Valens 27. 58. 172. 25. 574. 13. 617. 7.

Valentia Gall. civitas 306. 34.

Valentia Hisp. civitas 532. 50. 534. 32. rex Lenpus.

Valentianas, Valenchenas, Valencenas 336. 21. 350. 8. 354. 433. 20. 437. 441. 45. 448. 24. 459. 20. 558. 17. 614. 68. 656. 53. 657. 1.

Valentinianus maior imp. 22. 40. 115 119. 124. 41. 130. 300—302. 304. 516 23. 555. 33.

Valentinianus minor imp. 22. 52. 125. 126. 130—133. 302. 303.

Valentinianus III imp. 23. 135. 136. 307—310. 406. 6.

Valentinus papa 172. 9. 338. 573.

S. Valentini urbs 773. 37.

SS. Valentinus et Genesius 338. 46.

S. Valeriae corpus 513. 55.

S. Valerianus 337. 67. 573. 6. 581. 70.

Valesii 359. 49.

de Valkenberch v. Falconis Mons.

Valkenstein castellum 751. 40.

de Valkenstide, Walo.

Vallis Lucens d. Senon. 447 4.

Vallis Rodulii, *Vaudreuil* 491. 51. 495. 38.

Vana, *Fano* 772. 20.

Varennae 557. 3.

Varis v. Barum.

Vasatensis urbs 309 60.

Vasens fl. 125. 43.

de Vecie, Willelmus.

Vecta insula, *Wight* 18. 60. 492. 27. 512. 27. dom. Richardus, Balduinus.

S. Vedastus ep. Atrebat. 24. 43. 150. 51. 312. 55. 316. 2. 318. 49.

S. Vedasti corpus 325. 31. 399. 35. 441. 47.

S. Vedasti coen. Atrebat. 344. 49. 385. 8. 426. 16. 584. 58. 591. 8.

Vedu pagus 628. 63.

Veducus dux Goth. 122. 65.

Velitrensis episcopatus 531. 59.

de Veltheim, Werinher.

Venetharius v. Winitarius.

Venetensium civ. *Vannes* 517. 23. 524. 19. ep. Ruandus, Guihenoc.

Venethi 123. 24. Enethi 125. 29. Venetiarum natio 120. 51. 126. 50. Venetia 337. 6. 415. 48 416 (Altus rivus). 474. 525. 36. 566. 567 (origo). Venetiae negotiatores 311. 45. urbs Vincentia 359. 22. 361. 28. Venetiani, Venetici 365. 42. 449. 36. 540. 31. patriarcha Iohannes; duces 170. 9. Beatus, Willarius, Petrus Polanus, Henricus.

de Vennevilla, Radulfus ep. Lexov.

de Ventadour, Will. ep. Tornac.

Ventorum nomina 164. 569.

Vercelli 515. 4. 516. 9. 518. 2. 564. 65. 565. 5. 666. 32. 669. 13. 677. 10. 771. 46. ep. Liutwardus, Leo, (Adericus 680. 41. 681. 6.).

Verdenses v. Ferdun.

Vernolium, Vernonium, *Verneuil* 431. 491. 50. 495. 38. 501. 502. 49. 521. 59. 522. 16.

Verno, Vernum, *Vernon* 437. 16. 455. 41. 487. 36. 496. 8. 501—503.

de Vernone, Willermus.

Verona 23. 46. 126. 50. 128. 54. 130. 241. 44. 334. 28 346. 10. 347. 42. 422 (eccl. S. Zenouis). 423. 33 (eccl. S. Mariae). 514. 18. 539. 8. 591. 26. 598. 17. 620. 24. 629. 63. 630. 651. 1. 653. 69. 654. 15. 680. 24. 727. 61 745. 38. 748. 30. 754. 23. 771. 7. marca 608. 32. 641. 17. ep. Adalhardus, Hildiwinus, Ratherius, Waltharius, Omnebonum.

Verona i. c. Bunua 235. 742. 56.

Vertiginius rex Britt. 300. 51.

Vesontio v. Besontio.

Vestae civitas 526. 47.

Veugesim 507. 41. cf. Wilcasinus.

Viburg mons 159. 62. Wigberg 555. 65.

Viceliacum v. Vizeliacense coen.

Vicelinus apostolus Wandal. 460. 32.

Viconiense coen. d. Atrebat. 459. 20.

Victor I papa 20. 20. 105. 66.

Victor qui et Gebehardus papa 31. 197. 24. 198. 7. 360. 690. 13. 691.

Victor III papa, Desiderius 206. 365. 35. 372. 32. 483. 62. 723. 35.

Victor papa v. Octovianus.

Victor ep. Capuanus 24. 36. 141. 6. 315. 53.

Victor e mon. S. Victoris abb. S. Georgii Baucherii villae 506. 34.

S. Victoris corpus 321. 41.

S. Victoris eccl. Paris. 484. 54. 531. 34. abb. Willelmus ep Catalaunensis, Gelduvinus, Achardus ep. Abrincatinus; prior Henricus abb. S. Genovefae; mon. Hugo.

S. Victoris (in pago Calet.) mon. Victor.

Victoriae ara 305. 33.

S. Victorini reliquiae 351. 40

Victorius (Victurius 137. 12.) 24. 36. 141. 6. 311. 5. 315. 54. Victorii calculus 353. 38.

S. Victurii cella 519. 41.

Vienna 95. 53. 134. 62. 160. 16. 161. 4. 254. 255. 5. 311 (palat. 28.). 332. 36. 337. 17. 556. 41. 557. 43. 755. concil. 254. 755. 30. archiep. Mamertus, Desiderius, Guido (Milo), S. Hugo; dalfinus Guigo.

Vigilius papa 24. 140. 141. 155. 23. 316. 317. 328. 40. 473. 37.

de Vileruns, Willelmus.

de Villa Pirosa, Herveus abbas.

Villariense coen. in Brachanto 460. 6.

Vimacensis pagus 517. 45.

Vimne 631.

S. Vincentia ux. S. Severi 338. 16.

S. Vincentia virgo 636. 62.

Vincentia, *Vicenza* 126. 50. 351. 43. 359. 22. 361. 28.

Vincentius abb. Castellion. 500. 62.

Vincentius s. Madelgarius dux 324. 61.

S. Vincentii reliquiae 305. 58. 317. 12. 351. 42. 441. 45. 534. 32. 637. 15.

S. Vincentii eccl. Lauduni 390. 30. 445. 446. 25. 454. 10. abb. Syefridus, Anselmus ep. Tornacensis, (Balduinus 442. 24.); praep. Adalbero; mon. Ebalus.

S. Vincentii eccl. Mettis 268. 269. 271. 350. 58. 351. 623. 22. abb. Fulcuinus.

Vinciacum 329. 67.

Vindelici 516. 50.

Vindicianus ep. Camerac. 325. 31. 441. 33.

Vintonia v. Wincestre.

Vira castellum 487. 36.

Vircasinus 516. cf. Wilcasinus.

Virdunus, Viridunum, Werdunis 339. 39. 343. 61. 352. 358. 50. 399. 587. 39. 697. 49. parochia 326. 9. ep. S. Agericus, Heimo, Rambertus, Deodericus, Hartwigus; monachi 399. 29. abb. Richardus; com. Godefridus.

Vire fluv. 511. 44.

Virgilius 94. 31.

Viridianus 134. 59.

Viromandorum Augusta 470. 39. Vermandus 470. 6. Viromandensis villa 457. 6. comitatus, patria 382. 48. 415. 38. 423. 22. 461. 35. 513. 47. 534. com. Heribertus I, II, Hugo, Radulfus I, II, Philippus Flandrensis.

Viruncalia 244. 1. 748. 33.

Visbike 572. 54.

Vistula, Visula fl. 119. 61. 120. 29. 163. 6.

Vita, liber gestorum, passio Patrum

132.8. auct. Cassiano 307.39. Sanctorum 108. 109.17. SS. Adelheidis, Aiberti, Alexandri, Alexis, Amandi, Ambrosii (304.59.), Antidii, Basilii, Benedicti (314.), Bruuonis, Columbani, Conradi (361.60.), Eleutherii (459. 47.), Firmati, Galli, Germani, Gregorii, Heinrici, Hugonis, Karoli, Kyliaui, Lamberti, Margaritae et Matildae (481.34.), Martini, Oudalrici, Paulae, Remigii, Thomae, Vitalis, Wiberti.

Vitalianus papa 25.32. 154. 325. 326.

Vitalis abb. Montis Casini 145.49.

Vitalis abb. Mortui Maris 468.48.

S. Vitalis abb. Savigneii 487.60. Vita 526.32.

S. Vitalis presb. card. Theodinus.

Vitreiacum, Vitreium, Vitriacum 387. 46. 452.34. 453.10. 495.23.

de Vitreiaco, Robertus, Andreas.

S. Vitus 265.23. 549.50. 588.52. 596.5. 615.16.

S. Viti corpus 159.52. 182. 332.43. 339.2. 555.12. 572—574. 607.8. 727.3. reliquiae Halberst. 577.8.

S. Viti eccl. Corbeiae 763.17. armarium 11.2.

S. Viti coen. Gronigge 619.10.

S. Viti eccl. Heslinge 623.

S. Viti altare Pragae 642.60.

SS. Viti et Adalberti coen. Pragae 727.6.

SS. Viti et Wenczlai eccl. Pragae 619. 693.7.

Vivariensis ecclesia 449.19.

Vivianus 577.15.

Vizeliacense coen. d. Augustidun. 331. 53. 453. 10. 521. 18. abb. Willermus.

Volemarus v. Folemarus.

Volusianus imp. 21.4. 108.59. 122.63.

Vorlarense v. Warlarense.

de Voto coen. v. Valascia.

de Voto abbatia iuxta Cesarisburgum 535.

Vudestock 487—490.

Vulcani olla 129.41. 315.29. 353.56. 631.20.

Vulfarius ep. Fardun. 586.53.

Vulfoaldus maiordomus 326.9.

Vulfrannus episcopus 330.1.

Vulin civ. Pomeran. 264.21.

Vulini Sclavi 620.49.

Vulsinus lacus 129.50.

Vulta fl. *Moldau* 685.

Vultae, Vultaburch 328.32.

Vultraiectum v. Traiectum.

Vulturnus fl. *Boutonne* 390.48.

Vungerestorp, *Wunstorf* d. Mind. 661. 51. abb. Meinsuit, Alberad.

Vurfandus dux Britt. 582. 583.

Vurta fl. 624.69.

W (Gu).

Waariorum rex Selibur.

Wacar monachus 555.60.

Wachna fl. 561.6.

Wacho rex Langob. 142.55. 312.29. 315.2.

Wahalis, Wal 163.25. 343.5. 567.34. 585.22. 586 35.

Waic rex Pann. 644.35. v. Stephanus.

Waifar dux Aquit. 159 — 161. 165.27. 331—333. 555—558.

Waigri 608.53. 609.11. 631.1.

Waiulfus dux 221.48.

Wal abb. Corb. 667.71. 677.14.

Walacra, Walachras, Walecras 339.16. 354.45. 384.47. 459.3. 657.1. 666.57.

Walamir rex Ostrogoth. 122.31. 124. 16. 125.64. 127. 130. 137.24. 307. 52. 309. 310.

Walandus ep. Leod. 574.17.

Walbertus v. Waltbertus.

Walbike v. Waldbike.

Walcbaudus ep. Leod. 337.5. 338.21.

Walchelinus de Dovre 493.37.

Gualcherus ep. Anglorum 365.15.

Walcherus ep. Camerac. 394.

Waldbike, Walbike, Wallebike, Wallebizi, Rivus silvaticus, curtis et eccl. S. Mariae, S. Andreae 604. 633.3. 637.57. 638.4. 641.52. 643. 659.15. 664.30. 667.22. 674. 751.7. praepos. Willigisus, Reinbertus ep. Aldenburgensis, Theodericus, Thietmarus ep. Mersburgensis; com. Lotharius, Sigifridus, Henricus.

S. Waldedrudis 324.61. 442.1.

S. Waldedrudis eccl. *Sainte Vaudru de Mons* 324.62. 375.5. 385.39. 413.13.

Waldo ep. Cumanus. 615.28. 617—619.

Waldo ep. Curiensis 607.25.

Waldo abbas 577.31.

Waldo 627.

Waldrada 340.61. 341.5. 343. 577—580.

Waldricus ep. Laudun. 375.7. 445. 447. 37. 484.15

Gualdricus abbas 442.2.

Walehusen 592.66. 622.25. 751.41.

Walendene cast. 495.47.

Walerannus, Gualerannus, Galerannus, Valerannus.

Valerannus archid. Baioc. ep. Rofensis 533.9. 534.36.

Walerannus mon. Clarae Vallis abb. Ursicampi 465.17. 472.

Walerannus f. ducis Lemburg. 435.2.

Waleranus, Galerannus, Galerius (Gaufridus 497.16 502.) com. Mellenti 486.11. 487. 492.61. 494 497. 500. 41. 503. 511. 514.62. 515.15. f. Robertus.

Galerandus de Ibera 521.54.

Walerannus f. Guill. Lupelli 525.46.

Galeranus cognatus Goscelini de Turvaissel 487.39.

S Walerici coen. *S. Valery* 343.4. apud S. Valericum 526.10.

de S. Walerico, Rainaldus, Walterus.

Walia, Walenses 484.25. 486.51. 493. 33. 506. 507.36. 513—515. 524.35. Wales comitatus 384.47. Gualiae 4 episcopatus 500.50. rex 414.44. reg. Oenus, Ris; marchisi 523.49.

Walingeford v. Warengueford.

Wallesrode cella 774.25. mon. Ricbertus.

Wallia rex Wisigoth. 125.50. 134.68. 306—308.

Wallisleve urbs 596.66.

Walmarstide s. Ustare 660.10.

Walo ep. Mett. 343.13. 585.49.

Walo de Valkenstide 685.12. 765. nx. Gisla.

Walo pater eius 765.15. nx. Friderinda

Walo f. Bernhardi 570.6.

Walrabo s. Paginus dux de Brabantia 537.37. 679.55.

Waltbertus, Waldbertus, Walpertus, Walbertus.

Waldbertus archiep. Mediol. 615.

Walbertus ep. Hildesh. 586.9.

Walpertus abbas 332.52.

Walbertus abbas 442.3.

Waltbertus f. Wigberti 179.13.

Waltfredus abbas 555.70.

Waltgarius comes 589.2.

Walthardus archiep. Magdeb. 193.61. 644.20. 645.26. 652.66. 653. 657.57. 662. 663. 671.33. II. 685.1.

Waltharith rex Langobard. 142.61.301. 28. 312. 315.

Waltharius, Waltherus, Galterus, Gauterius etc.

(Walterus) archiep. Ravenn. 263.9. 761. 37. 767.17. 772.17.

Walterus de Constancia ep. Lincol. archiep. Rotom. 466. 533.15. 534.22. 535.

Waltarius archiep. Senon. 587.32.

Walterus Cornutus archiep. Senon. 441.5.

Walterus ep. August. 768.37.

Walterius ep. Cabillon. 463.44. 464.2.

Walterius prior Cantuar. ep. Cestr. 498. 7. 504.26. 510.41.

Gualterus mon. Premonstrati, abb. S. Martini, ep. Laudun. 449.15. 455.

Galterus e decano ep. Laudun. 455.30.

Galterius archid. Cant. ep. Rof. 498.6. 504.27. 519.5. 533.8.

Waltarius ep. Veron. 196.64.

(Walterius) abb. S. Amandi 442.25.

Gauterius e priore S. Martini de Campis abb. Cluniac. 525.24. 528.56.

Ganterius abb Lirensis 527.27.

Gualtherus abb. S. Mart. Tornacensis 442.25. 444.

Galterius abb. S. Wandregisili 526.40.

(Walterus) prior Wint. abb. Westmonast. 524.31.

Gualterus abbas 442.2.

Waltere presbyter 555.59.

Walterius Giffar com. de Bochingaham 495.39. 514.21.

Walterius de Arnstide 763.28.

Walterius Espec 493.42.

Waltarius Freso f. Gerolfi 590.16.

Gauterus f. Milonis de Gloecestria 504 56.

Walterius de S. Walerico 478.32.

Walter cognomento Bertold 404 22.

Walterus fund. Aquicin. 393.18.

Wandalaricus 122. 124.16.

Wandali 23. 24. 120. 122. 123. 125. 129. 134-136. 138—142. 162.41. 301—316. reg. Wisamarus, Modigisclus etc.

Wandali s. Winuli 630.60. Wandalorum apost. Vicelinus 469.32.

S. Wandregisilus qui et Wando 328. 12. 476.50. corpus 399 35. 441.47.

S. Wandrigisili coen. Fontinella, *S. Vandrille* 328.13. 477.7. 498.31. abb. Menardus, Rogerius, Anfredus, Galterius.

Wangerde curia Hildensh. 717.3.

Wangerus 578.39.

Wangionum urbs 259.41. v. Wormatia.

Wanzleve 673.27.

Waratho maiordomus 327.

Waration 557.52.

Warengueford, Walingeford, Warengum 494.6. 495.32. 497.3. 502. 504.48.

de Warenna com. Willelmi.

Warhan castellum 484.30 493 35.

Waringi 212.38. 727.35.

Warinus, Guarinus, cf Garinus.

Guarinus de Gelardun, Girardo, abb.

Ponteniac. archiep. Bituric. 524. 10. 529. 41.
Warinus archiep. Colon. 626. 22. 632. 13.
Guarinus ep. Ambian. 459. 36.
Warinus abb. Corb. 572. 57. 573. 41. 576. 50.
Warinus Brito 481.
Warlarense, Vorl. coen. d. Monast. 449. 6. 459. 22.
de Warmonestorp, Arnoldus.
Warnabi 609. 11. 631. 6.
Warnerus v. Werinharius.
Warstallis, *Guastalla* 8. 30. 240. 14. 744. 60. 771. 12.
Wartberch 717. 31.
Warvic 502. 6. com. Rogerius, Henricus.
Wasconia, Guasconia 26. 157. 28. 158. 12. 161. 162. 68. 165. 29. 166. 28. 172. 18. 180. 213. 22. 321. 39. 323. 53. 324. 22. 330. 71. 334. 53. 338. 41. 354. 23. 449. 18. 501. 8. 508. 55. 511. 57. 512. 56. 518. 555. 9. 558. 4. 559. 52 568. 11. 573. 63. 728. 3. 729. 13. 730. 33. dux Lupus.
Waslaris coen. 393. 1.
de Wassenberga com. Gerardus.
Wassenburg castr. Thur. 256. 3. 756. 15.
Waterford 520. 19. Watrefelth 524. 53.
Wateville castellum 487. 45.
Watinensis praepos. Wilhelmus.
Waurei castellum 487. 36.
Waverensis ecclesia 401.
Wazo, Guatho ep. Leod. 358. 22. 359. 6.
Wazo com. Neapolis 489. 37.
Wecil, Wezelo, Werinher archiep. Magdeb. 203. 19. 206. 694. 7. 697. 18. 699. 49. 701. 703. 704. 710. 30. 712. 58. 713.
Wecil archiep. Mog. 205. 39. 207. 11. 721—723. 726. 23.
Wedria, *Wetterau* 591. 37.
Wegesaz, Wisatum, *Viset* 235. 371. 39. 482. 58. 742. 62.
Welatabi 162. 20. 609. 5. 641. 43.
Welefo, Welf, Welpho f. Azzonis dux Baioar. 200. 20. 202. 39. 205. 21. 208. 2. 209. 17. 220. 29. 691. 62. 698. 21. 710. 51. 721. 6. 726. 23. 728. 31. 731. 13. 735. 21. 736. 3. 744. 9. 763. 51. 764. ux. Ethelinde, Iudith; f. Welpho, Heinricus.
Welfo f. eius dux Baioar. 209. 18. 234. 26. 235. 5. 694. 63. 706. 50. 742. 46. 751. 39. 763. 54. 764. ux. Machtild.
Welfo f. Heinrici ducis 744. 10. 765. 7.
Welf dux Carinth. 31. 27. 197. 27. 690. 32.
Welp, Welf comes qui et Eticho 171. 18. 572. 37. 764. f. Heinricus, Iudhita imperatrix.
Welf s. Eticho iunior 764.
Welfus comes f. Rodulfi 30. 195. 21. 677. 764. 32. f. Cuniza.
Wellebus super Sequanam 478. 28.
Wellensis ep. 490. 48. v. Batenses.
Welpesholt 751. 11. 762. 55.
S. Wenceslaus, Wenezlaus, Guincezlaus dux Boemiae 346—348. 351 64. 596. 42. 599. 67. 619. 36. 634 56. 693. 7.
S. Wenceslai reliquiae 637. 16. coen. Bolezlau 684. 13. cf. S. Viti.
Wendelgarda abb. Gandesh. 596. 31. 609. 33.
Windilgard abb. Hesling. 623. 26.
Wendelmuota ux. Hugonis reg 176. 18.
Wenemarus 344. 48.
Wenetici 661. 31. Weneuici 669. 1.
Wentini pons 467. 48.
Wentreshof vicus 352. 35.
Werdunense coen. 574. 63. 645. 45. 672. 25. abb. Redbaldus, Heithenricus, Bardo arch. Moguntinus, Geroldus.
Werida, *Kaiserswerth* 197. 45. 693. 38.
Werinharius, Wirinharius, Werinher, Wernher, Guarnerus, Warnerus.
Werinher archiep. Magdeb. v. Wecil.
Werenharius qui et Wicelinus ep Argent. 29. 67. 193. 17. 648. 12. 649. 13. 650. 30. 674. 30. 677.
Werinher II ep. Argent. 698. 32.
Werinher ep. Mersburg. 701. 710. 31. 713. 18. 721. 50.
Wernher praep. Halberst. ep. Monast. 765. 34. 767. 45.
Wirinharius abb. Fuld. 621. 32.
Werinher abb. Rosseveld. 735. 2.
Werinherus dux Boemiae (Boriwoy) 243. 12.
Werinherus marchio Aquin. 234. 5. 742. 27. Warnerus princ Anconitanus 368. 47. 369. 21.
Wirinharius f. Liutharii march. 642. 38. 643. 659. 48. 660. 4. 666. 64. 667. ux. Liudgard.
Wernher, Warnher, Guarnerus com. Hagin. 351. 63. 352. 11. 625. 66. 670. 56.
Werinharius com. (de Kiburg) 30. 14. 195. 25. 678. 5.
Werinher signifer regis 684. 34.
Werinher de Veltheim 685. 18. ux. Machtild; f. Wernher.
Werinher f. eius 685. 19. 765. 12.
Werinus comes Karlomanni 558. 19.
Werlahon, Werlaon, Werlo, Werla 182. 48. 595. 63. 621. 632. 35. 647. 664. 62.
Werla locus Westfaliae 676. 50. 720. 59. com. Rodulfus, Bernhardus, Conradus, Herimannus.
Werna fl. *Wernitz* 257. 31. 757. 19.
Westerche pagus 556. 2.
Westersalt 570. 29.
Westfalai 166. 167. 218. 17. 334. 58. 335. 9. 392. 4. 449. 4. 459. 23. 558—561. 641. 43. 676. 50. 701. 52. 717. 10. 720. 58. 750 52. 761. 50.
Westmonasterium, Westmoster, Wemoster 481. 42. 486. 15. 488. 56. 504. 23. 519. 2. abb. Walterus.
Westsesxe reg. Elli, Celin, Cedwalla, Ina, Ahelardus.
Wethericus 399. 43. 402. 49.
Wetthi mon. Augiensis 27. 56. 172. 20. 573. 65. Wetini visio 336. 16. 563. 41.
Wezelo v. Wecil.
Wezlo ep. Moraviae 726. 40.
Wicbertus, Wigbertus, Wibertus, Wicpertus etc.
Guicpertus, Wigpertus archiep. Rav. papa 203—205. 211. 45. 218. 45. 219. 34. 233. 53. 364—366. 368. 23. 371. 13. 719—721. 723. 28. 728. 6. 733. 7. 734. 741. 64. Wigbertina haeresis 233. 41. 741. 60. 742. 7.
Wigbertus ep. Hildensh. 585. 12. 586. 8. 589. 41.
Wicbertus ep. Mersburg. 652. 655. 46. 656. 4. 658.
S. Wibertus, Guicbertus fund. Gemblac. 271. 272. 1 (Vita). 346. 40. 349. 16. 359. 28. 368. 20. corp. 379. elevatio 268. 372. 21.
Wicbertus senior marchio (com. Magdeb. 755. 21.) 229. 21. 246. 45. 247. 370. 52(?). 693. 731. 18. 733. 6. 738. 1. 740. 64. 747. 750. 760. 761. 19. 767. 28 ux. Ludmila, Cunigunda; f. Heinricus, Wigbertus.
Wigbertus junior 693. 31. 737. 58. 747. 753. 30. 761. 20. ux. Cunigunde.
Wigbertus comes 234. 11. 742. 11.
Wigbertus f. Witikindi 179. 13. f. Waltbertus.
S. Wiberti mons 378. 48. eccl. Gemblaci 424. 9.
S. Wicberti eccl. Herfeld. 574. 10 576. 1.
Wiefridus archiep. Colon. 349. 38. 595. 48. 599 610. 66.
(Guichardus) abb. Ponteniac. archiep. Lugdun. 524. 11.
Wichtred rex Anglorum 328—330.
Wicik, *Fucecchio* 773. 21.
Wicmannus, Guicmannus, Wigmannus.
Wigmannus archiep. Magdeb. 680. 5.
Wigmannus, frat. Herim. ducis 600. 601. 49.
Guicmannus f. eius 350. 3. 351. 18. 610—615. 618. 58. 620. 621. 624. 9.
Wigmannus com. occid. Sax. 667. 25. 671—673.
Wigmannus com. de Seburh 680. 4. ux. Gisla f. Gero, Hathwiga.
Wicmodi 565. 37.
S. Guicteht 352. 15. v. Adalbertus.
Widelo ep. Mind. 739. 49.
(Widerad) abb. Fuldensis 694. 6.
Widigast 307. 14.
Widigoia 122. 16.
Widiomar 310. 311.
Wido imp. 343. 344. 587. 19. 589. 41. 596. 29.
Wido de Lizenum com. Ioppe rex Hierus. 424. 428. 49. 429. 529. 48. 535. 5.
Wido de Castello 452. 40. 495. 40. papa Caelestinus II.
Wido Cremonensis 409. 2. Cremensis 410. 13. 514. 11. de Creme 516. 3. 517. 55. papa v. Paschalis.
Guido praepos. Autissiod. archiep. Senon. 418. 50. 525. 3. 529. 40.
Guido archiep. Vienn. 15. 38. 246. 29. 251. 40. 750. 2. 753. 5. papa Calixtus II.
Guido dec. Vermand. archid. Laudun. ep. Belvac. 461. 41.
Guido ep. Catalaun. 452. 40. 453. 20.
(Guido) ep. Curiensis 231. 26.
Wido ep. Mutinensis 618. 40.
Guido abb. de Cruce S. Leutfridi 461. 39.
Wido f. Berengarii 616. 54. 618. 38.
Wido com. Karoli Magni 336. 15. 564. 14.
Wido marchio 176. 15. 347. 31.
Wido comes Muselli 773. 17.
(Guido) com. Nivernensis 414. 30. 524. 41.
Guido com. S. Pauli 437. 46.
Guido f. Willermi comes Pontivi 515. 19. 520. 28. f. Iohannes.
Guido comes 516. 27.
Guido de Laval. 509. 22.
Guido Aretinus 356. 28.
S. Widonis corpus 30. 64. 687. 45.
Widukindus, Widikindus, Guindichindus, Winthichind etc.
Witikindus (magnus dux 32. 52. 226. 8.) 166. 167. 12. 179. 183. 26 334. 335. 559—561. 592. 52. f. Wigbertus.
Widikint frat. Mahtildis 32. 53. 183. 24. 226. 5.
Witichinus avus Odonis reg. 173. 23
Widikindi filii 770. 30.
Widukindus mon. Corb. 351. 60. 543. 625. 21. cf. Saxones.
Wieglesdor 626. 44.
Wifelesburch 761. 52.
Wifhilde ux. Ordulfi ducis 692. 56.
Wifhilde ux. Heinrici ducis 697. 63. 744. 763—765.

Wifhilde ux. Rodolfi com. 744. 13.

Wigaltingohuson, *Wildeshausen* 179. 16.

Wigberg v. Viburg.

Wigbertus v. Wicbertus.

Wigboldus v. Wigoldus.

Wigemore castellum 504. 42.

Wiggerus praepos. Magad. ep. Brandeb. 776. 9.

Wiggerus praep. Colon. ep. Fard. 669. 59. 677. 25. 678. 56.

Wiggerus ep. Metensis 595. 40. 596. 19.

Wiggerus, Wikkerus abb. Trevir. 614. 62. 619. 20.

Wigmannus v. Wicmannus.

Wigo ep. Brandeburg. 653. 46. 658. 65. 662. 67. 663. 26.

Wigoldus ep. August. 205. 25. 207. 9. Wigboldus 721. 24. 726. 22. Guigo 723. 5.

Wigornienses ep. Teulfus, Simon, Iohannes, Rogerius, Balduinus archiep. Cantuariensis.

Guihenoc archid. Redon. ep. Venetensis 530. 50.

Guihummarus vicec. de Leon 516. 26. 520. 525—527. f. Herveus, Guihummarus.

Guihummarus iunior 520. 5. 527. 30.

Wilcasinus pagus, *le Vexin* 430. 41. 435. 23. 501. 17. 504. 5. 511. 53. Veugesim 507. 41. Vircasinus 516. com. Symon.

Wilci 27. 21. 162. 20. 167. 51. 169—171. 562. 3. 564. 4. 566—568. 570. 10. 572. 68. 573. 1. 596. 65. 609. 631. 29. reg. Celeadrag, Liubit, Liudewit, Milegast.

Wilekinus com. Holland. 437. 12.

Wilfrid episcopus 328. 21.

Wilinaburg 180. 9. 594.

Wilini 631. 9.

Willa ux. Beringerii 29. 26. 189. 39. 190. 44. 615—617. 619. 32.

Willarius, Williharius ep. Sedun. 165. 37. 558. 19.

Willarius dux Venet. 565. 62. 566. 70. 568. 31.

Wille-, Willi-.

Willibaldus ep. Eestad. 553. 28.

Willibertus archiep. Colon. 341. 12. 581. 586. 33. 588. 15.

S. Willibrordus qui et Clemens ep. Trai. 25. 41. 156. 5. 328.

S. Willebrordi coen. Epternacum 582. 13.

Willigisus archiep. Mog. 354. 19. 626. 629. 65. 632—634. 636. 43. 637. 20. 640. 641. 59. 646. 11 648. 650. 652. 653. 655—657. 660. 17. 661. 56.

Willigisus praep. Walbic. 659.

S. Willehadus 562. 10.

S. Willehadi praepositura Brem. 686. 18.

Willehelmus, Willihalmus, Willelmus, Willermus, Guillelmus, Guillermus.

Willihelmus Nortmannicus rex Angliae 199. 32. 361. 26. 478. 479. 481. 29. 482. 45. 487. 31. 490. 491. 509. 20. 519 12. 701. 27. bastardus 386. 27. 667. 49. 689. 48. 694. 695. liberi 478. 39.

Willermus iunior (Rufus 482. 49.) rex Angl. 367. 6 368. 25. 380. 50. 381. 1. 471. 38. 481. 487. 30. 490. 52. 733. 23.

Willermus f. Henrici I reg. Angl. 484. 42. 486. 43.

Willermus fr. Henrici II reg. Angl. 488. 61. 492. 28. 504. 9. 505. 513. 56. 533. 32.

Willermus f. Henr. II reg. Angl. 503. 10. 504. 18.

Willermus com. Lodonensis 502. 13. rex Scotiae 515 523. 13. 524. 22.

Willelmus I rex Siciliae 405. 7. 408. 54. 455. 53. 456. 503. 53. 505—507. 512—515. 528. 28. f. Rogerius.

Willelmus II rex Siciliae, Apuliae 406. 45. 425. 51. 426. 2. 515. 18. 525. 7. 526. 528. 26. 532. 41. ux. Iohanna (carta dotis 526.); f. Boamundus.

(Willermus III) f. Tancredi rex in Apulia, Calabria, Sicilia 429. 45. 432. 36.

Guillermus de Papia legatus 511. 48.

Willelmus ep. Carnot. archiep. Senon. Remensis, presb. card. S. Sabinae 415. 12. 416. 418. 9. 420—422. 428. 19. 429. 431. 2. 438. 23. 474. 31. 514. 53. 517. 57. 525. 2. 528. 50. 529.

(Willelmus) patr. Hierus. 457. 18.

S. Willelmus archiep. Bituric. 468. 35.

Guillermus abb. Rading. archiep. Burdegarensis 521. 27.

Willermus de Curbuil prior Chycee archiep. Cant. 487—492.

Willermus archiep. Eborac. 494. 503.

Guillermus archiep. Lugdun. 513. 6.

Guillelmus archiepisc. Mogunt. 349. 56. 350. 25. 351. 10. 611. 64. 615. 617—621.

Guillelmus de Iovis Villa ep. Lingon. archiep. Rem. 437. 45. 440.

Guillelmus (de Tria) archiep. Remen. 444. 42.

Willermus archiep. Rothom. 483. 52.

Willermus dec. S. Petri de Curte, ep. Abrinc. 534. 6.

Guillelmus de Campellis archid. Paris. abb. S. Victoris, ep. Catalaun. 255. 9. 484. 52. 755 55.

Guillermus dec. Baioc. ep. Constant. 534. 6.

Willermus de S. Barbara dec. Eboracensis, ep. Dunelm. 498. 11. 500. 39.

Willermus ep. Exoniensis 492. 57.

Willermus episc. Nortwicensis 504. 28. 519. 7.

(Willelmus) ep. Papiensis 220. 13. 734. 36. 735. 9.

Willehelmus ep. Strasburg. 677. 52.

Willermus de Belfou ep. Teldfordiae 490. 50.

Guillelmus de Ventadour mon. Cluniac. ep. Tornac. 444. 38.

Willihelmus ep. Traiect. 199. 23. 694. 10. 709. 55. 711. 3.

Guillermus ep. de Trigel 523. 6.

Willermus Giffard ep. Wincestr. 481. 31 489. 16.

Willermus de Vileruns praeceptor mil. Hospitalis 431. 14.

Willelmus abb. Andrensis 438. 11. 440. 46.

Willelmus abb. Aquicincti, S. Amandi, mon. Clarevall. 436. 47. 437. 6.

Willelmus II abb. Aquicincti 438. 5.

Willermus abb. Becci 488. 492. 31. 498. 21.

Wilhelmus abb. de Capella 440. 15.

Willermus Anglicus e priore S. Martini abb. Ramesensis, Cluniac. 511. 45. 529.

Guilelmus abb. Divionensis 356. 23.

Willermus abb. Fiscanni 478. 14.

Guillermus abb. Lirensis 525. 23.

Willermus Hubaudus de Exonia mon. Becci, abb. Gresteni, Pontisar. 527. 19. 535. 24.

Guillermus mon. Becci, abb. S. Mich. 532. 10.

Guillermus abb. Montisburgi 534. 16.

Guillermus de Espervilla mon. Becci, prior de Evermo, abb Cadomi. 524. 1. 529. 38.

Willelmus abb. Valasciae, Mortui Maris 466.

Willermus abb. Vizeliacensis 521. 17.

Wilhelmus praep. Watinensis 440. 47.

Willermus mon Flandrensis 496.

Willermus Pius dux Aquitaniae 478. uxor Eva.

Willehalmus Pictav. princeps (V dux Aquit.) 30. 49. 196. 2. 669. 687. 13. f. Agnes imp.

Willehelmus dux Pictavorum (VIII Aquit.) 701. 29.

Guilelmus com. Pictavorum et (IX) dux Aquit. 220. 221. 52. 509. 21. 735. 736. 5.

Willermus com. Pictavensis dux Aquit. 446. 28. 451. 30. 457. 22. 459. 38. 460. 27. 490. 6. 493. 18. 500. 12. 509. 510. f. Alienor, Petronilla.

Willermus Longaspata dux Norm. 477. 478. 12. 491. 14. 533. 31.

Willehalmus marchio sept. 31. 34. 197. 31. 687. 25. 690. 691.

Willehelmus marchio f. Willehelmi de Wimare 667. 6. 669. 16. 671. 67. 687. 690. 57. 693. sponsa Sophia.

Willehelmus marchisus de Montferrat 413—415. 418. 13. 528. f. Willelmus, Conradus, Rainerus.

Willelmus (Longaspata) de Monte Ferrato 415. 50. 424. 31. 425. 8. 529. 19. 535. 1. ux. Sibilla.

Willehelmus com. palatinus 772. 36.

Willermus com. de Albamarla 493. 41. 494. 11. 500. 41. 521. 57. 527. 38.

Willermus com. de Magna Villa, Albae Marlae 527. 37.

Guillermi (VII et VIII) com. Arvern. 515. 46.

Willermus de Albinneio com. de Arundel 494. 2. 519. 17. 525. 11. ux. Aeliza regina; f. Willermus 519. 19. 525. 12.

Guillelmus Longa Speie f. Stephani reg. comes Bolon. Moritoniae, et Surreie 397. 39. 407. 36. 409. 26. 506. 28. 507. 12. 510. 51. 514. 3.

Wilhelmus (III) com. Burgund. (Sedun. 380. 46.) 765. 38.

Willehelmus f. Geronis comes de Camburh 713. 27. 716. 70.

Guillermus com. de Clara 534. 5. *est Gislebertus.*

(Willelmus) com. Ebroic. 484. 14.

(Willelmus Taillefer IV) com. Engolismi 517. 5. 518. 25. 526. 2.

Willelmus Normannus 432. 28. de Anglia 537. 21. com. Flandriae 380. 50. 381. 448. 30. 450. 456. 45. 485. 39. 486. 23. 488. 54. 489.

Willehelmus praef. Gerentiae 775. 9.

Willermus c. Gloecestriae 522. 11. 534. 3.

Willehelmus c. de Licelenburh 737. 55.

Willehelmus f. Cristini comes de Lutisburh 680. 6.

Wilhelmus c. Masconensis 403. 14. 506. 6.

Willermus c. Moretuil 482. 509. 21.

Willermus (IV) com. Nivernensis 519. 23.

Willermus f. Guidonis c. Nivern. 525. n.

Willermus Talevat com. Pontivi et Sagiensis 492. 499. 515. 18. 517. 16. 520. 27. f. Guido, Iohannes.

Guilelmus com. Saresber. f. Henrici II regis Angl. 467.

Willermus II de Warenna com. Surreie 492. 58. 502 11. f. Willermus III, Gondreda, (Ada) com. Huntedoniae.

Willermus III de Warenna com. Surreie 494. 12. 496. 21. 497. 12. 506. 29. 507. 13. 514. 3. gener Willermus com. Boloniae.

(Willermus IV) com. Tolosanus 509. 22.
Willehelmus com. de Wimmeri 618. 632. 64. 648. 10. 649. 33. 687. 20. 690. 58. uxor Oda; f. Willehelmus, Otto marchiones, Poppo.
Willermus f. Roscelini vicecomitis Cenomann. 516. 57.
Willermus vicecom. Thoarci 509. 10.
Guillermus f. Fulconis Paganelli de Abrincate 533. 11.
Guillermus de Curceio 525. 10.
Willermus f. Radulfi de Fulgeriis 522. 54.
Willermus de Guerceio praeses Oxineford. 502. 36.
Guillermus f. Richardi de Humet 529. 25.
Willermus de S. Iohanne 520. 53.
Willermus de Lancastre 534. 20.
Willehelmus dictus Rex de Lutisleve 695. 39. 699. 58. 703. 55.
Willermus de Montepessulano 510. 46.
Willermus dom. Montis Sorelli 501. 41.
Willermus de Mowim 493. 35.
Willermus Peurel, Piperellus de Nottingehan 493. 42. 504. 42.
Willermus de Paccio 501. 30. 502. 50.
Willermus de Romara et Willermus f. eius 500. 43.
Guillermus de Similleio 529. 46.
Willermus camerarius de Tancarvilla f. Rabelli 487. 41. 494. 21. 521. 55.
Willermus de Vecie 534. 19.
Willermus de Vernone 502. 4. f. Ricardus.
Willermus Yprensis bastardus 407. 35. 494.
Willermus Bainard 483. 48.
Willermus Crispinus 484. 11. 486. 28.
Willermus Goiet, Goeth 508. 26. 518. 44.
Willermus Lupellus 502. 52. 525. 46. f. Walerannus.
Willermus Malet 483. 48. 518. 10.
Willermus Martellus dapifer 495. 29. 502. 37.
Willermus Patric 521—523. f. Willermus 523. 11. Ingerannus.
Willermus f. Alani 493. 36.
Willermus f. Hamerici 535. 11.
Willermus f. Hamonis senescallus Brittanniae 520. 54.
S. Willelmus Norwic. 465. 27. 472. 52. 520. 21.
S. Guillelmus Parisiensis 525. 33.
Willermi plurimi in curia Gaufridi ducis 520. 55.
Willermus, nomen proprium comitum Pictav. et duc. Aquit. 503. 10.
Willibarius v. Willarius.
Willerbici fl. 622. 25. 630. 29. 659. 57.
Willericus ep. Bremensis 574.
Willerus abb. Trevirensis 614. 62.
Wilzi v. Wilci.
Wimachus dux Salerni 489. 33.
Winidiburh 682. 32.
Wimmeri, Wimare 618. 9. 632. 65. 648. 11. com. Willehelmus, Poppo.
Wimundus mon. Savin. ep. Man 500. 38.
Wincenburch 538. 767. 13. com. Herimannus.
Wincestre, Wintonia 481. 487—490. 495. 27. 505. 8. ep. Stigandus, Willermus, Henricus, Ricardus; prior Robertus abb. Glastoniae, Walterus abb. Westmonast.
Windohaim villa 307. 11.
Winethusun coen. S. Pusinnae 598. 60. 643. 56. abb. Demot.
Winfrid 553. 21. v. Bonifacius
Winidi 324. 17. 352. 15. 354. 23.
Winigardus 336. 21.
Winigisus dux Spoleti 168. 65. 561. 61. 563. 70. 565.
Winili 120. 26. 142. 301.
Winimarius 591. 10.
Winitharius rex Ostrogoth. 122. 124. 302. 303.
Winleshorres, Windlesores, *Windsor* 483. 486—488. 490. 31.
Winnuli 630. 631. 28.
S. Winochus, Winnocus 319. 39. 399. 35. 441. 46.
S. Winnoci coen. Bergense 438. 440.
Guintharit rex Wandal. 317. 11.
Wintrug presbyter 555. 59.
Winzinburg v. Wincenburg.
Wiomarcus rex Brittonum 573.
Wippera fl. 630. 29. 659. 56.
de Wippera, Cono, Ludovicus.
Wirbina cast. 30. 20. 195. 33. 656. 45. 658. 58. 679.
Wirciburg, Herbipolis 2. 168. 11. 203. 4. 206. 45. 228. 229. 259. 328. 410 (Wisceburch). 449. 12. 537. 25. 541. 21. 562. 59. 668. 12. 669. 33. 673. 13. 674. 33. 712. 35. 713. 724. 740. 758. 765. 769. 6. 770. cf. S. Iacobi, Kyliani; syn. (1130.) 767. (1133.) 768. conventus (1121.) 254. 34. 257. 377. 56. 755. 41. 757. eccl. 159. 70. 193. 35. 199. 29. 249. 47. 252. 12. 331. 59. 694. 15. 714. 4. 752. 16. 753. 15. ep. Burchardus, Megingaudus, Bernwelfus, Ludericus, Wolfgerus, Humbertus, Gozbaldus, Arn, Ruodolfus, Thieto, Bucco, Pobbo, Pobbo, Huc, Berenwardus, Heinricus, Meginhardus, Brun, Adelbero, Meginhart, Emehard, Errolungus, Ruotpertus, Gebehardus, Ruggerus, Embricho, Albertus Hoeuloch; scol. David, Ioh. Gallicus; de choro Engelhardus archiep. Magdeburgensis; vicc. Andreas Cirkenbach; pagus 226. 25. 738. 56. princ. Gozbertus; notata hist. et etymolog. 550. 551.
Wirciniacus villa 166. 37.
Wirdina coen. v. Werdunense.
Wirindus abbas 563. 70.
Wirraha fl. 259. 3. 738. 8. Wirra 700. 33.
Wisamarus rex Wandalorum 123. 11.
Wisant portus Normanniae 505. 14.
Wisara fl. 159. 61. 165—168. 170. 13. 555. 67. 558—561. 563. 571. 9. 572. 55. 621. 17. 624. 11. 645. 51. 674. 719. 40. 763. 16.
Wisatum v. Wegesaz.
Wischele 751. 31.
Wisigothae 122—135. 137. 301—330. reg. Fridigern, Athanaricus, Alaricus etc.
Wisogastaldus 116. 1.
Wissegrad 655. 747.
Witigis rex Goth. 122. 36. 129. 63. 130. 140. 5. 316.
Witimar rex Ostrogoth. 122. 31. 124. 17. 125. 65. 127. 128. 130.
Witimar iunior 128. 14. 130. 61.
de Witin, Conradus marchio.
Witingai 565. 30.
Witlant emporium 339. 10.
Witthan rex Abodrit. 335. 68. Witzan 562. 5.
Witulf 122. 124. 3. 130. 57.
Wiziburgensis S. Petri eccl. 361. 49. 614. 63. abb. Geilo, Gerricus, Erkenbertus, Adalbertus archiep. Magd.
Wizzagawi 561. 1.
Wizzidrog 630. 11.
Wladamirus, Wolodemir rex Russ. 637. 37. 665. 673. ux. Helena; f. Zuentepulc, Iarizlaus.
Wladizlaus rex v. Ladizlaus.
Wladizlaus f. Wratizlai dux Boemiae (summus pincerna 248. 4.) 693. 32. 733. 34. 746—749. 751. 60. 752. 4. 754. 5. 756. 28. 760—762.
(Wladizlaus IV) dux Boem. 403. 55.
Wladislaus f. Kazimeri dux Pol. 683. 8. 693. 724. 6. 738. 11. ux. Iuditha; f. Spigneu, Boleslaus.
Wlodoweius dux Boem. 650. 651. 30.
Wodeneswego 604. 60. 676. 8.
Wolbodo, Walbodo ep. Leod. 355. 31. 673. 53.
Wolferus miles S. Stephani 725. 18.
Wolfgerus ep. Wirciburg. 27. 59. 569. 62.
Wolfhelmus abb. Fuld. 243. 4. 747. 27.
S. Wolfkangus ep. Ratisp. 653. 41.
S. Wolfkangi elevatio 196. 48. 689. 17.
Wongerestorp v. Vungerestorp.
Wonomir Sclavus 563. 17.
Wormatia 27. 23. 28. 13. 31. 15. 160. 63. 165—167. 189. 22. 196. 255. 38. 259. 260. 262. 263. 344. 10. 348. 9. 378. 21. 428 8. 557—562. 578. 40. 586. 45. 589. 595. 45. 598. 1. 601. 28. 607. 36. 611. 11. 612. 31. 615. 52. 618. 23. 619. 21. 620. 8. 648. 46. 688. 33. 689. 22. 693. 3. 694. 14. 699. 1. 700. 31. 710. 65. 729. 60. 743. 4. 750. 40. 753. 32. 756. 5. 760. 51. 761. 28. concil. 201. 29. 363. 42. 707. episc. Bernharius, Richgowo, Anno, Hildibaldus, Franco, (Erp, Razo,) Burchardus, Hazeco, Adalbertus, Thietmarus, Buggo; canon. Ekkihardus.
Wormaciensis pagus 261. 22. 760.
Wratizlaus, Watizlaus, Fratizlaus.
Watizlaus dux Boemiae 346. 43. f. Wenceslaus, Boleslaus, Dobrowa.
Wratizlaus, Fratizlaus f. Bracislai dux Boem. 203. 26. 207. 36. 690. 692. 39. 693 (ubi v. uxores et lib.). 695. 46. 701. 22. 702. 35. 720. 45. 724. 726. 727. 733. 33.
Wratizlaus f. eius 693. 30.
Wrissovici familia 646. 8. 681. 17. 747.
Wrotizlaensis ep. Iohannes.
Wulda v. Fulda.
Wulframus 684. 39.
Wurm rex Daniae 597. 51.
de Wusfradeshusen, Otto comes.

X.

Xantus, *Xanten* 185. 21. 603. 4.
Xistus papa 327. 52. v. Sixtus I.

Y.

S. Yduberga 440. 41.
Ymbra fl. *Humber* 320. 61.
Ymma ux. Megingaudi 170. 64.
Ymniscari 123. 18.
Yolende ux. Balduini III Hain. 433. 19.
Yphoven 551.
S. Ypoliti reliquiae 617. 6. 636. 61. 637. 14.

Yporea v. Eboredia.
Ypra v. Ipra.
Yring princ. Avarum 335. 70.

Z.

Zacharias papa 26. 118. 55. 150. 12. 158. 13. 159. 178. 73. 331. 332. 553. 31. 555. 564.
Zamolxes rex Gothorum 120. 55. 122. 7.
Zaphat civitas 320. 39.
Zara 657. 53.
de Zaringe, Berhtolfus, Bertoldus duces.
Zatun v. Thatun.
Zebizlovo 655. 6.
Zeliobes rex Hunorum 310. 61. 315. 7.
Zeno imp. 23. 128. 129. 10. 137. 138. 301. 57. 311—313.
S. Zenonis reliquiae 196. 61.
S. Zenonis eccl. Veronae 422. 43.
Zeutes eruditor Gothorum 120. 56.
Ziazo patricius Rom. 644. 45.
Zibera curia eccl. Rom. 369. 5.
Ziciani 663. 29.
Ziezane 673. 19.
Ziptineus dux Boemiae 346. 42.
Zirwesti urbs 657. 49.
de Zolre, Fridericus comes.
Zolunta 629. 23.
Zosimus papa 23. 18. 135. 1. 306.
Zribenz 663. 30.
Zribia, Suorbia 750. 35.
Ztrahquaz f. Boleslai mon. S. Emmerammi 634. 56. 640. 42.
Zuatawa, Suatawa ux. Wratizlai 693. 31. 724. 14. 749. 43. 762. 9.
Zuchilo Langobardus 142. 55.
Zudibure lucus 658. 62.
Zuencowa 613. 33.
Zuendibaldus, Zoundibaldus, Zuentebolchus, Zuentepulc.
Zuendibaldus rex Lothar. 32. 176. 14. 344. 345. 586—589.
Zuentebaldus dux Marahensium 173. 179. 30. 343. 344. 587—590. 665. 57.
Zuentepulc f. Miseconis 634. 4.
Zuentepulcus f. Wladamiri 673. 674.
Zuentubaldus Sclavus 756. 41.
Zuleymen amiras Saracen. 329. 330.

GLOSSARIUM

AUCTORE D. WILHELMO WATTENBACH PH. D.

Eorum quae minutis litteris impressa ex aliis auctoribus mutuata sunt, ratio non est habita.

absida 171. 56. 444. 11. 573. 21.
achephalisti secta 541. 31. cf. *azephala*
accrescere, augere 495. 4.
admiralius, admiratus etc. v. indicem.
adoranda 551. 49.
aduncari 517. 48.
affectus venandi, venationi intentus 571. 21.
affugavit, aufugit 437. 40.
agrarii homines, coloni 413. 35.
agrarii milites 510. 8.
albae 401. 17. 740. 16.
allodia 251. 15.
amaricatus 249. 2.
ambire, cingere 495. 5.
amiras, amireus v. indicem.
ancillata, in servitium redacta 462. 56.
angaria 266. 47. 462. 43.
angariare 144. 44. 367. 22. 462. 43. 488. 55. 493. 61.
angustiatus 777.
appendicia 438. 28. 637. 57.
aprioratus 474. 48.
architector 441. 32.
archivum 462. 31.
armarium ecclesiae 11. 2. 380. 5. 381. 7.
assallire 479. 21.
assultus, gall. *assaut* 428. 44.
aucae, anseres 365. 40.
auctoralia privilegia 372. 34.
aurugo, rubigo frumenti 368. 2.
azephala gens 551. 26. cf. *achephalisti.*
baculus regiminis 393. 45.
buunum episcopi 641 4. 653. 40.
barones 428. 21. 431. 7. 437. 42. 439. 46. 442. 20. 466. 468. 6. 487. 42. 491. 56. 506—508. 510—513. 521 - 527. 533.
barones capitules 510. 11.
bastardus v. supra Wilh. rex, Wilh. Ypreusis.
beninvolus 480.
binomius, cui geminum nomen est 764. 2.
bivius et subalternus auditor 722. 30.
bravium 266. 40. 464. 9. 498. 55.
breve 508. 31.
burgenses 510. 8. 522. 3. 527. 15. 529. 9. 530.
burgum, burgus 501. 45. 502. 516. 17. 518. 38.
caballarius, gall. *chevalier* 218. 16.
calumpnia, actio 517. 40. 757. 40.
calumpniare, sibi asserere 489. 3.
camerae cum caminis 528. 40.
camerae summilas 725. 28.
camisia, gall. *chemise* 382. 46.
campanare, turris 456. 32. 457. 49.
campanile 437. 2.
campionis duellum 200. 16.
canonicare 550. 36.
capa, cappa, vestis clericorum 340. 41. 401. 18. 419. 21. 462. 49. 531. 8.
cappa Salvatoris 505. 40.
cappa quae dicitur vestis candida 263. 47.
capella 395. 30. 419. 41. 436. 51. 533. 16. 534. 7.
cappellarius 571. 25.
capere trevias 510. 53.
capitales barones 510. 11.
capsella, pera 214. 44.
capucia 464. 30. 534. 17.
caris, χαρις 269. 46.
carnalis posteritas 648. 18.
carrada 622. 43.
casamentum, cassamentum, feudum 492. 12. 502. 48. 511. 26.
catarecte 402. 49.
caudae carneae 457. 29.
cervisia 500. 47. 622. 43.
ciathica passio, ischiadici dolores 632. 4.
cilicium 405. 16. 446. 38.
cimiterium 767. 10.
circinare, circumire 210. 5. 216. 52.
circulare 376.
cirographum 637. 59.
cis et citra, citra et ultra 213. 38. 235. 5. 263. 14. 729. 18. 761. 40.
clavis, in computo ecclesiastico 442. 10.
clusae v. indicem.
coadunator 762. 60.
coelibatus 211. 12.
coepiscopantes 239. 21.
coessentes 540. 7.
comestabuli 520. 42.
comperegrini 219. 10.
concluvis lapidea 725. 24.
concordari 493. 508. 23. 517. 36. 518. 6.
conditio urbis Romae 10. 37. 23. 15. 136. 54. *templi* 18. 54. *Adae* 34.
conestalus 514. 23.
confessio, pecunia a confitentibus soluta 369. 1.
conflua negotiandi commoditas 571. 5.
conpatriotae 722.
conquirere, expugnare 478. 35. 481. 57. 482. 24.
consecretalis 538. 10.
constabularius 529. 23. 535. 17.
constabulus 522. 2. 566. 32.
contectalis 601. 3
coutradere 592. 10.
contradicere, fidem renunciare 408. 53. 771. 772.
cor maris 379. 37.
cortinae, aulaea 530.
crescere active 487. 33.
crucifer exercitus 213. 24.
cruciferi 266. 43.
crucifigere se 211. 25.
cunabulum 402. 23.

cuppa 514. 58.
curcebold vestis 600. 11.
curiales 713. 8.
curialis facecia 686. 10.
curialitas ambiciosa 686. 19.
custodia libera 381. 2.
denormare 687. 3.
depositio, obitus 465. 31.
diademari 486. 50. 733. 54.
diffidere, bellum indicere 550. 31.
dimidiaturus dies suos 531. 31.
discalciatus 202. 1. 416. 5.
domata, domus 396. 15. 402. 16. 407. 18.
Domina nostra, gall. *Notre Dame* 401. 38.
dominia, gall. *domaines* 508. 27.
dotalitium 526. 11.
dotarium 526. 52.
drusius, fidelis, amicus 726. 17.
ducatus, geleite 73. 11. 238. 25.
eclipsimari 532. 20.
effugare, expellere 468. 11.
eglyptica i. e. aegyptiaca 387. 1.
elefantiosus 535. 3.
epynichion, epinicium 379. 23. *epinichion* 380. 20.
equitaturae 529. 8.
eschinus, os brachii 514. 57.
exameron 252. 7.
exauctorisare, loco movere 431. 33.
exenia, xenia 528. 52.
exercitus Dei 367. 37. 368. 453. 21. *Domini* 401. 407. 16. 429. 3. *cunctus orthodoxus* 238. 10.
exfestucare, abdicare 371. 7. 448. 59.
exorbitare edicta patrum 722. 29.
extraneare se 365. 40.
exulare active 481. 57. 484. 14. 492. 532. 56.
facere de medio 377. 13. 468. 38.
fidelitatem facere 492 13. *suscipere* 513. 5.
firmitates, munitiones 492. 493. 7. 495. 7. 502. 54. 503. 59. 510. 48. 511. 31. 518. 45. 520. 39. 522. 47. 523. 56.
fiscus, feudum 507. 45.
foresta 437. 26. 465. 13. 522. 30.
forifacere, offendere 513. 25.
fossae salinariae 641. 9.
galec, liburnae 528. 26.
gartio, famulus, homo nequam, vilis 513. 22.
genecium, textrinum 515. 33.
gibbum cameli deponere 510. 21.
grangia, villa 460. 19.
grisae et mardelinae pelles 540. 39.
guerpire, possessionem rei dimittere 436. 19.
guerra 387 425. 37. 435. 46. 436. 20. 465. 33. 487. 21. 517. 52. 533. 25.
gulae, pelles rubricatae 686. 38. 712. 21.
haia, silva sepibus septa 518. 38.
hebraica veritas 269. 272. 29. 302. 51. 304.
herimitorium 465. 14.
homagium 437. 508. 29. 511. 17. 513. 514. 14. 518. 524. 22.
hominagium 408. 428. 24.
hominium 424. 41. 428. 22. 430. 9. 492. 23. 493. 8 499. 30. 509. 45. 515. 31. 518. 28. 526. 42. 534. 58. 772. 37.
homo exterior, interior 686. 46.
honor i. e. feudum 499. 57. 502. 51. 505. 47. 506. 511. 27. 520. 1. 524. 29. 526. 49. 528. 21.
per horam 437. 31.
hosa vini 493. 10.
hosticum, exercitus 390. 8. *Dei* 367 31.
humagium 521. 28.
imaginarii et pseudocomites 504. 36.
immantare, dignitatis insignia tradere 409. 20.
inacte 228. 9. 762. 46. *inactus rediit* 444. 17.
incapte, incaute 512. 33.
inconsutilis 255. 11. *inconsubtilis* 505. 41.
inconvulsibilis 245. 13.
indilate 437. 38.
indotare 592. 9.
inefficax redit 358. 15. 361. 13. 375. 35. 381. 30. 409. 11. 414. 422. 40. 431. 40.
ingenia, (*engines* Anglicis) machinae 430. 43.
inprevaricabilis 565. 27.
inproperium Christi 721. 48.
interrogare, poscere 487. 18.
invadiare, pignerare 509. 28.
investire 532. 43. *investio* 373. 53. 484. 5. *investitura* 259. 5. *per anulum et baculum* 260. 12. cf. indicem.
iudaismus 359. 52. 367. 30. 394. 48. 574. 59.
iuduizare 208. 40.
iunioratus 462. 40. explicat Ducangius.
iurasse, forma iurandi 608. 15.
iusticia, iudex 510. 23.
iusticias facere 168. 42. 169. 59. 170. 46. 199. 45.
laicalis communio 746. 4.
lanceatur, lancea vulneratur 381. 24.
laneis indutus 202. 1.
lapsibus factis propellere 774. 51.
lectionarius matutinalis 462. 52.
levatur rex 648. 62.
libertare 393. 45.
libertas egregia 572. 37. 630. 31. 764. 6.
licentiare, dimittere 437. 39.
ligantia 524. 23.
linguae vestium pelliciales 686. 38.
magnalia Dei 333. 32. 571. 28.
mahummeriae 528. 11.
maioratus donus regiae 518.
maiordonus eccl. Fuldensis 684. 35.
maltrum 622. 43.
maneria, praedia 532. 3.
mangonellas, machina iaculatoria 437. 48.
marca, marcha, confinium 354. 38. 422. 23. 425. 23. 435. 35. 436. 16. 516. 12. 517. 38.
marca, marcha, marchia, marchisia (399. 34.); *marchio, marchisus, marchisa, marchisia, marchionissa*, passim.
mardelinae pelles 540. 39.
marescalcus 439. 31.
marinarii, nautae 213. 43. 729. 20.
medietas, pars dimidia 397. 22. 502. 56. 532. 15. 564. 4.
medo, melicratum 500. 47.
milicia Domini 213—215.
minularis, parvi momenti 524. 31.
misericordiae, cultelli Assassinorum 428. 34.
missales vestes 641.
moderni 496. 46.
montanea, gall. *montagne* 487. 53. 519. 41.
montanus, eremita 575. 12.
morosius, diutius 436. 52.
mundana creatio 34.
mundiburdium 601. 7.
mutatoriae, mutatae vestes 600. 53.
mutua pars, utraque 753. 31.
narigium, classis 439. 468. 19.
nepta, neptis 31. 25.
nicre, (vini nigri?) 550. 25.
nuncium 223. 52. 228. 6. 238. 32.
nundum 529. 18.
occasiones praetendere 600. 52.
occubitus solis 502. 54.
offertorium 197. 9.
orthigonium, norma 576. 17.
orthogonalis erectio 687. 3.
paganismus 642. 48. 661. 3.
pagi comes 419. 22.
palla altaris, vestis qua operitur 390. 32.
palliare 413. 11.
pallium, pannus pretiosus 686. 38.
palmati peregrini 225. 40. 266. 52.
papilio, tentorium 512. 54. 563. 45. 566. 23.
papiliones, locustae 220. 7. 735. 6.
parare, ornare 462. 53.
parcus, gall. *un parc* 511. 39.
parricidale bellum 228.
patria, terra 122. 9. 484. 42. 487. 21. 488. 48. 513. 4. 523. 29. 534. 48. 535. 18. 572. 58.
patrini 263. 48. 264.
patriotae, incolae terrae 195. 28.
pellicialis, pelliceus 686. 38.
perendinare, manere 481. 48. 488.
perfundans, evertens 517. 32.
petraria, ballista 427. 20 430. 43.
phythonis spiritus 140. 67. *phytonicus* 204. 10.
phytonissae 264. 10.
pirale, hypocaustum conventuale 686. 52.
piscatoriae, gall. *pêcheries* 518. 43.
pitzonarius, flagellarius 541. 36.
placitum s. colloquium regale 200. 17.
planeta, vestis sacerdotalis 369. 7.
plata, argentum 535. 23.
plebeiae ecclesiae, parochiales 573. 59.
pontificare, pontificem esse 457. 22.
populus Dei 216. 2. 221. 10. 250. 251.
posse, facultas 681. 698. 45.
potentatus 387. 13.
pravilegium 246. 20. 250. 251.
praxis, vinum dulce 551. 51.
precaria, fundus locatus 462. 11.
procurationes 529. 9. v. Ducangium.
prohibere alicui, impedire 510. 49.
quotas proprietates, fundos quosdam 605. 36.
religio monastici ordinis 626 39.
rememorari, reminisci 523. 34. 577. 26.
repatriare 453. 37. 454.
repausatio 771. 22.
repeditare, redire 509. 55.
responsales papae 227. 9.
retrogradare 426. 28.
revocare ad cor, ad sanum consilium 592. 10.
Romescot 485.
rusticalis iusticia 686. 40.
sacrista 514. 47. 525. 10. 529. 38.
saisire, occupare 441. 1. 515. 32.
saisiri 518. 45. 520. 31.
satagere, agere, machinari 753. 42.
sunitatum dona 767. 48.
sceptrigenus 176. 62.
sclusae, gall. *ecluses* 417. 20.
scriniarius 369. 8.
scriptorium ecclesiae, cella scribendo destinata 376. 40.
securizare 550. 45.
senatus, consilium principis 680. 35. 681. 8.
senescallus 467. 52. 520. 51.
senescallia 518.
sequentia 551. 19.

servientes, armigeri 526. 20.
sinaxis vespertina 253. 5.
solarium, cubiculum superius 28. 11. 434. 30. 581. 35.
solidarii milites, qui stipendio merent 510. 11.
sonnum, somnium 500. 28.
sortilogi 264. 10.
spatarius, qui gladium portat 539. 37.
spatulae, humeri 385. 4.
species, gall. *epices* 512. 45.
Spiritus sancti sollempnitas, pentecoste 432.
standart i. e. regium insigne 493. 39.
standarum 422. 25.
stanna, stagna 493. 21.
statura, hominis altitudo 26. 11. 571. 10.
stolus, classis 326. 38. 328. 25. 329. 66. 456. 5. 506. 52.
stromateum opus 272. 15.
suaderi, persuaderi 769. 33.
subarratus 228. 38.
subcellerarius 526. 40.
substantia, res familiaris 522. 30.
substantiota 660. 26.
subtalare, gall. *soutier* 383. 4.
subterior 685. 39.
suddisset, subdidisset 514. 16.
suttevatus 531. 26.
superpelliciae claustrales 686. 39.
supervivere aliquem 503. 20.
tabula altaris 641. 11. 675. 55.
talio 192. 47. 404. 36. 510. 21.
Tellus Sancta 489. 26. *Terra Sancta* 2. 222. 7.
tenementa, feuda 526.
thonitruus 487. 37.
torsiae, aggeres 518. 30.
transalpinare 453. 7. 456. 9.
treguae, induciae 501. 48. 516. 25.
treugae 431.
treviae 493. 11. 510. 53.
triguae 517. 17.
truphae, fraus, nequitia, iocus 550. 33.
tumba, tumulus, sepulcrum 219. 29. 329. 18. 366. 1. 488. 8. 492. 49.
turnare, tornare, flectere 64. 10. 69. 38. 72. 23.
umbraticus comes, fictitius 517. 18.
unus post unum 690. 59.
uxoratus 201. 12.
variolae morbus 681. 31.
vette, libitum 637. 58. 684. 20.
veniatia promissa 681. 43.
veritas euangelii 352. 30. 361. 8. 364. 38.
vernus, ver 380. 22.
vexillum S. Kyliani, ministeriales episcopi Wirciburgensis 550. 43.
villani, i. q. castellani 759. 44.
visonta, bestia 225. 47.
vitreae fenestrae 424. 17. 440. 31. 528. 42.
werra, bellum 256. 4. 482. 21. 483.
wirze et *wurze* 551. 50.

CORRIGENDA.

Pag. 2. 14. *lege* Hirsaugiam. — 9. 23. *l.* regum. — 15. 52. nescio quo *lege* Hoefero. — 27. 49. *l.* Stephano. — 36. 70. *l.* privignum. — 37. 40. *l.* euangelicam. — 55. 12. *an* Alexandrum? — 67. 8. *an* profundissimus? — 72. 43. *l.* Inde. — 78. 42. *an* rerum? — 84. 60. *an* tota? — 92. 18. *an* amandatus? — 120. 5. censuerunt *l.* consuerunt. — 137. 8. *l.* D? E. — 141. 68. *l.* 2. — 150. 51. *l.* ex Sigeb. — 170. 64. *l.* 4—11. — 176. *notarum signa* n *et* o *permutanda sunt.* — *ib.* 47. *l.* Ira. — 194. 1. *l.* eiusdem sancti. — 203. 55. *l.* ex eodem. — 243. 46. *l.* Eborediam. — 260. 16. *l.* quae habeo, reddam; quae. — 268. 2. *l.* CHRONICA. *idemque in titulis quatuor sequentium paginarum corrigendum.* — 269. 51. *l.* datur. — 270. 22. passionibus *l.* affectibus. — *ib.* 50. sibi *l.* tibi. — 278. 43. Roberto de Monte *l.* Rogero de Wendower. — 283. 45. *dele* dubiae fidei. — 284. 29. *l.* deperditi 19, supersunt 44. — 285. 28. *pro* 1112. *lege* 1111. — 286. 35. *post* pluribus *comma pone.* — 290. 29. *lege* 16531. — 292. 17. Ansburg *l.* Ausburg. — 296. 39. *pro* 1165. 1170. *lege* 1164. 1169. — 297. 3. *dele totam lineam.* — 298. 41. *l.* adhaerentes. — 303. 67. *in marg. dele* Marianus. — 307. 72. ni *l.* in. — 312. 23. Aglon *l.* Agion. — 320. 52. *l.* Augustinum. — 333. 1. *l.* comites. — 345. 34. *l.* oculis. — 349. 62. ul *l.* ut. — 351. 62. *l.* resumptis. — *ib.* 63. *l.* quc. — 352. 9. *et* 354. 19. *et* 355. 11. *in marg. dele* Mar. — 355. 61. *l.* Saxonum. — 362. 9. *l.* fluminibus. — 396. 51. *comma post* erat *delendum.* — 402. 22. et erat *litteris minoribus exprimendum.* — 403. 6. advocatiam *litteris minoribus exprim.* — 416. 26. *l.* recognoscemus. — 418. 27. *l.* Cavea. — 455. 4. *l.* in redeundo. — 464. 40. *comma post* committere *collocandum.* — 474. 19. vicibus *l.* vicinis. — 476. 3. *l.* conferant. — *ib.* 17. *dele* Dom Bouquet et. — 479. 21. *l.* hominem. — *ib.* 54. *l.* tantum. — 482. 45. *l.* alia ad occidentem. — 484. 35. *l.* Herveum. — 485. 12. *l.* anno ab inc. — *ib.* 65. *lege* p. 462. — 486. 57. fuit *l.* ferit. — 487. 55. *l.* murus. — *ib.* 62. *l.* Turgisus. — 488. 25. *l.* incomparabilis. — 492. 46. victum *l.* vicium. — *ib.* 54. *comma pone demum post* sibi. — 501. 48. *l.* treguas. — 510. 24. *l.* videlicet. — 511. 20. dux *l.* rex. — 513. 59. in C. *lege* in E. — 515. 33. *l.* genecium. — 516. 12. *l.* marca. — 517. 31. *comma pone demum post* flumen. — 525. 2. *l.* archiepiscopus. — 565. *ult. l.* Wedekind. — 618. 56. Eodem — Saxoniam *et* 619. 3. Hoc — cornuit *maioribus litteris exprimenda erant.* — 619. 50. ul *l.* ut. — 624. 17. *et* 21. *in marg. l.* A. Quedl. — 652. 56. *l.* cum. — 654. 70. *l.* illum. — 656. 10. *l.* Vigiliam. — 657. 53. nutem *l.* autem. — 658. 40. Otto *l.* otio. — 664. 15. *l.* trucidatione. — 672. 21. *l.* Regina. — 680. 22. *l.* Brunonem. — 693. 45. cui *l.* qui. — 694. 2. *l.* quodam. — 697. 8. *lege* ferebatur. — *ib.* 38. *l.* posset, elegit. — *ib.* 65. *l.* ferebat c. — 705. 12. *l.* ab Urbe. — 716. 20. *l.* iniuste. — 728. 50. *l.* natura. — 747. 7. *l.* de castris Suatopluk fuge — *In indice s. v.* Abrincis *lege* Turgisus; *s. v.* Arnoldus *dele* Artaldus; *sub v.* Arnulfus arch. Rem. *dele* Arnaldus 349. 23. 607; *ib. pro* Artaldus v. Arnoldus *lege* Artaldus arch. Rem. 349. 23. 607; *p.* 793. *dele* Curgisus *etc.*; *sub v.* Iadera *lege: Zara;* dux Paulus; ep. Donatus; *sub v.* Iohannes abb. Strum. *lege* Ioh. Strumensis, antipapa; *sub v.* Redonis *post* Alanus *lege* 505. 51; *ante* Turonis *adde* Turgisus ep. Abrinc. 487. 62.

ADDENDA.

Pag. 23. 43. *et* 62. *cum Ann. Quedlinburg. conveniunt, sed ex communi fonte hausta putarim.* — 24. 58. *ex Fredegario* c. 11. *sumtum.* — 61. 71. *adde:* V. D. Iulius Zacher, qui diu multumque in historiam fabularum de Alexandro Magno narratarum inquisivit, monet, haec et quae l. 49 sqq. habentur, legi in Petri Comestoris historia scholastica, Hester c. 4. init. — 68. 61. *sqq. eodem V. D. monente, ad verbum desumta sunt ex Epitomatore Iulii Valerii editi ab Ang. Maio. Mediol.* 1817. — 75. 62 sqq. *ex eodem.* — 101 sqq. *dies quibus papae obierunt ex Martyrologiis desumsit Ekkehardus; cf.*

Marianum his annis. — 138. 25. *et* 154. 63. *adde:* ex Sigeberto. — 196. 15. 16. *verba* inde revertens *et* patr. Aq. *non ex Chron. Wirzib. descripta sunt.* — 235. 20. *De Bonnae civitatis nomine Verona cf. Lersch, Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande I, p. 1 sqq., qui hunc locum praetermisit.* — 251. 54. *post* Montis Dei *addc:* et a Pertzio Archiv VII. pag. 543. e Lamberti codice Gandensi. — 268. 28. *post* fluxerunt *addc:* Trithemius, Molanus, Caveus, Oudinus, Sweertius, Vossius, Pistorius, Miraeus, Mabillon, Fabricius, Saxe, Paquot, Foppens, Meusel, De Wind, Ermens (cuius „Biographie de Sigebert de Gemblours" manuscripta servatur in bibliotheca Burgundica Bruxellensi n. 17641. impressa in Hist. Litt.). — 270. 50. i. e. *quum singuli versus binis partibus constent in codice spatio quodam separatis et littera maiori distinctis, litterae initiales in initiis versuum dant:* Hos fecit versus, Petre sancte, tuus Godescalcus; *in mediis versibus:* Claviger alme poli, tu precor huic aperi . amen. — 271. 34. *post* exarati *adde:* In quorum uno, n. 10090. mbr. quart. s. XI. ex., inter multa alia in foliis quatuor et dimidio haec leguntur: „Sententia cuiusdam de ratione tonorum. Quinque sunt consonantiae musicae, quarum prima et notissima est ea quae dicitur diapason. — in omnibus tamen versus ita canuntur: Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto." Quae cuiusnam sint auctoris, nusquam apparet; voci „cuiusdam" manus s. XVII. superscripsit „Sigeberti", quod veri non absimile videtur. Epistolae enim, quas ipse noster inter opuscula sua recenset, in codice Gemblacensi itidem superscriptum habent „Ep. cuiusdam"; cf. paginam sequentem. — *ib.* 54. *post* 114. A. *adde:* Tribus libris distinguitur carmen, e quibus primus 892 versus continet, secundus 900, tertius 1130. Prologus primi libri narrat, quomodo poeta philosophiae templum intraverit, quaeque ibi viderit praeclara, una cum enumeratione poetica sanctorum patrum ecclesiae. Prologus secundi libri poetam excitat, ut lecto prima die relicto pergat in itinere suscepto; adiiciuntur quaedam de laudibus aurorae amicae Musis et pulchra descriptio temporis vespertini. Prologus tertii libri agit de persecutione Diocletiani, et quomodo Deus ecclesiam suam conservaverit. *Haec quoque Geelii debeo humanitati, numquam satis mihi laudandae.* — 274. 32. *scribe:* Quod autem A* (Alnensis) et B3* post a. 1112. addunt. — 275. 36. *scribe* · Bertinianorum, Fuldensium, Reginonis v. a. e. l. ipsos illos non adiit. — 278. 15. *Praeter hosce Sigeberto usi sunt* Lambertus Waterlos in chronico Cameracensi, a. 1152. scribi coepto, habuit codicem familiae B; Bertinianus auctor genealogiae comitum Flandrensium, quam Galopinus edidit sub nomine Flandriae Generosae, paulo post a. 1164; Rogerus de Wendower in floribus historiarum, a. 1235, usus codice Roberti de Monte; Iacobus de Guisia in annalibus Hannoniae, ante a. 1398; Iohannes Brando Dunensis, a. 1431; Anianus in chronico Aldemburgensi a. 1448. — *ib.* 44. *post* 1403. *adde:* usum Sig. et Anselmo. — *ib.* 55. *post* imperatore *adde:* cf. de Anselmo Acta SS. Iunii VII, 171. Delvenne biographie des Pays Bas. Mons 1829. I, 23. — 279. 3. *post* Leodienses *adde:* a. 1126. monachus Alnensis, et. — 280. 43. *post* Blandiniensis *adde:* quem in manibus habuit et „une toute autre production" vocat De Bast institution des communes. Gand. 1819. p. 99. 112. — 283. 39. *pro* fine *lege:* nomine. *Codice ipso E6. inspecto, Pertzius docuit, Roberti opus quod ibi fol.* 70–93. *legitur primo codicem per se effecisse, manu s. XII. ex. scriptum, cuius primae paginae, a scriba vacuae relictae, alia manus paulo nitidior, sed et ipsa s. XII. ex. hanc epistolam inscripsit, quam ex ipso codice ita Pertzius excepit:* „Domino et patri karissimo Rogerio, Dei gratia Beccensi abbati, Robertus abbas Montis S. Michaelis de periculo maris, quicquid filius patri et quicquid servus domino. Veniens ad nos quidam iuvenis requisivit ex parte vestra, ut mitterem vobis partem cronicorum nostrorum, quae continent tempus 82 annorum, scilicet a martirio sancti Thome martiris usque ad presens tempus. Ego autem volens pleno addere cumulum, quicquid scripsi postquam ab ecclesia Beccensi recessi, vobis transmittere curavi, continens tempus 28 annorum. Reliqua vero quae feci antequam ad Montem venirem, apud vos sunt in cronicis, quae cum magno labore habui de episcopo Belvacensi. Revera liber cronicorum Eusebii Cesariensis valde utilis est ad enucleandas multas questiones tam veteris legis quam nove, id est euangelii. Incipit enim cronica sua 43° anno Nini regis, quo natus est Habraham, et duxit usque ad 20um annum Constantini principis. Et hec transtulit Ieronimus de Greco in Latinum; et his idem Ieronimus addit de proprio a 20° anno Constantini usque ad mortem Valentis. Ex hoc sequitur Prosper, et ducit historiam suam, usquequo Roma capta est a Ienserico rege Affrice. Post istum incipit Sigibertus Genblacensis monachus, et ducit historiam suam a 381mo usque ad 1100um annum, quo anno Henricus I rex Anglorum cepit regnare. Illius historie de serie temporum aliquid continuare conabar, incipiens a die quo Henricus I senior cepit regnare, et perduxi usque ad a. 1182um. Ipse siquidem ducit historiam novem regnorum insimul; ex quibus sex deficientibus, tria tantummodo duco, id est Romanorum, Francorum, Anglorum; et ego eum imitans, ista tria regna prosequor. De cetero supplico paternitati vestre, ut habeatis memoriam et sancta congregatio cui Deus vos prefecit, de karissimo patre et domino meo Ricardo Abrincensi episcopo, qui in die 6. Marci cessit in fata. Valeat bene et diu sanctitas vestra." *Dies S. Marci est* 25. *Aprilis, annoque* 1182. *obiisse Ricardum Abrincensem, et noster testatur infra p.* 533, *et Necrologium Lucernae, ab auctoribus Galliae Christianae adhibitum, confirmat. Reliqua etiam huius epistolae in hunc annum quadrant omnia, excepto uno nomine Rogerii Beccensis abbatis, cui inscripta est. Hic enim ipso Roberto infra p.* 528. *testante, iam a.* 1180. *medio obiit, Osbernum habens successorem. Quamobrem Hirsch p.* 394. *totum epistolam addubitat. Sed quum praeter illud nil prorsus insit, quod dubitationem movcat, neque cur aliquis talem epistolam cuderit causa appareat: crediderim potius mendum latere in voce* Roberto, *quam scriba — nam scribae manus est, non auctoris, — aut errans legit pro* ofb *id est* Osberno, *aut de suo supplevit.* — 284. 1. Matthaeo Paris *corrige:* Rogero de Wendower 1235. Nicolao Trivet a. 1307. — 287. *post l.* 9. *insere;* A*) *Codex Alnensis, iam Middlehill n.* 4632. *mbr. fol. de quo cf. Sanderi bibl. Belg. II,* 261. *et Annales nostros VIII,* 767. *Pertzio docente, qui eum a.* 1844. *evolvit, duabus s. XII. manibus exaratus est, e quibus prior usque ad anni* 1112. *finem pertingit, altera ibi pergens ad anni* 1126. *finem usque calamum continuo duxit. Satis accurate descriptus est ex* 1, *anno ut videtur* 1126. *exeunte, et prius quam ibi Anselmus ipse quaedam expunxerat sub a.* 1119. *Proprium atque peculiare nil plane habet, saltem in Anselmo. Desinit in finc fere anni* 1126. *cum voce* „vicerunt" *in media pagina. Cui alia manus saec. XII. ex. subiecit:* „Anno ab incarnatione Domini 1187. capta est Iherusalem a Saracenis sub Salahadino rege eorum propter peccata inhabitantium in ea et discordiam principum terre illius. Tertio Idus Februarii visum est celum quasi ardere nocturno tempore. *Alia iterum manus addit:*

Urbs data quando fuit Constantinopolitana Latinis,
Quando vel imperium sumpsit de gente Latina
Balduinus ibi, Flandrensis cum comes esset.
Annus erat Christi quartus post mille ducentos. —

295. 12. *ita lege:* E3b.) Codex S. Mariae Radingie in Anglia, iam Musei Britannici inter Harleianos 651. mbr. fol. s. XIII. in. continet E. II. P. S. et Robertum usque ad finem a. 1157. Sequentia usque ad finem a. 1168. adscripsit manus s. XVII. ex codice E8a. Evolvit Pertzius a. 1844. — *ib.* 29. *Pertzio docente, qui codicem a.* 1844. *evolvit, folia* 70–93 *Robertum continentia postea demum cum reliquo codice coniuncta sunt, quum prius peculiarem codicem effi-*

cerent. Primam paginam scriba vacuam reliquit, cui alia manus nitida s. XII. ex. postea inscripsit epistolam illam quam supra inde dedimus. Fol. 70'. Roberti opus incipit, una manu continua s. XII. ex. deductum usque ad „exeatis cum", ubi folium desinit. Intercidit igitur finis codicis, quem usque ad a. 1182. *medium pertigisse non dubito.* — *ib.* 43. *post* perierunt *adde:* dein Roberti tractatum de immutatione ordinis monachorum. Evolvit Pertzius a. 1844. — 296. 41. *adde:* praeter B. B 2. 3. 4. 5'. C. C 2. D 1'. E'. E 8b. — 332. 67. *adde:* Eadem, sed verbis aliis concepta dicit Folcuinus in cartulario S. Bertini p. 56. ed. Guerard. — 337. 12. *et* 355. 56. *in marg. adde:* Marianus. — 358. 21. Inter — devastat *non ex Mariano sumta sunt.* — 359. 3. Nix — frangeret *ex Mariano sunt.* — *ib.* 24. Leo — incurrit *non ex Mariano desumpta.* — 361. 59. *post* Araldus *adde:* qui et Arbach vocabatur. — 362. 46. Gregorius — interdixit *ex Mariano partim desumpsit Sigebertus.* — 363. 43. Hildibrandi — ibique, *et* Hildibrandum — excommunicat, *et* ut prim. — contradicant *ex Mariano desunta sunt.* — *ib.* 48. Saxones r. i. H. p. *non sunt ex Mariano.* — 364. 1. et R. d. B. s. s. r. st. *et ib.* 5. Imp. A. a. c. s. u. m. *et* per A. — depopulatur *et ib.* 9. Heinr. i. S. p. c. f. *et ib.* 15. Heinr. — designat *ex Mariano.* — 365. 53. *post* obiit *adde:* cf. Mon. SS. V, 563. — 375. 41. *post* praeter *adde:* Alnensis et. — *ib.* 48. *scribe:* addunt B 3', Alnensis. f) ita A. Aln. — *ib.* 53. *et* 54. *post* desunt B 3'. *adde:* et Aln. — 377. 53. *scribe:* Habent ea soli A. et Aln. — 380. 53. *post* B 5. *adde:* et qui in voce „vicerunt" desinit Aln. — 481. 63. *post* 3. *adde:* 8a. c. — 494. 66. *post* porro *adde*: quibuscum inde ab a. 1153. „Ludovicus rex Francorum" etc. consentit E 6. — 503. 63. *adde:* Ceterum in verbis „Ludovicus rex Fr." incipit E 6. — 528. 57. *adde:* In voce „exeatis cum" desinit E 6. in fine folii, sequentibus amissis. — 544. 10. *Duos libros, quos Annalistam adhibuisse ne fugit, indicavit Pertzius p.* 567. 631. — 680. *lin. ult. Odonis mentionem facere debuit in rerum annis* 1023. 1024. *gestarum narrationis parte deperdita.* — 727. 12 *sqq. et* 49 *sqq. etiam apud Wilhelmum Malmesburiensem legunlur.* — *In indice adde:* Alanus ep. Redon. 505. 51; *sub v.* Alara *adde:* cf. Elera; *sub v.* Aquisgranum *adde:* 235; *sub v.* Ara *adde:* cf. Ora; *sub v.* Baioarii *adde:* march. Thieppoldus; pal. Cono; *sub v.* Cavea coen. *adde:* 418. 27; *sub v.* Locustae *adde:* 173. 6; *sub v.* S. Maximini abb. *adde:* Asolfus, Thietfridus.

HANNOVERAE . DIE . XXI . SEPTEMBRIS.
ANNI . MDCCCXXXXIIII . TYPIS . CVLEMANNORVM.

Date Due

TRENT UNIVERSITY
0 1164 0292529 5

43509